INSTITUTIONUM CANONICARUM LIBRI QUATUOR

In duos Tomos divisi

TOMUS PRIMUS

Librum Primum, & Secundum complectens

AUCTORE

ILLUSTRISS. AC REVERENDISS. DOMINO

DOMINO FRANCISCO VERDE

U. J. ac Sacræ Theologiæ Doctore, in Regia Neapolitana Academia U. J. Publico Interprete Clarissimo: In Metropolitana Ecclesia Neapolitana Librorum Censore, Examinatore Synodali, Judice Causarum Civilium, & Criminalium, S. Officii Consultore, Canonico Pœnitentiario Majore, Vicario Capitulari, ac Generali integerrimo: atque Puteolanæ, Caputaquensi, ac Rossanensi Ecclesiæ electo, tandem

VICI-ÆQUENSIS EPISCOPO.

OPUS POSTHUMUM,

Episcopis, Prælatis, Vicariis, Parochis, Confessariis, Regularibus, Judicibus, Causarum Patronis, aliisque perutile, nedum necessarium

CUM DUOBUS INDICIBUS

Cui additæ sunt in fine Propositiones damnatæ ab Alexandro VII. Innocentio XI. Alexandro VIII. Clemente XI. Summis Pontificibus, aliaque Decreta scitu necessaria, cum Syllabo Casuum Reservatorum in Civitate, & Diœcesi Neapolitana

STUDIO, LABORE, AC NOTIS

U. J. D. GASPARIS TORELLI

Presbyteri Neapolitani.

Excudebat NEAPOLI FELIX CAROLUS MUSCA Anno cIɔIɔccxxxviii.

SUPERIORUM PERMISSU.

Expensis FRANCISCI FORASTERII in cujus Bibliotheca prostant.

EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO

D. D.

JOSEPHO

S. R. E. CARDINALI

SPINELLIO

Archiepiſcopo Neapolitano.

QUum Canonicas haſce Inſtitutiones, olim ſummis plauſibus exceptas, quod literariae Reipublicae conſultiſſimum fore duxi, primâ lucis uſurâ donandas curave-

rim: easdem, quo faustioribus auspiciis prodirent, & cum laude apud omnes posteros duratura, Tuo felicissimo amplissimoque Nomini consecrandas esse existimavi. Per se namque ipsae ingenita nobilitate plurimum splendent: at ubi Tua ubique locorum rutilans claritas accesserit; multo clarius splendebunt, nec ullam in posterum oblivionis caliginem extimescent. Tantus enim est splendor Tuus, PRINCEPS EMINENTISSIME, *ut ubicunque affulserit, illic nullae tenebrae offundi possint. Siquidem praeter geminam illam lucem, qua Te mirum in modum irradiant clarissima duo Sidera, quae, alterum in Neapolitano, alterum in Ligurino Coelo, ab antiquissimis orta temporibus, per tot egregia Avorum gesta & parta domi militiaeque decora, assiduis novi luminis aucta incrementis ad pene immensum crevere nitorem, habes copiosissimum Tuae vitae fulgorem, inde longe splendidiorem, quod non aliunde in Te, sed ex Te in alios diffunditur; nec ab alienis emicat titulis ac imaginibus, sed ab ornamentorum insignium Tuorum gloria, & longe lateque pervagata eximiorum fama meritorum. Quid? spectatissima morum integritas, Ecclesiasticae Disciplinae studium, Apostolicae vitae ratio; summa rerum agendarum peritia, cum lenitate consociata severitas, cum comitate*

foede-

foederata gravitas innumeraeque virtutes aliae summo simul Praesule, Summoque Principe dignissimae; tot admirandae dotes ingenii consilii prudentiae; tot praeclare facta honoresque delati: nonne omnia haec, radiorum instar, Te nitidissimum Solem nobis exhibent? Certe quisquis secum animo agitaverit decennem illam apud dissitas gentes Legationem, qua non alia post hominum memoriam aut populis ad utilitatem, aut Sedi Apostolicae ad dignitatem fuit illustrior; Te Solem meritò dici posse perspiciet. Si enim Sol illustrat simul & foecundat: Tu etiam PRINCEPS EMINENTISSIME, primo in provinciam adventu, illi, Sol veluti exoriens, Jansenianae doctrinae nebulis, quae ita densae insederant, ut ingruentem infidelitatis noctem denuntiarent, luce auctoritatis, & consiliorum excussis, laetissimi diei serenitatem restituisti; eandemque multis in locis sterilem, beneficae salubritatis influxibus adeo feracem foecundamque reddidisti, ut modo pietate ac religione ubique vireat atque florescat. Romae deinde in maxime arduo gerendo munere nonne Tua virtus usque adeo enituit, ut omnes judicaverint, Te Solem esse universo terrarum Orbi collustrando parem? O quam ingens dicendi campus menti aperitur! Sed tantam rerum laudabilium copiam exaequare, nec ratio fert instituti, nec imbecillitas pa-

titur

titur orationis: Satis habeo id solum dicere, quod, quum longissimum adhuc spatium Tibi percurrendum supersit, ut ad summum aetatis pervenias, jam ad summum gloriae progressus sis. Ex quo si reliquae vitae decus conjectare liceat; pene oculis cerno, Te non sine manifesto Divini Numinis consilio ad supremum meritorum fastigium advocari, atque ad laudem, non quidem mediocrem multisque patentem, sed omnino mirabilem ac prope singularem. Itaque bene huic Operi consultum fuit, si ad omnem taciturnitatis voracisque temporis injuriam avertendam ejus patrocinium quaesitum est, cujus clarum & immortale nomen prae se ferens, letho superius, apud omnem posteritatem.

Vivet, & a nullo tenebris damnabitur aevo: *atque ad invidorum obtrectatorum tela depellenda ejus praesidium adscitum, qui gigantaeo gradu in virtutis stadio currens, jam illud attigit*

- - - - meriti spatium, quod nulla furentis
Invidiae mensura capit - - - - - - -

Hoc quoque me permovit PRINCEPS EMINENTISSIME, quod rectè nossem, Te a tenoris annis ad id mentem appulisse, ut liberales facultates, imprimisque Sacras, excoleres, omnigenaeque literaturae deliciis animum expolires: qua in parte tantam Tibi opinionem comparasti,

ut

ut solo Tuo adventu literae hic reflorescere visae fuerint, omnesque in spem erecti, Te duce, ingenuarum artium studia brevi ad summum deductum iri. Ut idcirco dubitare nefas ducam, quin illius Viri laudibus suffragaturus sis, cujus quam cumulatissima fuerit in severioribus disciplinis eruditio, praecipueque in omni Jure prudentia, testatur unanimis doctorum Virorum consensus, & Romae Judicium atque praeconia: testatur confertissima auditorum ad illum, quum doceret, undique confluentium multitudo: testatur tot scriptorum partim editorum, partim edendorum varietas & praestantia: testatur denique tanta famae celebritas, ut ejus nomen adhuc recens esse, & posthac fore videatur. Nec praeterea qui olim Neapolitani Capituli & Ecclesiae decus extitisset, illius hoc literarium monumentum alii potiore Jure nuncupandum erat, quam Tibi, qui ad ejusdem Ecclesiae administrationem eo consilio accessisti, ut iis & ornamentis dignitatis, & praesidiis stabilitatis instrueres, quibus florens constatura sit ac tuta ad memoriam posteri temporis sempiternam. Adspice igitur, PRINCEPS EMINENTISSIME, *munus oblatum, unaque animi mei obsequentissimi testimonium. quod sane munus, quamvis a tua magnitudine quam longissime*

absit.

absit. Te tamen pro singulari Tua humanitate ac benignitate tanquam Te dignum habiturum esse confido.

Eminentiae Tuae

Humill. Obsequentiss. ac Addictiss. Famulus
Gaspar Torelli.

ELOGIUM
FRANCISCI VERDE
EPISCOPI VICI-ÆQUENSIS
Ex Additionibus Nicolai Coleti ad Tom. VI. Italiæ Sacræ Ferdinandi Ughelli pag.638. Editionis Venetæ an.1720.

Rapuccium excepit FRANCISCUS VERDE (1) Aversanæ Diœcesis (2), origine autem è Salentinis, & propriè è Neritina Civitate, ubi adhuc sunt domus illorum de Verde, & multæ Moniales hujus cognominis ibidem in D.Claræ floruerunt (3). Hic Præsul Neapoli Philosophiam, & Theologiam in Collegio maximo Societatis Jesu, utrumque Jus à quodam Sacerdote Seculari addidicit. Neapolitana Universitas ipsum in Theologica facultate, Romanum Sapientiæ Archigymnasium in legali studio laureavit: quare juvenis adhuc usque ad ferè vergentem ætatem illas ex Cathedra quingentis, & etiam usque septingentis discipulis septies in die in dispari materia docuit. Benè ergo audire posset Regni magister, imò & Italiæ, & Europæ, si ex Italia aut juvenes Neapolim illum audituri confluebant, aut illum ex Italia, & Europa Epistolarum beneficio consulebant. Omnes, qui suo ævo scientiis enituerunt, aut cominùs cum ipso, aut eminùs necessitudinem ferire voluerunt; & præcipuè monstrum illud Sapientiæ Caramuel, qui illum in suis operibus semper mirè commendat. Pietatem, quam hauserat peculiarem à Lælio Sanfelicio Societatis Jesu inculpatæ vitæ Sacerdote cœlestibus super incruento Altaris Sacrificio contemplationibus assueto, qui ipsum tenerrima circa illud devotione imbuerat, semper usque ad ultimum vitæ spiritum vividam habuit, ac si tunc primum Sacerdos immolaret. Erga Augustissimam Triadem à teneris maximo semper obsequio, & filiali fiducia ferebatur. In quadam missione extra Neapolim noctu dormiens à dæmone cum suo lectulo usque ad laqueare cubiculi elatus fuit; ipse autem in sui præsidium SS. invocans Trinitatem, Tartareos elusit actus, terræque illicò sine ulla læsione redditus fuit: Asperrimum vitæ genus, quod à pubertate amplexus fuerat, ad mortem usque deduxit. Famem tenuissimo victu, & ferè semper oleribus, quæ ipsemet calefaciebat potiùs, quàm coquebat, quia nullum suis

(1) Terræ S. Anthimi.

(2) Natus die octava Octobris 1631. aqua verò lustrali ablutus die undecima, filius Joannis Verde, & Justinæ Pianese.

(3) Ex hoc conjectari licet jussu, & opera Antonii Sanfelicii Episcopi Neritini præsens Elogium digestum fuisse; hæc tamen familia in dicta Terra S. Anthimi antiquissima est, & adhuc viget, & in Insula Pithecusæ, ubi plures sunt hujus cognominis: atque XI. Seculo legimus alibi existisse, ut patet ex Epistola S. Brunonis ad Radulphum Viridem Remensis Ecclesiæ Præpositum.

unquam voluit servitiis addictum; sitim guttis Vini, an melius aceti exasperabat potius, quàm leniebat. Exiguo somno super nuda tabula corpus suum inedia, & laboribus laxum cruciabat potiùs, quàm restaurabat. Vilissimis, & malè compactis, & sæpè etiam laceris induebatur vestibus, & sic coram Principibus, coram ipsis Proregibus, cùm ad illos invitus traheretur, incedebat.

Innicus Cardinalis Caracciolus Neapolitanus Archiepiscopus, qui illum Examinatorem Synodalem voluerat, Canonicum postea, & Pœnitentiarium majorem suæ ædis principis renunciavit; & ejusdem opera in omnibus suæ Ecclesiæ vel negociis, vel muniis, semper usus fuit, donec secuto ipsius Caraccioli obitu, Neapolitanum Canonicorum Collegium, licèt omni reluctantem nisu, Vicarium Capitularem elegit. Hoc novo Onere, uno se judice indignum, Neapolitana Diœcesis, Romana Sedes, ipsaque, quod Caput est, Hispanica Monarchia dignissimum censuit. Nam licèt in multis laicali Potestati pro virili semper obstiterit, ut & personarum, & locorum sua majestate staret immunitas, nullum deinceps eadem potestas ipsi impedimentum inferri voluit, quia Franciscum Verde propter unicum Dei honorem, pro quo etiam promptus erat contumeliam pati, Sacerdotali pectore præliari dignoverat. Quemdam censum, vulgò il *Pastor bonus*, cui omnes Presbyteri Neapoli commorantes erant obnoxii, non minùs sex mille aureos mensæ Archiepiscopali pendentem, omninò abolevit. Qualibet feria VI. in æde principe collationem casuum conscientiæ habebat, & non modo uterque Clerus Sæcularis scilicet, & Regularis nullo prævio vel edicto, vel hortatu, sed & ipsi Laici è quacumque conditione, & gradu, ut ipsum unicè audirent, illuc confluebant. Officium Divinum semper in Ecclesia, & semper flexis genibus, & ferè semper ante Augustissimi Altaris Sacramentum maxima pausa meditabundus recitabat, quo tempore licèt negotia ingruerent, etsi difficillima, non uno verbo, non syllaba, non nutu respondebat; adeò ut cùm Regius minister à Prorege ad ipsum missus, cui oportuit diù expectare, ut terminum aliquem daret Divinæ Psalmodiæ, de hoc cum ipso quæstus fuerit, hisce respondit: laudabam tunc ipse & meum, ac tuum illum Dominum, qui major est Prorege, & ipso Hispaniarum Monarcha; reus læsæ Divinæ Majestatis fuissem, si tibi tunc aures accommodassem. Omnium animos, & præsertim magnatum, ac potentium virorum sibi devicit incorrupta justitia, adeò ut plus eum diligerent, ac majori veneratione prosequerentur illi, quibus ipse petita negabat, quàm ij quibus concedebat; quia certissimi erant ideò non obtinuisse, quia quod petebant contra jus, erat vel divinum, vel humanum. Mira humilitate, quia etsi Vicarius Capitularis ea auctoritate, ac libertate operandi præditus esset, quam Sacerdotalis, & laica Potestas commendabant, semper se, ut infimi ordinis sacrificulum reputavit, non suum vivendi genus, suos usus, non domum, non vestem præsularem immutavit, non aliquem suis servitiis adscripsit; Pœnitentiæ Sacramentum ut prius ministrabat. Tres horas quotidiè in Divinorum meditatione, & ut plurimum ante Augustissimum Altaris expendebat, in cujus publica expositione pro quadraginta horarum oratione, etiam ad Populum concionem habere solebat. Negotia, lites, jurgia, magnique momenti causas stans illicò, & ubique expediebat, cunctis sui copiam faciebat. Utrumque Jus etiam

etiam interpretabatur antelucanis autem, vel pomeridianis horis, ut Diœcesis oneri faceret satis. Innocentius XI. Caputaquensi, & Rossanensi, Carolus II. Hispaniarum Rex Puteolana mitra decoratum voluerunt, utriusque autem intrepidè ipse respuit oblationes. Cùm Neapolitanus renunciatus fuisset Archipræsul Eminentissimus Antonius Pignatellus, qui postea Summus Pontifex audiit Innocentius XII. illius nomine Ecclesiæ cœpit possessionem, & vicariam etiam impendit operam aliquantisper. Vici tandem electus Episcopus, constantissimè, ut ante respuit; at cùm omnes illi Diœcesani Neapolim accurrissent, cum fletu ipsum rogantes, ut sui curam acciperet, coactus acquievit, ea potissimum de causa, quia tenuissima suæ Sponsæ dos erat. Eminentissimus Petrus Othobonus, qui postea Summus Pontifex Alexander VIII., qui illum semper adeò magnifecerat, ut ad primam Patavinam legum Cathedram summi æquè honoris, ac lucri jamdiù invitarat, post ipsius examen coram Innocentio XI. publicè novum Præsulem laudans, ad Ecclesiolæ nomen alludens liberè dixit: huic Antistiti SS. Pater, non Vicus, sed Metropolis parum erat. Idem Innocentius effervientibus in Urbe controversiis, circa quasdam Galliæ præeminentias, vulgò, *le Regalie*, ipsum semper circa easdem audire voluit, & si ultra in Petri Cathedra sedisset, etiam Purpura, ut publica vox erat, ornasset. Cum novus Præsul adhuc Romæ esset, concussa, & penè solo æquata Beneventana Metropoli anno 1688. quædam aureorum millia, quæ ei pepererat diutina legum interpretatio, ad illius Archiepiscopum Ursinum dono misit, ut illis suæ Sponsæ calamitatem solaretur. Oblationem ille Eminentiss. Princeps gratam, ac ratam habuit, sed pro tempore accepit, & post aliquot annos donatori restituit, voluit autem gloriosi muneris in suo palatio Archiepiscopali ad posteritatis exemplum marmorea hac inscriptione memoriam perennare.

> Archiepiscopium hoc, quod deciduum firmaveram, augendum auxeram, sartum tectum nimio sumptu undequaque reddideram, die V. Junii MDCLXXXVII. tærremotu die V. Junii MDCLXXXVIII. funditus eversum, à me Deo dante, & Divo Philippo Nerio impetrante àb integro erectum, ingentem pecuniæ vim exhauserat, ut ad fastigium perduceretur, tectum desiderabatur. Illustr., & Reverendis. Dominus Verde Vici Æquensis Episcopus rectis opibus infractum Animum meum pientissimè sustinens, duo Aureorum millia spontè mutuavit, sed sine Chirographo. Hujus vice tantæ Generositatis, & grati Animi testem lapidem hunc erexi. Fr. V. M. O. P. C. V. A. Die XXX. Maii MDCXC.
>
> Die tamen XXIV. Decembris MDCXCII. omni debito ritè exoluto pecunia Benefactori, fama immortalitati tradita est.

Possessionem iniit novus Præsul suæ Eccesiæ die XVI. Augusti 1688. Ut autem ad illam appulit, eo communi gaudio, & exultatione, ac S. Angelus è Cœlo immissus, exceptus fuit. Suæ vitæ institutionem à prima ætate susce-

ptam retinuit. Omnibus diebus festis plebi suæ verbum Domini annunciavit, & non modò suos, sed & finitimarum Ecclesiarum subditos etiam habuit auditores, ut & in utriusque juris interpretatione, pro qua auscultanda, & ut etiam Philosophiæ, Theologiæ, aliisque Scientiis, quas ipse gratis docebat, operam darent, non modò è Neapoli, sed etiam è remotioribus Regni partibus catervatim juvenes Vicum confluebant. Idem ipsi, ut prius, victus, potus, quies, vestis, quam minimè violacea immutavit, furva illa, & lacera, quà simplex Sacerdos utebatur, retenta, è collo tantummodo in pectus descendentem crucem, & in vetustissimo pileo viride cingulum pro specimine Episcopalis gestabat Dignitatis. A nemine quamvis suo ex intimis munusculum aliquod licèt in re tenui, licèt unius mali punici accipere umquam voluit. In Cleri reformatione totus fuit, præmia, & pœnas nonnisi verè merentibus dispensans, Commendationes apud ipsum virorum potentium, etiam principum nihil umquam profecere. Doctrina cum vitæ probitate conjuncta unica apud ipsum Commendatio. Puritatis custos fuit vigilantissimus, adeò ut cum mulieribus rarissimè, & numquam nisi necessitate compulsus, & nonnisi publicè allocutus fuerit. In earum vultus, non solùm juvenis, sed nec in ultima senectute oculos umquam levavit, eadem usus cautione cum Monialibus. Maxima fuit in ipso Sacerdotalis libertas, quia cùm non quæreret sua, sed quæ Jesu Christi, amicos, consanguineos, potentes, principes ipsos, circa ea, in quæ offendebant, verus zelator monebat; injuriarum numquam memor, adeò ut, cùm Ecclesiasticam, & Regiam Potestatem à suo pendentes haberet arbitrio, numquam aliquid inofficiosum, ne verbum quidem in suos hostes, qui sui ex intimis interea loci evasere, & ipse eosdem speciali quadam amoris illecebra semper prosecutus fuit. Quotidiè Sacris operatus fuit ea devotione, quæ ex adstantium oculis lacrymas eliciebat. Missionarios sui Neapolitani sodalitii S. Mariæ Reginæ Apostolorum in suam Diœcesim sæpius accivit, & inter eos præsertim voluit Antonium Sanfelicium, tunc majoris Ecclesiæ Neapolitanæ Canonicum Presbyterum Cardinalem, nunc meritissimum Neriti Antistitem, numquam satis commendatum, sibi in paucis charum, quia sibi doctrina, & morum qualitate simillimum. Omnes suos Diœcesanos ut filios, sed inter ipsos, Primogenitos semper habuit Pauperes, quorum omnibus necessitatibus semper præsto fuit, aut dietim alendo, aut dotes illorum filiabus largiendo. Pluries ut sibi uni vacaret, Romæ supplices libellos dedit, ut ab Ecclesiæ onere dignaretur eximere, quod minimè assequi potuit, contrariis supplicationibus nomine Capituli, Cleri, imò & ipsius Vicanæ Civitatis Summo Pontifici porrectis. Voti fuit compos ann. 1700., quod ut sua Sponsa rescivit, denuò institit, sed frustrà; quia jam Successor declaratus, & examinatus fuerat. Lacrymis verò perpetuis suorum Diœcesanorum commotus, eos quoadusque sibi liceret, numquam deserere promisit, & reapse inaudito forsan exemplo, saltem nostris hisce temporibus, voluit ut Collegium Canonicorum se Vicarium Capitularem eligeret, rexitque Ecclesiam usque ad possessionem successoris, & post ipsius adventum, ipsoque consensiente Vici permansit, & quolibet die festo in illa æde principe concionabatur de agendis, & credendis adeò clara explicatione, ut rudes etiam femellæ difficillima nostræ fidei mente combiberent. Prosecutus etiam fuit Academiam Theologiæ

mora-

moralis pro Ecclesiasticis. Et quia jam suas olim oves relinquere debebat, majori videbatur circa illas zelo exardescere. In Villa demùm propè Neapolim, vulgò *S. Giovanni à Teduccio*, se recepit apud illum Parochum, qui suus fuerat discipulus, & in illa æde Parœciali continuò populum instruxit, confluentibus è vicina Urbe Neapolis viris, aut Scientia, aut dignitate conspicuis ipsum vel audituris, vel consulturis, imò & ipso Prorege, qui Villam Teducciam pro uno Vicano Episcopo frequentandam, ut olim Linternum pro Scipione Africano pronunciavit. Et etiam illum Neapolim ea honoris prærogativa, ac publica Summæ existimationis pompa, quæ viros Principes decebat, deductum voluit, ut in Supremo Consilio, vulgò *il Collaterale*, in lancibus Sanctuarii negocium Monarchiæ maximi momenti trutinaret. Ipse regnans feliciter Clemens XI. in Urbem accersire decreverat, ipsius Purpura Sacrum Cardinalium Collegium nobilitaturus. Sed hisce Pontificiæ munificentiæ signis minimè ipse pellectus, Neapolim tandem plenus dierum repetiit, & ab Eminentissimo Archiepiscopo Francisco Pignatello honestatus fuit Sacerdotio Sanctæ Mariæ Rotundæ, & Canonicatus ædis principis, cujus dum possessionem iniret, cuncti ordines illius nobilissimæ Metropolis præ lætitia gestientes adstitere, ipsique reluctanti licèt, ac etiam flenti, quia cùm foret humillimus, semper plausus, & laudum hostis fuit acerrimus, manus omnimodè osculari voluerunt. Parum tamen Neapoli vixit apoplexia correptus XXI. mensis Januarii anno 1706. incredibili Neapolitanorum luctu, & præcipuè suorum Canonicorum, qui brevi illius iterum frui consortio potuerunt. Triduo jacuit insepultus in Constantiniana Sanctæ Restitutæ Basilica, quæ propria est Neapolitani Capituli, donec efformaretur arca plumbea, & locus pro eo distinctus effoderetur in Sacello D. Mariæ à Principio in cornu Evangelii, (4) & illo dierum spatio, non modo gravem ejus cadaver, sed gratum etiam odorem expirabat. Obiit, ut vixerat, in osculo Domini: apud nonnullos audiit, ut D. Antonius, arca Testamenti, apud alios Propheta Magnus, apud Venerabilem Matrem Sera-

(4) Ubi Epitaphium hoc insculptum habetur

D. O. M.
D. FRANCISCO VERDE CANONICO POENITENTIARIO MAJORI
DOCTRINA, ET PIETATE CLARISSIMO,
QUI
RECUSATIS PUTEOLANO, ET CAPUT-AQUENSI EPISCOPATIBUS
CAPITULARIS, ET GENERALIS VICARII MUNERIBUS
INTEGERRIME IN HAC METROPOLI EXERCITIS
DIMISSA VICI-ÆQUENSI ECCLESIA
QUAM ALIQUOT ANNOS SANCTISSIME REXERAT
AB EMO, AC RMO D. FRANCISCO CARDINALI PIGNATELLO
EPISCOPO SABINENSI ARCHIEPISCOPO NEAPOLITANO
CANONICUS ITERUM PRESBYTER CARDINALIS FACTUS,
UBI HONORUM CURRICULUM INGRESSUS
IBI VITÆ CURSUM FOELICITER TERMINAVIT
XI. KAL. FEBR. ANNO DEI. MDCCVI.
ALOYSIUS CAPYCIUS GALEOTA CAN. CIMILIARCA
P.
ANNO DEI MDCCXIX.

Seraphinam de Deo vulgò *de Capreis*, imò apud omnes Sanctus. Magnus ille heros Gaspar de Haro Carpii Marchio Regni Prorex tali veneratione ipsum prosecutus fuit, licèt multa sibi intrepidè, & constantissimè negarit, ut illi semper publicè, ac palam manus osculatus fuerit, licèt humillimus Sacerdos semper resisteret; & quoties in ædem principem accedebat, si eumdem sibi obvium non habuisset, de eo citius interrogabat, & nunquam nisi ei priùs omnibus præstitis obsequiis recedebat. Quibus officiis privatè semper, ac publicè illum coluit, etiam quando Neapolitanæ non præerat Ecclesiæ, nec Vicarius adhuc esset Episcopus. In omnibus suis negociis ipsum semper consulebat. In ultimo etiam agone nonnisi ipsum, & Antonium Torres Congregationis Piorum Operariorum irreprehensibilis etiam vitæ Sacerdotem adsistentes sibi voluit, & adjutores, inter quos Spiritum Deo placidissimè reddidit. Plura edidit Franciscus Verde de utroque Jure volumina communi plausu excepta, adeò ut non semel reimpressa fuerint, quorum series.

Positiones Selectæ in Theologiam fundamentalem Caramuelis. Lugduni 1662.

Ingenuæ Observationes Apologeticæ Physico-legales. Lugduni 1664.

Additiones ad Praxim S. R. Conf. Jul. Cæsaris Galluppi. Neap. 1665. *& pluries usque ad an. 1720.*

Tyrocinium ad universum Jus Civile, juxta formam quatuor librorum Institutionum Civilium. Neap. 1668., *& iterum ab Auctore auctum anno 1700. Venetiis 1727. & iterum Neapoli 1728.*

Juris Optice. Neap. 1672. & 1694.

Anacephalæosis prohibitas interim discutiens opiniones ad varia bullarum capita Summorum Pontificum Alex. VII., Clement. VIII. & IX. Sixti V., Pii V., & Leonis X. Lugduni 1679.

Tractatus de Simonia. Neapoli anno 1695.

Aliud item opus concinnarat super quatuor libris Institutionum Canonicarum, quod in tractatus diviserat, in quibus omne Jus Canonicum, & ipsa Theologia Moralis continebatur, quod morte præventus committere non potuit.

Vide Toppium, & Nicodemum in Biblioth. Neap. lit. F. (5)

---

(5) Præter recensita Opuscula jam edita, fertur ab Auctore fuisse impressa duo alia, quorum unum *Aquilarum Examen* inscripsit, quod Theses Legales continebat: Alterum concinnatum fuit pro tuenda Doctoratus laurea, seu tractatus de Doctorum præstantia, eorumque Dignitate, & Privilegiis.

Inedita verò usque adhuc Opuscula, utpote morte præventus, typis illa committere Auctor haud valuit, quibus secundas curas etiam destinaverat; præter præsens Institutionum Canonicarum Opus, plurima sunt, argumenti equidem varietate, & nobilitate præstantissima; elaborata enim sunt, & ad perfectam Tractatuum formam facili expeditaque methodo redacta sunt: respicientia non solùm Jus Commune Canonicum, & Civile, sed immortali doctrinæ laude etiam Jus Municipale nostrum, ac Tribunalium praxim, immanem inde afferentia lectoribus utilitatem; quippè qui uno intuitu quid Pontificiæ, quid Romanæ leges, quid Regni Constitutiones, Consuetudines, Pragmaticæ, aliæque leges constituerint, quid suprema nostra Tribunalia judicarint, legere intuerique valent. Ideo seorsim illa Deo propitiante edere propositum fuit, quorum Catalogum hìc adnectare curavi accommodatum ordini Librorum Institutionum, consultò omisso Opusculo De R. Fabrica S. Petri, utpote his temporibus non necessario; nempè ad Primum reduci possunt sequentia;

De

De

De Novi operis nunciatione.

De Legatis Piis,

Ad Quartum Librum

De Restitutione,

De Excommunicatione ad Can. *si quis suadente*.

De Excommunicatione illata ad indagandam veritatem Revelatione, Denunciatione Adductione Scripturarum.

Et alia Opuscula, quæ nondum ad manus meas pervenerunt.

BENEVOLO LECTORI.

NOn me latere decebat, Lector humanissime, in more jam positum esse institutoque majorum, ut ij qui alicujus Auctoris Opera publico juri vindicanda sustineut, eò dirigant præfationem suam, eamque primam habeant orationem, qua præstantiam Auctoris, & Argumenti nobilitatem summis efferant laudibus. Mihi equidem obtigisset omnino durissima conditio, si obscuri nominis Auctorem, inutileve alicujus Operis Argumentum

Stellis inserere, & concilio Jovis

emendicato elogio cogerer. Absit enim hac præsertim tempestate præfationibus ementitis aures eruditissimorum Lectorum, falsisque præloquiis demulcere. Clarissimi præstantissimique Francisci Verde Institutiones Canonicas prima lucis usura donandas curavi, ut tandem amicorum vi cedens, eis morem gererem, atque communi voto illas flagitanti facerem satis, etiam nominis mei, & famæ jactura. Cujus Viri quanta fuerit omnigena eruditio ac doctrina, ejusque perspicuitas, & dexteritas in illis tradendis, quanta editissimarum virtutum complexio, quarum specimen perexiguum in mox allato Elogio exhibitum est. Testes advoco eosdem, qui illum propriis auribus audituri frequenti cœtu adibant, aut fatigatis tabellariis epistolarum beneficiò, uti Doctorem Clarissimum, & Doctissimum Theologum pro enodandis conscientiæ dubiis, aut aperiendis Utriusque Juris, & Sacræ Doctrinæ arcanis consulebant. Ejus equidem præclara memoria apud posteros, ut vetus Poeta alloquitur

Canescet seclis innumerabilibus.

Argumentum verò Operis mihi suadeo longa commendatione non indigere; ipsum namque se prodit. Jus Canonicum ad formam Institutionum clara expeditissimaque methodo pro facillimo captu, præcipue Tironum, distinctis sub titulis capitibusque concinnè digestum, præsens Opus complectitur. Cujus partitio, ac dispositio sanè admiranda rectè judicanti occurret. Etenim nemo erit qui inficias ierit Jus Canonicum cùm praxim & theoricam respiciat, magnam habere cum Theologia, Jure Civili, ac Morali Philosophia affinitatem, atque eam esse inter hasce præclaras disciplinas necessitudinem, tamque arcto inter se nodo junctas & nexas esse, ut altera alteri decus conciliet, & robur; quippè non unum rerum genus respicit Jus Canonicum sed plura: nempè & fidem Catholicam profitetur, & explicat; præcipue Sacramentorum naturam, & partes: de moribus quoque definit, & Religione Christiana, quantum aut ex lege evangelica, aut naturæ ratione definire licet; quapropter rectè Theologia practica seu rectrix appellatur: Insuper mores Ecclesiasticorum, Religionis Ceremonias, & officia Ministrorum Ecclesiæ legibus positivis dirigit: Formam denique Judiciis Ecclesiasticis præscribit, pœnasque transgressoribus decernit. Hinc in tanta rerum diversitate non una ineunda est interpretandi ratio, non una tenenda via; quare longè aberrare visi sunt plerique, qui aut ad solam positivam, vel moralem Theologiam illud dirigunt, aut solo Judiciali foro addicunt, aut sine adjutorio Legum Romanarum explicandum suscipiunt, deficientes non raró à vera interpretatione Canonum, quia destituti aut scientia Divini Juris, à quo Canonicum originem sumit, & robur, aut intelligentia civilis Jurisprudentiæ, à qua formam accepisse videtur, illiusque axiomatibus sæpè sæpiùs regitur & informatur; cùm non dedignetur Canonicum Romanas Leges suscipere, & in sui supplementum illas socias asciscere: sicut & illæ Canonicum amplectuntur, & pluries Censorem sui non respuunt, ut *lib. 1. tit. 9. adnot. 3.* ostensum est. Igitur quæ in plerisque Auctoribus Jus Canonicum interpretantibus à doctis desiderabatur, in hoc Opere Institutionum completa, ac analyticè digesta habentur: Theologia suum locum meritò occupat: Ethices præcepta clarè ac solidè traduntur: Civilis Jurisprudentiæ usus admirando modo elucet; reddita sic suæ sedi sunt omnia: Itaut his præsidiis munitus potuerit Auctor uno contextu, exigente sic subjecta rei tractatione, quid Theologalis disciplina, quid moralis philosophia, quid utrumque commune Jus, quid municipale, & res judicata definierint, opportunè disposita tradere, quid placita Doctorum continent pro utraque parte, sincerè referre. Quæ autem Auctori nostro vitio verti possunt in hoc Opere duo videntur esse, & quod tenuem, ac demissam habeat orationem, & quod laxas aliquando proponat opiniones. Verùm etsi oratio culpanda videatur ob styli, & elocutionis tenuitatem, retentis insuper scholæ & fori vocibus; tamen quia ad dialogi

formam interrogationibus, & quæsitis responsiones subnectendo; præsens Opus concinnavit, in quo sermo non inflatus, non obscurus, sed facilis, planus, omnibusque patens debet esse, & absque fuco verborum; ideo exemplo mihi suadeo Sancti Augustini maluisse ab omnibus intelligi, quàm diserta elocutione commendari. Pro opinionibus verò ac placitis Doctorum hic ab Auctore laudatis, quarum pleræque sub nomine laxitatis à severioris disciplinæ cultoribus suggillari possent, meum non erit, ut alibi observare licet, Apologias conficere; suo unaquæque adscribenda Auctori, & in suo, si quod habent, robore maneant; doctas enim pro sui, & aliorum defensione elucubravit Auctor, ut videre est in Physico-Legali, & pro Caramuele in suis Selectis contra Ludovicum Crispinum à Borgia Episcopum Placentinum; & tandem fato cedens absolvere non potuit illam, quam magna ex parte confecerat, contra Crisim P. Cardines, qui Caramuelem exagitando, pluribus in locis ipsum Verde, suspensò velo dialecticis suis jaculis impetit. Auctori autem nostro non debet officere, si illas hic potiùs referat eruditionis causa, quàm sequendas proponat; cùm in rebus opinioni Doctorum subjectis, non desinat utramque sententiam expromere, ex quo liberum fit rectè illas expendenti, quàm velit, sequi; ut respondere solebat de istis opinamentis pluries interpellatus; paucas enim invenies, quas suo nomine propugnet: Inde consequens est laudandam esse Auctoris industriam, si diversas, aut inter se dissentientes opiniones simul coacervatas referat, & post Legum definitiones, Doctorum placita tibi objiciat. Parique gradu incedendum arbitror, si inter legendum occurrant auctoritates Doctorum de Juribus Summarum Potestatum non sibi cohærentes, aut à legitimis Constitutionibus, probatisque Consuetudinibus locorum discrepantes, quibus haud Auctor quicquam detractum voluit. Cordi enim fuit nil magis, quàm Sacerdotium, & Imperium Religionis, & Justitiæ vinculis unire, ac inter se devincire; nemini ullam dans offensionem, ut in obeundis suis Ecclesiasticis muniis utrique manifestum fecit. Quodque MONITUM perpetuum tibi sit Æquissimè Lector in pervolvendo hoc Opere, ubi passim à me hoc adnotatum invenies. Quæ vel potissima causa fuit, ut aliquas adjicerem Adnotationes, & ad illustranda scilicet aliqua dubia vel obscura loca, & ad supplenda si quæ Auctori nostro non occurrerunt, aut post eum emanata fuere. His ego causis adductus in animum induxi hoc qualecumque laboris mei monumentum, ex diutina recongnitione (immanis labor) textuum, & auctoritatum hic assertarum potissimùm excerptum, publici Juris facere; ut Juniorum profectui consultum irem, & non dum gnaris viam studiorum aperirem, aut lævigarem. Etsi cùm primùm, adversa ut plurimum valetudine, domesticisque curis implicitus, ad scribendum has Adnotationes animum appuli, & sic vadum tentare publicæ famæ: non ignorabam, hoc, quicquid erat quod moliebar, in varias postea incursurum reprehensiones, & parata præviderem tristi supercilio Censorum diversa judicia. Vicit tandem auctoritas eorum, præcipuè Clarissimi D. Hieronymi Nobile Revisoris, quibus me totum debeo, & eorum jussis obsequi par existimavi, eisque jam tum earum specimen communicavi. Nihil equidem minus in animo insederat, quàm huic me devovere curæ eruditissimo hoc ac delicatioris palati seculo: Nullum enim verecundiæ, ac pudoris sensum retinuissem, si inconsultò aggredi Opus hoc cœpissem, præsertim cùm satis superque conscius mihi sim meæ suppellectilis, & [illegible]

[illegible] *quid ferre recusent.*

Quid valeant humeri . . . . . .

ad sustinenda nunc Scriptoris onera. Illud tamen me solabatur, quod non ambitione, aut scriptiendi prurigine, sed bonæ conscientiæ pretio, ut profectum prospicerem eorum, qui erectas studio discendi mentes habent, me duci sciebam; & nullam virtutem prænoscebam esse sine aliqua calumniæ ac livoris nebula, qua immunem esse, humanam sortem excedit, nedum meam mediocritatem. Hæc igitur, quæ in tui commodum, & utilitatem mea cura, & labore comparavi, si placebunt, gratum. Sin minus, habes animi, & benevolentiæ meæ erga te indicium. A mendis autem integra, & immunia minime polliceor; nulla enim est diligentia, cui fidendum errores omnes evitari posse: irrepserunt sanè in Auctoris textu, & in Adnotationibus, Typothetæ potissimùm incuria. Demùm verbis S. Bernardi interpellor *Epist.* CCXXIV. edit. Mabill. *Quæ autem dixi absque præjudicio sanè dicta sint sanius sapientis, Romanæ Ecclesiæ præsertim auctoritati, atque examini totum hoc, sicut & cætera quæ hujusmodi sunt universa reservo; ipsius, si quid aliter sapio, paratus judicio emendare.* Vale.

IN-

INDEX SUMMÆ
LIBRI I. ET II.
INSTITUTIONUM CANONICARUM
Ordine alphabetico.

EML.

EMINENTISSIMO SIGNORE.

Felice Mosca pubblico Stampatore, supplicando espone à V. Em. come desidera dare alle Stampe *Institutiones Juris Canonici, & Opuscula* del fù Monsignor Il. D. Francesco Verde; Supplica per tanto l'Em. V. a volersi degnare commetterne la revisione a chi meglio li parerà, e l'averà a grazia, ut Deus.

Rev. Doctor D. Hieronymus Nobile videat, & in scriptis referat. Neapoli die 5. Januarii 1733.

D. ANTONIUS CAN. CASTELL. VIC. GEN.
D. Petrus Marcus Giptius Can. Dep.

EMINENTISSIME DOMINE.

Ea, qua par erat, diligentia, ut mandatis Em. V. obtemperarem, sedulò diligenterque perlegi *Institutionum Canonicarum libros quatuor, & Opuscula varia* toto Orbe Clarissimi Francisci Verde Episcopi Vici-Æquensis: Opus quippe posthumum, sed omnium commendatione, & expectatione dignissimum. Cui accesserunt Notæ, quas elegantissimas ad vota fœliciter dedit in omni disciplinarum genere ornatissimus U. J. D. Gaspar Torelli Presbyter Neapolitanus; mihique attentè scrutanti, nihil in eis planè occurrit, quod sive Orthodoxæ fidei dogmatibus, sive Christianæ Ethices documentis, non sit consentaneum. Quare in omnium utilitatem diù exoptata tam præclari Auctoris Opera in lùcem predeant, prœloque digna, cui committi posse, & debere, jure reor. Si modo Em. V. videbitur.
Datum Neapoli Quinto Idus Septembris MDCCXXXIII.
Em. V.

Addictiss. Obsequentiss. & Humill. Servus
Hieronymus Nobile.

Attenta supradicta relatione Dom. Revisoris Imprimatur. Neapoli 17. Septembris 1733.

D. ANTONIUS CAN. CASTELL. VIC. GEN.
D. Petrus Marcus Giptius Can. Dep.

S. R. M.

SIGNORE

Felice Carlo Mosca publico Stampatore con supplica prostato à piedi di V. M. umilmente li rappresenta, come desidera dare alle Stampe *Institutiones Juris Canonici* del fù Monsign. D. Francesco Verde. Intanto priega la M. V. degnarsi commettere la Revisione à chi li piacerà, e Dio feliciti la Real Persona di V. M. per lunga serie d'anni, secondo il bisogno de' suoi Fidelissimi Vassalli, ut Deus.

Rev. Pater Magister Pius Thomas Milante Ord. Præd. in hac Regia Universitate S. T. Professor videat, & in scriptis referat. Neap. die 3. Junii 1738.

C. GALIANUS ARCHIEP. THASSAL. CAPELL. MAJOR.

S. R. M.

Opus posthumum Cl. V. D. Francisci Verde Episcopi Vici-Æquensis de litteraria Republica optimè meriti, cui titulus præfigitur *Institutiones Juris Canonici* simul cum notis Doctissimi Parthenopæi Presbyteri Secularis D. Gasparis Torelli ad marginem, & calcem paginarum ejusdem operis adpositis, M. V. jussa faciens sedulò lustravi, in eisque demiratus sum cùm Authoris, tum Commentatoris eruditionem bonis moribus haud adversam. Et quia insuper tàm Author, quàm Postillator non semel, sed sæpiùs, nimirum In Monito ad Lectorem, nec non *fol. xv. Tom. II. & sequentibus*, sicut & *Lib. IV.* in initio, & alibi protestantur quòd in materia competentiæ fori, & id genus aliis, relatoris dumtaxat obeant munus, hinc nullum Supremis Potestatibus præjudicium ingerere audent, idcirco præfatum Opus unà cum laudatis Notis solummodò posse Typis mandari existimo, eruditionis nempè, & mercimonii caussa; modò tamen accedat calculus M. V. cui perpetuam adprecans Felicitatem, meum qualecumq; judicium ea, qua par est, reverentia submitto. E' Conventu S. Spiritus Kalendis Octobris Ann. ab Orbe redemto cIↃIↃccxxxviii.
M. V.

Obsequentiss. Humillimus, & Devinctiss. Cliens
F. Pius-Thomas Milante Vic. Gen. Congr. S. M. Sanitatis
O. P. S. Th. Mag. & Primar. Reg. Professor.

Die 18. mensis Maii 1740. Neapoli.

Viso Rescripto S. R. M. sub die 3. Junii currentis mensis, & anni, ac Relatione facta de Commissione Rever. Regii Capellani Maioris ordine præfatæ S. M. per Rever. P. F. Pium Thomam Milante.

R*Egalis Camera Sanctæ Claræ providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inserta forma præsentis supplicis Libelli, & approbatione dicti Rever. Revisoris: verùm quæ fortasse in Opere, vel Additionibus circa fori competentiam Ecclesiastici cum Seculari, & ad illam pertinentia, vel circa Ecclesiasticam immunitatem personalem, realem, aut localem, vel quoquo modo contra Jura Principum, & Magistratuum, ex scribentium genio, & statu scripta, aut contexta sunt, ex imprimendi operis hoc permissu pro rationibus dumtaxat impressoris, & mercaturæ indulto nullatenus approbata censeantur, & in publicatione observetur Regia Pragmatica, hoc suum.*

ROCCA. MAGIOCCO. DANZA. CASTAGNOLA.

Ill. Marchio de Ipolito Præs. S. R. C. tempore subscript. imped.

Athanasius

INSTITUTIONUM CANONICARUM

ILLUSTRISSIMI, AC REVERENDISSIMI DOMINI DOMINI FRANCISCI VERDE EPISCOPI VICI ÆQUENSIS

LIBER PRIMUS.

PROOEMIUM.

Summa libri primi.

IN Libro primo Canonicarum Institutionum tractatur de Personis, & de iis, quæ personas concernunt; adeoque de Singulis Personis Ecclesiasticis, de eorum Officiis, Vita, & Honestate, de Beneficiis in genere, & in specie, de Voto in genere, & in specie, de Regularibus, & Monachis nobis agendum erit.

Insuper nos ex sublimiori fastigio scientiam Canonum ab ipsis incunabulis objicimus, ut tanquam Sole probatis, dignoscant cuncti Canonum, idest divinarum rerum Solem, non nisi aquilinis inspici oculis.

Adeste mecum omnes, qui insana liberalitate inutilibus implicatis studiis, temporis non cognoscentes deplorandas jacturas. Vos, quos sciendi ardor exstimulat, bonô communi pernecessariè toto mentis haustu, perenni utilitate redundante, studeatis scientiæ, cui impendium est universa Cœlorum abundantia. Et na acclivis sit oratio, tritam curramus semitam ad evadendos scopulos, quibus scatet Juris salum; ut portum attingamus, & primo

De Jure Canonico.

TITULUS PRIMUS.

ACturi de speciebus Juris Canonici, primo terminos explicemus, juxta dispositionem *legis primæ D. de Origine Juris.*

1 Jus Canonicum latè usurpatum, absorbet etiam Jus Divinum, ut ex Can. *de quibus 3. dist. 22. cap. nimis. de verbor. cap. 1. de Juram. calumniæ. Covarr. Practicar. cap. 31.* Ut plurimum enim agit de spectantibus ad Divinum cultum. *l. ut inter. C. de Sacrosanct. Eccles.* (1)

Jus Canonicum dici valet quoq; Jus divinum.

2 Strictiùs Canon græcè, dicitur latinè Regula. Canone *Nicæna. distinct. 31. c. privilegia. Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis Can. Canon. distinct. 3.*

Canon idest Regula.

3 Canon quoque sumitur pro tributo determinato, ut in feudo, & in censu emphyteutico. *l. 2. Cod. sine consensu, & l. 2. Cod de jure Emphyteutic. cap. potuit. de Locato.* Sic annalis pensio, seu pecunia illa, quæ solvitur, dicitur Canon. Alcuinus apud Magrum in Notitia vocabulorum Ecclesiasticorum V. *Canon* (2). Hinc Horæ etiam dicuntur Canonicæ; quia sunt pensiones diurnæ solvendæ necessariò.

Sumitur pro tributo.

Annualis pensio dicitur Canon.

4 Omnis lex Civilis dicitur Canon; quia est regula. *l. Regul. 9. in ord. D. de Juris, & facti ignor.*

Lex civilis dicitur quoque Canon idest regula.

5 Insuper Canon accipitur pro æquilibrio in medio lancis; quandoque sumitur pro censore (3). Cicero ad Tyronem *Epist. 19.* (4)

Usurpatus pro æquilibrio in medio lancis, & pro Censore.

In

(1) Vide Gonzales *in Apparatu num. 29.* Barbosam *in cap. nimis. de jurejurando num. 2.*

(2) Videas Magrum *in Hierolexicon V. Canonicus.*

(3) Veriùs 19. *libro 9. Epistolarum* ubi hæc habentur. *Sed tamen tu, quæ Kanôn esse veterum scriptorum soles.*

(4) Verum apud Romanos erat certum modium, & numerum frumenti, quo opus esset ad alendam Urbem per annuum usum. Ut notat Lipsius *lib. primo Electorum cap. 8.* & apud Jurisconsultos usitatum: ut ex titulis Codicis Justiniani & Theodosiani *de Canone frumentario Urbis Romanæ, & de Canone frumentario Urbis Constantinopolitanæ:* notarunt Brissonius *V. Canon.* Panciroli *lib. 2 Variarum cap. 247.*

Apud Scriptores Ecclesiasticos, & Concilia varia quoque sortitus est *Canon* nomina, & pro Catalogo Clericorum, qui in communi vitam agentes, ii fossum, qui in Canone recensiti erant *Menstruam Sportulam* accipiebant, ut loquitur S. Cyprianus *Epist. 34. ad Clerum*, scilicet ut decernit Concilium Aurelianense IV. *Can. 13. Clerici, quorum nomina in Matricula Ecclesiæ tenentur inscripta.* Matriculam intelligens eam nominis in Ecclesiæ tabulis inscriptionem, qua Clerici redituum Ecclesiæ participes fiebant. Agathense Concilium *Can. 2.* & ibi Cabalut. Balsamon explicans nomen istud *Canonicus* à D. Basilio sæpiùs usurpatum *ad Amphilochium*, sic habet *Canonicos eos dicit, qui in Canone numerantur, scilicet Clericos, & Monachos.* Relinquendum puto aliis disceptandum, quinam propriè fuerint comprehensi in Canone, seu Matricula Ecclesiæ, cùm variè Concilia ævi antiquioris sint locuta: ut Concilium Nicænum *Can. 16. Sacerdotes, aut Diaconi, aut generatim quicumque, in Canone recensiti.* Antiochenum *Can. 2. Si quis depre-hensus fuerit Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut alius, qui de Canone sit*, & *Can. 6. Nemo sit decretum circa Laicos, Sacerdotes, & Diaconos, & omnes qui de Canone sunt.* Simuliter Laudicenum *Can. 15.* & Furonensis II. *Can. 20.* ex his eruì potest, quod ii, qui propter delicta, quæ sive excommunicationis, sive depositionis, aut alterius animadversionis pœnam mere-

A

In re autem nostra sumitur Canon pro Lege Ecclesiastica auctoritate emanata, sive à Concilio Generali, sive Synodali, sive à Pontifice. (5)

6 Juris Canonici definitio. Jus Canonicum definitur, quod sit *Regula practicè directiva operationum Baptizatorum, in ordine ad vitam æternam, ab habente potestate.*

Dicitur *practicè*, ut distinguatur Jus Canonicum à Theologia. Nam Theologia considerat quidem Jus, sed non in ordine ad praxim, sed tantùm secundum quod pendet à Lege Divina, idest speculativè.

Explicatur. Dicitur *Baptizatorum*, ut includantur etiam hæretici, qui sunt subditi Ecclesiæ, & excludantur non Baptizati. Nam de iis, qui foris sunt nihil ad nos. *Can. multi corriguntur 2. quæst.1.* quia non sunt subditi. *cap. Gaudemus. de divort.*

Ex dictis colligitur in diebus jejunii fideles posse ministrare carnes Infidelibus, & Cathecumenis. Sanchez *tom.1. Decalogi cap.12. num.28. quæst.3.* ex dictis etiam colligimus Sacros Canones obligare etiam in conscientia. *Matth.23. 2. Petri 2.* etiam Leges Civiles obligant in conscientia, si habeant requisita, si sint acceptatæ & justæ, & alia, de quibus in *Can. Erit dist.4.* Vide Layman *lib.1. tract.4. cap.4. num.1.* ad Romanos 13. ibi: *qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Nota tamen rarò Leges civiles obligare in conscientia secundum Navarrum in *Manuali cap.23. num.55.* scilicet si sint pœnales, ut *num.* 187.

7 Canones obligant in Conscientia.

Contra hæreticos. Hinc patet audaciter, & cervicosè hæreticos docuisse Leges, & Canones non obligare. Wicleph, Joannes Hus, Lutherus, Calvinus, de quibus Vasquetius *prima secunda disp.* 152. *cap.* 1. hic qui eorum fundamenta dissolvit, & contumaciam retundit.

8 Causa effectiva legis Ecclesiasticæ. Lex itaque Ecclesiastica recognoscit pro causa effectiva potestatem jurisdictionalem personæ Ecclesiasticæ: puta Papæ, & aliorum Superiorum Ecclesiasticorum.

De Origine Juris Canonici.

TITULUS SECUNDUS.

Jus Canonicum dictum à regula; quia legibus regulatum: recognoscit pro causa effectiva potestatem jurisdictionalem personæ Ecclesiasticæ: puta Papæ, & aliorum Superiorum Ecclesiasticorum. Ortum habuit ab ipsa Ecclesia nascente, post Christi Domini Ascensionem, per Concilia. Primum in Apostolo electo Mathia pro Juda proditore. *Act.1. v.26.* Secundum in Stephano electo in Diaconum. *Act. 6. Can. Diaconi. 12. dist.93.* Cyprianus *lib.1. Ep. 65. ad Rogatian.* Tertium Concilium fuit anno Christi Domini 51. ubi fuit decretum Circumcisionem inutilem esse ad salutem, & legalia abrogata fuere. *Act. 15. ad Galat. 2.* Baronius anno Domini 51. 9 Juris Canonici Origo. 10 Concilia Apostolorum.

Deinde repullularunt varia Concilia, & alteræ Decretales, & earum variæ collectiones, quas hic prætereo. Accuratior fuit, qua utimur, collectio Gratiani Hetrusci anno 1056. (6), & dicitur *Decretum*. Glossa in *Can. Post appellationem, §. Forma, V. forma. 2. qu.6.* Cæpolla *de libris Jur. Canon. n.* 6. Genebrardus *lib.4. Chronographiæ.* 11 Eorum exemplo alia Concilia proderunt, & Epistolæ Decretales. 12 Collectio Gratiani an. 1059.

Decretum hoc non habet vim legis, nisi prout invenitur in suis autographis originalibus Conciliorum, Pontificum, & aliorum, nam non fuit aliter a Summo Pontifice illa Collectio approbata, nec Gratianus poterat legem condere; Compilator enim fuit, non Legislator, nec à Summo Pontifice unquam ei fuit communicata vis legis. Ideoque Decretum compilatum à Gratiano non habet vim legis, nisi quando invenitur in originali habente vim legis: puta in Conciliis Generalibus. Ripa in *cap.2. n.80. de rescriptis.* Alciatus *lib.3. Parergon cap.23.* Menochius *de adipiscenda possess. remedio 4. num.* 842. Sanchez *lib.1. de matrimonio disp.18. n.21. & lib.9. de matrimonio disput.12. num. 5.* Diana *part.5. tract.14. resol.68.* Medices *de legib. part.1. qu.3 num.14.* 13 Non habet vim legis.

merebantur, ex Canone nomen eorum delebatur, ut videre est in citato Concilio Agathense *Can.2.* in quo habetur, quod ii, qui negligentes fuerint in suis officiis, privarentur Matricula, & apud S. Augustinum *Epist.* 137. de Bonifacio Sacerdote criminis postulato. Cæterum Cabassutium consule ad *Can.* 15. Concilii Laodiceni, & ad *Can.2.* citati Agatensis, Gabrielem Albaspinæum ad *Can.2.* Concilii Antiocheni.

Canonis nomine insuper venit Index ille, sive Catalogus librorum Sacræ Scripturæ, qui propterea Canonici nuncupantur: & illa Sacræ liturgiæ pars, in qua recitantur nomina plurium Sanctorum ex prisca consuetudine. Forte quia Sancti, qui hac vita functi Cœlum tenent, ut publici cultus, & honoris obsequium eis daretur, Canoni, idest Albo, ac Syllabo Ecclesiæ inscribebantur, ex qua Sanctos canonizare sæpiùs usurpamus; vel quia ipsa Liturgiæ pars sit invariabilis regula consecrationis. Demum licèt antiquitùs discrimen esset inter Canonem, & Decretum. Canonem usurpantes pro morum, atque disciplinæ reformatione aliquod statutum. Decretum verò pro fidei aliquo articulo stabiliendo firma confessio: ut pluribus momentis probat Christianus Lupus *tom.2. in Appendice ad Synodum Chalcedonensem Actione prima §. Fidei libellus.* Et in Scholiis, & notis ad Tertulliani librum de Præscriptionibus cap.13. V. decretum. Hodierna tamen Ecclesiæ praxis docet oppositum ex Concilio Trid., quod Canones usurpavit pro fidei definitionibus, & Decreta pro morum ac disciplinæ reformatione. Exceptis tamen Decretis *de Indulgen. & Invocat. Sanctorum.*

(5) Igitur cùm Canon pro regula sumatur, quia regula est actionum humanarum in ordine ad consequendam Beatitudinem; rectè à Doctoribus Canones appellantur regulæ illæ, quæ pro legibus ab Apostolis, ejusque successoribus sunt emanatæ, & Jus ex eis conflatum, Canonicum appellatur. Qua significatione utitur D. Paulus ad *Philip.3. ad Galatas 6. & 2. ad Corinth.10. In eadem permaneamus regula.* Græca verba sic verti possunt. *In eadem dirigamur canone.* Gonzalez *in Apparatu n. 30.* & Joannes Doujat *Prænotionum Canonicarum lib.1. cap.1. num.* 10. Mitto Eruditum Pirhing *in Prolegomenis ad Jus Canonicum*, Ludovicum Engel in Proœmio *Collegii Jur. Can.* aliosque.

(6) In hoc auctor secutus est Genebrardum, aliosque, qui dicto anno asserunt, Gratianum suum Canonum corpus consumm asse: Sicuti Gonsales hujus videtur esse opinionis *in app. n.48.* Verùm Joannes Doujat *lib.4. Prænotionum Canonicarum cap.4.* propositis variis Scriptorum placitis, ex communi sententia cum Trithemio censet Gratianum anno 1127. opus suum inchoasse, circa annum 1141. alteram partem esse aggressum, anno 1150. totum volumen absolvisse, & demùm anno 1151. edidisse. Cui assentitur quoque Ludovicus Engel *in Proœmio Collegii Juris Canonici num.4.* aliique apud Struvium *Hist. Jur.*

Concordiam discordantium Canonum appellavit suum opus Gratianus, ut eruditi omnes conveniunt; tractu temporis tamen *Decretum* appellarunt, sed meliùs si *Decreta* huic operi nomen dedissent, utpote Collectio, quæ ferè ex innumeris Canonibus Conciliorum, & Pontificum decretalibus Epistolis, SS. Patrum Sententiis, & quoque Imperatorum legibus consarcinata. Quapropter Ant. Demochares. *Decretorum Collectanea*, & Ant. Contius. *Decretorum Can. Collectanea* vocarunt. Hinc æquum judicavi Novitium in Jure Canonico præmonere circa lectionem Gratiani ex isto titulo *Concordia Discordantium Canonum*. Ne postquam huic operi laborem impenderit, non ita facile veritatem, atque utilitatem ex eo assequatur. Etenim plerisque in locis Gratianus in concinnando volumine hoc, sæpe sæpius absolet in principio alicujus Causæ, aut Distinctionis controversias, ac dubias præponere quæstiones, & allatis pro utraque parte auctoritatibus, in fine eas reconciliare nititur, & velut ex propositæ quæstionis conclusione firmat suam sententiam. Quod præmonere existimavi, ne Lector sic contentus prima, & sibi occurrentia Capitula evolvisse; sed cætera accuratiùs perlegas ad dignoscendam propriam, ac veram Gratiani decisionem. Ut notat Ludovicus Engel *l. cit.* & Jo. Doujat *lib. 4.* pluribus in locis.

num. 14. Salas *de legibus tract.* 14. *disp.* 18. *sect.* 13. Suarez *de legibus lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 6. Ufelios in *notis ad Covarr. lib.* 4. *variarum cap.* 11. Carnmuel *f.* 3. *Trismegistri art.* 1. rectè dicens à Gre-

14 A Gregorio XIII. nõ approbatum Decretum Gratiani.

gorio XIII. non approbatum, sed emendatum; ut concordaret cum originali. Gonzalez in *apparatu de origine, & progressu Juris Canonici num.* 51. citans alios quamplurimos Doctores, &, *num.* 49. citat contra, decem Doctores, dicentes habere vim legis, inter quos est Abbas in *cap.* 2. *de rescriptis num.* 9. Franciscus Valena in *Concordia Juris cum Theologica ratione in proemio cap.* 7. *num.* 25. Martha *de jurisdictione* 1. *part. cap.* 30. *num.* 37.

15 Objectio.

Dices Papa approbavit ista Gratiani Decreta: ut legitur in principio Bullæ insertæ in Decreto; sed quod est approbatum à Papa habet vim legis; ergo, &c.

Sed permissum.

Respondetur distinguendo: approbavit, idest permisit, concedo, idest bonam esse collectionem factam, ut typis mandetur: tribuendo vim legis, nego.

16 Palea quid.

Palea in dicto Decreto, vel significat Canones antiquos, ut vult Cujacius in *cap.* 1. *de sponsa duorum*. Vel est nomen Cardinalis Ecclesiæ Romanæ ita dicti, qui adjecit istos Decreto Gratiani. Doctores apud Dartis in *Can.* 2. *dist.* 5.

17 Discipulum Gratiani dicunt.

Vel communius fuit nomen alicujus discipuli Gratiani, qui illos adjecit, nec vim legis habent. *Can. Si quis homicidium dist.* 50. nisi prout extant ibi, unde desumpta fuerunt. Cenedus in *Decretum, collectario* 16. *num.* 7. *in fin.*

18 Collectio Decretalium an. 1230.

Deinde post varias Collectiones, fuit facta Collectio Decretalium anno 1230. à S. Raymundo, quæ Collectio habet vim legis; nam fuit approbata à Gregorio IX., qua approbatione dicuntur *Decretales Gregorii*, quia nostra facimus, quibus nostram impartimur auctoritatem. *cap. si Apostolica de præbendis in* 6.

A Gregorio XI. approbata.

19 Sextus Decretalium an. 1294. & 1300. à Bonifacio VIII.

Sextus Decretalium fuit factus à Bonifacio VIII. anno 1294. & 1300. & patet ex proemio Sexti. Cui Clemens V. apposuit Clementinas, quas ejus Successor Joannes XXII. anno 1317. fecit publicari. Ipse Joannes XXII. alias addidit Extravagantes, quas appellamus communes, quæ Extravagantes Joannis XXII., absolutè dicuntur Extravagantes; quia existentes extra Corpus Juris: scilicet extra libros Decretalium. Et ita Jus Canonicum collectum fuit; licet deinde creverit per Bullas: Unde adsunt Bullaria. Sed de hoc satis.

20 Clementinæ à Clemente V.

21 Extravagantes à Joanne XXII.

22 Bullaria.

Plenior Decretalium notitia. (7)

23 Epistolæ Canonicæ.

SErvientes publicæ eruditionis ærario, hæc reponimus. In multiplici genere adsunt Epistolæ Canonicæ. Primo dicuntur Canonicæ, sive Formatæ. Secundo Communicatoriæ. Tertio Commissoriæ. Quarto Commendatitiæ. Quinto Tractoriæ. Sexto Tractatoriæ. Septimo Paschales. Octavo Circulares, vel Encyclicæ. Nono Decretales. Decimo Synodales. Undecimo Confessoriæ. Duodecimo Privatæ, & aliæ de quibus singillatim erit sermo.

24 Salutatio in principio Epistolæ.

Primo usu receptum, remittendam salutationem in fronte Epistolæ, præposito nomine scribentis, & accipientis absque ornatu. Simmacus *lib.* 2. *Epist.* 54. dixit: *ut Epistolis nostris more majorum nuda nomina præferantur*: Et D. Cyprianus *Epist.* 4?. ibi, *Cyprianus Cornelio fratri*; & *Epist.* 78. *Cyprianus Lucio fratri salutem*, & *Epist.* 57. *Cornelius Cypriano fratri.*

25 Formulæ salutandi.

Deinde salutandi formulæ; ut *gratia vobis, & pax à Deo Patre*. Gregorius Papa *lib.* 4. *Epist.* 37. Et nomen Domini omnibus scripturis præponebatur. D. August. *in libris de Civitate.*

De Epistola Canonica.

26 Epistola Canonica.

CAnonicum nomen tripliciter usurpatur. Primo pro eo, quod introductum à Sacris Conciliis, undè horæ dictæ sunt Canonicæ. Secundo pro eo, quod spectat ad Ecclesiam; & tunc idem est Canonicum, ac Ecclesiasticum. Novel. 121. ibi. Tertio dicitur Canonicum certis regulis conceptum. Et sic Epistolæ Canonicæ sunt certis solemnitatibus, & regulis exaratæ, & sont idem, ac apud Latinos formatæ Epistolæ; quia adscribitur forma certis, & solemnis. Cujacius *lib.* 3. *Decretalium num.* 4. *cap.* 5.

27 Idem ac formata Epistola.

Solemnitas.

Solemnitas consistebat, ut in primo apponeretur SS. Trinitas, & Indictio; ut inde cognoscatur, ut Catholicus: exemplum habes apud Ivonem *cap.* 435. sub literis Canonicis tanquam sub genere continebantur Communicatoriæ, Pacificæ, Commendatitiæ. D. Augustin. *Epist.* 363. Balsamon ad *Canonem* 43. *Synodi Laodicenæ.*

Epistolæ Communicatoriæ.

28 Communicatoriæ peregrinis dabantur.

ERant, quæ dabantur ab Episcopo proprio subditis peregrinis, quibus peregrini cognoscebantur Catholici, & liberè communicabant Catholicis, sine quibus nemo illos recipiebat. Concil. Carthag. primum *Can.* 7. Agathense *Can.* 32. Conc. Eliberitanum *Can.* 25. Conc. Arelatense primum *Can.* 7. 9. D. August. *Epist.* 162. & 163.

Epistolæ Dimissoriæ.

29 Dimissoriæ, seu libelli absolutorii à criminibus erant.

IStæ Epistolæ dicuntur etiam libelli dimissorii, Apostoli, Absolutorii, Reverentiales, & Reverendæ. Trid. *sess.* 7. *cap.* 10. *de Reformat.* qua Epistola testatur Episcopus suum subditum dimissum, non esse criminosum Clericum, vel Laicum, habilem ad officia dignitatis. *Can.* 3. *dist.* 71. Conc. Nicænum *Can.* 16. Balsamon ad *Canonem* 15. *Apostolorum*. Conc. Carthaginense 3. *cap.* 21.

Epistolæ Commendatitiæ.

30 Commendatitiæ dabantur, ut reciperentur ad Hospitium.

DAbantur ab Episcopo Laicis, & Clericis, quibus ostensis admittebantur à fidelibus ad Hospitium. Nicephorus *lib.* 10. *cap.* 21. Vocantur etiam testimoniales; quia testificabantur de

(7 Epistolarum Ecclesiasticarum Canon, quem hic Auctor summarie recolit, fusiorem ut par erit sermonem requireret; utpote utilitatem non modicam Novitius in Jure Canonico ex absoluta earum notitia perciperet ad intelligenda quamplurima Ecclesiasticæ antiquitatis loca, quæ obscura forent, ipsis Epistolarum nominibus, & formulis ignotis. Verum Auctoris tramitem currendo, qui prælibationem quandam Lectoribus de ipsis apponere videtur, licet multa explicatione, & probatione indigere videam. Ad eorum tamen pleniorem intelligentiam Clarissimos in Ecclesiastica eruditione Viros laudare sufficiat, qui plenam, & absolutam Epistolarum Ecclesiasticarum notitiam, numerum, usum, earumque formulas rimando, selectis auctoritatibus tradunt. Et sic præter Ferrarium, qui speciali libro *de Antiquo Ecclesiæ Epistolarum genere* adiri potest Baron. *anno* 142. *num.* 6. *ad* 13. *& anno* 263. *n.* 14. Cabassut. *ad Saeculum* 2. *differ.* 9. Sarpelli *tomo* 1. *Epistolarum Ecclesiasticarum Epist.* 1 Gonzalez *in cap. unæ fraternitatis, de Clerico peregrino n.* 4. *ad* 9. Christ. Lup. *ad Tertulliani librum de Præscriptionis cap.* 20. *F. Dum est illis communicatio pacis.*

de moribus bonis, & absolutione criminum. Burcardus *lib.3.Decret.cap.233.* Nominabantur etiam Viaticum; quia illis munitus, quis iter accipiebat, & Hospitio excipiebatur à Catholicis.

Epistola Tractoria.

31 Per Tractorias dabatur sumptus, & æquitatus vocatis, vel missis ab Imperatore.

JUre Civili erant Epistolæ datæ ab Imperatore vocatis, vel missis à se, quibus concedebatur sumptus, & æquitatus itineris, & est titulus Codicis *lib.12. Justiniani de Tractoriis, & Stativis*: nec debet legi *de Tractatoriis, & Statutis.* Cujacius *lib.12.Codicis tit.5.*

32 Et Episcopi benignè excipiebantur per Provinciam ad Synodum vocati.

Jure Canonico Tractoria Epistola est, qua Episcopi vocati trahuntur ad Synodum, & benignè transeuntes excipiuntur per Provincias. D. August. *Epist.* 217. Eusebius *lib.* 10. *Historiæ Ecclesiasticæ cap.5.*Conc.Meldense *Can.*71. (8)

Epistola Tractatoriæ.

33 Tractatoriis se legitimè excusabant ad Synodum ire.

ERant primo, qua vocati ad Synodum se excusabant, allegata legitima causa. Concil. Carthaginense V. *Can.*10. & Conc. Africanum *Can.*43. ibi: *excusationes suas in Tractatoria conscribant. Can.Placuit, ut quotiescumque, dist.*18. ubi *litteratoriæ*, corrige *tractatoriæ*. D. August. *Epist.* 217.

34 Et nunciabant Episcopi abstinere ab aliquo excommunicato.

Secundo Tractatoriæ erant Epistolæ scriptæ ab Episcopo aliis, quod se abstinerent à communione excommunicati. D.August. in *Psal.*36. *concione* 2. & *Epist.*162. Baronius *anno* 142.

De Epistolis Paschalibus. (9)

35 Paschalibus nunciabatur determinatus dies Paschatis.

PAschales Epistolæ erant illæ, quibus Summus Pontifex scribens aliis, determinabat diem Dominicum, ad celebrandum diem Paschalem. Conc.Arelatense 1. *Can.*1. Beda *de ratione temporum cap.* 42. & ille dies denunciabatur Populo in Epiphania Domini. Synodus Aurelianensis *Can.*1. Cassianus *collat.*10.*cap.*1.

36 In Epiphania nunciabatur populo.

De Epistolis Enclicycis, seu Circularibus, Orbicularibus, & Catholicis, seu Generalibus.

37 Enclycicæ omnibus, res Fidei nunciabantur.

ERant datæ à Synodo, vel Papa de rebus Fidei Ecclesiæ, omnibus fidelibus. Epiphanius *hæresi* 30.

38 Catholicæ, quia omnibus fidelibus datæ.

Catholicæ dictæ erant, quia scriptæ omnibus fidelibus. Sic Epistolæ septem canonicæ, dicuntur Catholicæ, scriptæ à D.Petro, D.Jacobo, &c. OEcumenius in *commentariis ad Epistolas D.Jacobi*. Non sic dicuntur Catholicæ Epistolæ Divi Pauli; quia non omnibus, sed quibusdam scriptæ fuere fidelibus. Isidorus *lib.6. Etymologiarum cap.2.* Eusebius *lib.4.Hist.Eccl.cap.*12.

39 Septem Epistolæ S. Petri, Jacobi, &c. ideo Catholicæ dictæ.

40 Non sic Epistolæ D.Pauli, quia non omnibus scriptæ.

De Epistolis Decretalibus.

41 Decretales erant responsa Pontificum.

EPistolæ Decretales erant responsa Pontificum consultorum à diversis in dubiis Fidei, disciplinæ Ecclesiasticæ, morum, & litium. Eusebius *lib.7.Hist.Eccl.cap.*24. D.Hieronymus *Apologia 3.adversus Rufinum*, S. Gregorius *lib.* 2. *Epist.*54. (10)

De Epistolis Synodalibus.

42 Synodales à Synodo missæ, vel à Papa de novo creato, aut ab Episcopo de novo creato directæ Summo Pontifici.

ERant istæ Epistolæ quædam missæ à Synodo, vel Papa de novo creato, continentes rectam fidem, vel scriptæ à Pastore inferiori de novo creato Summo Pontifici, qua profitebatur se Catholicum. Gregorius I. *lib.*1. *Epist.4.ad Joannem Constantinopolitanum, & Epist.* 25. *ad Anastasium Patriarcham Antiochenum*, & Joannes Diaconus *lib.2.cap.3. de vita S.Gregorii.*

Erant

---

(8) Præter infra adnotata de Concilio Provinciali, vide de Tractoriis Epistolis Gonzalez *ad cap.1.de Officio Ordinarii num.*19.

(9) Ecclesiæ disciplina ab Apostolis emanata Sanctum Paschatis Festum celebrandi Dominico die, & in universa Ecclesia certo determinato tempore, primis Sæculis, quamplurimas passa est controversias, & per varias Synodos, & Decretales Pontificum Epistolas, demum firmata est, ut eruditis omnibus perspicuum est, & libenter prætermitto. Notandum verò est post determinationem Magnæ Nicænæ Synodi circa festum Paschatis: nempe eodem die ab omnibus Ecclesiis celebrandum esse Sanctum Paschatis festum, idest die Dominico proximè sequente Lunam decimam quartam Martii post vernum Æquinoctium; ne ejus decisio frustraretur injunctum fuit Præsuli Alexandrino, ut perspecta supputatione jam à Synodo sancita, nunciaret Summo Pontifici Sanctum Paschatis diem; Ægyptii namque Astrologia pollebant. Et sic Romanus Pontifex Metropolitis omnibus scribens diem Paschatis eis aperiendo, totis Ecclesiæ, Epiphaniæ die publicabatur. Sic testatur Cassianus loco ab Auctore citato *Collat.*10.*cap.*1. *Epistolæ Pontificis Alexandrini per universas Ægypti Ecclesias dirigantur, quibus & initium Quadragesimæ, & diem Paschæ non solum per Civitates omnes, sed etiam per universa Monasteria dirigantur.* Vide Gonzal. *ad cap. fin. de feriis n.*9. *& seqq.* Cabassutium ad Sæculum 2. *Dissert.*7. *num.*6. & Sæculo 4. *Dissert. de Epactis, & Enneadecaeteridibus ad rationem dies Paschalis inveniendam.* Christ. Lupum *in Dissert. Proœmiali posthuma ad Synodum Nicænam tomo* 1. *Editionis Venetæ*, ubi discutit Synodum Syram Hosii Cordubensis, & in *Dissert. de Nicæna Synodo*, expendens Acta Nicæna de festo Paschatis *cap.*6. Verum oborto schismate inter Orientalem, & Occidentalem Ecclesiam, Romanus Pontifex primus diem Paschatis indicebat, & Metropolitis, ac Primatibus nunciabat, ut ipsi singulis annis in Provinciali Synodo cæteris Præsulibus certum diem Paschatis intimarent. Conc.Carth. 3.*c.*41. *Per singulos annos convenientes Episcopi ad Concilium, etiam de solemnitate Paschali à Primate suo informarentur.* Tandem latini Episcopi optimè edocti circa supputationis regulas anni lunaris, sexto Sæculo suis Ecclesiis Epiphaniæ festo populo nuntiabant, Collatione priùs facta inter ipsos Episcopos: ut constat ex Concil. Aurelianensi 4. *Can.*2. Demum nunc nec Patriarchæ Alexandrini nuntiatio, nec Summi Pontificis, nec Primatum in Synodis, aut Episcoporum expectatur notitia Paschalis diei, postquam editæ sunt Tabulæ Festorum Mobilium à Sede Apostolica recognitæ, & approbatæ; & sic Paschalium Epistolarum usum nunc non habemus. Cæterum vide Baronium ad *ann.*129.*n.*1. Bellarminum *lib.3. de Sanctis cap.*12. Severinum Binium *in notis* ad Canones Apostolorum, & alios per Gonzalez *supra cit.* congestos.

(10) Hic equidem discutienda occurreret celebris illa quæstio, num Epistolæ omnes Summorum Pontificum, quæ Siricium Pontificem præcesserint, veræ sint, an ab aliquo confictæ? De hac quæstione, quæ quamplurimis eruditis Crucem fixit, opus esset plenè differere, & rationes utriusque sententiæ in medium adducere, quibus perspectis Lector suum interponere posset judicium. Verum temporis, ac loci angustia non sinit hoc peragi, & ne crambem recoctam apponere videar; pretium operis erit ipsos Auctores laudare, qui & ipsasmet Epistolas propugnarunt, aut veluti spurias ac confictas expuerunt, atque repudiarunt, apud quos legens rationum pondera, ut iis additis Lector profectò percipiet hujus famosæ quæstionis nodum, rectumque judicium dabit. Franciscus Turrianus, qui totis viribus desudavit, ut adscriberet Apostolis Canones illos, qui sub eorum nomine circumferuntur, totus quoque fuit in vindicandis Epistolis antiquorum Pontificum, quibus adscribuntur, plurimis rationum momentis, edito peculiari libro, quem *contra Magdeburgenses* destinavit. Turrianum secuti sunt Severinus Binius, ut legere est, *tom.*1. *Collectionis maximæ Conciliorum Philippi Labbé*. Joannes Dovial *Prænotionum Canonicarum lib.*2.*cap.*23. ubi propositis sibi contrariis rationibus, conatur eas evertere. Lodovicus Jacobus à S. Carolo *in Bibliotheca Pontificia*. Pighius, Genebrardus, Crethierus, Valentia, Elias Amato *t.*1. *Epistolarum* 32. Petrus

An-

43 Synodicæ à Synodo missæ ad Pontificem, ut Synodum confirmaret.

Erant etiam Synodales, sive Synodicæ, quibus solebant Patres Concilii scribere Pontifici, ut confirmaret ipse acta Synodi. Baronius *tom.* 9. *anno Domini* 811.

De Epistolis Confessoriis.

44 Confessoriæ Epistolæ a Confessoribus datæ, quibus recipiebantur lapsi commendationibus eorum.

ISTæ dabantur à Confessoribus Christi in vinculis detentis, lapsis in sacrificando Idolis, & postea resipiscentibus, ad hoc, ut reciperentur ad communionem. Cyprianus *Epist.* 10. 11. 12. Concil. Arelatense 1. *Can.* 9.

De Epistolis Privatis.

45 Privatæ non fidelibus scriptæ, & carebant communione pacis.

SCribebantur hæc ex causa Hæreticis, Schismaticis, Paganis, & carebant Simbolo communionis pacis. D. August. *Epist.* 162. ibi: *Sed privatas.*

De reliquis Epistolis.

46 Pacificis Epistolis pauperibus succurrebatur.

ET primo occurrunt Epistolæ Pacificæ, & erant illæ, quibus Episcopi succurrebant pauperibus iniquè oppressis, confugientibus ad Ecclesias. Conc. Chalcedonense *Can.* 11. Et hodiè eadem voce Papa se interponit inter Principes conciliando eos ad pacem. S. Gregorius Magnus *lib.* 8. *Epist.* 38. Pacificæ etiam dicebantur omnes Epistolæ, quibus pax, caritas intendebatur. Balsamon. ad *Can.* 33. *Apostolorum.* D. Athanasius *Ep. ad agentes vitam solitariam.*

47 Clericis utebantur Clerici viduata Sede sui Episcopi.

Secundo erant Epistolæ Clericæ, quibus utebantur Clerici vacante Sede sui Episcopi, & erant illæ, quas Sede vacante Clerus Romanus sustinens onera Pontificis, pro quovis negotio Ecclesiæ scribebat Pastoribus diversis. Cyprianus *Epist.* 4. ibi: *Si Epistola Clerica.*

48 Epistolæ captivorū dictæ illæ, quibus redimere, & alere captivos commendabatur.

Tertio occurrunt Epistolæ captivorum. Et erant illæ, quæ ab Episcopo scribebantur pro redemptione captivorum; illos redimendo, & sustentando eleemosynis. S. Cyprianus *Epist.* 6.

49 Commonitoriæ Legatis, & Nuntiis dabantur, continentes agēda in eorum legatione.

Demum Epistolæ Commonitoriæ, seu Memoriales erant illæ, quæ dabantur Legatis, & Nontiis circa agenda in Nuntiatura, in Legatione. Conc. Africanum *Can.* 98. D. August. *Epist.* 129.

De Regulis Cancellariæ.

50 Regulæ Cancellariæ non sunt leges.

ISTæ non sunt leges secundum Decium in *cap.* 1. *num.* 4. *de const.* Gomez *in Regulas Cancellariæ.* Salas *tract.* 14. *disp.* 12. *sect.* 1. Sed esse leges docet Felinus in *cap.* 2. *de rescriptis.* Cassaneus *cons.* 10. Et non habere formam legis ait Gonzalez in *Apparatu Juris Canonici num.* 57., nam non promulgantur, ut in illo foro serventur. Alii ajunt in foro externo, non in foro conscientiæ servandas. Valens *de differentiis utriusque fori,* V. *Donatio diff.* 5. *num.* 2. Diana *part.* 1. *tract.* 10. *resol.* 43.

Declarationes Cardinalium.

51 Declarationes Cardinalium.

NOn habent vim legis, sed sunt doctrinales. Secundum Sanchez *lib.* 8. *de matrimonio disp.* 2. *num.* 10. Villalobos *tom.* 1. *Summa tract.* 2. *diff.* 7. *num.* 5. Sancius 48. *Select.* Bonacina *de legibus disp.* 1. *quæst.* 1. *puncto* 8. & vim legis non habere ait Gonzalez *loco cit. num.* 57. *in fine,* Tappia *lib.* 34. *de legibus quæst.* 8. *art.* 8. nisi cum Bulla promulgentur, habeantque subscriptionem Cardinalis Præfecti, & Secretarii Congregationis.

Annatus *in Apparatu ad Positivam Theolog. lib.* 6. *art.* aliique innumeri. Adversus quem Turrianum David Blondellus Pseudo-Minister Calvinista calamum acuit, edito virulento libro, quem intitulavit *Pseudo-Isidorum, & Turrianum vapulantes* anno 1627. Genevæ. Cui consilium fuit ea, quæ in ipsis Epistolis, priscis Pontificibus adscribebantur, coacervatis quamplurimis sacris documentis, ad elevandam auctoritatem ipsarum Epistolarum, aliis SS. Patribus, & antiquis Scriptoribus Ecclesiasticis adscribere. Verum etsi Blondelli studium fuit has Epistolas obelo transfigere, & spurias, veluti ab Isidoro Mercatore, sive Peccatore septimo, aliove Sæculo interpolatas, exsufflare; non dubium tamen est, quin ea omnia, quæ in ipsis Epistolis auctoritati Sedis Romanæ, ac ejus Majestati cedunt, firmarit potius, quam elevaverit, illa comprobando selectis auctoritatibus Patrum, & Scriptorum Ecclesiasticorum altero, aut tertio Sæculo post ipsos Pontifices exscriptis. E contra Viri maximæ notæ, ac veluti primi subsellii, aut non ausi sunt Epistolas istas, ut veras, ac indubitatas affirmare: licet earum auctoritatibus usi fuerint variis in locis: Aut omnino veluti ab aliquo interpolatas, repudiarunt. Sic Cardinalis Bellarminus, qui sæpè numero Epistolas antiquorum Pontificum citat, ac laudat, Libro tamen 2. *de Romano Pontifice cap.* 14. hæc habet: *Has Epistolas indubitatas esse affirmare non audeam.* Imò, & ante Blondellum idem doctissimus Cardinalis perspicuè notavit *in Dissertatione* inedita, quam laudat P. Graveson *loco supra citando*; tum quia Sæculo septimo confictæ laudatæ Epistolæ fuerunt, tum quia veluti farrago sententiarum Canonum, Legum Civilium, atque SS. Patrum, qui quarto à Christo Sæculo vixerunt, turpi Anachronismo scatere sese prodere eruditissimè affirmet. Similiter Cardinalis Baronius, qui passim in suis Annalibus harum Epistolarum mentionem facit, & earum auctoritatibus non rarò utitur. Anno tamen 865. ingenuè fatetur has Epistolas indubias non esse: *At vero ex multis esse valdè suspectas Epistolas per ea, quæ dicta sunt secundo Annalium tomo, dum de illis singulis mentio facta est satis est demonstratum, simulque ostensum illis non indigere S. Romanam Ecclesiam, ut (si falsitatis arguantur) suis ipsa destituatur juribus, & privilegiis: cum (ut ex illis constat) ex legitimis, & germanis aliorum Romanorum Pontificum Epistolis Decretalibus satis superque corroborata consistat.* Sequitur Christianus Lupus in Scholiis ad Dictatum Gregorii VII. *Can.* 3. Lovaniensis editionis *p.* 4 *pag.* 162. Venetæ *tom.* 5. *pag.* 175. *c.* 2. Philippus Labbe *tom.* 1. *suæ Collectionis maximæ Conciliorum* post notam Binii: ubi ipsius Binii, aliorumque rationes evertit, & suas fundat. Natalis ab Alexandro *Sæculo primo Dissert.* 21. Nicolaus de Cusa *de Concordia Cath. lib.* 3. *cap.* 2. Emanuel Schelstratus in *Antiquitate illustrata.* Cointius *in Histor. Eccles. t.* 6. *pag.* 265. ubi Cardinalem Bonam in sua *Liturgia* citat. P. Ignatius Hyacynthus Amat de Graveson *t.* 1. *Hist. Eccl. Sæculi* 1. 2. *&* 3. *colloquio* 2. Cardinalis Perronius Dionysius Petavius, Jacobus Sirmondus, Antonius Augustinus, Bosquetus, Claudius Espencæus, Didacus Covarruvias, Joannes Turrecremata, Lorinus. Mitto Zieglerum *Dissert. ad Lancellottum* §. 26. Guilielmum Cave *in Historia Literaria.* Elliam Dupin *in sua Bibliotheca.* Burcardum Gotthelffium Struvium *in Historia Juris Canonici* §. 15. utpote nigro lapillo signatos. Demum Petrus de Marca *lib.* 3. *Concordiæ Sacerdotii, & Imperii cap.* 5. ubi breviter tangit hujus sententiæ rationes: *Epistolæ illæ, inquit, apud eruditos viros gravi suspicione laborant, tum ob verborum sordes, à secundi Sæculi, quo datæ leguntur, elegantia, & nitore alienas, tum ob styli similitudinem & eumdem scribendi characterem, qui in omnibus Epistolis occurrit; itaut ab uno Auctore non autem à diversis Pontificibus, videantur esse conscriptæ. Accedit usus frequentissimus vulgatæ Scripturarum versionis, unde fit, ut post Hieronymi ætatem confictas esse necessum sit; deinde & Hieronymo, qui Scriptorum Ecclesiasticorum texuit Catalogum, & Innocentio, Leoni cæterisque Pontificibus, quorum Epistolæ Germanæ ad nos pervenerunt, omnino fuerunt incognitæ, & lib.* 7. *cap.* 20. *certum est, & omnino indubitatum ex sententia omnium Virorum eruditorum, eas veterum Pontificum Epistolas in universum omnes, quæ tempora Siricii, & Innocentii antecedunt, fabricatas fuisse ab Isidoro, (ut non Hispalensi,) quod colligitur non solum ex barbarie sermonis, aut inscitia antiquitatis, sed etiam ex magno discrimine, quod intercedit inter Disciplinam veteris Ecclesiæ, & eam, quæ in his Epistolis continentur. Accedit Dionysii Exigui auctoritas, qui cum in sua Collectione Canonum addiderit Epistolas Decretales Romanorum Pontificum, nullam tamen facit mentionem earum, quæ in illa Isidoriana continentur, ac*

tametsi

nis, & promulgentur jubente Pontifice. Barbosa *in Summa V. Congregatio n.*8.

92 Habeant vim legis si sequentes habeant conditiones.

Verum declarationes Cardinalium habere vim legis, & facere probationem necessariam, ac si essent Pontificis responsa, habetur in Summa Dianæ V. *Cardinalis* 23. Salas *de legibus tract.* 14.*disp.*21.*sect.*12. Ochagavia *de sacram.tract.*2. *quæst.*40.*num.*12. Torreblanca *pract.Juris Eccl. lib.*14.*cap.*3. *num.*19. Si tamen habeant has conditiones. Quarum prima est, ut promulgentur consulto Romano Pontifice. Secunda, ut sint solæ declarationes, & interrogationes; minimè autem dispensationes, restrictiones. Tertia, ut exhibeantur in forma authentica solito sigillo, & subscriptione Præfecti, & Congregationis Secretarii. Diana *part.*5. *tract.*2. *resol.*96. Quod ultimum requiritur ex declaratione ejusdem Sacræ Congregationis, ut faciant fidem. Diana *part.*5. *tract.*3.*resol.*12. & ex decreto Urbani VIII. a *Augusti* 1631. Hinc patet non omnibus Cardinalium declarationibus credendum, quæ leguntur in libris, nec omnes authenticas esse credendum; quia non omnes habent qualitates requisitas. Licet absolutè vim legis habere voluerit. Rodriquez *tom.*1.*Regul.quæst.*11.*art.*2.

93 Promulgatæ consulto S. Pontifice.

Ut sint declarationes, & interrogationes, nō dispensationes.

Exhiberi debent in forma authentica.

Decisiones Rotæ Romanæ.

94 Decisiones Rotæ Romanæ non faciunt vim legis.

NOn faciunt legem, cum sint responsa prudentum. Cevaglios *tom.*1. *in præfat. n.*25. Thuscus *litera R.concl.*368.*num.*4.

De Jure Divino.

TITULUS TERTIUS.

95 Divisio Legum.

EX D.Thoma 1.2. *q.*91. per sex articulos, & *q.* 93. *&* 94. lex dividitur in Æternam, Divi-

---

tamensi Leo & Gelasius frequenter laudent Epistolas suorum prædecessorum, nullam Isidorianarum faciunt mentionem. Hactenus de Marca.

Ortum, progressumque Juris Canonici continuando, ejus materiam, variasque Collectiones, seu antiquam, atque præsentem ejus formam, libenti ac liberali calamo prosequerer: ut alióquin par esset ad instituendum aliquem in Jure Canonico tyronem; utpotè edoceretur unde recurrere deberet, & quos fontes pergustare liceret, cum Juris quæstio, præsertim in vera textus intelligentia, ei occurreret: Nisi res ipsa me terreret, quæ tam amplam ac sublimem ducit originem, & quæstionum ac difficultatum penè obruitur anfractibus; tum quia nunc esset recocta recoquere, post tantos, & summos Viros, qui eruditis, ac laboriosissimis conatibus rem hanc, non modo discusserunt, sed & adornarunt. Verum enim vero Auctoris mentem collineando, & Juris Canonici Novitiorum instituendo, ejusque ampliori profectui consulendo, digito potiùs paucas lineas docam, indicando solum Auctores, qui fusè de subjecta re pertractant (doctis enim hæc apponere animo meo non hæsit). Et primo perspicuum esse reor totum Jus Canonicum quatuor ex partibus, veluti ejus materia conflari. Sacra Scriptura Principem locum jure occupat. Alterum Concilia. Tertium Decreta Pontificum. Postremum sententiæ SS. Patrum, aliorumque Scriptorum. Jus itaque Canonicum veluti recta vivendi agendique forma, à Deo ut veri auctor, & origo pendere, nulli dubium est; quapropter Jus Canonicum à Sacra Scriptura, idest Dei verbum scriptum, ex libris Veteris, & Novi Testamenti uti ejus prima structura, à suo fonte ortum ducere, & construi, nullus puto, qui inficias ierit. Cujus, & qualis auctoritatis sint libri isti, à quo, & quando exarati, & quomodo, quot numero sint, & an semper ita habiti sint, quave lingua scripti, & qua nunc versione, & sensu in ejus explanatione uti liceat, non alicujus annotationis, sed integri ac pleni tractatus locum occuparet. Satis igitur erit Clarissimos Viros laudare, quos adire potest qui ab ovo, ut dicunt rem hanc pertractare in animo est. Sunt autem Melchior Canus *de locis Theologicis lib.*2. Bellarminus *de Verbo Dei*. Daniel Huetius *in Demonstratione Evangelica*. Serarius *in Prolegomenis Biblicis*. Jacobus de la Haye *in Prolegomenis* præfixis tomo primo suæ Bibliæ Maximæ, Waltonius in *Apparatu Biblico*. Dupin *in Prolegomenis Biblicis* gallicè conscriptis. Sixtus Senensis *in Bibliotheca Sancta*. Novissimè PP. Fralsen, & Graveson *de Sacra Scriptura*, & ad captum Juris Canonici Joannes Doviat *lib.*1. *Prænotionum Canonic.* Post Dei Verbum scriptum Concilia, quæ & ipsam Sacram Scripturam explicarunt, atque ea duce fidei hostes contriverunt, moresque nostros ad rectam vivendi normam direxerunt, Ecclesiasticam disciplinam munierunt, & collapsam restaurarunt, merito maximum in Jure Canonico componendo locum obtinent. De quorum auctoritate, & speciebus infra Auctor edisserit. Collectiones tamen Conciliorum tam Generalium, quam Provincialium seu eorum Acta, quæ perlegere debet, qui in Jure Canonico peritus videri cupit; Clarissimi, ac eruditissimi Viri collexerunt, & vulgarunt: ut amoveat à se notam illam inscitiæ, quam apponit Franciscus Hottomanus *Anti-Tribonianо*, *cap.*13. Magnus Canonista, magnus Asinista. Philippus Labbe, & Gabriel Cossartius *Collectionem Maximam* ediderunt, xv. tomis constantem præter duo volumina, quæ *Apparatus* vicem habent, & nunc Venetianis typis excuditur auctior, xx. tomis distincta: post *Regiam Collectionem* xxxvii. tomis auctam. Joannes Harduinus in sua nova *Conciliorum* editione. Ludovicus Bail *in summa Conciliorum*. Joannes Cabassutius *in Notitia Eccl.* & Christianus Lupus *notis, & scholiis* quamplurima loca explanarunt, ac expolierunt. Demum Joannis Doviat *lib.*2.*Prænot.Canonic.* & Van-Espen *in Tract.Hist. Canonico* breviter omnia perstringunt. Conciliis Constitutiones Pontificum subsequuntur, de quarum auctoritate, & speciebus, præter ea, quæ cum de Epistolis Decretalibus ageretur adduxi, cit. Doviat *lib.*2. *cap.*20. consule, qui servata temporum serie Romanorum Pontificum enumerat, atque examinat Decretales Epistolas, Decreta, & Constitutiones. Demum SS. Patrum sententiæ aliorumque Scriptorum occurrunt, quæ licet vim legis non habeant, quippè facultate condendi leges caruerunt, tamen insertæ in Corpore Juris vim legis potiuntur: *Nostra* inquit Bonif. VIII. *cap.*12. *de Præb. in* 6. *facimus, quæ probamus, & quibus nostram impartimur auctoritatem*. Sed quia longe præstat in addiscendo Jure Canonico cognoscere SS. Patrum scripta, an genuina sint, aut depravata, & an quorum nomina præseferunt, verè adscribi debeant; ad evadendos errores, quibus impliciti videmus veteres Juris Canonici compilatores. Ideo adeundi sunt ii, qui spartam hanc exornarunt, SS. Patrum scripta examinandi: Scilicet Sixtus Senensis *in Bibliotheca Sancta*. Robertus Bellarminus *de Scriptoribus Ecclesiasticis*. Philippus Labbè *Dissert. de Scriptoribus Eccl.* & *supplementum* Bellarmini Casimiri Oudin. Possevinus *in Apparatu Sacro*. Doviat *lib.*2. *cap.*49. *& seqq.* adderem Dupin in sua *Bibliotheca*, & Guilielmum Cave *in Historia Literaria*, si æquioris censuræ in SS. Patres fuissent, & intemperantem eorum Criticen compescuissent. Forma vero Juris Canonici non una ubique fuit, ut nunc. Antiqua erat, quæ pluribus in Codicibus, seu Collectionibus Conciliorum, Canonum, Epistolarum, & Decretorum Pontificum per diversos auctores, variis temporibus conscriptis, ac compilatis, inerat, tam in Ecclesia Orientali, quæ prima fuit hoc opus aggredi, quam Occidentali, quæ paulò post illam secuta est. Nam vetustissimæ Collectiones simpliciori methodo, servata fere temporum serie erant conscriptæ, postea utilitati consultum est, & per capita seu classes materiarum sunt destributæ certo ordine, & methodo; aut per extensum, aut summatim variorum Conciliorum Pontificum, & SS. Patrum Canones, Decreta, aut scita continentes. Ut autem filo ducatur, qui has collectiones tam antiquas, quam præsentes, & quibus nunc utimur, pro rerum occasione adierit perlegat inoffenso pede Gonzalez *in Apparatu* ad Decretales. Petrum de Marca *in sua Concordia, & de Veteribus Collectionibus Canonum*. Franciscum Florentem *de Usu, & Auctoritate Juris Canonici*. Van-Espen *in supra c. Tract. Hist. Can.* Arthurum Duck *de Usu, & Auctoritate Juris Civilis lib.*1.*cap.*7. Zieglerum *Dissert. ad Lancellottum*. Doviat *lib.*3. *Prænot.Canonic.* & novissime Struvium *in Historia Juris*, qui omnium fere eruditorum collegit opinamenta.

Divinam, Naturalem, & Humanam. Æterna est recta regula gubernativa; nam mundus Divina regitur providentia. D.Tho.1.p.q.22.art.1.& 2. Et quia Divina ratio est æterna. Proverbiorum 8. Hinc talis lex dicitur æterna. Vide Vasquez supra quæst.91. ad 1.articulum D.Tho.n.6.

56 Jus Divinum continetur in Veteri, & novo Testamento.

Lex Divina, est Jus Divinum secundum Juristas contentum in Veteri, & Novo Testamento. Vide textum in c.qualiter de accusat. De cujus necessitate agit D. Thomas 1.2.quæst.91. art.4. in corpore, loquitur textus in Psalmo 118. Legem pone mihi Domine: & Psalmus 18. Lex Domini immaculata.

Cur Leges Civiles quoque Divinæ dictæ.

*Quod si Leges Civiles Divinæ appellentur in l.fin. Cod. de Sacros. sanctis Ecclesiis, id intelligitur cum Bartolo ibidem, quatenus Leges Civiles agunt de re sacra.

57 Lex divina duplex.

Lex Divina duplex est Nova, & Antiqua, quæ est distinctio inter imperfectum, & perfectum, ut loquitur D. Thomas loco cit. art. 5. in corpore, & Matth. 5. Nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum.

58 Jus divinum, etiam Jus Naturale dicitur.

Jus Divinum Deo auctore latum, etiam Jus naturale dicitur scriptum in tabulis cordis, primum, secundum, & tertium præceptum Decalogi Religionem erga Deum includunt. Et Religio dicitur à religando; quia Creatura Deo adstringitur, & Religione religatur. D. Thomas Opusculo 19.cap.1. (1)

Religio à religando.

59 Objectum Religionis.

Religio supernaturalis habet pro objecto supernaturalem excellentiam cognitam. Nam per hanc excellentiam supernaturalem cognitam distinguitur Virtus Religionis ab omni alia Virtute. Et formale objectum est æstimatio Divinæ Majestatis. Tobiæ 11. Isaiæ 24. Matthæi 9. (2)

Supernaturalis excellentia duplex, creata, & increata.

Supernaturalis excellentia duplex est. Una increata, Altera creata, qualis est Sanctitas Beatorum.

60 Religio non est virtus theologica.

Religio tendens in Deum, non est Virtus Theologica. Quia Virtus Theologica, ut Fides, Spes, Caritas respicit Deum, ut objectum materiale, & formale. Sic Fides credit Deo dicenti, credit Deum, & credit in Deum. Caritas amat Deum. ad Corinth.13. at Sacra Religio respicit cultum, & materiam cultus Dei, & Deus est objectum, cui exhibetur cultus, adeoque Religio est Virtus moralis tenens medium, regulando Cultum supernaturalem. (3)

Respicit cultum, & materiam cultus Dei.
Est virtus moralis.

61 Actus Religionis.

Actus Religionis, qui excitant æstimationem Divinæ Excellentiæ, & quibus Creatura Deo subjicitur: ut Laus Dei, Sacrificium, Sacramentum, Votum, Oblatio, Decima, Primitia, Devotio, Oratio, sive Oratio sit Obsecrativa, sive sit Postulativa, sive sit Gratiarum actio. (4)

DE EFFECTIBUS DIVINI JURIS.

62 Effectus Juris Divini est Adoratio.

De Adoratione. (1)

TITULUS QUARTUS.

Relictis aliis, tantum de Adoratione dicamus, quæ numeratur inter præcipuos effectus Juris Divini, & adest de ea primum præceptum Deuteronomii 6.

63 Definitur.

Adoratio est *deliberata exhibitio reverentiæ, in signum excellentiæ illius, cui exhibetur.*

Explicatur.

Dicitur *in signum excellentiæ*; quia objectum Adorationis, est excellentia illius, qui adoratur. Angelicus 2.2. quæst.84.art.1. Valentia tomo 3. disp.6.quæst.2.puncto 1.

64 Dividitur in naturalē, & supernaturalem.

Adoratio primo dividitur in naturalem, seu politicam, ac civilem, & supernaturalem. Naturalis respicit excellentiam naturalem illius, cui exhibetur reverentia, puta naturalem majestatem, valorem, doctrinam. Tertio Regum cap.1.ubi Nathan Propheta adoravit David Regem, & Bersabea etiam adoravit Regem. Judhit 5. ubi Judhit adoravit Olophernem. Genesi. cap. 43. Num. 26. ibi: *Et adoraverunt proni in terram.* & Num.28. *Et incurvati adoraverunt eum*; talis erat cultus exhibitus statuis imperatorum, *l.1.& 2.Cod.de statuis, & imaginibus.*

Naturalis.

Statuis Imperatorum cultus exhibitus.

65 Supernaturalis.

Supernaturalis, est actus Religionis, quo colimus supernaturalem excellentiam cognitam, exhibendo reverentiam ei debitam.

66 Triplex est.

Hæc supernaturalis adoratio est triplex. Prima Latria. Secunda Hiperdulia. Tertia Dulia.

Latria

---

(1) Lactantius lib.4. de Vera Sapientia cap.28. hanc Religionis etymologiam tra[illegible], quam Auctor proponit, contra Ciceronem lib. 2. de Natura Deorum, & Isidorum quoque in suo Etymologiario. Sequitur Lactantium S.Hieronymus in cap.9. Amos, & S.Bernardus de Natura, & Dignitate Divini Amoris cap.15. S. Ambrosius lib de Virginitate. Consentit S. Augustinus lib.1. de Religione cap.1. retractans suam priorem etymologiam a Relegendo lib.1. Retractationum cap.13. Cæterum vide Petavium de Incarnatione lib.15. cap.1. num.5. & ibi Theophilum Alethinum nota x.

(2) Vers.9. Dixitque Raphael ad Tobiam [illegible] at ubi introieris Domum tuam, statim adora Dominum Deum tuum, & gratias agens, &c. V.14. Hi [illegible] nomen suum atque laudabunt. [illegible] glorificatus fuerit Dominus [illegible] de mari. Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum, in insulis maris nomen Domini Dei Israel. V.18. Ecce Princeps unus accessit, & adorabat eum, dicens. Hinc Petavius de Incarnatione lib.15. cap.1.n.9. Religionem definit. Religio virtus est, quæ Deo tanquam supremo omnium Domino, debitum, & congruentem cultum adhibet.

(3) D.Thomas 2.2.quæst.81 art.4.& 5.cum communi Theologorum.

(4) De quibus D. Thomas 2.2.quæst.82.83.& seqq.

(1) Adorationis nomen cum aliquibus scrupulis circumvertatur, explanatione indiget in hac materia quid proprie denotet, ne extra aleam luderevideamur. Adoratio etenim minus late patet quam veneratio, honor, cultus (idem namque sonant hic). Adoratio venerationem, & cultum includit, cultus, sive veneratio Adorationem excludit; honorem [illegible] S. Augustinus lib. contra sermonem Arianorum cap.13. honorat enim, omnis qui adorat, non autem adorat omnia, qui honorat, cum adoratio per antonomasiam præter cultum, subjectionem in recognitionem supremi dominii, & primi principii sua voce signet; adoramus superiores, honoramus æquales, etiam inferiores: Deus ipse, quem homines, ac Angeli adorant, Sanctos suos honorat. Et hæc est doctorum Theologorum acceptio nominis adorationis in præsentiarum. Lorinus in Psalm.5.v.8. sic inquit, ab eo [illegible], quia maximo [illegible] honore [illegible] sub Deo, denominatione absolutè cultus divinus Adoratio, [illegible] alia vis, & origo sit, de qua dixi in Actis Apostol. cap.8. v.27. Adorationem; ita quoque subscribit eruditissimus æque, ac doctissimus Dyonisius Petavius de Incarnat. lib.15. cap.2. num.1. Adorationem, quæ excellentia, [illegible] testimonium habet, propriè soli Deo convenire . . . . . ceteris porrò rebus non nisi participatione quadam, & adumbratione, [illegible] Analogia consequatur. Et antea observavit S.Hieronymus in Epistola ad Riparium: Sanctos honoramus, Deum verò adoremus; similiter, & alii Sancti PP. ac Concilia præsertim septima Synodus, quorum documenta, quia aperta, loci angustia prætermittere cogit.

Animadversionem tamen non levem opus est hic veritatis studiosis adnectere; etenim candido ac simplici animo fatendum est, adorationis nomen non ita esse ad Dei solius cultum notandum adstrictum, quam, & aliis rebus præter Deum non fuerit attributum: ut nos ex hoc adorationis nomine traducere videtur Calvinus lib.1. Institutionum cap.8. ut idololatriæ crimen [illegible] impingat, ubi adorare ali-

Una Latria. Latria est qua colimus increatam, Divinam, supernaturalem excellentiam, cognitam supernaturali lumine Fidei. Deuter. 6. ibi: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* (2)

Hiperdulia altera. Hiperdulia, est exhibitio reverentiæ in signum creatæ supernaturalis excellentiæ specialis, infra Deum, & supra ordinariam excellentiam Sanctorum; qualis est Beatissima Virgo concepta sine originali, & ob Maternitatem, Virginitati unitam, ac conjunctam, quibus prærogativis Beatissima Virgo superat omnes Sanctos. (3)

Tertia Dulia. Dulia est, qua colimus supernaturalem Sanctorum communem excellentiam sanctitatis, qua sunt supra ordinem naturalem, digni speciali reverentia supernaturali, infra Beatissimam Virginem, sed supra ordinem naturalem. (4)

Ter-

---

aliquid aliud præter Deum, aliquando in nostris Sacris documentis ei contigerit legere: licet per antonomasiam pro solius Dei cultu usurpetur, & solum creaturis per Analogiam tribui posse, supra ostendit Petavius: Primo ex sua primæva significatione, quæ non habet Dei cultum exprimere, & commune est cum revereri, ac colere, aliove simili verbo abstrahendo à Latria, & Dulia, ut ex laudatis Sacræ Scripturæ textibus, quos noster Auctor in prima adorationis divisione, puta in adoratione naturali, seu civili, pro sui confirmatione in medium adduxit, quibus addi potest alium magis subjectam materiam exprimentem: *Primo Paralip. 29. Inclinaverunt se, & adoraverunt Deum, & deinde Regem.* Secundo probatur ex promiscua acceptione hujus nominis à Sanctis Patribus, & Theologis usurpata, tam ad colendum Deum, quam Angelos, ac Sanctos: *Promiscuum* inquit Petavius libro sæpius laudato *cap. 5. num. 4. hunc vocabuli istius usum exemplis aliquot approbarunt qui, ac eruditi Theologi, qui pro Sanctorum veneratione contra hujus ætatis hæreticos decertarunt, ut inter alios Bellarminus libro primo de Beatitudine Sanctorum cap. 12. nos hic nonnulla proferemus*: Et plura Sanctorum Patrum loca laudat, qui promiscuè tam Deo quam hominibus adorationis nomen accomodant; Retento tamen semper illo cultus discrimine, nequaquam Dei cultum confundentes, imo illum segregantes à Sanctorum veneratione, atque sæpe istam salutatoriam, & honorariam adorationem vocantes: ut loquitur septima Synodus in *Decreto fidei* exponens catholicam fidem circa sacras Imagines. *Quanto enim frequentius per imaginalem formationem videntur, tanto qui has contemplantur, alacrius eriguntur ad primitivorum earum memoriam, & desiderium, & ad osculum, & ad honorariam his adorationem tribuendam, non tamen ad veram latriam, quæ secundum fidem est, quæque solam divinam naturam decet, impartiendam.*

Plura notari possunt apud citatum Petavium pluribus in locis, Bellarminum *loco laudato*, Suarez *in tertiam partem tom. 1. disput. 51. & 52.* & apud Christianum Lupum ad supracitatum *Decretum fidei* septimæ Synodi, idest Nicenæ secundæ, adducentem Anastasium Patriarcham Antiochenum *in epistola ad quemdam Scholasticum. Nemo offendatur adorationis significatione, adoramus enim homines, & Angelos Sanctos, non tamen servimus illis. Dominum enim, inquit Moyses, tuum adorabis, & illi soli servies, & vide, quomodo in eo quidem, quod dixit servies, præposuit soli, in eo vero quod ait adorabis, nequaquam.* & similiter latiùs observari potest in *Relatione* septimæ Synodi *ad Constantinum Augustum, & Irenem ejus matrem* apud ipsum Lupum *loco citato*, & apud Ludovicum Bail *tom. 1. Summæ Conciliorum pag. 370.*

Ex dictis plura essent deducenda, ac seligenda maxima nota digna; sed quia in unum congessit pius, ac doctus, laudatus Ludovicus Bail *cit. tom. pag. 380.* discutiens definitionem septimæ Synodus illius verba in medium producere curavi. (Non ergo definit Concilium imaginibus cultum latriæ tribuendum, seu propriè dictam adorationem, quæ soli Deo competit, & D. Damascenus *in lib. de hæresibus* sub finem inter hæreticos numerat, qui imagini cuipiam dixerint tribuendum esse cultum latriæ, hosque nominat Christiano Catagoros, nempe accusatores Christianorum, eo quod Christianæ Religioni magnam inurerent notam, quòd ipsorum causa diceretur ab adversariis Christiani Idolorum cultores, qui ut Deos, Imagines colerent.

Necesse autem est maxime notionem habere latriæ, aut adorationis, & quid præcisè important nomina, discernere; cùm alioqui tota disputatio de cultu imaginum, ac ipsorum Sanctorum eorumve reliquiarum mera sit confusio, & redargutio eorum, quæ non intelliguntur, ut non immerito Christiano catagori dicerentur, quod capitale crimen generis humani, quod est Idololatria, Christianis ipsis falsò imponerent, cùm potiùs Idololatriam ex toto fere orbe proscripsissent ab eo tempore, quo Christi Domini, & Sanctorum imagines susceperint, hæc autem tetra, & atrox accusatio non aliunde profluit, quàm ex non intellecta, & limul rejecta temerariè distinctione adorationis in diversas significationes, quia nomen est analogum ex distinctione triplicis cultus latriæ, duliæ, & hiperduliæ, itemque distinctione coadorationis, qua res conjuncta alteri, quæ adoratur, ex quadam resultantia fit particeps ejusdem cultus, ut purpura Regis, cum ipsi Regi cultus, & honos aliquis defertur: interim hoc statutum est, apud Christianos sumpta adoratione in propria, & rigorosa significatione, pro recognitione alicujus in primum sui principium, & sua ipsius ab eo dependentia omnimoda cum summissione voluntatis, ac voluntaria servitute in vim talis recognitionis, seu interim nota aliqua exteriori significetur, seu in sola mente consistat, non alteri, quàm Deo soli tribuendam esse, ita ut cultus Sanctis, aut Imaginibus exhibitus, non sit propriè dicta adoratio, quamvis promiscuè, & in scripturæ, & Patrum aliquibus libris nomen istud usurpatum obscuræ quæstioni locum dederit, in qua non pauci aberrarunt, & errant adhuc quotidiè mala rei intelligentia decepti, à qua nolunt liberari ut facile possent, si otium, & tempus sufficiens vellent impendere ad concipiendum, quid per nomina adorationis, & cultus denotetur, & quid præcisè definierint Concilia circa Dei, & rerum sacrarum venerationem:) hæc ille.

(2) Sanctus Augustinus *lib. 10. de Civitate Dei cap. 1. Latriam nostri, ubicumque Sanctarum scripturarum positum est, interpretati sunt servitutem. Sed ea servitus, quæ debetur hominibus, secundum quam præcepit Apostolus servos Dominis suis subditos esse debere alio nomine Græcè nuncupari solet. Latria secundum consuetudinem, qua locuti sunt, qui nobis divina eloquia condiderunt, aut semper, aut tam frequenter, ut pene semper ea dicitur servitus, quæ pertinet ad colendum Deum*: de qua voce vide Petavium *loc. cit. num. 7. & 8.* Bellarm. *de Sanctorum beatitudine lib. 1. cap. 12.* Christianum Lupum ad citatum Decretum fidei. Du Moetier *in Etymologico Sacro Græco-Latino V. Latria.*

(3) Ludovicus Bail *in Supplemento Theologiæ affixo primæ parte in Summula de Rebus super naturalibus disp. 4. quæst. 5. §. 9.* præter Beatissimam Virginem Hiperdulia venerari posse asserit S. Joannem Baptistam, Sanctos Apostolos, & quosdam alios propter valde eminentem excellentiam, qua aliis præfulgent; quamvis Bellarminus asserat *lib. 1. de Sanctorum beatitudine cap. 12.* Hiperduliam, aliis Sanctis non convenire, nisi admodum imperfectè, ad hos, aliosque Theologos conciliandos, consule Suarez *tom. 2. in 3. partem disp. 22. sect. 1.* Theophilum Rainaudum *in Onomastico Pontificio sub voce tertia.*

(4) Quamvis soli Deo ab aliquibus sit attributa vox ista. Petavius *loc. cit.* quia in communi servitutem denotat; sed communi usu Ecclesiæ, ac Theologorum accipitur pro adoratione Sanctis infra Deum debita; quia licet servitutem denotet, tamen stricto modo non usurpatur pro rigorosa servitute, sed de communi, seu honoraria servitute sive salutatione, sicut notavit S. Paulus *ad Galatas 5. per caritatem servite invicem*: ubi Græce habetur verbum δουλεύειν, & notavit S. Augustinus *lib. 1. de Trinitate cap. 6.* & egregiè *sermone 7. ad Fratres in Eremo: Quando Duliam damus prælatis, & Sanctis, Deo verò Latriam reservamus, tunc damus, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo*; atque hoc clarius patet in acceptione nominis Idololatriæ, quæ semper ista est notare cultum falsis numinibus, ut Dii à Gentibus adoratis; & nunquam cultus iste vocatus fuit Idolodulia; quia Latria importat rigorosam servitutem, & recognitionem sui primi principii, non autem Dulia quæ de quacumque servitute accipitur, etiam de honoraria, & voluntaria: vide citatos, & Suarez *in 3. partem tom. 1. disp. 51. sect. 2.*

Verum his vocibus usi sunt, ac nunc utuntur Concilia Sancti Patres, & Theologi; quare autem istis utantur triplici ratione mihi facere videntur prima ob defectum vocum latinarum, quæ religiosum, sacratumque cultum apprimè exprimerent.

67 Adoratio absoluta, & respectiva.

Tertio dividitur adoratio in absolutam, & respectivam. Respectiva est, qua unus propter alium adoratur. Ut Imago adoratur propter Prototypum, Crux propter Christum Dominum.

Absoluta est, qua adoramus rem propter seipsam sina ordina ad aliud, ut adoramus Christum Dominum propter seipsum.

68 Divisio adorationis ut quo, & ut quod.

Quarta divisio est in adorationem ut quo, & ut quod. Adoratio ut quo, est ratio, quæ movet ad adorandum. Adoratio ut quod, est ipsa res quæ adoratur.

69 Interna, & externa adoratio.

Quinta divisio adorationis est in Internam, & Externam. Interna est actus intellectus, & voluntatis, quia intellectu cognoscimus excellentiam, voluntate obsequium ei præbemus. Joannis 4. ibi: *in veritate oportet adorare*. Non tamen adoratio interior est actus Fidei, Spei, & Caritatis, ut gratis ait Verardus *disp.5. concl.5.* quia potest Deum adorare, qui illum non diligit, ut peccator si Deum veneraretur, eique reverentiam exhiberet ob Divinam excellentiam Fide præcognitam.

70 Externa adoratio.

Externa adoratio, est actus exterous obsequii, quo manifestamus internam adorationem: ut actus elevationis manus, incurvationis genu, aperitionis capitis. S. Thomas *secunda secundæ quæst.*85. *art.*1. *ad* 8. qui actus externos adorationis debet esse deliberatus, nam debet esse humanus, & bonus moraliter. Scotus in 3. *dist.*9. *quæst.*1.

71 Publica, & privata adoratio.

Sexta, Adoratio alia publica, & alia privata. Privata exhibetur nomine privato: Publica exhibetur nomine publico, puta nomine Ecclesiæ: ut Sacrificium Missæ.

Res Adoranda.

§. I.

72 Primo adoratur Deus ab omnibus.

PRimo, Deus adoratur Latria. Deut.6. & 10. Joan. 2. & adoratur in omni loco, & ab omnibus. Primo ab Angelis, secundo à Beatis, tertio ab Animabus Purgatorii, quarto à Viatoribus. Ad Philipp.2.

Est de præcepto.

Adoratio Dei est de præcepto. Exodi 20. Matth.4. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* Et præceptum est positivum, & negativum. Positivum adorandi Deum Trinum in Personis, Unum in essentia. Negativum non adorandi adoratione Latriæ Creaturam.

73 Christus Dominus ut Deus, & ut homo divinitati unitus.

Secundo, Christus Dominus non solum ut est Deus, sed etiam ut est homo, divinitati unitus; ita ut adoratur adoratione Latriæ Anima, & Corpus Christi Domini, ut unita divinitati. Joan. 5. ad Philipp.2. ibi: *In nomine Jesu omne genuflectatur, Cælestium, Terrestrium, & Infernorum*: Ad Hebræos 1. *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: & adorent eum omnes Angeli Dei.* Concilium Ephesinum *Canone* 8., & septima Synodus *actione* 6. *tom.*5. *in fine.*

74 Christi humanitas præcisa per intellectum à divinitate, hyperdulia adoranda.

Si vero consideraretur Humanitas Christi, sine ordine ad Deum, ut à divinitate præcisa per intellectum; tunc adorandam esse humanitatem hyperdulia, ob specialissimas prærogativas, & excellentias Humanitatis Christi. V. Synodus *Canone* 9. & optime ait Suarez *tom.*1. *in* 3. *partem disp.*53. *sect.*2. & 3., nam tunc non consideraretur, nec unita divinitati, nec respiciens divinitatem.

Concilia ergo, quæ volunt Christum unica adoratione Latriæ adorandum, loquuntur de Christo spectato ut divinitati unito. (5)

Bea-

rent. *Vocem* inquit Christianus Lupus in *scholio ad Decretum fidei* septimæ Synodi *vocem adæquatè correspondentem nos Latini non habemus, ideoque Græca uti adsuevimus*. Similiter Dionysius Petavius *lib.* 15. *de Incarnatione cap.*2. *num.*7. Hinc nil mirum si in hac materia enucleanda Latinis non appositis nominibus, Græca sint retenta: ut in ceteris Theologicis, sacrisque materiis patet. Du Mortier in *Prologom. ad Etymologiarum Sacrarum Græco-Latinum*. Secundo etsi hic Latina nomina desint ad exprimendum, distinguendumque Religiosum Cultum, & Græcis utamur, ipsa Græca nomina (quod & de Hebraicis similiter est dicendum) ex sua propria, & primigenia significatione, non habent exprimere singularem Dei cultum, aut honorem Creaturis specialiter debitum. Bellarminus *lib.*1. *de SS. Beatitud. c.*12. & Suarez *in* 3. *p. disp.*51. *sect.*1. nisi fortasse voces aggerando, & componendo ex ipso Dei nomine: ut videre est in Θεοσέβεια, *Theosebia*, quæ Pietatem, seu cultum Dei significat. S. August. *lib. de Spiritu, & Litera cap.*14. Du Mortier in V. *Theosebia*. Petavius *lib.*15. *de Incarnat. cap.*1. quod etiam videre est in pluribus vocibus, ut Θεότιμος, *Toetimos*, Deum colens Θεότιμος, *Theotimos*, Deum honorans, Θεοπρεπής, *Theoprepes* Deo dignus, decens, Θεοσεβής, *Theosebes* Pius, Religiosus, Θεοσεβής, *Theosebes*, sive Θεολόγος, *Theologos* in divinis peritus, Θεολογία, *Theologia* sermo de Deo, Θεοφιλής, *Theophiles* pius, Deo carus, Θεόφιλος, *Theophilos* Dei amicus, Deum amans, Θεόδουλος, *Theodulos* Dei servus, & in aliis vocibus, quas adnotare poteris in variis Lexicis. Tertio ad diversificandas species cultus, adhibita sunt ista nomina, Latria, Dulia, Hyperdulia: quia ut supra ostensum est adorationis nomen æquivocationem patitur; ne videremur homines, seu Creaturas pro Deo, ac Creatore colere ac venerari: ut optimè notat Petavius cum reliquis Theologis *de Incarnat. lib.*15. *cap.*5. *num.*7. quapropter Theologi ad aliquod dissidium tollendum adorationem divisere in Latriam, Duliam, & Hyperduliam: licet non sit constituendum aliquod verbale bellum de istis vocibus cum captiosis hæreticis, quando palam confessionem no-

stram, atque fidem proferimus, Conciliorum decretis, ac Apostolicæ traditioni conformem.

(5) Quinta Generalis Synodus Capitulo IX. damnato Nestorii errore, dividentis Christum in duas personas, consequenter invexit duas adorationes, quas similiter sic damnat: *Si quis in duabus naturis adorari dicit Christum, ex quo duas adorationes introducunt separatim Deo Verbo, & separatim homini . . . Sic Christum adorat, sed non una adoratione Deum Verbum incarnatum cum propria ipsius carne adorat, sicuti ab initio Dei Ecclesiæ traditum est, talis anathema sit.* Et quamvis doctrina hæc Auctoris sententiæ parum congruere videatur: Tamen ipse cum pluribus Theologis ejusdem sententiæ respondet, ibi damnari duas adorationes in Christo in sensu Nestorii, non autem adorationem humanitati Christi ut præcisæ per intellectum à divinitate, propter suas proprias excellentias, & singulares virtutes ex Unione cum Verbo resultantes. Quidquid sit de hac opinione, quæ multos fortita est patronos, & ferè communis est; placet hic duo adnotare. Unum ex hoc *Cap.*9. V. Synodi non inferri, ut quidam sciolus mihi fucum facere nitebatur, orationem illam, quæ in fine recitationis Divini Officii à piis recitari solet: *Sacrosanctæ, & individuæ Trinitati Crucifixi D. N. J. C. humanitati, &c.* delendam esse; quia & Christum dividit, & humanitatem à divinitate separatam adorat. Non inferri inquam: tum quia opinio, quæ docet posse adorari Christi humanitatem ut præcisam per intellectum à divinitate, hyperdulia, propter suas excellentias, non ab obscuri nominis Theologis passim docetur, & rationibus pluribus, & auctoritatibus propugnatur. Tum quia verba illa: *sit sempiterna laus, virtus, &c.* non exprimere adorationem, sed potius Caritatis actum, & gratiarum actiones, notat Ludovicus Bail *in Supplemento Theolog. Affectiva p.*1. *in Summula & Exit Supernat. disp.*4. *q.*5. *S.* 9. contra Bietum in 3. *dist.* 9. Alterum, contraria opinio mihi videtur in praxi magis exceptibilis, & semper mihi placuit sententia Dionysii Petavii *de Incarnat. lib.*15. *cap.*3. & 4. aliorumque doctissimorum Theologorum, qui mor-

dicus.

75 Hyperdulia B. Virgo adoratur.

Beatissima Virgo adoratur absolutè adoratione hyperduliæ, ob specialissimas prærogativas præexcellentissimæ Reginæ Virginis, Matris Puritatis, & specialissimæ gratiæ, qua licet sit infra Deum, superat tamen omnes Sanctos, & puras Creaturas. Est de fide contra Lutherum, & alios.

76 Non Latria ratione contactus.

Ratione contactus Beatissima Virgo non adoratur adoratione Latriæ. D.Thomas *3.par.q.25. art.5. ad 3.* ubi Cajetanus, Vasquez, Suarez, & Leander; ratio est quia Beatissima Virgo habet adorationem propriam, & digniùs est honorari honore proprio, licèt minori, quàm alieno licèt majori; quia ex contactu resultans alienus est.

77 Digniùs est honorari proprio honore, quàm alieno.

Secundo ad evitandum scandalum hæreticorum, & ignorantium, quo cessante, ratione contactus, sicuti adoratur Crux, ita posse Beatissimam Virginem adorari ait Cajetanus, Vasquez, & Suarez.

De Sanctis.

§. II.

78 Sancti, & Angeli Dulia venerantur.

SAncti homines, & Angeli adorantur publica adoratione Duliæ. Trid. *sess.25. de Invocatione Sanctorum.* Habent enim supernaturalem prærogativam gratiæ, & regnabunt in sæcula. Apocal. *cap.22.* Septima Synodus *actione secunda.* Est contra Calvinum, & Lutherum negantes, adorari adoratione virtutis religionis.

De Mortuis in opinione Sanctitatis, Beatificatis, non Canoniaatis.

§. III.

Isti adorantur ex indulgentia Summi Pontificis, per sententiam interlocutoriam, ad differentiam Canonizatorum, qui adorantur ex sententia definitiva.

79 Beatificati ex indulgẽtia Pontificis venerantur.

Beatificati tantùm, nequeunt eligi in Patronos alicujus loci, nec potest de illis fieri Octava sine speciali gratia Summi Pontificis. Sacra Congr. annuente Urbano VIII. 23. *Martii* 1630.

80 Non possunt eligi in Patronos, nec de iis Octava fieri, sine speciali gratia.

Secundo, ipsorum Imagines nequeunt apponi in parietibus Ecclesiæ, Sacristiæ, nec in Oratoriis, & locis ubi Missa celebratur sine Indulto Summi Pontificis. Sacra Congr. annuente Alexandro VII. 27. *Septembris* 1659.

81 Nec possunt apponi imagines.

82 Permissæ in Ecclesia, non apponuntur in Altari.

Tertio, ex eadem Sacra Congr. ubi Indultum est tales imagines posse apponi in Ecclesia, nequeunt apponi in Altari.

83 Nec Altare erigi potest.

Quarto, nequit erigi Altare pro Beato, sine licentia Summi Pontificis.

84 Et erectū Altare, Missa ibi nequit celebrari.

Quinto, quando à Sede Apostolica conceditur, ut pro Beato erigatur Altare, nequit in tali Altari Missa celebrari, nec Officium recitari de illo Beato, sine speciali, & expressa gratia Sedis Apostolicæ.

85 Non extenditur cultus alibi, & Officium specialiter conceditur.

Sexto, cultus concessus Beato pro uno loco, ad alium non extenditur.

Septimo, ubi permissum est Beatum coli ab omnibus publicè, Officium recitari nequit; nisi id concedatur ex speciali gratia Sedis Apostolicæ.

86 Concessa Missa specialiter ad alios non extendiur.

Octavo, celebratio Missæ concessa pro uno loco, certis personis; non extenditur ad alium locum, nec ad alias personas, etiam Cardinales.

87 Dies festiva nequit celebrari.

Nono, nequit celebrari dies festiva in eorum memoriam, sine speciali licentia Sedis Apostolicæ.

88 Nec eorum nomina apponuntur in Calendario.

Decimo, eorum nomina non apponuntur in Calendario.

89 Reliquiæ non circumferuntur; nisi cultus sit ab immemorabili.

Undecimo, eorum reliquiæ in processionibus non circumferuntur. Sacra Congr. *loco citato* annuente Alexandro VII. exceptis illis, quibus cultus ab immemorabili est exhibitus, scilicet ultra centesimum annum.

Publicè non invocantur.

Duodecimo, non invocantur in precibus Ecclesiasticis publicis, nec in privatis Oratoriis.

Differentiæ inter Canonizatum, & Beatificatum.

§. IV.

90 Differentiæ inter Beatificatum, & Canonizatū.

EST multiplex, prima in prædictis; nam Sanctus canonizatus potest eligi in Patronum, potest in publicis Orationibus, & Litaniis invocari, erigi Altare, Missa de eo celebrari per totum Orbem, absque nova licentia Summi Pontificis: & quando à Sede Apostolica conceditur erectio Altaris pro Beato, nequit in tali Altari celebrari Missa, sine speciali licentia ejusdem Apostolicæ Sedis, & concessa Missa pro una die, nequit celebrari in alia die votiva. Turrianus *secunda 2. disp.17. dubio 7.* Cœlestinus *de certa Gloria Sanctorum cap.2. num.11.* Roccaful. *lib.2. Decalogi. cap.8. num.53.* Trullench *1. Decalogi cap.6. dub.5. num.6.*

Secunda differentia inter Canonizatum, & Beatificatum est circa certitudinem fidei, & sic inquirimus.

An, & qua certitudine sit certum Beatificatum non Canonizatum esse in Cœlis?

91 Certitudine Theologica certum est Beatificatum esse in Cœlis.

AFfirma esse certum certitudine Theologica; ita ut temerarius in summo gradu sit, & impius, qui oppositum asserit. Tota difficultas est an sit certum certitudine fidei.

Contenditur an sit de fide.

Negat Amicus *tom.4. disp.7. sect.4.* Arriaga dicens commune esse inter recentiores *tom.5. disp.9. sect.6. num.34. & 35.* Turrianus 2. 2. *tom.1. disp.17. dubio 7.* Joannes à Sancto Thoma *secunda secunda disp.9. art.2.* Diana *part.11. tract.2. resol.18.*

---

dicus propugnant unica adoratione debere coli Christi humanitatem, etiam in abstracto consideratam; quia sic Concilia, & SS.PP. sunt locuti, damnando divisionem adorationis in Christo, & ab Ecclesiæ initio sic traditum esse *supra cit. cap.9.* V. Synodi docet. Nec refragatur auctoritas D.Thomæ *3. part. q.25. art.2.* ubi alia adoratione præter latriam, adorandam docere videtur Christi humanitatem, ob ejus excellentiam. Non refragatur, nam ut optimè notat doctissimus Sylvius ibi, & Gaspar Juvenin *de Incarnat. q.4. dissert.6. q.14. cap.1.* ibi hypotheticè locutum fuisse D.Thomam non simpliciter, & absolutè, & in eo statu considerare Christi humanitatem, in quo non fuit, nec futura erit. *Sic intellecta,* ita loquitur S.Doctor; *ut separata à Dei Verbo deberetur sibi adoratio dulia non cujuscumque, sed cujusdam excellentioris, quam hyperduliam vocant.* Hinc zelo arreptus Philippus Gammachæus *ad cit. locum D. Th.* cohibere se non valet, quin afferat quæstionem istam cum ad praxim dirigi videatur, moraliter, & practicè tractandam esse, eliminando præcisiones istas, & abstractiones, & Christum Dominum perpetuo supremo latriæ cultu adorandum, cum verè, & à parte rei sit semper homo Deus, istamque quæstionem non metaphysicè, sed Theologicè instituendam esse, nec ludendum in re tanti momenti. & P. Dominicus Viva licet *in sua Theologia Scholastica* cum Auctore consenserit, tamen ad *Propositi.25.* ab Alexandro VIII. damnatam *n.20.* sic asserit: *in praxi non expedire Christum mentaliter à subsistentia verbi præscindere.*

*resol.*18. Contra Castrum Palaom *par.*1.*tract.*4. *disp.*1. *puncto* 6. §.11. *num.*4. Bordonum *tom.*1. *cap.*5. *num.*287.

92 Rationes. Patet; quia certitudo fidei est suprema, certum de fide magis certificari nequit; & esset gravis fidei injuria ulterius perquirere de certificanda re fidei; ut enim non datur major veritas revelans, quam divina: ita nequit dari major certitudo, quam divina fidei, qua credimus Deo revelanti. At certitudo, qua Beatus est in Cœlis, non est suprema; quia si esset suprema non posset dari alia major, & esset injuria, majorem exigere certitudinem, cum tamen de facto Ecclesia diligentissima indagatione, ulterius pergat perquirendo, & alios processus efformet circa miracula, & vitam, rigorosissima trutina singula expendendo. Ergo signum est judicium beatificationis non esse ultimum, sed esse interlocutorium; nam si esset ultimum judicium fidei; denuò Ecclesia non inquireret, usque ad Canonizationem.

93 Confirmatur. Secundo patet, quia si esset certitudo fidei non proponeretur, ut proponitur adhuc modus ex indulto, certo statui personarum, & loco: sed proponeretur toti Ecclesiæ, ut proponitur res fidei. (6)

De non Canonizatis, neque Beatificatis jam in Cœlo existentibus.

§. V.

94 Sancti in Cœlo existentes ab Ecclesia non Beatificati, nec Canonizati. IN Cœlo adsunt Sancti innumeri non adhuc ab Ecclesia Beatificati, nec Canonizati; & possunt cognosci ex vita virtuosa, & ex miraculis patratis; ita ut plurium Doctorum Catholicorum judicio sint salvi. De quibus plura quæruntur. Primo

An illis exhiberi possit publicus, & solemnis cultus nomine Ecclesiæ.

95 Non venerantur publico cultu nomine Ecclesiæ. NEga: *cap. audivimus, cap. finali*, ubi Abbas *num.* 3. Ancharanus *num.* 2. & *cap.*1. *de Reliquiis, & venerat. Sanctorum.* Trid. *sess.*25. quia ut loquit *Glossa* in dicto *cap.* 1. Miracula patrari possunt, etiam per malos homines. *Can. teneamus* 1. *quæst.*1. Nam miracula facere, est

96 Patrare miracula est gratia gratis data. gratia gratis data, non gratum faciens; & Deus ad bonum cæterorum hanc potestatem communicat; sic si qui sint improbi Sacerdotes, adhuc conficiunt sacrificium, in quo innumera patrantur miracula. Jure ergo non debent nomine Ecclesiæ coli, antequam intercedat judicium Ecclesiæ approbantis eos. *Can. hac fides. Can. quoniam vetus.* 23. *quæst.*1.

Quinam sit Cultus publicus?

§. VI.

97 Cultus publicus est nomine Ecclesiæ à Ministris ejus exhibitus. CUltus publicus, est factus nomine Ecclesiæ, à Ministris Ecclesiæ, vel ab aliis tanquam ab Ecclesia institutus; ut esset pingere imagines cum diademate, & radiis, ac splendoribus. Secundo invocare illos in Divino Officio, Litaniis, Missis. Tertio indicere jejunium in vigiliis, in anniversariis. Quarto Convivium instruere populo ad excitandam defuncti devotionem (7). Respiciunt enim ista publicum cultum. Quinto lampades, tabolas apponere, reliquias publicè deferre, vel inter alias à Sede Apostolica approbatas, connumerare, Sanctos, illos appellare in historiis,

An

(6) Si plura desideres circa propositum quæsitum citatos adi, quorum rationes collegit, & sequitur P. Morales in suo *Domo Dogmatico tract.* 4. *resolut.* 7. 8. & 9.

(7) Obscurum equidem est, quid per convivium hic Auctor denotare voluerit, ut adstruat cultum publicum Sanctis delatum. Idcirco ad discutiendam aliquam ignorantiæ nebulam, quæ facile mentis oculos alicujus in Jure Canonico, & Antiquitate Ecclesiastica Novitii obnubilare posset, subnectere curavi annotationem istam, in qua Auctoris mentem dilucidando circa cultum publicum Sanctorum per convivium indicatum, ex Sacra antiquitate seligam, quæ ad ejus intellectum conducere valent.

Convivia in prisca Ecclesia fuisse ositata, negari nequit. Passim enim occurrunt sexcenta loca, etiam ab Apostolorum ævo petita, quæ dilucide testantur communem usum convivandi à priscis illis Christianis usurpatum. Pluribus ex causis tamen instruebantur publica convivia, & quidem non solum annuente Ecclesia, sed ipsis quoque epulis non semel Episcopi, Presbyteri, cæterique de Clero præsidebant, assidebantque: ut ex dicendis patebit. Præter principalem vero, ac veluti primævum finem ob quem instituta fuere, videlicet ad alendos pauperes, ad refocillandos egenos, ad subveniendum viduis, aliisque humanis opibus destitutis, divitibus cibos præbentibus; ut ex verbis Pauli Apostoli 1. *ad Corinth.*11. notare licet. *Convenientibus vobis in unum, &c.* Ut communi mensa refecti, mutua caritate, qua Christus nos dilexerat, seipsos amarent. *Statis autem diebus*, sic loquitur Chrysostomus *Hom.* 27. in eandem Epist. *mensas faciebant communes, & peractâ synaxi post Sacramentorum communionem omnes commune inibant convivium, divitibus cibos deferentibus, pauperibus etiam, & qui nihil habebant vocatis, & omnibus vescentibus.* Et in *Serm. de verbis Apostoli*, super illa verba: *Oportet hæreses esse*, clarius hunc morem describit eloquentissimus Præsul. *Inoleverat in Ecclesiis consuetudo quædam admirabilis; fideles enim omnes in conventibus suis postquam audissent doctrinas, post preces, post Sacramentorum communionem, soluta concione, non mox domum concedebant, sed divites, & abundantiores alimenta, & edulia à domibus suis afferentes, pauperes vocabant, communesque faciebant mensas, convivia in ipsa Ecclesia. Atque ita à communione mensæ, & pietate loci undequaque ad caritatem accendebantur, non absque summa voluptate utilitateque maxima: pauperes enim non sane frustrabantur consolatione: quæ ... divites vero fructum benevolentiæ, & ab ipsis, quos pascebant, & à Deo propter quem illos pascebant, assequebantur. Sicque tandem domum redibant. Igitur multa quidem hinc ... proveniebant bona; Summum tamen omnium erat, fervens in tota congregatione amicitia, tanta ipsi inter se prudentia, atque benevolentia congregati non solum cibos acciperent, sed cum dabant beneficia.* Unde cœna ipsa Agapa, idest dilectio vocabatur. Quapropter Tertullianus dum boni Catholici vices gessit, zelo arreptus apologeticè exponit Cœnas Christianorũ, *Apol.c.*39. ut amoveret ab ipsis tetras illas calumnias Gentilium, fideles criminantes de prodigalitate, de incestuosis tenebris, ac epulis Thyestæis: *Cœna*, inquit, *nostra de nomine rationem sui ostendit, vocatur* Ἀγάπη, *id quod dilectio penes Græcos est. Quantiscunque sumptibus constet, lucrum est pietatis nomine facere sumptum, siquidem inopes quosque refrigerio isto juvamus; non qua penes vos parasiti affectant, ad gloriam famulandæ libertatis, sub auctoramento ventris, inter contumelias saginandi, sed qua penes Deum major est contemplatio mediocrium. Si honesta causa est convivii, reliquum ordinem disciplinæ de causa æstimate, quid sit de religionis officio. Nihil vilitatis, nihil immodestiæ admittit. Non prius discumbitur, quam oratio ad Deum prægustetur. Editur quantum esurientes capiunt, bibitur quantum pudicis est utile: ita saturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum sibi esse. Ita fabulantur ut qui sciunt Dominum audire, post aquam manualem, & lumina ut quisque de Scripturis Sanctis, vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium Deo canere: Hinc probatur, quomodo biberit. Æque oratio convivium dirimit. Inde disceditur non in catervas cæsionum, neque in Classes discursationum, nec in eruptiones lasciviarum, sed ad eandem curam modestiæ & pudicitiæ,*

dicitia, ut qui non tam cenam cenaveris, quam disciplinam. Eandem retundit calumniam Minutius Felix in suo *Octavio*: *Convivia non tantum pudica colimus, sed & sobria. Nec enim indulgemus epulis, aut convivium mero ducimus, sed gravitate hilaritatem temperamus*. Hinc Plinius Secundus, Bithyniæ Rector, ad Trajanum scribens de Christianis *lib.x. Epist.101.* Convivia Christianorum referens, vocat *cibum innoxium*. Mitto innumeros Auctores de hoc argumento loquentes, quos vide apud Baronium *anno 57.* Cabassutium *Dissert.7. ad Sæculum secundum*, Christianum Lupum *ad Can.74. Trull.* Gasparem Juvenin in suo *Dogmatico-Historico de Sacramentis dissert.5. de Eucharistia Sacrificio quæst.8.§.6. de Agapis*. Gonzalez *in cap.Sicuti nobis. de Simonia n.6.* aliosque ab ipso congestos. du Mortier in *Etymologiario Sacro Græco-Latino V.Agape*, Magri eodem V. & Commentatores Tertulliani & Rhenanum, Pamelium, Rigaltium, Ambianas, sicuti Annotatores ad *cit. locum* Minutii, Elmenhorstium, Wovverium aliosque.

Præter inquam mutuum amorem, ac tantæ misericordiæ specimen, fuere tamen aliæ causæ propter quas publicè Agapæ, seu amoris convivia parabantur, & à nomine rationem sui sumebant. Ob Templi Dedicationem erat Unom. Connubiale Alterum. Tertium Funebre. Quartum Natalitium. Cetera, quæ etiam inter gentes fiebant, mitto, quæ apud Pitiscum *VV. citandis* reperies. Primum instruebatur ob alicujus Templi Dedicationem ad augendam lætitiam fidelium, ob tantum festum diem, accursorum. Gregorius Pontifex ec, & nomine Magnus intendens Oratorium Sanctæ Mariæ solenni pompa dedicare, Petro subdiacono mandat, ut Agapam publicè struat. *Regist.lib.1. Epist.14. Sed quia calia ipsius tenuitas, exigit debere nos in ipsa diei festivitate concurrere, propterea volumus, ut ad celebrandam Dedicationem dare debeas ad erogandum pauperibus in auro solidos decem, vini amphoras triginta, annonæ modios ducentos, olei orcas duas, vervices duodecim, gallinas centum, quæ tuis possint rationibus postmodum imputari*. Idem *Epist. 71. lib.9. ad Mellitum Abbatem*: ut infra de Convivio Natalitio hæc habet: *Ut die dedicationis, vel Natalitio SS. Martyrum . . . . & religiosis conviviis solemnitatem celebrent*. Sidonius Apollinaris *lib.4. Epist.15. Epulum multiplex, & capacissima lectisternia para . . . . postquam omnibus tempus futuræ dedicationis inclaruit. Nam baptisterium, quod olim fabricabimini, scribitis posse jam consecrari*. Non absimili apparatu apud gentes in eorum Dedicationibus publicè convivium indicebatur. Plinius *lib. 4. Ep.1. Templum pecunia mea extruxi; cujus dedicationem, cum sit paratum, differre longius irreligiosum est. Erimus ergo ibi (idest Tiferni) dedicationis die, quem Epulo celebrare constitui*. Dio enim *lib.57.* referens dedicationem statuæ Augusto à Livia factam, hæc habet. *Statuam quamdam Augusto Livia dedicare, ac propterea Patricios, & Equites cum eorum uxoribus convivio excipere statuerat. Sed Tiberius ipse Epulum viris, illa tantum mulieribus eo jubente, præbuit*. Similiter apparet Inscriptio apud Gruterum *pag. 414. num. 2.* OB. DEDICATIONEM. STATVÆ. DECVRIONIBVS. ET. SERVIS. ET. IVVENIBVS. SPORTVLAS. ET. POPVLO. EPVLVM. ET. OLEVM. EADEM. DIE. DEDIT.

Apud Pitiscum *V. Epulum*, & apud Ipsum Grut. similiter *p 434.n.1.p.101. n.3.p.8.n.8.* apud Reinesium *1.99.* aliosque.

Convivium seu Agapa connubialis erat alterum; (instar sponsalitium, ut apud gentes, cum sponsi signatis tabulis dotalibus, inibant nova sponsalia. Cicero *Fratr. 11, 6. Ad VIII. iduum Aprilis sponsalia Crassipedi præbui. Huic convivio Quintus tuus defuit*. Pitiscus *V.Convivium*). propter celebratas nuptias accitis novis cognatis, & amicis eisque lautè parabatur; cui Ecclesiastici invitati quoque præsidebant. Numquam enim tale convivium vetitum reperitur. Concilium Neocæsariense *can.7.* jubet Presbyteros Agapis bigamorum interesse non debere: forsan, ut veram hujus Canonis interpretationem docet Bail hic, relati in can. *De his qui.31. quæst.9.* Quia incontinentiæ signum præ se fert, qui pluribus, etiam successivè nubit. Unde à contrario sensu in nuptiis primo nubentium Presbyteri convivio excipiebantur, & notare licet ex *can.27. & 28.* Concilii Laodiceni. Convivium hoc connubiale complectitur cum duobus sequentibus Gregorius Nazianzenus *de Vitæ discrimi. Non insuper ad sacrum aliquod epulum, vel Natalitium, vel Funebre, vel Connubiale cum pluribus currens*.

Funebre convivium in exequiis defunctorum peragebatur quod, & aliàs dictum fuit *Silicernium*; Donatus in *Adelph.* Terent. *act.4.s.2.v.48.* quæ in funeralibus ludis acta fuit, *Silicernium*, *Cœna quæ inferebatur Diis Manibus*, & Tertull. *in Apolog.cap.39. Cœna feralis*. Juven. *Sat. 5.* Apulejus *Florid.4.* vel apud priscos *Exequium*. Ut autem optatum finem assequamur, propter quem annotationem, sive dissertationem istam instituimus, varium, inter varias nationes usum inquirere oportet; Quid namque per istas funebres cæremonias sibi proposuerint. & ne à proposito divagemur, breviter quid Judæi, quid gentes, & inter ipsas cultiores: ut Romani, quid Christiani circa mortuos suos præstiterint, præcipuè per funebre convivium.

Et primo certum est Judæos consuevisse mortuos suos parentare variis ritibus; præsertim per funebre Epulum. Testatur Ecclesiast. *cap.30. v.18. Bona abscondita in ore clauso; Quasi appositiones epularum circumposita sepulcro*; & Tob.4. Tobias senior inter salutaria monita, quæ filio suo custodire mandat, hæc quoque habet *v.18. Panem tuum, & vinum tuum super sepulcrum justi constitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus*. Testatur quoque Josephus *lib.2. de Bello Judaico cap.1.* & S. August. *in Psalm.48.* Vide Sophranem *de funere Hebræorum*, Seldenum, aliosque infra citandos.

Gentiles similiter in mortuos suos parentandos superstitiores extiterunt. Abs re est hic ordine recensere luctum, nenias, rogum quidquid cæca Gentilitas erga vita functos stultè adhibebat, ut legere est apud Auctores à Pitisco relatos in V. *Cœna funebris*. *Silicernium*, & apud nostrum eruditissimum Alexandrum ab Alexandro, *Dierum gen.lib.3. cap.7.* & ibi Tiraq. mitto similiter quidquid Cinenses erga suos defunctos vere, sed præter humanam fidem tam variis, tamque superstitiosis ritibus, ac cæremoniis justa eis persolvant, quod alibi si sermo redibit explicabimus. Romanos ritus itaque in mortuorum funeralibus excurrere ad rem nostram pertinentes, breviter præpono. Post inquam rogum, post supremum vale, postquam à Præfica alte conclamatum erat *Ilicet*, totum funus respectu defuncti erat absolutum. Tunc Cœna funebris, seu Silicernium apponebatur. Apulejus *supra cit. Procul igitur fucos abigerent, procul ignes amolirentur . . . Cœnam feralem è tumulo ad mensam referrent*: quæ dupliciter erat, una pro Diis manibus, cum cognati epulas ferales deferentes, easque leviter degustatas, igni tradebant. Altera pro parentantibus defunctum. Utramque complecti videtur Tertullianus *de Testimonio Animæ cap.4. Vocas porrò securos, si quando extra portam* (intra urbem etenim mortuos recondere, & cremari non nisi Senatus permissu licitum erat) *cum Xenie, & Matteseis* (ita legit Pamelius, & Zerda, vel *Matryis*, aut *Mattais*, ut Rhenanus, Lipsius, & alii, quæ ex Athenæo pretiosa edulia sonant) *sibi potius parentans ad busta recedis, aut à bustis dilusior redis. Et de Resur. cap.1. Et tamen defunctis parentant, & quidem impensissimo officio pro moribus eorum, pro temporibus esculentorum: ut quos negant sentire quicquam, etiam desiderare præsumant. At ego magis ridebo vulgus, tunc quoque cum ipsos defunctos atrocissime exurit, quos postmodum gulosissime nutrit, iisdem ignibus, & promerens, & offendens. O pietatem de crudelitate ludentem*. Clarius S. August. *serm.15. de Sanctis. Miror cur apud quosdam infideles hodie tam perniciosus error increverit. Ut super tumulos defunctorum cibos, & vina conferant, quasi egressæ de corporibus animæ carnales cibos requirant. Epulas enim, & refectiones caro tantum requirit. Spiritus autem, & anima iis non indigit. Parare aliquis suis caris dicit, quod ipse devorat: Quod præstat ventri, imputat pietati*. Cicero Catelinæ funus memorans *Oratione pro Flacco* hæc habet: *Sepulcrum L. Catelinæ floribus ornatum, hominum audacissimorum, & domesticorum hostium conventu, epulisque celebratum est*.

Hinc perspicuum est, Gentes consuevisse ob defuncti memoriam, etiam exequiale epulum celebrare: quod duplex erat, ut diximus. Unum animabus defunctorum, seu potius Diis Manibus parabatur: quia per cibi, vinique appositionem aliquod lenimen animas defunctorum sentire credebatur, seu sacrificii genus erat, quod Diis Infernalibus agebatur. Alterum defunctos parentantibus, ut affines, & amici, qui funeri aderant, solamen per cibos sumerent; utpotè per novemdiale tempus, quo funus apud Romanos durabat, fletu, luctu, ac animi mœrore oppressi; tandem convivando exhilararentur: & notavit S.Hieronymus in *Hierem.lib. 3. cap. 16.* apud Elmenhorstium ad Minutium *pag. 332.* sicuti mihi videtur moris esse quoque apud nostrates, cum postquam è domo defuncti feretrum egressum fuerit, & sepulturæ demandatur, iis, qui domi, ob luctum, & mæstitiam detinentur, ab eorum proximioribus lautè funebre convivium, seu exequium paratur: ut quos dolor oppressit, & sibi

ipsis

ipsis ob animi angorem consulere non valent, proximiorum succurrat opportuna liberalitas.

Demùm Christiani inter suorum luctum, funebre convivium, quoque non prætermiserunt. A primis enim Ecclesiæ sæculis nobis suppetunt exempla hoc ipsum confirmantia. In *libro 8. Apostolicarum Constitutionum cap. 44.*, quæ Clementi Romano adscribuntur, seu potiùs secundum Cotelerium post Apostolorum tempora interpolatæ: Clerici monentur, & Laici ità: *Qui in exequiis mortuorum ad convivium funebre invitati estis, ordine, & timore Dei epulamini, ut possitis preces pro defunctis exhibere Deo.* Origenes, qui tertio sæculo vixit, luculenter hoc testatur *lib. 3. in Job.* cujos verba infrà ponentur. S. Joannes Chrysostomus quinto sæculo in *cit. Hom. 27. ad Epist. ad Corinthios:* inter alia hæc reponit: *Si filii, aut fratris defuncti memoriam ageres, pungereris in conscientia, si morem non implesses, & pauperes vocasses:* idest ad mensam vocasses pauperes, ut moris erat; ut per temporalia, quæ egenis erogata essent, spiritualia precum, & orationum consequerentur. Eodem sæculo S. Paulinus Nolanus Episcopus *Epist. 13. ad Alethium* mire describit funus Rufinæ filiæ S. Paolæ, ipsius Alethii uxor, in quo notandus est locus, nempè Romæ, & in Basilica Vaticana, ubi celebratæ fuere exequiæ: *Patronos*, inquit, *animarum vestrarum pauperes, qui tota Roma stipem merentur, multitudinem in aulam Apostoli congregasti: Pulchro equidem tanti operis spectaculo pascor. Videre enim mihi videor tota illa religiosa misericordiæ plebis examina, illos pietatis divinæ alumnos, tantis influere penitùs agminibus in amplissimam gloriosi Petri Basilicam, ut tota, & intra Basilicam, & pro januis atrii, & pro gradibus campi spatia coarctentur. Video congregatos ità distinctè per accubitus ordinari, & profusis omnes saturari cibis, ut ante oculos evangelicæ benedictionis ubertas, eorumque populorum imago versetur, quos quinque panibus, & duobus piscibus panis ipse verus, & aqua viva piscis explevit.* Et hoc actum est non solum in die celebrati funeris, sed etiam recurrente annua funeris commemoratione. Sexto enim sæculo S. Remigius Archiepiscopus Remensis suo testamento legavit Lupo Episcopo Suessionensi ex fratre nepoti (de quo testamento post Baronium, qui illud laudat, vide Philippum Labbe *tomo 1. suæ Bibliotecæ* in nova *disquisitione de Ampulla Remensi*, & Carolum Cointium *in Annalibus Francorum anno 533. n. 50.*): *vineam, quam Bebrimodus facit, sibi eatenus derelinquo, ut diebus festis, & omnibus diebus Dominicis inde meis sacris Altaribus offerantur oblatæ, atque annua convivia Remensibus Presbyteris, & Diaconibus præbeantur.* Et refert quoque Flodoardus in *Hist. Eccles. Remensis lib. 1. cap. 23.* addens de S. Rigoberto ejusdem Ecclesiæ Præsule. *Clericis Remensibus delegavit Ecclesiam S. Hilarii cum Suburbio ad eam pertinente, ut in annua transitus sui die sufficiens ei refectio indè pararetur.* Ex quibus locis, aliisque documentis, quæ libenter prætermitto, ne lectoribus sim gravis, & extra chorum psallere videar, satis liquet apud Christianos, non quoscumque, sed apud sapientiores, & sanctiores viros, morem fuisse, mortuos suos, etiam per ferale convivium parentare.

Natalitium demùm convivium, de quo citatus Nanzianzenus loquitur, erat solenne Epulum fidelibus paratum in Natalitiis festis Sanctorum Martyrum, in eorundem Basilicis, post peracta Deo sacra, ad eorum honorem, & gloriam; ut fideles populi, in die tàm solenni, post Hymnos, & Psalmos decantatos, ac sacra Synaxi refecti essent, publica Agapa, seu convivio exciperentur. Moris habentes, diem mortis, in quo Martyres, ad novam, & immortalem vitam nascebantur, quam Natalis, solenni ritu celebrare. Cum pretiosa sit coram Domino mors, non nativitas Sanctorum, ut cœca Gentilitas factitabat apud Pitiscum V. *Convivium Natalitium*, & Lipsium *ad lib. 6. Ann. Taciti num. 17.* *Nunc verò*, hic testatur Origenes *lib. 3. in Job. non diem nativitatis celebramus, cum sit dolorum, atque tentationum introitus, sed mortis diem celebramus, utpotè omnium dolorum depositionem, atque omnium tentationum effugationem. Diem mortis celebramus, quia non moriuntur hi, qui mori videntur. Propterea & memorias Sanctorum facimus, & parentum nostrorum, vel amicorum in fide morientium devotè memoriam agimus, tàm illorum refrigerio gaudentes, quàm etiam nobis piam consummationem in fide postulantes. Sic itaq; non diem nativitatis celebramus, quia in perpetuum vivunt ii, qui moriuntur. Celebramus memoriam religiosos cum Sacerdotibus convocantes, fideles unà cum Clero, invitantes adhuc egenos, & pauperes, pupillos, & viduas saturantes, ut fiat festivitas in memoriam requiei defunctis animabus, quarum memoriam celebramus, nobis autem efficiatur in odorem suavitatis in conspectu æterni Dei.* Consuetudinem omninò, seu abusum Gentium avitis moribus introductum, Deos suos etiam per convivium honorare, adeò valdè laboriosum fuit Patribus penitùs eliminare ab ipsis, etiam post susceptum sacrum lavacrum, post datum Christo nomen. Mos, quo utebantur, dum Diis suis sacrificabant, ac sacra peragebant etiam solenni, ac publico epulo, non solum obligurire, sed & lascivire, ità radicitùs pedem fixit, ut potiùs sagaci prudentiæ ducto actum sit, in re alioquin indifferenti mutaretur finis, retenta, ac correcta ipsa re: nempè quod Deo Optimo Maximo, & Sanctis ejus injuriosum erat propter falsos Deos, iis sublatis, Deo, ejusque Sanctis honori cederet. *At illos*, appositè Theodoretus *Evang. verit. ad calcem libri 8. At illos* (scilicet Gentilium Deos) *Deus cassos gloria, nominisque reddidit. Suis autem Martyribus honorem illum dedit. Pro Pandiis enim, & Diasiis, ac Dionysiis hoc est, Jovis, Liberique patris solemnitatibus, Petro, Paulo, Thomæ, Sergio, Marcello, Leontio, Mauritio, aliisque Sanctis Martyribus solemnitates populares Epulo peraguntur; proque illa veteri pompa, pro inepti obscœnitate, atque impudentia, fiunt modestæ, castæ, ac temperantia plenæ festivitates, non illæ quidem mero delibutæ, non commessationibus leves, non cachinnis solutæ, sed vivis canticis personantes, sacrisque sermonibus audiendis intentæ.* Et Gregorius Thaumaturgus, cui equidem cordi erat puritas fidei, & Ecclesiæ irreprehensibilis disciplina, nullum non movit lapidem, ut à suo populo Neo-Cæsariensi adhuc neophyto, consuetudinem istam excluderet, coactus fuit potiùs Agapas moderare, & ad Sanctorum Martyrum honorem eas dirigere. Luculenter testatur S. Gregorius Nissenus *in ejus Oratione. Cum animadvertisset*, inquit, *quòd propter corporis voluptates simplex, ac imperitum vulgus in errore Simulacrorum cultus permaneret, quò maximè id, quod præcipuum est, interim in eis assequeretur, nempè ut vanis superstitionibus relictis ad Deum converterentur, permisit eis, ut in memoriam Sanctorum Martyrum sese exhilararent, & oblectarent, atque in lætitiam effunderentur, quod successu temporis aliquandò futurum esset, ut suâ sponte homines ad honestiorem, & exactiorem vitæ rationem transirent, præsertim cùm etiam fides, viam ad illam rem præmonstraret.* Et S. Gregorius Magnus *ad Mellitum Abbatem* scribens, qui hac de re eum consulerat de Anglis, similiter in fide neophytis *lib. 9. Ep. 71.* Simili sensu respondet et Gregorius. *Quia boves solent in Sacrificio Dæmonum multos occidere, debet his etiam hac de re aliqua solemnitas immutari, ut die Dedicationis, vel Natalitiis Sanctorum Martyrum, quorum illic reliquiæ ponuntur, tabernacula sibi circa easdem Ecclesias, quæ ex fanis commutatæ sunt, de ramis arborum faciant, & religiosis conviviis solemnitatem celebrent; Nec Diabolo animalia immolent, sed ad laudem Dei in esu suo animalia occidant, & Donatori omnium de satietate gratias referant, ut dum eis aliqua exterius gaudia reservantur, ad interiora gaudia consentire faciliùs valeant. Nam duris mentibus simul omnia abscindere, impossibile esse non dubium est: quia is, qui locum summum adscendere nititur, necesse est, ut gradibus, vel passibus, non autem saltibus elevetur. Sic Israelitico populo, &c.* Prætereundum non puto S. Paulini in hac re testimonium, is cum animadverteret Rusticos nostræ Campaniæ ad festum S. Felicis frequenti cœtu accurrere, & ad ejus sepulcrum epulis vires suas resocillare, & gaudere de Sancti festo, eis ignoscendum judicavit ob eorum piam simplicitatem. Sic in Sancti Felicis *Natali* IX. canit.

. . . . . . Ignoscenda tamen puto talia, parvis
Gaudia quæ ducunt epulis: quia mentibus error
Irrepsit rudibus: nec tantæ conscia culpæ
Simplicitas pietate cadit (aliter caret), male credula Sanctos
Perfusis halante mero gaudere sepulcris.

His breviter prælibatis potiùs, quam ut par erat discussis, æquum est tandem ad nostri Auctoris mentem explicandā devenire, qui adstruendo publicum cultum Sanctis per convivium instructum populo, ad excitandam defuncti devotionem, hujus annotationis occasio fuit. Et quia apud christianos quatuor ex causis potissimum, ut visum est convivia instruebantur: nempè ob Templi Dedicationem, ob celebratas Nuptias, ad Defuncti exequias, & ad Memorias Martyrum. Ideò incumbit nunc onus perquirere, per quale Convivium persuasum fuit Ecclesiæ, seu Ecclesiæ Ministris, excitare devotionem defuncti, ut coleretur cultu publico. Quapropter singula rimando non dubito quin perspecta evadet res, quæ alioquin difficilis, & obscura existeret.

Ob Templi Dedicationem ab Ecclesiæ Pontificibus factam in honorem Dei, & venerationem Sanctorum, nulli dubium, quin facile probatum existeret, ob id Sanctis deferri ab Ecclesia publicus cultus; omnibus namque persuasum fuit Græcis ipsis, & Ro-

& Romanis ; Templi Dedicationem cuiquam non convenire, nisi is aliqua divinitatis nota præfulgeret: eo magis Christiani, quibus fidei puritas cordi erat, Templa erigendo, & Deo, & memoriis Sanctorum dedicando Deo, & ipsis Sanctis publicum cultum eis deferendum declararunt. Adeoque per convivium instructum Populo ob Dedicationem Templi alicui Sancto factam, evidenter adstruitur publicus cultus Sancto delatus; nempè propter caussam ob quam tale convivium instruebatur.

Verum enim verò licet hoc satis esset ad adstruendum publicum cultum; tamen mihi videtur non recte convenire positioni Auctoris, qui per convivium ab Ecclesia indictum probationem, seu Indicium quærit ad dignoscendum aliquem defunctum non privato, sed publico cultu coli; sed quia certum est per Dedicationem Templi alicui Sancto factam, evidenter constare publicum cultum. Cum ipsa Dedicatio supponat talem Sanctum, cultu publico jam veneratum; adeoque Dedicatio Templi, & ex ejus occasione Convivium non adstruit cultum publicum, sed supponit, auget potiùs illum quam indicat.

Nuptialis Agapa, seu connubiale convivium ad præsentem, de qua agimus rem non pertinet. Nam neque ex institutione, neque ex fine excitat, neque indicare potest cultum publicum; institutum porrò fuit non ab Ecclesia, ut id requirit cultus publicus, neque ad excitandam defuncti devotionem. Sed ad animos novorum conjugum, & amorem proximiorum conjungendum: ut quos sanguine, & affinitate nuptiarum celebritas intùs unit, eadem per convivium, mutuum amorem foris demonstret.

Neque par funebre convivium in exequiis mortuorum celebratum, argui potest cultus publicus, quod positioni Auctoris convenire videtur. Nam neque ex sacra aliqua institutione Ecclesiæ istud instrui cœptum est, neque ex fine constat celebrari, ad excitandam defuncti devotionem, ut colatur cultu publico. Et hoc fiet planum attenta superiùs posita divisione variarum nationum, quæ certò sibi aliquem proposuerunt finem, ob quem celebrabant mortuis justa, etiam per convivium, quo perspecto, de omnibus judicium daturi sumus.

Et primo Judæos apposuisse cibos super sepulcra defunctorum ex Eccles., & Tobia probatum est. Quare autem hoc peregerint inquirendum est. Non apposuisse cibos more Gentium veluti superstitiosus ritus, ut à Gentibus fiebat, nos persuadet Tobiæ monitum filio creditum, ut hoc peragat: nec invenitur prohibitum apud Judæos. Hinc dicendum convenisse Judæos cum Christianis, ut infrà patebit; scilicet apposuisse cibos super mortuorum sepulcra ad alendos pauperes: ut externo hoc symbolo moverentur mentes ad fundendas preces pro animabus defunctorum, & ex erogationibus istis meritum eleemosynarum consequerentur. Sic Calmet in *Dictionario Biblico* V. *Mortuus*. Vide ipsum in dissertatione de *Funeribus Judæorum*, & Nicol. *de Sepulturis Judæorum*, aliosque supra citatos.

Si Gentilium mores inscrutemur circa suorum funeralia, præsertim circa convivia, & Cœnas ferales, ut supra retulimus: nil in ipsis animadverti posse reor, quam aut insanam superstitionem, aut aliquam humanitatis, & civilis obsequii ostentationem. Nam sicut duplices Cœnas ferales instituebant; unam super defuncti tumulum: alteram pro parentantibus defunctum. Per secundam nihil denotarunt, quod hic immoremur. Supra enim ejus usum exposuimus. Per primam, superstitionem intolerabilem exercuerunt; nam aut per cibos appositos super mortuos credebant, per illos animas eorum aliquid leniminis, & refrigerii posse recipere, & hoc vesanæ dementiæ fuit exhibitio. Undè merito eos deriserunt S. Augustinus, & Tertullianus supra relati. Aut per istam Cœnam feralem, ut loquitur Apulejus, credebant aliquod sacrificii genus celebrare, & hoc superstitionis tetræ, & inverecundæ fuit stulta professio. Quid namque stultius sacrificiis interpellare eum, quem paulo ante mortuum propriis oculis aspexere, & deitatis forma indutum sibi ipsis persuadere, quem adhuc mortalem amare desierant. Ex quo evenisse credi potest sepulcrorum loca effecta esse religiosa, & sacrilegos habitos sepulcrorum violatores: ut ex duplici titulo Digestorum, & Codicis *de sepulcro violato*. Si plura adi Connanum *lib. 3. cap. 1. n. 4.* & Samuelem Pitiscum V. *Sepulcrum*. Sed quid eos superstitionis insimulo? tota Gentilium superstitio ex hoc initium sumpsit, ex hoc Idololatria originem duxit, & processum. Etenim Cœnas illas quas sibi ipsis parare cœperant, sacrilega manu ausi sunt in sacrificium, & libamen animabus defunctorum offerre, & in Cœlis collocare, qui in Infernis detinebantur. Et ne longè protrahar verbis, luculentissima testimonia proferam, quæ apertissimè hanc Idololatriæ originem confirmant. Et primò concors meæ assertioni est Gaudentius in tractatu de *lect. Exodi*: *Parentalia*, inquit, *unde malum Idololatriæ exstitit caput erroris; nam gula sua tantùm primum cœperunt homines prandia mortuis præparare, quæ ipsi comederent. Post hæc ausi sunt sacrificia eis sacrilega celebrare, quamvis, nec ipsi mortuis suis minus sacrificant parentalia*. Cui consonat Ovidius Fastorum *lib. 2. v. 533.* apud Pitiscum V. *Parentalia*. Immodicus enim amor sui, & suorum amissorum, quo præpostere homines sese amabant, præsentibus contenti, futurorum ignari, origo fuit Idololatriæ, ut optimè notat doctissimus ac eruditissimus Jacobus Benignus Bossuet Meldarum Episcopus in sua *Historia universali* ad Discursum *de successione Religionis c. p. 9.*, quem latinitati donatum, & auctum edidit seorsim Petrus Montimedy hoc titulo: *Triumphus Religionis de Atheismo, Gentilismo, Judaismo, & Hæresi, sive Discursus de Religionis successione, & antiquitate. Ratisbonæ 1709.*

Hoc id ipsum docuit Spiritus Sanctus in libro Sapientiæ *c. 14. v. 14. Supervacuitas* (idest superflua vanitas, Grecè *Kenodoxia*, idest vana gloria vertit du Mortier in *Etymologicon Sacro Græco-Latino*, V. *Idololatria*) *Supervacuitas enim hominum hæc advenit in Orbem terrarum*. Idest execrandam Idololatriam. *Acerbo enim luctu dolens pater citò sibi rapti filii fecit imaginem: & illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit, & constituit inter servos suos sacra, & sacrificia*. Hinc posteà malorum catastrophe in mundo invecta est; cum effecta sit Religio, quod superstitibus erat solatiū. *Deindè*, sequitur sacer textus *v. 16. deindè interveniente tempore, convalescente iniqua consuetudine hic error custoditus est, & tyrannorum ingenio celebrantur figmenta*. Undè merito Gentiles exprobrans Minutius Felix in suo *Octavio*, sic eos redarguit. *Dum reges suos colunt religiosè, dum defunctos eos desiderant in imaginibus videre, dum gestiunt eorum memorias in statuis detinere, sacra facta sunt, quæ fuerunt adsumpta solatia*. Prosequuntur Minutii locum eruditis annotationibus Wowerius, Rigaltius, Elmenhorstius, & Gronovius. Vide Gerardum Jo: Vossium *de Origine Idololatriæ lib. 1. c. 11.* Rhenanum in novissima *nota* ad Tertulliani librum *de Idololatria*, & Ambianas pluribus in locis ad Tertullianum. Du Mortier *loco cit.* Van-Dalen *de Idololatria*, aliosque innumeros; quando autem incœperit, & per quos, citatos consule, & nostrum Pompeum Sarnelli *tom. 10. Epist. Eccl. Epist. 41.*

Sed si Gentiles in hoc superstitiosi exstiterunt, Christiani in suorum exequiis religiosi fuerunt. Nam etsi Gentilium rituum materiam nempè epulum retinuerunt, alio tamen fine, & intentione illud instruebant; exercendi gratia misericordiæ erga pauperes officium, illud parabant: ut ex eleemosynarum merito suis adjuvarent defunctis, temporalia elargiendo, ut spiritualia precum, & orationum assequi mererentur. Nam, ex supra allegatis documentis clarè constat, pauperes ad hoc convivium fuisse vocatos: Sic Origenes, Chrysostomus, Paulinus apertè testantur. Et S. Augustinus Faustum Manichæum redarguens, exprobrantem Agapas Christianorum, quia cum Gentilium sacrificiis convenire videbantur, sic contra ipsum *lib. 20. cap. 20.* reponit: *Sacrificia Paganorum non vertimus in Agapas, sed sacrificium illud intelleximus: misericordiam volo, quam sacrificium. Agapes enim nostræ pauperes pascunt, sive frugibus, sive carnibus.* Et infrà: *Quoniam plerumque in Agapis etiam carnes pauperibus erogantur, misericordiam Christianorum similem dicitis sacrificiis Paganorum.* Nec huic assertioni obstat textus in *Can. Non oportet 29. de consec. dist. 1.*, & reperitur in Collectione Martini Bracharensis *Can. 69.*, etsi aliter, ibi: *Non licet Christianis prandia ad defunctorum sepulcra deferre, & mortuis sacrificare*. Ex quo textu posset aliquis eruere prohiberi Christianis prandia ad sepulcra mortuorum, & super illud sacrificare more Gentilium, ut supra visum est, adeoque superstitiosum fuisse etiam apud Christianos, sicut apud Gentes deferre cibos super sepulcra mortuorum. Non obstat inquam; nam sicut tractu temporis cætera convivia, seu agapæ, quæ primò in Basilicis, & posteà extra instruebantur, tandem fuere ab Ecclesia omninò vetita, vel ob dissolutiones aliquorum, qui potiùs commessationes agere videbantur, & ob dissentiones, & luxum nimium postmodum ab Ecclesiis sublata fuere: testatur S. Augustinus *lib. de Moribus Ecclesiæ Catholicæ*. *Novi multos esse, qui luxuriosissimè super mortuos bibunt*; vel

quia

quia adulta jam Religione, & disciplina Ecclesiastica non amplius opus erat retinere Gentilium rituum materias, quas fideles aut ex Judaismo, aut ex Gentilismo secum traxerant, & Sancti Patres ægrè permiserunt eis, correcto, ac mutato fine; ut tandem cum honore sepelirent, ut patet ex supra relatis verbis Gregorii Nysseni, & Gregorii Magni. Hinc dexteritate Sancti Patres usi sunt ad eas eliminandas. Aurelius enim Carthaginensis Episcopus existimavit in Africa non statim interdicere Agapas, & pœnas comminari transgressoribus: *Magis docendo, quam jubendo, magis monendo, quam minando* scripserat *Epist.64.* Posteà omninò vetitæ sunt per varia Concilia, quæ apud Cabassutium, Juvenin, Lupum aliosque supra citatos reperies. Aut melius dicendum cum Glossa, ibi reprehendi abusum fidelium sacrificandi, seù celebrandi Missas super tumulos defunctorum; ratio enim hujus prohibitionis in Jure Antiquo fundata est; quia solum super Memorias, & sepulcra Martyrum licitum erat altare erigere, & ibi sacrificare, ut mox patebit. Ex dictis elucet finem Christianorum parandi mensas in exequiis, & funeribus suorum, non fuisse Gentilium mores imitari; nec excitare aliquem cultum publicum ipsis defunctis: Sed ut per istud misericordias erga pauperes symbolum, fidelium mentes erigerentur, ad fundendas spirituales preces pro defunctis, & ex eleemusynarum erogationibus, suffragarentur suis defunctis. & S. Remigius, & Rigobertus non solum in eorum exequiis, sed quotannis parare curarunt. Et hoc pluribus in locis adhuc factitari asserit Christianus Lupus *tomo 4. Dissertatione de 8 mortæ crimine cap.*11.

Natalitium convivium inde discutiamus oportet, utrùm positioni Auctoris congruat: Ut mihi videtur apertissimè congruere, & ideò aliqua supponenda puto. Primùm Martyres idest ii, qui ob Christi fidem, & doctrinam tuendam, & propugnandam, satius existimarunt sanguinem effundere, & mortem subire, ne à Christi fide, ejusque doctrina discederent, semper in Ecclesia honore, & veneratione digni habiti sunt. Ut præstaretur tamen eis debitus cultus, & honor, non fuit cujuscumque decernere, & definire, sed semper apud Ecclesiam fuit, aut apud Episcopum, aut apud Synodum antiquitus: ut supra innuimus, & nunc penes Romanum Pontificem. Secundum, procedendi ordinem, seu motiva, ex quibus ducebatur Ecclesia ad declarandos Martyres cultu publico, & veneratione esse dignos, fuisse varium dignoscitur: licèt cum hodierna Ecclesiæ praxi convenire videatur, nempè in inquisitione diligenti, ac exactissima de ipso Martyre, seù defuncto, qui publico cultu dignus habendus erat. Itaque prisca Ecclesia optimè prius instructa de Martyre, idest de ejus constantia in fide, ob quam tuendam, à persecutoribus fidei cum tormentis addictus esset, & morti destinatus, semper fidelis, & constans inventus fuerit, neque temeritate aliqua ultrò tortoribus, & carnificibus se objecerit, probasset; publico cultu eum dignum decernebat.

Ut autem, & Christi Martyrem publicè honoraret Ecclesia, & Christum, qui est corona Martyrum glorificaret, pluribus externis signis fidelibus declarabat, Martyrem cultu publico esse jam venerandum: ut sunt quæ Auctor enumerat; præsertim tamen Altaris erectione super ejus sepulcrum, & convivio Populo instructo in die tam solenni, ob frequentem cætum populi fidelis, declarabat istum publicum cultum. Consuevit enim super sepulcrum, seù memoriam Martyris jam per Episcopum, aut per ejus Synodum vindicatum: ut loquitur Optatus Milevitanus, Altare erigere, & ibi Sacrosanctum Missæ sacrificium uni Deo celebrare, in honorem defuncti pro Christo Martyris. Ut Deum glorificaret per suum Martyrem, secum conregnantem, & ut excitaret devotionem piæ plebis erga Sanctum Martyrem ad sequenda ejus vestigia, & ad impetranda per eum à Deo beneficia. *Populus Christianus*, sic S. Augustinus *lib.20. contra Faustum Manichæum cap.21.* testatur, *memorias Martyrum religiosa solemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum consocietur, atque orationibus adjuvetur; ita tamen ut nulli Martyrum, sed ipsi Deo Martyrum constituimus Altaria . . . . , ut ex ipsorum locorum admonitione major affectus exurgat ad augendam caritatem, & in illos, quos imitari possumus, & in illum, quo adjuvante possumus.* Ex quo emanasse videtur Ecclesiæ ritus nunquam consecrandi Altare, nisi cum Reliquiis Sanctorum: ut suo loco patebit. Hinc Lamindus Pritanius *de Ingeniorum Moderatione in Religionis negotio lib.3.c.12.* S. Augustinum inquè à censura Joannis Phereponi lacessitum, qui Opera D. Augustini præpostera crisi exagitat, solidè propugnat ac defendit. Præcipuè *loco cit.* ubi calumniam Phereponi diluit, asserentis S. Augustinum dissimulasse accusationem Ethnicorum de cultu SS. Martyribus exhibito, atque Rethorum more eam præteriisse, *de Civitate Dei lib.8.cap.ult.* Verum turpe est in sole caligare, cum apertissimè S. Augustinus ibi distinguat cultum Ethnicorum, & Christianorum: Soli Deo docet convenire Templa dedicare, sacrificia offerre; reliqua verò venerationis officia SS. Martyribus exhiberi ex obsequio religioso, non ex opinione divinitatis. *Quæcumque*, inquit, *adhibentur religiosorum obsequia in Martyrum locis, ornamenta sunt memoriarum, non sacra, vel sacrificia mortuorum, tanquam Deorum.* Et supra dixerat: *Honoramus memorias eorum tanquam Sanctorum hominum Dei . . . . ut ea celebritate, & Deo vero de illorum victoriis gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum adhortemur.* Et infra: *illos itaque Martyres nostros non divinis honoribus, nec humanis criminibus cumulamus, sicut colunt illi Deos suos.*

Peracto igitur Sacrosancto Sacrificio in honorem Martyris, & contestata per istum actum ejus Sanctitate; ad augendam verò lætitiam populi fidelis, qui in Sacris Canticis, & Psalmis persolvendis dulciter, ac suaviter in vocis, & mentis jubilo resonabat, & ad excitandam devotionem defuncti Martyris, Agapa, idest mutui amoris convivium instruebatur populo fideli; ut homines, qui non semper spiritualia capiunt, & facile ista eis tædio sunt, visibilibus, ac sensui subjectis rebus non raro alliciendi erant; ideo opus fuit externo, atque visibili isto Symbolo eorum mentes ad spiritualia dirigere. Accedit quia ut plurimum fideles ab idololatrica impietate erant recenter conversi, aut inter Paganos necesse erat conversari, apud quos, Religionis non modica pars erat Diis suis Cœnis, seu potiùs commessationes instruere, & in eis debacchari, ac lascivire in honorem suorum Deorum. Testatur Arnobius *lib. 7. adversus Gentes*, & ib. Elmenhorstius, Pitiscus in *Lexico*; V. *Cœna Capitolina, Cœna Dialis*, & *Epulum Jovis*. Quapropter necesse fuit commutare in honorem Sanctorum, ad excitandum eorum cultum, id, quod prius Dæmonibus agebatur: ut dilucidè apparet ex verbis Gregorii Nysseni in *Oratione Gregorii Neocæsariensis*, & Gregorii Magni supra laudatis. Mirè complectitur omnia Theodoretus *loco supra cit.* recolens Dei infinitam sapientiam; qui eisdem ritibus, per quos negabatur ei, & Sanctis ejus debitus cultus, per eosdem ab hominibus coli dignata sit. *At illos* (idest Gentilium Lucos) *Deus cassos gloria vanosque reddidit, suis autem Martyribus honor in illum dedit. Pro Pandiis enim, & Diasiis, ac Dionysiis, hoc est Jovis, Liberique Patris solemnitatibus Petro, Paulo, Thomæ, Sergio, Marcello, Leontio, Mauritio, aliisque Sanctis Martyribus solemnitates populus Epulo peragunt: proque illa veteri pompa, pro turpi obscænitate, atque impudentia, fiunt modestæ castæ, ac temperantia plenæ festivitates, non illæ quidem mero delibutæ, non commessationibus levæ, non cachinnis jactatæ, sed divinis Canticis personantes, sacrisque sermonibus audiendis intentæ.*

Quam fuerit authenticus actus iste instituendi mensas super Martyrum Memorias ad excitandam fidelium devotionem erga ipsos Martyres, & quam fuerit ipsis Martyribus gratus per prandia honorari, testatur apertissimè Evagrius Epiphanensis *lib.2. cap.3.* referens enim miracula S. Euphemiæ Martyris in Basilica Chalcedonensi patrata, hæc inter alia reponit de ipsa Sancta Martyre: *Sæpè numero Episcopis secundum quietem ipsa Martyr apparens jubet, ut in ipso Templo festum deliciis, & opiparis Epulis celebrent.*

Igitur quod inquisitione tam varia, & difficili, ac veluti salebris consita, erat tandem scrutandum, mihi videtur jam fuisse obtentum, & quod per obscura Auctoris verba erat invium, quid ibi denotare voluisset jam manifestum apparere, ni fallor. Auctoris mens manifestatur, quia asserendo cultum publicum per convivium ad excitandam defuncti devotionem intelligendus est juxta sua principia, nempè illum esse, & haberi pro cultu publico, qui aut ab Ecclesia, seu à Ministris illius ejus nomine sit institutus, aut ab aliis ejusdem nomine factus. Idest attendendam esse in cultu publico Ecclesiæ institutionem, aut saltem ejus permissionem, & consequenter ipsius Ecclesiæ finem, ob quem externum aliquod signum instituerit, aut permiserit cultus publici expressivum. Assertionis meæ pondus inde educitur: nempè nullum ex recensitis conviviis magis congruere positioni Auctoris, & doctrinæ jam expositæ, quam Convivium, seu Agapam, quæ in Natalitiis Sanctorum Martyrum ad eorum Memorias publicè instruebatur. Nam in nullo alio con-

vivio

An cultus privatus liceat, nomine scilicet privati hominis illum exhibentis?

98 Privato nomine licet istis Sanctis cultum privatum deferre.

AFfirma. Sanchez in *Decal. lib.* 2. *cap.* 43. *num.* 3. Innocentius, & Joannes Andreas in *cap. finali num.* 6. *de Reliquiis, & veneratione Sanctorum in* 6. Bellarminus *de Beatitudine, & Canonizatione Sanctorum cap.* 10. Suarez *tom.* 1. *in* 3. *par. disp.* 55. *sect.* 2. *& tom.* 1. *de Religione lib.* 2. *de festis cap.* 11. Tamburinus *in Decal. lib.* 2. *cap.* 4. §. 1. *num.* 8. *& seq.* Molfesius *conf.* 45 *num.* 64. Azorius *tom.* 1. *lib.* 9. *cap.* 8. *quæst.* 1. Sylvester V. *Reliquiæ quæst.* 1. Fagundez *præcepto primo Decalogi lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 10. Portella *in dubiis Regularium*, V. *Reliquiæ, in additione num.* 11. Trullench *lib.* 1. *Decalogi cap.* 9. *dub.* 6. Del Bene *parte* 2. *de Officio Sanctæ Inquisitionis, dub.* 234. *sect.* 2. *num.* 2. Layman *de Festorum observatione cap.* 5. *num.* 14. Pignatellus *tom.* 4. *consult.* 48.

99 Non prohibetur per *cap. fin. de Reliq. & venerat. Sanctor.*

Nam cessat finis prohibitionis in *cap. finali de Reliq. & vener. Sanctor.* ubi prohibetur cultus nomine Ecclesiæ; tunc enim dicitur publicus: at non prohibetur privatim, privato nomine colere non adhuc Beatificatum ab Ecclesia, in Cœlis existentem. Et sic nomine privato, uti licebat illi viventi se commendare, licet etiam defuncto. Licet enim privatim in loco separato honestiori illum sepelire, & si licebat Sanctum illum vocare viventem, ita mortuum. Sanchez, & Tamburrinus *loc. citatis*. Sic D. Hieronymus appellavit Sanctam, Paulam, ante Canonizationem. ita Sanctus Petrus de Alcantara adhuc vivus appellabatur Sanctus à Sancta Theresia, D. Thomas appellavit Bonaventuram adhuc viventem, Sanctum. Licet nunquam liceat adorare viventem. Sanchez, & Tamburrinus *loc. cit. & num.* 9.

100 Sine cultu licet imagines in Ecclesia apponere.

Licet etiam imagines sine radiis conservare, ergo etiam in Ecclesia apponere sine lampade extra locum Altaris, ut solent apponi imagines aliorum non adhuc Beatificatorum, DD. *cit.*

101 Jejunare, & abstinere à servilibus, licet privato nomine.

Licet etiam privatim jejunare in pervigilio, & à servilibus abstinere; nam est cultus privatus. Bellarminus *lib.* 1. *de Sanctorum beatif. cap.* 10. Sanchez 2. *Decalogi cap.* 43. *num.* 8. Molfesius *conf.* 45. *num.* 46. *&* 74., dicens etiam posse fieri votum, quia votum per se tendit in divinum honorem, & est actus privatus, subditque posse etiam privatim accendi lampadem, & privatos homines posse tabellas offerre, ac cereos ad sepulcrum. Idque non prohibitum in decretis ad articulandum in processu Beatificationis. Del Bene *part.* 2. *de Officio Sanctæ Inquisitionis dub.* 234. *sect.* 2. *petit.* 12. *num.* 5., sed id non licet Ministris Ecclesiæ ad captandum cultum; nam esset abusus, qui in privatis cessaret. DD. *cit.*

Tu in his cautus sis. Multi namque decepti, decipiunt, & multi simulatione, patrimonia augent, & vivunt ficta specie sanctitatis. Ergo expecta Sedis Apostolicæ placitum. 102 Nota.

Constitutio Urbani VIII.

§. VII.

URbanus VIII. 4. Aprilis 1625., & quinta Julii 1634. in *Constit.* quæ incipit *Cœlestis Jerusalem*, inhibet sub comminatoria pœna suspensionis imagines cum aureolis, radiis, splendoribus, illorum, qui emigrarunt cum fama sanctitatis; prohibetque publicari libros, & revelationes de eorum vita sine licentia, & non præmissa protestatione, quod nihil illorum sit approbatum a Sede Apostolica, sed solum innitatur fidei Auctoris. 103 Constit. Urbani VIII.

Secundo prohibet fieri Officium, vel Missa ob Reliquiam insignem alicujus Sancti Canonizati, quia tantum fieri valet de illis, qui colliguntur ex rubrica Breviarii, vel ex licentia Papæ. Barbosa *de potest. Papæ cap.* 10. *n.* 3. (8)

De Adoratione Reliquiarum.

§. VIII.

REliquiæ approbatæ (9) adorantur adoratione illius, cujus sunt Reliquiæ. S. Ambrosius *serm.* 95. *de Sanctis*: est contra Calvinum, Lutherum, & alios; patet ex 4. *Regum cap.* 14. ibi: *cum tetigisset ossa Elisei revixit homo*, ubi Deus miraculo ostendit Reliquias honore dignas. *Act.* 9. *num.* 12. patet etiam ex Trid. *sess.* 25. *de Reliq. & venerat. Sanctorum*; & ex *cap.* 2. *de Reliquiis, & veneratione Sanctorum.*

Adorantur simul cum persona cujus sunt Reliquiæ. Septima Synodus *Act.* 4. (10) 104 Venerantur cum respectu ad prototypum.

An

vivio observari licet Ecclesiæ institutionem, aut permissionem, ejusque finem, excitandi scilicet devotionem fidelium erga defunctum, qui jam Cælorum Regna teneret. In Agapis Dedicationis Templi supra ultro fassus sum absque dubio litem diremptam fuisse; quia certò, & Ecclesiæ institutionem, & cultum publicum erga Sanctos per ipsos constat; adeoque augebatur, non excitabatur tunc cultus publicus, ut vult Auctor. In Connubialibus Agapis nil est in quo immorari oporteat. In Judæorum, & Christianorum Exequialibus Conviviis, luculenter probavi non elucere Ecclesiæ institutionem, & si ejus permissionem appareat, finem, idest excitare fideles ad defuncti devotionem, ad colendum eum cultu publico, aut cum Gentilium superstitionibus convenire, nonquam apparebit ex supra dictis. In Agapis ergo, quæ in Natalitiis Sanctorum Martyrum ad eorum Memorias solenniter agebantur, & Ecclesiæ institutionem, aut permissionem, ex qua procedit cultus publicus, & finem, ex quo cognoscimus, externa signa ab Ecclesia dirigi ad cultum publicum, ex dictis mihi suadeo apertissimè notari.

(8) Si quæ vero Reliquiæ insignes sunt, & Sanctorum in Martyrologio Romano cum nova additione impresso descriptorum, dies festos celebretur cum Missa solenni, & Officio ad normam Decreti Sac. Rit. Congr. Synodus Diœc. Neap. anno 1726. *par.* 3. *cap.* 6. *num.* 8.

(9) Mitto hic quomodo Sancti antiquitùs approbarentur, & quando incœperit in Ecclesia publicè confecto processu aliquem in Sanctum adscribi. Certum tamen est Sanctos, eorumque Reliquias antequam publicæ exponerentur venerationi, eorum approbatio expectabatur, aut ab Episcopo, aut à Synodo. Hinc memoria dignum illud Cæciliani Archidiaconi, (postea Archiepiscopus effectus Carthaginensis,) qui dure increpavit Lucillam matronam alioquin piam, publice venerantem Martyrem, sed non dum vindicatum, idest approbatum ex Optato Milevitano, Christ. Lupus *Dissert. de* 7. *Synodo cap.* 3. Ferdinandus Mendozza *lib.* 3. *cap.* 49. *de Concilio Illiberitano.*

(10) Ex Leontio Episcopo Neapoleos Cypri *lib.* 5. *Apologiæ pro Christianis, & contra Judæos, & de Imaginibus SS.* pathetice interloquente habes apud Bail Summæ Conciliorum *tom.* 1. *p.* 354. *Et quemadmodum gemini filii, peregrinante longo tempore patre, ingenti amore ex animo erga eum affecti, quicquid illius in domo viderint, sive Baculum, sive Sedem, sive Chlamidem, hæc inquam omnia cum lacrymis attrectantes amplectuntur, non illa venerantes, sed patrem desiderantes, & venerantes. Sic & nos fideles omnes Crucem Christi tanquam virgam adoramus: ut sedem verò, & cubile illius, ter Sanctum sepulcrum: Præsepe autem, & Betlehem reliqua illius habitacula, ut domum: Sic Apostolos illius, Beatosque Martyres, & reliquos Sanctos velut amicos illius colimus, &c.*

An Episcopus possit approbare Reliquias nondum Canonizati.

105 Episcopus nõ approbat Reliquias non Canonizati.

NEga. *cap.1. & 2. de Reliq. & vener. Sanctor.* ubi: *sunt approbanda à Papa*; nam Tridentinum loquitur de Reliquiis jam Sancti Canonizati, de novo repertis. Barbos. *de potest. Episc. par.3. alleg.97. num.*50. Zipæus *lib.3. de Reliq. & vener. Sanct. num.*3. Azor. *tom.1. lib.9. cap.8. q.*8. Suar. *3. par. tom.1. disp.55. sect.*2. contra Lorcam *3. par. quæst.25. art.6. disp.98. n.*10. (11)

Neque ante Pontificis approbationem Reliquiæ sunt venerandæ: Ita Urbanus V. anno 6. Christi Domini 1368. repressit quosdam Religiosos consulentes honores Sanctorum, & vocantes Beatos suos sodales defunctos, ex *tom.16. Annalium anno Domini* 1368. *num.*11.

Potest Episcopus extra Diœcesim approbare Reliquias. Potest tamen Episcopus existens extrà suam Diœcesim approbare Reliquias exponendas in sua Diœcesi, quia jurisdictio ista est voluntaria, non contentiosa. Sanch. 2. *Decalog. cap.43. n.*14.

An Reliquiæ alicujus Sancti de novo repertæ sint approbandæ ab Episcopo, & in dubio cum Concilio Episcoporum Comprovincialium.

106 Reliquiæ de novo repertæ approbandæ sunt ab Episcopo.

AFfirma. Suar. *tom.1. in 3. part. disputat.55. sect.*2. Bonac. *disput.3. quæst.1. p.*4. Trident. *sess.25. de Relig. & vener. Sanctor.* Sufficit tamen pro approbatione moralis certitudo; cùm Metaphysica haberi nequeat, & Portella *de dub. regul. V. Reliquiæ Sanctorum num.*10. Fagundez *1. præcept. Eccles. lib.1. cap.4. num.*3. id asserentes de Reliquiis Beatificati à Sede Apostolica capacis cultus publici. Et Reliquiæ ab antiquo semper venerationi expositæ, possunt venerari absque Episcopi approbatione. Barbos. *de potest. Episcopi alleg.* 97. *num.* 11. Naldus V. *Reliquiæ Sanctorum num.*1.

An ut adorentur Reliquiæ, sufficiat privatum testimonium, quod sint veræ Reliquiæ?

107 Ad privatũ cultum satis est testis particularis, secus ad publicum.

DIstinguas, vel adoratio est cultus publicus, vel privatus: Si publicus approbari debet legitimè ab Ecclesia, ut supra.

Si privatus sit cultus, affirma. Leand. *loc. cit. disp.* 4. *quæst.* 7. dans 9. Doctores; nam non requiritur major certitudo ad istum, quam ad alios actus virtutis exercendos, & Suarez *loc. cit. §. At verò*: ait in dubio, an Reliquiæ sint veræ, ità ut etiam desit testis privatus fide dignus; tunc Reliquiæ non sunt contemnendæ, cum possint esse veræ, sed sunt separandæ.

Si approbatæ, cum non approbatis immixtæ sint, tunc adoratio respicere debet legitimas approbatas. Palaus *disp.1. quæst.6. num.*12. absolutè tamen non possunt exponi adorandæ, ne adoremus Reliquias non Sancti, quæ per commixtionem cum Canonizatis non sunt sanctæ, per quod differtur ab alio non sancto per commixtionem cum Sancto redditur sanctum legaliter. *cap. quod in dubiis, de consecrat. Ecclesiæ.* Bonac. *tom.2. disput.3. quæst.1. p.4. num.*5. Suarez, Sanchez *loc. cit.*

Ad transferendas reliquias de loco ad locum, an requiratur Episcopi licentia.

AFfirma. *Can. Corpora de consecrat. dist.1. l.1. Cod. de religios. & sumpt. fun.* 108 Cum licentia Episcopi transferuntur.

Intelligas, quando sint personæ sepulturæ traditæ; Nec de uno Altari ad alterum transferri valet sine licentia Papæ, vel Episcopi. Ang. V. *Reliquiæ num.*1. Sanchez 2. *Decal. cap.23. num.*25. Passarinus *tom.1. de statu hominum quæst.85. art.*7. Sed sepulturæ perpetuæ non humatæ, valent privata auctoritate transferri. *l. si nec dum, Cod. de relig. & sumpt.* D. Anton. 2. *par. tit.12. cap.*8. *in fine.*

An causa devotionis quis possit ferre Reliquias supra se ipsum.

AFfirma. Si decenter Reliquiæ deferantur; nam indecenter deferens graviter pecca, maximè si cum contemptu. *Can. Corpora. de consecr. dist.* 1. nã deferre supra se Reliquias non est prohibitum, si fiat ex causa devotionis. S. Thom. 2.2. *quæst.96. art.4. ad* 3. Navarr. *cap.11. num.*35. Suar. *3. par. disp.55. sect.*2. Valentia *tom.3. disp.6. quæst.11. punct.*6. Sanchez 2. *Decal. cap* 40. *nu.*27. Bonac. *disp.3. quæst.1. par.4. num.*7. Trullench *lib.1 cap.9. dub.8. num.*10. Leand. *loc. cit. q.*19. & 20. contra Angelum, V. *Reliquiæ*, non tamen licet ad inanem gloriam ob ostentationem illas deferre, ut faciebant aliqui Episcopi turgidi, volentes gestari in sellulis super humeros Levitarum Reliquiis circumdati, meritò repræhensi in Concil. Bracharensi III. *Can.*5. (12) 109 Causa devotionis licet secum ferre Reliquias.

Sed Suarez supra verbo *Ultimo tandem*, affirmat esse pium Reliquias secum ferre; quia non est lex id prohibens. Et in dicto *Can. Corpora*, dicit sermonem esse quando corpus est perpetuo traditum sepulturæ; nam si non sit perpetuo sepulturæ traditum, sed ad tempus tunc potest exhumari; & transferri ad alium locum sine auctoritate alterius. *l. Si nec dum. Cod. de Religiosis.*

Laicus

(11) Vide Gonzalez *de Reliquiis, & Veneratione Sanctorum cap.1. in Com. nu.7. & cap.2.* in notis, V. *Fuerunt approbatæ.* & Engel *cit. tit.* Olim tamen poterant non solum Reliquias approbare, sed & Sanctos canonizare. Gonzalez in *cit. cap.1. num.*8. Bellarmin. *de SS. Beatif. lib.1. cap.8. sup. cit.* Mendozza.

(12) Temporum præsentium conditio impellit hasce agitare quæstiones circa sacras Reliquias. Aliquorum enim sacrilega facinora Reliquiis, rebusque sacris abutentium, opus fuit Ecclesiæ varia cautione impios conatus opportune reprimere. Utinam prisca tempora redirent, in quibus Christi fideles tam, ac tanta veneratione, & religioso culto res sacras excipiebant, excolebantque. Historiæ Ecclesiasticæ proditum est fideles primis quinque sæculis in omnes SS. Eucharistiam suscepisse, & ipsis quoque nequaquam vetitum fuisse eandem in proprios lares deferre, & asservare, quemadmodum sexcenta suppeterent exempla, quæ suo loca dabimus. Propiùs ad Auctoris quæsiti confirmationem noto. Non solum fideles sacras Reliquias secum asportare solebant; nullibi enim prohibitum apparet; sed ipsam SS. Eucharistiam orario mundo involutam, & collo alligatam gerebant. Ambrosius clare hoc evincit in *Oratione Funebri* Satyro fratri suo habita, refert ibi, ipsum Satyrum è naufragio divinitùs ereptum, propter SS. Eucharistiam, quam secum e collo pendentem gestabat. De Maximino, ejusque sodalibus in simili discrimine naufragii constitutis, & per SS. Eucharistiam, quam secum deferebant, ereptis: testatur S. Gregorius Magnus *lib.* 3. *Dialog. c.*36. Prohibemus Fidelium venerationi exponi Reliquias, quæ in decenti theca saltem ex ligno deaurato repositæ non sint, &c. nec non exponi, vel ad infirmos deferri lucri gratia. Illas autem Laici attrectare non audeant. ait Synod. Diœces. Neap. anno 1726. *par.1. cap.6. num.*6.

110 Laici an licitè tangant Reliquias, & vasa sacra.

Laicus licitè tangit Reliquias sacras. Castrus Palaus in *tract.*8. *disp.* 5. *puncto* 6. *num.*15. Pellizzarius in *manuali regularium tomo, & cap.* 5. *sect.* 2. *num.* 77. Gabriel de Enao *part.* 2. *de sacrificio Missa disp.*25. *sect.*2. *num*, 36. Tamburinus, & alii.

Laici absque scrupulo possunt tangere vasa sacra immediatè, & ad summum est veniale peccatum. Sotus in 4. *dist.* 13. *quaest.*2. *art.* 3. *ad* 3. Sa. V. *Sacra num.*3. Bartholomeus ab Angelo, Gaspar Hurtadus, Fagundez, Pellizzarius, Sanchez, ubi dicit cum Soto Canones id prohibentes loqui de consilio. (13)

Si tangant mediante velo, vel in partibus non consecratis, quæ non contingunt species Christi Domini, aut quæ non sunt Chrismate inunctæ non peccant. Dicastillus *disp.*4.*dub.*9.*n.*191. contra Dianam. *part.* 10. *tract.* 11. *resol.*a. Nec obstat textus in *Can. Vestimenta de consecratione dist.*1. ibi · *Nec ab aliis debent contingi, aut ferri, nisi a sacratis hominibus: nè ultio, quæ Balthasarem Regem percussit super hæc transgredientes, & talia præsumentes veniat, & corruere eos faciat ad ima.* Nam respondetur, dictum Canonem vel desuetudine abiisse, vel non esse præceptivum, vel esse tantum directivum. De Enao *sup.num.*38.

An sit speciale peccatum committere peccatum, quando gestatur Reliquiæ.

111 Quis peccet, dum gestat Reliquias.

NEga: Licet sit circumstantia valdè aggravans, dummodo non sit abusus Reliquiarum, aut dentur in pretium peccati commissi complici. 9. DD. contra Philiarchum, & Fagundez, quos dat Leander *tom.*6. *tract.*7. *disp.*4. *quaest.* 21.

An Reliquiarum contrectator causa devotionis, vel honestiori loco collocandarum, sit fur sacrilegus.

112 Non licet furari Reliquias.

AFfirma. Quoad effectum sacrilegii, & damni illati non in se, cum careat animo lucrandi. *Can. Corpora de consecr. dist.*1. sufficitque si sit invitus disponens conservator, qui est loco domini. Palaus *disp.* 1. *punct.* 6. *num.* 19. Sanch. 2. *Decal. cap.*43. *num.*23. Bonac. *disp.*3. *quaest.*1. *punct.*4. *num.*9. nisi surripiantur ab infidelibus, penès quos imminet periculum irreverentiæ, *DD.cit.* Baucius *tom.*2. *miscellan.opusc.* 9.*q.*30. Trullench *lib.*1.*c.*9.*dub.*8. *n.*12.

Non tamen est excommunicatus fur sacrilegus Reliquiarum, nisi surripiat Reliquias à Cryptis, Catecumbis, & Ecclesiis, Ministris, Cœmeteriis Urbis, etiam in minima quantitate. Bulla Pauli V. 24. *Augusti* 1613. & 16. *Maii* 1614. & est reservata etiam contra consentientes. Thesaur.*par.*2. V, *Reliquia*, *c.*1.§.1,*n.*3. Adest excommunicatio.

An detur parvitas materiæ.

113 Non datur parvitas materiæ.

NOn datur, si Reliquia licet parva in quantitate, sit magna in qualitate: puta lignum Crucis Christi Domini, aliquid spinæ, &c. Sanch. & Bonac. *loc. cit.*

An liceat Principi capta justo bello Civitate, Reliquias secum asportare.

NEga, nam non habet jus usurpandi, nec occupandi bona Ecclesiæ, vel sacra. Diana *par.*10. *res.*74. (14)

An Reliquiæ possunt emi.

114 Reliquiæ nõ possunt emi nisi ab infidelibus.

NEga, nisi redimantur ab Infidelibus ad tollendam vexationem, & contemptum Reliquiarum, idque usitatum in Ecclesia persecutionibus aucta. Non enim tunc emitur Reliquia, sed tollitur vexatio, & sic non est turpis emptio prohibita in Tridentino *sess.* 25. ibi: *in Reliquiarum veneratione omnis turpis quæstus eliminetur. cap. fin.* ibi *nec exponantur venales, de Reliq. & vener. Sanctor.* Concilium Lateranense *Can.* 62. sub Innocentio III. *anno Domini* 1215. *l. nemo Martyres, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*, ibi: *nemo Martyres distrahat, nemo mercetur*, plures DD. apud Dianam *tract.* 14. *res.* 18. & 73. (15)

An autem Reliquiæ valeant alienari sine metu Extravag. Ambitiosæ. *de reb. Eccl. non alien.*

An possint alienari.

NEgat Bordonus *tom.*4. *dec.* 194. Pellizar. *tom.*2. *tract.*6. *cap.*8. *num.* 91. quia dicta Extravagans pœnalis loquitur de re pretio æstimabili, contra Pasqualigium *centuria* 2. *q.*181. quos vide:

An

(13) Non solum Laicis vetita sacra Vasa tangere, præsertim ubi species consecratæ Christi Domini habentur, sed ipsis Lectoribus, & Hypodiaconis jamdum inhibitum fuerat a Concilio Laodiceno sub Damaso *Can.* 21. relato per Gratianum in *Can. Non oportet* 26. *dist.*23. *Non oportet Subdiacones licentiam habere in Sacrarium, seu Secretarium, quod Græci Diaconicon appellant ingredi, & contingere vasa Dominica.* Et confirmatur per Concilium Agatense *Can.* 66. Quod licet per Concilium Bracharense aliter fuerit sancitum, ut in *Can. Non liceat*, eadem *dist.* 23. *Non liceat quilibet ex Lectoribus sacra vasa portare, nec aliis nisi his* (ità legendum in Decreto Gratiani, ubi *nec iis*) *qui ab Episcopo Subdiaconi fuerint ordinati.* Ad reconciliandam hanc textuum antinomiam Caballutius ad supra cit. *Can.* 21. Concilii Laodiceni. Gonzalez ad *cap. à multis, de ætate, & qualitate num.*6. Andreas Saulay in *Panoplia Sacerdotali par.*1.*lib.*3.*cap.*12. Joannes Morinus *de sacris Ordinationibus par.*3. *exercit.* 12. *cap.*2. *num.*7. aliique ab ipso Gonzalez congesti, distingunt duplex Sacrarium, aut Secretarium cum Balzamone, Zonara, & Justellio ad dictum *Canonem* 21. Laodiceni Concilii. Unum in sinistro Altaris cornu positum erat, in quo vasa sacra, & vestimenta recondebantur: ut notat evidenter S. Gregorios Magnus *lib.*4. *Epist.*11. & *lib.*2. *Epist.*51. Alterum in dextera Absidis parte positum erat, in quo Diaconi, quas supererant SS. Eucharistiæ Reliquias in vasis sacris reponebant. Unde *Diaconicon* dicebatur, quia solis Diaconis accedere, atque ingredi permissum erat; quippe eis uti Sacerdotum Ministri licitum erat SS. Eucharistiam tangere, atque ministrare. Unde patet Subdiaconis secundum, non primum Secretarium ingredi vetitum fuisse; tanto magis, quia ex Concilio Carthag.4. *Can.* 5. Subdiaconi ordinatio perficitur per acceptionem Calicis vacui, & Patenæ vacuæ è manu Episcopi, & notat quoque Pompejus Sarnelli in sua *Antiqua Basilicographia cap.* 37. *num.*4. & 5. Ex his facile colligitur adversus de Enao non solius esse consilii vasa sacra, etiam ubi non servatur Eucharistia, à Laicis non contrectari. Cum Ecclesia speciales Ministros instituerit, & ab ipsis Clericis inferioribus non permiserit ea tangi: ut ex *cit. Can. Non liceat* satis liquet: sicut & Auctor cum de Sacramento Ordinis sermonem instituit, hanc de Enao opinionem moderatur. Et licitum non esse Laicis vasa sacra tangere, comminata Balthassaris ultio satis ostendit.

(14) Gonzalez in *cap.ult.de Reliq.& Ven.Sanctor.n.*7. eruditè ut solet, rem istam edisserit. An in bello à Victoribus impunè Reliquias posse abstrahi ambiguum est, negant DD. à Gonzalez citati *num. cit.* quibos adhæret.

(15) Vide Gonzalez ad *sup.cit.c.*&*.fin.*

An liceat exponere Reliquias ad acquirendas eleemosynas?

115 Debent exponi non ad quæstum. NEga. Tridentinum *loc. citat. de Reliquiis, & veneratione Sanctorum*, estque inordinatio, non enim Reliquiæ debent servire pro fundo, sed Dei amorem, gloriam promovere, nisi intendatur eleemosyna, ut actus virtutis ad substentationem veræ indigentiæ, non ad crapulæ, vel jactantiæ fomentum. Paiaus *de adoratione disp.1. punct. 6. num.18.* non esset tamen simonia, nisi eleemosyna offeratur in pretium ostentionis. Lezana *tom. 2. V. Reliquiæ Sanctorum, num.4.* Sotus *9. de justit. quæst. 6. art. 2. in fine*,

Ità in *Cap. audivimus 1. de Reliquiis, & vener. Sanctorum*, prohibitus fuit cultus hominis, quem miracula patrare malis artibus dicebant, qui defunctus erat Abbatis Vicarius, & Procurator Monachus ebrius, qui in refectorio percussit cultello duos Fratres, à quibus in continenti pertica fuit interfectus, & deinde celebrabatur ut Martyr, affectatis miraculis, malis artibus, ut Alexandro III. scripsit Arnulphus Episcopus Lexoviensis apud Baronium *tom. 12. anno Domini 1181. fol.760.* impressionis Romanæ.

116 Alexandri Decretalis. Explicatur. Do totam Decretalem ex Annalibus Baronii *loc. cit. Audivimus, quod quidam inter vos, diabolica fraude decepti, hominem quendam in potatione, & ebrietate occisum, quasi Sanctum more infidelium venerantur; cum vix pro talibus in ebrietatibus peremptis, Ecclesia permittat orare: dicit enim Apostolus*: Ebriosi Regnum Dei non possidebunt; *illum ergo non præsumatis de cetero colere; cum etiam si per eum miracula fierent, non liceret vobis ipsum pro Sancto, absque auctoritate Romanæ Ecclesiæ venerari.* Hæc Alexander. In quibus, quod sciamus magnoperè laborare interpretes; ad ipsorum elucidationem aliqua historicè afferemus, quæ magnoperè conducant ad ipsius verborum germanum sensum. Atque illud in primis, quod dem ait, etiam præviis miraculis non licere aliquem coli pro Sancto, absque auctoritate Romanæ Ecclesiæ, utique nō privatum, sed excludere voluit illum publicum cultum; quem consuevit Ecclesia Sanctis probatis deferre. Siquidem privatum exhibitum vidimus ejusdem tempore Alexan-

117 S. Thomæ Cantuariensi ante canonizationem privatū cultum exhibitum narrat. dri Papæ Sancto Thomæ Archiepiscopo Cantuariensi, quem legimus privato cultu omnium accedentium ante Canonizationem frequentatum, quippè qui coleretur ab accedentium frequenti cœtu fidelium, hoc non prohibente ipso, qui sciret, Romano Pontifice Alexandro, imò gaudente ipso, & gratias Deo utique agente. cujus postea ministerio solenni ritu sancitus est publicus ille Ecclesiæ cultus, qui Sanctis, non nisi post Canonizationem consuevit impendi; sic igitur nequaquam prohibitum intellexisse potuit privatum fidelium cultum, quem exhibitum fuisse Sancto Thomæ, idem Pontifex gavisus est, sed illum, qui receptis Sanctis tribui ab Ecclesia consuevit.

Quod rursus ad præsentem causam spectat: nec privatum quidem cultum impendi debuisse illi in ebrietate occiso, puto, voluit intellexisse, etiam (ut ait) si per eum miracula fierent, hoc est facta dicerentur. Quod autem magnopere conducit ad legitimum verborum sensum, si ipsa facti species ob oculos præsentetur; age modo aperiamus, quisnam fuerit ille, qui in ebrietate occisus fuisse dicitur. Extat de his Epistola data ab Arnulpho Lexoviensi Episcopo ad eundem Alexandrum Pontificem, quam hic reddendam duximus: ut rei gestæ historia plenius cognoscatur. Sic enim se habet ipsa jam cusa cum aliis ejusdem Auctoris Epistolis.

Ad Papam Alexandrum III. Arnulphi Episcopi Lexoviensis Epistola.

EST in Episcopatu, cui Deo permittente deservio Monasterium quoddam nomine Gristanum, quod aliquando suavitatis odorem circumquaque diffudit, sed in diebus Abbatis istius 118 Arnulphi Epistola ad Alexādrum III.
merita diù laboravit infamia. Sic & præsentes vidisse constat, & remotos audisse. Nec enim intra domesticos parietes contineri scandala potuerunt, quæ procedente temeritatis audacia publicis offerebatur aspectibus, & per ora publica personabant. Quoniam Fratres loci illius ab operibus ejusmodi, nec timor Dei, nec hominum reverentia cohibebat. Quorum quanto major immanitas extitit, tantò latiùs celeriusque fama discurrente vulgata sunt, majoremque apud omnes contraxit offensam; quod passim tanta à Sanctuario procedere malitia videretur. Siquidem nulla, vel modica erat intrinsecus regularis observantia disciplinæ, minor extrinsecus exhibitio caritatis: quia nec hospites agnoscere consueverant, neque quidquam pauperibus impartire, sed ipsas etiam communis mensæ reliquias ad impendendum privatis affectibus dissolutionis impudentia reservabat. Parva sunt hæc, sed ad sanguinem prorupit insania, ut à nulla specie criminis manus eorum servarentur immunes. Constat eos in claustro strictis invicem concurrisse cultellis, sicut cicatrices vix obductæ, & recentia quoque vulnera protestantur, ac nisi de cultellis eorum pugionem provida sustulisset antiquitas, sæpius usque ad alternas etiam mortes intemperantia desævisset.

In Monasterio ipso immersam aquæ frigidiori mulierem vis algoris extinxit, ut enim miracula facere crederentur, & quibuslibet commentis secularium personarum frequentes invitarent accessus, sanitatis remedia promittebant ei, quæ se incantatæ ab eis nescio quibus carminibus aquæ, septies sustineret immergi: 119
Ægra itaque mulier aquæ glaciali frequenter immersa, inter manus comprimentium Monachorum congelata decessit, dum vim algoris ægritudo non substinet, & profana religio naturam potius irritat ad perniciem, quàm Dei misericordiam ad salutem. Ministrum coquinæ cum debitum promus exequeretur officium, quidam è Monachis interfecit, qui dicebatur aliquando de nimia illius circa uxorem suam frequentia murmurasse. Cervicem itaque ipsius adacto totis viribus pistillo grandiore confregit, & innoxio sanguine pulmenta, quæ tam ipsi, quam ceteris Fratribus parabantur, aspersit. Super quibus cum ego sæpius Abbatem caritate debita commonerem (nec enim severius cogere permittebat) dissimulandum potiùs, quam districtione monastica censuit occurrendum. Dedit itaque dissimulatio remissa fiduciam: quia sibi nihil non licere credebant, quos nec ratio propria, nec aliena correctio refrænabat. Porrò nulla Abbati disciplinæ restabat auctoritas: quia etiam à reprobis eorum disciplina contemnitur,

in quibus benè compositæ mentis opera non videntur. Augebat audaciam, quod eis in claustro necessaria non dabantur; sed ad recompensationem subtractæ necessitatis liberior eis evagandi licentia laxabatur. Solent enim hujusmodi personæ patientiùs inopiam portare, quam regulam, & a Prælatis suis peccandi libertatem quamlibet egestate mercantur. Ad hæc ut nulla eis effluendi deesset occasio: Abbas sæpius, quasi ad disponenda bona Monasterii navigabat in Angliam, ubi sine consorte degens, & judice gulæ, & lateri (sicut dicebatur) indulgens, parum aliquid præter vagos discursus, & lites supervacoas exercebat.

Ubi novissimè per continuum ferè biennium demoratus, Episcopalis edicti necessitati reductus est, statumque Monasterii deteriorem satis, quam reliquerat reversus, invenit. Cumque statim cœpisset Monachorum contentionibus infestari, festinantem redire prohibui, nisi ordinato Monasterio priùs mihi personas idoneas, quæ curam gererent, vicariæ sollicitudinis assignasset. Ipse verò Episcopali, qua ei præmineo auctoritate neglecta, & debito obedientiæ, de cujus exhibitione vinculo juratæ professionis tenetur astrictus: sine conscientia mea reversus est, nemine domi relicto, qui sciret, vel curam Ordinis gerere, vel temporalis dispensare; quod statim miserabiliter ipse rerum declaravit eventus: quia is, quem Procuratorem reliquerat, ebrius in refectorio super
120 cœnam duos de Fratribus cultello percussit, atque ab eis in continenti pertica, quam casus obtulit, interfectus. Quo facto veterum criminum renovata memoria; ab omnibus omnia quasi sub unum reducebantur aspectum; omnesque publicæ existimationis, & famæ judicio condemnati sunt, quia nullus erat, quem nocentem non fecisset operatio, vel consensus. Itaque ejiciendos omnes plerique dixerunt, & personas novi Ordinis penitùs inducendas, ut & in istos vendicaret ejectio, & Ordinis observantiam novorum Institutio restauraret. Porrò ego ejectis interfectoribus, quia sic tam ratio, quam metus potentiæ secularis exegit: Ad momentum, quæ mihi visa sunt disponenda disposui: nec enim quidquam perpetuum constitui poterat, cum de nullo eorum satis benè, vel fama, vel conscientia responderet. Feci tamen quod potui, donec fortiore consilio possit omnis plantatio, quam Pater Cœlestis non plantavit, avelli.

Vestris hoc reservatur manibus; vestris erit viribus adimplendum, quia el, quod radices altiùs egit, manus non prævalent imbecilles; super quo si ad communia totius ferè regionis vota respicitis, ii, quos ad perpetuam dissolutionem par convictus, alternique consensus gratia fœderaverit, segregandi sunt, & sigillatim per regularia Monasteria dispergendi, ut occasionem peccandi, quam de pravæ familiaritatis consortio quæsierunt: apud ignotos de divisione, & diversitate conversationis amittant. Commune votum est, ipsique etiam Principi complaceret, in regulares Canonicos Monasterium transformari, ut ipsa species Ordinis innovata, pleniùs omnem possit tollere vetustatem, & cætera exempli severitate Monasteria terreantur. Sunt enim aliqua quorum in tantam dissolutio prorupit audaciam, ut confusionem suam deprehensa, etiam non agnoscat iniquitas, sed induratis frontibus semper obstinatio convalescit; sic autem locus ille in statum dignioris Ordinis exurgeret, & ubique semper quasi præsens esset Apostolica severitas crederetur. Præterea Provinciam nostram, frequentibus Monasteriis, ipsisque nobilibus certum est abundare, Canonicas regulares paucas haber, ipsasque pauperrimas, adeòut ad quærendum Ordinem illum, plerumque nostrates oporteat ad regiones externas demigrare; Bonum itaque plerisque videretur, si paucitas Monachorum dissoluta in multitudinem Regularium excresceret Clericorum, & collocatis utiliter eis, qui ab institutione materna descivisse noscuntur, ceteri materno possent gremio contineri, ne tanquam ablactati, ad ignotarum matrum severiores depellantur amplexus. Siquidem hoc facto in nocentes utilis vindicta procedet, quæ sublata corporibus peccandi licentia, totum ad salutem conferret animarum, & ad consecranda novellæ plantationis auspicia proniora; favoris publici vota concurreret. Hactenus ad Alexandrum Arnulphus Episcopus Lexoviensis eruditione clarus; Quidnam autem ad hæc rescripserit Alexander, non invenitur, illud tantum satis exploratum habetur, quod Abbatis ille Vicarius Procurator in ebrietate necatus, cum admodum impudenter martyrii titulo coleretur à locis illius habitatoribus; miracula (ut superiùs vidimus) affectantibus malis artibus: delatis his ad eundem Pontificem, nè id fieret literis Apostolicis omninò prohibuit, ex quibus decretum illud Gregorius IX. intexuit suo Decretalium libro. Hæc ex Baronio *sup. cit.*

Christus Dominus. §. IX.

121 Reliquiæ Christi, & Eucharistia Latria adorantur.

CErtum est Christi Domini carnem, & sanguinem adorari Latria. *Can. venerabilis de consecrat. dist. 3.* Matth. 11. ibi. *adoraverunt eum*; & Latria absolutè adoratur Eucharistia ob realem Christi Domini præsentiam ex morali certitudine sufficiente ad evitandum periculum idololatriæ. Trid. *sess. 13. c. 5. can. 6.* (16) Bonac. *q. 1. punct. 2. n. 7.* Leand. *l. c. q. 23.* Et etiam latria adoratur Chistus Dominus, ut puer, si miraculosè in speciebus compareat. D. Thom. *3. p. q. 76. art. 8. § sed contra*. Et sanguis Christi Domini effusus adhuc in triduo adorandus latria, quia divinitati unitus ex regula: quod semel assumpsit, nunquam dimisit, & si aliqua portio fuisset dimissa adhuc relativam adorationem potiretur ex contactu, & unione præhabita. D. Thom. *3. p. q. 25. art. 4.* ubi Pesantius *disp. 3.* Leand. *l. c. q. 25. & 26.*

Quæ tetigerunt Christum Dominum, an sint adoranda?

122 Quæ Christũ tetigerunt Latria relativa adorantur.

IN Reliquiis sunt considerandæ aliquæ partes integrales, vel continuæ, ut manus, capilli alicujus, & aliquæ res extraneæ.

Si consideratur manus crucifigentis, infigentis alapam, quæ est pars illius sacrilegi Christum crucifigentis, percutientis.

Secundo, possint considerari instrumenta distincta a crucifixoribus.

Nunc

(16) Trid. *sess. 13. Can. 6. Si quis dixerit, in sancto Eucharistiæ Sacramento Christum unigenitum Dei filium non esse cultu Latriæ, etiam externo, adorandum, & ejus adoratores esse idololatras, anathema sit.*

Nunc distinguendum est, vel considerantur partes integrales, ut manus Christo opprobriosæ, vel res separatæ inanimatæ, ut lancea, spina, spongea, flagella, crux.

Si primum, nega adorari, nam ratione totius, cujus sunt partes sunt execrandæ cum suo toto, macula namque totius hominis delinquentis transfunditur in partes inde execrandas, & cum malum ex singulis defectibus amittunt dignitatem ratione contactus ex totius indignitate. Leand. *l.c.q.*28.

Si secundum affirma adorandas illas res; nam cum non sint partes delinquentium, non conspurcantur delinquentium fœditate, & ideò retinent dignitatem ratione contactus, ratione cujus adorari valent relativè ad rem tactam. D.Thom. 3.*par. q.*25. *art.*4. Azor. *tom.*1. *lib.*9. *c.*5. *quæst.*9. Fagundes 1.*Decalog. c.*22. *num.*15. Bonac. *disp.* 3. *q.*1. *p.*3. *num.*6. Acacius V. *Adoratio ref.* 25. Tambur. 2.*Decal.c.*4. §.1. *num.*4. Trullench.1.*Decal. c.* 2. *dub.*3. *num.* 6. Pistacchius *de superstitione c.*3.*num.*4.licèt D.August. *de verb. Domini serm.* 58. voluerit simul cum Christo adorari Latria.

Cetera res tangentes Christum Dominum, ut Apostoli, clavi, lancea, vestimenta, an adorari possint latriæ?

123 Preciso scandalo licet. AFfirma relativè præcise scandalo, nega scandalo imminente, & ne credant adorari ad instar Dei. Palaus *tom.*2. *tr.*4. *disp. p.*3. *n.*6. Tambur. *lib.*2. *Decal. c.*4. §.1.*n.*6. Leand. *tom.*6. *tr.*7. *disp.*1. *q.*27. dans 9. DD. Pesantius 3.*p.q.*25. *art.*1. *disp.*2. *v.*4. *notandum.* D.Thom. 3.*p.q.*25. *art.*2. D.Damasc. *lib.*4.*c.*12. Non licet tamen adorare Corporale, Calicē, &c. tangentes Christum Dominum, nam ad ipsum effectum ab Ecclesia non exponuntur, & tangunt Christum Dominum existentem modo indivisibili in Eucharistia, & sensu imperceptibilem. Dicastill. *tom.*7. *de Sacram. tr.*5. *disp.*4.*dub.*9.*n.*147. Lugo *de Sacram.disp.*20.*sect.*3.*n.*75. Diana *p.*11. *tr.*6. *ref.*25. ex Thom. Hurtad. *tom.*1. *tr.*2. *c.*6. *ref.*24.*n.*262.

De Cruce Christi Domini.

§. X.

124 Crux est triplex. TRiplex occurrit Dominicæ Crucis suppositionis Catholica acceptio.

Primam est Crux, in qua seipsum sacrificium passione Christus Dominus obtulit. Secunda, Imago illius Crucis representans Christum Dominum crucifixum. Tertia, transiens signum Crucis, quo veri christi fideles signant se, vel alia bona, contra quos blaterant orci milites Etorodoxi infideles, de singulis

Crux, ejusque partes, in qua Dominus se obtulit Patri pro Redemptione.

125 Crux in qua pependit Christus Dominus. ADoratur adoratione latriæ relativa duplici titulo.

Primo, quia Christum Dominum tetigit. Secundo, quia Christum Dominum crucifixum representat. D.Thom.3.*p.q.*25.*art.*4. ibi: *quam veneramur adoratione latriæ.* Ragusius *disp.*54. §.1. *n.*5. Caram. *Intent. n.*1711. Corduba *lib.*1. *q.* 8. 5.*dub.*5. Valdensis *lib.de Sacramentalibus tit.*2. *c.*16. Castrus *adversus hæreses v. adoratio.* Pistacchius *de superstitione c.*3.*n.*6. Bell. *de Imag. SS.lib.*2. *c.*26.

Contra Pesantium 3.*p.q.*25.*art.*1.*disp.*2. Veratum *adversus Lutheranos disp.* 5. *conclus.*7. in fine ajentes Crucem prout contactu Christi Domini consecratam adorari Hyperdulia, latria prout Christum Dominum repræsentat. Contra hæreticos.

Contra ajentes nullatenus adorandam, Iconomachos, Taurinensem, Wiclephum, qui scripsit 200. volumina cum 45. articulis, damnatum in Concilio Constantiensi, & jussum exhumari, & projici extra Ecclesiam. Calvinum *lib.*1. *Instit.c.*11.§.7. Magdeburgenses *cent.*4.*c.*4. Lutherum *concione de inventione Crucis*, nolentes retineri, nec adorari.

Patet primo ex 7. Synodo *act.*7. (17)

II. Ex S.Leone *serm.*8.*de Passione.* S.Jo:Chrysost. *serm.*1. & 2. *de adoratione Crucis.* D.August. *tr.*26.*in Jo:* Athanas. *sermone de Cruce.* S.Paulini Nolani *epist.*11. *ad Severum.* S. Damasc. *lib.*4. *c.*12. *de Cruce*, ibi: *Omnia igitur, quæ Deo adhæserunt adoramus.* Beda *lib.*20. *de locis sanctis.*

III. Quia sivè ex contactu, sive ex imagine semper Christus Dominus significatur; ergo eadem relativa adoratione. Caram. *l.c.*

IV. Quia aræ sacrificii semper honore habitæ, & illa Crux ara omnium gratissimi sacrificii divini, in quo mortem superavit, & divinæ justitiæ plenè satisfecit, & Regnum a ligno humanæ reconciliationis constituit. *Psal.*95. ibi: *dicite in gentibus, quia Dominus regnavit a ligno.* 126 Crux Christi ara.

V. Quia in ligno Crucis Dominus judicabit. Leo *serm.*8. *de Passione*, & eo usus est Dominus ut redemptionis instrumentum. August. *ad Coloss. c.*2. Origenes *hom.*8. *in Josue.*

VI. Ex inventione Sanctæ Crucis propositæ adorandæ ab Helena. S.Chrysost. *hom.*84. *in Jo:* Beda *serm. de inventione Crucis.* Hormisda *epist. ad Euphemiam Augustam*: Et patet ex *Auth.*28. *Justiniani*, qua patet calumnia Calvini, & Centuriatorum suspensam volentes historiam Inventionis Sanctæ Crucis. (18) 127 Defenditur historia Inventionis Crucis.

VII. Ex Matth. *c.*24. ibi: *apparebit signum filii hominis in Cælo.*

Ex quibus e mirifico contactu Christi Domini honor refusus, instrumentum supplicii divina Chimia transmutatum in dignissimum, ita ut dignitatem, & decorem consecuta sit Dominica Crux, ac desierit esse arbor infelix, maledicta, infamis, sed evaserit Ortodoxorum asylum, scutum contra ignita cacodæmonis tela, & mirabilium officina. Evagrius *lib.*4. *histor. cap.*25. Sic D. Paulinus particula Sanctæ Crucis indomitum ignem coercuit, ne suam domum devastaret, ut ipse cecinit: *Natali* 10. *S. Felicis.*

Ipse Domum renuens, modicum, sed grande salutis, Ligno Crucis extinguitur incendium.
De Crucis æterna sumptum mihi fragmine lignum.
Promo, tenensque manu adversus procul ingero flammis.

An

(17) Idest Nicænum secundum in *Decreto Fidei*, quod inferiùs dabimus.

(18) Vide Petavium loco sæpiùs citato *cap.* 9. & 8. ubi contra Salmasium defendit historiam S. Helenæ de Crucis Inventione. Et P. Graveson *de Mysteriis Christi dissert.*20. *conclu.*2. contra Spanhemium Basnagium, & Dallæum.

An Crux Domini, & Crucis Imago, retineri, & adorari valeat adoratione latriæ respectiva.

128 Crucis Imago retinenda.

AFfirma. Ità Deus etiam instrumenta supplicii sancta reddit, & honore conspicua. S. Chrysostom. *hom. de venerat. Crucis.* Ambros. *serm.*56. *Ps.*26. D.Thom. 3.*p.q.*25.*art.*4. D.Bonav. 3.*dist.*9. *art.*1. Leo.*serm.*8. Cyprian. *lib.*2. *ad Quirinum c.*21. & 22. D.August. *tract.*36. *in Jo; & lib.*3. *de visitat. infirmorum c.*3. ibi:

Sed Deus est, & homo, quem signat sacra figura.

Petrus Cinniacensis *lib.*1. *Epist.* 1. & 2. & *lib.*5. *Ep.*16. D.Bernardus *Epist.* 240. Goffrid. *in vita Sancti Bernardi lib.*3. *Epist.*5. Azor. *tom.*1. *lib.*9. *c.*6. *q.*7. Caram. 5. *infent. num.* 1711.

Contra Calvinum apud Hosium *lib.* 4. *contra Brentium*, dicentem nos insanos idololatras adorantes Crucem. Lutherum concione *de Inventione Crucis*, dicentem Imagines Crucis confringendas. Petrum de Bruis apud Baronium *tom.* 12. *anno Domini* 1126. impressione Romana, *fol.*173. & Henricum Monachum apostatam; unde Henrichiani hæretici apud Baronium *l. cit. anno Domini* 1147. *fol.*135. negantes Crucem Domini, & Crucis Imagines adorandas, sed esse confringendas, & succendendas, easque in unum collectas combussit Petrus in ipso die Dominicæ Passionis, motus, quia instrumentum, & species instrumenti Dominicæ diræ Passionis, non est dignum honore, sed dedecore, & detestatione.

129 Concilia.

Patet primo ex 6. Synodo, *Can.* 73. & 7. Synodo *act. fin.* & Synodo 8. *act. fin.*

Patet secundo ex *l. fin. C. de paganis*, ibi: *signo Crucis res dedicanda Divino cultui. Auth.*67. ibi: *Crucem fingeret. Auth.*5. 123. 131. ibi: *adorandam illam, & verè pretiosam Crucem dicimus. l. decernimus, C. de Episcopis, & Clericis*, ibi: *venerabilem Crucem.*

Tertio, ex Leontio *lib.*5. *apologia pro Christianis*: ut legitur 7. Synodo *act.*4. ibi: *Imagines Christi adoramus, non lignorum, & colorum naturam adoro, absit? sed inanimatum characterem Christi*, & ibi: *Ego verò quatenus duo ligna condignata sunt, typum quidem adoro propter Christum.*

Quarto, quia adoramus per Crucem, & in Cruce, & Cruce Christum Dominum. *Matth.*24. ubi Crux dicitur signum filii hominis; & ipsam Crucem, quæ Christum Dominum tetigit, quæ ex hoc decorem accepit. 7. Synodus *act.* 7. Tantus est Christus Dominus, ut det decorem & dignitatem etiam instrumentis pœnæ, quæ non solum pro se, sed etiam pro suis servis pretiosa reddidit, & veneranda etiam instrumenta martyrii; itaut Sanctus Andreas Apostolus dixerit: *O bona Crux, quæ decorem, & pulchritudinem è membris Domini suscepisti*, ut *in actis* ejus vitæ.

Ista Crux Domini signata in dies varia edidit miracula in detestationem apostatis, & signo Crucis benedicto pane à D. Bernardo, degustantes, sanati sunt in signum veræ Fidei.

Quinto, ex Nicephoro *lib.*8. *c.*32. ubi Crucis signum apposuit contra Massentium. Secundo contra Licinium. Niceph. *lib.*7. *c.*46. Tertio contra Scitas, vulgo Danubium *lib.* 7. *c.* 49. unde illam in Labaro deferri mandavit, sublamata Imagine Imperatoris, & cum velo Crux formabatur. (19)

Et adoratum victrix lignum Crucis, & Christi Domini nomen in labaro Constantini Magni. Contra Symmachum tradidit Prudentius *lib.*1. 487. ibi:

Christus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum, Clypeorum insignia Christus
Scripserat: ardebat summis Crux addita cristis.

Transiens signum Crucis in se, vel in aliis rebus.

EST Sanctum, retinendum, adorandum. D.Basil. *lib. de Spir. Sancto c.*27. dicens traditionem esse Apostolicam. Hosius Cardin. *lib.*4. *contra Prolegomena Brentii.* 130 Signum Crucis.

Contra Brentium in *Prolegomenis sup. cit.* dicentem hodie non esse necessarium, cum fuerit introductum pro signandis, & distinguendis fidelibus ab Idolatris.

Patet primo ex *C. Ecclesiarum, dist.*11. D. August. ibi: *Crucis signaculo fideles docuit insigniri.*

Secundo, signum Crucis contradistinguit ab infidelibus, & innumeros alios habet effectus, avellendi spiritus, tentationes, morbos. Origen. *hom.*8. D.Chrysost. *hom.*55. *in Matth.* Cyrill. *catechesi* 13. August. *serm.* 19. *de Sanctis*, ajens in Sacramentis semper signum Crucis adhibendum, ibi: *omnia Ecclesiæ Sacramenta in hujus signi virtute perficiuntur.* Sanctus Cyprian. *lib. de Baptismo*, ibi: *sine quo signo nihil est Sanctum, nec aliqua consecratio meretur effectum*: Similiter Sacramentalia signo Crucis signanda. S.Basilius *lib. de Spir. Sanct. c.*27. D.August. *lib.*6. *contra Julianum c.*8. Ambros. *lib. de initiandis c.*3. adhibitur etiam in rebus, ramis, candelis, &c. juxtà Ecclesiæ morem, & deservit ad omne. Tertullian. *lib. de Corona militis cap.*4. ibi: *ad omnem progressum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, &c. frontem signo Crucis terimus.* Ambros. *serm.*43. (20) In Sacramentis omnibus adhibita Crux.

An partes Crucis sejunctæ adorentur.

NEga. Leontius *Dialogo* 5. & legitur in 7. Synodo *act.*4. D.Damascen. *lib.*4. *de Fide orthodoxa c.*12. ibi: *adorandum est igitur signum Crucis, ubi enim fuerit signum ejus, illic & ipse erit.* Materia autem, ex qua figura Crucis exprimitur, sivè sit aurum, sivè lapides, &c. post figurationem, si contingat dissolvi, non est adoranda. 131 Partes Crucis sejunctæ non adorantur.

Contra Staurolattas apud Nicephorum *lib.* 18. *c.*54. tantum Crucem adorantes.

Contra Faustum Manichæum volentem etiam sine figura Crucis adorandum omne lignum ob memoriam Dominicæ Crucis, ob id ex arboribus, arborum fructus accipere contremiscentem, apud D.August. *lib.*10. *contra Faustum c.*1. Valdensem *tom.*3. *num.*160.

Ratio, quia partes resolutæ signi Crucis carent

(19) D.Thomas *in* 3. *par. quæst.*25. *art.*4., & ibi Sylvius, aliique Commentatores, Petavius *loco cit. cap.*9. De Cruce, quæ Constantino apparuit in Cœlo, & non sine miraculo aliquoties apparuisse, innumeri tradunt. De honore è cunctis Christi fidelibus, & Imperatoribus Cruci delato, & de calumnia, quam Christianis, Pagani impiè apponebant. Vide refutationem Tertull. *ad Nationes cap.* 12., & Origenis *lib.*2. *contra Celsum*, adi Lipsium, & Gretserum, qui doctissima Opuscula *de Cruce* ediderunt.

(20) Petavius *loco cit. cap.*10. ubi plura de hoc signo Crucis adstruit, & ex tota antiquitate probat usum, venerationem, & efficaciam. Similiter Bellarminus *lib.*2. *de Reliquiis, & Imaginibus cap.*26. *ad* 30. latè de Cruce, Suarez *tom.*1. *in* 3. *par. disp.* 56. aliique innumeri.

rent contactu Christi Domini, nec exprimunt Christum Crucifixum; tota Crucis figura communi fidelium usu expressum. D.Matth.24.ibi: *Crux dicitur signum filii hominis*; adeòque nequit relativè adorari ratione tactus, nec ratione figuræ Imaginis. Cyrillus *cathechesi* 13. ibi: *quando viderint Crucem, recordantur Crucifixi*. D. Thom. 3.*par.quæst*.25. *art*.4. *in corpore*, ibi: *repræsentant nobis signum Christi Crucifixi*; & ibi: *veneremur Crucem tantum, ut Imagines Christi*. Unde ad signum Crucis dæmones terrore concussi fugiunt. D. Chrysostom. *homil*. 55. *in Matth*. D. August. *lib*.3.*quæstionum*, *q*. 79. ibi: *contremiscunt hæc, ubicumque illa prospexerint*.

An Imago Lanceæ, Coronæ, &c. possint adorari.

132 Imago Lanceæ, Coronæ non adorantur.

NEga. Nam non instituta ad repræsentandum Christum Dominum Crucifixum; non enim adorantur ex contactu, quo carent, nec quia Christum Dominum Crucifixum repræsent. nisi efformentur, ut Christum Dominum exprimant Cruci affixum. Suarez *disp*.56.*art*.4. *sect*.2.*in fine*. Trullench *loc.cit.dub*.3. contra Fagundez 1. *Decalogi c*.32. *num*.14. ajentem posse adorari, licet non repræsentent Christum Dominum, Imagines instrumentorum.

Annulus pronubus Beatissimæ Virginis Mariæ.

133 Annulus B.M.V.

ADorari debet respectivè ad Virginem, tantæ puritatis index, ut arefactus fuerit digitus impuræ illum insertum habentis: veneratur à Perusinis, teste Sixto IV. ut patet *tom*.17. *Annalium num*.44.

De Adoratione Sacrarum Imaginum, & Statuarum.

§. XI.

134 Imaginum usus licitu.

IMagines Dei, Christi Domini, Beatissimæ Virginis, Sanctorum retineri, & adorari debent. Concilium Nicenum secundum, & appellatur 7.Synodus. Trid. *sess*.25.*decreto de Reliq.& vener*. Illis enim mens excitatur, memoria fovetur, voluntas erumpit in actus adorationis, amoris, gratiarum actionis, & vaga Imaginatio tenacius firmatur in rebus sacris: & libris etiam rudis percurrit gesta Sanctorum, afficitur Divinis mysteriis. Tridentinum *sess*.25. *c*.2. 7.Synodo *actione* 2. 4. 6. D.Thom.3.*dist*.9. *q*.1.*art*.2.*ad* 3. Pesantius 3.*p*. *quæst*.25.*art*.3. *disp*.1. *nu*.1543. narrans aliquas Christi Domini statuas eloquutas. Caram. *intent.lib*.4. *num*. 1563. dicens rusticitatem picturis instructam non obnubilari ignorantia rerum sacrarum ex Penicilio perenni instructione edoceri. Castrus adversus hæreses *lib*. 8 V. *Imago*, Raynaudus *de virtutibus lib*.4.*num*.117.

Videas controvertentem Bellarminum contra Hæreticos *tom*.2. *lib*.2. *per totum*, maximè *cap*.5. (21)

Apud Catholicos nomen Idoli accipitur in malam partem, & sic in septima Synodo *actione* 5. & 7. dicitur anathema esse, qui venerandas Imagines appellat Idola. *Habacuc* 2.*Quid prodest sculpitile*.

Imago est rei veræ. 1. *ad Corinthios* 8. Origenes *homilia* 8. *in Exodum*. *Paralippomenon* 6. Quidquid contra Calvinus; & alii, qui Imagines vocant Idola.

Nomen Simulacri a similitudine originem duxit. Lactantius *lib*. 1. *de vero cultu cap*. 10. & 13.

Calvinus *lib*.1. *c*.11., & *lib*.4.*c*.6. §.9. impugnat cultum Imaginum, easque Calvinistæ frangunt, & comburunt ex *Exodo* 20. ibi: *non facias tibi sculptile, neque omnem similitudinem*. Sed in dicto Sacro textu prohibentur Imagines, quæ habentur tanquam Deus sit illa Imago: ut patet *Exodi* 25. ubi Deus jussit fieri Imagines Cherubini super Arcam. 3.*Regum* 6.& 7.

Ad Calvinum, qui *lib*.5. *instit.cap*.11.; dicit Deum incorporeum non posse Imagine corporea repræsentari, & Wigleph reprobat similiter hujusmodi Imagines. Et Imagines Sanctorum docet Calvinus non esse prohibitas, sed tantum non posse collocari in templo, & tantum fieri ad oblectandum. (22)

Dicamus cum Bellarmino *lib*.2. *de Imaginib. Sanctorum cap*. 8. Vasquez in 3. *part*. *quæst*. 25. *disputat*.103., & *de Adoratione lib*.2. *disputat*.3. *num*. 44. & 61. Caramuel *lib*. 4. *Intentionalis num*.5014. Castro Palao *tomo* 2. *tract*.8.*disput*.1. *puncto* 4.*num*.2. Suarez *tomo* 1.*in* 3.*par*. *disp*.54. *sect*. 2. aliisque, posse depingi has Imagines, Licet Durandus in 3.*distinct*.9.*quæst*.2. ac Henricus Gandavensis *Quodlibeto* 10. *quæst*.6. Abulensis in *caput* 4. *Deuteronomii quæst*.5. doceant in Ecclesia Dei Imaginem non rectè fieri; sed tantum ab Ecclesia tolerari. Tamen ut rectè Bellarminus *tom*. 2. *controversiarum contra hæreticos lib*.2. *cap*.8.*cit.litera D*. idest in opinione positum apud Catholicos.

Patet primo ex Concilio Niceno 2. *actione* 2. & 3. ex Trid. *sess*.25. *de veneratione Sanctorum*. Insuper sicuti Angeli incorporei sunt depicti, & In-

(21) Jacobus Benignus Bossuet Episcopus Meldarum in *Historia Variationum lib*.9. §.152. Wiglephum adhesisse aut invocationi Sanctorum, eorumque Imagines debito cultu honorasse, sicut de Joanne Hus §.163.; Etenim cum in thesi errorum Wiglephi in Constantiensi Concilio, ubi articuli 45. damnati sunt, non legatur error iste, imò Fratres de Walenburg ex 2.*Dial.lib*.3.*cap*.30. confessionem Wiglephi afferunt, sic loquentis: *Si ad acuendam devotionem nostram Beatos aliquos adoramus, videtur quod relinquenda ambiguum, illos adorare debemus, quos fides Scripturæ, & sic Dominus canonizat*. An autem Sanctissimæ Trinitatis, seu Dei Imagines fingere reprobaverit? Walden. *tom*.3.*tit*.19.*cap*.155. affirmat.

(22) In Niceno 2. nempè in 7. Synodo *actione secunda, & quarta*, in quibus probantur Angelorum Imagines sub humana specie, & Spiritus Sancti sub specie Columbæ; quia ita nobis aliquandò apparuisse in Sacris Scripturis legimus. Tridentina Synodus *loc.cit*. post cetera sic habet: *Quod si aliquando Historias, & narrationes Sacræ Scripturæ, cum id indoctæ plebi expediet, exprimi, & figurari contingerit; doceatur Populus, non Divinitatem figurari, quasi coloribus, aut figuris exprimi possit*. Ex quibus verbis apertè eruitur Concilium approbare etiam Dei Patris, & Spiritus Sancti Imagines (de Christo autem Domino non occurrit dubitandi locus, quippe qui Divinitati humanitatem adjunxit, & humana specie visus est, & in Conciliis satis clarè de eo definitum est) cum indulserit ob indoctæ plebis eruditionem Historias, & narrationes Sacræ Scripturæ coloribus fingi, ac figurari, in qua sæpè legere est Deum Patrem, ac Spiritum Sanctum sub varia forma hominibus apparuisse, ut ex suprà citatis locis, & *Daniel*.7. *Joan*. 1. non permisit exprimi ipsa invisibilis, & incorporea Divinitas, sed solum, sicuti dignatus est in Scripturis conspici, sic coloribus, & figuris delinietur.

Non abs re puto hic in medium adducere ab Alexandro VIII. damnatam propositionem ordine XXV. quæ

quæ sic habet: *Dei Patris sedentis simulacrum, nefas est Christiano in Templo collocare*. Ut magis posita doctrina elucescat, & robur accipiat, & ad majorem Auctoris nostri intelligentiam duo discutienda propono. An semper in Ecclesia fuerit usus Dei Patris Imaginem certa forma exprimere, ac coloribus figurare, & quando inceperit? Secundum qua censura feriendus sit, qui ausus fuerit hunc Ecclesiæ usum impugnare. Et hæc juxta damnatam propositionem.

Quoad primum nullibi dubium est, quin primævis Ecclesiæ seculis ignoratum fuerit Deum ipsum humana forma colorare. Et hoc duplici ratione actum fuisse opinor. Primo ne Catechumenis, & Ethnicis scandalum, & errandi periculum esset; utpote quibus tradebatur de Deo, ejusq; perfectionibus sana doctrina, & quem immensum, invisibilem, incorporeum à Pastoribus audiebant, coloribus, ac humana forma figuratum aspicerent, juxtà deliria Audeanorum; seu Andropomorphitarum, qui Deum humana membra habentem impiè effutiebant, & ut declinarentur calumniæ Paganorum de Deo Christianorum, quas refellit Tertullianus in *Apologetico cap.* 16. & Minutius Felix in suo *Octavio*. Hinc eruditissimus Gabriel Albaspinæus *Canonem* 36. Concilii Illiberitani interpetrans, quod tertio sæculo persuasum est fuisse celebratum, qui Canon sic habet: *Placuit picturas in Ecclesia esse non debere, ne quod colitur, & adoratur, in parietibus depingatur*: ad rem nostram plura in medium adducit. De picturis, *inquit*, & tabulis, non verò de signis, aut statuis hic agitur: & de picturis quidem, non quibus Sancti, & Martyres, sed quibus Deus ipse, ipsaque Trinitas repræsentaratur: illi siquidem non adorantur (idest Latria). Vetant igitur Deum in parietibus depingi, ne scilicet, quam Gentilibus, & Catechumenis immensum, omnipotentem, invisibilem, æternum, incomprehensibilem, spiritualem, corporis, & materiæ expertem, & immunem prædicarent, eum ipsi Gentiles, & Catechumeni in ipsorum Ecclesiis lineis, & coloribus circumscriptum, & comprehensum cernerent: Ne igitur Divini Numinis majestas minueretur, & aliud de Deo depingeretur quàm prædicerent, & quem suprà homines extollerent, humana specie depictum oculis objicerent; vetant ne in Ecclesiis Dei Imagines suspendantur. Hæc ad Sanctorum Imagines nullatenus pertinent. Ad hæc ex apologeticis pro Christianis, ex Tertulliano, & Minutio discimus, varios Deos, Deorumque formas Christianis Gentiles finxisse, ut quisque ex eorum ritibus aliquid hausissent, aut aliquid in eorum Ecclesiis adnotasset: ita volgatum solem eos adorare, quod diebus solis frequenter in Ecclesias convenirent: res turpes eosdem colere suspicio fuit, quod ad pedes Episcoporum volverentur pœnitentes. Ne igitur in mentem Gentilibus veniret Christianos hominem, aut Deum humanæ speciei similem adorare si humanas facies in eorũ Ecclesiis intuerentur, Deum vetant in eis depingi. Hactenùs Albaspinæus. Vide Joannem Cabassutium ad citatum *Canonem*, qui rationes non spernendas adnectit, ac eruditione varia edisserit per hunc Canonem prohiberi Dei Imagines, eis adde eruditissimum Mendozaa, & Ludovicum Bail ad supra citatum *Canonem*, aliosque. Secundo, quia persuasum erat indignum fore, ut coloribus circumscriberetur, qui immensitate gloriatur, & materiali forma figurare eum, qui Divinitate pollet; quę quidem fuit mens multorum Sanctorum Patrum, nempe Divinam naturam non posse in tabulis depingi. Gregorius II. in *Epistola* 1. *ad Leonem Isaurum*. *Cur Parentem Domini nostri Jesu Christi spectandum minime proponimus, ac pingimus? quoniam quis sit non novimus, Deique natura spectanda proponi non potest, nec pingi.* Sanctus Germanus Patriarcha Constantinopolitanus in *Epistola ad Joannem Synadensem Episcopum*, relata in septima Synodo *actione* 4. *Invisibilis Deitatis Imaginem, & similitudinem, vel schema, vel figuram aliquam non probamus, quam nec ipsorum Sanctorum Angelorum sublimes ordines considerare, vel intelligere penitùs valent*. Et Joannes Thessalonicensis in septima Synodo laudatus. *Imagines Dei facimus, idest Domini nostri Jesu Christi quemadmodum visus est super terram, hunc pingentes, & non intelligitur natura Deus: quæ enim similitudo est, vel quæ habitus incorporei, & sine schemate Verbi Patris*, & alii quos apud Petavium *lib.* 15. *de Incarnatione cap.* 14. Bellarminum *lib.* 2. *de Imaginibus cap.* 8. Sylvium *in* 3. *par. quæst.* 23. Ferdinandum Mendozza *supra citat. in principio*, atque Christianum Lupum in *Dissertatione de septima Synodo cap.* 2. aliosque legere est. Quapropter optimè affirmat Christianus Lupus loco citato: *multis sæculis Ecclesia Dei Patris Imagines ignoravit*, & in *Dissertatione de VIII. Synodo Act.* 8. *Dei Patris Imagines Ecclesia continuo ignoraverat*.

Quando autem inceperit Dei Patris, ac totius Trinitatis Imagines depingi incertum ex dictis apparet: licet Francisco Sylvio *loco cit.* videatur S. Paulini tempore totius Trinitatis Imaginem in Ecclesia figurari cœptum esse, istis carminibus:

Pleno coruscat Trinitas mysterio
Stat Christus amne. Vox Patris Cælo tonat,
Et per Columbam Spiritus Sanctus fluit.

Verùm enim vero videtur Paulinum Christum, & Spiritum Sanctum sub Columbæ specie in aliqua figura demonstrare, non autem Deum Patrem, cujus solum vocem notat. Christi Baptismum describens, in quo vox Patris invisibilis, licet sensibilis fuit. Gaspar Juvenin *tom.* 4. *Inst. de Incarnatione dissert.* 6. *art.* 2. *in fine*, tenet tempora Divi Thomæ, nempe decimo tertio sæculo nondum Dei Patris Imaginem in Ecclesia figurari; tum quia ipse D. Thomas hujus Imaginis non meminit; tum quia aliquorum opinio est, D. Thomam hujusmodi Imagines reprobasse ex 3. *par. quæst.* 25. *art.* 3. *ad primum*. Christianus Lupus in *Dissertatione ad septimam Synodum cap.* 5. quæstiones aliquas circa sacras Imagines instituens primam efformat. *Quonam tempore in Ecclesia fieri cœperit Imagines Dei Patris, adeoque totius Trinitatis?* Liberè fatetur in hoc quæsito certam à se non posse figi æram. Cum ex Nicephoro Calixto, qui sæculo decimoquarto sub Michaele Paleologo Andronici filio, circa annum 1333. vixit, deducat apud Armenios Antiquum fuisse Dei Patris, ac Spiritus Sancti in formam Columbæ Imagines efformare. *Imagines Patris*, sic loquitur Nicephorus *lib.* 18. *cap.* 53. *& Spiritus Sancti effigiant, quod per quam est absurdum. Imagines enim corporum earum sunt, quæ videri, & circumscribi possunt, non earum quæ invisibilia sunt, & intelligentia comprehendi nequeunt*. Ex quo testimonio duo eruuntur, apud Armenios viguisse usum, Trinitatem efformandi in Imaginibus, & Nicephori ævo nondum in Ecclesia usu cœptum fuisse totam Trinitatem figurandi. Et citatus Lupus approbare nititur auctoritate Nicolai Primi *Epist.* 2. *ad Michaelem Augustum*, in qua solum laudat Christi Domini, Deiparæ, & aliorum Sanctorum Imagines. Verum pace tanti viri non opus erat in medium adducere auctoritatem noni sæculi ad probandum, de quo agimus usum sæculi decimiquarti. Nicolaus enim sedere cœpit anno 858.

Cæterum Nicephorus reprobando Armeniorum morem circa Trinitatem pingendi, se ipsum in Severi Patriarchæ Antiocheni errorem labitur; istum enim Clerici, & Monachi Antiocheni libellis porrectis Joanni Constantinopolitano Patriarchæ, ac ejus Synodo, lectis postea in Constantinopolitana Synodo, seu V. Synodo *Actione* 1. sub Menna Patriarcha acriter accusant ità: *Præsumptum est ab ipso, & hoc, Beatissimi. Nam Columbas aureas, & argenteas in formam Spiritus Sancti super Divina Lavacra, & Altaria appensas, una cum aliis sibi appropriavit, dicens non oportere in specie Columbæ Spiritum Sanctum nominare*; & septima Synodus *Actione quinta* expressè approbat hujusmodi Imagines: licet in *Fidei Decreto* non expresserit. Itaque in re dubia dicendum à sæculo decimoquarto, & infrà usu cœptum esse in Ecclesia totius Trinitatis personas coloribus figurare; cum Romæ in qua publicè colitur, & universaliter alibi permissum aspicitur: & hoc tam verum, quin potius modum posuerit Ecclesia ad compescendas aliquas mostruosas pictorum inventiones, qui variè Trinitatem figurando, moustra inaudita depingebant. Sic Urbanus VIII. comburi jussit 9. Augusti 1628. omnes Imagines SS. Trinitatem repræsentantes in uno corpore tribus facibus, & quatuor oculis depictam. Magri V. *Icona*. Itaq; nunc usu universali, & Ecclesiæ permissu licitum est Deum Patrem in forma senis depingere.

Ad secundum propositum quæsitum accedens, breviter me expediam, & cum Bellarmino suppono *sup. cit. loco*, ubi hæc habet: *Non est tam certum in Ecclesia, an sint faciendæ Imagines Dei, sive Trinitatis, quam Christi, & Sanctorum; hoc enim confitentur omnes Catholici, & ad fidem pertinet: istud est in opinione*. Igitur non ad fidem, sed ad Theologorum opinionem pertinet. Sed quia usus receptus universalis Ecclesiæ approbans hujusmodi Imagines nempè Dei Patris in forma senis, ut dignatus est conspici, tum supra adductæ rationes, & auctoritates efficiunt, ut temerarii sint ii, qui ausi fuerint nunc hasce Imagines abolere, & nefas ducere in templo Imagines Dei Patris collocare: ut Propositio XXV. inter damnatas sb Alexandro VIII. clarè evincit, & subscribunt Gaspar Juvenin *loco cit.* & Dominicus Viva ad dictam Propositionem Alexandri VIII. atque Pompejus Sarnelli *tom.* 6. *Epist. Eccles. Epist.* 13.

& insculpti in Testamento veteri. *Exodi* 23., 3. *Regum* 6. ita in Testamento novo potuit depingi Deus. Cajetanus in 3. *part. quaest.* 25. *art.* 3. Adde Deum corporea specie deambulasse. *Genesis* 3. *Exodi* 23. *Isaiæ* 6. *Micheas* 3. qui viderunt Deum sedentem in solio.

135 Deus est purissimus Spiritus.

Nec officit Deum esse purissimum spiritum. Nam adhuc corporeis coloribus indicari valet: sicuti per creaturas cognoscimus Deum, & ista est Imago analogica, & metaphoricè intentans ad repræsentandum Dominum Deum: sicuti virtutes Imaginibus etiam repræsentantur, & Angeli, ut visum est, licet incorporei, in veteri Testamento insculpti fuerunt. Nec mirum, Deus enim dignatus est se ostendere per res corporeas; ut per ea, quæ facta sunt, ejus divinitas cognoscatur. Et sic non sunt reprobatæ hujusmodi Imagines, sed probatæ *Isaiæ* 6. Itaque sicuti virtutes licet non sint corporeæ, sed sint qua-

136 Virtutes Imaginibus repræsentantur.

litates spirituales infusæ in anima, ut Fides, Spes, Caritas, adhuc Imaginibus repræsentantur, cum Imago non debeat esse univoca, sed sufficit metaphorica, exprimens aliquid prototypi. Sic Imago senectutis exprimit rem in-

137 Imago senectutis.

corpoream, prudentiæ, & experientiæ. Ergo similiter Deus Imaginibus repræsentari potest. Spiritus Sanctus apparuit in forma Columbæ. *Matth.* 3.

Qua ratione non urget Deuteron. 4. ibi: *ne fortè decepti faciatis vobis sculptam similitudinem.* Isai. 40. ibi: *cui similem fecistis Deum, aut quam imaginem ponetis ei.* Et Isaiæ c. 46. ibi: *Cui assimilastis me, & adæquastis.* Exodi 20. *non facies tibi sculptile.*

Reprobantur enim non mysticè, & metaphoricè, sed imagines, quæ censeantur univocæ, de quibus D. Augustin. *lib. de moribus Ecclesiæ Catholicæ Epist.* 119. Damascenus *lib.* 4. *de Fide c.* 17. *& orat.* 1. *de Imag.* & VII. Synodus *act.* 4. & *act.* 5. ubi negat dari univoca Dei Imago, sed mystica, analoga.

Et quidem meritò, quia nulla univocatio potest esse in se imaginem corpoream, & Deum;

Hæresis Antropomorphitarum.

essetque hæresis Antropomorphitarum ajentium Deum componi corporeis partibus, sacris Literis Indicatis, quam stultitiam appellat D. Hieronymus Ep. 65. Sozomenus *lib.* 8. *c.* 11. Baronius *tom.* 5. *anno* 400. impressione Romana, *fol.* 116. de qua hæresi Cassianus *collatione* 10. quæ hæresis ait Deum corporeum, quia homo est Dei Imago, ex qua Castrus *lib.* 8. *adversus hæreses* ait pullulasse hæresim ajentium Imaginem Dei corpore, non anima exprimi.

Sicuti ergo Sacra Scriptura tribuit Deo species corporeas, ita & in novo Testamento permitti potuit Imago Dei corporea, & hoc non ob similitudinem, ut diximus univocam, sed metaphoricam: Sicuti pinguntur etiam virtutes, & Christus pingitur in forma Agni, ut ex *Apoc.* 3. & *Can.* 82. *Concilii Trullani. In nonnullis venerabilium Imaginum picturis, Agnus, qui digito Præcursoris demonstratur, depingitur, qui ad gratiæ figuram assumptus est, verum nobis Agnum per legem Christum Deum nostrum præmonstrans. Antiquas ergo figuras, & umbras, ut veritatis signa, & Characteres Ecclesiæ traditos, amplectemus, gratiam, & veritatem præponimus, eam ut legis implementum suscipientes: Ut ergo quod perfectum est, vel colorum expressionibus omnium oculis subjiciatur, ejus qui tollit peccata Mundi, Christi Dei nostri humana forma Characterem etiam in Imaginibus deinceps pro veteri Agno erigi, ac depingi jubemus; ut per ipsum Dei Verbi humiliationis celsitudinem mente comprehendentes, ad memoriam quoque ejus in carne conversationis, ejusque passionis, & salutaris mortis deducantur, ejusque, quæ ex eo facta est in mundo redemptionis.* Reprobantur tamen istæ Imagines, quando quis velit ostendere Deum esse corporeum, & per hæc patet responsio ad loca Scripturæ in oppositum. Deuter. 4. Isaiæ 40. & 46. Bellarminus *loc. cit.* & Trullench *lib.* 1. *cap.* 9. *dub.* 7. *num.* 2.

138 Christus in forma Agni.

De Imagine, & vestigio Dei in homine.

§. XII.

DAtur Imago, vestigium, simile.

Quid sit Imago.

IMago exprimit, est similis saltem analogicè, & facit cognoscere totam rem, cujus est imago. Ità Imago hominis non solum facit cognoscere hominem, sed est homini similis. Diciturque imago similis, vel dissimilis, ut majus, vel minus exprimit illum, cujus est imago. D. Thom. 1. *p. q.* 93. *art.* 9. Sic imago justitiæ non solum facit cognoscere, sed cum justitia habet analogicam similitudinem.

139 Explicatur quid sit Imago.

Et in isto casu, vel sensu recipio D. Thom. 1. *p. q.* 93. *art.* 1. *in corpore.* D. Bonaventuram, 1. *dist.* 3. & Scotum *ibid. q.* 10. §. 5. ubi Rochmanius. Durand. *num.* 6. Faventinum 1. *dist.* 3. *q.* 7. *disp.* 28. dicentes imaginem esse repræsentationem totius.

Nec placet dictum Arriagæ *p.* 1. *tom.* 2. *dist.* 36. *num.* 10. & 20. ajentis de ratione imaginis esse, ut procedat ab eo, cujus est imago. Nam si casu quis statuam, figuram confingat repræsentantem Cæsarem, illa est imago Cæsaris licet nec processerit ex Cæsaris Idea in Artifice.

Quid vestigium.

VEstigium est faciens cognoscere totam rem, cujus est vestigium, sed non habet similitudinem cum tota re cognita, licet sit effectus ejus; Sic vestigium à pede leonis, equi, hominis compressum in arenam, non est simile leoni, equo, homini, sed pedi. Cinis est vestigium ignis, desolatio terræ vestigium hostilis exercitus, ut loquitur D. Thom. 1. *par. qu.* 93. *art.* 6. *in corpore*; & tamen tale vestigium facit cognoscere totum leonem, equum, hominem, exercitum.

140 Vestigium quid.

Quid simile.

SImile non est vestigium, nec imago alterius, quia non est effectus, nec expressio alterius; ità unum ovum est alteri simile non illius imago, nec vestigium.

141 Simile.

Unde similitudo est genus commune imagini, & non imagini; nam omnis imago habet aliquam similitudinem; non omnis similis est imago. D. Thom. 1. *p. q.* 93. *art.* 1. dicens unum simile, alterum non exprimere, & *art.* 9. *ad* 1. ibi; *aliqua similitudo deficit à ratione imaginis*, ubi Ripa ait: *Similitudinem ad imaginem comparari, ut genus ad speciem.*

Quotuplex Imago.

TRiplex. Una artificialis, alia naturalis, tertia Intentionalis. 142 Triplex Imago.

Artificialis est facta juxtà Ideam, ad quam inspiciens artifex liberè operatur; unde concur- Artificialis.

rit ad istam imaginem etiam objectum proprium per species in Idea artificis dirigentle picturam.

Naturalis.

Naturalis est vi productionis neturalie exprimens rem similem uni, non elteri, nt est filius respectu patris. Dixi similem uni, non alteri: nam si sit similis omnibus, non est imago, nt ignis ab igne productus non est imago producentis, quia similis omnibus ignibus; Nec filius est imago patris, si omnibus eliis hominibus iit æquè similis, eritque imago avi, non patris, si sit similis avo, non patri.

Intentionalis.

Imago intentionalis est ipsa cognitio objecti, qua ratione etiam Verbum est imago intentionalis, qui est terminus cognitionis, qui terminus etiam dicitur imago ab Arriega. *tom.* 1. *dist.* 52. *num.* 17. dicente esse imaginem naturalem, & intentionalem Petris, ratione cujus Filius, non Spiritus Sanctus est imago, licet Spiritue Sanctus sit similis in natura, nam Filius vi productionis est similis Patri. Nota, quod etiam datur imago æquivoca; & est, si pingatur Pater in formam venerandæ personæ, Filius in formam mediæ personæ, & Spiritus Sanctus in formam Columbæ. Revera tota Trinitas est spiritus, non corpus, tamen ad explicandam prudentiam, & alies virtutes infinitas circa Trinitatem; ideò pingitur modo supradicto. Ut etiam justitia pingitur cum gladio, & statere in manu & tamen justitia non est corporea; tameo ad explicandum id, quod congruit justitlæ; ideò pingitur modo supradicto. Et hæc est imago æquivoca.

An in homine sit Imago Dei.

143 In homine est Imago Dei.

AFfirma. D.Aug. *lib.*6. *de Genes.* *c.*12. *tom.*3. D.Tho.1.*p.q.*93.*art.*1.*&* 2.Scotus 1.*dist.*3. *q.*9.ubi Faventinus *disp.*69.Arriaga *par.*1.*tom.*2. *disp.*36. *num.*7.

Patet ex Genesi *c.*1.ibi: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.*

An sit idem esse ad imaginem, & esse imaginem?

144 An sit idem ad Imaginē, & esse Imaginem.

NEgat. D.Thom.1.*p.q.*93.*art.*1.*ad* 3.ubi Ripa dicens, tò, *ad*, exprimere imperfectionem imeginis cum D.August. 7.*de Trinit. c.fin.* aitque tantum Verbum esse imaginem infinitè perfectissimam, non ad imaginem. Apostol. *ad Cor.*1.consentit Suar.*c.*8. *num.*1.dicens idem esse ad imaginem, ac similis imagini, quasi accedens ad imaginem.

Ad imaginem quandoque exprimit imperfectam imaginem, ut hic, quādoque perfectam, sed in distincte natura. Genesis 5. ubi Seth dicitur genitus ad imeginem. Pererius *q.*6.*c.*4.*lib.*4.

Hominem esse ad Dei Imaginem, in quo consistat?

145 In quo sit Imago controvertitur.

PRimo. Hæretici volentes Deum corporeum, in hominis corpore collocarunt Dei imaginem, contra quos D.Thom. 1.*p. q.*93. *art.*6.*ad* 3. ubi corpus non est imago Dei, sed vestigium. Secundo. Alii volnerunt in formatione corporis Adami Deum assumpsisse corpue apparens, ad ejus imaginem corpus Adami formasse. Sed divinatio est, & ridendum est dicere verum corpus esse ad imaginem corporis ficti. Tertio. Alii voluerunt esse imeginem Trinitatis Patrem, Filium, & Matrem apud D. August. *lib.* 12.*de Trinitat. c.*5.*&* 10. *tom.*3. Sed impugnat D.Thomas *loc. cit. ad* 2. quia femina producit, adeòque nequit esse imago Spiritus Sancti non producentis.

Quarto. Aliis placet esse ad Imaginem Dei Filii Incarnati, ità ut corpus hominis, sit Imago corporie Christi Domini.

Quod impugnatur ab Arriaga *loc.cit.num.* 10. quia corpus Christi Domini nec mediatè est causa nostri corporis; ergo nequit esse imago, quia imego debet procedere ab illo, cujus est imago; sed falsum supponit, cum possit vera dari imago alterius casu, & sine ejus idea in artifice.

Melius impugnatur, quia faciemus ad imaginem nostram, non est dicere ad imaginem unius ex nostris personis.

Sed non video, quæ repugnantia, si tota Trinitas loquens dixerit: Feciamus hominem ad imaginem, scilicet ad instar imeginis Domini Jesu Christi, quæ loquutio Patri Æterno tribueretur, cui tribuitur potentia creationis, ut sit idem, ac dicere: nos faciamus hominem ad imaginem nostri Filii Domini Jesu Christi. 146 Variæ opiniones.

Quinto. Alii reponunt illam imaginem in sola gratia sanctificante hominem, quam Deus contulit Adamo, & asserunt dicendo, tò, *ad imaginem*, indicare gratiam, tò, *similitudinem* indicare naturam.

Sexto. Non placet in sensitiva parte esse imaginem Dei, quia nequit exprimere ene perfectissimum, intellectum liberum, & nequit consequi Deum. D.Thom. 1.*p.q.*93.*art.*2.*ad* 3.

Sed est in parte sensitiva vestigium Dei, ut effectus est vestigium causæ, quie movet ad vestigandam causam. D.Thom.1.*p.q.*93.*art.*6.*in corpore*, dicens in omnibus rebus esse æqualem Dei similitudinem per modum vestigii, in homine est vestigium in parte sensitivi, & imago in mente. 147 In sensitivis est vestigiū, non Imago Dei.

Septimo. Theodoretus in *Genes. q.* 20. Nyssenus *lib.* 54. *Sacræ Scripturæ qu.* 21. ait retione imaginis non esse tantum in enimo, nec tantum in corpore; sed in toto homine masculini sexus, qoia hic cum habeat dominari feminæ, magis assimilatur Deo, qui est principium dominativum Universi, nec subditur nniverso, qua ratione femina ex viri coste producte, non habet banc Dei imaginem. 1.*ad Corint.*11. ubi vir non velat caput suum in Ecclesia, sed femina, quia vir est imago Dei, quæ retio nulla esset, si etiam femina esset ita imago Dei. 148 Theodoretus in dominio ponit.

Congruit doctrinæ D. Thom. 1.*p.q.*93. *art.*2. ajentis hominem esse Deo similem, quia ut Deus est principium universi, sic Adam totius speciei. *Act.*17.

Conducit doctrinæ Arriagæ *dist.*36. *num.* 18. dicentis illa ratione esse imaginem, qua ratione convenit præesse piscibus maris, quia dicitur factus est homo ad imeginem Dei, & subditur, ut præsit piscibus maris.

Octavo. Alii volunt Dei imaginem consistere in sola hominis rationali anima, ità communitèr omnes. D.Aug. *lib.*6. *de Genes.c.*12. *tom.*3. & *lib.*10.*de Trinitate c.*10. & *lib.* 14. *de Trinit. c.*7.D.Thom.1.*p.q.*93.*art.*1.*&* 2.Scotus 1.*dist.*3. *q.*9. D.Bonav. Durandus. Arriaga. 1.*par.tom.*2. *dist.*36. *n.*18. Argentina 2.*dist.*16.*qu.*1.*art.*2.*n.*2. Sed in enucleando, & discutiendo, qua ratione anima sit imago Dei, edeò contentiosè student animo, ut fecerint plus ignorare, plus docendo. 149 In rationali anima communiter Dei Imaginem ponunt.

Difficultas in eo site est, qnia debent reponere imaginem in eo, quo Deus unus Trinus magis exprimatur.

In

150 Imago Trinitatis.

In Deo tria sunt: Primo, unitas essentiæ. Secundo, Trinitas personarum. Tertio, ordo originis personarum.

Hinc primo, D. Thom. 1. *par. quæst.* 93. *art.* 6. & D. August. 14. *de Trinit. c.* 7. *tom.* 3. volunt imaginem esse in nobis, dum actu intelligimus, & ità consistere imaginem Trinitatis in processione Verbi per intellectum, & processione amoris per voluntatem, & D. Thom. *art.* 7. expresse afferit imaginem esse in actu, non in potentia, quia actualis cognitio, volitio magis Deum repræsentat, & Verbum in anima nequit esse sine actuali cognitione; nam per cognitionem producitur Verbum, & per Verbum in amorem prorumpit voluntas, & concludit *art.* 8. Imaginem Sanctissimæ Trinitatis esse in homine, ut fertur homo in Deum intelligendo per Verbum productum de Deo, & amorem, indè pullulant, & ità in homine esse Trinitatis imaginem per cognitionem, & amorem.

151 Alii in potentiis.

Secundo. D. Bonaventura 1. *dist.* 10. *art.* 2. *qu.* 7. Scotus 1. *dist.* 10. *art.* 3. ubi Rochmanius volunt imaginem Dei esse in potentiis, & actibus.

Alii in actibus, intellectus, & voluntatis.

Tertio. Alii volunt consistere in solis actibus intellectus, & voluntatis; nam sunt unum in causa, & inter se sunt subordinati; prius enim cognoscit, & producit Verbum, quo cognitione producto prodit in actum amoris: nam actus voluntatis supponit actum intellectus, qui est ordo, ut Deus cognoscendo se, generat Verbum, & reciprocè Verbum, & se amando spiratur Spiritus Sanctus, unde habetur unitas, Trinitas, & ordo. D. August. 15. *de Trinitate c.* 17.

In memoria, intellectu, & voluntate.

Quarto. Argentina 1. *dist.* 3. *art.* 3. ait reluceere imaginem Sanctissimæ Trinitatis in humanis potentiis, memoriæ, intellectus, & voluntatis, quia in anima ex specie, quæ est in memoria nascitur actualis cognitio, & Verbum in intellectu, & ex istis nascitur amor in voluntate.

In ipsa anima.

Quinto. Arriaga 1. *p. tom.* 2. *dist.* 36. *num.* 18. ait imaginem fundari in ipsa anima, quæ est idem cum potentiis, & si potentiæ essent distinctæ, adhuc non in potentiis, sed in anima immortali cognoscitiva volitiva fundari. Probat, quia per illud est imago, per quod præest piscibus maris, &c. per naturam autem, non per potentias præest.

Deindè subdit ex substantia animæ, potentiis, & actibus integrari perfectissimam Dei imaginem, quia potentia sine actu Deum non imitatur. Sed excedit dicendo perfectissimam, & perfecta imago. Nec explicat in quo sensu Trinitas exprimatur, & solum dicit *num.* 22. exprimere Trinitatem, in quantum in una anima sint tres potentiæ.

Sed hoc non est exprimere Trinitatem Divinam, sed unum, & tres. Insuper in illis est similis Angelo, & non est imago Angeli; quid ergo plus exprimit respectu Dei, ut homo Dei, non Angeli imago dicatur.

152 Homo ab Angelo non producitur.

Nec dicas non esse imaginem Angeli, quia ab Angelo non producitur homo. Nam contra, quia similitudo cum productione non constituit imaginem, nisi sit similis tantum producenti; sic ignis non est imago ignis producentis, nec planta est imago plantæ producentis; quia non solum est similis producenti, sed etiam alteri igni, plantæ non producenti, ut ipsemet concedit. *tom.* 1. *dist.* 52. *num.* 12. & debet exprimere repræsentantem, non alterum, ut sit illius imago.

153 In cognitione, & volitione.

En ut fatear, quid sentio, optarem istas exprimere quomodò tantum ratio cognitionis, & volitionis sit expressiva Trinitatis: cum ratio imaginis debet exprimere rem, cujus est imago specifica. Et cognitio, & volitio licèt sit constitutiva, non est distinctiva Deitatis, quæ est etiam à se perfectissimum bonum. Cum ratio intellectivi, & volitivi non exprimat esse à se, nec esse perfectissimum, qua ratione non potest dici imago hominis, imago tantum generis animalis, quia non exprimeret speciem hominis, ità sola ratio spiritualitatis intellectivi; volitivi cum aliis competat, non est ratio exprimens summum omnium ens perfectissimum à se, quæ est ratio Dei constitutiva.

Ex quot capitibus homo sit imago Dei.

154 Homo est Imago Dei.

EX triplici. D. Thom. 1. *p. q.* 93. *art.* 4. *in corpore.* Arriaga *loc. cit. num.* 10. Argentina *tom.* 2. *dist.* 16. *q.* 1. *art.* 2.

A natura rationali.

Primo. A natura rationali, qua valet Deum intelligere, & amare, & intelligens habet in se cognitionem imaginis Dei. *Genes.* 1. & hæc convenit etiam feminis; nec amittitur per peccatum contra Hæreticos nostri temporis, dicentes per peccatum fieri vivam substantialem imaginem Diaboli, amissa Dei imagine.

Per gratiam

Secundo. Per gratiam, qua efficimur Filii Dei adoptivi, & hæc competit justis, & amitti valet per peccatum. *Joannis* 1.

Per gloriam

Tertio. Per gloriam beatificantem videndo, & amando Deum. ad *Roman.* 18. ibi: *conformes fieri Imagini Filii Dei*, & 2. *ad Corinth.* 2. ibi: *revelata facie gloriam Domini speculantes in eamdem imaginem transformamur*. Argentina 2. *dist.* 8. *q.* 1. *art.* 2. (23)

An homo, qua Imago Dei adorari possit Latria.

155 Non adoratur Latria homo ut Imago Dei.

NEga. D. Thom. 3. *p. q.* 25. *art.* 3. *ad* 3. ubi Cajet. contra Suarium 3. *par. disp.* 54. *sect.* 5. Vasqu. *disp.* 110. *cap.* 3. Roccaful *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 44. Leandrum *tom.* 6. *tract.* 7. *disp.* 1. *quæst.* 34. §. *respondetur secundo.* Ragusam 3. *p. q.* 25. *art.* 3. *disp.* 53. dicentem tantum continere præsentissimum errandi periculum. Verratum *adversus Lutheranos disp.* 5. §. *vis enim, fol.* 113. ajentes probabile præciso scandalo, & periculo posse ab homine docto, & pio adorari Latria imaginem Dei in homine.

Rationes.

Patet primo, quia non omnes percipiunt, in quo consistat ratio imaginis Dei in homine.

Secundo, quia sequeretur etiam alias res, quæ conducunt ad cognoscendum Deum posse adorari Latria.

Tertio, quia immineret offensio vulgi, adeò se non extendentis.

Quar-

(23) Longum esset hic disceptare in quo propriè sita sit Imago Dei in homine, & in medium adducere rationem singulorum Theologorum, qui inter se apertè dissident, ut perspicuum est ex Auctoris enumeratione, ideo optimum censui tibi laudare summos aliquos Theologos, qui quæsitum hoc profundè, eruditissimèq; examinarunt, ac discusserunt, videlicet Dionysium Petavium *de Opificio sex dierum lib.* 2. *cap.* 2. 3. & 4. Franciscum Suarez *de Operibus sex dierum lib.* 3. *cap.* 8. Guilielmum Estium in 2. *dist.* 16. *per totam.* Cornelium à Lapide in *cap.* 6. *Genes.* eruditissimum Calmet ad dictum *caput* 6. *Genesis*, & penè omnes Sacræ Bibliæ expositores ad citatum *Genesis caput*.

Quarto, ut longiùs recedamus à Gentilium errore, non distinguentium, & calumniantium.

Quinto, ut arceamus Hæreticorum perfidiam.

Sexto, ad evitandum scandalum non adoratur pars jumenti ferentis Christum Dominum, manus percussoris Christi Domini: ergo ad evitandum scandalum non debet adorari homo, licèt sit imago Dei.

Septimo, quia si imago Dei in homine possit adorari, non tantum probabile, sed esset de fide: nam ex duplici præmissa de fide sequitur consecutio de fide, ut esset in hoc syllogismo: Imago Dei adoratur Latria respectivâ; homo est imago Dei; ergo homo adorari debet Latria respectiva.

Octavo, quia Imago, quæ adoratur est sensibilis, talis non est imago Dei in homine; cum vel est in Anima spirituali, ut communiter asseritur cum Argentina *1. dist. 3. q. 2. art. 1.* post D. August. *lib. 4. de Trinitate* dicentem, imaginem Dei esse in anima, quia potest Dei, à quo facta est, meminisse, amare, intelligere, & cum meminit, diligit, intelligit seipsam, vel in alia re. Et non esse absolutè in anima: Patet, quia masculus, non femina est imago Dei. *c. hæc imago* 8. ibi: *mulier ad imaginem Dei non est facta. c. mulier* 19. ibi: *non est imago Dei. 33. q. 5.* (24)

156 Est hæresis ponere Dei imaginem in corpore.

Cum uterque habeat animam cum triplici potentia: In solo corpore illam ponere esset hæresis. D. August. *tract. de hæresib. ad Quodvult Deum c. 76.* Castrus *lib. 8. adversus hæreses*, V. *Imago*, 2. *hæres.* Est igitur in toto homine. *Ecclesiast.* 17. *Genes.* 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*, ut à Deo omnia sunt, ità ab homine, dico ab Adamo totum genus humanum, ut Deus dominatur omnibus, ità Adamo dedit dominium omnium animantium.

157 Theodori locus notatur.

Cæterum apud Baronium *tom. 9. anno Domini* 816. in impressione Romana, *fol.* 627. Theodorus *lib. 2. Epist.* 21. ex Codice Columm. scribit ex carcere pro sacris Imaginibus hæc verba: *Vidi Angelum in imagine*, non enim imaginem Angeli se visam dixit, sed Angelum in imagine quippè prototypum repræsentatur, sicuti à typo Crucis, Crux ipsa vivifica, quia inseparabile est unum ab altero in Adoratione: Propterea & Archetypi nomen obtinet imago. Crux enim Crucis typus appellatur, sic de Rege, omnique homine, & de omni alia re verè dicere liceat, Regem dici etiam Regis imaginem ait D. Basilius. Et Petrum Petri imaginem, & Paulum Pauli imaginem, (dicam aliquid sublimiùs) & Deum quoque hominem dici, tanquam Dei imaginem.

An Summus Pontifex possit adorari Latria.

158 S. Pontifex ut Christi Vicarius relativè ad Christum adorari potest.

SUmmus Pontifex est Vicarius Christi, ejusque in terris gerens personam.

Nunc dupliciter considerari potest. Primò, ut gerens Christi personam, & vices. Secundò, ut habens supernaturalem supremam suprà omnem naturalem rationalem sublunarem Creaturam potestatem in Ecclesia.

Si primo modo Summus Pontifex consideretur, adorari debet adoratione Latriæ respectivè, præciso scandalo pusillorum. Caram. *de Hierarch. Ecclesiastica lib. 1. disp. 60. num. 680. &* 550. Diana *par. 11. res. 11.* Tannerus *tom. 3. disp. 5. q. 2. dub. 2. num. 60.*

Si verò consideretur, ut habens supernaturalem supereminentem potestatem in Ecclesia militante, tunc adorari poterit Dulia, quatenus Adoratio est signum supernaturalis excellentiæ, qualis est Papatus. Lessius *lib. 2. de justitia c. 46. dub. 3. num.* 18. Baldellus *tom. 2. lib. 3. disp. 117. num. 9.* Diana *loc. cit. res. 14. &* 16. Leand. *tom. 6. tract. 7. disp. 6. q. 6.* 159 Propter suam spiritualem potestatem Dulia.

Scio Raynaudum in *Onomastico Pontificio sect. 3. fruct. 1.* Verratum *adversus Lutheranos disp. 5. fol. 180. §. quatuor sunt species*, velle Summum Pontificem adorandum Hyperdulia ob singularem, specialemq; ejus insignem potestatem. (25) Alii Hyperdulia.

Imagines Sanctorum.

§. XIII.

ADorantur adoratione relativa sui prototypi, ità ut Imago Dei, & Christi Domini adoretur Latria: Imago Virginis adoretur Hyperdulia: Imago Sanctorum Dulia; sed semper in ordine ad prototypum, cujus est imago. Adrianus Papa *Epist. 3.* in editione Concil. ante 7. Synodum. Malvesius *tract. de oblationibus num. 5. tom. 6. tractatuum.* D. Thom. *3. par. qu. 25. art. 4.* Verratus *adversus Lutheranos disp. 5. conclus. 4.* Tambur. *in lib. 2. Decal. c. 4. §. 1. num. 5.* D. Damascenus *lib. 4. c. 17.* D. Bonavent. *3. dist. 9. art. 1. q. 2.* D. Basilius *lib. de Spiritu Sancto c. 20.* ibi: *honor imagini habitus ad exemplar transit.* Paulus Diaconus *lib. 21. rerum Roman.* Caram. *invent. lib. 4. num. 1711.* Ragusius *3. p. q. 25. art. 3. disp. 50. & disp. 51. art. 3.* Pistachius *de superstit. c. 3. num. 5.* Cautè tamen legas ipsum *num. 4.* dicentem personam Christi propter humanitatem adorari Dulia, nam persona semper Latria adoratur, ut humanitas unita personæ, sed humanitas ut præcisa à divinitate adoratur Hyperdulia. Valentia *tom. 2. disp. 6. q. 21. par. 6.* frugè, & clarè refellentes excogitata Calvini *lib. 1. c. 11. sect. 9.* Herbrandi, *lib. 1. de Idololatria conclus.* 138. (26) 160 Imagines Sanctorum venerentur cum relatione ad prototypum.

Contra Leonem Isaurum impium Imperatorem edicto damnantem cultum Imaginum *anno Domini 727. & 733.* tradentē igni duodecim sapientes cum domo, & libris nolentes hæresi subscribere: apud Baronium *tom. 9. Annalium, anno 733. fol. 114. impressionis Romanæ*, adversus quem monitum, ut ab impietate recederet, contumacem, & sævientem in cultores imaginum insurrexit Gregorius II. *anno* 726. inieos fœdus cum Carolo Martello. Unde Italia ex tunc non amplius recognovit hæreticum imperatorem tributo. contra Pseudo-Synodum Constantinopolitanam *definit. 8. 9. &* 10. sub impio Constantino Copronymo, ubi 338. Episcopi convenerunt docentes cacodoxam fidem, abrogando adorationem sacrarum Imaginum, damnantes ut Idolatras 161 Leo Isaurus edicto Imagines damnat. 162 Et Constantinus Copronymus.

(24) Sed hoc non est principale in Imagine. Cum in viro, & in femina inveniatur Imago Dei, quantū ad id, in quo principaliter ratio Imaginis consistit, scilicet quantū ad intellectualem naturam, ut *n.* 154 Nam *Gen.* 1. postquam dixit ad Imaginem Dei creavit illum, scilicet hominem, subditur: *masculum, & feminam creavit eos*. Et dictum est pluraliter, teste Divo Augustino, ne intelligatur in uno individuo, uterque sexus conjunctus. Vide D. Thom. *1. par. q. 93. art. 4.* Gulielmum Estium *lib. 2. dist. 16. §. 5.*

(25) P. Morales in *Diana Dogmatico tract. 2. de adoratione Pontificis.*

(26) Consule Petavium *de Incarnatione lib. XV. cap. 15. num. 9. & cap. 17. num. 6.* Suarez *in 3. p. quest. 25.* Bellarminum *lib. 2. de Imag. SS. cap. XX. & seqq.* Vasquez, Tomasinum, aliosque.

latras earum adoratores, & volentes non nominari Beatos, cum titulo Sancti, *anno Domini* 754. ubi Baronius *fol*. 214. *tom*. 9. *Impressionis Romanæ*.

163 Contra Concilium Francofordiense, & Collationem Parisiensem.

Contra Concilium Francoferdiense sub Carolo Magno *anno* 794. contra Collationem Parisiensem apud Baronium *tom*. 9. *anno Christi Domini* 825. sub Ludovico Imperatore *anno* 12. ajens Imagines retinendas ad ornatum Ecclesiæ, & ad Instructionem fidelium, ut librum ignorantium legere, ità ut pro lectione ignorantibus sit pictura; non verò adorandas esse; damnans 2. Synodum Nicænam *act*. 7. contra Jonam *de cultu Imaginum lib*. 1. Walfridum *de rebus Ecclesiæ c*. 8. Hincmarum Episcopum Remensem c. 10: retinentes ad ornatum sacrum, non ad cultum Imagines. (27)

Contra omnes Iconoclastas, unde hæresis Iconoclastarum ortum habens à malefico Ju- 164 Hæresis Iconomachorum à Judæo ortum habuit.
dæo promittente 30. annos Regni Principi Saracenorum Jezid, si abrogasset imagines ab Ecclesiis Christianorum, quod opere complevit; sed sequenti anno mortuus fuit; unde successor filius mortui Regis morti tradidit impostorem Ju-

(27) Si quæ inter Theologos occurrit controversia, quæ & ob animorum contentionem, & rei difficultatem eis crucem fixit, profectò hæc de Concilio Francofordiensi, Collatione Parisiensi, & consequenter de libris Carolinis circa Imaginum cultum maxima censenda est. Etenim Catholicos inter & hæreticos, atque inter ipsos Catholicos lis est. Hæretici pro suo tuendo impio dogmate abolendi scilicet Imaginum cultum, & omni honore vacuas eas arbitrantes, ex Carolinis libris, atque ex Concilio Francofordiensi, & Collatione Parisiensi potissima argumenta depromunt. Catholici scissi, ac distracti in varias opiniones perpetuum dissidium agunt. Nam sunt qui & suppositios, ac ab hæreticis confictos esse libros Carolinos, utpote Carolo Magno pio, & Catholico Imperatori indignos, & non nisi exurgente Calviniana, & Lutherana hæresi excusos, anteà penè incognitos: Sunt qui verè Carolo Magno ascribunt collectis non spernendis monumentis, ut Gaspar Juvenin *Instit. de Incarnatione dissert*. 6. *quæst*. 14. *cap*. 4. *art*. 6. Sunt qui Concilium Francofordiense tum Collationem Parisiensem à recta fidei regula aberrasse affirmant, damnando cultum Imaginibus, futilibus rationibus contra dogma jam definitum in Nicæno II. seu VII. Synodo, cujus Acta ventilarunt, & excusserunt. Aliis placet dictum Concilium Francofordiense non damnasse Nicænum II. sed aut Conciliabulum Constantinopolitanum ab Iconomachis ann. 754. habitum ut Suarez, Vasquez, Valentia, Ludovicus Bail *tom*. 1. *in Concil. Nicæno II. class*. 2. *in fin*. & *tom*. 2. *Summæ Sæculo* 8. *ad Conc. Francofordiense*, aliique; aut aliam Synodum post Septimam, celebratam: ut Carolus Cointius *tom*. 6. *Annal. Francor. ann*. 794. Qui redarguuntur, quia Francofordiense Concilium, Synodum, quæ definierat cultum Imaginibus ad trutinam revocavit, cujus reprobavit definitionem non Pseudo-Synodum Constantinopolitanam, quæ Imagines aboleverat, & venerationem ab eis abrogavit; tum quia Concilium à Cointio indicatum confictum, & suppositum eruditi omnes explodunt. Aliis placet Francofordiense Concilium rejecisse VII. Synodum, eam pro Generali non agnoscens, quia solum Orientalis Ecclesia convenit, Occidentali exclusa, cujusque Suffragia deerant, ideoque tanquam nationalem Græcorum Synodum improbavit: ita Sirmondus admonitione ad *Can*. 2. Concilii Francofordiensis. Sed animus hærere nequit, quia Concilio Francofordiensi duo Legati Adriani præsidebant, & ipse Adrianus Pontifex versa in latinum Acta VII. synodi ab ipso confirmata in Galliam per Legatos miserat. Aliis probabilius placet ibi damnari non totam VII. Synodum, sed assertionem Constantini Constantiæ Episcopi *Act*. 3. prolatam, cui Synodus non contradicens, approbasse illam Galli suspicati sunt, & ex mala interpretatione, & versione judicarunt Imaginibus eandem adorationem deberi, quæ vivificæ Trinitati debetur. Sic *Can*. 2. edicit: *Allata est in medium quæstio de nova Græcorum Synodo, quam de adorandis Imaginibus Constantinopoli fecerunt, in qua scriptum habebatur, ut qui Imaginibus Sanctorum ita ut deificæ Trinitati, servitium, aut adorationem non impenderent, anathema judicarentur. Qui supra Sanctissimi Patres nostri omnimodis adorationem, & servitutem renuentes contempserunt, atque consentientes condemnaverunt*. Verum Constantinus Constantiæ Episcopus à definitione VII. Synodi non dissensit, (quæ ut supra visum est solum adorationem honorariam, & quæ ad prototypa referatur definit) soli Trinitati Latriam, idest servitutem impendit, adeoque facti errore, & ex mala versione: ut Anastasius Bibliothecarius apud Lupum mox citandum admonet, decepti sunt Præsules Galli. Tandem relictis aliis Theologorum interpretationibus placet in medium adducere sententiam doctissimi Mabillonii in præfatione ad priorem partem Sæculi IV. Benedictini, aliorumque post eum, qui asserunt Concilium Francofordiense, & Collationem Parisiensem in facti, non juris errore turpiter incidisse, & non à Fidei dogmate descivisse, sed circa disciplinam motam esse litem. Probant quia Galli cum Græcis in pluribus conveniebant. Nempe Imagines Christi, & SS. retinendas, & exponendas esse in ædibus privatis, & sacris ad instructionem rudium, & ad excitandam eorum memoriam; hocque probant ex facto Sereni Episcopi Massiliensis sub initium septimi Sæculi eliminantis Imagines à templis, cum animadvertisset populum suum nimis propensum ad eas adorandas, & S. Gregorius Magnus approbavit Sereni zelum, licet fractionem Imaginum reprobaverit: *idcirco enim*, inquit, *pictura in Ecclesiis adhibetur, ut hi qui litteras nesciunt, saltem in parietibus videndo legant, quæ legere in Codicibus non valent*. Ex hac Decretali Galli confirmati sacras Imagines retinebant. Secundo Crucem colendam esse salutationibus, inclinationibus mente ad Christum directa. Insuper Reliquias SS. earumque Imagines congruo, & moderato cultu dignas esse profitebantur, quodque dilucidè apparet legentibus Jonam Aurelianensem, & Dungalum Monachum contra Claudium Taurinensem. Solum Galli à Græcis dissidebant, quia incongruum; & inusitatum in Ecclesia ipsis videbatur Imagines SS. inclinationibus capitis, genuflexionibus, osculis, tymiamatum suffitu, cereorum accensionibus, florum ornatu, aliisque ritibus colere, & hoc alienum à disciplina suæ Ecclesiæ, ejusque retinendæ causa, externũ hunc, & honorarium cultum approbare renuerunt nono Ecclesiæ Sæculo, his rationibus moti. Quia ipsis notum erat cultum hunc externum, quem Græci Imaginibus deferebant ex Gentilium superstitioso cultu emanare; Gentiles enim, & ipsi Græci Imagines, & statuas Imperatorum simili ritu colere solebant: quem Imaginibus SS. deferre Galli Præsules detrectarunt, & notat Edmundus Richerius ad Nicænum II. vir alioquin infensæ doctrinæ, quod Galli, qui semper Regibus paruerant, hunc morem statuas, & Imagines Imperatorum certis ritibus, ac ceremoniis salutandi non habebant sicut Græci. Hinc Græcos insimularunt quasi honor Deo proprius simulacris ab ipsis decerneretur, & hic ritus inusitatus & superstitione non carere videbatur. Tum quia Græci adhibuere nomen *Adorationis*, quod Galli soli Deo convenire existimabant. Tandem quia Galli præsertim Patres Synodi Parisiensis inspecta Epistola Michaelis, & Theophyli Imperatorum Græcorum ad Ludovicum Occidentis Imperatorem directa, in ipsa profectò animadverterant superstitione non modica Græcos circa Imagines scatere: nempe ejectis Crucibus, Imagines in Ecclesiis substituebant, erasis coloribus ab imaginibus, Sacrificio immiscebant, communionem ab Imaginibus percipiebant, in quarum manibus Corpus Christi ponebant. Susceptrices filiorum in Baptismate constituebant, aliaque infulsa, & superstitiosa leguntur in dicta Epistola, quam apud citatum Mabillonium habes, & Collectores Conciliorum. Hinc concludit doctissimus Mabillonius adductis plurium Scriptorum Gallorum testimoniis, quorum germanum sensum elicit, nono Ecclesiæ sæculo in Gallia non abdicatum esse cultum ab Imaginibus, sed immoderatum, & ut ipsis videbatur, superstitiosum, adeoque errore facti, non juris deceptos, culpa non carentes, cum Acta Concilii Nicæni plus satis ab ipsis carpuntur, melius si Adriani, ejusque Legatorum attestationi acquievissent. Hæc brevissime collecta vides, si plura, legelis cit. & P. Graveson ad Seculum 7. & 8. Coll. 4. & ad Secul. 9. Coll. 4. Christianum Lupum Dissert. ad VII. Synodum *cap*. 16. aliosque.

Judæum, ut patet ex Concilio Niceno 2. *Can.* 2. *act.* 5.

Contra Modernos Iconoclaftas, Iconaftas, Iconomachos novatores.

Imagines igitur Domini noftri Jefu Chrifti, & Beatiffimæ Virginis Mariæ, & Sanctorum retineri, & adorari debent Concilium Nicænum fecundum, feu Septima Synodus Generalis per totum, præcipuè *Actione* 1. 2. 3. 4. & 6. Tridentinum *feff.*25. *in Decreto de Veneratione Sanctorum, & facris Imaginibus*. Ubi: *Imagines porrò Chrifti, Deiparæ Virginis, & aliorum Sanctorum, in Templis præfertim habendas, & retinendas, eifque debitum honorem, & venerationem impartiendam, non quod credatur ineffe aliqua in eis Divinitas, vel Virtus propter quam fint colendæ; vel quod ab eis fit aliquid petendum; vel quod fiducia in Imaginibus fit figenda, veluti olim fiebat à Gentibus, quæ in Idolis fpem fuam collocabant; Sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ repræfentent; ita ut per Imagines, quas ofculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Chriftum adoremus, & Sanctos, quorum illæ fimilitudinem gerunt, veneremur; id quod Conciliorum, præfertim vero fecundæ Nicænæ Synodi decretis contra Imaginum oppugnatores. eft fancitum.* (28)

165 Adoratio Imaginum relativa eft ad prototypum. Probatur 1. Adoratio Imaginis cum fit relativa per fe, fertur in imaginem, & prototypum, cum relatio utrumque terminum exigat, & imago eft rei, cujus eft imago: nam qui honorat filium propter patrem, non folum patrem per fe, fed & filium honorat refpicientem patrem, juxta illud Joan.14. *Qui videt me, videt & Patrem meum.* S.Athanaf. *lib.*3. *contra Arrianos. orat.*3. *de Imagin.*

Probatur 2. ex *Matth.*18. ibi: *cujus eft imago hæc*, ubi Chriftus Dominus approbavit, non reprobavit imaginem. *c. jam nunc* 28. *q.*1. *c. venerabiles Imagines. c. fextam, de confecr. dift.*3. Trid. *feff.*25. honor, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa. Concilium Nicænum 2. feu *Can.*2. *act.* 6.

VII. Synodus *act.*6. *tom.*1. VIII. Synodus *Can.*3.

Probatur 3. *Exodi* 21. *num.*3. 3. *Regum c.*6. ubi Imagines Cherubim fuerunt pofitæ in Templo; ergo Imagines Sanctorum poffunt poni in Templo, & adorari.

Probatur 4. quia Imago Regis colitur cultu naturali profano, ut colitur ipfe Rex. 2. *Regum* 5. ubi Nathan Propheta adoravit David Regem: & conculcantes imagines Regis, confpurcantes, protererentes puniuntur: ergo multò fortiùs venerandæ, & adorandæ funt imagines Dei, Chrifti Domini, Beatiffimæ Virginis, Sanctorum cultu fupernaturali; nam refpiciunt fupernaturalem excellentiam illius, cujus funt imagines, & proterentes, comburentes, lacerantes, confpurcantes funt facrilegi puniendi. Ità S.Stephanus Martyr perftrinxit conculcando imaginem Imperatoris, nummis expreffam, & reddit mutilum Conftantinum Copronymum facrarum Imaginum conculcatorem. (29)

Probatur 5. quia Imagines funt Inftitutæ ad exprimendas res facras; ergo reverentia debetur eis, ut enim vivens exemplar illud venerari debet, ità videns ejus imaginem; nam in imagine prototypum cognofcitur, & adoratur, cum imago prototypi fit imago; Ejufque excellentiæ cognitione extimativæ extimato fubjicimur venerando imaginem, ut facta ei injuria, redundat in prototypum, ficuti injuria facta ftatuæ, redundat in Principem, cujus eft ftatua; *l. fi ftatua* 27. *ff. de injuriis*. Hinc quia Imago Regis colitur cultu naturali prophano, 2. *Regum* 5. & puniuntur conculcantes Imagines Regis; ergo fortiùs cultu Religionis adorandæ funt Imagines Sanctorum; nam refpiciunt fupernaturalem excellentiam illius, cujus funt Imagines: adeoque funt facrilegi illas lacerantes, conculcantes. Sunt enim hujufmodi Imagines ordinatæ ad exprimendas res facras, adeoque retinendæ, & adorandæ. 166 Sunt Imagines reverentia dignæ, quia facræ.

Probatur 6. quia ità ab incunabulis Ecclefiæ fervatum, & Chriftus Dominus fui imaginem reliquit adorandam. (30)

Pro-

(28) Tridentini auctoritati congruum eft Nicæni Concilii id ipfum definientis teftimonium adnectere. Septima enim Synodus Decretum Fidei condens, fic decernit: *Definimus in omni certitudine, ac diligentia, ficut figuram pretiofæ, ac vivificæ Crucis, ita venerabiles, ac Sanctas Imagines proponendas tam de coloribus, & teffellis, quàm quæ ex alia materia congruenter in Sanctis Dei Ecclefiis, & facris vafis, & veftibus, & in parietibus, ac tabulis, domibus, & viis: tam videlicet Imaginem Domini Dei, & Salvatoris noftri Jefu Chrifti, quam intemeratæ Dominæ noftræ Sanctæ Dei Genitricis, honorabiliumque Angelorum, & omnium Sanctorum fimul, & almorum virorum. Quanto enim frequentius per imaginalem formationem videntur, tanto qui has contemplantur, alacrius eriguntur ad primitivorum earum memoriam, & defiderium, & ad ofculum, & ad honorariam eis adorationem tribuendam. Non tamen ad veram latriam, quæ fecundum fidem eft, quæque folam Divinam naturam decet, impartiendam: ita ut iftis, ficuti figuræ pretiofæ, ac vivificæ Crucis, & Sanctis Evangeliis, & reliquis facris monumentis, incenforum, & luminum oblatio ad harum honorem efficiendum exhibeatur; Quemadmodum & antiquis pia confuetudinis erat. Imaginis enim honor ad primitivum tranfit, & qui adorat Imaginem, adorat in ea depicti fubfiftentiam.* Et reliqua apud Chrift. Lupum tom. 3. pag. 174. & Bail tom. 1. p. 568.

(29) Injuriam Imagini factam prototypo referri, ficut & honorem, probatione non indiget, quodque evertit omnium hæreticorum cavillos. Ut de quacunque Imagine argumentatur D. Auguftinus *lib. de decem chordis cap.* X. *Unde facis tibi injuriam, qui volueris forte lapidare tuam tabellam pictam, in qua imago tua eft, in domo tua inaniter pofita ad vanum honorem tuum nec fentiens, nec videns, nec loquens? Si quis illam lapidet nonne in te factam contumeliam oftendis?*

(30) Non abs re erit hic inveftigare, quam Imaginem fui Chriftus Dominus reliquerit fidelium venerationi; etenim in Evangelicis hiftoriis de hac Imagine altum filentium extat. Attamen fi fidem Ecclefiafticis Scriptoribus præbere velimus, monumenta non pauca fuppetunt, quæ Chrifti Imaginem adhuc dum in terris ageret, efformatam, & adoratam fuiffe autumant. Præter eam, quæ ex prifca traditione habetur; fcilicet Imaginem Chrifti linteo impreffam, quæ adhuc Romæ in Bafilica Vaticana affervatur, & omnium confpectui patet: pariter fui Corporis delineamenta in Syndone, in qua mortuus involutus in fepulchro jacuit, impreffa reliquit, & magna veneratione, & cultu Taurini fervatur, & colitur. Occurrit primo Imago Chrifti Abagaro Edeffæ Regi miffa, à quo enixe rogatus per Epiftolam, ut Edeffam concedere dignaretur, & eum à gravi morbo, quo affligebatur, liberaret, audita ejus fanctitate, & mirifica virtute ftupenda, & inaudita operandi. Mifit infuper pictorem, ut ejus Imaginem depingeret, qua frui faltem concederetur; ut teftatur Adrianus Papa in *libro de Imaginibus* non longe à principio, ut videre eft in Actis Concilii Nicæni II. feu Septimæ Synodi, & apud Ivonem *par.*4. *Decret. cap.*83. Refert quoque S. Jo: Damafcenus *lib.* 4. *de Fide cap.* 17. ita: *Fertur autem, & quædam hiftoria, quia Dominus Abagaro Edeffenorum Civitatis Regi, qui pictorem miferat, ut Domini fimilem pingeret Imaginem, non valente autem pictore ob refplendentem faciei fuæ claritatem: ipfe veftimentum fuæ faciei Divinæ, & vivificæ applicans, in vestimento fui ipfius imaginem abfterfit, & fic defideranti mififfe Abagaro.* Idem repetit *Orat.*1. *de Imaginibus*. Et fequitur Evagrius *lib.*4. *Hift. cap.*26. Nicephorus *lib.*2. *Hift. cap.*17. & in *Menologio Græco die XVI. Augufti* notatur

167 Sex Concilia definiũt usum licitũ Imaginum. Probatur 7. ex sex Conciliis: primum Nicænum. 2. Constantinopolitanum. 3. Ephesinum. 4. Chalcedonense. 5. Trullanum. 6. Nicænum secundum, ubi Sanctissimi illi Patres convenerunt in locis sacris Ecclesiarum, ubi aderaot adorandæ Imagines, & illas non prohibuerunt, sed adoraverunt; Imò librum Evangeliorum in medio sub Throno ponebant; ergo oppositum ut Diabolicum inventum execrandum; ità Stephanus Martyr convicit Conciliabulum prædictum sub Constantino. (31)

Dices primo, obstat *Exodi* 20. ibi: *non facias tibi similitudinem eorum, quæ in Cœlo. Levit. cap.* 26. *Psalm.* 96. ibi: *confundantur omnes, qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulacris.*

168 Non obstant Scripturæ. Respondetur ibi: damnari ponentes cultum absolutum in imagine, tanquam sit ipsa imago Deus. Castrus *adversus hæreses lib.* 8. V. *Imago.*

Secundo, loquutionem illam respicere Hebræos proclives ad Idololatriam, à quibus omnis occasio tollenda erat erroris. *Deuteron* 4. ibi: *nè fortè decepti faciatis vobis sculptam similitudinem.*

Tertio, ibi: prohiberi imagines ad instar illarum, quibus cultum exhibebant Idolatræ. *Psal.* 96. *confundantur omnes, qui adorant sculptilia*, quæ ratio cessat in novo Testamento, in quo imagines non adorantur ut Deus absolutè, & cessat occasio idololatrandi, cum Religione Christiana sit abrogata Idololatria in toto Orbe.

169 Jonæ Aurelianensis Walfridi, & Hinemari Remensis objectiones refelluntur. Dices secundo cum Joua *de cultu Imaginum lib.* 1. Walfrido *de rebus Ecclesiæ c.* 8. Hincmaro *c.* 20. Latria debetur Deo; ergo non debetur ejus Imagini.

Respondetur, Latriam absolutam, & ut quod deberi Deo, Latriam relativam, & ut quò deberi ejus imagini, ut optimè respondit D. Gregorius *lib.* 9. *&* 7. *Epist.* 93. & Adrianus Papa apud Baronium *tom.* 9. *Impressionis Romanæ, fol.* 43S. *anno* 794. *Non enim Dei Imaginem credimus Deum, nec colimus absolutè ut Deum, sed per imaginem pervenimus ad cultum Dei, excitando memoriam visibili motivo invisibilis Divinitatis, & per Imaginem Christi Domini, Christum Dominum ad memoriam, & venerationem venit, & sic ipsa imago sacra movens ad adorandum Deum, cujus est imago, adoratur relativè, & ut quo adoratione Latriæ; & ut imago Sancti adoratur Dulia relativè.* Trident. *sess.* 25.

An possint depingi habitu alicuius Religionis, vel insueto ab antiquo usitato Ecclesiæ Catholicæ habitu Imagines Christi Domini, Beatissimæ Virginis, Angelorum, Sanctorum, Apostolorum, Evangelistarum.

NEga, ex Bulla Urbani VIII. 5. *Martii* 1642. ubi nec possunt in Ecclesiis, ejusque atriis exponi imagines profanæ, vel aliæ indecentes. 170 Habitu inusitato, & alicujus Religionis, Imagines prohibentur pingi.

Cur Sancti pingantur cum sferula signo honoris, radiis circularibus, &c.

AD exprimenda tria: ex D. Thom. 3. *p. q.* 60. *art.* 3. Cootenson. *tom.* 1. *dissertatione* 6. *c.* 1. 171 Rationes quibus SS. cum sferula, & radiis pinguntur, affert.

Primo, in signum rememorativum vitæ, virtutum, & sanctitatis exercitio conspicuæ.

Secundo, in signum demonstrativum præsentia gloriæ beatificantis Divinæ visionis.

Tertio, in signum prognosticum, & prænunciativum cœlestis gloriæ fidelium in terris, æquè ante decertantium.

Conculcans, conspuens, lacerans, projiciens, ex ira Imagines. An sit de hæresi suspectus.

AFfirma. Castrus *lib.* 1. *de justa hæresis punitione c.* 12. Genuensis *in praxi c.* 18. *a.* 11. Lazatius *de blasphem. qu.* 6. *num.* 14. Farinac. *de hæresi q.* 20. *num.* 60. Ricc. *tom.* 2. *praxis res.* 423. Diana *par.* 5. *tract.* 12. *resol.* 9. Bordonus *tom.* 1. *c.* 41. *num.* 111. 172 Inhonorans Imagines est de hæresi suspectus.

Ego altiùs considerarem circumstantias facti, & personæ: nam si ira adeò exardescat, ut tollat rationis usum, tollit contumaciam, & suspicionem. 173 Attendenda circumstantiæ facti, & personæ.

Secundo, si confestim se pœniteat, ostendit se impetu, raptu deliquisse, maximè si illicò adoret etiam fractas imagines, colligatque fragmenta, atque honoret, cessat omnis suspicionis motivum.

Tertio, si vitæ timoratæ sit, & repentina gravissima, urgentissima, improvisa occasio, idquo si coram aliis id agat; nam suspicio evanescit, cum indigitetur illum non considerasse flagitii qualitatem, nec quantitatem. Quæ ratio cessat in

---

tatur solenne Festum ob translationem Constantinopolim factam hujus Imaginis, ubi anniversaria recurrente die venerabatur. Verum quidquid sit de Epistolis Abagari ad Christum, & Domini Jesu ad Abagarum, quæ passim ab eruditis rejiciuntur, quorum rationes legesis apud Natalem ab Alexandro *Seculo* I. *dissert.* 2. Dupin in sua *Bibliotheca, tom.* 1. Labbeum *de Scriptorib. Eccles.* & Graveson *de Mysteriis Christi dissert.* 13. *concl.* 4. *n.* 1. supracitatos expende penes quos relatam historiam invenies. Secundo Eusebius *lib.* 7. *Hist. cap.* 14. uti testis oculatis narrat apud Paneadem mulierem illam, quæ à fluxu sanguinis contactu Christi fuit sanata, ob tanti beneficii monumentum, Imaginem seu Statuam Salvatoris erexisse, circa quã succrescens herba, ubi statuæ fimbrias attingebat, simili morbo laborantes curabat, quæ historia in VII. Synodo recepta fuit *Act.* 4. in Epistola Germani Patriarchæ Constantinopolitani circa finem, & refert Nicephorus *lib.* 6. *Histor. cap.* 15. Sozomenus *lib.* 5. *cap.* 20. S. Jo: Damascenus *Orat.* 3. *de Imaginibus.* & Theophylactus *ad cap.* 9. *Matthæi.* Demum occurrit Imago Crucifixi à Nicodemo efformata, & Beryti à Judæis ludibrio affecta, ob quod innumera edidit miracula, teste S. Athanasio *Tr. de passione Imag. Christi*, seu potius alterius Scriptoris juxta Labbeũ, Doviat, Dupin: licet in VII. Synodo *Act.* 4. hæc historia laudetur, & approbetur. Ex hinc elucet exemplo Christi Domini, & Apostolica traditione Imagines ejus, & SS. veneratione dignas: ut Auctor probare nitebatur.

(31) Præter traditionem Divinam, atque Apostolicam, quæ conformis est rationibus, authoritatibus SS. Patrum, ipsæque Sacræ Scripturæ, in qua traditione præcipue fundatur dogma de imaginibus Sanctorum. Ut Nicænum II. seu VII. Synodus in *Decreto Fidei* supra citato, ita immediatè subnectit: *Sic enim robur obtinet Sanctorum Patrum nostrorum doctrina, idest traditio Sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, quæ à finibus usque ad fines terræ suscepit Evangelium.* Plura sunt Concilia hoc idipsum definientia, ut idem Auctor refert: laudatum Nicænum II. seu VII. Synodus totum ferò est in hoc Fidei dogma definiendum; in *actione enim* 2. *&* 3. habentur Epistolæ Synodicæ, in quibus tota Ecclesia Græca, & Latina conspirat in hac veritate, quam Adriaous Papa ibidem amplexus est: ut Auctor innuit. Insuper Sexta Synodus, seu *Canon* 73. Trullanus, & 82. in quo Christus sub Agni figura habetur. Octava Synodus *Can.* 3. Concilium Florentinum *sess.* 5. ubi Septimã Synodum confirmat, & Iconomachos impios execratur, Concilium Tridentinum sæpius citatum *sess.* 25. Concilium Romanum sub *Gregorio III. & Stephano III.* similiter in Concilio Romano, ut notat idem Adrianus *lib.* 1. *de Imaginib.*

in quærentem latibula ad nefarios istos excessus committendos.

Delictum.

174 Forum delicti inhonorantis Imagines. Est fori Sancti Officii si suspicio sit hæresis, ut si conspurcet, quia putet non esse venerandas sacras Imagines. Carena *p. 2. tit. 7. §. 7.* Genuensis *praxi c. 18.* Lazarius V. *Blasphemia q. 6. num. 14.* Bordon. *tom. 1. c. 26. num. 13.*

Contra Clarum *§. fin. q. 68.* V. *Imaginem.* Menoch. *de arbitr. casu* 376. Franch. *decis.* 504. Caball. *res. crimin. centuria 1. casu* 919. volentes esse mixti fori.

De Jure Naturæ.

TITULUS V.

175 Lex naturalis quid sit refertur. Divus Thomas 1. 2 *qu.* 44. per sex articulos, Legem naturalem ait, quod sit aliquid constitutum à recta ratione. Sed Vasquez ibidem *disp.* 130. *cap.* 3. ait Legem naturalem esse primam regulam rationis non dependens ex voluntate alterius: Quod est contra Pytagoram, & Philosophos Pyronios, qui dicebant omnia constare hominum opinione. Et Aristoteles 5. *Ethicorum cap.* 7. voluit Jus naturale esse, quod ubique eamdem vim habet.

176 Jus naturale idem, ac Jus Divinum. Nos cum Caramuele putamus Jus naturæ esse idem, ac Jus Divinum, & dici Jus naturæ, in quantum promulgatur à Deo, qui est natura naturans.

Cum ergò Jus Divinum sit idem, ac Lex naturæ, congruè hic quæri potest: an Summus Pontifex possit dispensare in Jure Divino.

177 An Papa dispẽsat in Jus Divinum. Canus *relectione de pœnitentia* tenet posse in Jus Divinum, & naturale dispensare, quæ opinio non placet Bartholomæo à S. Fausto *in thesauro lib. 3. quæst.* 3. quia inferior non potest superioris Legem relaxare.

Ipse tamen distinguit aliud genus Juris Divini, scilicet orti ex voluntate hominum, ut in Voto, aut Juramento, & aliud Jus Divinum exortum ex sola Divina voluntate: ut non occides. Si consideretur Jus Divinum in primo capite; Tunc Sylvester V. *votum q.* 3. putat Summum Pontificem posse dispensare, non quidem tollendo ejus obligationem; sed declarando in tali casu votum non obligare.

Riccardo placuit *in 4. dist. 38. quæst. 1. art.* 9. Ecclesiam posse dispensare in votis; quia in quolibet voto subintelligitur conditio *si Papæ placuerit*. Quod nobis non placet; quia sic Papa etiam sine causa pro libito posset dispensare.

Hinc dicimus Papam revera dispensare in istis; quia non est dispensare in Jure Divino, sed in Jure humano quæsito Deo, quæ potestas fuit Papæ datæ à Deo. Joannis 21. *pasce oves meas.* Matthæi 16. *quodcumque solveris super terram, &c.* Et sicuti injuriam factã Deo Papa remittit; sic & Jus Deo quæsitum relaxare potest, quam potestatem aliis delegare valet. Navarr. *cap.* 12. *num.* 95. Lessius *lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 17. Et Episcopns potest dispensare in omnia vota simplicia suorum subditorum, præter reservata. Angelicus 2. 2. *q.* 88. *art.* 12. *ad* 3. videatur.

Notabile tamen est quod docuit D. Bonavent. *in 4. dist. 38. art. 2. q.* 3. Covar. *de pactis p. 1. §. 3. num.* 3. D. Thomas 2. 2. *ubi supra art.* 11. *ad* 2. Cajetanus V. *Votum.* Armilla *num.* 13. Qui docent Papam non posse dispensare in voto per relaxationem. Sed tantum declarat, & Jus Divinum interpretatur. 178 Papa in Voto non relaxat, sed declarat, & interpretatur Jus Divinũ.

De Lege Humana, Consuetudine, & Constitutionibus.

TITULUS VI.

Non immoror in causis, & in variis acceptionibus Legnm, legatur Gratianus *dist.* 1. 2. & 3. Tantum noto Divum Thomam optimè dicere legem humanam à lege æterna pendere. 149 Lex humana à Divina pendet.

Multa requiruntur nt lex teneat, de quibus in *tract. de legibus.* Nunc nota ex *Can. erit dist.* 4. ad valorem legis requiri primo, ut sit justa. Secundo, sit necessaria, vel utilis. Tertio, ut sit facilis observatu. Quarto, ut sit clara. Quinto, ut sit promulgata. Sexto, nt sit acceptata saltem à majori parte. (1)

Quæret, quæ sit differentia inter legem, & præceptum?

Lex obligat etiam mortuo Legislatore. Præceptum extinguitur semper ac præcipiens desinit esse superior, morte vel alio modo, Gl. *in Can. Dudum* 8. *quæst.* 2. Bordonus *tom. 4. resol.* 144. *num.* 40.

Lex autem, & præceptum semper respiciunt subditum; adeoque præcipiens, & Legislator cum non sit subditus sui ipsius non obligatur sno præcepto, sua lege: Tenetur tamen servare legem, ut se conformet communitati cujus est pars; idque jure naturali. D. Thom. 1. 2. *q.* 96. *art. 1. ad* 5.

Lex autem non tollit privilegia nisi exprimat. *Cap. 1. de constit. in* 6. Et si Pontifex condat legem derogatoriam, non censetur revocasse decretum Concilii, sine expressa mentione ejus. *Cap. ex parte, de Capellis Monach.* Guttierez 3. *practicarum quæst.* 16. *num.* 23. Vide tamen Gonzalez ad *cit. Cap. ex parte.* 180 Lex non tollit privilegia, nisi exprimat nec decretum Concilii.

Lex laicalis non obligat Clericos, etiamsi sit ad utilitatem Clericorum. *Cap. Ecclesiæ S. Mariæ. de constitutionibus. Cap. si diligenti. de foro competenti.* 181 Lex laicalis, Clericos non obligat.

Et lex fundata in præsumptione, cedit veritati, si de veritate constet. *Cap. tua nobis. de sponsalibus.* Hinc Præsumptio cedit veritati.

An cessante fine legis in casu particulari, cesset lex?

Finis legis est causa finalis, ad cujus consecutionem respicit Legislator, quando legem promulgat. Unde habes differentiam inter causam finalem. & impulsivam. Causa impulsiva est illa, quæ excitat, & movet Legislatorem ad condendam legem. Causa finalis est ad cujus pro- 182 Finis Legis. Causa.

(1) Sed hæc ultima conditio à gravissimis Auctoribus rejicitur, licet pro ea sint plures. Accedit declaratio Sac. Congr. Concil. Tridentini, quæ approbante Summo Pontifice statuit pro Monialibus, Episcoporum Edicta juxta ordinariam, & delegatam eorum potestatem promulgata, & Monialibus intimata eas obligare etiam renuentes, seu non acceptantes. Ita in Regesto autographo Decretorum Sac. Congrerationis *lib. 27. fol.* 487. Decretum factum est die 10. Septembris 1672.

prosecutionem, Legislator legem promulgat. Exemplo rem ante oculos ponamus. Est ægrotus, qui movetur ad sumendam medicinam ab infirmitate: infirmitas est causa impulliva. Causa vero finalis est sanitas per medicinam consequendam.

Nunc certum est, quod cessante causa impulsiva non cessat lex. Similiter certum est, quod cessante in communi causa finali, cessat lex. Solum discutiendum remanet, an si finis cesset in casu particulari, lex cesset.

183 Cessante fine legis in casu particulari, cessat lex.

Affirmamus omnino cessare legem, cessante fine in casu particulari.

Probatur primo ex nostro Caramuele *fundamento 27. num.*636. quia cessante fine legis Divinæ, & naturalis in casu particulari, cessat lex Divina, & naturalis. Ergo multo magis id dicendum de lege humana. Antecedens probatur; quia nota est sententia, quod cessante fine correctionis fraternæ, correctio non est facienda.

Probatur secundo. Quia limitata causa, limitatum producit effectum. Sed cessante fine in casu particulari, causa est limitata. Ergo debet producere limitatum effectum.

Probatur tertio ex *cap. etsi Christus* paulò ante finem *de jurejur.* ubi potest quis jurare cessante fine prohibitionis juramenti: Ad idem est textus in *cap. de illis. de sponsalibus*, in *cap. laudabilem. de frigidis*, in *cap. cum cessante. de appellationibus*. Et ego latissimè probo in *Apologia quæst.* 8.

184 Finis inspiciendos, quã verba legis.

Finis magis debet inspici, quam sint inspicienda verba. *l. non dubium, Cod. de legibus*. Et sic meritò fine cessante, lex cessat. *l. si quis à liberis, §.1. D. de liberis agnoscendis*: ubi filio diviti non dantur alimenta, quia cessat finis. *cap. magnæ devoto. cap. edicere. de Jure patronatus.*

Objectio.

Nec obstat legem promulgari ad bonum totius communitatis. Sed communitas non cessat, quando cessat finis in casu particulari. Ergo nec cessat lex.

185 Respondetur. Namque legem delinere quando removetur causa, quæ requiritur ad constitutionem; sed causa finalis in casu particulari requiritur ad hoc, ut lex obliget in casu particulari. Ergo ista remota removetur lex in particulari. Secundo respondetur verùm esse, quod remota causa removetur effectus; tamen falsum est tantum removeri effectum ex remotione causæ, cum possit aliunde removeri: Sic remota conservatione, licet non removeatur causa conservativa, removetur effectus. Et destruitur homo, licet non destruatur anima rationalis, quæ est causa intrinseca. Ex hoc principio varia sunt deducenda, de quibus ego alibi.

186 Debet finis cessare in totum.

Advertas tamen, quod finis debet cessare in totum; nam si plures sint, & unus cesset finis, lex adhuc durat.

Jam vides nostram sententiam communissimam esse velint, nolint adversarii: Nec refert fuga adversariorum dicentium prædicta jura nostra esse specialia; nam ut est vulgatissima Glossa: *hæc est fuga miserorum*. Et non potest dici aliquod esse speciale, nisi assignetur ratio specialitatis, quæ ratio specialitatis assignari in nostris juribus nequit. (a)

Lex vero triplex est. Præceptiva, Pœnalis, & Mixta. Præceptiva obligat ad culpam. Pœnalis ad pœnam. Mixta ad utrumque, juxta voluntatem Legislatoris. Observandum Navar. *in summa cap.* 23. *num.* 50. velle nullum verbum, etiam præceptivum in lege inducere obligationem ad lethale, quia potest esse præceptum sub veniali, & consentit Vasquez 1. 2. *disp.* 158. *cap.* 14. *num.* 30. Sed requirere aliud verbum indicans graviorem voluntatem obligandi: ut præcipimus districtè, præcipimus sub obtestatione Divini judicii.

187 Ad pœnam temporalem obligans Legislator, nõ ligat ad culpam.

Observa quod Legislator, qui potest ad Pœnam temporalem, & ad peccatum obligare, si tantum temporalem explicat, ad peccatum non obligat; nam qui potest duo, & dicit unum, ad unum, non ad duo obligat. Argum. textus in *cap. nonne. de præsumptionibus*. Et in pœnis, & oneribus strictissima ad favorem libertatis facienda est interpretatio. *l. respiciendum. D. de pœnis. l. interpretatione, D. eod. cap. in pœnis, & cap. odia de regulis juris in* 6. Acutissimus Caramuel *in Regulam D. Benedicti sub principio*. Azorius *p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 6. Valentia *tomo secundo disp.* 7. *quæst.* 1. *puncto* 6. Serra, & alii; qui enim ex duobus unum dicit, alterum negat. *l. cum Prætor, D. de judiciis.*

188 Pragmaticæ Regni.

Hinc fit, quod Pragmatica nostri Regni, quæ prohibet aliquid fieri sub pœna capitis, non obligat in conscientia. Idem est de omni alia pœna temporali mutilationis, confiscationis. DD. multi apud Dianam *parte* 1. *de legib. resol.* 17. Debet tamen cautè agere, ne se exponat periculo vitæ; quia tunc peccaret contra præceptum non occides. Similiter calamum dirigerem ad fraudantes gabellas, sed quia latè in ejus tractatu, ibi me remitto, & discutienda essent non pauca in ista materia de legibus in ejus peculiari tractatu Deo favente erit sermo latius.

189 Torpe Sacerdoti Canones ignorare.

Ex dictis scias non esse licitum Sacerdoti Sacros Canones ignorare. Textus ad literam *Can. Sacerdotibus dist.* 36. in *Can. nullo dist.* 38. & in *Can. ignorantia dist.* 26. & hoc itaut Episcopus, vel Vicarius Theologus debent habere Canonistas assessores, & consultores. Sbrozzius *de officio Vicarii lib.* 1. *q.* 36. de quo infrà cũ *de offic. Vicarii.*

Ut autem hujus materiæ epitomen excipias nunc Lector, quam Illustrissimus Auctor exposuit in Juris Optice *impressa Neapoli ann.* 1694. *eam tibi subjungere existimavi. Inde in* Opusculis tract. de Legibus *dabo.*

190 Lex, vel à luce, *Proverb.* 6. *num.* 23. ibi: *Mandatum lucerna est, & lux lex*; vel à ligando dicta. *l. Leges C. de legib.* Est *recta solemnis regula operationum creaturæ rationalis, commune bonum respiciens. l.* 1. *D. de legib.* Exigit actum intellectus, & voluntatis. Superioris, sic prudenter operantis. *l.* 1. *D. de Constit.* Debetque I. essentialiter respicere *publicum* bonum. *l. un. C. de novo C. confir. l. Jus autem* 7. ibi: *Propter utilitatem publicam. D. de just. & jur. l.* 2. *D. de leg.* Arist. 4. *Polit. c.* 7. Et sic ut plurimum rem futuram, non præteritam respicit; nam illa, non hæc, conducit ad bonum publicum. *l. Leges, & constitutiones* 7. *C. de legib. c. fin. de constit.* II. debet esse *clara*, ut possit ab omnibus intelligi; unde nequit esse dubia; secus non esset regula. *l. Leges sacratissimæ* 9. *C. de legib. l. Et ideo* 21. ibi, *Certa, D. eod.* Et *probabilis* obligat juxta suam naturam, ut etiam lex naturalis. Sanch. 6. *Decal. cap.* 3.

191 Legis conditiones.

(a) Hæc opinio, si quidquid sit de sua probabilitate, non inconsultè ad praxim deducenda est: quoniam multi se eximere volentes à vinculo legis prætexerent sibi cessationem finis, quod utique perniciosum esset. Consule ergo doctos, & pios viros.

VAROB LIB. I. E

cap. 3. III. debet esse rationabilis; nam ab homine hominibus fertur, licet ad rarò, non ad perrarò accidentia se possit extendere. *l. Antiqui, D. si pars hered. petat. l. Si Pater. D. de solut. l. Ea, quæ rarò* 65. *D. de reg. jur. l. Nam ad ea,* 5. *D. de leg.* IV. debet esse juxta mores Patriæ. *Can. erit dist.* 4. V. debet esse de re possibili humanæ fragilitati, *d. c. erit*. Unde non obligat cum valdè gravi onere. *l. Nimis grave, Cod. de Testib.* Difficile enim inter impossibilia adnumerari solet. *l. Continuus, §. cum quis, D. de verb. oblgat.* VI. debet esse justa *formaliter*, scilicet, ut neminem excipiat sine causa. *l.* 2. ibi, *Omnes, D. de legib.* Privilegia enim sine causa non sunt concedenda. *l.* 1. ibi, *ob merita, D. de constit.* Et *materialiter*,
192 Lex civilis occulta non præcipit. ut sit de materia non indifferenti, præter bonum obedientiæ, sed conducenti ad bonum publicum. Unde lex civilis occulta non præcipit; Canonica verò, ipsa Ecclesia fatente, occulta, non interna præcipit. 1. *Reg.* 16. *c. Erubescant dist.* 32. *c. Christiana* 32. *q.* 5. Et *materia levis* nequit præcipi sub gravi; gravis potest sub levi, ne effectus excedat causæ intentionem, ut pro re parva nequit gravis pœna imponi. *l. Sancimus* 22. *C. de pœn.* VII. debet esse promulgata juridicè, *Auth. Ut facta novæ constitutiones, collat.* 5. Eo modo, quo innotescat illis, quos constringit. *l. Leges* 3. ibi, *Divulgari, C. de legib. l. Regula* 9.

(Materia levis nequit præcipi sub gravi, sed è contra.)

193 Leges sunt acceptandæ à populo. *D. de jur. & fact. ignor.* VIII. tenetur Populus illam acceptare; nam vi justitiæ legalis tenetur ad bonum publicum commune à lege intentum; qua ratione non est lex turbationem, ac seditionem movens. In dubio autem an sit usu recepta, pronunciamus pro possessore. (3)

Divisio legum. Lex dividitur in *Naturalem, Gentium, Civilem, Canonicam*.

Naturalis, ut *inclinatio*, est, quod natura omnia animalia docuit, ut *est regula* à Deo natura naturante hominibus promulgata. Triplex *Specialis, Generalis*, & *Individualis*. Ex quo ju-
194 Alimenta debentur jure naturali. re naturali debentur alimenta omnibus filiis, & parentibus aliunde non habentibus. *l. Si quis à liberis D. De liber. agnosc.* & in pari causa potiùs tenetur filius patri, à quo plura beneficia, à quo potest pro alimentis vendi. *tit. C. de Patr. qui Fil. su. distr.* à quo magis diligitur. *l. Nam etsi* 15. *D. de inoffic. testam.* Et quondam occidi poterat; quàm filio, à quo nulla beneficia, à quo nequit pro alimentis vendi, & minus diligitur, & nunquam occidi permissum. Nec alimenta regulantur à successione debita filio, non patri; cum filio diviti successio, non alimenta debeantur; & spurio non successio, sed alimenta, *c. cum haberet* 5. *de eo, qui duxit in matr.*

(Non regulantur à successione.)

195 Defensio est de jure naturæ. Ex eadem lege naturali est defensio; *Can. Jus naturale, dist.* 1. Quæ est justa cum *moderamine inculpatæ tutelæ*; scilicet eo modo, quo nisi fiat, res auferatur ab injusto aggressore, *l. Scientiam* 46. *§. qui tum aliter, D. ad l. Aquil.* & licet pro omni re; ne detur ansa ad delinquendum, & ne quis duplici ignominia afficiatur spretus rei etiam parvæ, se præsente, violenta ablatione. (4) *l. Si ex plagis* 52. *§. Tabernarius, D. eod.* & cum liceat vis etiam pro defensione libertatis. *l. Vim vi, D. de justit. & jur.* licet sine fuga se ipsum tueri occisione injusti aggressoris; secus daretur ansa delictis, & inermibus aggrediendi fortes, cogendo illos fugere, ne occidant aggressores, quod risu excipiendum. (5)

Gentium, quæ servatur ferè inter omnes homines, ex quo jure est bellum. *l. Ex hoc jure* 5. *D. de justit. & jur.* quod est actus justitiæ, quo quis sua defendit, vel recuperat, injuriam arcet, vel vindicat. D. August. 22. *contr. Faust.* licitum habenti *authoritatem, causam, rectam intentionem*. Vi cujus, bona capta in bello, *mobilia* sunt capientium, nisi aliud jure fuerit dispositum. *l. Si quid* 28. *D. de captiv. & Postlim. Stabilia*, Regis indicentis bellum. *l. Si captivus* 20. *D. eod.* Hominess, servi capientium, nisi sint Christiani, *l. Hostes* 24. *D. eod.* Sed si habeant postliminium, hoc est, fingantur non capta, quæ recuperantur. *l. Postliminii* 5. *D. eod.* debentur recapta primis Dominis; tales sunt *Homines. l. Si quid* 28. 29. 30. *D. eod.* Bona *Stabilia. l. Si captivus* 20. *§. expulsis, D. eod.* Et *Mobilia servientia* ad usum belli. *l.* 2. *D. eod.* in quibus omnibus currit Postliminium. Regens Capyc. Galeota *res. Fisc.* 13. *num.* 26. Cùm in reliquis non currat, nisi recuperentur illicò, antequam ducantur intra præsidia; nam capta non dicuntur, illicò recapta. Galeota *loc. cit.* Franch. *dec.* 208.

(196 Jus Gentiũ.)

(197 In bello mobilia sunt capientium, stabilia indicentis belliũ.)

Civilis, quam unaquæque Civitas sibi constituit. *l. Jus civil. D. de justit. & jur.* 198 Lex civilis

Insuper lex dividitur in *Præceptivam*, quæ obligat in conscientia etiam ad mortale, si id exprimat Superior dicendo: *districtè præcipimus*, &c. *Pœnalem*, quæ obligat tantùm ad pœnam. *Mixtam*, quæ ad utrumque. Et pœna imposita ipso jure, debetur, exceptis censuris, post sententiam. *c. Vergentis* 10. *de Hæret. c. cum secundum leges* 19. *de Hæret. in* 6. Et sic ante sententiam declaratoriam nemo tenetur se privare electione, beneficio, &c. (6) Dividitur.

Causa effectiva legis est superior supremus, seu alius ab illo, ad id specialiter delegatus, cùm sit res specialis, *c. fin. in fi. de offic. deleg.* An autem Sacra Congregatio possit condere leges? & affirma; non ex se, sed si habeat specialem concessionem à Summo Pontifice, ut supra.

Cessante autem Legislatoris fine adæquato in casu particulari non solùm motivè, contrariè, 199 Cessante fine legis, cessat ipsa lex.
sed etiam negativè cessat lex. *l.* 1. *D. quor. legat. l. Si quis à liberis* 3. *D. de liber. agnosc.* ut currente fine lex currit. *c. secundo requiris* 41. *de appellat.* Nec officit legem ferri pro bono communi non cessante, quando in particulari finis cessat; *Nam* nec per hoc exempti comprehenduntur lege ad bonum publicum; ut enim stante bono communi à lege intento, voluntas Legislatoris cessat in casu particulari exempti, ita in illo, in quo finis cessat; Utrobique ergo, vel neutrobique debet lex cessare. Nec officit 2. *l. Prospexit, D. qui, & à quib.* Nam ibi probatur nostra sententia, scilicet non posse torqueri existens extra Provinciam, quia cessat finis torturæ. Finis autem jejunii non cessat, qui est exercere virtutem temperantiæ; nec licet clandestinum matri-

(3) Juxta Propositionem ab Alexandro VII. damnatam 28. in ordine. *Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem à Principe promulgatam.*

(4) Hinc attendenda Propositio inter damnatas ab Innocentio XI. 31. *Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei.*

(5) At si ignominiosum non sit invaso, fugere, fugere tenetur, ut religiosus.

(6) Vide Propositionem 20. reprobatam ab Alexandro VII. *Restitutio à Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam Judicis, eo quod sit pœna;* & DD. qui de Propositionibus damnatis tractant.

matrimonium, quia nunquam cessat finis prohibitionis, qui est, ne possit unam ducere relicta alia, & ot ducens puniri valeat.

200 Legislator legibus non subditur.

Subditus tenetur legibus; & sic Legislator non tenetur vi suarum legum nec coactivè, nec directivè. *l. Illo à quo 13. §. tempestivum, D. ad Trebell.* tenetur tamen se conformare toti, cujus est pars, quia pars debet bonum totius velle, & ita intelligitur. *l. Digna vox, C. de legib. c. cum omnes 6. §. cum igitur de constit. c. pro illarum de præbend. c. ensstum 2. dist. 9.*

201 Existens extra territorium legibus non obligatur.

Subditus existens extra territorium, legibus non obligatur, quia lex loco circumscribitur. *c. 2. de constit. in 6. l. 2. D. de legib.* ibi *Qui in Civitate sunt. l. Extra territorium 20. D. de jurisdict. omn. Judic.* Et existens in loco exempto, est ac si existeret extra territorium, *Gloss. in Clem. 1. vers. Ut tamen. de foro compet.* (7)

202 Et peregrinus legibus suæ patriæ non obligatur, nec loci ubi est.

Peregrinus non ligatur legibus loci suæ Patriæ; quia est extra. *c. 2. de constit. in* 6. Nec legibus loci ubi est, nisi fiat pars illius, & sic Civis. *c. à nobis 21. de sentent. excomm.* Ecclesiasticus verò non subditur legibus laicis, quia non est subditus, nisi juxta *Tex. in c. 1. & 2. de novi oper. nunc.* non enim lex laica obligat personam, aut bona Ecclesiastica. *c. si diligenti, D. de foro compet.*

203 Lex civilis Clericos non adstringit.

204 Unica actione duplici præcepto satisfieri potest.

Unica actione potest quandoque satisfieri multiplici præcepto, putà unica eleemosyna data extremè indigenti, potest satisfieri voto, & præcepto.

A lege excusat ignorantia invincibilis, sive juris, sive facti, *c. ut animarum 2. de constit. in* 6.

205 Quomodo fiat legis interpretatio.

Interpretatio legis potest fieri. I. aothenticè à Legislatore. *l. 1. C. de legib.* II. per consuetudinem. *l. De quibus 31. l. Diuturna 33. 34. 36. D. de legib.* III. à Judice, diciturque Judicialis, *l. Non possunt 12. D. de legib.* IV. doctrinalis, quæ fit à Doctoribus, quæ potest esse *extensiva, extendendo* de loco ad locum; *Comprehensiva*, & *Restrictiva*, scilicet per *Epiikam*, interpretando scilicet secundùm æquitatem, & voluntatem Legislatoris, quod hic, & nunc decerneret. *l. 1. C. de legib.* Aristot. 5. *Nicomachiæ c. 10.*

De Consuetudine.

§. I.

DE Consuetudine agit D. Thomas 1. 2. *quæst. 97. art. 3.* & habetur in titulo Decretalium *de Consuetudine*, & in *l. de quibus*, D. *de legib.*

206 Consuetudo quid.

Definitur Consuetudo, quod sit Jus *quoddam moribus introductum. Can. Consuetudo. dist. 1. §. fine scripto. Instit. de jure Naturali, Gentium, & Civili.*

Quotuplex sit Consuetudo.

Quotuplex.

COnsuetudo est triplex. Prima contra Legem. Secunda præter Legem. Tertia secundum Legem.

207 Debet esse rationabilis.

Consuetudo ut tollat legem, debet esse rationabilis, & legitimè præscripta. *Cap. finali de Consuetudine.* Per ly *Rationabile*, intelligitur quod non sit contra Jus Divinum, aut naturale. Secundum Gabrielem *in 4. dist. 42. quæst. 1. art. 3. dub. 6.* Navarr. *lib. 3. cons. 7. num. 3. de censibus.* Sanchez *lib. 7. de matrimon. disp. 4. num. 14.* Et hoc licèt Consuetudo consurgat ex actibus iniquis contra legem humanam. Cajetanus 1. 2. *quæst. 97. art. 3.* Vide Tanderum *tom. 2. disp. 5. quæst. 7. dub. 1. n. 7.* decisionem Rotæ 28. *Aprilis* 1597. Farinacium in posthumia *tom. 1. decis. 28. num. 1.*

208 In dubio Consuetudo præsumitur rationabilis.

Nisi sit à lege reprobata.

In dubio an Consuetudo sit rationabilis, præsumitur quod sic: Sancius *tom. 2. lib. 7. disp. 145. num. 14.* Suarez *lib. 7. de legibus cap. 6. num. 15.* Quod non est dicendum, si talis Consuetudo sit reprobata à lege. *Cap. 3. de eo, qui mittitur in possessionem*, ratio est, quia reprobatio Consuetudinis tunc est certa, & dubia rationabilitas in oppositum. Castrus Palaus *tom. 1. tract. 3. disp. 3. p. 2. §. 1. num. 5.* Qui tamen rectè asserit non constringi posteros ad investigandum an Consuetudo sit rationabilis, & justa. Bartolus in *l. de quibus, D. de legib.*

Quæres, quæ diuturnitas temporis requiratur ad hoc, ut Consuetudo dicatur præscripta?

209 Tempus ad præscribendam Consuetudinem

Decennium.

REspondetur requiri decennium, licèt Princeps sit absens, & sit contra legem Canonicam. Ratio est quia requiritur longum tempus. *l. 1. & ultima, Cod. de præscript. longi temporis.* Longum aotem tempus est spatium decem annorum. §. 1. *Instit. de usucapionib.* Castrus Palaus supra *disp. 5. p. 2. §. 2.*

210 Contra Ecclesiam per 30., aut 40. annos præscribitur.

Nec refert contra Ecclesiam non præscribi nisi per triginta, aot quadraginta annos: ut hic suppono in materia *de Præscriptionibus*. Nam qui præscribit contra legem Ecclesiasticam, non præscribit contra res Ecclesiasticas; cum leges non sint res Ecclesiasticæ. Insuper præscriptio contra leges Ecclesiæ, non est contra voluntatem Legislatoris, cum inducatur ejus consensu promulgato in *cap. ultim. de Consuetudine.* Adde quod nisi sufficerent decem; requirentur centum; nam contra res Ecclesiæ Romanæ non præscribitur nisi per centum annos. Ergo similiter deberet dici de præscriptione contra leges, quod non dicitur, & hinc nostram opinionem docuit Rota *in noviss. decis. 375.*

211 Contra Ecclesiam Romanam per 100. annos.

Unde rejicimus, Tanderum *to. 2. disp. 1. sect. 7. dub. 1. n. 8.* Roin. *lib. 4. cons. 115. n. 90.* qui putant ad præscribendum contra leges Canonicas, requiri spatium quadraginta annorum, quibus accessit Rota *decis. 13. die 13. Maii* 1630. Imò non displicet, quod ex Soto docuit Gransdus 1. 2. *controvers. 7. tract. 3. p. 2. dis. 16. sect. 1. num. 1.* Consuetudinem scilicet tunc dici legitimè præscriptam quando prudentis arbitrio, perspectis circumstantiis, Consuetodo tamdiù duravit, ut credatur innotuisse Principi; nam tunc creditur Principem cedere juri suo ob contrariam Consuetudinem, quam non reprobat, sequitur Pontius *lib. 6. de matrimon. cap. 5. num.* 8. Corrasius *in l. de quibus num. 8. D. de legibus.* Menochius *de arbitrariis lib. 2. centur. 1. casu* 88, *num.* 6. Cujacius *lib. 2. observationum cap.* 1.

212 Tunc est præscripta, quando viri probi servant.

Et observatione est dignum, quod docuit Duailius 1. 2. *tract. de legib. quæst. 7. art. 2.* In conscientia tunc est legitimè præscripta Consoetudo, quando illam viri probi servant, & hoc etiam in pœnis à jure statutis.

Sine interruptione.

Hæc tamen Consuetudo contra legem non debet interrumpi per contrarios actus. Rota in una *Viterbiensi Decursus aquarum* 15. *Martii* 1604. *coràm Gregorio XV. dist.* 18. *num.* 9. Surdus *vol. 3. Consiliorum cons. 193. num. 23.*

213 Potest abrogare, aut pœnam, aut culpam, & utramque.

Consuetudo potest abrogare pœnam legis, & & non culpam, & culpam, & non pœnam. Suarez *lib. 7. de legibus cap. 19. num. 13.* Navarrus *cap. 27. num.* 250. patet ex *Can. cum multis dist.* 11. ubi

filii

(7) Vide tamen DD. fusè de hac re agentes, & quid locus exemptus, & quomodo exemptus.

filii Clericorum nascebantur servi, in pœnam delicti, at hodie durat peccatum, & pœna non est in usu.

214 Pro ingressu in Monasterium aliquid dare, aut accipere censura vetitum fuit. Ut infra tit. de Regul.

Similiter in *Extravag.Com.1.de simon.* quæ recessit ab usu quoad censuram contra illos, qui dant, vel accipiunt aliquid pro ingressu in Monasterium. Ratio à priori est; quia Princeps hoc modo potest condere leges. Ergo etiam Consuetudo, quæ vim habet ex tacito consensu Principis. *Cap.ult. de Consuetudine.* Malderus 1.2.q.97. art.3.num.3.Sancius 7.*de matrimon.disp.*4.n.11. Contra Pontium 6.*de matrimonio cap.*6.*num.*5. qui ad inducendam Consuetudinem requirit expressum consensum Principis, & id decisum quando Consuetudo contra Canones, refert in una *Trevarensi Abbatiæ* 14 *Januarii* 1625.

Mihi placet opinio Sancii, quam sequitur Vasquez, & Montesinus cum Lorca.

Consuetudo potest etiam introduci contra Legem improbantem Consuetudinem de futuro. Castrus Pal. *tract.*3.*disp.*3.*par.*4.§.2.*num.*7. Pontius *lib.*6.*de matrim.cap.*6.*num.*19.

Quænam sit frequentia actuum sufficiens ad introducendam Consuetudinem?

215 De actuum frequentia ad inducendam Consuetudinem, variæ opiniones.

SA V. *Consuetudo n.*5. ex Jasone in *l. de quibus, D.de legibus num.*11.ait duos actus judiciales notorios sufficere. Sed in civilibus extrajudicialiter requirit quatuor. Duallius 1.2. *tract.de legibus quæst.*4.*art.*2. ex *cap.cum Ecclesia de causa possessionis, & proprietatis.* Et Sylvester V. *Consuetudo num.* 4. ait unum actum diuturnum: ut pons super plateam, efficere Consuetudinem; itaut deinceps possit sine Principis licentia alius ædificari, & hoc licet ædificium pontium spectet ad Principem.

Sed Sylvius 1.2.*quæst.*97.*dub.*1.*num.*8. Suarez *lib.*7.*de legibus num.*2. ajunt per actus judiciales probari Consuetudinem esse introductam. Donellus *lib.*1.*Commentariorum cap.*10. undè rectè in *l.nam Imperator* 38.*D.de legibus*, dicitur ambiguitates tollendas esse Consuetudine, aut rebus judicatis perpetuo. Quod nota pro allegationibus Decisionum: nam jure optimo nunc servatur causas decidendas ex Decisionibus in ambiguis articulis Juris; imo facit textus ad literam in dicta *l.* 37.

216 Decisiones in rebus ambiguis à jure non decisis, attendendæ.

Sed videtur fortitèr obstare textus in *l.2.Cod. quæ sit longa Consuetudo* ubi *Consuetudinis ususque longævi,non vilis auctoritas,verum non usque adeo sui valitura momento,ut aut rationem vincat,aut legem.* Ergo Consuetudo non potest tollere legem, licet longæva per decem annos, contra textum in *l.de quibus,D.de legibus,*& in *cap. ult.de Consuetudine.*

217 Obstat textus in *l.2. C. quæ sit longa Cons.*

DD. torquentur in ejus explicatione.

Distracti sunt Doctores ob hujus textus difficultatem. Baldus ad dictam *legem secundam* ait Consuetudinem, contra legem rationabilem non valere. Quæ responsio non est probanda; nam hinc nulla lex humana posset per Consuetudinem tolli: cum omnis lex humana sit rationabilis, ut obliget. *Can.Erit autem dist.*4.

Similiter frivola est responsio, quod scilicet Consuetudo habeat vim legis, ubi est introducta, non alibi, ut rectè Salicetus ad dictam *l.*2. Nam Consuetudo comparatur cum lege, in loco ubi est; quia in alio loco, auctoritas Consuetudinis nulla est, non solum non est vilis, ut in dicta *lege* 2.

Nec est ad rem responsio Gregorii Lupi in *l.*3.*tom.*2.*part.*1. qui dicit illam legem non tollere Consuetudinem, quæ à lege est reprobata; nam in dicta lege, non est sermo de Consuetudine reprobata, cujus auctoritas nulla est; sed est sermo de Consuetudine, cujus auctoritas non est vilis, ut ubi loquitur textus.

218 Approbatur sententia P. Vasquii.

Respondeat ergo subtilitèr Vasquez 1. 2. *disp.* 177. *cap.*7.*num.*62. Quod Imperator non dixit Consuetudinem non vincere legem, sed addidit *sui momento*, hoc est sua virtute, & hoc subtilissimè; quia Consuetudo non habet ex se tollere legem, sed habet ex consensu Principis, Consuetudinem non reprobantis. Et eodem modo respondeas ad textum in *cap.* 1. *de Feudi cognitione*, ibi: *legum autem Romanarum,non est vilis auctoritas, &c.*

Qui debeant esse actus, ut Consuetudo introducatur.

219 Actus debent esse voluntarii, nō ex errore, aut ignorātia.

ACtus vero, qui Consuetudinem inducunt debent esse omninò voluntarii, non ex errore, aut ignorantia; ut si quis crederet se obligatum, quando obligatus non est. Menochius *lib.*2. *de arbitrariis centur.*5. *casu* 494. *num.*40. Rota in una *Giennensi portionis die* 13. *Decembris* 1613. *coram Buratto p.*1.*decis.*9.& *decis.*19. *num.* 11. Panormitanus in *cap. finali de Consuetudine.* Granadus 1.2.*centur.*7.*controv* 7.*tract.*3. p.2.*disp.*16.*sect.*2.*num.*10.

Hinc patet quid dicendum de Consuetudine aliquid non comedendi; quia revera nullum extat Ecclesiasticum præceptum. Fagundez *de præceptis Ecclesiæ præc.*4.*lib.*1.*cap.*2. *num.*10. Azorius *tom.*1.*Instit.moralium lib.*7. *cap.*10.*quæst.*2. Pellizarius in *Manuali regularium tom.*1.*tract.*5. *cap.*5.*num.*2. Dominicus in *Can. Denique dist.* 4. & alii plures apud Guimenium in *Opusculo pro Jesuitis tract. de Jejunio proposit.*7. qui *proposit.* 2. refert Reginaldum, & Laymanum, quibus addo Pascaligium, & De Afflictis qualificatorem inquisitionis, Mazarinum Magistrum Sacri Palatii in Urbe Romana, qui omnes pronuntiarunt cum Illustrissimo Medices nostram opinionem esse tutam, nec contra bonos mores; quam opinionem deinde secuti sunt innumeri, Tamburinus, Escobar, Filiucius, Sancius, Sanchez, Pascháligius, quos omnes in suis locis in *observat.* 6. *Apologetica* ad literam adduco, & in *quæst.prima Quæstionum peregrinarum*: ubi rationes videbis. Remissio.

De Consuetudine præter Legem.

§. II.

220 Consuetudo præter legem.

COnsuetudo præter Legem fit ex frequentia actuum, quæ Consuetudo tunc tantum legem inducit, quando est introducta cum animo obligandi. Aliquando enim ex mera devotione introducitur Consuetudo, quæ licet in posterum credatur obligatoria, revera itá non est: itaut ubi primum posteris constabit non fuisse introductam animo obligandi, tunc obligatoria non est simplius. Villalobos in *Summa tom.* 1. *tract.*2.*difficult.*78.*num.*10. Sic non obligat Consuetudo salutandi SS.Virginem, sumendi aquam in ingressu Ecclesiæ, recitandi Matutinum ante Missam. Bellarminus *lib.*4. *de Romano Pontifice cap.* 18.

221 Introducta aliquādo ex devotione.

222 In dubio non præsumitur introducta animo obligandi.

In dubio an Consuetudo sit introducta cum animo obligandi, non præsumitur sic introducta; quia nemo in dubiis præsumitur se obligasse. Argumento textus in *cap. olim*, & *cap. in pœnis.de regul.juris in* 6. Basseus in *Floribus Theologiæ*, V.*Consuetudo num.*7. Sanchez *lib.*5. *Consiliorum dub.* 21. Hinc Doctores primæ Classis non solum asserunt esse dubiam, sed contendunt nullatenus obligare, & tantum servari ex ignorantia,

rantia, qua homines simpliciores putant se obligatos, cum non sint, Consuetudo non obligat; Videas Sanchez *lib.*4. *Decalogi cap.*11. *num.* 52. In jejunio parvitas materiæ sunt duæ unciæ. Diana *par.*5. *tract.*5. *resol.*11. & *part.*11. *tract.*6. *resol.*53.

223 An moniales extra chorum, teneantur recitare divinum Officium.

Pronunciamus ex eodem principio Moniales non teneri in conscientia extrà Chorum ad recitandum Divinum Officium, nam non est certum Consuetudinem esse obligatoriam, & nullum extat Ecclesiasticum præceptum (8). Cajetanus in *Summa* V. *Hora*, qui dicit nec Religiosos non in sacris teneri. Ledesma in *Summa p.*2. *tract.* 9. *de Relig. c.*4. quia non constat Consuetudinem esse introductam sub onere peccati mortalis. Idem docet Armilla, & Bartholomæus Fumus ex eodem Ordine Prædicatorum, V. *Hora num.* 4. qui dicit meliorem esse opinionem Cajetani, quod scilicet Religiosi non in sacris non teneantur recitare Horas Canonicas. Brunus *de privilegiis Regularium par.*2. *tract.*8. *cap.*4. *propose,* 5. qui ait non esse certum Religiosos non in sacris teneri ad recitandas Horas. Et beneficiatum vacantem studio posse recitare per alium, & suæ satisfacere obligationi, docuit Landulphus Abbas antiquus, Lucas de Penna, & alii apud Sanchetium *lib.*2. *Consilior. cap.* 1. *dub.*62. Quod probabile dixit Sylvester, V. *Hora quæst.* 2. *dictio* 3. (9) Et quis licet memoria tenax, non tenetur recitare Horas, licet omnia sciat memoriter: Sotus *de Justitia lib.* 10. *quæst* 5. *art.* 3.

Referuntur variæ DD. sententiæ.

224 Affirmant aliqui non teneri.

Ut igitur ad nos redeamus, sustinemus Moniales extrà Chorum excusari à recitatione Divini Officii. Lessius in *resolutionibus posthumis* 22. V. *Hora Canonica casu* 14. Caramuel in *Regula D. Benedicti disp.*103. *art.*2. *resol.*8. *nu.*1358. Marchantius apud Dian. *p.*10. *tract.*12. *resol.*45. Martinus de S. Joseph in *Monitis tom.*1. *lib.*1. *de Ordine tract.*16. *num.*3. Bordonus in *Consiliis Regularium res.*30. *num.*3. Vega *in Summa tom.* 1. *cap.*128. *casu* 7. Medina, Complutensis, Villalobos, Rodriquez, Castrus *de lege pœnali lib.*2. *cap.* 8. qui docet Fratres Dominicanos non peccare omittendo Officium, nisi de decimis, & fructibus Ecclesiæ alantur. Et Angelus V. *Hora Canonica* docet cum Riccardo non esse mortale relinquere Horas Canonicas ex negligentia, sed ex fastidio Divini cultus, (10) & Thomas *par.* 3. *cap.*7. *dub.* 1. Aragonius 2.2. *quæst.*83. *artic.*12. *concl.*3. putant non esse mortale semel, aut iterum relinquere Divinum Officium: (11)

225 Horæ Canonicæ.

226 Parochus dispensat quando adiri nequit Episcopus.

Nota hinc Parochum posse dispensare in festis, & in Jejuniis ex Consuetudine introductis, quotiescumque Episcopus adiri non potest. Cajetanus V. *Jejunium cap.*3. Navarrus *cap.* 21. *nu.* 21. Imo Rodriquez *tom.* 2 *quæst. Regul. quæst.*46. *art.* 9. affirmat Parochum posse dispensare in votis, in quibus potest Episcopus ex præsumpta voluntate Pontificis, si currat necessitas aliqua, nec sit facilis aditus ad Pontificem. (12)

An Lex possit tollere Consuetudines?

Distinguendum est: nam vel Consuetudo est rationabilis, & honesta, & tunc non potest per legem tolli. *cap.* 1. *de rescriptis in* 6. *Can. Erit dist.* 4. ubi lex esse juxta Consuetudinem. Vel Consuetudo est indifferens, sed vehementer in populo radicata, & tunc nec potest tolli: ad quid enim talis lex, quæ non potest esse ad bonum commune, cum tollat illam, quæ à communitate pacificè observatur; & consequenter talis lex non potest esse ad bonum commune. Adde quod lex tunc moraliter est observatu impossibilis, ut si vellet nobiles, & ignobiles indiscriminatim conversari ex dicto *Can. Erit. dist.*4.

227 Rationabilis consuetudo non tollitur a lege.

Si verò sermo sit de Consuetudine; quæ bonum promovet; tunc obligaret Lex, quæ talem Consuetudinem tollit, si acceptaretur, *Can. in istis,* §. *Leges dist.*4. ubi dicitur: *Leges firmantur, cum moribus utentium approbantur.*

In hoc ergo sensu leges possunt tollere Consuetudinem, scilicet si lex directè sit contra Consuetudinem. Etsi lex potest explicari, ita ut Consuetudinem non tollat, ita est explicanda; nam leges legibus sunt concordandæ. *l. unica, Cod. de inoffi. iosis dotibus.*

228 Leges, legibus concordandæ sunt.

Observa, quod lex generalis non tollit Consuetudinem specialem alicujus loci. *cap.* 1. *de rescriptis in* 6. Nam præsumitur Legislatorem illam Consuetudinem ignorare. Et idem est si lex fieret pro una Provincia; nam tunc non derogat Consuetudini illius Provinciæ; quia forte si sciret Legislator Consuetudinem oppositam, legem non ferret, cum leges debeant consonare Consuetudini. *Can. Erit. cit. dist.*4. Suarez *lib.*7. *de legibus cap.*20. *num.*7.

229 Lex generalis non tollit Consuetudinē specialem.

Observandum est, quod non attenditur Consuetudo universalis, quando adest specialis, puta non attenditur Consuetudo totius Diœcesis, quando in propria Patria est specialis Consuetudo. *cap. super eo. de censibus.* Bartolus *in l.*2. *nu.* 41. *Cod. quæ sit longa Consuetudo.* Parisius *lib.*4. *cons.*25. *num.*42. Cavalerius *decis.* 95. *num.* 3. & *decis.*419. *num.*4. Consuetudo ergo particularis generali prævalet.

230 Specialis Consuetudo attenditur, etsi adsit universalis.

Consuetudo non extenditur de loco ad locum, neque de persona ad personam *l.*3. §. *si quis hoc interdicto,* ubi Bartolus *D. de itinere, actuque privato. l. jus singulare,* & *l. quod verò contra, D. de legibus.* Decius *cons.*483. *num.*21. Unde Consuetudo in particulari probari debet. Paulus de Castro *cons.*340. *in fine lib.* 2. Craveta *cons.* 96. *num.*4. Mantica *decis.*284. *num.*6. Menochius *de reti-*

231 Consuetudo non extenditur.

(8) Licet Auctor clariùs se explicet referendo DD. placita, cum de Horis Canonicis disserat circa hanc quæstionem; Tamen notandum probabiliorem esse contrariam opinionem, quam refert, & sequitur Jo: Clericatus *decis.*25. *de Sacramento Ordinis num.*41. & *seqq.* ubi ex Salmanticensibus *tract.*16. *de Horis Canonicis c.*2. *n.*19. Diana *p.*10. *tract.*13. *res.*49. *in Coord. tom.*3. *tract.*6. *resol.*12. *ad* 17. Suarez *tom.*2. *de Relig. lib.*4. *cap.* 27. *num.*9. Sanchez *Consil. tom.*2. *lib.*7. *cap.*2. *dub.*3. *n.*6. & 12. Baldello *tom.*2. *lib.*3. *disp.*22. *num.*13. Donato *de Regul. tom.*4. *tract.*18. *quæst.*8. & 9. ubi *num.*4. ita habet: *Contraria opinio mihi videtur omni probabilitate carere, ut dicemus, quia sit temeraria contra communem, scandalosa, & odiosa salutis animarum.*

(9) Cum onus recitandi horas Canonicas sit personale non posse per alium satisfieri communis, & certa sententia est, contra assertionem istorum ab Auctore relatos, quorum opinio jam antiquata, & improbabilis exstitit; præsertim post *Propositionem* XXI. in ordine ab Alexandro VII. damnatam, quæ sic habet: *Habens Cappellaniam collativam, aut quodvis aliud beneficium, si studio litterarum vacat, satisfacit suæ obligationi, si officium per alium recitet.* Sic Auctor istorum Doctorum reprobando assertionem, & citatam Propositionem explicando doctè firmat per alium non posse Divino Officio satisfieri. *Anacephalæosis num.*842. *ad* 849. Verum circa opinionem Soti, verissimum est teneri, quia tenetur ad id, quod potest per semetipsum.

(10) Quod est reiciendum, ut improbabile.

(11) Quodque similiter improbabile est.

(12) Sed circa hanc rem praxis consulenda. Hæc enim plurimum juvat, si probata sit.

Nisi fuerit eadem ratio, & æquitas.

*retinenda possessione remed.*15.*num.*92. qui *n.*95. ait posse Consuetudinem extendi de casu ad casum, quando est eadem ratio, & æquitas patitur exteosionem, quia ut ait Cravetta *cons.*238. *num.*8. Consuetudo rationabilis æquivalet veritati; undè attendi potest Consuetudo vicinarum Civitatum, & sequenda in judicando est. *cap. cum eo. de causibus. cap.cum olim.de Consuetudine.* Salas *de legibus disp.*19. *sect.*14. *num.*10. & Consuetudo probatur per famam, Cinus in *l.* 2. *Cod. quæ sit longa Consuetudo, verbo* 2. *quæritur.* Mascardus *lib.*2.*concl.*253.*num.*45.

232 Consuetudo probanda, non assumenda est.

Allegans Consuetudinem illam debet probare. Farinacius *tom.*3. *in practica criminali de pœnis temperandis quæst.*95.*num.*32.

233 Immemorabilis non tollitur per clausulas generales eam irritantes.

Consuetudo immemorabilis non censetur revocata per clausulas generales revocantes Consuetudinem. Afflictus *decis.* 254. Covarr. *lib.* 3. *variarum cap.*13.*num.*5. Menochius *cons.*93.*n.*3. Sacra Congreg. 4. *Maii* 1573. teste Bellarmino *in Trid.* Posthuma Farinacii *tom.*2.*decis.*286.*nu.*1. Gonzalez in *regulam* 8. *Cancellariæ.* Glossa 33. *num.*5. Quod secus est in Consuetudine irrationabili. Veoatos *decis.*71.*num.*3.*&* 7.

An Consuetudo excuset Delinquentes?

234 Excusat à pœna.

Consuetudo excusat à pœna. Glossa in *cap. sanè. V. Antiqua. de temporibus ordin.* Gl. in *Can. Flagitia, V. Omnes* 22.*q.*6. Ratio est, quia qui sequitur communem errorem non est in dolo. Gl. in *Can. Denique. V. Consuetudo dist.*4. Tiraquellus *de pœnis temperandis causa* 42.*num.*1. ubi refert DD. in oppositum. Vide Grammaticum *decis.*50.*num.*5. textum in *l. si pignore, §. finali,* ibi: *nam usu hoc evenerat. D. de pignoratitia actione. l. quid sit fugitivus, §. apud Labeonem,* ibi: *quia id facis, quod si publice facere licere arbitrabatur. D. de ædilitio edicto.*

Et Consuetudo etiam de re illicita: ut de ludis, in quibus sequitur homicidium, licèt non excuset à peccato, excusat à pœna ordinaria, & extraordinaria. Bartolus in *l. quid sit fugitivus, §. apud Labeonem. D. de ædilitio edicto,* ubi Salicetus, & viginti alii DD. apud Farinacium *tom.*3. *in practica criminali de pœnis temperandis quæst.* 95. *per totum.* Vide textum in *cap. dilectus. de excessibus Prælatorum.*

Consuetudo secundum Legem.

§. III.

235 Consuetudo interpres legum.

Optima Legum interpres Consuetndo *l.*36. *l.*39. *in fine, D. de legibus. cap. cum dilectus, de Consuetudine.* Montesinus 1.2.*tom.*2.*disp.*23.*de legibus quæst.*76. Seraphinus *decis.*606. *num.*17. Lex enim interpretanda est juxtà Consuetudinem loci, licet verba legis essent minus propriè exponenda. Gloss. in *cap. nulli. de rescriptis,* ratio est quia lex potest tollere legem, & Coosuetudo potest etiam tollere legem. *cap. finali. de Consuetudine.* Ergo multò magis poterit legem explicare *l. de quibus* 32. ibi: *cum ipsæ leges nulla alia ex causa nos teneant, quam quod judicio populi receptæ sunt,* & notabilis satis est textus in *l. nam Imperator* 38. *D. de legibus,* ubi: *in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiscuntur Consuetudinem, aut rerum perpetuo similiter judicatarum auctoritatem vim legis obtinere debere.* Vide Sylvestrum *V. Præceptum num.*2. Et consequenter fit quod licet lex non obliget ad mortale quandoque, tamen obligabit ex Consuetudine: nisi per errorem Consuetudo introducta sit sub mortali: puta quia credebant se à lege obligari. Cajetanus 2.2. *quæst.*186. *art.*9. *ad primum.* Navarrus *cap.*21.*num.*11.

Quinam possit introducere Consuetudinem?

236 Consuetudinem introducit. Communitas.

Communitas potest Consuetudinem introducere, dicta *l. de quibus in fine,* ibi: *Consensu omnium, D. de legibus.* Villalobos in *Summa tom.*1.*tract.*2.*dif.*38.*num.*4.

Clerici non tenentur servare Consuetudines Laicorum, & è converso. Sylvius 1.2. *quæst.*97. *art.*2.*concl.*10. Panormitanus in *cap.*11. *de feriis.*

237 Ex devotione non obligat.

Igitur Consuetudo sunt diuturni mores consensu utentium approbati, & si est ex devotione non obligat, si verò sit iotroducta animo obligandi ab illis, qui possunt illam introducere quando sciunt se non esse obligatos, & deliberatè vellent se obligare, tunc habet vim legis, sicuti quando est rationabilis, & præscripta legem tollit, legem corrigit, legem interpretatur. *l.* 1. *§. sed & si. Cod. de veteri Jure enucleando. l. fin. Cod. quæ sit longa Consuetudo. l. diuturna, D. de legibus,* Sotus *lib.*1.*de justitia quæst.*7.*art.*2. Et hæc satis de Consuetudine.

De Constitutionibus.

§. IV.

238 Constitutionum divisio.

Constitutiones aliæ civiles, aliæ Ecclesiasticæ. *Tit. de Constitutionibus,* & *tit. DD. de Constitutionibus Principum.* Ergo de Jure Divino, & Consuetudine jam sermocinati sumus; Jure optimo ad se nos vocant Principis Constitutiones.

Datur Constitutio, Canon, Decretum, Decretalia Epistola, Sanctio, Pragmatica, Dogma, Mandatum, Ioterdictum, Adnotatio, & Præceptum.

239 Constitutio quid.

Constitutio est dispositio facta à Principe. *l.* 1. *D. de Constitutionibus Principum.* Et est lex scripta, *Can. lex dist.*1.

240 Canon.

Canon est Constitutio à Papa in Concilio generali facta. *Decretum* est Constitutio facta à Papa ad nullius consultationem. DD. in *rubrica de Constitutionibus.* (13)

241 Epistola Decretalis.

Decretalis Epistola est Constitutio, quam Papa solus constituit, vel de Consilio Cardinalium.

242 Sanctio.

Sanctio est Constitutio pœnalis. *l. sancimus, D. de pœnis.* Et apud nos sumitur pro omni lege. *l.*2. *§. omnis, Cod. de veteri Jure enucleando. Can. Si omnes dist.*3.

243 Pragmatica.

Pragmatica est Constitutio facta in causa agitata in Concistorio Papæ, vel Principis *l. ultima, Cod. de diversis rescriptis.* Et Pragmatici in Jure dicuntur Interpretes Juris in ordine ad praxim. Undè doctissimus Antonius Faber composuit volumen de erroribus Pragmaticorum.

244 Dogma.

Dogma est Constitutio facta à Papa continens doctrinam Fidei Catholicæ. *Can. qui Episcopus,* ibi: *Fidei Dogmata dist.*23. *Can. Satis dist.*96. ibi: *de piis Dogmatibus.*

245 Mandatum.

Mandatum est, quod traditur circa modum gubernandi. *Titulo Codicis de mandatis Principum.*

246 Interdictum.

Interdictum est lex, qua quid prohibetur. *§. fin autem, Instit. de Interdictis.*

247 Adnotatio.

Adnotatio est Constitutio Principis facta motu proprio, absque consilio Sapientum. Gloss. in *l. fin. C. de diversis rescriptis.*

248 Præceptum.

Præceptum est, quod respicit subditos. Ad differentiam mandati, quod fieri potest non subdito. DD. omnes.

Ha-

(13) Sed vide quæ sunt adnotata ad *tit.*1. *nota* 4. Cum Canonis, & Decreti differentia data fuit.

249 Rescriptum gratiæ, & justitiæ.

Habemus insuper Rescriptum gratiæ, & Rescriptum justitiæ; hoc est scriptum ad alterius petitionem. *cap. 5. de rescript.* Rescriptum gratiæ non exigit cognitionem causæ, licèt possit opponi de obreptione, & falsitate. *cap. adeo 17. de rescriptis*. Rescriptum justitiæ exigit cognitionem causæ, an scilicet causa sit justa; sit verificata, & illis solet apponi clausula *si ità est: si constiterit. cap. ex parte, cap. olim de rescriptis*, & ferè ex toto *titulo de rescriptis.*

Quotuplex sit Constitutio.

§. V.

250 Constitutio duplex.

CONstitutio alia generalis, alia specialis est. Generalis omnes respicit, specialia quasdam personas tantùm, quod solet appellari Privilegium. *l. 1. D. de Constit. Principum.*

251 Privilegium continere debet aliquod utile.

Tantùm hic noto aliqua de Privilegiis, [54] & sic in Privilegio semper debet contineri aliquod utile, ne sit delusorium. *cap. in his. de privilegiis*: & nota ex *l. beneficium 3. D. de Constitut. Principum*. Principis Privilegium plenissimè interpretandum, quod intelligas, nisi redundet in alterius injuriam. *l. 2. §. merito, D. ne quid in loco publico*. Similiter Privilegium non est ampliandum contra Jus commune, *l. si furiosi, D. de nuptiis, l. in testamentis, D. de regulis juris, l. de verbis legis, D. de verb. signif.*

Largè interpretandum.

252 Duplex reale, & personale.

Privilegium unum reale, & conceditur rei, atque durat illa durante. Personale alterum, quod conceditur personæ, & perit illa pereunte, Vide textum in *cap. mandatæ de præsumptionib.* & in *l. Privilegia, D. de regul. juris.*

253 Privilegio renunciare valet particularis.

Quilibet particularis renunciare potest suo Privilegio. *cap. ad Apostolicam. de Regularibus, l. si quis, Cod. de pactis.* Non potest tamen renunciare Privilegio concesso ad bonum commune; ut est Privilegium Fori, & Canonis. *c. si diligenti. de foro competenti*, quod convenit Clerico.

Nisi sit ad bonum commune.

Et Privilegium concessum ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, durat etiam mortuo concedente; quia Sedes durat. Salas *de legibus disp. 20. sect. 20. num. 145.*

254 Conceditur.

Privilegium gratiosum fit ab illo, qui potest leges condere, nec requiritur ut cognoscatur persona, cui conceditur. Navar. *de rescriptis cons. 23.* Sanchez, & alii. Et quanquam textus in *cap. innotuit. de electione*, requirat scientiam illius, cui fuit concessum; idest quia mandatarius excesserat fines mandati: Unde factum fuit rescriptum non habuisse effectum, nisi certiorata persona, cui rescriptum fuit concessum. *cap. 1. V. Ex parte. de concessione prabenda in 6. cap. si tibi absenti. eodem.* Et *l. fin. Cod. de Consulibus, lib. 12.* ibi filius egreditur à patris potestate per dignitatem Consularem, quando recipit literas. Ratio autem est, quia Privilegium est quædam donatio. Et donatio ante acceptationem absenti non acquiritur, & *Auth. Quibus modis naturales efficiantur sui, §. illud, V. Generaliter collat. 7.* ubi legitimatio non prodest absenti ante acceptationem, ut aliqui volunt convenire privilegio per rescriptum, non verò Privilegio per legem; nam leges possunt præmiare etiam ignorantes, & requirunt notitiam quoad pœnas, non quoad commodum. Menochius *lib. 2. de arbitrariis centurio 2. casu 185. num. 5.* Nota sic est in rescripto, in quo nulla est vis legis.

255 Filius familias evadit à patria potestate post dignitatem Consularem.

256 Absenti non prodest legitimatio, nisi acceptetur.

257 Nequit revocari ante acceptationem.

Privilegium non potest revocari à concedente ante acceptationem. *cap. si absenti. de praebendis in 6. cap. quod semel. de regulis juris in 6.*

In dubio privilegium non censetur repugnans Juri, nec tertio, & censendum reale. Pontius *de matrimonio lib. 8. cap. 18. §. 5. n. 5.* Nam Principis Privilegium amplissimè interpretandum, sancitum est in *l. ultima, D. de Constitutionibus Principum*. Si verò à jure communi exorbitet, restringitur. *cap. 1. §. illa verò. de filiis Presbyterorum in 6.* Hinc tale Privilegium exorbitans à jure communi, censetur personale, non reale.

258 Amplissimè interpretatur Privilegium, nisi à jure exorbitet.

In dubio Privilegium non censetur revocatum. Parisius *lib. 2. cons. 62. num. ult.*

259 In dubio nō censetur revocatum.

Habens Privilegium erigendi Oratorium domi, potest illud erigere quocunque transferat domicilium: licèt in rescripto dicatur, concedimus facultatem erigendi in domo Civitatis Neapolitanæ. Novarius in *Summa Bullaris tit. de Oratoriis privatis num. 6.* Megalius *variarum resolutionum tom. 2. resolut. 67.* nam est Privilegium personale, & verba rescripti in Civitate Neapolitana, sunt demonstrativa, non taxativa. Cravetta *cons. 87. num. 11.* Et in dubio verba demonstrativa, non taxativa sunt accipienda. Bart. in *l. cum pater, §. mense n. 8. D. de legatis 2.* Rota apud Dianam *par. 4. tract. 7. resol. 28.* & nomine familiæ ibi veniunt etiam commensales DD. cit. Sed circa id observanda est praxis. Nam si verba determinent Civitatem, an in aliam extendatur, usus docebit, modo sit probatus.

260 Privilegium erigendi Oratorium.

Privilegium invito non prodest, & Privilegium concessum injunctis quibusdam, debet servari secundum injuncta. *l. qui heredem, §. ult. D. de conditionib. & demonstrat.*

261 Privilegium non prodest invitis.

Qui habet facultatem faciendi aliquid cum consilio alterius, tenetur petere, non sequi consilium illius consultoria. *l. dub. Cod. de sepulchris.* Vide Laymanum *lib. 1. tract. 4. cap. 13. num. 16.*

Ecclesia utitur legibus civilibus, quæ non sunt contra Ecclesiam. *dist. 5. per totam. cap. 1. 2. de novi operis nunciatione.*

262 Ecclesia legibus civilibus utitur, ei non repugnantibus.

Si Papa viva voce pronuntiet Episcopum alicujus loci. Si Papa moriatur, deinde ab alio successore tantùm debent suppleri scripturæ, in quibus mentio est facienda de dispositione prædecessoris. Baldus in *l. humanum, Cod. de legibus*. Rota *decis. 882. in antiquis. ex cap. fin. de collatione prabenda.*

263 Papa viva voce eligens Episcopum, ipso mortuo a successore supplentur scripturæ.

An Lex Canonica sit scientia, qua indigeat Theologia?

AFfirma: ità ut sine illa mutila sit Theologia. Probatur. Primò quia multæ veritates fidei Sacris Canonibus decisæ, illis ignotis deviabit Theologus, solo rationis ductu. *c. relatum. c. turbat. dist. 37.* Secundò patet, quia in dubiis fidei Concilium generale, Papæ authoritate stabilitum decidit. *c. 1. dist. 20. Clem. 1. §. porrò. de Summa Trinitate, & fide Catholica.* quæ indaganda sunt in Sacris Canonibus; ergo Theologus mutilus erit ignotis fidei articulis, quæ jure Canonico decreta. Tertiò quia legibus stabiliuntur dirigentia animam; ergò illis indiget Theologus, alias deviabit destitus regula. *l. cunctos populos.* ibi: *hoc etiam secundum Apostolicam doctrinam, & Evangelicam disciplinam Patris, Filii, & Spiritus Sancti una Deitate, sub pari Majestate, & sub una Trinitate credamus. C. de Summa Trinitate, & fide Catholica. Auth. quando oporteat Episcopos. §. nos igitur. c. cum a nobis. de testibus.* ibi: *Canonicos, & civilia jura sequentes, districtius inhibemus.* ergò ad sciendam veritatem fidei, & naturalem, indiget præsidio utriusque juris Theologus, nè cœcus cœcum ducat in foveas, ut luctuosis experti historiis, adhuc deploramus, Theologos fidem in hæresum vortices præcipites dantes, omittentes Sacrorum Conciliorum ducem.

264 Scientia Juris Canonici Theologiæ proficua est.

Præterea Scientiam esse probatur, primo ex Proemio digestorum. ibi: *Professores legitimæ scientiæ.*

265 Rationibus probatur.

Se-

[54] Tractatus Auctoris de Privilegiis cum aliis Opusculis seorsim dabitur.

Secundo ex *l.s.§.proinde.D.de variis,& extraordinariis cognitionibus*, ubi appellatur Sanctissima Sapientia.

266 Alios rectè regere sapientia est. Tertiò, quia Sapientiæ est se ipsum regere, ut ait Philosophus *de regimine Principum*; ergò multò magis est Sapientia, quæ alios, & seipsum regit. *Auth.ut omnes obediant Judici*.unde dicitur, quod lex sit dogma Sapientum.*l.2. D.de legib.l.s. D.de justitia,& jure*, licèt non semper utatur otioso philosophorum discursu *c. Ecclesiarum dist.* 18.

267 Ac Prudentia. Quarto, quia cum imbibas rationem prudentialem,debet ratione regi,& ratione regere creaturam rationalem; & sic habet rationem, & causam decidendi. *c.erit. dist.*4.

268 Jus Canonicum habet sua principia. Quinto, quia haber invariabilia, & per se nota principia, ex quibus deducit, & quibus sua pronunciata firmat, ut rectè demonstrat Caram. *pandoxum in prodormo. a.*1.2.3. *&* 4. numerans inter principia legum nota naturalium, Canonicarum, gentium &c. hoc est, Deus est Dominus, unde infertur Deum esse legislatorem, & Deo obtemperandum, Deum amandum, & proximum. ad *Romanos*. 12. ibi: *qui diligit proximum, legem implevit.* Matth. 22. *a*.35.

269 Leges bonum publicum respicere debent. Et infertur immediatè, leges tantùm posse esse ad bonum publicum, si à potestate humana ferantur, non contra, nec præter bonum publicum commune, non contra Deum, non contra jus naturale; quia debet amare bonum communitatis, cujus est Superior. Et Superior est ut consulat communitati, non communitas instituta est propter Superiorem; sicuti matrimonium institutum est propter sobolem, non soboles propter matrimonium; ut Cancellis boni publici limitetur; nam propter publicum bonum tantùm constitutus est Superior: ex quo principio per se noto emanant leges, quæ sunt promoventes bonum, prohibentes malum communitatis, in quo etiam verissima scientia.

Nec obstat, legem esse variabilem. Nam non per hoc mutatur sapientia legalis, cùm tantùm mutetur materia, non verò mutetur dictamen Sapientiæ legalis consulendi bono publico; & sic mutata communitate, aliis legibus consulendum est, sicuti mutato morbo, aliis medicinis, mutato bello, aliis fortificationibus, ex regula: quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio. *l. de ætate. §.causa.D.de interrogatoriis actionibus.*

De Ecclesiasticis Constitutionibus.

TITULUS VII.

270 Constitutio Ecclesiastica multiplex. Constitutio Ecclesiastica multipliciter solet accipi. Primo pro Canone. Secundo pro Conciliis. Tertio pro Decretis Pontificum. Quarto pro dictis Sanctorum. *Can. prima salus*, cum sequenti usque ad finem 25. *quæst.* 1. De Canone sufficiunt, quæ supra tradidimus. Hic ad alia enumeranda pedem ponamus.

De Conciliis.

§. I.

271 Concilia. INter Constitutiones Ecclesiasticas non ultimum locum habet Concilium, de quibus speciebusConciliaribus nobis modò agendum est.

272 Comitia. Et sicuti Comitia in Republica sunt, quando Summi Magistratus, & Principes in unum conveniunt; ita Concilium est in Ecclesia, quando Præsules legitimi conveniunt in unum, pro dirimenda aliqua controversia circa materiam Religionis,& quæ expediunt bono communi Ecclesiæ, arg. textus *Actuum* 13. (1)

Concilium multipliciter accipitur,& est quatruplex. Primum *Generale*, sive *OEcumenicum*. Secundum *Nationale*. Tertium *Provinciale*. Quartum *Diœcesanum*. S. Augustinus *lib.* 1. *de Baptismo contra Donatistas cap.* 3. Concilium Toletanum IV. *Can.*25. 273 Quatruplex.

Generale est in quo totius Orbis Episcopi legitimè non impediti conveniunt, quorum caput est Summus Pontifex, vel alius ejus nomine præsidens, & ista Concilia dicuntur *OEcumenica*, scilicet Concilia totius Orbis. 274 Generale.

Nationale est, in quo Episcopi unius Regni, vel nationis conveniunt, quibus præest aliquis Patriarcha, si sint Concilia nationis: ut sunt Concilia Romana, Toletana. Quæ Concilia quandoque vocantur Generalia, ut patet de Romanis Conciliis: licèt tantùm Italiæ Episcopi in illis convenerint. 275 Nationale.

Provincialia Concilia sunt, in quibus solùm unius Provinciæ Episcopi conveniunt, quibus præest Archiepiscopus. 276 Provinciale.

Diœcesana sunt, in quibus conveniunt Episcopi Diœcesis, & in quibus confluunt sub Episcopis certæ personæ Diœcesis, & iis Episcopus præest. 277 Diœcesana.

Concilium dictum est à ly *Con*, & *cilium*, cilia enim sunt oculorum, quasi Concilia simul aciem mentis intendant pro regimine Ecclesiæ (2). Nunc breviter de singulis. 278 Etymologia Concilii juxta Isidorum.

De Concilio Generali, sive OEcumenico.

§. II.

COncilium Generale, idem ac OEcumenicum, & Magna Synodus, & OEcumenicum sonat idem, ac totius Orbis; quia decernuntur in eo, quæ respiciunt, & servanda sunt à toto Orbe, sive circa fidem, sive circa mores. *Can. Canones dist.*15. 276 Concilium Generale sive Oecumenicum.

Requisita ad valorem Concilii.

COncilium congregatur primo ob novam hæresim. Secundo ob schisma. Tertiò ad resistendum hostibus Ecclesiæ, ut contra Saracenos. Quarto si sit suspicio hæresis in Romano Pontifice, vel incorrigibilitas morum ad hoc ut deponatur, nisi velit corrigi. Sic Siuvessanum Concilium in causa S. Marcellini. Quinto si dubitaretur de electione Papæ. Sexto ut reformentur mores,qui irrepserunt in Ecclesiam,hæc causa finalis Concilii. 280 Ejus requisita, & causæ convocationis.

Causa efficiens Concilii. Primo est Papa. *Can.* 1.2.4. *&* 5. *dist.*17. contra Lutherum *lib. de Conciliis pag.*58. qui id tribuit Imperatori, & contra Carolum Molinæum *Consilio de Concilio Tridentino non recipiendo, §.6.* 281 Papa indicit Concilium Generale.

Sed clarè constat ad solum Summum Pontificem spectare Concilium congregare, quia Petro, & ejus successoribus dictum fuit: *Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma Fratres tuos. Luca* 22. ad *Ephesios* 4. Ratio à priori est; quia ille potest congregare Concilia OEcumenica, qui habet potestatem in tota Ecclesia, quod Papæ non Imperatori convenit. Et Episcopi convocandi subduntur Papæ, non Imperatori; Ergo convocandi à Papa, qui potest illos cogere. Hinc rectè Pelagius *II. Epist.* 1. *ad Orientales*, ait: *Sedi Beati Petri traditum esse potestatem convocandi Concilium.* 282 Probatur.

Nec

(1) Aulus Gellius *lib.*15.*Noctium Attic.c.*27.ex Lælio Felice discrimen cognoscit inter Comitia,& Concilia: *Is qui non universum populum sed partem aliquam adesse jubeat, non Comitia, sed Concilium edicere debet.* De Comitiis, vide Manutium, Sigonium, aliosque congestos à Pitisco, V.*Comitia*.

(2) Ita Isidorus Hispalensis *lib.* 6. *Etymolog. cap.* 16. relatus in *Can. Canones dist.* 15. Nisi malimus Varroni assentiri *lib.*5.*de ling.Lat.*qui Concilium à conciliando dicit derivare, idest à convocando, conciendo.

283 *Diluitur objectio ex indictione facta ab Imperatoribus.* Nec obstat ab Imperatoribus indicta Concilia: ut Nicænum primum, & Constantinopolitanum primum; nam fuerunt celebrata auctore Pontifice. Sexta Synodus *actione* 18. Theodoretus *lib.6. Historiarum cap.6.*

Quæres primo, an si Pontifex nollet indicere Concilium, possit alia via congregari?

284 *Necessitate vigente convocandi Concilium, & Papa renuente, esset de hæresi suspectus.* Respondet Turrecremata *lib.3. cap.* 8. quod si esset necessarium, & nollet; tunc esset suspectus de hæresi; quia approbaret malum, quod non vult tollere, cum teneatur. *Can. Error dist.* 83.

Quæres secundo, si Pontifex esset hæreticus, vel captus ab hostibus, quid esset faciendum?

285 *Papa hæretico Ecclesia sibi congregat Concilium.* Respondetur, quod tunc posset Ecclesia sibi congregare Concilium imperfectum, cum sit sine capite: & illo Concilio sibi providere de capite. Cajetanus *Opusculo de potestate Papæ c.15.*

Quæres tertio, quænam personæ sint vocandæ ad Concilium Generale?

286 *Episcopi vocandi ad Concilium, & habent vota decisiva.* Respondetur. Primo vocandos esse Episcopos, qui habent vota decisiva. Quod ex privilegio competit etiam Abbatibus, Generalibus Ordinum, & etiam aliis. Non tamen competit decidere, & examinare Presbyteris, & Clericis, qui vocantur tantum, ut juvent Concilium disputando, & in aliis ministeriis.

Ex privilegio Abbates.

287 *Principes vocantur ut testes.* Principes supremi, ut Imperatores, & Reges vocantur, ut Concilium defendant, & ut testes Decretorum: & sic intelligitur illud *Actorum* 15. ibi: *Convenerunt Apostoli, & seniores videre de verbo hoc.* Et infra: *placuit Apostolis, & senioribus.* Quod intelligas in quantum Apostoli, & Episcopi interfuerint ad judicandum, Presbyteri ad consultandum. Turrecremata *lib.3. cap. 12. & 15.* Ratio est, quia definire, quæ sunt agenda, & credenda, est opus Pastorum. Jeremiæ 3. ibi: *Dabo vobis Pastores secundum cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina.* Ad Ephesios 4. ibi: *Alios autem Pastores, & DD.* Actuum 20. *Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Joannis ultimo: *pasce oves meas.*

288 *Presbyteri interveniunt ad consultandum, non ad judicandum.*

289 *Explicatur Can. Ubinam dist.96.* Dices obstat textus in *Can. Ubinam distinct.* 96. ubi in Conciliis interfuerunt laici, & ibi tractabatur de Fide; Nam intelligitur intervenisse laicos ad sciendum quid credere deberent, & ad Fidem defendendam.

290 *Et Can. ultim. 36. q.2.* Dices obstat textus in *Can. ultimo 36. quæst.2.* ubi sola auctoritas Hieronymi munita loco Scripturæ, præjudicat Concilio, ut ibi Gratianus; ergo non sunt necessarii Episcopi decidentes.

291 *Privatus præponitur in discutiendo, non in decidendo.* Respondetur sententiam unius privati, licet doctissimi in discutiendo, non in decidendo præponi, & potest talis auctoritas præjudicare Concilio illegitimo, non legitimo. Sic auctoritas solius Athanasii prævaluit, quando totus mundus professus est se esse Arrianum. Insuper dicta verba Gratiani non inveniuntur in operibus D. Hieronymi, ut notat Bellarminus *lib. 1. cap.16. litera T.*

292 *Episcopus excommunicatus non intervenit Concilio.* Tertio nullus vero Episcopus, non excommunicatus excluditur, ut adsit per se, vel per alium.

293 *Patriarchæ adesse debent Generali Concilio.* Patriarcha Alexandrinus, Constantinopolitanus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, omnes debent esse testes. Septima Synodus *actione* 6.

Quarto, ut saltem ex majori parte Christianitatis Episcopi, & Ecclesiastici adveniant.

294 *Episcopi in Concilio Generali sunt judices non consiliarii.* Episcopi in Concilio non sunt Consiliarii, sed Judices. Deut.17. ubi v.8. *Si difficile, & ambiguum apud te judicium esse perspexeris inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam lepram, & lepram, & judicium intra portas tuas videris verba variari: surge, & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus. Veniesque ad Sacerdotes Levitici generis, & ad Judicem, qui fuerit illo tempore: quæresque ab eis, qui indicabunt tibi judicii veritatem, & facies quodcumque dixerint, qui præsunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te, &c.* Matth.18. *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi velut Ethnicus, & Publicanus.* Est contra Lutheranos *ar.*29. Calvinum *lib.4. c.9. §.8.* qui volunt non attendendum numerum suffragiorum decisivorum, & magis esse sequendum unum, qui pro se scripturam adducit, quam totum contradicentem cœtum Episcoporum; quibus contradicit S. Lucas *Act.* 15. in quo Concilio Apostoli ex nullo Scripturæ loco quæstionem definivere. Quæ sententia nec fuit commissa examini Discipulorum, quibus imperatum fuit ut obedirent.

295 *Attendendus est numerus suffragiorum, non qualitas, contra Lutherum.*

Et certè si non esset suffragiis agendum, sed disputationibus contendendum, nunquam decideretur articulus. Nam unusquisque in suo sensu abundat, nec persuaderi potest, ut rectè observavit Eminentissimus Pallavicinus, qui persuaderi non vult.

296 *Lutheranorum oppositiones contra Trid. diluuntur prima.* Lutherani requirunt ad Concilium, primo, ut irritentur omnia acta Tridentini. Sed hoc iniquè; cum non sit irritandum rectè factum.

Secunda. Secundo requirunt ut fiat in Germania. Quod etiam est iniquum: cur enim ibi, ubi ipsi prævalent? benè ergo Tridentinum electum fuit in finibus Germaniæ, & Italiæ.

Tertia. Tertio exigunt ut Concilium non indicetur à Papa, vel convocetur à Papa; nam est altera pars litigantium. Sed hoc etiam iniquum; nam spoliaretur Papa jure suo, cum semper Concilium indixerit, & Princeps supremus potest esse Judex, & pars: Sic Marcellinus in Concilio Sinvessano fuit Judex, & reus. Imo princeps supremus, non erat pars, sed Judex, quia ad ipsum spectabat judicare, non litigare. (3)

Quarta. Quarto exigunt ut ex sola Divina Scriptura feratur sententia, non ex traditionibus Apostolicis. Et hoc etiam iniquum; cum definitum sit traditiones esse recipiendas, nec sunt omnia literis commissa, quæ Christus dixit, sed continuata traditione à temporibus Apostolicis, usque ad nostra ista tempora observantur. Juxta illud: *multa & alia signa fecit, quæ non sunt scripta in libro hoc.* Et: *multa habeo vobis dicere, quæ cum venero disponam.*

Quin-

(3) Marcellini Pontificis lapsus ob thurificationem factam Herculi, Jovi, & Saturno in templo Vestæ & Isidis, & ex ejus occasione Sinvessanum Concilium a Clero Romano congregatum, inter Summos Viros, & eruditos omnes controversiæ celeberrimæ occasio fuit. Divisi namque veluti in duas acies quisque totis viribus affectum suum tuetur; adeoque neque desumpta ab auctoritate, aut ratione argumenta utriusque sententiæ, parvi ponderis, aut elumbia videntur. Verum psallarem extra chorum si ista arrepta occasione, plenè hac de controversia disserere onus susciperem; quia aut actum agerem, aut desperata tandem re ob animorum contentiones, aliquid certi haudquaquam firmarem. Igitur pretium operis erit ad roborandam Auctoris nostri assertionem de Marcellini lapsu, &

Concilii Sinvessani, Auctores, Marcellinum thurificasse idolis, & in Concilio Sinvessano accusatum & absolutum fuisse autumant, referam, prælibatis fundamentis rationum eorum, non omissis iis, qui contrariam mordicus propugnant sententiam. Marcellinum itaque Diocletiani, & Maximiani Imperatorum sæviente persecutione, minis perterritum idolis thura adolevisse Romano populo spectante, & Christianis quamplurimis præsentibus, Acta Concilii Sinvessani pluribus in locis aperte testantur. Genuina autem, & authentica esse Sinvessani Concilii Acta perspicue demonstrant sequentia documenta. Nicolaus I. IX. Ecclesiæ sæculo Petri Sedem regens pro legitimis habuit Acta Sinvessani Concilii (promulgata aut a Riculpho Archiepiscopo Moguntino, aut a Loitprando Diacono Ticinensi) ad Michaelem Imperatorem scribens. S. Gregorius VII, anno 1078, in V. Romana Synodo rata habuit: ut testatur Magnum Belgii Chronicon; vitamque Marcellini ex Pontificali desumens, & ex istis Actis Sinvessani Concilii, Romano Breviario inseruit. Quæ Acta antiquitatem redolent, & inter alia, quæ circumferuntur PP. Henschenius, & Papebrochius ex Codice, qui usque Juliani Imperatoris tempora pertingit, fideliter extracta, vulgarunt. Ex quibus Romana Ecclesia Marcellini lapsum, & Sinvessanum Concilium Romano Martyrologio, & Breviario XXVI. Aprilis retinendo, Acta ipsa pro legitimis habet. Quodqua adeò certum habuerunt Patres Synodi Tridentinæ, ut a S. Pio V. ad Breviarii Romani correctionem electi, hanc Marcellini, & Concilii Sinvessani historiam retinuerint: & ipso S. Pio V. in Bulla Breviario præfixa attestante, eos ab antiquis tam Urbis Romæ, quam Bibliothecæ Vaticanæ Breviariis non recessisse, quin imo graves in eo genere Scriptores fuisse secutos, ea removendo, quæ aliena, & incerta essent. Confirmarunt hanc historiam Facultas Theologica Tholosana in *Epistolis* ad Carolum VI. Francorum Regem, relatis a Raynaldo *tom. 17. an. 1403. num. 18.* Cardinalis Pelagius *lib. de Planctu Ecclesiæ art. 6.* Cardinalis da Cusa, sive Cusanus *lib. 2. de Concordia Cath. cap. 17.* Joannes Gerson ad calcem *lib. de Appellationibus*. Flavius Blondus in *Italia Illustrata Reg. 17. Campania*. Baptista Platina in *Marcellino*, & ibidem Honuphrius Panuinus. Cardinalis Stanislaus Hosius qui coram Tridentinis Patribus hæreticos contendentes Pontificem posse judicari, ex hac historia retundit, referente Jovio in suis *annalibus*: & allegat *lib. 2. de legitimis Judicibus rerum Eccl.* Quæ Acta illustrarunt, & a contrariis criminationibus expurgarunt P. Henschenius XXVI. Aprilis, & in *Appendice tomi 3.* ejusdem Mensis. Emmanuel Sckelstratius in *Antiquitate illustrata p. 1. dissert. 1. cap. 6.* Ubi peculiari methodo quæstionem dividit in duas partes: An scilicet Acta ista sint genuina, & an doctrina contenta in istis Actis de Injudicabilitate Papæ sit vera contra Launojum: licet in secunda ampliori, & folisri editione a se facta duobus in tomis comprehensa ultrò prætermiserit hanc controversiam agitare. E contra Cardinalis Cæsar Baronius, qui in prima *Annalium* editione pro fictitiis habuit Acta Sinvessani Concilii, in altera tamen ea recipit *a. 302. n. 12. ad 17. & 20; num. 88. & seq.* Secuti sunt Joannes Dartis in *Annales Ecclesiasticos Baronii, & Causoboni Exercitationes*. Bellarminus *lib. 1. de Romano Pontifice cap. 28.* Joannes Cabassutius in *Notitia Eccl. III. Sæculi p. 79* ad Concilium Sinvessanum. Ludovicus Bail *tomo 2. sua Summa* ad idem Concilium. Severinus Binius apud Collationem Labbeanam *tomo 1.* aliique innumeri, apud quos legere est rationum momenta, & dissolutiones argumentorum à contraria sententia objectorum, quæ facile dissolvuntur, asserendo si quæ formulæ, & voces Marcellini ævo non cohæreant in istis Actis, post tempora equidem Constantini in scripturam redacta fuisse à Scriptore vere Catholico, sed secundum communem sui temporis sententiam locuto: ut ait Christianus Lupus infra citandus.

Hæc, quæ satis erant, ut eruditi priscæ, & communi sententiæ se subscriberent, & Acta Sinvessani Concilii tot sæculorum consensu firmata, admitterent, non potuerant efficere, quin ab illa sententia discederent, & contrariam totis viribus, & penitioris eruditionis robore oppugnarent: præsertim post tempora Concilii Tridentini. Supposititia, & ficta habuerunt Marcellini lapsum, & Acta Sinvessani Concilii in Historia Ecclesiastica præclarissimi Viri Henricus Spondanus Apamiarum Episcopus in *Epitome Baronii ann. 302.* Antonius Godeau *tom. 1. lib. 4. Histoire del Eglise ann. 304.* P. Daniel Papebrochius in *Propyleo Maii in Conatu Chronico-Histor. ad Catalogum Romanorum Pontificum in Marcellino*, & in *Responsionibus ad P. Sebastianum à S. Paulo* pluribus in locis præsertim *tomo 1. art. 2. §. 6.* Christianus Lupus *par. 5. Lovaniensis editionis, & tomo 6. Venetæ in Scholiis ad Can. XIV. Concilii V. Romani S. Gregorii VII. & tomo 9. in Scholiis, & notis ad Tertullianum librum de Præscriptionibus cap. 5.* Philippus Brietius in *Annalibus ann. 303.* P. Antonius Paggi in *Critica Hist. Chronolog. in Annales Baronii an. 302. num. 12. ad 17. & an. 303. n. 88.* Joannes Launojus *p. 2. Epist. ad Jacobum Bevilaquam*. Sebastianus Tillemontius *Memoire pour servir al Histoire Ecclesiastique de trois primiers Siecles tom. 5. nota 28.* P. Graveson *tom. 1. Hist. Eccl. Coll. 3.* Natalis ab Alexandro 3. *Sæculo p. 2. dissert. 20.* qui conatus est omni argumentorum genere Acta prædicta evertere, quorum capita per Synopsim collecta, Novitio in Historia Ecclesiastica prælibanda dabo. I. Quia incredibile est sæviente tunc Diocletiani immanissima persecutione cogi potuisse Concilium tot Episcoporum nempe CCC. Cum Ecclesia pace maxima fruente, & Constantino totis viribus adnitente vix CCCXVIII. in Niceno Concilio congregare potuisset. II. Quia apud profanos, & Ethnicos Scriptores nulla occurrit, aut levis mentio Civitatis Sinvessanæ, & Cryptæ Cleopatrensis ubi celebratum fuit Concilium, nec cum Baronio, & Binio licet divinare, asserendo situm, & nomen hæc loca mutasse. III. Marcellinum introductum fuisse in Templo Vestæ, & Isidis Acta memorant, ubi Herculi, Jovi, & Saturno thurificavit, quodque verisimile non est: cum cuique numini proprium Templum fuisse erectum, ubi vota exolvebantur, & sacrificia peragebantur, vetera monumenta testantur. IV. Acta ista memorando Marcellini condemnationem perlatam fuisse Diocletiano dum esset bello Persarum occupatus, supposititia, & ficta se prostrant. Diocletianus enim eomet ipso anno Imperio renunciavit, & ante biennium de Persis cum Maximiano triumphum Romæ egit. Nec cum Baronio, & Binio valet dicere, hæc esse Actorum Appendices; quia id esset hariolari. V. Acta ista referunt, dum Marcellinus thus adolevit in Templo Vestæ, & Isidis, Christianos quamplurimos, sparso rumore de Marcellini lapso, ut certiores redderentur, & cum oporteret, sisterent contra ipsum in testes, catervatim ad Templum Idoli accessisse, & sacrificantem Marcellinum vidisse. Hocque quàm à veri specie sit alienum, omnibus patet. Etenim persecutionis tempore Christianos delituisse, & semper abhorruisse impia, & sacrilega Gentilium sacrificia, & ritus, aperte testatur Tertullianus *de Spectaculis*. VI. non opus erat LXXII. testes cogere contra Marcellinum, & tamen dicere Universa Synodus: *Tu eris Judex, nemo enim judicavit Pontificem, & prima Sedes non judicabitur à quoquam.* Quorsum ergo necessarii testes ad convincendum reum, qui judicari à nemine potest, & ejus judicio standum est, etiam in causa propria. VII. ad quid mysticus numerus LXXII. cum in ore duorum, vel trium stet omne verbum. VIII. Libræ occiduæ mentio, quæ constabat septuaginta duobus solidis, & ex ejus allusione LXXII. testium numerus Acta Sinvessana se spuria demonstrant; cùm Constantini tempore hæc libra occidua adinventa sit: & quàm obscura sint verba ista: *Quoniam in septuaginta duorum libra occidua in reparatione resurgit annus*: ipse Oedipus non solvet. IX. Incongruum illis Ecclesiæ Sæculis adducere contra Pontificem testem adulterum, ut acta memorant. X. Si Marcellinus Herculi, Jovi, & Saturno Romano Populo spectante thura publicè adolevit, non est verisimile coram uniformibus testibus factum negasse, ut Acta testantur. XI. Pontificem memorare purpura indutum, ab Apostolica simplicitate, quæ tunc vigebat, adhuc prorsus est alienum. XII. Ab Ecclesiæ sensu semper fuit alienum asserere Romanum Pontificem à nemine posse judicari in eo casu, quem Acta Concilii usurpant. Nam Pontificem hæreticum posse judicari, & damnari VI. Synodus censuit, Honorium damnando, & Gratianus in *Can. Si Papa dist. 40.* refert: multò magis Pontificem idolatram judicandum. Demùm Episcopi, qui notantur interfuisse huic Concilio, penitùs incogniti sunt, & nulla loci, ac Diœcæson appositione subscripti habentur; quodque est inusitatum à stylo Synodalium Actorum: ubi certi Episcopi, cum appositione eorum Sedium subscripti videntur. Neque auctoritas Nicolai I. aut Breviarii Romani huic officere docet, quia cùm hoc meri facti sit, potuit decipi, & sicuti non obstat quominus Epistolæ Decretales SS. Pontificum ante Siricium ab ipso Nicolao confirmatæ, nunc spuriæ, & suppositiæ à plerisque habeantur, ita & Marcellini thurificationem idolis, atque ejus occasione Sinvessanum Concilium, &c. Hæc ab *Alexandro*.

Quinta. Quinto volunt ut suffragia non sint. Sed hoc est velle contendere, & non credere.

Sexta. Sexto ut Papa absolvat omnes à juramento fidelitatis. Sed cur subditi liberandi ab obedientia Superioris: & juramentum non est de dicenda falsitate.

Septima. Septimo volunt, ut Theologi decidant sicut Episcopi. Sed jam jam contradicunt quintæ conditioni ab ipsis requisitæ.

Octava. Octavo, ut detur salvus conductus personis, & causæ principali: hoc est, ut nec ipsi possent puniri, si nollent obedire Concilio. Nec eorum fides, & confessio possit damnari, licet Theologi Lutherani doctrinam defendere non possint. Quæ conditio, quoad salvum conductum, personis est concessus in Tridentino. Quoad alia est inepta, & risu accipienda: nam hoc tantum esset, vel taxare Episcopos totius Orbis, sed tamen nolle eis consentire, nec aliquid statuere, nec posse damnari: quoad est contra finem Concilii, quod indicitur solum ad indagandam veritatem, & ad statuendum de veritate.

Concilia Generalia approbata à Papa non possunt errare in fide.

297 Concilia Generalia approbata nequeunt errare in fide. ESt de fide. Matth. 18.: *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus.* Et ibi: *Ubi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Et *Actorum* 15. *Visum est Spiritui Sancto, & nobis.* Matth. 16. *Portæ Inferi non prævalebunt.* Lucæ. 22. *rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* Lucæ 10. *qui vos audit, me audit.* Matth. *ultimo: docete omnes Gentes.*

298 Concilia Generalia à Papa approbata. *Quod si cupias scire quænam sint Concilia Generalia approbata à Papa.*

REspondetur esse decem, & octo, de quibus Bellarminus *tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 5. Et sunt Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense, Quintum, Sextum, & Octavum Constantinopolitanum, Septimum Nicænum, Nonum, Decimum, Undecimum, Duodecimum, & Decimumseptimum Lateranense, Decimumtertium, & Decimumquartum Lugdunense, Decimumquintum Viennense, Decimum sextum Florentinum, Decimumoctavum Tridentinum. Vide textum in *Can. Sancta dist.* 16. Ex quibus Conciliis Græci tantum recipiunt septem primo loco scripta. Florentinum *sess.* 5. Lutherani recipiunt tantum primo loco posita in numero sex. Euthychiani prima tria. Nestoriani recipiunt prima duo, & Trinitarii recipiunt nullum.

Quæres quæ sint Concilia reprobata?

299 Concilia reprobata, seu Côciliabula. REspondetur esse multa. Primum Antiochenum, in quo fuit damnatus Athanasius. Secundum Mediolanense. Tertium Ariminense. Quartum Ephesinum secundum, ubi fuit confirmata hæresis Euthychiana. Quintum est Concilium Constantinopolitanum sub Leone Isauro contra sacras Imagines. Sextum etiam Constantinopolitanum sub Capronymo, ubi Decretum fuit abolendas Imagines Christi, & Sanctorum. Septimum est Pisanum contra Julium secundum, reprobatum in Lateranense *sess.* 2. & 3. Octavum Victembergense, quod Lutherani dicunt Generale, ubi præfuit Lutherus: de quibus in contingentia videas Bellarminum supra *cap.* 7. & 8. (4)

De Concilio Nationali.

§. III.

300 Concilium Nationale à Patriarcha indicitur. COncilium Nationale congregatur sub Patriarcha, in quo conveniunt Episcopi unius Regni, vel Nationis, & potest condere leges pro sua natione; potest tamen errare in fide. Bellarminus *lib.* 2. *cap.* 2. *Can. Cuncta per mundum* 9. *quæst.* 3. (5)

(4) Præter Bellarminum consule eos, qui Collectiones Conciliorum ediderunt, ut Ludovicus Bail, Joannes Cabassutius, Christianus Lupus, Philippus Labbè, aliique innumeri suis in locis servato sæculorum ordine, & omnia breviter recenset Joannes Doviat *Prænotionum Canonicarum lib.* 2. *cap.* 9. aliique *tit.* 2. *nota* 10. §. *tertio* relati.

(5) Concilia Nationalia, & Provincialia non semel Perfecta, Universalis, & Plenaria vocata fuere; & passim habetur in Conciliis Carthaginensibus, Milevitanis, aliisque Africanis Conciliis: Sic Toletanum IV. Universale dicitur in præfatione, & in Tolet. V. *Can.* 2. & 7. & Toletano VI. *Can.* 2. 3. & 6. apud Gonzalez ad *cap.* 1. *de Arbitris num.* 1. & ad *cap. sicut olim, de Accusat. num.* 7. Congruenter hic esset disserendum ad majorem dilucidationem divisionis Synodorum ab Auctore factæ: quale Concilium S. Augustinus nomine Plenarii Concilii intellexerit in causa Donatistarum, in qua rebaptizantium error proscriptus est. Satis equidem ardua inquisitio est, & inter Ecclesiasticos Scriptores summæ contentionis origo fuit, & evolventibus eorum scripta perspicuum erit. Non immemor tamen expendere rationes singulorum, tantum sedulo, & Ecclesiasticæ eruditionis studioso Novitio varias circa hoc Plenarium Concilium opiniones indicabo, appositis eorum Auctoribus, apud quos usque ad satietatem controversiam istam degustabit. Antiqua, & communis opinio fuit S. Augustinum, dum Concilium Plenarium, Universale Orbis, & Universæ Ecclesiæ pluribus in locis contra Donatistas nominat, intellexisse I. Nicænam Synodum, quæ licet rebaptizantium hæreticorum errorem, qui in Africa turbas, & schismata peperit, explicitè non damnarit; tamen *Can.* 8. decernens Novatianos, si ad Ecclesiam redierint, sola manuum impositione admitti debere, & *Can.* 19. Paulianistas redeuntes ad Ecclesiam, alio baptismo lustrandos esse: quia primi essentialia in baptismo adhibebant, secundi in forma non invocata SS. Trinitate peccabant; consequenter errorem rebaptizantium evertit, ad quod respiciens Augustinus meritò potuit Nicænam Synodum Plenariam, Universalem, universæ Ecclesiæ vocare. Attamen Sirmondus in *Præfatione ad tom.* 1. *Conciliorum Galliæ* primus fuit, qui asseruit Concilium, ad quod sæpe provocat S. Augustinus, fuisse Arelatense I. *an.* 314. in quo Episcopi ex diversis Provinciis Italiæ, Africæ, Hispaniæ, Brittaniæ, Galliæ confluxere, & error rebaptizantium repressus fuit. Sirmondum secuti sunt Joannes Launojus editis opusculis contra Joannem Nicolai, & Davidem, aliosque, qui in eum insurrexere, scilicet: *De vera notione Plenarii apud Augustinum Concilii Dissertatio. Confirmatio Dissertationis de vera Plenarii apud Augustinum Concilii notione. Examen de la preface, de la réponse de Mr. David, aux remarques sur la dissertation du Concile plenier, dont a parlé S. Augustin en disputant contre les Donatistes. Remarques sur la dissertation où l'on montre en quel temps, & pour quelles raisons l'Eglise universelle consentit à recevoir le baptême des hérétiques, & par où l'on découvre ce qui a donné occasion aux Auteurs, qui ont traité de cette matiere, de s'être égarés dans la recherche qu'ils ont faite du Concile plenier, qui termina suivant S. Augustin cette contestation.* Petrus de Marca, cui Launojus suam dissertationem dicando suæ opinionis socium ascivit. Gabriel Albaspinæus, Jacobus Samhovius, Philippus Labbè, & uti probabile proponit Gaspar Juvenin *in Dogm. Hist. de Sacram. dissert.* 2. *de Baptismo quæst.* 6. §. 5. *concl.* 3. Pro Nicæno autem militant Clarissimi Viri Bellarminus *lib.* 1. *de Sacram. in genere cap.* 16. P. Joan. Nicolai *de Plenario Concilio* contra Launojum, idemque effecit David. Ludovicus Bail *tom.* 1. *Summæ Conciliorum Sacrorum, in IV. in Arelatensi Concilio*, similiter contra Launojum cum Thoma Hauzetio in *Anatomia Operum D. Augustini* ad libros de Baptismo plura adducit. Franciscus Balduinus, & Jacobus Pamelius Lovanienses Scholiastes S. Augustini. Schelstratius in *Antiquitate Illustrata.*

De Concilio Provinciali,

§. IV.

301 Concilium Provinciale à Metropolitano convocatur.

Concilium Provinciale est, in quo Episcopi Provinciæ interveniunt sub Metropolitano. *Can. Propter Ecclesiasticas. dist.*18. ubi præcipitur, quod bis in anno fiant Concilia Provincialia per singulas Provincias ad dissolvendas controversias, & præcipitur intervenire Presbyteros, & Diaconos, & omnes quotquot se læsos existimant. Sed quod semel in anno fiant, adnotavit *Gl. ibid.* & *Can. Quoniam dist.*18. (6) Convocatur autem ab Archiepiscopo. *Can. Si Episcopus dist.*18.ubi:*Si Episcopus Metropolitanus ad Comprovinciales Episcopos Epistolas direxerit* (5),*in quibus eos aut ad ordinationem Summi Pontificis, aut ad Synodum invitet; postpositis omnibus (excepta gravi infirmitate corporis, aut præceptione Regia) ad constitutum diem adesse non differant. Can.Quoniam dist.*18.*c.*1. *de pœnis in* 6.

302 Sede Metropolitani vacante, Episcopi Provinciæ celebrant Concilium.

Et Sede Metropolitana vacante Episcopi Provinciæ adhuc valent se congregare ad celebrandum Concilium Provinciale; nam possunt tunc consulere necessitati Provinciæ. (8)

303 Capitula sũt convocanda ad Synodũ.

Capitula Cathedralium, etiam sunt convocanda ad Synodum Provinciale, & possunt comparere per Procuratorem. Zabarella in *cap.grav. de præbendis.* (9)

304 Episcopi impedit debet per Epistolas se excusare.

Episcopi qui venire non possunt ex justa causa, debent per literas se excusare. *Can. Placuit*, ubi: *quotiescumque congregandum est Concilium Episcopi, qui neque ætate, neque ægritudine, neque alia graviori necessitate impediuntur.... quod si non potuerint occurrere, excusationes suas literatorie conscribant.* Et qui à Metropolitano vocatus negligit, usque ad proximam Synodum, à caritate Fratrum, & Ecclesiæ privatur; ut textus in Concilio Agathense *Can.*38.relato in *Can. Si Episcopus dist.*18.ubi: *Quod si defuerint (sicut prisca Canonum præcepit auctoritas) usque ad proximam Synodum à caritate Fratrum, & Ecclesiæ communione priventur.* Poena non interessẽtis. Qui verò à Conciliis recedunt, post eorum celebrationem debent curare, ut in propriis Ecclesiis promulgentur statuta Provincialia. *Can. Decernimus. dist.* 18. Quaranta in *Summa Bullarii de Concilio Provinciali quæst.*39.

305 Singuli debent promulgare decreta Synodi,& executioni ea demandare.

306 Qui debent intervenire.

Debent etiam venire Abbates. *Cap. ex ore. de privilegiis*. Capitula Cathedralium, ut dictum est, & omnes qui ex consuetudine intervenire solent (10). Trident.*sess.*24.*cap.*2.*de reform.* ubi tempus congregandi Concilium Provinciale remittit in arbitrium Archiepiscopi.

307 Tempus celebrationis Synodi est in arbitriũ Archiepiscopi.

Locus præfigendus est à Metropolitano, & si desit causa legitima, non potest celebrari extra Ecclesiam Metropolitanam. (11)

308 Locus Synodi.

309 Spectatur tempus ordinationis in sedendo, & subscribendo.

In sedendo, & subscribendo spectatur tempus ordinationis, non dignitatis, & sequuntur Archiepiscopum. *Can.finali dist.*17. Archidiaconus *in Can. Placuit. dist.*18. *cap.*1. *de majoritate, & obedientia.* (12)

In Conciliis Provincialibus possunt fieri illa, quæ expediunt ad bonum totius Provinciæ, & ad

---

strata. Natalis ab Alexandro Sæculo III. Gaspar Juvenin *supra cit. concl.* 2. P. Graveson ad *Sæculum IV. colloq.*2. Franciscus tamen Hallier *de Sacris Electionib. & Ordinationibus* per Plenarium apud Augustinum Concilium, nec Nicænum, nec Capuanum vult intelligi, sed Alexandrinum Concilium sub Liberio, quam opinionem merito repudiavit Launojus. Denium Christianus Lupus in *Scholiis ad can.*19. *Concilii Nicæni I.* nititur laudatorum Scriptorum dissentientes opiniones conciliare; eo quia S. Augustinus nusquam hujus Concilii Plenarii locum, aut nomen expressit, cujus toties meminit in libros contra Donatistas, ideo varii varia opinati sunt. Quidam intellexerunt I. Synodum Constantinopolitanam, utpotè ejus Symbolum profitetur unum baptisma, & *can.*7. Basilii de baptismo hæreticorum accuratè discussit. Quidam Synodum Capuanam sub Siricio, quia damnandu rebaptismum, & reordinationes, Ecclesia Africana maximi fecit, & contra Donatistas publicavit. Sunt qui pro Arelatensi pugnant, quia anabaptismum damnavit, & pro Nicæno, ut supra visum est. Ideo existimavit Lupus Augustinum loqui de Synodo Nicæna, sed non sola, verum etiam de Constantinopolitana, Arelatensi, & Capuana, quin, & de aliis Synodis, quæ Stephani Pontificis decretum probarunt, & confirmarunt, principaliter tamen de Nicæna Synodo, quæ sola fuit totius Orbis, Plenaria, Universalis; atque ideo hujus plenarii Concilii nec locum, nec nomen S. Augustinus laudat, quia non de una Synodo, sed de pluribus Synodis loquitur. Hanc tamen unionem impugnare ex parte videtur *cit.* Juvenin *concl.*2. Habes igitur Lector hujus celeberrimæ controversiæ originem, & causas, citatus consule, ut possint tuum explere desiderium.

(6) Bis in anno Provincialem Synodum congregandam esse I.Nicæna Synodus *can.*5. statuit, relato in *can. habeatur. dist.* 18. *Habeatur semel Concilium ante dies Quadragesimæ, ut omnibus, si quæ sunt simultatibus amputatis, mundum jejunium, & solemne Deo possit offerri; Secundum vero agatur circa tempora autumni.* Cabassutius Bail, Lupus aliique eundem sensum retinent, sed aliter vertunt, quàm Gratianus retulit. Synodus Chalcedonensis *can.*19. *in can.peruenit*, & Antiochena *can.*10.*in can.propter. eadem dist.*18. *can.*37. al ter 38. qui Apostolorum dicitur: *Bis in anno Episcoporum Concilia celebrentur, & inter se dogmata pietatis explorent, & emergentes Ecclesiasticas contentiones amoveant, semel quidem septimana quarta Pentecostes; secunda* XII. *die mensis Hyperberetæi*, vel *Hyperberetæi*: idest Octobris lingua persa apud Macedones Cabassutius, Bail hic, Gonzalez ad *cap. sicut olim. de Accusat. num.*8. Fagnanus ad *tit.cap. sicut olim. n.*19. Van-Espen *p.*1. *tit.*20. *de Synodis Provincialibus cap.*1. Tamen propter varias necessitates, & barbarorum incursiones aliasque causas visum fuit protrahi tempus Synodi Provincialis semel saltem in anno *can.*8. Trullanus confirmatus a VII. Synodo relatus in *can.quoniam dist.*18. aliaque Jura quæ brevitatis causa relinquo, & congerit Gonzalez, & Fagnanus *cit.* Tandem ad triennium permissum est Synodum Provincialem celebrare. Lateranense sub Leone X. *sess.*10. & Trid. *sess.*24. *de reform.cap.*2.ubi: *intra annum ad minus a fine præsentis Concilii, & deinde quolibet saltem triennio*. Quodque intelligendum est non de determinato tempore, intra quod Metropolitanus non possit Concilium celebrare; ideo Trid. dixit *saltem triennio*: ut optimè notat Van-Espen *loco cit. num.*10.

(7) Scilicet Epistolas Tractorias, de quibus Auctor supra cum de Epistolis Ecclesiasticis tractavit sermonem fecit. Vide Emanuelem Gonzalez ad *cap. sicut olim de Accusat.n.*8. Brissonium V.*Tractoria* Jacobum Cujacium *ad lib.*12. *Cod.tit.*5. Cabassutium *Dissert.*7.ad sæculum secundum. Baronium ad an.142. Christianum Lupum *tomo* 8. Venetæ editionis *de Romanis Appellationibus. Dissert.*2.*cap.*14. Samuelem Pitiscum V.*Tractoria*, aliosque supra *tit.*2. *nota* 9.

(8) Vel ipso impedito à Coepiscopo antiquiore convocatur Provinciale Concilium. Trid. *sess.*24.*c.*2. Fagnanus in *cap.sicut olim. de Accusat. num.*17. Van-Espen *p.*1. *tit.*XX. *de Synodis Provincialibus n.*2. Comprovinciales quoque Episcopi poterant Synodum convocare, si contra Metropolitam esset aliquid agendum, ea Liberato *cap.*2. probat Christ. Lupus multis exemplis *tomo* 7. *fol.*137.

(9) Fagnanus in cap. *etsi membra. de his quæ fiunt num.*9.

(10) Non habent porrò votum decisivum, sed consultivum. Abbas in *cap. fin. de his quæ fiunt a Prælatis sine cons. cap.* & Fagnanus in *cap.sicut olim. de Accusat. num.*31. & in *cap.etsi membra. de his quæ fiunt a Prælatis num.*10.

(11) Vide Fagnanum in *cap. sicut olim. de Accusat. num.*27. Mendozaa ad Conc.Illib. *lib.*1.*cap.*9.

(12) Et ibi Gonzalez, excepto semper Metropolitano; nam intelligitur de æqualibus. Quid de Abbatibus, aliisque dignitate fulgentibus. Vide Fagnanum in *cap.etsi membra, de his quæ fiunt num.*47.

310 Quæ possint fieri in Synodo. Episcopi habent vota decisiva.

ad tollendos abusus; In quibus solum Episcopi habent vota decisiva, ut habet Archiepiscopus: ut colligi potest ex dictis. Vide Abbatem in *cap. scriptum. de electione.* (13)

311 Duratio Synodi Provincialis.

Coocilium Provinciale ad summum debet durare quatuor dies, nec potest protrahi per hebdomadam sine gravissima causa. *Cap. grave:* ubi Hostiensis *de prabendis* *. Sed potest in longius tempus protrahi ex justa causa, & inspicienda est praxis approbata.

312 Publicari debet intra sex menses in Provincia.

Concilium Provinciale publicari debet in Provincia intra sex menses ab Episcopis in propria Diœcesi. *Can. Decernimus fin. dist.* 18. & à ceosuris in Concilio Provinciali latis, valent absolvere Episcopi. Archidiaconus in *Can. Propter. dist.* 18.

313 Temerarium est à sententia Synodi discedere.

Temerarium est non acquiescere dictis Conciliis Provincialibus; nam si plures Doctores faciunt opinionem probabilem, quanto magis multi Episcopi. Bellarminus supra cit.

Coocilia Provincialia possunt errare in fide, *Can. Regula. dist.* 17. Vide Bellarminum supra *lib.2.cap.*11. Nec obstat textus in *cap. ad abolendam de hæreticis*: ubi sunt excommunicati illi, qui damnantur à Concilio Proviociali. Nam id verum est, quando declaratur aliquem incidisse in hæresim jam damnatam. Si vero talia Concilia approbentur à Summo Pontifice, tunc suot, & decidunt de fide. (14) 314 Posfunt errare in fide.

De Conciliis Synodalibus, sive Diœcesanis.

§. V.

Synodus dicta à *Syn, & nodus*; quia plurium simul conventio. 315 Unde dicta Synodus.

Definitur: est unio legitimarum personarum indicta ab Ordinario ad salutem spiritualem subditorum. *Can. Erit. dist.* 4. Episcopus Montis Realis in *Examine Episcop. lib.4.c.27.n.1.*(15) Definitio.

Dicitur

(13) Verum oborta disceptatiooe ioter Archiepiscopum, & Episcopos suffraganeos, decisum est prout de Jure, prævalere sententiam Episcoporum, sententiæ Archiepiscopi; quia vota numeranda sunt. Vide Fagnanum optimè hanc rem pertractantem in *cap. sicut olim. de Accusat. n.* 33. *& seqq.*

(14) Obortas hæreses examinare, interloqui, disceptare permissum est Synodo Provinciali, non definire, quia hoc ad Concilium Generale pertinet; nisi fuerit specialiter a Papa delegata, & confirmata: ut infra. & Christ. Lupus contra Launojum *tomo 5. ad Can.* 21. S. Gregorius VII. Concilia verò Provincialia priusquam edantur debent a S.Cong.Concilii Trid. recognosci juxta Bullam Sixti V. *Immensa* 74. ita: *Provincialem vero ubi vis terrarum illa celebrentur, Decreta ad se mitti præcipiat, eaque singula expendat, & cognoscat.* Sic apud Bail *tomo 2. Summæ Conciliorum p.*650. habes Acta Concilii Limensi an. 1583. Præside D. Torivio, sive Turribio Alphonso Mogrovio Archiepiscopo (nuoc inter Sanctorum album relatum per Benedictum XIII.) quæ recognita a S.C.C. an. 1588. fuere correcta, & emendata, ut ibi legere est, & de Concilio Michelinensi apud Van-Espen infra cit. Fagoanus ad *cap. Firmiter de Summa Trinitate num.*48. testatur Provincialia Concilia Mediolanensia approbari consuevisse a Summo Pontifice in forma *Brevis*; cum tamen alia Concilia non confirmentur, sed tantummodo recognoscantur, & emeodantur a S.C.C., per istam itaque recognitionem, & emendationem a S.C.C. factam non intelligitur a Papa approbatum, sed permissum. Ludovicus Bail *tomo 2. Summæ p.*80. ex Barbosa *in Summa Bullarii V. Concilium Provinciale*, ex declaratione S.C.C. Van-Espen *p.1. tit.20. cap.3. num.*13., *& tit.*22. *cap.5. num.* 10.

(15) Si originem, processumque quæras Episcopalium Synodorum, antiquissimam esse, uno cum ipso Ecclesiæ exordio convenire, facili negotio probatum existeret, & à Sancto Jacobo repetit Cellotius *lib.4. c.6.* Episcopus enim cui demandata est cura ovium sibi commissarum Apostolorum exemplum secutus, Presbyterorum suorum coacto cœtu majoris indaginis negotia, congruentia loco, aut tempori, ut saluti suæ plebis consuleret exactè juxta divinas, & Ecclesiasticas regulas examinabat, non servato aliquo præfinito tempore quando Concilium cogi opus asset, perspicuum hoc erit legentibus Epistolas S. Cypriani, aut aliorum Sanctorum Patrum.

Presbyteri, ut eruditè tradit Joannes Cabassutius *dissert.*18. *ad sæculum secundum* Concilium hoc efformabant (quod ideo *Presbyterium* appellatum fuit) qui cum Diaconis non solum, quæ ad Cathedralis Ecclesiæ obeunda insigniora munera, sed etiam subjectarum Ecclesiarum curam, Sacramenta administrando, aliaque officia soli obibant, Presbyterii nomine sæpe insigniebantur, quod D. Hieronymus *Epistola ad Rusticum, Senatum vocat.* Gaspar Juvenin in *Commentario Historico, & dogmatico de Sacramentis dissertatione prima de ordinibus in specie cap.5. art.3. §.2. n.*1. Paulus Apostolus Timotheum suum admonet *Epist.1. cap.4.* ne negligat gratiam, quæ io ipso erat cum impositione manuum Presbyterii; sicut & illi, qui ut in actibus legitur Apostolorū Jerosolimis cum Apostolis legalia abrogarunt, Seniores vocantur, quod & Presbyteros græca dictio sonat, & Tertullianus hoc sensu *Apologetico cap.*39. de Conventibus Christianorum edisserens sic loquitur. *Præsident probati quique Seniores.* S. Ignatius Martyr. *ad Magnesianos* scripsit Presbyteros esse loco *Senatus Apostolici, & in Epistola ad Trallianos* vocat *Concistorium Sacrum, Consiliarios, & assessores Episcopi.* Pontifex Cornelius *Epistola* 46. *ad Cyprianum* de Clero Romano in Concilium convocato sic ait: *omni igitur actu ad me perlato, placuit contrahi Presbyterium adfuerunt etiam Episcopi quinque, qui, & hodie præsentes fuerunt, ut firmato Concilio, quid circa personam eorum observari deberet consensu omnium statueretur.* Presbyterii idem Cyprianus meminit *Epist.*35.46. *&* 49. de quo vide Theodorum Petræum in *Confessione Tertulliana, & Cypriana lib.*1. *cap.*10. Siricius quoque Papa in sua quæ circumfertur *Epist.*2. sic loquitur: *facto igitur Presbyterio, constitit doctrinæ nostræ, idest legi Christianæ, esse contraria: unde omnium nostrum, tam Presbyterorum, quam Diaconorum, quam totius etiam Cleri una fuit sententia*, & Hieronymus eleganter in *cap.3. Isaia: & nos habemus in Ecclesia senatum nostrum, cœtum Presbyterorum.* Admirationem ullam antiqua hæc disciplina ingerere debet nobis qui diversis nunc moribus vivimus, nam ut optime observat noster Vigiliensis Episcopus Pompejus Sarnelli *tom.2. Epist.19. & tom.1. Epist.*4. quia nondum antiquitus Diœceses erant divisæ in Parochias, attamen si qui erant Presbyteri, Parochi munere, fungebantur, & in eadem Matrici, aut Cathedrali Ecclesia omnia Parochorum officia dependenter ab Episcopo exercebant, cùm ex ipsa ordinatione ad id munus, & officium erant promoti, nulla facta distinctione inter Presbyteros simplices, & Curatos; ratio clara est, quia in ordinem Presbyteratus promotio, erat simul in curam animarum, & in sollicitudinem Episcopalis potestatis. Augustinus clare evincit, ut Possidius in ejus vita tradit *cap.* 4. cum ad Presbyteratus honorem coactè esset evectus lacrymis incessanter suam indignitatem deplorabat, dum ad tale fastigium elevaretur, ut secundum locum in Ecclesia haberet: *ubertim eo flente cum majori consideratione intelligeret, & gemeret, quam multa, & quam magna sua vitæ pericula de regimine, & gubernatione Ecclesiæ impendere, & provenire spectaret, atque ideo fleret*; & ipse Augustinus *Epist.* 148. sic exponit: *vis mihi facta est merito peccatorum meorum nam quid aliud existimem nescio, ut secundus locus Gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noveram.* Hinc patet ex dictis ratio decisionis Concilii Chalcedonensis *Can.* 29. juxta Christianum Lupum, *&* 28. juxta Ludovicum Bail, & alios, vetantis ne inter Presbyteros quidem admittendum esse Episcopum ob crimen à suo gradu excisum; quia etiam in jurisdictionem, & sollicitudinem Episcopalem simul et receptus, Sacramenta administrando, sed alibi plura in *tr. de Parochis*; idem dicendum esse asserit citatus Episcopus Vigiliensis de Simpliciano, Claudiano, Basilio, & Gregorio Nanzianzeno, qui Presbyteri effecti, Parochorum munus sustinuisse simul intelligendum est.

Accedit & alia potissima consideratio, quam affert eruditissimus Thomasinus *Nova, & veteris disciplinæ part. 1. lib. 2. cap.*7. Vicarios Generales in antiqua Ecclesia penè non extitisse, qui Episcopale munus soli exercerent, ut nunc; cum nec in Gratiani Decreto, nec in Decretalibus Gregorianis ullum de-

pre-

Determinatæ personæ interveniūt.

Dicitur *legitimarum personarum*: quia non omnes iodiscriminatim, sed determinatæ personæ Ecclesiasticæ convenire ad Synodum debent.

316 Episcopus, & habens Episcopalem Jurisdictionem Synodum indicare valet.

Dicitur *ab Ordinario*, & includitur Episcopus, aliusve habens Episcopalem Jurisdictionem condendi leges. *Can. Episcopus. Can. finali. dist.* 18. & ex tota fere *cit. dist.* ut Abbas Cassinensis, & Capitulum Sede vacante secundum Panvinum *de potestate Capituli Sede vacante par.* 1. *quæst.* 7. *column.* 1. Riccius *parte* 3. *praxis resolut.* 445. *num.* 2.

317 Abbas Cassinensis, & Capitulum Sede vacāte.

Qui Ordinarius potest indicere Synodum sine licentia Archiepiscopi. Glossa in *Can. Propter Ecclesiasticas. V. Concilia dist.* 18.

318 Etiam sine licentia Archiepiscopi,

Episcopus debet esse non tantum electus, qui Jurisdictione caret, sed saltim confirmatus, & in possessione Episcopatus; quia tunc Jurisdictionem habet necessariam ad convocandam Synodum, non tamen debet esse consecratus; quia convocare Synodum, non est actus Ordinis, sed Jurisdictionis. Riccius *par.* 3. *praxis resol.* 443. *num.* 4. Felinus in *cap. cum Bertoldus col.* 1. *de re judicata*.

319 Debet al saltem confirmatus.

Sed difficultas est ubi sit convocanda Synodus in unitis pluribus Diœcesibus.

320 Intra fines alterius Diœcesis convocanda Syondus in unitis Episcopatibus.

Convocanda est intra fines alterius Diœcesis in ioco commodiori (16), quia in qualibet illius parte, etiam extra Ecclesiam Cathedralem Episcopus ordinariam Jurisdictionem exercere potest. *Can. Abbates* 16. *quæst.* 1. *cap. cum Episcopus de officio Ordinarii in* 6. (17)

321 Erit Conciliabulū Synodus absque auctoritate Episcopi celebrata.

Si absque Episcopi auctoritate conveniant Conciliares in unum, non Concilium, sed Conciliabulum erit. *Can. multis. dist.* 17.

Quot vicibus convocanda sit Synodus?

322 Semel in anno convocanda est.

Semel in anno, (18) tempore determinando arbitrio Episcopi. Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 2. ibi: *Synodi quoque Diœcesanæ quotannis celebrentur, cap. sicut alim. de accusat. & denunc.* Concilium Basiliense *sess.* 15. Toletanum sub Syxto IV. *Can.* 1. *Can. Abbates* 18. *q.* 11.

Qui convocandi sunt ad Synodum?

323 Vocandi sūt curam animarum habentes.

Primo convocantur omnes, & singuli curam animarum habentes seculares, etiam Regula-

prehendi possit vestigium Vicariorum Generalium: *in Decretalibus quidem*, inquit, *tituli certi sunt de officio Archipresbyteri, de officio Arcedi ameni, sed de Vicario Generali, aut officiali nulli sunt prorsus*: præterquam io Sexto Bonifacii VIII.

Romana Ecclesia semper fidelis custos, ac tenax observatrix suæ disciplinæ, hanc quoque habuit, & nunc retinet, quæ non solum, ut de Cornelio Papa, & Siricio diximus, Presbyterium vocabat cum ardua res urgeret: sed ipse Clarus Romanus viduata Romana Sede solus, ut Lupus infra, se congregabas vices Pastoris gerens, ut ipse loquitur apud Cyprianum *Epist.* 3. *& cum immineat nobis, qui videmur præpositi Vice Pastoris, & custodire gregem*: Cyprianus ipse Clero Romano rescripsit *Epist.* 4. cumque diù vacaret Romana Sedes, iterum Presbyterium Romanum interpellat *Epistolis* 23. *&* 29. cui respondet Clerus Romanus *Epist.* 30. *&* 31. vide Christianum Lupum *tom.* 6. Venetæ editionis in *Dissertatione de peccatorum, ac satisfactionum indulgentiis cap.* 2. Hinc Cabassutius, & Sarnelli inferunt locis citatis, etiam nunc Clerum Romanum perspicuè demonstrare, quidnam fuerit olim Presbyterium in unaquaque Cathedrali Ecclesia. Nam Presbyteri, ac Diaconi, qui Sacrum pontificis Senatum componunt, omnes sunt Parochi, & insigniuntur diversis titulis Ecclesiarum, quæ in Urbe sunt, quiqoe omnes student cum ipso Summo Pontifice majora negotia, quæ ad Romanam Sedem referuntur, Consilio, Prudentia, & Sapientia ad rectam Sacrarum Constitutionum normam pertractare; & quamvis Romæ Capitula Canonicorum cùm Vaticanæ, tum Lateranensis Ecclesiæ præ cæteris insigniora sint, nullam tamen Jurisdictionem exercent, aut exercuisse legitur. Canonicorum etenim officium Sanctum, Angelicumque est, tamen infimum in Ecclesia; Cantorum vices gerens, qui à Presbytero etiam inconsulto Episcopo poterant eligi. Coocilium Carthaginense IV. *Can.* 9. Cabassut. *cit. num.* 5. Van-Espen *par.* 1. *tit.* 8. Aucto postea fidelium numero, &, uni Matrici Ecclesiæ cum convenire non possent, in plures Parochias sive Urbanas, sive Rurales dividi Episcopi Diœcesim opus fuit; ex quo evenit Canonicorum Capitulum tractu temporis in Senatum Episcopi successisse. Multa seligenda curaveram, ne autem mihi potius indulgere videar, quam Auctoris explanationi, quæ collegi suis locis apponere existimavi.

(16) Ad majorem Auctoris intelligentiam subnectere curavi hanc adnotationam; cùm non paucos invenire sit Episcopatus, quibus alii sont uniti; ut Hostiensis cum Veliterno. Nepesinus cum Sutrino. Viterbiensis, cum Toscanensi, ac Hortanus cum Civitate Castellana. Cornutensis cum Monte Flasconio: & ne Catalogum textam omnium Ecclesiarom unitarum, quas brevi negotio legere est in *Tabula Geographica* Fr. Ignatii Hiacynthi Amat de Graveson in calce *ultimi tomi Historia Ecclesiastica*, & in Barbosa *de potestate Episcopi par.* 1. placet solum cum ipso Graveson, & nostro Pompejo Sarnelli *Epist.* 37. *tomi* 2. Episcopatus, atque Archiepiscopatus unitos & suppressos in Regno Neapolitano in medium producere, prælibando primo suppressos, scilicet Cumanum unitum Miseno, posteà utrumque Neapolitano. Misenum, & Cumas habuisse suos Episcopos indubium est, leguntur in fragmento Epistolæ Pelagii ad Vincentium Episcopum Neapolitanum an. 557. per Lucam Olstenium collecto *tomo* 5. *Concil. Col.* 809. & subscripti habentur in Concilio Romano sub Agathone ann. 680. *tom.* 6. *Concil. Col.* 692. Petrus Episcopus Cumanus, Agnellus Episcopus Misenus. Misenum desiit Episcopos habere an. 960. tunc enim à Saracenis solo æquatum fuit. Civitas Cumana ann. 1207. quando a Populo Neapolitano destructa fuit: ut habetur in Antiquis Lectionibus S. Julianæ hinc translatæ unà cum corpore S. Maximi Diaconi Cumani apud Capaccium sic *lect.* 1. *anno igitur ab Incarnatione* 1207. *X. indictione Kal. Maii cum Civitas Cumana per malitiam inhabitantium destrueretur, Venerabilis Pater Anselmus Neapolitanus Pontifex, & Leonem Episcopum Cumanum destinavit, qui de Cathedrali Ecclesia B. Maximi gloriosum Corpus* (idest S. Julianæ) *efferentes, &c.* Montem Corvinum cum Vulturara. Bicchari cum Trajano. Salpensem cum Trancnsi. Sancti Leonis cum Sancta Severina, aliosq; prætereo; quia horum notitia parum conducit ad intelligentiam quæsiti ab Auctore propositi. Sunt tamen invicem uniti Campanensis cum Satrianensi. Valvensis cum Solmonensi. Scalensis cum Ravellensi. Barensis cum Canosino. Matheolanus cum Acheruntino. Sancti Angeli Longobardorum cum Bisacciensi. Melphiensis cum Rapollensi. Adriensis cum Pennensi. Orthonensis cum Camplensi. Gerundinus cum Cariathensi. Bojanensis cum Sepino. Montis Viridis cum Archiepiscopatu Narareno, nonc per Benedictum XIII. denoò suis juribus restitutus. Debere intervenire Cleros utriusque Diœcesis, cum ad utramque pertineant statuta Synodalia: ut notat Archipresbyter, seu Petrus Antonius Nicolinus de Alcalà ad §. 9. Lancellotti *de Constit.*

Neque de laudatis Ecclesiis Cathedralibus unitis meum est hic disceptare, an sint uniones coæquales, & æquè principales, an subjectivæ, vel accessoriæ; quia ubi sunt æqoè principales, quælibet Ecclesia remanet in suo primævo statu, ut advertit D. Carolus Antonius de Luca in *observat. ad annotationem octavam* §. 1. Ventrigliæ *de unione beneficiorum*: qua polita doctrina curreret ratio Archipresbyteri. Sed ad quæsiti responsionem accedamus.

(17) Ubi Bonifacius VIII. *cum Episcopus in tota sua Diœcesi jurisdictionem ordinariam noscatur habere, dubium non existit, quin in qualibet loco ipsius Diœcesis non exempto, per se, vel per alium possit pro Tribunali sedere, causas ad forum Ecclesiasticum spectantes audire: personas Ecclesiasticas (cum earum excessus exegerint) capere, ac carcerati deputare; nec non, & cætera, quæ ad ipsius spectant officium liberè exercere.*

(18) Binas Synodos Diœcesanas præfinito tempore convocare jusserat prisca Ecclesiæ Disciplina, unam Quadragesimali tampore, alteram mense Octobris. Leo Primus *Epist.* 82. *cap.* 7. *in Can. de Conciliis dist.* 18.

de

gulares. *Cap. quod super his. de majoritate, & obedientia*, non alii Claustrales exempti. *cap. nimis prava. de excessibus Prælat.*

324 Et Prælati non exempti. Secundo vocantur Prælati non exempti seculares, quorum correctio ad Episcopum pertinet. *Can. fin. dist. 18. cap. quod super. de maior. & obed.* Imola in *cap. grave coll. 6. de præbendis.*

325 Et Beneficiati. Tertio Beneficiati etiam beneficio simplici, *cap. fin.* ubi Innocentius *de censibus*.

Quod negat Riccius. Sed id negat Riccius *part. 3. praxis resol. 446. num. 4. §. non obstans*, citans Abbatem. Bellarminus ad Tridentinum (19) ex declaratione Sacræ Congregationis; nisi vocentur ad reformationem morum.

An vero Canonici, teneantur venire ad Synodum.

326 Canonici an teneantur Synodo interesse. NEgat Riccius *part. 3. praxis resol. 446. num. 7. in fine*; nisi Synodus Canonicos tangat; quia Canonicatus est beneficium simplex, & tales beneficiati non coguntur intervenire, sed sunt specialiter invitandi, etiam ad Provincialem Synodum, si eos tangat. Zabarella in *cap. grave. de præbendis.* Abbas in *cap. non genus. de decimis collat. 2. in fine*, & Fagnanus in *cap. grave. de præbend. num. 9. & sequentibus* in *cap. etsi membra. de his, quæ fiunt à Prælatis*, plura disceptans in hac materia.

An debeant intervenire simplices Sacerdotes.

327 Simplices Sacerdotes non interveniunt. NEgat Glossa in *cap. quod super his*: ubi Zabarella *opposit. 3.* Imola *notabili 1. de majfor. & obed.* Bellarminus ad Trid. referens declarationes Sacræ Congregationis. Riccius *part. 3. praxis resol. 446. num. 4.* nisi in Synodo Diœcesana essent publicanda decreta Synodi Provincialis: ut in *Can. decernimus fin. dist. 18.* tunc omnes etiam Clerici intervenire debent. Doctores citati, (20) Nisi publicanda sint decreta Synodi Provincialis.

An impediti si non interveniant possint puniri?

NEga: quia sine culpa nemo debet puniri. *Cap. sine culpa. de regulis iuris in 6.* & præcepta non obligant ad impossibilia, ut esset cogere impeditum ad Synodum. *l. impossibilium. de regulis iuris*; unde senectute pressi, vel excommunicati, nisi velint petere absolutionem in Synodo, sunt excusati. 328 Juste impediti, non puniuntur.

Insuper quæritur: an Episcopus possit convocare Synodum sine consensu, vel consilio Capituli?

ALiqui negant, quia est res ardua consilio exequenda. *Cap. novit. de his, quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli.* Pignatellus *tom. 1. consult. 68. num. 2.* 329 Negant aliqui, quia est res ardua,

Alii volunt requiri consilium, non consensum Capituli. Archidiaconus, Joannes Andreas, Abbas in *cap. novit cit. num. 4.* Barbosa *allegatione 93. num. 25.* Quaranta in *Summa Bullarii V. Synodus*, Bonacina *de legibus quæst. 1. punct. 3. num. 24.* Ciarlinus *lib. 1. cap. 61. num. 11.* contra Salas *de legibus disp. 8. sect. 7. num. 41.* Suarez *lib. 4. de legibus cap. 5. num. 2.* Vasquez *disp. 133. cap. 2.* nec consilium Capituli requirentes. Alii solum Consilium.

Hæc

---

de Conciliis autem Episcopalibus non aliud indicimus, quam Sancti Patres salubriter ordinarunt, ut scilicet bini conventus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus quærelis, quæ inter diversos Ecclesiæ ordines nasci assolent judicentur. Synodus Antissiodorensis Diœcesana anno 578. juxta Sirmondum *Can. 7. ut medio Majo omnes Presbyteri ad Synodum in Civitatem veniant, & Kalendis Novembris omnes Abbates ad Concilium conveniant.* Primum ad Presbyterorum instructionem, totiusque Cleri circa Ecclesiasticam politiam, & Sacra Dogmata in Quadragesima, vel alio tempore cogebatur, ut habetur in Capit. Aquisgran. *lib. 1. c. 99.* sub Ludovico, & explicat Liptiensis Synodus apud Biniū sub Childerico *anno 742. ut Presbyteri semper in Quadragesima rationem reddant, & ordinem ministerii sui, sicut de Baptismo, sive de Fide Catholica, sive de precibus, & ordine Missarum ipsi Episcopo reddant, & ostendant.* Secundum mense Octobris, & Autumni tempore ad coercitionem morum Cleri, in qua Sacerdotes omnes, etiam Abbates intervenire cogebantur, quia ad omnes pertinebant. Gonzalez in *cap. quod super. de majoritate, & obedientia.*

Et sicut Provincialis Synodi præceteris erat Concilii Generalis statuta in sua Provincia promulgare, & pro viribus ad praxim reducere, ut supra ostensum est: ita Diœcesana Synodus dabat operam Provincialis Synodi decreta ad suam particularem Diœcesim accommodare, & indicta die Sacerdotibus, Abbatibus, cæterisque ea promulgabat, observantiam inculcando: ut statutum legimus in Concilio Toletano XVI. *Can. 6.* relato in *Can. Decernimus fin. dist. 18. Decernimus ut dum in qualibet Provincia Concilium agitatur, unusquisque Episcoporum admonitionibus suis intra sex mensium spatia omnes Abbates, Presbyteros, Diaconos, atque Clericos, seu etiam omnem conventum Civitatis ipsius, ubi præesse dignoscitur, nec non, & cunctam Diœcesis suæ plebem aggregare nequaquam moretur; quatenus coram eis planissimè omnia referet, quæ eodem anno in Concilio acta, vel definita esse noscuntur.* Fagnanus in *cap. sicut olim de accusat. num. 10. & 109.* quare mihi videtur potiorem esse rationem istam mox allatam; ideo Concilia hæc non esse in Collectionibus Canonum, & Conciliorum redacta; quia forte erat inutilis aggeratio Canonum, qui inter Provincialia Concilia haberentur; quam rationem Bellarmini *lib. 1. de Conciliis cap. 4.* sic: *Diœcesana sunt in quibus conveniunt tantum Presbyteri unius Episcopatus, & iis Episcopus præest: cujus generis paucissima extant, nec immerito: nam vix dici possunt Concilia, cum in eis ordinariè nullus sit, qui jurisdictionem habeat præter unum Episcopum, qui præest*, & Joannis Doviat *lib. 2. Prænotionum Canonicarum cap. 1. num. 16. Cæterum harum Synodorum, quæ ab uno Episcopo cum Presbyteris subjectis habentur, una, ni fallor, Antissiodorensis locum invenit in Collectionibus Canonum, & aæ, vix in Conciliorum numerum referuntur.*

(19) Seu potius Declarationes S. C. quasdam in Bibliotheca Bellarmini repertas. Adde Fagnanum in *cap super his. de majorit. & obed. num. 2. & 3.*

(20) Fagnanus in *cit. cap. quod super his*. Gonzalez, aliique. Placet exscribere pauca doctissimi Cardinalis de Luca in *discurs. 30.* ad Concilium Tridentinum quæsitum hoc tangens *n. 16.* Nihilominus tamen, *ita habet*, super convocatione, sive interventu in Synodo controversiæ oriri solent, cum Capitulis, & Cleris Oppidorum, aliorumque locorum Diœcesis, an scilicet omnes Presbyteri, & Clerici ad Synodum convocari possint, ut ab aliquibus Episcopis (& utinam non ad industriam, & occasione mulctarum, & pœnarum, sive extorsionum, & contributionum) fieri consuevit; ideoque provisum, ut sufficiat interventus Deputatorum Cleri cujuslibet loci, & Parochorum, sive Vicariorum, aut illorum, quibus aliàs curæ animarum, & administrationis Sacramentorum incumberet: licet enim Capituli Cathedralis interventus requiratur; attamen id incommodum non præbet, ex quo in eadem Cathedrali Synodus celebranda est.

II. Majores autem, ac frequentiores esse solent controversiæ cum exemptis, præsertim Regularibus an ipsi, eorumque Prælati in Synodo intervenire debeant, receptaque distinctio est, ut in Regularium adnotationibus advertitur, ut illi intervenire debeant, atque cogi valeant, qui curam animarum habeant, & administrationem exerceant, cum in hac parte subditi sint, atque à primo Pastore, qualis est Episcopus instruendi sunt, quomodo in sibi commissarum Ovium cura, & regimine se gerere debeant, quæ etiam procedit in aliis secularibus exemptis, inferiorem Prælatum habentibus cum ordinaria quasi Episcopali jurisdictione, potissimè ubi de illis agatur, qui hanc jurisdictionem habent in locis intra Diœcesis fines existentibus.

Et quoniam id pariter cum Diœcesanis, præsertim vero cum exemptis jorgia parere solet. Hinc proinde à Sacra Congregatione in Italia injunctum est Episcopis, ut jam æditas Synodales Constitutiones, eidem examinandas, & confirmandas transmittere debeant, itaque est praxis. Hactenus de Luca.

Hæc opinio est vera. Nam ita declaravit Sacra Congregatio ad Episcopum Oriolen. 17. Maii 1599. (21)

An extra Synodum, in aliis Edictis, requiratur consilium Capituli?

330 In Edictis non requiritur Consiliū Capituli.

NEgant etiam auctores primæ opinionis superius relatæ, nam hujusmodi Edicta, ad instar Prætoris Edicta evanescunt, extincto Prætoris officio, morte, vel amotione. Bartol. in *l. stipulationum num.* 5. *D. de verborum obligat.* Romanus *cons.* 233. *num.* 5. Ciarlinus *loc. cit. n.* 13.

Quæ in Synodo constitui valent.

331 Quæ constitui possunt in Synodo.

NOn solum ordinis, sed etiam meri, & mixti Imperii, Episcopalis potestatis est. *cap.* 1. *de officio Judicis ordinarii, cap.* 1. *de pœnis in* 6. cui subsunt omnes de Diœcesi, etiam speciali dignitate fulgentes. *cap. omnes Principes. de major. & obed.* habet quid specialissimum tantum supremo Principi concessum leges condere. *l.* 1. *D. de Constitutionibus Principum.* Triden. *sess.* 13. *cap.* 1. *de reformat. cap. Canonum statuta*: ubi Felinus *de Constitut. cap.* 2. *de constitut. in* 6. idque quia Christus Dominus instituit Episcopos in partem sollicitudinis boni Ecclesiæ ut Fratres, subordinatos Summo Pontifici. *cap. ad honorem. de auctoritate, & usu Pallii. Can. Decreto* 2. *q.* 6.

332 Constitutiones Synodales vim legis habent.

Synodales ergo Constitutiones vim legis obtinent. *cap.* 2. *de constit. in* 6. Trid. *sess.* 13. *cap.* 1. *de reform.* Glossa in *Can. fin.* 23. *quæst.* 1. Et exigunt omnes conditiones legis, causas, & materiam legis capacem, ut sint justæ ad bonum publicum promulgatæ, &c. de quibus in *Can. Erit. l.* 1. *D. de legibus.* Felinus in *cap. Canonum num.* 40. *de constitutionibus.* (22)

Itaut Constitutionibus Synodalibus publicum, non privatum suum, vel alterius commodum respiciat, sed studeat divinum cultum augere, & subditorum honestatem formare curet. Trid. *sess.* 13. *cap.* 1. *de reformat.*

An in arduis, & tangentibus interesse Capituli requiratur etiam consensus Capituli?

333 In rebus arduis, & tangentibus interesse Capituli, ejus consensus exigitur.

AFfirma: *cap. quando. de his, quæ fiunt.* Abbas in *cap. cum nos. cit. tit.* Pignatellus *loco citato num.* 14. *in fine.*

An Episcopus possit facere statuta pœnalia ipso jure ligantia omnes ad bonum spirituale?

334 Potest Episcopus facere statuta pœnalia.

AFfirma: *cap. omnes Principes. de major. & obed. cap. ut animarum*: ubi Ancharanus *num.* 9. *de constit. in* 6. *cap. novit. de judiciis.* Fuscus *de visitatione Ecclesiæ lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 3. Homobonus *de examine Ecclesiæ par.* 1. *cap.* 7. *quæst.* 27. dicens posse etiam prohibere, ne mulieres turpiter se ornent, & induant vestibus obscœnis.

An Ecclesiastici subditi jurisdictioni Abbatum existentium intra Diœcesim obligentur Constitutionibus Synodalibus Ordinarii?

335 Subditi Abbatibus intra Diœcesim, ligantur legibus Synodalibus.

AFfirma, itaut Abbates nequeant facere edicta contraria. Sacra Congregatio apud Pignatellum *tom.* 1. *consult.* 278.

Quid dicendum de Abbatibus existentibus extra territorium, & in loco exempto intra territorium, an ligentur Constitutionibus Synodalibus?

336 Extra Diœcesim, & exempti non ligantur.

NEga. *cap.* 2. *de constit. in* 6. ubi subditi extra territorium non obligantur legibus non proprii Ordinarii. *cap. fin. de officio Delegati.* Navarrus in *Manuali cap.* 27. *num.* 2. Ciarlinus *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 21. & 22. Mascardus *concl.* 6. *num.* 33. deobligantes etiam existentes in loco exempto intra territorium.

An detur appellatio à statutis Synodalibus; & recursus ad Papam?

337 Datur Appellatio, & recursus ad Papam.

AFfirma. Pignatellus *tom.* 1. *consult.* 71. & est devolutiva tantum appellatio in causis executivis, in aliis est devolutiva, & suspensiva.

An Episcopus valeat facere statuta in casu non omisso à jure communi?

338 Potest coadjuvando jus commune.

NEga, nisi ad coadjuvandum jus commune. Baldus in *l. omnes populi num.* 30. *D. de justitia, & jure.* Felinus in *cap. quod super. num.* 22. *de majoritate, & obedientia.* (23)

An in Synodo possit Episcopus statuere adversus Jus civile.

339 Potest contra jus civile aliquid statuere.

AFfirma. *cap. quod super. de major. & obed.* Gratianus *cap.* 894. *num.* 14. & 15. Ciarlinus

(21) Ad robur positæ assertionis visum est per extensum literas Sac. Congreg. in medium ponere, quas Pompejus Sarnelli Vigiliensis Episcopus *Epist.* 30. *tom.* 2. Authentice refert ex proprio Regesto, postquam plures rationes, & auctoritates adduxit ad probandum Synodum Diœcesanam, ejusq; observantiam non dependere ab acceptatione interessentium, in calce has sæpiùs citatas declarationes refert:

Literæ Sacræ Congregationis data ad Venetiarum Patriarcham 27. Aprilis 1592.

Illustriss. &c. Sacra Congregatio Illustrissimorum Patrum, qui Tridentino Concilio interpretando à SS. D. N. Præfecti sunt, per libellum Amplitudinis Tuæ nomine porrectum, consulta respondit: Eandem Amplitudinem Tuam in Synodo Diœcesana facere posse Constitutiones absque consensu, & approbatione Cleri: debere tamen requirere consilium Capituli, licet illud non teneatur sequi, nisi in casibus à jure expressis: *non obstante, quod ex forma Romani Pontificalis in celebranda Diœcesana, & Provinciali Synodo expressè habeatur: ut Constitutiones in Synodo publicanda a Patribus per verbum Placet confirmentur.* Cujus Congregationis sententiæ Amplitudo Tua inhærens in suam Synodum peragendum noviter incumbat, & penè valeat in Domino, quem ut illi in hujusmodi Pastoralibus, ac salutaribus muniis sua gratia semper adsit ex animo rogamus. Romæ die 27. Aprilis 1592.

Ita reperitur in Regesto Authographo literarum Sacræ Congregationis Concilii *lib.* 8. *fol.* 32. in fidem, &c. hac die 16. Nov. 1689. A. Altovitus S. C. C. Secr. loco † sigilli.

Literæ, &c. ad Episcopum Oriolen. 17. Maii 1599.

Reverendissime, &c. Sacra Congr. Cardinalium Conc. Trid. Interpretum sæpius consulta respondit licere Episcopo, ad eumque pertinere cogere Synodum Diœcesanam, absque consensu, & consilio Capituli. In ea autem Constitutiones eundem Episcopum edere, ac promulgare, posse absque consensu, & approbatione Cleri, debere tamen requirere consilium Capituli, tametsi illud sequi non teneatur, præterquam in quibusdam casibus a jure expressis, quæ amplitudini tuæ in Synodi celebrationem incumbenti idcircò significare voluimus, ut ex Patrum sententia quid sibi liceat, quantaque hac in re sit ejus facultas agnoscens, impedimentis omnibus sublatis, Synodum celebret, & absolvat, ex qua plurimum, utilitatis ad animas sibi creditas perventurum speramus, quippè qui Pastoralem ejus sollicitudinem, acreque zelum, ac solertiam, & sacrarum literarum cognitionem, qua eminet, optimè compertam habemus. Deus amplitudinem tuam incolumem servet. Romæ die 17. Maii 1599.

Ita reperitur in Regesto Authographo lit. S. C. C. *lib.* 9. *fol.* 22. *à ter.* in fidem hac die 15. Nov. 1689. Ità est A. Altovitus Secr. loco † sigilli.

(22) An autem statuta Episcopi veniant nomine Canonum. Vide Fagnanum in *cap. Canonum. de Constitutionibus num.* 27.

(23) Non posse autem contra Jus Commune aliquid statuere Synodum, & quod obviaret statutis Canonicis clarè habetur in *cap. quod super cit.* ubi (*dummodo*

linus *lib.1. cap.61.num.16.* Barbosa *de potestate Episcopi par.3.allegat.93.num.29.*

An mortuo Episcopo statuente, remaneant statuta Synodalia?

340 Mortuo Episcopo remanent statuta Synodalia.

AFfirma, nam sunt leges, quæ remanent mortuo Legislatore, *l.1.D.de legibus*, Bartolus in *l.fin. num.1. de pœnis*, *cap.fin.* ubi Gloss. *de offic. deleg.* Navarr. *cap.27. num.2.* Non vero ligant subditos extra Diœcesim existentes. *cap.2. de constit. in 6.* similiter non ligant ignorantes, nisi ignorantia sit crassa, aut supina, *d.cap.2.*

An statuta Synodalia illicò, an potius post duos menses obligent?

341 Illicò obligare docet Decius.

Post duos menses juxta Jus Commune alii affirmant.

ILlicò obligare docet Decius in *rubrica de Constitutionibus*, verb. *cognoscentes num.15.* Post duos menses obligare ait Fuscus *de visitatione, & regimine Ecclesiæ cap.33.num.7.* dicens rationabiliùs post Glossam in proœmio Decretalium; quia id est conformius juri communi, in authentico *Ut factæ novæ constitutiones*, & in *cap. noverit. de sententia excom.* cui juri standum est; cum oppositum jure Canonico statutum non inveniatur, *cap.1. & 2. de novi operis nunciatione.*

Hinc resolvitur: an Episcopus valeat condere leges?

AFfirma. *Cap. licet. de officio Ordinarii. Can. Nullus 3. quæst.4. cap. quando, cap. novit. de his, quæ fiunt, Actorum 20.* ibi *Posuit Spiritus Sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Suarez *lib.4. de legibus cap.5.dub.2.* Puteus *lib.3. decis. 95. num.3.* 342 Episcopus potest leges condere.

De Jure Personarum.

TITULUS VIII.

TOtum Jus nostrum versatur circa Personas, Res, & Judicia. Nos de Personis ideo primo sermonem instituimus.

Personæ dividuntur multifariam, in baptizatos, & non baptizatos. Baptizati subdividuntur in Ecclesiasticos, & Laicos; Ecclesiastici in Clericos, & non Clericos. *Can. Duo sunt 12. quæst. 1.* Baronius anno Domini 44. impressionis Romanæ, *folio 324. litera C. & D.* 343 Dividuntur personæ multifariâ.

Clerici à communi populo ordine distincti, sunt appellati à sorte Dominica. *Actor. 1.* ibi: *sortitus est sortem ministerii hujus*, addicti enim sunt Divinis Officiis. *Can. Clericus 12. quæst.1.* ex Hieronymo *ad Nepotianum*, & elegerunt in partem Divinum cultum. *Can. Cui portio 12. quæst. 1.* sunt cæterorum Magistri. *Can. Quis dubitet dist.96.* 344 Clerici distinguuntur à populo. Eorum officia.

---

do in ipsa Synodo non ducas aliquid statuendum, quod Canonicis obviet institutis), & in *cap. fin. de officio Archipresbyteri*, Gonzalez *num.7.* & Fagnanus *num.16. in cit. cap. quod super*, & in *cap. sicut olim. de accusat. num.76. 80. & seqq.* nec posse de rebus gravioribus agere, dogmata fidei definiendo, & declarando; Cum hæc ad Concilium Generale, & ad Apostolicam Sedem sint deferenda. *Can. Quoties 24. quæst.1. cap. majores. de Baptismo*, & Gregorius VII. in suo Dictatu *Can.21.* nisi fuerit Apostolica commissione munita, & specialiter deputata, sequuta confirmatione Pontificis. Quod & de Provinciali idem dicendum est, ut probat, atque dilucidat Lupus ad citatum Dictatum. Non me latet esse Theologos, & haud obscuri nominis, ut Melchior Canus *lib.5. de Locis cap.4.§.postrema conclusio*, Gaspar Juvenin *tom.1. Institutionum dissert.4. de Locis Theologicis quæst.3. cap.1. articulo 4. concl.2. & quæst.6. de Episcopis*, aliique, qui nisi auctoritati Lucii III. in *cap. ad abolendam. de hæreticis* præ viribus tueantur posse Episcopum, vel Synodum Diœcesanam, aut Provincialem de hæresi judicare, & definire. Tamen Christianus Lupus in *Appendice* ad Synodum Chalcedonensem *actione 4.* asserit Episcopos non ex se solus, sed cum Metropolitæ, aut Patriarcha potuisse res fidei definire, & *tom.7. ad varias Patrum Epistolas cap.72.* Probant vero citati Theologi suam positionem ex Lucio III. *cit.* ubi decernit, Satanæ tradendos, & perpetuo Anathematis vinculo irretiendos esse eos, qui ab Ecclesia Romana, vel a singulis Episcopis per Diœceses suas cum Concilio Clericorum, vel Clerici viduata Episcopi Sede, etiam si oportuerit, accersitis vicinis Episcopis, hæretici judicati fuerint, verba sunt ista: *& generaliter eadem Romana Ecclesia, vel singulis Episcopis, per Diœceses suas cum Concilio Clericorum, vel Clerici Episcopi Sede vacante cum Concilio, si oportuerit vicinorum Episcoporum, hæreticos judicaverint; pari vinculo perpetui Anathematis, innodamus.*

Rationes adnectunt; quia sicut Romanæ Ecclesiæ est res fidei definire, & declarare, ita Synodi Episcopi; cum æquale robur Lucius III. ei tribuat ex allatis verbis textus: Nec valere responsionem aliquorum dicentium, de hæresi manifesta intelligenda esse verba textus; cum post verba citata habeatur: *Præsenti nihilominus ordinatione sancimus, ut quicumque manifestè fuerit de hæresi deprehensus*: quia non solum de manifesta hæresi, sed de occulta quoque judicat, ac decernit Romana Ecclesia, cui comparatur Synodus Episcopi: nec Lucium III. asserere innodandos esse perpetuo vinculo Anathematis, qui fuerint manifesti hæretici, sed eos, quorum hæresis manifestè probata sit, ut ad pœnas, & censuras, usq; ad tradendum eos brachio seculari, procedendum sit, quæ res exigit probationes luce meridiana clariores.

Aliter sentiendum docent Joannes Filesacus vir doctus, ac eruditus in *cap.1. de Officio Ordinarii* Cardinalis Bellarminus *lib.2. de Conciliis cap.10.* qui contendunt ex laudato *cap. ad abolendam* non educi posse Episcopum, vel Synodum ejus aliquid judicare, & definire de hæresi, ut asserunt adversarii. Duobus enim modis judicari potest de hæresi: de ipsa hæresi in abstracto, scilicet an hæc, illa propositio sit hæretica nec non: vel judicare, an hic aut ille in hæresim inciderit, jam ab Ecclesia damnatam: & licet Episcopus non valeat de hæresi secundum se, aut ejus Synodus definire, aliquod fidei dogma constituendo; tamen aliquem in manifestam, aut anathematizatam hæresim incidisse suo munere, & tanquam Ordinarius Inquisitor judicare, ac declarare potest, *cap. si accusatus. de Hæreticis in 6.* & luculenti exemplo demonstratur ex Concilio Aquilensi anno 381. Præside Sancto Ambrosio Episcopo Mediolanensi cum triginta duobus Episcopis jussu Imperatoris Gratiani, in quo nihil aliud agitatum, ac disceptatum fuit Palladium, ne, ac Secundinum Episcopos verè hæreticos arrianus esse, Arii impietatem jam in Nicæna Synodo profligatam, propugnantes: quod & præstitum est, Palladio hæretico Arriano convicto, ac damnato, ut ex actis, quæ supersunt perspicuè evincitur, ut videre est apud Baronium anno 381. & Binium, & apud Bail *tom.2. summæ Conciliorum pag.86.* cui optimè convenire videtur *cit. cap. ad abolendam*, in quo inquisitio indicitur Episcopis, aut Synodis de hæreticis, ad eos puniendos, ut vineæ Domini, cui præsunt, lupos accedere non permittant, atque a tritico paleam secernant; etsi enim Judicium eorum non sit undequaque infallibile, sufficiens tamen est ad excommunicandum, & ad hæreticos plectendos, rectè concludit Bellarminus: Posse saltem Concilia particularia censere de hæresi secundum se, quando res est facilis, & in qua omnes Doctores conveniunt, sicut in Concilio Antiocheno judicatum fuit de hæresi Pauli Samosateni; ita refert Eusebius *lib.7. Histor. Ecclesiasticæ cap. 24. convenerunt enim undique Episcopi non tanquam ad rem dubiam, sed tanquam ad manifestum Lupum de ovili Christi ejiciendum*. Quodque judicium sufficiens est ad hæreticos animadvertendos, donec aliter non judicaverit Petri sedes, sed de hac controversia. Gonzalez in *cit. cap. ad abolendam*, & ibi Fagnanus *num.10. usque ad 14.* & idem Gonzalez in *cap. quod super. de majorita. & obed.* cum ibi citatis.

*dist.*96. sunt lumen Mundi. *Can.Sacerdotes.dist.* 93. Animarum parentes verbo & exemplo, promotores virtutum. *Can.In scripturis dist.* 96.

Clerici idem, ac Ecclesiastici in genere Concilium Nicænum I. *Can.*1. Eusebius *lib.* 1n. *Historiarum cap.*7. & patet ex Epistola *ad Hebræos* 12. ibi ; *Ecclesia primitivorum*. S. Ambrosius *Epistola* 36. est contra Lutherum, & Calvinum efferata vertigine agitatos, nauseantes nomen Clerici, ut improprium. (1)

345 Clerici dividuntur. Clerici subdividuntur in simplices, conjugatos, Bigamos, Regulares, non Regulares, *cap. inter quatuor. de Religiosis domibus. cap. licet in corrigendis. de officio Judicis ordinarii. cap. cum sibi. de verbor. signif. cap. literas. de filiis Presbyterorum. cap. unico. de Clericis conjugatis in* 6. (2)

Clerici Divinis Officiis addicti, vivunt de rebus Deo dicatis, puta ex decimis, primitiis, oblationibus, beneficiis, &c. *Can. Clericus dist.* 12. *Can. Duo sunt* 12. *quæst.* 1. *Numerorum* 18. *Deuteronom.*1n. *Josue* 13. *Ezechiel.*44. Hallier *de sacris electionibus, & ordinationibus in proœmio tom.*1.

346 Appellatione populi in odiosis non venit Clericus. Appellatione populi in odiosis non veniunt Clerici; adeoque interdicto populo, non sunt interdicti Clerici. *cap. si sententia. de sent. excom. in* 6. licet in favorabilibus appellatione populi etiam veniat Clericus, gaudeatque privilegiis civium. *cap. Dilecti filii* 17. *de foro competenti.*

Differentiæ inter Laicum, & Clericum.

PLures numerantur à Grassis integro *tract. de effectibus Clericatus*, quem consule.

Prima differentia est, ut Clericus non poterat studere Juri Civili in publicis Accademiis plusquam per duos menses. *cap. non magnopere. cap. super specula. ne Clerici, vel Monachi*; neque Physicæ, idest Medicinæ; idque sub pœna excommunicationis ipso jure, & comprehendebantur tantum Diaconi, Decani, Propositi, & Personatum habentes, Martha *de jurisdictione par.*4. *centur.*2. *casu* 168. *num.*2. 347 Non poterat Jus civile in publicis Academiis ad. discere.

An autem hodie valeant licitè studere Clerici Juri Civili, ac Medicinæ in publicis Accademiis?

INdistinctè affirmant ob generalem consuetudinem, qua jus contrarium abrogatum est. *cap. fin. de consuetudine. l.*2. *Cod. quæ sit longa consuetudo*; nec amplius est necessaria distinctio Barbosæ in dicto *cap. super specula num.* 7. Dianæ *part.* 3. *tract.* 5. *miscell. resolut.* 27. Sà, V. *excommunicatio num.* 155. Marantæ *part.*2. *respons.*2n. Lotterii *de re beneficiaria lib.*3. *qu.*7. *num.*207. Escobar *tract.*4. *examine* 2. *num.* 13. Cænedl. *disp.*16. *dub.*3. Palai *de censuris disp.* 3. *puncto* 32. *num.* 5. Menni. *lib.*3. *de jure Accademico ad Theologiam*. Quia faciliùs Canones percipiuntur cum studio legis Civilis. *cap. Pastoralis de causa possessionis, & proprietatis.* Romanus *singular.*654. (3) Tamen hodie possunt.

Secunda differentia est, quia Laicus jurat tactis scripturis loco Libri Evangeliorum, aliàs Juramentum non tenet in foro. *Can. si quis Presbyter* 2. *quæst.*5. Clericus vero jurat tacto pectore. *cap. fin. de juramento calumniæ.* 348 Secunda differentia.

Ter-

---

(1) *De Abroganda Missa privata parte* 1. *lib.* 4. *Instit. c.*4. *§.*9. *& in commentariis prioris Epistolæ S. Petri cap.*5. Quos impugnat Bellarminus *de Clericis lib.* 6. *cap.* 6. quia optime, ac solidè demonstrat ex Conciliis, & Sanctis Patribus nomen Clerici, & ejus dignitatem tota antiquitate asse veneratum, longè excellens laicorum omnium dignitatibus, & ab ipsis laicis semper distinctum.

(2) In divisione Clericatus Auctor dividit Clericos in Regulares, & non Regulares, quos usu recenti Ecclesiæ, in Regulares, & Sæculares partimur. Omnes enim antiquitùs Clerici, Canonici vocabantur, Canoni, seu potius Matriculæ Ecclesiæ adscripti, in qua ordinati erant, & catalogo eorum adnumerati, qui ex reditibus Ecclesiæ vivebant in communi, portionem suam unusquisque accipiendo, quam *Sportulam* vocabant, ut ex propè innumeris Conciliis, & Patribus probare possem, quæ ex parte collegit Cabassutius pluribus in locis, & præ aliis noster eruditus Pompejus Sarnelli *Epistolarum Ecclesiasticarum tom.*1. *Epist.*4. *& tom.*10. *Epist.*10. Ubi eruditè ut assolet, dilucidat, onde contingerit ut Clerici nunc *Sæculares* appellentur: Ex quo enim inquit communis vivendi mos Clericorum desuevit, pedetentim introductum fuit Clericos vocari Sæculares, quos primæva Ecclesiæ disciplina Canonicos vocabat, servitio determinatæ Ecclesiæ addictos, seù incardinatos; Hinc patet expositio *cap. ad audientiam. de rescriptis*, in quo habetur: *Clerici Laici*, quos Cironius, & Gonzalez ibi volunt intelligi istos Clericos laicos, esse Canonicos Clericos, qui Ecclesiis Cathedralibus deserviunt, ad differentiam Canonicorum Regularium, qui Clerici Regulares dicebantur: ut docet Bosquetus *ad Innocentium pag.*85. Sæculares igitur appellantur non ad eorum improperium, & dedecus; quatenus sæcularibus negotiis impliciti, hujus sæculi vitia sequantur: ut sensus est illud Pauli effatum: *Abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobriè, justè, & piè vivamus in hoc sæculo*. Sed ratione supra adducta, ut à Regularibus distinguerentur, relicta ejus communi vita. Et confirmat hoc idipsum Adamus Canonicus Præmonstratensis apud Molanum *lib.*2. *cap.*25. *de Canonicis* cum sibi objecisset: *Si Canonici, quomodo sæculares, ut Cignos nigros sic audio dici Canonicos sæculares*, subdit: *Sed ego nec ipsum culpemus modum loquendi, sit quod sic appellantur, non quia criminibus sæculi, ipsi sæculo conformati, implicantur; sed pro eo, quod tam arctum vivendi propositum non amplectantur, quam arctum illi tenere videntur, qui Regulares appellantur.* Van Espen *de Canonicis cap.*1. *&* 2. Concilium Lateranense suo Leone X. primum fuit inter Concilia, quod Clericos istos, sæculares vocavit. Et idem Leo in *const.*10. *Pater Æternus*, & in Concilio Tridentino sæpè sæpius legere est Clericos sæculares, Canonicos sæculares &c. Hocque effecit, ne cum Regularibus eos confunderet, qui votis solennibus adstricti, aut in communi viventes, hac ratione ab ipsis differunt.

(3) Non à veritate aberrare videtur Auctor noster, qui non verba tantum legis intellexit in citata Capitula, sed & sensum, retrospiciendo tempus, in quo emanata fuere jura ista, quæ mutatis temporibus in desuetudinem abiisse affirmavit; imo necessitatis esse hodie eas scientias addiscere. Et meritò; nam si verba legis perpendimus non absolutè Clericis vetant, & Monachis, aliisque Ecclesiasticis (ut supra Auctor enumerat ex ampliatione facta ab Honorio in *cap. super specula* 10. *ne Clerici, vel Monachi*) studium Civilium Legum, & Physicæ, seu Medicinæ, sed in studiis publicis, tum in publicis Academiis non ultra bimestre; adeoque non prohibent domi, & privatim studium impendere his scientiis. Secundo, tempora erant tam infelicia bonis artibus, & proficuis scientijs, præsertim Ecclesiasticis disciplinis; quare opus fuit, ut excommunicationis fulmen arriperet Pontifex, retrahendi gratia à similibus scientiis Clericos, ac Monachos, quæ solæ respectu earum, quas addiscere devincti sunt, nullius utilitatis, imo potiùs detrimenti sunt. Quid perniciosiùs quam Decanos, Præpositos, Diaconos, Monachos ipsos, claustro relicto, his scientiis publicè cum status, & professionis damno, ac dedecore studium impendere, reliquas utiliores, imo ipsis necessarias scientias obtorto collo respicere. Ideo Honorius, ut ab his removeret, & ad Sacram Theologiam animum appulerent, his pœnis mulctandos censuit. *Quia vero Theologiæ studium*: verba sunt Honorii: *cupimus ampliari . . . . ut sic Fides Catholica, circumcincta muro inexpugnabili bellatorum, quibus resistere valeat ascendentibus ex adverso.* Igitur non absolutè videtur prohibere, sed quatenùs studio Sacræ Theologiæ adversantur. Tertio, omnes citati DD. præsertim Fagnanus in *cit. cap. super specula num.* 37. *&* 38. admit-

349 Tertia differentia.

Tertio non tenet donatio facta à patre filio non emancipato. *l. donationes, quas parentes, Cod. de donationibus inter.* Parisius *cons.* 15. *num.* 10. *lib.* 2. Si tamen filius sit Clericus tenet donatio. Lupus in *cap. per vestras num.* 42. *de donationibus inter.* Surdus *cons.* 259. *num.* 1. Evadit enim statim peculium quasi Castrense.

Differt etiam Clericus à Monacho, quia Clericus, non Monachus pascit oves Christi Domini; Clericus, non Monachus debet docere, prædicare. *Can. Doctus* 16. *quæst.* 1. *Can. Alia* 16. *q.* 1.

Insuper ad differentiam Clericorum, & Laicorum quæritur.

An Clerici gaudeant privilegiis civium?

350 Clerici gaudent privilegiis Civiũ.

AFfirma: licet gabellas non solvant, & sic eis debetur jus in pascuis in montibus Universitatis, ut debetur aliis civibus. *l. cives, Cod. de incolis lib.* 10. *l. assumptio, D. ad municipalem.* Oltradus *cons.* 32. Boetius *decis.* 260. Pignatellus *tom.* 1. *consult.* 125. in favorabilibus enim, non in odiosis veniunt nomine civium, & nomen populi includit Clericos. *cap. dilecti filii. de foro competenti.*

An Clericis debeantur ratæ fructuum, & possessionum communium, quæ debentur aliis civibus Laicis?

351 Etiam quæ aliis Civibus debentur.

AFfirma: licet non substineant onera civium ex regula, quia in odiosis non veniunt, sed in favorabilibus nomine civium. *cap. dilecti filii.* Secundo quia loco oneris temporalis, interveniunt Divinis ministeriis pro populo. Tertio ex declaratione Sacræ Congregationis in una *Nucerina* 17. *Martii* 1631. apud Pignatellum *tom.* 1. *consulta* 25. *num.* 9. Ancharanus *cons.* 61. *num.* 2. Decius *cons.* 144. *num.* 1. de Grassis *effectu* 2. *Clericatus num.* 363.

An Clericus debeat contribuere pro salario Medici?

352 Ab oneribus excludũtur.

NEga: nam in odiosis non veniunt nomine civium, dicto *cap. dilecti filii*, Sacra Congregatio in una *Amalphitana* 14. *Augusti* 1614. & alibi sæpè apud Pignatellum *tom.* 3. *consult.* 25. *in fine*, quod dicendum est Clericos non teneri ad affidam. Sacra Congreg. in una *Suessana* 14. *Maii* 1669. quoque non teneri ad gabellas impositas supra animalia, vel in pascuis. Sacra Congreg. sæpè apud Pignatellum *tom.* 3. *consult.* 26. *num.* 16. 17. 28. 29. * At si quæ facta sit conventio cum Ecclesia de solvendis gabellis à Clericis, alia re in utilitatem Clericorum substituta, ut sunt franchitiæ, servanda est.

Barones, & Communitates nõ possunt exigere pœnas damni illati ab animalibus Ecclesiasticorum ad fidam, diffidam Ecclesiasticis, sed tantum ipsi id, quod de juræ naturæ, & jure restitutionis juxta justitiam commutativam restituere tenentur; ne in odiosis veniant nomine civium, & populi. Sacra Congregatio in una *Hostunensi* 24. *Januarii* 1668. apud Pignatellum *tom.* 3. *consult.* 76. *num.* 34.

An Clericus absens gaudeat exemptionibus, & franchitiis suæ Patriæ?

AFfirma: Sacra Congregat. 15. *Maii* 1638. in una *Salernitana* 2. *Julii* 1670. & in una *Tarentina* 2. *Maii* 1631. apud Pignatellum *tom.* 1. *consult.* 434. Carolus de Grassis *effectu* 2. *Clericatus num.* 306. Verum consulenda est uniuscujusque Regionis consuetudo, & praxis. Modo explicemus singulas personas Ecclesiasticas in particulari, Et primo: 353 Clericus absens gaudet exemptionibus, & franchitiis suæ patriæ. Attendenda consuetudo.

De Summo Pontifice.

TITULUS IX.

SUmmus Pontifex appellatur etiam Pater Patrum. Baronius *tom.* 6. *Annal.* Bellarmin. *lib.* 1. *de Sum. Pontif. cap.* 31. Licet olim ita etiam appellarentur Episcopi. *Concil. Nicænum* 2. *Act.* 6. *tomo* 3. Sydonius *lib.* 6. *Epist.* 1. qui etiam appellabantur Sanctissimi, Beatissimi, Summi Sacerdotes, *Auth. de Sanctissimis Episcopis.* Tertull. *lib. de Baptismo cap.* 17. 354 Pontifex pater Patrũ.

Hodie tamen id tantum Summo Pontifici competit. Baronius *tom.* 2. *ann.* 206. Qui etiam appellatur Servus Servorum Dei. Jo: Diaconus

in

admittunt posse tam Religiosos, quam Clericos Leges Civiles, & Physicam, seu Medicinam docere; quia solum publicum studium, seu auditum jura prohibent. Quarto, quia inutilis, imo obscura foret scientia Sacrorum Canonum, sine cognitione Juris Civilis, ad quod sæpè numero provocat Jus Canonicum: ut ex *cit. cap. Pastoralis* Auctor probat. Et quomodo contractus, Judicia, Hæreditates, cætera similia, quæ à Civili Jurisprudentia formam sumunt, poterimus intelligere in Murali Theologia, & Canonum notitia, orbati tali lumine. Ita enim inter se conjuncta, ac indissolubili nodo devincta sunt Jus Canonicum, & Civile, quod divelli, separariq; nequeat. Romanum Civile Jus, reverenter Canonicum suscipit, & sui censorem, ac correctorem, sociumque asciscit; Canonicum Juris Civilis æquitatem non respuit, imo amplectitur. Justinianus etenim *Novella* 83. & 131. sic fatur: *Nec enim volumus talia negotia scire omnino civiles Judices, cum oporteat talia Ecclesiasticè examinari, & emendari secundum sacras, & divinas regulas, quas etiam sequi, nostræ non dedignantur leges.* Similiter in *l. Sacris, Cod. de Episcopis & Clericis.* Et in *cap. ultimo. de secundis nuptiis,* & *cap. Clerici de judiciis* confirmatum reperimus. E converso Honorius III. Legum Romanarum non respuit famulatum in *cap. Super specula. de privilegiis,* & Lucius III. in *cap. intelleximus, de novi operis nunciatione*, sic decerorit: *Quia vero sicut humanæ leges non dedignantur Sacros Canones imitari, ita & Sacrorum statuta Canonum, Priorum Principum constitutionibus adjuvantur.* En mira inter se utriusque Juris conjunctio, & utrumque ad naturalem, & æternam felicitatem suaviter homines dirigens. Atque verum sit asserere effusis caritatis habenis mutuo amore prosequi, & unum alteri fasces libenter submittere servata ubique debita proportione. Hinc Fraociscus Othomanus *Anti-Tribomano cap.* 14. sic loquitur: *Nihilominus utrumque Jus intra trecentos annos tam inseparabiliter commixtum est, ut non modo in Scholis, quod modo dixi, sed in Judiciis etiam, & Auditoriis publicis non minoris, quam illud extimatum sit.* Et ipsos Jurisconsultos sine utriusque Juris scientia imperitos haberi affirmant Cujacius *in cap. quod ad consultationem. de sentent. & re judicata.* Duarenus *de Beneficiis in præfatione.* Cironius *in Paratitl. lib.* 5. *Decretalium in præfatione*, aliique. Et Interpretes Canonum rudes dicuntur, si non sint structi Legum Romanarum scientia, & Interpretes Juris Civilis sine Pontificii Juris peritia, pro Jurisconsultis idoneis parum habentur. Jus Civile, & Canonicum ita inter se cohærent, ut sine utriusque juris scientia nemo possit dici Jurisconsultus, & utrumque Jus penitus ignorat, qui unicum tantùm se scire gloriatur. Demùm dispositio citatorum Capitulorum, penè in omnibus Universitatibus relaxata est, propter prædictas rationes pluribus datis diplomatibus à Pontifice, ut de sua Salisburgensi testatur Ludovicus Engel ad *cit. titulum.* Si plura adi Fagnanum multa disceptantem, & resolventem *loc. cit.*

in Vita D.Gregorii Magni lib.2.cap.1. D.August. *Ep.121.* Quandoque humilitatis ergo se appellat peccatorem: ut in *Synodo Turonensi II.*

355 Episcopus Universalis.

Papa Universalis Episcopus appellatur. Concilium Chalcedonense *Act.3.* quidquid mussitaverit Calvinus *lib.4. Instit. cap.7. §. 24.* Habet sollicitudinem totius Orbis. Et dictus est Papa à nota magnæ admirationis, quæ est Papè (1),

Dicitur Papa.

Dicitur quoque Pontifex, quasi pontem ferens, vel faciens, quo homines ad Cœlum pertransit (2). Varro *lib. 4. de lingua Latina.* Vide textum in *Can.Primæ Sedis*: ubi *universalis autem, nec etiam Romanus Pontifex appellatur dist.99.* Qui textus vel intelligitur quod sit solus Episcopus universalis, itaut alii, Episcopi non sint, & falsus est; vel intelligitur quod Summus Pontifex habeat totius Orbis curam, & recipiendus est. Bell.cit.

356 Varia acceptio apud Græcos, & Latinos.

Non omittamus: Papa, seu Pappis apud Græcos blandientis, & balbutientis signum esse. Bellarminus *tom.1.parte 1.lib.2.cap.31.litera B.* Apud Latinos significare Patrem, & Avum; Juvenalis *Satyra 6. v.632.*

Mordeat ante aliquis quidquid porrexerit illa
Quæ peperit, timidus prægustet pocula Papae

Ausonius *ad Nepotem suum* in *Protreptico v.18.*

- - - - - Papos, aviasque trementes
Anteferunt Patribus seri, nova cura Nepotes.

357 D.Petro succedit Pontifex:

Romanus Pontifex succedit Petro in universalem Ecclesiæ gubernationem. *Cap. ubi periculum, §. cæterum.de electione in 6.* Ratio est, quia Petro debet aliquis succedere, nam Ecclesia non minus eget Pastore uno, quam alio tempore: & sic mortuo Petro debebat remanere Pontificatus, qui institutus fuit ad utilitatem Ecclesiæ, adhùc perseverantis, vel durantis.

Unus debet esse.

Et cum Ecclesia sit una, una debet esse forma regiminis: & sic cum tempore Apostolorum unus fuerit omnium Supremus Pastor; ità & nunc unus debet esse.

Quod verò Papa sit Petri successor, indè patet, quia nemo unquam dixit præter Papam, se Petri successorem; & quia Romæ Petrus mortuus est, Romæ ejus successor est electus. Augustinus *Epist. 162.* Et nomine Sedis Apostolicæ per Antonomasiam venit Romana. Augustinus *suprà.*

358 Appellatione Sedis venit Romana.

Summus Pontifex est caput totius Ecclesiæ, & legitimè electus à Christo Domino habet potestatem. *cap. novit, §. cum enim. de judiciis. Can. Sacrosancta. dist. 22.* contra Hus ajentem habuisse potestatem in toto Orbe ex dispositione Constantini Imperatoris.

Est Caput Ecclesiæ.

359 A nemine judicari potest.

Hinc cum Papa sit supremus, à nemine judicari potest. *Cap.solitæ.de major.& obed.*

Dispensat à juramento, & voto.

Papa potest dispensare. Primum in juramento. *Can.2.15.quæst.6.* In voto, *cap.1.de voto*, & ut Monachi professi matrimonium contrahant. Abbas in *cap. de voto*, latissimè Sancius *lib. 8. disp.8.* & Callistus III. dispensavit, ut Henricus Imperator duceret uxorem Constantiam, monialem, filiam Regis Siciliæ; teste Romano *singulari* 596. & potest dispensare cum seipso, & retinere Papatum. Abbas in *cap.licet num.4. de electione.* Duardus *in Bullam Cœnæ lib. 1. cap.2. num. 18.*

Vide infra de Voto.

360 Nequit sibi eligere successorem.

Non potest eligere sibi successorem. Gloss. in *Can.Si Petrus 8.quæst.1.* contra Vasquez, Duallium, Arriagam; quia esset res turpis, dans ansam seditioni (3). Secundo id patet ex Synodo congregata in Basilica Divi Petri *anno Domini* 531. ut testatur Baronius *tom.7. anno 531. fol. 165. litera E. impressionis Romanæ*, & patet ex *Epistola* Sylverii Papæ *ad Vigilium tom. 2. Conciliorum* (4), in qua contra hujusmodi successoris electionem invehitur. Omnesque exhorruisse

Probatur.

(1) Est Glossæ *in Proœmio Clement.* Verior tamen est acceptio, quam mox tradit Auctor: nempè significare Patrem, Vide Du Mortier in *Etymologiario Sacro Græco-Latino*, & Magri in *Hierolexico*, V. *Papa.* Quod nomen commune fuit cunctis Episcopis, & Clericis, ut in *Bulla Aurea* Isaaci Comeni Lector appellatur simplex Papa. Vide Savarum *ad Sydonium lib. 4. Epist. 11.* Ambienas *ad Tertull. de Pud. c.13.obser.1.* Mendozza *ad Concil.Illiberis.lib.1.c.30.* Filesacum *cap. 9. §.5. de offic. Ordin.* Verum soli Romano Pontifici cessisse, patet ex Concilio Romano sub S. Gregorio VII. anno 1073. Christianus Lupus in *Appendice ad Ephesinum Latrocinium actione VII.* & in *Appendice ad Synodum Chalcedonensem actione prima*, & ad *Dictatum S.Gregorii VII. Can.X.* atque in *Dissert.de Peccat. ac satisf. Indulg. cap. 3.* Ut infra cum de Episcopis disseretur.

De aliis nominibus, & titulis, quibus Summus Pontifex condecoratur, videndus Ignatius Braccius *De Magnificis Papæ titulis ab antiquis et attributis*, & Gonzalez *in cap.Antiqua Patriarchalium. de Privilegiis num.2. & 3.*

(2) Conformis est S.Bernardus *Epist. 42. ad Henricum Senonensem*, seu *Tract. de officio Episcoporum cap. 3. num.10.* Editionis Jo: Mabilonii. *Hæc agens, implebis non solum Pontificis officium, sed & etymologiam nominis, pontem utique faciens inter Deum, & proximum.*

(3) Hæc fuit quoque sententia plurium Purpuratorum. Ita Cardinalis Jacobatius *de Conciliis lib.5. art.22.num.8. & lib.8.art.18.* quem habes in Apparatu ad Concilia Labbé. Cardinalis Albanus *lib.2.de Cardinal. quæst. 32.* Cardinalis Turrecremata *in Summa Ecclesiæ lib.2.cap.51.* Cardinalis Cajetanus *tom.1.Opuscul.tract.3. in Apologia de comparatione Auctoritatis Pontificis, cum Auctoritate Concilii p.2. cap.22.* Vincentius Cardinalis *in peculiari Opusculo de hac re in fine tomi 2. suorum Operum*, quibus adde Comitulum *in Resp.Moral.lib.1. q.58.* Azorium *tom.2.lib.4. cap.3.q.3.* Turrianum *in 2.2.tom.2. disp.15. dub.3.* aliosque, quos plena manu citat, & refert. P.Carolus Morales *in suo Diana Dogmatico tract.8. resol.2.* Contra Vasquez in *3. p. disp.244. cap. 3.num.26.* Duallium *de Potestate Pontificis p.3. quæst.6.* Arriagam *tomo 6. disp.7. sect.7. num.47.* & Victoriam *in Relect. 2. de Potestate Ecclesiæ propos. 10. num.23.* Bonacinam *in peculiari Opusculo de electione Summi Pontificis quæst.10. punct. 4. prop.2. num. 3.* Tamen Suarez existimat ambas sententias probabiles. *de Fide disp.10. sect.5. num.16.* Et omissis rationibus utriusque sententiæ, pendet quæstio ut optimè Auctor memorat ex discussione celebris inter eruditos disquisitionis: Num Petrus adhuc vivens designarit sibi successorem Clementem, & an successerint immediatè post Principem Apostolorum in Pontificatu Linus, Cletus, vel Anacletus. Altioris indaginis equidem esset discussio hæc, quam apponere, nostri instituti scopus prohibet examinare. Tamen vide Pagium *in Critica ad Baronium tomo 1.* Danielem Papebrochium in *Propileo Maii in Conatu Cronico-Hist. Romanorum Pontificum*, Natalem ab Alexandro *ad primum Ecclesiæ sæculum*, Bellarminum, aliosque apud Gonzalez in *cap.1. de Præbendis num.6.* qui funditùs propositis hinc inde rationibus rem ad trutinam examinant.

(4) Plura Romana Concilia coacta fuere ad infringendos ausus futuræ successionis Pontificis. Unum sub Bonifacio II. *ann.530.* in quo electio Vigilii à Bonifacio vivente facta, eodem anno ab ipsomet Bonifacio irritatur, veluti illegitima, & contraria Sacris Canonibus apud Bail *tomo 2. Summa Conciliorum* ex Baronio, & Binio *p.194.* subnectens eruditam controversiam hac de re, negantem sententiam amplectens pluribus rationibus appositis, & contrariis refutatis. Alterum sub Bonifacio IV. 72. Episcoporum in Basilica Vaticana *an.606.* in quo de eligendo Summo Pontifice actum fuit, & sub anathematis pœna sancitum est, ne priùs de eligendo successore ageretur, quàm defunctus Pontifex triduo sepultus fuerit: ex Anastasio in Vita Benedicti apud Binium.

Dictis adnecti potest: An Romanus Pontifex Pontificatui cedere, ac renunciare possit? Anceps antiquitùs fuit quæstio, nunc certum est posse renunciare ex facto S. Cœlestini V. qui Pontificatum à se abdicavit, cuique successit Bonifacius VIII. qui decreto

ruisse Romanos ipsos Pontifices talem electionem; quamvis ex justo prætextu factam, ne scilicet laicus Rex se illi electioni immisceret: ut contendebat italię Rex Theodericus, ut *loco cit. fol.* 166. observat Baronius. Doctores autem qui contra asserunt ex eo probant S. Petrum designasse Clementem suum successorem ut in *Can. Si Petrus* 8. *q.* 1. cui satisfit: quia Clemens noluit ad cavendum exemplum, nec fuit immediatus Petri successor; cum Petro successerit Linus, & Lino Cletus.

Ipsemet tamen Summus Pontifex potest liberè renunciare Papatui. *cap. unico. de renunciatione in* 6.

Summus Pontifex non potest errare in fide quandn ex Cathedra pronunciat. Divus Thomas 2.2. *quæst.* 8. *art.* 2. Matthæi 16. ibi: *ædificabo Ecclesiam meam.* Lucæ 22. ibi: *prò te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua.*

361 Papa hæreticus neponendus.

Romanus Pontifex suspectus de hæresi, si monitus non resipiscat, deponi potest à tota Ecclesia. Clemens I. *Epist.* 1. Idem est urgente schismate, & in dubio de vero Pontifice (quod absit) ut in Concilio Constantiensi. Tum etiam deponi potest si sit perpetuò amens, itant nequeat fungi suo officio.

362 In Canonizatione non errat.

Non potest errare in Canonizatione Sanctorum, quia erraret secum tota Ecclesia, cui Canonizatus adorandus proponitur, & in concernentibus pietatem, & mores, ut est Canonizatio, tota Ecclesia errare nequit, & ita etiam de fide ait Valentia *tom.* 3. *disp.* 1. *q.* 4. *part.* 7. §. 4. Vide Dianam *tom.* 5. *p.* 12. *tract. de infallibilitate decretorum Summi Pontificis.*

363 Electio Pontificis.

Papa debet eligi persona Ecclesiastica; masculus, non fœmina. *Can. Oportebat. Can. Nullus dist.* 79. itaut nunquam fœmina fuit, nec poterat esse electam in Papam. Baronius *tom.* X. *Annalium anno* 854.

364 Non potest elegi fœmina.

Cardinalis Bellarminus *de Romano Pontifice cap.* 24. Quia fœmina in Ecclesia docere non potest, ex Apostolo 1. *ad Corinthios* 14. *num.* 34.

365 Fabula de Joanna Papissa exploditur.

Nota hìc fabulam esse fœminam fuisse Papam. Baronius *tomo* X. *anno* 854. plures apud Scothum *lib.* 3. *Physica curiosa cap.* 18. §. 3. ostendentem fabulam fuisse, quam referunt Marianus Scotus de quadam Joanna Papa; & Anastasius Bibliothecarius, qui vixit illo tempore, & fingit Joannam gessisse Pontificatum, erravit, & illum de fabula convincunt Doctores; nam post Leonem IV. Sedes Apostolica vacavit quindecim diebus, & creatum fuisse cognoscimus Benedictum III. Ubi ergo est illa Joanna, quæ sedit post Leonem IV. (5)

366 Non tenetur mutare nomen.

Papa non tenetur sibi nomen mutare, Archidiaconus *in Proæmio in* 6. (6) & quod Christus Dominus mutaverit nomen Simonis in Petrum, id tantum fuit ad indicandum, Ecclesiam in vivis lapidibus fundatam fuisse.

De Adoratione Summi Pontificis remissivè.

De Adoratione Summi Pontificis vide Dianam *tomo* 5. ubi de ea *tractatum* facit 7), & An habeat potestatem Reges exauthorandi, vide cit. Dianam *part.* 10. *in tract. de potestate exauthorandi Reges*, per totum.

Summus Pontifex non est Antichristus. (8)

§. I.

367 Non est Antichristus.

Esse Antichristum volunt Calvinus *lib.* 4. *Instit. cap.* 7. §. 15. Lutherus *in supputatione temporum assertione* 28. Nos fide manuducente dicimus esse Christi Vicarium, Petri successorem; nam Antichristus est contra Christum,

368 Est Christi Vicarius, Petri successor.

nec Antichristus significat Christi Vicarium; nt fallitur Musculus apud Bellarminum *suprà*; nam ly *Anti*, Græcè *contrarium* latinè vertitur, quod ex eo patet, quia Antichristus extolletur supra omne quod dicitur Deus. 2. *ad Tessal.* 2. 1. *Joann.* 2.

369 Explicatur 1. *ad Tessalonicenses* 2.

Urgent hæretici ex *prima ad Tessal.* 2. ubi D. Paulus dicit jam à suo tempore Antichristum inter homines versari.

Sed hoc est contra hæreticos; nam ipsi Antichristum dicunt non esse hominem singularem, sed novum Regnum tyrannicum, scilicet Sedem Summi Pontificis. Ergo si Antichristus propriè dictus erat tempore Apostolorum, sequitur Petrum, & Paulum fuisse Antichristum, quod ipsis non placet. Ergo D. Paulus impropriè locutus est de Antichristo.

Nec

---

creto firmavit Papam renunciare posse Papatui: ut ex *cap. unico .de Renunciatione in* 6. Licet multi contrarism propugnassent sententiam tunc temporis, quam etiam editis scriptis vulgarunt, quorum capita & rationes videre est præ aliis apud Berninom in *Historia Hæresum sæculi XIII. cap.* 15. *in Cælestino V.*

(5) Fabula hæc de Joanna Papissa licet aliquando mentes aliquorum occopisset. Tamen post Philippum Labbeum in *Cenotaphio*, quod extat in calce tomi secundi *de Scriptoribus Ecclesiasticis*, Leonem Allatium in *Confutatione fabulæ de Joanna Papissa*, Natalem ab Alexandro, P. Graveson in *Historia Eccles. sæcul. IX. Colloquio* 2. aliosque eruditos, funditùs eversa est; & contra Launojum, qui in *Dissert. de Authoritate negantis argumenti, & Opusculo de Vera causa secessus S. Brunonis, & Epistola ultima partis* 4. ementitis variis argumentis, & conjecturis conatur in Romanam Sedem intrudere fabulosam hanc Joannam, licet sibi ipsi inconstans aliquando appareat. Demùm adeo explosa est fabella ista, quæ inter Protestantes grata foret, Quare post Davidem Blondellum, qui peculiari *Dissertatione* eam repudiavit, cæteri quoque exufflarunt.

(6) Quisnam primus fuerit Pontificum, qui proprium nomen in aliud mutaverit, varia sunt Scriptorum opinamenta, quæ refert Magri V. *Papa*, & Pompejus Sarnelli *Epist.* 5. *tomi* 2. *Epist. Ecclesiast.* ubi edisserit quæsitum hoc, & congruentias aggerat ex veteri, & novo Testamento; tum ex profana eruditione, quodque Episcopos quoque, non raro usurpasse, autumat.

(7) Circa Pontificis Adorationem, & Osculum pedum Diana edidit *tract.* ab Auctore *cit.* quem reposuit in suo *Diana Dogmatico* P. Carolus Morales, & supra *tit.* 4. *nota* 25. laudavimus, congestis pluribus Theologorum placitis. Cujus tamen speciei cultus sit, & an debeatur, solidè edisserit. Cui adde Christianum Lupum *tom.* 5. *Venetæ editionis ad Can. IX. Dictatus S. Gregorii VII.* ubi varia eruditione profanatum, & Ecclesiastica quæsitum hoc discutit. Quodque Episcopis quoque factitatum ostendit *p. ant.*

(8) Præter Bellarminum, quem secutus est Auctor in confutandis hæreticis circa Antichristianismum Pontificis. Præter inquam Bellarminum, Stapletonium, Petavium, aliosque Polemicos Theologos, qui fide, & veritate duce hæreticos ipsos suismet doctrinis confoderunt; quapropter, qui in Protestantium numero doctiores videntur Grotius, Ammondus, aliique, Pontificis Antichristianismum respuerunt. Vide novissime doctissimum æquè, ac piissimum Meldarum Episcopum Jacobum Benignum Bossuetium in sua *Historia Variationum lib.* 13. per totum. Ubi ob oculos ponit Lutheri Prophetæ impudentissimi vaticinium de casu Pontificis ob Antichristi personam, quam jam dum gerere arbitrabatur, & ipsius falsi vaticinii Calvini effugium; tum hac de re variorum Pseudo-Conciliorum Fidei articulos, & Pseudo-Ministrorum sibi ipsis contrarias Scripturarum expositiones. Ita ut liberè asserere licet hæreticos semper extitisse effrontes, ac temerarios. Asserendo verò Pontificem nunc esse Antichristum, & sua auctoritate excidisse, se prodere impudentissimos Prophetas, indoctissimos Theologos, audacissimos Assentatores.

Et Joannis 1, cap. 4. Nec replicent ex 1. *Joannis* 4. ibi: *Antichristus de quo audistis, quoniam venit, & nunc jam in mundo est*.

Respondetur locum istum intelligi de Antichristo in suis præcursoribus, & ministris, scilicet in Hæreticis, & Tyrannis Ecclesiam persequentibus, maximè in Simone Mago, qui dicebat se Christum.

Infra de Põtificis electione. Esset hic tractandam de Summi Pontificis electione, in qna multa singularia sunt, & notatu digna, sed quia in titulo *de Electione* erit proprius sermo, ibi me remitto.

De Legatis Summi Pontificis. (1)

TITULUS X.

370 Legati unde dicti. Legatus ab eligendo dicitur; qui eligitur ad aliquod munus exequendum. Olim desumebat nomen à loco, ad quem mittebatur; ut Nomen accipiebãt ubi mittebantur Legatus Ciliciæ, *l. testiums* 3. *D. de testibus*. Legatus Lugdunensis, *l. Spadonem* 15. §. *si quis* 17. *D. de excusatione tutorum*. Legatus Aquitaniæ, *l.* 12. *D. de custodia reorum*. Legatus Galliæ, *l.* 2. *D. de jure immunit.* Et isti negotia publica disceptabant cum exteris. Procopius *lib.* 2. *belli Persici*.

Jurisdictionem non exercebant; quia hæc exercebatur à Præside, Proconsule, *l.* 2. *Cod. de Apparitoribus lib.* 12. *l. moris* 9. §. 2. *D. de pœnis*.

Mittebantur Legati à Principe, Principi, à Republica, Reipublicæ, *l.* 1. *& l. fin. D. de legat. l.* 1. 371 A Supremo Principe mitti valet. *Cod. de legat.*

Subditi non mittunt Legatum ad Principem, & ab istis missi carent privilegiis, & prærogativis Legatorum Summorum Principum, de quibus in *l. fin. D. de legationib. l.* 5. 8. *D. de rerum divisione, l. lege Julia* 7. §. *fin. ad legem Juliam de vi publica*: ubi ut personæ publicæ nequeunt Legati lædi. Duarenus *lib.* 1. *disp. cap.* 37. Emmanuel Suarez *lib.* 1. *observat. cap.* 10. *&* 15. Casellius *lib.* 1. *Variarum cap.* 1. 372 Subditi Legatos non mittunt.

Quotuplex sit Legatus Summi Pontificis?

§. I.

Triplex est. Primus est Legatus à Latere. Secundus est Legatus simplex. Tertius Legatus natus, *cap.* 1. *de officio Legati in* 6. (2) Le- 373 Legatus Quotuplex Legatus à latere.

(1) Optimè Author in præsenti de Legatis acturus nominis derivationem, & Officium a Romana Jurisprodentia repetit, & primu a legendo Legatum nuncupat, cui consentit Varro *de lingua latina lib.* 4. *legati*, inquit, *dicebantur qui lecti publicè, quorum opera, Consilioque uterentur peregrè Magistratus, quique nuncii Senatus, aut Populi essent*, & *lib.* 5. *Legati quod ut publicè mittantur, leguntur*. Secundu in triplici ordine habebatur legatio apud Romanos. Prima publica, libera altera, tertia votiva. Publica quæ publico numine a Senatu mittebatur negotiorum gerendorum causa diversis in Provinciis, aut fœdera ineundi, aut pacem firmandi, aliudque bonum publicum aggrediendi. Libera quæ privatu nomine impetrabatur a Senatoribus privati negotii gratia ad aliqood tempus, quæ annua prius erat, posteà lege Julia quinquennalis fuit. Ciceru ad *Atticum* 15. Ulpianus *l.* 14. *D. de legation.* Hotthum. in *Lexico Juris*, & Guth ad *cit. l.* 14. Legatiu libera, *inquit*, dicitur, quæ a Senatu, vel ab Imperature donabatur Clarissimis Viris titulo tenus ad res proprias, ac privatas gerendas, veluti ad adeundas hæreditates. Ciceru *lib.* 3. *de Legibus*, & ex Livio discimus *lib.* 7. *de bello Macedon.* legationem liberani etiam mandata de Summa rerum Senasus continere, & aliquando hoc titulo, ne dedecore publico afficeretur, insigniebatur aliquis, ut cum honure a Patria discederet, a qua exulare compellebatur. Plura Brissonius de *formulis*, & noster eruditissimus Alexander ab Alexandro *lib.* 6. *cap.* 3. & alibi cum Tiraquello. Legatio votiva erat, quæ voti sulvendi gratia mittebatur *supra cit.*

Publici legati præcipue erant ii, quos postquam Consules essent designati, & Piovinciam essent sortiti, legatos nominabant, veluti comites expeditionis, & adjutores negotiorum, quorum ope consilioque fruerentur, quique Consulum vices gererent, fiduciariam potestatem exercentes, quoties abesse, aut vita fungi eis contigeret, de quorum auctoritate, & dignitate vide ab Alexandro *loco cit.* His quamvis criminum inquisitiu demandata esset, coercitionem tamen adhibere non poterant. Cum Jurisdictione tamen Proconsules, & Præsides mittebant legatos, de quibus in *tit. D. de Officio Proconsulis. l.* 2. *Cod. de apparitoribus lib.* 12. quibus maximè conveniunt Legati missi, aut nati cum Jurisdictione, & notavit Archiepiscopus Parisiensis Petrus de Marca *lib.* 5. *Concordiæ Sacerdotii, & Imperii cap.* 1. *&* 2. alii veru (ne fines excedam) erant, qui a Principibus ad Principes, & a Republica ad Rempublicam mittebantur, & ad invicem, quisque nomen sumebant, quò erant directi. ut innuit Auctor noster: ut Legatus Aquitaniæ *L.* 12. *D. de Custodia reorum*, Galliæ *l.* 2. *D. de jure Immunitatis*, Numidiæ, Lugdunensis, aliarumque Pruvinciarum. Privilegia, & jura Legatorum summa erant, & Sacrosancti habebantur, a publicis vectigalibus immunes, de quibus Zipæos de *Senatoribus lib.* 4. *cap.* 28. Hogo Grutius *de Jure Belli lib.* 2. *c.* 18. & ibi plurium annotationes.

Romanam quoque Ecclesiam, etsi nun eodem modo, aliqua tamen à Romana Jurisprudentia, ac Politis ducta similitudine, Legatus suos habuisse, antiquissimum, ac vulgare apud rerum Ecclesiasticarum Scriptores est. In utraque enim negotia, tam ardua, ac sagaci diligentia tractanda uccurrunt, Principis præsentiam haud patientia, quæ mortuis vocibus: idest literis consignata, penè nullius momenti aliquandu experta sunt; nisi virorum Clarissimorum upera, ac dexteritate, cum Principis Auctoritate, qua decorantur, tractarentur: ut viva voce, ac eloquentiæ viribus attrhaere facile possens quisque, remutis, si quas obviam ierint difficultatibus, plana, & facilia evadentes, quæ aspera, ac difficilia videbantur. Nil familiarius itaque in Historia Ecclesiastica, & Conciliorum collectiunibus habetur, quàm à Pontificibus missos esse Legatos pluribus in locis, & Conciliis, quibus Summi Pontifices propter loci distantiam, aut persecutionis timorem, aut urgentium malorum colluvie præesse nequibant; opus fuit Viros doctrina, prudentia, aut Sanctitate conspicuos eligere, & iis locis, & Conciliis suu nomine ac Auctoritate præsidere, ut Nicæno Conciliu, Ephesinu, Chalcedonensi, cæterisque Orientis Conciliis contigit, de quibus Petrus de Marca *lib.* 5. *Concordiæ cap.* 2. *& seq.*, Crespetius in *Summa V. Legatus*, Bellarminus *de Conciliis* Van-Espen *cap.* 1. *de Legatis*.

(2) Verum enim veru celebris est in nustro jure divisiu horum Legaturum, quam Auctor tradit, in Legatos à Latere, in Legatos simplices, missos, sive Nuntios Apostolicos, & Legatos natos; qui licet cum supra enucleatis nunc in aliquo discrepent, conveniunt equidem in negotiorum gerendorum facultate, juxta eorum instructiunem. Vide Cabassutium in *Notitia Ecclesiastica IV. Sæculi* in Conciliu Nicæno: ubi erudite edisserit *Vicariorum Romani Pontificis differentias pag.* 105.

Legati enim à Latere, qoos à facie vocat Balsamon *Schol.* 1. *ad Synodum sextam in Trullo*: velut à Latere Pontificis, cui assistunt discedentes: juxta Tertulliani phrasim *de præscript. cap.* 20. de Apostulis à Dominu Jesu ad gentes missis, sic loquentis: *Ex quibus duodecim præcipuos lateri suo adlegerat destinatos Nationibus Magistros*: quemadmodum circa Principis latus dicitur agere, qui ei assistit. *l. Jurisperitos, D. de excusat. Tutorum. Cum propter*, inquit, Leo Pontifex in Epistola ad *Faustum, Martinum, & alios regiæ Civitatis Archi-Mandritas; cum propter causam fidei quam Eutyches perturbare tentavit, de Latere meo misi, qui defensioni veritatis adsisterent*. Alias auctoritates, & sacra documenta perlustra apud Christianum Lupum *tom.* 3. *Dissert.* 2. *de Africanæ Ecclesiæ Romanis Appellationibus cap.* 29. cuntra Joannem Morinum, & Paschasium Quesnellum in explicandu Legatos à Latere discrepantes. Nunc Cardinalitia dignitate præfulgere debent. de Luca *disc.* 4. *num.* 11. *in Relatione Romanæ Curiæ*: licet, antiquitùs illa caruisse legatur, & probat Juretus in notis ad *Epist.* 260. *Juonis*, & supta citatu

Legatus à Latere est ex illis, qui assistunt Summo Pontifici, à quo mittitur ad Concilia, & ad alia, ubi Papa non poterat intervenire. *Can. Si quis Episcopus 2. quæst. 6.* Dicuntur autem

374 Olim non erant Cardinales licet nunc.

etiam circa latus Principis, qui sunt de ejus comitatu. Qui Legati à Latere erant sivè Cardinales, sivè alii, & sic olim erant etiam non Cardinales: licèt hodiè Cardinales mittuntur. *Can. Quisquis 6. quæst. 1. cap. volentes 8. de officio Legati. cap. si Abbatem 36. de electione in 6.* Gloss. *in cap. excommunicatis 9. de officio Legati.*

375 Legatus simplex ad aliquam Provinciam mittitur.

Legatus simpliciter missus, est qui non assistit Pontifici; sed mittitur ad aliquam Provinciam propter aliquod negotium agendum. *cap. cum dilecti. de accusat. cap. mandata. de præsumpt.* Parisius *de resignatione benefic. lib. 7. quæst. 213. num. 1.*

376 Legatus natus ex officio legationem exercet

Legatus natus est, qui ex officio Legationem exercet: puta si ejus officio sit annexa legatio, & durat quamdiu officium durat. *cap. antiqua. de privilegiis*, ut est Archiepiscopus Cantuuriensis, *cap. 1. de officio Legati.* Eboracensis, *cap. 1. ut lite pendente, cap. 6. de judiciis, cap. 1. de appellationibus.* Bituricensis, *cap. fin. de majorit. & obed.* Rhemensis *cap. per venerabilem. §. verum, qui filii sint legitimi, cap. permittitur. de filiis Presbyterorum.* De eorum potestate videas Guazzinum filium *lib. 2. de Judice defensa 1. cap. 1. num. 147.*

377 Quinā sint.

Duratio.

§. II.

378 Præfinito tempore durat Legatio.

Legatus à Latere durat tempore præfixo in Legatione. *cap. 1. de off. Legati.* Non tamen finitur morte Pontificis; nam censetur missus à Sede Apostolica. *c. 2. de off. Legati in 6. cap. si gratiose, de rescriptis in 6.*

Similiter Legatus simplex.

Legatus simplex durat tempore præfixo à Legante.

Legatos natus durante beneficio.

Legatus natus duret durante beneficio: puta Archiepiscopatus, cui Legatio inest. *cap. antiqua. de privilegiis.*

De eorum officio, & potestate.

§. III.

379 Officium, & potestas Legatorum.

Omnes, & singuli in Provincia commissa promovere valent virtutes, & tollere vitia. *cap. mandata. de præsumptionibus. cap. 2. de Legatis in 6.*

380 In causis delegatis non procedunt.

Nemo antem valet procedere in causa delegata ad Summum Pontificem. *cap. licet 5. de off. Legati.*

Specialis potestas Legatorum.

381 Potestas specialis Legatorum à Latere.

Legati à Latere raro mittuntur, & eorum potestas multis specialibus dotata est: Primo Legatus à Latere absolvit à percussione etiam enormi Clerici, quoscumque reos ad se confugientes, etiam si extra Provinciam existant, & ubique locorum. *cap. excommunicatis 9. de off. Legati* ubi Gonzalez *n. 1. & 7. cap. quod translationem. de off. Legati. cap. Ea noscitur 13. cap. ad eminentiam 22. cap. quamvis 58. de sentent. excommunicationis.* Barbosa *lib. 1. juris Ecclesiastici cap. 5. num. 27.* Moneta *de commut. cap. 5. num. 237.* Suarez *de censuris disp. 22. sect. 1. num. 60.* Garsias *in Summa tract. 1. diff. 3. dub. 2. quæst. 5.*

Non tamen absolvere valet injicientes manus violentas in Episcopos, & Cardinales; quia id est specialissimum Papæ reservatum. *cap. felicis. de pœnis in 6. Clem. 1. de pœnis in 6.* 382 Ab excom. ob Episcopi, & Cardinal is percussione nō absolvit.

Secundo, Legatus à Latere confert beneficia vacantia etiam Juris patronatus Ecclesiastici in Provincia sua. *cap. dilectus 6.* ubi Gonzalez *n. 3. de off. Legati. cap. literas de supplenda negligentia Prælatorum. cap. cum dilectus 28. de jure patronatus. cap. venerabilem. de præbendis.* Covarr. *pract. quæst. 36.* Dartis *de beneficiis sect. 3. cap. 4.* Duarenus *lib. 3. de sacris. cap. 3.* & alii apud Gonzalez *cit.* 383 Beneficiū vacantia etiam Juris Patronatus Eccl. cōfert.

Tertio, eo ipso, ac Legatus à Latere ingreditur alienam Provinciam, suspenditur jurisdictio alterius Legati nati, aut missi, si ibi sit, *c. volentes. de officio Legati, cap. antiqua 23. §. Dominicæ. de privilegiis.* 384 Si ingrediatur alienam Provinciam alterius Jurisdictio cessat.

Quarto Legatus à Latere cognoscit de causis etiam exemptorum. *cap. si Abbatem. de electione in 6. cap. 1. de officio Legati in 6. cap. 1. de verb. signif. in 6.* 385 Cognoscit causas exēptorum.

Quinto, Legatus à Latere defert Crucem per totam Provinciam, & Urbem ingreditur sub baldachino, & alii ascendunt equum album deferentes calcaria aurata, & vestes rubras. *cap. antiqua. de privilegiis.* 386 Defert Crucem per totā Provinciam.

Sexto, Legatus à Latere recipere valet procurationes suas, etiam extra Provinciam. *cap. cum instantia. cap. procurationes. de censibus.* 387 Extra Provinciam etiam procurationes recipit.

An Legatus à Latere possit conferre beneficia reservata Papæ, aut majores dignitates Cathedralium?

Nega: *cap. deliberatione. de officio Legati in 6. cap. licet de præbendis in 6.* Dartis *de beneficiis cap. 4.* 388 Beneficia Papæ reservata, aut majores dignitates Cathedralium nō confert.

Imo non potest conferre beneficia aliàs litigiosa, *cap. 1. & 2. ut lite pendente in 6.* Et oppositum in illo casu speciali permissum fuit prò illa vice in *cap. literas 40. de supplenda negligentia Prælatorum.* Nec beneficia litigiosa.

Potestas aliorum Legatorum.

§. IV.

Legatus natus non absolvit excommunicatum ob injectionem violentam manus in Cle- 389 Legatus natus absolvit ub excomm. ob injectionem manus in Clericū.

tati ab Auctore. A Romana Curia non discedentes nunc Cardinales, nisi tali insigniti honore. Gonzalez *in cap. ad eminentiam. de sententia excom.*

Si vero Archiepiscopum, Episcopum, Clericum, aut alium Prælatum ad aliquam Provinciam dirigit Pontifex, Legatus simplex, Legatus missus, aut Nuncius Apostolicus appellatur. *cap. 1. de Officio Legati in 6.* & Christ. Lupus *cit. tomo cap. 28. in fine*, ubi Legatos ad varias Provincias à Pontifice missos notat. Aliquando tamen ob Principis dignitatem, cui diriguntur, cum potestate Legati à Latere dimittuntur.

Legati Nati sunt illi, qui ob sedem Episcopalem acceptam, cui concessa est perpetuu Legatio, statim ac ipsa Sede potiuntur, illam exercere valent; idcirco non abs re erit rationem inquirere, cur tali dignitate præfulgeant Sedes illæ: Equidē mihi placuit illa, quam de Arelatensi Ecclesia adducit Van-Espen *de Legatis cap. 1. num. 14. & 15.* Quia cum diversi Summi Pontifices pluribus vicibus in gerendis Sanctæ Sedis negotiis Episcoporum harum Ecclesiarum opera usi sint, velut ad debellandas hæreses, ad pravos mores coercendos, &, Ecclesiasticam disciplinam firmandam, aliudque opus, quod Sedi Apostolicæ dignitati, & honori cederet, quod est proprium munus Legati, & ob peractum Officium ipsis injunctum ea sedulitate & maturitate, qua decebat, perpetuæ legationis honore decorati sunt, non solum ipsi; sed etiam successores, seu potius Sedi eorum annexa fuit perpetuu Legatio.

Clericum, etiam in sua Provincia, Gonzalez in *cap. excomm. 9. de off. Legati n. 7.*

390 Legatus missus solum in Provincia absolvit suos subditos.

Legatus missus tantum absolvit suos subditos, nec absolvit percutientes extra suam Provinciam, nec exteros ad illius Provinciam venientes, ne excedat fines Legationis. *cap. sanè. de privilegiis.*

391 Legatus natus, quæ expressa in sua Legatione habet, exercere potest.

Legatus natus solum potest exercere expressa in sua Legatione. *cap. 1. de off. Legati in 6.*

392 Legatus missus præter expressa, in sua Provincia leviora cognoscit.

Legatus missus præter expressa in Legatione valet exercere intrà Provinciam aliqua leviora. *cap. mandata 6. de præsumptionibus. cap. cum dilecti 18. de accusationibus, cap. excommunicatis 9. de offic. Legati.*

An Legatus ad plures Provincias, emergentia in una, possit cognoscere in alia Provincia?

393 Potest Legatus ad plures Provincias, negotia unius in aliam cognoscere.

AFfirma: *cap. novit 7.* obi Gonzalez *num. 4. de off. Legati.* Habet namque ordinariam in omnibus jurisdictionem. *cap. 2. de off. Legati in 6.* Et Ordinarius in quocunque loco suæ jurisdictionis potest jurisdictionem exercere. *cap. cum Episcopus. de off. Ordinarii in 6.* licet illam non possit exercere extra territorium sibi commissum, *l. 3. D. de off. Præsidis.*

An Legati Apostolici intra Provinciam sint Ordinarii, itaut adiri possint in prima instantia?

394 Legati Apostolici intra Provinciam sunt Ordinarii.

AFfirma: *cap. 1. de off. Legati. cap. 2. eodem in 6. cap. si Apostolica*, ibi: *auctoritate tuæ Legationis. cap. si quis. de præbendis in 6.* Et sic possunt concurrere cum Ordinariis ipsius Provinciæ, fitque locus præventioni. *cap. si à Sede 31. de Præbendis in 6.* Tunc enim ubi lis cœpta est, ibi finiri oportet. *cap. proposuisti. de foro competenti, l. ubi captum, D. de judiciis.* Gonzalez in *cap. 1. num. 7. & 10. de off. Legati*, dans tres Doctores. Covarruvias *pract. quæst. 9. n. 3.*

Non obstat *Can. invenit 11. q. 1.*

Nec obstat primo textus in *Can. invenit 11. quæst. 1.* ubi non potest coram Legato Apostolico conveniri Clericus omisso Episcopo.

Nam ibi non veniebat Legatus, ut Legatus. Sed ut defensor Siciliæ ibi existens ad exportandum frumentum ad Urbem, D. Gregorius *Epist. 1. & 70. lib. 1.* Vide Gonzalez in *cap. 1. n. 9. de officio Legati.*

Nec *cap. in Ecclesia de appellationibus.*

Nec secundo officit textus in *cap. in Ecclesia 38. de appellationibus.* Nam ibi tantum dicitur non posse à Suffraganeo appellari ad Archiepiscopum Cantuariensem Legatum natum ob frivolam appellationem. At si lis non fuisset cœpta coràm Suffraganeo, posset incohari coram Legato Sedis Apostolicæ. Abbas in *cap. cit. n. 4.* Gonzalez *loco cit. n. 10.* Hinc resolvitur:

An Legatus possit Subdelegare?

395 Legatus potest subdelegare.

AFfirma: *cap. nemini 10. de off. Legati. cap. fin. §. fin. cap. si pro debilitate 3. de officio Judicis Delegati.* Ubi Gonzalez *num. 1.* Sunt enim Ordinarii. *cap. 2. de off. Legati in 6.*

An Legatus Sedis Apostolicæ valeat condere statuta perpetua concernentia Legationi?

AFfirma: *cap. nemini 10. de off. Legati.* Ubi Cironius. Suarez *de legibus lib. 1. cap. 10. num. 5.* Tapia *tom. 1. Catenæ mor. lib. 4. quæst. 5. art. 1.* 396 Potest statuta perpetua condere.

An Legatus Apostolicus possit cognoscere de causa specialiter à Papa uni delegata?

397 Causam delegatā à Papa Legatus Apostolicus non cognoscit.

NEga: *cap. studuisti 2. de off. Legati* ubi Gonzalez. *cap. sanè 11. cap. Pastoralis, §. præterea, cap. significasti. de officio Delegati. cap. penult. in fine. de purgatione Canonica.* Barbosa *lib. 1. Juris Eccles. cap. 5. num. 81.* Mandosius *de inhibit. quæst. 5.* Fachineus *lib. 12. controvers. cap. 85.* Gambara *de officio Legati lib. 8. num. 99.* Mandatum namque speciale derogat generale. *cap. 1. de rescriptis*, ubi Gonzalez.

398 Explicatur *cap. ad petitionem de accus.*

Nec obstat primo textus in *cap. ad petitionem 22. de accusationibus*: ubi confirmatur sententia Legati: licet causa fuerit aliis delegata.

Nàm ibi Papa jure appellationis ad ipsum factæ re probata: ut primo ex littera textus ibi: *cum igitur*, confirmat sententiam Legati, non ex actis nullis coràm Legato, sed ex validis coram Papa, ad quem fuit appellatum, ex praxi in *l. ut quærebatur in fine, D. de re judicata.* (3)

Et *cap. significavit. de off. Ord.*

Nec obstat secundo textus in *cap. significavit 6. de off. Ordinarii.* Ubi ordinarius se intromisit in causa à Papa commissa Delegato, &c. Ergo etiam Legatus à Latere poterit se intromittere circa causam à Papa Delegato commissa.

Nam in tali textu fuit casus specialis, in quo tractabatur de pernicie animarum, cujus causa competit Episcopo Ordinario. Undè meritò in illa se intromittit Episcopus. Barbos. in *cap. cum non ab homine num. 19. de judiciis.*

An Legatus Apostolicus valeat transferre Episcopos, unire Ecclesias, unam alteri subjicere sine speciali commissione Papæ?

399 Quæ speciali concessione indigent Legatus nō potest cognoscere.

NEga: Quia in generali concessione, specialia non veniunt. *cap. quod translationem 4. de off. Legati.*

An Legati nati, vel missi valeant beneficia conferre?

400 Legati nati, aut missi beneficia non conferunt.

NEga: *cap. 1. de off. Legati in 6. cap. si à Sede 31. de præbendis in 6. cap. 1. de appellationibus.* Gonzalez in *cap. dilectus 6. num. 16. de Legatis.* Licet ad supplendam negligentiam Prælatorum id quondam fuerit specialiter permissum. *cap. literas 4. de supplenda negligentia Prælatorum.*

De aliis Dignitatibus, &c.

TITULUS XI.

HAbemus Dignitatem, Officium, Personatum. Dignitas est Jus administrandi res Ecclesiasticas cum jurisdictione. Officium est Jus

(3) Verum Gonzalez consule, quem Auctor in hoc titulo ferè exscripsit, qui in *cit. cap. studuisti n. 7.* veram expositionem *cap. ad petitionem* reponit. Scilicet Abbatem rectè fuisse à Legato spoliatum Abbatia, quia in instantia appellationis ad Pontificem, crimina quæ fuerunt objecta Abbati, per Legatum fuerunt probata: Unde Legatus ex actis penes se confectis, profert sententiam contra dictum Abbatem.

Jus administrandi res Ecclesiasticas sine jurisdictione. Personatus est prærogativa in Ecclesia sine Jurisdictione, puta Jus præcedendi in Choro, in sedendo, in votando, &c.

Dignitatem habent Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Corepiscopi. Nos hic:

De Episcopis.
TITULUS XII.

401 Episcopi etymon.

EPiscopus idem est ac Superintendens, Supervigilans. Act.20. v.28. *Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* (1) Et dicitur Speculator. *Can. Cleros dist.*21. dicitur Antistes, quia stat ante alios, hoc est præcedit alios. Trident. *sess.*25. *de reformatione cap.*6. ibi *Eisque in Choro, & in Capitulis, in Processionibus, & in aliis actibus publicis sit prima Sedes, & locus, quem ipsi elegerint, & præcipua omnium rerum agendarum auctoritas*, & dicitur Pontifex, quia ut Pons ejus auxilio per ipsum transmitti debeat animæ ad sydera. *Can. Pontifices* 7. *quæst.*1. (2).

De

(1) Veneranda Episcoporum dignitas semper, & ubique cumulata fuit excelsis, ac honorificentissimis titulis, quorum præcipuos refert Auctor, nempe Episcopum esse superintendentem, supervigilantem, speculatorem, Pontificem. Non solum autem ii decorati fuere istis honoribus, qui Catholicæ Ecclesiæ fide, & sanctis moribus exempla virtutum fuere, ut par erat; sed & illi quoque, qui perditis moribus, ac falsa Religione vitam traducebant, imo hæresim invexere in Christi Ecclesiam: ut Paulus Samosatenus, Donatus, Macedonius, Eunomius, Nestorius, Dioscorus, Sergius, aliique, ut videre est passim in Epistolis Patrum, & in actis Conciliorum, in quibus damnati fuere, apud Conciliorum Collectores. Qui mos haud fuit in hæreticis erga Episcopos Catholicos, ut notat, & conquæritur S. Joannes Chrysostomus *Homilia in Psalm.*13. *Dixit insipiens: Primus ex se ipso insipiens, insipientiæ seminator Diabolus fuit, quod cum esset prudens imprudentiæ munus exsecutus est; serpens autem erat prudentissimus, & quodnam fuit ejus studium? voluit Deo esse æqualis dicens: ponam thronum meum super nubes, & ero similis Altissimo: subjiciit; Deus, & posuit Altissimus, erubescens eum nominare, quem jam negaverat. Ita etiam facit quilibet hæreticus vehementissimus in tempore persecutionis loquens cum Pontifice: nec enim vocat Pontificem, nec Archiepiscopum, nec Religiosissimum, nec Sanctum; sed quid? Reverentia tua, sapientia tua, prudentia tua, justitia tua, & nomina illis adducit communia, ejus negans auctoritatem. Diabolus hoc tunc fecit in Deo ero similis Altissimo, non Deo, sed Altissimo.* Ideo præter illos titulos ab Auctore laudatos, qui omnes propriè Episcopi etymon declarant, ut Cicero *lib.*7. *Epistol. ad Atticum Epist.*1. *vult enim Pompejus me esse, quem tota hæc Campania, & maritima ora habeat, Episcopum, ad quem delectus, & negotii summa referatur.* Apud Athenienses quoque supremi magistratus, Episcopi vocabantur. Imò & navis exploratoria Phaselus Episcopus dicebatur. Cicero *lib.*14. *ad Atticum Epist.*16. Unde generaliter qui superintendit alicui negotio appellari potest Episcopus, ut in *l. finali §. Irenarchæ, D. de muner. & honor.* ubi qui præest pani & cæteris venalibus rebus, Episcopus nuncupatur, & isti erant Ædiles Cereales & notarunt Budeus ad Pandectas ibi. Alciatus *lib.*6. *parerg. cap.*22. Cujacius *lib.*27. *observat. cap.*20. Duarenus *de Sacris Ecclesiæ ministeriis, & beneficiis lib.*1. *cap.*7. Espencæus in 1. *ad Tim.*3. Estius in 4. *dist.*24. §.27. Gonzalez in *cap. placuit. de Emptione, & Vendit.* Brissonius aliique communiter, & proxime adjiciendi sunt isti, nempe Antistes & Præsul; quia præ aliis antecedunt & præsident. Barbosa *de Officio & potestate Episcopi par.*1. *tit.*1. *cap.*1. Calmet *in Dictionario Biblico V. Episcopus.*

Verùm enim vero nunquam mihi in mentem venit Episcopi etymologiam explicando, cum Salmasio convenire in suis *Dissertationibus*, Marsilio de Padua, Marco-Antonio de Dominis in sua *Republica*, quibus arridere videtur Zieglerus ad Lancellottum *lib.*1. *tit.*5. §.3. qui asserverunt Episcopi nomen potius curæ, & sollicitudinis esse, quàm Potestatis, & Jurisdictionis, cujus munus esse prædicandi, Sacramenta administrandi, non punire, & corrigere; Cum voluntaria sit ejus potestas, idest, non invitus quis cogitur subire Episcopi coercitionem, sed qui voluerit, se voluntariè subjicit, spontaneam suscipiens pœnam ab Episcopo inflictam.

Sed hæc deliramenta hæreticorum non est hic loceos exsufflare, ne aut actum agere videar, aut tractatum, vice aliqualis annotationis cogar instituere: verùm assero ad Episcopos pertinere esse superintendentes, & speculatores suarum ovium, non quod solius curæ, & sollicitudinis sit eorum munus, sed cum plena potestate, & jurisdictione, a Christo Domino eis concredita, summa quoque dignitas eis inest, quæ venerationem, & timorem cunctis Christi fidelibus ingerere debet juxta *Actuum* 20. supra cit. *attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit Sanguine suo.* Si lubet perlege Petavium *de Hierarchia Ecclesiastica contra Salmasium cap.*11. *& seq. &* in *libro Dissertationum Ecclesiasticarum, Dissertat.*1. *cap.*4. *per totum*, eruditum Filesacum *de officio Judicis Ordinarii*, Hallier *de Hierarchia Ecclesiastica*, & in *Vindiciis*. Gonzalez in *cap.*1. *de officio Judicis Ordinarii, & in cap.*2. *de Judiciis a n.*7. *& seq.*

Sed fortassè alicui in Jure Canonico, aut Historia Ecclesiastica Novitio, cui me accommodandum censeo, excedentes ac redundantes videbuntur alii tituli, quibus Episcopi, diversis in temporibus cumulati sunt; ne admirationis igitur id sit, operæ pretium duxi breviter præcipuos recensere; sed non immoror in enumerandis singulis, ne levitatis notam incurram.

Apostolorum successores ac *Apostolicos viros* fuisse nuncupatos apud omnes non incompertum est. sed & *Apostolos* quoque. Sic S. Cyprianus in *can. Dominus Noster. dist.*93. & notarunt similiter Theodoretus in *Epist. ad Philippenses* I. Christianus Lupus *tomo* 1. *in Dissertatione proœmiali posthuma de Melesio, ac Arii persona ac moribus cap.*5. Gonzalez ad *cap. Quando. de consuetudine. in notis*, cum Savaro ad *Sydonium lib.*5. *Epist.*7. & Bignonio *ad lib.*1. *formularum Marculfi c.*2. *pag.*434. Clericatus *decis.*35. *de Sacramento Ordinis n.*3. ex Baronio *anno* 58. *n.*8.

Sacerdotum nomine ipsi per Antonomasiam denotantur. Gonzalez in *cap. cum ex. de tempore Ordinationis num.*11. Sarnelli *tom.*1. *Epist.*6. *& tom* 6. *Epist.* 5. *Summi quoque Sacerdotes.* Synodus Taurinensis *can.* 1. *Ordinatio Summorum Sacerdotum.* Aurelianense Concilium primum *can* 3. *Cum auctore Deo, in Aurelianensi Urbe fuerit Concilium Summorum Antistitum congregatum, &c.* Agathense *can.*6. *Pontifices, quibus in Summo Sacerdotio constitutis.* 12. *quæst.* 3. Zozimus Pontifex in *can. qui Ecclesiasticis dist.* 59. *qui Ecclesiasticis Disciplinis imbutus per ordinem non est, & temporum approbatione divinis stipendiis eruditus, nequaquam ad Summum Sacerdotium aspirare præsumat.* Innocentius I. *Epist.*22. *cap.*4. *ad Synodum Toletanam: honor Summi Sacerdotis*, & Anacletus in *can. Accusatio* 15. *q.*7. *Episcopis Italiæ* scribens *Ep.*2. *Summi Sacerdotes, idest Episcopi a Deo sunt judicandi, non ab humanis, aut pravæ vitæ hominibus lacerandi*, & alia ibi. S. Leo *serm.* 10. *de Quadragesima.* S. Augustinus *lib. quæst. ex utroque testam. qu.* 10. *quid est Episcopus, nisi primus Presbyter, Summus Sacerdos?* Imò & Sacerdotum Principes vocat S. Ignatius Martyr *Epist.* 1. *ad Smirn. honora Deum hominum Auctorem, & Dominum: Episcopum verò, ut Principem Sacerdotum.* Idque non præjudicare Primatui Summi Pontificis docet idem S. Leo *Epist* 84. *cap.*11. apud Christianum Lupum ad *can.*2. Septimæ Synodi in fine, & Barbosa de *Officio, & potest. Episcopi part.*1. *tit.*1. *cap.*2. *num.*3. Sarnelli *cit. Epist.*6. *tomi primi.* Clericatus *loc. cit.*

(2) *Pontifices* dicuntur in *can. Pontifices.* 7. *quæst.*1. & in *cap. Missam. de Elect.* Barbosa *loc. cit. num.*4. Filesacus *de Sacra Episcoporum auctoritate cap.*9. §.5. Si Varronis sententiam sequi velimus, quam illustrissimus Auctor supra secutus est, a ponte faciendo, cui curam impendebant Pontifices in eum reficiendum; sed si Q. Scævolæ derivationem placet amplecti a posse, & facere, quod nostris Pontificibus magis congruere videtur; vere etenim Episcopos, Pontifices esse appellatos fatendum est: cum verbum *facere*, tam a Latinis, quàm Hebræis pro sacrificare etiam usurpatur, verùm si plura consule Corrasium *Missel. lib.*3. *cap.*22. *num.*8. *& lib.*1. *cap.*10. *num.*18. *in Lexico Magno Juris V. Pontifex.*

Papæ etiam nomine insigniti fuere. Baronius ad Martyrologium die 10. Januarii. Quodq; Gregorius VII. anno 1073. prohibuit aliis, quam soli Romano Pontifici attribui, sic in suo Dictatu *Can. XI. Unicum* esse

De eorum Insigniis.

TRia sunt: primo Baculus, secundo Mitra, tertio Annulus. (3)

De Baculo.

§. I.

402 Varia acceptio Baculi. BAculus idem, ac Virga Pastoralis dicitur Pedum, Gambutta, Cambuca, Gambuca, Crocea. Virgilius *Ecloga* 5.

Et tu sume Pedum, quod me cum sæpè rogasset
- - - - - non tulit Antigones. (4)

403 Est signum auctoritatis. Indicat Auctoritatem Pastoralem coercitivam. VIII. Synodus Constantinopolitana (5). Isidor. *c.*219.& dicitur Virga Pastoralis, exprimens Baculum recurvum, adhibitum à Pastorbus ad comprehendendas oves, capreasque. Virgilius *Ecloga cit.* & ibi Servius:

Et tu sume Pedum - - - - - -
- - - - - - non tulit Antigones.

Est signum etiam doctrinæ, & dignitatis, quibus Episcopus exstimulare debet pigros, ac instigare, sustentare debiles, colligere dispersos. *Can.Disciplina dist.*25. (6) unde carmen: Et doctrinæ, & dignitatis.

Curva trahit, quos Virga regit, pars ultima pungit
Collige, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta. (7)

404 Episcopi munus.

405 Non ejusdē figuræ Baculus apud Latinos, & Orientales. Diversæ erat figuræ. Apud Latinos recurvatur. Apud Orientales, in summitate Maronitæ utuntur Globulo eburneo cum Cruce, alii Globulo sine Cruce, alii cum tau T, apud alios continet in summitate duos Serpentes se mutuo respicientes capitibus reflexis.

406 Erat antiquitùs ligneus. Ejus materia olim erat lignea cupressina. Stephanus Tornacensis *Epist.*233. & 234. ibi: *Baculum Pastoralem cupressinum.*

Fertur sinistra. Baculus sinistra fertur, quia est cordi proximior,

esse debere in tota Christiana Republica Papæ nomen, atque licere cuiquam se ipsum, aut alios præter Romanum Pontificem tali nomine decorare, & ibi vide Lupum: Imo & *Summos Pontifices* vocat Zozimus Pontifex in *can.* *si Officia dist.*60. *jam vero ad Presbyterii fastigium talis ascendat, ut & nomen ætas impleat, & meritum probitatis stipendia anteacta testentur, jure in Summi Pontificis locum sperare debebit.* Gelasius quoque Pontifex Episcopis Lucaniæ inhibet, *nec sibi meminerint ulla ratione contendi sine Summo Pontifice, Subdiaconum, aut Acolythum jus habere faciendi.* Synodus Toletana VI. *in Provincia: convenientibus nobis, Hispaniarum, Galliciæque Summis Pontificibus*; & Synodus Agathensis *can.*35. relato in *can. si Episcopus dist.* 18. ubi Joannes Cabassutius notat: *ita quemlibet vocat Episcopum, ad differentiam Sacerdotum, qui sunt veluti minores Pontifices.* Insuper & *Sanctissimos* vocatos esse Episcopos nulli dubium afferre potest, si vel parum quis evolverit acta Conciliorum, & Patrum Epistolas, quarum aliquas collegit, & notis illustravit Christianus Lupus *tom.*7. Venetæ æditionis: apud quem solum decem, & septem Epistolas notare licet, in quibus in solis inscriptionibus Sanctissimi, præter alios honoratissimos titolos, vocati sunt Episcopi: ut in *cap* 19. 28. 116. 119. 120. 129. 130. 131. 140. 145. 170. 173. 180. 181. 185. 193. & 203. atque apud Bail in summa Conciliorum *tom.*1. *pag.*218. in Exemplari Epistolæ Comitis Joannis Actensis, & *pag.* 229. in *Mandato* Synodi Ephesinæ directo Philippo Presbytero legato Cœlestini in inscriptione, & pluries in corpore *pag.*224. in *Libello* a Cyrillo Alexandrino, & Memnone contra Orientales Synodo Ephesinæ oblato, deinde *pag.* 394. in *Divali* Constantini dicti Pogonati, Giorgio Constantinopolitano Archiepiscopo in actis Concilii Constantinopolit. III. atque in Authentica de *Sanctissimis Episcopis*, & in *Clementina* 1. §. *nec super. de Pœnis*, demum Concilium Tridentinum in acclamationibus post celebratum Concilium, Episcopis sic exoptat, & vovet: *Sanctissimis Episcopis vita, & felix ad Ecclesias suas reditus.* Nec indebita existimanda sunt ista honoris signa, cùm & sceleſtissimis alioquin hominibus data sint; ut Dionysius Alexandrinus Valerianum, & Gallienum Cæsares *Sanctissimos* vocavit, & D. Paulus Felicem, *Optimum* interpellat, vide Baron. *ann.*260. *num.*17. ipsi quoque fideles sancti in scripturis denotantur supra cit. & prosequitur Christ. Lupus ad Tertull. *librum de Præscriptionibus cap.*40. V. *Sanctorum Christianorum.*

Demùm aliis, atque aliis titulis honoris, & reverentiæ plenis decorati sunt, quos inspicere est in supra citatis: ut Honorandissimi, Amplissimi, Reverendissimi, quoque & Eminentissimi. Etenim priusquam ad solos Cardinales, & paucos alios per Urbanum VIII. referretur, etiam Episcopi insigniebantur hoc titulo. Concilium Arvernense ann. 541. *can.*2. De Episcopis loquens, sic ait. *Eminentissimæ dignitatis apicem, omnium conscendat electione, non paucorum favore.* Magnus Gregorius Papa Latino Episcopo Illirico similiter tribuit Eminentiæ titulum *Epist.* 17. *lib.* 2. & omnibus Italiæ Episcopis *Epist.*2. ejusdem libri. Concilium Toletanum VIII. an.733. *can* 4. & 7. habet *Eminentissimo nobis, & Deo Amabili Eugenio Toletanæ Sedis Archiepiscopo*, vide Filesacum de Sacra Episcoporum Auctoritate *cap.*9. §.9.

(3) Innocentius vero III. in *lib.*1. *de Mysteriis Missæ* *cap.*10. novem enumerat, *novem autem sunt ornamenta Pontificum specialia, videlicet Caligæ, Sandalia, Succinctorium, Tunica, Dalmatica, Mitra, Chirothecæ, Annulus, & Baculus*: Ideò præter ea insignia Episcoporum, quæ Auctor eruditissimè tradit alia ex cit. Innocentio subjungere meditabar ea brevitate, qua ad præsens opus quod suscepi opportuna videbatur; tamen Auctores infra laudabo, apud quos desiderium explere licet.

(4) Ugo Menardus ad D. Gregorium *pag.* 159. & Macri in *Hierolexicon.*

(5) VIII. Synodus *Actione* 7. *est introductus Photius Baculo innixus, & cum eo Gregorius Syracusanus.* Marinus vero Diaconus, & Legatus Ecclesiæ Romanæ sic locutus est: *tollite Baculum de manu ejus, signum est enim dignitatis pastoralis, quod hic habere nullatenus debet, quia Lupus est, non Pastor*, apud Ludovicum Bail *tom.*1. *Summa Conciliorum.* Christianum Lupum *tom.* 3. *in Dissertatione de VIII. Synodo Generali act.*7. ubi alia curiosa congerit. Concilium Toletanum IV. *can.*27. secundum Caball.28. *Si Episcopus est, recipiat coram altario de manu Episcoporum Orarium, Annulum, & Baculum*, relato in *can. Episcopus Presbyter* 11. *quæst.*3. Idcircò Gofridus de Investitura Laicorum tradit, Episcopalem Investituram præberi per Baculum, & Annulum; ideò optimè notat Bosquetus ad Innocentium *lib.*1. *Epist.*87. inolevisse in aliquibus Ecclesiis, ut Episcopo defuncto, ad Regem Baculus, & Annulus deferretur, ut investituram susciperet ab eo successor Episcopus. Hocque intelligens Innocentius Archiepiscopo Callelensi mandat *lib.*1. *Epist.*47. *ut cum te, vel aliquorum suffraganeorum tuorum contigerit mori, Baculus Pastoralis, & Annulus in Ecclesia remaneant propria, sub fideli custodia constituti ad successoris usum, cum Deo favente consecrationem acceperit, conservandi.* Christ. Lupus *in principio Dissertationis proœmialis de Laica Antistitum Investitura* plura documenta suo more affuens, & in *Dissert.* de VIII. Synodo *Act.*7.

(6) Ex D.Gregorio *lib.*20. *Moralium part.*4. *cap.*6.

(7) Seu

Attrahe per primum, medio rege punge per imum.
Attrahe peccantes, rege justos, punge vagantes

Ut increduli: sic loquitur D. Bernardus *lib.*3. *de Consideratione, ut increduli convertantur ad fidem, conversi non avertantur, aversi revertantur, perversi ordinentur ad rectitudinem, subversi ad veritatem revocentur, subversores convincantur, ut vel emendentur ipsi, si fieri potest, vel si non perdant auctoritatem facultatemque subvertendi.* de Baculi significatione, & auctoritate, vide Barbosam *de Offi. & potest. Episcopi par.*1. *tit.*1. *c.*5. *n.*14. & alios ab ipso congestos. Vicecomitem *de Ritibus Missæ lib.* 3. *q.*41. Saussay in præelegante *Panoplia Episcopali lib.*2. Franciscum Hallier *de Sacris electionibus part.*2. *sect.*8. *cap.*9. *art.*4.5.2. Gonzalez *in cap. unico. de Sacra Unctione, num.*39. *ad* 42. Consule citatos, & Sarnelli *tom.*3. *Epistolarum Ecclesiasticarum Epist.*32. ubi præter Baculi antiquitatem, ejus varias formas eruditè describit, domestica quoque proferens documenta ex Ugone II. Guidardi Archiepiscopo Beneventano in sua Provinciali Synodo anno 1374. *tit.*9. *de Sacramento Ordinis cap.*14. *de Baculo ejusque significatione*; ut habetur apud Synodicon Beneventanum cura, labore, & studio Fr. Vincentii Mariæ Ordinis Prædicatorum Cardinalis Ursini Archiepiscopi Beneventani anno 1569. nunc qui summa Dei

mior, parte curva Populum versus; ut ostendat, velle trahere ad Deum: & in Missis mortuorum non defertur. (8)

406 Papa Baculo non utitur. Papa Baculo non utitur. *cap. unico. de sacra Unctione*; nisi in Diœcesi Trevireosi, ad cujus Episcopum Divus Petrus Baculum transmisit, quo se sustentabat. (9) S. Gregorius Magnus usus est Baculo cum Cruce in cacumine. Macri V. *Baculus*. (10)

De Mitra. (11)

§. II.

407 Varia acceptio Mitræ. MItra dicta etiam Cidaris, Tiara; Insula Phrigium, Corona Sacerdotalis. (12) Cusia, quoodam Virginum Deo dicatarum capitis ornamentum. Optatus Milevitanus *lib.2.* (13) Isidorus *lib. 19. Originum cap.32.* ibi: *Pileum virorum est, Mitra autem ornamentum feminarum*.

Olim erat etiam muliebris Corona, ex qua pendebant fasciolæ. Virgilius *Æn.IX.v.616.* 408 Apud varias nationes usus Mitræ.

Redimicula Mitræ. (14)

Eodem utebantur ornamento capitis Jonii, Ægyptii, Syrii, Lidii. (15)

In veteri Lege Sacerdotes usos Mitra testatur Exodi *cap.29.* Levitici 8. (16) 409 Sacerdotes veteris Legis ea utebantur.

Hodie translatum ornamentum ad Episcopos. Honorius *lib.1.Gemmæ cap.214.* sed non eadem 410 Hodie est ornamentum Episcoporũ.

Dei benignitate regit totam Christi Ecclesiam, ea Sanctitate, doctrina, ac sollicitudine, qua par est ad Vices-Christi in terris gerere, Benedictus XIII. nomine, sic Hugo loquitur: *Baculus quandoque ex osse, & ligno conficitur, potissimè in partibus Apuliæ: sicut nostri Abbates, & inter Græcos, qui chrystallina, & deaurata sperula conjunguntur, ut superius recurvatur, lignum inferius ferro acuitur modicè, cum retunditur; siquidem ut est sævitas, Lignum Pontificis est lenitas, quas jungit in judicio per charitatem; nam si veritas, vel misericordia multum destituitur, si una sine altera teneatur, ferrum obtunditur, quia judicium misericordia temperatur. Superius recurvatur, cum pœnitentes ad pœnitentiam revocantur. Aliquando in sperula scribitur* homo. *ut Pontifex, se hominem memoret, & de potestate collata non elevetur.*

(8) Ceremoniale Episcoporum *lib.2.cap.11.*

(9) Tum propter Historiam, tum propter mysticam rationem. Historia autem cui innititur citatum *cap.* non æquè a Doctoribus probatur, nam Glossa in *cit.cap.* apod Gonzalez *n.41.* affirmat missum esse Baculum a D. Petro B.Martiali cum Matthæo, quem sibi ascivit socium in Germaniam; quo defuncto, cum redisset ad Petrum Martialis, ab ipso accepit Baculum, cum quo Matthæum a morte revocavit. Verùm tanquam fabella hæc Glossæ Historia rejicitur, nulla auctoritate comprobata: attamen Innocentius Pontifex alter Historiam tradit *lib.1.de Myst.Missæ c.62.* his verbis: *Romanus Pontifex Virga non utitur, pro eo quod B.Petrus Apostolus Baculum suum misit Eucherio primo Episcopo Trevirensi, quem una cum Valerio, & Materno ad prædicandum Evangelium Genti Teutonicæ destinaverat, cui successit in Episcopatu Maternus, qui per Baculum S.Petri de morte fuerat suscitatus, quem Baculum usque hodie cum magna reverentia Trevirensis servat Ecclesia.* Cui adheret D.Thomas in *4.dist.24.quæst.2.art.9.* Vicecomes *lib. 3. de Ritibus Missæ cap. 42.* Hallier *sup. cit.* si plura, apud Theophilum Rainaudum *tom. 10. in tract. de Corona Romani Pontif. cap.4.* habes.

Mysticæ rationes non desunt, tum quia Baculum Episcopus ab alio accipit, qui jurisdictionis signum est, Pontifex vero a nollo illam recipit. Secundo quia recurvatur in summitate Baculus, ad denotandam Episcopi jurisdictionem esse limitatam, quæ in Pontifice est tota. His & similibus rationibus textom prosequuntur Bulengerus *primo Opusculorum cap.12.* Juretus ad Ivonem *Epist.157.* Durandus *lib.3. cap.15. num.6. in Rationali*, Nicolius in *Flosculis* V.*Baculus*, & cit.Barbosa, Hallier, Rainaodus, aliique.

(10) Abbates, ac Prælati Episcopis inferiores usum Pontificalium habentes cum paulatim omnia Episcopi insignia habuerint; sed non ante decimum Sæculum, ut eruditè probat Vigiliensis Episcopus, Pompejus Sarnelli *Epist.3. tomi 1.* & Mabillonius ad *Epist.42.* S.Bernardi: etiam Baculo argenteo ad instar Episcopi usi sunt; ut autem discrimen aliquod intercederet inter ipsos, & Episcopum. Alexander VII. 17. Septembris 1659. referente doctissimo æque, ac Eminentissimo Cardinale Brancatio, qui suam instantiam fundavit in illis verbis D.Bernardi *Epist. 42.* ad Henricum infrà adducendis, decretum edidit, quo Abbates aliosque Prælatos in usu Pontificalium aliquanter compescuit. Quod decretum habes penès Nicolium in *Flosculis* V.*Abbas n.11.* ad Octavum, sic reponit: *Mitram pretiosam, nisi illis expressè a S. Sede indultam, non adhibeant, sub Mitra pileolum nigri tantum coloris induant. Baculum Pastoralem albo velo appenso deferant, &c.* cum vero reclamasset Procurator Generalis Congregationis Cassinensis, ad Octavum, dicens, quo usus Mitræ pretiosæ, & Baculi sine velo appenso vetitus est, asserentibus Monachis Mitram pretiosam ipsis de jure competere velum quoque nunquam eos consuevisse Baculo appensum adhibere, nec esse de Ritibus Romanæ Ecclesiæ, sed Ambrosianæ tantùm. Sacra Congregatio censuit quoad Mitram, servandam esse dispositionem, *cap.ut Apostolicæ. de Privilegiis in 6.* quoad Baculum vero servandum esse decretum, cit. Sarnelli *Epist.32. tomi tertii.*

(11) Mitra, quæ propriè pro capitis ornamento usurpatur, ut accipit Tertullianus *lib. 3. adversus Marcionem c.7.* de honore, & gloria Christi in suo secundo adventu: *& exornatus podere, & Mitra, & Cidari munda*: & ibi B.Rhenan. quamvis aliter alibi usurpet pro Dæmone: *de Præscript.cap.40.* & pro nomine sub quo in specu inaugurabantur Milites. *de Corona Militis cap.15. de Baptismo cap.5.* & vide ibi annotationes B.Rhenani, Christ.Lup. *ad cap.40.* Tertull. *de Præscriptionibus* V. *Mitra*, & Alexandrum ab Alex. *lib.6. Dierum Genialium cap.4.* & Mithriaca Sacra vocat Origenes *contra Celsum.*

(12) Dicta etiam fuit *Insula* ab Anastasio Bibliothecario *in Adriano II.* a Trithemio *in Chron.Sponhemense.* Cretser. *lib.1.Comm. in Codin.de Offic.cap.16.num.11.* *Corona Sacerdotalis* etiam ab Ammiano Marcellino *lib.26.cap.29.* apud Baroniom *anno 374.num.35. & 36.* *Phrigium* à Balsamone *locis infra citandis*, & in Constantini donatione, apud Gratianum *dist.96.* *Palea.* *Cidaris* a Simone Thessalonicense, *de Templo*, aliisque & sicut in textu Exodi *cap.29.v.9.* legitur: *Cingesque Baltheo Aaron scilicet, & liberos ejus, & impones eis Mitras.* Septuaginta legunt: *circumpones eis Cidares.* Vide Du Mortier in *Etymologiario Sacro Græco-Latino* V.*Mitra*, cit.Du Mortier V.*Tiara* ex infra citandis, & eruditissimum Calmet in suo *Dictionario Biblico*. V.*Mitra*, & *Tiara*.

(13) Nisi Sacrum velum dicere velimus. Optatus Milevetanus *lib.2. de Schismate Donatistarum*: *Memoratus Felix inter crimina, & facinora sua nefanda, ab eo comprehensa puella, cui Mitram ipse imposuerat, a qua Pater paullò ante vocabatur, nefariè violare minimè dubitaverit*, ut eruditè notat Merillus *lib.3.observat. c.4.* accipiens Mitram pro tegumento capitis, quo Ascetriæ in Africa utebantur. cui adheret Latinus Latinius, & Franciscus Balduinus in eundem Optatiom *lib.6.* & prosequitur Christianus Lupus ad *cap.3.* Tertulliani *de Præscriptionibus* V. *Si Virgo*. Thomassinus *tom.1.lib.2.c.42.n.11.c.45.n.11.*

(14) Ex in *l.argumentum*, *§.Muliebri*, *D. de auro, & argen.leg.* si pro ornamento accipiatur. Cum, idem Ulpianus in *l.vestis*, *§.Muliebria*, *D.eod.* pro capitis tegumento, seu pro veste accipit. ibi Gothofredus.

(15) Alexander ab Alexandro *Dierum genialium lib.1. cap.28.* & ibi Tiraq. Samuel Pitiscus in suo *Lexico* V.*Mitra.*

(16) Exodi *supra cit.* & Levitici 8. *v.13.* *Filios quoque ejus oblatos vestivit tunicis lineis, & cinxit Balteis, imposuitque Mitras, ut jusserat Dominus*: quæ similiter dicebatur Cidaris, & Tiara ex varia textus versione, & erat quasi Pileus ex bysso rotundus, instar mediæ sphæræ per vittam occipitio adstrictus, qui solis Sacerdotibus aptabatur, reliqui Levitæ communi ornato, & vestitu utebantur. Summi vero Sacerdotis Cidaris, seu Tiara idest Mitra ex bysso confecta, caput ornabat, cui alligebatur Lamina aurea supra frontem Pontificis, superimposita ista inscriptione: *Sanctum Domino*, Exod.28. *facies & Laminam de auro purissimo in qua sculpes opere Cælatoris Sanctum Domino, ligabisque eam vitta hyacinthina, & eris super Tiaram imminens fronti Pontificis.* Illa vero Lamina super Tiaram non erat simplex; sed ad instar Coronæ, triplici constans ordine, ut constat

dem semper forma. Nam Apostolorum temporibus singulari, alterius formæ utebantur, capitis ornamento. Hieronymus *lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis* in Joanne hæc habet: *Supra pectus Domini recubuit, & Pontifex ejus fuit: auream laminam in fronte portans*. Et Epiphanius *hæresi 29. de S. Jacobo*. Eusebius *lib. 5. Historiæ cap. 24.* Nanzianzenus *Oratione V. post reditum à fuga*. Referens sibi Cidarim impositam tempore ordinationis: *Idcircò me Pontificem ungis, ac podere cingis, capitique Cidarim imponis.* (17)

411 Non una semper Mitræ forma.

Hodiè forma Mitræ apud Latinos est bicornes, indicans fortitudinem, & notitiam utriusque Testamenti ad excitandam reverentiam, & terrorem; ut quondam excitabat facies Moysis cornuta ex consortio Divino, *Exodi 34.* (18)

412 Græci Episcopi Mitra non utútur.

Apud Græcos, Mitra Episcopi nō ŭtuntur. (19) Ex

---

ex Josepho *lib. 3. Antiquitatum cap. 8.* variis calycolis decorata; sic tamen, ut ante frontem plana esset, totum caput cingens. cit. Du Mortier. Lamy in *Apparatu Biblico, & de Templo*, Calmet in *Dictionario*, & Becanus in *Analogia veteris, ac novi Testamenti cap. 7. quæst. 5.* atque Baronius *anno 34. num. 296.* aliique.

(17) Mitra, ex Auctoris assertione, Apostolorum ævo non eâdem formâ omnibus constabat. Lamina in fronte utebatur S. Joannes: Bractea S. Jacobus: ut Epiphanius *hæresi 29. Sed & Bracteam eidem in capite gestare licuisse*. Ex quo elucet Episcopos, tum ea Veteri Testamento, tum ex Apostolica traditione cœpisse uti aliquo capitis ornamento: ut docent communiter DD. & probant Andreas Saossay in sua *Panoplia Episcopali*, & Pompjeus Sarnelli *Epistolarum Ecclesiastic. tomo 3. Epist. 27.* Sed tunc simplex & fortasse commune erat capitis ornamentum: ut ætate S. Joannis Chrysostomi notat Thomasinus *tomo 1. sua Disciplina lib. 2. cap. 58. num. 11. Inde illud quoque non ineptè colligeret quis, simplicissima tunc fuisse adhuc Pontificum capitis indumenta*. Quando autem adhibere cœperint Mitram Episcopi Latini ea forma, qua nunc utuntur? Et an semper etiam in Ecclesiasticis functionibus eam gestaverint, inquirendum esset. Et primo asserere licet non hujus formæ antiquitùs fuisse Mitram, ex supra adductis auctoritatibus apparet, tum ex Mitra S. Sylvestri, qui primus invenitur quarto sæculo in antiquis iconibus gestasse Mitram: ut in Magno Bullario apparet, & rotunda erat in vertice acuta, altitudinis unius palmi, ut Romæ in Ecclesia S. Martini de Monte visitur, qua usus fuit S. Sylvester loco diadematis pretioli, quod Constantinus Imperator ei dono dederat: ut tradit Innocentius III. *Serm. de S. Sylvestro*, & Platina in *Sylvestro*. Tum ex variis Mitræ formis, quas adducit Dominicus Macri in suo *Hierolexico, V. Mitra, V. Papa*. Hinc suspicantur aliqui decimo, aut undecimo sæcolo apud Latinos uti cœpisse Mitra hujus formæ, & altitudinis, ut comprobare licet ex antiquis illius temporis picturis. Quod ad secundum attinet. Etsi ea, quæ adduximus sufficere possent ad probandum perpetuum Mitræ usum primis Ecclesiæ sæculis, etiam in Ecclesiasticis functionibus; ut probat cit. Sarnelli. Tamen sunt qui affirmant Episcopos primis Ecclesiæ sæcolis non adhibuisse Mitram in sacris functionibus, & sacrificio Missæ, aut saltem raro. Probant ex silentio antiquorum, qui *de Divinis Officiis* scripserunt, altum silentium quoque habetur in antiquis *Sacramentalibus*, in vetustis *Liturgiis*, & *Ordinibus Romanis*, atque in veteribus *Ritualibus*, in quibus usus Mitræ in sacris functionibus, & Missæ sacrificio, Episcopis nullatenùs præcipitur, aut habetur, ut testatur Jo: Baptista Thiers in Historia Gallicè conscripta, vulgò *delle Piruccbe cap. 4. §. 2.* (si excipias *Rituale* antiquum Syrorum, Jacobitarum, & Euthichianorum apud Christ. Lup. *t. 2. in Differ. de Concilio Ephesino cap. 2.*) Horum ratio esse potest, quia non adhuc effectua erat habitus Ecclesiasticus, uti nunc. Quapropter his rationibus, & conjecturis fortasse moti Honuphrius Panvinius in Republica literaria optimè meritus, & in antiquitate sacra eruditus, qui sub Pontificatu S. Pii V. vixit in *Interpretat. vocum obscurarum* ad calcem *Vit. Rom. Pontif.* hæc habet: *Mitrarum usum in Romana Ecclesia non ante sexcentos annos esse opinor*. Et eruditus quoque P. Menandri *in notis ad lib. Sacrament. S. Gregorii M. pag. 302.* sic asserendo scripsit: *Existimo vix ante annum post Christum millesimum, Mitræ usum in Ecclesia fuisse.*

(18) Innocentius III. *lib. 1. de Mysteriis Missæ cap. 6. Mitra Pontificis utriusque Testamenti scientiam significat, nam duo cornua, duo sunt Testamenta.*

(19) Græcos Mitra non fuisse usos testantur in re Ecclesiastica Viri eruditissimi Cardinalis Bona *lib. 1. Rerum Liturgicarum cap. 24. num. 14. Communiter usque ad hodiernam diem ab hoc ornamento abstinuerunt, nec ullus est in Græcia Mitræ usus.* P. Goar *in Euchol. Græc. p. 431.* testatur sic: *A Mitra, seu Pontificio pileo capiti imponendo, huc usque vulgò abstinuerunt Græci.* Gretser *lib. Comment. in Codin. de offic. cap. 16. num. 114. Mitra, seu Infula non utuntur Episcopi Græci in sacrificio Missæ, sed aperto capite totam Liturgiam perficiunt*. Similiter affirmat Jacobus de Vitriaco in *Histor. Hierosolymitana lib. 1. cap. 77.* dum Maronitas cum Romana Ecclesia convenisse narrat, hæc habet. *Cùm omnes alii Orientales Prælati, exceptis dumtaxat Latinis, Annulis, & Mitris Pontificalibus non utantur, nec Baculos pastorales gestent in manibus .... Maronitæ in signum obedientiæ, consuetudines, & ritus observant Latinos*. Et confirmat Gregor. Sisensis *ad Haitonem* apud nostrum Clementem Galanum: *A S. Romana Ecclesia accepimus habemus Mitram Episcopalem*. Uti refert Christ. Lupus *tom. 2. in Differt. de Concilio Ephesino cap. 2.* Cæterum consule P. Martene *tom. 1. suæ Liturgiæ lib. 1. cap. 4. art. 1*. Verum enim vero, quamvis constet ex prælaudatis Scriptoribus Græcos non usos fuisse Mitra, præter Maronitas. Idem P. Goar *loco cit.* testatur non multis ab hinc annis Patriarcham Constantinopolitanum caput suum Tiara redimere, non absimili ab illa, quam S. Pontifex gerit, & *p. 315.* ex relatione Leonis Allarii, refert reliquos Episcopos Græcos aliquando nunc Mitram adhibere. Idemque dicendum erit de Patriarcha Alexandrino, si vera sunt quæ narrant Theodorus Balsamon, Nicephorus Callixtus, & Simon Thessalonicensis dum de eo verba faciunt, loco ut infra. Testantur namque Patriarcham Alexandrinum capiti suo apponere sacrā Tiaram, seu Mitram privilegio Sedis Apostolicæ S. Cyrillo Alexandriæ Patriarchæ concesso; ex eo quia Cœlestino Romano Pontifice tunc impedito Ephesino Concilio interesse, demandatum suis Cyrillo, suo nomine eidem Concilio præsidere; Quapropter S. Cyrillum ob munus ei injunctum optimè gestum, & sacra Tiara, seu Mitra, & Papæ nomine, ac universalis Judicis titulo decoratum, amplissimo privilegio, cæteris Episcopis Græcis insuëtato, insignire Cœlestinus voluit. Quodque privilegium ob tantam rei memoriam non solum S. Cyrillo, sed Sedi Alexandrinæ adhærere videtur: cum Cyrilli successores perpetuò in posterùm usurpaverint. At non me latet Cardinalem Baronium *anno 430. num. 26.* privilegium hoc Patriarchæ Alexandrino indultum, non parum elevare ex ipsis verbis Nicephori, qui *lib. 14 Histor. Eccles. cap. 34.* hæc habet. *Cælestinus Romæ Episcopus propter navigationis pericula, ipse Synodo adesse detrectavit: Ad Cyrillum tamen, ut locum ibi suum obtineret, scripsit. Ex quo fama est, Mitram illum, & Papæ appellationem, atque ut universi Orbis Judex appellaretur, accepisse. Quæ omnia deinde per successionem ad eos etiam pervenerunt, quibus forte Alexandrina Ecclesiæ thronus legitimè obvenisset, Sacros Episcopos*. Hæc ille. Nam optimè eruditus Cardinalis contendit, nomen Papæ fuisse omnibus Episcopis commune, & nos supra ostendimus: tum carere exemplo ut Judex universalis appellaretur, & talibus insigniis decoraretur, cui tantum Vicaria præfectura, aut Legatio à latere tradita fuit. *Verùm*, sic inquit Baronius: *Verùm de Papæ nomine aliter res se habet. Constat enim illud olim commune fuisse reliquis Episcopis, sed nec de nomine Judicis universalis satis liquet. Certè quidem nihil præterea Cyrillo concessum à Cælestino, quàm concedi soleat iis, quibus creditur Vicaria præfectura, vel Legatio à latere existimatur. Ut autem eadem potestas propagaretur ad posteros, non in insignibus dumtaxat, sed etiam in auctoritate exemplum extare nescimus.* Cui consentit Thomasius *tom. 1. suæ Disciplina lib. 2. cap. 45.* qui parum Græcorum attestationi se committit, uti fabulosæ.

Nec mirum alicui sit si Baronio non constare visum fuit hoc privilegium. Ipse Nicephorus non historicæ narrationi, sed potiùs famæ se committit. Tum quia nulla hujusmodi speciosi privilegii mentio occurrit in Epistolis Cœlestini, aut Ephesino Synodo, aut Theodosio Imperatori, aut Nestorio, aut ipsi Cyrillo directis, nec ipsa Synodi Acta ullibi mentionem faciunt. Insuper nec Scriptores coævi, aut suppares hujus privilegii verba proferunt; Ideoque pro nihilo habenda erit alicujus recentio-

ris

413 Ex privilegio Abbates eum adhibent.

Ex privilegio Mitræ usus, concessus hodie invenitur etiam quibusdam Curatis, Abbatibus, & moderatus ab Alexandro VII. (20)

Repugnante D. Bernardo.

Contra quem usum Mitræ Abbatibus concessum, humilitate premente, suspiria effudit Bernardus *Epist. 42. ad Henricum.* (21)

414 Usus Chirotecæ.

Usus Chirotecæ indicat Episcopum debere se conservare impollutum ab omni hujus sæculi conspurcatione. (22)

De Annulo Aureo.

§. III.

415 Annulus Sponsæ dabitur in signum indissolubilis matrimonii.

ANnulo aureo donato à Sponso novæ nuptæ indicatur indissolubile mutuæ concordiæ fœdus, ac pignus suggerente Tertulliano *Apologetico cap. 6.* (23) D. Ambrosio *lib. 4. Epist. 34.* in vita S. Agnetis, ibi: *Annulo suo subbarravit me.* Baronius *tom. 1. ann. 57. num. 52.* & ideo in quarto digito ponitur, quia ibi est vena, quæ ad cor usque pertingit. Isidorus Hispalensis *lib. 2. de officiis cap. 19.* (24)

416 Equites olim Annulo aureo utebantur.

Annulum deferre olim equestris nobilitatis insigne erat. (25) *cap. 2.* Jacobi *n. 2.* ibi: *Si introierit in conventum vestrum vir aureum annulum habens in veste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu.* (26) Isidorus Hispalensis *lib. 19. Etymologiarum cap. 33.* Tiraquellus *ad Alexandrum ab Alexandro lib. 2. cap. 19.* Juvenalis *Satyra prima v. 28.*

Ventilet extivum digitis sudantibus aurum
Nec sufferre queat maioris pondera gemmæ.

417 Aureo utebantur Romani. Argenteo Liberti. Ferreo Servi.

Aureo utebantur Cives Romani, argenteo Liberti, ferreo Servi. Joannes Nauclerus in *Chronicis generatione decimatertia.* (27)

418 Infame plures Annulos deferre.

Infame erat quondam deferre plusquã unum aureum Annulum. Isidorus *lib. 19. cap. 32.* (28)

Epi-

---

ris attestatio de re antiqua, nullis laudatis antiquis auctoribus. Primus enim, qui in medium protulit hoc privilegium fuit Balsamon in *Meditat. de Patriarch. privileg. lib. 7. Juris Orientalis*, & in *Photii Nomocan. tit. 8. cap. 1.* post circiter septingentos, & quinquaginta annos à celebrata Ephesina Synodo; cum ipse anno 1191. adhuc inter vivos degebat, & Synodus an. 431. fuit celebrata.

Demùm Balsamon ipse apertè allucinatur judicio Du Cangii in suo *Glossario Græco tom. 1. p. 815.* dum pro capitis tegumento accipit verbum illud λῶρος, quod pro veste consulari, aut pro ea, quæ superimponitur accipiendum est. *λῶρος vestis Consularis, & imperatoria, in lori formam, quæ reliquæ vesti imponebatur, uti tam descripsimus in Glossario Mediæ Latinitatis in* Lorum: *& in Dissertatione de imperatorum Constantinopolitanorum numismatibus num. 6. de qua videtur intelligendus Synesius in Orat. de Regno p. 6. Perperam verò pro capitis integumento Lorum usurpari putavit Balsamon in Meditat. de Patriarch. C. P. p. 451. & de Chartophylace p. 462. ubi fascias illas esse putavit, quibus caput ambiebatur, quemadmodum Turci hodierni Turbanis suis caput involvunt, & tegunt, quod procul est à vero.* Et notavit quoque Dominicus Macri in *Hierolexico*, V. *Mitra*, & V. *Pallium* contra Baronium, & idem dicendum contra Christ. Lupum *supra cit.* licet ad *Can. 8. Dictatus S. Gregorii VII. tom. 5.* fateatur rem esse perplexam, & dubiæ significationis. Si ulteriùs, consule Pitiscum in *Lexico*, V. *Lorum*.

(20) Quod Decretum die 27. Septembris 1659. emanatum habes apud Nicolium in *Flosculis*, V. *Abbas*. Adde: non solum Abbatibus fuit concessus Mitræ usus, sed aliis quoque, puta Præpositis, Decanis, Canonicis aliisque, quos ex parte enumerat Macri, V. *Mitra*. Et Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolitanæ, jam dum a S. Pio V. indulta fuit, & nunc per Benedictum XIII. 18. Aprilis 1725. ipsis usus Pontificalium fuit concessus, & moderatus per Archiepiscopum, *ut in App. ad Synod. Diœc. n. 28.*

Imo Laicis. Alexander II. primus fuit, qui indulsit Uratislao Duci Bohemiæ Mitræ usum; ut testatur S. Greg. VII. *lib. 1. Epist. 38. Dominus, & Antecessor noster Alexander Papa in signum intimæ dilectionis, quod laica personæ tribus non consuevit, Mitram, quam postulasti, direxit.* Apud Baronium *an. 1068. n. 4.* Innoc. II. concessit Rogerio Rogerii Siciliæ Comitis filio circa ann. 1144. ut habetur ex Epistol. Senatus Populi Romani ad Corradum Romanorum Regem relata ab Ottone Frisingiense *lib. 1. de Gestis Frid. I. cap. 28. Concordiam inter Siculum, & Papam hujusmodi esse accepimus. Papa concessit Siculo Virgam, & Annulum, Dalmaticam, & Mitram, atque Sandalia; & ne ullum mittat in terram suam Legatum, nisi quem Siculus petierit.* Et Reges Neapolitanos refert Summontius *tomo 2. p. 20.* post eorum consecrationem, insigniri Virga, Annulo, Dalmatica, Mitra, & Sandaliis.

(21) Seu *Tract. de moribus, & officio Episcoporum ad Henricum Senonensem Archiepiscopum cap. 9.* juxta Jo: Mabillonii, & Hurstii editionem *tomo 2.* eorumque calculo an. 1126. Postquam enim amarè defleverit S. Bernardus Monachorum, & Abbatum exemptiones à propriis Episcopis: arguens insuper eorum ambitionem in adipiscendis Pontificalibus Insigniis, hæc reponit *num. 36. Verùm apertè indicant quidam horum quid cogitent, dum multo labore, ac pretio Apostolicis adeptis privilegiis, per ipsa sibi vindicant insignia Pontificalia, utentes & ipsi, more Pontificum, Mitra, Annulo, atque Sandaliis. Sanè si attenditur rerum dignitas, hanc Monachi abhorret professio: si ministerium solis liquet congruere Pontificibus. Profectò esse desiderant, quod videri gestiunt; meritòque nequeunt esse subjecti, quibus jam ipso se comparant desiderio. Quid si & nomen est conferre privilegiorum posset auctoritas? quanto putas auro redimerent, ut appellarentur Pontifices? Quid ista, ò Monachi? Ubi timor mentis? ubi rubor frontis? Quis unquam probatorum Monachorum tale aliquid aut verbo docuit, aut reliquit exemplo?* Immò quo fremitu ulularet pro domo Dei, si & Ordines conferre, Benedictiones populo dare, cæteraque Episcoporum munia Abbates nunc uti cerneret? Non enim ista adhuc erant assecuta: ut patet ex ipso Bernardo *num. 37. Cur non sacros Ordines celebratis, & benedictiones datis in populis?* Simili zelo exestuans vir Dei Petrus Blesensis ann. 1164. Villelmo Blesensi fratri Abbati Machiniensi scribens *Epist. 90.* eum acrè monet, & urget, aut ad rejicienda Pontificalia Insignia, aut ad abdicandam Abbatiam, subjungens: *Insignia Episcopalis eminentiæ in Abbate nec approbo, nec accepto: Mitra enim, Annulus, & Sandalia, in alio quam in Episcopo, quædam superba elevatio est, aut præsumptuosa ostentatio libertatis.*

(22) Circa alia Episcoporum indumenta, & insignia vide *cit.* Sausay in *Panoplia Episcopali*, & Gonzalez ad *cap. unicum de sacra Unctione*, aliosque quamplurimos.

(23) Ibi: *Circa fœminas quidem etiam illa majorum instituta ceciderunt, quæ modestiæ, quæ sobrietati patrocinabantur: Cùm aurum nulla norat, præter unico digito, quem sponsus oppignorasset pronubo annulo*, & ibi B. Rhenanus. Ambianas aliique. Vide Pitiscum V. *Annulus pronubus*, & Gonzalez ad *cap. illud quoque, de præsump. n. 3. & cap. fin. num. 2. de despons. impub.* sive dicendum fuisse Annulum signatorium, quo Matres familias ob curam domus, decorabantur, de quo Clemens Alexandrinus *3. Pædag. 11.* Tribuit etiam fœminis annulum aureum, non hercle ad ornatum, sed ad signandum ea, quæ domi custodienda sunt, propter curam domesticam, quæ illis incumbit. Vide cit. Pitiscum V. *Annulus signatorius*, & ab eo congestos.

(24) A Medicis vero peritioribus hoc negatur, non enim inveniri venam differentem asserunt, quæ a digito annulari differat, & in aliis digitis non sit.

(25) Dio *lib. 48. p. 355.* apud antiquos Romanos, non modo liberto, sed nec ingenuo, quidam ulli aureo annulo licebat uti, nisi Senator esset, aut Eques.

(26) Locus iste S. Jacobi licet communiter accipiatur pro gestatione aureorum annulorum: ex variis versionibus Nicolaus Serarius ibi refert, posse accipi pro ipsa veste, cui adhærere poterant isti annuli, seu circuli aurei, dicti quoque fibolæ. Antiquitatem vero annulorum ex tota sacra antiquitate repetit Gonzalez ad *cap. Clerici Officia 15. n. 12. de Vita, & honest. Cler.*, & Pitiscus *in Lexico* V. *Annulus*.

(27) Vide Samuelem Pitiscum *supra cit.* & nostrum Alexandrum ab Alexandro *lib. 2. cap. 19.* & alibi cum Tiraquello ibi.

(28) Ibi: *Apud veteres ultra unum annulum uti infame habitum viro.* Et Horatius Priscum perstringit, quia tres annulos gestaret *sat. 2. v. 7.*

- - - - - - - - Sæpè notatus
Cum tribus anellis, modo læva Priscus inani.

Et Martialis *lib. 5. Epig. 63.*

Per cujus digitos currit levis annulus omnes.

419 Episcopis datur ob spirituales nuptias cum Ecclesia.

Episcopis hodie Annulus datur, ut gerat vices Sponsæ, cujus ipse est caput. Et etiam Mitra ut ostendatur esse Sponsum, & Magistrum, juxtà illud: *sicut Sponso alligavit mihi Mitram*, ut ait Ugo à Sancto Victore *lib. 1. de Sacramentis cap.40.* (29)

420 Fertur in indice manus dexteræ.

Annulus ab Episcopo defertur in indice manus dexteræ; quia digitus index dicitur salutaris: & Episcopus etiam Annulo monetur salutem promovere fidelium. Durandus *lib.2. de Ritibus Ecclesiæ Catholicæ cap.9. num. 37.* Laurus *de Annulo pronubo Beatæ Virginis, fol.187.*

421 Clericis vetitum Annulos deferre.

Clericis prohibitum deferre Annulum aureum, quia est veluti insigne inhonestatis. Clemens *lib.1. Apostolicarum Constit. cap.3.* ibi: *neque aureum Annulum digitis tuis inducas, quæ sunt omnia meritriciæ consuetudinis indicia.* D.Hieronymus *Epist.22. ad Eustochium*, ibi: *digiti de Annulis radiant, & ne plantas humidior via spargat, viam imprimunt summa vestigia: tales cum videris, sponses magis existimate, quam Clerices.* Abbas in *cap. cum decorem. de vita, & honestate Clericorum*: meritò ergo eis delatio Annuli inhibetur nisi Doctores, vel Beneficiati sint. *cap. Clerici*, ibi: *sed nec Annulos nisi quibus competit ex officio dignitatis. de vita, & honest. Cleric.* (30)

Nisi sint Doctores, vel Beneficiati.

De Episcopi Privilegiis.

§. IV.

422 Possunt indicere publicas processiones.

EPiscopi Privilegia sunt, ut possit indicere publicas Processiones. Innocentius III. in *cap. cum inter 12. de sent. & re judicata.*

423 Poterant uti Altare portatili per se, & coram ipso celebrare extra Diœcesim.

Secundo secum possunt habere Altare portatile pro se, vel pro illo, qui coram se celebrat intra, & extra Diœcesim, Ordinario loci non contradicente. *cap. fin. de Privilegiis in 6.* (31)

424 Possunt celebrare ante auroram.

Tertio possunt iter agentes, celebrare Missam ante auroram, & post meridiem; etiam per alium coram se. Barbosa *tract.2. disp.6. & 7.*

425 Et benedicere suos subditos trina benedictione.

Quarto possunt benedictiones dare suis populis, & in sacrificio Missæ trinas benedictiones dare possunt, etiam extra Diœcesim. Barbosa *par.2. de Potest. Episc. alleg.27. num.63.64.* (32)

426 Causæ criminales graviores Episcoporum à Papa cognoscuntur.

Quinto causæ criminales graviores contra Episcopum cognoscuntur à solo Pontifice Romano. Gratianus *cap. 169.* Et Episcopus accusatus non stat, sed sedet coram Judice, licet aliquantisper inferiùs. Barbosa *part. 2. de Potest. Episc. alleg. 1. num. 5.*

De Episcopi Requisitis.

§. V.

427 Episcopi requisita.

MUlta requiruntur pro Episcopo, primo sanctitas, secundo requiritur ætas, tertio doctrina.

Ætas.

Ætas Episcopi est, ut sit triginta annorum completorum. *cap. cum in cunctis. de electione.* Gregorius XV. in Constit. 15. *Maii* 1591. ibi: *Annum trigesimum explevisse. Can. Episcopus dist. 76.*

Sanctitas.

Secundo requiritur sanctitas, quæ debet esse summa. *I. ad Thimoth. 3. num. 2.* ibi: *Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse*, & debet suos subditos erudire verbo, & exemplo. Ad *Philippenses 3. num. 17.* Nanzianzenus *Oratione* 20.

Doctrina.

Episcopi doctrina debet esse sufficiens ad suum munus exequendum. Trid. *sess. 22. cap. 2. de reformatione*, ubi debet esse Doctor, vel Licentiatus in Jure Canonico, vel in Sacra Theologia: ita ut Illiteratus deponendus sit. *cap. fin. de ætate, & qualitate.* Scientia Canonum præferenda Sacræ Theologiæ; quia in Sacris Canonibus continetur medulla Theologiæ, & insuper quidquid est necessarium ad rectè judicandum, quod est etiam Episcopale munus.

428 Debet esse Doctor, vel Licentiatus in Jure.

429 Debet esse Sacerdos per sex menses ante.

Tertio debet esse Sacerdos per sex saltem menses ante Episcopatum. Trid. *sess. 22. cap. 2. de reformatione*; Episcopatus enim est Sacerdotii plenitudo, ita ut nequeat esse Episcopus, qui non est Sacerdos. Sanchez *7. opusculorum cap. 1. dub. 15. num. 8.*

429 Legitimus.

Debet esse etiam legitimus, vel legitimatus per subsequens matrimonium. Trident. *sess. 22. cap. 2. de reformat.* Episcopus debet esse electus, confirmatus, & consecratus.

430 Electio fiebat olim à Clero, postea à Capitulo, nunc à Pontifice.

Eligitur modò secundum privilegia; nam olim eligebatur à Clero. *Can. Factus est 7. quæst. 1. Can. Nos, Can. Episcopus dist. 63.* Deinde à solo Capitulo. *Can. Consecratio 16. quæst. 6.* At modò fit à Summo Pontifice. *Can. si quis deinceps 16. qu. 7.*

---

(29) Hoc intelligendum est de Episcopis Latinis; Græci enim Episcopi annulos non gestant, immò Latinis vitio vertunt eorum usum, ut patet ex auctoritatibus, quas adducit, & refutat eruditus Christ. Lupus in expunctione calumniarum Græcorum, Calumnia 10. in *Dissert. de S. Leone IX. tomo* 4. Attamen Annuli acceptione ab Episcopis in eorum consecratione desponsari cum sua Ecclesia, verissimum, & antiquissimum est in Ecclesia, rationeque non carere. at optimè probat Lupus *loco cit.* & ad Tertulliani *lib. de Præscrip. cap. 5.* Sausay *Panopliæ Episcopalis lib. 3.* Gonzalez ad *cap. unicum. de Sacra Unctione num. 35.* Hallier *de Sacris Elect. p. 1001. de impositione manuum art. 4.* & Pompejus Sarnelli *in Epist. Eccles. tom. 1. Epist. 17. & tom. 3. Epist. 33.*

(30) Consule ib. Gonzalez *num. 12.*

Essent hic explicandæ reliquæ Episcopales vestes, & insignia, tàm veteres, quàm nova; sed ne tædio sim lectoribus, eos remitto ad Gonzalez in *cap. Unic. de Sacra Unctione*, & Sausay *in Panoplia Episcopali*, ut supra dixi.

(31) Vide decretum S.C. Concilii Trid. approbante, atque ita servari mandante Summo Pontifice datum die 15. Decembris 1703. quo ita cautum est. Idem Sanctissimus Dominus noster ex unanimi voto S. R. C. Cardinalium Concil. Trident. interpretum inhærendo declarationibus aliàs hac de re editis, expressè declarat, Episcopis, & his majoribus prælatis, etiamsi Cardinalatus dignitate fulgentibus, neque sub prætextu privilegii clausi in corpore juris, neque alio quocumque titulo ullo modo licere extra domum propriæ habitationis in domibus laicis, etiam in propria Diœcesi, quod fortiùs intelligitur in aliena, etiamsi Diœcesani consensus adhiberetur, erigere altare, ibique Sacrosanctum Missæ sacrificium celebrare, seu celebrari facere.

Quod si priùs id consueverunt Episcopi, ut patet ex *cap. fin. de Privilegiis in 6.* ab Auctore relato, novissime per Clementem XI. per supradictum Decretum eis est sublatum privilegium, quod habere dicebant. Similiter per idem Decretum Regularibus omnibus interdicitur, etiamsi sint Episcopi, celebrare in Oratoriis privatis, ubi fuerit priùs celebrata Missa eidem Oratorio indulta, & post meridiem. Demùm inhibetur eisdem uti Altare portatile in loco ubi degunt, absque licentia Ordinariorum, qui etiam tamquam Delegati Sedis Apostolicæ ad pœnas per Trid. *sess. 22.* usque ad censuras latæ sententiæ valent procedere. Decretum hoc habes apud Matthæucci *Officialis Curiæ cap. 10. num. 85.* Pittonem, aliosque.

(32) Archiepiscopus vero potest benedicere in tota Provincia. Clem. *Archiep. de Privil.* Barb. *p. 1. tit. 4. n. 42.* De Episcopali, & Sacerdotali benedictione perlege eruditam Christiani Lupi *Dissertationem* hac de re *tom. 6.* Venetæ editionis *p. 239.* cui Epigraphe. *Sacerdotalis Benedictionis antiquitas, forma, fructus exponuntur.* Subnectens terribilem *Diatribam, de Sacerdotali maledictione p. 255.*

431 *Ubi Reges eligunt Episcopos à Papa confirmari debent.*

qu.7 Extravagans *Regimen.de Prabendis*. (33) Et ubi habent hoc privilegium, ut eligatur à Rege (34), vel Capitulo, debet confirmari à Papa. *cap. nihil est. de electione*; & electus confirmari debet intra tres menses. *Can. Quoniam dist.* 100. *cap. quam sit. de electione in* 6. Episcopus

432 *Confirmari debet.*

electus deinde confirmatur, & confirmatio est præexistentis electionis corroboratio; post confirmationem consecratur intra tres menses à die confirmationis. *Can. Quoniam, Can. Ordinationes dist.*75. Trid. *sess.*23. *de reformat. cap.*12. contra Azorium volentem dari bimestre à die electionis.

433 *Confirmatus potest ea quæ sunt Jurisdictionis.*

Episcopus confirmatus non consecratus, est Prælatus, & potest exercere quæ sunt jurisdictionis. *cap. nosti. de electione*. Non potest exercere quæ sunt Ordinis, nam ista exercentur post consecrationem, propter quam recipit ordinem Episcopatus.

Intra tres menses consecrari debet.

Si intra tres menses non petat consecrari, amittit ipso jure fructus, & restituit perceptos, & si labantur tres alii menses, amittit Episcopatum. Concilium Chalcedonense *actione* 26. *cap.* 25.

434 *Consecratur die Dominico.*

Consecratur autem die Dominico hora tertia ex præcepto Ecclesiæ. *Can. Quod die, Can. Ordinationes dist.*75. (35)

435 *Tres Episcopi non requiruntur de essentia.*

Tres requiruntur Episcopi, sed non essentialiter, duo imponunt manus super caput consecrandi cum libro Evangeliorum, & manus

436 *Manus impositio est essentialis, ut probatur in tit. de Sacram. Ordinis.*

impositio est tantum essentialis, tuncque imprimitur character illa forma: *Accipe Spiritum Sanctum, &c.* Henriquez *lib.*10. *cap.*6. §.3. (36)

De Episcopi Potestate.
§. VI.

437 *Duplex potestas Episcopi, Ordinis, & Jurisdictionis.*

Episcopi potestas duplex est, una Ordinis, Jurisdictionis altera. Ordinis est, quæ pullulat ex ordine Episcopalis characteris. Jurisdictionis est, quæ nascitur ex Officio pro foro litigioso, & non litigioso.

438 *Quæ potest Episcopus vi potestatis Ordinis.*

Ex Ordinis potestate consecrat Ecclesias, Altaria, Chrisma, Aquam benedicit pro Ecclesiæ consecratione, conficit Oleum extremæ unctionis, consecrat Episcopum, confert Sacramentum Ordinis; ita ut nequeat ista aliis delegare. *cap. tua fraternitas. de consecratione Ecclesiæ. cap. aquam. eodem tit. Can. Nemo* 1. *de consecratione dist.*1.

Etiam Virgines benedicit.

Virgines etiam benedicit, & consecrat. *Can. Perlectis*, §. *ad Episcopum. dist.*25.

439 *Quæ potest vi Jurisdictionis.*

Vi Jurisdictionis potest lites dirimere, causas suorum subditorum cognoscere, & modo procedit ut Ordinarius, modo ut Delegatus Sedis Apostolicæ.

Episcopus procedens ut Delegatus Sedis Apostolicæ.

440 *Quando procedit ut Delegatus.*

Tripliciter summ potest Episcopum procedere ut Delegatus.

Potest Episcopo triplici modo concedi Delegatio Apostolica. Primo dicendo Episcopus procedat. Secundo procedat ut Delegatus Papæ. Tertio procedat etiam ut Delegatus Papæ. Trid. *sess.*24. *de reform. cap.*6. dicens: *Episcopus procedat*, non restringit auctoritatem Ordinariam, qua etiam tunc uti potest. Addens: *Procedat ut Delegatus Papæ*: restringit auctoritatem Ordinariam, & tantùm procedit ut Delegatus privativè. Glossa in *cap. ad abolendam. de Hæreticis*. Sanchez 8. *de matrimonio disp.*2. *num.* 10.

441 *Episcopus procedat.*

442 *Ut Delegatus.*

443 *Etiã ut Delegatus Sedis Apostolicæ.*

Si dicat tertio modo, scilicet: *Procedat etiam ut Delegatus Sedis Apostolicæ*, ut in Trid. *sess.*22. *de reformat. cap.* 10. tunc Episcopus habet electionem procedendi Jurisdictione Ordinaria, aut Sedis Apostolicæ delegata. Nam ly *etiam* unum casum exprimit, & alterum supponit; ita ut nequeat cogi ad declarandum, qua potestate utatur. Innocentius in *cap. cum ex officiis nu.*3. *de præscriptionibus*. Barbosa *de potestate Episcopi part.* 3. *allegat.* 92. *num.*12. *& de clausulis usu frequentibus clausula* 112. dicens ly *etiam* includere casum unum, & exprimere alterum. Lotterius *lib.*1. *de Beneficiis quæst.* 25. *num.* 93. Molina *lib.* 2. *de primogenitis cap.* 10. *num.* 74. & in istis, in quibus Episcopus procedere valet ut Ordinarius, & Delegatus, in dubio censetur uti Delegatus, quia major.

Ad quem autem appellatur, quando ut Delegatus, ac Ordinarius valet procedere?

444 *Appellatur ad Metropolitanum quando ut Delegatus, & Ordinarius procedit.*

Tunc appellandum ad Metropolitanum; quia præsumitur uti Ordinaria potestate, ait Quaranta *in summa Bullarii, V. Archiepiscopi auctoritas num.* 18. sed non video cur tunc præsumatur Ordinaria, & non Delegata.

Procedẽs ut Delegatus appellatur ad Delegantem.

Et semper ac utitur Delegata à Sede Apostolica nequit recurri ad Metropolitanum; sed recurrendum est ad Delegantem. Sanchez 2. *Decal. lib.*7. *cap.*29. *num.* 181. Molina *tract.*2. *de justitia disp.*582. *num.*2. Guazzinus filius *lib.*2. *de judiciis defensa* 1. *cap.*7. *num.*164.

445 *Procedens sublatis privilegiis, & exemptionibus censetur Ordinarius.*

Sed si Tridentinum, Summus Pontifex dicat: *Procedat Episcopus non obstantibus privilegiis, exemptionibus*, ut Trid. *sess.*5. *de reformat. cap.*2.

---

(33) Hæc Ecclesiæ disciplina circa Electiones Episcoporum, quæ a Clero, & populo fiebant, diù in Ecclesia permansit, & varias passa est variationes, & revolutiones, quas legelis apud Franciscum Hallier *de Sacris Electionib.* Gasp. Juvenin *in Dogm. Hist. de Sacramentis. dissert.*9. *de Sacram. Ord. q.*1. *cap.*5. Gonzal. ad *cap. Ossius* 2. *de Elect. n.*7. *& seqq.* Van-Espen *Juris Eccl. Univers. p.*1. *tit.*11. *per totum*. Thomasinum pluribus in locis, Andream Saussay *in Panoplia Episcopali* latè.

(34) In hoc Regno Neapolitano ex variis Concordatis Rex sequentes Archiepiscopatus, & Episcopatus, omnes numero XXV. videtur habere jus eligendi, seu nominandi. Archiepiscopatus sunt octo Brundusinus, Lancianensis, Mathejanensis, Hydruntinus, Rhegiensis, Salernitanus, Tranensis, Tarentinus: Episcopatus sunt septemdecim Arianensis, Acerrarum, Aquilensis, Cassanensis, Cotroniensis, Castri Maris, seu Stabiensis, Cajetanus, Gallipolitanus, Juvenacensis, Motulensis, Monopolitanus, Oritanus, Potentinus, Puteolanus, Triventinus, Tropiensis, Ugentinus. Ad majorem hujus annotationis, & Regiæ nominationis intelligentiam perlege Van-Espen *p.*1. *tit.*13. *cap.* 3. *& seq.* Christ. Lupum *in Dissert. de Regia Antistitum nominatione, & de Laica Antistitum investitura tomo* 4. Venetæ editionis præfix. 5, & cit. Saussay.

(35) S. Ambrosius *serm.*60. *Dominica dies ideò venerabilis est, atque solemnis, quia in ea Salvator velut Sol Oriens emicuit, ac propterea ipse dies ab hominibus sæculi dies Solis vocatur, quòd ortus jam Sol justitiæ Christus illuminat*: rationem quoque adnectit S. Leo *Epist.*81. *Hac die Apostoli prædicandi omnibus gentibus Evangelii tubam sumunt, & inferendum universo mundo Sacramentum regenerationis accipiunt*, & infra clariùs: *In hac die congregatis discipulis in unum, januis clausis, cum ad eos Dominus introisset, insufflavit, & dixit: Accipite Spiritum Sanctum.* Unde elucet ratio hujus Ecclesiæ disciplinæ.

(36) Esset hic ad majorem Auctoris elucidationem discutiendum, quænam sit materia Ordinis Episcopalis, & an necessariò à tribus Episcopis consecrari debeat. Sed quia *lib.*2. *tit. de Sacram. Ordinis* fusè hæc pertractat, ideò ibi annotare distuli.

*cap.*2. tunc non procedit ut Delegatus, sed tantum ablatis privilegiis, & exemptionibus censetur reintegratus in Ordinaria integra potestate secundum jus commune. *cap. cum aliquibus, §. si vero. de rescriptis in* 6.

An Episcopus valeat denegare literas commendatitias Sacerdotibus propriis, carentibus beneficiis, requirentibus residentiam?

446 Non potest denegare literas commendatitias Sacerdotibus carentibus beneficiis, nō requirētibus residentiam.

NEga: quia Sacerdotes non sunt angarii, nec perangarii: ut possint inviti retineri. Sic nec Baro retinere valet vassallum non angarium, nec perangarium recedente à suo territorio, imò nec angarium revocare valet à Regio Demanio, licet possit revocare à terra alterius Baronis. Reverter. *dec.*398. dicens ita servari in Regno, ubi de Marinis *n.*1. 2. *&* 5. *&* 1. *variar. cap.*101. *n.*16. Afflictus *decis.*265. *num.*81. Anna *allegat.* 64. *num.* 14. Riccius *part.* 4. *decis.*346. *num.*5. Merlinus *centuria* 1. *cap.* 83. Capiblancus *de Baronibus. Pragm.*10. *n.*60. Freccia *lib.*2. *de subfeudis, Auth.*15.

An in prima instantia possit cognoscere suos subditos?

447 In definitivis, & interlocutoriis procedit in prima instātia.

IN definitivis, & interlocutoriis causis potest cognoscere suos subditos: itaut nequeat subditus impunè alium Judicem adire. Trid. *sess.*24. *de reformat. cap.*20. quia Prælato proprio, ejusque Jurisdictioni non est derogandum. *cap. omnes Principes. de maior. & obed.* ita ut nec ad Metropolitanum valeat appellari, nisi in definitivis, & interlocutoriis, ex quibus nascitur damnum irreparabile. Trid. *loc. cit.* sed difficultas est:

An Metropolitanus valeat punire extra Visitationem crimina notoria Officialium suffraganii, negligentis illa punire?

448 Metropolitanus extra Visitationē potest Officiales suffraganei, negligente Episcopo punire.

AFfirma: *cap.* 1. *§. notoria. de censibus in* 6. maximè si delinquant confidentes suo Prælato. Sacra Congreg. 15. *Februarii* 1642. apud Pignatellum *tom.*3. *consult.*38. *num.*3. Genuensis *in praxi cap.*88. *num.*12.

An valeat Episcopus ex causa rationabili transferre jejunium, indictum jure communi ex uno in alium diem?

449 Ex rationabili causa potest transferre jejunium.

AFfirma: *cap. consilium. de observatione jejuniorum*, Constitutione Leonis X. Urbani VIII. *Cum evenire*: mutat enim tunc non substantiam, sed circumstantiam prudenter. Navarrus *cap.*21. *num.*10. Leander *tract.*5. *de præceptis Ecclesiæ disp.*10. *quæst.*39. Undè posset mutare in alium diem jejunium incidens in die festi solemnis Patroni alicujùs terræ, pro illis, qui sunt illius loci, idque fortiùs potest. Sacra Congreg. multoties ita rescripsit apud Pignatellum *tom.*3. *consult.*14.

An possit dispensare in Festis?

450 Ex causa rationabili dispensat in Festis.

AFfirma: ex causa rationabili. *cap. consilium. de observat. jejun.*

An possit dispensare in quibusdam aliis?

451 Dispensat in Votis exceptis reservatis Papæ.

AFfirma: & sic potest dispensare in Votis, exceptis reservatis Summo Pontifici, videlicet, Castitatis perpetuæ, Religionis, Peregrinationis ad limina Apostolorum, Terram Sanctam, & ad Sanctum Jacobum Compostellæ.

452 Et in quibusdam irregularitatibus. Et in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto excepto homicidio volūtario.

Potest etiam dispensare in quibusdam irregularitatibus, in illegitimitate, ut possit obtinere Ordines minores, vel Beneficium simplex. *cap.* 1. *&* 3. *de filiis Presbyterorum*, non vero in Bigamia. *cap. unico. de Bigamis in* 6.

Potest etiam dispensare in omni irregularitate ex delicto occulto, excepto homicidio voluntario. Trid. *sess.*24. *de reformat. cap.*6.

453 Et absolvit à reservatis Papæ occultis, exceptis multis, ut hæresis. Subditis tyrannicè non debet dominari.

Valet etiam absolvere à reservatis Papæ occultis, exceptis quibusdam specialibus, ut est hæresis, & sunt alia in Bullæ Cœnæ. Trident. *loc. cit.*

Non debet tamen tyrannicè excoriare, nec appetere aliquid de bonis Clericorum. Sexta Synodus, & *Can. Prædicator* 16. *quæst.* 1.

An Prælatus possit imponere Laicis pœnam pecuniariam?

454 Pœnam pecuniariam laicis non debet imponere.

NEga: *cap. irrefragabilis, §. finali. de officio Ordinarii, cap. ut Clericorum. de vita, & honestate Cleric. cap.* 3. *de pœnis*, Covarruvias *variarum cap.*9. *num.* 9. *lib.* 2. Baronius *de corpore. tit.*17. *num.*214.

An possit instituere aliquos dies festivos?

455 Aliquos dies festos instituere valet.

AFfirma: Jure communi antiquo fortè antiquato. *cap. consensu, cap. conquestus. de feriis.* (37)

Actus Jurisdictionis est visitare Diœcesim, quæ quia plura frequentia usurpata includit, tantisper laconico omnia comprehendam stylo.

De Visitatione Diœcesis.

TITULUS XIII.

456 Exemplo Christi Domini instituta Visitatio.

JUs visitandi Jurisdictioni innititur à Christo Domino fundatæ, cujus specimen dedit visitando Templum Jerusalem. Lucæ *cap.*19. ibi *Si cognovisses tempus visitationis tuæ*. Et apud Matth. 4. legitur circuisse totam Galilæam, Civitates omnes, & Castella, docens in Synagogis, & prædicans Evangelium; & Lucæ 18. iter fecisse per Civitates, & pagos evangelizans Regnum Dei: sicut & Gentium Apostolum Act. 15. legitur perambulasse totam Syriam, & Ciliciam, confirmans Ecclesias, & præcipiens custodire mandata Apostolorum, & Seniorum.

Quid sit.

457 Definitur.

EST actus legitimus Pastoralis potestatis respicientis bonum publicum Ecclesiæ quoad bona, & personas visitatas. Psalm. 88. ibi: *Visitabo in virga iniquitates eorum. Clementina* 2. *§. nos igitur. de censibus. Can. Placuit* 15. *quæst.* 1. *Can. Cavendum* 15. *quæst.* 3. *cap. Romana. de censibus in* 6. Trid. *sess.*7. *de reform. cap.*8.

A lege inducta Visitatio.

Dicitur *actus*: loco generis, dicitur *legitimus*: quia à lege inductus, & legis auctoritate, ac for-

---

(37) Posse etiam nunc Episcopum dies festos instituere in honorem alicujus Sancti in Catalogo Sanctorum jam relati docet Gonzalez ad *c. conquestus cit. n.*18. & Barbosa *de Potest. Episc. part.*3. *allegat.*105. *n.*36. neq; obstare affirmat Constit. Urbani VIII. ann. 1642. qua ibi tantùm monentur Episcopi, non eis adimitur facultas jure communi eis communicata.

forma exequendus. Trident. *sess. 6. de reformat. cap. 4. & sess. 7. de reform. cap. 7. & sess. 25. de reform. cap. 6.*

Differentia.

Dicitur *Pastoralis potestatis*: ad indicandam Visitationem Ecclesiasticam: ad differentiam Visitationis Laicalis. (1)

Dicitur *ad bonum Ecclesiæ*: ad imitationem Christi Domini, *qui visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ*. Psalm. 88. Lucæ 1. Finis enim
458 Visitationis est bonum promovere quoad spiritualia, & quoad temporalia, quod est bonum Ecclesiæ; ad quod totus debet esse Visitator. Ad *Romanos* 12. ibi: *qui præest in sollicitudine*. Clem. 2. *§. vas igitur. de censibus. cap. cum instantia. de censibus. cap. cum in cunctis. de electione. cap. cum contingat. de jure patronatus*: & non sibi, sed ovibus excubias irreprehensibiles agere debet Prælatus. *Can. Episcopum* 8. *quæst.* 1. Trident. *sess. 13. cap. 1. de reformat. & sess. 21. cap. 6. de reformat.* non dixi *Ecclesiæ Diœcesanæ*, quia Visitatio multò magis latè patet in visitando etiam Provinciam, in visitando Exemptos, etiam nullius Diœcesis.

Finis Visitationis est bonum promovere.

Qui habent jus visitandi.

§. I.

459 Quilivis Prælatus superior habens subditos potest ipsos visitare. Trident. *locis cit. ad Roman.* 12. ibi: *qui præest in sollicitudine*: & sic:

Qui possint visitare.

Primo, Summus Pontifex pro toto Orbe habet jus visitandi, & regendi. Extravag. *Unam Sanctam. de majoritate, & obed.* Innocentius in *cap. Presbyter. de Sacramentis non iterandis*. Ejus tamen Vicarius, nisi aliter Papa disponat, expressè, tantùm visitat Urbem. *cap. tua nobis. de officio Vicarii.*

Summus Pontifex in toto Orbe.

Secundo, Cardinales visitant suos titulos, & eorum beneficia; quia in eis utuntur jure Episcopali. (2) Abbas in *cap. 2. num. 12. de Capellis Monachorum*, cognoscunt etiam de delictis propriorum familiarium, & si illi delinquentes comprehendantur à Vicario Urbis, remittuntur ad Cardinales. Cardinalis in *cap. ne Romani. de electione.*

Cardinales visitāt suos Titulos.

Tertio, Patriarcha visitat suam Provinciam deputatam. *cap. procurationes. de censibus.*

Patriarcha suā Provinciam deputatam.

Quarto, Metropolitanus visitat suam Diœcesim Episcopalem, & difficultas est:

Metropolitanus suam Diœcesim.

An Archiepiscopus possit visitare Provinciam, & Suffraganeos?

460 Distinguas Jus antiquum, à Jure Tridentini; Jure antiquo affirmat. *cap. perpetuo, cap. nuper. de censibus.* Jure novo Tridentini non
461 potest visitare nisi causa cognita in Synodo Provinciali ob absentiam, vel negligentiam Suffraganei. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 3.* ibi: *non visitentur Cathedrales Ecclesiæ, neque Diœceses suorum Comprovincialium, nisi causa cognita, & probata in Concilio Provinciali. Can. Conquestus, §. sed aliud 9. quæst. 3.* Zerola in *praxi*
462 *V. Visitatio, §. ad tertium.* Intelligas vivente Episcopo; nam Sede vacante, Capitulo Suffraganeo negligente, Metropolitam posse visitare talem Suffraganeum, docet Vilagut in *Speculo Visitatorum par. 1. cap. ultimo num. 5.* (3)

Jure antiquo visitabat Provinciam, & Suffraganeos.

Nunc non potest nisi causa cognita in Concilio Provinciali.

Et Sede vacante Capitulo negligente, visitat Metropolitanus.

463 Quinto, Episcopus habet Jus visitandi suam Diœcesim. *Can. Cavendum* 10. *quæst. 3. cap. cum Apostolus. de censibus.* Trident. *sess. 24. cap. 3. de reformat.*

Episcopus visitat suam Diœcesim.

464 Sexto, Vicarius Generalis Episcopi ex speciali commissione potest visitare Diœcesim. Rebuffus in *praxi benef. forma Vicariatus num.* 100. (4)

Ex speciali commissione Vicarius Generalis.

An autem Capitulum Sede vacante possit visitare Diœcesim?

465 Affirmant multi, quia habet Jurisdictionem Episcopalem. *cap. si Episcopus, cap. finali. de supplenda negligentia Prælatorum*; negant multi cum Fusco *lib. 1. de Visitatione cap. 2. num.* 20. (5)

Et Capitulū Sede vacante.

466 *Quæres, qui veniant nomine Episcopi?*

Hic veniunt omnes habentes Episcopalem Jurisdictionem ordinariam. Abbas in *Clem. 1. num. 10. de officio Delegati.* Sylvester *V. Visitatio.*

Nomine Episcopi veniunt habētes Episcopalem Jurisdictionē ordinariam.

An

(1) Porro utilitatem ex visitatione provenientem cognoscentes Magistratus quoque Politici, eam sæpissime instituere, ut colligitur ex *l. congruit, D. de officio Præsidis*, ubi Præses totam suam Provinciam peragravis ab omnibus malis eam infestantibus, purgando: Rectores quoque Provinciarum, ipsis demandatas, visitasse constat ex Tullio *Verrina* 5. ut probat Alteserra *lib. 5. dissert. cap.* 18. Joseph Hebræus *lib. 18. Antiquitat. Judaicarum cap.* 13. De Philippo Tetrarcha Ituræ, & Trachonitidis scribit: *solitum esse facere cum paucis selectis comitibus subsequente Sella, in qua sedens jura redderet. Quare si quis ex occursu opem ejus invocaret, sine dilatione, mox ibi Sella posita residentem causam cognovisse, aut sontem damnasse, aut absolvisse innoxium.* Quocque in Veteri Testamento factitatum legimus, ut 2. *Paralip. cap.* 17. à Josaphat Rege missi fuere Sacerdotes, qui habentes librum Legis Domini circuibant Urbes Judæ, & docebant populos: & *Exodi* 30. secundum versionem ignoti Interpretis, quam secutus est S. Ambrosius *Epist.* 1.: *Quod si acceperis computationem filiorum Israel in Visitatione ipsorum, & dabunt singuli redemptionem animæ Domino, & non erit in eis ruina.* Joseph cum Ægypti habenas moderaretur, ut *Gen.* 41. *Egressus est ad Terram Ægypti, & circuivit omnes regiones.* Samuel 1. *Regum* 7. *Ibat per singulos annos circumiens Bethel, & Galgala, & Masphat, & judicabat Israelem*: Josias demùm optimi Regis vices gerens typus perfectæ Visitationis, de qua sermo in præsentiarum est institutus; invisens suum Regnum, idola confregit, ac contrivit, abominationem Israelis abolevit 2. *Paralip.* 34. *Abstulit ergo Josias abominationes de universis regionibus filiorum Israel, & fecit omnes, qui residui erant in Israel servire Domino Deo suo*: & Gentium Apostolus nunquam destitit invisere Civitates, & fratres quos Christo pepererat *Act.* 15. *Revertentes visitemus fratres per universas Civitates, in quibus prædicavimus verbum Dei, quomodo se habeant.* Ex qua Visitatione immanem utilitatem, & animarum profectum colligens, quam sacer Textus sic exprimit *Act.* 16. *Ecclesiæ confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie.*

(2) Vide de hoc pleniùs Cohelium in *Notitia Cardinalatus*, aliosque.

(3) Ut eruditis præbeam similiter materiam ad eorum palatum accomodatam, & in Jure Canonico parum versatis ignorantiæ velum aperiam circa hanc rem, propter quam turbæ aliquando commotæ sunt, cum R. Pontifex viduatæ Ecclesiæ miserit Episcopum Visitatorem. Ideò ex eruditissimo Christ. Lop. in fine hujus tituli dissertationis vice erudita, & scitu digna in medium proferam. De Visit. Archiep. & Metropol. V. Thomass. *p. 2. Discipl. l. 3. c. 77. & seqq.*

(4) Trident. *sess. 24. de reform. cap. 3.* Barbosa *de potest. Episcopi alleg. 73. num. 28.*

(5) Cui respondet Barbosa *supra cit. num. 24.* plures decisiones afferens, & plures DD. qui communiter docent Capitulum Sede vacante succedere Jurisdictioni defuncti Episcopi; quodque docet etiam Fagnanos *in cap. His quæ. de major. & obed. num. 50. & 75.* Ventriglia *tom. 2. praxis annot. 24. de Visitatione num.* 3. declarationes S. C. addocens, quas apud Nicolium in *Flosculis, V. Visitatio* legere est.

Non veniūt Prælati Regulares.

An autem etiam veniant Prælati Regulares?

NEga: licet enim isti visitent suos subditos. *cap. in singulis. de statu Monachorum*: non tamen veniunt nomine Episcoporum; cum nec ordinem, nec Jurisdictionem, & formam Jurisdictionis Episcopalis habeant.

An Episcopus habeat intentionem fundatam visitandi quidquid existit intra fines suæ Diœcesis?

467 Episcopus fundatā habet intentionem omnia visitandi.

AFfirma: quia Jure communi exemptio odiosa, non præsumitur donec probetur. Et sic possessio est pro Episcopo, qui jure communi visitare potest totam Diœcesim, in qua possessione manutenendus est. *cap. de Xenodochiis. de religiosis domibus*, *cap. cum persona. de privileg. in* 6. Trident. *sess.* 24. *cap.* 9. *de reform.* ibi: *visitat etiam loca exempta*, & *sess.* 7. *cap.* 8. *de reform.* Rota *part.* 5. *divers. decis.* 166. Merlinus *part.* 1. *recentiorum decis.* 101. *num.* 5. & *decis.* 396. *num.* 3. Marescottus 2. *variarum cap.* 15.

468 Visitat etiā Parochiam Religionis Hierosolymitanæ.

Visitat etiam Parochialem Ecclesiam Religionis Hierosolymitanæ. Sacra Congr. apud Pignatellum *tom.* 2. *consult.* 26. *num.* 28. & 34. Rota *parte* 4. *recentiorum decis.* 396. *num.* 5. & *decis.* 313. *cap.* 1. Imò potest Episcopus visitare etiam loca vicina, & contigua; nam præsumuntur de Diœcesi Jure accessionis, nisi probentur nullius Diœcesis. Rota *part.* 4. *recentiorum decis.* 313. *num.* 1. semper enim Jus assistit Episcopo habenti fundatam in Jure intentionem, visitandi principale unà cum accessorio *cap. cum accessorium. de regulis juris in* 6. Rota *part.* 1. *recentiorum decis.* 441. *num.* 3. Pignatellus *loco supra cit.* ut autem hujusmodi clarius excipiantur, Sit:

Visitat loca vicina, & contigua Diœcesi.

Quæ visitanda sint.

§. II.

469 Visitat res, & Personas.

EX præjacta definitione constat visitandas esse res, & personas Ecclesiasticas ad bonum totius Diœcesis. Et sic primo visitat personas circa mores, doctrinam, habitum, dignitatem in ordine ad correctionem, non in ordine ad punitionem. *cap. inquisitionis. de accusat.* Villagut *Speculo Visitationis parte* 1. *cap. finali num.* 37. Trident. *locis citatis*. Idque sive personæ Ecclesiasticæ sint Clerici Ordinati, sive Sylvatici, sive Oblati, sive sint Laici eleemosynarum quæstores; nam Episcopus prohibere valet eleemosynarum quæstores, maximè scandalosos, tabernas frequentantes, potestque indicere Laicis ne mendicent intra, sed ante fores Ecclesiæ; ut statuit S. Pius V. in Bulla, quæ incipit: *Cum primum*. Trid. *sess.* 21. *de reform. cap.* 9.

470 Quid circa Personas.

471 Potest eleemosynarum Quæstores prohibere.

Secundo, visitat Capitulares accedens ad locum Capitularem, licet singulos visitare valeat vocans illos ad suum Palatium. Sacra Congr. apud Pignatellum *tom.* 1. *cons.* 59. *num.* 1. & sic visitat constitutos in dignitate, aliosve beneficiatos Capituli circa Bullas, professionem Fidei, nam debent emittere professionem Fidei saltem intra duos menses ab adepta possessione, aliàs non faciunt fructos suos. Trident. *sess.* 25. *de reform. cap.* 2. *§. cæteri quoque.* (6) 472 Visitat Capitulares in loco Capitulari.

Tertio, visitat etiam exemptos, ut Delegatus Sedis Apostolicæ. Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 11. & *sess.* 7. *cap.* 8. *de reform.* & sic posset visitare Capellanos Regios. *cap. cum Capella. de privilegiis.* Fuscus *de Visitat. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 3. Barbosa *de potest. Episcopi, allegat.* 74.

Dicentes vero se exemptos à Visitatione, Episcopus potest cogere, ut ostendant exemptionis privilegium intra certum tempus. *cap. cum persona. de privileg. in* 6. Exemptio namque est factum, quod in dubio probandum est. *cap. porrò*, *cap. recepimus. de officio Ordinarii* cum præsumptio stet pro Prælato, cui existentes intra fines Diœcesis præsumuntur subditi. *cap. cum venerabilis. de exceptionibus.* Innocentius in *cap. dudum. de præsumptionibus*. Rebuffus *de congrua portione num.* 120. 473 Ut Delegatus visitat exemptos.

Exemptio probanda.

Quarto, visitat personas Parochorum etiam Regularium, eosque refragantes censuris compellit, Pignatellus referens plures declarationes. Sac. Congr. *tom.* 1. *cons.* 254. & *tom.* 2. *consult.* 26. *num.* 38. 474 Parochos quoque Regulares visitat.

Quinto, visitat etiam Parochos Religionis Hierosolymitanæ habentes curam sæcularium. Clemens VIII. Paulus V. Gregorius XIV. & Sac. Congr. apud Pignatellum *tom.* 3. *consult.* 57. *num.* 2. eosque visitat circa proprium officium, & habilitatem, atque honestatem. 475 Etiam Parochos Religionis Hierosolymitanæ.

Visitat Res.

§. III.

EPiscopus superintendens bono Ecclesiæ quoad Personas, & quoad Res, eique præest cum sollicitudine ad *Romanos* 12. & sic primo, visitat Ecclesiam, & ea quæ in illa funguntur, atque manent, ad hoc ut decenter, & religiosè exerceantur, conserventur. Et sic primo: (7) 476 Visitat res.

Ecclesiam.

Visitat SS. Eucharistiæ Sacramentum, an, & quomodo, & ubi decenter servetur, & qua securitate custodiæ claves à quo detineantur, mandatque ne in tabernaculo aliud servetur, etiam Sacramentale, aut profanum ad struendas superstitiones. Trident. *sess.* 22. *de sacrificio Missæ cap.* 1. SS. Eucharistiam.

(6) *Capitula Cathedralium, & aliarum majorum Ecclesiarum, illorumque personæ, nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententiis, juramentis, concordiis, quæ tantùm suos obligent auctores, non etiam successores tueri se possint, quominus à suis Episcopis, & aliis majoribus Prælatis per se ipsos solos, vel illis, quibus sibi videbitur, adjunctis, juxta canonicas sanctiones, toties quoties opus fuerit, visitari, corrigi, & emendari etiam auctoritate Apostolica possint, & valeant.* Sic decerolt Trident. *sess.* 6. *de reform. cap.* 4. decretum hoc tanquam proficuum Ecclesiasticæ disciplinæ repetit *sess.* 25. *de reform. cap.* 6. aliaque adnectit, quæ legere necesse est ad captum hujus rei. Hinc Prosper Fagnanus in *cap. Ut justa de officio Ordin. num.* 38. infert posse Episcopum visitare Capitulum per se ipsum solum, nullis sibi adjunctis Capitularibus Cathedralis, imo alios extra Capitulum posse assumere Capitularibus omissis, ex declarat. Sac. Congr. juxta Trident. *supra cit.* Idque pluribus appositis probare nititur. Van-Espen *de Visit. cap.* 3. *num.* 12. Barbosa *allegat.* 73. *de potest. Episc. num.* 11.

(7) Rerum Ecclesiasticarum Visitationis specimen præbet Pignatellus *tom.* 9. & Fagnanus in *cap. conquerente. de officio Ordinarii n.* 60. Antiquitùs etiam fuit formula juxta quam Episcopi, aliique inferiores Prælati visitationem instituebant, ut habetur in Opusculo *de Ecclesiasticis disciplinis*, quod vulgavit Regino Abbas Prumensis Seculo X. duos in libros distributum, quorum primus, quid circa Personas Ecclesiasticas esset, inquirendum, alter quid circa Laicos, continet. De quo Opusculo vide Van-Espen *p.* 1. *tit. XVII. cap.* 1. *num.* 12. & in *Tract. Historico Canonico p.* 5. *cap.* 1. & Joannem Doviat *Prænotionum Can. lib.* 3. *cap.* 22.

Cap. 2. & in cap. 1. de Custodia Eucharistia, &c. ibi: *Chrisma, & Eucharistia sub fideli custodia clavibus adhibitis conserventur, ne possit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia, vel nefaria exercenda.* [8]

477 Sacramentalia. Tertio, visitat Sacramentalia, & sic Oleum Sanctum, ut in loco clauso, & vase decenti servetur, & si singulis annis renovetur, combusto veteri. *Can. Omni tempore, Can. si quis de alio. de consecratione dist. 4. Can. In literis vestris. dist.* 3. diligenter cavendum est ne vendatur. *Can. Si quis, Can. placuit 1. quaest. 3.* ut per Sacerdotem non per Clericum deferatur, aut à Cathedrali petatur, & deferatur. *Can. Presbyteri. de consecrat. dist. 4.* [9]

Fontem Baptismi. Quarto, visitat Fontem Baptismi, cujus aqua benedicitur ad immixtionem Olei, significans unionem Christi cum Ecclesia. Nam Chrisma exprimit Christum Dominum, aqua Populum: ad differentiam Aquæ benedictæ, qua inungimur in ingressu Ecclesiæ, benedicta commixtione salis, ad indicandam amaram confessionem, & ad excitandum dolorem peccatorum. Aqua namque confessionem, Sal amaritudinem indicat, *Can. Aquam sale. de consecrat. dist. 3. Can. Nec quamquam. dist. 4.* [10] Aquam benedictam in ingressu Ecclesiæ.

478 Visitat Reliquias. Quinto, visitantur Reliquiæ, an veræ, an cautè, & reverenter clausæ detineantur cum lumine.

Et imagines. Sexto, visitantur imagines, nè aliquid profanum contineant, vel aliquid turpe repræsentent, redoleantque profanis ornamentis. [11]

479 Et omnes Ecclesias suæ Diœcesis quoad decentiam. Septimo, visitat quamlibet Ecclesiam suæ Diœcesis quoad decentiam, & ornamentum pro divino cultu, & loci custodiam, ut fores habeat, ut in ingressu adsit aqua benedicta: nè in ea repræsentationes fiant, & ut certis temporibus

---

(8) Ibi Gonzalez in *notis*, & in *Commentario* plura aggerens ex variis Conciliis, & DD. circa varium usum SS. Eucharistiæ.

(9) Oleum Sacrum nec nisi Parochis Ecclesiarum, in quibus asservari debet, Rectoribus, Confessariis Monialium, aut Sacristis tradatur; quorum si quis, urgente necessitate impediatur, nonnisi probatæ fidei Sacerdotem ad accipiendum Oleum Sanctum mittere possit. *Ultima Synod. Diœces. par. 2. cap. 7. n. 4.*

(10) Quare autem Visitator inspicere debeat an in Ecclesiæ ingressu vas aquæ lustralis sit positum, inquirere paucis aggredior. Sciendum enim est ante fores Ecclesiæ Vas, sive fons aquæ erat constitutum, ut perspicuum est ex veteris Ecclesiæ Scriptoribus. S. Paulinus *Epist. 33. ad Alethium* recenset fontem affabre exædificatam in foribus Vaticanæ Ecclesiæ, & *Epist. 32. ad Severum* aliam describit his verbis:

Sancta nitens famulis interluit atria lymphis
Cantharus intrantumque manus lavat amne ministro.

Et S. Leo Magnus non absimilem erigi curavit ante Basilicam S. Pauli, adnectens ei hoc Epigramma:

Unda lavat carnis maculas; sed crimina purgat,
Purificatque animas, mundior amne, fides.
Quisque suis meritis veneranda Sacraria Pauli
Ingrederis, supplex ablue fonte manus.
Perdiderat laticum longæva incuria cursus.
Quos tibi nunc pleno Cantharus ore vomit.
Provida Pastoris per totum cura Leonis
Hæc ovibus Christi larga fluenta dedit.

Exemplo veteris legis *Exodi 30. v. 18.* ubi inter Tabernaculum, & Altare Labrum æneum jussum est poni, ut lavarent manus & pedes Sacerdotes, cùm eis contingeret Tabernaculum testimonii ingredi, ut offerrent thymiama Domino. Sic fideles antequam Ecclesiam essent ingressuri, manus nitide lavabant: & hoc duplici de causa; tum quia eis mos erat manus lavare ante orationem, juxta Pauli monitum: *volo viros orare in omni loco, levantes puras manus*: tum quia fideles viri nuda mano Corpus Christi accipiebant, mulieres verò candido linteo, quod *Dominicale* dicebatur, excipiebant: ut communiter tradunt eruditi, & alibi adnotatum est. Ideo fontes præ foribus collocabantur, quorum loco, sublato illo suscipiendi Eucharistiam modo, supposuere Vasa aquæ lustralis; ut ejus usu fideles ad Deum in Ecclesiæ ingressu revocarentur, & a Dæmonum suggestionibus liberarentur.

(12) Utinam vota Conciliorum, ac SS. Patrum tandem optatum effectum consequi mererentur, ut ii, qui picturis lascivis, obscœnas imagines repræsentantibus, oblectantur, easque in pretio habentes nunc præcipui ornamenti in suis aulis locum occupare non verentur, tandem abjicerent. Non inspicientes miseri ingens illud damnum, quod afferre solent lascivæ, ac procaces istæ imagines, mores depravantes, ad vitia incendentes, Ubinam sunt fideles illi, qui zelo Dei arrepti turbas Constantinopolim excitarunt, quia in Imperatoris Anastasii palatio aspexerunt figuratas imagines ab usu Ecclesiæ alienas! Ut refert Baronius ex Cedreno anno 506. *num.* 13. Sed quod lacrymarum imbre flendum in hominibus sæculi, flendum est quoque aliquando in Ecclesiis quibusdam: ubi æffrons potius lascivia, quàm licentia recentiorum pictorum, aspicimus Imagines, à quibus avertere oculos præ membrorum nuditate, ac gestuum irregularium motu modestiæ, ac religionis est. Quapropter tanto obviantes malo Concilia Ecclesiastico zelo succensa omni censurarum, ac minarum terrore homines ab hoc scelere avertere conata sunt. Excommunicationis fulmen icit Canon Trullanus 100. in pictores talia audentes: ut vera versio hujus Canonis docet, & probat Cabassutius ad hunc Canonem, non ut transtulit Latinus interpres per depositionem, quem secutus est Christ. Lupus, aliique; quia depositio Clericis tantùm intelligi potest. Sic enim habet: *Facilè sensus corporei, quæ sua sunt in animam derivant. Picturas igitur oculorum præstrigiatrices, sive in tabulis, sive aliàs propositas, & mentis corruptrices, & suffiammationum ad turpes voluptates incitatrices, sancimus, ut nullatenus in posterum pingantur. Si quis autem hoc fecerit, excommunicetur.* Concilium Moguntinum sub Paulo III. ann. 1549. hoc vetat: *Procaces Imagines, & nimis artis lenocinio ad mundanæ potiùs vanitatis speciem, quam ad pietatis commonitionem effigiatas, in templis poni omnino vetamus.* Ne plura hic attexam, ea prætermitto. Trident. *sess. 25. de Invoc. SS.* Sic salubriter jubet: *Omnis denique lascivia vitetur, ita ut procaci venustate Imagines non pingantur, nec ornentur. Hæc ut fideliùs observetur, statuit S. Synodus nemini licere ullo in loco, vel Ecclesia, etiam quomodolibet exempta, ullam insolitam ponere, vel ponendam curare Imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit.* Cui consonat ultima nostra Diœcesana Synodus *p. 1. cap. VII. §. 1.: Præcipimus Pictoribus omnibus, ut artes suæ excellentiam à pietate sejunctam esse non patiantur, ne dum gloriam quærunt in terris sempiternam sibi, & operum suorum spectatoribus pariant confusionem. Abstineant igitur à nudis figuris, & lascivientibus, præsertim in tabulis, quæ Domum Dei, quam decet sanctitudo, ornare debent. Quare picturas procacitatem, & licentiam spirantes ab Ecclesiis, & Oratoriis arcemus, sub pœnis in Synodis Prædecessorum nostrorum statutis.* Igitur Visitator studeat mentem Ecclesiæ adimplere, sedulò attendens, ne quid turpe irrepat, & insolitum exponatur in Ecclesiis. Vide *Constit. Urbani VIII. Sacrosancta, & Cælestis Hierusalem.* Ventriglia *tom. 2. praxis annotat. 24. Visitat. num. 49.*

Campanas. bus clausa maneant. Trident. *sess.* 13. *de reform. cap.* 17. & visitat etiam Campanas, & Campanile an sint benedictæ. *Can. Episcopum* 18. *qu.* 1. *cap. Romana de censibus in* 6.

480 Ecclesias exemtas. Visitat Ecclesias etiam exemtas ab immemorabili, etiam ut Delegatus Sedis Apostolicæ. Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 11. §. *qua vero*. Barbosa *de potest. Episcopi allegat.* 74. per totam. Idque etiam si sit Ecclesia Hierosolymitanæ Religionis curata, non tamen accepta procuratione, S. Pius V. in Rescripto quod incipit: *Exposuit*. Sac. Congreg. in una *Perusina* 11. *Januarii* 1578. & in una *Senensi* 8. *Martii* 1578. [12]

481 Episcopus proximior visitat Ecclesias nullius Diœcesis. Visitat Episcopus proximior, ut Delegatus Sedis Apostolicæ, omnes Ecclesias nullius Diœcesis: & vicinitas mensuratur ab Ecclesia Cathedrali: & in dubio quis sit vicinior, in Synodo Provinciali fit electio à Superiore loci nullius, vel ab alio Prælato auctoritate Apostolica, non obstantibus privilegiis, & consuetudinibus: & electio ligat successores Superioris loci nullius. Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 9. & *sess.* 6. *de reform. cap.* 4. Villagut in *Speculo Visitat. part.* 1. *cap. ultimo num.* 7. referens declarationem Sac. Congr. Fuscus *de Visit. lib.* 1. *cap.* 3. Barbosa, & DD. communiter.

482 Ecclesiam Cathedralē. Visitat etiam Ecclesiam Cathedralem, & omnia beneficia unita, & non unita. Trident. *sess.* 7. *de reform. cap.* 7. [13]

483 Et Commendas, Abbatias, Præposituras. Visitat etiam Ecclesias commendatas, Abbatias, Prioratus, Præposituras. Trident. *sess.* 21 *cap.* 8. *de reformat.*

484 Et Juris-Patronatus, Visitat Ecclesias Juris-Patronatus, & ejus bona, nè occupentur à Patrono. Trid. *sess.* 22. *cap.* 8. Fuscus *lib.* 2. *de Visitat. cap.* 10. *num.* 15.

485 Ut Delegatus visitat Monasteria, &c. in quibus non viget Observantia regularis. Visitat ut Delegatus Sedis Apostolicæ Monasteria, Abbatias, Prioratus, & Præposituras, in quibus non viget Regularis Observantia, etiamsi exemta sint. Trident. *sess.* 21. *de reformat. cap.* 8. [14]

486 Ecclesias Regularium ubi est cura animarum. Visitat Ecclesias Regularium, in quibus est cura animarum. Trident. *sess.* 7. *de reform. cap.* 7. S. Pius V. in Bulla, quæ incipit: *Exposuit*, & visitat ædes Parochi, & ejus personam, etiamsi sit Ecclesia Religionis Hierosolymitanæ habens curam sæcularium. Sacra Congr. pluries apud Pignatellum *tom.* 1. *consult.* 254. & *tom.* 2. *consult.* 16. *num.* 36. & *tom.* 3. *consult.* 57. *num.* 2.

487 Capellas, Oratoria. Visitat Capellas Ecclesiæ, & Oratoria an decenter tractentur, & cætera quæ Divinum cultum promovent. Fuscus *loc. cit.*

Hospitale, Visitat Hospitale fundatum consensu Episcopi. Trident. *sess.* 7. *cap.* 8. & 9. *de reform.* & *sess.* 22. *de reform. cap.* 8. & 9.

488 Etiam fundatum nè visitetur ab Episcopo. Et difficultas est: an illud visitet, si in fundatione facta consensu Episcopi dictum sit, nè ab Episcopo visitetur. Et adhuc posse illud visitate, sicut visitat locum exemtum. Trid. *sess.* 21. *de reform. cap.* 8. ait Fuscus *loc. cit.* Martha *de Jurisd. par.* 4. *centur.* 2. *casu* 88. *n.* 15. non enim Episcopus potest præjudicare suæ Ecclesiæ, nec successoribus, nec derogare dispositioni Tridentini: contra Garziam *de beneficiis tom.* 1. *par.* 1. *cap.* 2. Dianam *par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 84.

489 Fundatam sine Episcopi auctoritate, tunc non est locus publicè pius. Si verò Hospitale sit fundatum sine auctoritate Episcopi, tunc non est locus publicè pius, nec ab Episcopo visitatur. Zerola V. *Hospitale* §. *ad primum*. Abbas *in cap. finali notabil.* 1. *de censibus*. Parisius *lib.* 1. *cons.* 34. *num.* 66. id asserentes etiam mortuo fundatore, contra Garziam *de beneficiis par.* 5. *cap.* 1. *num.* 601. Barbosam *Allegat.* 74. [15]

490 Non visitat fundatū sub immediata Regia protectione. Non tamen visitat Hospitalia, Collegia sub immediata protectione Regis. Trident. *sess.* 22. *de reform. cap.* 8. [16]

491 Visitat Seminarium. Visitat etiam seminarium quoad vitam, institutum, mores, doctrinam, regimen, & administrationem. Fuscus *loc. cit.*

An Capella, Hospitale Juris-Patronatus in limine fundationis cum consensu Ordinarii fundata sub conditione, ne deinde visitentur ab Ordinario, adhuc ab Ordinario visitari queant?

492 Capella, &c. fundata cum consensu Episcopi, ne ab ipso visitetur, potest visitari. NEgant plures DD. quia Jus-Patronatus est talis naturæ, ut in limine fundationis apponi valeant pacta, etiam contra Jus commune: idque ut disponens de rebus suis, juxta naturale libitum disponat. *l.* 2. *in fine*, *D. si quis à parente fuerit manumissus*: promptiùs plenè disponeret ad Dei cultum sibi prospiciendo, & suis hæredibus in fundatione vocatis, ut cùm de Jure-Patronatus erit sermo, patebit. Farinacius *tom.* 1. *part.* 2. *decis.* 33. Grassis *effectu* 1. *Clericatus num.* 160. Pasqualinus *centuria* 1. *quæst.* 88. *num.* 3. dans decem Doctores. Zerola V. *Hospitale*, §. *ad primum*. Diana *part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 84. contra Martham *part.* 4. *de Jurisdict. centuria* 2. *casu* 88. *num.* 14. Duardum *in Bulla Cœnæ lib.* 2. *Can.* 15. *quæst.* 7. *num.* 16. Fuscum *lib.* 2. *de Visitat. cap.* 27. *num.* 7. motos, quia talis conditio rejicitur, cùm sit contra bonos mores civiles, derogans Tridentino, volenti visitandum esse Locum pium, Religiosum, non obstantibus privilegiis, statutis, & immemorabili præscriptione, *sess.* 24. *cap.* 3. & *sess.* 7. *cap.* 8. *de reform.* quæ intelligi valent præciso Jure Patronatus in limine fundationis ita constituto: secùs fideles averterentur ab operibus piis fundandis. (17)

An in Visitatione Ecclesiæ sint citandi saltem per Edictum Beneficiati, cæterique interesse prætendentes ad interessendum?

493 Per edicta citandi sunt Beneficiati, &c. AFfirma: nè tamquam non citati, de nullitate decretorum Visitationis contra ipsos latos, dicant, Vantius *de nullitate. rubrica de defectu citationis num.* 125. Directorium Visitatorum *par.* 2. *cap.* 2. Maceratensis *lib.* 1. *resol.* 110. *num.* 13.

An Episcopus possit indicere Edicta generalia Visitationis sine consensu Capituli?

494 Potest edicta indicere generalia sine consensu capituli. AFfirma. Nam est actus Jurisdictionis meri, & mixti Imperii, nunc residentis tantùm penès

(12) Nicolaus V. *Visitatio*, Barbosa *de potest. Episc. alleg.* 73. Fagnanus, Ventrigha, aliique.

(13) Sic habet: *Beneficia Ecclesiastica curata, quæ Cathedralibus, Collegiatis, seu aliis Ecclesiis, vel Monasteriis, Beneficiis, seu Collegiis, aut Piis locis quibuscunque perpetuo unita, & annexa reperiuntur, ab Ordinariis locorum annis singulis visitentur, &c.*

(14) Ibi: *Quæcunque in Diœcesi ad Dei cultum spectant ab Ordinario diligenter curari, atque iis ubi oportet, provideri æquum est: propterea Commendata Monasteria, etiam Abbatiæ, Prioratus, Præposituræ nuncupata, in quibus non viget regularis Observantia, nec non Beneficia tam curata, quam non curata sæcularia, & regularia, qualitercumque Commendata, etiam exempta ab Episcopis, etiam tanquam Apostolicæ Sedis Delegatis, annis singulis visitentur.*

(15) Vide Ventrigliam *tom.* 2. *praxis annot.* 24. *de Visitat.* §. 1. *num.* 18. & *seqq.*

(16) Sic habet: *Non tamen, quæ sub Regum immediata protectione sunt, sine eorum licentia.*

(17) Sed aliquibus verior videtur secunda opinio; vide tamen ejus defensores.

penès Episcopum. Sacra Congr. apud Pignatellum *tom.* 1. *consult.* 57. asserens *consult.* 58. ex declaratione Sac. Congr. nec licere Episcopo jubere populo, ut denunciet correctione digna.

Finis Visitationis.
§. IV.

495 Finis Visitationis. Est subditorum salus, correctio, utilitas, quoad res pias, & personas. *Can. Visitanti* 8. *quæst.* 2. *cap. Apostolus. cap. procurationes. de censibus. cap.* 1. *de censibus in* 6. Federicus de Senis *consil.* 46. Gabriel *volum.* 2. *cons.* 95. Fagnanus in *cap. dilectus num.* 45. & 46. *de rescriptis.* (18)

Quomodo procedatur in decretis Visita.
§. V.

496 In Visitatione proceditur summariè. Proceditur summariè sine figura Judicii de plano, sola facti veritate inspecta in concernentibus Divinum cultum, Grassius *part.* 2. *decisionum lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 106. Maceratensis *lib.* 1. *resolut.* 110. *num.* 13.

Hinc resolvitur:

An in Visitatione possit imponi pœna delicto ordinaria, an possis cognosci de causis ordinariis, an possit confici processus, an possis descendi ad specialem inquisitionem?

497 In Visitatione non ordinariè, nec cognoscũtur causæ ordinariæ, nec processus conficitur, neque instituitur specialis inquisitio. Nega. Nam hujusmodi requirunt plenam cognitionem, & probationes luce meridiana clariores, & non potest procedi in istis causis, nisi maxima consideratione. Unde non potest Prælatus celerrimè se expedire: ut ei præcipitur in Visitatione, ne sit subditis onerosus. *Can. Inter cætera*, V. *Cum vero* 7. *quæst.* 3. *Can. Placuit* 10. *quæst.* 1. *cap. cum Apostolus*, V. *Quo circa. de censibus.* Trid *sess.* 24. *de reform. cap.* 3. ibi: *quam celerrimè.* Ergo nequit cognoscere causas exigentes plenam cognitionem, & plenas probationes, formatumque processum. Non enim posset tam citò se expedire. *Clementina Pastoralis*, §. *verum. de re judicata.* Cassadorus *decis.* 8. *de rescriptis*, apud Fagnanum Sac. Cong. in *cap. dilectus num.* 45. & 46. *de rescripsis.* Imola *cap.* 1. *de censibus in* 6. Barbosa *allegat.* 73. *num.* 30. *loc. cit.*

Hinc etiam resolvitur:

An in Visitatione possit lites de criminibus instituere?

498 Crimina nõ ordinariè, sed summariè cognoscit. Distinguas: vel velit imponere pœnam ordinariam, vel tantùm correctionem morum summaria cognitione. Si tantùm est facienda correctio, summaria inquisitione, affirma: dummodo præcesserit infamia contra corrigendum, & non aliàs; cum tunc habeatur finis Visitationis, scilicet morum correctio, nec aliquis diffamatur, cum jam præcesserit infamia corrigendi. *cap. qualiter. de accusationibus.* Si verò non præcessit infamia, tunc Episcopus non potest inquirere, & debet repellere denunciantem, si illicò non probetur flagitium, & Reus puniri nequit, *c. qualiter. de accusat. c.* 1. §. *notoria. de censib. in* 6. Sotus in 4. *dist.* 18. *q.* 4. *ar.* 5. *concl.* 2. *dub.* 1: Diaz in *Practica criminali Canonica cap.* 6. Covarruvias 1. *variarum cap.* 2. *n.* 6. Abbas in *cap.* 1. *de officio Ordinarii.* Maranta *part.* 6. *Speculi tit. de inquisitione num.* 14. Villagut *part.* 1. *Speculi Visitatorum. cap. final. num.* 74. (19)

Si verò imponenda est pœna ordinaria: & sic procedendum via ordinaria; tunc talis lis non potest institui in Visitatione, in qua debet procedi quam celerrimè. Trid. *sup. cit. Can. Placuit* 10. *quæst.* 1. *cap.* 1. §. *notoria. de censibus in* 6. & si instituatur, appellatur etiam suspensivè. Idque ut plenè teneatur inquirimus.

An à decretis in Visitatione detur appellatio?

499 Quando appellatur à decretis Visitationis. Distinguas: vel Episcopus in Visitatione cognoscit in causis ordinariis, vel tantum de spectantibus ad correctionem morum summariè.

Si cognoscit in causis ordinariis affirma appellari devolutivè; & suspensivè. Nam tunc excedit limites Visitationis; & sic cessat dispositio Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 16. nolentis appellari à decretis factis in Visitatione, & ita pluries Sacra Congr. tenuisse testatur Fagnanus in *dicto cap. dilectus num.* 31. *de rescriptis.* Barbosa *allegatione* 73. *num.* 32. & *seq. p.* 3. *sup. cit.*

500 In reformatione morũ non datur appellatio. Vel agitur de concernentibus reformationem morum summariè, & tunc non datur appellatio suspensiva, sed datur devolutiva. Nam est regula generalis, in causis summariis non dari appellationem suspensivam, ut patet in causis possessoriis. Secundo, quia ubi agitur de correctione morum non appellatur. Trident. *sess.* 13. *cap.* 1. *sess.* 22. *cap.* 1. *sess.* 24. *cap.* 10. *de reformat.* Maceratensis *lib.* 1. *resol.* 110. *num.* 14. ex *cap. licet*, ubi Glossa *cap. irrefragabili. de officio Ordinarii*, *cap. ad nostram. de appellationibus.*

Per appellationem non suspenditur decretum. Tertio, non suspenditur decretum per appellationem, ne interim Divinus cultus, qui est finis Visitationis, retardetur. Marchesan. *de commissionibus part.* 1. *cap.* 6. *num.* 78. Sacra Congr. 4. *Februarii* 1651. ad Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 10. *de reform.* apud Pignatellum *tom.* 1. *consult.* 383. Fuscus *lib.* 1. *de Visitatione cap.* 4. *num.* 2.

Et sic à Visitatione Monasterii, in quo non viget regularis Observantia, à Visitatione beneficiorum; & aliarum personarum exemptarum, & locorum exemptorum, non datur appellatio suspen-

(18) Præ omnibus Tridentina Synodus *sess.* 24 *cap.* 3. *de reform. ut.* finem Visitationis paucis his verbis complexa est: *Visitationum autem omnium istarum præcipuus sit scopus, sanam, orthodoxamque doctrinam, expulsis hæresibus, inducere, bonos mores tueri, pravos corrigere, populum cohortationibus, & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accendere, cætera prout locus, tempus, & occasio feret, ex Visitantium prudentia ad fidelium fructum constituere.* V. Thomass. l. c. c. 77.

(19) Præ oculis habenda sunt semper verba illa Tridentini *sess.* 13. *cap.* 1. in quibus Episcopos admonendo instruit, quomodo in corrigendis, puniendisque suarum ovium excessibus se gerere debeant. Sic vero loquitur. *Illud primum admonendos censet, ut se Pastores, non percussores esse meminerint, atque ita præesse sibi subditis oportere, ut non in eis dominentur, sed illos tanquam filios, & fratres diligant, elaborentque, ut hortando, & monendo ab illicitis deterreant: ne ubi deliquerint, debitis eos pœnis coercere cogantur: quos tamen, si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli est ab eis servanda præceptio, ut illos arguant, obsecrent, increpent, in omni bonitate, & patientia; cum sæpe plus erga corrigendos agat benevolentia, quàm austeritas; plus exhortatio, quàm comminatio; plus charitas, quàm potestas. Sin autem ob delicti gravitatem virga opus fuerit; tunc cum mansuetudine rigor: cum misericordia judicium, cum lenitate severitas adhibenda est;* & cætera quæ prosequitur idem Concilium Cœlesti doctrina, ac prudentia plena. Vide alia supra posita cum de Baculo Episcopi disseruimus.

suspensiva. Trident. *sess. 7. cap. 8. & sess. 22. cap. 8. de reformat.*

An autem id fit in Hospitalium, & Locorum piorum Visitatione?

501 Non id currit in visitatione Hospitalium, & locorũ piorum.

NEgat Pasqualinus *centuria 1. quaest.* 88. *num.* 10. quia Tridentinum de aliis, non verò de his expressit, & potuisset si voluisset exprimere. Ergo omisit. *l. unica, §. fin autem, Cod. de caducis tollendis*: Qui enim potest duo dicere, & dicit unum, censetur alterum omittere. Tiraquellus in *l. si unquam, V. Libertis num. 3. Cod. de revocandis donationibus.*

Sed oppositum, ut verum sustinendum est; quia licet Tridentinum non expresserit, remanet tamen sub dispositione Juris communis, quo sancitum est non appellari suspensivè, quando proceditur sine figura Judicii, ut proceditur in causis Visitationis. Secundo, sancitum est non appellari suspensivè in causis Divini cultus, & correctionis morum, ne interim retardetur Divinus cultus, & correctio morum. Ergo nec appellatur suspensivè in decretis Visitationis Hospitalis, & Loci pii respicientibus Divinum cultum.

Ad quem appelletur à decreto lato in Visitatione?

502 Appellatur ad Archiepiscopum.

APpellatur ad Archiepiscopum. Sac. Congr. apud Villagut *Speculo Visitatorum cap. finali num.* 32. idque licet procedat, ut Delegatus Sedis Apostolicæ, nam adhuc visitat, ut Ordinarius. Enim vero quoties committitur Episcopo à Sede Apostolica id, quod ei jure ordinario, & communi competit, ut Ordinarius procedit, & id observatur, ut visitans magis timeatur. Hostiensis in *cap. 2. de officio Ordinarii.*

An in decretis Visitationis possit Visitator apponere pœnas pecuniarias?

503 Pœnas pecuniarias non imponit.

NEga: si id non respiciat Divini cultus augmentum. Covarruvias *lib. 2. variar. cap.* 2. *num.* 9. & absolutè id laicis non potest, quia scandalum potiùs patiuntur, quam morum reformationem, & Divini cultus augmentum, *cap. irrefragabili, §. finali. de officio Ordinarii. cap. ut Clericorum. de vita, & honestate Clericor.* Baronius *de corpore tit. 17. num.* 214.

An, & qualiter, & qui possint urgeri in Visitatione ad reparandam Ecclesiam?

504 Qui cogi possint ad reparandam Ecclesiam.

DIstinguendum est, vel Ecclesia est Cathedralis, vel alia. Cathedralis reparanda est ex bonis Episcopatus ab Episcopo. *cap. 1. de Ecclesiis ædificandis*, & si fructus non sufficiant, pro rata tenetur Capitulum, nam ex fructibus beneficiorum Ecclesia reparanda est. *Can. Vobis 12. quaest. 2. Can. Decernimus* 10. *quaest. 1. cap. 1. de Ecclesiis ædificandis.*

Si verò sit Ecclesia alia, subdistinguendum est: nam vel est Ecclesia Juris-Patronatus, vel non. Si est Juris-Patronatus reparanda est à Patrono, si fructus beneficii non sufficiant. Abbas in *cap. 1. & 3. de Ecclesiis ædificandis*. Et si Patronus sit inops, tunc citatis interesse prætendentibus potest Episcopus transferre Capellam erigendo Crucem in loco dirutę Ecclesiæ. Trid. *sess. 22. de reform. cap. 7.*

Si vero sit alia Ecclesia, tunc reparanda est primo à Beneficiatis, puta à Parocho si est Parochia, vel ab aliis Beneficiatis illius Ecclesiæ. *cap. 1. de Eccles. ædificandis, Can. Decernimus* 10. *q. 1.* Archidiaconus in *Can. Si Monachos 26. q. 1.* Ita ut si reditus beneficiorum sufficiant, non sit ex aliis reparanda, maximè quia applicari debet quarta funerum. *Can. Vobis 12. quaest. 2.* Trid. *sess. 7. cap. 8. & sess. 21. cap. 7. de reformat.* Si verò fructus hujusmodi non sufficiant, cogi valent Parochiani pro rata. Trid. *loc. cit. sess. 21. cap. 7.* Abbas in *cap. 1. de Ecclesiis ædificandis*. Non enim Parochiani renunciare valent usui Parochiæ. Abbas *loc. cit.* Fuscus *de Visitat. c. 10. n. 16.*

Si vero Parochiani inopes sint, vel nolint reparare, prudentia utendum est ad evitanda scandala, & si Ecclesia non sit necessaria pro administratione Sacramentorum, potest penitùs dirui, si reparari nequeat decenter, Sac. Congr. apud Villagut *Speculo Visitat. part. 1. cap. finali num. 26.*

An Acta Visita probent?

§. VI.

505 Acta Visitationis per Actuarium scripta, probant.

AFfirma si scripta sint per Actuarium. Nam hic ratione juramenti, & ratione officii æquipollet duobus testibus, & sic facit publicam fidem Consuetudine firmatam. Abbas in *cap. quoniam contra. de probationibus*, & in *cap. ad audientiam num. 6. de præscriptionibus.* Caputaquensis *par. 1. decis.* 229. Menochius 2. *de arbitrariis centuria 6. casu 139. num. 3.* Maceratensis 1. *variarum resol.* 110. *num.* 2. sic etiam probant scripturæ productæ ex publico Cancellariæ Officio Episcopi. Cravetta *cons. 158. num. 4.* Mascardus *vol. 2. concl. 573. num.* 48. Gabriel *lib. 1. de probationibus cons. 5. num. 1.* Puteus *part. 2. decis.* 454. (20)

De obligatione Episcopi visitandi Ecclesiam.

§. VII.

OCcurrunt circa Visitationem plura, & primo:

An Episcopus teneatur visitare Ecclesiam?

506 Episcopus tenetur Ecclesiam visitare.

AFfirma: per se, & legitimè impeditus per suum Vicarium cum speciali mandato, vel per aliam idoneam personam. *Can. Decernimus, Can. Episcopum, Can. Placuit 10. q. 1. cap. conquærente. de offic. Judicis Ordinarii*, & ad impiorum timorem incutiendum visitat etiam ut Delegatus Sedis Apostolicæ. Trid. *sess. 24. cap. 10. de reform.* Guttierez 1. *practicarum cap.* 45. Zerola *in praxi Episcopali part. 1. V. Visitatio.*

An debeat personaliter visitare?

Et personaliter.

AFfirma: ex *Can. Omnipotens Deus 2. quaest. 1.* exemplo Domini. *Genesi* 18. ibi: *descendam, & videbo, utrùm clamorem qui venit ad me, opere compleverint: an non est ita, ut sciam*; nisi fuerit legitimè impeditus. *cap. inter cætera. de officio Ordinarii. cap. si Episcopus. de offic. Ordinar. in 6.* (21)

Quan-

(20) Ventriglia *tom. 2. de Visitatione, annotatione 24. num.* 30.

(21) Vide præ innumeris nostrum eruditissimum Vigiliensem Episcopum Pompejum Sarnellium *Ep. Eccles. 20. num. 3.* ubi ab auctoritate, & à ratione solidè argumenta petit, ad probandum Episcopos per se teneri propriam Diœcesim visitare de jure Divino; nisi urgentissima causa eos ab hoc præcepto excuset; & Fagnanum in *c. ex parte. de Clericis non residentibus num. 39.* Thomassinum *l. cit.*

Quando, & quoties debet visitare Ecclesias?

507 Semel in anno, & si sit ampla Diœcesis biennio complere debet.

DEbet quando ei expedire videbitur semel in anno, & si Diœcesis ampla sit biennio Visitationem absolvere. Trident. *seſſ. 7. de reform. cap. 3.* & *seſſ. 24. cap. 3. de reform. cap. mandamus. de officio Archidiaconi*, *Can. Visitandi*, *Cap. non semel* 17. *Can. Mandamus* 18. *quæst.* 2. Villagut *Speculo Visitat. par.* 1. *cap. finali num.* 6. Non potest tamen pluries eodem anno visitare sine causa, & si pluries visitat, semel procuratio debetur. Salodius in *praxi Visitation. part.* 1. *cap.* 4. (20)

An debeat se celerrimè expedire à Visitatione?

AFfirma: Trid. *seſſ. 24. cap. 3. de reform.* ibi: *quam celerrimè*, *Can. Inter cætera*, V. *Cum vero* 10. *quæst.* 3. *Can. Placuit* 10. *quæst.* 1. *cap. cum Apostolus*, V. *Quo circa. de censibus.* Pagnanus in *cap. dilectus. de rescriptis num.* 36.

An debeat esse visitatis gravis?

508 Non debet esse gravis visitatis.

NEga: *Can. Inter cætera* 10. *quæst.* 1. Trident. *seſſ. 24. cit. cap. 3. de reform.* §. *interim. l. observare, D. de officio Procuratoris*, & non solum non debet illos gravare. Extravagans *Vas electionis. de censibus*: sed debet potiùs hortamentis, quam minis corrigere. Trid. *seſſ. 13. cap.* 1.

Tempus Moræ.

509 Mora in Visitatione.

NOn debet visitando excedere diem, idque ne gravet visitatos; nisi adsit juxta causa longioris moræ. *Can. Inter cætera* 10. *quæst.* 3. Abbas in *cap. procurationes, num. 3. de censibus.* Surdus *de alimentis lib. 4. quæst. 22. num.* 7.

De procuratione debita visitanti.

§. VIII.

510 Quid sit procuratio.

PRocuratio est id, quod visitanti debetur. *cap. procurationes. de censibus.* Cum tamen visitans possit esse Legatus Sedis Apostolicæ, & Ordinarius, de utroque distinctè agendum.

An istis visitantibus debeatur procuratio?

511 Visitantibus debetur.

AFfirma: *cit. cap. procurationes. de censibus.* Trid. *cap. 3. de reform.* nam digna mercede operarius fruitur. *Matthæi* 10. *ad Romanos* 4. 1. *ad Corinthios* 9. *cap. cum secundum. de Præbendis*, *cap. cum officio*, ubi Baldus *num.* 2. *de procurationibus.*

An debeatur procuratio ubi Consuetudine præscriptum est non dari?

NEga: Trid. *seſſ. 24. de reform. cap.* 3. ibi: *in iis locis, seu Provinciis, ubi Consuetudo est ut nec vectigalia, nec pecunia, nec quidquam aliud à Visitatoribus accipiatur, sed omnia gratis fiant, ibi id observetur.* Riccius *part. 4. praxis resol.* 155. 512 Non debetur ubi consuetudine præscriptum est non dari.

In quo consistat procuratio.

DIstinguas vel est debita Legato, vel est debita Ordinario. Si est debita Legato includuntur omnia necessaria, etiam pro accessu, & vectura equorum, & debent contribuere pro rata Ecclesiæ Provinciæ visitatæ. *Cap. sopita*, *cap. cum instantia*, *cap. quando*, *cap. nuper. cap. cum possessor. de censibus.* Albericus *in l. 2. §. cum in eadem num. 6. D. ad legem Rodiam de jactu.* Riccius *part. 4. praxis resol.* 148. *num.* 3. Genuensis in *praxi cap. 19. num.* 2. Innocentius in *cap. procurationes de censibus.* Abbas in *cap. cum ab omni num. 13. de vita, & honestate Clericorum*; nemo enim suis stipendiis militare tenetur. *Cap. jam nunc in fine.* 28. *quæst.* 1. *cap. cum ex officiis. de præsumption.* 512 In quo consistat procuratio.

Si vero sit Ordinarius illius loci, tunc nomine procurationis veniunt tantum victualia, esculenta, scilicet & poculenta; pro tempore, quo visitat: Ita ut non veniant equi pro vectura, etiam stante immemorabili consuetudine. Nam Ordinarius habet proventus ab eadem Ecclesia ordinarios, quibus accedere tenetur. Ancharanus in *cap. si Episcopus num. 1. de officio Ordin.* Costa *de ratione rata quæst.* 89. *num.* 7. Surdus *de alimentis tit. 4. quæst.* 22. *num.* 10. Glossa in *cap. cum instantia de censibus.* Vilagut *Speculo Visitat. cap. finali num.* 22. Glossa in *cap. Romana*, §. *procurationes.* V. *In victualibus. de censibus in* 6. Archidiaconus, & Joannes Andreas in *cap.* 1. *de censibus in* 6. hinc patet: 514 Ordinario victum præberi debet.

An Episcopi visitanti debeantur vectura equorum, etiam stante immemorabili Consuetudine?

NEga. Nam tantum debentur expensæ victus illius diei, in quo visitat. *cap. cum Apostolus*, *cap. olim*, *cap. procurationes. de censibus.* Trid. *loco cit.* Azorius *pars. 2. lib. 3. cap. 42. qu.* 7. Zerola *in praxi*, V. *Visitatio*, §. 6. *dub.* 1. & 3. Pigna- 515 Non debentur vecturæ equorum.

---

(20) Semel in anno totam debent lustrare Diœcesim Episcopi, dummodo latitudo, & amplitudo ejus illos reddat impotentes, tunc etenim biennio saltem totam debent invisere Diœcesim. Præter alia jura ab Auctore relata citatum Trid. *seſſ. 24. c. 3. de ref.* sic reponit. *Patriarchæ, Primates, Metropolitani, & Episcopi propriam Diœcesim per se ipsos, aut si legitimè impediti fuerint per suum Vicarium, aut Visitatorem, si quotannis totam, propter ejus latitudinem, visitare non poterunt, saltem majorem ejus partem; ita tamen, ut tota biennio per se, vel Visitatores suos compleatur, visitare non prætermittant.* Quodque intelligendum est non taxativè, quatenùs Episcopi, aliique quibus visitandi onus incumbit annua, aut biennali visitatione contenti sint, & opportunitate ingruente nequeant alias, atque plures Visitationes peragere, quia cum ipsis præcepto Divino mandatum sit oves sibi commissas agnoscere, ut loquitur idem Trident. *seſſ. 23. cap. 1. de reform.* nullatenùs adempta est facultas, cum oportuerit, non solùm semel in anno, aut biennio agnoscere, sed pluries necessitate urgente visitare, ut optimè notat Cardinalis de Luca *discursu 5. ad Concilium Tridentinum. Terminus*, inquit, *unius anni, vel saltem biennii, (de quo in decreto Concilii Tridentini) quamvis ex præcepto statutus videatur, ut id negligi valeat, non tamen adeo taxativus est, ut intra breviorem terminum, quando Episcopus seu Ordinarius opportunum, vel salubre credat, visitare non possit; cum etiam bis in eodem anno, juxta casuum contingentiam, ac rerum opportunitatem, id facere valeat, dummodò tamen ad bonum finem, bonoque zelo id agatur, non autem ut serviat ad solum prætextum exigendi à Capitulis, & Clericis, aliisque subditis procurationes, ac munera, vel lautia, sub quorum prætextu magnæ fieri solent extorsiones.* Hactenus de Luca. Ad coercendam hanc avaritiam VIII. Synodus Archiepiscopis, & Metropolitis interdixit consumere redditus inferiorum Ecclesiarum occasione visitationis, jubetque eos solùm hospitalitate gaudere *Can.* 19. ubi eruditè, ut solet, plura congerit Christianus Lupus, qui in fine etiam asserit, quod si pluries in anno Episcopus visitaverit unica procuratione contentus sit. V. Thomass. *l. c. c.* 80.

Nullum verò tempus præfixum est Episcopo intra quod debeat Visitationem absolvere, quamvis ipse possit Archidiacono, aliisq; Visitatoribus tempus præscribere, comitatus, &c. Barbosa *de potest. Episc. par.* 3. *alleg. 73. num. 39. & 40.*

gnatellus *tom.1.consult.345.* Riccius *part.4.praxis resol.148.num.3.* (23)

An vero debeantur procurationes visitanti locum ubi residet potenti suam domum adire?

Potenti suã domũ adire non debetur. NEga. Nam non debentur, ubi non est Consuetudo. Trid. *sess.24. cap.3.de reform.* & servari, ita testatur Riccius *par.4. praxis resol.151.num.2.* Genuensis in *praxi cap.31.* Piasecius in *praxi Episcopali part.2. cap.3. num. 69.* Novarius *Juris Can. concl.5. num. 3.* Leiva *lib.4. examinis Episcoporum tit.26.de Visitat.num.62.* afferens Laicos gratis visitandos, contra Surdum *de alimentis tit.4. quæst.* 22. Abbatem in *cap. venerabili num.2. de censibus.* Et jura forte oppositum insinuantia intelliguntur ubi est consuetudo, ut solvantur procurationes etiam in loco residentiæ visitanti. (24)

An procurationes debeant esse moderatæ?

516 Procurationes debent esse moderatæ. AFfirma. Et sic victus debet esse moderatus. *cap.cum Apostolus.de censibus.* Triden.*cit. sess. 24. de reformat. cap.3.* ibi: *quæ sibi, ac suis frugaliter, moderatèque pro temporis tantùm necessitate, & non ultra erunt ministranda. cap. procurationes. de censibus.* Riccius *part.4. resol. 148. num.2.* idque juxta facultates Ecclesiæ visitatæ. *cap.conquerente. de officio Ordinarii.* Surdus *supra cit.* unde resolvitur. (25)

Quanta sit procuratio?

Necessaria. NEcessaria pro moderato victu consueta. Trid. *loc.cit.* ibi: *consuetudo.* Joannes Andreas in *cap. finali in fine. de procurationibus.* Riccius *part.4. praxis resol.149.* (26)

An possit exigi in pecunia?

517 Non potest recipi in pecunia, sed est electio visitati. NEga; nisi pro electione visitati id sit consuetum. *cap. felicis. de censibus in 6.* ubi Glossa V.*Dispendia.* Trident.*loco sæpius cit.* Riccius *part.4. praxis resol.* 90. Novarius *Juris Canoni concl.5.num.7. de Visitatione.* Naldus V.*Visitare num.* 50. volens quod sicuti quando datur cibus, & potus superfluus non potest ab Episcopo accipi; ita quando datur in pecunia si quid sit superfluum restituendum est danti.

518 Potest variare. Dans uno anno in pecunia sequenti anno pro electione sua potest non dare in pecunia; quia dare in pecunia est de facultativis, in quibus non cadit possessio, nec præscriptio. Riccius *loco cit. resol.154.* Genuensis *in praxi cap.32.n.7.*

An Episcopus possit recipere munera gratis el oblata à Visitato, ut comestibilia?

519 Munera nõ potest recipere. NEga. Trident. *sess.24.de reform.cap.3.* Ancharanus in *Clementina de censibus:* ita ut teneatur sub pœna suspensionis ipso jure restituere in duplum receptum. *cap.1. §. procurationes, & cap.2.de censibus in 6.* Riccius *loco cit.resol.148.num.5.* dicens nec posse secum asportare superflua de mensa. (27)

An

(23) Circa hanc consuetudinem non solvendi procurationem Episcopo Visitanti admonet Fagnanus in *cap. Venerabili. de censibus num.29. Quia adhoc, ut de tali consuetudine dicatur constare, ex ipsius Congregationis sententia non sufficit, ut visitati numquam Episcopum procuraverint, sed probari oportet Episcopum petiisse procurationem, & visitatus detrectasse illam solvere, & postea Episcopum per longum tempus acquievisse, prout requiritur in facultativis.* Hactenus Fagnanus.

(24) Fagnanus in sæpius cit. *cap. Venerabili. de censibus num. 15.* hæc habet. Quia cessat illa necessitas temporis, quam Concilium adhoc præcise requirit, cum Visitatione expleta, possint domui suæ victum sumere, & hanc sententiam pridem probavit S. C. ejusdem Concilii Interpres: Nam dubitanti Episcopo Tarenti an in visitatione posset exigere procurationem à Canonicis Cathedralis Ecclesiæ, censuit *cap.3.sess.24. de reform.* dum de victualibus subministrandis disponit, non habere locum in visitatione Cathedralis Ecclesiæ, sed Diœcesis tantùm, ibi: *equitatus, ibi: pro temporis necessitate, &c.* Sed & alias censuit nullam deberi procurationem Episcopo visitanti Clerum Civitatis ubi est Cathedra. Hucusque Fagnanus, quem sequitur Van-Espen *de Visitat. cap. 2. num.11.* quibus adjunge Barbosam *cit. alleg.73. n.46.* & communiter DD.

(25) Excessus in exigendis Procurationibus, quas Visitatores nimio fastu, ac luxu incedentes comitante caterva equitantium famulorum, importunè, & districtiùs exigebant, opus fuit salutari consilio compescere. Hinc Concilium Generale Lateranense III. sub Alexandro III. *Can.4.* relato in *cap. cum Apostolus. de censibus.* Ad justas querimonias Visitatorum opportune suum interposuit decretum, se sic conquerendo: *Grave nimis, & emendatione dignum esse dignoscitur, quod quidam Fratrum, & Coepiscoporum nostrorum ita graves in procurationibus suis subditis existant, ut pro hujus modi causa ipsa interdum Ecclesiastica ornamenta subditi exponere compellantur, & longi temporis victum brevis hora consumat. Quocirca, &c.* modum ponit, ac taxat numerum evectionum Archiepiscopis, Episcopis, Cardinalibus, Archidiaconis, aliisque. Nec tempore Alexandri III. solùm fuere querelæ istæ. Christianus Lupus ad *Can.19.* VIII. Synodi sic testatur: *Ab eorum unico, quandoque convivio absumptum fuisse sumtum totius anni dictum fuerunt frequenter Parochiales Presbyteri lamentati.* Quapropter Pelagius II. *Epist. 14.* quæ sub ejus nomine circumfertur, sic Visitatores perstringit: *Non compellant Presbyteros, aut Clerum Parochianum supra vires suas eis convivia preparare.* Concilium Cabilonense II. an.813. sic inhibet *Can. 14. Cavendum sane est, nec cum Episcopi Parochias suas peragrant, quamdam dominationem erga subditos, seu erga socios tyrannidem exerceant, nec (quod absit) cum caritate, sed cum quadam judiciaria inventione stipendia ab eis exigant. Observandum etiam modis omnibus, ut si aliquando eis peragrandæ Parochiæ necessitas incumbit in confirmandis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in prædicatione Verbi Dei. In lucris animarum potiùs, quam in deprædandis, & spoliandis hominibus, & scandalizandis fratribus, operam dent.* Similiter VIII. Synodus an.869. *Can.19.* & alia jura, quæ prætermitto, quæ omnia complectitur Trident. Synodus sæpius citata *sess.24 de reform.cap.3.* Inter cætera moderationis exempla Reipublicæ Romanæ istud referre non piget, equidem dum Consules, & Legati Provinciam obibant, atque lustrabant in ulla re oneri, aut sumptui fuerunt ante Posthumium Consulem, idest usque ad 581. ab Urbe condita: ut Livius *lib. 2. Decad.4.* Quodque renovare studens Cicero *lib.5.ad Atticum Epist.16.* testatur eùm Provinciam obiret nullum in se sumptum factum esse nec publice, nec privatim, nec in quemquam comitum suorum. Hac de re vide Christ. Lupum *loco supra cit.* Gonzalez ad *cit. cap. cum Apostolus. de censibus.* Van-Espen *par.1.tit.17. cap.11.* Ventrigliam *tom.2. praxis annotat.24. de Visitatione §.2.* Barbosam *de potest.Episcopi allegat.73.* Thomass. *loc.cit.* aliosque.

(26) Huic doctrinæ non obstare videtur Pelagius II. *Epist.14.* & Concilium Bracharense II. *Can. 2.* qui Episcopo Diœcesim visitanti tribuunt duos solidos; Nam accipiendi sunt pro Cathedratico, quod etiam procuratio dicitur. Ut notarunt Christ. Lupus ad *Can.19.* VIII. Synodi. Joannes Filesacus in *cap. conquerente, §.ac.de officio Ordinarii.* Gonzalez in *cap.cum Apostolus num.9.de censibus.*

(27) Trid. *loco cit.* sic habet: *Quod si quisquam (quod absit) aliquid amplius in supradictis omnibus casibus accipere præsumpserit; is præter dupli restitutionem, intra annum faciendam, aliis etiam pœnis juxta Constitutionem Concilii Generalis Lugdunensis, quæ incipit: Exigit; nec non & aliis pœnis in Synodo Provinciali arbitrio Synodi, absque ulla spe veniæ mulctetur.* Constitutio autem Concilii Lugdunensis sub Gregorio X. relata est quoque in *c.2. de censibus in 6.* ab Auctore cit. Ubi ita. *Ut universi, & singuli, qui ob procurationem sibi ratione visitationis debitam exigere pecuniam, etiam a volente recipere, vel aliàs Constitutionem ipsam recipiendo munera,*

An accedenti ad confirmandum debeantur Episcopo procurationes?

520 Pro confirmatione nō datur procuratio.

NEga. Sac. Congr. apud Fagnanum in *cap. Venerabili. num.19. de censibus*. Riccius *cit. resol.*156. (28)

An comitatus debeat esse moderatus?

Comitatus sit moderatus.

AFfirma: ne subditi graventur. Piasecius in *praxi Episcopali part. 2. cap. 3. num. 64.* Riccius *sup.cit. resol.*149. *num.*5. (29)

An eadem die visitans plures Ecclesias debeantur duplicatæ procurationes?

521 Visitans eadem die plures Ecclesias unica procuratione sit contentus.

NEga. Nam cum sint pro victu. *c.cum Apostolus. de censibus. c.1. §. procurationes. de censibus in* 6. semel non bis, nec pluries eodem tempore debentur, cum nequeant alimenta plura simul consumi. *cap. Felicis. de censibus. cap. procurationes. de accusat.* unde Ecclesiæ visitatæ pro rata unà concurrunt ad conflandam procurationem, & Episcopus secùs se gerens, Lupus, non Pastor est, & aliter delinquens cogitur restituere injustè acceptum. Novarius *Juris Can. concl.5.num.6.de Visitat.* Riccius *part.4.praxis resol.*58. (30)

An debeatur procuratio Visitanti per alium puta per Vicarium?

522 Visitāti per alium non debetur procuratio.

NEga. *Cap. procurationes. de censibus*: licet ipsi visitanti aliquid debeatur, *cap.si Episcopus.de offic.Ordin.* Riccius *part.4.praxis resol.* 159. Naldus in *Summa*, V.*Visitatio num.*4.

An debeatur procuratio Capitulo visitanti Sede vacante?

523 Debetur tamen Capitulo visitanti.

AFfirma: quia Episcopali utitur Jurisdictione, & juribus: unde quod Episcopo debetur, etiam debetur Capitulo. Riccius *parte* 4. *praxis resol.* 157.

An meliùs sit nihil à Visitatis recipere?

Meliùs est nil accipere.

AFfirma. Exemplo Apostoli, qui ne gravaret fideles, suis manibus necessaria sibi comparabat. *Can.Cavendum* 10.*quæst.*3. Villagut *Speculo Visitat. cap.finali num.*20. *cap. cum Apostolus. de censibus.* (31)

An Ecclesia pauper visitanda sit propriis impensis sine procuratione?

524 Ecclesia pauper gratis visitatur.

AFfirma: *Can.Cavendum* 10. *quæst.*3. & ratio est, quia procurationes sunt alimenta, quæ à carente non sunt ministranda. Sic pater inops non tenetur filio alimenta suppeditare. Hostiensis in *Summa tit.de officio Archidiaconi*, *§.quid si officium num.*5. Riccius *part. 4. praxis resolut.* 153. patet ex *Can. Placuit* 1. *quæst.*2. Et tunc etiam si gratis aliquid offeratur ab Ecclesia paupere, ab eo respuendum est, *cap.statutum*, *§.insuper*, ibi: *& ubi fuerint notabiliter pauperes, nihil prorsùs exigat ab eisdem*. Fagnanus in *c.Venerabili n.*33.& in *c.procur.n.*20.*de censibus.*

An Ecclesiæ, & Oratoria visitata teneantur contribuere cum Parocho, Episcopo visitanti?

525 Ecclesia, Oratoria pro rata debent cum Parocho procuratione dare, si ibi sit consuetudo.

AFfirma: si adsit talis consuetudo. Sac.Cong. ad Trid. *sess.*24.*cap.*3. *de reform.* apud Pignatellum *tom.*1. *consult.*388. Riccius *part. cit. resol.*152. *num* 3. dicens Visitatos teneri contribuere procurationi contra Genuensem in *praxi. cap.*17. Novarium *Juris Pontificii concl.*5.*num.*5. *de Visitat.* Ajentes Hospitalia, & Confraternitates, quæ visitantur, non teneri contribuere, nisi adsit consuetudo contribuendi: quæ sententia non discordat à prima, cum ex Trident. *sup.cit.* nihil contribuendum est; ubi non contribuendi consuetudo est.

An visitans possit cogere Laicos, & Universitates ad aliquid contribuendum?

526 Non valens cogi Laicos, & Universitates pro procuratione.

NEga: ubi adest consuetudo non contribuendi. Trid. *sess.*24.*cap.*3.*de reform.* Hostiensis in *cap.* 1. *num.*9. *de censibus in* 6. contra Barbosam *par.*2.*de Jure Ecclesiastico lib.*3.*cap.*22. *de procuratione num.* 13. dicens tamen suam opinionem consuetudine derogatam.

Pœna impedientis Visitationem?

527 Impediens Visitationē est excōmunicatus.

EST excommunicatio in *cap. dilectus. de sententia excommunicationis in* 6., in *Clementina Attendentes.de statu Monachorum in fine*. Secundo est excommunicatio in Bulla Cœnæ contra impedientes exercitium Jurisdictionis Ecclesiasticæ legitimæ. In *Can.*15. ibi: *quomodolibet impediunt quominus sua jurisdictione Ecclesiastica utatur secundum Canones*. Navar. *cap.* 27. *num.*69. (32)

De

munera, sive Visitationis officio non impenso procurationem in victualibus, aut aliquid aliud procurationis occasione violare præsumpserint: duplum ejus quod receperint Ecclesiæ, à qua id receptum fuerit, intra mensem reddere teneantur. Alioquin ex tunc Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, duplum ipsum ultra prædictum tempus restituere differentes, ingressum sibi Ecclesiæ senciant interdictum. Inferiores vero ab officio, & beneficio noverint se suspensos, quousque de duplo hujusmodi gravatis Ecclesiis plenariam satisfactionem impendant; nulla eis ad hoc dantium remissione, liberalitate, seu gratia valitura. Idem Concilium relatum in *cit.cap.* Confirmat Innocentius IV. Constitutionem in *cap.*1. *§.procurationes*, quæ se extendit ad eos, qui sunt de familia Episcopi, & officiales visitationis. Vide Barbos.*cit.alleg.*71.*n.*54.& 55.

(28) Similiter Barbosa *loco cit. allegat.* 73. *num.*51. cum aliis DD.

(29) Trident. *sess.*24. *cap.*3. *de reform. Ideoque modestè contenti equitatu, famulatuque, studeant, quam celerrimè debita tamen diligentia, visitationem ipsam absolvere.* Supra cit. *cap. cum Apostolus. de censibus* taxat numerum evectionis Episcopis, Archiepiscopis, aliisque. Vide Thomass.

(30) Et DD *supra cit suis locis.*

(31) Ut est laudabilis consuetudo nostræ Neapolitanæ Ecclesiæ, quæ propter Visitationem nihil recipit.

(32) Quæ supra *n.*3. pollicitus sum hic exhibendum curavi ex Christ. Lupo acerrimo Ecclesiasticæ Antiquitatis indagatore *tom.*6. *ad Can.*5. *Septimi Concilii Romani S.Gregorii VII.* ubi eruditè exagitat quæstiones aliquas circa Visitationem, quam Metropolitæ, aut R.Pontifex instituebant per Episcopos, aliosq; Visitatores: ut viduatæ Ecclesiæ sufficerent idoneum Pastorem, & ne ejus bona dilapidarentur, aliisve justis caussis, istis Visitatoribus successere nunc Vicarii Capitulares, quibus incumbit Ecclesiam urbatam Pastore administrare: ut probat Episcopus Caput-aquensis Nicolaus in *Dissertat.* hac de re edita Romæ an.17.0.

Vacantem Episcopalem Cathedram, non per Capitulum, aut ejus Vicarium, sed per Visitatorem Episcopum regi est adeò vetustum, ut in Magni Gregorii vita Joannes Diaconus affirmet esse *lib.*2. *cap.*21. & 22. *antiquissimam Ecclesiasticæ consuetudinis ordinem, traditum ab Apostolis, & ad sua usque tempora solemniter conservatum.* Etenim de Fortunio Tuburlicensi Donatistarum Episcopo, & sua adversùs illum disputatione scribit ad quosdam ejusdem factionis Episcopos Sanctus Augustinus *Ep.* 163. *Narravit Fortunius etiam in ipso schismatis initio Majores suos, cum cogitarent culpam Cæciliani, ne schisma fieret, quoquomodo velle sopire, dedisse quemdam interventorem populo suo communionis apud Carthaginem constitutum,*

tum, antequam Majorinus adversus Cæcilianum ordinaretur Episcopus. Hunc ergò Interventorem in suo Conventiculo a nostris dicitis occisum. Valebat adversus Cæcilianum non temerè processum, nec statim fuisse degradatum, sed priùs suspensum ab Episcopali officio, & Sedi interim datum Visitatorem, seu Rectorem Vicarium, quem Africana Ecclesia passim vocavit Interventorem, seu Intercessorem. Hinc habemus in quinta Carthaginensi Synodo: *Nulli Intercessori licitum sit Cathedram, cui Intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis, vel seditionibus retinere, sed dare operam, ut intra annum eisdem Episcopum provideat. Quod si neglexerit, Interventor alius tribuatur.* Et Felici Visiceneusis Catholicæ Ecclesiæ Episcopo dicenti *Præsto sum, Episcopum contra me non habeo*, in Carthaginensi Collatione reposuit Victor Taborenensis Donatistarum Episcopus *lib. 1. c. 128. Proximè recessit, ego ibi interveni*. Et in Carthaginensi Bonifacii Archiepiscopi Synodo Petrus Abbas adseverat suum Monasterium nec vicinis Episcopis, nec proximæ Ecclesiæ Interventori umquam subfuisse, sed semper respexisse ad Ecclesiam Carthaginensem. Exstant hæc fragmenta apud Lucam Dacherium *tom. 6.* In libro tamen de Pastoribus scribit Sanctus Augustinus *cap. 15. Qui a Secundo Tigisitano Episcopo*, ac Numidiæ tunc Primate *missi sunt Clerici, extra congregaverunt ab Ecclesia, ad Clericos Carthaginis accedere voluerunt, Visitatorem posuerunt, à Lucilla recepti sunt*. Agit de Donatistici schismatis excidio, & in suspensi Cæciliani sedem intruso Interventore: Ipsum ordinario vocabulo titulat Visitatorem. Quocirca hæc ejus ad supra adductam Fortunii Tuburficensis Episcopi relationem verba, *quod, fateor, numquam antea prorsùs audieram*, non de intruso Visitatore accipienda sunt, sed de sola ejus per Catholicos patrata cæde. Donatistæ eodem modo tractarunt Sanctum Sylvestrum, aut nescio quem alium Pontificem. Etenim de Romam per ipsos missis Rupitanis, & clancularis Episcopis scribit in libro de unico Baptismo Sanctus Augustinus *cap. 16. In Romana Ecclesia nec damnare quemquam sive qualicumque judicio potuerunt, nec aliquem suum illo velut in locum surrogare damnati, contra quem paucissimi Afris partis suæ primò Interventores advectitios furtim longèque mittebant, donec decepta plebecula quasi proprios Episcopos ordinarent*. Sylvestrum clandestinè primùm suspenderunt, & contra ipsum miserunt clandestinum, ac furtivum Interventorem; exinde etiam clandestinè & imaginariè degradarunt, & tunc ipsi suum in nescio qua rupe latitantem Tenebrionem, & Catepiscopum superintruserunt. Quod re ipsa non poterant, imaginariè attentarunt. Hunc visitandi morem omninò respicit in literis ad Sanctum Papam Cornelium etiam Sanctus Cyprianus. Nescio cujus in Africa civitatis Episcopum Novatum accusat de multis, ejus cum quinque suis rebellibus Presbyteris factiones exponit, ac prosequitur *Ep. 49. Idem est Novatus, qui apud nos primum discordiæ, & schismatis incendium seminavit, qui quosdam istic ex fratribus ab Episcopo segregavit. Ipse est qui Felicissimum, Satellitem suum, Diaconum, nec permittente me nec sciente, sua factione, & ambitione constituit*. Quinque illi Presbyteri adfirmabant Cyprianum Cathedræ insurasse contra Canones, parabant extrudere, ab ejus communione se separarunt, Novatum illi superposuere Visitatorem, atque ita ille suum congerronem Felicissimum ordinavit Diaconum. Adeò antiquum est Visitatoris officium. Est Apostolicum Institutum. Apud laudatum Lucam Dacherium *tom. 8.* exstat Cartucensis Cleri de Guasberto Electo Decretum, in quo datum sibi à Dagoberto Bituricensi Archiepiscopo Visitatorem appellat *viduatæ Ecclesiæ Consolatorem*. Valentina Hispanorum Synodus vocat *Ecclesiæ Commendatorem*.

Variæ de illo occurrunt quæstiones. Prima est, An Visitator debuerit semper esse Episcopus? Respondeo non debuisse. Etenim Cresconio Silemsilensi Donatistarum Episcopo dicenti, *Traditores non habeo in plebe mea*, in Carthaginensi Collatione respondit Aurelius Macomediensis Catholicæ Ecclesiæ Episcopus *lib. 1. c. 201. Presbyterum habemus, qui intervenit*. Et Muntano Cemerianiamiensi dicenti, *Adversarium non habeo*, reposuit Fortunatianus Catholicorum Siccensis Episcopus *Constantinam illic habemus Ecclesiam, & Presbyterum Terentium*. Ad quæ Adeodatus Donatistarum Episcopus Milevitanus *C. 201. Interventi dimisisti, si ubique vestros spargere velitis, jam videmini habere vobiscum partem in eis locis, ubi Christiani sunt*. Nequaquam negat posse intervenire Presbyterum, sed vult modicam Romanæ fidei communionem esse tanto officio indignam. Etiam adductus, qui Interventorem vetat eligi in Episcopum, Canon lucidè supponit illum posse esse Presbyterum. Damnat quorumdam Interventorum technas, & artes, quas in quibusdam ad majorem Civitatem transire ambientibus Episcopis damnavit & Sardicensis Synodus *Can. 2. Si quis adeò insanus, vel audax inveniatur, ut de ea videatur aliquam adferre excusationem, adserens sibi à populo allatas esse literas, clarum est potuisse paucos aliquos mercede, & pretio corruptos in Ecclesia seditionem movere, ut eundem utique postulent habere Episcopum*. Interventorem non postulari, sed eligi vetat laudatus Afrorum Canon, & Episcoporum translationes non minus quàm rebaptizationes abominata est eorumdem Ecclesia, ideoque lucidè non de Episcopo agit, sed de Presbytero. Et hic nos videtur Afris fuisse singularis.

Verùm his obstare videtur Magnus Gregorius in literis ad Balbinum Episcopum Rossellanum *lib. 1. Ep. 15. Pervenit ad nos, quòd Populonensis Ecclesia ita sit Sacerdotis officio destituta, ut nec Pœnitentia decedentibus ibidem, nec Baptisma possit præstari infantibus. Hujus igitur tam piæ rei, tamque necessaria mole permoti jubemus Dilectioni tuæ, ut hujus præceptionis auctoritate commonitus, memoratæ Ecclesiæ Visitator accedas, & unum illic Cardinalem Presbyterum, & duos debeas Diaconos ordinare*. Eodem tenore scribit ad Felicem Sipontinum Episcopum de Canusina Ecclesia *Ep. 51.* Eis dat Visitatores Episcopos, quòd nec unum haberent Presbyterum, qui utique posset ipsas regere, atque ita supponit etiam Presbyterum posse esse Visitatorem. Scribit item ad Clerum, & populum vacantis Ecclesiæ Vivanensis *Ep. 78. Ecclesiæ vestræ curam, utilitatesque Honorato Presbytero committendas elegimus, quatenus res utilitatesque ejus per eum & procurari valeant, & modis omnibus custodiri*. Ipsum instituit Visitatorem. Et Sancti Andreæ Abbates semper fuisse Lugdunensium Archiepiscoporum in administranda Ecclesia Vicarios, scribit ad Carolum Magnum Sanctus Ledradus ejusdem Sedis Episcopus, & adjungit *Ep. 1. In tantum erat commissa illis cura, ut si Ecclesia Lugdunensis viduaretur proprio Patrono, ipsi in cunctis adessent Rectores, & Consolatores, quo usque Ecclesia à Domino illustraretur dignissimo Pastore*. Viduatam quoque Leodiensium Ecclesiam fuisse olim à Lobiensibus Abbatibus administratam docet in istius Monasterii Chronico Abbas Folcuinus. Et de Virdunensi per Madelvei Episcopi mortem vacante Ecclesia scribit Hugo Flaviniacensis *fol. 117. Tunc fuit Episcopatus Virdunensis per duodecim annos vacuus, & quidam servus Dei Amalberius nomine, juxta morem temporis illius factus Chorepiscopus, regebat ipsam Ecclesiam, & in quodam Oratorio sub honore omnium Apostolorum quasi solitariam vitam ducebat*. Et Hincmarum Remensem Metropolitam laudat in ejusdam Ecclesiæ historia Flodoardus, *lib. 3. cap. 10.* quòd de vario Chorepiscoporum excessu fuerit questus apud Leonem quartum, præsertim *quòd terrena Potestas hac materia sæpè offenderet, ut videlicet Episcopo quolibet defuncto, per Chorepiscopum solis Pontificibus debitum Ministerium perageretur, & res ac facultates Ecclesiæ sæcularibus usibus expenderentur, sicut & in nostra Ecclesia secundò jam actum fuisset*. Chorepiscopos de vario excessu notat etiam Meldensis Synodus, ac pergit: *Si Civitatis Episcopus obierit, nihil in Episcopali Ministerio specialiter Episcopis debito Chorepiscopus attentet, quia ex hoc magnum scandalum, & divisionem rerum Ecclesiasticarum, atque dilationem in Canonicè ordinandis Episcopis, Dei Ecclesiis accidisse conspeximus. Nam si Episcopus civitatis propter desidiam, aut sæcularem prorogationem, vel propter insirmitatem, modum suum Chorepiscopos transcendere consenserit, sententiam Canonicam debet attendere, qua Decretum est, ut qui contra dicta Canonum fecerit, gradus sui periculo sine retractatione subjaceat*. Chorepiscopi Gallicanis Episcopis erant generales in Pontificalibus Vicarii, & vacantem Sedem administrabant, atque ità Regibus vacantium Ecclesiarum proventus percipientibus dabant irritamenta, & fomenta ad Ecclesias in longa vacatione detinendas. Hinc eos ab omni Pontificali officio suspendit laudata Synodus. Hincmarus autem voluit penitus extinctos. Eandem formam viguisse in Cantuariensi Ecclesia, ostendit in Sancti Lanfranci illic Archiepiscopi vita Milo Crispinus *cap. 13. In Suburbio civitatis Cantuariæ est quædam Ecclesia Sancti Martini, in qua, ut fertur, priscis temporibus fuit Sedes Episcopalis, & ut ajunt, Episcopum habuit, antequam ad illas partes transiret Lanfrancus. Sed quia auctoritate Canonum constat præceptum, ut in una civitate duo simul Pontifices habeantur, statuit Lanfrancus ne ulteriùs ipsi loco ordinaretur Episcopus*. Rectiùs scribit in Cantuariensium Pontificum historia Gervasius Monachus *cap. 30. Habebat quondam Cantuariensis Archiepiscopus Chorepiscopum quemdam, qui in Ecclesia Sancti Martini extra Cantuariam manebat, qui adveniente Lanfranco deletus est, sicut ubique terrarum fieri audivimus.*

tonis. Et absentis, & defuncti Archiepiscopi vices Chorepiscopus ille in omnibus supplebat. Atque ita lucet vacantes Ecclesias fuisse per Presbyteros, aut certè Chorepiscopos, non solùm in Africa, sed in aliis etiam Regionibus administratas.

Respondeo antiquum Anglicanæ Ecclesiæ morem edici à Simeone Monacho Dunelmensi, qui in ejusdem Ecclesiæ historia scribit de ipsa vacante per mortem Sancti Gutherti *lib. 1. c. 10. Episcopatum Ecclesiæ illius servavit venerabilis* Eboracensium *Antistes Wilfridus, donec eligeretur qui pro Cutberto Antistes ordinari deberet*. Addit de carcerato per Eadbertum Regem Cynanolfo Lindisfarnensi Episcopo *lib. 2. c. 2. Fridwibertus Hagustaldensis Episcopus Lindisfarnensem Episcopatum administravit, donec placato Rege de captione relaxatus Cynewulfus ad suam rediret Ecclesiam*. Et de Aedgaro Rege scribit Radulphus de Diceto *An. 962. Rex Aedgarus Londoniensem Ecclesiam Pastore proprio viduatam commisit regendam Dunstano Vigorniensi Episcopo, & sic Dunstanus Londoniensem Ecclesiam commendatam habuit, & non titulatam*. Proindè vacantium in Anglia Ecclesiarum Visitator solebat omninò esse Episcopus. Parth Cantuariensis Ecclesiæ proprium ab antiquo Capellanum Roffensia, Cantorem Vintoniensis, Decanum esse se allegat apud Gervasium Monachum *An. 1162.* Londoniensis Episcopus, & longam agunt litem de jure consecrandi Cantuariensem Electum. Quid etiam de visitandi jure olim litigaverint, non est dubitandum, ideoque ad istos motus evitandos voluerit Primatialis Ecclesia se viduatam per proprium Chorepiscopum administrari. Eandem, quæ in Sancti Thomæ Martyris consecratione contingit, litem memorat & Radulphus de Diceto *An. 1162. Electus ordinatus est in Presbyterum in Ecclesia Cantuariensi à Waltero Roffensi Episcopo, in ordinationibus, & dedicationibus faciendis Ecclesiæ Cantuariensis Vicario. Sequenti die Dominica consecratus est ab Henrico Vintoniensi Episcopo, vice Londoniensis Ecclesiæ tunc vacantis. Quod ad jus suum spectare dicebat Roffensis Episcopus, sed non obtinuit*. Bartholomæi Exoniensis Electi consecrationem eidem Waltero delegaverat in mortis lecto Sanctus Theobaldus Cantuariensis Archiepiscopus, pergitque laudatus Radulphus *An. 1161. Et licet morte mandatoris finitum fuisset mandatum, tamen quia Richardus Londoniensis Episcopus laborabat paralysi, Henricus etiam Vintoniensis, Vicarius Londoniensis Ecclesiæ, morabatur apud Cluniacum tunc temporis, Roffensis Episcopus memoratum consecravit Electum*. Addit de Baldoino Archiepiscopo profecturo ad sacrum bellum *An. 1119. Balduinus ex communi consilio suorum Suffraganeorum vices suas Episcopo Londoniensi Richardo commisit. Roffensis Episcopus ab antiquo Vicarius Archiepiscopi tam in territorio Cantiæ, quàm in Ecclesiis Maneriorum Archiepiscopi curam Pastoralem suscepit*. Consonat Gervasius Monachus Cantuariensis *An. 1147. Est in Ecclesiæ Cantuariensi consuetudo ab antiquis temporibus constituta, & à piis Patribus observata, quòd vacante Sede Cantuariensi, vel absente Archiepiscopo, debeat Episcopus Roffensis in Cantuariensi Ecclesia ministrare, sicut proprius, & primus Cantuariensis Ecclesiæ Capellanus, si tamen à Cantuariensi Ecclesia fuerit vocatus*. Ea de causa addit Roffensem Electum non à Rege, sed ab Archiepiscopo semper investitum, & defuncti Episcopi baculum, non ad Palatium, sed ad Cantuariensis Ecclesiæ Altare fuisse deportatum *An. 1184.* Ex eodem principio asfirmat vacantis Roffensis Ecclesiæ bona nunquam per Regem, sed semper per Archiepiscopum fuisse custodita, adjungens hoc obtinere etiam in simultanea utriusque Ecclesiæ vacatione, atque pergens: *Recognitum est in Londinensi* Guilielmi Eliensis Episcopi, & Apostolici Legati Synodo, *An. 1192. Roffensem Episcopum Cantuariensis Ecclesiæ proprium ab antiquo fuisse Capellanum, omnique vacante Cantuariensi Sede ad vocationem Conventus debere Cantuariam accedere, Chrisma conficere, & cætera Sacramentalia ministrare, ejusque in expensis procurare debere, qui Archiepiscopatum custodiret. Vivente autem Archiepiscopo, sed absente, vel ægrotante, ad vocationem ejusdem similiter, & procurationem debet accedere. Venit igitur Cantuariam ad proximum Pascha ad Conventum vocatus idem Episcopus, & in Curia Canonicorum Sancti Gregorii hospitatus est, ut ignorantibus videretur ad expensas fuisse Monachorum, si in eorum Curia haberet hospitium*. In Metropolita aliud est Metropolitica, aliud Diœcesana Potestas: Et hujus solius vices in Cantuariensi Metropoli habebat Episcopus Roffensis. Ordinare Clericos, dedicare Ecclesias, conficere Chrisma, aliaque id genus Pontificalia exercere potuit, nequaquam tamen consecrare Episcopos, nec ipsum Metropolitam: Spectabant hæc ad ProtoThronum Londinensem, aut ipso defuncto, vel impedito, ad Vintoniensem. Et ista fuit antiquissima illius Ecclesiæ consuetudo. Per quem, vel qua de causa inductus fuerit Chorepiscopus Visitator, usque huc non inveni. Quidquid sit, avitum morem reparavit Sanctus Lanfrancus, atque ita lucet antiquos de hac re Canones in Anglia omninò viguisse.

Eadem est ratio Gallicanæ Ecclesiæ. Etenim Rejensis Synodus statuit, *cap. 6. & 7.* ut ad sepeliendum viduatæ Cathedræ Episcopum solus vicinioris civitatis Antistes accedat, qui Visitatoris vice disponat de rebus Ecclesiæ, idque intra septem dies, quibus lapsis recedat ad propria, & cum aliis suæ Provinciæ Episcopis exspectet ulteriora Metropolitæ mandata. Hilarius Arelatensis Archiepiscopus de Primatiali jure disputabat tunc cum vicinis Provinciis, ad Jacobum Ebredonensem Metropolitam sepeliendum duo accesserant Episcopi, & Hilarii factum aversatus Clerus, & populus ipsos coegerat ad fine facta ad ipsum relatione consecrandum suum electum Armentarium. Ejusmodi ausus adductis Decretis conata est illa Synodus sistere. Et ad Sanctum Cæsarium Arelatensem item Archiepiscopum de Episcopalis electionis forma scripsit Symmachus Pontifex *Epist. 3. c. 6. Decretum sine Visitatoris præsentia nemo conficiat, cujus testimonio Clericorum, & Civium possit unanimitas declarari*. Et post degradatum Contumeliosum Rejensem Episcopum Joannes secundus ad omnes Galliæ Episcopos *Epist. 2. Ne ejus Ecclesia destituta videatur, in ejus loco Visitatorem dari præsenti auctoritate decernimus, ut nihil de Ordinibus Clericorum, nihil de Ecclesiastica facultate præsumat, sed ea quæ ad sacrosancta Mysteria pertinent exequatur*. Et ad Rejensis Ecclesiæ Clerum *Epist. 3. Necessaria vobis solatia credimus Visitatoris adjungere, ut Ecclesia suo privata Præsule summi nequeat Pontificis solatiis indigere*. Et ejus successor Agapetus ad laudatum Metropolitam Cæsarium *Ep. 1. Patrimonio Ecclesiæ in gubernatione Archidiaconi constituto, Visitatoriam in Contumeliosi loco præcipimus ordinari personam*. Visitatores etiam sub Francorum Regno Episcopos assiduè laudant antiquæ, per Jacobum Sirmondum publicatæ, Episcopalium promotionum formulæ, quibus elegantissimam aliam nuper adjunxit Lucas Dacherius *tom. 8.* Quod Morinensi, & Tornacensi viduatis Ecclesiis Visitatores etiam Hincmarus Remensis Metropolita dederit, laudat in ejusdem Ecclesiæ Historia Flodoardus *lib. 3. c. 23.* & addit de illius Successore Sancto Fulcone *lib. 4. c. 3. Fulco Heriландum Terravanensem Episcopum, ejus Episcopio à Nortmannis depopulato, ad se venientem suscepit, & Visitatorem eidem viduatæ Ecclesiæ constituit, ut visitando sustentationem interim, dum Episcopus ibi ordinaretur, ex illa caperet*. Plura sunt hujusmodi exempla. Verùm quòd Gallicanæ Episcoporum Parochiæ sint passim vastæ, à propria abesse, & alienæ frequenter adesse fuit difficile Visitatori Episcopo. Hinc quædam Ecclesiæ officium illius per Chorepiscopum expleverunt. Quod tamen numquam sub Romano Imperio, sed factum dumtaxat reperies sub Regno Francorum. Nec fuit istud universale. Etenim de Lupo Catalaunensi Episcopo habet sexta actio secundi Suessionensis Concilii: *Quia Metropolis Remorum Ecclesia carebat Pastore, jussus est Regiis litteris Domini Caroli Calvi, ut in confectione chrismatis, & in aliis necessitatibus, videlicet ut sua Matri Ecclesiæ, pro sua possibilitate in Ecclesiasticis negotiis consulere procuraret*. Etiam Clericos ibidem Lupus ordinavit.

An Sancti Andreæ Abbas aliquando fuerit viduatæ Lugdunensis Ecclesiæ Visitator ignoro. Etenim aliud edicere videtur in suo, per Lucam Dacherium publicato, ad Eduensem Ecclesiam Edicto Francorum Rex Philippus Augustus *tom. 8. Legitimorum hominum testimonio Lugdunensis Ecclesiæ esse didicimus, ut quoties Eduensis sedes vacaverit, totus Lugdunensis Archiepiscopus, & Regalia nostra Eduensia, & alia quæ ad Episcopatum Eduensem pertinent, in manu sua habeat. & vice versa quoties Lugdunensem sedem vacare contigerit, totus Episcopus Eduensis in manu sua habeat, & custodiat universa ad Archiepiscopatum Lugdunensem pertinentia*. Et in literis ad suum Clerum, & populum Aymarus Lugdunenensis Archiepiscopus: *Nobis constat vacante sede Metropolitana Lugdunensi Episcopum Eduensem debere de antiqua, & approbata consuetudine dictam Metropolitanam sedem tenere, & omnem administrationem tam in temporalibus, quàm in spiritualibus habere, & omnia castra, & fortalitia, villas, & domus prædictæ sedis, tenere, & fructus levare, & suos integrè facere; sicut è contra idem jus per omnia de antiqua, & approbata consuetudine Archiepiscopus Lugdunensis sede Eduensi vacante obtinet in prædictis*. Quod ipsum Radulphus Lugdunensis Archiepiscopus, & Hugo Eduensis Episcopus in suo desuper Concordato testantur ibidem atque confirmant: Lugdunensis, & Eduensis Ecclesiæ ultrò citroque videntur se habuisse, uti

Roffensis se habuit ad Cantuariensem. Vacantium Regalium custodiam Rex illic non habuit, & uterque Episcopus fuit utriusque vacantis Ecclesiæ Vicarius ac Visitator. An Eduensis simul cum Sancti Andreæ Abbate habuerit istam potestatem, an ipsi ex illa extruso successerit, nequeo adfirmare. Vacantium Ecclesiarum facultates in omnibus Europæ Regnis passim subjacuerunt Ducum, & Comitum violentiis, ac rapinis: An Sancti Andreæ Abbas ad ipsis resistendum sufficientes vires non habuerit, atque ita ejus in locum Lugdunensis Ecclesia sub similis adjutorii debito assumpserit Eduensem Episcopum, permitto decidendum illis, qui plura, & meliora habuerint ex antiquis Scriniis documenta. Quidquid sit, Abbas ille nequit fuisse Visitator. Alia est ratio Abbatum Lobiensium. Horum primi habuerunt Episcopalem consecrationem, videntur Leodiensium Pontificum fuisse Chorepiscopi, atque ita poterant esse Visitatores. Verùm hæc tangunt singularia Archiva istorum Monasteriorum.

Aymarus Archiepiscopus rectè distinguit inter Ecclesiarum temporalia, ac spiritualia. Etenim suprà nobis Agapetus Pontifex dixit etiam Rejensis Ecclesiæ temporalia per Archidiaconum, spiritualia per Visitatorem esse administranda. De eodem dixit Joannes secundus: *Quæ ad sacrosancta pertinent Mysteria exequatur*. Et iterum: *Ut vidua Ecclesia Summi Pontificis mugunt solatiis indigere*. Vult per ipsum Pontificalia præsertim exercenda. Caturcensis Ecclesia in suo, qui ad decimi sæculi finem elegit Guasbertum, Decreto exponit: *Per Visitatorem Episcopum perficiatur Ecclesiasticarum rerum Inventarium, tunc verò prioribus viduatæ sedis dispositis OEconomis commendetur*. Exstat apud Lucam Dacherium tom. 8. Et in Nemausensi Synodo statuit Urbanus secundus Can. 7. *Quoties alicujus Ecclesiæ Antistes ex hac vita emigraverit, duæ de melioribus personæ eligantur ejusdem Ecclesiæ, qui res Episcopi defuncti, sicut ipse disposuerat, tractent fideliter, & quæ ad Episcopatum pertinent, successori Pastori conservent*. Et ad Antonium Romanæ Ecclesiæ Subdiaconum, ac Apostolici in Dalmatia Patrimonii Rectorem, scribit Magnus Gregorius lib. 2. indict. 11. Ep. 24. *De rebus vel ornamentis Ecclesiæ fideliter Inventarium facito te præsente conscribi. Et ne de rebus ipsis possit aliquid deperire, Respectum Diaconum, atque Stephanum Primicerium Notariorum, ut ipsarum rerum omninò gerant custodiam, admoneto, intermìnans eis de propria ioi satisfacturos ipsi substantia, si quidquam exinde eorum negligentia fuerit imminutum*. Et ad Leontium Urbinatem Episcopum, Ariminensis Ecclesiæ Visitatorem lib. 4. epist. 22. *Clero Ariminensis Ecclesiæ, cujus Visitatores, conquerente comperimus, quod remotis omnibus Clericis, Fraternitas tua hominibus suis Patrimonii, ejus gubernationem, cæterasque utilitates commiserit peragendas. Quod si ita est, querelam ineptam non esse credimus*. Patrimonii istius diligentem commendat curam, atque custodiam, ipsum tamen per propriæ Ecclesiæ Clericos vult regi: Visitatori Episcopo aliud non permittit, quàm ut hisce, dum ex causis suspecti fuerint, aliquos de suis possit adjungere. Loquitur ex Chalcedonensi Synodo Can. 26. *Ecclesiæ viduatæ redditus penes Ecclesiæ OEconomum integri reserventur*. Undè dum Dioscorum Alexandriæ Patriarcham eadem Synodus, & Nestorium Constantinopolitanum Episcopum degradavit Synodus Ephesina, istarum Ecclesiarum OEconomis eandem curam, atque custodiam commendarunt. Est antiquissima, immò Apostolica omnium fidelium gentium consuetudo. Quare Visitator Episcopus in solos Pontificalis ordinis Actus habebat Vicariam auctoritatem, nullam in facultates Ecclesiæ, aut alias ejus functiones. Spectabant hæc ad OEconomos, aut alios Capituli Vicarios. Et hæc sunt, quæ in Vivanensi Ecclesia Honorato Presbytero delegavit Magnus Gregorius. Nullo modo ipsum creavit Visitatorem.

Secunda quæstio est, An Visitator in commendata sibi Ecclesia exercere potuerit quosvis Pontificales actus? Respondeo negativè. Nec enim potuit Clericos ordinare. Hinc enim Cœlestino Hostoniensis, & Sabino Grumentinæ Ecclesiæ Visitatoribus, dum Juliani Diaconi in Presbyterum, & Quarti Defensoris in Diaconum consecrandi fecit facultatem, addidit Sanctus Papa Gelasius Ep. 32. 33. *Noverit Dilectio tua hoc se delegantibus nobis exequi Visitatoris officio, non potestate propriì Sacerdotis*. Hoc est, ex singulari mandato. Exstant Epistolæ apud Dominum Lucam Holstenium. Et Joannem secundum Pontificem audivimus supra edicentem de Rejensis Ecclesiæ Visitatore: *A se noverit ita omnia exhibenda, ut nihil de Ordinibus Clericorum præsumat*. Et in literis ad dictæ Ecclesiæ Clerum: *Clerus iis eo quo nunc est ordine constitutus, nullis gradibus promoveatur, donec proprium Sacerdotem possit habere*. Et ad Leontium Urbinatem Episcopum, Ariminensis Ecclesiæ Visitatorem, scribit Magnus Gregorius lib. 2. indict. 11. Epist. 24. *Præter ordinationes Clericorum cætera omnia tamquam Cardinalem, & proprium te volumus agere Sacerdotem*. Et ad Chrysantum Spoletanum Episcopum, Vivanensis Ecclesiæ Visitatorem lib. 7. indict. 2. Epist. 77. *Fraternitati tuæ Vivanensis Ecclesiæ Visitatoris deputavimus officium, in quo de more Scrinii nostri nihil vos de provectionibus facere volumus Clericorum*. Verùm quod & Cathedralium, & Pagensium Presbyterorum inopiam ex longa vacatione postmodum incurrisse eadem Ecclesia, Episcopi Electionem accelerari jussit Pontifex, & dignos interim Presbyteros à Chrysanto consecrari. Quod ipsum ferè scribit ad Gaudiosum Eugubinum Episcopum, Visitatorem Ecclesiæ Tadinatis. Et de Neapolitana, quod diu vacasset, Ecclesia scripsit ad Paulum Visitatorem Epist. 89. 90. *Clericos ex Laicis ordinari, nec non & manumissiones apud te in eadem Ecclesia solemniter celebrari concedimus*. Manumissiones enim spectant ad temporalem administrationem, eoque fieri poterant per solum Cardinalem Episcopum lib. 2. Epist. 7. Notanda sunt verba, *Clericos ex Laicis ordinari*: Videntur strictè intelligenda, ideoque non dare facultatem evehendi Clericos in altiorem gradum. Nam & istud Rejensis Ecclesiæ Visitatori directè interdixit Joannes secundus. Et de vacantibus Sedibus generatim statuit quinta Synodus Aurelianensis Can. 8. *Nullus Episcopus*, utique Visitator, *aut in Civitate, aut per Parochias ordinare Clericos, aut Altaria audeat consecrare*. Quem Canonem innovavit, & secunda Synodus Arvernensis. An illa Canonis pars, quæ & Altarium consecrationem interdicit Visitatori, ubique gentium viguerit, fateor me ignorare. Certè apud varias gentes etiam Cardinalis Episcopus ipsum non poterat sine venia Metropolitani. Quidquid sit, istam disciplinam in Italia adhuc viguisse sub sæculi noni finem docet Joannis octavi Epistola ad Joannem Ficuclensem Episcopum, Visitatorem Ecclesiæ Faventinæ.

Quæstio tertia est, Cujus auctoritas ad ordinandos Clericos fuerit Visitatori necessaria? Respondeo Episcopales Cathedras juxta antiquos Canones vacare non potuisse nisi ad tres menses, & de isto præsertim tempore loqui omnia jam adducta Decreta. Et hinc Sacrosancta Tridentina Synodus, dum per Capitula intra primum vacantis Sedis annum noluit dari Dimissoriales literas, novam non induxit Regulam, sed antiquam innovavit. Quis lapso trimestri dare olim potuerit istam auctoritatem, non ita constat. Ecclesiæ Italicæ, quæ ab Apostolica Sede Visitatorem debebant accipere, ejusdem Sedis auctoritate indigebant ad Clericos seu faciendos, seu promovendos. Ita lucet ex adductis Sancti Gelasii, ac Sancti Gregorii testimoniis. Aliis in Regionibus videtur sufficeisse licentia, & auctoritas Metropolitæ. Hinc enim postquam Rejensis Ecclesiæ Visitatori suos præfixisset limites Joannes secundus, adjunxit Epist. 3. *Omnem hanc sollicitudinem Cæsario fratri, & Coepiscopo nostro injunximus, ad cujus curam, cuncta quæ necesse sunt, pertinere confidimus*. Adfirmat limites istos per Arelatensem Metropolitam posse & contrahi, & prorogari. Et Sigeboldo Narbonensi Archiepiscopo, Rudolphum Primatem Bituricensem, quod Primatus sui jure se immisceret alienis Ecclesiis, accusanti respondit Nicolaus primus Pontifex fieri istud non posse, nisi ea causa appellationis, aut Sedis vacantis. Et de vacante Sede Granopolitana scripsit ad Adonem Viennensem Archiepiscopum Francorum Rex Carolus Calvus Ep. 39. *Quidquid neglectum fuerit, vobis imputabitur, qui disponere ac ordinare ipsum Episcopatum, ac omnia ipsius Ecclesiæ debuistis*. Omnem vacantis Ecclesiæ providentiam adfirmat ad Metropolitam pertinere. Exstat Epistola apud Jacobum Sirmondum in Regesto Adriani secundi. Et ad Constantium Episcopum de vacante ad Cornelii forum Ecclesia scribit Sanctus Ambrosius Ep. 13. *Commendo tibi Ecclesiam, quæ est ad forum Cornelii, quo eam de proximo intervisas frequentiùs, donec ei ordinetur Episcopus. Occupatus diebus ingruentibus Quadragesimæ, eam longè non possum excurrere*. Adfirmat omnem vacantis Ecclesiæ curam ad Metropolitam respicere, & Visitatorem esse dumtaxat hujus quasi Vicarium Ep. 19. Pedetentim tamen decrescere cœpit Metropolitarum potestas, cœperuntque Visitatores ad solas vacantis Ecclesiæ preces facere omnia, etiam Clericos ordinare. Ita Roffensem Episcopum ad in vacante Cantuariensium Metropoli faciendum omnia, non Comprovincialium auctoritate, sed solius Cathedralis Monasterii in-

invitatos eguisse, suprà nobis dixit Gervasius ejusdem Ecclesiæ Monachus. Eadem ratione videntur in Gallia Chorepiscopi vacantibus Ecclesiis Clericos ordinasse. Quidquid sit, ista libertate post lapsum vacationis annum gaudent etiamnum hodie omnia Capitula Cathedralia.

Quarta quæstio est, Quæ fuerit ordinaria Visitatoris potestas? Respondeo fuisse variam. Prima olim fuit sepelire defunctum Episcopum. Lucet ex Valentina Hispanorum Synodo Can. 4. *Quia sæpe Sanctorum Antistitum, per absentiam Commendatoris Episcopi, exequiæ differuntur, ita ut veneranda Pontificis membra, dum tardius funerantur, injuriæ omninò subjaceant, Episcopus qui post mortem fratris ad sepeliendum eum solet invitatus occurrere, infirmum magis, & adhuc in corpore positum, admonitus visitare non differat, ut aut de relevatione Consacerdotis impletus gaudeat, aut certè de ordinatione domus suæ fratrem admoneat, ejusque probabilem voluntatem in effectum transmittat, ac recedentem à sæculo, post oblatum in ejus commendatione sacrificium Deo, mox sepulturæ tradat diligentissimè, & superius Constituta Canonica non differat adimplere. Si autem, ut fieri assolet, Antistes obitu repentino decesserit, & cum invitatum Sacerdotem de longinquo minimè adesse potuerint, non diu tantùm cum noctis exanimatum corpusculum Sacerdotis maneat, cum sine fratrum, ac Religiosorum frequentia, ut psallentium excubiæ serventur, à Presbyteris cum omni diligentia in loculo conditum seorsum, non statim humetur, sed honorificè commendetur, donec sine mora invitato undecumque Pontifice, ab ipso, ut condecet, solemniter tumuletur, & ut injuria tollatur occasio, & mos antiquus in sepeliendis Sacerdotibus observetur.* Defunctum Episcopum ab Ecclesiæ Visitatore, seu Commendatore Episcopo lucidè adfirmat olim fuisse sepultum. Verùm quod Visitatoris designatio spectet ad longè quandoque distantem Metropolitam, Episcopale cadaver dudum subindè manebat insepultum, & patebat injuriis: Hinc Synodus addit inductum, ut quis vicinior Episcopus ad istud pietatis officium à Capitulo invitaretur. Invitationem hanc suadet ante mortem fieri, ut ægrotans Episcopus non solum corporis post mortem, sed & animæ suæ in vitæ exitu habeat à fratre solatium. Sine hoc solatio defunctum vult à Clero deponi solummodò, non sepeliri. More antiquo vult Episcopum sepelliri ab Episcopo, ideoque ad id quemvis Episcopum posse invitari. Et pro suo Decreto adducit Rejensem Canonem Can. 2. mandantem ne quis ad vacantem Ecclesiam accedat, nisi solus vicinior Episcopus, ad Visitatoris vice defunctum sepeliendum. Quod ipsum statuit septima Toletana Synodus Can. 3. rigidè mandans, ne quis invitatus Episcopus sese sine fundamentis excuset ab hoc extremo pietatis officio, alioquin in proxima Synodo castigandus. Super vicinas aliquot Provincias, quam non ita pridem Patroclus Arelatensis Archiepiscopus invaserat, Primatum continuabat Sanctus Hilarius, atque ita nullum illic Metropolitanum, aut Provincialem Episcopum permittebat sine sua prævia venia, & confirmatione consecrari. Jugum istud omnes pessimè oderant, præsertim Ebredunensis Ecclesia, Alpium Graarum Metropolis, ideoque defuncto Episcopo suo Jacobo statim elegit Armentarium, & per duos, qui ad illum tumulandum advenerant, Episcopos fecit hunc inscio Hilario consecrari. Hinc Rejensis Synodus, hinc punitus Armentarius, hinc statutum, ut solus deinceps vicinior Episcopus accederet viduatam Ecclesiam, & Visitatoris vice defunctum tumularet. Primatum istum excussit postea, & proscripsit Sanctus Leo Pontifex, perseverarunt tamen Gallicani Episcopi non per Visitatorem, sed per viciniorem Collegam sepeliri. Ita non obscurè habent quintus, & textus Canon secundæ Aurelianensis Synodi, ac præsertim Trosleanæ quartus decimus, laudatos Rejensem, Valentinum, ac Toletanum Canones, innovans, & adjungens: *Quoniam in quibusdam opportunitas incertum se offert, ut ad obitum, vel exequias alicujus ex nobis duo, vel tres Episcopi convenire possint, decet ut sancta charitas se ostendat in mortuorum funeribus, quæ in vivorum flagravit pectoribus.* Nempe Rejensis Synodi motiva ratio jam dudum desierat. Decretum, quod non ita dudum post de Guatberti Episcopi Electione fecit Caturcensis Ecclesia, habes apud Lucam Dacherium tom. 8. *Prisca modernaque Ecclesiarum moderamina Theologularis sanxere Canonibus, quæ arripientibus viam universæ terræ quarumlibet sedium Præsulibus, per viciniorem Episcopum, aut per quemlibet alium Episcopum, cui Archipræsul injunxerit, extremi fratris tumulatorem, orbatæque sedis Visitatorem atque Consolatorem, perficiatur Ecclesiasticarum rerum inventarium.* Defunctum Episcopum adfirmat quandoque per viciniorem Collegam sepeliri, quandoque per Visitatorem. Videtur tunc in viduati Cleri fuisse arbitrio.

Ubi vides, & secundam Visitatoris ordinariam potestatem. Nempe conficere Ecclesiasticarum rerum Inventarium. Quod ipsum illi olim competisse profitentur, ast deinceps in tumulatorem Episcopum transcribunt Hispanorum Valentina & secunda Synodus Aurelianensis. Inventarii enim confectio, uti & defuncti sepultura, non patitur moram. Etiam ad Sanctum Maximianum Siracusæ Episcopum scribit Magnus Gregorius lib. 3. Ep. 11. *Si quispiam Episcoporum de hac luce migraverit, vel pro suis fuerit removendus excessibus, convenientibus Hierarchicis, cunctisque Cleri Primoribus, atque in sui præsentia inventarium Ecclesiæ rerum facientibus, omnia quæ reperta fuerint subtiliter describantur.* Romana Provincia, ac Metropolitica Pontificis Potestas olim fuit vastissima. Ei non solùm Campania omnis, Apulia, atque Calabria suberant, sed & Sicilia. Hinc suas istic, non Apostolicas, sed Metropoliticas vices Maximiano delegavit Gregorius, voluitque per ipsum fieri vacantium Ecclesiarum Inventaria. At verò de vacante Salonitana apud Dalmatas Metropolitana Ecclesia scripsit ad Antonium suum Subdiaconum, Apostolici ibidem Patrimonii Rectorem lib. 2. Ep. 11. *De rebus, vel ornamento Ecclesiæ fideliter Inventarium facias te præsente conscribi.* Variis in Ecclesiis videtur fuisse varia consuetudo.

Tertium Visitatoris officium exponit laudata Aurelianensis Synodus Can. 6. *Episcopus, qui ad sepeliendum Episcopum venerit, evocatis Presbyteris in unum, demum Ecclesiæ adeat, descriptamque idoneis personis custodiendam sub integra diligentia derelinquat, ut res Ecclesiæ aliorum improbitate non pereant.* Mandat ut Visitator, seu potius Visitatoris vice tumulator Episcopus descriptis rebus det OEconomos, seu Custodes. Nam & hoc Visitatoris officium & hæc, & laudata Valentina, Rejensem imitatæ, Synodi transcribunt in Tumulatorem. Visitatori reddit suprà laudatum Decretum Caturcensis Ecclesiæ, Inventarium fieri mandans per Visitatorem Episcopum, & adjungens: *Tunc prioribus viduata sedes dispositis OEconomis commendetur.* Hinc Leontius Urbinatum Episcopus, ac Ariminensis Ecclesiæ Visitator, suos Clericos volebat dare OEconomos, verùm interdixit Magnus Gregorius, affirmans illud officium spectare ad proprios Ecclesiæ filios, & adjungens: *Si verò quædam de vis infidelitatis est fortassè suspicio, cum vis quoque homines suos in actione constitue, ut alterna ergà se sollicitudine debeant esse custodes, ratione sibi modis omnibus postulari.* Cur solos Visitatoris Clericos nolit impendi, addit causam: *Ut nulla adversus te murmurandi*, vel suspicandi *justa relinquatur occasio.* At verò de vacanti Solonitana Metropoli scripsit ad præfatum Subdiaconum Antonium lib. 2. Indict. 11. Epist. 22. *Ne de rebus aliquid possit deperire, Respectum Diaconum atque Stephanum Primicerium Notariorum, ut ipsarum omninò curam gerant, admonere, interminans eis de propria satisfacturos substantia, si quidquam exinde eorum negligentia fuerit imminutum.* Ipse Pontifex constituit OEconomos. Fortassè quòd Malchus Episcopus, qui videtur fuisse Visitator, suspectus esset, & ab ipso officio dejectus. Quidquid sit, aliter statuit Valentina Hispanorum Synodus, mandans Inventarium fieri intra octo dies, & adjungens cap. 2. *Debinc ad Metropolitani notitiam habita ordinatè descriptio deferatur, ut ejus electione talis persona ordinanda domus Ecclesiasticæ procuretur, &c.* OEconomum vult constitui à Metropolita, & ipsi, si novi Episcopi creatio differatur, obligari ad rationes. Proinde & hic Ecclesiarum consuetudo fuit varia.

Quartum Visitatoris officium suprà in litteris ad Constantium Foro-Corneliensis Ecclesiæ Visitatorem expressit Sanctus Ambrosius Epist. 19. *Ecclesiam, quæ est ad Forum Cornelii invisas frequentius.* Et ad Sanctum Maximianum Siracusæ Episcopum scribit Magnus Gregorius: *Visitatores Ecclesiarum, Clericique eorum cum ipsis per non suæ Civitatis Parochias fatigantur.* Utique sæpius visitando. Et ad Paulinum Liparitanum Episcopum, Taurinatensis Ecclesiæ Visitatorem lib. 2. Ep. 13. *Ecclesiam Taurinatensem, quoties opportunum tempus credideris, visitare. Ita Fraternitas tua omnia disponere festinet, ut & sui præsentia Liparitanam salubriter disponat Ecclesiam, & visitationis studio Taurinatensem congregare, & fovere non desinat.* Et ad Joannem Nepesinæ Ecclesiæ Visitatorem Epist. 20. *Fraternitas tua Nepesinæ Ecclesiæ visitationem non desistat assumere, quatenus exigente Paschalis festivitate, quidquid Sacrorum solemnitas poscit, te operante modis omnibus impleatur.* Hinc Visitator solebat esse quis vicinior Epi-

Episcopus, qui in tanto festo posset ista officia binare. Pergit in literis ad Leontium Urbinatem Episcopum, Ariminensis Ecclesiæ Visitatorem *lib. 2. Indict. 11. Ep. 24. Admonemus Charitatem tuam, ut ita efficaciter omnes utilitates Ecclesiæ exerceat, quatenus tua præsentia proprium se, non absentem habere sentiat Sacerdotem. Quidquid autem tibi visum fuerit pro utilitate ejusdem Ecclesiæ ordinare, habebis modis omnibus, nostra permissione licentiam. Redditus verò, vel ordinamenta, ministeriaque ipsius, sollicitudine tua entuitus, & cura conservet. Et præter ordinationes Clericorum cætera omnia in prædictis Ecclesiis tanquam Cardinalem, & proprium te volumus agere Sacerdotem.*

Quintum, & palmare Visitatoris officium dicit idem Pontifex in litteris ad Benenatum Visitatorem Cumanæ Ecclesiæ *Ep. 19. Charitas tua ad Cumanam Ecclesiam ire properabit, & assiduis adhortationibus Clerum, plebemque ejusdem Ecclesiæ admonere te volumus, ut remoto studio diversarum partium, uno eodemque consensu talem sibi præficiendum expetant Sacerdotem, qui & tanto Ministerio dignus valeat reperiri, & à venerandis Canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum solemnitate Decreti, omnium subscriptionibus roboratæ, & Dilectionis tuæ testimonio litterarum, ad nos sacrandus occurrat.* Quod ipsum repetit, & in aliis literis, & de Pontiano Thenitano Episcopo, per Sancti Fulgentii mortem, ac duram Cleri, & populi in electione discordiam dudum vacantis Ruspensis Ecclesiæ Visitatore, scribit in laudati Fulgentii vita Ferrandus Diaconus *cap. 30. Ibat secundùm Præceptum Datiani Primatis, ut Ruspensi Ecclesiæ eligeretur Antistes.* Et quinta Carthaginensis Synodus statuit: *Nulli intercessori licitum sit Cathedram, cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis, vel seditionibus retinere, sed dare operam ut intra annum eisdem provideat Episcopum. Quod si neglexerit, anno expleto interventor alius tribuatur.* Interventores enim ad procurandam sui ipsius electionem quandoque utebantur artibus, damnatis per secundum Canonem Sardicensem: Eandem illis potestatem adscribunt Rejensis Synodus, ac præsertim antiquæ Episcopalium electionum formulæ, publicatæ per Jacobum Sirmondum. Etenim ad Carolum Calvum Regem de vacante per Erpruini Episcopi mortem Sylvanectensi Ecclesia scribit illic Hincmarus Metropolita Remensis: *Dignatur mihi Dominatio vestra litteris suis significare, quem voluit de Chorepiscopis nostris, ut ei ex more litteras Canonicas dirigam, & Visitatoris officio fungens in eadem Ecclesia electionem Canonicam faciat, & aut per se, aut per litteras suas, Vicario suo deferente, eandem electionem cum Decreto Canonico, singulorum manibus roborato, ad me referat, ut per me ipsa electio ad Dominationis vestræ discretionem perveniat.* Et ad Hedenulphum Laudunensem Episcopum, à se constitutum Cameracensis Ecclesiæ Visitatorem *Epist. 1. Ad Cameracensem Ecclesiam quantocius studeas properare, & assiduis hortationibus Clerum, & plebem publicè admonere festines. ut uno eodemque consensu talem sibi præficiendum expetant, ac eligant Sacerdotem, qui & tanto Ministerio dignus valeat reperiri, & à reverendis Canonibus minimè respuatur.* Et transmittit faciendæ electionis formam, legi mandat ad Clerum, & Populum juxta ipsam eligi, fieri Decretum, & signari *Ep. 2.* Et in literis ad Cameracensis Ecclesiæ Clerum, & Populum *Epist. 3. De electione Decretum Canonicum unanimi voto agere, & sigillatim omnium vestrorum manibus in præsentia Visitatoris roborare satagite.* Et ad vacantis Belluacensis Ecclesiæ Clerum, ac Populum *Epist. 4. Decretum sine Visitatoris præsentia nemo conficiat.* Et infrà: *Electum ad nos mediante Visitatore adducite.* Per Hincmari mortem vacans Remensis Ecclesia accusabatur sine Visitatore electionem attentasse, ideoque ad Hildeboldum Soessionensem Episcopum, secundæ Belgicæ Proto-Thronum, & reliquos Comprovinciales Collegas de tam præsumptuoso, & stolido opere se expurgat, spondetque numquam attentare *Epist. 5.* Et Williberti Catalaunensis electionem, quod sine Visitatore fuisset attentata, cassavit idem Hincmarus *Epist. 15.* Quòd Regiam eligendi licentiam Clero, & Populo deferre Visitator etiam debuerit, ibidem docet formula, qua is solebat ipsos ad rectè eligendum adhortari *Epist. 6.* Proindè varium, ac penitus necessarium fuit hoc in opere Visitatoris officium.

Quinta quæstio est, An Visitator habuerit aliquod sui laboris stipendium? Videtur aliquod olim habuisse, at posteà per Magnum Gregorium in literis ad Sanctum Maximianum Syracusæ Episcopum, fuisse ablatum *lib. 3. Indict. 11. Epist. 1. Nec sicut antea fieri dicebatur, species quasdam, aut aliud quodlibet de rebus Ecclesiæ, quasi pro faciendi Inventarii labore tollatur. Hoc namque ea, quæ ad sustentationem pauperum facultatis pertinent, desideramus expleri, ut nulla penitus in rebus eorum ambitiosis hominibus venalitatis relinquatur occasio.* Respondeo Gregorium adversùs solum Inventarii confectorem Episcopum loqui, non adversùs Visitatorem, de quo statim subdit: *Visitatores Ecclesiarum, Clericique eorum, qui cum ipsis per non suæ civitatis Parochias fatigantur, aliquod laboris sui, te disponente, capiant subsidium. Justum namque est, ut illic consequantur stipendium, ubi pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium.* Maximianus erat Metropoliticus Gregorii per Siciliam Vicarius, ideoque per ipsum voluit stipendium taxari. Et hinc vivet istam taxationem spectasse ad Metropolitanum: Et ad Leonem Corsicæ Episcopum, Aleriensis Ecclesiæ Visitatorem, scribit idem Gregorius *lib. 1. Epist. 76. Cunctis Ecclesiæ rebus ut proprium te volumus uti Pontificem.* Illi assignat omnes Episcopi proventus. Quod nempe inops esset Ecclesia, & desolata. Quod ipsum repetit in litteris ad ejusdem Ecclesiæ Clerum, & Populum *Epist. 79.* rogans Leoni nullum hac in re interponi obicem. Et pro Paulo Neapolitanæ Ecclesiæ Visitatore scribit ad Petrum suum Subdiaconum, Apostolici in Campania Patrimonii Rectorem *lib. 2. Indict. 11. Epist. 35. Paulo fratri, & Coepiscopo nostro centum solidos, & unum puerulum orphanum, quem ipse elegerit, pro labore suo de eadem Ecclesia facias dari.* Et ad Leontium Urbinatem Episcopum, Ariminensis Ecclesiæ pro Castorio Episcopo infirmo Visitatorem *lib. 3. Epist. 42. Quidquid de redditibus Ecclesiæ accesserit, quatuor juxta consuetudinem oportet fieri portiones. Unam scilicet quæ Clero præbenda sit, aliaque pauperibus. De reliquis autem duabus partibus tres fieri volumus. Unam sartis tectis profuturam, aliam pro sustentatione sua Castorio Episcopo dirigendam, reliquam tibimet retinendam.* Quod nempe sola Episcopalis quarta duobus non sufficeret. Et adjungit Pontifex: *Comperimus aliquid annonæ te de publico consequi, & hoc ex te verecundia comprimi, atque in causis Ecclesiæ, vel defensione pauperum, ut congruit, non esse efficacem. Propterea abstinendum est ab hoc, quod verecundiam incutit, & stipendio, quod ab Ecclesia consequeris, debes esse contentus.* Addit minas in hujus mandati prævaricationem. Multorum indigam Castorii infirmitatem miseratus Ariminensis Senatus Visitatori stipendiuio de publico adscripserat: Verùm ob adductas rationes Pontifex judicavit non expedire. Et de vacante Salonitana Ecclesia scripsit ad Antonium suum Subdiaconum, Apostolici in Dalmatia Patrimonii Rectorem *lib. 2. Indict. 11. Epist. 22. Expensa, quæ necessaria fuerit, per OEconomum, qui tempore mortis Episcopi inventus est, præbeatur, quatenus rationes suas futuro Episcopo exponat.* Visitatoris impensas vult ex sola, dum quidem sufficeret, Episcopi portione desumendas. Cujus Regulæ tenaces adeò fuerunt Cathedrales Cantuariensis Ecclesiæ Monachi, ut suo Visitatori Roffensi Episcopo, nec hospitium voluerint concedere. Ità suprà aud vimus ab authenticis testibus. Quem omnem morem viguisse etiam in Gallia, docet secunda Aurelianensis Synodus *Can. 5. Episcopus, qui defunctum advenerit sepelire, præter expensam necessariam nihil pro fatigatione deposcat:* Et ejusdem loci quinta Synodus *Can. 8. Visitator nihil de rebus Ecclesiæ præter humanitatem*, seu rationabiles impensas, *præsumat auferre.* Per res Ecclesiæ intelligit portionem Episcopalem.

Quæstio sexta est, A quo Visitator sit dandus? Facundus Hermianensis Episcopus credit eligi posse ab ipsa vacante Ecclesia. A vacante Nazianzena Ecclesia, ac ejus olim Vicario Sancto Gregorio existimat fuisse electum Theodorum Episcopum Mopsuestenum *lib. 7. cap. 7. Cùm ætate confectus, Beatus Gregorius longa quoque ægritudine laboraret, & ob hoc se censeretur onus Ecclesiæ suæ ferre non posse, neque Apollinarianis gregem Dei vastantibus pro eadem gemina debilitate resistere, Episcopatus curam depositurus, & relicta sua civitate cum Monachis in rure victurus, ubi etiam defunctus est, Theodorum de toto Oriente in defensionem, & visitationem Ecclesiæ suæ delegit, non aliud caput illam Provinciam habere testificans, cujus flagitaret auxilium.* Adducit Gregorii Epistolam, ex ipsis probat Theodorum etiam à tanto viro judicatum Catholicum, ideoque in tanti nominis pace defunctum non posse vocari in judicium, longè minùs uti Hæreticum condemnari. Ejusdem sententiæ fuisse videtur Sanctus Petrus Damiani, vacantem Faventinam Ecclesiam adhortans ad bonam electionem, & subjungens *lib. 5. Epist. 10. Ego interim, si præcipitis, in vestrum servitium veniam, & vel in confirmandis pueris, vel in aliis Episcopalibus officiis, pro charitate Dei, & vestra, forsitan aliquantulum laborabo.* Lucidè supponit Visitatorem ab ipsa Ecclesia eligendum.

Respon-

Respondeo Facundum insigniter hallucinari. Neque enim Mopsuestiensis in secunda Cilicia: sed Thyanensis Episcopus, ac secundæ Cappadociæ Metropolita fuit iste Theodorus. Eum enim esse suæ Provinciæ Caput dicit Gregorius. Quod nempè nuper in Sancti Basilii odium Imperator Valens Cappadociam divisisset in duas, & secundæ, in qua Nazianzum, Metropolim sanxisset esse Thyanam. Ex quo colore Cappadoci ad Ponti Exarchatum spectanti Ecclesiæ è secunda ad Antiochenum Patriarchatum spectante Cilicia quæreretur Visitator? Numquam Nanzianzenus, sed Sazimorum dumtaxat in prima Cappadocia Episcopus fuit Gregorius. Verùm quòd illum à Sancto Basilio noviter erectum, ac litigiosum Episcopatum nollet admittere, rediit Nazianzum, senis sui Patris Gregorii ibidem Episcopi egit Vicarium, ipsoque defuncto mansit Ecclesiæ Visitator. Hinc Constantinopolim abiit, Orthodoxam fidem ibidem reparavit, atque ab illa cura per generalem Orientis Synodum absolutus rediit in Patriam, ac in hæreditario Arianzi pagi fundo egit Monachi vitam. Et interim vacabat, & à grassantibus Apollinaristis, ac Arianis graviter periclitabatur Nazianzena Ecclesia. Hinc igitur ille Theodorum Metropolitam monuit, rogans tandem ei gi Cardinalem Episcopum, ac interim dari defensorem, ac Visitatorem. Nimius pro Mopsuestiensi Theodoro zelus fecit ex ejusdem nominis occasione doctissimum Facundum hallucinari. Nec mirum: Doctissimos enim duodecim libros scripsit sine libris ex sola memoria. Eundem errorem in Edicto suo etiam Justinianus Augustus, & in suis adversùs Mopsuestiensem Actis quinta Synodus notarunt. Quòd Petri Damiani tempore vacantes Ecclesiæ sibi Visitatorem eligerent, facilè crediderim. Jacebat enim tunc Ecclesiastica disciplina, quam circa hunc quoque articulum reformavit septimus Gregorius, sanciens Visitatores à Metropolitana Sede dirigendos.

Et hanc esse antiquissimam Regulam docet per Facundum laudata Sancti Gregorii Nazianzeni Epistola. Etiam Ruspensis Ecclesiæ Visitatorem fuisse datum à Bysacii Primate, suprà audivimus à Ferrando Diacono. Et vacanti ad Cornelii forum Ecclesiæ Visitatorem dedit Metropolita Sanctus Ambrosius. Et vacanti per Contumeliosi Episcopi degradationem Rejensi Ecclesiæ Visitatorem dari per Sanctum Cæsarium Metropolitam Arelatensem jussit Pontifex Joannes secundus. Quod ipsum supponunt Rejensis Synodus, quinta Aurelianensis, & Hispanorum Valentina. Et cunctis Siciliæ, Calabriæ, Apuliæ, Campaniæ, & vicinarum Provinciarum Ecclesiis Visitatores dedit Magnus Gregorius, quòd tunc Romanus Episcopus esset ipsarum Metropolitanus. Quod ipsum assiduè clamant antiquæ Episcopalium promotionum formulæ apud Jacobum Sirmondum. Etiam Casurcensis Ecclesiæ de Gualberti electione Decretum. Addit Metropolitanæ Ecclesiæ Visitatorem ab omnibus Comprovincialibus dandum. Excipe tamen Visitatores natos, quales in Cantuariensi Roffensem, in Lugdunensi Eduensem, ac in Eduensi Ecclesia dixi fuisse Episcopum Lugdunensem. Hi nullius creatione, aut delegatione indigebant. Porrò de vacante per Erpuini Episcopi mortem Sylvanectensi Ecclesia scripsit in laudatis formulis ad Carolum Calvum Francorum Regem Hincmarus Metropolita Remensis *Epist. 1. Dignetur mihi Dominatio vestra significare, quem vultis de Chorepiscopis vestris, ut ei literas Canonicas dirigam, & Visitatoris officio fungatur.* Et per Hincmari mortem vacans Remensis Ecclesia, non solùm apud Provinciæ Episcopos, sed etiam apud Regem fuit accusata, quòd sine Visitatore electionem attentasset *Epist. 5.* Et in formula, qua vacantem Ecclesiam ad Canonicam electionem solebat exhortari, Visitator Episcopus profitetur se missum à Rege. Nempè Regum consensum, immò & personæ designationem etiam in hoc puncto vigere Francorum Reges voluerunt, *Epist. 6.*

Quæstio septima est. Quomodo in præsenti Canone noster septimus Gregorius dicat Visitatorem à Sede Apostolica, vel à Metropolita esse dirigendum? An hæc directio sit mixtæ jurisdictionis, & detur locus præventioni? Respondeo non dari. Romana Provincia ex Apostolico Canone fuit longè vastissima, comprehendens omnem Thusciam, Æmiliam, Campaniam, Picenum, Brutios, Apuliam, Calabriam, Corsicam, Siciliam: Harum omnium Provinciarum unicus Metropolita erat Episcopus Romanus. Romanus Episcopus omnium sub cura Ecclesiarum, ac Synodorum judicia, appellationes, consultationes, & quasvis graviores causas discutere, ac probare, vel improbare debet, ideoque amplissima eget Synodo. Eam primus contraxit Sanctus Leo Magnus, ad Valentiniani tertii Imperiales preces Ravennam, quòd Regia tunc esset Civitas, evehens in Ecclesiasticam Metropolim. Attamen salvis Romanæ Cathedræ antiquis in ipsam juribus. Ea, inquam, lege ut nec novus hic Metropolita à suis Comprovincialibus, sed veteri more ordinaretur Romæ à Domino Papa, nec ipse suos ordinaret Comprovinciales, aut sane nonnisi ad præviam Papæ confirmationem. Uti laudatæ Regiones ad Metropoliticam, ita omnes septemdecim Illyricianæ Diœceseos Provinciæ ex Apostolico Canone spectant ad Patriarchalem Romani Episcopi potestatem. Et ita fuit usque ad Imperium, & hæresim Leonis Isauri. Hic suam Iconoclastiam de Gregorio secundo vindicaturus, omnes istas gentes violenter abstulit, ac transcripsit in Patriarchicum jus Episcopi Constantinopolitani. Et quo novitatem firmaret, Syracusas erexit in Ecclesiasticam Siciliæ Metropolim, ac Italiam implevit novis, & modicis Episcopis, quorum Metropolitas accedere jussit ad Constantinopolitanum Patriarchamanus, & juxta vigesimum octavum Chalcedonensem Canonem in Regia urbe consecrari. Et licet apud septimam Adrianus primus, apud octavam Synodum Adrianus secundus, aliique Pontifices frequentissimè reclamaverint, à Græcis tamen nihil obtinuerunt. A variis eorum Imperatoribus habemus Archiepiscopum Neapolitanum, Tarentinum, Rhegiensem, Hydruntinum, & alios. Ejectis Græcis successerunt Normanni, qui Ecclesias quidem reddiderunt Pontifici, erectas tamen illic Cathedras non extinxerunt, nec ipsarum seu Provinciales, seu Metropolitas Episcopos per Papalem manum, sed à se se mutuo jusserunt consecrari. Ita fuit usque ad Regnum Guilielmi primi, de quo Robertus Abbas Montensis *Ann. 1157. Guilielmus cum Papa Adriano quarto pacem fecit, concedendo ei consecrationes Episcoporum Regni sui, & Ducatus, sicut antiquitus eas habuit Romana Ecclesia, unde discordia fuerat inter Patrem suum Rogerium Regem, & Innocentium, ac Eugenium Romanos Pontifices.* Quod ipsum scribunt Radulphus de Diceto, ac Mathæus Parisiensis. Nec Innocentius secundus, nec Eugenius tertius erectas à Græcia Metropoles voluere dejectas: Permiserunt sustineri, verùm salvis suæ Cathedræ Apostolicis juribus, quæ omnes istos Episcopos jubent Romæ consecrari. Voluerunt ipsas esse quasi solo nomine, & honore Metropoles, palmares autem Metropoliticæ potestatis articulos sibi ex antiquo more reservari. Et hoc concessit Rex Guilielmus. Et ejusmodi Metropoles in Italia ipsi etiam Pontifices posteà erexerunt. Et inter reservatos articulos omninò fuit donatio Visitatoris. Nam quod Severo Ficoclino Episcopo Magnus Gregorius *Ravennatis Ecclesiæ visitationem commiserit secundùm priscam consuetudinem*, ejus in vita testatur Joannes Diaconus *lib. 4. cap. 1.* Quòd etiam suffraganeis istius Cathedræ Ecclesiis Visitatores dederit Magnus Gregorius, demonstrant ejus epistolæ. Et consecratio, & Visitatoris donatio videntur spectare ad eundem. Hinc ista Regula longè magis valuit in istis Provinciis, quarum Suffraganeos Papa etiam consecrabat. His Visitatorem esse à Papa dandum edicit septimus Gregorius.

Octava quæstio est, An solis vacantibus Ecclesiis possit dari Visitator? Respondeo negativè. Consuevit dari etiam in tribus aliis casibus. Primus est, dum Episcopus est ab officio suspensus. Ita à Donatistis, dum Cæcilianum ante damnationem suspenderent, Charthaginensi Ecclesiæ datum fuisse Visitatorem, suprà nobis dixit Sanctus Augustinus. Et non solum Eulalium invasorem, sed & Sanctum Bonifacium primum legitimum Pontificem, quòd utriusque contentiosa electio videretur ambigua, ab officio cessare jussit Imperator Honorius usque ad datum Synodale judicium, ac interim Achillem Spoletinum Episcopum direxit Romanæ Ecclesiæ Visitatorem. Latè hæc habes apud Symmachum Urbis Præfectum in epistolarum Auctuario *Epist. 25. 26. & 28.* Et dum Symmachum per quatuor jam annos pacificum Pontificem quidam accusarent de multis, ideoque suum schisma adversùs illum resumeret Laurentius, à Romanæ Ecclesiæ Clero, & populo interpellatus Theodoricus Italiæ Rex fecit, quod in libro Pontificali scribit Anastasius Bibliothecarius: *Festus, & Probinus Senatores miserunt relationem Regi, & cœperunt agere ut Visitatorem Rex daret Sedi Apostolicæ. Tunc Rex dedit Petrum Altinæ civitatis Episcopum.* Alter casus est, dum per Syno-

De Parochis.

TITULUS XIV.

Nominis, & Officii origo.

§. I.

528 Parochi unde dicti.

PAstoris munus exercentes in eadem Diœcesi diversi sortiti sunt nomen. Dicti Parochi ex taxatione agrorum unde decimas percipiebant. Tholosanus 13. *syntagm. cap. 24. n. 6.* ex Pomponio Leto in *Constantium*.

Parochus latè est hospitibus necessaria publicè exhibens, & juvans itinerantes causa Reipublicæ, subministrata potestate commeatus. Horatius *lib. 1. Satyra 5. v. 45.* 529 Parochus erat, qui subministrabat necessaria itinerantibus causa Reipublicæ.

Proxima Campano ponti, quæ villula, tectum
Præbuit: & Parochi, quæ debent ligna, salemque

Et appellantur quoque Xenoparochi. *l. munerum, D. de muneribus*. Beyerlinch in *Theatro*, verbo *Parochia*. (1)

Dif-

Synodum degradatus Episcopus Romam appellatus. Licet enim huic appellationi suspensivum etiam effectum tribuant Sardicenses Canones, degradatio tamen non caret omni interim effectu. Degradatus usque ad definitivum Papæ judicium manet ab officio suspensus, nec potest administrare. Et hinc Contumeliosi Rejensis Episcopi, qui Synodaliter damnatus Romam provocaverat, Ecclesiæ Visitatorem dari per Sanctum Cæsarium Arelatensem Metropolitam jussit Joannes secundus, ejusque Successor Agapetus confirmavit. Tertius casus est longa Episcopi infirmitas. Ita Ariminensi Ecclesiæ ob longam Castorii Episcopi infirmitatem dedit Visitatorem Leontium Urbinatem Episcopum Magnus Gregorius.

Et hinc nascitur nona quæstio, Quare de Petro Altino Episcopo, ac Romanæ Ecclesiæ dato Visitatore addat Anastasius Bibliothecarius? *Quod Canones prohibent*. Et infra: *Symmachus facta Synodo purgatur a crimine. Et damnatur Petrus Altinas, invasor Sedis Apostolicæ, & Laurentius Nucerinus, quia vivo Episcopo Symmacho pervaserunt Sedem ejus*. Petrus, licet tantùm Visitator, damnatur ante Anti-Papam Laurentium. Et primæ Symmachi Pontificis ad indictam hac de causa Synodum preces fuerunt, *ut Visitator, qui contra Religionem, contra Statuta Veterum, vel contra Regulas Majorum, à parte Cleri, vel aliquibus Laicis fuerat postulatus, ex ordinatione Antistitum, sicut decebat sanctum Propositum, prima fronte auferretur*. Quæstio est, Quinam Canon vetet Romanæ Ecclesiæ dari Visitatorem? Severini Binii marginale scholion habet. *Visitatorem Rex potestate abusus, ut seditionibus occurreret, dederat*. Existimas non ipsum Visitatorem, sed ejus Laicam intrusionem damnari. Alii putant Romanæ Ecclesiæ, non unicum, uti Cantuariensi, & Lugdunensi, sed septem fuisse Visitatores natos: Utique septem Cardinales Episcopos, quorum semper fuit Romæ Divina in dies officia per vices celebrare. Respondeo veram damnati Petri Altini causam edici à Primatibus præfatæ Synodi Episcopis: *Pontifices, quibus allegandi imminebat occasio, suggesserunt ipsum, qui dicebatur impetitus debuisse Synodum convocare, scientes quia ejus Sedi primum Petri Apostoli meritum, vel Principatus, deinde jussionem Domini secuta Conciliorum venerandorum auctoritas, singularem in Ecclesiis tradidit potestatem, nec antedictæ Sedis Antistitem minorum subjacuisse judicio in propositione simili, facilè forma antiqua testaretur*. A quibusdam Clericis, & Laicis post quatuor annorum pacificum Episcopatum passus fuit istud ipsum Symmachus, quod à quinque factiosis Presbyteris, & universa Pseudo-Diaconi Felicissimi factione post triennii Pacificam sedem toleraverat olim Sanctus Cyprianus. Uterque de variis & electionis, & administrationis vitiis fuit accusatus. Et hujus in thronum intruserunt Fortunatum, istius in sedem seditiosi revocarunt nuperum Anti-Papam Laurentium, tunc Episcopum Nucerinum. Hinc factum est, quod scribit Anastasius Bibliothecarius: *Et fecerunt schisma. Et divisus est iterum Clerus. Nam alii communicaverunt Symmacho, & alii Laurentio*. Hinc à Festo, & Probino persuasus Rex, quo urbem servaret à turbis, & seditionibus, indixit totius Italiæ Synodum, utrumque suspendit usque ad definitivum ab illa judicium, ac interim Petrum Altinum Episcopum dedit Romanæ Ecclesiæ Visitatorem. Facere se credidit istud ipsum, quod in Bonifacii, & Eulalii causa fecerat Imperator Honorius. Verùm intercedebat largum discrimen. Bonifacii hesterna, & turbida, Symmachi electio jam per quatuor annos erat pacifica, ipsamque & Laurentius agnoverat, misericordiæ intuitu donatus, & contentus Episcopatu Nucerino. Hinc ante Synodale judicium excludi, suspendi, spoliari non poterat Symmachus. Bonifacius à possessionis ingressu poterat impediri. Item per contentiosam, & dubiam electionem nutante Bonifacio Honorius poterat, per quadriennii pacificum Episcopatum firma, ac certa Symmachi sede Theodoricus non poterat convocare Synodum, sed lucidè id spectabat ad ipsum Pontificem. Deinde convocata erat solius Italiæ Synodus, de qua ad secundam suam Romanam dixit Felix Papa tertius: *Quoties intra Italiam propter Ecclesiasticas causas colliguntur Domini Sacerdotes, consuetudo retinetur, ut Successor Præsulum Apostolicæ Sedis ex persona cunctorum totius Italiæ Sacerdotum cuncta constituat, qui caput est omnium*. Quicquid sit de universali totius Ecclesiæ Synodo, Italicam Synodum pleno jure subesse Pontifici, ac sine ipso, aut adversùs ipsum nihil penitus posse, est longè certissimum, & nullus unquam de hoc hæsitavit. Et in hæc omnia Petrus Altinus Episcopus manifestè deliquit. Fecit istud ipsum Symmacho, quod Novatus fecerat Sancto Cypriano. Hinc non quamvis Romanæ Ecclesiæ, sed hanc ejus solam visitationem esse contra Canones, & ejus usurpatorem Episcopum esse Apostolicæ Sedis invasorem, rectè dixit Anastasius Bibliothecarius, & Petrum tamquam talem meritò laudata Synodus degradavit. Septem Cardinales Episcopos esse Romanæ Ecclesiæ Visitatores natos omninò existimo. Verùm quòd Papalis electio fit in ipsorum præsertim manibus, in quavis circa illam discordia vix possint non esse suspecti, ideoque alium tunc Visitatorem dandum judicarunt, & Honorius, & Theodoricus. Nam simili ex causa Malchum Episcopum ad Salonitanæ Ecclesiæ Visitationem declaravit inhabilem Magnus Gregorius *lib. 1. indict. 11. Epist. 22.* Præterea an ista Cardinalium Episcoporum potestas sit adeò antiqua, non plenè constat.

Quæstio decima est, Quando cessarint Visitatores, & quando vacantes Ecclesiæ cœperint per solum Capitulum, aut ejus Vicarium administrari? Respondeo illos ad Regiæ nominationis ingressum cœpisse deficere. Palmare enim ipsorum officium, nempè novi Episcopi electionem dirigere, per Regias nominationes fuit penitus evacuatum. Et hinc vacantis Faventinæ Ecclesiæ Capitulo Sanctus Petrus Damiani obtulit semetipsum in Visitatorem. Quòd nempè Metropolitæ nullos tunc constituerent. Et hinc ipsos unà cum Canonicis electionibus reparare Gregorius noster est conatus. Verùm res non successit. Etenim in variis Alexandri tertii, ac Innocentii tertii de electionum forma Synodis, ac Decretis nullam habemus memoriam Visitatorum. Immò nec in Decretis Urbani secundi, aut secundi Paschalis, qui nostro Gregorio proximè successerunt. Interim non fuisse plenè abolitos docet Bonifacius octavus, statuens defuncti, aut captivi Episcopi Ecclesiam, non per Metropolitam, sed administrandam per Capitulum, atque adjungens *lib. 1. tit. 8. c. 3. & 4. in 6. de sup. Neglig. Prælatorum: Visitator ab alio, quam à Romano Pontifice deputari non potest. Nisi fortè Capitulum in spiritualibus, & temporalibus negligenter, aut perperam administrat. Tunc enim Archiepiscopus ob negligentiam, vel malitiam Capituli evocato eo, causaque super hoc cognitione præmissa, Visitatorem, seu Administratorem eidem Ecclesiæ licitè poterit deputare. Hujusmodi quoque Visitator, quamquam spiritualium, & temporalium administrationem legitimam censeatur habere, beneficia tamen, quæ ad collationem pertinent Episcopi, conferre non potest, si ab alio, quàm à Romano Pontifice fuerit deputatus*. Et hoc quidem est Ecclesiæ novissimum de Visitatoribus Decretum. Licet illos cum Administratoribus confundere videatur Bonifacius, multa tamen inter ipsos est differentia, suo loco exponenda. Hactenùs Lupus.

(1) Et Samuelem Pitiscum in suo *Lexico Antiquitatum Romanarum, V. Parocus.*

530 Differentia inter Parochiam & Parœciam.

Differt Parochia à Parœcia; nam Parochia erat spatium ubi à Parochis subministrabatur pars commeatus peregrinantibus ibi receptis. Parœcia est Sacra vicinia, seu collectio domorum consortes ejusdem fani: unde parœcurum consortes ejusdem fani: unde parœcumena sunt ædificia vicina operibus publicis.

531 Quid Parœcumena.

Filesacus *de origine Parœciarum cap.* 1. Et sic Parochi dicebantur incolentes certa confinia ministrantes Sacra, & conventus facientes incolarum. Budæus in *Commentariis linguæ Græcæ*. Barbos. *de offic. Parochi par.* 1. *cap.* 1. *n.* 1. *&* 14. Bassæus *tom.* 2. V. *Parochia num.* 1. *&* *l. pupillus* 239. ibi: *Incola est, qui in aliqua Regione domicilium suum contulit, quem Græci Paræcon vocant, D. de verb. signif.* (2)

Sic etiam apud nos Parœcia est, ubi plures Parœcii Officia Divina audiunt. *l.* 26. *Cod. de Episcopali audientia.*

532 Parœcia pro Diœcesi aliquando usurpata.

Quondam primis Ecclesiæ temporibus Parœcia erat Diœcesis Episcopi *Can.* 14. 34. *&* 35. Apostolorum. Concil. Nicænum I. *Can.* 16. Et è converso Diœcesis appellabatur Parœcia Ecclesia recta à Parocho. Concilium Agathense *Can.* 54. (3)

533 Nunc sumitur pro Ecclesia cum vicinatu, & dicitur Parochia.

Propriè nunc Parœcia sumitur pro Ecclesia cum suo vicinatu, quæ modo vulgò Parochia dicitur. Concil. Agathense *Can.* 10. ibi: *In omnibus Parochiis Presbyteri ad populum verbum faciant.*

534 Parochia, seu Parœcia definitur.

Definitur Parochia, seu Parœcia: est vicinatus saltem decem focularium certis finibus designatus. *Can. Unio* 10. *quæst.* 3. *l.* 26. *Cod. de Episcopali audientia.* Pacianus *de probationibus lib.* 3. *cap.* 31. *num.* 23.

535 Parochiani qui.

Qui incolentes dicuntur Parochiani. Gonzalez in *cap.* 2. *de peculio Clericorum.*

536 Parochia certis finibus designanda.

Debet esse certis finibus Parochia designata. *cap. Pastoralis. de his, quæ fiunt à Prælatis, Can. Unio* 10. *quæst.* 3.

537 Juxta loci exigentiam.

Et fines taxantur ab Episcopo juxta loci exigentiam. Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 13. ibi: *In iis quoque Civitatibus, ac locis, ubi Parochiales Ecclesiæ certos fines non habent, nec eorum Rectores proprium populum, quem regant, sed promiscuè petentibus Sacramenta administrant; mandat S. Synodus Episcopis, pro tutiori animarum eis commissarum salute, ut distincto populo in certas, propriasque Parochias, unicuique suum perpetuum, peculiaremque Parochum assignent, qui eas cognoscere valeat, & à quo solo licitè Sacramenta suscipiant, aut alio utiliori modo, prout loci qualitas exegerit, provideant.*

538 Antiquitus nemo nisi in sua Parœcia Missam audiebat.

Concordat textus in *cap. in Dominicis* 2. *de Parochiis*: ubi nemo in diebus festivis, nisi in propria Parœcia Missam audire poterat. (4)

Parochus est qui divina ministrat suis ovibus.

Parochus ergo est, qui Divina ministrat suis ovibus; diciturque proprius Sacerdos. *cap. omnis utriusque sexus. de pænitentiis, & remissionibus, cap. nuper. de sentent. excomm.*

539 Multis nominibus designatur.

Appellabatur olim Presbyter Cardinalis. D. Gregorius *lib.* 1. *epist.* 15. *ad Balbinum.* Absolutè dicitur Presbyter. Concil. Carthaginense IV. *Can.* 36. *cap. in Dominicis* 2. ibi: *proprio contempto Presbytero. de Parochiis.* Conc. Emeritanum *Can.* 91. Dicitur Plebanus. *cap. cum olim. de præscript.*

Ad instar Curionum, qui à Romulo tribus fuere præpositi. Pitisc. V. *Curiones.*

Dicitur Curio; quia regebat Curiam. Dicitur etiam Curatus à Cura animarum. *dict. cap. omnis utriusque sexus.* Dicitur Rector, Trident. *sess.* 24. *cap.* 13. *de reform.* Dicitur Vicarius quandoque perpetuus, unde beneficium dicitur Vicaria. *Clem.* 1. *de officio Vicarii.* Hodiè est, ut diximus, qui ex officio Divina ministrat suis ovibus.

540 Sunt successores LXX. Discipulorũ.

Parochi sunt de Jure Divino, & sunt successores septuaginta Discipulorum. Anacletus relatus in *Can.* 1. *dist.* 21. Concilium Toletanum II. (5)

541 Dicũtur habere secundum gradum post Episcopum.

Et dicuntur habere secundum gradum post Episcopos, ibi: *revolvitur manibus vestris, Presbyteri sacratissimi, Numeri liber, in quo vestri officii in Septuaginta seniorum personis auspicatur honor, & invenietis, quorum negotiorum vobis prærogativa concessa sit: adjutores vos Dominus nostri laboris, & secundo dignitatis gradu esse voluit.* Et Theodulphus Aurelianensis in *Epist. ad Parochos*, ibi: *Sicut enim Episcopi Apostolorum in Ecclesia, ità nimirùm Presbyteri cæterorum Discipulorum Domini vicem tenent.* Filesacus *de origine Parœciæ cap.* 4. (6)

542 Curam perpetuam animarum habent.

Parochus ex officio curam perpetuam animarum habet.

Requi-

---

(2) De qua differentia vide Gonzalez ad *cap. in Dominicis.* 2. *de Parochiis num.* 7. ex quo Auctor desumsisse videtur, quæ in præsenti habentur, & Du Mortier, V. *Parœcia.*

(3) Vide Baronium *an.* 588. *num.* 15. Ubi unionem referens Episcopatus Bremensis, & Hamburgensis, ex Adamo Chronographo hæc habet. *Igitur Bremensis, & Hamburgensis Parœciæ adunatio facta est ultimo tempore S. Ansgarii, &c.* Similiter Episcopi territorium vocatur Parœcia in Concilio Antiocheno *Can.* 9. *&* 22. & notavit Gonzalez ad *cap. in Dominicis* 2. *de Parochiis n.* 8. & ad *cap. plerumque* 4. *de Donationibus inter vir. num.* 3. ubi infra citandis, & Macri in *Hierolexico* V. *Parochia. Diœcesis* verò vox multipliciter usurpatur; & pro Parochia, ut ex Agathensi Concilio probat Auctor, & ex pluribus Conciliis, & auctoritatibus docet idem Gonzales ad *cit. cap. in Dominicis num.* 8. cui adde Sydonium Apollinarem *lib.* 9. *Epist.* 16. ibi: *Nam peragratis ferè Diœcesibus cum domum veni, &c.* Concilium Carthaginense IV. *Can.* 36. *Presbyteri, qui per Diœceses regunt Ecclesias.* Et pro Episcopi territorio, quæ vox communis est in nostris Juribus. & adhuc retinetur. Insuper pro integra Provincia, ut ex Siricio Pontifice notat Lupus infra citandus. Demùm *Diœcesis* pro pluribus Provinciis, seu Natione usurpatur, & hæc olim fuit significatio famosior, & principalis, qua Provinciæ regebantur per Præfectos Prætorio, seu per eorum Vicarios, ut citatis, & adductis pluribus Juribus Codicis tam Justinianei, quàm Theodosiani probat Clarissimus Vir Barnabas Brissonius, V. *Diœceses*: Sic sub Præfectura Prætoriana Africæ Orientis, quinque erant Diœceses Oriens, Ægyptus, Asiana, Pontica, Thracica, quarum Diœcesum unaquæque plures Provincias complectebatur: Diœcesis Orientis continebat XV. Provincias. Ægyptiaca VI. Asiana X. Pontica pariter X. Thracica VI. Similiter Præfecturæ Prætorianæ suberant duæ Diœceses Macedonia, & Dacia, quarum prima complectebatur Provincias VI. Altera V. Quarumque Ecclesiis simul omnibus præerat Patriarcha: Vide Christophorum Justellium in *Notis ad Can. Concil. Afric. p.* 65. 66. & ad *Cod. Can. Ecclesiæ Universæ pag.* 219. Sic Synodus Arelatensis I. ad Sylvestrum Papam scribens, dicit in suo Pontificatu esse majores Diœceses: scilicet Italicam, Africanam, Hispanicam, Gallicam, Illiricorum, ut notat Christ. Lupus ad *Can.* 6. Concilii Constantinopolitani I.

(4) Tum propter decimas, quas solvere debebant proprio Parocho, tum ne indigni reciperentur in Ecclesiam à Parocho, qui eos indignos esse ignorabat. Thomass. *tom.* 1. *Discipl. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 25.

(5) Seu Epistola Montani Archiepiscopi Toletani, ad Episcopos, & Parœcos Palentini territorii, quæ habetur post Concilium Toletanum II.

(6) Adeo excelsa visa est Parochorum dignitas, & institutio Viris apprimè doctis, qui non dubitarunt asserere Parochos successisse loco Septuaginta Discipulorum, exemplo Septuaginta Virorum a Moyse electorum, & in Ecclesia post Episcopos secundum gradum occupare, atque à divina institutione eos devenire, ut probant citati per Auctorem, quibus addere posses Fulbertum Episcopum Carnotensem *Epist.* 2.: *Moyses dux populi secundis adjutoribus Septuaginta Viris, videlicet de eodem populo sustentabatur, per quos forma Presbyterorum exprimitur, qui nunc in Ecclesia novitia Pontificali onus in se suscipientes regendis popu-*

Populis invigilant: Et D. Thomam, qui sic se expressit: *Ideo baptizare pertinet ad minores Principes Ecclesiæ, idest ad Presbyteros, qui tenent locum Septuaginta duorum Discipulorum Christi, ut dicit Glossa Lucæ* 10. 3. *p. q.* 67. *ar.* 2. *ad* 2. & 2. 2. *q.* 178. *a.* 4. aliosq; per infra citandos relatos, qui variis argumentorum generibus toto conatu student probare divinam Parochorum institutionem, quam variis datis Censuris propugnat Academia Parisiensis jam tum ex ejus Cancellario Gersonio, qui tuetur totis viribus Parochorum Institutionem esse divinam: ut *tom.* 1. *p.* 137. & 191. Rationes singulas non immoror in medium adducere, quas facili negotio legere est apud Thomassinum *Veteris, & Novæ Disciplinæ tomo* 1. *p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 26. Gasparem Juvenin *Dogm. Hist. de Sacramentis dissert.* 9. *de Ordinibus in specie quæst.* 3. *cap.* 5. *de variis Presbyteratus gradibus art.* 3. *de Parochis* §. 1. & 2. Gonzalez *ad cap. in Dominicis* 2. *de Parochiis num.* 10. aliosque.

Igitur Parochi sunt successores Septuaginta Discipulorum, & secundum gradum occupant in Ecclesia post Episcopos: Nec immeritò, nam si esset plena repetenda origo Parochiarum, ex ipsa profectò erueretur eorum antiquitas, & veneranda dignitas; de qua origine fusiùs pertractarunt Jo: Filelacus peculiari Opusculo, & Thomassinus, ut infra. Pauca tamen excerpere curavi, ne in re tam uberi jejunus abscedere videar. Clarissimorum Virorum in Ecclesiastica eruditione sententia est, primis Ecclesiæ sæculis paucos illos Presbyteros, qui tunc extitisse leguntur, omnes Parochorum munere junctos esse, seu cum Episcopo suo unum constituisse Senatum, & Consistorium (Vicarios, aut Officiales Generales tunc fuisse, non reperitur): atque officia, functionesque Ecclesiasticas cum Episcopo, ejusque jussu, aut in ipsius absentia in una, eademque Cathedrali Ecclesia, quæ singulis quibusque Civitatibus una erat, ibique unum Altare, peregisse: sublata, quæ nunc extat, divisione Presbyterorum Simplicium, & Curatorum: ut adnotavi supra *tit.* VI. §. V. *nota* 15. ibique adduxi Concilium Chalcedonense *Act.* 4. & *Can.* 29. inhibens Episcopum ob aliquod scelus à suo gradu dejectum, inter Presbyteros admitti: & notat Thomassinus *loc. cit. cap.* 23. *n.* 12. & *cap.* 24. *num.* 9. ex Balsamone confirmat, qui *p.* 382. & 781. asserit Episcopum reum, & exauctoratum non potuisse ministrare in ordine Presbyterorum ob eorum præeminentiam in Ecclesia, & dignitatem, quippe qui proxime Episcopo accederent, essentque participes Mysteriorum conficiendorum, sed dejici in ordinem, & ministerium Diaconorum. Sicuti Luitprandus refert Benedictum V. fuisse ejectum à Summo Pontificatu, & nequaquam Episcopatus, aut Presbyteratus honore decoratum, sed inter Diaconos admissus fuit. Adeoque ministrantibus reliquis, qui in inferioribus ordinibus erant constituti, adstante universo fideli populo, Presbyteri omnes simul cum Episcopo in una Matrici Ecclesia sacra Mysteria faciebant, cumque ipso Episcopo offerebant, concelebrabant, de eademque Mensa participabant. Canones Apostolorum, etsi non Apostolorum sint, extra omnem dubitationis aleam priscæ Ecclesiæ disciplinam demonstrans, Canon IX. hæc habet: *Si quis Episcopus, Presbyter, vel Diaconus, vel ex Sacerdotali Catalogo facta oblatione non communicaverit, causam dicat: & si probabilis fuerit, veniam consequatur, si autem non dicat, segregetur.* Et Magnæ Nicænæ Synodi Canon XVIII. satis aperte ostendit veterem Ecclesiæ Liturgiam. *Pervenit*, inquit, *ad Sanctam Synodum, quod in nonnullis locis, & Civitatibus Diaconi dant Presbyteris Eucharistiam, quod nec Canon, nec Consuetudo tradidit, ut qui* Offerendi *potestatem non habent, his, qui* Offerunt *dent Corpus Christi. Jam verò illud etiam cognitum est, quod jam quidam ex Diaconis etiam ante Episcopos Eucharistiam attingunt. Hæc ergo omnia auferantur, & Diaconi intra suas mensuras permaneant, scientes quod sunt quidem Episcopi Ministri, Presbyteris autem minores. Accipiant verò suo ordine Eucharistiam* post Presbyteros *eis præbente Episcopo, vel Presbytero.* Itaque Episcopus cum Presbyteris Sacrum peragebat, inde facta oblatione Presbyteri omnes communicabant, deinde Diaconi, ceterique qui in Clero essent; adeo ut una tunc fieret sacra Oblatio, de qua omnes participabant. Pauci tunc erant fideles, quos ipsemet Episcopus regere non impar erat. Hinc prædicare, baptizare, offerre, reconciliare, cæteraque Ecclesiastica munia legimus Episcopum per semetipsum non rarò exercuisse; quapropter una in qualibet Urbe sat erat Ecclesia, in pagis vero nulla extitit, ad conservandam, fovendamque caritatem, & ad ostendendam erga Episcopum subjectionem: ut docet Thomassinus *loc. cit. cap.* 21. & 22. Christianus Lupus *tom.* IV. *Dissertat. de S. Leonis IX. Actis cap.* 9. §. *prima quæstio*, repugnante tamen Joanne Cabassutio in sua *Notitia Ecclesiastica Sæculo II. Dissert.* 12. nulla facta temporum, ac Sæculorum distinctione. Ex dictis elucet antiquitùs schisma exprimi per erectionem Altaris contra Altare, ut *Can.* 31. *Apostolorum*, & *Can.* 5. *Antioch.* Hæc Ecclesiæ disciplina, quæ primo altero ve Ecclesiæ sæculo vigebat, licet Thomassinus usque ad IV. extendat, asserens solùm in Urbibus, non autem in pagis ante dictum tempus fuisse Ecclesias, seu Parochias, quamvis non se expediat ab omnibus argumentis, quæ sibi opposuerat, quæque probabilia faretur. Cumque novissimè P. Jo: Dominicus Mansi Congr. Matris Dei Lucæ novam Thomassini editionem curasset, eidem animadversiones quasdam supposuit ad calcem *tomi* 3. ubi ad *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 1. *tomi* 1. contra Thomassinum asserit ante Sæculum IV. adhuc fuisse Parochias in pagis, licet paucas, & probat ex Disputatione Archelai Episcopi Mesopotamiæ contra Manetem impium hæreticum, quam eruditissimus Laurentius Zaccagnus Bibliothecæ Vaticanæ jam Præfectus edidit inter alia vetusta Ecclesiæ monumenta, ejusque accurato calculo ad an. 277. remittit, in qua clare patet postquam Archelaus Episcopus Mesopotamiæ damnasset Manetem, cumque ipse desperaret se proficere posse in ea Urbe, se contulit in *quemdam vicum longe ab Urbe, qui vocabatur Diodori*, qui Diodorus, ut patet ex Actis hujus Disputationis erat *Presbyter loci illius, nomine & ipse Diodorus mitis, & quietus*, qui equidem fuit Presbyter, seu Parochus illius loci non Episcopus, quia Acta Archelaum semper nominant Episcopum, non sic Diodorum, atque inter mutuas Epistolas Archelaus vocat Diodorum filium suum, ex quo apparet Diodori erga Episcopum Archelaum subjectionem. Succrescentibus igitur fidelibus, opus fuit sagaci prudentiæ ductu aliquatenùs priscam disciplinam immutare, & per Urbes, & pagos cœpere Episcopi Ecclesias, quas nunc Parochias vocamus suis Presbyteris dividere, qui plebi sibi creditæ, ea, quæ ad spiritualem eorum profectum conducebant, pari sedulitate, & sanctitate administrarent. Quemadmodum legimus in Veteri Testamento Moysen dum multitudine negotiorum premeretur, nec huic oneri prospiceret esse satis, Septuaginta Viros elegisse, reservata sibi rerum agendarum summa, atque cum eis imperii onus, & potestatem communicasse, quibus uteretur ad Hebræorum Rempublicam regendam, eique essent adjumento. Romæ primus, qui Presbyteris divisit Ecclesias, seu Parochias, quas Titulos vocavit, fuit Evaristus Pontifex: *hic Titulos in Urbe Roma divisit Presbyteris*: Sic Anastasius Bibliothecarius in Vitis PP.. Titulos fuisse Ecclesias, seu Parochias communiter asseritur; & Thomassinus *loc. sup. cit.* asserit, & nunc etiam Parochiæ sunt, quarum Titulis insigniuntur Cardinales, & fusè probatur per Nicolaum Antonellum, qui nuper Romæ edidit hac de re doctam, ac eruditam Dissertationem *De Titulis, quos S. Evaristus Romæ Presbyteris distribuit*. Et in Vita Dionysii Pontificis hæc habentur: *Hic Presbyteris Ecclesias divisit, & Cæmeteria, Parochiasque, & Diœceses constituit*: ubi Hincmarus Remensis per Parochias intellexit rurales Ecclesias *Opusc.* 55. *cap.* 15. *Dionysius Papa rusticanis Parochiis terminos posuit, ac ponendos disposuit*. Quæ acceptio convenit cum antiqua Parochi acceptione: Et si licet conjectare, persecutione furente, qua eversæ Ecclesiæ, enecati, fugatique fuere Presbyteri, opus fuit Dionysio novam Titulorum, ac Parochiarum divisionem, jam ab Evaristo factam instituere, aut ampliare, quas ad certum numerum designavit Marcellus Papa, uti habetur in ejus Vita apud eumdem Scriptorem: *Hic viginti quinque Titulos in Urbe Roma constituit, quasi Diœceses, propter Baptismum, & Pœnitentiam multorum, qui convertebantur ex paganis, & propter sepulturas Martyrum.* Insuper Parochiarum mentio habetur in *Ep.* Innocentii I. *ad Decentium Episcopum Eugubinum*, & alibi. Quem laudabilem morem secuta Ecclesia Alexandrina, quæ Urbis splendore, & fidelium multitudine cum Romana certabat. Huic erant plures Parochiæ, & in singulis Parochiis plures Presbyteri, quorum primus erat Parochus, ut patet ex S. Epiphanio *hæresi* 68. *num.* 4. & 69. *num.* 1. atque in pagis quoque erant constitutæ tempore Sancti Athanasii, ut testatur ipse *Apolog.* 2. apud Thomassinum *loc. cit. cap.* 22. quarum unam administrabat Arius, ut fuse probat, & prosequitur Christianus Lupus *Dissert. posthuma de Melitii, & Arii Personis, moribus, &c.* Essent hic consequenter instituendæ plures quæstiones circa Jura, & Officia priscorum Parochorum, quas possent reduci ad hæc specialia capita. An Baptismum solennem administrarint, atq; Confirmationem; an primis Ecclesiæ Sæcu-

lis

Requisita Parochi.
§. II.

543 Parochi requisita I. probitas. II. ætas xxv. annorum.

PArochus debet esse idoneus. Primo, morum honestate. Secundo, ætate saltem annorum viginti quinque, etiamsi sit Coadjutor. Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 13. & collatio facta ante dictam ætatem, est nulla. Sà, V. *Beneficium num.* 9. in qua ætate tantùm Papa dispensare valet. *cap. cum in cunctis. de electione*, & ætas 25. annorum debet esse saltem incœpta.

544 Etiam tempore concursus.

545 Tamen admittitur ad concursum si sit tonsuratus, dummodo infra annũ Sacerdos fiat.

Ætas viginti quinque annorum requiritur etiam in illo, qui concurrit ad Beneficium curatum, tempore quo concurrit. Nec satis est si deinde accedat talis ætas in collatione Beneficii. Navarrus *de ætate, & qualitate cons.* 2. & potest admitti ad concursum habens talem ætatem, quamvis sola prima tonsura sit insignitus, & non Sacerdos. Dummodò intra annum possit assumere Sacerdotium. *cap. licet Canon de electione in* 6.

546 Quid si sit Laicus, & infra annũ promoveri possit ad Sacerdotium.

Sed si sit Laicus, & possit intra annum promoveri ad Sacerdotium, adhuc posse admitti ad concursum, docet Rodriquez, & Beja *part.* 1. *Summa cap.* 36. *casu* 19. sed hanc sententiam ut improbabilem rejicit, Garzias *de Beneficiis par.* 7. *cap.* 5. *num.* 87.

547 III. doctrina. Quæ probatur concursu.

Tertio debet esse doctus, ut possit suum munus exercere, & ejus doctrina debet probari per concursum. Tridant. *sess.* 24. *de reform. cap.* 18.

548 Approbatus in uno concursu transiens ad aliã Parochiam, iterùm approbari debet.

Et approbatus in uno concursu, debet iterùm concurrere si velit transire ad novam Parochiam. Sac. Congr. apud Barbosam *in Collectan.* 552. *num.* 43. Parisius *lib.* 8. *de resignatione quæst.* 9. *num.* 83.

549 Concursus non requiritur si Parochia sit tenuis, & nemo cõpareat.

Concursus non requiritur, si Parochia sit tenuis valoris, si proposito edicto nemo compareat. Barbosa *de potestate Parochi part.* 1. *cap.* 2. *num.* 16.

550 Nec in Parochia resignata in manu Pontificis.

Secundo, non requiritur in Parochiali resignata in manu Summi Pontificis ad favorem tertii. Tunc enim sufficit si resignatarius sit idoneus, etiam examinatus sine concursu. *Clem. unica. de rerum permutatione.*

551 Nec in Regularibus curam gerẽtibus animarum, nec in Collegiatis sæcularibus.

Tertio, nec fit concursus in Curis administratis à Regularibus, vel à Collegiatis Sæcularibus. Barbosa *par.* 1. *de officio Parochi cap.* 2. *num.* 26.

In Parochiis Juris-Patronatus non requiritur concursus, si Jus-Patronatus sit Laicum. Requiritur, si sit Ecclesiasticum. Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de reform.* Sac. Congreg. apud Garziam *loc. cit.*

552 In Parochiis Juris-patronatus laici non requiritur cõcursus, secùs si sit Ecclesiasticum.

Parochus adepta possessione Parochiæ, tenetur facere professionem fidei. Trid. *sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* sive obtineat Parochiam per renunciationem, resignationem, sive aliter. Sanctus Pius V. in *Constit. Injunctum*, quæ professio potest fieri etiam per Procuratorem cum speciali mandato. Trident. *loc. cit.*

553 Parochus tenetur emittere professionẽ fidei. Intra duos menses à die adeptæ possessionis. Sin autem amittit fructus.

Tempus emittendi professionem fidei incipit currere à die adeptæ possessionis per duos menses.

Et non faciens professionem intra duos menses, amittit fructus ipso jure, qui decurrunt post duos menses, usque dùm faciat fidei professionem. Trid. *loc. cit.* Barbosa *supra cit. cap.* 4. *num.* 15. qui fructus applicantur pauperibus loci, vel fabricæ Ecclesiæ ubi est Parochus. Trid. *loc. cit.*

554 IV. ad residentiam adstringitur etsi reditus sint tenues, & Parochiani pauci, aut Coadjutorẽ habeat.

Quarto, Parochus tenetur residere de Jure Divino. Trid. *sess.* 23. *de reform. cap.* 1. *cap. ad hoc de præbendis. cap. quia nonnulli. de Clericis non residentibus.* Et tenetur residere intra fines Parochiæ, etiam tenuis reditus, etiam trium Coloniarium, vel personarum, etiamsi habeat Coadjutorem cum spe futuræ successionis. Barbosa *de officio Parochi part.* 1. *cap.* 8. *num.* 20. Garzias *part.* 3. *cap.* 2. *num.* 8. & 176. & Sac. Congr. apud ipsum.

555 In Parochiis unitis residet in digniori, aut frequẽtiori.

Et habens duas Parochias unitas, residet in digniori, & si æquè sint dignæ, residet in frequentiori, & si æquè sint principales, aut in pari dignitate, residet alternativè. Castrus Palaus *tom.* 2. *tractatu* 13. *disp.* 5. *puncto* 2. Barbosa *de potestate, & officio Parochi part.* 1. *cap.* 8. *num.* 9. imo nequit habitare in Suburbiis parum à Civitate distantibus extra fines Parochiæ. S. Congr. apud Pignatellum *tom.* 1. *consul.* 399.

De residentia Parochi.
§. III.

556 Potest per duos menses abesse a Parochia.

PArochus licitè etiam causa recreationis sine damno ovium potest non residere per duos menses. Trident. *sess.* 23. *de reform. cap.* 1. & excedere duos menses per tres dies est parvitas materiæ. Pasqualigius *variarum decis.* 493. Leander *tom.* 8. *tract.* 7. *disp.* 5. *quæst.* 11. non tamen debet extendi ad quindecim dies, ut illam extendit Videlus in *Arca morali tract. de residentia*, quem rectè impugnat Squillante *de obligatione Episcoporum part.* 1. *cap.* 2. *num.* 5. Diana *part.* 10. *tract.* 14. *resol.* 67. & duos menses intelligi valent continuos, vel interruptos.

557 Sed debet licentiam in scriptis obtinere.

Se absentans à Parochia debet obtinere licentiam in scriptis ab Episcopo si velit abesse supra duos menses. Trid. *cap.* 1. *sess.* 23. *de refor.* ibi. *in scriptis*, sed per duos menses talis licentia non requiritur. Barbosa *de officio Parochi sup. cit. num.* 54. dans quindecim Doctores. Licet etiam infra bimestre licentiam in scriptis exigat Leander *tom.* 8. *tract.* 7. *disp.* 7. *quæst.* 3. Sanchez 6. *Decal. cap.* 16. *num.* 26. licet Episcopus possit illam quoq; oretenùs concedere. Tu vero licentiam obtineas in scriptis. Licet oretenùs obtẽta; sufficiat saltem ad hoc, ut non amittat fructus pro foro conscientiæ. Tridentinum namque requirens scripturam, non habet clausulam irritantem licentiæ oretenus obtentæ: & pœnæ, vel onera sunt restringenda. *cap. odia. de regulis juris in* 6.

Per quod tempus facit fructus suos.

Absens per duos menses sine licentia Episcopi facit fructus suos, quia pœna privationis fructuum afficit absentes supra bimestre. Trident. *loc. cit.* ibi: *ultra bimestre*, contra Leandrum *loc. cit. quæst.* 20. ultra autem bimestre non potest abesse sine gravi causa cognita ab Episcopo, & non residens amittit omnes fructus pro rata absentiæ, & potest compelli censuris ad residendum, appellatione remota, & deveniri usque ad privationem Beneficii. Trid. *loc. cit.*

558 Ultra bimestre requiritur gravis causa cognita, aliter amittit fructus.

Sem-

iis Sacrificium obtulerint in suis Titulis: an potiùs Eucharistiam, quam per Acholythos accipiebant ab Episcopo missam, & fermentum vocabatur, fidelibus tantùm distribuerint, & quid per fermenti nomen veniret, Eucharistiam ne, an Eulogias, & quare: An Ordines minores aliquando contulerint

& excommunicandi potestate fuerint suffulti, aliaque id generis, quæ omnia longiorem sermonem requirerent, & suis locis infra occurrit iterùm sermo, ibi remittenda censui, de quibus si nunc lubet inquirere, legatis cit. Thomassium, & Jovenin.

VRBE Lib. I.

559 **Sēper tamen substitutum debet relinquere idoneum.**

Semper tamen sive ultra, sive infra bimestre debet relinquere substitutum. Trident. *loc. cit.* ibi: *Vicarium idoneum*, qui est ab Episcopo approbandus. Sed si absentia esset brevis, puta per Hebdomadam; tunc posset relinquere idoneum sine approbatione Ordinarii. Nam id nullibi prohibitum. Teste Barbosa *de officio Parochi part.1. cap.8. num.2.*

560 **Non residēs cōpelli valet privatione fructuum, censuris, & privatione beneficii.**

Si Parochus nolit residere potest compelli ab Episcopo. Primo privatione fructuum. Secundo censuris. Tertio etiam privatione Parochiæ. Trident. *sess.23. de reform. cap.1.* Barbosa *loc. cit. num.73.*

561 **Citatur personaliter, aut per Edictum.**

Est tamen citandus personaliter, & si ignoretur ubi existat, per edictum citandus est. Trid. *loc. cit. cap. Clericos. cap. ex parte. de Clericis non residentibus.*

562 **Omnes præcedit, etiam in Ecclesiis Regulariū. Et beneficiatos.**

Parochus præcedit omnes, etiam in Ecclesiis Regularium. Constitutione Clementis VIII. incipiens: *Decet Romanum Pontificem.* Et præcedit omnes Beneficiatos ad instar Episcopi in sua Parochia. *Can. Bonæ 15. quæst.2:* & multo magis in associandis funeribus. Gratian. *For. cap.*298. exceptis Canonicis Cathedralibus, Capitulariter incedentibus.

563 **Officiū ejus est docere.**

Officium Parochi est docere Doctrinam Christianam. Sanchez a. *Decalogi cap.3. num.15.* & debet prædicare agenda, & credenda. Trid. *sess.24. cap.4. de reform.* & *sess.5. cap.2. de refor.*

564 **Ecclesia Parochialis probatur institutione, aut actuali cura cū Fonte baptismali.**

Ecclesiam esse Parochialem probatur ex institutione, vel ex actuali cura cum fonte baptismali, non tamen ex sola retentione Eucharistiæ. Genuensis in *praxi cap.* 110. nec ex sepultura. *cap. cum liberum. de sepulturis:* nec ex jure decimandi, aut ex campanis, de jure tantum Parochis debitis. Valenzuola *tom.1. cons.*26. Ita ut in Monasterio non possint pulsari Campanæ sine privilegio, *cap. patentibus. de privilegiis.* (7)

565 **Ad erigendam Parochiā requiritur consensus Episcopi.**

In erigendis Parochiis requiritur Episcopi auctoritas, qui etiam invitis Parochis potest novam Parochiam erigere pro subveniendis Parochianis distantibus; tunc enim irrationabiliter Parochi essent inviti, nisi velint ibi manutenere Coadjutorem. *cap. ad audientiam. de Ecclesiis ædificandis.*

566 **Salarium est centum aureorum deductis expensis.**

Salarium Parochi est centum aureorum de Camera, deductis omnibus expensis pro reparatione Ecclesiæ, pro fructibus colligendis, & Clerico. Trid. *sess.24. cap.13. de reform. Rota p.1. diversorum decis.* 486.

567 **Quomodo cognoscatur Parochianos cujus Parochiæ sit.**

Si quæras sub cujus Parochia sit Parochianus, dicas in illa Parochia, intra cujus districtum habet domus portam frequentiorem. *l. quod conclave, D. de damno infecto*; & si habeat duos aditus æquè frequentatos, tunc consideratur pars nobilior domus. *l. cum in diversis, D. de Religiosis, & sumptibus funerum*, & semper est attendendus aditus pro hominibus, non pro jumentis. *l. item apud Labeonem, §. domum, D. de injuriis.*

De Electione.

TITULUS XV.

568 **Pastores per Electionem fiunt.**

Pontifices, & Episcopi per electionem creantur. Hinc postquam de ipsis actum est, de electione agamus.

569 **Est duplex Activa, & Passiva.**

Præterita hic feminarum electione, v. g. in Abbatissas, & Canonissas, de quibus est textus Tridentini *sess. 25. de Regularibus cap. 6. & 7.* Loquamur hic de electione masculorum: quæ est duplex; una activa, altera passiva. Activa spectat ad personas, quæ eligunt. Passiva spectat ad personas, quæ eliguntur. *Tit. Decretalium. de electione.*

570 **Definitur Electio. Differt à Postulatione.**

Electio definitur, *quod sit vocatio alicujus personæ idoneæ ad aliquam Prælaturam, aut Beneficium, vel ad fraternam societatem.* Vocatio est genus. Dicitur *personæ idoneæ*; ad differentiam postulationis, qua vocatur persona non idonea; nam postulatio fundatur in gratia concedentis. *Tit. Decretalium de postulatione Prælatorum.* Dicitur *ad Prælaturam*, & comprehendit quamlibet prælaturam.

571 **Comprehendit omnem Prælaturam, & Beneficiū etiam non curatum.**

Dicitur *ad Beneficium*, & concludit omne beneficium curatum, & non curatum, requirens, & non requirens residentiam, sive sit Canonicatus, sive non. Dicitur *ad fraternam societatem*, ad includendam electionem Canonici, quæ de jure spectat ad cæteros Canonicos, qui Prælati non sunt, sed socii.

572 **Differentia inter Electionē, Collationem, & Præsentationem.**

Est differentia inter Electionem, Collationem, & Præsentationem. Electio est ad dignitates. Collatio est quando Beneficium confertur. Præsentatio est, quæ fit à patrono in Jure-patronatus. Illi dicuntur habere Jus-patronatus, & jus eligendi, qui sunt in quasi possessione eligendi. *cap. in Genesi. de electione*, ut infra latiùs suo loco.

Electio duplex est una activa, altera passiva, ut supra diximus. Ideò

De Electione Activa.

§. I.

573 **Snnt citandi Electores omnes personaliter.**

Omnes electores, idest habentes jus eligendi debent citari ut ad electionem veniant; ratio est, quia quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet. *l. fin. D. de auctoritate tutor.* & sunt citandi omnes, & singuli electores personaliter si sint in ioco certo, & noti. *cap.8. de electione. cap. cum olim*, ubi *Gl. de dolo, & contumac.*

574 **Ignoti, & inscii ubi sint, citantur per Edictum.**

Quod si essent ignoti, & ignoretur locus, tunc adhibenda est citatio per edictum in Ecclesia, vel in loco consueto. Petrus de Gregorio *de electione cap.14.*

Excipe Cardinales in Electione Papæ.

Mortuo vero Summo Pontifice, Cardinales non citantur, sed expectantur per decem dies, & deinde illi, qui Romæ sunt præsentes eligunt Summum Pontificem. *c. ubi periculum. de electione in 6.*

575 **Irrita est Electio uno omisso Electore, nisi ipse ratum habeat eam.**

Quod si una persona Electoris omittatur, irrita est electio. *cap. bonæ memoriæ 23. de electione.*

---

(7) Et ratio esse posset ex ipsa Monasteriorum institutione, in quibus Monachi non Sacramenta ministrabant, non Verbum Dei tradebant aliis; Sed sibi ipsis sanctè viventes, laudes Deo in Psalmis, & Canticis persolventes, & sacræ Lectioni vacantes. Consulendus Gonzalez ad *cit. cap. Patentibus.* Cui addi potest alia ratio, quia Antiquos Monachos, plerumque Laicos constat extitisse, ut Christian. Lupus pluribus in locis, & Claudius Fleury *de Moribus Christianorum.* Sarnelli *Ep.12. tom.5.* aliiq; probant, & publicam Missam non celebrabant, neque Ecclesiam omnibus patentem habebant. Unde campanæ sonitus meritò vetitus erat, qoi præcipoè ad congregandos fideles in Sacris Conventibus videtur institutus. Et sic versus:

Laudo Deum summum, plebem voco, congrego Clerum;
Defunctos ploro, nimbum fugo, festaque honoro.

ne. Quod si absens non citatus, postea ad electionem veniat, tunc confirmatur electio, si non citatus ratum habeat, quod factum est. *cap. quia. de electione*. Quæ ratihabitio est impropria; quia non approbatur quod nomine ratihabentis factum est, sed approbatur factum alienum. *cap. ratum. de Regulis juris in 6.*

576 Fit à majori parte.

Nota tamen quod electio tunc confirmatur quando electio est à majori parte electorum: puta à duabus partibus. Si verò eligatur à minori parte, tunc est prorsus nulla, nec confirmatur per ratihabitionem; quia nihil confirmari non potest. *cap. auditis. de electione. cap. illud. de Jure-patronatus.*

577 Abses valet uni de Capitulo suum votum committere.

Et absens potest uni de Capitulo committere suum votum. *cap. quia propter, §. illud. de electione*. Mantica *decis.* 368. & 288. Et procuratorium debet esse clausum, & sigillo munitum; debetque continere expressè impedimentum legitimum, quod juramento probatur, quod procura-

578 Procuratoris conditiones

torium debet manifestari secretò in Capitulo. Abbas *in d. cap. quia propter*. Quod notandum est propter electionem Vicarii Capitularis. Trident. *sess. 24. de reform. cap.* 16. Hoc tamen locum

Hoc non fit in Electione S. Pontificis.

non habet in electionem summi Pontificis: ubi absentes nec per procuratorem eligunt. *cap. ubi periculum. de electione in 6.*

Ecclesia dicitur viduata quando caret Pastore.

579 Ecclesia viduatur morte Pastoris. Si sit inhabilis. Si sit captus ab hostibus.

cap. bonæ memoriæ 23. *de elect.* quæ Ecclesia ex multiplici capite desolationis, & viduationis detrimentum pati potest. Primo defuncto Prælato. *cap. 2. §. sed neque. de translatione Episcopi*. Secundo si inhabilem Episcopum habeat. *dicto §. sed neque*. Tertio si Pastor sit captus ab hostibus: prout eodem modo mulier ex hoc triplici capite habet privilegia viduarum, habet-

580 Quæ dicitur similiter vidua, & ejus privilegia.

que electionem fori. *l. unica. Cod. quando Imperator inter pupillos. Can. Vidua dist.* 34. Vidua enim rectè dicitur, quæ inhabilem habet maritum, atque inutilem. *Glos. in l. fin. Cod. ad legem Flaviam. de Plagiariis*. Franchus *dec.* 100. *nu.* 18. & dicitur etiam vidua si habeat maritum absentem. Amendola *ad Franchum dicta decis.* 110. Istis Ecclesiis sic viduatis debet provideri de alio Prælato.

Ut tamen repetamus alia utiliora circa procuratorem. Ad notandum est; quod posito pro-

581 Procurator non potest duos eligere unum suo, alterum nomine mandantis. Nisi habuerit speciale mandatum de eligenda certa persona.

curatore ad eligendum, de jure communi talis procurator non potest duos eligere, unum nomine proprio, alterum nomine mandantis. *cap. si quos, §. porrò. de electione in* 6. ratio est, quia eadem ratione, & eadem conscientia, qua tenetur eligere nomine suo, tenetur etiam nomine alieno. Quod intelligas, nisi de certa persona eligenda Dominus ei dederit speciale mandatum: ut loquitur textus in *dicto §. porrò.*

582 Si de Collegio nullus vellet procuratorium suscipere, per litteras absens exprimit suum votum.

Ex eodem textu in *cap.* 46. *§. fin. de electione in* 6. nullus de Collegio invitus cogitur velle procuratorium absentis; atque adeo absens tunc per literas exprimit votum suum, quod non est aperiendum ante scrutinium; sed in ipso scrutinio secretè, & sigillatim tantummodò exprimendum: ut loquitur textus ibi, & in *cap. quia propter. de electione in* 6. Ubi etiam conti-

583 Capitulo invito non potest procurator dari extra Capitulum.

netur non admitti procuratorem extra Capitulum, invito Capitulo.

Requisita ad istum Procuratorem.
§. II.

584 Absens juste impeditus Procuratorem mittit, nisi aliter præsentes consenserint.

TRia requiruntur. Primo, ut absens sit juxtè impeditus, nisi præsentes etiam injustum impedimentum velint admittere. *cap. scriptum est* 40. V. *& si partes consenserint. de electione.*

585 Impedimentum absentiæ juramento probatur. Quod debet durare tempore Electionis.

Impedimentum probatur per juramentum Domini, vel per ejus procuratorem: licet partes possint tale juramentum remittere. Argumento textus in *cap. ad Apostolicam. de regularibus. l. penult. Cod. de pactis. l. si quis in conscribendo, Cod. de Episcopis, & Clericis*. Debet tamen tale impedimentum durare tempore electionis. *cap. quia propter, §. illud.* ubi Innocentius *de electione.*

586 Ut quis procuratorem constituat debet abesse a loco ubi fit Electio.

Secundo, debet abesse à loco ubi fit electio. *cap. si quis justo* 46. *§. absens quoque. de electione in* 6. Quod non habet locum in aliis negotiis, in quibus potest quis procuratorem constituere, licet per se possit intervenire. Abbas in *dicto cap. quia propter, §. illud*. Ratio disparitatis est, quia in electione requiritur industria personæ. *cap. is cui. de officio delegati in* 6. *l. inter artifices. D. de solutionibus.*

587 Procurator eligendus est de Capitulo.

Tertio, debet procurator esse unus de Capitulo, quod est commune omnibus aliis actibus per Collegium, vel Universitatem factis, aut faciendis. Nam non tenentur admittere extraneum procuratorem. *cap. quia propter. de electione*. Non enim secreta Collegii, aut Capituli exteris committenda sunt. *l. Mercatores, C. de Mercatoribus.*

588 Plures procuratores, non eligunt sed est melior côditio occupantis, in pari voto accipitur 1. vocatus in procuratorio.

Quod si plures dentur procuratores in solidum, omnes non eligunt; sed est melior conditio occupantis, & si semel occupet tota communitas procuratorum; tunc Capitulum eligit unum ex illis. Et si omnes Canonici sint in pari voto: tunc accipitur primo nominatus in procuratorio. *cap. si quis justo, §. verùm si ambo. de electione in* 6. *cap. mandatum. de præbendis. Can. si rector in fine dist.* 43. & in *l. cum pater, §. penult. de legatis* 2. Si verò duo sint instrumenta, & prioritas non appareat, se invicem impediunt. *Gl. in dicto cap. si quis, §. verùm, V. nominatus.* textus in *l. quoties, D. de usufructu.*

589 In aliis rebus præter Electionem admittuntur duo Procuratores.

Cur autem in aliis admittantur duo procuratores, itaut non possit unus sine alio procedere. *cap. si duo, §. sanè de procuratoribus*: & in electione non sic. Ratio disparitatis peti potest, quia electio non est differenda, & consequenter sunt tollendæ causæ dilationis, qualis esset si duo procuratores discordarent. *cap. cum ex defectu* 12. *de electione. dicto cap. si quis justo* 46. *§. verùm. de electione*. Si enim admitteretur uterque procurator; tunc vota possent dirigi in diversas personas, & sic electio differretur. *dicto cap. si quis, §. verùm.*

Requisita ad electionem Summi Pontificis. (1)
§. III.

590 Electio S. Pontificis est divina.

IN Pontificis electione, quæ est opus Divini digiti. *cap. licet. de electione*: hoc modo proceditur. Primo factis funeralibus, & dicta Mis-

591 Quæ præcedunt Electionem S. Pontificis.

sa ab omnibus Ecclesiis pro defuncto Pontifice, populus Christianus orat pro electione Pontificis

(1) De Romani Pontificis Electione, & ejus multiplici forma vide *Dissertationem* 2. ad Concilium Lugdunense I. eruditissimi Joannis Cabassutii *in Notitia Ecclesiastica sæculi XIII.*

592 Cœtus Cardinalium non habet Jurisdictionem Papalem.

cis per collectam in Missis, & Litaniis, prout Episcopo visum fuerit. *cap. ubi periculum, §. quia verò. de electione in 6. Clem. ne Romani, §. finali de electione*: ubi postquam dictum est inferiorem non posse tollere Superioris legem, subditur, Sede vacante cœtum Cardinalium non habere jurisdictionem Papalem; sed tantùm posse facere quod ei permittitur per Concilium Lugdunense, licet possit subrogare Pœnitentiarios Papæ, si aliquis sit mortuus. Et deinde in *§. cæterùm* ejusdem textus asseritur non posse opponi contra Cardinales exceptio excommunicationis, aut cujuscumque alterius censuræ sit, & hoc ad evitandas dissentiones; nam ubi periculum majus est, ibi proculdubio est perfectius consulendum: ut loquitur textus in *dicto cap. ubi periculum. de electione in 6.* (2)

593 Potest tamē subrogare Pœnitentiarios Papæ.

594 Cardinales quacunque censura innodati admittuntur ad Electionem Papæ.

595 Post decem dies Cardinales Romæ existentes intrant Cōclave.

Cardinales Romæ existentes admittuntur expectatis aliis tantùm per decem dies. *dicto cap. ubi periculum. de electione in 6.* Et deinde omnes conveniunt in Conclavi assignatis singulis, singularibus servientibus, & in necessitate duobus, & eliguntur à Collegio Cardinalium, & nemo servientium est ex familia Cardinalium: Omnesque vivunt in communi, & clauduntur undequaque omnia, ut nemo alius intrare, vel exire possit. Neque possunt ampliùs mitti Epistolæ, nec possunt collocutiones fieri: exceptis illis, quibus committitur ex voluntate omnium Cardinalium inibi existentium pro negotio instanti. Et qui literas mittit, aut Nuncium, est excommunicatus ipso facto. *d. cap. ubi periculum, §. hoc sacro, V. qui verò contra fecerit.*

596 Servientes Cardinalibus eliguntur à Collegio.

597 Nequeunt mitti Epistolæ nec colloqui cū Cardinalibus ibi existētibus sub pœna excōmonicationis. Nisi cōmuni voto Cardinaliū.

Relinquitur in Conclavi una fenestra, per quam Cardinalibus ad victum necessaria trajiciantur. Quod si intra tres dies *(quod absit)* sunt verba textus, non erit Ecclesiæ Pastor, per quinque dies unum ferculum Cardinalibus datur, & elapsis dictis diebus, usque ad electionem conceditur panis, & vinum tantùm. Hæc ibi textus.

598 Una fenestra remanet, per quā ad victū necessaria trajiciuntur.

599 Post tres dies non secuta Electione per v. dies unum ferculum apponitur. His elapsis panis tantùm, & vinum datur.

Qui ex Conclavi exit absque infirmitate, ampliùs non intrat. Si ex infirmitate, durante infirmitate proceditur adhuc ad electionem eo irrequisito. Si tamen acquisita salute redire voluerit, vel etiam absentes supervenerint, re integra possunt admitti.

600 Ex infirmitate exiens re integra potest intrare, secus si absque infirmitate.

His accedat Bulla Pii IV. sub *tit. de Electione*, qui in Conclavi vult ingredi Cardinales Sacristas, & Clericos coadjutores, & duo debent esse Magistri Cœremoniarum, unus Religiosus electus ut Confessarius per suffragia secreta saltem à majori parte Cardinalium, & alter debet esse Secretarius Collegii. Duo debent esse Medici, unus Chirurgus, unus Aromatarius cum uno, vel duobus servientibus; decem servientes communitati, qui omnes eliguntur à Collegio Cardinalium per suffragia secreta, & nemo istorum debet esse de Curia Cardinalium, & eis mercedes solvuntur ex re communi. Vide aliam Bullam Gregorii XV. septimo Kalendas Septembris 1621. *de electione Summi Pontificis.*

601 Variæ personæ permissæ Conclave ingredi.

Duo sunt specialia in electione Papæ. Primum circa scrutatores; nam tres accipiunt omnia vota singulorum Cardinalium. Et illa ponunt super tabulam. Deinde tres alii Cardinales accipiunt vota trium prædictorum Cardinalium, qui fuerunt à principio electi in scrutatores: & ex istis tribus Cardinalibus, unus est Presbyter, alius Diaconus, Episcopus alius. Abbas in *cap. licet num. 8. de electione.*

602 Singularia in Electione.

Secundum speciale est, ut absentes non citentur, & ut absens non committat suum votum uni de Collegio. Similiter Papa eligitur à duobus partibus Cardinalium, computata etiam voce electi. *dicto cap. licet. de electione.* Quæ electio Papæ non indiget confirmatione, nec contra electores opponi potest exceptio alicujus censuræ, ut ex dictis.

603 Absentes nō citantur, & non cōmittunt aliis votum.

Et statim ac electus est Papa ante Benedictionem, potest facere gratias. Imo illas concedit tempore quo à Cardinalibus adoratur in Conclavi.

604 Statim ac Papa est Electus, potest gratias facere.

Aliquandò in electionem Summi Pontificis admittebantur Imperatores. Aliquandò cum Clero populus. Aliquandò à solo Cardinalium Collegio eligendus erat. Aliquandò eligi poterat quicunque: ut de Cœlestino V. constat. Aliquandò constitutum fuit, ut non esset legitimus Pontifex, qui ad minimum à duabus partibus Cardinalium non erat electus: ut sanxit Alexander III. in Laterensi Concilio, & refertur in *c. licet. de electione.* (3) Ex dictis constare poterit Cardinales humana institutione hanc potestatem habere, ac proinde posse ab eis tolli à Summo Pontifice, licet credendum sit nunquam id Summum Pontificem facturum, nisi fortè in melius commutando pro singulari providentia Ecclesiæ tibi à Christo creditæ. Videas Urbani VIII. Bullam datam *V. Kalendas Februarii* 1625. ubi in paritate voti nemo electus est. Et si quis sibi dedit suffragium, electio est irrita ipso jure, nec censetur electus, nisi publicatis omnibus suffragiis cum ipso electo: Scrutinium debet fieri bis in die manè, scilicet, & serò. Vide Bullam Gregorii XV. *Æterni Patris.* (4)

605 Variæ antiquæ S. Pontificis Electiones.

606 Cardinales humana institutione habent S. Pontificem eligere.

607 In paritate voti nemo est electus, sicut irrita est si sibi aliquis dedit vocem. Scrutinium bis in die fit.

Quot

(2) Et *Clem. Ne Romani, §. Cæterum*, ibi: *Decernimus ut nullus Cardinalis cujuslibet excommunicationis, suspensionis, aut interdicti prætextu à dicta valeat Electione repelli.*

(1) De varia Summi Pontificis Electione vide *Scholion* Christ. Lupi *ad Can. 1. Concilii Romani Nicolai II.*

(4) Ut jam vides erudite Lector circa Romani Pontificis electionem, multa ac varia constituta sunt per plures Summos Pontifices, & Concilia, & ex parte notat Auctor. Verùm attendenda est novissima Constitut. Gregorii XV. incipit *Æterni Patris*, qui edidit aliam Constitut. 4. Idus Martii 1622. incipit *Decet Romanum*, in qua inseruit Cæremoniale observandum in Electione Pontificis; quam confirmavit Urbanus VIII. 28. Januarii 1625. *Ad Romani Pontificis.* Ut autem ob oculos ponerem, quæ scitu digna sunt circa Romani Pontificis Electionem, ideo per extensum passus sum inserere dictum Cæremoniale, cujus lectio non injucunda equidem erit.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita Anno Dom. 1622.

DEcet Romanum Pontificem, quæ ad Ecclesiæ Catholicæ felix regimen, salubriter à se statuuntur, ut quàm facillimè observentur, Pastorali sollicitudine providere, & ea, per quę à se decreta debitum sortiuntur effectum, stabilire. Si quidem postquam novam Constitutionem de Romani Pontificis electione, ob causas in ea expressas, divina aspirante gratia edidimus; ne ejus usus, & observantia, veteri Rituali Ecclesiæ Romanæ ferè inutili ob eandem Constitutionem reddito, proprii Cæremonialis directione destitueretur; novum, prout sequitur, confici mandavimus. Quòd cum post nonnullorum S.R.E. Cardinalium, quibus negotium commisimus, diligens, ut res postulabat, adhibitum examen confectum fuerit, & à Nobis approbatum; ut illud cum omnibus, & singulis in eo contentis, inviolabiliter obser-

observetur, ex nostri Pastoralis Officii debito providendum, censuimus. Tenor autem illius est, qui sequitur.

CÆREMONIALE.

Exequiæ quãdo, quandiu, & quomodo celebrandæ.

Romano Pontifice vita functo, Cardinales præstito in prima Congregatione juramento de observanda Constitutione Gregorii Papæ XV. de reformatione Conclavis, una cum aliis Constitutionibus, quæ legi, & jurari in ea hactenus consueverunt; exequias pro ejus Anima, juxta ritum hucusque observatum, per novem continuos dies facere debent, nisi forte in illis novem diebus aliquod Festum ex præcipuis, & magnis incideret, propter cujus observantiam exequias intermittere debere Cardinalibus videretur: hoc enim casu in numero quidem novem dierum exequiarum intermissarum dies computantur: verum impensa, quæ in omnibus exequiis facienda esset, in pauperes Christi, juxta Pii IV. Constitutionem, distribuenda est.

Impensæ limitatæ ad Duc. 10000.

Qua etiam Constitutione, ut exequiarum impensis quæ jam in immensum excreverant, modus, & finis aliquis esset, cautum est, ne impensæ illorum novem dierum decem ducatorum millium summam, computatis omnibus, præter regalia Populo Romano præstari solita, excederent: & ut earum impensarum distributio juste fieret, tribus ex antiquioribus Cardinalibus, uni scilicet ex quolibet Ordine, ac S.R.E. Camerario, commissa fuit.

Prævia Electioni.

Exequiis defuncti Pontificis completis, & interim Conclavi opportuno præparato Cardinales in Basilica S. Petri, vel alibi pro temporis, & loci opportunitate conveniunt, ubi per Decanum Sacri Collegii, vel eo impedito, per alium ex antiquioribus Cardinalibus, Missa de Spiritu Sancto celebratur: & in fine per aliquem Prælatum, aut alium virum doctum habetur oratio, in qua monentur, ut sepositis omnibus privatis affectibus, solùm Deum præ oculis habentibus, Sanctæ Romanæ, & universali Ecclesiæ de Pastore sufficienti, & idoneo providere, omni, qua possunt, brevitate, & diligentia curent ad Apostolicarum Constitutionum, & Sacrorum Conciliorum præscriptum.

Processio ad ingressum Conclavis.

Re divina peracta, Clericus cæremoniarum capit Crucem Papalem, & procedit quem Cardinales subsequuntur, Episcopi primùm, deinde Presbyteri, postremò Diaconi cum suis cappis violaceis: Crucem præcedunt Familiares Cardinalium, & immediatè Cantores Hymnum, *Veni Creator Spiritus* cantantes: post Cardinales sequuntur Prælati. Atque ita processionaliter procedentes, Conclave ingrediuntur, & quum ad Capellam pervenerint, Cardinalium Decanus apud Altare dicit Orationem, *Deus, qui corda fidelium*: qua finita leguntur, & jurantur per Cardinales Constitutiones de Romani Pontificis electione, & una cum eis Constitutio novissima Gregorii XV. Deinde Cardinales post sermonem habitum per Decanum, quo eos convenientibus verbis ad Electionis negotium ritè, & rectè peragendum hortatur, ad cellas sorte inter eos, juxta Constitut. Pii IV. distributas divertunt, & post prandium omnes rursus simul congregantur; Officiales Conclavis, & alii præstant Sacro Collegio juramenta consueta.

Conclave quãdo, & quomodo claudendum.

Cardinales autem ingressi Conclave, non exeant, vespere reversuri, sed in ipso omnino permaneant: ipsumque Conclave post ter jussu Cardinalis Decani personatam campanulam, videlicet prima vice circa primam horam noctis, secunda circa secundam, & tertia circa tertiam exclusis omnibus, qui in Conclavi remanere non debent; intùs, & extrà claudatur, & claves S. R. E. Camerario, ac Magistro cæremoniarum, & Prælatis Custodibus Conclavis, juxta solitum assignentur.

Clausura à quibus, et quomodo explorãda.

Deinde accensis fanalibus tres Cardinales capita Ordinum, & Camerarius, unà cum Magistro cæremoniarum, latebras, & angulos omnes Conclavis diligenter perquirunt, ne quis ex iis, qui esse in Conclavi prohibentur, intùs remanserit.

In Conclavi qui possint esse.

In Conclavi autem esse possunt Familiares Cardinalium, & alii Officiales, & Ministri Conclavis, qui in Constitutione Pii IV. recensentur, quibus adduntur duo alii, unus famulus pro Magistris cæremoniarum, & alius pro Secretario Sacri Collegii; hac tamen conditione adjecta, ut famulus Magistrorum cæremoniarum, actu um eis illis inserviat, & per sex menses ante, fuerit eius continuus commensalis: quæ conditio in famulo Secretarii similiter exigitur. Omnium autem istorum Conclavistarum post prandium diei sequentis fit recognitio, ne quis inter illos fortè esset ex iis, qui in Conclavi esse non possunt: quæ recognitio ut certiùs fiat, jubentur Conclavistæ omnes intrare Capellam, & postea sigillatim recensentur.

Quid servandum circa colloquia, epistolas, & cibos.

Clauso Conclavi, servari debent omnia, quæ de colloquiis, litteris, & cibis, & quæ de non ingredientibus Cardinalibus, aut iisdem, aut eorum familiaribus postquam ingressi sunt, exeuntibus, in Constitutione Pii IV. sancita sunt.

Quid circa vestes.

Quod verò attinet ad vestes, non solùm, quum ad Electionem Cardinales procedunt, croceis uti debent, sed juxta vetus Cæremoniale, quum aliquid collegialiter agendum est.

Capitula prævia quando fieri possint.

Porrò capitula, quæ ante Electionem fieri solent à singulis Cardinalibus subscribenda, etiam ad favorem Conclavistarum, fieri poterunt, vel ante ingressum Conclavis, vel post ingressum: dummodò per ea non retardetur, aut differatur ingressus, vel Electio.

Electores quo Ordine debeãt esse insigniti.

Quoniam autem, juxta Constitutionem Pii IV. Cardinales, qui saltem in ordine Diaconatus constituti non sunt, ad Electionem Romani Pontificis non admittuntur; inspiciendum erit, antequam ad Electionis negotium procedatur, an aliqui ex Cardinalibus præsentibus Ordine prædicto careant: nam si careant, à suffragio ferendo excludendi erunt, nisi privilegio Pontificio muniti sint.

Clausura oris quid importet.

De Cardinali autem, cui ante mortem Pontificis os fuit clausum, aliquando dubitatum est; verùm à Pio V. fuit hæc dubitatio sopita per ejus decretum editum 26. Januarii, 1571. quo declaravit, hujusmodi oris clausuram cæremoniam quandam esse de ea causa introductam, ut Cardinales antequam in Consistoriis, & Congregationibus suffragium ferant, de modestia, quæ ab ipsis in his, & aliis actibus adhiberi debet, quodammodo admoneantur: non autem pertinere ad præcipuam Cardinalium facultatem, quæ circa Summi Pontificis Electionem versatur. Quæ declaratio Pii V. semper hucusque observata fuit.

Modus procedendi nullitates Electionis ab Executoribus Constit. Gregorianæ. Quid si Conclave apertum reperiatur?

Quoniam autem ex Gregoriana Constitutione, ad actum Electionis, sub pœna nullitatis, devenire non possunt Patres, nisi clauso Conclavi; tres Cardinales, & Camerarius ejusdem Constitutionis executores deputati providebunt, ut statim post clausum conclave diligens per aliquos fiat inquisitio super ipsa clausura: eaque in effectu reperta, curabunt, ut de ea publicum fiat documentum per Magistrum Cæremoniarum rogandum. Et post hujusmodi documentum etiam si Conclave in totum, vel in parte de facto apertum fuisse, reperiatur; semper tamen clausum, & pro clauso censeri, & haberi debet ad effectum validitatis Electionis: donec de consensu duarum partium Cardinalium præsentium per secreta suffragia apertum esse, declaretur. Hæc tamen declaratio Electioni, quæ ante ipsam facta fuerit, nullatenus præjudicare debet; neque ob ipsam declarationem præcedens Electio impugnari potest.

Quid faciendũ mane immediate post clausuram? Quot sint hodie formæ validæ ad eligendum Papam.

Mane sequenti post clausum præcedenti nocte Conclave, post solitum campanulæ sonum, conveniunt Cardinales in eo præsentes, qui infirmitate non sunt impediti, ad Capellam Paulinam: & ibi celebrata consueta Missa, & facta Cardinalium communione; statim ad negotium Electionis procedere debent: quod quidem hodie ex Gregoriana Constitutione uno tantùm ex tribus modis, sive formis peragendum est: alioquin Electio nullitatis vitio subjacet.

Electio per Inspirationem.

Forma I. Per Inspirationẽ.

Primus modus est, qui *quasi per Inspirationem* vocatur: quando scilicet omnes Cardinales, quasi afflati Spiritu Sancto, aliquem unanimiter, & viva voce Summum Pontificem proclamant. Circa quem modum, ex Constitutione Gregoriana, infrascripta notari possunt.

Primò, hæc forma Electionis practicari potest solùm in Conclavi, & eo clauso. *Secundò*, debet fieri Electio, secundùm hanc formam, ab omnibus, & singulis Cardinalibus in Conclavi præsentibus. *Tertiò*, communiter, & nemine eorum dissentiente. *Quartò*, nullo præcedente de persona tractatu, & per verbum (*eligo*) intelligibili voce prolatum, aut scripto expressum, si voce non possit proferri.

Exemplum Electionis per Inspirationẽ.

Exemplum autem hujus potest esse hujusmodi. Si aliquis Patrum, clauso Conclavi, nullo, ut præfertur, præcedenti speciali tractatu, diceret: *Reverendissimi Domini: perspecta singulari virtute, & probitate Reverendissimi Domini N. judicarem, illum eligendum esse in Summum Pontificem, & ex nunc ego ipsum eligo in Papam*. Deinde hoc audito, si cæteri Patres, nemine excepto, sequentes primi sententiam, eodem verbo (*eligo*) intelligibili voce prolato, aut si non potest, in

in scriptis expresso, eundem N. de quo nullus specialis tractatus præcessit, communiter eligerent; ipse N. esset canonicè electus, & verus Papa, secundum hanc Electionis formam, quæ dicitur *per Inspirationem*.

Electio per Compromissum.

Forma II. Per Compromissum.

Secundus modus est per Compromissum: quando scilicet Cardinales ad Electionem per hanc formam, seu viam procedere volentes, committerent aliquibus ex Patribus eligendi potestatem, ut vice omnium Ecclesiæ Catholicæ provideant de Pastore.

Praxis formandi Compromissum.

Cujus formæ praxis potest esse hujusmodi. *Primò*, omnes & singuli Cardinales in Conclavi præsentes, nemine eorum dissentiente, in aliquos ex Patribus Compromissum faciunt, exempli gratia in hanc formam. *In nomine Domini. Amen. Anno ab ejusdem, &c. Mense, &c. Die, &c. Nos Episcopi, Presbyteri, & Diaconi S.R.E. Cardinales omnes, & singuli in Conclavi existentes, videlicet* N. N. (& sigillatim omnes nominentur Cardinales) *elegimus, & eligimus, per viam procedere Compromissi; & unanimiter, & concorditer nemine discrepante elegimus Compromissarios* N. N. & N. *Cardinales, &c. quibus damus plenariam facultatem, & potestatem providendi S. R. E. de Pastore, sub hac forma, videlicet.* Hic optimum erit, ut Cardinales compromittentes exprimant modum, & formam, secundùm quam Electus debet censeri verus, & legitimus Papa; utputà, si electi sint tres Compromissarii; declarandum est, an ad hoc, ut Electio sit valida, priùs proponere debent Sacro Collegio personam, vel personas ab ipsis nominandas ad Pontificatum, an verò absolutè debeant Electionem peragere: an omnes tres debeant convenire in unam personam; an verò sufficiat, quod duo in unam concordent: & an debeant nominare aliquem de Collegio, vel etiam aliquem extra Collegium: & alia his similia. His autem, vel aliis similibus expressis, addi Compromisso solet tempus, ad quod usque volunt Cardinales, potestatem Compromissarios habere eligendi, & posteà subjunguntur hæc verba: *Et promittimus, Nos illum pro Romano Pontifice habituros, quem DD. Compromissarii, secundùm formam prædictam, duxerint eligendum*: vel alia ad formam Compromissariis præscriptam accommodata.

Conditiones appositu dignæ in Compromisso.

Remedium, ut oblationes promissionesque, reverentiæ, vel humanitatis ergo verbis expressæ, pro electivis accipiantur.

Secundò, completo hujusmodi mandato, Compromissarii ad partem in aliquo loco separato se conferunt, & de Electione facienda tractant: & solet inter eos præmitti protestatio, *quòd per quamcumque prolationem verborum suum dare consensum non intelligunt, nisi in scriptis illum expressè ponant.* Et hæc protestatio videtur necessaria inter Compromissarios, ut verbis humanis, & reverentialibus inter se sine præjudicio uti possint.

Tertiò, facta per Compromissarios Electione, secundùm formam ejus præscriptam, & servatis iis quæ Gregorius XV, in sua Constitutione jussit; Electus per hujusmodi viam Compromissi est canonicus, & verus Papa.

Electio per Scrutinium.

Forma III. Per Scrutinium.

Scrutinium duplex: simplex sine Accessu & mixtū cum Accessu.

Tertius modus, seu forma Electionis Romani Pontificis est, quæ vocatur *per Scrutinium*, vel *per Scrutinium, & Accessum*; Cujus formæ ritus, secundùm Gregorianam Constitutionem, quæ vult, non solùm Scrutinium fieri secretum, sed etiam Accessum; continet tres actiones, alteram, quæ *Antescrutinium*: alteram, quæ *Scrutinium*: & tertiam, quæ *Postscrutinium* appellari potest.

Forma Antescrutinii.

Ante scrutinii actus sunt quinque, videlicet præparatio schedularum Scrutinii, & Accessus: extractio Scrutatorum, & Deputatorum pro votis Infirmorum, per sortem: scriptio schedularum Scrutinii earum: complicatio & obsignatio.

Actus I.

Schedulæ ubi locandæ.

Schedularum præparatio ad Magistros cæremoniarum pertinet; qui eas impressas, ubi fieri poterit, alioquin unius manu scriptas, secundùm formam inferiùs describendam, accipient, tam pro Scrutinio, quàm pro Accessu: & ponant in duobus discis, vulgò *Bacili* nuncupatis: quos in mensa ante Altare collocabunt, ut inde possint Cardinales, quum opus fuerit, schedulas sumere.

Forma Schedularum Scrutinii. Longitudo, Latitudo.

Forma autem schedulæ Scrutinii, quoad ejus figuram attinet, erit altera parte longior, hoc est plùs longa, quàm lata: longitudo ejus erit ferè Palmi: latitudo autem dimidii palmi. Quò verò ad contenta in ea; in anteriori ejus parte, quam brevitatis gratia *facies* nominari potest, tria continere debent.

Quid continere debeat facies.

Primò, In superiori parte, secundùm ejus latitudinem, duo hæc verba: *Ego . . . . . Card.* cum tanta ab invicem distantia, ut inter ipsa nomen proprium Cardinalis eligentis scribi possit: & paulò inferiùs duos circulos parvos, ad loca sigillorum indicanda.

Quid faciat pars superior.

Quid media.

Secundò, in medio continere debet hæc verba: *Eligo in Summum Pontificem, Reverendiss. Dom. meum, D. Cardinalem . . . . . .*

Quid inferior.

Tertiò, in parte inferiori alios duos parvos circulos ad loca sigillorum similiter demonstranda.

Forma Schedularum Accessus.

Forma verò schedulæ Accessus, eadem prorsus est quæ Scrutinii: nisi, quòd in medio ejus, loco verborum: *Eligo in Summum Pontificem, Reverendiss. Dom. meum, D. Card.* . . . . . ponuntur hæc verba (*Accedo Reverendiss. D. meo, D. Cardinali* . . . .) Verùm faciliùs quæ dicta sunt percipientur ex infrascriptis figuris, & exemplis.

Quid tergum.

In exteriori autem parte Schedularum, tam Scrutinii, quàm Accessus, quæ *tergum* nominari potest; duo sunt imprimendi Limbi ex illis, quos ad ornatum Librorum Impressores adhibent, & vulgari vocabulo *fregi*, nuncupant, quorum primum circa sui medium continet hoc verbum *Nomen*, impressum secundùm longitudinem limbi; alterum verò continet hoc verbum *Signa*, similiter impressum, ut præcedens. Hi autem limbi excogitati sunt ad obscurandum diaphanum paginarum, ne scilicet ad lumen nomina, & signa Eligentium conspici possint: ubi verò Impressoris copia non fuerit, limborum defectus lineis suppleri poterit. Sed hæc fient clariora per infrapositam figuram tergi schedularum Scrutinii, & Accessus.

Actus II. Extractio Scrutatorum, & Infirmariorum.

Secundus actus Antescrutinii est extractio Scrutatorum, & Deputatorum pro votis Infirmorum, quæ extractio, antequam ad Scrutinium procedatur, sorte facienda est, hoc modo. In uno sacculo, aut vase publicè ponantur tot schedulæ, vel si magis placet sphærulæ ligneæ palàm numeratæ, quot sunt Cardinales præsentes in Conclavi, cum eorum nominibus. Deinde per ultimum Diaconum extrahuntur primò Scrutatores tres: & posteà tres Deputati pro votis Infirmorum, qui brevitatis gratia *Infirmarii* appellari possunt, de quorum omnium officio inferiùs suo loco scribetur. Quòd si in extractione Scrutatorum, & Infirmariorum, ac etiam Recognitorum, de quibus suo loco dicetur, extracti fuerint, qui ob infirmitatem, aliudve impedimentum muneribus prædictis satisfacere non possint; alii non impediti loco illorum extrahantur. Peracta verò extractione, schedulæ, seu sphærulæ eorum, qui extracti fuerunt, in sacculum, seu in vas iterum conjiciantur.

Actus III. Schedularum scriptio.

Tertius actus Antescrutinii est schedularum Scrutinii scriptio: quæ fiet hoc modo. Adsit una, vel plures parvas mensas, quæ erunt cum atramento, & calamis parato in loco Capellæ apto, ut qui scribunt conspici possint, quid verò scribatur non possit; accedent Cardinales per ordinem, incipiendo à Decano: & ibi sedentes in scabellis paratis, schedulam quisque suam acceptam priùs ex disco, scribet, hoc modo. Primò in prima parte in spatio inter verba *Ego Card.* scribit proprium nomen; deinde in secunda parte nomen illius quem elegit, charactere tamen, quantum fieri potest, alterato, ut manus scribentis cognosci non possit. Et caveat, ne plures in schedula scribat; quia suffragium, juxta Gregorianam Constitutionem, esset nullum. In tertia verò parte signa, hoc est numerum aliquem, & dictum aliquod Scripturæ, seu verbum, aut aliquid hujusmodi; ut in exemplo pro faciliori intelligentia oculis subjecto, videre est.

Quid scribendum in prima parte schedulæ.

Quid in secunda.

Quid in tertia.

Actus IV. Schedularum complicatio.

Quartus actus Antescrutinii est schedularum complicatio; quæ ut expeditiùs peragi à Card. valeat, poterit à Cæremoniarum Magistris, quum eas præparant, fieri in hunc modum. Binæ fiant plicaturæ ex utraque parte cujusque schedulæ, ità ut nomen Eligentis, & signa, quum fuerint scripta, maneant tecta ex utraque parte à limbis. Deinde quod reliquum est, ità complicetur, ut schedula ferè ad latitudinem pollicis redigatur, prout ex complicata schedula, quæ hîc exempli gratia ponitur conspici potest.

Cæterùm Magistri Cæremoniarum schedulas, non complicatas ut suprà, sed explicatas, & cum cera rubra in parvis circulis, ponent in discis. Et Cardinales, postquam eas, ut suprà, scripserint, eò usque solùm plicabunt, quò nomen, & signa Eligentis tegantur; reliquas autem plicaturas tunc facient, quum schedulas, ut infrà dicetur, obsignaverint.

Actus V. Schedularum obsignatio.

Quintus, & postremus actus Antescrutinii est schedularum obsignatio: quæ ab unoquoque Cardinali facienda erit in tergo schedularum cum sigillo ad hoc parato, in loco parvorum circulorum, ubi cera fuerit posita. Porrò sigillum non debet esse solitum Cardinalis, sed aliud, & secretè habitum, & ità sum-

ſimplex, ut facilè notari poſſit: velut ſi in ſigillo ſculpantur, aut tres numeri, aut tres literæ, vel literæ, & numeri; vel una tantùm imago. Et hæc de Anteſcrutinio ſufficiant. Cæterùm quod attinet ad Cardinales infirmos, aut aliter impeditos, inferiùs ſuo loco dicetur.

Forma Scrutinii.

Sequitur ſecunda actio, quæ nomine Scrutinii appellata fuit. Octo ſunt hujus actionis actus, videlicet: Delatio ſchedulæ: Juramenti præſtatio: Poſitio ſchedulæ in calicem: ſchedularum mixtio: earum numeratio. Scrutinii publicatio: ſchedularum in filum inſertio: earumque depoſitio ſeorſum.

Actus I. Delatio ſchedulæ.

Delatio ſchedulæ, & duo ſequentes actus, qui meliùs ſimul deſcribuntur ob eorum connexitatem, hoc modo fient. Quilibet Cardinalis propriam ſchedulam, poſtquam illam ſcripſerit, obſignaverit, & complicaverit, duobus primis digitis ſumet, ac elevata manu palàm deferet ad Altare, penès quod ſtant Scrutatores, in quo eſt calix magnus ad recipiendas ſchedulas paratus, & patena coopertus, ibique genuflectens aliquantulùm orabit; deinde ſurgens, alta, & intelligibili voce, jurabit in hanc formam, quæ in tabella ſuper Altari poſita deſcripta habetur: *Teſtor Chriſtum Dominum, qui me judicaturus eſt, me eligere, quem ſecundùm Deum judico, eligi debere: & quòd idem in Acceſſu præſtabo.*

Actus II. Præſtatio Juramenti.

Actus III. Poſitio ſchedulæ in calicem.

Poſt hæc ſchedulam in patenam ponet, & per patenam mittet in calicem: quò facto, inclinabit ſe ad Altare, & ad ſuum locum revertetur. Et hæc ſervanda erunt, ſi Cardinalis ad Altare pergere poſſit: nam ſi ob infirmam valetudinem non poſſit, & præſens in Capella ſit; ultimus Scrutator diſcum cum ſchedulis ad eum deferet, ex quo Cardinalis infirmus, unam accipiens, eam in loco ſuo ſecretè, ut ſupra dictum eſt, conficiet; deinde prævio juramento prædicto, ſchedulam obſignatam, & complicatam eidem Scrutatori tradet, qui eam palàm deferet ad Altare, & ſine oratione, & juramento, in patenam ponet, & per eam in calicem mittet. Quæ omnia obſervanda erunt per ultimum Scrutatorem erga eos Cardinales, qui in Capella præſentes ob valetudinem ad Altare pergere non poterunt.

Hi actus quomodo faciendi ab Infirmis præſentibus.

Quomodo ab infirmis decumbentibus, ſeu aliàs in cellis infirmitate detentis.

Si verò aliqui Cardinales infirmi ſint in ſuis cellis, tres Cardinales Infirmarii, ut ſuprà extracti, ad eos accedent cum capſula, altitudine unius palmi, in cujus ſuperiori parte ſit rima, ſeu foramen ejus magnitudinis, ut per illud ſchedula complicata poſſit per ſuam latitudinem intus capſulam tranſmitti: quam capſulam antequam Scrutatores Infirmarii tradant, palàm aperient, ut cæteri Cardinales poſſint eam inanem & vacuam conſpicere: deinde claudent, & clavem ponent ſuper Altare: deinde Infirmarii cum capſula clauſa, & cum parvo diſco tot ſchedulas continente, quot ſunt infirmi Cardinales ad unumquenque eorum accedent. Et infirmi acceptas ex diſco ſchedulas ſecretè ſcribent, obſignabunt, & complicabunt, & prævio jam dicto juramento, in capſulam per rimam mittent.

Quomodo ab his, ſi ſcribere nequiverint.

Quòd ſi Infirmi ſcribere non poſſint, alii eorum arbitrio deligendi, præſtito de ſecreto ſervando in manibus Infirmariorum juramento, prædicta facient. Atque hi advertere debent, quòd non ſolùm juramenti vinculo tenentur ſervare ſecretum, ſeu etiam in excommunicationem latæ ſententiæ, ſi contrafecerint, incurrent. His peractis, Infirmarii ad Capellam revertentur cum capſula; quam Scrutatores aperient, & ſchedulas in ea contentas palàm numerabunt: & tot repertas, quot ſunt Infirmi, ponent ſingillatim in patenam, & per patenam ſimul omnes in calice.

Proviſio ad brevitatem.

Ne autem nimis in longum protrahatur Scrutinii actio, Infirmarii poterunt proprias ſchedulas poſt Decanum conficere, & in calicem ponere: deinde, dum cæteri Cardinales Scrutinium agunt, ad Infirmos pergere ad accipienda eorum ſuffragia, eo modo, quo proximè ante dictum eſt.

Actus IV. Mixtio ſchedularum.

Quartus actus Scrutinii eſt ſchedularum mixtio: quæ fiet per primum Scrutatorem, calice, in quo ipſæ ſchedulæ poſitæ fuerunt, patena cooperto, pluries agitato.

Actus V. Numeratio ſchedularum.

Quid, ſi ſchedulæ plures, vel pauciores, quàm Cardinales Conclaviſtæ.

Quintus actus eſt numeratio ſchedularum: quæ palàm fiet per ultimum Scrutatorem, capiendo ſingillatim unamquanque ſchedulam ex calice, eaſque ponendo in alium, qui ad hoc paratus ſit, calicem vacuum. Quòd ſi numerus ſchedularum non reſpondeat numero Cardinalium, omnes comburendæ ſunt, & iterum, ideſt ſecunda vice, ad ſuffragia ſtatim eſt deveniendum: ſi verò numerus ſchedularum numero Cardinalium reſpondeat, proſequendi ſunt alii actus Scrutinii.

Actus VI. Publicatio Scrutinii.

Sextus actus eſt publicatio Scrutinii: quæ per Scrutatores, qui ſedent ad menſam ante Altare poſitam fiet hoc modo. Primus Scrutator accipiet unam ſchedulam, eamque intactis ſigillis explicabit; & viſo in ea ſchedula Electi nomine, eam tradet ſecundo Scrutatori: qui pariter eodem Electi nomine perſpecto, eandem tradet tertio: qui illam alta, & intelligibili voce perleget, ut omnes Cardinales præſentes notare poſſint ſuffragium in folio impreſſo, quod penès ſe habebunt cum nominibus omnium Cardinalium: notabit autem juxta nomen Cardinalis ex ſchedula recitati. Idem faciendum erit de cæteris ſchedulis in calice poſitis, uſque ad ultimam. Quòd ſi in Scrutinii publicatione inveniant Scrutatores duas ſchedulas ità complicatas, ut ab uno tantùm datas fuiſſe appareat; ſi quidem unus, & idem in utraque electus fuerit, ſchedulæ prædictæ habebuntur, & notabuntur pro uno ſuffragio: ſi verò diverſi fuerint nominati, neutrum ſuffragium validum erit, prout in Bulla Gregoriana ſtatuitur de illa ſchedula, in qua plures nominati ſunt. Scrutinium tamen neutro caſu vitiatur. Cæterùm ſuffragia prædicta, finita Scrutinii publicatione, poterunt à Patribus juxta nomina Cardinalium, qui ea obtinuerunt in unam ſummam redigi; vel in ſeparato folio notari hoc modo: *Reverendiſſimus D. Cardinalis A. habet ſuffragia 20. & Reverendiſſimus Cardinalis B. habet ſuffragia 15.* & ſic de aliis: quod fit, ne Cardinales, quum opus eſt, cogantur ſemper numerare ſuffragia, quæ juxta nomina Cardinalium notarunt.

Suffragiorum numerus quomodo fieri poſſit præſentaneus.

Actus VII. Schedularum in filum inſertio.

Septimus actus Scrutinii eſt ſchedularum in filum inſertio: quæ ut ſchedulæ ipſæ cautiùs conſervari poſſint, excogitata fuit. Hæc autem inſertio fiet per ultimum Scrutatorem, inſerendo ſchedulam unamquanque, poſtquam eam perlegerit, acu cum filo ad hunc effectum parato in loco ubi eſt verbum *Eligo*.

Actus VIII. Schedularum depoſitio.

Octavus, & poſtremus Scrutinii actus eſt depoſitio ſchedularum ſeorſum: quæ ſimiliter fiet per ultimum Scrutatorem: qui finita inſertione omnium ſchedularum in filum, capita fili nodo junget, & ſchedulas omnes ità colligatas in alium calicem vacuum, vel in menſa ſeorſum ponet.

Forma Poſtſcrutinii.

Sequitur tertia, & poſtrema actio, quæ *Poſtſcrutinium* appellata fuit: cujus actus, ſi ſecuta ſit Electio per Scrutinium, tres tantùm ſunt, videlicet Numeratio ſchedularum: Recognitio ſuffragiorum: & ſchedularum combuſtio: de quibus inferiùs ſuis locis dicetur. Si verò per Scrutinium non ſit ſecuta Electio, actus ſunt ſeptem, videlicet Acceſſus: ſigillorum, & ſignorum aperitio: eorum annotatio: Suffragiorum examen: Suffragiorum Scrutinii, vel Scrutinii, & Acceſſus numeratio: eorum recognitio, & ſchedularum combuſtio.

Actus I. Acceſſus.

Primus itaque actus eſt Acceſſus, qui immediatè poſt Scrutinium, hoc eſt poſt depoſitas ſeorſum Scrutinii ſchedulas fiet, niſi fortè in Scrutinio fuerit creatus Papa: tunc enim nullius fieri debet Acceſſus. In quo quidem Acceſſu eadem omnia ſervanda ſunt à Cardinalibus, quæ dicta ſunt, ſervari debere in Scrutinio peragendo, tam in ſchedularum ſcriptione, obſignatione, complicatione, delatione, & poſitione in calicem, quàm in earum numeratione, publicatione, notatione ſuffragiorum, & inſertione in filum, ac depoſitione ſeorſum; exceptis tamen infraſcriptis. *Primò*, quòd Cardinales ſchedulas pro Acceſſu ſumere debent ex diſco ſchedularum Acceſſus. *Secundò*, in ſchedularum Acceſſus ſcriptione, ſi Cardinalis nemini velit accedere, debet in media ſchedulæ parte, loco nominis Cardinalis, qui ſcribendus eſſet, ſi ad eum fieret Acceſſus, ſcribere, *Nemini*; ſchedula autem Acceſſus ſcribi, & obſignari debet cum eiſdem ſigillis, & ſignis ſchedulæ Scrutinii ſub pœna nullitatis ſuffragii ipſius Acceſſus. *Tertiò*, quòd non poteſt Acceſſus fieri ad eum Cardinalem, qui in Scrutinio ſaltem unum ſuffragium non obtinuerit, neque ad eum, qui ab ipſomet Cardinali ſuis in Scrutinio nominatus. *Quartò*, quamvis in Acceſſu non liceat plures nominare, ſicut non licet in Scrutinio plures eligere, ſub pœna nullitatis ſuffragii, tam in Acceſſu, quàm in Scrutinio; nihilominus licebit accedere ex pluribus nulliter à ſe nominatis in Scrutinio; dummodò ei ab alio aliquod ſuffragium, non tamen nulliter, ut præfertur, in ipſo Scrutinio datum fuerit. *Quintò*, quod in Acceſſu non præſtatur juramentum, de quo ſupra, quia in Scrutinio fuit jam præſtitum per illa verba: *Et quòd idem in Acceſſu præſtabo.* *Sextò*, denique Infirmarii deferre debent ad infirmos ſchedulas Acceſſus, & ſimul etiam unum folium impreſſum, in quo ſit notatus ſuffragiorum numerus palàm recognitus, quæ quiſque Card. in

Scrutinio nominatus obtinuerit.

Secundus, tertius, & quartus actus Postscrutinii sunt sigillorum, & signorum apertio, eorum annotatio, suffragiorum examen: qui tunc solum locum habere possunt, quando secuta est Electio per Scrutinium, & Accessum: fieri autem debent hoc modo.

Actus II. Sigillorum, & signorum apertio. *Actus III. Eorundem annotatio.*

Primus Scrutator schedulas Accessuum, quos obtinuit Electus in ea parte solum, quæ signa continet, aperiet; & inspectis diligenter earum sigillis, & signis apertas, ac in filo (ut erant) insertas tradet secundo Scrutatori, & secundus, eadem inspectione facta, porriget tertio: qui alta, & intelligibili voce sigilla, & signa prædictarum schedularum enunciabit, & annotabit in latere sinistro folii impressi ad hunc effectum parati, sub verbis (sigilla, & signa Accessuum): quam etiam annotationem facient cæteri Cardinales, si voluerint, in simili folio impresso.

Actus IV. Examen suffragiorum.

Deinde primus Scrutator, reliquis Scrutatoribus inspicientibus, pro Accessuum prædictorum examine capiet schedulas Scrutinii, & incipiens ab uno capite fili, in quo insertæ sunt, sigillum primæ ejus schedolæ quæret in sigillis Accessuum notatis, ut supra, in folio impressi. Et si illud in eo non invenerit, omissa prima Scrutinii schedula, capiet secundam, ejusque sigillum similiter quæret: quòd si etiam non invenerit, capiet tertiam: & deinde sequentes sigillatim, donec sigillum alicujus earum inveniat; eoque invento, Scrutinii schedulam in ea parte, ubi signa sunt, aperiet: & si non invenerit, signa hujus schedulæ concordare cum signis Accessus, schadulam illam omittet, & aliam capiet, sicut paulò ante de schedulis non concordantibus in sigillo dictum est. Si verò invenerit, signa concordare, ostendet illa secundo, & tertio Scrutatoribus qui unà cum ipsis, post diligens examen super identitate sigillorum, & signorem ambarum schedularum, Scrutinii scilicet, & Accessus, inspiciet an idem, vel diversi in otraque schedula sint nominati: & si idem nominatus sit, suffragium Accessus nullum censebitur: si verò diversi nominati sint, suffragium Accessus pro valido habebitur: & hoc casu tertius Scrutator sigillum, & signa schedulæ Scrutinii, ac etiam nomen Electi, qui in ea continetur, alta, & intelligibili voce enunciabit, & annotabit in latere dextero prædicti folii impressi sub verbis *Sigilla, & signa Scrutinii respondentia Accessibus*. Notabit autem ea ex adverso Accessus concordantis in sigillo, & signis: quam annotationem cæteri quoque Cardinales, si voluerint, in simili folio impresso facient.

Sed hujusmodi actus, qui explicatione difficiliores sunt, quàm operatione, exemplo meliùs percipientur.

Exemplum folii impressi, in quo Accessus, & Scrutinii sigilla, ac signa concordantia annotantur.

Reliqua exempla vide hic ex adverso.

Sigilla, & signa Accessuum.	*Sigilla, & signa Scrutinii Accessibus respondentia.*	*Cardinales nominati in Scrutinio.*
ACD 43. Deus,		
BRF 32. Bonitas.		Card. S. Euseb.
RGI 50. Beatitudo.	BRF. 32. Bonitas:	Card. S. Sixti
NSP. 26. Gloria.	RGI. 50. Beatitudo.	

Monitio ad Scrutatores.

Quòd si fortassè in ista inquisitione contingat, duas, vel plures schedulas scrutinii reperiri cum eisdem sigillis, & signis alicujus schedulæ Accessus; tunc si in earum aliqua electus nominatus fuerit, in alia verò alius; primus Scrutator, reliquis Scrutatoribus similiter inspicientibus Scrutinii schedulas hojusmodi, & schedulam Accessus; in ea etiam parte, in qua est nomen Eligentis, & Accedentis aperiret, ut constare possit, secundùm Gregorianam Constitutionem, de validitate, vel invaliditate Accessus: si verè in aliqua hujusmodi schedularum Scrutinii concordantium cum Accessu, non sit nominatus Electus, debens ea schedulæ omitti, & ad subsequens procedendum erit.

Actus V. Numeratio suffragiorum.

Quintus actus Postscrutinii est Numeratio suffragiorum, vel Scrutinii solius, vel Scrutinii, & Accessus, quæ fiet per Scrutatores semper, sive fit Electio, sive non: & si quidem secuta non fit Electio, ut sciatur, quòd in eo Scrutinio, vel Scrutinio, & Accessu non habetur Papa: si verò secuta sit, ut constet de canonica Pontificis Electione. Fiet autem hæc Numeratio suffragiorum hoc modo. Scrutatores in unam summam redigent suffragia, quæ quilibet nominatus in Pontificem obtinuit, sive in Scrutinio solo, sive in Scrutinio, & Accessu simul: & si invenerint, nullum ex nominatis duas tertias partes suffragiorum pervenisse, non habetur Papa in illo Scrutinio, sive Scrutinio, & Accessu. Si verò invenerint, aliquem ex nominatis duas tantùm partes suffragiorum invenisse, aperirent Electi schedulam etiam in parte, in qua est nomen Eligentis; & si quidem ex ea apparuerit, Electum alii suffragatum fuisse, Electio ejus erit canonica: si verò constiterit, sibi suffragium dedisse, ejus Electio, ex dispositione Gregorianæ Constitutionis, nulla erit ob defectum unius suffragii: si denique plures invenerint, duas tertias partes suffragiorum obtinuisse, vel etiam ultra duas tertias, tunc in suffragiorum paritate nullus erit Electus: in imparitate verò ille est canonicus Papa, qui superat alium, etiam in uno suffragio.

Actus VI. Recognitio, & Recognitorum extractio.

Sextus actus Postscrutinii est Recognitio, quæ per Recognitores, sive secuta sit Electio, sive non, fiet; inspiciendo tam schedulas Scrutinii, & Accessus, quàm suffragiorum annotationes factas per Scrutatores, ut per hujusmodi recognitionem constare possit, an Scrutatores syncerè, & fideliter muneri suo satisfecerint. Recognitores autem extrahentur sorte, ut Scrutatores, & Infirmarii; statim quidem post Scrutinium, si secuta sit in eo Electio: si verò non sit secuta, post Scrutinium, & Accessum, quum scilicet Scrutatores suum impleverint munus per numerationem suffragiorum. Et hæc extractio fiet, sive secuta sit Electio in Scrutinio, & Accessu, sive non.

Actus VII. Combustio schedularum.

Septimus, & postremus actus Postscrutinii est combustio omnium schedularum: quæ semper, & palàm per Scrutatores fiet, ac statim post recognitionem, sive Electio sit secreta, sive non. Et hæc omnia, quæ de Scrutinii ritibus sunt exposita, servanda erunt diligenter à Cardinalibus in omnibus Scrutiniis, sive fiant manè post Missam, sive vespere post Hymnum *Veni Creator Spiritus*. Atque hi sunt Ritus ex præscripto Constitutionis Gregorii Papæ XV. in Electione Romani Pontificis observandi.

Approbatio insertis Cæremonialis.

Motu itaque proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnia, & singula in prædicto Cæremoniali ordinata, & quomodolibet contenta, tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus: illisque omnibus, & singulis perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Jussio, illud omnia observandi, & in nihilo immutandi. *De non aliter judicando, aut interpretando.*

Eaque à Ven. Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, omniumque, & singulis aliis ad quod spectat, & spectare quomodolibet poterit in futurum, omninò observari præcipimus, & mandamus; ac Cæremoniale hujusmodi, in totum, vel in parte mutari, vel ei aliquid addi prohibemus.

Decernentes sic, & non aliter per quoscunque, ac eosdem S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere.

Derogatio contrariorum.

Non obstantibus omnibus illis, quæ in primodicta Constitutione volumus, non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque.

Sanctio pœnalis.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, adjectionis, præcepti, mandati, prohibitionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1621. quarto idus Martii, Pontificatus nostri anno secundo. *12. Mart. 1621*

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi 1622. Indictione quinta, die verò 2. mensis Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. Nostri D. Gregorii, Divina Providentia Papæ XV. Anno ejus secundo, Introscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis ibidem earumdem litterarum Originalibus appensis per aliquod temporis spatium, & eisdem amotis, deinde dimissis earumdem litterarum copiis affixis, ut moris est, per nos Augustinum Bracherium, & Brandimartem Latinum Sanctiss. D. N. Papæ Cursores.

Octavius Spada Mag. Cursorum.

Facies Schedulæ Scrutinii.

O O

Ego *Franciscus* Cardin. *Barberinus*

O *tergum sigilli A* *tergum sigilli B* O

Eligo in Summum Pontificem
Emin. D. meum, D. Card. Franciscum Pignatellum

O *tergum sigilli C* *tergum sigilli D* O

33. *Lustra sex qui jam peregit*

O O

Verba Ego Cardin.
Eligo in Summum Pontificem } *scribuntur præparativè à Cæremonistis.*
Nomen, & Cognomen Eligentis, atque Electi, unà cum Signis notantur à singulis Eminentissimis Electoribus ad proprium cujusque liberum beneplacitum.
Reliqua verba notantur hic in rubricas.

Adnotatio pro Accessu.

Similis est Schedula Accessus, cum hac differentia, quòd pro Verbis Eligo in Summum Pontificem *præparatur à Cæremonistis hoc,* Accedo, *& à singulis DD. Electoribus scribitur Nomen, & Cognomen illius, cui accedunt, & si nulli velint accedere, scribitur hoc,* Nemini: *sic*

Accedo Eminentiss. D. meo, D. Cardin. Innico Caracciolo, *vel* Nemini.

Tergum Schedulæ Scrutinii.

O *facies sigilli B*	*facies sigilli A* O
Nomen	
Signa	
O *facies sigilli D*	*facies sigilli C* O

Quot

Quot modis celebretur Electio?

§. IV.

608 Tribus modis electio fit.

TRibus modis electio celebrari potest. Primo inspiratione. Secundo scrutinio. Tertio compromisso. De singulis aliqua tradamus.

De Electione per Inspirationem.

609 Per Inspirationem.

ELectio fit per inspirationem Spiritus Sancti, si nimirum omnes & singuli Cardinales in Conclavi præsentes in aliquam personam, de qua nullus præcesserit specialis tractatus per verbum *Eligo* intelligibili voce prolatum, aut scriptum, si voce fieri non possit, nemine penitùs dissentiente in unum conspirant. *cap. quia propter, V. ab omnibus. de electione*. Et hæc electio legi humanæ non subditur, cum pendeat à Spiritu Sancto. *cap. 1. & cap. licet. de regularibus*.

610 Per quasi Inspirationẽ.

Electio quasi per inspirationem, est quando aliqun ordine servato, statim unus post alium eligunt, & omnes confluunt in electionem unius, & omnes eligunt eandem personam, absque ulla controversia. *cit. cap. quia propter, §. 1. ubi: quasi per inspirationem*. Tuschus *practicarum quæstionum concl. 74. litera E.*

611 Electio pecunia vitiata, est nulla.

Si verò omnes pecunia corrupti unum eligunt. Non est electio, cum sit nulla. *Can. Si ergo 8. quæst. 1. cap. Ossius 2. de electione. l. Decurionum, Cod. de pænis*. Imò semper ac laici interveniunt, non censetur facta per inspirationem. *cap. Sacrosancta 51. cap. Messana. de electione*, ibi *edicto perpetuo prohibemus, ne per Laicos cum Canonicis Pontificis electio præsumatur.*

Parochiani tamen sunt audiendi ad hoc, ut approbentur mores illius, qui electus est ad curam animarum; nam eorum interest.

De Electione per Scrutinium.

§. VI.

612 Per scrutiniũ, & quid sit.

SCrutinium apud Canonistas est inquisitio dicta à verbo *Scrutor*, quod est inquirere. *cap. quia propter. de electione. cap. in electionibus 2. V. Scrutiniis. eodem in 6.*

613 Varia scrutinii genera.

Relictis scrutiniis, qui ad suscipiendos ordines fiunt. Trid. *sess. 23. cap. 4. cap. unico. de scrutinio*, & fit inquirendo de legitimo Matrimonio, de Patrimonio, de Scientia, de Vita, & honestate, &c. Trid. *suprà*. Similiter relicto scrutinio illius, qui examinatus ad Parochias. Trid. *sess. 24. cap. 18.* Itaut irrita sit collatio Parochialis Ecclesiæ sine concursu, & devolvitur ad Sedem Apostolicam, Pius V. in Bulla, quæ incipit: *In conferendis*. Concursus fit coram Episcopo, Vicario, & Examinatoribus solum tribus Diœcesanis. itaut si vota sint paria tunc electus dicitur ille, cui accedit Vicarius, vel Episcopus. Nam Vicarius, & Episcopus votum decisivum in hoc non habent, sed tantùm declarant idoneitatem electi, cujus declaratio non ad Examinatores, sed ad Episcopum spectat. Et à reprobatione Examinatorum non datur appellatio; licet detur à mala electione Episcopi, vel Vicarii: quæ appellatio est devolutiva, non suspensiva; hoc est non suspendit quin electus ingrediatur possessionem, & electin exequatur; sed tantùm lis devolvitur ad Superiorem. Vide Trid. *sess. 24. cap. 18.* ubi S. Congregatio. Nota hic obiter posse eligi in Parochum, qui in Sacris non est, dummodo intra annum possit ad sacra promoveri.

614 Concursus requisita.

His ergo sententiis relictis deveniamus ad electionem per scrutinium, quæ electio per scrutinium est per suffragia secreta, seu per vota in unum collecta, & eligitur, qui habet plura vota; prout in Bulla Gregorii XV. & Urbani VIII. supra, & in *cap. cum terra, & cap. cum inter, & cit. cap. quia propter. de electione*. Similiter in hac electione per scrutinium requiritur, ut scrutatores advocentur, non se ingerant, ne electio reddatur suspecta, *l. quæ omnia. D. de procuratoribus*. Et scrutatores tantùm sunt tres; secùs electio erit nulla, qui debent jurare quod eligent magis idoneum, & utilem Ecclesiæ. Trid. *sess. 24. cap. 1. & 12.*

615 Scrutinium fit per suffragia secreta.

De Electione per Compromissum.

§. VII.

616 Quid sit Cõpromissum.

COmpromissum est conventin partium, qui alteri committunt controversiam decidendam. *Tit. DD. de receptis arbitris*. Compromittere est causam alteri decidendam committere. *l. de his, D. de receptis arbitris*, & qui recepit litem decidendam dicitur compromissarius. *cap. si compromissarius 3. de electione in 6.* Et pecunia promissa in compromisso appellatur compromissaria. *l. non distinguimus, l. litigatores, §. quod ais Prætor, D. de receptis arbitris*. Pœna compromissaria nuncupatur illa, quæ est in compromisso apposita, *d. l. non distinguimus.*

De Compromisso fuse agit Auctor *Instit. Civil. lib. III.*

617 Est duplex.

Compromissum est duplex. Unum plenum, alterum simplex. Plenum est, quod omnes decidit controversias. Simplex est, quod de una re constitutum est. *l. si cum dies, §. plenum, D. de verb. signif.*

Subdividitur.

Secundo, compromissum est unum voluntarium, alterum necessarium. Voluntarium est, quod nullo jure cogente libera partium voluntate fit, de quo in *Tit. DD. de receptis arbitris*. Necessarium est quod lex vult, ut inter certas personas causæ compromittantur, prout in Regno nostro in *Pragmatica 2. sub tit. de compromissis*, usque ad quartum gradum inter conjunctos causæ compromittuntur ad tollenda dissidia.

618 Electio per Compromissum quid sit.

In textu nostro agitur de compromisso electionis, quæ est res spiritualis. Et est quando omnes electores nemine discrepante compromittunt electionem præbendæ. E. G. in aliquas personas doctas, & benemeritas. *cap. causam 8. & cap. in causis 30. de electione*. Nemo autem debet discrepare; nam quilibet habet jus eligendi, quo jure privari non potest à majori parte Capituli, *l. invitus, D. de contrahenda emptione.*

619 Compromissarii possunt esse extranei.

Compromissarium posse esse extraneum docet Abbas in *dicto cap. causam num. 2. & 3.* & alii. Sed Tuschus *practicarum conclusionum concl. 75. litera E.* docet debere esse unum ex illis, qui habent vocem in Capitulo.

Et plures, aut unus.

Compromissarii possunt esse plures, & unus, dicto *cap. causam & cap. cum in jure. de electione.* Azorius *part. 2. lib. 4. cap. 2. quæst. 10.*

620 Potest seipsũ eligere.

Compromissarius potest seipsum eligere, Azorius *supra*; nam eligit sed non nomine suo, sed nomine illorum, qui se ipsum compromiserunt. Sic Joannes XXI. seipsum elegit in Papam, quando in ipsum à Cardinalibus fuit factum compromissum. Petrus de Gregorio de

elo-

electione cap. 6. art. 7. Est tamen contra sanctionem falsam in cap. cum in jure. de electione.

621 Olim Papa per Compromissum quoque eligebatur.

Olim poterat eligi Papa per compromissum ut fuit practicatum anno Domini 1271. tertio anno Sedis vacantis; tunc enim Cardinales dissentientes compromiserunt in sex alios Cardinales, qui elegerunt in Papam primâ die Septembris Theobaldum Archidiaconum Placentinum absentem, qui vocatus fuit Gregorius X. & tunc erat in Oriente. Raynaldus tomo 14. annalium anno Domini 1271.

Nunc est prohibitum.

At hodiè id prohibitum est, & electio fit per Scrutinium secretum à Cardinalibus, quorum duæ partes ex tribus debent concordare. Urbanus VIII. in Bulla, quæ incipit: *Ad Romanum*.

Potestas eligendi collata, vel data compromissariis revocari non potest re integra. cap. in causis 30. de electione; & desinit res esse integra, ubi primum habitus fuit tractatus negotii. dicto cap. in causis.

Qui possunt eligere, vel eligi.
§. VIII.

622 Personæ eligentes, & electæ.

Antequam ad alia deveniamus, ordo rei postulat, ut ad personas eligentes, vel electas descendamus.

623 Episcopus à Clero, & populo olim eligebatur.

Olim Episcopi eligebantur à toto Populo, & Clero. *Can. Episcopus, Can. lectis* 18. *dist.* 63. Sed hodiè ad Summum Pontificem spectat electio. *Extravagans Ad regimen*, & *regula* 2. *Cancellariæ* in novissimis, aliàs 3. *Clementina Plerique. de electione.*

624 Superiores Regularium eliguntur à Collegio, sive Conventu.

Superiores, & Prælati Regularium eliguntur à Collegio, vel Conventu. *Can. Congregatio* 10. *quæst.* 7. *Can. Abbatem, & Can. Abbas* 18. *quæst.* 2. & hoc etiam si in Conventu sint duo, vel tres. *cap.* 1. ubi *Glossa de electione. cap. cum dilectus* 8. *de consuetudine.* Tunc jus illud eligendi retinetur in uno de Conventu, si alii moriantur, vel sint absentes. *cap. gratum* 2. *de postulatione Prælatorum. Can. finali dist.* 65. *l. sicut D. quod cujusque Universitatis nomine.* Et unus licet non constituat Collegium, ad quod de jure civili saltem

625 Saltem tres Collegium constituunt.

tres requiruntur. *l. Neratius, D. de verb. signif.* & de jure Canonico requiruntur duo. *cap.* 1. *de electione.* Tamen postquam Collegium est constitutum in uno, manutenetur. *Glossa in dicto cap. gratum, V. presbiteros. de postulatione Prælatorum.*

626 Antiquitùs Superiores Regularium confirmabantur ab Episcopo.

Olim eligebantur Superiores Regularium à Conventu; sed confirmabantur ab Episcopo. *cap. cum Monasterium. de electione.*

627 Superiorum Regularium per Generales electio est nulla, nisi privilegia à Papa confirmata habeant.

Ubi tamen Superiores non eliguntur per suffragia Fratrum, sed per Generales; tunc talia statuta, & privilegia debent esse confirmata per Papam, secus electio est nulla. *cap. quod super his. de majorit. & obed.* Rodriquez *tom.* 3. *quæst. Regul. quæst.* 11. *art.* 1. Ratio est, quia est contra jus commune. Rota *decis.* 65. & 297. *parte* 1. *in novissim.* Ex consuetudine tamen potest aliis jus eligendi competere. *cap. cum in tua* 4. *de consuetudine in* 6. Et in Episcopatu Abellinensi Provinciæ Be-

628 In Episcopatu Abellinensi Presbyteri optant Canonicos, & Canonici dignitates.

neventanæ Presbyteri optant, seu eligunt Canonicum, & Canonici optant, seu eligunt dignitates, & præbendas Ecclesiæ Cathedralis, & Glossa in dicto *cap. cum in tua* 4. V. *consuetudo*, dicit quod non requiritur ut hæc consuetudo sit præscripta; quia textus tantum nominat consuetudinem, nec dicit debere esse præscriptam. Mihi tamen hoc nullatenus suadere possum; nam quotiescumque Jura indistinctè loquuntur, tunc aliis Juribus sunt concordanda. *l. unica, Cod. de inofficiosis dotibus*: & in casu habemus textum in *cap. fin. de consuetudine*, in quo consuetudo debet esse non solum rationabilis, sed etiam præscripta: ut supra diximus.

Quæ consuetudo debet esse præscripta.

Quæ personæ eligere non possunt.
§. IX.

629 Non possunt eligere Pupilli ex corpore Capituli.

Sunt primo Pupilli ex corpore Capituli, qui carent jure eligendi; nam non habent discretionem requisitam. *cap. ex eo. de electione in* 6. ibi: *cum discretione careant. cap. cum simus. de Regularibus, l.* 2. §. *impuberes, D. de jure immunitatis, l. ultima, Cod. de testamento militis.* Nec in hoc malitia supplet ætatem: sicuti nec supplet in finienda tutela. *l. tutores, Cod. quando tutores, vel curatores.* Quod non est in matrimonio, ubi malitia supplet ætatem. *cap. puberis. de desponsatione impuberum.* Azorius *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 14. *quæst.* 8.

630 Qui non est in sacris.

Secundo, qui in sacris non est, non eligit. *Clem. ut hi. de ætate, & qualitate.* Trident. *sess.* 22. *de reform. cap.* 4.

631 Carentes ratione. Nisi habeant intervalla interlucida.

Tertio, omnes carentes ratione: ut amentes, furiosi, &c. non eligunt; *cap. sicuti. de Regularibus.* In lucidis verò intervallis eligere possunt *cap. cum inter Canonicos* 22. *de electione.*

632 Excommunicati majori excomm.

Quarto, non eligunt excommunicati majori, non minori excommunicatione. *cap. illa quotidiana* 39. *de electione. cap. perpetuo* 7. *eodem in* 6. Navarrus *de electione consil.* 1. *num.* 2. Et hoc ità ut electio sit nulla, licet ex pluribus unus elector sit excommunicatus. *cap. quia diversitatem. de concessione præbendæ.*

633 Non tamen tolerati.

Hoc non currit si excommunicatus majori excommunicatione sit toleratus. Innocentius in *cap. illa* 39. *de electione.* Sayrus *de censuris lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 6. Et ideo si sine periculo gravi non possunt recedere; nam tunc possunt protestari saltem tacitè, si sit aliquod periculum; Et protestatio est, quod nolunt cum excommunicato communicare. Tunc enim electio tenet. Sylvester V. *Electio quæst.* 15. Sayrus supra *cap.* 11. *num.* 18.

634 Suspensi ab homine.

Quinto, suspensi ab homine non possunt eligere. *cap. cum inter*, §. *finali. de electione. cap. cum dilectus*, §. *quia vero. de consuetudine.* Et hoc sive sit suspensus à solo officio, sive ab officio, & beneficio simul. Non autem si sit suspensus à solo beneficio: quod intelligas si ab illo beneficio, à quo est suspensus, non oriatur facultas eligendi. Enriquez *de excommunicatione cap.* 32. Si verò sit simpliciter suspensus, non potest eligere. Innocentius in *cap. cum dilectus num.* 4. ubi Abbas *num.* 28. *de consuetudine.* Seraphinus *decis.* 860. *num.* 6.

635 Suspensi à lege possunt eligere.

Suspensus verò à lege potest eligere: Jura citata, & textus hic Lancellotti in §. *suspenso.* Ratio disparitatis est; quia mitiùs agitur cum lege, quam cum homine. *l. Celsus, D. de susceptis arbitris.*

636 Interdicti nõ eligunt.

Sexto, interdicti non eligunt, dicto *cap. cum inter. de electione.* Petrus de Gregorio *cap.* 7. *num.* 9. *de electione.*

637 Irregulares.

Septimo, irregulares non eligunt. Sylvester V. *Electio*, §. 4. quod aliis displicet; putant enim istos non privari voce activa. Navarrus in *Summa cap.* 27. *n.* 244. Suarez *tom.* 5. *in* 3. *p. disp.* 4. *sect.* 2. *num.* 27.

Octa-

638 Prohibiti à Superiore. Octavo, omnes à Superiore prohibiti non eligunt. *cap. fin. de electione.*

639 Hæretici. Nono, hæretici. *Can. Apertè, & Can. Miramur 24. quæst. 1.*

640 Absentes. Decimo, absentes non eligunt, nisi per alios. *cap. quia propter, §. illud autem de electione.*

641 Infames Jure, vel facto. Undecimò, infames infamia Juris, aut facti. Suarez supra *disp. 48. sect. 3.* Ratio est, quia istis interdicuntur actus legitimi. *l. actus, D. de regulis juris.* Et electio est actus legitimus.

642 Simoniaci, & publici Concubinarii. Duodecimo, simoniaci, & notorii concubinarii; nam isti ab officio sunt suspensi. Sygismundus de Bononia *de electione dub. 7. num. 57.*

Qui eligi non possunt.
§. X.

DE qualitate Episcopi supra satis; nunc ut titulo faciamus.

643 Eligi non possunt excommunicati etiam minori excom. Primo, excommunicati eligi non possunt etiam minori excommunicatione, licet sint tolerati. *cap. constitutus*, ubi Abbas *de appellationibus. cap. postulastis. de Clerico excommunicato ministrante.* Excommunicatus enim minori excommunicatione non privatur jurisdictione ad elegendum; sed privatur passiva electione, hoc est potest eligere, & non potest eligi. Ratio est, quia privatur participatione Sacramentorum, & consequenter privatur etiam mediis, quæ ordinantur ad talem participationem. Sed electio, puta ad ordinem, est medium ad participandum in Sacramentis. Ergo sicuti non potest ordinari, ita nec potest eligi ad dignitatem, quæ ordinem exigit. *cap. si celebrat. de Clerico excommunicato ministrante.*

Hujus rei disparitas. Et hinc habes claram disparitatem, cur possit eligere, & non possit eligi excommunicatus minori excommunicatione. Disparitas enim est, quia eligere est actus jurisdictionis, & non privatur jurisdictione per minorem excommunicationem: & eligi est medium ad participandum in Sacramentis, qua participatione privatur una cum mediis ad ipsam participationem.

644 Electio excommunicati est irritanda, non irrita. Electio tamen excommunicati non est irrita, sed irritanda. Vasquez *de excommunicatione dub. 6. num. 11.* Felinus in *cap. dilecti num. 4. de exceptionibus.* Sayrus *lib. 2. cap. 34. num. 23.* Lessius *lib. 2. cap. 34 num. 116.* Filliucius *tract. 13. cap. 2. nu. 31.* Rebuffus in *d. cap. postulastis n. 62. notabili 2.* Avila, & Bonacina. Contra Covarr. in *cap. Alma mater part. 1. §. 8. num. 3.* Decium in *cap. dilecti num. 5. de exceptionibus.* Abbatem, Lambertinum, Garziam, Navarrum, & alios, quos citat, & sequitur Sancius in *selectis disp. 32. num. 11. V. Et sanè.* Qui citat Covarr. Hugolinum, Vivaldum, Abbatem, Cardinalem, id etiam affirmantes, etiamsi excommunicatio sit ignorata. Quod nobis non placet. Unde putamus quòd nec esset irritanda, si electio facta esset ignorata excommunicatione ab electoribus; Ratio est, quia in dicto *cap. si celebrat* requiritur scientia ad talem irritationem. Sygismundus de Bononia *de electione Prælatorum dub. 62.*

645 Nec ignorãtia excusat, nisi à culpa electorum. Excommunicatus verò majori excommunicatione ignoranter, nec validè eligitur; quia ignorantia excusat à culpa, non tamen reddit habilem illum, qui de jure est inhabilis. *cap. constitutus. de appellationibus.* Quod si scienter eligant excommunicatum: tunc peccant electores, atque incedunt in pœnam illorum, qui indignos eligunt. Abbas in *cap. postulastis. de Clerico excomm. ministrante.*

646 Suspensi à jure, vel ab homine. Secundo, suspensus à jure, vel ab homine, non eligitur. *cap. cum inter. de electione. cap. dilectus. de consuetudine.*

647 Schismatici. Tertio, Hæretici, & Schismatici non eliguntur. *Can. Nos consuetudinem dist. 12. cap. quia diligentia de electione.*

648 Et eorum liberi. Quarto liberi eorum in primo, & secundo gradu per lineam paternam, & per maternam tantùm in primo non eliguntur, si parentes non erant Catholici. Bulla Gregorii XIV. quæ incipit *Omnes Apostolica. cap. nevòtes quicunque, §. hæretici. cap. statutum. de hæreticis in 6.* Azorius *part. 1. lib. 8. cap. 13. quæst. 8.* Sancius *lib. 2. Decal. cap. 27.* Farinacius *de hæresi quæst. 191. num. 51.*

649 Non tamen si sit hæresis occulta. Ex hæresi tamen occulta non incurritur talis pœna. Farinacius supra. Azorius *p. 2. lib. 6. cap. 4. quæst. 3.* Nec extenditur ad suspectos de hæresi, nam textus tantùm loquitur de hæreticis, & pœnæ non sunt extendendæ. *cap. statutum. de electione in 6. cap. odia, & cap. in pœnis. de regulis juris in 6.*

650 Filii hæreticorum jam resipiscentium possunt eligi. Resipiscentes eligi possunt, hoc est filii descendentes ab istis eligi possunt. *cap. statutum. §. 2. de hæreticis in 6.* Toletus *lib. 2. cap. 69.* Non verò ita esset, si hæretici post resipiscentiam essent relapsi, & iterum emendentur; nam tunc non habentur ut reconciliati, cum tradantur brachio sæculari. *cap. super eo. de hæreticis in 6.* Non tamen relapsorum.

651 Et privatur beneficiis obtentis tam ante, quàm post hæresim patris. Hæreticorum filii, sicuti ipso jure privantur beneficiis obtentis post hæresim patris; ità etiam obtentis antè. Sygismundus de Bononia *de electione Prælatorum part. 2. dub. 79.* Joannes Andreas in *cap. ut commissi, §. privandi num. 2. de hæreticis in 6.* Rota *decis. 9.* apud Farinacium 8. *Martii* 1598. contra Dianam *part. 4. tract. 8. resol. 76.*

652 Solitus inebriari excluditur. Quinto, solitus inebriari eligi non potest. *Can. Venter dist. 35. cap. à crapula. de vita, & honestate Clericorum. Can. ad Mensam 11. quæst. 3.*

653 Neophytus non potest eligi in Episcopum. Ultimo, Neophyti non possunt esse Episcopi, & Neophytus dicitur illa persona, quæ de novo venit ad fidem. *Can. 2. dist. 48.* nam caret experientia rerum fidei, quod est necessarium ad bonum regimen. *cap. Monasterii 15. quæst. 3.* Vide Suarez *tom. 5. disp. 43. sect. 2. num. 7.*

Quando Electio devolvatur ad alios.
§. XI.

654 Electio devolvitur aut non servata forma ejus, aut negligentia. NOn servata forma electionis legitima, vel ex negligentia, electio devolvitur ad proximum Superiorem. V. G. ab Episcopo ad Archiepiscopum. *cap. quia propter, §. fin. de electione.*

655 Patronus nõ præsentans intra tẽpus legitimum privatur illa vice Jure eligendi. Sic etiam Patronus, si intra tempora à jure statuta non præsentat, privatur jure præsentandi pro illa vice, & præsentatio devolvitur ad Episcopum. *cap. 1. de jure-patronatus in 6.*

656 Ob indigni electionem devolvitur ad Papam electio. Si electio scienter facta sit de indigno, devolvitur ad Papam. *cap. quamquam 9. de electione in 6. cap. cum in cunctis eodem in 6.* & hoc in pœnam majoris culpæ in eligendo indignum. Vide Bullam S. Pii V. *In conferendis.*

Et hoc ipso jure. Nota hìc, eligentem indignum privari jure eligendi ipso jure. Tiraquellus in *l. boves, §. hoc sermone, limit. 8. num. 32. D. de verborum significatione.* Gratianus *lib. 1. discept. forensium cap. 58.* Et si contulerit Beneficium indigno, privatur po-

potestate conferendi. Bulla S. Pii V. de qua Mantica *decis.*158.*num.*2.

An verò suffragium sit denegandum illi, cujus indignitas innotescit in confessione.

657 Indigno per cõfessionem detecto negãdum suffragium plures affirmãt. Dãdum alii tenent, & rectiùs.

AFfirmativam partem propugnarunt scilicet suffragium denegandum esse. D. Thomas, D. Bonaventura, & Scotus, atque alii apud Suarez *disp.*33. *sect.*7. (5)

Sed posse dari suffragium si publicè appareat quod sit dignus, docuerunt magni nominis Doctores. Rodriquez *tom.*2. *quæst.*54. *art.*4. Suarez supra, & alii, & in Religiosis hoc sancitum habes à Clemente VIII. qui voluit neque Superiores, neque Confessarios, qui deinde erunt Superiores, posse uti scientia confessionis ad externam gubernationem. Rodriquez *in suo perfectionis opere part.*3. *tract.*7. *cap.*11.

De Postulatione Prælatorum.

TITULUS XVI.

Tripliciter Prælati assumuntur.

PRælati triplici modo assumuntur. Primo Electione. Secundo Postulatione, de qua hic. Tertio Translatione.

658 Postulatione, & quid sit.

Postulatio definitur quod sit: *Petitio gratiæ Superiori facta de aliquo eligendo ad Prælaturam, ad quam habet impedimentum. cap. cum in cunctis. de electione. cap. unico. de postulatione Prælatorum in* 6.

659 Postulatio fit de illo, qui irretitur aliquo impedimento.

Postulatio fit de illo, qui eligi non potest propter aliquod impedimentum: puta si non sit legitimus. *cap. innotuit. de electione.* idem est si non sit perfectæ ætatis. *cap. cum in cunctis. de electione.* Et hæc est differentia inter electionem, & postulationem; nam postulationem non tenetur Superior admittere; cùm sit gratia. *dicto cap. innotuit. de electione.* Electio autem ligat Prælatum, ita ut si electus sit dignus, non possit à Prælato refutari, sed sit confirmandus: & hoc ità ut nolens, possit per Superiorem compelli ad confirmandam electionem, cum comminatione, quod nisi hoc faciat intra tale tempus; tunc ejus Superior jure devolutionis idem faciet. Panormitan. in *cap. Ossius Episcopus. de electione.* Et idem est si Episcopus refutaret præsentatum; devolvetur enim confirmatio ad Summum Pontificem. Glossa in *cap.*1. *de electione in* 6.

660 Differentia inter Postulationem, & Electionem.

Supplicationis formula.

Hinc in supplicatione concludendum est: ut Papa dignetur suum pium, & benignum Assensum præstare. Sylvester V. *Præsentatio num.*2.

661 Intra mensem debet Electus suæ Electioni cõsentire.

Nota hìc, quod electus debet intra mensem à die scientiæ electionis suæ electioni consentire. Secùs alius poterit eligi. *cap. quam sit. de electione in* 6. Et Episcopus electus, & confirmatus debet intra tres menses consecrari: quibus elapsis tenetur restituere fructus. Trid. *sess.*7. *de reform. cap.*6. & *sess.*23. *de reform. cap.*2.

662 Divisis Electoribus pars dignior præfertur.

Si electores sint divisi in duas classes, tunc præfertur dignior: & idem est si patroni sint divisi, & præsentent duos. *cap. quoniam. de jurepatronatus.*

663 Qui eligere possunt postulare valent.

Illi possunt postulare, qui possunt eligere. *cap. bonæ memoriæ* 3. *de postulatione Prælatorum. cap. innotuit* 20. *de electione.* Et postulatio fit ad illum, qui impedimentum tollere potest. Argum. textus in *cap. fin. de postulat. Prælat.*

664 Omnes postulantur amoto animæ, & corporis impedimento.

Omnes postulari possunt, si non habeant impedimentum corporis, vel animæ. *cap. cupientes, §. denique. de electione in* 6. Vitium animæ est in bigamo. Abbas in *rubrica de bigamis non ordinandis.* Vitium corporis est in defectu, vel excessu alicujus principalis partis; ut est mutus. Abbas in *cap. fin. de bigamis non ordinandis.* Similiter nec possunt postulari criminosi: ut perjuri, homicidæ, inobedientes. *cap.* 1. *de postulatione Prælatorum. cap. exposuisti. de corpore vitiatis.*

665 Duplo major numerus postulantiũ, præfertur minori eligentium.

Si ab Electoribus unus fuit postulatus, & alter electus; si numerus postulantium sit duplo major numero eligentium, admittitur postulatus. Secùs admittitur electus ad confirmationem. Lancellottus in *§. & si vacante. de confirmatione electionis. cap. scriptum* 40. *de electione.*

De Confirmatione Electionis.

TITULUS XVII.

ELecti, & postulati debet confirmari. Meritò post Electionem, & Postulationem, ad Confirmationem gradum faciamus.

666 Confirmatio quid sit.

Confirmatio est juris jam habiti corroboratio. Hostiensis in *Summa de confirmatione utili, vel inutili.* Confirmatio non datur, nisi causa cognita. *cap. nihil. de electione.* Et cognoscitur causa circa ætatem, legitimitatem, & bonos mores. Trid. *sess.*22. *de reformat. cap.*2. & sic non probatus cadit ab electione. Eligeos namque indignum per triennium suspenditur à potestate eligendi, & & confirmandi. *cap. nihil. de electione.* In confirmatione facienda sunt citandi illi, quorum interest. *cap. fin. de electione.*

Duplex est.

Confirmatio duplex est. Prima Potestativa. Altera Ratificativa. Potestativa fit, & venit ex plenitudine potestatis. Ratificativa fit quando quis ratificat negotium suo nomine gestum ab alio. *cap. ratificationem. de regulis juris in* 6. Potestativa confirmatio, non ratificativa supponit actum nullum.

667 Confirmationes de Jure cõmuni.

Dicuntur etiam confirmationes de jure communi, quæ fiunt more assueto: ut quando quis confirmatur in possessione sui beneficii pacificè à se possessi.

Confirmatio ex certa scientia.

Confirmatio ex certa scientia est, quando Papa negotium sibi reservatum ex certa scientia confirmat.

Utilis, & inutilis.

Datur etiam confirmatio utilis, & inutilis. Utilis, non verò inutilis effectum habet. *tit. Decretalium de confirmatione utili, vel inutili.* Confirm-

---

(5) Suarez *tomo* 4. *in* 3. *p. de Pœnitentia disp.*33. *sect.*7. *§. Tertia Regula*, V. *Superest*, Sylvestrum, Soto, Navarr. adjungit priori sententiæ, quam propter citatos Auctores reprobare non audet. Verùm probabiliùs ipsi videtur nullam committi culpam eligendo dignum in publica Scientia, licet per solam Confessionem cognoscatur indignus; idque ob Sacramenti reverentiam, cùm scientia ex illo acquisita non sit regula hujusmodi actus. Vide Layman *de Pœnitentia cap.*14. *num.*22. Clericatum *de Pœnit. dec.*49. *num.* 23. & apud ipsum citatos: in medium adducens Clementis VIII. pro Regularibus Decretum 26. *Maii* 1594. ubi: (Tam Superiores pro tempore existentes, quam Confessarii, qui postea ad Superioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligentissime, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in Confessione habuerint, ad exteriorem gubernationem utantur.) Quod Decretum intelligendum esse de omnibus Confessariis docet Gobat apud cit. Clericatum. Consule Auctorem infra *lib. II. de Sigillo Confessionis*, & in Anacephaleosi *tit. XII. à num.*409. *ad* 416.

firmatio autem inutilis tunc dicitur, quæ ad nihil deservit: ut si Judex injustam confirmet sententiam ab altero latam. Utilis verò est illa, quæ valet, & fortitur suum effectum. *cit. tit.*

668 Confirmatio Prælaturæ. Confirmatio Prælaturæ, de qua hìc, est Schedula commissionalis, quæ post processum de vita, & honestate electi, præsentatur Cancellariæ Romanæ, super quam expediuntur Bullæ sub sigillo plumbeo. Et sic hodie omnes Prælati confirmantur à Papa per regulam Cancellariæ: Licet de jure communi quilibet esset confirmandus à proprio Superiore. *cap. cum Monasteriorum. de electione. Can. Illud. dist.* 64. ubi Episcopus confirmatur ab Archiepiscopo, Archiepiscopus à Patriarcha: ut *dist.* 64.

669 Petenda à Superiore immediato. Confirmatio petitur à Superiore immediato. *cap. cupientes. de electione in* 6. Hinc Generales Religionum à Summo Pontifice sunt confirmandi, vel ab ejus Legato à Latere: Sed nunc cum habeant diversa privilegia, ut statim ac sunt electi, sint confirmati; ideo non est opus alia confirmatione. Vide Mirandam *tom.* 2. *quæst.* 23. *art.* 32. Rodriquez *tom.* 2. *quæst.* 52.

An non confirmatus possit administrare res Ecclesiæ?

670 Non confirmatus, non potest administrare res Ecclesiæ. Dicimus quod non: ità ut si se intromittat, omni jure sit privandus. *cap. avaritiæ. de electione in* 6. Et hoc sive se intromittat in fructibus colligendis, vel in alia re temporali, sive se intromittat in spiritualibus: putà si exerceat jurisdictionem, excommunicando, &c. *cap. audientibus, & cap. accedentibus. de excessibus Prælatorum.* Et Electo non est obediendum, nisi ostendat literas Confirmationis, quæ scriptura hìc est necessaria. Extravagans *Injunctæ. de electione*, & casus in quibus scriptura requiritur videas apud Glossam *in cap. Romana, §. postquam. de censibus.*

671 Pœnæ in præsumētes. Contra illos, qui se ingerunt administrationi, literis non expeditis adest Bonifacius VIII. in Extravag. *Injunctæ. de elect. inter communes*, quæ fuit innovata à Julio II. ut in Bullario, *fol.* 58. & per Julium III. in Bullario, *fol.* 134. Et pœna est, quod ipsi præsumentes, si aliquid faciant, est irritum, & nihil percipiunt ex illis actibus, & eis obedientes sine literarum ostensione sunt suspensi à beneficiis; quæ pœna est etiam, quando recipiunt non confirmatos.

672 In Regno expectatur confirmatio Nuntii Apostolici. In Regno nostro ultrà literas Apostolicas, accipit confirmationem à Nuntio Apostolico, qui præsentatis sibi Bullis, scribit Commissariis Diœcesis, ut possessiones relaxent, & electum in possessionem mittant. S. Pius V. 8. Januarii 1568. in Bullario, *fol.* 108. Et tunc Camera Apostolica desinit possidere.

673 Fructus beneficiorum, Regiæ nominationis reservantur successori. Observa tamen in beneficiis spectantibus ad nominationem Regis, fructus tempore vacationis reservari futuro successori. Unde in hoc servatur Jus commune. *cap. quia sæpè. de electione in* 6. *cap. præsenti. de officio ordinarii in* 6. Navarrus *de spoliis*, §. 10. *num.* 3.

Electus confirmatus, non consecratus, quæ possit exercere?

Episcopus non dicitur, nisi consecratione secuta. Antequam consecretur, dicitur nudus solùm Prælatus. Abbas in *cap. de multa* 28. *de præbendis.*

Episcopus autem habet duplicem potestatem Ordinis scilicet, & Jurisdictionis. Ordinem exercet post Consecrationem. Jurisdictionem exercet post Confirmationem. *cap. transmissam* 15. *de electione.* Ad jurisdictionem spectant excommunicare, confirmare electionem, corrigere, instituere in jurepatronatus. Ordinis sunt Confirmare, Ordines conferre, &c. Abbas in *cap. dilectus. de officio Ordinarii.* 674 Quæ sunt Jurisdictionis confirmatus exercere valet.

De Consecratione.

TITULUS XVIII.

Dictis de Electione, & Confirmatione, congruo ordine superadditur titulus de Consecratione, & consecrare est dedicare aliquid ad Dei servitium sub certa forma à legitimo Superiore; quomodo dicuntur consecrari homines, Virgines, Altaria. Tamen Virginum consecratio revera est benedictio. *Can. Devotis.* 20. *quæst.* 1. D. Thomas in 4. *dist.* 38. Abbatissa debet habere annum quadragesimum, & per octo annos laudabiliter vixisse post professionem. Trid. *sess.* 25. *cap.* 3. *&* 15. 675 Quid sit Cōsecratio.

Consecratio igitur est actus legitimus, quo quis deputatur certa solemnitate ad aliquod munus sacrum exercendum activè, vel passivè. Et consecratio Episcopi, est Episcopi ordinatio collativa characteris Episcopalis. *Can. Ordinationes. Can. Episcopum. dist.* 64.

Consecratio Episcopi, ut supra, debet fieri intra tres menses à confirmatione. *Can. Quoniam. dist.* 100. *Can. Quoniam dist.* 75. Papa consecratur à Cardinalibus Episcopis. *Can. In nomine. dist.* 23. & sunt Episcopus Hostiensis, & duo alii ad ejus beneplacitum. 676 Episcopi Consecratio.

Patriarchæ, & Metropolitani. Patriarcha, & Metropolitanus à tribus Episcopis suffraganeis, & de jure omnes suffraganei intervenire debent in illa consecratione, nisi essent legitimè impediti. *Can. Quia. dist.* 64. *Can. Placuit. dist.* 65. Hodiè autem omnes consecrantur à Papa, vel ab alio de ejus mandato, & interveniunt tres Episcopi, ex quibus tantùm unus perficit totam Consecrationem, & alii sunt coadjutores. DD. hìc. arg. textus in *Can. Porrò.* 2. *dist.* 66. (1)

Consecratio debet fieri die Dominico hora tertia, *Can. De noctu. de consecratione dist.* 1. Alia vide supra *de Episcopis.*

De Receptione, & usu Pallii.

TITULUS XIX.

677 Archiepiscopus post Consecrationem accipit Pallium. Archiepiscopus eligitur, confirmatur, consecratur, & accipit Pallium in signum pleni-

(1) Non solùm hodiè, ut Auctor indicat, à Pontifice fieri consecrationes omnium Episcoporum, sed semper & ubique hac facultate perfunctum esse etiam in alienis Patriarchatibus Christianus Lupus ad *Can.* XI. *Concilii Quintilinoburgensis tomo* 6. probare studet, De qua Consecratione, scilicet ad quos Jus Episcopos consecrandi olim spectaret, eàdem dicenda occurrerent, quæ de Electione Episcoporum suprà *Tit. XII. num.* 33. indicavimus; ideò ibidem citatos consule, apud quos hujus Ecclesiasticæ disciplinæ revolutiones addisces.

nitudinis, dignitatis, & potestatis. *cap.3. de auctoritate, & usu Pallii*: & significat Archiepiscopum debere semper esse paratum ad succurrendum subditis, ne incidant in Lupos. *cap.4. de auctoritate, & usu Pallii*: & Pallium indicat ovem humeris à Sacerdote ferendam. Isidorus Pelusiota *lib. 1. Epist. 136. ad Herminium.* (1)

Quid denotet.

678 A Papa consecratur.

Pallium consecratur à Papa super Altare Sancti Petri, estque coloris pallidi, & circularis figuræ, & defertur super alia ornamenta: in humeris continet quatuor Cruces, &c.

679 Intra missarum solemnia tantùm adhibetur.

Pallio uti valet inter Missarum sollemnia in Ecclesiis suæ Diœcesis, & Provinciæ non tamen in processionibus extra Ecclesiam. *cap. 1. 5. & 6. de auctor. & usu Pallii*, Gregor. Magnus *lib 4. Epist.50.*

680 Extra Provinciam ex licentia Ordinarii, uti valet.

Potest uti Pallio in aliena Provincia ex licentia Ordinarii. *cap.ex tuarum cit.tit.* non potest Pallium aliis commodari, & cum illo debet Archiepiscopus sepeliri. *cap. 2. cit. tit.* & potest eo uti certis diebus, de quibus in *cap. ad honorem. de auctoritate, & usu Pallii.* (2) Romanus tamen Pontifex potest ubique Pallio uti. *cap. ad honorem, hoc titulo.*

681 Cum Pallio sepeliendus.

Archiepiscopus debet petere Pallium intra tres menses. *Can. Quoniam dist.*100. & ante ejus receptionem non est Archiepiscopus, nec valet exercere muneta Archiepiscopalia. *cap.3. de auctoritate, & usu Pallii.* Et si ad alium Archiepiscopatum transeat, non potest in secundo Archiepiscopatu uti primo Pallio. *cap. bonæ memoriæ in 2. de postulatione Prælatorum.* Videas textum in *Can.Quoniam dist.*100.

682 Peti debet intra tres menses.

683 Transiens ad alium Archiepiscopatum, alio Pallio indiget.

De Vita, & Honestate Clericorum.

TITULUS XX.

683 Quid vita hic.

HIc vita non sumitur physicè, prout est potentia ab intrinseco actus vitales producens. Sed sumitur moraliter, prout vita conducit

---

(1) Non abs re foret hic prosequi Pallii Institutionem, Antiquitatem, Jura, quibus permissum de Jure, aut ex privilegio Pallium largiri, quibusqua Præsulibus illod dono dari solitum. Hæc nunc examinare otio abundantibus relinquo, ne consultò utramque paginam implere videar. Consule tamen Gonzalez ad *cap.1.de Auctorit. & usu Pallii*: Thomassinum *tom.1.Disciplinæ p.1.lib.2.cap.53.& seqq.* Andream Saussay *de Sacro Pallio*. Quod Opusculum extat inter opus *de Mysticis Galliæ Scriptoribus*. Van-Espen *Juris Eccl.Universi p.1. tit.19.cap.5.* Petrum de Marca *de Concordia Sacerd. & Imp.lib.6. cap.6.* Christianum Lupum *Scholiis ad Can.XXVII. VIII.Synodi*, & fusè in *Dissert. de Africanæ Ecclesiæ Appellationibus cap. 7. ad 11.* Macri in *Hierolex. V. Pallium*, aliique. Unum tantùm adnotare selegi contra Petrum da Marca, reticendo id, quod ibidem affirmavit, idest Pallii institutionem non asse Ecclesiasticam, sed Præsules ab Imperatoribus illud acceptum habent. *Nempè*, inquit, *Pallium esse genus quoddam Imperatoris indumenti, cujus usum Imperatores permisere Patriarchis*. Quodque impugnatur à Christiano Lupo *loc.cit.c.8.* & à Gonzaletio *ubi supra*. Animadversione tamen carere non debet, quod ipse non dubitavit adstruere non absque audaciæ nota, & declinare decet Novitium in Jore Canonico. Idest, Summi Pontifices ad effringendam auctoritatem Metropolitanorum exoptarunt, ot isti ab ipsis confirmationem acciperent, eisque obedientiam jurejurando præstarent: quodque votis cessit per Pallii transmissionem. *Optabant*, hic habet loco laudato, *sané olim Summi Pontifices, ut omnes Metropolitani, qui ad eorum Patriarchatum pertinebant, aliquod Confirmationis genus à Sede Apostolica acciperent. Verùm quia ubique receptum erat consecrationes fieri posse extra Italiam absque eorum consensu, cum ei legi palam adferre noluerunt, sed Metropolitanos rei cujusdam novæ miraculo velut obstupefecerunt, quæ in initio magnifica, pauletim tamen antiquam eorum libertatem per cuniculos infregit: & Synodorum Provincialium auctoritatem pessumdedit. De Pallii usu loquor, cujus origo cum sit satis vetusta, effectus tamen ejus, & cætera, quæ nunc usurpantur, antiquitati prorsùs ignota fuere. Quippè Gallicorum Metropolitani statim post ordinationem suam exercebant functiones sui muneris, juxta Canones antiquos. At Jus novum eos prohibet quidquam Pontificalis officii attingere, donec à Sede Apostolica missum ad eos fuerit Pallium.* Hæc nova de Marca opinio, quam sequuntur Gaspar Zieglerus ad §.1. *tit.XI.lib.1.* Langellotti, & Justus Henning Boehmer in *notis ad tit.VIII. Juris Canonici* Arnoldi Corvini aliiq; heterodoxi, utpote à veri specie aliena, & Romanis Pontificibus injuriosa, passim à Viris præclarissimis exploditur. Thomassinus, Vir in Ecclesiastica aruditione peritissimus Petri de Marca santentiæ non acquievit, imò suppresso ejus nomine omni argumentorum ganere conatur exsufflare novitatem istam, *loco cit. num.11.* & sæpè intra, Similiter Christianus Lupus studet dicti Archiepiscopi assertum evertere coacervatis pluribus rationibus, & auctoritatibus *loco suprà cit.* Hi namque clarè evincunt per Pallii transmissionem Metropolitanis, & Archiepiscopis nullum jugum impositum, sed antiqua jura retenta esse. Nam Gregorii Magni ævo constat Patriarcham Antiochenum sine Pallio nequivisse Pontificalia axercere; immò per Pallii ademptionem persuasum erat Ecclesiæ Oriantali Patriarcham, vel Metropolitanum axauctorari, atque à suo gradu excidi: & quamvis Pallium dabatur in Electi Confirmatione, aut Consecratione, nil mirùm si inducta sit posteà consuetudo, qua inhibitum fuerit ei Pontificali ullo fungi, etiam post ordinationem, ante Pallii receptionem; tantùmque abest, ot Pontifices novam servitotem Metropolitanis induxerint, quin eis nan nisi anixè petentibus, & postulantibus Imperatoribus, & Regibus Romani Pontifices Pallium indulserint; quodq; negara nequit ipse de Marca. Ex quo liquet numquam passuros Imperatores, & Reges Metropolitanis, & Episcopis novum jugum imponere: imò & ipsi Metropolitani, & Episcopi novum hanc, & insolitam servitutem subire non fuissent passi, nedùm ambiissent. Neqoe per obedientiam Romano Pontifici præstitam in Pallii receptione erui potest novum jugum; omni tempore namque ei exhibita est obedientia juxta Sacros Canones, quæ potiùs necessarium officium dicenda, quàm servitus. Romanus Pontifex de jure Divino Primatum in omnes Ecclesias obtinet, eoique obtemperandum omnes persuasum habent. Reliquas rationes cit. prosequontur.

(2) Pallio uti valet Patriarcha, vel Archiepiscopus in Missarum solemniis non semper, sed præscriptis diebus, qui exprimuntur in privilegiis Apostolicis; idest Festis præcipuis, & non in Missis defunctorum. Dies vero in quibus Pallio uti possunt præsertim sunt isti:

Nativitas D. N. Jesu Christi.
S. Stephani Protomartyris.
S. Jo: Apostoli, & Evangelistæ.
Circumcisio Domini.
Epiphania Domini.
Dominica in Palmis.
Feria quinta in Cœna Domini.
Sabbatum Sanctum.
Dominica Resurrectionis, cum duobus diebus sequentibus.
Dominica in Albis.
Ascensio Domini.
Dominica Pentecostes.
Festum Corporis Christi.
Festivitates quatuor B. Mariæ semper Virginis: Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, & Nativitatis.
Nativitas S. Jo: Baptistæ.
Festum Omnium Sanctorum.
Festivitates Omnium Apostolorum.
Dedicationes Ecclesiarum.
Principales Festivitates Ecclesiæ suæ.
Ordinationes Clericorum.
Consecrationes Episcoporum & Virginum.
Dies Anniversarius Dedicationis Ecclesiæ,
Et Consecrationis suæ.

est ad vivendum in ordine ad bonum morale, prout est bona, vel mala. (1)

Et honestas.

Honestas est honoris status, excludens omnem turpitudinem, de qua vita, & honestate morali nobis aliqua discutienda sunt.

684 Qui veniant nomine Clerici.

Clericus in genere comprehendit omnes Ecclesiasticas personas, etiam Sacerdotes. *Can. De persona* 38. 11. *quæst.* 1.

685 Sanctitas Clerici.

Clericus debet primo esse Sanctus, aliàs esset Reipublicæ pestis, & ob peccata Clericorum Deus facit populorum strages. Sophoniæ *cap.* 3. D. Chrysostomus *Homilia* 72. *Imperfecti.*

686 Ludus Clericis est prohibitus.

Unde Clericus primo non debet ludere. *cap. penultimo. de vita, & honestate Clericorum. cap.* 2. *de Clerico aleatore*, nec assistere ludentibus. Trident. *sess.* 22. *cap.* 1. *de reformat.* Itaut lusor Clericus, idest publicus, non possit obtinere beneficium validè, & monitus, nisi corrigatur, deponitur, excommunicatur. *can. Episcopus. dist.* 35. sed meliùs puniri potest alia pœna arbitraria. Diaz *in practica Criminali Canonica cap.* 7. *num.* 2. nisi ludus sit occultus. Parisius *de resignatione beneficiorum lib.* 4. *quæst.* 3. *num.* 66. modicus tamen ludus, causa recreationis non est lethalis

687 Ob recreationem non est lethale.

Clerico. Clarus §. *ludus num.* 3.

Sobrietas Clerici.

§. I.

688 Sobrietas quid sit.

Clericus debet esse sobrius; sobrietas enim est virtus. Enim verò temperantia est virtus modum ponens, in delectabilibus cibi, & potus, & solet appellari abstinentia; sub temperantia est abstinentia, & sobrietas.

Abstinentia magis latè patet.

Sobrietas moderatur delectationes rerum inebriantium: abstinentia magis latè patet, & moderatur delectabilia in potu, etiam sine periculo ebrietatis: ut est potus aquæ: propriè abstinentia opponitur gulæ, & moderatur delectationes in edendo, sobrietas ebrietati opponitur.

689 Differt gula à crapula.

Gula, & crapula differunt; quia gula est solùm circa delectationem immoderatam ciborum. Crapula verò tendit ad voracitatem, usque ad vomitum: unde illud: *quorum Deus venter est*, ad Philipp. 3.

690 Quando sit lethale gulæ indulgere.

Semper ac quis ob gulam transgreditur alia præcepta, puta edit carnes in diebus prohibitis, semper peccat mortaliter pro rata præcepti non servati; semper etiam peccat mortaliter ob gulam, si gula sit ultimus finis. Cæterum istis præcisis rarò gula excedit peccatum veniale. D. Thomas *secunda secundæ quæst.* 146. Arriaga 2. 2. *disp.* 57. *num.* 34. rectè dicens nunquam gulam secundum se esse peccatum mortale. (*)

Ex gula nascitur multiloquium, impudentia, immunditia. D. Gregorius *lib.* 31. *Moralium cap.* 31.

Ebrietas à Clerico vitanda.

§. II.

Ebrietas sobrietati opponitur, & est violenta privatio usus rationis voluntariè ob immoderatam potus delectationem. D. Thomas *loc. cit.* 691 Ebrietas quid sit.

Est duplex una plena, altera semiplena. Plena est privans omni rationis usu: semiplena non tollit omnem rationis usum, sed inducit hilaritatem, vertiginem movet, faciens videre res rotantes. Divus Thomas *loc. cit. artic.* 2. *ad* 2. Est duplex, plena, & semiplena.

An sit peccatum mortale ebrietas?

692 Quomodo ebrietas est culpa mortalis.

Distinguas, vel est plena, vel semiplena; si plena, itaut nequeat ebrius discernere inter bonum, & malum, tunc affirma esse lethalem. Lucæ 21. ibi: *attendite, ne forte graventur corda vestra crapula, & ebrietate.* ad Ephesios 5. *nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* ad Galatas 5. *ebrietates . . . . & his similia, quæ prædico vobis, sicut prædixi quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Est

693 Ejus effectus.

enim talis ebrietas insolentiæ, furoris, & impudentiæ fomes, corpus fœdat, rationem perdit, libidini servit: inde pallor, & nervorum vino madentium tremor, ac miserabilior ex cruditatibus, quam ex fame macies; ait Seneca *Epist.* 95. unde innumerabiles morbi, nam ut ait Seneca ibidem: *Innumerabiles esse morbos miraris? coquos numera*; morbi enim à nimia saturitate excitantur. D. Hieronymus *lib.* 2. *in Jovinianum* 3. Meritò ergo vitium labefactans animam, & corpus, lethale. *Can. Sexto dis. dist.* 35. *Can. Sane* 15. *quæst.* 5. *Can. Vinolentum Sacerdotem. dist.* 35. *Can. Nullus. Can. Commessationes. Can. Oportet dist.* 44. *Can. Non satis. de Consecratione dist.* 4. D. Thomas 2. 2. *quæst.* 150. *art.* 2. ubi Cajetanus, Sylvester V. *Ebrietas n.* 2.

Etiam si nō sit assidua contra plures DD.

Contra Joannem Andream in *cap. à crapula num.* 1. *de vita, & honestate Clericorum*, ubi Butrius *num.* 2. Ancharanum *num.* 3. Abbatem in *cap. si constiterit num.* 3. *de accusat.* ibi Soccinum *num.* 5. Felinum *num.* 2. Lucam de Penna in *l.* 1. V. *cæterum, Cod. de erogatione militaris annonæ lib.* 12. Baldum in dicto *cap. à crapula num.* 1. ajentes ebrietatem venialem; nisi consuetam, & assiduam, ex *Can. Unum ovarium*, §. *nunc autem*, V. *aliàs autem*, ubi: *& ebrietas si assidua fit*: idest capitale erit. Trid. *sess.* 6. *de justi-*

(1) Remittendum censeo studiosum Tyronem ad præclarissimos Auctores, qui ex professo de vita, & honestate Clericorum exactè juxtà Sacrorum Canonum statuta pertractarunt, quorum tractatus si inter Clericorum manus crebrò versarentur, non dubito quin ex eorum lectione immanem profectum exhaurirent: vitam, moresque suos magis ac magis componendo, quodque in eorum dedicatione Deo spoponderunt adimplendo. Non immoror in singulis enumerandis, paucos referam, sed puto meliores. Hi sunt Franciscus Florens, qui exornando *tit.* 1. *lib. III. Decretal.* edidit eruditum, ac doctum Opusculum *de Vita, & Honestate Clericorum*, quem imitati sunt Carolus Annibal Fabrotus in *Prælectione* ad eundem titulum, Antonius Dadinus Alteserra, Emmanuel Gonzalez, aliique dictum titulum commentando. Andreas Saussay doctissimus, ac piissimus Episcopus Tullensis aggressus est opus omni ævo commendabile, tres *Panoplias* edidit tribus in tomis distinctas, quarum una *Panoplia Clericalis* intitulatur, altera *Panoplia Sacerdotalis*, tertia *Panoplia Episcopalis*. Cui animo fuit Clericum, Sacerdotem, Episcopum, idest totum Ecclesiasticum Ordinem Sanctitatis, & doctrinæ armis munire, quibus se ipsos propugnare, & impios debellare possent. Claudius Espengæus ad *Epistolas Divi Pauli*, Cresolius in sua *Mystagogia*. Thomassinus passim in sua *Disciplina Ecclesiastica*, aliique ab istis congesti. Consulendæ tamen sunt omninò Constitutiones Synodales suæ Diœcesis ab unoquoque, quibus se accommodandum astringitur.

(*) Unde Prop. VIII. in ordine ab Innocentio XI. damnata sic habet: *Comedere, & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem, non est peccatum, modò non obsit valetudini, quia licitè potest appetitus naturalis suis actibus frui.*

*stificatione cap.*15. ibi: *ebriosus*, *cap.*1*dist.*35.ibi: *Ebrietati deserviens.* (2)

694 Contra Senecam eam admittētem ad deprimēdas curas.

Contra Senecam *lib. de Tranquillitate animi cap. ult.* ibi: *nonnunquam, & usque ad ebrietatem veniendum, non ut mergat nos, sed ut deprimat curas. Eluit enim curas, & ab imo animum movet: & ut morbis quibusdam, ita tristitiæ medetur. Liberque non ob licentiam linguæ dictus est inventor vini, sed quia liberat servitio curarum animum, & asserit, vegetioremque, & audaciorem in omnes conatus facit.*

Contra Cstonem, & Sto.cos.

Contra Catonem apud Senecam *ibidem* probantem ebrietatem. Contra Stoicos apud Senecam ibidem ajentes, honestam ebrietatem esse ad laxandum animum.

695 Non auferēs rationis usum, non est lethale.

Si verò semiplena sit ebrietas, itaut rationis usum non extinguat, non est lethalis, licet inde gressus vacillet, lingua balbutiet, cespitet, res duplicatæ videantur, & in girum moveri, est tamen veniale gravissimum secuto vomitu. D.Thomas 2. 2. *quæst.*148. *artic.*2. *ad* 2. Valentia 2. 2. *disp.*9. *quæst.*3. *puncto* 2. §. *quod saltem.* Layman *lib.*3.*sect.*4.

Propinandi. usus.

696 Inter bibendum antiqui fausta apprecsbātur.

AB antiquis excogitatum in honorem aliquorum apprecari inter bibendum phialas potione plenas à pingernis accipiendo in benevolentiæ argumentum. Unde:

Prægustatis eduliis propinavit amicis.

Quandoque in propinatione fausta apprecabantur. Athenæus *lib.* 2. *cap.*1. (3) & assuetum apud Romanos demonstrat *secundo Fastorum* Ovidius:

Larga precaturi sumite vina manu,
Et bene nos, bene te, patriæ Pater optime Cæsar,
Dicite suffuso per sacra verba mero.

Livius *lib.* 39. ibi: *inter pocula, atque epulas, ubi libare Diis dapes, ubi bene precari mos esset.*

Quando liceat se inebriare?

697 Aliquando licere ebriari plures affirmarunt.

IN multis casibus licere se inebriare firmant plures Doctores. Primo jussu Medici ob corporis salutem; nam ut tunc licet narcoticis rationis usum; ita vino intercipere. Angelus *de virtutibus lib.* 1. *cap.* 9. *documento* 10. Philo *lib. de plantatione Noe in fine*. Lessius *lib.* 4. *de virtutibus cap.*3. *num.* 13. Soccinus in *cap. si confiterit num.* 20. *de accusat.* Fagnanus in dicto *cap. à crapula num.*33. Raynaudus *de virtutibus lib.* 6. *sect.* 2. *cap.*6. *num.*113. Navarrus *cap.*23. *num.* 119. Cajetanus V. *Ebrietas.* Sylvester V. *Ebrietas quæst.*3.*num.*4. Petrus Ledesma *part.*2. *Summa tract.*23.*cap.*3.*de gula.*Arriaga 2.2.*disp.* 54. *n.* 49. *dicens num.* 18. probabile oppositum ex sententia Divi Augustini ajentis, moriendum potiùs. Tum quia tunc non sumeretur potus ut delectabilis, & consilium Medici indecentiam tollit. At opinio opposita verior est, quia ebrietas prævisa videtur intrinsecè mala.

Sed ab his abstinendū.

Secundo, si nequeat aliter grave damnum impediri, nisi inebriato auctore, puta inebriato proditore Urbis, vel inebriatis illis, qui volunt ad Turcas illum producere, intendendo suum bonum finaliter non illorum ebrietatem. Sanchez 2. *de matrim. disp.* 11. Lessius *lib.*1. *de justitia cap.*3. *dub.*4. *num.* 33. qui ait licere suadere, & inducere istum talem ad voluntariam ebrietatem, quia esset inducere ad minus malum, ut impediatur majus malum.

Sed Layman *lib.*3.*sess.*4.*num.*6.rectiùs hoc negat, quia nunquam licet inducere ad peccatum.

Tertio, licet ebrietatem inducere, ut te liberes ab illo, qui tibi mortem minatur secùs non evasurus esses. Lessius *loc. cit. dub.*4. *num.* 66. Layman *lib.* 3. *sect.* 4. putat aliquem posse sine lethali se inebriare, si secùs salutem recuperare nequeat, quod sequitur Petrus Ledesma *part.* 2. *Summæ tract.*27.*c.*3. *de gula*. Imo nec veniale putat Cajetanus V. *Ebrietas.* Navar. Villalobos, Diana, quos sequitur Guimenius *tract. de peccatis proposit.*2. Et ratio esse potest, quia ob conservationem totius licet ad tempus præjudicare parti, & sic tollere usum rationis.

An liceat ad combibendum invitare animo inebriandi?

NEga: & esset lethale, ut esset ebrietas. *cap. à crapula. de vita, & honestate Clericorum*; est enim inimica talis amicitia, ut illam vocat D. Augustinus *sermone* 4. *de verbis Apostoli*, & *sermone* 231. *de tempore.* D.Basilius *de ebrietate homilia* 14. S.Joannes Chrysostomus *homilia* 12. *ad Corinthios*; & est abusus ab ethnicismo emanatus. D. Augustinus *Epist.*83. Raynaudus *de virtutibus lib.*6. *sect.*2. *cap.*6. *num.*106. D.Thomas 2. 2. *quæst.*150. *art.*1. *ad tertium.* Lessius *lib.*4. *de Justitia cap.*3. *dub.* 4. *num.*77. Valentia 2. 2. *disp.*9.*quæst.*3.*puncto* 2. §.*quarta assertio.* 698 Inducere shos ad ebrietatem lethale est.

Clericis an liceat bibere ultra tertiam vicem?

NEga: sine gravi necessitate; itaut Clericus fæcundiores exhauriens calices, monitus non respiciens, possit puniri. *cap. à crapula in fine. de vita, & honestate Clericorum.* Trid. *sess.* 21. *cap.*6. *de reform.* 699 Est puniendus vino deditus.

Sed quodnam peccatum? Mortale videtur Hostiensi in dicto *cap. à crapula*. Veniale videtur Joanni Andreæ in *cit. cap. num.* 1. Ancharano *ibidem num.* 3. Fagnano *ibidem num.* 16. quia est transgressor præcepti lati in dicto *cap. à crapula*; non agnoscit peccatum in dicto *cap. à crapula*. Joannes à Capistrano *Notabili* 1. & fatetur esse veniale contra consilium. 700 An sit peccatū, & quodnans.

Nobis non peccari contra consilium, nec venialiter, ut certum ex materia de Legibus demonstratur; & non esse configenda jura non constantia præcepta ibidem demonstravimus.

An liceat Clericis ingredi tabernas?

NEga: nisi urgeat gravis necessitas itineris. *Can.Clerici dist.*54. *cap. Clerici officia. de vita, & honestate Clericorum.* 701 Tabernæ Clericis interdictæ.

De Pudicitia, & Castitate Clericorum.
§. III.

QUi diligit cordis munditiam, habebitur amicus Regis. Proverb.22.

De Pudicitia agit D.Thom.2.2.*quæst.* 151. Castitas verò est virtus specialis circa refrænanda

(2) Consulendus Fagnan. in *cap. à crapula à num.* 24. *& seqq.* à quo desumpsisse videtur Auctor positiones istas.

(3) *De Regim. Athen. Amphistioni* sic scribit: *Jovis præterea Servatoris nomen invocare constituit memoriæ gratia bibentium, quòd sic bibentes salutem sine dubio consequerentur.* Gonzalez in *cap. à crapula. de vita, & honestate Cleric.*

zanda venerea. Differt à pudicitia, quæ est circa signa venereorum. Pudicitia est corporis quoad ista signa externa. Castitas est animæ, & corporis.

Castitas unde dicta.

Castitas dicta est à castigando, sive frænando illicita, estque actus temperantiæ. Arist. 3. *Ethicorum cap.12.*

Clerici ergo debent esse casti ex duplici vinculo. Primo ex Lege Divina, qua omnes debent esse casti. Secundo ex speciali ratione status, qua ratione tenentur ad castitatem, & si sint in Divinis, & Sacris Ordinibus, nec possunt matrimonium validè contrahere. idque de jure humano, ut probat Ecclesia Orientalis Græcorum. *c.cum olim. de Clericis conjugatis*. D. Gregorius *lib. 1. epist. 42. can. Presbyteris. dist. 27.* Valentia *tract. de Sacram. Ordinis disp.9. quæst. 5. par. 1.* volunt Sacris initiatum non vi voti, sed vi statuti Ecclesiæ teneri ad castitatem. Idque docent alii plures, & videtur colligi ex Trident. *sess.24. Can.1.* ibi: *lege Ecclesiastica, vel voto.* (4)

Sed cum hoc stat multos velle oppositum, scilicet teneri ad castitatem ex voto annexo Ordini ex Ecclesiæ statuto.

Castitas peculiaribus rationibus præcipitur.

Clericus igitur debet esse castus: itaut corrigat quoque exemplo alios. *cap. ut Clericum. de vita, & honestate Clericorum.* Idque primo, ut tenentur omnes Laici. Secundo, ut Ministri Christi Domini. Tertio si sint in Sacris ex speciali vinculo, quo etiam inhabilitantur ad contrahendum matrimonium jure humano. *d.cap. cum olim. de Clericis conjugatis.* Trid. *sess. 24. Can. 9.* debent se abstinere à visitatione mulierum, etiam monialium, & ad pias causas. Isidorus Pelusiota *lib.2.epist.25.* Concilium Carthaginense III. *can.25. cap. Monasteria. de vita, & honestate Clericorum.*

Per metum ordinatus ad Castitatē nō tenetur.

Si Clericus Sacris initiatus, vel professus sit ex metu injusto cadente in virum constantem, ad votum non tenetur, quia tale votum est irritum, *cap. cum dilectus. cap. perlatum. de his, quæ vi.* Navar. *cap.22. num.52.* Sà V. *Ordo num.24.* Si verò votum ratum haberet, tunc illo ligaretur. Et iste, qui ex metu tam gravi professus est, vel Ordinem suscepit, non tenetur ad Divinum Officium, si Ordine uti nolit, quia tale onus est annexum Ordini sponte suscepto, ut onus castitatis. Navar. *cap.22 num.55.* Henriq. *lib.10. de Sacram. Ordinis cap.14. num.3.*

Ordinatus in Sacris invalide nuptias contrahit.

Sacro Ordine initiatus invalidè matrimonium contrahit solo jure humano. *cap.1. de voto. cap.1. & 2. qui Clerici, vel voventes.* Et contrahens matrimonium est excommunicatus ipso facto. *cap. fin. de bigamis*, & fit irregularis. *d.cap. fin. de bigamis.* Navar. *cap.27. num.195.*

Summus Pontifex potest dispensare, ut insignitus Ordine Sacro matrimonium contrahat. Valentia 2.2. *disp.6. quæst.6. num.3.* Sanch. *lib.8. disp.8.* Sotus in 4. *disp.38. quæst.1. art.1.* S. Thom. *in 4. dist.38. quæst.1. art.4. quæst.1. ad 3.* de hoc autem fusius cùm de Voto.

Honestas in Vestibus.

§. IV.

702

Vestes sint modestæ, & coma non concinnata.

Clericus debet esse modestus persona, vestibus, & actibus. In persona non debet deferre comam concinnatam. D. Hieronym. *Epist.2. ad Nepotianum. cap. si quis ex Clericis. cap. Clericus. de vita, & honestate Clericorum*, & consequenter debent incedere Clerici cum tonsura, & corona. (5) *cap. Clericis 15. de vita, & honest. Cleric.* Trid. *sess. 23. cap. 6. de reformat.* idque etiam si sint conjugati. *cap. Clericus 6. eodem titulo.*

703

Incedant cū tonsura, & corona.

Excipias casus necessitatis ad arcendas insidias

---

(4) Paucis Auctor sa expedit hic Castitatem, seu Cœlibatum Clericorum notando, quæ cum sit singulare Clericalis Ordinis decus, & ornamentum prolixiùs pertractanda erat, si per suum institutum licuisset, & mihi tandem liceret. Ideò eruditum Lectorem exorarem, ne eum pigeat hac de re doctissimos Scriptores consolere, qui de Cœlibato majorum Clericorum dilucidè, ac doctè pertractant, discutiendo nonnullas quæstiones, quæ hac in re agitari solent: videlicet an ex Christi Domini præcepto, aut ex Apostolorum disciplina, & exemplo emanarit lex ista Continentiæ, & Cœlibatus in Clericis majoribus, & quando speciali statuto inhibitum sit eis conjugium inira, eoqua uti post susceptos ordines. Quid Nicænum I. decreverit circa Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum conjugium, & an vera sit historia Paphnutii Episcopi intercedentis in Concilio Nicæno pro Conjugiis Clericorum jam ante Ordinationem celebratis. Demùm quando accesserit Subdiaconis lex Continentiæ, & utrum ex voto emittando in majorum Ordinum susceptione, an ex ipsa Ordinatione inhabilas reddantur tum ad matrimonia ineunda, tum ad ejus usum, tam inter Latinos, quam Græcos. Quæ omnia cum dedeceat Clericum, quem imbuendum Canonica institutione suscepimus, ignorare. Disertissimos Auctores adire debet, qui rem hanc non modò dilucidarunt, sed eruditionis pabulo adornarunt. Emmanuel Gonzalez ad *cap. 1. de Clericis conjugatis*, cum ibi citatis. Gaspar Juvenin in *Commentario dissert.10. qu.7. cap.8. art.1.2. & seqq.* Jo: Morinus *de Sacris Ordinat. part.3. exercit. 12.* Bellarminus *tom. 2. controvers. lib.1. de Clericis a cap. 18.* Baronius ad *ann. 58. & 325.* Christianus Lupus in *Scholiis ad Can.3. Nicæni I.*, & ad *Can.13. Quinisexti* Natalis ab Alaxandro *Sæculo IV. dissert.19.* & alii ab eruditissimo, æque ac doctissimo Annotatore ad *lib.4. Sententiarum dist.37. §.6.* Gulielmi Estii collecti axaminati, ac dilucidati, quibus adderem cit. Lupum in *Dissertatione de Latinorum Episcoporum, & Clericorum continentia* præfixa *tom. 4. Venet. edit.* Clarissimum Ferdinandum Mendozza ad *Can. 33. Concilii Illiberitani cap. 60.* Claudium Espengæum *de Continentia Sacerdotum*, & Thomassinum *tom.1. disciplina p.1. lib.2. cap.60. & seqq.*

(5) Cosultò illustrissimus Verde discrimen facit inter Tonsuram, & Coronam Clericalem, quæ passim à DD. confunduntur. Tunsura Clericalis dicendà est rasio illa capillorum in vertice capitis facta: de qua infra *lib. II. de Sacram. Ordin.* erit sermo. Corona vero sunt capilli ita attonsi ad modum coronæ, qui circumdare debent caput Clericorum. Cumq; duo inhibita sint per Sacros Canones Clericis, & caput tondere ad pressum, & laxare, atque nutrire comam; præceptum quoq; est tantùm diffluere debere capillos Coronæ Clericalis, ut pateant aures. Hinc sequitur Coronam Clericalem esse circulum illum capillorum, qui caput cingit, & ultra aures non diffluit. Neque dicendum hanc Coronam ita descriptam vetitam esse per Sacros Canones quando inhibent Clericis Comam laxare, aut nutrire. Nam manifestè apparet solùm per Canones vetari excessus capillorum, eosque cincinnis adornare: ut clare evincit Pompejus Sarnelli *tom. 1. Epist. Eccles. Epist.10. & 11.* in medium adductis nonnullis Ecclesiasticis Scriptoribus, & Canonibus Conciliorum, & decretum reperitur in pluribus Synodis Beneventanis sub Cardinali Fr. Vincentio Maria Ursino Sacrorum Canonum, priscæ, atque modernæ Ecclesiasticæ Disciplinæ peritissimo, & nemini secundo. Qui unanimi voto Cardinalium ad Universalis Ecclesiæ clavum regendum assumptus XXIX. Maii MDCCXXIV. sub Benedicti XIII. nomine sanctissimè rexit, quem nuper mœrore oppressi debitum naturæ exolvisse accepimus XXI. Februarii MDCCXXX., & nunc grati animi vice novendialibus exequiis ei justa persolvimus, cui dictus Sarnellius percarus fuit. De hac Tonsura, & Corona Clericali vide eruditum Chamillard Doctorem Sorbonicum *de Corona, Tonsura, & Habitu Clericorum*, qui in unum penè congessit quidquid per Canones, & SS. Patres sancitum est. Saussay *lib.3. Panoplia Clericalis*, & Thomassinum *loco cit. cap.37. & seqq.*

dias hostium, hæreticorum. *cap. Clerici 15. de vita, & honestate Clericorum.*

Vestimenta etiam Clericorum debent esse moderata, & honesta. 1. *ad Timoth.* 6. *num.* 8. ibi: *habentes autem alimenta, & quibus tegamur contenti sumus.* S. Chrysostomus *Ep.* 8.

704 Quenam vestis Clericorum.

Vestis Clerici debet esse talaris, & nigri coloris juxta probatos suæ patriæ mores. *cap. Clerici officia 15. de vita, & honestate Cleric.* vestes etiam debent esse conformes. *cap. Deus cit. tit.* nec debent nimia brevitate, vel longitudine notari. *cit. cap. Clerici officia.*

Ea utens nō Clericus, punitur.

Non Clericus verò deferens vestem Clericalem punitur Jure Civili pœna exilii. *cap. penultimo, Authent. de Sacratissimis Episcopis*, & pœna falsi, si quis dicat se Clericum, cum non sit. Felinus in *cap. 3. de procurationibus*. Hodie tamen pœna est arbitraria. Menochius *de arbitrariis centuria 6. casu 561. num. 7.*

705 Justa causa Clericus propriam non deferens vestem, non peccat.

Excipias justam causam, puta ad eludendos hostes; nam tunc potest vestem transformare. *cap. Clerici officia 15. de vita, & honestate Clericorum.* (6) Et sic transiens per loca turcica, potest uti veste turcica, quia talis vestis non esset protestativa Fidei. Sanchez *2. Decalogi lib. 3. cap. 4. num. 2.*

An fœmina possit uti veste virili?

706 Femina utēs veste virili peccat.

NEgo: Deuteron. *cap. 22. num. 5.* ibi: *non induetur mulier veste virili, nec vir utatur veste fœminea, abominabilis est enim apud Deum, qui facit hæc.*

707 Clericis interdicitur annulus. Et interesse comœdiis.

Clericus etiam nequit deferre annulum. *cap. Clerici officia 15. de vita, & honestate Clericorum.*

Insuper Clericus nequit interesse Comœdiis. *cap. cum decorem. cap. Clerici officia. de vita, & honestate Cleric.* Nec possunt interesse, & recitare in comœdiis dicto *cap. cum decorem.* Et in comœdiis quis non potest uti veste Ecclesiastica, vel Sacra, *§. finali, Auth. de Sacratissimis Episcopis, collat. 9.*

708 Quæ in Ecclesiis fieri nequeunt.

Et comœdiæ profanæ non possunt fieri in Ecclesia, dicto *cap. cum decorem.*

An autem peccent alii intervenientes ad comœdias?

TU discutias ex scandalo, & periculo.

Neque Clerici possunt interesse nuptialibus conviviis, & cantilenis. *Can. Presbyter dist. 54.*

De Clerico Negotiatore.

§. V.

709 Negotiatio Clericis prohibetur.

CLericis est prohibita negotiatio, & mercatura. 1. *ad Thimoth. 2. cap. negotiatorem. dist.* 88. nullum enim exercitium seculare exercere possunt. *cap. Clerici officia 15. cap. finali. de vita, & honest. Cleric. cap. 1. 2. & 6. Ne Clerici, vel Monachi*; & negotiatio definitur quod sit emere rem animo illam immutatam vendere, vel permutare, causa majoris lucri. *Can. quod est, dist.* 88.

Sanctus Hieronymus *ad Nepotianum* scripsit: *Clericum negotiatorem, & exinde divitem, quasi quamdam pestem fuge.* Ancharan. *in cap. transmissæ num. 1. de electione.* Molina *de contractibus disp. 342. num. 1.* Majolus *de irregularitate lib. 5. cap.* 10. Rationem assignat Abbas in *cap. fin. de usuris*, quia negotiatio vix potest exerceri sine peccato, & mendacio, quam rationem enim alii tradunt, & mihi non placet, quia probaret illicitè negotiari ob periculum peccandi. Unde mihi illa videtur bona, quia indecens, & incongruum videtur Clericos rebus inhiare, & acquirendi cupiditatibus vinciri, & nihil laicis relinquere acquirendum. Studeant ergo Clerici virtutibus acquirendis, nec timeant paupertatem, patrimonium ipsorum est Deus, qui alimenta subministrat suis servis. *cap. fin. de vita, & honest. Cleric. can. quoniam* 8. & 9. 14. *quæst.* 4.

Punitur Clericus negotiator primo pœna excommunicationis, suspensionis, & depositionis ferendæ sententiæ, *cap. 5. & 6. cap. quod, ne Clerici, vel Monachi. Can. Clericus. dist. 91.* 710 Pœna Clerici negotiatoris.

Secundo, si monitus ter, non resipiscat, privatur privilegio Clericali, quoad immunitatem à gabellis. *cap. fin. de vita, & honestate Clericorum.* Et ejus bona negotiatione acquisita, deinde spolio subjacebunt ad favorem Cameræ Apostolicæ. Constit. Pii IV. incipit *Decens.*

Idque multo fortius prohibitum est Regularibus, ex novissima etiam Constitutione Clementis IX. incipit *Sollicitudo*: ubi id prohibetur etiam Mendicantibus, & Religiosis Societatis Jesu, etiam in partibus Orientalibus. 711 Et fortius Regularibus prohibetur.

Tertio, est peccatum mortale, ita Navarr. in *Manuali cap. 25. num.* 111. Sylvest. V. *Clerici 3. qu.* Lessius, Layman, & alii qui dicunt, quod si bis Clericus negotietur ob parvitatem materiæ in re levi, non sit mortale, quia revera non potest dici negotiator, nec mercator. Gloss. in *l. 1. §. merces, D. de tributis*. Exercens namque mercaturam punitur: semel autem, vel bis actum faciens, non dicitur exercere mercaturam, nec valet dici quod sit mercator. Verbum enim exercere exigit actuum multiplicitatem. *l. 1. §. licet, D. de tributis. l. semper, §. Divus Adrianus, & l. sequenti, D. de jure immunitatis.* Riccius *par. 3. praxis res.* 201. Bartol. *in l. maritum, §. qui quæstum, D. de adulteriis.* An sit peccatum mortale.

Imò Lugo *disp. 26. sect. 3. num.* 29. Molina, & Lessius putant posse Ecclesiasticos emere pecora, & pascuis propriis saginata vendere, quia tunc vendunt fructus propriorum prædiorum, sicuti si habeant greges proprias possunt lanam, lac, & fœtus vendere, nemo enim tenetur propria bona perdere. Molina *de contractibus disp.* 342. Lugo *loc. cit.* sicuti si emant agrum, possunt fructus vendere. Filliucc. Molina, & Lugo *loc. cit.* Similiter si emant rem ad proprium usum, & mutato consilio vendant carius, non dicuntur mercaturam exercere, nec incidunt in dictas pœnas. *DD. citati.*

Ut tamen ego indicem meam sententiam, quantum attinet ad peccatum mortale, puto quod ex vi jurium dictorum prohibitio non videtur sub læthali, nam pœna excommunicationis, suspensionis, & depositionis ferendæ, quantum est ex se, non supponit peccatum mortale, nisi sit lata; ergo aliundè colligendum est id esse mortale, puta si monitus ter non resipiscat.

Quando liceat Clericis negotiari?

LIcet primo, si negotium sit honestum, & justum ob necessitatem. *cap. 1. ne Clerici, vel Monachi.* Secundo, urgente necessitate. *cit. cap.* 1. Tertio, licet conducere prædia, emere uvas, & vi- 712 Quod negotium licitū Clericis.

(6) Ubi; *nisi justa causa timoris exigeris habitum transformari.*

& vinum exprimere. *Can. Nunquam. de consecratione dist. 5. Can. Clericus victum. dist.* 91. (7) Quarto, licet emere pullum, ut herbis propriis melioratum, vendat. Lugo *cit. disp.* 26. *sect.* 3. *num.* 29. Quinto, licet vendere fructus proprii prædii. Decius in *cap. S. Mariæ n.* 78. *de constit.* Sexto, tempore abundantiæ licet emere res, ne transeant ad exteros, cum periculo inopiæ propriæ patriæ. Innocentius, & Abbas in *cap.* 1. *ne Clerici, vel Monachi.* Septimo, Clericus tutor legitimus valet exercere negotium, quod exercebat pater pupilli sine dedecore, puta si non sit negotium sordidum, & lucrum debet converti in utilitatem pupilli. *Authent. Presbyteros, Cod. de Episcopis, & Clericis.* Vivius *decis.* 157. *num.* 7.

713 Honestam artem potest exercere.

Potest Clericus honestam artem exercere, ut victum sibi quærat, *Can. Clericus victum dist.* 91. *cap.* 1. *de celebratione Missarum.* Hinc potest in sua Vinea laborare, etiam manu ad evitandum otium. Concilium Carthaginense IV. *Can.* 51 52. non tamen potest operas suas aliis locare, nec exercere tabernariorum officium, ut loquitur Clementina *l. de vita, & honestate Clericorum.*

Secundo, licet negotiatio, si Clericus sit inops, suprà cit.: nec tamen justum negotium est interdictum, propter necessitates diversas, ne Clerici, vel Monachi secularibus negotiis se immisceant. Glos. in *cap. Clerici* 14. *quæst.* 4. *cap.* 1. *de consecr. dist.* 5. nam necessitas non habet legem. *cap. consilium. de observatione jejunii. cap. si quis propter. de furtis. cap. non minus. de immunitate Ecclesiarum. l.* 1. *D. de officio ejus.* Capra *regula* 95. *num.* 12.

Ex qua ratione Clericis non est interdicta ars, quæ sine sui officii detrimento exerceri valet: *cap. Clericus victum* 2. *&* 3. *dist.* 91. ubi tamen in *d. cap.* 3. Clerici non possunt esse proxenetæ sub pœna degradationis. Majolus *cap.* 20. *de irregularitate lib.* 6. qui rectè dicit non esse Clericum degradandum, si in privatis negotiis Clericus exerceat officium proxenetæ; nam textus in *d. cap.* 3. tantùm loquitur de officio proxenetæ in foro, & nundinis. Roman. *singulari* 122.

Tertio, per aliam personam potest negotiari secundam opinionem Medinæ *de restitutione quæst.* 30 *art.* 3. Molina *de contractibus disp.* 342. *num.* 10. Lessius *lib.* 2. *de justitia cap.* 21. *dubit.* 1. *num.* 6. Squillante *de obligationibus Clericorum par.* 1. *dubit.* 3. *num.* 39. ex *Clem.* 1. *de vita, & honest. Cleric.* ibi *personaliter.*

714 In minoribus an possit negotiari.

Clericus in minoribus negotiari valet. Squillante *de obligationibus Clericorum part.* 2. *dubio* 3. *num.* 39. Abbas in *cap.* 1. *ne Clerici, vel Monachi.* Genuensis *in praxi cap.* 62. *num.* 9. *impress. Romæ ann.* 1622. (8)

Acquisita per illicitam negotiationem accipit Camera Apostolica Constitutione Pii IV. 33. incipit *Decens*, & in conscientia sibi retinere potest, donec damnetur, cum sit pœna, in qua incurrenda requiritur sententia. Abbas in *cap. cum sit. de judiciis.*

715 Venatio inhibetur.

Clerici non possunt venari. *cap.* 1. *&* 2. *de Clerico venatore.* Quod quomodo intelligendum sit alias explicuimus.

Nec officia sæcularia valent exercere.

Clerici non possunt esse ministri Laicorum, nec possunt esse Vicecomites. *cap. Sacerdotibus, ne Clerici, vel Monachi.* Nec possunt esse Judices, & ministri in causa sanguinis. *cap. Clericis. ne Clerici, vel Monachi.*

716 Nec tabellio, nec Medicus fit.

Nec possunt esse tabelliones. *cap. sicut. eodem tit.* Nec possunt exercere artem medicam. *cap. non magnopere. c. super specula. eodem.*

De aliis Dignitatibus.

TITULUS XXI.

Explicatis quæ spectant ad vitam, & honestatem Clericorum, restabat explicare officium Archidiaconi, Archipresbyteri, officium Pœnitentiarii Majoris, & aliarum dignitatum; De quibus ne jejuna satis tabescat oratio, aliqua prælibamus.

De Officio Archidiaconi.

§. I.

717 Archidiaconus.

Ob jurisdictionis latitudinem coguntur Episcopi alios subrogare ministros, inter quos est Archidiaconus, & Vicarius, ad quos expediendos jam properat oratio.

Coadjutor Episcopi.

Archidiaconus, qui Episcopi dicitur coadjutor, idem est, ac primus omnium Diaconorum. Arcos Græcè enim, Princeps Latinè valet. Sylvester V. *Archidiaconus.*

Hinc non tantùm cum Præsbyteris, sed etiam cum Episcopo prælatione contendebant Diaconi. *Can. legimus dist.* 93. & contendebant rogare populum, & alia. Quæ potestas deinde Conciliorum decretis sublata, & coarctata fuit; vide Gratianum *dist.* 93. (1)

An sit Episcopi Vicarius.

718 Habet prærogativam, & Jurisdictionem.

Archidiaconatus est prærogativa Ecclesiæ cum jurisdictione. *cap. ad hæc. de officio Archidiaconi*; nam de Jure Archidiaconus est perpetuus Episcopi Vicarius. Scilicet natus, non electus, vi proprii officii. *cap. ut Archidiaconus* 1. *hoc tit.* ibi: *Sciat se Vicarium ejus esse in omnibus.* Ubi Gonzalez *Can. Perlectis dist.* 25. Sbrozzius *lib.* 1. *de officio Vicarii quæst.* 36. *num.* 10. Narbona *de appellatione à Vicario part.* 1. *nu.* 22. Barbosa *de potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 54.

Episcopo absente, ipse ut Vicarius administrat Episcopatum ex officio. *cap. literas. de restit. spol.* Barbosa *loc. cit. num.* 35. Contra Cironium in *cap.* 1. *de officio Archidiaconi.*

719 Sede vacante & non electo Vicario Capitulari, Archidiaconus exerceat Vicariatū.

Hodie Vicarii eliguntur ab Episcopo, & Sede vacante à Capitulo infra octo dies, & interim

(7) At id non licere Clericis patet ex nostra ultima Diœcesana Synodo *par.* 4. *cap.* 1. *num.* 14. cujus hæc sunt verba: *Mercimonia, negotiationes, conductiones aliorum prædiorum, etiam per intermediam personam Clerici non exerceant, &c.*

(8) Verùm cum Canones, & Pontificum Constitutiones Clericis omnibus negotiationem inhibeant, etiam in minoribus constitutis, in prohibitione continentur sub generali nomine Clericorum. Accedit declaratio Pii IV. quam refert Riccius in *praxi par.* 3. *resol.* 200. Bonacina *tom.* 2. *tit. de contractibus disp.* 3. *quæst.* 2. *par.* 2. §. 2. *num.* 9. & *S. Pii V.*

(1) Diaconorum superbia, ac audacia adeò excrevit, ut Presbyteris, & ipsis Episcopis non impares se arbitrabantur, propter administrationem bonorum Ecclesiæ; ideò conquerebantur si ad Presbyteratum essent promoti; Quapropter salutari consilio repressa est eorum superbia per plura Concilia, quorum Canones refert Gratianus *cit. dist.* 93. & præsertim per Nicænum I. *can.* 18. suprà *tit. XIV. nota* 6. relato: ubi perlege doctissimos Scholiastes Lupum, Cabassutium, Bail, aliosque. Et vide Gonzalez in *cap. statuimus. de majorit. & obed.*

rim Archidiaconus de jure exercet Vicariatum. Vide Sbrozzium *de officio Vicarii lib. 1. quæst. 3. num. 17. & quæst. 61.*

An visitet Ecclesias, Parochias, Episcopo impotente?

Affirma. *cap. ut Archidiaconus.* 1. ibi: *Si Episcopus non potest, Parochiam universam circumeat, & cuncta, quæ emendatione indigent, ad vicem sui Episcopi corrigat, & emendet. & 6. 7. & 9. de offic. Archidiac. cap. cum Apostolus. cap. procurationes. de censibus. Can. Dictum est. dist. 94.* Crespetius *in Summa. V. Archidiaconus.* Unde dictus Episcopi Coadjutor.

720 At hodie ex parte illa caret.

Sed hodie in multis locis Archidiaconus caret omni jurisdictione. Unde habet simplex officium. (a)

An debeat ordinare necessaria ad Sacrificium, deputare Ministros pro Epistola, Evangelio, & circa rectam Divini Officii recitationem?

Necessaria ad Sacrificium, & Divinum Officium ordinat.

Affirma: & officium Archidiaconi erat disponere processiones, ordinare ut rectè cantetur Evangelium, & Epistola. *cap. officium 2. de off. Archid.* ibi: *Officium verò Archidiaconi, est Evangelium quando voluerit legere, vel alicui de Diaconis præcipere, & quando Episcopus Missam canit, ad jussionem illius induant se Levitæ vestimentis sacris: qualiter cum Pontifice ad Missam procedant.... Omne Ecclesiasticum Officium providendo, Lectiones, aut Responsoria in Matrice Ecclesia dare debet, & auscultare in tantùm, ut nullus Evangelium, aut Epistolam, Responsoria, vel quamlibet in Ecclesia Lectionem legat, vel cantet, donec auscultetur ab ipso. Acolythos quoque ipse ordinet, quis eorum Candelabra, quis thuribulum deferre, quisve minorum in Ecclesia aliqua officia agere debeat.*

An Archidiaconus debeat esse Doctor, vel Licentiatus in Theologia, vel Jure Canonico?

Requisita.

Debet esse saltim Licentiatus in Sac. Theologia, vel Jure Canonico. Trid. *sess. 24. cap. 12. de reform.* Riccius *decis. 305. n. 11. par. 4.* Nam est Vicarius natus, & oculus Episcopi. *cap. 1. & 2. de officio Archidiaconi.* Quod tunc saltem est verum, quando Archidiaconus habet curam Animarum, vel Jurisdictionem. S. Cong. apud Novarium *tit. de Archidiacono conclus. unica, in Conclusionibus juris Canonici.*

An sit major Vicario electo ab Episcopo?

721 An præferatur Vicario Generali.

Controvertitur hic à Doctoribus, an in functionibus publicis Archidiaconus præferatur Vicario, & pro utraque parte videas DD. probabiliter disceptantes apud Sbrozzium *supra lib. 2. qu. 5. nu. 40.* Et quod non præferatur, facit quia Vicarius cum Episcopo facit unum Tribunal; & consequenter honorandus ad instar Episcopi. *cap. 2. de consuetudine in 6. cap. Romana. de appellationibus.* Vicario Capitulari præfertur Archidiaconus. Secundum Ioannem Andream in *cap. finali. de officio Delegati in 6.*

An possit Archidiaconus concedere Literas Dimissoriales?

722 Quæ non potest.

Archidiaconus non potest concedere Literas Dimissoriales absente Episcopo, vel Vicario; quia nec Vicarius Episcopi potest absq; speciali mandato. *cap. cum nullus, §. inferiores. de temporibus ordinationum in 6.* Ergo nec Archidiaconus; nam de Vicario ad Archidiaconum valet argumentum. Innocentius in *cap. ad hæc de officio Archidiaconi.* Soccinus in *cap. sicut. num. 45. de excessibus Prælatorum.*

An debeat custodire Cimelia, scilicet Vasa sacra pretiosa, & oblationes Ecclesiæ?

Affirma. *cap. ea, quæ 3. in fine. de Offic. Archidiaconi.*

An possit alicui committere curam Animarum sine consensu Episcopi?

723 Sine Episcopi consensu nō committit curam animarum.

Nega. *cap. cum satis 4.* ibi: *Mandamus, ut nemini sine licentia, & mandato Episcopi curam præsumas committere Animarum. de off. Archid. Can. Nullus 16. qu. 7. cap. nosti. de electione. cap. super eo. de offic. Delegati.* Barbosa *de potest. Episc. alleg. 92. num. 185.* Covarrov. *3. variar. cap. 20.* Nemo autem Sacramenta ministrare valet sine licentia Episcopi. *cap. in Sacramentis. de præb.* Itaut nequeat id præscribi, ut quis gerat curam Animarum sine licentia Episcopi. *cap. un. de Capellis Monach. in 6.* Balboa in *cap. cum Bertoldus num. 17. de re judicata.* Barbosa *part. 3. de potest. Episcop. allegat. 77. num. 12.* Intelligas deficiente titulo, & bona fide. Baldus *de præscriptionibus p. 5. quæst. 14. num. 6.* Et si nomine proprio, non nomine Episcopi præscribat; tunc enim non sibi, sed Episcopo Jus acquirit, & consequenter Archidiaconus ut Vicarius Episcopi præscribere valet. *cap. cum venissent. de Institut.* Gonzalez *ad cap. cum satis 4. n. 5. & 6. de offic. Archidiac.* & patet ex *cap. referente 7. de præbendis.*

An possit immittere in possessionem institutos ab Episcopo?

724 Institutos immittit in possessionē.

Affirma: quæ immissio in possessionem dicitur corporalis institutio. *cap. ad hoc 7. cap. ut nostrum. de off. Archid. Can. perlectis, §. ad Archidiaconum dist. 25.* & talis immissio in possessionem dicitur etiam collatio corporalis beneficii. *cap. cum Bertoldus. de re jud.*

An Archidiaconus possit ferre censuras?

725 Non potest nunc ferre censuras.

Nega. *cap. Archidiaconis*, ibi: *Archidiaconis non videtur de Ecclesiastica Institutione licere (nisi auctoritas Episcoporum accesserit) in aliquos sententiam promulgare, cap. mandamus 6. de off. Archid. Can. Visis 16. q. 2. Can. Nullus 16. q. 7. Can. corripiantur. 24. q. 3.* Tholosanus *lib. 5. partit. tit. 2. cap. 5.* Non enim in hoc est Vicarius, nisi id consuetudine, lege præscripta, & rationa- bili

---

(a) Ut ex Tridentino *sess. 24. de reform. cap. 3.* potest Diœcesim visitare de consensu Episcopi, & Notario secum assumpto, dummodo tamen intra mensem rationes peractæ visitationis Episcopo reddat, ac integra Acta ei exhibeat, & alia multa expedire poterat Archidiaconus, de quibus disponit *Can. 2. §. Archidiaconus dist. 25.*

bili acquisierit: ut acquisivisse Archidiaconum Senonensem habetur in *cap. fin. de off. Archid.* Sicuti etiam Archidiaconum Rhemensem in *cap. cum Romana. de appellat. in* 6. & alios in *cap. licet* 3. *de pœnis. cap. reprehensibilis. de appell. cap. referente. de præbendis. cap.* 1. *de eo, qui furtive.*

An possit mulctare Clericos, & Laicos pecuniaria pœna?

NEga. *cap. mandamus* 6. *de offic. Archidiaconi.*

De Officio Archipresbyteri.

§. II.

726 Archipresbyter quid sit.

ALiqua brevissimè expendamus de officio Archipresbyteri. Et sunt Archipresbyteri Presbyterorum primi. *cap. Statuimus* 7. *de majoritate, & obedientia*; debet etiam esse graduatus, vel licentiatus, quod tamèn exigimus ad bene esse. Nam secus sofficit si sit idoneus ad curam animarum; nisi esset prima Dignitas cum jurisdictione. Trid. *sess.* 24. *cap.* 12. Boerius *decis.* 296.

727 Si nō possit infirmis Sacramēta ministrare, potest aliis Presbyteris cōmittere.

Archipresbyter si non possit personaliter infirmis omnibus Sacramenta ministrare; potest hoc Presbyteris præcipere, aliis etiam collegiatis. Sylvester V. *Archipresbyter quæst.* 1. qui dicit posse etiam sub aliqua pœna præcipere. Baldus *cons.* 124. Rota *decis.* 11. *de præbendis.* Alia videas in *Tit. Decretalium de officio Archipresbyteri*, & *infra de Vicario Foraneo.*

De Pœnitentiario Majori.

§. III.

INgrediamur aliarum personarum disquisitionem.

728 Pœnitentiarius Major solū in Cathedralibus cōstituitur.

Inter quas non infirmus locus competit Pœnitentiario Majori, qui constituendus est in Cathedrali, ex Trident. *sess.* 24. *c.* 8. *de reform.* debetque esse unus ex Canonicis cum præbenda pro foro pœnitentiali, constitutus ad audiendos ad ipsum recurrentes ex tota Diœcesi, & etiam aliunde intra Diœcesim. (3)

729 Ab Episcopo eligēdus.

Si electione fiat, debet eligi ab Episcopo, nec potest à Capitulo cæteroquin habenti potestatem eligendi, etiam Episcopo absente. Mantica *dec.* 56. Barbosa *ad Trid. sess.* 24. *cap.* 8. *n.* 13. *& de Canonicis cap.* 26. *num.* 4. Cævallos *to.* 4 *communium qu.* 897. *num.* 488. Garzias *de beneficiis par.* 5. *cap* 4. *num.* 238. & in *additione ad partem* 5. *cap.* 4. *num.* 143. Zerola *de potestate Episcopi, p.* 1. *V. Pœnitentiarius*, §. 3.

An debeat esse Doctor, vel saltem Licentiatus in Jure Canonico, vel Sacra Theologia?

730 Sit doctus, si haberi nequeat Doctor, & doctus.

AFfirma: & si talis haberi nequeat; tunc debet eligi aptior, & idoneor juxtà loci qualitatem. Itaque præsentibus Doctore, & docto; si Doctor cum privilegio sit ignarus. Doctus Doctorato præfertur; nam in tali dignitate maximum incorporatur onus; sic exigitur in eo maxima virtus. Squillante *de privilegiis Clericorum cap.* 4. *num.* 69. Garzias *de beneficiis par.* 7. *cap.* 4. *num.* 32.

Patet ex Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 8. non tamen satis esse Doctorem non doctum, nam officium exigit doctum, & Doctor non doctus, est ac si non esset pro officio exigente doctrinam; ità Sacra Congregatio 20. *Martii* 1623. assistente *Bellarmino*, & reprobans Doctorem non doctum, apud Barbosam *de Canonicis, & Dignitatibus cap.* 26. *num.* 9.

Cujus ætatis.

DEbet esse annorom XL. completorum, & si talis haberi nequeat, tunc ut haberi potest aptior quærendus intra Diœcesim, nam extra Episcopus illum quærere non tenetur. Guttierez *lib.* 1. *Canonicarum cap.* 26. *num.* 40. Novarius *singularium concl.* 17. *num.* 2. Barbosa *de potestate Episcopi alleg.* 55. Azorius *lib.* 6. *cap.* 5. *qu.* 6. *in fine.* 731 Sit XL. annorum.

Patet ex Trident. *sess.* 24. *cap.* 8. *de reform.*

Quandiù debeat assistere Confessionali.

TAndiù, quandiù alii Canonici tenentur Choro: & alio tempore, quo frequentiùs pœnitentes petunt Confessarium, scilicet in Festis solemnibus, & Quadragesimæ, & Adventus, ac Paschæ, Nativitatis Dominicæ, & Festo Omnium Sanctorum. Salazar de Mendozza *lib. de institutione Pœnitentiariæ in Ecclesia Toletana*, §. 7. Ugolinus *de potestate Episcopi cap.* 33. *num.* 6. Barbosa *ad Trident. sess.* 24. *de reformat. cap.* 8. *num.* 29. *& num.* 33. *& de potestate Episc. alleg.* 55. *& de Canonicis cap.* 26. *num.* 19. 732 Pœnitentiarius Major debet assistere Confessionali, quā tum assistunt cæteri in Choro.

Ratio est, quia non tenetur Choro assistere, ut assistat Confessionali, ergo eo tempore quo deberet assistere Choro, satis est Ecclesiæ inservire in Confessionali; & insuper tempore majoris confluxus populi, ut tunc non desit petentibus, nam est ad instar Parochi totius Diœcesis, sine nova licentia in tota Diœcesi potens confessiones audire; adeòque sui copiam exhibere debet populo confluente, ne desit in necessariis Ecclesiæ, & bono animarum. Ugolinus *de officio Episcopi cap.* 33. *num.* 2. Nisi urgeat solemnitas, & pœnitentium concursus.

Hinc resolvitur:

An censeatur præsens Choro, assistens Confessionali?

733 Assistens Cōfessionali censetur interesse Choro ad hoc ut suas faciat distributiones.

AFfirma. Barbosa *ad Trident. sess.* 24. *de refor. cap.* 8. *num.* 29. *& alleg.* 55. *num.* 32. *& de Canonicis cap.* 26. *num.* 21. Garzias *par.* 5. *cap.* 4. *num.* 124. Sed major est controversia.

An Pœnitentiarius Major Cathedralis percipiat distributiones assistens confessionali tempore Divinorum Officiorum expectans, sed non actu audiens pœnitentes.

734 Assistens, & nō actu audiens lucratur distributiones.

AFfirma. Palaus *disp.* 3. *puncto* 9. §. 5. *num.* 1. Pellizzarius *tract.* 5. *cap.* 8. *sect.* 3. *qu.* 17. *num.* 174. Leander *par.* 6. *tract.* 8. *de horis Canonicis disp.* 6. *qu.* 113. dicens probabilius.

Contra

(3) Origo, & Institutio Pœnitentiarii Majoris discurietur infrà *lib. II.* Cum de Reservatione Peccatorum erit sermo; ubi recolendo priscam Ecclesiæ disciplinam in reservandis criminibus, opportunè differemus, an ista crimina à solis Episcopis absolverentur, & an aliquando Presbyteris delegarent facultatem ab illis absolvendi, & consequenter quinam fuerint isti Presbyteri, qui hac facultate decorabantur. Vide tamen hac de re eruditissimum Thomassinum *tom.* 1. *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 7. & 10. Van-Espen *Juris Eccl. p.* 1. *tit. XII. cap.* 3.

Contra Garziam *de beneficiis part.* 5. *cap.* 4. *num.* 524. Barbosam *de potest. Episcopi alleg.* 55. *num.* 30. Bonacinam *disp.* 2. *de horis qu.* 9. *puncto* 3. §. 5. *num.* 3. Truilench 1. *Decal. cap.* 8. *dub.* 52. §. 5. *num.* 1.

Patet primo, ex Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 8. ibi: *dum confessiones audiet, interim præsens in Choro censeatur*. (*Audiet* dicit, non *audit.*) Satis ergo in confessionali existere paratum ad excipiendas confessiones, saltem futuras.

Secundo, quia proximè est destinatus ad rem, ad quam destinatur; ergo destinatus ad excipiendas confessiones, est idem ac illas exciperet.

Tertio, expectans in confessionali dispositivè, est idem ac si exciperet confessiones, ut proximè parans se ad iter, parans se ad absentiam causa Reipublicæ, censetur jam causa Reipublicæ absens itinerari, ut proximè accingendus habetur pro accincto. *l. finali, Cod. de militari testamento.*

Quarto, quia pœnitentes modò adsunt, modò recedunt interpositis morulis, essetque nemini deservire pro morula, qua deest pœnitens; ac deficientibus pœnitentibus abesse à confessionali, & Choro inservire tantisper, & iterum recedere.

Quinto, quia splendor, decus, utilitas Ecclesiæ, & fidelium exigit invenire paratum, nè cum rubore cogantur pœnitentes perquirere Pœnitentiarium.

Sexto, quia id mandat Sac. Cong. ut adsit in confessionali, nè pœnitentes cogantur eum perquirere, vel nè inquirendo omittant confessionem, Sacra Congregatio apud Barbosam *de potestate Episcopi alleg.* 55. *num.* 28. & ad Trident. *sess.* 24. *cap.* 8. *de reform.* ergo non est necessarium actu audire, sed satis est ut sit accinctus, paratus audire confessiones, nè à pœnitentibus perquiratur.

Ut autem censeatur Choro præsens ad finem percipiendi distributiones, debet tempore quo alii Choro inserviunt, ipse confessionali assistere intra Ecclesiam Cathedralem, non extra, etiam ad audiendum moribundum. Garzias *par.* 5. *c.* 4. *de beneficiis num.* 125. *in fine in additione.* Barbosa *de Canonicis cap.* 26. *num.* 22.

Patet ex Trident. *sess.* 24. *cap.* 8. *de reform.* ibi: *dum confessiones in Ecclesia audiet*. Nec officit assistere moribundo, nam hoc non est in Ecclesia excipere confessionem, & moribundo quivis Sacerdos satisfacere potest.

An paratus audire confessiones in Ecclesia Cathedrali sit ità, ac præsens Processionibus, Litaniis, Exequiis defunctorum, quæ extra Ecclesiam exequuntur ad finem etiam percipiendi distributiones.

715 Paratus audire confessiones est ita ac præsens functionibus extra Ecclesiam.

AFfirma. Licèt Pœnitentiarius Major valeat in tota Diœcesi confessiones audire; tamen semper, ac extra Ecclesiam confessiones audit non facit suas distributiones.

Debet ergo in Ecclesia audire confessiones. Garzias *de beneficiis par.* 5. *cap.* 1. *num.* 525. & 126. adducens tres declarationes Sacræ Congregationis. Palaus *disp.* 3. *puncto* 9. §. 5. *num.* 2. Bonacina *disp.* 2. *puncto* 3. §. 5. *num.* 13. Barbosa *par.* 3. *alleg.* 55. *num.* 31. & *de Canonicis cap.* 26. *num.* 21. Truilench *lib.* 1. *Decalogi cap.* 8. *dub.* 52. §. 5. *num.* 1. Leander *loc. cit. qu.* 155. dicens certum. & *qu.* 116. idem ait de substituto Canonico absentis, vel mortui Pœnitentiarii.

Contra Monetam *de distributionibus quotidianis par.* 2. *qu.* 11. *num.* 65.

Ratio est ex Tridentino *sess.* 24. *de reform. c.* 8. ubi assistens confessionali gaudet distributionibus debitis aliis Canonicis ob functiones Canonicales.

Illud tamen te non prętereat, alios scilicet Canonicos excipientes confessiones tempore Divinorum Officiorum non lucrari distributiones. Leander *loc. cit. q.* 117. Concil. Trid. loquitur de Pœnitentiario, & non de substituto, quando Pœnitentiario Majori absenti, vel ægrotanti datur substitutus, qui adhuc Canonicus debet esse. Sed tu dicas substitutum sapere naturam illius, in cujus locum substituitur, Intelligas tamen talem substitutum debere esse adhuc Canonicum. Alii verò Canonici pro tempore, quo assistunt confessionibus audiendis, suas non faciunt distributiones. Nam Tridentinum tantummodò de Pœnitentiario Majori loquitur, sub cujus nomine, adhuc ejus substitutus comprehenditur, modò sit adhuc Canonicus. (4)

An Pœnitentiarius Major à jure vi Concilii habeat facultatem absolvendi à peccatis etiam reservatis, absque nova licentia.

AFfirmat Ugolinus *de potestate Episcopi c.* 33. *num.* 2. Bossius *moralium discept.* 5. *num.* 51. Homobonus *part.* 5. *de casibus reservatis*, ubi de facultate Pœnitentiarii. Mendozza *lib. de Institutione Pœnitentiariæ in Ecclesia Toletana*, §. 5. Piasecius *de potestate Episcopi part.* 2. *cap.* 5. *num.* 16. Capeavilla *de casibus reservatis cap.* 3. *quæst.* 1. *difficultate* 2. Novissimè Joano. Cabrinus in *Elucidario casuum reservator. part.* 1. *resolut.* 31. *impressione Veneta anno* 1681. post *Glossam in cap. final. de officio Judicis ordinarii*, ubi Felinus *num.* 7. *ver.* 2. *limita*. Covarruvias 3. *variar. cap.* 20. *num.* 5. Sanchez 4. *Decalogi cap.* 54. *num.* 27. Henriq. *lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 3. Layman *de Sacramento Pœnitentiæ tract.* 6. *cap.* 10. *n.* 12. *ver. duobus.* Basseus *in florib. ver. Confessarius* 11. *n.* 7. Rodriquez *tom.* 1. *Regularium q.* 25. *art.* 9. asserentes habere facultatem perpetuò annexam officio, dignitativè, adeòque posse excipere confessiones in tota Diœcesi sine nova licentia Episcopi. Ugolinus *de officio Episcopi cap.* 33. *num.* 2. & tunc satisfacere præcepto annuæ confessionis, ut satisfacit, qui confitetur proprio Episcopo, vel Parocho. *cap. omnis utriusque sexus. de pœnitentiis, & remissionibus*. — 716 A reservatis Episcopo à Jure absolvere posse plures affirmant.

Non desunt tamen volentes non posse absolvere à reservatis Episcopo, invito Episcopo. Navarrus *cons.* 20. *in noviss. de pœnitentiis, & remissionibus*. Gavantus *in manuali ver. Pœnitentiarius num.* 22. Rota *in una Neapolitana Pœnitentiariæ* 5. *Junii* 1637. *coram Merlino.* Barbosa *de potest.* — Negant alii, & rectiùs.

(4) Pœnitentiarius Major an similiter participet de Anniversariis, Laudemiis, quindenniis, & distributionibus, quæ ob absentiam aliquorum accrescunt verè interessentibus, & de aliis extraordinariis distributionibus? Card. de Luca *de Canonicis disc.* 14. *num.* 12. negat.

potest. Episcopi alleg. 55. *num.* 23. Tu Superiori consentias. (5)

An Pœnitentiarius Major possit delegare, vel subdelegare facultatem absolvendi à Reservatis.

717 Plures docent posse delegare suam potestatem.

AFfirmat Bossius *moralium discept.* 1. *nu.* 17. posse delegare ad aliquem casum particularem. Basseus, Layman, Henriq. Covarr. Felin. Gloss. Rodriq. Pialecius, Cabrinus *locis citatis*: Quarti *de casibus reservatis*.

Contradicente Valero *in differentiis utriusque fori, ver. jurisdictio, difficultate* 2. *num.* 3. Barbosa, Gavanto, & aliis *loc. cit.*

Probant, quia Jurisdictio annexa officio perpetuò ad universitatem causarum, est quasi ordinaria vi Tridentini, remanens etiam Sede vacante; Jurisdictio autem ordinaria ad universitatem causarum est delegabilis saltem in aliquo casu, vel ad certam personam à Pœnitentiario Majori ex Glossa *in cap. cum causam, ver. delegatus, de appellationibus*. Fagnanus ad *cap. Grave. de Præbendis num.* 12. Sanchez 3. *de matrim. disp.* 31 *num.* 2. Finellus *de casibus reservatis cap.* 11. Beya *par.* 4. *casu* 5. *in fine.* Diana *par.* 2. *tract.* 9. *resol.* 53. Cabrinus *loc. cit. ver. hinc deducitur, Pœnitentiarios Majores in Cathedralibus*. Id extendens etiam ad Parochum, cui ab Episcopo sit data generalis facultas absolvendi à reservatis, nisi aliter constet de voluntate Episcopi concedentis.

Afferunt etiam prædicti Doctores, habentem facultatem absolvendi ab aliquo casu reservato, non posse illam subdelegare, quia Delegatus nequit subdelegare.

Tu ista oculatiùs considera, nam mihi videtur electa industria personæ, cum Tridentinum tot qualitates personales exigat, adeòque non esse facultatem delegabilem. (6) 718 Non tamen potest, quia electa est industria personæ.

De Cimeliarcha.

§. IV.

719 Quid sit Cimeliarcha.

CImeliarcha est custos Cimelii. *l. fin. §. sin autem, C. de bonis aut. Judicis poss.* ibi: *Sin autem ii, qui detinent possessiones, vel ex sententia Judicis res vendiderint, vel alio quocunque legitimo modo omne jus, quod in his rebus habere noscuntur in alias personas post definitum à nobis tempus transtulerint, & certas pecunias acceperint, quicquid superfluum inventum fuerit, vel ampliùs, quam eis debetur, hoc modis omnibus necesse est præsentibus tabulariis signare, & in* Cimeliarcho *Sanctæ Ecclesiæ illius Civitatis, in qua hujusmodi contractus celebratur, deponere. l. sancimus* 18. *Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis. l. litibus* 19. *Cod. de Agricolis, & censit. lib. XI.* ibi: *& deponant in æde sacra, vel* Κειμηλιαρχίῳ *Civitatis, sub qua possessio sita est.*

Cimelium est locus ubi reponuntur oblationes, & cætera pretiosa. *cap. cum inter. de verb. sign.* ibi: *nec non, quæ in Cimelini ponuntur*, ubi legendum *in Cimelio*. Vide ibi Cironium, & Tiraquellum ad Alexandrum ab Alexandro *Dierum genialium lib.* 2. *cap.* 2. Et Cimelia sunt oblationes, ac alia pretiosa reposita in Cimelio. *cap. ea quæ* 3. *de Offic. Archid.* ibi: *vel ea quæ de diversis Ecclesiis* Cimelia *sunt collecta*: ubi Archidiaconus custodit Cimelia, & sic potest dici Cimeliarcha. (7) Cimelium.

(5) Optimè Auctor docet Superiori assentiendum præsertim ubi jam declaratum est Pœnitentiarium Majorem non posse absolvere à casibus Episcopo reservatis, ipso non concedente, ac reluctante, ut patet in Pœnitentiario Majori Neapolitanæ Ecclesiæ ex Decreto S. C. G. ab Auctore cit. & reperies penès ultimam nostram Diœcesanam Synodum *p.* 2. *cap.* 6. *pag.* 74. & referunt Nicolius V. *Pœnitentiarius num.* 15. Ventriglia *tom.* 2. *annotatione XII. §.* 2. *num.* 12. & ab ipso relati.

(6) Notandum tamen est hic Pœnitentiario Majori nostræ Cathedralis expressè interdictum esse delegare suam potestatem aliis: ut patet ex nostra Diœcesana Synodo sub Eminentiss. Card. Francisco Pignatello *par.* 2. *cap.* 6. *pag.* 73. Adeoque est prorsùs irrita talis potestas Delegato.

(7) Cimeliarcham nunc cum officio Sacristæ, aut Custodis, de quibus speciales tituli XXVI. & XXVII. Lib. I. Decretalium habentur, mihi suadeo convenire. Cimeliarchæ etenim incumbit vasa sacra, oblationes, & quidquid pretiosum est, veluti Ecclesiæ Thesaurarius custodire: ut patet ex dictis per Auctorem, & hujus nominis etymon explicando prosequuntur Du Morrier, Macri V. *Cimelium*, & Magnum Lexicon Joris V. Κειμήλια. Non autem nudū officium est, sed præcipua Dignitas tum in Ecclesia Occidentali, tum Orientali. In Ecclesia Orientali Cimeliarcha summæ dignitatis, ac præminentiæ erat, idem ac Magnus Σκευοφύλαξ, seu unus ex septem Exocatacælis, qui maxima dignitate, & auctoritate potiebantur post Patriarcham: ita ut ad instar Cardinalium in Concilio Generali Florentino admissi fuerint ad osculum dexteræ, & genæ Summi Pontificis, atque in publicis consessibus Episcopos præcesserint. Hi erant Magnus Œconomus, Magnus Sacellarius, Magnus Scevophylax, Magnus Chartophylax, Præpositus parvo Sacello, seu Sacellion (hos quinque enumerat Balsamon) Protecdicus ex institutione Gregorii Xiphilini, & Archidiaconus, qui ultimus ab aliquibus non recensetur, cum esset amovibilis ad nutum Patriarchæ. Vide tamen Thomassinum in sua *Disciplina tom.* 1. *p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 99. *num.* 4. *&* 10. atque alibi. De quo Cimeliarcha, seu Scevophylace specialis mentio habetur apud V. Synodum Generalem, ubi *Collatione V.* recitata sunt Acta Synodi Mospuestenæ ob exortam quæstionem an ex Sacris Diptycis erasum fuerit nomen Theodori Episcopi, & ejus loco inscriptum nomen Cyrilli Episcopi Alexandrini: Quapropter jussus fuit Joannes Presbyter Ecclesiæ Constantinopolitanæ, ut proferret Sacra Diptyca, qui Custos sacrorum vasorum dicitur ex versione Christiani Lupi in *Dissert. de V. Synodo cap.* 8. ita: *Reverendissimus Sacrorum Custos vasorum istius Sanctissimæ Ecclesiæ afferat ad considerationem nobis, & recitationem Sacra Diptyca, in quibus sanctæ memoriæ Sacerdotum ipsius optimæ Civitatis continentur vocabula.* Quem Joannem Thomassinus loco laudato *cap.* 103. *num.* 14. vocat Cimeliarcham, seu Scevophylacem, & Doctissimus Cardinalis Noris in *Dissert. Historica de V. Synodo cap.* 5. absolutè Cimeliarcham vocat. Qui ita respondit: *Secundùm jussionem vestræ Sanctitatis inter sacra vasa, quæ à me servantur habentes Diptyca illa protuli, & ad recitationem porrigo, &c.* In aliis Ecclesiis Orientalibus passim habetur: In Ecclesia Occidentali rarò occurrit hæc dignitas: in Ecclesia tantùm Mediolanensi, & Neapolitana referunt adesse. In hac equidem Cathedrali Neapolitana inter alias dignitates non infimum habet locum Cimeliarchæ dignitas, cui adhæret pinguissima præbenda. Qui ex decreto Sac. Congr. Rituum 19. *Januarii* 1619. in celebrationibus Divinorum Officiorum, & in Processionibus fert Baculum: uti refert Macri *sup. cit.* Ejus institutionem antiquissimam esse non dubitatur, & probari posset ex variis antiquis subscriptionibus apud Ughellium in *Italia Sacra tom.* 6. *in Neapolitanis*, ubi in Sergio II. anno 1177. subscribit Joannes Archipresbyter, & Cimeliarcha Ecclesiæ Neapolitanæ, similiter anno 1183. & in Delphino anno 1270. atque in Ayglerio anno 1269. Immò ipse Ughellius ex nostro Joanne Villano in Chronica Parthenopis recenset Cimeliarchæ institutionem in Ecclesia Neapolitana esse Constantini Imperatoris, exemplo Ecclesiæ Orientalis. Placet hic in medium proferre verba Villani antiqui Scriptoris; vivebat enim an. 1360. etsi fuerit Scriptor inconditæ eloquentiæ, & non exactæ criticæ, qui cum sit rarissimus ex meo exemplari edito Neapoli 1526. hæc habet *lib.* 1. *cap.* 42. „ & pero doto & arrichio la

De Primicerio.

§. V.

740 Quid sit Primicerius.

PRimicerius est idem ac primus inter cæteras dignitates, antiquitate. Cujacius ad *tit. Codicis de Primicerio lib. XII.* Brissonios *de verborum significatione*, V. *Primicerius*. Suidas, & Meursius V. *Primicerius*. Unde Sanctua Stephanus Martyrum Primicerius dicitur à D. Augustino *Serm. XXIV.*

Sic apud Romanos Primicerius dicebatur primus Mensorum. *l. 1. Cod. de Mensoribus lib. XII.* Primus fabricæ, Primicerius fabricensinm. *l. 2. Cod. de fabricensibus, eod. lib.* Primus Scholarum, Primicerius Scholarum. *l. 2. Cod. de privilegiis Schol. lib. XII.* Primus Judicum, Primicerius Judicum. *cap. Ecclesia. de constit.*

Dicitur Primicerius à primo, & cera, quasi scriptus primo ioco: Sic dignitatia antesignanus est scriptus in principio. Platina V. *Primicerius*. Cujacius, & Gothofredua in *cit. l. unic. Cod. de Primicerio lib. XII.* Tholosanus *lib. 15. Syntagm. cap. 22.* Et sic primo loco scriptus, etiam Primicerius dicitur. *Can. perlectis, §. ad Primicerium. dist. 25. cap. ex literis. de officie Deleg. cap. cùm accessissent de constit.* Undè dicebatur scriptua in tabulis ceratis pugillaribus, & dicebantur primæ, & secondæ ceræ testamenti, primæ, & secuodæ tabulæ. Paulua *lib. 5. sententiarum, princ. Inst. de pupillari;* & notavit Pancirola *lib. 2. variarum cap. 28.*

741 Primicerius Canonicorũ.

Primicerius Canonicorum statuit ordioem, & modum psallendi Divinum Officium, & Missas. *Can. Clerus. dist. 21. Can. Perlectis, ver. ad Primicerium, dist. 25. cap. un. de officio Primicerii.*

Est dignitea in aliquihua Ecclesiis, in aliis Officiũ.

In multis Ecclesiis est tantùm dignitas. *cap. cum olim 6. de Consuetudine*, in multis est tantùm officium. *cap. cùm accessissent de Constit. cap. significavit, l. 2. de homicidio.* Tholosanus *lib. 15. Syntagm. cap. 22. & lib. 2. partit. tit. 9. cap. 5.* Cironius ad *tit. de Præbendis.* (8)

742 Decanus.

Decanus dictus Decurio, Præpositus apud Latinos, est idem, ac aotiquior, qui præest sine Jurisdictione.

OEconomus

OEconomus est idem ac Defensor Ecclesiæ. *l. præsenti, Cod. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt.* (9)

De Officio Vicarii.

TITULUS XXII.

Quid & Quotuplex sit Vicarius. §. I.

Quid sit Vicarios.

743 Vicarius qui alienas vices gerit.

VIcarius est, qui alienas vices gerit. *cap. 2. de effic. Vicarii in 6.* Levit. 24. ibi: *qui percusserit animal, reddet Vicarium. l. Vicarius, D. de legatis 1.* Bechanus *de Originibus lingua Latina*, V. *Vices, cap. fin. de off. Vicarii in 6.* Quandoque alienas vices gerit succedens in locum alterius: unde Vicarius dicitur desuocti illios hæres, prædecessoris in officio, & exercitio successor. Cicero *Orat. V. in Verrem*, ibi: *unum, & quinquaginta aratores ita video dejectos, ut his ne Vicaris quidem successerint.* Horatius *lib. 3. Ode 24.* ibi:

Nec cultra placet longior annua,
Defunctumque laboribus
Æquali recreat sorte Vicarius.

Papa Successor Petri, dicıtor ejua Vicarius.

Et hac ratione Papa successor Petri, Petri Vicarius dicitor in Concilio Ephesino *cap. 16.* ubi Legatus Pontificis dixit: *Divi Petri ordinarius Successor, & Vicarius Sanctus, Beatissimusque Papa, & Episcopus noster Cælestinus, nos suos præ se quasi Vicarios ad hanc Synodum mittit.* S. Cyprianus *Epist. 67.* aliique. Quæ acceptio impropria est, quia Papa Petro non est inferior. Baronius *tom. IX. ann. 740.* Bellarminus *lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 17.* Theophilus *tom. X. in Aurea Corona Rom. Pontif.* V. *Vicarius Petri.* Propriè namque Summus Pontifex est Successor Petri, Vicarius autem Christi Domini. *Can. Ego Ludovicus dist. 63. Can. Nos quales 1. quæst. 1. Can. Quoties 1. quæst. 7. cap. ubi periculum, §. cæterum. de electione in 6.*

Quare Vicarii constituuntur.

Vicarius secundo accipitur pro ilio, qui alterioa vices gerit sive in gubernando, sive in Jurisdictione spirituali, aut temporaii. *l. Vicarius, D. de legationibus.* Cujacius *lib. 1. quæst. Papin. in l. 5. D. de offic. Proconsulis, & l. 1. D. de offic. Vicarii.* Qui variis nominibus appellatur io Jure; Officialia. *c. quamquam. de usuris in 6.* Deputatus, sive Commissarios. *cap. insinuante. de offic. Deleg.* Vicesgerens, Locumteneos. *cap. 3. de Instit. Can. Præcipimus dist. 94.* & sic Suffectus, Substitutus: vide Gonzalez ad *cap. 2. de efficio Vicarii num. 4.*

Et

„ dicta Ecclesia de molte posessione & terre: & „ adorno assai io stato de la dicta Ecclesiat & multo lo augumento: fandone ordine per sancto Zonio li Canonici: cioe septi preti prebendati: & septe Diaconi prebendati: a liqoali lo Imperatore dono terre & posessione: anche se ordinare ala dicta maiore Ecclesia il Cimonarcha o vero dignita Cimonarchale secondo le costume dela Ecclesia primitiva: & deli Archiepiscopati de Grecia: impero che ogni Ecclesia Metropolitana, o vero Archiepiscopato de Grecia glie lo Cimonarcha: impero che non haveno l'altre dignita, cioe preposto: cantore: Archidiacono: & l'altri simili officiali: e se interpreta in Greco Cimonarcha principe deli cerimonii & deli sacrificii: laquale cosa dimonstra lo effecto di questa dignita: chel Cimonarcha fa & exercita in nela Ecclesia lo officio maiore: & impero el nome ben se convene alo suo officio: in niuna Ecclesia de Italia: ne etiandio per totto el mondo dal Leuante al Ponente: e Ecclesia che habia tal dignita delo Cimonarcha: excepto la Ecclesia di Napole e quella di Milano.

(8) Præter Primicerium aliquando legitur Archiprimicerium extitisse, præsertim io nostra Neapolitana Ecclesia, ut ex Charta Anselmi Archiepiscopi Neapolitani signata an. 1213. apud Ughell. *tom. 6. edit. noviss. col. 105. & 109.* ubi ante Archipresbyterum, & Archidiaconum subscribit Archiprimicerius, ibi: *Dansferius Archiprimicerius Ecclesiæ Neapolitanæ*, & *col. 114. Ego Ricciardus Archiprimicerius subscripsi*, & *col. 116. Ego Deipotius Archiprimicerius subscripsi.*

(9) Tandem superest adnotare hac in re ex Concilio Romano anno 1725. sub Benedicto XIII. *tit. 1. cap. 6. & 7.* quòd si forte aliqua Cathedralis Ecclesia careat Præbenda Theologali, vel sit minoribus proventibos destituta, actutum provideri, vel Beneficiorum unione, aut alia ratione reditus augere usque ad 60. aureos Romanæ monetæ. Etsi sæcularis pro tunc haberi idoneus non poterit, interim Regularis aliquis doctus illa præbenda investiatur, & percipiat fructus ejus. Lectiones Sacræ Scripturæ sint saltem quadraginta ad captum auditorum accommodatæ. Et in Constitutione II. quæ extat in Appendice ejusdem Concilii decernitur, quòd tam Præbenda Theologalis, quàm Pœnitentiariæ Majoris in posterum per concursum conferantur in Italia, & Insolis adjacentibus.

Et sic Vicarius Episcopi est, qui illius vices gerit. *cap. 1. & 3. de offic. Vicarii in 6.* Vicarius Parochi, qui illius vices gerit.

Vicarius primo dividitur in *Laicum*, & *Ecclesiasticum*. Laicus est gerens vices alterius Laici. Ecclesiastici est gerens vices alterius Ecclesiastici.

Dividitur. Vicarius dividitur in *factum*, & *natum*. Natus est ex officio alterius vices exercens, ut Archidiaconus. *cap. 1. de officio Archidiaconi.* Factus est qui eligitur: ut Apostolicus à Papa, Diœcesanus ab Episcopo.

Tertio dividitur Vicarius in *Generalem*, & *Particularem*. Generalis quoad omnia. Particularis quoad aliqua alterius vices gerit.

Datur etiam Vicarius *Perpetuus*, & *Temporalis*. Perpetuus durat etiam mortuo illo, cujus est Vicarius. Temporalis est quicumque amovibilis ad nutum, vel ad certum tempus. *Can. Illud 7. qu. 1. cap. 1. de officio Vicarii in 6.*

Notandum quod Vicarii constituuntur, aut ad Jurisdictionem exercendam, vel ad celebranda Divina Officia, & ad administranda sacra in Ecclesia: de primis tractat præsens Titulus: de secundis pauca prælibemus. Et sic

De Vicario quoad exercenda, & administranda Divina Officia, & curam Animarum.

§. II.

744 Vicaria perpetua est beneficium. ISti Vicarii, sive Vicariæ, ut diximus, dividuntur in perpetuas, & temporales. Vicaria perpetua est beneficium, & constituitur assignata certa portione redditunm pro Vicario, quæ Vicaria nequit, nisi ab Episcopo, institui, nec valet Vicarius ea spoliari, etiam mortuo illo, cujus est Vicarius. *cap. postulasti. de rescriptis. cap. ad hæc 3. de offic. Vicarii. cap. perpetuus. de fide instrument. Clem. unica. hoc eodem*, & potest quis ad illius titulum ordinari. Gonzalez in *cap. veniens num. 7. hoc eodem.* Barbosa *lib. 3. Juris Eccl. cap. 6. num. 24.* De qua Vicaria procedunt, quæ in Parochis diximus.

Primo, ut nequeat quis duas Vicarias simul obtinere. *cap. veniens 2. de off. Vicarii.*

Secundo, ut non Sacerdos intra annum ascendat ad Sacerdotium. *cap. licet. de electione in 6. cap. fin. de off. Vicarii.*

Tertio, ut obtinens Vicariam, privatur beneficio Parochiali, ut obtinens novam Parochiam. *cap. de multa. de prabendis.*

745 Quæ sint Vicariæ perpetuæ. Perpetuæ autem Vicariæ sunt. Primo, si Ecclesia curata, & sæcularis obtineatur à Monachis, in qua constituendus, & deputandus Vicarius. *cap. 1. de Capellis Monach.* Qui Vicarius nequit esse Monachus; nam Monachi nequeunt Sacramenta ministrare. *cap. 1. de Capellis Monach.* qui est instituendus ab Episcopo.

Secundo, si constituatur Vicarius in Ecclesia Curata, unita alteri Ecclesiæ, Loco pio, Collegio. *cap. extirpanda, §. quia verò, de prabendis.* Sic etiam si quis habeat duas Ecclesias unitas æquè principaliter, & Rector uni ta[...] sit inservire, tunc in alia debet pon[...] *cap. 1. Ne Sede vacante. Can*[...] *quæst. 1.*

Tertio, si ob[...]

Capellæ; tunc in illa Capella constituitur Vicarius perpetuus ad administranda sacra. *cap. ad audientiam. de Eccl. ædificandis.* Trident. *sess. 25. de reform. cap. 4.*

Quarto, Vicarius Perpetuus constituitur, si Rector sit perpetuò impeditus. *cap. fin. de offic. Vicarii. cap. unico de Capellis Monach. in 6.*

Temporalis Vicarius, est quicunque amovibilis ad nutum, vel ad certum tempus datus. *Can. Illud 7. quæst. 1.* qualis est Vicarius Apostolicus à Papa missus. *Can. fin. dist. 16. Can. Adnicianus 16. quæst. 2.* Talis est electus ab Episcopo. *cap. 1. de off. Vicarii in 6.* Talis est Vicarius datus: puta durante impedimento temporali illius, cujus est Vicarius, durante peregrinatione ad limina Apostolorum, valetudine, novitiatu, si voluerit Religionem ingredi; interim enim datur Vicarius ab Episcopo. *cap. fin. de voto. cap. 1. de Clerico ægrotante. cap. de Monachis. de prabendis.* Et talis Vicaria non est beneficium: & sic nequit ad illius titulum ordinari. *cap. pervenit il 2. de appellat. cap. cùm ex eo. de elect. in 6. Extravag. Execrabilis. de prabendis.* 746 Vicarius temporalis est amovibilis.

Qui Vicarius nequit modo constitui à Rectore, vel Parocho; sed ab Episcopo. Concilium Lateranense *cap. 32.*

Vicarius Perpetuus durat etiam mortuo illo, cujus est Vicarius; itaut nequeat, sine legitima causa in Judicio decisa, repelli, vel privari, assignata portione pro substentatione. Nec ea portio potest minui, etiam Rectore mortuo; quia habet naturam beneficii perpetui. *cap. ad hæc 3. de off. Vicarii. cap. 2. de supplenda neglig. Prælat.* Barbosa *lib. 3. Juris Eccl. cap. 6. num. 34.* His prælibatis agamus modo de Vicariis quoad Jurisdictionem, ut sunt Vicarii Episcopi, Capitulares, Apostolici, Foranei, qui dicuntur electi, & nati, ut Archidiaconus, & Archipresbyter, ut supra. Ideo.

De Vicario Episcopi, & ejus requisitis.

§. III.

VIcarius Episcopi est, qui Episcopi vices gerit. *cap. 1. & 3. de officio Vicarii in 6.* & Vicarius Episcopi potest esse Generalis, & constituitur ad omnes quoad temporalia, & spiritualia. *cap. licet. cap. cum in Generali. de officio Vicarii in 6.* potest esse particularis si constituatur ad negotium particulare. Nos primo tractabimus de Vicario Generali Episcopi. Secundo de Capitulari Sede Vacante.

Ad hoc ut quis sit Vicarius, requiruntur plura. Primo debet esse saltem Clericus primæ tonsuræ. *cap. decernimus. de judiciis*; non tamen potest esse Clericus conjugatus, & multo magis bigamus. *cap. unico. de Clericis conjugatis in 6.* (1)

Si Episcopus constituat laicum, potest mulctari. *Can. In nova 16. quæst. 7.* ubi Turrecremata [...] & 2. Sbrozzius *lib. 11. quæst. 31. num. 2.* [...]tem id sit Jure humano constitutum [...] *In nova. cap. decernimus. de judiciis.* [...] Pontifex [...]mano Juri subditus, [...]pensare [...] Vicarius. *Can. Ha*[...] *2. dist. 6*[...] *cap. quoniam num. 3.* [...]*Ordin*[...] 747 Episcopus constituens Laicum Vicarium punitur. Tamen non caret dispensatione.

Talis

(1) Si[...] tualib[...] car[...] [...]ulus d[...] [...]jugatus fuit Vicarius Florentiæ. [...] *consil. 220.* & refert cit. Sbrozzius [...]

Talis dispensatio non requiritur, si Episcopus velit uti laico Consultore, vel Assessore. Archidiaconus in *Can. Plures* 58. 16.*quæst.*1. Cagnoli in *l.diem functo num.*15.*D.de off.Assessoris*.

Pro solis temporalibus causis nec est repellendus Vicarius laicus, non se ingerens in causis Ecclesiasticis. Archidiaconus, & Turrecremata in dicto *Can.In nova* 16.*quæst.*7. Felinus in *cap.decernimus.de judiciis*.

748 Annorum XXV. Secundo debet esse bene moratus, & annorum saltem XXV. quia habet curam animarum, ad quam curam talis ætas requiritur. *cap. cum in cunctis, §.inferiora. de electione*: in qua ætate Episcopus nequit dispensare: ut docet Cardinalis contra Archidiaconum.

Tertio debet esse doctus, & Doctor, vel Licentiatus in Jure Canonico. Nam est Judex, & sic non debet ignorare Canones. Trid. *sess.* 24. *de refor.cap.*12. *cap.*1.*de consanguinitate, & affinitate in fine*; sed si non sit Doctor, quia haberi non potest, tunc ei dandus est Assessor Doctor Canonum. Baldus in *l.penult.Cod.de judiciis*, debet esse Doctoratus in publica Universitate. Sac. Congreg. apud Pignatelium *tom.*1. *consult.*31a. non tamen sufficit Doctoratus per Comitem Palatinum, ut patet ex Bulla S.Pii V. apud Garziam.

Doctor, vel Licentiatus in Jure Canonico.

Quarto debet esse secularis; nam Monachus, & quivis Regularis non potest esse Vicarius Generalis sine dispensatione Summi Pontificis. Sac. Cong. apud Pellegrinum in *praxi Vicariatus part.* 1.*sect.* 2.*subsect.* 6. *num.* 6. Barbosa *de Vicariis cap.*15. *num.*16.

Secularis nō Monachus.

De Jurisdictione Vicarii.
§. IV.

749 Jurisdictio Vicarii est ordinaria.

Jurisdictio Vicarii est ordinaria. Barbosa *de potestate Episcopi allegat.*54.*num.*26. Pontius *de Matrimonio cap.* 11. *num.* 1. Pellegrinus *loc.cit.sub sect.*3.*num.* 3. & plures, quos sequitur Gonzalez in *cap.tua nobis.*5. *de offic.Vicarii. n.*5. contra Sotum *in* 4.*dist.*18.*p.*4.*art.*3. Alciatum *in rubrica de offic. Ordinarii. n.* 24. Geminianum *lib.*1.*animadversionum. cap.*16.

Probatur primo, quia est Jurisdictio, quæ competit ex Officio; & talis est Ordinaria. *cap.* 2. *de officio Vicarii in* 6. Secundo quia Jurisdictio data à lege, est Ordinaria. *l.quia, D.de jurisdictione omnium Judicum*; & hæc Jurisdictio est data à lege. *cap.2.de offic.Vicarii in* 6. Tertio quia est idem Tribunal Episcopi, & Vicarii Generalis; ergo Jurisdictio est Ordinaria. Antecedens patet ex *cap.Romana. de appellat.in* 6. & non potest appellari à Vicario ad Episcopum. dicto *cap. Romana*, quia est eadem Jurisdictio. Igitur si Jurisdictio Episcopi est Ordinaria, erit etiam Ordinaria Jurisdictio Vicarii. Quarto cum Jurisdictio, quæ à lege data semper erit Ordinaria; nisi lex exprimat concedi delegatam. *cap.irrefragabilis.§.cæterum.de officio Ordinarii in* 6. *cap.ad abolendam in fine. de hæreticis*. Imola in *l.*1. *num.*2. *de damno infecto*. Sed Jurisdictio Vicarii est à lege data, subordinata voluntati Episcopi. *cap.* 2. ubi Glossa V. *Officialem. de officio Vicarii in* 6. *cap.tua. de officio Ordinarii*. Gabriel *volum.* 2. *cons.*32. *num.* 17. & 18. Covarruvias *practicarum quæst.* 4. *num.* 4. Glossa in *cap.Romana.de appellat.in* 6. Sbrozzius *lib.*1. *de officio Vicarii quæst.* 35. *num.* 26. Ergo Jurisdictio Vicarii est Ordinaria.

Nec officit extingui Jurisdictionem Vicarii mortuo Episcopo, vel remoto; nam non per hoc est Jurisdictio delegata, sed tantùm infertur esse Jurisdictionem subordinatam Episcopo, radicatam in Jurisdictione Episcopi, quoad negotia cœpta, & incipienda; adeoque facit unum Tribunal Vicarius cum Episcopo. *cap.*1.*de Consuetudine in* 6. & extinguitur Vicarii Jurisdictio mortuo, vel remoto Episcopo; quia corruit cum suo principali. *cap.Romana. de appellatione in* 6. & extinguitur etiam in causis cœptis, & non deberet extingui, si esset delegata.

Objicies: Ordinarius potest delegare, Vicarius non potest delegare; nam non potest constituere alium Vicarium. *cap.Clericos. de off.Vicarii in* 6. Ergo Jurisdictio Vicarii non est Ordinaria. Objectio.

Respondeo primo, nec Episcopum posse facere alium Episcopum, & tamen esse Ordinarium. Secundo Vicarium non posse delegare Vicariatum, sed aliquid ex ejus Jurisdictione. Tertio virtutem delegandi competere Ordinario principali, non accessorio. Jurisdictio enim Vicarii accessoria est. *cap.*1.*de off.Vicarii in* 6. Diluitur.

Objicies insuper, qui gerit vices alterius, est delegatus. *l.*1.*§.qui mandatam, D.de off.ejus. l.solet, D.de Jurisd.omn.Jud.* Sed Vicarius gerit vices Episcopi, *cap.Romana.de appellat.in* 6. Ergo Vicarius est delegatus.

Respondeo distinguendo majorem, qui gerit vices alterius est delegatus, si gerat vices alterius sine officio, concedo: Si gerat cum officio, nego majorem. Sed distinguo minorem, Vicarius gerit vices Episcopi cum officio, concedo, sine officio, nego minorem cum sua consequentia. Nec jure novum gerentes ex officio alterius vices esse Ordinarios; Sic Legati à Latere, Nati, Missi, cæterique Apostolici Legati gerunt vices Papæ *cap.*1.*de off.Legati*, & sunt Ordinarii. *cap.*1. *de off.Legati in* 6. Similiter.

Replicabis: Jurisdictio revocabilis ad nutum est delegata. Sed Jurisdictio Vicarii est revocabilis ad nutum. Ergo est delegata.

Distinguo majorem: quando Jurisdictio exercetur sine titulo, concedo majorem; quando exercetur cum titulo, nego majorem; concessa deinde minore, nego consequentiam; nec est novum Jurisdictionem Ordinariam posse revocari ad nutum; ita Jurisdictio Proregis est Ordinaria, & est revocabilis ad nutum Regis.

Observa hic, quod nomine Ordinarii venit Vicarius. Glossa in *cap. quamquam. de usuris in* 6.& commissa Ordinario, possunt etiam exequi à Vicario. *cap.*2.*de offic. Vicarii in* 6. Secundo non appellatur à Vicario ad Episcopum; quia est idem Tribunal, & appellatio est à Minori ad Majorem Judicem; Undè Vicarius non est Judex competens in re spectanda ad Episcopum.

Insuper, quod suspenso Vicario, non fit etiam suspensa Jurisdictio Episcopi: quamvis suspenso Episcopo, fit suspensa Jurisdictio Vicarii. *cap.fin. de officio Vicarii in* 6. quia principale non sequitur accessorium: licet accessorium sequatur principale.

Episcopus potest advocare causam ad se, Vicario commissam. Clementina II. *de rescriptis*.

Ut autem Analyticè hæc discutiamus, sit primo

An

An Vicarius faciat distinctum Tribunal ab Episcopali?

750 Vicarius facit idē Tribunal cum Episcopo.

NEga: *cap. Romana* ibi: *unicum sit Consistorium. de appellat. in 6. cap. 2. de consuetudine in 6. Leo in Theatro fori Eccl. p. 1. cap.* 10. Neque est absurdum in eodem Tribunali habere Jurisdictionem doæ persooæ, maximè si una sit alteri accessoria, & evanescat extincto principali. Quæ ratio non currit, quando utraque est principalis, & potest una remanere sine altera. *cap. Legatus 2. de off. Legati in 6. l. more majorum 5. D. de off. omn. Jud.* Menochius *lib. 1. de Arbitrariis casu* 69. Barbosa in *l. quia tale 14. num. 82. D. soluto matrimonio.*

An nomine Ordinarii veniat Vicarius?

751 Venit nomine Ordinarii.

AFfirma: *cap. licet 2. de off. Vicarii in 6.* Gratianus *decis.* 167.

An possit appellari à Vicario ad Episcopum?

752 A Vicario ad Episcopū non appellatur.

NEga: quia appellatio est ad aliud superiùs Tribunal. *Can. anteriorem 2. quæst. 6. l. 1. §. ab eo, D. qui & à quo appellari. l. præcipimus, Cod. de appellat.* & Tribunal Vicarii, & Episcopi est idem. *cap. Romana de appellat. in 6. cap. 2. de consuetudine in 6. cap. si contra. de off. Delegati.* Decius in *cap. Dilecti il 3. num. 4. de appellat.* Tuscus *litera A. concl.* 341. *num.* 5. dicens nec consensu partium posse appellari, & acta esse nulla. Rota *de off. Vicarii decis. 2. num.* 2. asserens nec extrajudicialiter appellationem posse interponi. Sbrozzius *lib. 3. de off. Vicarii cap. 12. nu.* 11. Marchesanus *de Commiss. p.* 1.

An vero ab interlocutoria lata à Vicario possit appellari?

753 Neque ab interlocutoria.

NEga: ex dicta ratione, quia cessat majus Tribunal essentiale appellationi, licet namque sententia interlocutoria non exstinguat Jurisdictionem, ut exstinguit senteotia definitiva. *l. Judex postea quam, D. de Judiciis.* Tamen non solùm ad appellandum requiritur Jurisdictio Judicis à quo, sed etiam majus Tribunal ad quod appellatur. *Can. anteriorem 2. quæst.* 6. Contra Gratiaoum *Forensium cap. 155. n.* 16. Peseiram *lib. 1. forensium quæst. 9. num.* 1. Puteum *decis. 502. lib. 2.* Sbrozzium *lib. 3. quæst. 2. num.* 6. Peregrinum in *praxi Vicariatus pars. 1. sect. 2. subsect. 4. num.* 6. motos quia interlocutoria potest tolli ab eodem Judice. *l. quod jussit 14. D. de Arbitris.* Quæ ratio non facit ut appelletur, sed tantùm, ut succurratur, ad hoc, ut idem Judex cootrario imperio revocet, ut etiam coram eodem Judice, nullitas proponi valet. Vantius *de Nullitatibus tit. coram quo. num.* 20.

An valeat appellari à Vicarii sententia, quando est Judex delegatus?

754 Appellatur si sit delegatus.

AFfirma: quia non facit idem Tribunal. *cap. super quæstionum 27. §. porrò. de offic. Delegati.* Sbrozzius *lib. 2. de off. Vicarii quæst. 55. num.* 35. qua ratione appellari valet à Vicario foraneo ad Episcopum. *cap. Romana, §. Archidiaconis. de appellat. in* 6.

An Vicarius sit Judex competens in re spectante ad Episcopum?

755 Non est Judex competens in Episcopum.

NEga: quia cùm sit idem Concistorium, esset Judex io causa propria. Surdus *vol. 1. cons. 50. num.* 1. Natta *cons. 174. num.* 6. Maceratensis *lib. 1. variarum resol. 48. num.* 8.

Est tamen io causa suæ Ecclesiæ.

Cum quo stat Episcopum, ejusque Vicarium esse Judicem competentem io causa suæ Ecclesiæ. *Can. Si quis 4. quæst. 7. Can. Qui prædia 12. quæst.* 57. Felinus in *cap. cum venissent de Judiciis.* Puteus *p. 2. decis.* 210.

An quando aliquid committitur Ordinario, intelligatur commissum Vicario?

756 Venit nomine Ordinarii.

AFfirma: nisi aliud exigat materiæ gravitas. Gloss. in *cap. Ordinarii V. Locorum. de off. Ordinarii in* 6. ubi Franchus *num.* 3.

An suspenso Episcopo, sit suspensus ejus Vicarius?

757 Est suspensus Vicarius, suspē. io Episcopo.

AFfirma: *cap. fin. de off. Vicarii in* 6. est enim idem Tribunal. *cap. insinuante:* ubi Abbas *num. 2. de off. Delegati.* Licet suspenso Vicario non sit suspensus Episcopus. *cap. si contra. de off. Legati in* 6. Sbrozzius *lib. 3. de off. Vicarii quæst.* 15. Nam accessorium sequitur principale, non principale accessorium. *cap. accessorium. de regulis juris in* 6. Sed quid dicendum

De Vicario Papæ constituto in Urbe.

De hoc quæritur primo

An habeat Jurisdictionem extra Urbem, ut Papa in toto Orbe?

758 Vicarius Papæ, in Urbe exercet suū officium.

NEga: *cap. tua nobis* 5. ibi: *Jurisdictio Vicarii, quem Romanus Pontifex in Urbe reliquit, non extenditur extra illam, nisi ei specialiter sit concessum. de off. Vicarii:* ubi Gonzalez. Bulla Clementis VIII. Secundo quæritur

An ejus Jurisdictio sit Ordinaria, an Delegata?

759 Habet delegatam Jurisdictionem.

AFfirma: quia est Jnrisdictio sine officio inclusa Urbe, & per quadraginta milliaria circum circa. Vestrius *lib. 2. praxis de Vicario Urbis cap.* 16. Tolosanus 47. *Syntagm. cap. 35. num.* 8. Et sic nequit exercere sibi non commissa, ne excedat delegationis fines; cum cæteri Vicarii possint facere omnia, quæ potest Jurisdictio illius, cujus est Vicarins. *Can. fin. dist. 93. Can. 1. dist. 91. l. 2. Cod. de off. ejus, qui vicem.* Cic. *VI. in Verrem,* ibi: *Succedam ego Vicarins tuo muneri.* Aotequam videamus, quæ Vicario Generali liceant, inquirimus

An Vicarius Generalis præcedat omnes alios post Episcopum, sive Dignitates, & Canonicos?

760 Vicarius Generalis præcedit Dignitates, & Canonicos.

AFfirma. Primo, quia habet Episcopalem Jurisdictionem, quæ aliis præfertur. *Can. In nova 16. quæst. 7. cap. 2. de consuetudine in* 6. Gratianus *decis.* 167. & sic est honorandus honore Episcopali, Jurisdictioni debito. *Can. Præcipimus. dist.* 33. Secundo, quia facit cum Episcopo unum Caput. *cap. novit. de his, quæ fiunt à Prælatis*

latis sine consensu Capituli; ergo debet honorari honore Capitis, & præcedere alios, ut præcedit Caput; aliàs monstrum esset, si intermediaret aliquid inter Caput, & Vicarium unum cum Capite constituente. Gratianus *Forensium cap.* 111. *num.* 1. Pignatellus dans viginti duo Doctores *tom.* 3. *consult.* 63. *num.* 7. *&* *num.* 10. dans plures decisiones Sac. Cong.

761 Etiam Episcopo præsente.

Idque etiam præsente Episcopo Sac. Cong. Rituum 28. *Novembris* 1595. ibi: *Sac. Congregatio Sacrorum Rituum censuit Vicarium Generalem tam absente, quàm præsente Episcopo debere præcedere Canonicos, & Dignitates in Ecclesia, & Choro, & extra in Processionibus, & in aliis omnibus actibus publicis, & privatis, atque in Synodo Diœcesana.* Pignatellus *loc. cit. num.* 11. & ibi Sac. Cong. Menochius *conf.* 256. *num.* 94. Ventriglia *volum.* 2. *praxis Annotatione* 14. §. 2. *num.* 2. Navarrus *conf.* 1. *in caput primum de majoritate, & obedientia*; licet non præcedat Canonicum Episcopum. Barbosa *par.* 3. *Allegat.* 54. *num.* 144. Nicolius in *Flosculis*, V. *Vicarius Generalis num.* 44. *limitatione prima.*

Non tamen præcedit Canonicum Episcopum.

762 Præfertur in functionibus, exceptis inservientibus Episcopo.

Debetur etiam Thus, Candela, Palma ante alios Canonicos, exceptis assistentibus cum sacris vestibus Episcopo. Sac. Congr. in una *Bisignanensi* 16. *Maii* 1610. & pluries apud Pignatellum *loc. cit. num.* 13. *&* 19.

763 Non sedet in solio Episcopi, licet in digniori loco.

Sedet in digniori Sede, non tamen in Solio Episcopi, & si dignior Sedes est occupata, ei Canonicus cedit Sedem digniorem, descendens uno gradu, licet Vicarius non sit Canonicus. Sac. Congr. in una *Melphitana* 28. *Augusti* 1589. & pluries apud Pignatellum *loco laudato n.* 19.

764 Vicarius Capitularis præcedit omnes Dignitates excepta prima.

Vicarius autem Canonicus Capitularis præcedit omnes dignitates excepta prima, quia Vicarius Capitularis est Capitulo inferior, & prima dignitas representat Capitulum. Sac. Cong. pluries apud Pignatellum *tom.* 3. *conf.* 44. *n.* 22.

An Vicarius Generalis Canonicus volens præcedere alios, debeat dimittere habitum Canonicalem?

765 Vicarius Canonicus ut præcedat, dimittit habitum Canonicalem.

Affirma: Sac. Cong. pluries apud Pignatellum *loc. cit. num.* 21 Menochius *lib.* 2. *de Arbitrariis casu* 68. *num.* 23.

An volens assistere Choro, debeat assistere in habitu Canonicali, & in proprio loco, & alios non præcedere?

766 In Choro assistens, in proprio loco assistere debet.

Affirma: Sac. Cong. apud Pignatellum *loco cit.* & *tom.* 3. *consult.* 63. *num.* 11. in una *Civitatis Pennæ* 12. *Aprilis* 1603.

An Canonicus Vicarius Generalis percipiat distributiones quotidianas, Choro assistens non in habitu Canonicali in suo loco inter Canonicos?

767 Ut distributiones quotidianas lucretur, assistere debet in Choro, suo loco, & in habitu Canonicali.

Nega: quia debentur distributiones Canonicis interessentibus Horis Canonicis, & hic in habitu Canonicali. Sac. Congreg. plures apud Pignatellum *loc. cit. tom.* 3. *consul.* 44. *&* 63.

Ad quæ se extendat, vel non Auctoritas, & Jurisdictio Vicarii Generalis?

§. V.

Episcopus habet tria, quæ sunt Ordinis, Dignitatis, & Jurisdictionis.

Episcopus tria habet: Primo, quæ sunt Ordinis. *cap. aquam. de Consecrat. Eccles. vel Altaris.* Secundo, quæ sunt Dignitatis Episcopalis: ut Mitra, Baculus Pastoralis, sumere paramenta de medio Altaris, celebrare cum Annulo. *cap. accedentibus. de excessibus Prælat.* Tertio habet, quæ sunt Jurisdictionis in temporalibus, & spiritualibus. *cap. fin. de off. Vicarii. cap. penultimo. de supplenda neglig. Prælat.* De quibus videndum, quæ Vicario Episcopi competant, Et primo

An possit exercere actus Ordinis?

Quinam sint actus Ordinis.

Quidam sunt actus Ordinis ex natura sua, tanquam effectus ex sua causa ab Ordine emanantes: ut Consecrare, Confirmare. Quidam sunt addicti de jure positivo Episcopali Ordini. *cap. aqua* 9. *de Consecrat. Eccl. vel Altaris.* Ex natura sua actus Ordinis non possunt communicari alteri; Jure positivo addicti Ordini Episcopali possunt, Summo Pontifice, dispensaote, alteri competere. *cap. aquam, & cap. fin. de Consecrat. Eccl. vel Altaris.* Modò percurramus singulos.

Vicarius nō potest exercere actus Ordinis Episcopalis.

Nullus actus Ordinis sive ex natura sua, & ex se, sive Jure positivo Ordini Episcopali affixus, competit Vicario, etiamsi Vicarius sit Episcopus, nam tunc est ita ac extra Diœcesim. Unde nequit Vicarius primò conferre Sacramentum Ordinis. *Can. Quamvis. dist.* 68. Secundo, Sacramentum Confirmationis. *Can. De his. Can. Manus. de Consecrat. dist.* 5. Tertio, nec consecrare Episcopum. *Can. Episcopi. Can. Comprovinciales. dist.* 64. *Can fin. dist.* 66. *Can. Episcopi. dist.* 80. Quarto, nec consecrare Oleum Infirmorum, Cathecumenorum, neque conficere Chrisma. *cap. unico de Sacra Unctione.* Quinto, nec consecrare Ecclesias, Calices, Altaria, Aquam sacram. *Can. Quamvis dist.* 68. *cit. cap. unic. de sacra Unctione, §. fin.* Nec Ecclesias execratas reconciliare. *cit. cap. Aqua de Consecrat. Eccl. vel Alt.* Sexto, nec benedicere Abbates, vel Abbatissas. *Can. Quamvis dist.* 68. *Can. Perlectis. dist.* 25. *cap. transmissum. de electione.* Septimo, nec realiter degradare Ecclesiasticos. *cap.* 1. *de hæreticis. Can. Si quis* 15. *quæst.* 7. *cap. degradatio. de pœnis in* 6. Trident. *sess.* 13. *de reform. cap.* 4.

An possit Vicarius exercere, quæ sunt annexa ratione Dignitatis?

768 Quæ sunt Dignitatis Episcopalis Vicario non competunt.

Jure aliqua sunt connexa ad exprimendam prærogativam Dignitatis Episcopalis; & hujusmodi nec competunt Vicario: Hujusmodi sunt primo usus Mitræ, Pontificalium, Baculi Pastoralis, delatio Annuli inter celebrandum, quæ nullatenùs Vicario sunt communicabilia. *cap. conquerente. de off. Ordin. cap. ut Apostolicæ. de privilegiis in* 6. Sac. Cong. apud Gavantum in *Manuali Episcoporum*, V. *Missæ ritus num.* 12. *&* 13. ubi Vicarius, etiam Prothonotarius, aut Canonicus, si non sit participans, nequit cum Annolo celebrare. Secundo, nec erectio Baldachini in Ecclesiis exemptis. Barbosa in *Collectaneis decis. Apostolic. collect.* 715. *num.* 5. Tertio, usus Pallii. Quarto, celebrare cum duobus Clericis cum cottis, & quatuor candelis accensis, quando ratione solemoitatis id in aliis Altaribus non sit, & sumere paramenta de medio Altaris. Sac. Cong. apud Gavantum in *Manuali Episcoporum*, V. *Missæ ritus num.* 10. & in *Rubricis Missalis p.* 1. *tit.* 20. V. *An possit*, & apud Nicolium in *Flosculis*, V. *Vicarius Generalis num.* 43.

Ut Pontificalia.

Erectio Baldachini.

Usus Pallii celebrare cū duobus Clericis, &c.

*num.*43. quia cavendum à superstitioso numero candelarum in Missis privatis, nisi aliud exigat ratio festivitatis, ut ex Trid. *sess.* 22. *in Decreto de observandis, & vitandis in celebratione Missæ.* Unde dicta Sac. Congr. 7. *Augusti* 1627. decrevit: *Ad Missam Vicarii Generalis non debent accendi quatuor candelæ, nec assistere duo Cappellani.* Licet de cornu Epistolæ ob defectum Sacristiæ, possit paramenta sumere quivis Sacerdos. Gavantus *loc. cit.*

Exigere reverentiam à Principibus convocare Synodum.

Quinto, exigere reverentiam à Principibus Mundi competit Episcopo, non ejus Vicario. *cap. quamvis. de majorit. & obed.* Sexto, convocare Synodum. Sbrozzius *lib.* 2. *de off. Vicarii quæst.*46. *num.*1. Enim verò leges sancire est de reservatis Dignitati Episcopali. Federicus de Senis *cons.*264. Franchus in *cap.*1. *num* 5. *de off. Vicarii in* 6. Decius in *cap. cum accessissent. n.*41. *de Constitutionibus.* Romanus *singulari* 700. Septimo concedere Indulgentias. *cap. accedentibus. de excessibus Prælat.* Navarrus *de Jubilæo notabili* 7. *num.* 3. *tom.* 3. Octavo, convocare Capitulum, vel convocari ad Capitulum, & agere de rebus Capituli, non potest Vicarius. Trid. *sess* 25. *de reform. cap.* 1. Nono, nec visitare, nec corrigere Capitula Cathedralium potest Vicarius, quacunque consuetudine non obstante. Trident. *sess.*6. *de reform. cap.*4. ubi Sac. Cong. Maceratensis *lib.* 1. *variarum resol.* 107. Id intelligas præsente Episcopo, & Addens ad ipsum ait *n.* 6. Trid. *loc. cit.* loqui de Ecclesiis exemptis. Rota *p.*1. *in noviss. decis.*743. *num.*1.

Concedere Indulgētias.

Convocare Capitulum.

Nec visitare Capitulum.

769 Functiones à prima Dignitate, non à Vicario fiūt, Episcopo impedito.

Decimo, functiones Episcopales, Episcopo impedito, non à Vicario, sed à prima Capituli Dignitate, sunt faciendæ. Sac. Cong. apud Barbosam in *Collect. Decis. Apostolic. collect.*715. *num.*6. Quamvis sit honorandus Vicarius Generalis, ut ei dentur Candelæ, Palmæ benedictæ ante Dignitates. Sac. Cong. apud Nicolium in *Flosculis* V. *Vicarius Generalis num.* 44. Undecimo, ab Episcopo, non à Vicario datur benedictio prædicatori ascendenti ad prædicandum. Sac. Cong. apud Sellium in *Selectis Canon. cap.*46. *num.*54. Barbosa *loco cit. num.*9.

Quæ possit Vicarius Generalis circa Jurisdictionalia?

§. VI.

770 Jurisdictionalia sunt Generalia, & Specialia.

Jurisdictionalia alia sunt Generalia, alia Specialia: Generalia, non Specialia generali mandato includuntur. *cap. fin. de off. Vicarii in* 6. *cap.* 2. *de off. Legati.* Hic primo

Jurisdictionalia Generali mandato inclusa.

771 Quæ includuntur speciali mandato.

Vicarius Generalis ad omnes causas habet potestatem quoad temporalia, & spiritualia. *cap. penult. & fin. de suppend. neglig. Prælat.* Quoad spiritualia comprehendit concernentia administrationem Sacramentorum, Commutationes, & Dispensationes Voti, & Juramenti, litis beneficialia. *cap. veniens. cap. ad aures. de Simonia. cap. ad probandum. de re judicata. cap. Messana. cap. Sacrosancta. de electione. cap. si Judex. de sentent. excomm. in* 6.

Quoad temporalia, judicialia, & extra judicialia comprehendit. *cap. si quis Presbyterorum. de rebus Eccl. non alienandis. cap. vestra. de locato. Clem.* 1. *de rebus Eccl. non alienandis.*

772 Ut possit cognoscere de causa Matrimoniali.

Generali mandato comprehenduntur primo, ut possit cognoscere de causa matrimoniali. *cap.* 1. *de frigidis, & maleficiatis. cap.* 1. *in fine. de consanguinitate, & affin. cap. fin. de cognatione spirituali,* ubi impedimentum fuit propositum coram Vicario. Sanchez *disp.*29. *num.*8. Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum p.*1. *num.*321. contra Ledesmam *de matrimonio quæst.* 45. *art.* 1. *puncto* 3. *dubit.*1.

Secundo, valet dispensare: ut remittantur denunciationes in matrimonio, quia ex Trid. *sess.* 24. *de reformat. cap.*1. id conceditur Ordinario, qualis est Vicarius. Guttierez *de matrim. cap.*59. *num.*11. Genuensis in *praxi cap.*26. *n.*1. Sanchez *tom.*1. *de matrim. lib.*3. *disp.*7. *num.*9. & 11. Sperellus *decis.*97. *num.*1. Riccius in *praxi p.*1. *resolut.*226. *num.*2. Coninch *de Sacram. disp.*27. *dub.*6. *cap.*55. Barbosa *de potest. Episcopi allegat.* 23. *num.* 29. contra Menochium *de Arbitrariis casu* 453. *num.* 5. Pontium *lib.*5. *de matrim. cap.*31. Henriquez *lib.*11. *num.*5. allegantes declarationem Sacræ Congregationis. 773 Potest remittere denūtiationes.

Tertio, potest audire Confessiones, nam habet officium, cui mandata est cura Animarum. *cap.* 2. *de consuetudine in* 6. *cap. Romana. de appellat. in* 6. Riccius in *praxi resol.* 283. Tabiena V. *Absolutio* 1. *num.*31. *notabili* 14. Moneta *de de commutatione ultimarum voluntatum cap.* 7. *num.*42. Guttierez *lib.*1. *Canonic. cap.*27. *n.*24. 774 Et audire cōfessiones.

Quarto, potest aliis talem facultatem concedere. Sanchez *lib.*3. *de matrim. disp.*29. *num.*14. Licet ad hoc requirat speciale mandatum. Sotus in 4. *dist.*18. *q.*4. Vide Ventriglia *infra cit. n.*28. Atque aliis hanc facultatem concedere.

Quinto, potest censuras ferre, & relaxare. *Clem.*2. *de rescriptis. cap.*2. *de consuetudine.* 775 Potest ferre censuras.

Sexto, potest concedere monitoria ad revelationes rerum amissarum. Barbosa *p.*3. *allegat.*96. *de potest. Episc. num.*7. Garzias *p.*5. *de beneficiis cap.*8. *num.*98. ex declaratione Sac. Cong. intelligentis ita Tridentinum *sess.*25. *de reform. cap.*3. ajens ibi ab Episcopo, non ab alio hujusmodi monitoria concedenda. 776 Et monitoria ad revelandum.

Septimo, posse instituere præsentatum ad Jus-Patronatus, ex *cap. frequentibus. de instit.* ait Boerius *decis.*30. *num.*4. Glossa in *cap. fin. de off. Vicarii in* 6. Garzias *de beneficiis p.*5. *cap.*8. *num.* 48. contra Rolandum *vol.*1. *cons.*407. *n.*45. 777 Valet instituere præsentatum ad Jus Patronatus.

Octavo, potest exequi commissiones Sedis Apostolicæ commissas, sed non executas à Vicario Capitulari nomine Officii Sedis; quia Vicarius Episcopi habet Officium, & Jurisdictionem Vicarii Capitularis ex declaratione Sac. Cong. apud Pellegrinum in *Praxi Vicariatus p.*1. *sect.*2. *subsect.*1. *num.*16. 778 Commissiones Sedis Apostolicæ executioni dat.

Nono, potest etiam per censuras compellere, & implorare brachium seculare, quoties id licet Episcopo. *Can. Administratores. Can. Princeps* 23. *q.*5. Menochius *de Arbitrariis cent.* 5. *casu* 452. *num.*2. Baldus *vol.*5. *cons.*41. ex *cap.*1. *de offic. Ordinarii.* 779 Censuras fert, & brachium seculare valet implorare.

Decimo, potest lites omnes exercere, & litigantes audire, decidendo jurgia, definire civilia, & criminalia, potestque reos torquere. *Can. Illi qui* 5. *q.* 5. Sed si torquens Clericum excedat, aut injustè detineret, contrahit pœnam *Canonis Si quis suadente* 17. *qu.* 4. Genuensis in *praxi cap.* 34. Verum quoad criminalia exigi speciale mandatum sequentia propalabunt. 780 Lites exercet.

Specialia requirentia Mandatum speciale.

Res gravioris momenti dicuntur speciales; atque adeo requirunt speciale mandatum. 781 Specialia sunt.

cap. fin. de off. Vicarii in 6. Abbas, & Archidiaconus in *cap. ad hac. de offic. Archidiaconi*. Tales sunt:

Causæ criminales.

Primo, omnes causæ criminales. *cap.* 2. ibi: *inquirendi, corrigendi, aut puniendi aliquos excessus. de off. Vicarii in* 6. Rebuffus in *praxi Beneficiali de forma Vicariatus Episcopi num.* 53.

Aggratiare condẽnatos.

Secundo, non potest aggratiare condamnatos; nam functus est officio suo. *l. Judex posteaquam, D. de judiciis. dicto cap.* 2. *de offic. Vicarii in* 6. Sbrozzius *lib.* 2. *de off. Vicarii q.* 38. *num.* 1. *&* 2. Menochius 1. *de Arbitrariis q.* 49. *num.* 28.

Confiscare bona. Clericorum.

Tertio, nec potest confiscare Bona Clericorum. Baldus in *l. Imperatores in fin. de offic. Præfecti vigiliæ*.

782 Constituere Vicarium.

Quarto, substituere Vicarium est de specialibus, nec fieri potest sine speciali mandato. *cap. Clericos* 4. ibi *Substituere non permittas. de offic. Vicarii in* 6. Licet namque sit Ordinarius, est tamen electa industria personæ. *l. inter artifices, D. de solutionibus*. Azorius *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 6. *q.* 20. Rota *decis.* 4. *de offic. Vicarii*. Parisius *vol.* 4. *cons.* 8. *num.* 15. Puteus *lib.* 1. *decis.* 168. Idque etiamsi Episcopus consentiat; quia tunc Vicarius non potest substituere, sed tantùm eligere personam substituendam per Episcopum. Rebuffus *cons.* 88. Riccius *par.* 2. *praxis resol.* 113. *in fine*.

Non tamen ad breve tempus.

Potest autem ad breve tempus substituere alium Vicarium. Riccius *collect.* 1599. ex regula: Parvum pro nihilo reputatur. Tolosanus *lib.* 5. *partit. tit.* 2. *cap.* 3.

Cõcedere literas Dimissoriales.

Quinto, requiritur speciale mandatum in concedendis literis dimissorialibus ad suscipiendos Ordines. *cap. cum nullus.* 3. *§. inferiores, §. Episcopo de temp. Ordinationum in* 6. *cap. tua fraternitatis. de Clericis peregrinis. Can. Extraneo. dist.* 71. Venerus *de examine Episcoporum lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 12.

783 Potest vero si Episcopus in remotis partibus degeret.

Si tamen Episcopus esset in remotis partibus, tunc posset Vicarius concedere Literas Dimissoriales ad Ordines suscipiendos. *dicto cap. cum nullus* 3. *§. Episcopo autem in remotis. de temp. Ord. in* 6. Et in remotis locis existit, quando est extra Provinciam, secundum Glossam in *d. cap. cum nullus. v. in remotis.* ex *cap. coram. de electione.* ex *l. unica, Cod. de præscript.* 10. *vel* 20. Vel ultra duas dietas. *cap. nonnulli de rescriptis*. Vel ultra unam. *cap. statutum. eod. tit.* Vel dicitur esse in remotis partibus, cujus præsentia brevi absolutè nequit haberi. *cap. unico, §. fin.* ubi Geminianus, *ne Sede vacante in* 6.

784 Quando verificetur degere in remotis partibus.

Ex quibus, cum res Jure non sit determinata, rem relinquamus Judicis arbitrio. Menochius *de Arbitr. casu* 222.

Nisi sit contraria consuetudo.

Speciale tale mandatum non exigimus, si consuetum sit sine eo concedi Literas Dimissoriales à suis Antecessoribus. Consuetudo namque ut legem interpretatur; ita illam corrigit, & moderatur. Mendosius *Regula Cancellariæ* 24. *tit. de male promotis q.* 8. *num.* 10. Graffius *p.* 2. *aurearum lib.* 3. *cap.* 17.

785 Causæ beneficiales.

Sexto, in causis Beneficialibus requiritur speciale mandatum. *Can. Nemo de consecrat. dist.* 1. De quo speciali mandato debet fieri mentio in Bullis; causæ namque Beneficiales sunt de majoribus inter speciales. *cap. dispendiosum. de judiciis*.

Et novum beneficium creare, aut conferre.

Et sic primo, non potest novum Beneficium creare, nec creatum conferre sine speciali mandato exprimendo in Bullis. *cap.* 3. *de off. Vicarii in* 6. *c. cum in Jure. de off. Deleg.* Joannes Andreas in *cap. fin. de offic. Vicarii in* 6. Zerola in *praxi Episcopali p.* 1. *v. Vicarius, §.* 4. *&* 9. Barbosa *par.* 3. *de potest. Episcopi allegat.* 54. *num.* 6. Idque etiam si Episcopus sit absens, quia ex sola absentia non oritur Jurisdictio, nisi in casibus Jure expressis. Franchus in *cap.* 2. *col.* 3. *de off. Vicarii in* 6.

Secundo, nequit admittere resignationem, nec permutationem Beneficiorum sine speciali mandato. *cap. quæsitum. de rerum permutatione*. Sbrozzius *lib.* 2. *q.* 30. Barbosa *loc. cit. num.* 66. Et habens facultatem acceptandi resignationem, non valet sine speciali mandato beneficia conferre permutantibus. Sbrozzius *loco cit. q.* 71. *num.* 9. Rebuffus in *praxi beneficiali in forma Vicariatus num.* 100. 786

786 Resignatio, & permutatio beneficiorum.

Tertio, nec potest erigere Jus patronatus, nec illius fundationi consentire. Rebuffus *loc. cit.* Riccius *p.* 1. *decis.* 140. 787

787 Erigere Jus-Patronatus.

Quarto, nequit unire, vel dividere beneficia aut Ecclesias sine speciali mandato. Trident. *sess.* 7. *cap.* 5. *de reformat. & sess.* 3. *cap.* 4. Lotterius *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 128. Garzias *de Beneficiis p.* 12. *cap.* 2. *num.* 69. Nec potest Parochias erigere. *Can. Nemo*, ubi Glossa *v. veniet. de consecrat. dist.* 1. Nec transferre. Leo *lib.* 2. *quæst.* 117.

Unire, aut dividere beneficia.

Quinto, Jus patronatus spectans ad Episcopi præsentationem, non competit Vicario sine speciali mandato Jus ad illud præsentandi. Lambertinus *p.* 3. *de Jure patronatus lib.* 2. *q.* 100. *num.* 2. 788

788 Jus-Patronatus ad præsentationem Episcopi.

Potest tamen præsentatos instituere sine speciali mandato, Glos. in *cap. fin. v. non potest. de off. Vicarii in* 6. Covarruvias 3. *variarum cap.* 2. *num.* 7. Lambertinus *de Jure patronatus lib.* 2. *p.* 3. *art.* 3. *n.* 2. Garzias *de Beneficiis p.* 5. *cap.* 8. contra Rolandum *vol.* 1. *cons.* 47. *num.* 42. 789

789 Potest præsentatos instituere.

Sexto, non potest Vicarius Curiam habere, & Justitiam facere in domo privata, relicta Curia. *l. nulli. l. Civitas. C. de officio Rectoris Provinciæ. l. clarissimis, C. de dignitatibus lib.* XII. Farinacius *de variis, & extraordinariis criminibus q.* 41. *num.* 7. Gratianus *decis.* 113. *in fine*. In quo Vicarius deficit à Jurisdictione Episcopali, qua Episcopus valet in qualibet parte suæ Diœcesis pro Tribunali sedere. Baldus in *l. sed ut personis. in principia. Cod. quomodo, & quando*. 790

790 Curiam habere in domo privata.

Septimo, nequit Vicarius cognoscere de causis meri Imperii. Alexander in *l.* 1. *num.* 2. *D. de off. e. cu.* Nec de causa criminis hæresis, Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 6. Covarr. 3. *variarum cap.* 20. *num.* 3.

Causæ meri Imperii.

Nec valet Juramenta Purgationis Canonicæ indicere. Sbrozzius *lib.* 3. *q.* 167. *num.* 2. 791

791 Indicere jurameñta purgationis Canonicæ.

Nec causam restitutionis in integrum sine mandato speciali. Sanchez 2. *de matrim. disp.* 40. *num.* 12.

Nec in integrum restitutio, aut Synodum convocare.

Nec convocare Synodum. Sbrozzius *lib.* 2. *q.* 46. *num.* 1.

Nec visitare Diœcesim. *Can. Decernimus. Can. Episcoporum* 10. *q.* 1. *cap. inter cætera. de ordine judiciorum*. Trid. *sess.* 7. *de reformat. cap.* 8.

Visitare.

Nec alienare res Ecclesiæ, in casibus Episcopis permissis. Abbas *cons.* 88 *num.* 6. 792

792 Alienare res Ecclesiæ.

Nec decernere de alienatione rei Ecclesiæ tenuis valoris alienabilis cum consensu Episcopi pro necessitate, vel utilitate Ecclesiæ, non pro libito. *Can. Terrulas* 12. *q.* 2. cui non derogatum est à Tridentino *sess.* 25. *de reform. cap.* 11.

Etiam tenuis valoris.

nec

nec per Extravagantem *Ambitiosæ.de rebus Ecclesiæ non alienandis*; quia ut specialia ob excessum: ita ob defectum in generali dispositione non comprehenduntur. Et sic res parvi momenti etiam possunt locari ultra triennium Sacra Cong. apud Quarantam in *Summa Bullarii, v. Alienatio Eccl. num.*14. Abbas *cap.ut supra. de rebus Eccl.non alienandis.*

Quænam sit res parvi valoris.

Parvi autem valoris quænam res sit, arbitrium Judicis est, inspectis circumstantiis opulentiæ, inopiæ Ecclesiæ, utilitatis, necessitatis, loci, temporis; nam respectu opulentiæ res quindecim ducatorum fortè non est modica, & tamen respectu opulentiæ res quinquaginta aureorum erit modica. Mascardus *de probationibus concl.*75.*num.*27.Genuensis *in praxi cap.*75. *num.*4. Bonac. *tom.* 1. *de alienatione rei Eccles. disp.*2. *quæst.unica puncto* 4.*num.*5. Barbosa *p.*3. *de potest.Episcopi allegat.*54. *num.*106. Redoanus *de rebus Eccl. non alienandis q.*13.*num.*19. licet rem modicam esse non excedentem viginti aureos voluerit Glossa in *d.Can.Terrulas* 12. *qu.*2. Ventrigl.*vol.*2.*Annot.*14. *§.*1 *num.*38.

Nec sine speciali mandato potest concedere facultatem exercendi Jurisdictionem Episcopis expulsis à sua Diœcesi, qui possint illam exercere contra expulsores etiam extra Diœcesim ex licentia speciali Vicarii.

793 Clausula generalis quãdo sit.

Tandem omnia quæ sunt specialia, ut prædicta, quando ab Episcopo possunt exerceri, possunt specialiter Vicario demandari, & expressis quibusdam cum clausula *ad omnia alia, etiam majora*: censeutur etiam comprehensa non expressa. *cap.significasti*: ubi Ostiensis *de off. Archidiaconi. cap.Sedes. de rescriptis. cap.ad agendum. §.Sed si. de procurationibus in* 6. Covarr. *variarum cap.*6. *num.*2.

An autem sufficiat mandatum generale cum plena, & libera facultate, aut cum clausula: facies etiam quæ requirunt speciale mandatum?

794 Mandatum generale cũ clausula quę requirunt speciale mãdatum.

Affirma, nam tunc æquivalet mandato speciali. Rebuffus in *praxi beneficiali p.* 1. *tit. de Vicario Episcopi num.* 139. Barbosa *allegat.*70. contra Boerium *decis.*30. *num.*40.Zerolam *par.* 1. *praxis Episcopalis, v. Vicarius, §.*14. Pellegrinum *p.*1.*praxis Vicariatus sect.*2.*subsect.* 1. *num.* 3. Quorum opinio posset procedere in specialissimis. *cap.ex frequentibus.de constit.cap. generaliter.de procurat.in* 6.

795 Speciales quoque sunt imponere publicas pœnitentias.

Nequit etiam Vicarius nisi ex speciali mandato imponere publicas pœnitentias, nec reconciliare. Genuensis in *praxi cap.*51.

Nec dispensare cum illegitimis.

Nec valet dispensare cum illegitimis; nam id solum est permissum Episcopis. *cap.* 1. *de filiis Presbyterorum.* Cardinalis in *Clem.unica. de off. Vicarii*. Potest tamen ex vi generalis mandati delegare potestatem, quam habet ut absolvatur à censuris. Ugolinus *de potest. Episc. cap.* 39. *num.*10. Sac.Cong. apud Riccium *par.*1.*praxis resol.* 445. Ventriglia *loc.cit.num.*30.

Quibus modis cesset Vicarii Jurisdictio?

§. VII.

796 Cessat Jurisdictio Vicarii, Episcopi cessante.

Duplici modo. Primo, semper ac cessat Jurisdictio Episcopi; nam Vicarii Jurisdictio Episcopi Jurisdictionem sequitur principalem, sine qua subsistere nequit. *cap. Romana. de appellat. in* 6. *cap.* 2. *de consuetudine in* 6. *cap. si contra. de officio Delegati.*

Eorumque consensu.

Secundo, mutatione voluntatis Episcopi, vel Vicarii; ut enim utriusque consensu fit Vicarius, ita dissolvitur dissensu alterius. *cap.* 2. *de regulis juris. l. judicium solvitur. de judiciis. Clem.fin. de procurat.*

Cessat ergo Jurisdictio Vicarii, semper ac cessat Episcopalis, cui adnectitur: Sed Episcopalis cessat multis modis: ergo multis modis Vicarialis Jurisdictio cessat. Et primo:

797 Morte naturali Episcopi.

Morte naturali Episcopi. *cap. si gratiose. de rescriptis in* 6. *cap. illa. cap.fin. ne Sede vacante. cap.quia. de judiciis. cap. ad abolendam.de hæreticis*. Tunc enim extinguitur Episcopi eligentis Jurisdictio. *cap.cum enim.de majorit.& obed. cap.fin. ne Sede vacante*, & *d.cap.Romana.*

Non à Delegatis.

Idque etiam ad negotia cœpta. Henriquez 3. *par. Summæ c.*20. *§.*5. Intelligas quoad negotia commissa ratione officii cessantis, in quo differt à Delegato, qui cessante delegante, potest prosequi incœpta negotia. *cap. gratum. de off. Deleg.* Sed quousque ignota est mors, Episcopi ejus Acta tenent. Gratianus *cap.* 18. *num.*5. non vi Episcopalis Jurisdictionis jam extinctæ. Felinus in *cap. ex parte Decani, v. fallit. num.* 8. *de rescriptis*. Sed vi erroris communis, quo stante Ecclesia dat Jurisdictionem, ne publica quies corruat. *l. Barbarius, D.de off. Prætoris*. Idque etiam si innotuerit privatim Vicario Episcopi decessus; nam adhuc vi erroris communis validam Jurisdictionem exercet. dicta *l. Barbarius*. Sanchez 3. *de matrim. disp.* 27. *q.* 6. *num.* 59. *in fine*. Ventriglia *loco cit.n.*57.

Ne tamen omittas. Henriquez *lib.*7.*de Indulgentiis cap.*21.*num.*5.*l.*5.docentem mortuo Episcopo, Vicarium valida Jurisdictione uti, donec à capitulo deponatur.

798 Morte civili Episcopi.

Secundo, extinguitur Jurisdictio Vicarii morte civili Episcopi scilicet captivitate. *l.primum. l.in omnibus, D.de captivis. cap. si Episcopus. de suppl. negligentia Prælatorum*. Et illico devolvitur ad Capitulum. *cap. si Episcopus. eodem.* Barbosa *p.* 3. *de potest. Episcopi allegat.* 54. *num.* 54.

799 Professione religiosa.

Et sic etiam professione Religiosa extinguitur, nam hæc morti naturali comparatur. *Can. Placuit* 27. *q.*1. *Can.Nullus* 27.*q.*7. *l.res uxoris, D.de donationibus inter.*

800 Depositione degradatione, &c. Episcopi.

Tertio, cessat Episcopi, & sic Vicarii Jurisdictio depositione, degradatione Episcopi. Glossa in *cap. si Episcopus, v.morte. de supplenda negl. Prælatorum in* 6.

Renunciatione, vel resignatione

Quarto, cessat mutatione Episcopi, vel renunciatione, vel resignatione. *cap.*1.*de renunciatione in* 6. Franciscus Marcus *q.*20.

Et translatione Episcopi.

Quinto, cessat translatione ad alium Episcopatum. *cap.fin.de transl.Episc.* Idque etiam ignota translatione. *cap.quia in cunctis, §. adiiciebatur.de concessione Præbendæ in* 6. Franciscus Marcus *loc.cit. n.*40. Licet errore communi ob publicum bonum Acta substineantur. *l. Barbarius, D.de off. Prætoris.*

801 Publicè excommunicato Episcopo.

Sexto, excommunicato Episcopo per cedulones, vel suspenso ab officio, & beneficio, est simul suspensa Vicarii Jurisdictio. *cap. fin. de off. Vicarii in* 6. ubi Glossa v. *Ipsius*. Joannes Andreas, & Ancharanus, Ugolinus *de censuris tabula* 2. *cap.*11. *§.*3. *num.*8.

802 Suspensa Jurisdictione Episcopi

Semper ac est suspensa Jurisdictio Episcopi, nequit Vicarius Jurisdictionem exercere. Parisius *vol.*2.*cons.*89.*num.*10.*in fine.* ex *cap. ad proban-*

Contra Garziam *de beneficiis part. 5. cap. 4. num.* 124. Barbosam *de potest. Episcopi alleg.* 55. *num.* 20. Bonacinam *disp. 2. de horis qu. 9. puncto 3. §. 5. num.* 3. Trullench 1. *Decal. cap.* 8. *dub.* 12. §. 5. *num.* 1.

Patet primo, ex Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 8. ibi: *dum confessiones audiet, interim præsens in Choro censeatur*. (*Audiet* dicit, non *audit.*) Satis ergo in confessionali existere paratum ad excipiendas confessiooes, saltem futuras.

Secundo, quia proximè est destinatus ad rem, ad quam destinatur; ergo destinatus ad excipiendas confessiones, est idem ac illas exciperet.

Tertio, expectans in confessionali dispositivè, est idem ac si exciperet confessinnes, ut proximè parans se ad iter, parans se ad absentiam causa Reipublicæ, censetur jam causa Reipublicæ absens itinerari, ut proximè accingendus habetur pro accincto. *l. finali, Cod. de militari testamento.*

Quarto, quia pœnitentes modò adsunt, modò recedunt interpositis moruliis, essetque nemini deservire pro moruia, qua deest pœnitens; ac deficientibus pœnitentibus abesse à confessionali, & Choro inservire tantisper, & iterùm recedere.

Quinto, quia splendor, decus, utilitas Ecclesiæ, & fidelium exigit invenire paratum, nè cum rubore cogantur pœoitentes perquirere Pœnitentiarium.

Sexto, quia id mandat Sac. Cong. ut adsit in coofessionali, nè pœnitentes cogantur eum perquirere, vel nè inquirendo omittant confessionem, Sacra Congregatio apud Barbosam *de potestate Episcopi alleg.* 55. *num.* 28. & ad Trident. *sess.* 24. *cap.* 8. *de reform.* ergo non est necessarinm actu audire, sed satis est ut sit accinctus, paratus audire confessiones, nè à pœnitentibus perquiratur.

Ut autem censeatur Choro præsens ad finem percipiendi distributiones, debet tempore quo alii Choro inserviunt, ipse confessionali assistere intra Ecclesiam Cathedralem, non extra, etiam ad audiendum moribundum. Garzias *par.* 5. *c.* 4. *de beneficiis num.* 125. *in fine in additione.* Barbosa *de Canonicis cap.* 26. *num.* 22.

Patet ex Trident. *sess.* 24. *cap.* 8. *de reform.* ibi: *dum confessiones in Ecclesia audiet*. Nec officit assistere moribundo, nam hoc non est in Ecclesia excipere confessionem, & moribundo quivis Sacerdos satisfacere potest.

An paratus audire confessiones in Ecclesia Cathedrali sit ità, ac præsens Processionibus, Litaniis, Exequiis defunctorum, quæ extra Ecclesiam exequuntur ad finem etiam percipiendi distributiones.

735 Paratus audire confessiones est ita ac præsens fūctionibus extra Ecclesiam.

Affirma. Licèt Pœnitentiarius Major valeat in tota Diœcesi confessiones audire; tamen semper, ac extra Ecclesiam confessiones audit non facit suas distributiones.

Debet ergo in Ecclesia audire confessiones. Garzias *de beneficiis par.* 5. *cap.* 1. *num.* 125. & 126. adducens tres declarationes Sacræ Congregationis. Palaus *disp.* 3. *puncto* 9. §. 5. *num.* 2. Bonacina *disp.* 2. *puncto* 3. §. 5. *num.* 13. Barbosa *par.* 3. *alleg.* 55. *num.* 31. & *de Canonicis cap.* 26. *num.* 21. Trullench *lib.* 1. *Decalogi cap.* 8. *dub.* 12. §. 5. *num.* 1. Leander *loc. cit. qu.* 115. dicens certum. & *qu.* 116. idem ait de substituto Canonico absentis, vel mortui Pœnitentiarii.

Contra Monetam *de distributionibus quotidianis par.* 2. *qu.* 11. *num.* 65.

Ratio est ex Tridentino *sess.* 24. *de reform. c.* 8. ubi assistens confessionali gaudet distributionibus debitis aliis Canonicis ob functiones Canonicales.

Illud tamen te non prętereat, alios scilicet Canonicos excipientes confessiones tempore Divinorum Officiorum non lucrari distributiones. Leander *loc. cit. q.* 117. Concil. Trid. loquitur de Pœnitentiario, & non de substituto, quando Pœnitentiario Majori absenti, vel ægrotanti datur substitutus, qui adhuc Canonicus debet esse. Sed tu dicas substitutum sapere naturam illius, in cujus locum substituitur, Intelligas tamen talem substitutum debere esse adhuc Canonicum. Alii verò Canonici pro tempore, quo assistunt confessionibus audiendis, suas noo faciunt distributiones. Nam Tridentinum tantummodò de Pœnitentiario Majori loquitur, sub cujus nomine, adhuc ejus substitutus comprehenditur, modò sit adhuc Canonicus. (4)

An Pœnitentiarius Major à jure vi Concilii habeat facultatem absolvendi à peccatis etiam reservatis, absque nova licentia.

Affirmat Ugolinus *de potestate Episcopi c.* 33. *num.* 2. Bossius *moralium discept.* 1. *num.* 51. Homobonus *part.* 1. *de casibus reservatis*, ubi de facultate Pœnitentiarii. Mendozza *lib. de Institutione Pœnitentiariæ in Ecclesia Toletana*, §. 5. Piasecius *de potestate Episcopi part.* 2. *cap.* 1. *num.* 16. Capeavilla *de casibus reservatis cap.* 3. *quæst.* 1. *difficultate* 2. Novissimè Joann. Cabrinus in *Elucidario casuum reservator. part.* 1. *resolut.* 31. *impressione Veneta anno* 1681. *post Glossam in cap. final. de officio Judicis ordinarii*, ubi Felinus *num.* 7. *ver.* 2. *limita*. Covarruvias 3. *variar. cap.* 20. *num.* 5. Sanchez 4. *Decalogi cap.* 54. *num.* 27. Henriq. *lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 3. Layman *de Sacramentis Pœnitentiæ tract.* 6. *cap.* 10. *n.* 12. *ver. duobus*. Basseus *in florib. ver. Confessarius* 11. *nu.* 7. Rodriquez *tom.* 1. *Regularium q.* 21. *art.* 9. afferentes habere facultatem perpetuò annexam officio, dignitativè, adeòque posse excipere confessiones in tota Diœcesi sine nova licentia Episcopi. Ugolinus *de officio Episcopi cap.* 33. *num.* 2. & tunc satisfacere præcepto annuæ confessionis, ut satisfacit, qui confitetur proprio Episcopo, vel Parocho. *cap. omnis utriusque sexus. de pœnitentiis, & remissionibus*. — 736 A reservatis Episcopo à Jure absolvere posse plures affirmant.

Non desunt tamen volentes non posse absolvere à reservatis Episcopo, invito Episcopo. Navarrus *cons.* 20. *in noviss. de pœnitentiis, & remissionibus*. Gavantus *in manuali ver. Pœnitentiarius num.* 22. Rota *in una Neapolitana Pœnitentiariæ* 5. *Junii* 1637. *coram Merlino*. Barbosa *de potest.* — Negant alii, & rectiùs.

(4) Pœnitentiarius Major an similiter participet de Anniversariis, Laudemiis, quindenniis, & distributionibus, quæ ob absentiam aliquorum accrescunt verè interessentibus, & de aliis extraordinariis distributionibus? Card. de Luca *de Canonicis disc.* 14. *num.* 12. negat.

poteſt. Epiſcopi alleg. 55. num. 23. Tu Superiori conſentias. (5)

An Pœnitentiarius Major poſſit delegare, vel ſubdelegare facultatem abſolvendi à Reſervatis.

737 Plures docent poſſe delegare ſuam poteſtatem.

Affirmat Boſſius *moralium diſcept. 1. nu. 17.* poſſe delegare ad aliquem caſum particularem. Baſſeus, Layman, Henriq. Covarr. Felin. Gloſſ. Rodriq. Piaſecius, Cabrinus *locis citatis:* Quarti *de caſibus reſervatis*.

Contradicente Valero *in differentiis utrinſque fori, ver. juriſdictio, difficultate 2. num. 3.* Barboſa, Gavanto, & aliis *loc. cit.*

Probant, quia Juriſdictio annexa officio perpetuò ad univerſitatem cauſarum, eſt quaſi ordinaria vi Tridentini, remanens etiam Sede vacante; Juriſdictio autem ordinaria ad univerſitatem cauſarum eſt delegabilis ſaltem in aliquo caſu, vel ad certam perſonam à Pœnitentiario Majori ex Gloſſa *in cap. cum cauſam, ver. delegatus, de appellationibus*. Fagnanus ad *cap. Grave. de Præbendis num. 12.* Sanchez 3. *de matrim. diſp. 31 num. 2.* Finellos *de caſibus reſervatis cap. 11.* Beya *par. 4. caſu 5. in fine.* Diana *par. 2. tract. 9. reſol. 53.* Cabrinus *loc. cit. ver. hinc deducitur, Pœnitentiarios Majores in Cathedralibus*. Id extendens etiam ad Parochum, cui ab Epiſcopo ſit data generalis facultas abſolvendi à reſervatis, niſi aliter conſtet de voluntate Epiſcopi concedentis.

Aſſerunt etiam prædicti Doctores, habentem facultatem abſolvendi ab aliquo caſu reſervato, non poſſe illam ſubdelegare, quia Delegatus nequit ſubdelegare.

Tu iſta oculatiùs conſidera, nam mihi videtur electa induſtria perſonæ, cum Tridentinum tot qualitates perſonales exigat, adeòque non eſſe facultatem delegabilem. (6) 738 Non tamen poteſt, quia electa eſt induſtria perſonæ.

De Cimeliarcha.

§. IV.

Cimeliarcha eſt cuſtos Cimelii *l. fin. §. ſin autem, C. de bonis aut. Judicis poſſ.* ibi: *Sin autem ii, qui detinent poſſeſſiones, vel ex ſententia Judicis res vendiderint, vel alia quocunque legitimo modo omne jus, quod in his rebus habere noſcuntur in alias perſonas poſt definitum à nobis tempus tranſtulerint, & certas pecunias acceperint, quicquid ſuperfluum inventum fuerit, vel ampliùs, quam eis debetur, hoc modis omnibus neceſſe eſt præſentibus tabulariis ſignare, & in* Cimeliarcho *Sanctæ Eccleſiæ illius Civitatis, in qua hujuſmodi contractus celebratur, deponere. l. ſancimus 18. Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis. l. litibus 19. Cod. de Agricolis, & cenſit. lib. XI.* ibi: *& deponant in æde ſacra, vel* Κειμηλιαρχίῳ *Civitatis, ſub qua poſſeſſia ſita eſt.* 739 Quid ſit Cimeliarcha.

Cimelium eſt locus ubi reponuntur oblationes, & cætera pretioſa. *cap. cum inter. de verb. ſign.* ibi: *nec non, quæ in Cimelini ponuntur*, ubi legendum *in Cimelia*. Vide ibi Cironium, & Tiraquellum ad Alexandrum ab Alexandro *Dierum genialium lib. 2. cap. 2.* Et Cimelia ſunt oblationes, ac alia pretioſa repoſita in Cimelio. *cap. ea quæ 3. de Offic. Archid.* ibi: *vel ea quæ de diverſis Eccleſiis* Cimelia *ſunt collecta*: ubi Archidiaconus cuſtodit Cimelia, & ſic poteſt dici Cimeliarcha. (7) Cimelium.

De

(5) Optimè Auctor docet Superiori aſſentiendom præſertim ubi jam declaratum eſt Pœnitentiarium Majorem non poſse abſolvere à caſibus Epiſcopo reſervatis, ipſo non concedente, ac reluctante, ut patet in Pœnitentiario Majori Neapolitanæ Eccleſiæ ex Decreto S. C. G. ab Auctore cit. & reperies penès ultimam noſtram Diœceſanam Synodum *p. 2. cap. 6. pag. 74.* & referunt Nicolius V. *Pœnitentiarius num. 15.* Veotriglia *tom. 2. annotatione XII. §. 2. num. 12.* & ab ipſo relati.

(6) Notandum tamen eſt hîc Pœnitentiario Majori noſtræ Cathedralis expreſsè interdictum aſse delegare ſuam poteſtatem aliis; ut patet ex noſtra Diœceſana Synodo ſub Eminentiſs. Card. Franciſco Pignatello *par. 2. cap. 6. pag. 73.* Adeoque eſt prorsùs irrita talis poteſtas Delegato.

(7) Cimeliarcham nunc cum officio Sacriſtæ, aut Cuſtodis, de quibus ſpeciales tituli XXVI. & XXVII. Lib. I. Decretalium habentur, mihi ſuadeo convenire. Cimeliarchæ etenim incumbit vaſa ſacra, oblationes, & quidquid pretioſum eſt, veluti Eccleſiæ Theſaurarius cuſtodire: ut patet ex dictis per Auctorem, & hujus nominis etymon explicando proſequuntur Du Mortier, Macri V. *Cimelium*, & Magnum Lexicon Juris V. *Κειμήλιον*. Non autem nudū officium eſt, ſed præcipua Dignitas tum in Eccleſia Occidentali, tum Orientali. In Eccleſia Orientali Cimeliarcha ſummæ dignitatis, ac præminentiæ erat, idem ac Magnus *Σκευοφύλαξ*, ſeu unus ea ſeptem Exocatacelis, qui maxima dignitate, & auctoritate potiebantur poſt Patriarcham: ita ut ad inſtar Cardinalium in Concilio Generali Florentino admiſsi fuerint ad oſculum dexteræ, & genæ Summi Pontificis, atque in publicis conſeſsibus Epiſcopos præceſſerint. Hi erant Magnus OEconomus, Magnus Sacellarius, Magnus Scevophylax, Magnus Chartophylax, Præpoſitus parvo Sacello, ſeu Sacellion (hos quinque enumerat Balſamon) Protecdicus ex inſtitutione Gregorii Xiphilini, & Archidiaconus, qui ultimus ab aliquibus non recenſetur, cum eſſet amovibilis ad nutum Patriarchæ. Vide tamen Thomaſsinum in ſua *Diſciplina tom. 1. p. 1. lib. 2. cap. 99. num. 4. & 10.* atque alibi. De quo Cimeliarcha, ſeu Scevophylace ſpecialis mentio habetur apud V. Synodum Generalem, ubi *Collatione V.* recitata ſunt Acta Synodi Moſpueſtenæ ob exortam quæſtionem an ex Sacris Diptycis eraſum fuerit nomen Theodori Epiſcopi, & ejus loco inſcriptum nomen Cyrilli Epiſcopi Alexandrini: Quapropter juſſus fuit Joannes Presbyter Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ut proferret Sacra Dipthyca, qui Cuſtos ſacrorum vaſorum dicitur ex verſione Chriſtiani Lupi in *Diſſert. de V. Synodo cap. 8.* ita: *Reverendiſſimus Sacrorum Cuſtos vaſorum iſtius Sanctiſſimæ Eccleſiæ adferat ad conſiderationem nobis, & recitationem Sacra Diptyca, in quibus ſanctæ memoria Sacerdotum ipſius optimæ Civitatis continentur vocabula.* Quem Joannem Thomaſsinus loco laudato *cap. 103. num. 14.* vocat Cimeliarcham, ſeu Scevophylacem, & Doctiſsimus Cardinalis Noris in *Diſſert. Hiſtorica de V. Synodo cap. 5.* abſolutè Cimeliarcham vocat. Qui ita reſpondit: *Secundùm juſſionem veſtræ Sanctitatis inter ſacra vaſa, quæ à me ſervantur habentes Diptyca illa protuli, & ad recitationem porrigo, &c.* In alia Eccleſiis Orientalibus paſsim habetur: In Eccleſia Occidentali rarò occurrit hæc dignitas: in Eccleſia tantùm Mediolanenſi, & Neapolitana reſcerunt adeſſe. In hac equidem Cathedrali Neapolitana inter alias dignitates non infimum habet locum Cimeliarchæ dignitas, cui adhæret pinguiſsima præbenda. Qui ex decreto Sac. Congr. Rituum 19. *Januarii* 1619. in celebrationibus Divinorum Officiorum, & in Proceſſionibus fert Baculum: uti refert Macri *ſup. cit.* Ejus inſtitutionem antiquiſſimam eſſe non dubitatur, & probari poſſet ex variis antiquis ſubſcriptionibus apud Ughellium in *Italia Sacra tom. 6. in Neapolitanis*, ubi in Sergio II. anno 1177. ſubſcribit Joannes Archipresbyter, & Cimeliarcha Eccleſiæ Neapolitanæ, ſimiliter anno 1153. & in Delphino anno 1270. atque in Ayglerio anno 1269. Imò ipſe Ughellius ex noſtro Joanne Villano in Chronica Parthenopis recenſet Cimeliarchæ inſtitutionem in Eccleſia Neapolitana eſſe Conſtantini Imperatoris, exemplo Eccleſiæ Orientalis. Placet hic in medium proferre verba Villani antiqui Scriptoris; vivebat enim an. 1360. etſi fuerit Scriptor inconditæ eloquentiæ, & non exactæ criticæ, qui cum ſit rariſsimus ex meo exemplari edito Neapoli 1526. hæc habet *lib. 1. cap. 42.* „ & pero doto & arrichio la

De Primicerio.

§. V.

740 Quid sit Primicerius.

PRimicerius est idem ac primus inter cæteras dignitates, aotiquitate. Cujacius ad *tit. Codicis de Primicerio lib. XII.* Brissonius *de verborum significatione*, V. *Primicerius.* Suidas, & Meursius V. *Primicerius.* Unde Sanctus Stephanus Martyrum Primicerius dicitur à D. Augustino *Serm. XXIV.*

Sic apud Romaoos Primicerius dicebatur primus Mensorum. *l. 1. Cod. de Mensoribus lib. XII.* Primus fabricæ, Primicerius fabriceosium. *l. 2. Cod. de fabricensibus, eod. lib.* Primus Scholarum, Primicerius Scholarum. *l. 2. Cod. de privilegiis Schol. lib. XII.* Primus Judicum, Primicerius Judicum. *cap. Ecclesia. de constit.*

Dicitur Primicerius à primo, & cera, quasi scriptus primo loco: Sic dignitatis antesignaous est scriptus in principio. Platina V. *Primicerius.* Cujacius, & Gothofredus io *cit. l. unic. Cod. de Primicerio lib. XII.* Tholosanus *lib. 15. Syntagm. cap. 22.* Et sic primo loco scriptus, etiam Primicerins dicitur. *Can. perlectis, §. ad Primicerium. dist. 25. cap. ex literis. de officio Deleg. cap. cùm accessissent de constit.* Undè dicebatur scriptus in tabulis ceratis pugillaribus, & dicebantur primæ, & secundæ ceræ testamenti, primæ, & secundæ tabulæ. Paulus *lib. 5. sententiarum, princ. Inst. de pupillari*; & notavit Pancirola *lib. 2. variarum cap. 28.*

741 Primicerius Canonicorũ.

Primicerius Canonicorum statuit ordioem, & modum psallendi Divinum Officium, & Missas. *Can. Clerus. dist. 21. Can. Perlectis, ver. ad Primicerium, dist. 25. cap. un. de officio Primicerii.*

Est dignitas in aliquibus Ecclesiis, in aliis Officiũ.

In multis Ecclesiis est tantùm dignitas. *cap. cum olim 6. de Consuetudine*, in multis est tantùm officium. *cap. cùm accessissent de Constit. cap. significavit, l. 2. de homicidio.* Tholosanns *lib. 15. Syntagm. cap. 22. & lib. 2. partis. tit. 9. cap. 5.* Cironius ad *tit. de Præbendis.* (8)

742 Decanus.

Decanus dictus Decurio, Præpositus apud Latinos, est idem, ac antiquior, qui præest sine Jurisdictione.

Oeconomus

OEconomus est idem ac Defensor Ecclesiæ. *l. præsenti, Cod. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt.* (9)

De Officio Vicarii.

TITULUS XXII.

Quid & Quotuplex sit Vicarius.

§. I.

Quid sit Vicarius. 743 Vicarius qui alienas vices gerit.

VIcarios est, qui alienas vices gerit. *cap. 2. de offic. Vicarii in 6.* Levit. 24. ibi: *qui percusserit animal, reddet Vicarium. l. Vicarius, D. de legatis 1.* Bechanus *de Originibus linguæ Latinæ*, V. *Vices, cap. fin. de off. Vicarii in 6.* Quandoque alienas vices gerit succedeos in locum alterius: unde Vicarius dicitur defuncti illius hæres, prædecessoris in officio, & exercitio successor. Cicero *Orat. V. in Verrem*, ibi: *unum, & quinquaginta aratores ita video dejectos, ut his ne Vicarii quidem successerint.* Horatius *lib. 3. Ode 24.* ibi:

Nec cultra placet longior annua,
Defunctumque laboribus
Æquali recreat sorte Vicarius.

Papa Successor Petri, dicitur ejus Vicarius.

Et hac ratione Papa successor Petri, Petri Vicarius dicitur in Concilio Ephesioo *cap. 16.* ubi Legatus Pontificis dixit: *Divi Petri ordinarius Successor, & Vicarius Sanctus, Beatissimusque Papa, & Episcopus noster Cœlestinus, nos suos pro se quasi Vicarios ad hanc Synodum mittit.* S. Cyprianus *Epist. 67.* aliique. Quæ acceptio impropria est, quia Papa Petro noo est inferior. Baronius *tom. IX. ann. 740.* Bellarminus *lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 17.* Theophilus *tom. X. in Aurea Corona Rom. Pontif.* V. *Vicarius Petri.* Propriè oamqoe Summus Pontifex est Successor Petri, Vicarius autem Christi Domini. *Can. Ego Ludovicus dist. 63. Can. Nos quales 1. quæst. 1. Can. Quoties 1. quæst. 7. cap. ubi periculum, §. cæterum. de electione in 6.*

Quæ Vicarii constituuntur.

Vicarius secundo accipitur pro illo, qui alterius vices gerit sive in gubernando, sive in Jurisdictione spirituali, aut temporali. *l. Vicarius, D. de legationibus.* Cujacius *lib. 1. quæst. Papin. in l. 5. D. de offic. Proconsulis*, & *l. 1. D. de offic. Vicarii.* Qui variis nominibos appellatur in Jure; Officialis. *c. quamquam. de usuris in 6.* Deputatus, sive Commissarius. *cap. insinuante. de offic. Deleg.* Vicesgerens, Locumtenens. *cap. 3. de Instit. Can. Præcipimus dist. 94.* & sic Suffectus, Substitutus: vide Gonzalez ad *cap. 2. de officio Vicarii num. 4.*

Et

„ dicta Ecclesia de multe posesaione & terre: & „ adorno assai lo stato de la dicta Ecclesia: & multo lo augumento: fandone ordine per sancto Zonio li Canonici: cioe septi preti prebendati: & septe Diaconi prebendati: a liqoali lo Imperatore „ dono terre & posesione: anche se ordinare ala „ dicta maiore Ecclesia il Cimonarcha o vero dignita Cimonarchale secundo le costume dela Ecclesia primitiva: & deli Archiepiscopati de Grecia: „ impero che ogni Ecclesia Metropolitana, o vero „ Archiepiscopato de Grecia glie lo Cimonarcha: „ impero che non haveno l'altre dignita, cioe preposito: cantore: Archidiacono: & l'altri simili officiali: e se interpreta in Greco Cimonarcha principe deli cerimonii & deli sacrificii: laquale cosa „ dimonstra lo effecto di questa dignita: chel Cimonarcha fa & exercita in nela Ecclesia lo officio „ maiore: & impero el nome ben se convene alo „ suo officio: in niuna Ecclesia de Italia: ne etiandio per tutto el mondo dal Levanta al Ponente: „ e Ecclesia ehe habia tal dignita delo Cimonarcha: excepto la Ecclesia di Napole e quella di „ Milano.

(8) Præter Primicerium aliquando legitur Archiprimicerium exstitisse, præsertim in nostra Neapolitana Ecclesia, ut ex Charta Anselmi Archiepiscopi Neapolitani signata an. 1213. apud Ughell. *tom. 6. edit. noviss. col. 105. & 109.* ubi ante Archipresbyterum, & Archidiaconum subscribit Archiprimicerius, ibi: *Damferius Archiprimicerius Ecclesiæ Neapolitanæ*, & *col. 114. Ego Riccardus Archiprimicerius subscripsi*, & *col. 116. Ego Delphinus Archiprimicerius subscripsi.*

(9) Tandem superest adnotare hac in re ex Concilio Romano anno 1725. sub Benedicto XIII. *tit. 1. cap. 6. & 7.* quòd si forte aliqua Cathedralis Ecclesia careat Præbenda Theologali, vel sit minoribus proventibus destituta, actutum provideri, vel Beneficiorum unione, aut alia ratione reditus augere usque ad 60. aureos Romanæ monetæ. Etsi sæcularis pro tunc haberi idoneus non poterit, interim Regularis aliquis doctus illa præbenda investiatur, & percipiat fructus ejus. Lectiones Sacræ Scripturæ sint saltem quadraginta ad captum auditorum accommodatæ. Et in Constitutione II. quæ extat in Appendice ejusdem Concilii decernitur, quòd tàm Præbenda Theologalis, quàm Pœnitentiariæ Majoris in posterum per concursum conferantur, & hoc in Italia, & Insulis adjacentibus.

Et sic Vicarius Episcopi est, qui illius vices gerit. *cap.1. & 3. de offic. Vicarii in* 6. Vicarius Parochi, qui illius vices gerit.

Vicarius primo dividitur in *Laicum*, & *Ecclesiasticum*. Laicus est gerens vices alterius Laici. Ecclesiastici est gerens vices alterius Ecclesiastici.

Dividitur. Vicarius dividitur in *factum*, & *natum*. Natus est ex officio alterius vices exercens, ut Archidiaconus. *cap.1. de officio Archidiaconi*. Factus est qui eligitur: ut Apostolicus à Papa, Diœcesanus ab Episcopo.

Tertio dividitur Vicarius in *Generalem*, & *Particularem*, Generalis quoad omnia. Particularis quoad aliqua alterius vices gerit.

Datur etiam Vicarius *Perpetuus*, & *Temporalis*. Perpetuus durat etiam mortuo illo, cujus est Vicarius. Temporalis est quicumque amovibilis ad nutum, vel ad certum tempus. *Can. Illud 7. qu. 1. cap. 1. de officio Vicarii in* 6.

Notandum quod Vicarii constituuntur, aut ad Jurisdictionem exercendam, vel ad celebranda Divina Officia, & ad administranda sacra in Ecclesia: de primis tractat præsens Titulus: de secundis pauca prælibemus. Et sic

De Vicario quoad exercenda, & administranda Divina Officia, & curam Animarum.

§. II.

744 Vicaria perpetua est beneficium. ISti Vicarii, sive Vicariæ, ut diximus, dividuntur in perpetuas, & temporales. Vicaria perpetua est beneficium, & constituitur assignata certa portione redditüum pro Vicario, quæ Vicaria nequit, nisi ab Episcopo, institui, nec valet Vicarius ea spoliari, etiam mortuo illo cujus est Vicarius. *cap. postulasti. de rescriptis. cap. ad hæc 3. de offic. Vicarii. cap. perpetuus. de fide instrument. Clem. unica. hoc eodem*, & potest quis ad illius titulum ordinari. Gonzalez in *cap. veniens num. 7. hoc eodem*. Barbosa *lib. 3. Juris Eccl. cap. 6. num. 24.* De qua Vicaria procedunt, quæ in Parochis diximus.

Primo, ut nequeat quis duas Vicarias simul obtinere. *cap. veniens 2. de off. Vicarii.*

Secundo, ut non Sacerdos intra annum ascendat ad Sacerdotium. *cap. licet, de electione in 6. cap. fin. de off. Vicarii.*

Tertio, ut obtinens Vicariam, privatur beneficio Parochiali, ut obtinens novam Parochiam. *cap. de multa. de præbendis.*

745 Quæ sint Vicariæ perpetuæ. Perpetuæ autem Vicariæ sunt. Primo, si Ecclesia curata, & sæcularis obtineatur à Monachis, in qua constituendus, & deputandus Vicarius. *cap. 1. de Capellis Monach.* Qui Vicarius nequit esse Monachus; nam Monachi nequeunt Sacramenta ministrare. *cap. 1. de Capellis Monach.* qui est instituendus ab Episcopo.

Secundo, si constituatur Vicarius in Ecclesia Curata, unita alteri Ecclesiæ, Loco pio, Collegio. *cap. extirpandæ, §. quia verò, de præbendis.* Sic etiam si quis habeat duas Ecclesias unitas æquè principaliter, & Rector uni tantùm possit inservire, tunc in alia debet ponere Vicarium. *cap. 1. Ne Sede vacante. Can. Et temporis 16. quæst. 1.*

Tertio, si ob populi multitudinem fiat nova Capella; tunc in illa Capella constituitur Vicarius perpetuus ad administranda sacra. *cap. ad audientiam. de Eccl. ædificandis.* Trident. *sess. 25. de reform. cap. 4.*

Quarto, Vicarius Perpetuus constituitur, si Rector sit perpetuò impeditus. *cap. fin. de offic. Vicarii. cap. unico de Capellis Monach. in* 6.

Temporalis Vicarius, est quicunque amovibilis ad nutum, vel ad certum tempus datus. *Can. Illud 7. quæst. 1.* qualis est Vicarius Apostolicus à Papa missus. *Can. fin. dist. 16. Can. Adjiciamus 16. quæst. 2.* Talis est electus ab Episcopo. *cap. 1. de off. Vicarii in* 6. Talis est Vicarius datus: puta durante impedimento temporali illius, cujus est Vicarius, durante peregrinatione ad limina Apostolorum, valetudine, novitiatu, si voluerit Religionem ingredi; interim enim datur Vicarius ab Episcopo. *cap. fin. de voto. cap. 1. de Clerico ægrotante. cap. de Monachis. de præbendis*. Et talis Vicaria non est beneficium: & sic nequit ad illius titulum ordinari. *cap. pervenit il 2. de appellat. cap. cùm ex eo. de elect. in* 6. Extravag. *Execrabilis. de præbendis.* 746 Vicarius temporalis est amovibilis.

Qui Vicarius nequit modo constitui à Rectore, vel Parocho; sed ab Episcopo. Concilium Lateranense *cap.* 32.

Vicarius Perpetuus durat etiam mortuo illo, cujus est Vicarius; itaut nequeat, sine legitima causa in Judicio decisa, repelli, vel privari, assignata portione pro substentatione. Nec ea portio potest minui, etiam Rectore mortuo; quia habet naturam beneficii perpetui. *cap. ad hæc 3. de off. Vicarii. cap. 2. de supplenda neglig. Prælat.* Barbosa *lib. 3. Juris Eccl. cap. 6. num. 24.* His prælibatis agamus modo de Vicariis quoad Jurisdictionem, ut sunt Vicarii Episcopi, Capitulares, Apostolici, Foranei, qui dicuntur electi, & nati, ut Archidiaconus, & Archipresbyter, ut supra. ideo.

De Vicario Episcopi, & ejus requisitis.

§. III.

VIcarius Episcopi est, qui Episcopi vices gerit. *cap. 1. & 3. de officio Vicarii in 6.* & Vicarius Episcopi potest esse Generalis, & constituitur ad omnes quoad temporalia, & spiritualia. *cap. licet. cap. cum in Generali. de officio Vicarii in* 6. potest esse particularis si constituatur ad negotium particulare. Nos primo tractabimus de Vicario Generali Episcopi. Secundo de Capitulari Sede Vacante.

Ad hoc ut quis sit Vicarius, requiruntur plura. Primo debet esse saltem Clericus primæ tonsuræ. *cap. decernimus. de judiciis*; non tamen potest esse Clericus conjugatus, & multo magis bigamus. *cap. unico. de Clericis conjugatis in* 6. (1)

Si Episcopus constituat laicum, potest mulctari. *Can. In nova 16. quæst. 7.* ubi Turrecremata *num. 1. & 2.* Sbrozzius *lib. 1. quæst. 31. num. 2.* 747 Episcopus constituens Laicum Vicarium punitur.

Cum autem id sit Jure humano constitutum in *cit. Can. In nova. cap. decernimus. de judiciis.* Summus Pontifex nullo humano Juri subditus, potest dispensare, ut laicus sit Vicarius. *Can. Hadrianus 2. dist. 63.* Abbas in *cap. quoniam num. 3. de offic. Ordin.* Tamen non caret dispensatione.

Talis

(1) Si vero Laicus factus fuerit Vicarius in spiritualibus, dicendus erit Assessor potiùs, quàm Vicarius. Sbrozzius *lib. 1. de Vicario Episcopi quæst. 31. n. 10.* Paulus de Castro licet conjugatus fuit Vicarius Florentiæ. ut ipse innuit *consil. 210.* & refert cit. Sbrozzius *num. 16.*

Talis dispensatio non requiritur, si Episcopus velit uti laico Consultore, vel Assessore. Archidiaconus in *Can. Plures* 58. 16. *quæst.* 1. Cagnoli in *l. diem functo num.* 15. *D. de off. Assessoris.*

Pro solis temporalibus causis nec est repellendus Vicarius laicus, non se ingerens in causis Ecclesiasticis. Archidiaconus, & Turrecremata in dicto *Can. In nova* 16. *quæst.* 7. Felinus in *cap. decernimus. de judiciis.*

748 Annorum XXV. Secundo debet esse bene moratus, & annorum saltem XXV. quia habet curam animarum, ad quam curam talis ætas requiritur. *cap. cum in cunctis, §. inferiora. de electione*: in qua ætate Episcopus nequit dispensare: ut docet Cardinalis contra Archidiaconum.

Doctor, vel Licentiatus in Jure Canonico. Tertio debet esse doctus, & Doctor, vel Licentiatus in Jure Canonico. Nam est Judex, & sic non debet ignorare Canones. Trid. *sess.* 24. *de refor. cap.* 12. *cap.* 1. *de consanguinitate, & affinitate in fine*; sed si non sit Doctor, quia haberi non potest, tunc ei dandus est Assessor Doctor Canonum. Baldus in *l. penult. Cod. de judiciis*, debet esse Doctoratus in publica Universitate. Sac. Congreg. apud Pignatelium *tom.* 1. *consult.* 312. non tamen sufficit Doctoratus per Comitem Palatinum, ut patet ex Bulla S. Pii V. apud Garziam.

Secularis nō Monachus. Quarto debet esse secularis; nam Monachus, & quivis Regularis non potest esse Vicarius Generalis sine dispensatione Summi Pontificis. Sac. Cong. apud Pellegrinum in *praxi Vicariatus part.* 1. *sect.* 2. *subsect.* 6. *num.* 6. Barbosa *de Vicariis cap.* 15. *num.* 16.

De Jurisdictione Vicarii.
§. IV.

749 Jurisdictio Vicarii est ordinaria. Jurisdictio Vicarii est ordinaria. Barbosa *de potestate Episcopi allegas.* 54. *num.* 26. Pontius *de Matrimonio cap.* 11. *num.* 1. Pellegrinus *loc. cit. sub sect.* 3. *num.* 3. & plures, quos sequitur Gonzalez in *cap. tua nobis.* 5. *de offic. Vicarii. n.* 5. contra Sotum *in* 4. *dist.* 18. *p.* 4. *art.* 3. Alciatum *in rubrica de offic. Ordinarii. n.* 24. Geminianum *lib.* 1. *animadversionum. cap.* 16.

Probatur primo, quia est Jurisdictio, quæ competit ex Officio; & talis est Ordinaria. *cap.* 2. *de officio Vicarii in* 6. Secundo quia Jurisdictio data à lege, est Ordinaria. *l. quia, D. de jurisdictione omnium Judicum*; & hæc Jurisdictio est data à lege. *cap.* 2. *de offic. Vicarii in* 6. Tertio quia est idem Tribunal Episcopi, & Vicarii Generalis; ergo Jurisdictio est Ordinaria. Antecedens patet ex *cap. Romana. de appellat. in* 6. & non potest appellari à Vicario ad Episcopum. dicto *cap. Romana*, quia est eadem Jurisdictio. Igitur si Jurisdictio Episcopi est Ordinaria, erit etiam Ordinaria Jurisdictio Vicarii. Quarto cum Jurisdictio, quæ à lege data semper erit Ordinaria; nisi lex exprimat concedi delegatam. *cap. irrefragabilis, §. cæterum. de officio Ordinarii in* 6. *cap. ad abolendam in fine. de hæreticis.* Imola in *l.* 1. *num.* 2. *de damno infecto.* Sed Jurisdictio Vicarii est à lege data, subordinata voluntati Episcopi. *cap.* 2. ubi Glossa V. *Officialem. de officio Vicarii in* 6. *cap. tua. de officio Ordinarii*. Gabriel *volum.* 2. *cons.* 32. *num.* 17. & 18. Covarruvias *practicarum quæst.* 4. *num.* 4. Glossa in *cap. Romana. de appellat. in* 6. Sbrozzius *lib.* 1. *de officio Vicarii quæst.* 35. *num.* 26. Ergo Jurisdictio Vicarii est Ordinaria.

Nec officit extingui Jurisdictionem Vicarii mortuo Episcopo, vel remoto; nam non per hoc est Jurisdictio delegata, sed tantùm infertur esse Jurisdictionem subordinatam Episcopo, radicatam in Jurisdictione Episcopi, quoad negotia cœpta, & incipienda; adeoque facit unum Tribunal Vicarius cum Episcopo. *cap.* 1. *de Consuetudine in* 6. & extinguitur Vicarii Jurisdictio mortuo, vel remoto Episcopo; quia corruit cum suo principali. *cap. Romana. de appellatione in* 6. & extinguitur etiam in causis cœptis, & non deberet extingui, si esset delegata.

Objicies: Ordinarius potest delegare, Vicarius non potest delegare; nam non potest constituere alium Vicarium. *cap. Clericos. de off. Vicarii in* 6. Ergo Jurisdictio Vicarii non est Ordinaria. Objectio.

Respondeo primo, nec Episcopum posse facere alium Episcopum, & tamen esse Ordinarium. Diluitur. Secundo Vicarium non posse delegare Vicariatum, sed aliquid ex ejus Jurisdictione. Tertio virtutem delegandi competere Ordinario principali, non accessorio. Jurisdictio enim Vicarii accessoria est. *cap.* 1. *de off. Vicarii in* 6.

Objicies insuper, qui gerit vices alterius, est delegatus. *l.* 1. *§. qui mandatam, D. de off. ejus. l. solet, D. de Jurisd. omn. Jud.* Sed Vicarius gerit vices Episcopi, *cap. Romana. de appellat. in* 6. Ergo Vicarius est delegatus.

Respondeo distinguendo majorem, qui gerit Similiter. vices alterius est delegatus, si gerat vices alterius sine officio, concedo: Si gerat cum officio, nego majorem. Sed distinguo minorem, Vicarius gerit vices Episcopi cum officio, concedo, sine officio, nego minorem cum sua consequentia. Nec jure novum gerentes ex officio alterius vices esse Ordinarios; Sic Legati à Latere, Nati, Missi, cæterique Apostolici Legati gerunt vices Papæ *cap.* 1. *de off. Legati*, & sunt Ordinarii. *cap.* 1. *de off. Legati in* 6.

Replicabis: Jurisdictio revocabilis ad nutum est delegata. Sed Jurisdictio Vicarii est revocabilis ad nutum. Ergo est delegata.

Distinguo majorem: quando Jurisdictio exercetur sine titulo, concedo majorem; quando exercetur cum titulo, nego majorem; concessa deinde minore, nego consequentiam; nec est novum Jurisdictionem Ordinariam posse revocari ad nutum; ita Jurisdictio Proregis est Ordinaria, & est revocabilis ad nutum Regis.

Observa hìc, quod nomine Ordinarii venit Vicarius. Glossa in *cap. quamquam. de usuris in* 6. & commissa Ordinario, possunt etiam exequi à Vicario. *cap.* 2. *de offic. Vicarii in* 6. Secundo non appellatur à Vicario ad Episcopum; quia est idem Tribunal, & appellatio est à Minori ad Majorem Judicem; Undè Vicarius non est Judex competens in re spectanda ad Episcopum.

Insuper, quod suspenso Vicario, non fit etiam suspensa Jurisdictio Episcopi: quamvis suspenso Episcopo, fit suspensa Jurisdictio Vicarii. *cap. fin. de officio Vicarii in* 6. quia principale non sequitur accessorium: licet accessorium sequatur principale.

Episcopus potest advocare causam ad se, Vicario commissam. Clementina II. *de rescriptis.*

Ut autem Analyticè hæc discutiamus, sit primo

An

An Vicarius faciat distinctum Tribunal ab Episcopali?

750 Vicarius facit idē Tribunal cum Episcopo.

NEga: *cap.Romana* ibi: *unicum sit Consistorium. de appellat. in 6. cap.2.de consuetudine in 6. Leo in Theatro fori Eccl. p.1. cap.* 10. Neque est absurdum in eodem Tribunali habere Jurisdictionem duas personas, maximè si una sit alteri accessoria, & evanescat extincto principali. Quæ ratio non currit, quando utraque est principalis, & potest una remanere sine altera. *cap.Legatus 2. de off. Legati in 6. l.more majorum 5. D.de off. omn Jud.* Menochius *lib.1. de Arbitrariis casu* 69. Barbosa in *l. quia tale 14. num.82.D.soluta matrimonio.*

An nomine Ordinarii veniat Vicarius?

751 Venit nomine Ordinarii.

AFfirma: *cap.licet 2. de off.Vicarii in* 6. Gratianus *decis.*167.

An possit appellari à Vicario ad Episcopum?

752 A Vicario ad Episcopū non appellatur.

NEga: quia appellatio est ad aliud superiùs Tribunal. *Can. anteriorem 2. quæst.6. l.1. §.ab eo, D. qui & à quo appellari. l.præcipimus, Cod.de appellat.* & Tribunal Vicarii,& Episcopi est idem. *cap.Romana de appellat. in 6. cap. 2. de consuetudine in 6. cap. si contra. de off. Delegati.* Decius in *cap. Dilecti il 3. num. 4. de appellat.* Tuscus *litera A. concl.* 341. *num.5.* dicens nec consensu partium posse appellari, & acta esse nulla. Rota *de off.Vicarii decis.2.num.2.* asserens nec extrajudicialiter appellationem posse interponi. Sbrozzius *lib.3.de off.Vicarii cap.12.nu.11.* Marchesanus *de Commiss.p.1.*

An vero ab interlocutoria lata à Vicario possit appellari?

753 Neque ab interlocutoria.

NEga: ex dicta ratione, quia cessat majus Tribunal essentiale appellationi, licet namque sententia interlocutoria non exstinguat Jurisdictionem, ut exstinguit sententia definitiva. *l.Judex postea quam, D.de Judiciis.* Tamen non solùm ad appellandum requiritur Jurisdictio Judicis à quo, sed etiam majus Tribunal ad quod appellatur. *Can.anteriorem 2. quæst.* 6. Contra Gratianum *Forensium cap.* 155. *n.*16. Pereiram *lib. 1, forensium quæst. 9. num.* 1. Puteum *decis.*502. *lib.2.* Sbrozzium *lib.3. quæst.2. num.*6. Peregrinum in *praxi Vicariatus part. 1. sect.2. subsect. 4. num. 6.* motos quia interlocutoria potest tolli ab eodem Judice. *l. quod jussit 14.D.de Arbitris.* Quæ ratio non facit ut appelletur, sed tantùm, ut succurratur, ad hoc, ut idem Judex contrario imperio revocet,ut etiam coram eodem Judice, nullitas proponi valet. Vantius *de Nullitatibus tit.coram quo.num.*20.

An valeat appellari à Vicarii sententia, quando est Judex delegatus?

754 Appellatur si sit delegatus.

AFfirma: quia nou facit idem Tribunal. *cap. super quæstionum 27. §.porrò. de offic. Delegati.* Sbrozzius *lib.2.de off.Vicarii quæst.55. num.* 35. qua ratione appellari valet à Vicario foraneo ad Episcopum. *cap. Romana, §. Archidiaconis, de appellat.in* 6.

An Vicarius sit Judex competens in re spectante ad Episcopum?

NEga:quia cùm sit idem Concistorium,esset Judex in causa propria. Surdus *vol. 1. cons.50.num.1.* Natta *cons.174. num.*6. Maceratensis *lib.1.variarum resol* 48.*num.*8. 755 Non est Judex competens in Episcopum.

Cum quo stat Episcopum, ejusque Vicarium esse Judicem competentem in causa suæ Ecclesiæ. *Can. Si quis 4. quæst.7. Can. Qui prædia 12. quæst.* 57. Felinus in *cap. cum venissent de Judiciis.* Puteus *p.2.decis.*210. Est tamen in causa suæ Ecclesiæ.

An quando aliquid committitur Ordinario, intelligatur commissum Vicario?

AFfirma: nisi aliud exigat materiæ gravitas. Gloss.in *cap.Ordinarii V.Locorum. de off. Ordinarii in* 6. ubi Franchus *num.*3. 756 Venit nomine Ordinarii.

An suspenso Episcopo, sit suspensus ejus Vicarius?

AFfirma: *cap.fin.de off. Vicarii in* 6. est enim idem Tribunal.*cap.insinuante.* ubi Abbas *num.2. de off.Delegati.* Licet suspenso Vicario non sit suspensus Episcopus. *cap.si contra.de off. Legati in 6.* Sbrozzius *lib.3. de off.Vicarii quæst.* 15. Nam accessorium sequitur principale, non principale accessorium. *cap.accessorium.de regulis juris in* 6. Sed quid dicendum 757 Fit suspensus Vicarius, suspenso Episcopo.

De Vicario Papæ constituto in Urbe.

De hoc quæritur primo

An habeat Jurisdictionem extra Urbem, ut Papa in toto Orbe?

NEga: *cap.tua nobis* 5. ibi: *Jurisdictio Vicarii, quem Romanus Pontifex in Urbe reliquit, non exstenditur extra illam, nisi ei specialiter sit concessum. de off. Vicarii:* ubi Gonzalez. Bulla Clementis VIII. Secundo quæritur 758 Vicarius Papæ, in Urbe exercet suū officium.

An ejus Jurisdictio sit Ordinaria, an Delegata?

AFfirma: quia est Jurisdictio sine officio inclusa Urbe, & per quadraginta milliaria circum circa. Vestrius *lib. 2. praxis de Vicario Urbis cap.* 16. Tolosanus 47. *Syntagm. cap. 35. num.*8. Et sic nequit exercere sibi non commissa, ne excedat delegationis fines; cum cæteri Vicarii possint facere omnia, quæ potest Jurisdictio illius, cujus est Vicarius. *Can.fin. dist.*93. *Can.1.dist.91.l.2.Cod.de off.ejus,qui vices.* Cic.*VI. in Verrem,* ibi: *Succedam ego Vicarius tuo muneri.* Antequam videamus, quæ Vicario Generali liceant, inquirimus 759 Habet delegatam Jurisdictionem.

An Vicarius Generalis præcedat omnes alios post Episcopum, sive Dignitates, & Canonicos?

AFfirma.Primo,quia habet Episcopalem Jurisdictionem, quæ aliis præfertur. *Can.In nova 16. quæst.7.cap.2.de consuetudine in* 6.Gratianus *decis.* 167. & sic est honorandus honore Episcopali, Jurisdictioni debito. *Can. Præcipimus. dist.*33. Secundo, quia facit cum Episcopo unum Caput. *cap.novit.de his,quæ fiunt à Prælatis* 760 Vicarius Generalis præcedit Dignitates, & Canonicos.

latis sine consensu Capituli; ergo debet honorari honore Capitis, & præcedere alios, ut præcedit Caput; aliàs monstrum esset, si intermediaret aliquid inter Caput, & Vicarium unum cum Capite constituente. Gratianus *Forensium cap.* 111. *num.* 1. Pignatellus dans viginti duo Doctores *tom.* 3. *consult.* 63. *num.* 7. *&* *num.* 10. dans plures decisiones Sac. Cong.

761 Etiam Episcopo præsente.

Idque etiam præsente Episcopo Sac. Cong. Rituum 28. *Novembris* 1595. ibi: *Sac. Congregatio Sacrorum Rituum censuit Vicarium Generalem tam absente, quàm præsente Episcopo debere præcedere Canonicos, & Dignitates in Ecclesia, & Choro, & extra in Processionibus, & in aliis omnibus actibus publicis, & privatis, atque in Synodo Diœcesana.* Pignatellus *loc.cit.num.*11. & ibi Sac. Cong. Menochius *cons.* 256. *num.*94. Ventriglia *volum.*2. *praxis Annotatione* 14. §.2. *num.* 2. Navarrus *cons.*1. *in caput primum de majoritate, & obedientia*; licet non præcedat Canonicum Episcopum. Barbosa *par.*3. *Allegat.*54. *num.*144. Nicolius in *Flosculis*, V. *Vicarius Generalis num.*44. *limitatione prima.*

Non tamen præcedit Canonicum Episcopum.

762 Præfertur in functionibus, exceptis inservientibus Episcopo.

Debetur etiam Thus, Candela, Palma ante alios Canonicos, exceptis assistentibus cum sacris vestibus Episcopo. Sac. Congr. in una *Bisignanensi* 16. *Maii* 1610. & pluries apud Pignatellum *loc.cit.num.*13. *&* 19.

763 Non sedet in solio Episcopi, licet in digniori loco.

Sedet in digniori Sede, non tamen in Solio Episcopi; & si dignior Sedes est occupata, ei Canonicus cedit Sedem digniorem, descendens uno gradu, licet Vicarius non sit Canonicus. Sac. Congr. in una *Melphitana* 28. *Augusti* 1589. & pluries apud Pignatellum *loco laudato n.*19.

764 Vicarius Capitularis præcedit omnes Dignitates excepta prima.

Vicarius autem Canonicus Capitularis præcedit omnes dignitates excepta prima, quia Vicarius Capitularis est Capitulo inferior, & prima dignitas repræsentat Capitulum. Sac. Cong. pluries apud Pignatellum *tom.*3. *cons.*44. *n.*22.

An Vicarius Generalis Canonicus volens præcedere alios, debeat dimittere habitum Canonicalem?

765 Vicarius Canonicus ut præcedat, dimittit habitum Canonicalem.

AFfirma: Sac. Cong. pluries apud Pignatellum *loc. cit. num.*21 Menochius *lib.*2. *de Arbitrariis casu* 68. *num.*23.

An volens assistere Choro, debeat assistere in habitu Canonicali, & in proprio loco, & alios non præcedere?

766 In Choro assistens, in proprio loco assistere debet.

AFfirma: Sac. Cong. apud Pignatellum *loco cit.* & *tom.*3. *consult.* 63. *num.*11. in una *Civitatis Pennæ* 12. *Aprilis* 1603.

An Canonicus Vicarius Generalis percipiat distributiones quotidianas, Choro assistens non in habitu Canonicali in suo loco inter Canonicos?

767 Ut distributiones quotidianas lucretur, assistere debet in Choro, suo loco, & in habitu Canonicali.

NEga: quia debentur distributiones Canonicis interessentibus Horis Canonicis, & hic in habitu Canonicali. Sac. Congreg. pluries apud Pignatellum *loc.cit. tom.*3. *consul.* 44. *&* 63.

Ad quæ se extendat, vel non Auctoritas, & Jurisdictio Vicarii Generalis?

§. V.

Episcopus habet tria, quæ sunt Ordinis, Dignitatis, & Jurisdictionis.

EPiscopus tria habet: Primo, quæ sunt Ordinis. *cap. aquam. de Consecrat. Eccles. vel Altaris.* Secundo, quæ sunt Dignitatis Episcopalis: ut Mitra, Baculus Pastoralis, sumere paramenta de medio Altaris, celebrare cum Annulo. *cap. accedentibus de excessibus Prælat.* Tertio habet, quæ sunt Jurisdictionis in temporalibus, & spiritualibus. *cap. fin. de off. Vicarii. cap. penultimo de supplenda neglig. Prælat.* De quibus videndum, quæ Vicario Episcopi competant. Et primo

An possit exercere actus Ordinis?

Quinam sint actus Ordinis.

QUidam sunt actus Ordinis ex natura sua, tanquam effectus ex sua causa ab Ordine emanantes: ut Consecrare, Confirmare. Quidam sunt addicti de jure positivo Episcopali Ordini. *cap. aqua* 9. *de Consecrat. Eccl. vel Altaris.* Ex natura sua actus Ordinis non possunt communicari alteri; Jure positivo addicti Ordini Episcopali possunt, Summo Pontifice dispensante, alteri competere. *cap. aquam, & cap. fin. de Consecrat. Eccl. vel Altaris.* Modò percurramus singulos.

Vicarius nō potest exercere actus Ordinis Episcopalis.

Nullus actus Ordinis sive ex natura sua, & ex se, sive Jure positivo Ordini Episcopali affixus, competit Vicario, etiamsi Vicarius sit Episcopus, nam tunc est ita ac extra Diœcesim. Unde nequit Vicarius primò conferre Sacramentum Ordinis. *Can. Quamvis. dist.*68. Secundo, Sacramentum Confirmationis. *Can. De his. Can. Manus. de Consecrat. dist.* 5. Tertio, nec consecrare Episcopum. *Can. Episcopi. Can. Comprovinciales. dist.*64. *Can fin. dist.*66. *Can. Episcopi. dist.*80. Quarto, nec consecrare Oleum infirmorum, Cathecumenorum, neque conficere Chrisma. *cap. unico de Sacra Unctione.* Quinto, nec consecrare Ecclesias, Calices, Altaria, Aquam sacram. *Can. Quamvis dist.* 68. *cit. cap. unic. de sacra Unctione*, §. *fin.* Nec Ecclesias execratas reconciliare. *cit. cap. Aqua de Consecrat. Eccl. vel Alt.* Sexto, nec benedicere Abbates, vel Abbatissas. *Can. Quamvis dist.*68. *Can. Perlectis dist.*25. *cap. transmissam de electione.* Septimo, nec realiter degradare Ecclesiasticos. *cap.*1. *de hæreticis. Can. Si quis* 15. *quæst.* 7. *cap. degradatio. de pœnis in* 6. Trident. *sess.* 13. *de reform. cap.*4.

An possit Vicarius exercere, quæ sunt annexa ratione Dignitatis?

768 Quæ sunt Dignitatis Episcopalis Vicario non competunt.

JUre aliqua sunt connexa ad exprimendam prærogativam Dignitatis Episcopalis; & hujusmodi nec competunt Vicario: Hujusmodi sunt primo usus Mitræ, Pontificalium, Baculi Pastoralis, delatio Annuli inter celebrandum, quæ nullatenùs Vicario sunt communicabilia. *cap. conquerente de off. Ordin. cap. ut Apostolica. de privilegiis in* 6. Sac. Cong. apud Gaventum in *Manuali Episcoporum*, V. *Missæ ritus num.*12. *&* 13. ubi Vicarius, etiam Prothonotarius, aut Canonicus, si non sit participans, nequit cum Annulo celebrare. Secundo, nec erectio Baldachini in Ecclesiis exemptis. Barbosa in *Collectaneis decis. Apostolic. collect.*715. *num.* 5. Tertio, usus Pallii. Quarto, celebrare cum duobus Clericis cum cottis, & quatuor candelis accensis, quando ratione solemnitatis id in aliis Altaribus non fit, & sumere paramenta de medio Altaris. Sac. Cong. apud Gavantum in *Manuali Episcoporum*, V. *Missæ ritus num.*10. & in *Rubricis Missalis p.*1. *tit.*20. V. *An possit*, & apud Nicolium in *Flosculis*, V. *Vicarius Generalis num.*43.

Ut Pontificalia.

Erectio Baldachini.

Usus Pallii celebrare cū duobus Clericis, &c.

*num.*43. quia cavendum à superstitioso numero candelarum in Missis privatis, nisi aliud exigat ratio festivitatis, ut ex Trid. *sess.* 22. *in Decreto de observandis, & vitandis in celebratione Missæ.* Unde dicta Sac.Congr.7. *Augusti* 1627.decrevit: *Ad Missam Vicarii Generalis non debent accendi quatuor candelæ, nec assistere duo Cappellani.* Licet de cornu Epistolæ ob defectum Sacristiæ, possit paramenta sumere quivis Sacerdos. Gavantus *loc.cit.*

Exigere reverentiam à Principibus convocare Synodum. Quinto, exigere reverentiam à Principibus Mundi competit Episcopo, non ejus Vicario. *cap. quamvis. de majorit. & obed.* Sexto. convocare Synodum. Sbrozzius *lib.* 2. *de off. Vicarii quæst.*46. *num.*1. Enim verò leges sancire est de reservatis Dignitati Episcopali. Federicus de Senis *cons.*264. Franchus in *cap.*1. *num.* 5.*de off. Vicarii in* 6. Decius in *cap.cum accessissent.n.*41. *de Constitutionibus*. Romanus *singulari* 700. Se-

Concedere Indulgētias. ptimo concedere Indulgentias.*cap.accedentibus. de excessibus Prælat.* Navarrus *de Jubilæo notabili* 7.*num.*3.*tom.*3. Octavo, convocare Capitu-

Convocare Capitulum. lum, vel convocari ad Capitulum, & agere de rebus Capituli, non potest Vicarius. Trid. *sess.*

Nec visitare Capitulum. 25.*de reform. cap.*1. Nono, nec visitare, nec corrigere Capitula Cathedralium potest Vicarius, quacunque consuetudine non obstante. Trident. *sess.*6. *de reform. cap.*4. ubi Sac. Cong. Maceratensis *lib.* 1. *variarum resol.* 107. Id intelligas præsente Episcopo, & Addens ad ipsum ait *n.* 6. Trid. *loc. cit.* loqui de Ecclesiis exemptis. Rota *p.*1.*in noviss.decis.*743.*num.*1.

769 Functiones à prima Dignitate, non à Vicario sūt, Episcopo impedito. Decimo, functiones Episcopales, Episcopo impedito, non à Vicario, sed à prima Capituli Dignitate, sunt faciendæ. Sac. Cong. apud Barbosam in *Collect.Decis.Apostolic.collect.*715.*num.*6. Quamvis sit honoranda Vicarius Generalis, ut ei dentur Candelæ, Palmæ benedictæ ante Dignitates. Sac.Cong. apud Nicolium in *Flosculis V. Vicarius Generalis num.* 44. Undecimo, ab Episcopo, non à Vicario datur benedictio prædicatori ascendenti ad prædicandum. Sac.Cong. apud Sellium in *Selectis Canon. cap.*46. *num.*54. Barbosa *loco cit.num.*9.

Quæ possit Vicarius Generalis circa Jurisdictionalia?

§. VI.

770 Jurisdictionalia sunt Generalia, & Specialia. Jurisdictionalia alia sunt Generalia, alia Specialia: Generalia, non Specialia generali mandato includuntur. *cap.fin. de off. Vicarii in* 6. *cap.*2.*de off.Legati.* Hic primo

Jurisdictionalia Generali mandato inclusa.

771 Quæ includuntur speciali mandato. Vicarius Generalis ad omnes causas habet potestatem quoad temporalia, & spiritualia. *cap. penult. & fin.de supplend.neglig. Prælat.* Quoad spiritualia comprehendit concernentia administrationem Sacramentorum, Commutationes, & Dispensationes Voti, & Juramenti, litis beneficialis. *cap. veniens. cap. ad aures. de Simonia. cap. ad probandum. de re judicata. cap. Messana. cap. Sacrosancta. de electione. cap.si judex.de sentent.excomm. in* 6.

Quoad temporalia, judicialia, & extra judicialia comprehendit. *cap.si quis Presbyterorum. de rebus Eccl. non alienandis. cap. vestra. de locato. Clem.* 2. *de rebus Eccl.non alienandis.*

772 Ut possit cognoscere de causa Matrimoniali. Generali mandato comprehenduntur primo, ut possit cognoscere de causa matrimoniali.*cap.*

1.*de frigidis, & maleficiatis. cap.*1. *in fine.de consanguinitate, & affin. cap.fin.de cognatione spirituali*, ubi impedimentum fuit propositum coram Vicario. Sanchez *disp.*29. *num.*8. Narbona *de appellat.à Vicario ad Episcopum p.*1.*num.*321. contra Ledesmam *de matrimonio quæst.* 45. *art.* 1.*puncto* 3. *dubit.*1.

Secundo, valet dispensare: ut remittantur denunciationes in matrimonio, quia ex Trid. *sess.* 24. *de reformat. cap.*1. id conceditur Ordinario, qualis est Vicarius. Guttierez *de matrim. cap.*59. *num.*11. Genuensis in *praxi cap.*26.*n.*1. Sanchez *tom.* 1. *de matrim. lib.*3.*disp.*7. *num.*9. & 11. Sperellus *decis.*97.*num.*1. Riccius in *praxi p.*1. *resolut.*226. *num.*2. Coninch *de Sacram. disp.*27. *dub.*6.*cap.*55. Barbosa *de potest. Episcopi allegat.* 23. *num.* 29. contra Menochium *de Arbitrariis casu* 453.*num.* 5. Pontium *lib.* 5.*de matrim. cap.*31. Henriquez *lib.*11.*num.*5. allegantes declarationem Sacræ Congregationis. 773 Potest remittere denūtiationes.

Tertio, potest audire Confessiones, nam habet officium, cui mandata est cura Animarum. *cap.* 2. *de consuetudine in* 6. *cap. Romana. de appellat.in* 6. Riccius in *praxi resol.* 283. Tabiena *V. Absolutio* 1. *num.*31. *notabili* 14. Moneta *de commutatione ultimarum voluntatum cap.* 7. *num.*42. Guttierez *lib.*1.*Canonic.cap.*27.*n.*24. 774 Et audire cōfessiones.

Quarto, potest aliis talem facultatem concedere. Sanchez *lib.*3.*de matrim.disp.*29. *num.*14. Licet ad hoc requirat speciale mandatum.Sotus in 4.*dist.*18.*q.*4. Vide Ventriglia *infra cit.n.*28. Atque aliis hanc facultatem concedere.

Quinto, potest censuras ferre, & relaxare. *Clem.*2.*de rescriptis. cap.*2.*de consuetudine.* 775 Potest ferre censuras.

Sexto, potest concedere monitoria ad revelationes rerum amissarum. Barbosa *p.*3.*allegat.*96. *de potest. Episc. num.*7. Garzias *p.*5. *de beneficiis cap.*8.*num.*98. ex declaratione Sac.Cong. intelligentis ita Tridentinum *sess.*25.*de reform.cap.*3. ajens ibi ab Episcopo, non ab alio hujusmodi monitoria concedenda. 776 Et monitoria ad revelandum.

Septimo, posse instituere præsentatum ad Jus-Patronatus, ex *cap. frequentibus. de instit.* ait Boerius *decis.*30. *num.*4. Glossa in *cap.fin. de off. Vicarii in* 6. Garzias *de beneficiis p.*5.*cap.*8.*num.* 48. contra Rolandum *vol.*1.*cons.*407.*n.*45. 777 Valet instituere præsentatum ad Jus Patronatus.

Octavo, potest exequi commissiones Sedis Apostolicæ commissas, sed non executas à Vicario Capitulari nomine Officii Sedis; quia Vicarius Episcopi habet Officium, & Jurisdictionem Vicarii Capitularis ex declaratione Sac. Cong. apud Pellegrioum in *Praxi Vicariatus p.*1. *sect.*2. *subsect.*1 *num.*16. 778 Commissiones Sedis Apostolicæ executioni dat.

Nono, potest etiam per censuras compellere, & implorare brachium seculare, quoties id licet Episcopo. *Can Administratores. Can. Principes* 23. *q.*5. Menochius *de Arbitrariis cent.* 5. *casu* 452.*num.*2. Baldus *vol.*5.*cons.*41. *ex cap.*1. *de offic.Ordinarii.* 779 Censuras fert, & brachium seculare valet implorare.

Decimo, potest lites omnes exercere, & litigantes audire, decidendo jurgia, definire civilia, & criminalia, potestque reos torquere. *Can. Illi qui* 5. *q.* 5. Sed si torquens Clericum excedat, aut injuste detineret, contrahit pœnam *Canonis Si quis suadente* 17. *qu.* 4. Genuensis in *praxi cap.* 34. Verum quoad criminalia exigi speciale mandatum sequentia propalabunt. 780 Lites exercet.

Specialia requirentia Mandatum speciale.

Res gravioris momenti dicuntur speciales; atque adeo requirunt speciale mandatum. 781 Specialia sunt.

P *cap.*

cap. fin. de off. Vicarii in 6. Abbas, & Archidiaconus in *cap. ad hæc. de offic. Archidiaconi*. Tales sunt:

Causæ criminales.

Primo, omnes causæ criminales. *cap.* 2. ibi: *inquirendi, corrigendi, aut puniendi aliquos excessus. de off. Vicarii in* 6. Rebuffus in *praxi Beneficiali de forma Vicariatus Episcopi num.* 53.

Aggratiare condēnatos.

Secundo, non potest aggratiare condamnatos; nam functus est officio suo. *l. Judex posteaquam, D. de judiciis. dicto cap.* 2. *de offic. Vicarii in* 6. Sbrozzius *lib.* 2. *de off. Vicarii q.* 38. *num.* 1. & 2. Menochius 1. *de Arbitrariis q.* 49. *num.* 28.

Confiscare bona. Clericorum.

Tertio, nec potest confiscare Bona Clericorum. Baldus in *l. Imperatores in fin. de offic. Præfecti vigiliæ*.

782 Constituere Vicarium.

Quarto, substituere Vicarium est de specialibus, nec fieri potest sine speciali mandato. *cap. Clericos* 4. ibi *Substituere non permittas. de offic. Vicarii in* 6. Licet namque sit Ordinarius, est tamen electa industria personæ. *l. inter artifices, D. de solutionibus*. Azorius *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *q.* 20. Rota *decis.* 4. *de offic. Vicarii*. Parisius *vol.* 4. *cons.* 8. *num.* 15. Puteus *lib.* 1. *decis.* 168. Idque etiamsi Episcopus consentiat; quia tunc Vicarius non potest substituere, sed tantùm eligere personam substituendam per Episcopum. Rebuffus *cons.* 88. Riccius *par.* 2. *praxis resol.* 113. *in fine*.

Non tamen ad breve tempus.

Potest autem ad breve tempus substituere alium Vicarium. Riccius *collect.* 1599. ex regula: Parvum pro nihilo reputatur. Tolosanus *lib.* 5. *partit. tit.* 2. *cap.* 3.

Cōcedere literas Dimissoriales.

Quinto, requiritur speciale mandatum in concedendis literis dimissorialibus ad suscipiendos Ordines. *cap. cum nullus.* 3. *§. inferiores, §. Episcopo de temp. Ordinationum in* 6. *cap. tuæ fraternitatis. de Clericis peregrinis. Can. Extraneo. dist.* 71. Venetus *de examine Episcoporum lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 12.

783 Potest vero si Episcopus in remotis partibus degeret.

Si tamen Episcopus esset in remotis partibus, tunc posset Vicarius concedere Literas Dimissoriales ad Ordines suscipiendos. *dicto cap. cum nullus* 3. *§. Episcopo autem in remotis. de temp. Ord. in* 6. Et in remotis locis existit, quando est extra Provinciam, secundum Glossam in *d. cap. cum nullus. v. in remotis.* ex *cap. coram. de electione. ex l. unica, Cod. de præscript.* 10. *vel* 20. Vel ultra duas dietas. *cap. nonnulli de rescriptis*.

784 Quando verificetur degere in remotis partibus.

Vel ultra unam. *cap. statutum. eod. tit.* Vel dicitur esse in remotis partibus, cujus præsentia brevi absolutè nequit haberi. *cap. unico, §. fin.* ubi Gemintanus, *ne Sede vacante in* 6.

Ex quibus, cum res Jure non sit determinata, rem relinquamus Judicis arbitrio. Menochius *de Arbitr. casu* 222.

Nisi sit contraria consuetudo.

Speciale tale mandatum non exigimus, si consuetum sit sine eo concedi Literas Dimissoriales à suis Antecessoribus. Consuetudo namque ut legem interpretatur; ita illam corrigit, & moderatur. Mendosius *Regula Cancellariæ* 24. *tit. de male promotis q.* 8. *num.* 10. Grasfius *p.* 2. *aurearum lib.* 3. *cap.* 13.

785 Causæ beneficiales.

Sexto, in causis Beneficialibus requiritur speciale mandatum. *Can. Nemo de consecrat. dist.* 1. De quo speciali mandato debet fieri mentio in Bullis; causæ namque Beneficiales sunt de majoribus inter speciales. *cap. dispendiosum. de judiciis*.

Et novum beneficium creare, aut conferre.

Et sic primo, non potest novum Beneficium creare, nec creatum conferre sine speciali mandato exprimendo in Bullis. *cap.* 3. *de off. Vicarii in* 6. *c. cum in Jure. de off. Deleg.* Joannes Andreas in *cap. fin. de offic. Vicarii in* 6. Zerola in *praxi Episcopali p.* 1. *v. Vicarius, §.* 4. & 9. Barbosa *par.* 3. *de potest. Episcopi allegat.* 54. *num.* 6. Idque etiam si Episcopus sit absens, quia ex sola absentia non oritur Jurisdictio, nisi in casibus Jure expressis. Franchus in *cap.* 2. *col.* 2. *de off. Vicarii in* 6.

786 Resignatio, & permutatio beneficiorum.

Secundo, nequit admittere resignationem, nec permutationem Beneficiorum sine speciali mandato. *cap. quæsitum. de rerum permutatione*. Sbrozzius *lib.* 2. *q.* 30. Barbosa *loc. cit. num.* 66. Et habens facultatem acceptandi resignationem, non valet sine speciali mandato beneficia conferre permutantibus. Sbrozzius *loco cit. q.* 71. *num.* 9. Rebuffus in *praxi beneficiali in forma Vicariatus num.* 100.

787 Erigere Jus-Patronatus.

Tertio, nec potest erigere Jus patronatus, nec illius fundationi consentire. Rebuffus *loc. cit.* Riccius *p.* 1. *decis.* 140.

Unire, aut dividere beneficia.

Quarto, nequit unire, vel dividere beneficia aut Ecclesias sine speciali mandato. Trident. *sess.* 7. *cap.* 5. *de reformat.* & *sess.* 3. *cap.* 4. Lotterius *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 128. Garzias *de Beneficiis p.* 12 *cap.* 2. *num.* 69. Nec potest Parochias erigere. *Can. Nemo*, ubi Glossa *v. veniet. de consecrat. dist.* 1. Nec transferre. Leo *lib.* 2. *quæst.* 117.

788 Jus-Patronatus ad præsentationem Episcopi.

Quinto, Jus patronatus spectans ad Episcopi præsentationem, non competit Vicario sine speciali mandato Jus ad illud præsentandi. Lambertinus *p.* 3. *de Jure patronatus lib.* 2. *q.* 100. *num.* 2.

789 Potest præsentatos instituere.

Potest tamen præsentatos instituere sine speciali mandato, Glos. in *cap. fin. v. non potest. de off. Vicarii in* 6. Covarruvias 3. *variarum cap.* 2. *num.* 7. Lambertinus *de Jure patronatus lib.* 2. *p.* 3. *art.* 3. *n.* 2. Garzias *de Beneficiis p.* 5. *cap.* 8. contra Rolandum *vol.* 1. *cons.* 47. *num.* 42.

790 Curiam habere in domo privata.

Sexto, non potest Vicarius Curiam habere, & Justitiam facere in domo privata, relicta Curia. *l. nulli. l. Civitas. C. de officiis Rectoris Provinciæ. l. clarissimis, C. de dignitatibus lib.* XII. Farinacius *de variis, & extraordinariis criminibus q.* 41. *num.* 7. Gratianus *decis.* 113. *in fine*. In quo Vicarius deficit à Jurisdictione Episcopali, qua Episcopus valet in qualibet parte suæ Diœcesis pro Tribunali sedere. Baldus in *l. sed ut personis. in principio. Cod. quomodo, & quando*.

Causæ meri Imperii.

Septimo, nequit Vicarius cognoscere de causis meri Imperii. Alexander in *l.* 1. *num.* 2. *D. de off. ejus*. Nec de causa criminis hæresis. Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 6. Covarr. 3. *variarum cap.* 20. *num.* 3.

791 Indicere juramēta purgationis Canonicæ.

Nec valet Juramenta Purgationis Canonicæ indicere. Sbrozzius *lib.* 3. *q.* 167. *num.* 2.

Nec in integrum restitutio, aut Synodum convocare.

Nec causam restitutionis in integrum sine mandato speciali. Sanchez 2. *de matrim. disp.* 40. *num.* 12.

Nec convocare Synodum, Sbrozzius *lib.* 2. *q.* 46. *num.* 1.

Visitare.

Nec visitare Diœcesim. *Can. Decernimus. Can. Episcoporum* 10. *q.* 1. *cap. inter cætera. de ordine judiciorum*. Trid. *sess.* 7. *de reformat. cap.* 8.

792 Alienare res Ecclesiæ.

Nec alienare res Ecclesiæ, in casibus Episcopis permissis. Abbas *cons.* 88 *num.* 6.

Etiam tenuis valoris.

Nec decernere de alienatione rei Ecclesiæ tenuis valoris alienabilis cum consensu Episcopi pro necessitate, vel utilitate Ecclesiæ, non pro libito. *Can. Terrulas* 12. *q.* 2. cui non derogatum est à Tridentino *sess.* 25. *de reform. cap.* 11.

nec

nec per Extravagantem *Ambitiosæ.de rebus Ecclesiæ non alienandis*; quia ut specialia ob excessum: ita ob defectum in generali dispositione non comprehenduntur. Et sic res parvi momenti etiam possunt locari ultra triennium Sacra Cong. apud Quarantam in *Summa Bullarii, v. Alienatio Eccl. num.14.* Abbas *cap.ut supra. de rebus Eccl.non alienandis.*

Quænam sit res parvi valoris.

Parvi autem valoris quænam res sit, arbitrium Judicis est, inspectis circumstantiis opulentiæ, inopiæ Ecclesiæ, utilitatis, necessitatis, loci, temporis; nam respectu opulentiæ res quindecim ducatorum fortè non est modica, & tamen respectu opulentiæ res quinquaginta aureorum erit modica. Mascardus *de probationibus concl.75.num.27.* Genuensis *in praxi cap.75. num.4.* Bonac. *tom. 1. de alienatione rei Eccles. disp.2. quæst.unica puncto 4.num.5.* Barbosa *p.3. de potest.Episcopi allegat.54. num.106.* Redoanus *de rebus Eccl. non alienandis q.13.num.19.* licet rem modicam esse non excedentem viginti aureos voluerit Glossa in *d.Can.Terrulas 12. qu.2.* Ventrigl.*vol.2.Annot.14. §.1.num.38.*

Nec sine speciali mandato potest concedere facultatem exercendi Jurisdictionem Episcopis expulsis à sua Diœcesi, qui possint illam exercere contra expulsores etiam extra Diœcesim ex licentia speciali Vicarii.

793 Clausula generalis quando sit.

Tandem omnia quæ sunt specialia, ut prædicta, quando ab Episcopo possunt exerceri, possunt specialiter Vicario demandari, & expressis quibusdam cum clausula *ad omnia alia, etiam majora*: censentur etiam compreheosa non expressa. *cap.significasti*: ubi Ostiensis *de off. Archidiaconi. cap.Sedes. de rescriptis. cap.ad agendum. §.Sed si. de procurationibus in 6.* Covarr. *variarum cap.6. num.2.*

An autem sufficiat mandatum generale cum plena, & libera facultate, aut cum clausula: facies etiam quæ requiruot speciale mandatum?

794 Mandatum generale cū clausula quę requirunt speciale mādatum.

Affirma, nam tunc æquivalet mandato speciali. Rebuffus in *praxi beneficiali p. 1. tit. de Vicaris Episcopi num. 139.* Barbosa *allegat.70.* contra Boerium *decis.30. num.40.* Zerolam *par. 1. praxis Episcopalis, v. Vicarius, §.14.* Pellegrinum *p.1.praxis Vicariatus sect.2.subsect. 1. num. 3.* Quorum opinio posset procedere in specialissimis. *cap.ex frequentibus.de constit.cap. generaliter.de procurat.in 6.*

795 Speciales quoque sunt imponere publicas pœnitentias.

Nequit etiam Vicarius nisi ex speciali mandato imponere publicas pœnitentias, nec reconciliare. Genuensis in *praxi cap.51.*

Nec dispensare cum illegitimis.

Nec valet dispensare cum illegitimis; nam id solum est permissum Episcopis. *cap. 1. de filiis Presbyterorum.* Cardinalis in *Clem.unica. de off. Vicarii.* Potest tamen ex vi generalis mandati delegare potestatem, quam habet ut absolvatur à censuris. Ugolinus *de potest. Episc. cap. 39. num.10.* Sac.Cong. apud Riccium *par.1.praxis resol. 445.*, Ventrigilia *loc.cit.num.30.*

Quibus modis cesset Vicarii Jurisdictio?

§. VII.

796 Cessat Jurisdictio Vicarii, Episcopi cessante.

Duplici modo. Primo, semper ac cessat Jurisdictio Episcopi; nam Vicarii Jurisdictio Episcopi Jurisdictionem sequitur principalem, sine qua subsistere nequit. *cap. Romana. de appellat. in 6. cap. 2. de consuetudine in 6. cap. si contra. de officio Delegati.*

Eorumque consensu.

Secundo, mutatione voluntatis Episcopi, vel Vicarii; ut enim utriusque consensu fit Vicarius, ita dissolvitur dissensu alterius. *cap. 2. de regulis juris. l. judicium solvitur. de judiciis. Clem.fin. de procurat.*

Cessat ergo Jurisdictio Vicarii, semper ac cessat Episcopalis, cui adnectitur: Sed Episcopalis cessat multis modis: ergo multis modis Vicarialis Jurisdictio cessat. Et primo:

797 Morte naturali Episcopi.

Morte naturali Episcopi. *cap.si gratiose. de rescriptis in 6. cap. illa. cap.fin. ne Sede vacante. cap.quia. de judiciis. cap. ad abolendam.de hæreticis.* Tunc enim extinguitur Episcopi eligentis Jurisdictio. *cap.cum enim.de majorit.& obed. cap.fin. ne Sede vacante,* & *d.cap.Romana.*

Non à Delegatis.

Idque etiam ad negotia cœpta. Henriquez *3. par. Summæ c.20. §.5.* intelligas quoad negotia commissa ratione officii cessantis, in qoo differt à Delegato, qui cessante delegante, potest prosequi incœpta negotia. *cap. gratum. de off. Deleg.* Sed quousque ignota est mors, Episcopi ejus Acta tenent. Gratianus *cap. 18. num.5.* non vi Episcopalis Jurisdictionis jam extinctæ. Felinus in *cap. ex parte Decani, v. fallit. num. 8. de rescriptis.* Sed vi erroris communis, quo stante Ecclesia dat Jurisdictionem, ne publica quies corruat. *l. Barbarius, D.de off. Prætoris.* Idque etiam si innotuerit privatim Vicario Episcopi decessus; nam adhuc vi erroris communis validam Jurisdictionem exercet. dicta *l. Barbarius.* Sanchez *3. de matrim. disp. 27. q. 6. num. 59. in fine.* Veotriglia *locs cit.n.57.*

Ne tameo omittas. Henriquez *lib.7.de Indulgentiis cap.21.num.5.l.5.* docentem mortuo Episcopo, Vicarium valida Jurisdictione uti, donec à capitulo deponatur.

798 Morte civili Episcopi.

Secundo, extinguitur Jurisdictio Vicarii morte civili Episcopi scilicet captivitate. *l.primum. l.in omnibus, D.de captivis. cap. si Episcopus. de suppl. negligentia Prælatorum.* Et illico devolvitur ad Capitulum. *cap. si Episcopus. eodem.* Barbosa *p. 3. de potest. Episcopi allegat. 54. num. 54.*

799 Professione religiosa.

Et sic etiam professione Religiosa extinguitur, nam hæc morti naturali comparatur. *Can. Placuit il 2. q.1. Can.Nullus il 2.q.7. l.res uxoris, D.de donationibus inter.*

800 Depositione degradatione, &c. Episcopi.

Tertio, cessat Episcopi, & sic Vicarii Jurisdictio depositione, degradatione Episcopi. Glossa in *cap.si Episcopus, v.morte. de supplenda negl. Prælatorum in 6.*

Renunciatione, vel resignatione

Quarto, cessat mutatione Episcopi, vel renunciatiooe, vel resignatione. *cap.1.de renunciatione in 6.* Franciscus Marcus *q.20.*

Et translatione Episcopi.

Quinto, cessat translatione ad alium Episcopatum. *cap.fin.de transl.Episc.* Idque etiam ignota translatione. *cap.quia in cunctis, §. adjiciebatur.de concessione Præbendæ in 6.* Franciscus Marcus *loc.cit. n.40.* Licet errore communi ob publicum bonum Acta substineantur. *l. Barbarius, D.de off. Prætoris.*

801 Publicè excommunicato Episcopo.

Sexto, excommunicato Episcopo per cedulones, vel suspenso ab officio, & beneficio, est simul suspensa Vicarii Jurisdictio. *cap. fin. de off. Vicarii in 6.* ubi Glossa v. *Ipsius.* Joannes Andreas, & Ancharanus, Ugolinus *de censuris tabula 2. cap.11. §.3. num.8.*

802 Suspensa Jurisdictione Episcopi.

Semper ac est suspensa Jurisdictio Episcopi, nequit Vicarius Jurisdictiooem exercere. Parisius *vol.2.cons.89.num.10.in fine.ex cap. ad pro-*

bandum. de re judicata. Can. audivimus 24. *q.* 1. At quando non est denunciatus, tunc favore aliorum validè Jurisdictionem exercet. Extravagans *ad evitanda*. Abbas in *cap. caritatis num.* 4. *de sententia excomm.* Felinus in *cap. ad probandum. num.* 6. *de re judicata.*

803 Excommunicato Vicario, non est excommun. Subvicarius.

Excommunicato vero, & denunciato Vicario, non est excommunicatus Subvicarius, nec est excommunicatus ab eo electus; nisi communicet in crimine criminoso. *cap.* 1. ubi Archidiaconus. *de off. Vicarii in* 6.

Licet excommunicato, denunciato, suspenso Episcopo per cedulones, sit suspensa Vicarii Jurisdictio. *cap. ad probandum. de re judicata. Can. audivimus* 24. *q.* 1. *cap.* 1. *de off. Vicarii in* 6. remanet tamen Vicarius, poteritque exercere quidquid ei committitur jure delegationis ab alio: puta ab Urbe; nam tunc non exercet Jurisdictionem Episcopi, sed delegatam. Felinus in *cap. insinuante num.* 2. *de off. Delegati.*

Poterit insuper assistere matrimonio, & aliis id communicare, quia non est actus Juridictionalis, sed potestatis; si enim esset actus Jurisdictionis nequiret ab invito extorqueri, cum actus agentium non operentur ultra eorum intentionem. *l. non omnis, D. de rebus creditis*; nec facultas constituendi est actus Jurisdictionis, sed potestatis, qua ratione Parochus excommunicatus per se, vel per alium matrimonio assistere valet. Sanchez. 3. *de matrimonio disp.* 21. *num.* 4. *&* 7.

Mutuo consensu.

804 Multipliciter Vicarius revocatur.

EPiscopus potest revocare Vicarium tacitè, vel expressè, per se, per Epistolam, per nuntium. *l. judicium solvitur. D. de judiciis. cap. Clericos. de off. Vicarii, Clem. fin. de Procuratorib.* ut enim liberè unum, vel plures eligere potest, itaut non cogatur ad eligendum, si per se possit causas expedire. *cap. quoniam. de off. Ordinarii. cap. ad hac. de off. Archidiac. cap.* 1. *de celebrat. Missar.* Puteus *lib.* 2. *dec.* 43. Zerola *p.* 1. *praxis Episcop. v. Vicarius n.* 1. Ventrigl. *loc. cit. n.* 4. Ita liberè, etiam sine consensu Capituli revocare potest. *cap. ea noscitur. de iis, quæ fiunt à Prælatis.* Idque etiam si jurasset non revocare, impetrata prius Juramenti absolutione. Gabriel *lib.* 2. *communium. tit. de Jurejurando concl.* 1. *num.* 14. Barbosa *p.* 3. *de potest. Episc. allegat.* 54. *num.* 145. Glossa in *cap. fin. de Procuratoribus in* 6. Sed quid.

Si Vicarius sit confirmatus à Papa?

805 Vicarius cōfirmatus à Papa per Episcopū revocatur, secùs si sit electus à Papa.

DIstingnas: vel est electus, & confirmatus à Papa; & tunc non potest revocari ab Episcopo. Vel est electus ab Episcopo, & confirmatus à Papa, & tunc potest revocari ab Episcopo; quia confirmatio Papæ non alterat naturam electionis Vicarii, ex se revocabilis, factæ ab Episcopo. Cnccns *Instit. Canonic. de Vicario Episcopi num.* 139. Pellegrinns *loco cit. sect.* 6. *n.* 7.

806 Revocatio juridicè Vicario debet innotescere.

Revocationis notitiam debet mandato Episcopi innotescere Vicario per se, per nuntium, per Epistolam; Nec satis est si amicus moneat Vicarium de revocationa ab Episcopo facta; nam res per quas causas nascitur, per easdem resolvitur. Et sic si non fit Vicarius, ita nec resolvitur sine mandato Episcopi. Boerius *decis.* 347. *n.* 14. *ad* 18. Rebuffus in *praxi benef. tit. de forma Vicariatus n.* 21. Ventrigl. *loc. cit. n.* 57.

807 Communis error dat Jurisdictionē.

Error communis etiam in hoc locum habet, consequenter si revocatio sit ignota, & communi errore credatur adhuc non revocatus, Acta ejus tenent. *l. Barbarius, D. de off. Prætoris. l. si forte* 17. *D. de off. Præsidis.* Bartolus in *d. l. Barbarius in* 2. *lectura num.* 18. ubi Baldus *num.* 78. Enriquez *lib.* 7. *de pœnit. cap.* 7. *num.* 2. *litera G.* ubi censet gratiam concessam non expirare ante notitiam revocationis.

Secundo, renunciatione cessat Jurisdictio Vicarii: puta si Vicarius renunciet, & nolit ampliùs exercere Vicariatus officium; tunc intrat regula: Res resolvitur per causas, per quas fit. Et sicuti proprio consensu fit, quando ab Episcopo constituitur, ita desinit. *cap.* 1. *&* 2. *de regulis juris.* Nunc est difficultas:

808 Cessat demùm renūciatione ipsius Vicarii.

An Vicarius Episcopi finito officio teneatur ad Sindicatum.

809 Ad Sindicatum nō adstringitur.

NEga: ex *Constitutione* Gregorii XIII. *ad Clerum Tarentinum anno* 1578. quia præsente Episcopo non præsumitur deliquisse. Barbosa *lib.* 1. *de jure Eccl. cap.* 32. *num.* 137. *& de potest. Episcopi allegat.* 54. *num.* 188. Genuensis in *praxi cap.* 73.

An post revocationem possit cognoscere causas sibi delegatas non nomine officii, sed nomine proprio?

Post renunciationem causas delegatas cognoscere valet.

AFfirma: quia tunc non utitua Jurisdictione Episcopi, sed delegantis. Abbas, & Felinus in *Clem.* 2. *de rescriptis.*

An sequens Vicarius possit cognoscere causas delegatas Vicario antecessori nomine officii, cæptas à Vicario amoto?

810 Similiter successor Vicarius.

AFfirma: quia dignitas Vicariatus non extingnitur, sed remanet in successore. *cap. si gratiose. de rescriptis in* 6. Glos. in *Clem.* 2. *de rescriptis*. Abbas in *cap. quoniam num.* 10. ubi Boerius *de off. Delegati*. Contra Caputaquensem *dec.* 397. Manticam *lib.* 8. *de conjectur. tit.* 15. *n.* 3.

An Vicarius Episcopi possit petere salarium, etiam si non sit conventum cum Episcopo?

811 Salarium Vicarii.

AFfirma: quia labor ex se præmium expectat, nec gratis quis præsumitur laborare. *cap. cum ex officiis. de præscriptionibus* Caravita *ritu* 9. Seraphinus *decis.* 74. Sbrozzius *lib.* 1. *de officio Vicarii quæst.* 55. dicens *num.* 3. posse salarium petere à Capitulo ex bonis Ecclesiæ vacantis; non vero ab Episcopo successore. Puteus *decis.* 43. Barbosa *p.* 3. *de potest. Episcopi alleg.* 54. *num.* 168. Et tunc ascendit ad centum aureos. Sac. Cong. apud Pellegrinum *num.* 21. ubi ad cavendas fraudes, nequit pro salario assignari emolumentum Cancellariæ.

De Vicario Capitulari.

§. VIII.

812 Vacante Episcopi Sede Jurisdictio devolvitur ad Capitulū.

SEmper vacante Prælati Sede morte naturali, civili, translatione ad aliam Ecclesiam acceptatam; licet possessione non capta, nec literis expeditis, cum illicò extinguatur conjugium primæ Ecclesiæ. Gratianus *forens.* 296. *num.* 14. ex *cap. si Episcopus*: ubi Glossa v. *mortem. de suppl. neglig. Prælatorum.* Sive captivitate Episcopi facta à Schismaticis, Hæreticis, & Paganis. *dicto cap. si Episcopus.* Sive in remotis degente Episcopo, moriatur constitutus ab eo Vicarins. Cardinalis in *Clem. unica quæst.* 58. *in fine de off. Vicarii*. Quaranta *in Summa Bullarii, v. auctoritas Archiepiscopi num.* 22. Moneta

de

de commutatione ultimarum voluntatum cap.5. num. 418. Ita servatum referens Neapoli, mortuo Vicario, Annibale de Capua Cardinali Nuntio Poloniæ agente.

Vacante igitur tunc Sede, Jurisdictio Prælati non quoad actus Ordinis ei annexos, nec quoad insignia Episcopalis dignitatis, nec quoad delegata. *cap. cum te*, ubi Felinus *num.* 17. *de rescriptis*, sed quoad cætera Jurisdictionalia devolvitur ad Capitulum, sive sit Jurisdictionis voluntariæ, sive contentiosæ, in spiritualibus,

813 Sive contentiosa sit, sive voluntaria.

& temporalibus. *cap.* 1. *cap. cum olim. de majorit. & obed. cap.2. ne Prælati vices suas. cap.is, cui. de electione in 6. cap. ad abolendam. de hæreticis. cap.penult. & fin. de suppl. neglig. Prælatorum. cap.2. de off. Vicarii in* 6. Trident. *sess.7. cap.10. sess.23. cap.10 sess.24.cap.16.de reformat.* Solorzanus *de Jure Indiarum tomo* 2. *lib.3. cap* 13. *num.* 2. Valanzuola *cons.* 107. Pellegrinus *par.1. praxis Vicariatus sect.4. subsect.1. num.*1 Marchetti in *praxi Vicarii Capitularis tit.*1 Suarez *tom.5. de censuris disp.* 50. *sect.*6. Sanchez 2. *de ma rimon. disp.* 40. *& lib.8. disp.* 2. *num.*10. Guttierez *lib.1. Canonic.cap.*11 *num.*10. Garzias *p.3. de benefic. cap.7. num.*2. Contra Glossam in *Clem.1. §.1. v.Capitulum. de hæreticis.* Felinum in *cap.cum olim. num.4. de majorit. & obedient.* ajentes succedere in Jurisdictiona necessaria, non voluntaria, & in casibus tantum jure expressis. *cap.* 2. *ne Sede vacante*: ubi Capitulum beneficia non confert. Quæ ratio non concludit, quia illud tantum verum in beneficiis, & in quibusdam aliis, de quibus infra.

Capituli Potestas.

§. IX.

814 Est eadem Episcopi.

Est eadem, ac Episcopalis quoad Jurisdictionalia. Trident *sess.* 24. *de reform. cap.* 16. *cap.1. cap. cum olim. de majorit. & obed.* Idque etiam quoad spiritualia; nam est principalis nulli accessoria. *cap.penult. & fin.de suppl.neglig. Prælat.* Et sic

815 Dispensat sicut Episcopus.

Primo, dispensare valet in omnibus, in quibus poterat Episcopus, sospensionibus, irregularitatibus, illegitimitate. Trident. *sess.24. cap.6. de reformat. cap.1. de filiis Presbyterorum in* 6. Baldellus *tom.* 2. *lib.1. disp.* 48. *num* 22. Abbas in *cap.at si Clerici.num.*17. ubi Decius *num.*150. *de judiciis.* Unde valet dispensare in interstitiis ut poterat Episcopus. Valanzuola *cons.*107.*n.*17. *col.*2. Rodriquez *tom.*1. *Summa cap.*71.*n.*18.

In denunciationibus.

Secundo, potest dispensare in denunciationes, ut poterat Episcopus.

Ferre censuras potest.

Tertio, potest ferre, & dissolvere censuras Episcopo reservatas, & Papæ, casu, quo poterat Episcopus: puta in occultis, & quando non est recursus ad Papam. Sanchez 1. *de matrim. disp.* 40. *num.* 14. Urtadus *de censuris in communi difficult.4. num.*10. Avila *de censuris p.5.disp* 2. *dub.2.concl.*1. Sotus in 4.*dist.*22.*q.*3.*tit.*2.*concl.*3.

Absolvere à percussione levi Clerici.

Quarto, potest absolvere etiam ab excommunicatione ob percussionem Clerici levem. *cap.unico. de majorit. & obed.* potest etiam assignare Pœnitentiarios cum facultate absolvendi à reservatis, ut poterat Episcopus. Azorius *to.* 2. *lib.3.cap.*37.*q.*6. Ugolinus *de potest.Episc.cap.*36.

816 Visitare Diœcesim.

Quinto, potest visitare Diœcesim; nam id est officium Episcopale. Marescottus 2. *variarum cap.*15.*num.*14. ex *cap. inter cætera. de off.Ordinarii. cap.Ecclesia. de supplenda neglig. Prælat.*

7:8 Monasteria Monialium.

Sexto, potest visitare Monialium Monasteria, etiam exempta, Apostolicæ Sedi subjecta: licet enim talis potestas sit delegata Episcopis. *Clem.* 2. *de statu Monachorum.* Trident. *sess.*25. *de regularibus cap.* 9. tamen est perpetuo officio annexa, & sic transit ad Capitulum, ad quod Sede vacante Episcopalis Jurisdictio pergit, quæ enim perpetuo Ordinarii Jurisdictioni sunt annexa, censentur etiam ordinaria, ex *cap.ad abolendam, §.fin.de hæreticis*: ubi Episcopus Apostolica auctoritate procedit contra exemptos in *Clem.1. §. de hæreticis*, procedit etiam Capitulum Sede vacante, nulla mentione habita de auctoritate Apostolica. Ergo etiam potestas delegata annexa ordinariæ potestati, sequitur naturam ordinariæ potestatis, cui accessit.

Sed ad cavendas turbationes visitet loca subdita, non exempta. Tuscus *tomo* 1. *concl.*56. *num.* 50. nisi urgens necessitas immineat, impatiens diuturnioris moræ. Sanchez 2. *Decalogi lib.* 6. *cap.*15. *num.*30.

Capitulum respectu Rei Beneficialis.

§. X.

Capitulum nequit conferre Beneficia vacantia liberæ collationis. *cap. ex frequentibus. de Institutionibus. cap. fin.de off.Vicarii in* 6. licet eis possit dare Œconomum, quando sunt Curata. *cap. cum vos. de off. Ordinarii.* Felinus in *cap.cum olim.num.6.de majorit.& obed.* 818 Nequit tamen beneficia conferre liberæ collationis.

Potest tamen recipere resignationes Beneficiorum; nam id non est prohibitum, & Capitulum succedit in tota Jurisdictione Episcopali, exceptis casibus jure expressis. Abbas, & Felinus in *cap.cum olim.de majorit & obed.num.*4. Garzias *tomo* 2. *de Beneficiis p.*11. *cap.*3. *num.*255. Rota *in novis. de rerum permutatione decis.*6. Recipit eorum resignationes.

Potest etiam instituere præsentatum à patrono. *cap.* 1. ubi Abbas *de institutionibus in* 6. *cap. cum olim. de majorit. & obed.* Sic etiam potest conferre Beneficia jure devolutionis, nam in *cap.* 2. *ne Sede vacante*, non confert Beneficia competentia Episcopo jure proprio. *cap. nulla, §. fin. cap. quia. de concessi ne Præbenda.* Jo: Andreas in *cap.quamquam. de electione in* 6. Abbas in *cap.2. num.3.ne Sede vacante.* Contra Barbosam *de potest. Episcopi p.* 3. *allegat.* 126. *num.* 7. Zipæum *de Jure Pontificio novo lib.3 tit. ne Sede vacante num.*6. hæc enim non ex sua natura, & per se, sed per accidens Episcopo competunt. Instituit præsentatos.

An vero possit recipere permutationes Beneficiorum?

Affirmat Azorius *p.2. lib.3. cap.36.quæst.*8. ex Abbate, & Felino in *dicto cap.cum olim. de majorit. & obed.* Recipere valet beneficiorum permutationes.

Potestas Capituli in ordine ad Literas Dimissoriales.

§. XI.

Capitulum considerari valet in duplici tempore Sedis vacantis, primo post annum Sedis vacantis, secundo infra primum annum Sedis vacantis.

Post annum Sedis vacantis potest concedere Literas Dimissoriales ad Ordines suscipiendos. Trident. *sess.* 7. *de reform. cap.* 10. & *sess.*23. *de reform.cap.*10. 819 Post annum concedit literas Dimissoriales.

Quæ Literæ Dimissoriales non expirant adventu novi Episcopi. Guttierez 2. *Canonicarum cap.* 17. *num.* 12. Quaranta in *Summa Bullarii v. Capitulum Sede vacante num.* 1. Diana *par.*8. *resol.* 820 Non expirat in adventu novi Episcopi.

resol. 41. Marchettus *p.2. praxis Vicarii Capitularis tit.15.num.51.* dans sex alios Doctores. Pellegrinus *p.1. praxis sect.4.num.10.*

An autem possint Literæ Dimissoriales revocari à Successore?

821 Possunt revocari ab Episcopo.

AFfirmat Antonellus *de regim. Eccl. Episc. lib.1.cap.1.num.79.* Diana *p.8. tract.4. resol.41.* Portella *tomo 2. casu 71.num.7.* Venerus *lib.1.examinis Episc.cap.17.num.19.* Marchettus *p.1. praxis Vicarii Capitularis tit.15.num.52.*

At mihi res difficilis, quia injustitiam sapit tollere jus quæsitum, & damnificare Ordinandum ritè in expensis jam factis in obtinendis Dimissorialibus literis; Quod est contra jus naturale literis legitimè obtentis.

Pœna dantis Dimissorias, ac recipientis eas ad Ordines intra annum.

822 Intra annum subjacet interdicto.

PRima est pœna interdicti. Trident. *sess.* 23. *de reform.cap.10.* & *sess.7.cap.10.de reform.* Leo *p.1. fori Eccl. cap.10. num.8.* Et Vicarium esse suspensum per annum ab officio, & beneficio, ait Sac. Cong. apud Barbosam *de Canonicis cap.42.n.120.* Pellegrinus *loco cit. subsectione 3. num.7.* Riccius *p.1.praxis resol.506. num.8.*

Verum interdicti non suspensionis pœnam incurrere firmat Molina *de Justitia tract.5.disp. 11. num.4.* Barbosa ad Trident. *sess.23. de reformat.cap.10.num.18.* non enim suspensionis pœnam Doctores imponere sine lege valent.

823 Ordinatus in Sacris est suspensus.

Ordinatus verò cum hujusmodi literis Dimissorialibus in Sacris, est suspensus ab executione Ordinis ad beneplacitum Episcopi futuri. In Minoribus verò caret privilegio Clericali post sententiam. Trident. *sess.* 23. *de reformat. cap.10.* & *sess.7. cap. 10. de reform.* ibi: *Si secùs fiat, Capitulum contraveniens Ecclesiastico subjaceat interdicto; & sic Ordinati, si in minoribus Ordinibus constituti fuerint, nullo privilegio Clericali, præsertim in criminalibus, gaudeant; in majoribus verò, ab executione Ordinum, ad beneplacitum futuri Prælati, sint ipso jure suspensi.* Garzias *de benef.p.5.cap.17.num.92.*

In Ordinibus minoribus est privandus privilegio Clericali.

Intra annum igitur sub prædicta pœna, non possunt concedi literæ Dimissoriales ad suscipiendos Ordines. Trident. *loco cit.* Sed modo inquirendum:

Quando intra annum licitè, & validè possint concedi literæ Dimissoriales.

824 Excipe tamen arctatos ratione beneficii obtenti, vel obtinendi.

SEmper ac quis est arctatus beneficio obtento, vel obtinendo, requirente Ordinem, potest Capitulum Sede vacante, etiam intra annum concedere literas Dimissoriales ad Ordines suscipiendos. *cap.licet Canon.de elect.in* 6. Trid. *sess.7.de reformat.cap.10.* ibi: *qui beneficii Ecclesiastici recepti, sive recipiendi occasione arctatus non fuerit.* Quaranta in *Summa Bullarii, v.Capitulum Sede vacante q. 10.* Zerola *p.1. praxis Episcopalis, v.Capitulum.* Sac.Cong. apud Nicolium in *Flosculis, v. Vicarius Capitularis n.70.* Formosinus *de potestate Capituli Sede vacante tract.1.quæst.20.num.25.* Idque sive beneficium sit conferendum prævio concursu, sive præcedente præsentatione, qua ratione laicus præsentatus, etiam poterit obtinere literas Dimissoriales ad recipiendam primam Tonsuram, ut deinde valeat institui in beneficio. Sac. Cong. apud Barbosam *de Canonicis cap. 42. num. 118.* Antonellus *lib.1.regiminis cap.fin.num.35.* Garzias *de benef. p. 5. cap. 7. num. 93.*

Arctatis ergo ad Ordines suscipiendos ob beneficium susceptum, vel suscipiendum, Capitulum Sede vacante intra annum potest concedere literas Dimissoriales pro Ordinibus suscipiendis. Trident. *sess.7.cap.10. de reform.* Ita ut dans tales literas non arctatis, contrahat pœnam interdicti. Trid. *sess.23.cap.10.de reform.*

825 Arctatus est præsentatus, vel præsentandus.

Arctatus autem dicitur primo præsentatus, vel præsentandus ad beneficium requirens Ordinem. Sac. Congreg. apud Gavantum in *Enchiridion, v. Capitulum Sede vacante num. 29.* Majolus *de irregularit.lib.4.cap.2.n.3.* Pellegrin. in *praxi Vicariatus p.1.sect.4.subsect.2.n.5.* Marchetti in *praxi Vicarii Capitularis p.2. tit.15.*

Qui si non ordinaretur beneficium amitteret.

Secundo, Arctatus est, qui secus beneficium amitteret, vel non obtineret, nisi ordinaretur. Sic Parochus, non Sacerdos amitteret Parochiam si intra annum non ascenderet ad Sacerdotium. *cap. licet Canon. de elect. in* 6. eique potest intra annum concedere literas Dimissoriales ad recipiendum Sacerdotium. Barbosa *de Canonicis cap.42.num.127.* Antonellus *lib.4.de regim.Eccl.Episcopalis cap.fin. num.36.* Marchetti *loc. cit.*

826 Non tamen concurrenti ad Parochiæ nondum Sacerdos.

Non possunt tamen concedi literæ Dimissoriales ad Sacerdotium concurrenti ad Parochiam, quia hic potest esse non Sacerdos. *dicto cap. licet Canon.* Sicque non dicitur arctatus ad Ordines ratione beneficii. Sac. Cong. apud Nicolium in *Flosculis, v.Vicarius Capitularis num. 70.* Formosinus *tract.1. quæst.20.num.23.* Diana *p.8. tract.4. resol.41.*

Nec Canonicis ut votum proferant in Capitulo.

Non tamen intra annum potest concedere literas Dimissoriales, ut non in Sacris Canonicus ascendat ad Ordines Sacros, ad finem habendi votum in Capitulo. Diana *p.8. tract. resol.41.* Marchetti *loc.cit. p.2.tit.15.num.36.*

827 Nomine beneficii hic non venit pensio.

Nec nomine beneficii hic venit pensio. Sac. Cong. apud Nicolium *p.2. Lucubrationum lib.1. tit. 28. num. 21.* Sicuti nec dicitur arctatus ratione beneficii ad Sacerdotium, qui per alios celebrare valet. Sac. Cong. apud Nicolium *loc. cit. num.1.*

Non solùm autem Capitulum, sed Vicarius Apostolicus Sede vacante, nequit hujusmodi literas ad recipiendos Ordines concedere modo dicto. Sac. Cong. apud Nicolium in *Flosculis, v. Vicarius Apostolicus num.2.*

828 Dimissoriales dat dispensatis à Papa.

Secundo, Capitulum Sede vacante, etiam intra annum potest concedere literas Dimissoriales, & approbationem de Vita, & Idoneitate dispensatis à Papa ad Ordines recipiendos, in quo non debet se inserere Metropolitanus, nec vicinior Episcopus. Barbosa *p.2. de potest.Episcopi allegat.7. num.14.* Formosinus *de potest.Capituli Sede vacante tract. 1. quæst. 20. num. 43.* Marchetti in *praxi Vicarii Capitularis par.2. tit.15. num.44.* Ciarlinus *Forensium cap. 46. num. 12.* Genuensis in *praxi cap. 87. num. 15.* Id enim nullibi prohibetur. Marchinus *de Sacram. Ordinis tract.1. p.6. cap.3. num.17.* Naldus *v.Capitulum num.8.*

An autem intra annum, ad primam Tonsuram recipiendam, absolutè possit concedere literas Dimissoriales?

829 Ad primam Tonsuram an concedat Dimissoriales.

VIdetur affirmare Garzias *tomo 1.de benef. p.5.cap.17.num.95.* quia in odiosis prima Tonsura non venit nomine Ordinis, & à minoribus

ribus, & Sacris deciditur in Trid. *seſſ.23. cap.2. & 8.* Oppoſitum tamen in hoc tenet Zipæus *de Jure Pontificio novo lib.3.tit.9.num.2.*

De Poteſtate Capituli in ordine ad conſtituendum Vicarium Capitularem.

§. XII.

830 Capitulum cogitur Vicarium eligere.

CApitulum nequit per ſe exercere Juriſdictionem, quia difficile congregatur, & Juriſdictio ſemper pro quotidianis caſibus exercenda ſtabilitur, acceſſu facili exigit Superiorem; ideo debet creare Vicarium.

Intra quantum tempus, & qualiter debeat Capitulum conſtituere Vicarium?

831 Licet olim per ſe, hodie per Vicarium Juriſdictionem exercet.

OLim Capitulum, ut Epiſcopus, poterat per ſe, nec tenebatur per Vicarium Juriſdictionem exercere, nec illum eligere. Felinus in *cap. cum olim. num.4. de majorit. & obed.* At hodie tenetur Vicarium eligere, in quo differt ab Epiſcopo, qui ſi ſit Doctor, non tenetur Vicarium eligere, poteſtque per ſeipſum exercere Juriſdictionem. Puteos *lib.2. deciſ.* 43. Riccius *Collectaneorum p. 5. collect.* 1601. Cavalcanus *deciſ.416. num.9.* Barboſa *p.1. de poteſt. Epiſcopi allegat.54. num.125.* contra Sbrozzium *lib.1. de off. Vicarii quæſt.46. num.1.* Covarruviam *3. variarum cap. 20. num. 4.* dicentes teneri eligere Vicarium, etiamſi ſit Doctor potens per ſe exercere Juriſdictionem.

Capitulum vero neceſſitatur ad eligendum Vicarium. Trid. *ſeſſ.24. cap.16. de reform.*

Quot debeat eligere Vicarios?

832 Unum Vicarium non plures.

CApitulum unum debet eligere Vicarium; niſi Diœceſis ſit ampliſſima, vel immemorabilis poſſeſſio conſuetudinis ad oppoſitum cogat. Sac. Cong. in una *Salernitana* 26. *Julii* 1589. apud Dianam *p.8. tract.4. reſol.60* Ottobonus *deciſ.220. n.7. &* 8. Sac. Cong. apud Marchettum *par.1. praxis Vicarii Capitularis tit. 1. num. 70.* dicentem *num. 70.* ex declaratione Sac. Congregationis electionem plurium ſimul nullam, & devolvi ad Metropolitanum. At electionem plurium ſucceſſivè ſuſtineri in primo electo idoneo.

833 Poterit tamen pro Monialibus alium Vicarium eligere.

Si vero in Diœceſi ſint Moniales, tunc pro Monialibus poteſt conſtituere alium Vicarium, ut conſtituebat Epiſcopus. Quaranta in *Summa Bullarii, v. Capitulum Sede vacante num.9.*

834 Si plures Diœceſes unitæ habeant ſeparata Capitula eligunt ſibi diſtinctos Vicarios.

Et ſi plures Diœceſes ſint unitæ ſub uno capite, ſed habeant Capitula ſeparata; tunc quodlibet Capitulum Cathedrale poteſt conſtituere ſuum Vicarium Capitularem, & ſervari ait Marchett. *par.1. praxis Vicarii Capitularis tit.1. num.77.* poſt Dianam *p.8. tract.4. reſol. 61.* Antonellum *lib.4. de Regimine Eccl. Epiſc. cap. fin. num.74.*

835 Epiſcopus poteſt plures Vicarios Generales conſtituere.

In quo differt ab Epiſcopo, qui poteſt plures Vicarios Generales conſtituere, ut cauſæ faciliùs expediantur. *cap. ad hac. de off. Archidiaconi. cap. 1. de celebratione Miſſarum.* Zerola *p. 1. praxis Epiſcopalis, v. Vicarius num.1.* Qui debent reſidere ubi reſidere ſolet Epiſcopus. Bartolus in *l.1. in fine, D. qui, & à quibus appellari.*

Intra quantum temporis ſit Vicarius eligendus?

836 Capitularis Vicarius intra octo dies eſt eligẽdus.

INtra octo dies à die ſcientiæ vacantis Eccleſiæ. Trident. *ſeſſ.24. cap.16.* ita ut electio facta ante quam Eccleſia vacaret, ſit nulla. *cap. bonæ 36. de electione.* Sacra Cong. apud Marchettum in *praxi Vicarii Capitularis p.1. tit.1. n.25.*

Octo dies ita incipiunt currere à die ſcientiæ, ut dies termini non computetur in termino, & ſic dies ſcientiæ Eccleſiæ vacantis non numeratur. Gratianus *Forenſium cap. 161. n.1.* — Quando incipiant currere iſti dies

Pœna non eligentis intra dictum tempus?

837 Secùs faciẽtes eligit Metropolitanus.

CApitulum intra dictum tempus debet eligere Doctorem, Licentiatum in Jure Canonico, aut alium, quantum fieri poteſt idoneum, alias electio devolvitur ad Metropolitanum. Et ſi ipſa Eccleſia Metropolitana negligens ſit, vel exempta, tunc devolvitur ad antiquiorem ex ſuffraganeis, & ad propinquiorem Epiſcopum in Eccleſia exempta. Trid *loc. cit.*

An Capitulum poſſit purgare moram?

838 Moram purgare valet re integra, ſecùs non.

DIſtinguas, vel Vicarius fuit electus à Metropolitano, vel non adhuc fuit electus. Si primum nega, quia res non eſt integra, Vicario jam electo. Afflict. *deciſ.174.* Si ſecundum, ſcilicet non adhuc fuit electus, tunc poteſt purgare moram, ex regula: Celeri electione mora purgatur. *cap. potuit. de locato.* Fulgolius *conſ.5. num.5.* Molina *diſp. 453. num.5.* Garzias *de benef. p.5. cap.5. num.5.* Eſt enim pœna moræ illa devolutio ad Metropolitanum, & ſic non debet incurri, niſi poſt ſententiam. *cap. vergentis. de hæreticis. cap. cum ſecundum. de hæreticis in 6.* Seneca 2. *declamat. cap.2. num.15.* Contra Suarez *tom.5. de cenſuris diſp.28. ſect.3. num.3.* Quarantam in *Summa Bullarii, v. Capitulum Sede vacante.* Pellegrinum *p.1. praxis Vicariatus ſect. 4. ſubſect.1. num.29.* pro ſe referens declarationem Sac. Cong. Marchettum *p.1. tit.1. num.10.*

839 Vicarius à Metropolitano electus eſt revocabilis, etſi decedat, tunc Capitulum eligit.

Si Vicarius electus à Metropolitano, cujus electio ad libitum revocabilis eſt ab eodem, ex declaratione Sac. Cong. apud Barboſam *de Canonicis cap.42. num.48.* Si inquam Vicarius decedat, Capitulum poteſt intra octo dies alium eligere, nam ſolùm pro illa prima vice jus eligendi amiſit. Quaranta *loc. cit. num.4.*

Si electio Vicarii à Capitulo, vel à Metropolitano facta, ſit nulla, vel electus ob infirmitatem fiat inhabilis, vel moriatur, tunc Capitulum eligit Vicarium infra octo dies. Quaranta *loco cit. num.10. in fine.* Barboſa *p.3. de poteſt. Epiſcopi allegat.54. num.177.* Diana *p.8. tract.4. reſol.62. v. notandum.*

An in electione ſit ſervanda forma Tridentini ſeſſ. 24. de reform. cap. 16.

840 Servanda eſt forma electionis ex Trident.

AFfirma ſecundum dictam formam, & ſic electio facienda per vota ſecreta ex declaratione Sac. Cong. Nicolius in *Floſculis, v. Vicarius Capitularis num. 55.* Marchettus *p. 1. tit.1. num. 49.* Pellegrinus *p.1. ſect.4. ſubſect.5. num. 8.*

Sed non eſſe formam ſervandam docet Zerola *p.1. v. Capitulum, §.3.* quia Tridentinum loquitur de electione Superiorum Regularium, non Secularium; & textus in *cap. quapropter. de electione.* loquitur de electione Prælatorum, non temporanea, ut eſt electio Vicarii, ſed perpetua. Formoſinus *de poteſtate Capituli Sede vacante tit.1. quæſt.8. num.10.* Sylveſter *v. electio 2. quæſt. 1.* Garzias *de benef. tomo 1. p.5. cap.7. num.21.*

Qualis debeat eſſe Vicarius Doctrina, Ætate?

841 Eligitur de corpore Capituli, ſi haberi poſſit idoneus.

DEbet eſſe de corpore Capituli, ſi adſit habilis, Malletus *tomo 1. malleatione 41.*

bra-

bractea 3. Antonellus *de regimine Eccl. Episc. lib.*4. *cap.ultimo n.*62. Vulpe in *praxi fori Eccl. cap.*14.*num.*25. Garzias *de benef.p.*5.*cap.*7.*n.*13. Venerus *de examine Episcoporum lib.* 4. *cap.* 1. *num.*11. Marchettus *p.*1. *tit.* 1. *num.*38. ajentes de corpore Capituli præferri extraneo, cæteris paribus.

842 *Sit Doctor, vel Licentiatus in Jure Canonico.*

Secundo, debet esse Doctor, vel Licentiatus in Jure Canonico, numquam tamen Regularis. Qui si haberi nequeat, tunc toleratur non Doctor; itaut electio sit nulla, si Doctor haberi valeat. Trid. *sess.*24.*de reformat.cap.*16. Sac.Cong. in una *Puteolana* 27. *Martii* 1653. & apud Gavantum in *Manuali Episcoporum*, v. *Capitulum Sede vacante num.* 9. apud Pellegrinum *par.* 1. *sect.*4. *subsect.* 1. *num.*23. apud Novarium *par.*1. *Forensium quæst.*143. *num.*2. & apud Barbosam ad Trident. *sess.*24 *cap.*16. *de reformat.num.*26. Marchettus *p.*1. *tit.*1. *num.* 38. dans novem Doctores.

843 *In concursu Doctoris Canonum cum Theologo, præfertur Doctor Canonum.*

Nulla est electio Doctoris Theologi. Sac.Cong. in una *Bovinensi* 9. *Januarii* 1601. ubi amotus fuit Decanos Doctor Theologus, & electus Archidiaconus Doctor Canonista apud Barbosam *de Canonicis cap.*42. *num.* 53. Nicolium in *Flosculis*, v.*Vicarius Capitularis num.*61. intelligas si haberi possit Doctor Canonum. Sac. Cong. apud Nicolium *p.* 2. *Lucubrat. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 18.

Doctor sit publicæ Universitatis.

Secundo, debet Doctor esse alicuius Universitatis publicæ, non doctoratus à privato ex privilegio Sac. Cong. apud Barbosam *de Canonicis cap.*42.*num.*5. Antonellus *lib.*4. *regiminis Eccl. Episc.cap.ult.num.*63.

844 *Ætatis xxv. annorum. Si de hæresi cognoscit xl.*

Tertio, debet esse ætatis XXV. annorum requisitæ ad curam Animarum. Sac. Cong. apud Nicolium in *Flosculis*, v. *Vicarius Capitularis num.* 65. Sed si debeat cognoscere ex speciali mandato de causa hæresis, in eo casu, quo posset Episcopus, & Capitulum. *cap. ad abolendam. de hæreticis*. Santorellus *de hæresi cap.* 40. *dub.* 1. *num.*4. Farinacius *de hæresi qu.*176. *§.ult.n.*177. tunc debet esse annorum XL, alias Acta sunt nulla. Gavantus in *Enchiridion* v.*Vicarius Capitularis num.* 1. Marchettus *p.* 1. *praxis Vicarii Capitularis cap.*3.*n.*4. dans quatuor Doctores.

845 *Sit Clericus, non necessario in Sacris.*

Quarto, debet esse Clericus, non necessario in Sacris. Merolla *tomo* 3. *disp.* 7. *cap.*7. *dub.* 18. *num.*189. Ventriglia in *praxi tomo* 2. *annotatione* 15. *de Capitulo Sede vacante num.* 61. contra Novarium in *Summa Bullarii p.*1. *tit. de Capitulo Sede vacante num.*19. Non enim à Tridentino requiritur ut sit in Sacris, & Decretum Clementis VIII. exigentis ut sit in Sacris (quæ hoc non continet) cum fuerit ab homine, illo mortuo, cessavit.

846 *Potest eligi Parochus.*

Potest esse Parochus maximè ejusdem Cathedralis, numquam tamen Regularis. Sac. Cong. apud Quarantam in *Summa Bullarii*, v. *Capitulum Sede vacante num.* 15. Barbosam *de Canonicis cap.*42. *n.*28. Nicolium in *Flosculis*, v. *Vicarius num.*36. Marchettus *p.*1.*tit.*1.*num.*51. vide tamen Ventrigliam *loc.cit.num* 15.

An ad electionem Vicarii Capitularis concurrant omnes Canonici habentes vocem in capitulo?

847 *Canonici nō in Sacris ad electionem non concurrunt.*

NEga, itaut nec Canonici non in Sacris ad electionem illam concurrant. Trident. *sess.*22.*de reformat. cap.*4. Ottobonus *decis.*220. Vulp. in *praxi fori Eccl.cap.*44. *num.*3.

An in electione Capitulum possit eligere Vicarium ad tempus?

CApitulum licet non possit eligere Vicarium amovibilem ad nutum. Sac. Cong. apud Nicolium in *Flosculis*, v.*Vicarius num.*59. Ventriglia *supracit.num.*22. & 23. etsi nequeat sine causa ipsum revocare. Sac.Cong. apud Novarium in *Summa Bullarii tit. de Capitulo Sede vacante n.*10. contra Garziam *de benef.p.*5.*cap.*8. *num.*24. Naldum v.*Vicarius nu.*8. Zerolam *p.*5. *praxis*, v.*Vicarius*, §.5. Nec possit Vicario dare Assessores, vel adjunctos. Sac. Cong. apud Marchett. *p.*1.*tit.*1.*num.*112. 848 *Nequit Capitulum Vicariū amovibilem eligere.*

Potest tamen eligere Vicarium ad tempus determinatum, puta per sex menses. Sac. Cong. 17.*Julii* 1617. Vulp. in *praxi cap.*44. & *cap.*28. refert decisum per Sac. Congregationem Concilii. Barbosa in *Summa Apostolicarum Decisionum*, v.*Capitulum Sede vacante num.*4. & 5. & *de Canonicis cap.* 42. *num.* 44. & 45. qui etiam refert declarasse Sac. Congregationem esse melius absque ulla temporis restrictione eligere Vicarium Capitularem. 849 *Potest vero ad tempus determinatum.*

An facta electione possit à Capitulo revocari Vicarius durante Sede vacante?

NEga, etsi electus fuerit cum clausula, ut valeat revocari ex causis visis Capitulo; tunc enim si adsint causæ, illis cognitis, Sacra Congregatio est adeunda, quæ causam remittit discutiendam, vel discutit idoneæ personæ, qua probata, illum ab officio arcet. Sac.Cong. apud Pellegrinum *p.*1.*praxis Vicariatus sect.*4.*subsect.* 1. *num.* 19. ajentem causam sufficientem esse si sit debitor Capituli, si non restituat, si non tueatur Immunitatem, si Clero, & Populo sit exosus. Sac. Cong. in una *Neapolitana*, & pluries ita declaravit apud Barbosam *de potest. Episcopi par.*3. *allegat.*54. *num.*173. Dianam *p.*8. *tract.*4. *resol.* 63. Vulp. in *praxi cap.*44.*num.*14. apud Ventrigliam *loco cit. num.*23. Contra Sbrozzium *lib.*3. *de off.Vicarii quæst.*37. 850 *Facta electione nequit revocari Vicarius. Nisi causa cognita.*

Cum licentia Sac. Congregationis poterit revocari. Sac. Cong. in una *Neapolitana* 1.*Septembris* 1603. apud Genovensem in *praxi cap.* 87. & apud Pellegrinum *loco cit. num.* 19. stante tamen causa legitima. *Ex licentia Sac. Cong.*

An electo Vicario, Capitulum possit Jurisdictionem cum Vicario exercere.

DIstinguas Jus commune, à declaratione Sac.Cong. Et de Jure communi affirma, nam Capitulum succedit in Jurisdictionem Episcopi. *cap.* 1. *cap. cum olim. de majorit. & obed. cap. penult. & fin. de suppl. neglig. Prælatorum. cap.*15, *cui. de electione in* 6. Triden.*sess.*7.*cap.*10. Nec est unde tali Jurisdictione privetur electo Vicario, qua ratione in Vicarium Capitularem specialia sine speciali mandato non transisse ex decisione Rotæ voluit Novarius in *Summa Bullarii tom.*1.*tit.de Capitulo Sede vacante num.*15. & sic in Capitulum cumulativè, non privativè transire Jurisdictionem voluit Diana *p.*6.*tract.*7. *resol.*41. Merolla *tom.*3.*disp.*7.*cap.*7.*dub.*25.*num.* 252. Et posse Capitulum aliquid sibi reservare voluit. Quaranta in *Summa Bullari*, v. *Capitulum Sede vacante num.*11. 851 *Olim cum Vicario Capitulum Jurisdictionem exercebat.*

Inspectis declarationibus Sac. Cong. ad Vicarium transire Jurisdictionem Episcopalem privativè, non cumulativè quoad Capitulum habes 852 *Tamen privativè ad Vicarium Capitularē transit.*

apud

apud Marchettum *p.1. cap.7. num.5.* Sac.Cong. in una *Hydruntina 1.Octobris* 1654. & apud Nicolium in *Flosculis, v. Vicarius Capitularis n.54.* Formosinus *de potestate Capituli Sede vacante tract.1. quaest.9. num.3.* Genuensis in *praxi cap.* 86.*num.*13. Pellegrinus in *praxi Vicariatus p.1. sect.4. subsect.1.num.36.* Garzias *de benef. par.5. cap.7.num.25.* Et sic non potest Capitulum sibi reservare partem emolumentorum, nec facultatem signandi memorialia, concedendi Conciones, superstandi Seminario. Sac. Cong. in una *Brundusina 8. Maii* 1607. Itaut electus sub istis conditionibus, Jurisdictionem exercet, ita ac illis non adjectis. Sac. Cong. in una *Salernitana 6. Julii* 1628.

An ante electionem Vicarii, Capitulum, vel Archidiaconus exerceat Jurisdictionem?

853 Ante electionem Vicarii Capitulum Jurisdictionem exercet.

CApitulum tunc, non Archidiaconum exercere Jurisdictionem voluit. Sac. Cong. 19. *Septembris* 1620. Quaranta in *Summa Bullarii, v. Capitulum Sede vacante, §. duodecimo quaero.* Antonellus *de regimine Eccl. Episcopalis cap.fin. num.56.* Marchetti *p.1. praxis Vicarii Capitularis num. 12. lib. 1.* citans quindecim Doctores. Pellegrinus *p.1.praxis Vicariatus sect.4.subsect.1. num. 5.*

854 Archidiaconum volunt alii.

At tunc Archidiaconum, non Capitulum Jurisdictionem exercere voluit. Sbrozzius *lib.1.de offic.Vicarii quaest.61.num.1.* Follerius in *Constit. Regni: Pervenit* ad audientiam nostram *num.75. tit.de Sacrosanctis Ecclesiis.* Abbas in *cap. dilecto num.3. de off. Archidiaconi.*

Potestas Vicarii Capitularis.

§. XIII.

855 Potestas Vicarii Capitularis.

ESt tanta, quanta competit Capitulo, etiam specialis, licet careat speciali mandato; nam Capitulum electo Vicario non potest Jurisdictionem exercere: & sic Vicarius habet totam Jurisdictionem Capituli, etiam quoad specialia, ex vi generalis mandati. Felinus in *cap. eam te 7. num. 17. de rescriptis.* Ciarlinus *controversia* 20. *num.* 32. Ugolinus *de censuris tabula 1. cap.10.§.2. num.4.* Guttierez *1.Canonic. cap.11. num.11.* Genuensis in *praxi cap.*86. Nicolius in *Flosculis, v.Vicarius Capitularis n.54.* Marchettus *p.1.praxis Vicarii Capitularis tit.11. num. 4.* contra Mastrillum *decis.236. num. 6.* Quarantam, & alios ajentes generali mandato specialia in Vicarium Capitularem non transire.

In quo Vicarius Capitularis differt à Vicario Episcopi, nam in Vicarium Episcopi non transeunt specialia, nisi exprimantur. *cap. fin. de off. Vicarii in* 6. Garzias *de benef.p.5.cap.7.num.28.*

856 Quidquid Capitulum potest, valet ejus Vicarius exercere etiam Delegata.

Hinc primo potest quidquid Capitulum potest Sede vacante, etiam Jure delegationis perpetuae, annexae Jurisdictioni ordinariae à Canone, vel Tridentino: ut dispensare in Interstitiis, in occultis, in reservatis, etim Sedi Apostolicae. Trident.*sess.24.cap.*6.de Marinis *tom.1.cap.105. num.16.* dans octo Doctores. Marchetti *p.1.praxis Vicarii Capitularis, tit. 14. num.9.* dans novem Doctores, & declarationem Sac. Cong. & *tit.13. num.7.* Genuensis in *praxi cap.85. n.31.* Barbosa *lib.11. de Jure Eccl.cap.32.num.71.* Rota in *antiquis decis.6.de off.Delegati.* Ventriglia *vol.2. annot.15. §.5. num.10.* Pellegrinus *par.1. praxis Vicariatus sect.4.subsect.2.num.22.& 57.* contra Suarium *de censuris disp.41.sect.2. n.13.* Peregrinum *de Immunit. Eccles. cap.3. num.33.* Et sic etiam potest dispensare in Interstitiis, ut poterat Episcopus. Trident. *sess. 23. de reform. cap. 11.*

Illa autem quae sunt delegata, non annexa Jurisdictioni, Vicario Capitulari non competunt. Sperelius *decis.31.num.3.* Seraphinus *decis.*816. *num.*10.

At nequit absolvere à violatione clausurae, licet occulta Sac.Cong. apud Gavantum in *Enchiridion v.absolutio, num.15.* 857 Non tamen absolvere à violatione Clausurae.

Quae nequeat Vicarius Capitularis.

QUae nequit Capitulum, nequit Vicarius exercere. Unde nequit primo beneficia conferre, quae olim servabantur conferenda à futuro Praelato. *cap.unico.§.cum vero. Ne Sede vacante in* 6. Hodie collatio competit Sedi Apostolicae, ex *Regula 2.& 3. Cancellariae.* Pius V. in Bulla *Sanctissimus* 55. Beneficia vero conferenda per concursum ab Episcopo, vel Capitulo Sede vacante, possunt conferri à Vicario Capitulari per concursum. *cap. 1. ne Sede vacante in* 6. 858 Quidquid nequit Capitulum, nō valet ejus Vicarius exercere.

Secundo, nequit beneficia supprimere, nec unire. Sac.Cong. apud Monetam *de distributionibus p.1. q.5. num.29.* 859 Nec beneficia supprimere, unire.

Tertio, nequit Sede vacante quaesita bona Ecclesiae dissipare, alienare, sub poena suspensionis ipso facto ab officio, & beneficio. *Can.Si qua.12. qu.2. cap. quia saepè. de electione in* 6. Imo emolumenta Jurisdictionis percepta Sede vacante, quae Episcopo vivente competerent, sunt reservanda futuro successori, deductis expensis. *cap. quia saepe.de electione in 6. Clem.statutum.de electione.* Sac.Cong. apud Barbosam *Apostolicarum decisionum collect.*281. Dissipare res Ecclesiae.

Quarto, nequit innovare Sede vacante aliquid alienando, vendendo, transigendo, &c. ex tangentibus Jus Episcopi, vel Ecclesiae. *cap.1. & fin.ne Sede vacante.* Felinus *cons.40. num.3.* Alienare, vendere easdem.

Quinto, nequit visitare Monasteria exempta. Barbosa *de potest. Episcopi p.3.allegat.73.num.25.* Nisi visitatio sit delegata, perpetuò annexa Jurisdictioni Episcopi. de Marinis *tom.1.cap.105. num.16.* Rota in *antiquis decis.6. de off.Delegati*: Ut est perpetuo delegata Jurisdictio visitandi Monasteria Regularium, in quibus non observatur regularis observantia. Trident.*sess.21. de reform. cap.*8. & Monasteria suppressa, & restituta, Ordinario supposita, & alia Monasteria, quae non habent sex Religiosos maturae aetatis, idest annorum quadraginta, ex Bulla Innocentii X. quae incipit: *Instauranda.* Sac.Cong.apud Nicolium, v.*Conventus num.17.* Marchettus *p.1. tit.18. num.15.* 860 Nec visitare Monasteria exempta.

Sexto, nequit revocare licentias, quibus electi fuerunt Praedicatores ab Episcopo defuncto, etiamsi non adhuc incoeperint praedicare. Sac. Cong. apud Nicolium in *Flosculis, v. Praedicator num.* 4. & apud Marchettum *p.1. praxis Vicarii Capitularis tit.36. num.28.* 861 Nec Episcopi praedefūcti revocare licentias.

Septimo, nequit substituere Vicarium, nisi ad breve tempus, ut etiam dixi de Vicario Episcopi. Genuensis in *praxi cap.* 86. *num.* 13. qui Vicarius est substituendus non à Capitulo, sed à Vicario habente hanc facultatem ex nunc pro tunc, Fagnanus in *cap. is quae. num.74. de maiorit. & obed.* Riccius *p.1. praxis resol.512. n.1.* & tunc mortuo Vicario substituente, remanet 862 Nec substituere Vicarium, nisi ad breve tempus.

substitutus; nam à Capitulo mediante Vicario est electus,

863 Nec cognoscit commissiones Sedis Apostolicæ expeditas in forma *dignū*

Octavo, Vicarins Capitularis nec cognoscit commissiones Apostolicas in forma *dignum*, directas Episcopo, ejusque Vicario, etiam sub nomine dignitatis,& officii; nam Sedes Apostolica de Episcopi à se constituti diligentia magis sibi promittit. Sac. Cong. apud Marchettum *p.1. praxis Vicarii Capitularis tit. 13. num.17.* rectè *num.* 18. dicens cum septem Doctoribus hujusmodi Sede vacante, remitti viciniori Episcopo. Sperellus *decis.3.num.4.* de Marinis *tom. 1.cap.1. num.22.*

864 Nec cognoscit causam immunitatis in casibus contentis in Bulla Gregorii XIV.

Nooo, nec cognoscit causam, an reus Immunitate gaudeat in casibus Bullæ Gregorii XIV. sed tunc adhibetur vicinior Episcopus, ut patet ex eadem Bulla. Sac. Cong. apud Sperellum *decis.31. num.*8. Marchetti *loco cit. num.*23. contra Dianam *p.6.tract.1. resol.*30. *§.quare primo.* Bonacinam *tomo 3.disp. 2. quæst.3. puncto* 16. *§. duodecimo num.7.*

865 Nec Monialibus cōcedere res Sacras tangere.

Decimo, nequit Monialibus concedere licentiam tangendi Sacra *Can.Sacres.dist.23.cap.1.de cohabitatione Clericorum*, Marchetti *p.2. praxis. tit.16.num.76.*

In visitatione nihil innovare valet.

Undecimo, licet possit visitare Diœcesim, & dispensare in Interstitiis, tamen in Visitatione nequit novitates facere, quia Sede vacante nihil innovandum. Sac. Cong. apud Barbosam *de Canonicis cap.42.num.7.*

866 Usum Pontificalium concedere potast sine præjudicio suæ Ecclesiæ.

Duodecimo, potest concedere Episcopo ut exerceat Pontificalia, Ecclesias consecret, & confirmet, & ordinet habentes legitimas Dimissorias, sive sint subditi Ordinantis, sive alterius; sed debet protestati nullum Jus transierri in Ordinantem, & Ordinans debet cavere quod in illa Diœcesi nullum Jus sibi per hoc vindicabit. *Can. Pontifices 7.quæst.1.* Puteus *decis.407. lib.2.* Quaranta in *Summa Bullarii*, v.*Capitulum Sede vacante, q.10. num.1.*

Quomodo extinguatur Jurisdictio Vicarii Capitularis.

§. XIV.

867 Adepta possessione Episcupatus, cessat Vicarius Capitularis.

Extinguitur primo, ubi primum Ecclesia definit esse vacans, non sola electione, nec consecratione, sed adepta à successore possessione Episcopatus, ostensis Bullis Capitulo, & Clero; alias Capitulum, & Clerus est suspensus à beneficiis communibus, non particularibus, absolvendus tamen à Papa. Extravagans *injuncta.de electione.* Nicolius in *Flosculis*, v.*Vicarins Generalis num.*29. Antonellus *lib.4. de regimine Eccl.Episc. cap. ult. num.*76. Vulpe in *praxi fori Eccl. cap.44. num.*33. Panvinus *p.2. q.* 10. *num.*19. Hostiensis in *cap.cum elim. il 1.de restitutione spoliatorum.* Diana *p.8.tract.4.resol.*69. Gratianus *cap.*206. Marchetti *p.2.tit.26.num.2.* Pellegrinus *p. 1. praxis Vicariatus sect. 2.subsect.6.num.1.* Barbosa *p.3. de potest.Episcopi allegat.54. num.* 160. Gonzalez *Regula* 8.*Cancellaria, Glossa 15.§.2.num.*88. Quaranta in *Summa Bullarii*, v.*Capitulum Sede vacante num.*13.

868 Sicuti suspēsa Jurisdictione Episcopi.

Secundo, suspensa Jurisdictione Episcopi, est etiam suspensa Jurisdictio ejus Vicarii. Etiamsi Vicarins Capitularis fuerit electus à Metropolitano; nam tunc Jurisdictio non committitur à Metropolitano, cum Metropolitanus nudam electionem habeat. Suarez *de censuris. disp. 7. sect. 3. num.* 13. Quaranta in *Summa Bullarii loco cit. num.* 13. contra Ugolinum *de censuris tabula 1. cap.4.num.2.* motum fortè, quia Jurisdictio Vicarii Capitularis est principalis, privativè quoad Capitulum, non Capitulo accessoria: Cui satisfit, quia subordinatur illi à lege, à quo ad tempus etiam constitui potest,& mandatum Jurisdictionis habet.

869 Elapsu tempore ei constituto, cessat.

Tertio, constitutus ad tempus illo elapso, cessat. Quaranta *loc.cit.* Marchetti *loco cit. n.*8. dans quatuor Doctores.

870 A Metropolitano electus, est amovibilis.

Quarto, electus à Metropolitano, potest ad nutum Metropolitani revocari. Sac.Cong. apud Solorzanum *tomo 2. de Jure Indiarum lib.3.cap. 13. num.65.*

871 Adveniente Vicario Apostolico, cessat Capitularis.

Quinto, cessat Vicarius Capitularis, si mittatur Apostolicus. *cap. is cui 42. de electione in 6.* Nicolius in *Flosculis*, v.*Vicarius, num.24.*

972 Demùm morte naturali,& civili extinguitur

Sexto, extinguitur si moriatur naturaliter, aut civiliter, ut ex dictis supra. Marchetti *loc. c.*

Salarium Vicarii Capitularis.

§. XV.

873 Salarium ei debetur, nō tamen majus ac Vicario Episcopi datur.

Vicario Capitulari est constituendum salarium ex boois Ecclesiæ vacantis emolumentis Episcopalis Jurisdictionis, vel ex aliis loco alimentorum: puta ex proventibus, decretis, &c. Eoimvero salarium semper constituendum in officiis, maximè gravioribus. *l.1. D.de variis,& extraordinariis cognitionibus*, ne munus exercens propriis militet stipendiis, contra *cap. cum proficis 16. de præscriptionibus.* Sac. Cong. apud Marchetti *p. 1. praxis Vicarii Capitularis tit.6. num.* 2. dans duodecim Doctores. dicena *num.* 3. non taxandum majus, ac pro Vicario Episcopi solet constitui. Seraphinus *decis. 74. num.4.* Gratianus *Forensium cap.* 561. *num.*37. Rota *p.4. diversorum decis.*120 *n.*8. Nicolius in *Flosculis*, v.*Vicarius Capitularis n.*79. Formosin. *de potest. Capituli Sede vacante tract.1.q.5.n.2.*

Sindicatus Vicarii Capitularis.

§. XVI.

874 Ad sindicatum tenetur non apud Capitulum, sed apud Episcopum.

Vicarins Capitularis finito officio debet reddere rationem administrationis, & sindicatum, non coram Capitulo, sed apud successorem Episcopum. Triden. *sess.24.de reform. cap.16.* ibi: *Episcopus verò ad eamdem Ecclesiam vacantem promotus ex iis, quæ ad eum spectant, ab eisdem OEconomo, Vicario, & aliis quibuscunque Officialibus, & Administratoribus, qui Sede vacante fuerunt à Capitulo, vel ab aliis in eius locum constituti, etiamsi fuerint ex eodem Capitulo, rationem exigat officiorum, Jurisdictionis, administrationis, aut cujuscumq, eorum muneris, possitque eos punire, qui in eorum officio, seu administratione deliquerint, etiamsi prædicti officiales, redditis rationibus, à Capitulo, vel à Deputatis ab eodem, absolutionem, aut liberationem obtinuerint. Eidem quoque Episcopo teneatur Capitulum de Scripturis ad Ecclesiam pertinentibus, si quæ ad Capitulum pervenerunt, rationem reddere.* Sac.Cong. apud Quarantam in *Summa Bullarii*, v.*Capitulum Sede vacante num.14. qui in §.cit.* ait Capitulum debere solvere debita Episcopi mortui ex fructibus Episcopatus cum Thenudo *tom. 2. decis.* 48. *num.* 6. ex *cap. quia sæpe. de electione in 6. cap. præsenti. de off. Ordinarii in 6.* Grammaticus *decis.313. num.3.*

875 Vicarius Capitularis suum exercens munus lucratur distributiones.

Capitularis tamen exercens suum munus lucratur distributiones Ecclesiæ. *cap. ad audientiam. de Clericis non residentibus.* Quarant in *Summa Bullarii*, v. *Capitulum. num.* 8. Rota

p. 2.

p.2.diversorum decis.22.num.6. Quod non currit in Vicario Episcopi, quia Episcopo, non Ecclesiae servit. Rota *p.2.diversorum decis.222.n.5.*

876 Alios praecedit, non tamen cum apparatu Canonicali. Praecedit etiam Vicarius Capitularis alios, licet in processionibus, & in Choro cum apparatu Canonicali stet in loco Canonicatus, alios non praecedendo. Barbosa *de potest.Episcopi allegat.54.num.167.*

De Vicario Archiepiscopi.
§. XVII.

877 Potestas Vicarii Archiepiscopi. ARchiepiscopi Vicarius habet potestatem ordinariam in Tribunali Archiepiscopi, ut de Vicario Episcopi in Tribunali Episcopi. *cap.Romana.de appellat.cap.fin.de off.Vicarii in* 6.

Sed videndum quam jurisdictionem habeat in subditos Episcopi suffraganei.

878 In subditos suffraganei procedit tantum in casibus Jure expressis. Nullam, nisi in casibus Jure expressis, in quibus se habet ut Ordinarius. *cap.Pastoralis.de off. Ordinarii. cap.Romana.cap.Venerabilibus.de sententia excommun.in* 6. *cap.1. de suppl. negligent. Praelatorum.* Seraphinus *decis.*1212.*num.*2. Scaccia *de appellationibus q.19.remedio 2.n.54.*

879 Et debet in citatione ita se exprimere. Et in talibus casibus Jure permissis debet exprimere in citatione, se procedere in tali casu Jure permisso. Genuensis *in praxi cap.*102. Quaranta in *Summa Bullarii*, v. *Archiepiscopi auctoritas num.*12. Scaccia *de appellationibus qu.*8. *num.* 98.

Casus Jure permissi.

880 Casus sunt isti primo per appellationem. SUnt primo per viam appellationis in temporalibus, & spiritualibus. Trid. *sess.13.de reform.cap.1.cap.Pastoralis.de off.Ordinarii.cap.dilectus.cap.ad causam. cap.sollicitudinis.de appell.* Seraphin.*dec.*1189. Idque primo à sententia definitiva. Secundo ab interlocutoria habente vim definitivae. Tertio à gravamine irreparabili. Concilium Lateranense sub Leone X *sess.*10. §. *Sacra.* Trid.*loc.cit.* Boerius *decis.*79. *n.*8.

Carceratus appellare valet. Hinc carceratus, ut gravatus appellare potest ad Metropolitanum, si compilato processu, Episcopus nolit causam terminare, dicens velle expectare biennium sibi à Trid. *sess.24. cap.20. de reform.* concessum. Genuensis in *praxi cap.* 88. *num.4.* nam Tridentinum id concedit, processu non compilato. *l.quoniam Judices, Cod. de appellationibus.*

881 Gravatus excommunicatione appellat ad Archiepiscopum. Gravatus, & sic etiam appellat ad Archiepiscopum à comminata excommunicatione. *cap. per tuas.de sent.excomm. cap.solet.de sent.excom. in 6. cap. ad audientiam de appellationibus*; nisi delictum sit notorium. *cap.pervenit. cap.Pastoralis, §.si verò. cap.cum sit Romana, §.praterea. de appellationibus.*

Interposita autem appellatione, & pronunciato bene appellatum, Judex competens evadit Archiepiscopus in toto negotio principali. Scaccia *de appellationibus quaest.* 18. *limitatione* 47. *membro* 7.

Quodnam sit gravamen irreparabile?

882 Gravamen irreparabile est actus irrevocabilis. EST omnis actus irrevocabilis, qui nequit haberi ut non factus, ut excommunicatio ferenda, carceratio. Abbas in *cap.cum in. num.4. de regulis juris.*

An in causa Sancti Officii appellet ad Archiepiscopum gravatus?

883 In causa S. Officii appellatur ad Papam. NEga: sed appellat ad Papam ob gravitatem negotii. Genuensis in *praxi cap.10.n.8.*

An in causa delegata Episcopo, appelletur ad Archiepiscopum?

NEga: Genuensis *loco cit. num.*7. Franchus in *cap.dilectus, il 3. de appellationibus.* 884 In causa delegata non appellatur ad Archiepiscopum.

An Episcopus teneatur assentiri inhibitioni factae ab Archiepiscopo in aliis casibus?

NEga: sed tantum in tribus ex his casibus praedictis. *Lob aes, Cod.de praediis minorum. l.si mora, §. dumtaxat, D. soluto matrimonio.* Trident, *sess.13. cap.1.de reform. & sess. 14. cap. 20. de reform.* 885 In aliis casibus non obtemperandum Archiepiscopo.

An Appellans possit absolvi à Metropolitano ab excommunicatione, ante cognitionem causae?

AFfirma: ad finem ut habilitetur ad agendum. *cap. venerabilibus, §. porro. cap. per tuas. de sent.excomm.in* 6. 886 Appellans absolvitur à Metropolitano ut possit agere.

Coram quo Judice proponatur Appellatio?

COram Judice à quo regulariter. *cap. ut debitur. de appellationibus,* & dicitur appellare facto, pergens ad Superiorem post sententiam. *cap. dilecti, il 2. de appellat.* Boerius *decis.* 1. *num.*24. 887 Appellatio corā Judice à quo proponitur.

An Metropolitanus, vel Delegatus Apostolicus possit inhibere Episcopum, à quo est appellatus sub poena excommunicationis?

NEga: ob reverentiam Episcopalis dignitatis. *cap.2.de off.Legati in 6.cap.1.de Clerico venatore. cap.1. §.Officiales.de off.Ordinarii in* 6. 888 Non tamen inhibēdum Episcopo sub poena excommun.

Judex ad quem, an possit cognoscere causam principalem?

DIstinguas, vel appellatur ante sententiam definitivam à gravato, & tunc Judex ad quem pronuncians bene appellatum, remanet Judex in tota causa principali. 889 Quādo causa remaneat penès Judicem ad quē.

Vel appellatur à sententia definitiva, vel ab interlocutoria. Si à sententia definitiva, tunc etiamsi non pronunciet benè appellatum, Judex ad quem fit Judex legitimus in tota causa. *cap. ut debitus,* ubi *glos. v.alioquin.de appellat.cap.1. v.praetermisso. de foro competenti*: Nam Judex à quo post sententiam definitivam definit in illa causa esse Judex. *l. Judex. D. de judiciis*; Et sic meritò transit ad jurisdictionem Judicis ad quem, statim ac est appellatum. Covarruvias *practicarum, cap.5. num.5.glos.1.*

Si verò appellatur ab interlocutoria, tunc Judex à quo remanet Judex in illa causa, nec Judex ad quem revocat attentata à Judice à quo non deferente appellationem factam, antequam ei inhibeatur à Judice ad quem. *cap. non solum. de appellat.in* 6. Guidon Papa *q.* 74. Rota *decis.* 1. *de off. Delegati in noviss.*

Appellatio autem ab interlocutoria justificatur ex deductis, non ex deducendis. *Clem. appellanti. de appellationibus,* ubi *glossa, v.probandis.*

An Metropolitanus sit competens Judex Ordinarius in lite inter Episcopos Suffraganeos?

AFfirma: de Jure. *cap. Sacra. de foro competenti. Can.Cognoscimus* 10. *q.*5. non tamen in criminalibus, glossa in *cap. Pastoralis, v. inviemus. de off. Ordinarii.* In criminalibus enim depositione dignis, tantum Papa; in aliis Pro- 890 Inter Episcopos suffraganeos litigātes est competens Archiepiscopus.

 vin-

vinciale Concilium tantum cognoscit. Trident, *sess.24.cap.5.de reform.*

Si verò sit lis inter Episcopum, & Subditos?

891 Quid inter Episcopum, & subditos.

DIstinguas, vel Episcopus est reus, vel actor. Si Episcopus est reus, Archiepiscopus est Judex competens. *Can. Si Clericus* 11. *q.* 3. ubi glossa, v. *Auditur*. Si Episcopus est actor, tunc à reo subdito eliguntur Arbitri, ex quorum sententia, non ad Metropolitanum, sed ad Papam appellatur. Abbas in *cap. cum Apostolus. num.4.de censibus*. Glossa in *cap.Arbitris.de appellat. in* 6.

892 In causa criminali cognoscit Synodus Provincialis.

In causa criminali inter Episcopum, & subditum de Jure cognoscit Synodus Provincialis. *Can.* 1. 6. *q.*2. Quæ Synodus etiam cognoscit si subditus contra Episcopum intentet causam criminalem. *Can. Si Clericus* 11.*q.*1.

Archiepiscopus an possit visitare Provinciam?

893 Provinciam non visitat nisi causa cognita in Synodo.

NEga: nisi ex causa probata in Concilio Provinciali, Trident. *sess.* 24. *cap.* 3. *de reformat.*

De Vicario Nullius Diœcesis vacantis.

§. XVIII.

894 Ecclesia nullius Diœcesis mortuo Prælato Vicariũ eligit.

NUllius Diœcesis, tamen Summo Pontifici subjecta Ecclesia Collegiata: puta Altamuræ, Putignani, Cirignolæ vacans, eligit sibi Vicarium Capitularem intra octo dies: sicuti dictum supra est de Cathedrali. Habetque Jurisdictionem sui Prælati, etiam quoad jus visitandi. Farinacius *decis.* 346. Barbosa *de potest. Episcopi par.3.allegat.37.num.*27.

895 Hic non necessariò Doctor eligitur.

Hic Vicarius non debet esse necessariò Doctor, vel Licentiatus: Sicuti nec Prælatus mortuus. Sac. Cong. apud Marchettum *lib.*1. *praxis Vicarii Capitularis lib.* 1. *num.* 92. & apud Pellegrinum in *praxi Vicariatus p.*1.*sect.*5.*num.* 3.& 5. Garzias *de beneficiis tom.*1. *p.*5. Riccios *p.*5.*collect.*1612.Barbos.*de Canonicis cap.*42.*n.*50.

896 Hic nequit concedere monitoria.

Nequit ille Vicarius Capitularis concedere Monitoria ad invenienda deperdita. Unde adeunda pro his Sedes Apostolica. Sac. Cong. apud Barbosam *p.*3.*de potestate Episcopi, allegat.* 96.*num.*12. & non constituti in Sacris, non habent vocem in Capitulo Collegiali. Trident. *sess.*22. *cap.*4. *de reform.* Quam Collegiatam faciunt tres saltem Canonici Collegiati. *l. Horatius, D. de verb.signif.* Felinus in *cap.accedentibus num.*1.*de præscriptionibus.*

De Vicario Apostolico.

§. XIX.

VIcarius Apostolicus est Vicarius Papæ, & hic duplex est. Unus constitutus Romæ, alter missus ad aliorum Diœceses, ex rationabili causa.

897 Vicarius Romæ constitutus procedit etiam in exemptos.

Romæ constitutus pro Urbe Romana, & districtu habet Jurisdictionem etiam in exemptos, coercetque etiam delinquentes. *cap. tua nobis. de offic. Vicarii*. Bulla Clementis VIII. Bulla Pauli II. quæ incipit: *Licet Ecclesia*, & alia quæ incipit: *Decet*. Licet non cognoscat in Ecclesiis sub titulo Cardinalium. Fagnanus in *cap. his quæ. de majorit. & obed.*

Ambigitur an ejus Jurisdictio sit Ordinaria, an non.

Cujus Jurisdictionem alii Ordinariam, alii Delegatam volunt. Vestrius *lib.* 2. *de Vicario Urbis cap.*16. Choelius *in notitia Cardinalium, cap.*55. ut supra notavimus.

898 Vicarius Apostolicus mittitur à Papa, vel à Sac. Cong.

Vicarius Apostolicus missus ad aliarum Diœceses à Papa, vel à Sacra Congregatione Episcoporum, mittitur primo Ecclesia non vacante: Secundo vacante Ecclesia; & exercet Jurisdictionem Episcopalem, exceptis Pontificalibus, & actibus Ordinum.

Ejus potestas.

Unde visitat, dat sententias, à quibus appellatur ad Metropolitanum, non ad Papam. Sac. Cong. in una *Salernitana* 7. *Junii* 1580. Non dat licentiam ad Ordines suscipiendos. Sac. Cong. in una *Tranensi* 9. *Junii* 1645. Nec confert beneficia, quæ tunc ab Episcopo conferuntur, Sac.Cong. in una *Tarentina* 3. *Decembris* 1586.

899 Quando mittatur.

Mittitur quando contra Episcopum sunt querelæ mali regiminis, extorsionis, sorditatis, imperitiæ, si sit inhabilis, vel impeditus, si non solvat pensionem, si nolit residere, si ad Romam vocetur ut reddat rationes malæ vitæ. Mandosius in *Regulam Cancellariæ* 44. *de male promotis q.*6.*num.*13.

900 Etiam Sede vacante cõtra Capitularem.

Sede vacante mittitur quandoque Apostolicus Vicarius, si Capitularis sit indoctus, unde inconvenientiæ pullulent, unde vocatur ad Urbem pro justificatione, si Episcopus fuit occisus. S.Cong. in una *Arianensi* 8. *Decembris* 1645.

901 Existente Vicario Apostolico, si moritur Episcopus, nõ eligitur Capitularis.

Durante autem Vicario Apostolico, nequit Capitulum mortuo Episcopo eligere Capitularem. Sac.Cong. in una *Aquilana* 4 *Augusti* 1578. Et tunc facit id, quod posset Vicarius Capitularis. Sac. Cong. in una *Aquilana* 22. *Septembris* 1628.

902 Ejus salarium.

Ultra quinquaginta ducatos pro accessu, & recessu, pro salario assignantur Vicario Apostolico, pro quolibet anno ducati bis centum monetæ Romanæ, ex bonis Mensæ Episcopalis, si reditus sufficiant. Sac. Cong. in una *Caputaquensi* 20. *Septembris* 1580. Quod si redituum insufficientia aliter postulet, minoratur salarium. Sac. Cong. in una *Nullius Altamura* 7. *Decembris* 1604.

De Vicario Foraneo.

§. XX.

903 Vicarius Foraneus.

VIcarius Foraneus regulariter est, qui extra Urbem pro locis intra Diœcesim constituitur, limitata Jurisdictione, ad processum, ad causas pro summa sex ducatorum. *cap.Episcopo*, ubi glossa v. *Foraneus*. *de officio Ordinarii in* 6. *Clem.*2.*in fine*, ubi: *Foraneo. de præscriptionibus.* Abbas in *cap. ad causam. col.* 1. *de off. Delegati.*

904 Est Delegatus, non Ordinarius.

Est in illis Delegatus, non Ordinarius. Felinus in *rubrica de off. Delegati num.*42. Covarr. *practicarum cap.* 4. *num.* 8. & sic non facit unum Tribunal cum Episcopo. Covarr. 3. *variarum cap.*20.*num.*4. Sbrozzius *lib.*1.*de off. Vicarii qu.* 22.*num.* 5. & sic ab ejus sententia appellatur ad Episcopum, non ad Generalem Vicarium. Abbas in *cap.dilecti,il* 3. *num.*7. *de appellationibus.* Cassaneos in *Catalogo gloriæ Mundi p.* 3. *consideratione* 20. Glossa in *Clem.si principalis, v.Foraneo.de rescriptis.* Barbosa *p.*3.*de potest.Episcopi allegat.* 54. *num.* 21. Delegatus namque Episcopi in illa causa non est minor Vicario Generali Episcopi, & sic ad Vicarium nequit appellari; cum appellatio sit à minori ad majorem Judicem. *cap. studuisti.de off. Delegati*. ubi Legatus Papæ se non intromittit in causis à Papa delegatis alteri. *cap.Pastoralis, §.præterea. de off. Ordinarii*. ubi excommunicatus à Delegato Papæ, absolvitur tantum à Papa. Romanus *singulari* 598. Guidon Papa *quæst.* 272. Sbrozzius *lib.* 2.

de

de off. Vicarii quæst. 78. num. 9. dans Doctores, dicentes non posse appellari ad Vicarium.

905 *Ejus jurisdictio.* Jurisdictio Vicarii Foranei coarctatur loco, causa, summa tenui; ne pro re tenui partes cogantur accedere ad Curiam Episcopi. Sac. Cong. apud Pellegrinum *p. 1. praxis Vicariatus sect. 7. subsect. unica num. 4.* Et in criminalibus tantum accipit, informationes mittendas Vicario Episcopi cum relatione facti. Sac. Cong. apud Pellegr. *loco cit. num. 5.*

906 *Ejusque emolumenta.* Ejus emolumenta est tertia pars pœnarum exigitarum à violantibus dies festivos, & ad Foraneum spectat dare dictam licentiam in scriptis. Pellegrinus *loc. cit. num.* 6. Sac. Cong. apud Gavantum in *Manuali Episcoporum, v. Festi dies, in additione num. 12.*

Præcedentia Vicarii Foranei.

907 *Nullam habet præcedentiam.* NUllam habet præcedentiam, etiam ratione officii in Choro, Processionibus, Capitulis; itaut non possit præcedere Archipresbyterum, nec alios, & se debet in istis gerere ac si non esset Vicarius; licet Episcopus oppositum statuat. Sac. Cong. in una *Nolana* 1577. 15. *Septembris*, in una *Cremensi* 2. *Aprilis*, & 24. *Septembris* 1605. apud Pellegrinum *loc. cit. num. 7.* Non debet thurificari ante alios, nec potest prohibere ne fiat Capitulum sine ejus licentia, apud Seilium in *Silva Canonica tit. 46. num. 57.*

908 *Est revocabilis.* Est ad libitum revocabilis ab Episcopo. *Clem. 2. v. per electionem. de rescriptis. Clem. fin. de Procuratoribus.*

De Coadjutoribus.

TITULUS XXIII.

909 *Varia Coadjutorum acceptio.* COadjutores sunt alios coadjuvantes: Et isti si coadjuvant in temporalibus, & profanis, dicuntur Coadjutores temporales, si verò coadjuvant in spiritualibus, & rebus sacris, dicuntur Coadjutores sacri, seu Ecclesiastici. Et solent dari Episcopis, atque aliis impeditis in exercendis muneribus senectute, amentia, infirmitate. *cap. unico. de Clerico ægrotante in* 6. Trid. *sess. 22. cap. 6. de reform.*

910 *Sunt ad tempus, & in perpetuum.* Coadjutor potest esse ad tempus, & in perpetuum. Ad tempus dicitur temporalis, & cessat elapso tempore: puta cessante infirmitate, cujus causa fuit datus. Perpetuus est cum spe futuræ successionis: scilicet ut succedat ad dignitatem, & officium mortuo Coadjutore.

911 *Cum spe futuræ successionis dat solum Papa.* Constituere autem Coadjutorem cum spe futuræ successionis, non ad Episcopum, sed ad Papam spectat. *Can. Sicut prior. 7. q. 1.* ne detur occasio captandæ mortis. *cap. ne captandæ. de concessione prabendæ in 6.* Et semper respicit favorem Ecclesiæ, ne scilicet divinus cultus minuatur, & fraudetur. *cap. ex parte. de Clerico ægrotante. cap. 1. eodem in 6.* Puteus *lib. 3. decis. 225. num. 17. in correctis.* Trident. *sess. 25. cap. 7. de reformat.*

912 *Causæ dandi Coadjutoriã.* Causa dandi Coadiutoriam debet esse justa, ad bonum Ecclesiæ. Rota *decis. 14. num. 2. ut lite pendente. in novis.* Et sic debet justificari. Rota *p. 2. diversorum decis. 419. num. 2.* & cessat cessante causa. Zacchias *Medico-legal. lib. 10. decis. 65. num. 7.*

913 *Si moriatur, alius datur.* Et si Coadjutor cum spe futuræ successionis reddatur inhabilis, exstinguitur Coadjutoria. Rota in una *Coadjutoriæ* 12. *Januarii* 1637. apud Zacchiam *l. c. decis. 75. n. 11.* & datur alius Coadjutor cum spe futuræ successionis, qui succedit deinde, mortuo illo, quem coadjuvavit. Cassadorus *decis. 3. num. 15. de prabendis.* Zacchias *loc. cit. decis. 75.*

De Translatione Episcoporum.

TITULUS XXIV.

TRanslatio est transitus ex uno ad alium Episcopatum. *cap. fin. de translatione Prælatorum. cap. nisi. de renunciatione*, non fit sine justa causa. Synodus Nicæna *Can.* 16. *Can. Non licet. de consecratione dist. 4.* fit tantum auctoritate Papæ. *cap. nisi de officio Legati*; nequit fieri ob pinguiores reditus, sed ad bonum Ecclesiæ. *cap. fin. de translatione Prælatorum.* Et transiens ob pinguiores reditus, peccat mortaliter secundum Medinam *lib. 1. de restitutione cap. 16. §. 2.* & Barbosam *de potest. Episcopi p. 1. tit. 2.* venialiter secundum Homobonum *de examine Eccl. p. 3. tract. 15. cap. 7. quæst. 24. resol. 1.* & Suarez *tom. 3. de Religione lib. 1. cap. 17. num. 18.* ait non esse malum acquirere dignitatem sine animo permanendi in illa, sed illam renunciandi cum pensione, vel transeundi ad pinguiora. Et cit. Homobonus asserit pœnam in *Can. Si quis Episcopus 7. q. 1.* esse ferendæ sententiæ, non latæ, nec ex ie supponere lethale. 914 *Translatio Episcoporũ non fit sine justa causa.* 915 *Nec ob pinguiores reditus, & an peccet mortaliter.*

Episcopus potest concedere translationem Clericis subditis de beneficio ad beneficium ex causa. Cabassutius *lib. 1. Theoriæ, & praxis Juris Canonici cap. 12. §. 2.* 916 *Episcopus suis Clericis translationẽ concedit.*

De Renunciatione Episcopatus.

TITULUS XXV.

NEquit fieri renunciatio sine consensu Papæ. *cap. fin. de renunciatione*, & justa causa; nam sponsa Ecclesiæ sine causa, non debet deseri. *cap. si quis. de renunciatione.* Justa causa est si nequeat exercere suum munus ob infirmitatem, decrepitudinem, ob populi protervium, scandalum, &c. 917 *Episcopus renunciare nequit absque consensu Papæ.*

De Beneficiis.

TITULUS XXVI.

PErsonis Ecclesiasticis beneficia debentur. Ideo postquam visum est de personis; de beneficiis videndum erat. Hinc beneficium Ecclesiasticum explicandum suscipimus primo in genere. Secundo in specie. 918 *Titulorum cõtinuatio.*

Beneficium analogum nomen exprimit disparata, sumiturque pro eo quod ab alio confertur. Primo, pro privilegio alteri particulari, vel communitati concesso à Principe. *l. 3. de constitutionibus Principum. l. ex facto 43. D. de vulgari. l. si cui 36. D. ex quibus causis majores. cap. decet. cap. indultum, de regulis juris in 6.* quod nulli præjudicans latissimè interpretandum. *l. 3. D. de constitutionibus Principum.* 919 *Beneficii varia acceptio.*

Secundo sumitur pro liberalitate, & officio. *l. 2. & 3. D. de constitut. Principum.*

Ter-

Tertio, sumitur pro aliqoa commoditate, quæ conceditur.

Quarto, significat *gratiam. l.2.§.fin.& l.3.D. de donation. l.fin.C.de Decur.*

Quinto, supponit *pro jure legitima auctoritate constituto.cap.ex multis, §. constitutus 1.q.3.* De quo

Quid, & quotuplex sit beneficium in genere.

930 Quid sit Beneficium explicatur.

BEneficium in genere est *jus percipiendi quid annuum honorificum, utile, onerosum legitima auctoritate constitutum. Can. Sacerdot 1. q.2. can.ex his. can.Ecclesiastici 12. q.2. cap.relati. cap.extirpandæ. de præbendis. cap.decet.cap. beneficium. de regul.jur. in 6.*

Honorificum, quia habet honorem anouli, præcedentiæ, &c.

Utile, quia habet annoos proventus.

Onerosum, quia beneficium datur propter officiom; estque contractus onerosus exhibendi obsequia debita ob beneficium receptum.*cap.1. cap.Pastoralis. de his, quæ fiunt à Prælatis.*

Concluditur *auctoritate legitima constitutum*, quia non privata, sed legitimi Superioris auctoritate tale jus constituitur; in quo beoeficium differt à donationibus privatis.

921 Ejus divisio.

Est duplex, unum *Laicum*, alterum *Ecclesiasticum*.

Laicum, auctoritate laica legitimi Superioris constituitur, ut feudum constitutum à Rege. *cap.1.* ibi: *novo beneficio fuerit investitus. de successione fratrum. cap.1. de fratribus de novo beneficio investitis.*

Ecclesiasticum legitima auctoritate Ecclesiastica constituitur. *cap. beneficium 1.* ubi Dious *de regul. jur. in 6.* Vasquez *opusculo de beneficiis cap. 1. dub.fin.* Ricciullus *de jure personarum lib.3.cap.7.num.15.*

922 Nomine Beneficii venit erectum, nõ erigendum.

Et nomine beneficii Ecclesiastici venit jus erectum, non erigendum. Felin. in *cap.cum ab eo, columna 7.de rescriptis*; itaut quævis dispositio loquens de beneficiis etiam vacaturis, intelligatur de existentibus tempore dispositionis, non erigendis, constituendis, creandis. *Clem.fin.* ibi *ad beneficium post datum ipsarum literarum, creatum statuimus non extendi, de rescriptis*, de quo beneficio Ecclesiastico utilior discussio, ut sit sermo præludendum sequentibus.

TERMINI

Ortus, & progressus Beneficiorum. (1)

923 Summarie beneficiorũ originem objicit.

I. CHristo Domino vivente piè oblata servabantur dividenda piis necessitatibus, operibus, pauperibus fidelibus, & Judas conservabat oblata. *Joannis cap.12.v.6.*

II. Post Dominicam Ascensionem, oblata etiam recipiebantur ab Ecclesia, distribuenda Ministris, pauperibus, & piis operibus. *Actuum cap.4.v.35.* & perseveravit per biscentum annos. Patet ex Vita Diaconi S. Laurentii administrantis oblata Ecclesiæ, quibus inhiabat Urbis Judex.

III. Fuerunt distributæ Clericis portiones oblationum, quibus sibi ipsi, & pauperibus consulerent.

IV. Multis sibi retinentibus oblata, temporalibus studendo, pauperibus neglectis, persona ta decore laxirie.

V. Tempore Valeriani multæ possessiones donatæ Ecclesiæ Christianæ, non pro luxu, sed pro operibus piis.

914 Olim inhibitæ donationes à viduis, & pupillis Ecclesiæ.

VI. Auctæ possessiooes, & indecoris modis extortis à quibusdam, teste Baroolo *anno Domini* 390. itaut opus fuerit Imperiali rescripto. Idque prohibitum fuit *anno Domini* 370. & inhibitæ institutiones, legata, donationes factæ à pupillis, viduis Ecclesiæ. Et renovatum *anno* 390. Cui rescripto se opposuit D. Ambrosius.

Diaconi res Ecclesiæ administrabãt.

Bona administrabantur à Diaconis, & ad nutum Episcopi dispensabantur, & ex fructibus stabilium, ac oblationibus sustentabantur Episcopus, Clerici, pauperes usque ad *annum* 420.

925 Bonorũ Ecclesiæ quatuor partes fiebant.

Facta divisione Imperii, stabilia remansera indivisa, & ex fructibus, & oblationibus fuerunt factæ quatuor portiones. Prima pro Episcopo. Secunda pro Ministris. Tertia pro fabrica Ecclesiæ, Hospitalium. Quarta pro pauperibus ejusdem loci, nam pro exteris Episcopus dabat Hospitium; quæ portiones inæqualiter taxabantur pro conditione, egestate, & multitudine personarum, & Ecclesiæ.

926 Tandem assignata unicuique sua portione, fuerunt divisa.

Hinc conquæstus, quæreiæ quorundam de non justa divisione; adeòque sub hoc tempore in quibusdam Ecclesiis ad lamentationes tollendas, etiam stabilia fuerunt divisa pro rata fructuum inter Ecclesiasticos, ad tollendas discordias. Unde beneficii nomen ortum: nec tunc dabatur Clericus sine beneficio, & qoivis habebat officium, & beneficium in sua Ecclesia descriptos inter illius Clericos: itaut si Clericus ab una Ecclesia expelleretur, & confugisset ad aliam; tunc numerabatur inter Clericos Ecclesiæ ad quam confugerat, unde vivebat; dicebaturque *incardinatus* in illa Ecclesia: unde nomen Cardinalis ortum; adeòque usque ad *annum* 1543. Ravennæ dicebantur *Cardinales*, quod prohibuit Paulus III. & Salerni Canonici *Cardinales* dicuntur.

927 Quid Mansum.

VII. Facta divisione tempore Caroli Magni ortum habuit nomen *Mansum*, & arat portio possessionum pro Episcopo, quam pro rata, Episcopi coacti fuere dare Parochis. (2)

928 Præcarium.

VIII. *Precarium* ortum habuit apud Gallos, ubi quis dabat Ecclesiæ sua bona, recipiens ab eadem pro sua vita duplum, vel tripium, vel plus, & ejus morte remanebat totum Ecclesiæ; licèt deinde precarium erat res Ecclesiæ data petenti de quinquennio in quioquennium. *cap. 1.& fin. de precariis. can. precariæ 10.q.5.* (3)

929 Decimæ.

IX. Decimis succurrebatur egentibus Ministris

(1) Si Beneficiorum originem ab ovo, ut ajunt, deducere vellem; uti Auctor hic paucas lineas duxit: atque eorum progressum, variasque mutationes, & incrementa rimare cuperem, quæ passa sunt Beneficia usque adhuc; utramque paginam profectò implerem. Verùm satius hisce temporibus existimo, inde alioquin utili, & ad gustum accommodata à meo proposito resilire; ne cupiens vitare Charybdim, incidam in Scyllam tantarum difficultatum, quibus scatet beneficiaria hæc materia. Ideo ne Tyronem jejunum dimittam, saltem Auctores paucos opportunis in locis indicabo, ex quorum meditatione maximam utilitatem consequetur. De hac origine Beneficiorum, præter eruditissimum Thomassinum in sua *Disciplina*, vide Van-Espen *p.2.Juris Ecclesiastici tit.XVIII.* Duarenum *de Sacris Ecclesiæ Ministeriis, & Beneficiis*, aliosque.

(2) Vide Gonzalez ad *cap.1. de censibus num.4. & 5.* Magr: v. *Mansus*.

(3) Adi Thomassinum *tomo 2. Disciplina p. 2. lib.3. cap.22.* Gonzalez ad *tit.14.lib.3.Decretalium.*

ſtris carentibus aliis bonis; patet in lege veteri, ubi erant taxatæ.

X. Ratio beneficii magis firmata fuit, & res ſtabiles pro beneficiis dabantur naturalibus Eccleſiaſticis, & electio Miniſtrorum erat populi fidelis, licet deinde uſitata à quibuſdam Principibus, & deindè ad cavendas diſcordias Summo Pontifici addicta multis Eccleſiis.

910 Expectativæ

XI. *Expectativæ* introductæ fuerunt, quibus beneficium non vacans, alteri promittebatur pro tempore, quo vacaſſet; & erat vel certum beneficium, vel indeterminatum, ſcilicet primum vacaturum, quas expectativas ſubſtulit Tridentinum.

At hodie alicubi etiam ſunt in uſu. Diſpenſatque quandoque Summus Pontifex, licet olim potuerit diſpenſare Epiſcopus. *cap. mandatum. de reſcriptis.*

Beneficium propter officium.

XII. Beneficium dabatur propter officium, propter munus Eccleſiaſticum, vel per recitationem Horarum Canonicarum, introducta oratione in Choro, ubi omnes Clerici tenebantur aſſiſtere.

911 Vicariæ quid.

XIII. *Vicariæ* introductæ, quando beneficia erant pinguia, tunc Beneficiatus non reſidebat, & conſtituebat Vicarium ad reſidendum, aſſignata certa portione, & erat Vicarius vel ad vitam, vel Vicaria erat perpetua, diſpenſante Summo Pontifice, ut non reſidens, conſtituens Vicarium, percipiat etiam portionem fructuum quandoque pinguiorem.

912 Quando facta diſtinctio benefic. requirentis reſidentiam.

XIV. Fuerunt introducta beneficia requirentia, & non requirentia reſidentiam ab anno Domini 1179. ſub Alexandro III.

913 Beneficia incompatibilia ſunt plura ſub eodẽ tecto.

XV. Beneficium introductum, & diviſum in *compatibile, & incompatibile.* Requirens reſidentiam erat incompatibile cum aliis, cetera erant compatibilia. Hodie primo ſunt incompatibilia plura beneficia ſub eodem tecto, quæ non poſſunt eidem conferri. *cap. de multa* 28. *de præbendis. cap. literas de conceſſione præbendæ. Clem. fin. de præbendis.*

914 Et beneficia uniformia ſub eodem tecto.

Et beneficia uniformia ſub eodem tecto, puta *duo Canonicatus*, certum eſt eſſe incompoſſibilia in eodem Beneficiato, itant adepto ſecundo, vacet primum ipſo jure. *cap. de multa. de præbendis.* Garzias *de beneficiis par.* 11. *cap.* 5. *num.* 182. Tondutus *beneficialium quæſtionum p.* 1. *cap.* 27. *num.* 42. & *par.* 2. *cap.* 5. *num.* 6.

Si verò beneficia ſint difformia, nec requirant reſidentiam ſub eodem tecto in eodem Beneficiato eſſe compatibilia, ut communius *loc. cit.* aſſerit Tondutus *cap.* 5. *num.* 7. poſt Gonzalez ad *Regulam* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 10. *n.* 41. Felin. in *cap. ex parte* 2. *num.* 3. *de reſcriptis.* Gratian. *cap.* 133. *num.* 23. contra Rotam *par.* 3. *recentiorum, deciſ.* 631. *num.* 3.

915 Et in eodem loco, ſeu Capella idem officium exigentia.

Secundo, beneficia ſub eodem tecto, ſcilicet in eadem Eccleſia ſunt incompatibilia, ſi utrumque beneficium in eodem loco, puta in eadem Capella exigat idem officium, ſecùs ſi in eadem Eccleſia, ſed in diverſis Capellis ad diverſos fines, ſcilicet in una pro celebranda Miſſa, in alia pro audiendis confeſſionibus, vel concionando; tunc enim compatibilia ſunt. Gratian. *cap.* 133. *num.* 20. Gonzalez *Regula* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 10. *num.* 34. Tondutus *beneficialium quæſtionum par.* 1. *cap.* 27. *num.* 11.

Tertio, nequit eadem perſona in eadem Capella habere plures Capellanias. Mantica *deciſ.* 30. *num.* 8. Garzias *par.* 11. *de beneficiis cap.* 5. *num.* 222. Tondutus *par.* 2. *cap.* 5. *§. præſto n.* 19. contra Crivellium *deciſ. Nolana num.* 89. 916 In eadem Capella duas Capellanias.

Quæ reſidentia inducat incompatibilitatem Beneficiorum.

Duplex eſt *reſidentia*, una *formalis* ratione tituli, altera *cauſativa.* 917 Reſidentiæ diviſio, & explicatio.

Formalis ratione tituli eſt, quando vi ipſius beneficii tenetur reſidere, itaut non reſidens puniri, & privari beneficio valeat, ut eſt beneficium curatum actuale.

Cauſativa eſt, ſi debeat reſidere non ex titulo beneficii, ſed tantum ex effectu, & ex fructibus beneficii; & tunc non reſidens privatur fructibus, & non beneficio. Zabarella *conſ.* 3. Gonzalez *Regula* 8. *Cancellariæ gloſſ.* 15. *num.* 20. Tondutus *par.* 2. *quæſtionum beneficialium cap.* 5. *§.* 6. *num.* 10.

Prima, non ſecunda reſidentia reddit beneficia incompatibilia. Seraphinus *deciſ.* 248. *num.* 2. Gonzalez *loc. cit. num.* 22. Tondutus *loc. cit. num.* 10.

Unio Beneficiorum.

XVI. Introducta fuit beneficiorum unio, & eſt ſi plura beneficia in unum conjungantur, puta ſi ex duplici Parochia, Epiſcopatu, fiat una, quæ unio poteſt eſſe perpetua, vel ad tempus, incepit ſub Alexandro III. anno Domini 1179. & introducta fuit ob beneficiorum tenuitatem, ut Beneficiatus ſuſtentari valeat. Ut enim creſcente populo dividebantur Parochiæ, & conſtituebantur plures, ita illo diminuto, vel ceſſante, Parochiæ uniuntur. (4) 918 Unio beneficiorum.

Commenda.

XVII. Commenda introducta fuit; quia beneficium vacans non ſemper illicò provideri poterat ob impedimentum, quo durante commendabatur alicui, ut interim illius cuſtodiam, adminiſtrationem, & curam haberet, & fructibus non utebatur; dicebaturque habere duplex beneficium, unum in titulum, alterum in commendam, qua ratione Abbatiæ etiam Regularium, Abbatibus impeditis, commendabantur Epiſcopis. Cardinalis Papienſis *epiſt.* 93. *tom.* 19. *Annalium, anno Domini* 1464. *num.* 68. ubi timore ſcandali commenda non fuit admiſſa. 939 Quando introducta Cõmenda.

Pontifex etiam commendabat beneficium alicui durante impedimento Beneficiati, vel beneficiandi, puta deficiente ætate, vel ordine, donec ordinem ſuſciperet, vel ad ætatem congruam perveniret. Deinde circa annum Domini 1350. Summus Pontifex conceſſit commendam ad vitam cum perceptione fructuum, & hodie commendæ Epiſcopatus receſſerunt in italia ab uſu. 940 Et quare cõmendabatur beneficium.

Ab initio ergo Commendatarius erat ſimplex depoſitarius, ſive cuſtos beneficii, & fructuum, nam commendare eſt depoſitare. *l. commendare, D. de verb. ſignif.* Hodie beneficium dupliciter commendari valet. 941 Commendatarius erat ſimplex Depoſitarius.

Primo, *ad utilitatem ſolius Eccleſiæ*, & hæc fieri poteſt ab Epiſcopo ad tempus, puta ad ſex menſes, & illis elapſis durante neceſſitate, vel uti- Hodiè vel ad utilitatẽ Eccleſiæ cõmendatur.

(4) Thomaſſinus *loco cit. cap.* 23. & infra erit prius locus, cum de Unione Beneficiorũ erit ſermo.

utilitate Ecclesiæ ad alios sex menses. *cap. nemo*, ubi Glossa v.*commendare*, v.*durare. de electione in* 6. Rebuffus in *praxi beneficiali par.* 1. *tit. de commenda num.*65.

Vel ad utilitatem provisi.

Secundo, beneficium commendatur alteri ad *utilitatem provisi*, ad hoc, ut duo beneficia habeat unum in titulum, alterum in commendam, qua ratione habens secularem in titulum, potest habere regularem in commendam. Et, impotens habere beneficium in titulum ratione ætatis, habebat illud in commendam. Rebuffus *loc. cit.* (5)

Beneficium in titulum.

942 Ad ordines suscipiendos olim beneficium exigebatur.

XVIII. Olim nemo admittebatur ad Ordines, nisi ad titulum certæ Ecclesiæ, cui adscribebatur, & unde, & ex cujus fructibus vivebat. *can. Sanctorum. can. neminem. dist.* 70. idque erat habere beneficium in titulum.

Titulus verus, & coloratus.

Titulus unus *verus*, alter *coloratus*. *Verus* si re vera beneficium obtinet. *Coloratus* si re vera non obtinet beneficium ob aliquod impedimentum, beneficium conferentis, vel recipientis occultum, puta si conferens, vel recipiens sit excommunicatus. Riccius *collectan.* 2804.

943 Non potest illud renunciare ad illius titulum ordinatus.

Ordinatus ad titulum beneficii nequit illud renunciare, nisi exprimat se ad illius titulum ordinatum. Rota *par.* 1. *recentiorum decis.* 294. Ricc. *collectaneo.* 1492. Hodie ad ordinem non requiritur titulus beneficii, sed sufficit, vel titulus beneficii, vel patrimonii. *can. Episcopum* 4. *cap. tuis quæstionibus* 23. *de præbendis.* Trident. *sess.* 21. *cap.* 1.

Præbenda.

944 Quid Præbenda.

XIX. Præbenda est species beneficii, nam beneficium est jus percipiendi Ecclesiasticos reditus Canonica auctoritate institutum. Præbenda addit aliquod munus, ratione cujus beneficium est institutum, puta ut legat Theologiam, eamque exponat Clericis, & erit præbenda Theologalis, ut assistat ad percipiendas confessiones, & erit præbenda Pœnitentiariæ, &c. Barbosa *tit. de Canonicis, cap.* 12 *num.* 24. ex *cap. cum in Ecclesia. de præbendis. cap. quia de verb. signif.* unde præbenda propriè sumpta est jus spirituale percipiendi certos proventus ob speciale aliquod munus. *cap. relatum. de præbendis. cap. cum super. de concessione præbendæ.* Lotterius *de re beneficiali lib.* 1. *q.* 9. *num.* 10. Tondutus *par.* 2. *de beneficiis cap.* 1. *§.* 9. *num.* 5. dicens præbendam competere Capitularibus, & quemlibet Canonicum esse præbendatum actu, vel habitu, actu si de facto habeat præbendam; habitu si possit illam habere.

Præbenda latè sumitur pro omni proventu, etiam si detur alicui pro servitio temporali, puta Advocato Capituli, vel Ecclesiæ, & solet dici portio, & præbendatus portionarius. Tondutus *lib.* 1. *cap.* 105. *num.* 5.

Præstimonium.

945 Præstimonium.

XX. Est annuus proventus scissus ex reditibus beneficii destinatus ad substentandos aliquos, puta studiosos, vel pro subsidio contra infideles, nec propriè est beneficium, sed est stipendium non inducens incompatibilitatem; nec onus residendi, aut aliud onus spirituale; nec datur in titulum, nisi assignetur alicui Clerico in titulum perpetuum. Tunc enim esset beneficium. Barbosa *de potestate Episcopi par.* 3. *allegat.* 57. *num.* 149. Parisius *lib.* 2. *de resignatione q.* 1. *nu.* 125. Tondutus *de re beneficiali par.* 2. *cap.* 1. *§.* 8. *num.* 1.

Beneficium reservatum.

XXI. Reservatio beneficii fuit primitus introducta à Joanne XXII. à Benedicto XII. & deinde ab aliis servata. 946 Beneficiorum reservatio quando introducta.

Primitus erat, ut Papa conferret beneficia aliqua vacantia; itaut esset locus præventioni cum Ordinario.

Deinde statutum fuit ne Ordinarius præveniret conferendo beneficium vacans Curiæ ignotum: & fuerunt resignata etiam beneficia vacatura. Et Gregorius X. id restringit ad mensem, itaut si Papa illud non conferret intra mensem, ab Ordinario posset providere, de quibus beneficiis reservatis infrà.

Beneficia affecta.

XXII. Respectu Summi Pontificis aliqua beneficia sunt reservata, aliqua affecta. 947 Eorumque affectio.

Reservata sunt si Papa verbis expressis declaret sibi velle aliqua beneficia reservare. Mochedus *decis.* 9. *de præbendis*. Tondutus *Canonicarum quæstionum par.* 2. *cap.* 3. *§.* 1. *num.* 2.

Affecta sunt, in quibus Papa ex certa scientia realiter manus imponit, & manus imponere est si Papa provideat, vel det mandatum de providendo beneficio vacante, vel vacaturo ad favorem alicujus. Extravagans *ad Romani Pontificis*, *§. Romani quoque. de præbendis inter communes*. Et tunc tale beneficium dicitur affectum per manus impositionem. Tondutus *loc. cit. num.* 2. 948 Quænam beneficia sint affecta.

In effectu idem operatur reservatio, & affectio. Lotterius *lib.* 2. *de re beneficiali qu.* 26. *num.* 29.

Si collatio beneficii affecti sit nulla ob subreptionem, beneficium adhuc remanet affectum. dicta Extravagans *ad Romani, §. Romani. de præbendis inter communes.* Rota *par.* 1. *recentiorum decis.* 570. *num.* 4. de Falconibus *de reservatione beneficiorum par.* 4. *in princ. effectu* 16.

Putans beneficium esse affectum, cum non sit, nulla est collatio ejus.

Non autem dicitur beneficium affectum, si ex errore putans sibi reservatum, conferat Papa beneficium, ut reservatum, cum ità non sit; tunc enim nulla est collatio, & nulla affectio, cum errantis nulla sit voluntas. *l. nihil consensui, D. de regul. jur.* Roman. *cons.* 335. *num.* 11. Sicuti nec dicitur affectum beneficium, si provideatur, deturque alteri tanquam vacans, quando non est vacans. Geminianus *n.* 18. ubi Franch. *num.* 13. *de præbendis in* 6. Ut nec inducitur affectio, si conferat beneficium ex causa permutationis, & vacet per obitum. Geminianus *cons.* 136. Lancellottus *de attentatis par.* 2. *cap.* 10. *num.* 9.

Quæres, quando cesset affectio?

949 Affectionis extinctio.

Cessat affectio, ubi primum gratia habet effectum consummatum per unam collationem, nam tunc si iterum vacet beneficium, non est ampliùs affectum, recuperatque suum pristinum statum, adeòque affectio non se extendit ad

(5) Commendarum originem, occasionem, ac præsentem statum graphice per Ecclesiastica Secula describit citatus Thomassinus *loco laudato à cap.* 10. *ad* 21.

ad novas collationes illius beneficii, quando vacabit iterùm. Gonzalez *Regula* 8. *Cancellariæ, glossa* 52. *num.* 9. Feliu. in *cap. constitutus*, v. *& adversus hoc. de rescriptis*. Tondutus *par.* 2. *de beneficiis cap.* 3. §. 1. *num.* 9.

950 Affectio à reservatione differt.

In quo differt affectio à reservatione afficiente certa beneficia pro certo anni tempore vacantia, & vacatura, nam semper ac vacant in illo tempore, reservata sunt.

951 In beneficiis Juris-patronatus cessat.

Excipias beneficia Juris-patronatus laici, in quibus cessat affectio, & reservatio. Rota *par.* 2. *recentiorum decis.* 541. *num.* 3. ut etiam cessat reservatio in beneficiis conferendis à Cardinalibus, nisi expressè derogetur indulto. Ricc. *collectan.* 1252. *v. limita.* Tondutus *loc. cit. n.* 15. qui §. 2. *num.* 43. cum Garzia *de beneficiis par.* 5. *cap.* 1. *num.* 101. asserit tempore Sedis vacantis Papæ cessare reservationem, etiam inclusam in corpore juris, si pro illo tempore Papa nihil ordinaverit. *cap. si Apostolica* 35. *de præbendis in* 6.

Annata.

952 Cur introducta Annata.

XXIII. **A**Nno Domini 1316. Jo: XXII. disposuit, ut obtinens beneficium in Curia Romana, in expeditione Bullarum solveret annatam, si beneficium excedebat aureos 24. quod ab ipso introductum fuit per annos tres, ob Ecclesiæ Romanæ indigentiam, exinde perennat. Tondutus *tract. de pensionib. cap.* 10. *n.* 1. dicens solvi Officialibus Cancellariæ, Cubiculariis Scriptoribus, aliisque participantibus, quæ annata solvitur ex fructibus certi beneficii, non ex distributionibus quotidianis lucrandis ab interessentibus. Gonzalez *Regula* 8. *Cancellariæ in princ.* §. 7. *num.* 166. (6)

953 Etiam in pensionibus.

Solvitur annata etiam ex pensionibus. Tondutus *loc. cit. num.* 17. *cap.* 6. *num.* 50. pensionarios pro rata debere contribuere oneribus beneficii, ut subsidio caritativo, decimis, &c.

Deinde annata solvitur etiam ex beneficiis unitis Hospitali, vel Monasterio quolibet decimoquinto anno, & dicitur quindennium, idque constituit Paulus II. anno 1470. in beneficiis unitis à Papa. Sed Paulus IV. & Sixtus V. id extendit ad beneficia unita ab aliis, quàm à Summo Pontifice.

Resignatio.

954 Resignatio.

XXIV. **D**Atur resignatio beneficii libera, & ad favorem alterius. Si sit libera, valet fieri in manu Episcopi; Si sit ad favorem alterius est conditionalis, & debet fieri in manu Summi Pontificis, soluta annata.

Translatio Beneficiati.

955 Translatio Beneficiati.

XXV. **F**Uit introducta translatio Beneficiati ex uno in aliud pinguiùs beneficium, quæ sine causa est illicita, ut est illicitum divortium sine causa.

Accessus, & regressus ad Beneficium.

956 Accessus, & regressus Beneficiorum.

XXVI. **I**Ntroducta fuit translatio beneficii cum regressu, ingressu, accessu. Regressus introductus fuit favore resignantis, ut scilicet resignans posset mortuo Resignatario reaccipere propria auctoritate beneficium, vel alteri renunciare, ità ac si prima resignatio non fuisset facta. Cassadorus *dec. un. de pactis*. Puteus *lib.* 1. *dec.* 389. & satis est habilitas pro tempore reservati regressus. Puteus *lib.* 1. *dec.* 191. *n.* 1.

Ingressus quid.

Ingressus in beneficium est si obtinens beneficium, ante captam possessionem illud renunciasset alteri: tunc enim non datur regressus ad possessionem beneficii nunquam acquisitam, sed datur ingressus, ut scilicet possit renuncians per viam accessus, & ingressus adire possessionem propria auctoritate.

Accessus.

Accessus est jus obtinendi beneficium ab habente potestatem absque causa præcedente, ut si litigantes de beneficio transigant, reservando accessum, vel ingressum ad beneficium, si transactio non servetur. Rota *par.* 2. *recentiorum dec.* 190. *num.* 2. Tondutus *par.* 2. *quæstionum beneficialium cap.* 1. §. 4. *num.* 29.

957 A Trident. sublati.

Hodiè sunt sublati accessus, & regressus à Tridentino *sess.* 25. *de refor. cap.* 7. Pio V. in Bulla, quæ incipit: *Romani Pontificis providentia.* Parisius *de resignatione lib.* 6. *q.* 5.

Coadjutoria.

958 Coadjutoria.

XXVII. **I**Ntroducta fuit Coadjutoria, olim data tantùm Beneficiato impedito senectute, vel alia corporis debilitate, quo minus posset suum munus exequi. Deinde introducta fuit Coadjutoria, cum spe futuræ successionis, adhoc ut Coadjutor diligentiùs custodiret bona, & suum munus exequeretur, fruiturus in solidum tempore successionis.

959 Est duplex, temporalis, & perpetua.

Coadjutoria duplex, una temporalis, altera perpetua. Temporalis ad solam Ecclesiæ utilitatem constituitur à Prælato ob impedimentum temporale Beneficiati, quæ cessat cessante impedimento, & dicitur etiam Vicaria temporalis, nec est beneficium, cum non sit perpetua. Tondutus *par.* 2. *de beneficiis cap.* 1. §. 13. *num.* 13. *Glossa* in Extravaganti *execrabilis*, v. *temporales Vicaria. de præbendis*; & an sit temporalis, vel perpetua, attenditur ultimus status. Gonzalez *in Regula* 8. *Cancellariæ, gloss.* 5. §. 3. *num.* 18.

960 Cum spe futuræ successionis.

Perpetua cum spe futuræ successionis respicit etiam utilitatem provisi, qui mortuo Coadjuto recipit beneficium in capite; tantùm à Summo Pontifice constitui valet. Moneta *de distributionibus quotidianis par.* 2. *q.* 1. *cap.* 33. & vocatur gratia præventiva. Cassadorus *decis. unica. de pactis*. Puteus *decis.* 108. *lib.* 2.

Ista non datur invito Coadjuto.

Hæc nequit dari invito Coadjuto. *cap. fin. de pactis. l. fin. C. de pactis*; nisi Coadjutus sit dignus beneficio privari ob ignorantiam, vel dilapidationem. Rota *par.* 7. *recentior. decis.* 313. *n.* 27.

961 Non est beneficium.

Neutra Coadjutoria est beneficium, nam cum spe futuræ successionis dat jus ad rem, non in re, nec ejusdem beneficii possunt esse simul duo Beneficiati, & successores. *l.* 3. §. *ex contrario*, *D. de acquirenda possess.* Rota *par.* 1. *recentiorum, decis.* 456. Barbosa ad Trid. *sess.* 25. *cap.* 7. *n.* 7.

962 Coadjutor exercet actus Coadjuti.

Hinc Canonicus Coadjutor re ipsa nec Canonicus, nec Beneficiatus est, exercetque actus Coadjuti nomine non proprio. Moneta *de optione Canonicorum q.* 8. *n.* 143. & ansanietas attenditur à morte Coadjuti, quo Beneficiatus est, non ampliùs Coadjutor. Tondut. *p.* 2. *c.* 1. §. 13. *n.* 12.

963 Morte Coadjuti vacat per obitum.

Et tunc mortuo Coadjuto, beneficium non vacat resignatione, cum Coadjutus jus beneficii semper ante retinuerit, sed vacat per obitum Coadjuti. Cavalerius *decis.* 116. *num.* 5. adeòque tunc non fit publicatio facienda tantùm in beneficio vacante per resignationem ex

Bulla

(6) Quam impugnant Launojus, Petrus de Marca *lib.* 6. *cap.* 10. *& seqq.* Zieglerus ad *lib.* 2. *tit.* 26. §. 18. Lancellotti, *& lib.* 4. §. 4. aliique, quos refellit Fagnanus ad *cap. præterea. ne Prael. vices suas*; vide tamen Thomass. *p.* 3. *lib.* 2. *c.* 53. *de Annatis.*

Vsedz Lib.I.

Bulla Gregorii XIII. *Garzias de benefic. par.* 11. *cap.* 3. *num.* 275.

Coadjutor autem sive temporalis, sive perpetuus recipit proventus pro rata ex fructibus beneficii Coadjuti. *cap. de rectoribus*, ubi Barbosa *num.* 4. *cap. tua nos de Clerico ægrotante in* 6.

Manualia.

964 Beneficia manualia. SUnt beneficia amovibilia ad notum, ut si in limine fundationis sit reservata patrono facultas amovendi ad nutum. Garzias *de beneficiis par.* 1. *cap.* 4. *num.* 105. Tondutus *lib.* 1. *cap.* 186.

Pensio.

965 Pensio. XXVIII. INtroducta fuit pensio ultimis temporibus, nam Beneficiatus renuncians, vel Superior conferens beneficium, reservat certam portionem fructuum beneficii ad favorem alicujus, & hæc tantùm potest constitui auctoritate Papæ, ut infrà cum de Pensionibus.

Spolia.

966 Spolia. XXIX. INtroducta fuerunt spolia ex fructibus beneficii remanentibus, mortuo Beneficiato.

967 A Fisco seculari olim spolia fiebat. Olim mortuo Episcopo, Fiscus secularis usurpando jura non sua faciebat spolia. Unde ortæ contentiones inter Urbanum III. & Fredericum Imperatorem, namque exuviæ de jure competebant successori Episcopo. Baronius *tom.* 12. *anno Domini* 1187. *fol.* 781. *&* 782. *impressionis Romanæ.*

968 Ecclesiæ, vel successori fructus servabantur. Mortuo Beneficiato fructus remanebant Ecclesiæ, cujus erat Beneficiatus, vel servabantur successori, si Beneficiatus carebat Conbeneficiatis.

969 Quæ Cameræ Apostolica sibi reserval. Deinde anno Domini 1300. Papa sibi voluit spolia pro Camera Apostolica, missis Collectoribus, & Commissariis spolii, qui excommunicabant contradicentes. Et Paulus III. anno Domini 1541. edidit primam Bullam. Deinde Pius IV. edidit aliam comprehendens non solùm fructus superstites, sed omnia quæsita illicito titulo mercaturæ, ludi, concessa facultate transigendi cum Camera Apostolica.

Distributiones quotidianæ.

970 Distributiones quotidianæ. XXX. NOn sunt beneficium, nec fructus beneficii, sed laboris, licèt dentur propter beneficium. *c. un. de Cleric. non residentibus in* 6. unde non augent valorem beneficii. Lancellottus *de attentatis par.* 2. *cap. fin. num.* 31. Riccius *collectan.* 1451. adeòque habens facultatem lucrandi fructus beneficii ob studium, non lucratur distributiones quotidianas, nisi in gratia, & licentia obtenta id exprimatur. Gonzalez *Regula* 8. *Cancellariæ*, §. 7. *num.* 173. Tondutus *par.* 2. *beneficialium quæstionum cap.* 1. §. 9. *num.* 27. Moneta *par.* 1. *de distributionibus quotidianis*. Nam distributiones quotidianæ non veniunt nomine fructuum. Tondutus *loc. cit. num.* 29. Gonzalez *loc. cit.*

Ex his patet

An condemnatus restituat fructus beneficii.

971 Condemnatus nõ restituit fructus si protestetur. NEga. Boerius *decis.* 240. *num.* 4. nisi Beneficiatus in actis protestatur se non esse in mora, nec per eum stare, quo minus Ecclesiæ personaliter inserviat, & protestatio intimetur injusto detentori. Tondutus *loc. cit. num.* 32. Lancellottus *par.* 3. *de attentatis, cap.* 31. *num.* 31.

Rursus restituit talis condemnatus distributiones quotidianas; si beneficium in illis tantùm consistat; ne condemnatio sit inutilis. Moneta *par.* 1. *de distributionibus quotidianis par.* 6. *num.* 16. Lotterius *de re beneficiali lib.* 1. *q.* 39. Nisi beneficiũ tantùm in eis consistat.

Ex his patet malæ fidei possessorem beneficii restituere fructus non solùm perceptos, & perceptibiles, etiam ex labore personali exercendo à beneficiato, si injustè non fuisset impeditus ab intruso malæ fidei possessore, etiamsi sint distributiones quotidianæ. Moneta *par.* 1. *de distributionibus quotidianis q.* 6. *num.* 17. Durandus *decis.* 55. *num.* 13. Surdus *decis.* 282. *num.* 29. Boerius *decis.* 286. Gonzalez *Regula* 8. *Cancellariæ*, §. 7. *num.* 61. *limit.* 4. Tondutus *loc. cit. n.* 39. volentes considerari fructus, quos percepisset beneficiatus, non verò quos percepisset intrusus. 972 Malæ fidei possessor fructus restituit.

Quæres, an distributiones quotidianæ sint dandæ Coadjuto impedito, an Coadjutori laboranti salariato?

AFfirma: dari Coadjuto non excommunicato, sed aliunde impedito. Moneta *par.* 2. *de distributionibus quotidianis q.* 1. *num.* 32. Garzias *par.* 4. *de beneficiis cap.* 5. *num.* 81. Ratio est quia tunc salarium assignatum Coadjutori est loco distributionum. Si Coadjutor non inserviat, Coadjutus Canonicus agere potest ut depellatur, deturque alius. Rota *par.* 1. *recentiorum decis.* 276. *num.* 4. 973 Coadjuto dantur distributiones non tamen excommu.

Si Coadjutor cum spe futuræ successionis adipiscatur beneficium exigens residentiam, tunc vacat coadjutoria, quia nequit exercere munus coadjuvandi, sicuti vacat coadjutoria, si Coadjutor efficiatur inhabilis. Rota *tom.* 2. *par.* 5. *recentiorum decis.* 602. *num.* 3. Garzias *de beneficiis par.* 4. *cap.* 5. *num.* 123. Lotterius *lib.* 2. *de re beneficiali q.* 25. *num.* 11. 974 Coadjutor si habeat beneficium cũ residẽtia cessat Coadjutoria.

Quandoque etiam inhabili, puta amenti Episcopo datur Coadjutor cum spe futuræ successionis, consentiente majori parte Capituli. *cap. un. de Clerico ægrotante in* 6. Rota *par.* 6. *recentiorum decis.* 20. *num.* 9. 975 Episcopo amenti datur Coadjutor.

Non tamen talis Coadjutor concedere valet indulgentias absque licentia Coadjuti, licet Coadiutori celebranti, Canonici teneantur assistere, eique obviam ire, eumque comitari usque ad januam pontificaliter incedentem. Sacra Congregatio *Rituum* apud Barbosam *decisionum Apostolicarum collectan.* 173. Qui non cõcedit Indulgentias.

Canonicus Coadjutor exercere valet omnes functiones Coadjuti absentis. Tondutus *par.* 2. *quæstionum beneficialium cap.* 18. *in fine n.* 48. 976 Exercet omnes actus Coadjuti absentis.

Ex his patet

Quid, & quotuplex sit Beneficium Ecclesiasticum?

§. I.

ESt jus onerosum, honorificum, utile aliquid percipiendi legitima Canonica auctoritate constitutum. *can. præcepta dist.* 55. *can. si quis deinceps* 16. *quæst.* 7. *cap. beneficium* 1. *de regulis juris in* 6. Felin. *in cap. ex parte num.* 2. *de rescriptis*. Barbosa *de beneficiis tom.* 2. *cap.* 4. *num.* 8. Pilaja *tom.* 2. *lib.* 3. *defin.* 5. *num.* 3. 977 Quid sit Beneficium Ecclesiasticum.

Jus est genus commune rebus incorporalibus.

Differentia est *auctoritate Canonica constitutum*. In quo differt à beneficiis laicis. Et nisi intercedat Canonica institutio, erit merum legatum, vel Capellania. Glossa *in Clem. un. v. si beneficium, de decimis*. Cum enim beneficium Ejus definitio explicatur.

fit

sit jus spirituale debet Ecclesiastica auctoritate constitui. *can. nemo 9. de consecrat. dist. 1.*

Dicitur *onerosum*, quia semper habet annexum onus aliquod, unde illud *Beneficium propter officium. can. concessio 2. q. 2. can. generaliter 6. qu. 5. can. fin. 1. qu. 2. can. Cyprianus 21. qu. 5.* Lessius *2. de justitia cap. 34. dub. 1. num. 8.*

Alia definitio. Huc reducitur communis definitio, Beneficium est *jus perpetuum exigendi fructus ex bonis Deo dicatis, competens Clerico, auctoritate Ecclesiastica constitutum sub onere recitandi Horas Canonicas*, tradita ab Innocentio, & Hostiensi in *cap. relatum. de præbendis.* Lessius *lib. 2. de justitia cap. 34. dub. 1.* Sanchez *lib. 2. opusc. cap. 4. dub. 1.* Baldus *in cap. 1. num. 3. de regul. jur. in 6.* Murga *par. 1. pastoral. qu. 1. num. 3.*

Et impugnatur tradita ab Abbate: Non tamen placet definitio tradita ab Abbate. *cons. 47. num. 3.* Bellamera *cons. 26. num. 17.* Tusch. *litera B. cons. 53.* scilicet *Beneficium est benevola actio tribuens gaudium accipienti*: quæ habetur *lib. 2. feudorum, tit. 23. cap. in quibus causis feudum amittat*; licet namque competat suo modo feudo, competit etiam actioni, nec exprimit rationem differentialem Beneficii Ecclesiastici.

Quotuplex sit Beneficium Ecclesiasticum?

978 Quotuplex sit. Dividitur primo in perpetuum, & temporale.

979 Perpetuum quid sit. Perpetuum est *jus honorificum, onerosum, utile, perpetuò percipiendi annuos reditus Ecclesiastica auctoritate.* Rota *par. 3. recentiorum decis. 194. num. 10.* Mantica *decis. 131. num. 1.* Barbosa *de beneficiis tom. 2. cap. 4. num. 6. ex cap. postulastis. de rescriptis. ex cap. penult. de Clerico ægrotante. can. præcepta. dist. 55. cap. veniens. de filiis Presbyterorum.*

Et est duplici ex causa. Et est perpetuum duplici causa. Primo, quia illud jus numquam resolvitur, sivè uni, sive alteri detur. Bardus *in cap. 1. num. 5. de regul. jur. in 6.* Murga *p. 1. pastoral. q. 1. n. 4.* Paulus *par. 1. tract. 13. disp. 1. par. 1. num. 5.* Garzias *de beneficiis par. 1. cap. 2.* qua ratione etiam beneficium amovibile dicitur perpetuum, quia non extinguitur jus, licet ex uno ad alterum transeat.

Secundo, dicitur perpetuum; quia concessum uni, ei competit, donec vixerit, itaut hæc sit pars naturalis integralis, non essentialis beneficii. *Clem. 1. de rebus Ecclesiæ non alienandis. cap. un. de suppl. neglig. Prælator. can. Sanctorum. dist. 70. can. præcepta. dist. 55. cap. veniens. de filiis Presbyterorum.* Seraphin. *decis. 874. num. 5.* Cassadorus *decis. 12. num. 9. de præbendis.* Burattus *decis. 224. num. 4.* licèt ex causa rationabili gravi possit tolli à Beneficiato. Basilæus *v. Beneficium 1. num. 4.* Sayrus *lib. 4. de censuris, cap. 14. num. 19.*

980 Temporale est amovibile. Temporale, sivè manuale est amovibile ad nutum Superioris, ut sunt beneficia regularium, quæ licèt semper durent, qua ratione dicuntur perpetua. Lessius, Bardus, Palaus, Murga *loc. cit.* tamen ratione illius status obedientiæ amoveri possunt, amovente Superiore. Azorius *par. 2. lib. 8. cap. 26. qu. 12.*

Quod est constituendum ita in limine fundationis. Potest etiam fundari beneficium amovibile ad nutum in ipso limine fundationis; & tunc tale beneficium non est titulare, & solet dici manuale, & titulare secundum quid. *cap. cum ad Monasterium, §. tales. de statu Monachorum. cap. 1. §. fin. de privilegiis in 6.* Fagnanus in *cap. ex parte. de Clerico ægrotante.* Farinac. *par. 3. decis. 325. num. 5.* Lapus *alleg. 9.* Sic etiam Summus Pontifex potest reddere beneficium ad tempus; quia perpetuitas est juris positivi. *cap. si gratiosè. de rescriptis in 6.* Lapus *alleg. 9.*

Secundo, dividitur Beneficium in regulare, & seculare.

Seculare, Clericis secularibus competit. *cap. possessiones. de rebus Ecclesiæ non alienandis.* Trident. *sess. 14. de reform. cap. 10.* Et in dubio beneficium præsumitur seculare, non regulare; quia ab initio omne beneficium fuit seculare, secularibus Clericis competens. Barbosa *de beneficiis num. 42.* Mascardus *de probationibus, conf. 172.* Sanch. *tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 44.* 981 Beneficium seculare.

Regulare regularibus datur, ut Prioatus, Abbatia, Commenda, Canonicatus regularis. *cap. cum ad Monasterium. de statu Monachorum. cap. cum de beneficio. 5. de præbendis, & dignitatibus. Clem. 1. de electione. Clem. 1. de supplenda neglig. Prælatorum,* Burattus *decis. 390.* non tamen datur novitiis. *Clem. 1. de supplenda neglig. Prælatorum. Clem. in agro, §. sane. de statu Monachorum.* Et non regulare, seculare præsumitur. Mascardus *loc. cit.* Barbosa *de beneficiis num. 42.* Pilaja *loc. cit. num. 5.* 389 Regulare.

Secularia ergo secularibus, regularibus regularia conferenda. *cap. cum singula 32. §. prohibemus. de præbendis, & dignitatibus in 6. Clem. quia regulares. de supplenda neglig. Prælator.*

Institutus ad beneficium regulare debet esse regularis, ut etiam substitutus. Cardinal. Ambrosius *de jurisdictione.* 983 Quod deficientibus Regularibus, dandum secularibus.

Deficientibus autem regularibus, beneficia regularia secularibus conferuntur. Garzias *de beneficiis par. 10. num. 13.* Costa *de remedio subsidiario. remedio 71. num. 2.*

Tertio, dividitur beneficium in *curatum*, & *non curatum*. *cap. fin. de concessione præbendæ in 6.*

Curatum exercet curam Animarum, ministrando Sacramenta, & divinum verbum. *cap. licet Canon. de elect. in 6.* Et dividitur curatum *in actu*, & *in habitu*. *Actu* curatum est habens populum. *Habitu* curatum est quod habuit, & non habet populum, cui divina ministret. Jordanus *vol. 2. lib. 1. tit. 8. num. 3.* 984 Curatum curam animarum habet.

Non curatum est carens cura Animarum habitu, & actu. 985 Non curatū dividitur in simplex, & nō simplex.

Non curatum dividitur in beneficium *simplex*, & *non simplex*.

Simplex caret onere residendi. *cap. 1. de institutionibus. cap. fin. de præbendis.* Trident. *sess. 26. de reform. cap. 6.* Beneficium hoc simplex licèt careat onere residendi, tamen habet onus recitandi Horas Canonicas tantùm, & nil aliud, nisi in limine fundationis sit onus celebrandi Missas. *cap. 1. de institutionibus. cap. fin. de præbendis.* Et hoc beneficium simplex solet appellari præstimonium. *cap. Pastoralis. de rescript.* Et plura simplicia beneficia hujusmodi ex se non sunt incompatibilia. Extravagans 1, *v. quæ alios. de concessione præbendæ*; non verò plura curata. Trident. *sess. 7. de reformat. cap. 4. & sess. 23. cap. 10.*

Non simplex, habet onus residendi, ut Canonicatus, Dignitas, Officium. Malletus *tom. 1. de Sacramentis malleatione 48. bractea 9.*

Inter hujusmodi numeratur præbenda, quæ beneficium est. Et est *jus percipiendi proventus Ecclesiasticos Canonicatui annexum, ex speciali titulo proveniens. can. si quis lator 1. q. 9.* Sic præbenda

benda Theologalis, præbenda Pœnitentiariæ habet speciale onus, & officium. Inhæret namque Canonicatui, & non in odiosis, sed in favorabilibus venit nomine beneficii. *cap. 1. de filiis Presbyterorum in* 6. Et dispensatus ad obtinenda beneficia etiam curata, non est dipensatus ad præbendas, & Canonicatus. Barbosa *de potest. Episcopi alleg.45. num.*10.

Præbenda Canonicalis est, quæ datur Canonico ad recitandas Horas.

Præbenda Theologalis est, quæ datur Canonico Theologo ob lectionem Theologiæ faciendam. Trident. *sess. 5. cap. 1. de reform.*

Datur etiam præbenda Parochialis, quæ datur Parocho ob curam Animarum.

986 Liberæ, & non liberæ collationis. Quarto, dividitur beneficium in liberæ collationis, & non liberæ collationis.

Liberæ collationis pro libito ab Ordinario conferibile personæ dignæ.

Non liberæ collationis est, quo arctatur Ordinarius ad conferendum alteri, ut est in resignato ad favorem tertii, in permutatione.

In beneficio electivo, quod confertur electo in Capitulo.

In beneficio ad postulationem, quod confertur postulato.

In beneficio Juris-patronatus, quod confertur præsentato.

Præsentatus. Præsentatus instituitur à Superiore, & est actus necessarius; quia Superior tenetur instituere præsentatum idoneum.

Electus. Electus confirmatur à Superiore, & est actus necessarius, quia illum confirmare tenetur, cùm electio sit personæ dignæ.

Postulatus. Postulatus est habens impedimentum ætatis, natalium, bigamiæ. Et hic cum non possit eligi, potest postulari, hoc est supplicatur Superior, ut dispenset in impedimento. Et sic adeundus Superior, qui dispensare valet, & dispensatione obtenta, postulatus confirmatur. *cap. grate. cap. bonum. cap. fin. de postulat. Prælatorum.* Bardus *in cap. 1. num.* 14. *de regul. iurie in* 6. Bassæus *v. beneficium num.* 5.

987 Compatibile, & incompatibile. Quinto, dividitur beneficium in compatibile, & in incompatibile.

Incompatibilia exigunt residentiam, ut duo beneficia Curata, duo Canonicatus, duo beneficia uniformia sub eodem tecto. *Clem. fin. de preben. can. unum* 21. *qu. 1. can. fin.* 20. *qu. ult. cap. de multa. cap. quia in tantum. de præbendis.* Et in istis obtinens secundum, amittit primum. *cap. de multa. de præbendis. can. 1. &* 2. 21. *qu.* 1.

988 Sunt hæc Juris humani. Compatibile est, quod cum alio potest licitè obtineri sine dispensatione. Lessius *lib. 2. de iustitia, cap. 34. num.*140.

Dividitur etiam, & ultimo beneficium in habentem, & non habentem Jurisdictionem.

Habens Jurisdictionem est Papatus, Patriarchatus, &c. *cap. 1. de maledicis. can. definimus. dist. 22. cap. referente. de præbendis. cap. Messana. de electione.*

Non habens Jurisdictionem sunt cætera beneficia simplicia.

Omnia hujusmodi beneficia sunt juris humani, & sic jure humano potest aliquid eis derogari sine præjudicio justitiæ, & in eis Papa plena fruitur potestata. *cap. 1. ut lite pendente. cap. 2. de præbendis in 6. cap. Pastoralis. de his, quæ fiunt à Prælatis. can. 1. 13. qu. 1. cap. potuit. de concessione præbendæ.*

Requisita ad constituendum Beneficium.
§. II.

Beneficii legitima, & sic valida, & licita constitutio, sex exigit. 989 Requisita ad beneficium constituendam.

I. Consensum legitimi Superioris ordinarii habentis, saltem Episcopalem Jurisdictionem.

II. Ut habeat aliquid annexum Ecclesiasticum munus, puta ut detur beneficium propter officium.

III. Ut conferatur Clerico saltem primæ tonsuræ.

IV. Ut conferens beneficium sit persona Ecclesiastica.

V. Ut beneficium sit perpetuum.

VI. Ut sibimet Superior beneficium non conferat, singula recognoscamus ex primo

Legitima constituentis Auctoritas.

Auctoritas constituentis beneficium debet esse Prælati ordinarii, habentis saltem Episcopalem Jurisdictionem. *cap. Lateranensi. de præbendis. can. nemo 9. de consecratione. dist.* 1. Felin. in *cap. ex parte 2. num. 2. de rescriptis.* Glossa in *Clem. 2. v. si beneficium. de decimis.* Rota *par. 1. diversorum. decis. 509. num.* 1. Burattus *decis. 512. num.* 5. 990 Primo auctoritas constituentis. Etiam in beneficio Juris patronatus.

Idq; etiam si beneficium sit Juris-patronatus. *cap. ordinarii de officio ordinarii in 6. cap. nobis. de Jure-patronatus.* Maranta *volum. 5. responso 6. num.* 13. Cavalerius *decis.*265. Ricc. *decisionum Curiæ Archiepiscopalis* 240. *num.* 5. Barbosa *de potestate Episcopi par. 3. allegat. 1 num.* 31. Ferrantilius ad Burattum *decis.667. num.* 2. loquens de Abbate Cassinensi; adeoque sine auctoritate, & consensu Ordinarii habentis Episcopalem Jurisdictionem, nullum est beneficium constitutum. Rota *par. 1. diversorum. decis. 504. num.* 1. Tondutus *quæstionum beneficialium par. 2. cap. 1. num.* 1.

Hinc resolvitur primo

An Capellania perpetua erecta auctoritate Episcopi sit Beneficium?

Affirma: si adsint cætera requisita ad beneficium. Rota *par. 3. recent. dec. 294. n.*10. Corradus *lib. 1. praxis beneficiariæ. cap. 1. n.* 18. Tondutus *quæstionum beneficial. p. 2. cap. 1. §.* 3. 991 Capellania erecta Ordinarii auctoritate est beneficium.

Si tamen per longum tempus Capellania sit collata ut beneficium perpetuum, præsumitur intercessisse consensum Episcopi. Afflictus *decis.*268. *num.* 5. Barbosa *lib. 3. de iure Ecclesiastico cap. 5. num.* 12. Tondutus *par. 2. quæstionum beneficialium cap. 1. num.* 2. Si verò per longum tēpus sit collata ut beneficium, ita confertur.

Deficiente primo consensu Episcopi, nullum est beneficium, & Capellania liberè potest conferri per fundatorem. Guidon Papa *decis.*682.

Resolvitur secundo

An Capellaniæ perpetuæ erectæ ex dispositione Testatoris sine auctoritate Ordinarii sint Beneficium?

Nega, etiamsi adsit legatum perpetuum pro celebrandis Missis: nam sine consensu Ordinarii deest requisitum essentiale, sine quo beneficium existere nequit. *cap. cum olim 14. §. insuper. de privilegiis. can. placuit 1. quæst. 2. can. nemo, §. 1. de consecratione. dist. 1. cap. 1. novella 5. de Monachis, & novella 67. §. sin autem. de Ecclesiasticis titulis*; itaut nec Monasteria erigi valeant sine licentia Episcopi. *cap. un. de religiosis* 992 Deficiente Episcopi auctoritate nō est beneficium.

glossis domibus. can. quidam Monachorum 10. *can. nullus* 14. *can. cellulas* 13. 18. *qu.*2. ergo multò minus erigi poterit beneficium sine consensu Ordinarii habentis Episcopalem Jurisdictionem. Navarrus *de prabendis cons.*5. *num.*7. *&* 8. Rota *par.*5. *diversorum in recentioribus, dec.*238. *n.*1. de Marinis *cap.* 36.

Quę erit simplex Capellania.

Eritque non beneficium, sed simplex Capellania, deficiente Ordinarii consensu. Guidon Papa *decis.*187. *num.*1. Pelin. in *cap. ex parte. de rescriptis.* Fagnanus in *cap. audientiam* 2. *nu.*22. *de rescriptis.* Pilaja *lib.*3. *Canonicarum. decis.*2. *num.*1. Tondotus *par.*2. *quęstionum beneficialium cap.*1. §.2. §.3. *num.*2. dicens cum Afflicto *decis.* 368. *nu.*5. Barbosa *lib.*3. *juris Ecclesiastici cap.*5. *num.*12. *par.*1. *de beneficiis cap.*8. *num.*12. præsumi beneficium, si ut beneficium longo tempore collatum fuerit, quia lapsu longi temporis præsumitur intercessisse Prælati consensum.

Perpetua satis est pro titulo Patrimonii.

Simplex autem Capellania perpetua sufficiens ne Clericus mendicet, satis est pro titulo ordinandi, ut satis est patrimonium, licet non sit beneficium. Garzias *par.*1. *de beneficiis cap.*3. *num.* 12. & praxi receptum ait Corradus *lib.*1. *praxis beneficiaria cap.*1. *num.*74.

Resolvitur tertio

An Beneficium semel fundatum auctoritate legitimi Ordinarii sine novo ipsius consensu valeat augeri, ampliari?

993 Beneficium valet ampliari, & augeri sine cōsensu Episcopi.

AFfirma: quia sequitur naturam jam constituti beneficii. Mantica *decis.*131. *num.*1. Corradus *loc. cit. num.*65.

Ut enim religiosa censentur, quæ religiosis adhærent. *l. ade sacra, D. de contrahenda emptione. cap. accessorium. de regul. jur. in* 6. ità augmentum fit pars illius, cui additur, & consequenter totum est beneficium. Sic legatario, cui debetur legatum, debentur partes, quæ deinde legato accedunt. *l. si area* 40. *D. de legatis* 2. *l. sed si meis* 26. *D. de acquirendo rerum dominio. l. si statua* 15. *D. de auro, & argento legato*; ergo quidquid beneficio adjicitur, beneficium est, sicuti quidquid legato adjicitur, legatum est. *l. grege* 21. *D. de legatis* 1. *l. peculium*, §.7. *D. de legatis* 2. §. *adibus* 19. §. *si peculium* 20. *institution. de legatis*; & notavi *lib.*2. *Pannom. n.*2262.

Ad secundum

Ut constituatur propter officium Ecclesiasticum?

994 Secundo Beneficiū constituitur propter officiū, itaut Beneficiatus tenetur recitare Officiū Divinum, & alia annexa ad beneficiū

SEcundum requisitum est, ut beneficio adnectatur officium. *cap. fin. de rescriptis in* 6. Onus tamen celebrandi Missas non est de natura beneficii, nisi in institutione exprimatur, sed onus recitandi Horas Canonicas est beneficio naturale, si fructus beneficii sint oneri pares, ut currat regula legis *secundum naturam*. 10. qui sentit commodum, debet sentire incommodum, & ne quis plus oneretur, quàm honoretur. Unde diminutis graviter fructibus, tale onus consopitur. Garzias *par.*3. *cap.*1. *num.*91.

Ad tertium

Ut Beneficium conferatur à legitimo Superiore Ecclesiastico.

995 Tertio Beneficiū debet fundari cum consensu Ordinarii illius loci, alias nō potest dici beneficium.

TErtium requisitum est, ut conferatur à Prælato Ecclesiastico; & hoc requisitum constat ex *cap. si quis deinceps* 16. *qu.*7. Jus enim spirituale activè, & passivè Ecclesiasticis competere non laicis potest. *cap.* 2. ibi: *decernimus ut laici Ecclesiastica tractare negatia non præsumant. de judiciis*. Rota *par.*2. *diversorum decis.* 318. *&* 343. Lambertinus *de Jure-patronatus par.*1. *lib.*2. *qu.*7. *art.*7.

Sed difficultas est

An Summus Pontifex valeat dispensare, ut laicus etiam fœmina conferat Beneficium Ecclesiasticum?

AFfirma: quia dispensaret tantùm in jure positivo, & laicus tunc conferret ut Papæ minister. Glossa in *can. Imperium* 15. *qu.*3. Felinus in *cap. si quis num.*3. *de majoritate, & obed.* Staffileus *tit. de mandatis num.*12. 996 Papa dispēsare valet ut laicus, & fœmina beneficia cōferant.

Qua ratione Hispaniarum, & Galliæ Rex confert molta beneficia. Felin. in *cap. dilecti num.*1. *de testibus*. Seraphinus *decis.*392. Imò Rex Francus est Canonicus in Ecclesia Pictavicensi, qua ratione est magis idoneus ex privilegio Papæ ad conferenda beneficia. Barbosa *de potest. Episcopi allegat.*72. *num.*75. 997 Quod concessum est pluribus Regibus.

Et Abbatissa Cupressani jurisdictionem exercet circa Clericos, & beneficia Terræ Castellanæ, constituendo Vicarium, obedientiam recipiendo à Clero, ex Papæ privilegio. Lambertinus *de Jure-patronatus par.*1. *lib.* 2. *tit.*4. *qu.*1. *num.*3.

Ad quartum

Ut Beneficium conferatur Clericis prima Tonsura.

QUartum requisitum est, ut conferatur Clericis, saltem primæ Tonsuræ. *can. si quis deinceps qu.*16. *qu.*7. *cap. cum adeò* 17. *de rescript. cap. cum contingat de ætate, & qualitate.* Menoch. *de Arbitrariis. casu* 201. *num.*33. Mandosius in *praxi Signatura Gratiæ, tit. Provisionis.* Abbas *cons.*97. *num.*1. 998 Quarto conferendum Clerico.

Et collatio facta non Clerico est ità nulla, ut nec reconvalidetur, licèt superveniat Clericatus. Parisius *lib.* 4. *de resignatione qu.*1. *num.*1. quod enim ab initio non valet, tractu temporis valere non potest. Garzias *de beneficiis par.* 1. *cap.*2. *num.*18. Crassus *effectu* 2. *Clericatus n.*1. Collatum non Clerico non tenet.

Sed difficultas est

An Tonsuratus sine Dimissoriis sit Beneficii capax?

NEgat Tholosan. *tom.*2. *de re beneficiali cap.* 36. *num.*12. fundatur, quia hìc est suspensus ab exequutione ordinis sic suscepti. *cap.* 1. *& fin. de temporibus ordinat. in* 6. *can. solemnitate. dist.* 63. 999 Ambigitur an Tonsuratus sine Dimissoriis sit beneficii capax.

Sed adhuc hæreo, nam suspensus ab Ordine, non est suspensus à beneficio, non exigente illius Ordinis exequutionem, ut cum de Censuris ostendebam. Auctoris sensus.

An Clericus conjugatus possit obtinere Beneficium?

NEga. *cap. sanè* 2. ibi: *provideant attentiùs, ne deinceps Clericus conjugatus ad Ecclesiastica beneficia, vel Sacros Ordines, aut administrationes Ecclesiasticas admittatur. cap. quod ante* 8. *de Clericis conjugatis*; nam conjugatus Clericus tantùm foro, & Canone fruitur, *cap. un. de Clericis conjugatis in* 6. itaut nec Episcopus in hoc dispensare valeat. Ciela *de incompatibilita-* 1000 Clericus cōjugatus beneficii capax.

te

te beneficiorum. par. 1. cap. 24. num.77.

1001 Excipias Clericos viventes ritu Græcorum. Dicta tamen non currunt in Clerico vivente ritu Græcorum, qui conjugatus beneficium obtinere valet ex Constitutione Innocentii VIII. Quaranta in *Summa Bullarii*, v. *Græcorum ritus num.*16.

An in limine fundationis Beneficii, seù Capellaniæ, valeat Fundator statuere, ut Beneficium detur ante Clericatum suo tempore Clericando.

1002 Fundator potest statuere ut beneficium nondum Clerico conferatur. AFfirma: cum Episcopi auctoritate; id enim nullibi interdictum, & sic interim ille non Clericus perciperet fructus, reservata solemni collatione ad tempus Clericatus. Garzias *par.1. de beneficiis cap.2. num.*29.

Ad quintum

Debet Beneficium esse perpetuum.

1003 Quinto beneficium exigit ut sit perpetuum. HOc requisitum patet ex *cap. postulasti 27. de rescriptis.* ex *cap. penultimo. de Clerico ægrotante.* ex *can. præcepta. dist. 55.* ex *cap. veniens 5. de filiis Presbyterorum.* Burattus *dec.* 224. *num.* 4. Cassadorus *de præbendis decis.* 12. *num.*9. & 10. Fagnanus in *cap. ex parte num.*8. *de Clerico ægrotante*; ubi ex speciali privilegio potest ad tempus constitui.

1004 Quid denotet perpetuitas. Tò *perpetuum* duo indicat. Primo, ut secundum se semper beneficium duret, licet ex uno in alterum transeat: ad differentiam pensionis, quæ cum pensionario extinguitur. Palaus *par.1. tract.13. disp.1. puncto 1. num.5.* Murga *quæstionum pastoralium par.1. qu.1. num.4.*

Secundo, indicat esse perpetuum ex natura sua, non essentialiter, & posse dari donec amoveatur à Patrono, vel à Prælato, qua ratione adipiscitur perpetuitatem, quia ex se semper durat, nisi amoveatur. *cap. Clericus. de cohabitatione Clericorum*; ubi Glossa, v. *perpetuum. l. sufficit. D. de conditione indebiti. l. iuris periti, D. de excusationibus tutorum.* Rota *par. 1. diversorum decis.*739. *num.*5. Lessius 2. *de justitia cap.*34. *dub.*1. *num.*1. Azorius *par.*2. *lib.*3. *c.*29. *qu.*12. Murga *loco citato num.*6.

Si autem non appareat amovibile ad nutum, tunc Beneficiatus amoveri nequit. Gonzalez *Regula* 8. *Cancellariæ gloss.*5. §.6. *num.*31.

Habens beneficium manuale, seù amovibile ad nutum, si recipiat fructus istius beneficii, tenetur recitare Officium, secùs si non recipiat fructus. Et beneficium manuale, seù amovibile ad nutum est, quando Patronus, vel Prælatus habent facultatem amovendi, mutandi Beneficiatum; & talem facultatem habent, quando in limine fundationis, Juris-patronatus, &c. reservatur hæc potestas mutandi, amovendi Beneficiatum; & hoc modo intelligitur beneficium manuale, seù amovibile ad nutum.

Ut autem solidiùs res stet, sit

An Testator in limine fundationis constituere valeat, ut Beneficium ab Ordinario confirmatum, sit amovibile ad nutum Patroni.

1005 Testator potest statuere ut beneficiū sit amovibile à Patrono. AFfirma: dummodo non amoveatur ad nutum ex odio, malitia amoventis, & tunc tale beneficium appellaretur manuale. Farinac. *par.*3. *decis.*725. *num.*2. Lapus *allegat.*9. Burattus *decis.* 382. *num.* 4. Rota *par.* 5. *recentiorum decis.* 379. *num.* 1. & in *antiquis de restitutione spoliatorum decis.*6. Cassadorus *dec.* 12. *num.* 9. *de præbendis.* Cavalcanus *decis.*72. *num.*4. Garzias *par.1. de beneficiis cap.2. num.*85.

An Papa possit constituere Beneficium ad tempus certum, vel incertum, &c.

AFfirma: quia esse perpetuum beneficii est juris positivi dispensabilis ab Ecclesiæ supremo Legislatore. *cap. si gratiosè 5. de rescriptis in* 6. & consequenter Summus Pontifex potest reddere beneficium perpetuum, aut temporale, imò mutare perpetuum in temporale, & è converso. Cassadorus *de præbendis decis.* 4. Lapus *allegat.* 9. 1006 Et Papa valet cōstituere ad tempus certum, & incertum.

Qui autem vult, ut fiat manuale perpetuum, vel perpetuum manuale, debet hoc exprimere, aliàs gratia erit subreptitia; nisi beneficium sit regulare, nam tunc expresso, quod sit regolare, exprimitur etiam esse manuale. Ludovicus *decis.*370. *num.*6. Burattus *decis.*929. *n.*2. & 5. 1007 Beneficium regulare cōcessum à Papa, non est amovibile.

Si beneficium regulare amovibile ad nutum, concedetur à Summo Pontifice, durat, etiamsi non exprimatur, pro vita obtinentis, itaut nequeat tolli ab inferiori; sic Commenda concessa à Papa est perpetua, nec valet à Magno Magistro Militensi tolli. Seraphinus *dec.*772. *num.*6. Felin. in *cap. per tuas num.* 4. *de majoritate, & obedientia.* Mandosius *Regula* 30. *Cancellariæ qu.*3. *num.*3.

Licèt tamen pro illa vice sit perpetuom, si postea vacet, redit ad suam manualitatem. Lapus *allegat.*9. & 27. Farinac. *part.* 5. *decis. posthuma* 340. *num.*6. Corradus *par.*1. *praxis cap.*6. *num.* 308. Illa tamen vice.

Ad sextum

Conferens sibi ipsi non confert Beneficium.

HOc est sextum requisitum, de quo in *cap. fin. de institution.* Gonzal. *cit. glos.*5. *n.*14. in quo requisito tantùm dispensat Summos Pontifex, cum sit de jure communi humano. 1008 Sexto beneficium non sibi conferendum.

In dubio de requisitis, quale præsumatur Beneficium?

PRæsumitur esse tale, quale invenitur in ultimo statu in effectu: hoc est, si collatio ultima sit sortita effectum. *cap. cum de beneficio* 5. ibi: *de illo debet intelligi, quod tanto tempore ab uno, vel pluribus secularibus Clericis institutis in eo Rectoribus, extetit continuè, ac pacificè gubernatum. de præbendis in 6. l. si voluntate 8. in fine, Cod. de rescindenda venditione*, ubi status ultimus rei inspicitur. Felinus in *cap. cum te, in fine de rescriptis.* Intelligas, nisi probetur contrarius status anterior per institutionem, vel per præscriptionem. Marescottus *lib. 1. variarum cap.* 55. *num.*20. 1009 In dubio de requisitis attenditur ultimus status beneficii.

Hinc primo, beneficium censetur ultimæ collationis liberæ, spectantis ad Ordinarium, si non constet de Jure-patronatus; mutatio namque est facti in dubio non præsumendi; & sic præsumitur fuisse, ut est in ultima collatione. *Can. Omnes Basilicæ* 26. *qu.* 7. Caputaquensis *part.*2. *decis.*130. *num.*2. Farinac. *tom.*3. *decis.*425. *n.*1. Menoch. 1. *de præsumptionib. præsumpt.*120. *n.*2. At si constet de collationibus anterioribus ad præsentationem Patroni, tunc standum, non ultimæ, sed præcedentibus collationibus. Rota *par.* 5. *decis.*93. *num.*87. Ruinus *lib.*1. *cons.*145. *n.*20.

Nisi

Nisi ergo probetur contrarius status anterior, attenditur ultimus. Idque fortiùs si effluxerint 40. anni, quæ præscriptio est potens mutare statum beneficii. *d. cap. cum de beneficio. de præbendis in* 6. Rota *par. 2. recentiorum decis. 737. n. 3.* Gregorius *dec. 77.*

Hinc secundo, ad decidendum Jus-patronatus esse laicale, vel Ecclesiasticum attenditur ultimus status, quoties de antecedente jure non constat. *cap. consultationibus* 19. *de Jure-patronatus.* Cevalerius *decis. 547. num. 3.*

Explicitis ergo requisitis, ad construendum beneficium pergamus.

DE CONSTITUTIONE BENEFICII. §. III.

Quot modis Beneficium constitui valeat?

1010 Modi quibus beneficia constituuntur creatione.

TRibus modis. Primo creatione. Secundo restitutione. Tertio immutatione.

I. Creatione constituitur, si anteà numquam extitit. *cap. dilecto filio*, ibi: *quoddam jus spirituale de novo creando. de præbendis*; potestque creari, ut dividi, & uniri ab Episcopo loci. *cap. sicut unire 8. de excessibus Prælatorum.* Tholosan. *tom. 2. de re beneficiali cap. 15. num. 6.*

Restitutione

II. Restitutione fit, si beneficium jam extinctum per suppressionem ob defectum facultatum. *cap. cum accessissent. de constitutionibus*, vel per unionem extinctivam, vel in pœnam, puta si privetur Civitas dignitate Episcopali. *Can. fin. 25. qu. 2.* tunc enim per restitutionem iterum ad pristinum statum, veluti redivivum reponitur beneficium. *l. in Fabiana*, *§. videamus, D. de usuris. l. restitutio* 28. *§. restitutio, D. de minoribus. l. restituere 35. l. restituere 75. D. de verb. signif.*

Immutatione.

III. Immutatione, seù transformatione fit beneficium, si transeat ex una in aliam formam, puta ex Abbatia, & ex Parochia, in Episcopatum, ex beneficio seculari in regulare, ex simplici in curatum. *cap. Salvator. de præbendis. Can. Si Episcopus 12. qu. 2. cap. cum beneficio 5. de præbendis in 6. cap. Audltum. de electione.*

Quæ personæ valeant auctoritativè Beneficium constituere?

1011 Episcopum, & Archiepisc. Papa solum constituit.

DIstinguendæ sunt Ecclesiæ. Et primo: Episcopalis, Archiepiscopalis, & Superior Ecclesiastica cum suo beneficio à solo Summo Pontifice erigi valet. *can. præcipimus, §. si cui*, 16. *q. 6. cap. sicut unire 8. de excessibus Prælatorum. cap. 1. & cap. 2. de concessione præbendæ. cap. un. de off. Delegati*; ratione cujus creationis, Civitas fit, ex eo ipso, ac in ea Episcopus constituitur. *cap. Salvator. de præbendis.* Et in hoc Provincia Ecclesiastica à Papa, non à Principe laico distinguenda, & sic distinctio Provinciæ facta à laico Principe non constituit Metropolitanum. *Can. un. dist. 101.* ex Conc. Chalc. *c. 12. Can. un. dist. 10.*

1012 Et Provincias dividit.

Vide Christ. Lup. ad cit. c. 12.

Et ut eligantur novi Episcopatus debet consentire plebs, & Episcopus ubi constituuntur. *Can. Multis* 51. ubi Glossa 16. *qu. 1.* & debet fundari Episcopatus in dignioribus locis, ne vilescat Episcopi dignitas. *Can. Episcopi 3. dist. 81.*

1013 Quid in erectione novi Episcopatus.

Nec officit legi laicos Principes constituisse Episcopatus. *§. simili modo, Authent. de Ecclesiasticis titulis.* Nam verificatur quoad fundationem, dotationem, & non sine assensu Summi Pontificis.

Alia beneficia ab Episcopo instituuntur.

Minora beneficia in propria Diœcesi creari, dividi, & uniri valent à proprio Episcopo, cum rationabili causa. *cap. sicut unire 8. de excessibus Prælatorum.* Et potest Episcopus cogi ad fundandam novam Ecclesiam, populo indigente. *cap. ad audientiam. cap. fin. de Ecclesiis ædificandis*; ubi debet etiam dare partem suæ Ecclesiæ alteri de novo constructæ.

Ut autem hujusmodi distinctiùs explicentur, sit

An Episcopus possit creare novos Canonicos?

1014 Episcopus valet novos Canonicos creare.

AFfirma: nam id ei nullibi interdictum; & sic est intra suam Jurisdictionem. *Can. Lex Divina 27. qu. 3. cap. nuper 22. §. in secundo versi casu. de sent. excomm. l. statuas, C. de religiosis, & sumptibus. l. nec non 28. §. quod eis, D. ex quibus causis majores.* Sacra Congregatio apud Barbosam in *collectaneis Bullarum, v. Canonicus.*

Non tamen supernumerarios.

Supernumerarii verò Canonici ab Episcopo constitui nequeunt, nisi sub conditione, nè habeant jus ad præbendam, & sine expectativa futuræ præbendæ, quæ expectativa solùm concedi valet à Summo Pontifice. Trident. *sess. 14. cap. 9.* Garzias *de beneficiis p. 6. cap. 1. num. 5.* Sac. Congregatio apud Gonzalez *Regula 8. Cancellariæ, §. 1. num. 64.*

An habentes Episcopalem Jurisdictionem valeant erigere novos Canonicatus?

1015 Habentes Episcopalem Jurisdictionem similiter novos Canonicos creant.

AFfirma: nam non excedit Episcopalem Jurisdictionem. Barbosa *de potest. Episcopi alleg. 23. num. 31.* Corradus *lib. 2. praxis cap. 3. num. 97. & 98.* referens cum Buratto *decis. 610. num. 3.* idetiam posse Commendatarium perpetuum, quia habet tunc Episcopalem Jurisdictionem.

De constructione Collegiatæ.

1016 Quis Collegiatam constituat.

COllegiata etiam ab Episcopo constitui valet. *cap. quoniam. de vita, & honest. Cleric.* ubi Abbas *num. 1.* Immole *n. 1.* Garzias *de beneficiis par. 12. cap. 5. num. 4.* referens decisum.

Licèt tantum auctoritate Papæ Collegiatam erigendam pluries rescripserit Sacra Congreg. apud Pellegrinum in *praxi Vicariatus par. 1. sect. 5. n. 11.* Barbosa *lib. 2. de jure Ecclesiast. cap. 6. num. 1.* Lotterius *de re beneficiali lib. 1. qu. 14. num. 49.*

Ubi possit erigi.

1017 Erigenda in loco conspicuo.

DEbet constitui in loco nobili, conspicuo populato, & conspicuum dicimus aliorum oculos ad se convertentem. *c. gravis 53. de sent. excommunic.* Trid. *sess. 24. de reform. cap. 12.* Archidiacon. in *cap. statutum. column. 6. de rescriptis in 6.*

Quæ dignitas constitui debeat in Collegiata?

1018 Est constituenda Dignitas principalis.

COnstitui debet dignitas principalis, à qua Collegiata regetur. Alexander *lib. 4. cons. 74. num. 4.* Glossa in *cap. constitutum, v. ad Collegiatas. de electione in 6.* Azorius *par. 2. moralium lib. 6. cap. 30. v. 2. quæritur.*

An Episcopus in Collegiata valeat constituere Pœnitentiarium?

1019 Non tamen Pœnitentiarius.

NEga: quia Tridentinum *sess. 24. cap. 8. de reform.* solùm loquitur de Cathedralibus, in quibus constituitur Pœnitentiarius annorum 40. completorum, si haberi possit. Sacra Cong. apud

apud Garziam *par.5.de beneficiis cap.4.num.*23. qui Pœnitentiarius nequit absolvere à reservatis Episcopo sine ejus licentia, ut veriùs dixit Corradus *lib.2. prax. beneficiar.* ex declaratione Sacræ Congregationis contra plures apud Garziam *loc. cit.*

Si in Collegiata sit Cura Animarum, qui illam habeat.

1020 Collegium collectivè curam animarum habet. ILlam habet Collegium collectivè, nemo distributivè, & tunc totum Collegium demandat curam animarum uni, & urgente necessitate pluribus. Oltradus *de præbendis conf.*67.*num.*1. Gonzalez *Regula* 8. *Cancellaria, glos.* 6. *n.*7. Puteus *dec.*282. Cassadorus *dec.*11.*in fine.*

Quam exercet unus ex Canonicis absque concursu. Et talis Collegiata collectivè habens curam, exercet illam per suos Canonicos sine concursu. Sacra Congregatio apod Cortadum *lib.* 2. *praxis beneficialis cap.*3.*num.*1. Oltradus *loc.cit.*

Quot personæ constituant Collegium.

1021 Tres Collegium constituunt. TRes. *l.Horatius, D.de verb.signif.* licèt duæ constituant Congregationem. *cap.*1.*de electione*, & quindecim constituant turbam. *l. Prætor ait, §.*1. *D.vi bonorum raptorum.*

Unde probetur Collegiata.

1022 Quomodo probetur existere Collegiatam sigillo. PRobatur primo, ex arca communi, sigillo, statutis, Canonicis, Dignitate. Alex. *lib.*4. *conf.*78.*n.*2. Decianus *lib.*2. *conf.*6.*num.*2. Innocent. in *cap.postulasti.de Jure-patronatus.* Fagnanus *num.*5. *&* 16.

Privilegio. II. Ex privilegio *l.*3. v.*in summa.D.de Collegiis illicitis.*

Fundatione. III. Si in fundatione sit dictum; ut tres, vel plures Clerici ibi assistant, & fuerint factæ dotationes. argumento *cap.*1. *de elect. cap. cum dilectus, §.dictus. de consuetudine. Con.Nemo. de consecr.dist.*1.*Cau.Placuit* 1.*qu.*2.*cap.quanto.de censibus.* Fagnanus in *cap. postulasti num.* 2. ubi Innocentius *de Jure-patronatus.*

Quasi possessione. IV. Probatur ex quasi possessione, in qua invenitur Collegiata, quia tùnc in illa manutenetur usquequo aliud probetur. *cap. cum venisset. de restitutionibus. cap.* 2. *de restitut.in integrum.*

Immemorabili possessione. V. Probatur ex immemorabili quasi possessione Collegiatæ, quæ vim privilegii habet. Gregorius *dec.*482.*num.*5.

Quæ quasi possessio conservatur etiam si remaneat una persona, nam etiam in una persona superstite conservantur privilegia Communitatis *l. sicut, D. quod cujusque Universitatis nomine.*

Postquam visum est de illis, qui possunt beneficia constituere, explicandum remanent duo. Primo, qui possint beneficia conferre. Secundo, quibus conferri valeant. Ad primum

Qui Beneficia conferre possint.

§. IV.

1023 Beneficia duo conferunt Papa & Episcopus. DUæ personæ constitutæ in Episcopali dignitate considerari debent. Primo Summus Pontifex. Secundo Episcopus, & Cardinales.

Summus Pontifex in toto Orbe confert Beneficia, sed triplici modo. Primo jure proprio. Secundo jure devolutionis. Tertio jure reservationis, quo beneficia sunt reservata Curiæ.

Jure proprio confert beneficia; quia est Ordinarius in toto mundo, in illis mensibus, in quibus ei collatio competit. Papa Jure proprio.

Jure devolutionis, quando est negligentia ex parte Ordinarii inferioris, tunc enim devolvuntur collationes ad Summum Pontificem. Devolutionis.

Jure reservationis conferuntur illa, & multa, quæ reservantur indistinctè, ut à Sede Apostolica conferantur. *cap.*2.*de præbendis in* 6. de quibus modò nobis specialiùs, & distinctiùs agendum. Et primo Reservationis.

De illis Beneficiis, quæ conferuntur à Papa Jure devolutionis.

SI Episcopus negligat conferre beneficium simplex intra sex menses. *cap.* 2. *cap. quia diversitatem. de concessione præbendæ.* Et in majoribus prælaturis, si non elegerint intra sex menses. *cap.ne pro defectu* 12.*de election.* & si beneficium sit curatum intra duos menses, tunc collatio devolvitur ad Summum Pontificem. *cap.ne pro defectu* 12.*de electione. cap.licet de supplenda negligentia Prælatorum.* Bulla Pii V. quæ incipit: *In conferendis.* Licèt olim ab Episcopo collatio devolveretur ad Capitulum. *cap.* 2. *de concessione præbendæ.* 1024 Devolvitur ad Papam si intra sex menses ab Episcopo nõ conferatur.

Sex menses sunt utiles, & sic non currunt impedito censura, ignorantia, infirmitate. *cap. licèt* 3. ibi: *sed à notitia computato. de supplenda negligentia Prælatorum.* Cabassutina in *Theoria, & prax.lib.*2.*cap.*2.*§.*18. 1025 Sex menses sunt utiles.

Beneficium, jure devolutionis conferendum, transit cum suo onere, & consequenter debet conferri illi, cui fuisset conferendum, si non fuisset devolutum. *cap.un.de suppl.neglig.Prælatorum in* 6. Felin. in *cap.cum accessissent.de constitut.*

Si Episcopus elapso termino, adhuc conferat idoneo beneficium, collatio est nulla, & sic supplicandus est Summus Pontifex pro gratia revalidatoria, quæ appellatur *perinde valere*, ac si à Summo Pontifice esset collatum beneficium. *cap.literas* 4.ibi: *personis idoneis assignatas eas de patientia permittatis ab ipsis pacificè possideri. de suppl. neglig. Prælatorum.* Post sex menses collatio nulla.

An Beneficium collatum ab Episcopo post sex menses, licitè retineatur à Beneficiato?

DIstinguas, vel Papa habet, vel non habet notitiam dictæ collationis factæ ab Episcopo. Devolvitur ad Episcopũ Inferiore negligente

Si habet notitiam, & tacet, censetur consentire, & licitè Beneficiatus idoneus sibi retinet beneficium. *cap. literas.* 4. ibi: *eas de patientia permittatis ab ipsis pacificè possideri. de supplenda neglig.Prælatorum.*

Si non habet notitiam collationis; tunc licitè non retinet, nam caret titulo. *cap. dilecto* 5. ibi: *irritam, & inanem. de suppl.neglig.Prælatorum;* nisi error communis det conferenti Jurisdictionem. *l.Barbarius, D.de officio Prætoris.*

An ab inferiori negligente devolvatur ad Episcopum collatio?

AFfirma: *Clement.un. de suppl. neglig.Prælatorum*, sic à Capitulo deberet devolvi ad Episcopum.

Sed est difficultas

An

An si Summus Pontifex non conferat Beneficia sibi vacantia intra mensem, possit Ordinarius illa conferre; & sic devolvatur collatio à Papa ad Episcopum?

1026 Ambigitur an Episcopus possit cōferre beneficiū non collatum à Papa. EST isthæc difficultas ambiguitate plena; nam affirmat Masobrios in *praxi habendi concursum, requisito 7. dub.48.* Barbosa *de potestate Episc. allegat.75.* Antonius Faber *lib.1. Codicis tit.2. definitione 32.* ità scribens: *Est notissima, & antiquissima Juris Pontificii constitutio, qua inductum fuit, ut de iis beneficiis, quorum collatio Sacrosanctæ Sedi Apostolicæ excepta est, debeat Summus Pontifex infrà mensem à die vacationis providere: cæterum post id tempus elapsum valeant collationes ab Ordinariis factæ potestate ordinaria, ac si nulla his unquam reservatio obstitisset. cap. statutum. de prebendis in 6. Ne alioqnin evenire necesse sit, ut, & diutius beneficia jaceant, & Ordinariorum favorabilis auctoritas convellatur: Ergo curret mensis ille Summo Pontifici etiam ignoranti. Quis enim etiam post semestre impetraturum beneficium ab Ordinario renunciare poterit, an vacationem Summus Pontifex adhuc sciverit, necnè? aut cur tamdiù in suspenso; & incerto omnia relinquantur? Denique disertis rescripti verbis constitutum est, ut incipiat mensis currere à die vacationis, non scientiæ: eoque Jure utimur; Ità Senatus,&c.* Et idem habet *definitione 35.*

1027 Pontifex purgat moram re integra. Putant tamen Summum Pontificem posse purgare moram re integra, hoc est si ab Ordinario jam non sit collatum beneficium. Novarius in *Summa Bullarii par.2.num.21.fol.80.*

Hæc sententia fundatur in *cap. statutum 3. de prabendis in 6.*

Negat Tholosanus *tom.2.de re beneficiali cap. 24. num. 3.* aitque inhibitum Episcopis etiam post mensem beneficia vacantia in Curia conferre, correcto *d. cap. statutum 3.* lato à Gregorio X. ex Extravaganti 1. *inter communes. de prabendis.*

Quid ergo sententiam anceps est animos, & juris correctio odiosa mihi, nisi expressa, an constet vobis, verba textus tradenda censui.

Certum est in *cap. statutum 3.* Ordinarios post mensem à die vacationis posse conferre beneficia non collata à Sede Apostolica; verba textus sunt: *Statutum felicis recordationis Clementis Papa predecessoris nostri, de dignitatibus & beneficiis, in Curia Romana vacantibus, nequaquam per alium, quam per Romanum Pontificem conferendis, decernimus taliter moderandum: Ut ii, ad quos eorumdem beneficiorum, & dignitatum spectat collatio (statute non obstante pradicto); demùm post mensem à die, quo dignitates; seù beneficia ipsa vacaverint numerandum, ea conferre valeant. Tantummodo per seipsos, vel (ipsis agentibus in remotis) per suos Vicarios Generales, in eorum Diœcesibus existentes, quibus id canonicè sit commissum.* Hactenus textus.

Expendamus modò, an hæc dispositio corrigatur per Extravagantem 1. *inter communes. de prabendis, & dignitatibus*; idque confecturi, vobis verba textus pandimus.

Ità habet Bonifacius VIII. in dicta Extravaganti: *Pia sollicitudinis studio ducimur, ut dignitates, personatus, prebendæ, aliaque beneficia Ecclesiastica, cum cura, vel sine cura, quæ apud Sedem Apostolicam vacare noscuntur, personis conferantur idoneis: per quas, in eis debita impendantur obsequia; & divinorum cultus exerceatur solicitè in eisdem. Inde fit, quod nos hujusmodi dignitates, personatus, prebendas, Ecclesias, & alia Ecclesiastica beneficia, quæ apud Sedem eamdem intra unum mensem à data præsentium hactenus in Curia vacaverint computandum, & quæ ex nunc apud eum vacaverint, in futurum provisioni Sedis ejusdem auctoritate Apostolica reservamus: Decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus in hac parte scienter, vel ignoranter, per quemcumque, seù quoscumque, Apostolica, vel alia quavis auctoritate contingerit attentari.* Hactenus textus.

Non exprimit correctionem textus dicti *cap. statutum 3.* nec inde colligi valet, nam benè stat Sedem Apostolicam conferre beneficia sibi reservata, quamdiù sunt reservata, ut in dicta Extravaganti *Pia* disponitur. At elapso mense non censentur amplius reservata, nec in dicta Extravaganti asseritur elapso mense conferri non posse ab Ordinariis. Verum tu rem profundiùs meditare, & pro Summo Pontifice respondeas.

An id currat non tantùm in reservatis, sed etiam in vacantibus in mensibus Papæ?

1028 Quod dicendū quoque in mensibus vacantibus Papæ. AFfirma, ex *d. cap. statutum 3. de prabendis in 6.* enim verò cum omnia beneficia intra Diœcesim vacantia spectent ad collationem Episcopi. *Can. Omnes Basilicæ 16. qu. 7.* eo ipso, ac lapsu mensis extinguitur reservatio, res revertitur ad sui naturam, & ab Episcopo Jure ordinario beneficia conferuntur; decisum apud Anton. Fabrum *lib.1.Codicis,tit.2. definit.35.*

An teneat collatio facta ab Episcopo intra dictum mensem?

1029 Collatio facta ab Episcopo in mēse Papæ, est nulla. NEga, nam caret potestate tunc conferendi. *cap.licet Ecclesiarum 2.cap.statutum 3.de prebendis in 6.* itaut collatio ab initio nulla non convalescat tractu temporis post mensem. *f.quod ab initio 23.D.de reg.jur.cap.ab initio.de reg.jur. in 6.* Et licèt ignorantia excuset ab excommunicatione, cæterisque pœnis, non validat collationem ab initio nullam. Puteus *lib.2.dec.8.n.3.& lib. 3.dec.180.* Antonius Faber *loc.cit.definit.36.*

An quando Episcopus potest conferre Beneficium ob lapsum temporis dicti mensis, debeat id exprimere in Bullis?

1030 Lapsus temporis non apponendus in Bullis. NEga, nam nullo jure id præcipitur, & jure proprio tunc confert, ità ac si numquam spectasset ad Summum Pontificem. *d.cap.statutum 3.de prebendis in 6.* Antonius Faber *loc.cit. definit.36. num.4.*

An obtinens Beneficium à Summo Pontifice Jure devolutionis, debeat Bullas in exequutione justificare, probando notam fuisse vacationem Patronis, & collatoribus?

1031 Probanda scientia vacationis Patroni, & Collatoris, ejusque negligentia. AFfirma: itaut nisi id probet, Bullæ non dicantur justificatæ, nec exequantur.

Patet quia Bulla fundatur in devolutione, & devolutio in negligentia Patroni, vel collatoris; & negligentia non præsumitur, sed præsumitur ignorantia vacationis; non enim præsu-

mitur quis à se spontè abdicare jus suum, nec quis præsumitur projicere sua. *l. cum de indebito, D. de probationibus*. Cavalerius *decis.* 486. *num.* 2. *in fine*. Rubeus *decis.* 221. *num.* 8. *tom.* 2. Vivianus *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 7. Genuensis in *praxi cap.* 82. *num.* 1. & consequenter impetrans tale beneficium Jure devolutionis à Summo Pontifice, non probata scientia vacationis Patroni, vel collatoris, non justificat collationem; non enim tempus ad conferendum currit ignoranti vacationem. Lambertinus *de Jure-patronatus lib.* 2. *art.* 5. *num.* 2. Glossa in *cap. statutum* 3. v. *infra sex menses, de prebendis in* 6.

Quodnam Beneficium per duos menses, scilicet per bimestre non collatum ab Ordinario, devolvatur ad Sanctissimum?

1032 Curata intra bimestre cōferenda. EX Bulla Pii V. *In conferendis* beneficia curata post præsentationem intra duos menses sunt conferenda præsentatis, aliàs institutio in illo beneficio cum suis qualitate, & onere devolvitur ad Papam. Jordanus *tom.* 2. *lucubrationum, de re beneficiaria num.* 407. Pilaja *lib.* 3. *dec.* 1. *num.* 92.

Alia intra sex menses. Alia verò curata electiva, vel collativa intra sex menses debent electis, & idoneis conferri à die vacationis, aliàs devolvuntur ad Sanctissimum. *cap.* 2. *de concessione prebendæ. cap. nè pro defectu* 12. *de electione. cap. licet* 3. *de suppl. neglig. Prælatorum*. Jordanus *lib.* 10. *tit.* 12. *num.* 3. Fagnanus in *cap. nulla num.* 28. *de concess. prebendæ*. Pilaja *lib.* 3. *decis.* 1. *num.* 158.

Expeditis ergo beneficiis à Summo Pontifice jure devolutionis conferendis, expediamus.

Beneficia jure reservationis, & affectionis à Summo Pontifice conferenda.

§. V.

1033 Reservatio duplex est. RΕservata sunt Summo Pontifici, quæ nequeunt, nisi per Summum Pontificem conferri, & hæc reservatio est duplex, una de Jure, vel Regula Cancellariæ, & appellatur *simpliciter reservatio*, & beneficia taliter reservata dicuntur *vacare in Curia, & apud Sedem Apostolicam*. Est enim idem vacare apud Sedem, & in Curia. Glossa in *cap. statutum de prebendis in* 6. Anton. Faber *lib.* 1. *Codicis tit.* 2. *definitione* 35. *num.* 6. & 7.

1034 Affectio. Altera reservatio appellatur *Affectio*, quæ fit *per injectionem manus Summi Pontificis*, ratione cujus injectionis tale beneficium nequit conferri ab alio inferiori, quæ *Affectio* durat usquequò producat suum effectum; ut si Summus Pontifex alicui provideat de beneficio, puta de Canonicatu vacanti, vel vacaturo, determinato, vel determinando. *cap. si capitulo. cap. si exequuntur. cap. soli. de concessione prebendæ in* 6. Et tale beneficium est affectum à die signationis per Papam. Rota *in antiquis dec.* 25. & durat affectio etiam Papa mortuo. Rota *in antiquis. de prebendis dec.* 1. 13. 14. & 15. Ancharanus *cons.* 138. nam est gratia facta, quæ postquam sortita est effectum, extinguitur morte possessoris, & sic mortuo illo, qui obtinuit tale beneficium affectum, extinguitur affectio, & valet conferri ab Ordinario. Jacob Simoneta *tract. de reservatione qu.* 33. *num.* 7. Tholosan. *tom.* 2. *de re beneficiali cap.* 44. *num.* 26. rectè ajens cum Cassadoro *dec.* 3. *num.* 3. *de constitutionibus*, reservationem factam Papæ, non Sedi, extingi mortuo Papa, quia Papa non Sedes moritur. *cap. si gratiosè, de rescriptis in* 6.

Differunt *reservata* à beneficiis *affectis*; quia reservata sunt à Jure, vel Regula Cancellariæ. Differt reservatio ab affectione. *cap.* 2. & 3. *de prebendis in* 6. *regula* 9. *Cancellariæ*. Affectio autem fit facto per injectionem manuum Summi Pontificis. Antonins Faber 1. *Codicis tit.* 2. *defin.* 16. Mandosius *ad Regulas Cancellariæ in proemio qu.* 5. *num.* 6. Gonzalez in *Regula* 7. *Cancellariæ num.* 115. Cherubinus in *Compendio Bullarii tom.* 2. *ad Bullam Pii V.* 26. incipit *Soli*. Et hæc de beneficiis reservatis de facto, & sic affectis. Modò agamus.

De Beneficiis Jure, & ex Regulis Cancellariæ reservatis.

VAcant I. apud Sedem Apostolicam, & sic in Curia omnia beneficia promoti ad patriarchatum, Archiepiscopatum, Episcopatum post adeptam possessionem. 1035 Reservatio ex Regulis Cancellariæ. Extravag. *ad regimen. de concessione prebendæ*. Rota *dec.* 1. *de rerum permutatione in noviss.* Barbosa *de potest. Episcopi allegat.* 58. *num.* 66. Garzias *de beneficiis par.* 2. *cap.* 6. *num.* 3. Anton. Faber 1. *Codicis tit.* 2. *definit.* 16. correcto *cap. cum in cunctis*, §. *cum verò. de electione*; ubi Ordinarii conferebant beneficia vacantia per promotionem ad Episcopatum.

II. Reservantur, quæ vacant morte Cardinalis, Camerarii, & cujuslibet Officialis Curiæ, vel Sedis Apostolicæ, Vicecancellarii, Auditoris, Nuntii, Notarii, Scriptoris literæ Apostolicæ, Pœnitentiarii, Abbreviatoris, Commensalis, Capellani, Rectoris, Thesaurarii. 1036 Quæ vacant morte Cardinalis, &c. dicta Extravagans *ad regimen. de prebendis*. Et Commensales sunt omnes Referendarii, cæterique viventes in Apostolico Palatio, expensis Papæ, Protonotarii, sivè participantes, sivè non. Barbosa *de potest. Episcopi allegat.* 74. *num.* 23.

III. Reservantur beneficia Collectorum, Subcollectorum Cameræ Apostolicæ, obtenta durante officio, vel ad quæ jus habent. 1037 Collectorū. *Regula* 5. *Cancellariæ*.

IV. Beneficia familiarium Cardinalis, ejusque continui Commensalis sunt reservata. Familiariū Cardinalis. *Regula* 4. *Cancellariæ*; itaut vacantia obitu familiaris alicujus Cardinalis, ab eodem Cardinali conferantur. *Clem. un. de suppl. neglig. Prelatorum*.

V. Reservantur Sedi Apostolicæ beneficia vacantia per sequens beneficium à Sede Apostolica obtentum. 1038 Per sequens beneficium à S. Sede obtentum. Extravagans *Ad regimen*, & Extravag. *Execrabilis*. Rota *in antiquis dec.* 63. itaut adepta possessione pacifica secundi, vacet primum beneficium ipso jure in Curia, & non possit amplius retineri, & si retineatur de facto, utrumque amittit, & reservatur Sedi Apostolicæ Extravag. *ad regimen*, v. *qui verò*, §. *quæ omnia, de prabendis*.

VI. Vacant in Curia beneficia collata contra formam Tridentini *sess.* 7. *de reform. cap.* 13. 1039 Et contra formā Trid. & *sess.* 24. *cap.* 18. *de reform.* Pius V. in Bulla, quæ incipit: *In conferendis*, anno 1567. *Regula Cancellariæ* 1. & contra formam Tridentini esset conferre Parochiam carenti anno 25. incepto. Trident. *sess.* 7. *de reform. cap.* 3.

VII. Sunt reservata vacantia depositione, 1040 Depositione trāslatione privatione. translatione, privatione, susceptione alterius muneris incompatibilis auctoritate Apostolica. dicta Extravagans *ad regimen. de prabendis. cap.*

post

post translationem. de renunciatione. cap. inter corporalia. de translatione Episcopi Gonzalez *reg.* 8. *gloss.* 51. *num.* 52, Et sic privatio beneficii in Curia, reddit beneficium ibidem reservatum; nam beneficium dicitur vacare in loco, ubi per sententiam quis eo privatur, non verò ubi beneficium est situm. Extravagans *ad Regimen. de prebendis*. Bart. in *l. si quis sub conditione*, *D. de testamentaria tutela*. Rota *de prebendis in antiquis. decis.* 56.

1041 Sede vacante Episcopi liberæ collationis.

VIII. Omnia beneficia liberæ, non necessariæ collationis, Sede ordinaria Episcopi, alteriusve vacante, vacant in Curia. Pius V. in Bulla, quæ incipit: *Sanctissimus* anno 1568. quam morte Pontificis expirasse, quia fortè non lata nomine Sedis Apostolicæ ait Garzias *par.* 5. *de beneficiis cap.* 1. *num.* 224. Extravagans *Execrabilis de præbendis*. quæ est Joannis XXII. *Regula* 3 *Cancellariæ*. Ricc. *par.* 11. *praxis resol.* 506. *num.* 9. Antonellus *de regimine Ecclesiæ Episcopalis lib.* 4. *cap. ult. num.* 46. Barbosa *de potestate Episcopi par.* 3. *allegat.* 57. *num.* 30. Marchettus in *prax. Vicarii Capitularis p.* 2. *tit.* 32. *n.* 8.

1042 Si Beneficiatus Romæ moritur.

IX. Quoties Beneficiatus Romæ moritur, beneficium vacat in Curia. *cap. licet* 2. *de præbendis in* 6. etiam si beneficium sit litigiosum, & moriatur in Curia possessor litigans, & non possessor extra Curiam. At si vivat collitigator lis determinatur per sententiam, & si mortuus in Curia jus habebat, dicitur beneficium vacare in Curia. *Clem.* 1. *ut lite non contestata.* (7)

1043 Dignitates majores Cathedralium.

X. Vacant in Curia omnes dignitates majores in Cathedrali excedentes valorem decem florenorum, & dignitates principales in Collegiatis; quæ, quales sint, indigitabit Ecclesiarum usus. *Regula* 4. *Cancellariæ*. Extravagans *Execrabilis. de prebendis*. Glossa in *cap. deliberatione* 4. *in fine. de officio Legati in* 6.

1044 Et beneficia Ecclesiæ S. Petri, S. Joannis Lateranensis, S. Mariæ Majoris.

XI. Reservantur Romæ beneficia Ecclesiæ S. Petri, S. Joannis Lateranensis, S. Mariæ Majoris, & beneficia tituli Cardinalis etiam absentis à Curia. Ambrosius *de Jurisdictione Cardinalium in suis titulis num.* 55.

1045 Et beneficia in Curia resignata.

XII. Vacant in Curia omnia beneficia ibi resignata. *cap.* 2. *de prebendis in* 6. Sed si resignata sint ab infirmo, qui deinde intra viginti dies moriatur ex illa infirmitate; tunc vacant extra Curiam per obitum, non per resignationem. Simoneta *tract. de reservationibus qu.* 28. *in fine.*

1046 Resignata vi permutationis.

XIII. Omnia resignata vi permutationis, vacant in Curia. Rota *in antiquis. dec.* 1. & 4. *de rerum permutatione.*

1047 Collata in Curia, ibiq; moriente Beneficiato ante acceptationem.

XIV. Beneficia collata in Curia moriente Beneficiato ante acceptationem, adhuc dicuntur vacare in Curia. *cap. si electio* 29. *cap. si compromissarius* 37. *de electione in* 6.

1048 Eligentis Episcopum indignum.

XV. Scientèr eligentes Episcopum indignum, vel non servantes formam Tridentini, amittunt jus eligendi, & electio devoluitur ad Papam. *cap. quia propter. cap. quamquam* 18. *de electione.*

1049 Vacantia ob hæresim.

XVI. Beneficia vacantia ob hæresim, reservantur Sedi Apostolicæ. Pius V. in Bulla, quæ incipit: *Cum ex Apostolatus*, anno 1567.

1050 Simoniam.

XVII. Vacantia ob simoniam, vacant in Curia: Parisius *de confidentia qu.* 7. *num.* 79. ubi etiam vacant, quæ vacant ob simoniam confidentialem; ex Bulla Pii IV. quæ incipit: *Romanum*. Bulla Pii V. quæ incipit: *Intolerabilis*.

1051 Offendentes litigantes, &c. in Curia.

XVIII. Vacant in Curia beneficia offendentis litigantes, ejus Advocatos, Testes, Procuratores, Judices in Curia. Alexander VI. in Bulla, quæ incipit: *In eminentia*.

1052 Et ob non factam publicationem resignationis.

XIX. Vacant in Curia vacantia ob non factam publicationem resignationis. Gregorius in Bulla 85. quæ incipit: *Humano*. Garzias *par.* 11. *de beneficiis cap.* 3. *num.* 237.

1053 Et beneficia resignata ad favorē tertii

Tandem vacant in Curia omnia, quæ resignantur ad favorem tertii. Ista enim non coram Ordinario, sed coram Sede Apostolica resignantur. Parisius *volum.* 4. *cons.* 15. *num.* 12. Caputaquensis *par.* 1. *decis.* 215. Maceratensis *lib.* 1. *variarum resol.* 96. *num.* 2.

Si tamen esset facta resignatio in Curia, sed ante expeditionem, & justificationem resignans moriatur; tunc vacat per obitum, non per resignationem, & consequenter confertur ab illo, à quo de jure. Thesaurus *par.* 2. *Forensium cap.* 19. *num.* 31. Parisius *lib.* 10. *de resignatione qu.* 2. *num.* 44. Maceratensis *lib.* 1. *variarum resol.* 78. *num.* 1.

De reservatis Summo Pontifici ratione mensis.

1054 Octo menses sunt Papæ.

EX *Regula* 8. *Cancellariæ* vacant in Curia, si Beneficiatus moriatur in mense Papæ.

Menses Papæ reservati sunt regulariter octo, scilicet Januarius, Februarius, Aprilis, Majus, Julius, Augustus, October, November. Barbosa *de potest. Episcopi allegat.* 57. *num.* 140. asserens mensem terminari in media nocte ultimi diei. Maceratensis 1. *variarum resol.* 78. *in principio*.

1055 Episcopi sex

Si Episcopus resideat cum effectu in sua Diœcesi, habet alternativam, itaut Januarius ad Papam, Februarius ad Episcopum, & sic deinceps. Barbosa *de potest. Episcopi allegat.* 53. & 57. & collatione legitimè facta non evanescit, quamvis Episcopus in residuo mensis non resideat. Tondutus *par.* 2. *de beneficiis cap.* 3. §. 6. *num.* 32.

Si non resi- det quatuor.

Si verò non resideat, tunc habet tantùm quatuor menses, qui superfluunt ex octo assignatis Papæ. Ottobonus *decis.* 946. Pilaja *lib.* 3. *dec.* 1. *num.* 63. Barbosa *de potest. Episcopi allegat.* 57. *num.* 140.

1056 Beneficia Juris-patronatus laici, vel mixti non includuntur in hac regula.

Beneficia verò Juris-patronatus laicorum, & mixta: scilicet Laica, & Ecclesiastica, non veniunt sub dicta Regula Cancellariæ; & sic non includuntur sub mensibus Papæ reservatis. Rota apud Farinac. *par.* 1. *tom.* 1. *dec.* 88. Barbosa *de potestate Episcopi allegat.* 57. *n.* 144. Fagnanus in *cap. querelę num.* 21. *de electione*. Et Ordinarius absolutè illa quolibet mense vacantia conferre valet. Tondutus *loc. cit. num.* 4. & 13.

Sede Papæ vacante, cesset reservatio.

Vacante Sede Summi Pontificis, cessat reservatio, & tunc Episcopus habet omnes menses, nisi Summus Pontifex pro tunc aliàs statuerit. Masobrius in *praxi concursus requisito* 7. *dub.* 43.

An

(7) Regula hæc Ecclesiastica antiquitate comprobatur à Christiano Lupo *tom.* 6. *Venetæ edit.* in *Dissert. de Romana Episcoporum Consecratione cap.* 2. Nam ex Niceno Concilio habemus promotum fuisse ab eodem Concilio S. Eustathium ad Patriarchatum Antiochenum, defuncto apud idem Concilium S. Philogonio. Et Dioscorus usurpans Jura Legatorum, & Præsidentiam in Concilio Ephesino, eodem Jure usus fuit, degradando S. Flavianum, in cujus locum suffecit Anatolium.

An reservatio Papæ expiret per unicam collationem effectu sequuto?

1057 Reservatio cessat post unicam collationem effectu secuto.

AFfirma: *cap. 2. de prebendis in 6.* Rota *decis. 9. & 11. de prebendis in noviss.* idque etiam possessione non sequuta, Rota *dec. 14. de prebendis in antiquis*; atque adeò facta collatione, & acceptata, jus acceptanti acquiritur. *cap. si tibi absenti. de prebendis in 6. cap. fin. de concessione prebendæ in 6.* & sic si deinde Beneficiatus moriatur, nec sit ex Curialibus, aliisve, de quibus suprà, collatio non est reservata, inspectis solùm mensibus, in quibus decedit Beneficiatus.

Alii conferentes Beneficia.

§. VI.

COllegium Cardinalium Sede vacante beneficia non confert. Glossa in *cap. quamquam. de electione in 6.*

1058 Cardinales conferunt beneficia in propriis titulis.

Cardinales autem in propriis titulis, ubi fruuntur potestate Episcopali, conferunt beneficia vacantia, etiam in mensibus reservatis Papæ; & si habeant Episcopatum, etiamsi ei renuncient, collatio dictorum beneficiorum ipsis remanet, nisi tali privilegio cedant. Cardinalis Albritius *de jurisdict. Cardinal. num. 34. & 53.* Diana *par. 5. tract. 2. resol. 14. & resol. 148.*

Alii habentes privilegia conferendi, sivè Legati, sivè seculares, sivè regulares etiam conferunt beneficia. *cap. si à Sede. de præbendis in 6. cap. 1. & 2. de officio Legati in 6.*

De Indultis Cardinalium.

1059 Beneficia Cardinaliū tantùm à Papa conferuntur.

BEneficia Cardinalium ubicumque decedentium tantùm à Papa conferuntur. Antonius Faber *lib. 1. Codicis tit. 2. definit. 16. & definit. 21.*

Cardinales speciali favore à Summo Pontifice dignantur, itaut circa collationem beneficiorum gratiis, & indultis utantur.

1060 Indulta Cardinalium

Indulta Cardinalium alia sunt ordinaria, alia extraordinaria.

Ordinaria.

Ordinaria sunt, ut Cardinales habentes Episcopatum, & Abbatiam, illam possunt conferre: ut conferre valent jure Ordinario, privilegio, vel consuetudine beneficia proprii tituli. Seraphin. *dec. 890.* Ludovisius *dec. 99. num. 4.* & tunc Cardinalis conferens, confert jure ordinario, neque habens ab ipso beneficium, dicitur habere à Sede Apostolica. Nam tale indultum non dat novum jus, sed removet jus prohibens, scilicet removet impedimentum à Regulis Cancellariæ contractum. Burattus *dec. 622. num. 11.*

Et extraordinaria.

Si verò Cardinalis utatur indulto extraordinario, hoc est non provideat de beneficio tanquam Ordinarius, tunc obtinens ab ipso beneficium, dicitur provisum à Sede Apostolica. Rota *par. 4. recentiorum dec. 530. num. 26. tom. 3.* itaut ità provisus obtineat beneficium, non obstante proviso alio ab Ordinario. Cavalerius *dec. 11. num. 7.* Seraphinus *dec. 1484. num. 2.*

1061 Cardinales sunt exempti à Regula mensium.

Tertio, Cardinales habent indultum, ut sint exempti à regula mensium, itaut talis exemptio non prosit aliis, fortè Capitulo conferenti beneficium unà cum Episcopo Cardinali: ex *Constitutione Urbani VIII. 29. Decembris 1625.*

Cardinales ergo utuntur suo privilegio, exceptis beneficiis primo descriptis in libris Cameræ Apostolicæ, in qua taxantur fructus.

Secundo, exceptis beneficiis affectis ex persona familiaris Suæ Sanctitatis, vel ex persona Conclavistæ.

Tertio, excipiuntur beneficia vacantia apud Sedem.

Cardinales verò tenentur instituere Beneficiatum de beneficiis vacantibus intra sex menses, aliàs jus conferendi devolvitur ad immediatum Superiorem, quia Indulta Cardinalium in hoc non prosunt, cum tantùm sint removentia status Cancellariæ, & provisus non dicitur tunc Apostolicus, sed dicitur provisus ab Ordinario. Rota *par. 5. recentiorum decis. 444. num. 64.* adeòque currit dispositio *cap. 2. de concessione prebendæ.* 1062 Intra sex menses debent instituere Beneficiatum.

Ut autem Cardinales fruantur indultis, non debent esse absentes à Curia Romana sine licentia Papæ, necessaria semper, ac ipsi recedere volunt à Curia, ex decreto Pauli III. 18. *Februarii* 1547. apud Verallum *decis. 86. par. 1.* Lotterius *lib. 1. de beneficiis qu. 8. num. 46.* & Cardinalis absens à Curia de licentia Papæ debet residere in sua Diœcesi, ut fruatur indultis ex eadem *Constitutione Papæ Pauli III.* quamvis tacitè derogatum dictæ Constitutioni velit Verallus *suprà*, quando ex licentia Papæ recedit à Curia, ut sit in aliquo loco, etiam extrà Diœcesim, itaut valeat tunc conferre beneficia ex indulto per se, vel per legitimum Vicarium. 1063 Hoc gaudent præsentes in Curia.

Indultum tamen Cardinalium non prodest, si beneficium sit reservatum duplici titulo, puta quia Beneficiatus est Protonotarius, vel est familiaris Papæ, cum sit duplex reservatio æqualis, sed si reservatio esset duplex inæqualis, puta si quis esset familiaris Papæ, & alicujus Cardinalis, tunc talis reservatio non obstaret indulto, & posset Cardinalis tale beneficium conferre. Riccius *collectan. 2956.* 1064 Indultum non prodest in beneficio reservato duplici titulo.

Secundo, indultum non prodest Cardinali, si Papa non obstante indulto concesso Cardinali, derogando indulto expressè, beneficia conferret. Puteus *lib. 2. dec. 488. & lib. 3. dec. 190.*

Episcopi.

IN mensibus, ut suprà statutis, conferunt beneficia, etiamsi existant extra Diœcesim, quia actus hujusmodi collationis est actus voluntariæ jurisdictionis, qui valet exerceri extra territorium. *l. 2. D. de officio Proconsulis. cap. novit. de officio Legati.* Glossa in *cap. 3. v. in remotis. de prebendis in 6.* Tholosanus *tom. 2. de re beneficiali cap. 38. num. 3.* 1065 In mensibus statutis Episcopi conferunt beneficia.

Valet Episcopus hanc facultatem delegare specialitèr, non generalitèr suo Vicario. *cap. fin. de officio Vicarii in 6.* Gratianus *cap. 276. n. 37.* Non tamen potest dare facultatem conferendi tale beneficium vacaturum. *cap. constitutus. de concessione prebendæ.* 1066 Et potest hanc facultatem delegare.

Quod si fiat provisio ab Episcopo, & à Vicario, prior provisus præfertur, etsi eadem die provisi fuerint, præfertur qui ante alium possessionem adipiscitur; at si neuter fuerit possessionem consequutus, præfertur provisus ab Episcopo. *cap. si à Sede. de prebendis in 6.* Prior provisus, præfertur.

Ex his patet, qui valeant beneficia conferre: Modò pergat oratio ad illos, quibus beneficia conferuntur.

Qui-

Quibus Beneficia conferuntur.
§. VII.

1067 Beneficia idoneis conferenda.

BEneficia conferri debent idoneis. cap. grave. 24. de prębendis. cap. relatum. de concessione prębendę. cap. 2. de institutionibus. Officia enim cum beneficiis exigunt Ministrum, à quo decorentur, & quem decorent. l. un. §. ideique, Cod. de novo Codice faciendo. l. ut gradatim, D. de muneribus, & honoribus. Et sic personæ debent esse tales, ut possint non solum præesse, sed etiam prodesse. Can. Qui Episcopatum 8. q. 1. Trident. sess. 22. de reform. cap. 2.

1068 Ut sit legitimus.

Hinc Primo, Beneficiatus debet esse legitimis natalibus natus. cap. cum in cunctis. cap. innotuit. de elect. Deuteron. 23. ibi: Non ingredietur mamzer, hoc est de scorto natus: timendum enim, & arcendum est procul exemplum paternæ incontinentię. can. si quis militib. 6. qu. 1. l. quisquis, D. ad l. Juliam Majest. Can. Si gens Anglorum. dist. 56. à Patre enim, ut à patria mores refunduntur in filios, & Cives. l. quod si nolit 31. §. qui mancipia, D. de ædilitio edicto.

Dispensatur tamen ab Episcopo, sed non ad Sacros Ordines.

Valet tamen cum istis dispensari etiam ab Episcopo, ex Can. fin. de filiis Presbyterorum in 6. cap. literas eodem tit. sed non ad Ordines Sacros, nec ad beneficia curata, nec ad illa etiam simplicia, quæ pater habuit; ex Bulla Clementis VII. anno 1533. Trident. sess. 25. de reform. c. 15. in quibus tantùm dispensat Summus Pontifex. Barbosa de universo jure Ecclesiastico lib. 1. cap. 31. num. 162. Diana par. 4. tract. 2. resol. 64. & par. 2. tract. 15. resol. 21.

Et talis dispensatus ad Ordines, etiam sacros, non est dispensatus ad beneficia etiam simplicia, nec ad pensiones. Barbosa de potestate Episcopi allegat. 33. nam dispensatio strictè interpretanda. cap. 1. §. fin. de filiis Presbyterorum. Diana par. 7. tract. 20. resol. 6. & par. 8. tract. 3. resol. 37. & par. 9. tract. 8. resol. 22.

1069 Ut sit Clericus.

II. Beneficiatus debet esse Clericus saltem primæ tonsuræ. cap. 2. de institutionibus. cap. ex literis 6. de transactionibus. cap. cum adeo. de rescriptis. Et prima tonsura obtineri valet anno ætatis VII. cap. fin. de temporib. Ordinationum in 6. Abbas in cap. cum adeo. de rescriptis. Decius in cap. 2. num. 3. de judiciis. Jus enim spirituale beneficii exigit Ecclesiasticam personam. cap. dilecto 25. de prebendis. Excluditur tamen conjugatus. cap. 1. de Clericis conjugatis in 6. & fortius bigamus. cap. un. de bigamis in 6.

Hoc adeò verum est, ut nec laicus præsentari valeat ad beneficium Juris-patronatus, licèt illicò fiat Clericus. cap. 2, ubi Innocentius, & Abbas de institutionibus, ibi. Cum laici non debeant in Canonicorum numero computari, nec vos debeatis differre, quò minus statutum numerum de aliis Clericorum personis idoneis suppleatis: tales ad supplendum numerum invenire curetis, per quos Deo in Divinis Officiis per Ecclesiasticos Ordines congrue serviatur.

1070 Ne sit illiteratus.

III. Illiterati sunt incapaces. Can. Illiteratos. dist. 36. ibi: Literis carens sacris non potest esse aptus officiis. Can. Pœnitentes, ibi. Inscii literarum, aut aliqua membrorum damna perpessi ad sacros Ordines aspirare non audeant. dist. 55. cap. cum in cunctis, 7. cap. cum nobis olim de electione. cap. fin. de temporibus Ordinat. in 6.

Quinam sit illiteratus.

Illiteratus autem censetur ignorans Grammaticam, doctrinamve requisitam pro Ordinis, & officii exercitio, juxtà qualitatem locorum, cap. fin. de ætate, & qualitate, & cap. cum sit ars artium, ibi Quoniam si de cætero rudes, & ignaros ordinare præsumpserint (quod quidem facilè poterit deprehendi) & Ordinatores, & Ordinatos ultioni gravi decernimus subjacere. Sanctius enim est (maximè in ordinatione Sacerdotum) paucos bonos, quam multos malos habere Ministros: quia si cæcus cæcum ducit, ambo in foveam dilabuntur. 14. de ætate, & qualitate. cap. super. de præbendis. Et pro cura Animarum, quæ est ars artium, major integritas, & scientia requiritur. d. cap. cum sit ars artium. de ætate, & qualitate Ordinandorum.

In necessitate tamen, ubi alius inveniri nequit, admittitur minus idoneus. Can. Priscis 1. dist. 55. can. 1. dist. 57.

Beneficium simplex exigit scientiam sufficientem pro prima tonsura ab ipso prærequisitam, ut scilicet sciat legere, & scribere, ac fidei rudimenta. Trident. sess. 23. cap. 4. de reform.

IV. Ignorans idioma Ecclesiæ, in qua est beneficium, nequit ibi beneficium habere. cap. inter cætera 15. de officio Ordinarii. Regula Cancellariæ. de idiomate. 1071 Ignorans idioma ubi est beneficiū

V. Non debet esse neophytus. 1. ad Timotheum 3. & neophytus est adultus, non infans, novus in fide. Can. 1. dist. 57. 1072 Neophytus.

VI. Nec debet esse malè moratus. Can. Qualis 8. qu. 1. Can. Beatus 6. qu. 1. Can. Statuimus. dist. 4. 1073 Nec malè moratus.

VII. Non debet esse criminosus, infamis. cap. grave nimis 29. ibi: Prætermissis indignis, idoneos assumant, qui Deo, & Ecclesiis velint, & valeant gratum impendere famulatum. de præbendis. cap. cum in cunctis 7. de electione. cap. inter dilectos. de excessibus Prælatorum. cap. infamibus. de regulis juris. l. 2. C. de dignitatibus. lib. 12. Felin. in cap. querela. de jurejurando, & in cap. 2. de rescriptis. Lambertinus lib. 2. de Jure-patronatus qu. 7. art. 29. Nec criminosus, aut infamis.

Superveniens verò infamia, beneficium non tollit, quia licet de novo res non fieret, jam facta tenet. l. patre furioso, D. de his, qui sunt sui, vel alieni juris. Et multa, quæ modò non fierent, facta tamen tolerantur. cap. cum jam dudum 18. de præbendis.

VIII. Censura excommunicationis innodati, beneficium nulliter recipiunt. cap. postulastis. de Clerico excommunic. ministrante, nisi in collatione Papa apponat clausulam absolutionis à censuris, & pœnis. Ricc. par. 3. praxis resol. 119. num. 1. & 4. ubi fatetur posse acceptare, post excommunicationem, gratiam antè obtentam. Franciscus Marcus vol. 1. dec. 9[illegible]. num. 3. ubi ait privari etiam obtentis, si insordescat in excommunicatione per annum, secundum Abbatem in cap. postulastis. de Clerico excommunic. ministrante; vel per tres annos, secundum alios in cap. bona memoria. de ætate, & qualitate. 1074 Censura innodati.

IX. Suspensi cap. cum dilectus. de consuetudine. Interdicti. cap. sancta. de excessib. Prælatorum. Irregulares. cap. 1. de Clericis pugnantibus in duello. Beneficia non obtinent; modò quo suis locis exponemus. Suspensi.

X. Exteri non obtinent beneficia patrimonialia dicta, ex eo quia tantùm conferuntur illis, qui sunt ejusdem Civitatis, Oppidi. l. 2. §. appellata, D. si certum petatur. l. pupilli 18. D. de verb. signif. Cassadorus dec. 18. de præbendis, in quo non nobilitas natalium, sed morum, & scientiæ, exemplo Christi Domini eligentis ad 1075 Exteri.

Apo-

Apostolatus apicem. *cap. venerabilis. de præbendis.* Extravagans *Execrabilis*, ibi: *Literatis viris.* D.Tho. 2.2.*qu.*16.*art.*2.

1076 Regulares ad beneficia secularia.

XI. Regulares non recipiunt beneficia secularium, nec Seculares benaficia Regularium. *cap.cum.de beneficio* 5.*de præbendis in* 6.Triden. *sess.*14.*cap.*10.*de reform.* Staffileus *de literis gratiæ,& justitiæ tit. de æqualitate, & statu beneficiorum.*

1077 Filii hæreticorum.

XII. Filii hæreticorum, schismatici, ut ejus pater, & hæretici receptator, ac fautor non recipiunt beneficia. *cap.* 2. ibi: *Ipsorumque filii, usque ad secundam generationem, ad nullum Ecclesiasticum beneficium, sive officium publicum admittantur. de hæreticis in* 6.

1078 Ubi Pater habuit beneficium.

XIII. In Ecclesia ubi Pater habuit beneficium, filius aliod obtinere nequit. *cap.*1. *ad extirpandas* 11. ibi: *Sivè geniti sint in Sacerdotio, sive non ab eisdem Ecclesiis non differas amovere. cap.*2. ibi: *Mandamus, quatenus si tibi constiterit, quod memoratus R. sit in Sacerdotio genitus, & quod pater in eadem Ecclesia ministravit, non obstantibus prædictis literis nostris, ipsum amoveas ab eadem. cap.penult.de filiis Presbyterorum.* videsis Tridant.*sess.*25.*cap.*25.

XIV. Ætas pro obtinendo beneficio est necessaria. *Can. quidem est. dist.* 78. itaut nulliter conferatur beneficium ante statutam ætatem. *cap. cum in cunctis* 7. *de electione. cap.eam te* 4. *de ætate, & qualitate. cap. grave nimis. de præbendis. cap. si eo tempore* 9.*de rescriptis in* 6.*cap. & cui* 29. *de præbendis in* 6.

1079 Ætas in Episcopo est xxx. annorum.

Legitima autem ætas est in Episcopo annus trigesimus completus. *cap. in cunctis* 7. ibi: *Nisi qui jam trigesimum annum ætatis exegerit. de electione. Can. Presbyter. dist.*18. *Can.Episcopus,* ibi: *Presbyterum, vel Episcopum ante triginta annos, idest, antequam ad perfecti viri ætatem perveniant, nullus Metropolitanorum ordinare præsumat, ne per ætatem (quod aliquoties evenit) aliquo errore culpentur* 6.*dist.*77.

In Abbate xxv.

In Abbate annus vigesimusquintus. *c.cum in cunctis* 7. *in princ.* & in §. *inferiora*, ibi: *Nisi qui vigesimum quintum annum ætatis suæ attingerit. de electione.* Felin. in *cap. cum* 20. *de officio Delegati.*

Inferiores dignitates xxv. exigũt.

Tertio, Inferiores dignitates exigunt annum vigesimumquintum. *d. cap. cum in cunctis* 7. §. *inferiora.* Trident.*sess.*24.*cap.*12.

Quarto, Canonicatus ex Trid. *sess.* 24. *c.* 12. exigit annum Ordinis Subdiaconatus, Diaconatus, Sacerdotii in Canonicatu imbibiti, & saltem dimidia pars Canonicorum debet esse Sacerdotum, & cæteri debent esse in ea ætate, ut valeant promoveri intra annum ad illum Ordinem.

1080 Canonicus fit xiv. annorum.

Et quamvis jure communi; etiam impubes possit esse Canonicus. *cap. ex eo, quod. de electione.* Ricc. *par.* 3. *praxis resol.*120. *num.*1. Abbas in *cap.* 2. *de institutionibus.* Boerius *decis.* 171. Tamen hodiè ex Trident.*sess.* 23. *de reformat. cap.* 6. & ex *Regula* 18. *Cancellariæ* requiritur annus 14. ad Canonicatum, & fortè extra Cathedralem sufficit annus 10. Riccius *loc. cit. num.* 2.

Qui intra annum non recipit Ordinem annexum Canonicatui, caret voce in Capitulo, & amittit dimidiam partem distributionum quotidianarum. *Clem. ut hi. de ætate, & qualitate.* Trident. *sess.*21.*cap.*4.*de reform.* disponens non dari vocem in Capitulo à carente Ordine Diaconatus, & Subdiaconatus, etiamsi alii Canonici consentiant, ut det votum.

Quinto, Pœnitentiarius si haberi valeat, exigit annum quadragesimum. Trid. *sess.*24. *cap.*8. 1081 Pœnitentiarius xl.

Beneficium curatum exigit annum vigesimumquintum saltem inceptum. *cap.cum in cunctis* 7. §.*inferiora. de electione. cap. licèt Canon* 13. ibi: *Nullus ad regimen Ecclesiæ Parochialis suscipiatur, nisi vigesimumquintum annum ætatis attingerit, & scientia, ac moribus commendatus existat. de electione in* 6. ubi si non est Sacerdos intra annum à die sibi commissi Regiminis numerandum promovendus est ad Sacerdotium, quo elapso, beneficio ipso jure privatur. Rolandus *vol.*1.*cons.*47. *n.*57. Ricc. *par.*3. *praxis resol.* 120. *num.* 3.

Capellæ, & præbendæ Sacerdotales exigunt ætatem, in qua possit Beneficiatus ad Sacerdotium promoveri. *cap. ei cui,* ibi: *Sacerdotalis præbenda conferri non potest, nisi in ætate tali existat, qua possit ad Sacerdotium promoveri. de præbendis in* 6. *cap. is, ad quem,* ibi: *Dummodo aliàs sit idoneus, & intra tempus à jure statutum ad Ordines, quos ipsius Ecclesiæ cura requirit, valeat promoveri. de institutionibus in* 6. 1082 Et ut exigunt beneficia.

Prioratus exigit annum vigesimumquintum ætatis. *Clem. ne in agro,* §.*cæterum. de statu Monachorum.* Abbas in *cap. super inordinata. de præbendis, & dignitatibus.* 1083 Prioratus exigit annũ xxv.

In beneficio simplici quondam sufficiebat annus septimus si erat Clericus. *cap. ex eo quod. de electione in* 6. Hodiè ex Trident. *sess.*23.*cap.*6. videtur exigi annus decimusquartus. *cap. indecorum* 3. *de ætate, & qualitate. cap super inordinata* 35. *de præbendis. Can. De his. dist.* 28. *Can. In singulis. Can. Quicumque. dist.*77. Parisius *lib.*3. *de resignatione qu.*7. Ricc. *par.*3. *praxis resol.*120. *num.*2. Thesaurus *par.*2. *Forensium cap.*18.*n.*14. Maceratensis *lib.*1.*variarum resol.*112. *casu* 21. id afferens etiam in præsentatos ad Jus-patronatus, cui repugnat Rota *par.* 1. *in novissimis dec.* 482.*num.*3. 1084 In beneficio simplici annus xiv.

Cardinalis debet habere annum trigesimum secundum, secundum Joannam de la Selva *tract. de beneficiis,* 3.*par. qu.*5.*num.*18. Sed id non absolutè sibi constat. 1085 Cardinales, & Papa nullam ætatem habent determinatã.

Summus Pontifex non habet statutam ætatem.

Quando quis habeat jus in, & ad beneficium.

§. VIII.

Quandoque quis habet *jus in beneficium*, & dicitur habere *jus in re*, quandoque habet *jus ad beneficium*, & dicitur habere *jus ad rem*. 1086 Qui habeant jus in, & ad beneficium.

Jus in re est, si quis habeat titulum, & possessionem rei quæsitam, & consolidatam. Geminianus *cons.* 107. *in fine.* Tuschus *litera* I. *conclus.*626. *num.*8. ex *cap. si tibi absenti. cap. si is, cui* 39.*cap.quodam* 40.*de præbendis.*

Jus ad rem est, si quis habeat jus ad rem acquirendam.

Jus ad rem est duplex unum considerabile, alterum non considerabile.

Non considerabile est incertum defectibile cum causa remotissima, sic Sacerdotes simplices, Clerici habent jus ad beneficia quærenda, Consanguinei ad hæreditatem alterius consanguinei, Cives ad bona communia, quod jus non est

con-

considerabile, quia facilè amitti valet, & est de re omninò incerta, cum mille modi possint contingere, ut non consequatur beneficium, hæreditatem, bona communia,

Jus ad rem considerabile est, quando quis jam habet titulum adrem consequendam, certum, inamissibile. Menoch. *cons.* 36. *num.* 13. Tondutus *par.* 3. *de beneficiis cap.* 189. *num.* 1 Bertandus *lib.* 3. *cons.* 292. *num.* 2. *par.* 1. Decius *cons.* 147. *num.* 4. dicens jus ad rem esse jus delatum, non quæsitum.

Ità est hæreditas delata non adita; nam tunc hæres habet jus ad illam hæreditatem acquirendam ex causa existenti, puta ex titulo hæreditario,

Ità per electionem ad beneficium habet jus ad rem, non in re, scilicet jus ad beneficium, non in beneficio, quia electio dat titulum ad acquirendum beneficium. *cap. fin. de translatione Episcoporum. cap. fin.* ibi: *In quibus jus non esset quæsitum in re, vel ad rem. de prębendis in* 6. Parisius *lib.* 2. *de resignatione qu.* 23. *num.* 8. & electo decedente in Curia ante confirmationem, beneficium vacat ut priùs. Gonzalez *Regula* 8. *Cancellariæ, glossa* 15. *§.* 2. *&* 3.

Secundo, ità præsentatione facta coram Superiore acceptata à Patrono, acquiritur præsentato jus formatum ad beneficium. Parisius *lib.* 2. *de beneficiis q.* 23. *num.* 12. Tondutus *par.* 3. *de beneficiis cap.* 189. *num.* 8. Si verò præsentatus non acceptasset, tunc haberet jus ad rem, non considerabile, *cap. si tibi absenti* 17. *de prębendis in* 6. sicuti si plures sint præsentati, & acceptent, & nemo habeat majorem partem vocum præsentantium, tunc est jus ad rem incertum non considerabile, facilè amissibile. *cap. cum autem de Jure-patronatus*. Ricc. *collectan.* 1661. At si unus ex præsentatis haberet majorem partem vocum, tunc hic haberet jus considerabile ad beneficium. Abbas in 1. *cap. cum Bertoldus n.* 9. *de re judicata*.

Tertio, reservatione certi beneficii facta à Papa favore alicujus, ei acquiritur jus considerabile ad beneficium; idemque est de habente coadjutoriam cum spe futuræ successionis. Garzias *par.* 4. *de beneficiis cap.* 3. *num.* 43.

Quarto, collatio facta absenti ante ejus acceptationem dat jus ad beneficium. *cap. si tibi absenti* 17. *de prębendis in* 6. ubi Geminianus.

Quinto, posito concursu, & approbatione alicujus ad Parochiam, cum acceptatione approbati, approbatus jam acquirit jus considerabile ad beneficium.

An autem illo approbato renunciante, requiratur novus concursus ad Parochiam?

1087 An renunciante approbato, requiratur novus concursus.

LIs modò pendet an inquam possit sine novo concursu dari alteri secundo approbato in priori concursu: & in puncto juris requiritur novus concursus, quia priori concursu absoluto, unus tantum acquisivit jus formatum ad beneficium; adeòque ut quæratur alteri, novo concursu indigemus. Audio tamen practicatum oppositum.

In impetrando ergo beneficio est facienda mentio juris non tantum quæsiti, sed alteri quærendi, aliàs impetratio esset subreptitia. Felin. in *cap. in nostra num.* 4. *de rescriptis*. Menoch. *cons.* 36. *num.* 24.

An Beneficia sint Patrimonium Christi Domini, & Ecclesiæ?

AFfirma. Rodericus *de spoliis cap.* 1. *num.* 24. 1088 Beneficia sunt Patrimonium Christi.

Patet ex Lucæ 1. ex *Can. fin.* 16. *qu.* 1. *Can. Episcopi* 10. *qu.* 2. *Can. fin.* 12. *qu.* 1. D. Hieronymus *in princip. dist.* 44. D. Bernardus *Epist.* 2.

An Papa, & Prælati respectivè ad proprias Ecclesias sint administratores, & dispensatores bonorum Ecclesiæ?

AFfirma. Abbas in *cap. constitutus num.* 13. *de religiosis domibus*. D. Thu. 2. 2. *qu.* 100. & in 4. *dist.* 25. *qu.* 3. *art.* 3. *ad secundum*, ibi: *Bona Ecclesiæ sunt Papæ aliquo modo; & licèt non habeat dominium proprietatis, habet tamen administrationem.* 1089 Administratur à Papa, & cæteris Prælatis.

Patet ex Concilio Lateranensi *sess.* 9. *Can.* 1. *de reformat.* & ex *Can. benè* 12. *qu.* 2. ex *can. principalem* 9. *qu.* 10. Et ratio est, quia Papa est Vicarius Christi Domini, adeòque dominium licèt sit apud Christum Dominum, & Ecclesiam: administratio, & dispensatio est Papę ejus Vicarii, ut de fructibus beneficiorum disponat ad utilitatem Ecclesiæ. *cap.* 2 *in fine de præbendis. Clem.* 1. *in fine, ut lite pendente. cap. tua de verb. signif. cap. si propter. de rescriptis in* 6. ubi Bonifacius VIII. disponit de fructibus beneficii primi anni, & ad eundem finem potest Papa concedere facultatem testandi de fructibus beneficii. *cap. relatum, il* 2. *de testamentis*. Decius *cons.* 157. *&* 152. nam etiam disponit de meritis, & fructibus passionis Christi Domini, & Sanctorum concedendo Indulgentias; ergo multo fortiùs de fructibus beneficii disponere valet ad bonum Ecclesiæ, & necessariam substentationem Ecclesiasticorum. D. Paulus 2. *ad Corinthios cap.* 11. Lucæ *cap.* 2. *in fine*. Potestque uni Ecclesiæ succurrere ex bonis alterius, si bona communia desint. Cajetan. 2. 2. *q.* 187. *art.* 4. *ad* 1.

An Beneficiatus sit dominus fructuum?

NEga: sed est tantum utilis Ecclesiæ dispensator. Innocentius in *cap. indecorum. de ætate, & qualitate*. Archidiaconus in *cap. statutum, §. assessorem. de rescriptis in* 6. Abbas in *cap. cum esset. de testamentis*, & in *cap. reprehensibilis. columna.* 3. *num.* 18. *de appellationibus*. Riccardus in 4. *dist.* 45. *art.* 3. *qu.* 1. Alexander de Ales 3. *par. qu.* 36. *membro* 5. *art.* 2. Henriq. *quodlibeto* 8. *qu.* 17. Rodoanus *de spoliis qu.* 3. *num.* 19. *§. unde*, ajens esse usuarium, non usufructuarium fructuum beneficii; contra Hostiensem in *cap. fin. de peculio Clericorum*. Glossam in *cap. præsenti. de officio Ordinarii*; ajentes Beneficiatum simplicem posse disponere de fructibus beneficii, ut dominus in vita, & in morte ad instar usufructuarii. *cap. requisisti, §. illud. de testamentis*. 1090 Beneficiatus non est dominus fructuum.

Si verò beneficium habeat administrationem, asserunt facere fructus suos in vita, sed de illis non posse testari.

Probatur, quia sunt bona Ecclesiæ, adeòut res emptæ ex fructibus beneficii sint res Ecclesiæ, cujus est beneficium. *Can. Episcopi* 12. *qu.* 1. & Ecclesia habet dominium, & facit spolium, quod non posset facere, si fructus essent Beneficiati. Pius IV. in Constitutione lata 30. *Julii* 1560. & de illis fructibus testari nequit. *Can. Placui*

enit 12. *qu*.3. undè meritò sunt bona Ecclesiæ, non Beneficiati. *Can. Visum* 12.*qu*.5. *Can.cum in officiis. de testamentis.*

In quo Beneficiatus non se habet, ut usufructuarius sibi acquirens fructus perceptos; nam percepti, superflui ad suam substentationem, dandi sunt pauperibus. *Can. Placuit* 12.*qu*.3.& non dati pauperibus, remanent sub dominio Ecclesiæ, ut bona Ecclesiastica. Innocent. in *cap.cum super. de causa possessionis, & proprietatis.*

Hioc resolvitur

An Clericus possit disponere in ultimis voluntatibus de fructibus Beneficii saltem pro rata sibi debitis, non consumptis?

1091 Neque in ultimis voluntatibus. NEga. Glossa in *cap. fin. de peculio Clericorum*; ajens fructuum beneficii esse usuarium. Riccardus in 4.*dist*.45. *art*.3.*q*.1. Henriq. *quodlibeto* 8 *qu*.27. Abbas in *cap.reprehensibilis. de appellationibus.in addit.* Valdensis *tom*.1. *lib*. 4. *cap*. 42: adeòque Beneficiatus usu consumptivo acquirit dominium fructuum, & quod sn pereſt etiam parcè vivendo, remanet sub dominio Ecclesiæ. Calderinus *de peculio Clericorum. cons*. 2.

Ratio est, quia fructus beneficii dantur ad instar alimentorum.

Secundo, quia dantur Clerico ne egeat. *can. Episcopus* 12.*qu*.2. *can.de redditibus can.cognovimus* 12. *qu*. 2. adeòque fructus superstites remanent sub dominio Ecclesiastico dandi pauperibus, vel piis operibus; sunt enim vota fidelium, pretia peccatorum, patrimonium pauperum, & meritò clamat D. Bernardus, reclamatione super *Ecce nos reliquimus omnia*, ibi: *Res pauperum, non pauperibus dare par sacrilegii crimen esse dignoscitur: janè patrimonia pauperum, facultates Ecclesiarum, sacrilega eis crudelitate surripiuntur, quidquid sibi ministri, & dispensatores non utique domini, vel possessores, ultrà victum accipiunt, & vestitum.* Et iterùm D.Bernardus *cap*.2. ibi: *Clamant nudi, conquaeruntur, & dicunt nostrum est, quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur, quod in alitèr expenditur.*

An Beneficiatus expendens ultrà usum necessarium, cætera in usus profanos, peccet mortaliter, & teneatur restituere?

1092 Et expendēs fructus in usus profanos, peccat. AFfirma. D. Tho. 2. 2. *q*.43. *art*.8. Riccardus in 4.*dist*.25. *art*.3.*qu*.1. Paludanus in 4.*dist*.24.*qu*.3. *art.ult*. Abbas in *cap.cum secundum.columna* 1.*de prabendis*; contra Rodoanum *de spoliis qu*.1. cum Cajetano 2.2. *qu*.85. *art*.7. D.Thom. *quodlibeto* 6. *art*.12. ajentem peccare Beneficiatum, sed non teneri restituere.

Patet quia ille tenetur restituere, qui non sua, sed alterius bona consumit contra jus tertii, ut patet; sed consumens superflua in profanos usus consumit non propria, sed alterius bona; ergo peccat, & tenetur restituere. Mioor patet, quia superflua ad necessarium usum, ut patet ex dictis, sunt bona Ecclesiæ, adeòque materia spolii. *Can.aurum* 12. *qu*.2. *Can. de bis. de Ecclesiis ædificandis, & reparandis. Can.quoniam* 16.*q*.1. *Can*.1.12. *qu*.3. D.Bernardus *Epist*.2. ibi: *Quidquid præter necessarium victum, & simplicem vestitum de Altaria retines, tuum non est, rapina est, sacrilegium est.* D.Hieronymus relatus in §. *ordinandus. dist*.42.

Adeòque tenetur illa bona conservare Ecclesiæ, vel dare pauperibus non solùm ex caritate, & pietate, sed ex justitia. *Can. Episcopus* 12. *qu*. 1. sunt enim instituta pro congrua substentatione Ministri, pro subsidio Ecclesiæ, & pauperibus, qui substentantur ex patrimonio Christi Domini. *cap.cum ex eo. de electione in* 6. *can. fin*. 17. *qu*. 1. Cajetan.2.2.*qu*.87.*art*.1. Innocentius in *cap.cum super.de causa possessionis, & proprietatis*. 1093 Superflua danda pauperibus.

Hinc recipiens hujusmodi bona, tenetur illa restituere Ecclesiæ, & pauperibus, cujus est acceptum. *cau.si res* 14.*q*.6. *cau.Clericus, qui. can. duo. can. fin*.12. *qu*.1.

Scio aliqoos velle Beneficiatum acquirere dominium in parte superflua, & Caoones intelligi de boois communibus Ecclesiasticis ante erectionem beneficiorom. Rovitus in *Pragm*. 7.*num*.5.*de dilationibus*; sed non video quomodo ista cohæreant cum spoliis, tanquam de rebus alienis, & Ecclesiæ servandis Ecclesiæ Catholicæ, ut in *cap. relatis, il* 2. *de testamentis. cap.præsenti. de officio Ordinarii in* 6.

An Beneficiatus possit vivere de fructibus Beneficii, reservando bona patrimonialia suis hæredibus?

AFfirma. Abbas, & Innocentius in *cap. postulasti. de rescriptis*. Rodoanus *de spoliis qu*.9. *num*.34. Innoceot. in *cap.statutum. de rescriptis in* 6. Cardinalis in *cap.postulasti. de rescriptis*. ubi Felin. *n*.6. Soccin.*cons*.91. *volum*.3. Baldus *vol*.2. *cons*. 313. 1094 Fructibus beneficii vivere potest.

Probant primo, quia hodie datur beneficium propter officium, non ob paupertatem *can. fin*.1. *quæst*. 2.

Secundò, quia bona Ecclesiæ principaliter sunt pro usu Ministrorum Ecclesiæ, ut qui laborat, manducet. *cap. postulasti. de his, quæ fiunt à Prælatis. can. fin*.1. *qu*.2. idque quia nemo militat suo stipendio.

Tertio, patet ex tota causa 12. *qu*. 5. ubi habens beneficium, de patrimonialibus testari valet; ergo potest habere patrimonialia, & vivere ex fructibus beneficii.

At quæso dicas beneficia fuge, nam non posse obtinere beoeficium habens unde vivat ex proprio.

Patet ex *Can. Quoniam quicquid* 72. ibi: *Clericos autem illos convenit Ecclesiæ stipendiis sustentari, quibus parentum, & amicorum nulla suffragantur stipendia. Qui autem bonis parentum, & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profectò incurrunt, & committunt: & per abusionem talium, judicium sibi manducant, & bibunt*. 16. *qu*. 1. Ità D. Hieronymus scribebat Damaso Papæ.

De singulis speciebus Beneficiorum.

§. X.

MOdò agemus de Beneficiis in specie, quia pleraque beoeficia habent speciales passiones, quas in communi expendere non licuit: Sigillatim hic expendam. Et primo

De Beneficiis Juris-patronatus.

HÆc est præcipua species plurium difficultatum turgida, & sic primo loco exponenda. Jus patronatus quandoque Ecclesia dicitur *cap*.1. ibi: *Ecclesiæ* ubi Gonzalez *num*.2.*de Jure-patronatus*. Sic etiam beneficium, & Prælatura

1095 Varia Juris-patronatus acceptio.

latura Ecclesia nuncupatur. *cap. præterea*, & *cap. consuluit. de Jure-patronatus*. Quandoque Advocatia nuncupatur. *cap. quia Clerici*, ibi: *Advocatias Ecclesiarum*: ubi Gonzalez *num.* 2. *cap. præterea. de Jure-patronatus.*

Quid sit Jus-patronatus?

1096 Ejus definitio.

DEfinitur autem Juspatronatus: est *Jus spirituale, honorificum, onerosum, utile competens alicui, ex legitimo titulo præsentandi ad beneficium Ecclesiasticum vacans*. Barbatus *par.* 1. *de divisione fructuum cap.* 16. *num.* 156.

Dilucidatur.

Ly *ex legitimo titulo* comprehendit omnem titulum, fundationis, donationis, constructionis, privilegii, successionis, dotationis, &c. *Can. Decernimus. Can. Monasterium* 16. *quæst.* 7.

Jus est genus, cætera habent vim differentiæ.

Dicitur *honorificum, onerosum, utile*; quia habens Jus-patronatus habet præsentandi honorem, & onus defendendi Ecclesiam Juris-patronatus, à qua in necessitate etiam alimenta petit. *cap. nobis in fine*, ibi: *Et si ad inopiam vergat, ab Ecclesia illi modestè succurritur, sicut in Sacris est Canonibus institutum. de Jure-patronatus. Can. Quicumque*, il 2. ubi: *si fortè ipsi, aut filii eorum redacti fuerint ad inopiam; ab eadem Ecclesia suffragium vitæ pro temporis usu percipiant* 16. *quæst.* 7. & notavi *primo Pantonomodidascaliæ num.* 133. alimenta suppeditanda esse Patrono, etiam si dos ab eo data evanuit, sed debent priùs detrahi impensæ necessariæ pro Ecclesia, & Ministris. Lambertinus *lib.* 3. *de Jure-Patronatus art.* 2. *quæst.* 3. *num.* 2. Bartolus *in l. si quis à liberis*, §. *de alimentis*, D. *de liberis agnoscendis*. Unde illud Glossæ in dicto *cap. nobis. de Jure-patronatus litera A.*

1097 Si ad inopiã sit redactus habens Jus-patronatus, ei succurritur detractis expensis.

Patrono debetur honor, onus, utilitasque:
Præsens, ut præsit, defendat, alatur egenus.

Requisita Juris-patronatus.

§. X.

1098 Ejus requisita sunt.

PRimo requiritur consensus Ordinarii. Secundo fundatio, constructio, dotatio.

I. Consensus Ordinarii.

Requiritur primo consensus Ordinarii, qui ut ad cætera beneficia, ita ad constitutionem Juris-patronatus exigitur. *cap. consuluit* 16. *cap. nullus* 17. *cap. relatum* 21. *de Jure-Patronatus cap. Beneficium. de regulis juris in* 6. *cap. Ordinarii. de officio Ordinari in* 6. §. 1. *auth. ut nullus fabricet Oratorii domus*, qui consensus Ordinarii requiritur ad dignoscendam loci decentiam, ut inspiciat, an possit opus consummari, & ut ex sacra auctoritate prodeat Jus constituendum ob divinum cultum. Abbas, & Calderinus apud Riccium *par.* 4. *praxis resol.* 288. *n.* 3.

Quem non præstat Vicarius sine speciali mãdato.

Consensum non posse à Vicario Generali præstari sine speciali mandato; docet Sbrozzius *lib.* 2. *de officio Vicarii qu.* 21. Riccius *loc. cit.*

1099 Jus-patronatus est stricti Juris.

Est stricti Juris, adeoque non est extendendus de casu ad casum, de persona ad personam. Franeus *decis.* 71. *num.* 16. Surdus *decis.* 203. *n.* 1. & *decis.* 303. *num.* 5. Anna *alleg.* 41. *num.* 26. Consensus non exigit scripturam, sicque probari valet per testes. Riccius *p.* 4. *praxis resol.* 198. *n.* 2.

Si Superior injustè consentire nolit in fundatione Juris-patronatus, an possit recurri ad Superiorem?

1100 Superiore injustè dissentiente, recurritur ad ejus Superiorem.

AFfirma: & sic ex Archiepiscopo ad Papam, ex Episcopo ad Archiepiscopum. *cap. nullus. de Jure-patronatus*: ubi Abbas *num.* 1. ait Archiepiscopum posse compellere suffraganeum ad præstandum consensum. Vivianus *lib.* 2. *de Jure-patronatus cap.* 1. *n.* 22. Maranta *par.* 4. *responsorum forensium num.* 3. Pignatellus *tom.* 1. *consult.* 79. *num.* 1. etiam concludens ab Episcopo injustè denegante consensum fundationis Monasterii, posse recurri ad Papam.

An consensus præstandus ex Justitia, habeatur ut concessus, si differatur, vel denegetur?

Justus hic consẽsus denegatus, habetur ut cõcessus.

AFfirma; quia rationabilis debet esse: & sic consensus ex justitia rationabiliter debitus. Bursatus *lib.* 1. *consil.* 45. *num.* 2. Surdus *decis.* 220. *num.* 54. Mantica *decis.* 226. *num.* 9. Valenzuolá *lib.* 2. *consul.* 132. *nu.* 27. Pignatellus *tom.* 1. *consul.* 118. *num.* 2.

An consensus præsumatur concessus lapsu triginta annorum?

1102 Et lapsu triginta annorum.

AFfirma: Seraphinus *decis* 884. Durandus *decis.* 91. *num.* 7. dicens præsumi, etiam confirmationem Apostolicam lapsu triginta annorum cum observantia secuta. Mantica *decis.* 86. *num.* 6. Ludovicus *decis.* 420. *num.* 1. Riccius *part.* 3. *praxis resol.* 289. Vivianus *part.* 1. *de Jure-patronatus lib.* 4. *cap.* 1. & 4. de Marinis *lib.* 1. *cap.* 230. *num.* 9. & ad Reverterium *decis.* 123. *num.* 1.

Secundum requisitum.

Secundum requisitum est fundatio, constructio, dotatio. Trident. *sess.* 25. *de reform. cap.* 9. *cap. nobis de Jure-patronatus. Can. Filius. Can. Piæ* 16. *quæst.* 7. *Can. Abbatem* 18. *quæst.* 2.

1103 Est Fundatio, Constructio, Dotatio

Fundatio est dare fundum, scilicet aream. Constructio est ædificium Ecclesiæ, vel Capellæ. Dotatio est dare dotem, reditus, ornamenta necessaria. Trident. *loc. cit.* Menochius *lib.* 3. *præsumptione* 90. Unde Glossa in dicto *Can. Piæ mentis litera C.* ait:

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

An dicta requirantur alternativè, vel distributivè?

1104 Quæ alternativè requiruntur.

AFfirma: nam nullo Jure copulativè exiguntur, sed sufficiunt alternativè. Gonzalez in *cap. nobis num.* 3. *de Jure-patronatus.* Lambertinus *de Jure-patronatus part.* 1. *quæst.* 3. Barbatus *de divisione fructuum part.* 1. *cap.* 16. *num.* 162. Menochius *præsumptione* 617. Covarruvias *practicarum cap.* 36. *num.* 2. Vasquez *opusculo de beneficiis cap.* 2. §. 1. *dubio* 1. *num.* 1. Barbosa *lib.* 3. *Juris Ecclesiastici cap.* 12. *num.* 61. Valensis *de beneficiis lib.* 1. *tit.* 4. contra Monetam *de commutatione ultimar. voluntatum cap.* 10. *num.* 202. Garziam *de beneficiis p.* 5. *cap.* 9. *n.* 44. requirentes collectivè illa tria ad constituendum Jus-patronatus.

Quanta debeat esse dos?

1105 Dos est constituẽda sufficiens pro opere, quod intenditur.

DEbet esse tanta, ut sufficiat pro Ministris, ornamentis, & functionibus, & pro fine, ob quem constituitur Jus-patronatus, aliàs diminuta esset: Dos namque datur pro oneribus, *l. pro oneribus, Cod. de Jure dotium*; Et sic debet esse sufficiens arbitrio Ordinarii. Glossa in *Can. Quicumque* 16. *quæst.* 7. Riccius *par.* 1. *praxis resol.* 174. dicens *resol.* 134. *n.* 3. ex *cap. nobis* 25. *de Jure-patronatus*, dotantem, fun-

T dan-

1106 *Facit suum Jus-patronatus dotans, &c. licet id non expresserit.*

dantem, construentem, sibi acquirere Jus-patronatus, quamvis id non expresserit, si expressè non renunciaverit; quia nemo præsumitur deteriorare, sed velle meliorem conditionem suam reddere. *l. filius familias 7. D. de donationib.* Et magis præsumitur sibi, & suis consulere. *l. cum acutissimi, Cod. de fideicommissis. l. generaliter, Cod. de institutionib.*

Dos enim debet esse sufficiens, & dos insufficiens facit Benefactorem, non Fundatorem. Glossa in *Can. Quicumque 16. q. 7.* Garzias *par. 5. de beneficiis cap. 9. num. 52.* Castropalaus *tom. 2. disp. 11. punct. 11. num. 6.*

An ad acquirendum Jus-patronatus sufficiat dotis augmentum?

1107 *Augens dotem tenuem præexistentem, acquirit Jus-patronatus ex dotatione.*

Distinguas, vel dos præexistens est tenuis, vel non: si est tenuis, tunc reputatur nihil; & sic augens videtur dotare, meritoque acquirit Jus-patronatus ex dotatione.

Secùs si dos præexistens sit considerabilis.

Si verò præexistens dos sit considerabilis summæ: distinguas, vel debet acquiri Jus-patronatus ex privilegio Papæ ob augumentum dotis, vel Jure communi; si Jure communi: nega; quia augens dotem, verè non dicitur dotare, & dotatio requiritur ad acquirendum Jus-patronatus. Sicque nequit Episcopus ex augumento dotis, vel restauratione Ecclesiæ penitùs non dirutæ Jus-patronatus concedere. Corradus *lib. 4. praxis beneficialis cap. 5. num. 24.* Riccius *par. 1. praxis resol.* 161. decisum referens Lambertinus, & alii.

1108 *Ex privilegio Papæ acquiritur Jus patronatus aucta dote usq; ad medietatem.*

Si verò ex privilegio Papæ concedentis Jus-patronatus ob augumentum dotis, tunc acquiritur Jus-patronatus, aucta dote usque ad medietatem præcedentis: Et dicitur tunc Jus-patronatus non ex gratia, sed ex titulo oneroso, exemptum à reservatione. Vivianus *lib. 2. de Jure-patronatus cap. 5. num. 77.* Rota apud Garziam *par. 5. de beneficiis cap. 9. num. 127.* Rota *par. 13. recentiorum decis. 514. num. 11.* Addentes ad Burattum *decis. 931. num. 10.* ad Gregorium *decis. 397. in fine.* Barbosa *lib. 3. Juris Ecclesiastici cap. 12. num. 66.* Masobrius *de concursu præludio 7. dubio 3. num. 94.* Lotterius *lib. 2. de beneficiis quæst. 8. num. 42.* Riccius *par. 1. praxis resol.* 161.

An ex reædificatione Ecclesiæ penitùs dirutæ, acquiratur Jus-patronatus cum consensu Ordinarii?

1109 *Si reædificetur Ecclesia diruta, acquiritur Jus-patronatus cum consensu Ordinarii*

Affirma: itaut sola ræedificatio talis cum consensu Ordinarii sufficiat; aliud enim non exigit Trident. *sess. 25. de reform. cap. 9.* Rota *par. 1. diversorum decis. 598. num. 2.*

An Jus-patronatus sit individuum?

1110 *Jus-patronatus est individuum.*

Affirma: in quantum quilibet ex pluribus Patronis habet Jus insolidum ad præsentandum ad totum beneficium, & quamvis præsentatus licèt ab uno ex pluribus Patronis habeat Jus ad totum, non ad partem; non enim potest beneficium dividi, nec diminui. titulo *Decretalium, ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.* Butrius in *cap. 1. num. 2. de Jure-patronatus,* cum Jus-patronatus sit individuum. *cap. perlatum. de Jure-patronatus. Clem. plures. de Jure-patronatus.*

Hinc resolvitur

An deficientibus aliquibus Patronis, Jus-patronatus pro illorum rata extinguatur, & beneficium fiat liberæ collationis pro rata?

1111 *Extinctis aliquibus Patronis, beneficium non fit liberæ collationis pro rata.*

Nega: quia, qui remanet, habet Jus ad totum: & cum sit individuum, non potest pro rata fieri liberæ collationis, ob realem unitatem: argumento *legis unicæ, Cod. de caducis tollendis. l. re conjuncti, D. de legatis tertio.* de Marinis *loc. cit.*

An portio deficientis remaneat superstiti per Jus non decrescendi?

Affirma: itaut qui superest, habeat totum Jus præsentandi per Jus non decrescendi. Jason in *l. re conjuncti num. 15.* ubi Ripa *n. 225. D. de legatis tertio.* Gomez *tom. 1. variar. cap. 10. num. 4.* Vasquez *de success. §. 10. num. 118.* Grassus *§. Jus accrescendi qu. 24. & 27.* de Marinis ad Reverterium *loc. cit.* Bolognetus *num. 403. D. de legatis 3.*

Quotuplex sit Jus-patronatus?

§. XI.

1112 *Dividitur in Gentilitiū, Hæreditariū, & Mixtum.*

Jus-patronatus, primo dividitur in Gentilitium, Hæreditarium, & Mixtum. Lotterius *de re benef. lib. 2. quæst. 11. num. 3.* de Luca *de linea legali art. 23. num. 9.* Barbatus *de divisione fructuum cap. 16. num. 173.* Gentilitium est constructum pro se, & consanguineis; sivè ascendentibus, sivè descendentibus, sivè transversalibus, & potest constitui pro una, non pro alia, vel pro omni linea descendentium, ascendentium, transversalium, pro agnatis, & cognatis. Covarruvias *lib. 2. cap. 18. num. 10.* Garzias *par. 5. de beneficiis cap. 9. n. 69.* & transit cum consanguinitate juxta formam constitutionis, fundationis, etiam ad consanguineum renunciantem hæreditatem. Rota *par. 1. recentiorum decis. 251.*

1113 *In Agnatitium, & Cognatitium.*

Et dividitur etiam in agnatitium, & cognatitium, si constituatur Jus-patronatus agnatitium tantum, excluditur linea fœminina, quæ venit nomine cognationis, non agnationis; & vocatis descendentibus, venit utraque linea: & sic est Gentilitium in Genere; de Luca *de Jure-patronatus discursu 60. num. 30.* Seraphinus *decis. 364.*

1114 *Hæreditariū fūdatur pro se, & hæredibus in infinitum.*

Hæreditarium est fundatum pro se, & hæredibus, & transit etiam ad extraneos hæredes adeuntes hæreditatem in infinitum: Et sic ad hæredes hæredum. *Clem. plures:* ubi Cardinalis *de Jure-patronatus. cap. quoniam. de Jure-patronatus. l. hæredis appellatione. l. sciendum, D. de verb. signif. l. qui per successionem, D. de regul. jur.* Menochius *volum. 1. cons. 89. num. 126.* Peregrinus *de fideicommissis art. 6. num. 37.* Itaut non competat renuncianti hæreditatem. Rota *par. 1. recentiorum decis. 53.* Barbatus *par. 1. de divisione fructuum cap. 16. num. 133.* Maceratensis *lib. 1. resol. 7. n. 16.* Riccius *par. 1. praxis resol. 126.*

Et potest constitui pro libito constituentis, vel pro hæredibus constituentis, vel pro hæredibus alterius in infinitum. Calderinus *de Jure-patronatus cons. 5.*

1115 *In dubio præsumitur hæreditariū.*

In dubio præsumitur hæreditarium; quia ita est conformiùs ad Jus commune. Ancharanus *cons. 81.* Luca *de linea legali art. 25. num. 10.* sicque transit in dubio, Jure hæreditario, non sanguinis. *Can. Si plures. Can. Filius 16. quæst. 7. Clem. plures. de Jure-Patronatus.* Covarruvias

a. vn-

a. variarum cap. 18. *num.* 7.

1116 Jus-patronatus mixtum.

Mixtum est includens qualitatem sanguinis, & hæreditarium. Et sic constitutum pro descendentibus, pro agnatis, vel cognatis hæredibus. Burattus *decis.*647. *num.*2. Rota *par.*7. *recentiorum decis.* 72. de Luca *de Jure-patronatus discursu* 24. *num.*6. & 9. Et est à præsentante probanda utraque qualitas: scilicet se esse consanguineum, & hæredem, *l. si hæredi plures, D. de conditionib. institutionum*, debetque non renunciasse hæreditati.

1117 Gentilitiū, & Mixtum dividitur in Activum, & Passivum.

Gentilitium, & mixtum sobdividitur in Activum, & Passivum. Activum est in quo præsentans debet esse agnatus, juxta formam fundationis: Passivum est, in quo præsentatus debet esse agnatus; Itaut nulla sit extraoei præsentatio. Burattus *decis.*55. & 559. Merlinus *par.*11. *recentiorum decis.*897.122. & 373.

1118 Fundator valet coarctare futuri Patroni libertatem.

Valet tamen fundator frœnare successoris Patroni libertatem; ut scilicet præsentet unam, non alteram personam agnatam, vel extraneam: de Luca *de Jure-patronatus discursu* 29. *num.*7.

1119 Insuper dividitur in Ecclesiasticum, Laicale, & Mixtū.

Secundo dividitur Jus-patronatus in Ecclesiasticum, Laicale, & Mixtum. Laicale constituitur ex bonis Laicis, licèt fundetur à Clericis ex bonis propriis. *cap. unico* §.1. *de Jure-patronatus in* 6. *cap. cum vos* 4. *de offic. Ordinarii*. Gonzalez in *cap. quod.*5. *num.*3. *de Jure-patronatus*. Riccius *par.*1. *praxis resol.* 163. & est Laicale, licèt Laicus teneatur præsentare cum consensu Ecclesiasticorum, ex pacto fundationis. Puteus *lib.*2. *decis.*494.

1120 Semper præsumitur Laicale si Laici sint in quasi possessione præsentandi.

Laicale præsumitur semper, ac Laici sunt in quasi possessione præsentandi. Farinacius *decis. posthum.*273. *num.*1. & 3. Puteus *loc. cit. decis.* 222. & 228.

1121 Fundatum ab Ecclesiastico ex suis reditibus Laicale est.

Si fundetur ab Ecclesiasticis, etiam ex reditibus Ecclesiasticis cum facultate disponendi inter vivos, & in ultimis voluntatibus, tunc fit Laicale, quia reditus ex tali facultate disponendi fiunt profani. Corradus *lib.*1. *praxis beneficialis cap.*2. *num.*48. & 49. Farinacius *loc. cit.*

1122 Ecclesiasticū constituitur ex bonis Ecclesiasticis.

Ecclesiasticum beneficium Juris-patronatus constituitur ex bonis Ecclesiasticis, licèt fundetur à Laicis Gubernatoribus, aut fundetur ex bonis laicis, sed subdantur Ecclesiæ. Cavalerius *decis.* 278. Barbosa *de potest. Episcopi allegat.*72. *num.*128. Antonellus *lib.*3. *de regimine Ecclesiæ Episcopalis cap.*6. *num.*5. ex *cap. unico*, §. *finali. de Jure-patronatus in* 6. Cavalerius *decis.* 278.

1123 Mixtum ex bonis Ecclesiasticis, & Laicis constituitur.

Mixtum est fundatum ex bonis Ecclasiasticis, & Laicis: idque sivè unus fundaverit, alter dotaverit, sivè fundaverint, extruxerint, dotaverint. Glossa in *cap. unico*, §. *uno in fine. de Jure-patronatus in* 6.

1124 Mixtum sequitur naturam Ecclesiastici, absque præjudicio Laici.

Jus-patronatus Mixtum sine præjudicio Laici sequitur naturam Ecclesiastici, tanquam dignioris trahentis ad se minus dignum. *l. quæritur, D. de statu homin. l. quæ Religiosis adhærent, religiosa sunt* 44. *D. de rei vindicatione. cap. quod in dubiis* 3. *de Consecratione Ecclesiæ, vel Altaris.*

Differentiæ inter Jus-patronatus Laicum, & Ecclesiasticum.

§. XII.

1125 Jus-patronatus Ecclesiasticum, & Laicale differunt. I. Ecclesiasticum ad præsentandum habet sex menses, Laicū quatuor.

Plures sunt differentiæ inter Jus-patronatus Laicum, & Ecclesiasticum.

Prima in Ecclesiastico ad præsentandum dantur sex menses: in Laico quatuor. *cap. unico*, §.2. ibi: *Verum licet Patronus Laicus ad præsentan-*

dum tempus habeat quadrimestre duntaxat, Ecclesia tamen, vel Monasterium, cui facta est à Laico Juris-patronatus collatio, tempus habet semestre. de Jure-patronat. in 6. *cap. eam* 22. *cap. cum propter* 27. *de Jure-patronat.* Glossa in *cap. cum vos* 4. *de officio Ordinarii.*

1126 Transacto hoc tempore, devolvitur collatio pro illa vica

Quo tempore elapso, ad Ordinarium devolvitur collatio, orbato Patrono pro illa vice Jure præsentandi. *cap. eam. cap. cum propter. de Jure-patronatus. cap.* 2. *de supplenda negligentia Prælatorum.* Covarruvias *practicarum cap.*26. *n.*2. Vasquez *opusculo de beneficiis cap.*2. §.1. *dub.*3. *num* 12. Sylvester v. *Jus-patronatus qu.*6.

Et confertur ab Episcopo intra sex menses.

Et Episcopus tale beneficium ad se devolutum debet conferre intra semestre immediatè inchoandum, elapso termino Patronis ad præsentandum concessum: Secundum Rotam *de Jure-patronatus in novis decis.*6. *in principio.*

1127 In beneficio Parochiali Ecclesiastico datur bimestre.

In Ecclesiastico beneficio Parochiali de Jure-patronatus, datur bimestre ad præsentandum, ex Bulla Pii V. quæ incipit: *In conferendis.*

1128 Secundo differt, quia Laicale etiā per procuratorem dum præsentare valet, ut unus eligatur. Aut semel variare.

Secunda differentia est, quia Patronus Laicus etiam si sit Collegium, sivè Communitas Laicorum per se, vel per suum Procuratorem potest præsentare duos primo simul, ex quibus unus eligatur ab instituente. *Clem. plures*, §. *finali. de Jure-patronatus*. Riccius *part.* 3. *praxis resol.*458. *num.*2. vel secundo successivè, semel variando, non privativè excludendo primum, sed cumulativè, hoc est præsentato uno, addendo alterum. *cap. quod.* 5. ubi Gonzalez *num.* 3. & 4. *cap. cum autem* 24. *de Jure-patronatus*. Navarrus in *Can. Placuit num.* 366. *de pœnitentia dist.* 6. Calderinus *cons.* 16. *de Jure-patronatus*. Rota in *antiquis de renunciatione decis.*16. Riccius *par.*1. *praxis resol.*167. dicens *num.*3. cum tribus Doctoribus, & *par.*3. *praxis resolut.*461. lite pendente, nec semel posse variare, ne lites fiant immortales. *cap.* 1. & 2. *ut lite pendente.* Vasquez *opusculo de beneficiis cap.*2. §.1. *dub.*12. *num.*32. contra Lambertinum *par.*1. *lib.*2. *q.*6. *art.*12. Cardinalem in *cap. Pastoralis quæst. ultima de Jure-patronatus*. Joannem Andream in *cap.* 1. *ut lite pendente in* 6. docentes mortuo uno præsentato, posse alium præsentare. Licèt possit Patronus se obligare ad non variandum. Navarrus *par.*1. *de electione fori qu.*3. *n.*12. Masobrius, & alii: & variationem bis posse fieri asserunt supra citati Doctores, ex *cap. pluralis. de regulis juris in* 6.

1129 Laicus præsentans indignū ignoráter, potest alium præsentare intra quadrimestre.

Laicus præsentans indignum ignoranter intra quadrimestre, alium præsentare potest: sicuti alium præsentare valet, si præsentavit inhabilem, sub conditione si dispensabitur. Riccius *part.*1. *praxis resol.* 197. Cavalcanus *decis.* 11. *num.*53.

Si scienter, amittit Jus pro illa vice.

Si verò scienter præsentavit absolutè, vel purè indignum, amittere pro illa vice Jus præsentandi, docet Glossa in *cap. cum vos*, v. *Idonea. de officio Ordinarii*. Ripa in *rubrica de Judiciis nu.*68. Gratianus *Forensium cap.*58. *n.*11. Crescentius *de Jure-patronatus decis.*10. Mascardus *de probationibus concl.* 593. *num.*5. Barbosa *de potest. Episcopi allegat.* 72. *num.* 105. & 178. Antonellus *lib.*3. *de regimine Ecclesiæ Episcopalis cap.*6. *num.*56. Cavalcanus *dec.*11. *n.*43.

1130 Nisi cumulando alterum præsentet.

At nec tunc amittere Jus-patronatus, sed posse cumulando præsentare alterum; quia nullo Jure expressè sancitum ait Zabarella in *Clem.*1. *num.*6. *quæst.*13. *de Jure-patronatus*; cum enim Jure variare possit indistinctè. *cap. cum autem.*

24. *de Jure-patronatus*. Meritò semel Patrono permittendnm. Cald. *de Jure-patronat. consf.*61. Decius *consf.*119.

An valeat Patronus Juramento se obligare ad non variandum?

1131 Patrooos tamen potest se juramento adstringi ad non variandum.

AFfirma: nam est res licita Joramento firmabilis non variare; variatio autem tunc, noo obtenta absolutione à Juramento, esset valida, sed illicita: valida nullo Jure irritata, illicita quia contra obligationem Juramenti. Felinus in *cap. dilecto. num.*10. *de præbendis*. Riccius *par.*3. *praxis resol.*457. *num.*4.

1132 In Ecclesiastico unus præsentatur, nec variatur.

In Jure verò præsentandi Ecclesiastico, unus præsentari valet, nec variari potest. *cap. cum autem* 24. *cap. Pastoralis* 29. *de Jure-patronatus*. Idq; quia habent sex menses ad præseotandum: Unde ab initio idoneum præsentare tenetur. Lambertinus *lib.*2. *de Jure-patronatus quæst.*5. *art.*11. Gonzalez in *cap. quod.*5. *n.*4. *de Jure-patronatus*. Guttierez *de Juramento par.*3. *cap.*13. *num.*2.

Si præsentatio non fuit perfecta, nõ subsistit.

At si præsentatio non fuit perfecta, tunc non dicitur præsentasse, ut si præsentaret Judici incompetenti. *cap. si Clericis. de judiciis*. Cum nullus sit actus canonicè non factos; ideòque alterum præsentare valebit.

1133 Tertio differunt cùm Ecclesiasticum subest reservationi mensium.

Tertia differentia: Jus-patronatus Ecclesiasticum inclnditur sub reservatione mensis Summi Pontificis, vel decedentis in Curia. *Clem.* 1. *ut lite pendente. c. cum dilectus* 28. *de Jure-patronatus*. Hoc non currit in Jure-patronatus mixto.

Secùs in Jure-patronatus Laici.

At Jos-patronatus Laicum à tali reservatione eximitur; & sic semper ab Episcopo instituitur. Vasquez post Covarruviam *opusculo de beneficiis cap.*2. §.1. *dub.*12. *num.*32. Ricciullus *Lucubrationum lib* 4. *cap.*13. *num.*4. Antonellus *de regimine Ecclesiæ Episcopalis lib.*5. *cap.*3. §.1. *num.*1. Potest recurri tamen ad Papam, si Episcopus non instituat Jure præsentatum. Gonzalez ad *Regulam* 8. *Cancellariæ, Glossa* 18. *num.*2. Staffilæus *de modo, & forma impetrandi, §. sequitur videro num.*7.

1134 Quarto, differunt, quia Papa facile Juri patronatus Ecclesiastico derogat, non Laico.

Quarta differentia: Papa beneficio Ecclesiastico, non Laico Juris-patronatus facile derogat, & Legatus à Latere potest invito Patrono conferre Jus-Patronatus Ecclesiasticum, non Laicale. *cap. cum dilectus. de Jure-patronatus. cap. dilectus. de officio Legati*.

1135 Quinto Laicus præsentans indignum non amittit jus pro illa vice, sed potest alium cumulare.

Quinta differentia: Laicus præsentans indignum, non amittit Jus-patronatus pro illa vice, sed potest cumulare alium dignnm. *cap. cum autem. de Jure-patronatus. cap. cum vos. de officio Ordinarii*. At Ecclesiasticus præsentans indignnm, pro illa vice amittit Jus præsentandi; cum non possit cumulare. Glossa in *cap. cum in cunctis. §. fin. de electione*. Lelins Zecchius *de beneficiis Ecclesiasticis cap.*12. *n.*15.

1136 Sexta differentia.

Sexta differentia inter Jns-patronatus, & alia beneficia est. Alia beneficia resignata in manu Ordinarii liberè, non possunt conferri ab Episcopo suis consanguineis, aut resignatum affinibus, familiaribus designatis à resignante, ex Constitutione Pii V.: ut talis Constitutio non includit Jus-patronatus, ex declaratione Gregorii XIII. Quaranta, & Garzias apud Gratianum *Forensium cap.*809. *num.*3.

1137 Septima præsentatus ad Parochiã Juris-patronatus Laici instituitur sine cõcursu

Septima differentia: in beneficio Ecclesiastico, non Laicali Juris-patronatns Parochiæ præsentatns instituitur sine concursu, constito de idoneitate. Trident. *sess.*24. *de reform. cap.*18. Si verò sit Juris-patronatus Ecclesiastici, tunc providetur per concursum. Trid. *loc. cit.* Gregorios *decis.*494. *num.* 6.

1138 Mixtum sequitur favorabilia.

In præsentato Juris-patronatus mixti, quoad favorabilia, non qnoad odiosa, Laicus seqnitur Clericum: ne Laicus ex conjunctione cum Clerico damnificetur, & sic se alienet à rebus piis, & à personis Ecclesiasticis.

Et sic non exigit concursum.

Undè Jns-patronatus mixtum non exigit concursum, ut nec exigit Laicale, sed institoitur præsentatus constita ejus idoneitate. Triden. *sess.*24. *de reform. cap.*18. Sac. Cong. in una *Pisana* 5. *Februarii* 1628. Antonellns *de regimine Eccl. Episcopalis lib.*3. *cap.*3. *num.*20.

1139 In mixto Laicus variare potest.

Si verò in mixto nnus præsentetur à Laico, alter ab Ecclesiastico Patrono, tunc Laicus variare potest, ne damnificetnr ex concursn cum Ecclesiastico.

1140 Præsentatus à Laico, & Ecclesiastico Patrono præfertur præsentato tantùm à Laico.

Sed si unus præsentetur à Laico, alter præsentetur à Laico, & Ecclesiastico Patrono, hic præfertur in institutione illi, qui soit præsentatus tantùm à Laico. *cap. cum autem. de Jure-patronatus*. Vasquez *opusculo de beneficiis cap.* 2. §.1. *dub.*5. *num.*16.

1141 In mixto dantur sex menses ad præsentandum.

Tertio, mixtum Jus Patronatus facit, nt Laicns habeat sex menses ad præsentandum, & in hoc sequitur naturam dignioris, scilicet Ecclesiastici. *l. si communem, D. quemadmodum servitutes amittantur. l. quæritur* 10. *de statu hominum. cap. quod in dubiis. cap.*3. *de Consecratione Ecclesiæ, vel Altaris*. Glossa in *cap. unico in fine. de Jure-patronatus in* 6. Zecchius *de beneficiis Ecclesiasticis cap.* 12. *num.* 14. v. *quod si Ecclesia*. Riccius *part.*2. *praxis resol.*228. *n.*16. Barbatus *de divisione fructuum parte* 1. *cap.* 16. *num.*164. Antonellus *loc. cit. n.*56. Pilaja *lib.*3. *decis.*1. *num.*196.

Et nõ comprehenditur reservatione.

Quarto, Jus-patronatus mixtum non comprehenditur in reservatione, nec in generali derogatione Juris-Patronatus; & in hoc sequitur Laici: ne Laicus Patronns habens æqualem partem vocum, sentiat damnnm amissi privilegii ob Clericum. Puteus *lib.* 3. *decis.* 157. Caputaqueosis *decis.*405. Seraphinus *part.* 2. *decis.*1334. Riccius *par.*1. *praxis resol.*207. *num.*1. *in fine*. Covarruvias *practicarum cap.*36. *nu.* 35. Garzias *de beneficiis par.* 5. *cap.*1. *num.*582. Cavalerius *decis.* 543. *num.* 5. Et sic etiam prima dignitas Jnris Patronatus Laicorum, vel mixti in reservatione non comprehenditur in *Regula* 4. *Cancellariæ*. Barbosa *de potestate Episcopi par.*3. *allegat.*57. *num.* 102. Gratianus dans octo Doctores *Forensium cap.* 809. *num.* 5. Antonellus *loc. cit. num.*7.

Hinc resolvitur:

*An Ecclesia Parochialis, mixti Juris-patronatus, sed pro duabus partibus Laicis, pro una Ecclesiastica, debeat provideri per concursum ad formam Tridentini sess.*24. *cap.*18. *de reform.?*

1142 Parochia pro duabus partibus Laicis, & una Ecclesiastica, nõ exigit concursum.

NEga: ex dictis; ne Laicus amittat snum privilegium, ex concursn cum Clerico. Sac. Cong. in una *Pisana* 5. *Februarii* 1628. Fagnanus in *cap. cum propter num.*21. *de Jure-patronatus* contra Pignatelium *tom.*1. *consult.*386. dantem Sacram Congregationem.

1143 Mixtum sequitur Ecclesiasticum ad præscribendum.

Quinto, temporis diuturnitas in mixto ad præscribendum, quæ requiritur pro Ecclesiastico, requiritur etiam pro Laico. Joannes Andreas in *cap.*

in *cap. 1. de regulis juris in 6.* Fagnanus *loc. cit. num.* 38.

Sexto, Legatus à Latere nequit conferre mixtum, quia licet possit Ecclesiasticum, non potest tamen Laicum. *cap. dilectus. de officio Legati.* Federicus de Senis *consf.* 85. *num.* 1. Abbas in *cap. finali. de Jure-Patronatus.*

Principium.

PRincipium ergo jactum in mixto, hìc magis probandum est.

1144 In mixto attenditur pars privilegiata.

In mixto illa qualitas est attendenda, quæ est magis privilegiata in re individua; nam magis privilegiatum ad se trahit, non privilegiatum. *l. si communem, D. quemadmodum servitutes amittantur*; & tunc mixtum sequitur naturam simplicis, quo ejus Jus magis favetur. *cap. secùs,* ubi Abbas *de sepulturis*: Undè non debet Laicus in mixto orbari Jure suo ob mixturam Clerici. Et Ecclesiasticum seqoitur naturam Laici, magis privilegiatam: sicuti Laicum sequitur naturam Ecclesiastici, quando est magis privilegiata. Glossa in *cap. 1.* v. *Ecclesiasticus. de Jure-patronatus in* 6. Alexander *lib. 4. consf.* 121. *n.* 16.

Undè tempus diuturnius pro Ecclesiastico, intelligitur etiam pro Laico, ut patet ex dictis. Joannes Andreas in *cap. 1. de regulis juris in* 6. Et Legatus à Latere, qui nequit conferre Laicum, nequit conferre mixtum Jus-patronatus: licèt possit conferre Ecclesiasticum, ex *cit. cap. dilectus. de officio Legati,* & Abbate *loc. cit.*

Et concursus non faciendus pro Laico, nec est faciendus pro mixto. Fagnanus in *cap. cum propter num.* 26. 34. referens 38. declarationem Sac. Cong. concludens revocatas esse alias declarationes relatas à Garzia *de beneficiis part.* 9. *cap. 2. num.* 278.

Idemque est in Jure patronatus ex Laico facto Ecclesiastico per duos tertios donatione, successione; nam adhuc est individuum, retinens mixtionem Laici, ratione cujus; etiam si Laicus habeat unam vocem, & multo plures Ecclesiastici, nequit ille Laicus orbari libertate præsentandi ob Ecclesiastici mixturam, sed Ecclesiastici sequuntur qualitatem Laici magis privilegiatam. Rota *par. 1. diversorum decis.* 524. *num.* 7. declaratio Sac. Cong. apud Fagnanum in *cap. cum propter num.* 53. & 64. *de Jure-patronatus.*

Sic etiam restitutio competens in re individua uni ex consociis, prodest omnibus aliis, qui illa carent, si non essent cum minore conjuncti. Afflictus *decis.* 213. Alexander *lib. 4. consf.* 122. *num.* 16. & privilegium concessum uni, prodest omnibus sociis in re individua. Glossa in *l. finali, Cod. de muneribus, & oneribus lib.* 10.

At quid dicendum:

Si ob negligentiam Patroni Parochia Juris-patronatus Laici, lapso termino sit ab Episcopo conferenda: an inquam sit faciendus concursus ad formam Trident. sess. 24. cap. 18. de reform.?

1145 Parochia ob negligentiã Patroni Laici devoluta ad Episcopum, per cõcursum conferenda est.

AFfirma: Sacra Cong. 26. *Novembris* 1600. apud Fagnanum in *cap. cum propter n.* 9. & in *cap. quoniam. de Jure-patronatus*; nam tunc pro illa vice est liberæ collationis, requirentis concursum, nec retrahuntur Laici ab operibus piis.

Et si Episcopus à die devolutionis (nam ante non est in mora) intra bimestre non curet Ecclesiam Jure conferre, beneficium devolvitur ad Papam ex Constitutione Pii V. Fagnanus in *cap. cum propter num.* 12. *de Jure-patronatus.* — Intra bimestre à die devolutionis.

1146 Mixtu non exigit probationes, ut in Jurepatronatus potentioris.

Eodem modo Jus-patronatus mixtum ex Ecclesiastico non potentiori, & minori numero, Et ex Laico in majori numero, & potentiori, non exigit probationes exigitas in Jure-patronatus potentioris à Trid. *sess. 25. de ref. cap.* 9. sed satis sunt probationes quæ sufficiunt ad probandum Jus-patronatus privatum; quia mixtum sequitur qualitatem simplicis favorabilioris, quo sustinetur. *l. 3. §. & generaliter, D. de eo quod certo loco.* Jason in *l. 2. num. 5. D. de verb. obligat.* Et illa est interpretatio facienda, quæ magis prodest patronatui; ex *regula magis dignum,* ut est potentior respectu non potentioris trahi ad se minus dignum. *cap. quod in dubiis. de consecratione Ecclesiæ, vel Altaris*; currit quando est favor magis digni trahere, & non trahi; secùs si esset favor trahi, & non trahere: ut in re nostra. Puteus *decis. 157. in fine.*

1147 Nec privatus damnificatur ob mixtionem potentioris.

Tertio, non debet privatus labefactari in Jure suo ob mixturam potentioris. Menochius 3. *præsumptionum qu.* 40. *num.* 18. Et cessat usurpationis metus; quia si voluisset, solus potentior usurpasset, excluso non potentiori; & ita pluries Sac. Cong. Concil. decisit 8. *Augusti* 1620. apud Fagnanum in *cap. cum propter num.* 86. & 87. *in fine, §. ultimo de Jure-patronatus,* & sequitur Rota non solùm stante æqualitate vocum potentioris, & non potentioris, ut voluit, *par. 4. recentiorum decis.* 54. & *par. 1. recentiorum decis.* 219. sed etiam si pro majori parte sint potentiores, ut voluit Rota *par. 1. recentiorum decis.* 224. & *par. 2. recentiorum decis.* 257.

Aliæ divisiones Juris-patronatus.

§. XIII.

1148 Dividitur Jus-patronatus insuper.

DAntur Jus-patronatus *Ecclesiasticum.* Secundo Jus-patronatus *Potentioris,* sivè *Potentis.* Tertio Jus-patronatus *Ex privilegio.* Quarto Jus-patronatus *Gentilitium.* Quinto *Hæreditarium.* De quibus aliquid uberiùs nobis remanet dilucidandum, antequam ad ulteriora petat oratio.

Jus-patronatus Ecclesiasticum.

In Ecclesiasticum.

JUs-patronatus Ecclesiasticum, ex dictis, est fundatum ex bonis Ecclesiasticis, sed quia id non est perpetuo verum; ideo dicimus Jus-patronatus Ecclesiasticum est ex rebus Ecclesiasticis constitutum ab initio, vel ex post facto redditis bonis Ecclesiasticis. *cap. unico. de Jure-patronatus in* 6. Undè sit.

An Jus-patronatus Laicale possit transire in Ecclesiasticum, & comprehendi reservatione?

1149 Laicale potest transire in Ecclesiasticum.

AFfirma, ex *cap. unico. de Jure-patronatus in 6. cap. dilectus, il 2. de præbendis.* Nam bona Laica possunt fieri Ecclesiastica, si Ecclesia acquirat eorum dominium. Burattus *decis.* 780. *num.* 7. & bona non feudalia, possunt feudalia fieri si feudo accrescant. *cap. ad hoc si allodium. tit. de pace tuenda.* Ergo etiam Jus-patronatus Laicum potest transire in Ecclesiasticum. *cap. dilectus filius. de præbendis in 6. il 2.* & accidit quando sit in bonis, & de bonis Ecclesiæ inalie-

lienabiliter sine licentia Summi Pontificis. Extravagans *Ambitiosæ. de rebus Ecclesiæ non alienandis*.

Quando, & quomodo Jus-patronatus Laicum, evadat Ecclesiasticum?

1150 Et transit in Ecclesiasticum omnibus titulis, quibus Ecclesia acquirit.

OMnibus illis modis, & titulis, quibus bona possunt fieri Ecclesiæ; & sic donatione, legato, fideicommisso, successione, hæreditate. Novo namque successore, mutatur etiam bonorum conditio. Valascus *de Jure emphyteutico quæst.17. num.5.* Barbosa *de potest. Episcopi allegat.72. num.129.* & consequenter si quis instituat Ecclesiam, Religionem, cum hæreditate Jus-patronatus Laicum transiens sub dominium Ecclesiæ, fit Ecclesiasticum. Ancharanus in *cap.1. notabili 6. de Jure-patronatus.* Fraocus *decis.696. num. 4.* Leo *Fori Ecclesiastici cap. 21. num.29.* Maceratensis *1. variarum resol.8. n.14.* Barbatus *de divisione fructuum part. 1. cap. 16. num.163.* Valensis *de beneficiis lib.1. tit.4. qu.5. num.7.* Covarruvias *practicarum cap.36. num.5.* Gonzalez in *cap. quod. num.3. de Jure-patronatus.* Vivianus *lib.1. praxis Juris-patronatus cap. 2. num.9.* Garzias *de beneficiis par.5. cap.1. n.554.* Sanchez *lib.2. opusc. cap.3. dub.67.* Corradus *lib. 4. praxis beneficialis cap.2. num.39. & 40.* Barbosa *lib.3. Juris Ecclesiastici cap.12. num.6.* Vasquez *opusc. de beneficiis cap.2. §.1. dub.1. num.2.* Ricciullus *Lucubrationum lib.4. cap.13. num.2.* Sac. Cong. apud Fagnanum in *cap. cum propter num.4. de Jure-patronatus.*

Objectio. Nec officit primo hæredem uti defuncti Jure *l. quidam, §. nihil interest, D. de edendo*; Ergo utitur Jure Laico Ecclesia succedens Laico. *l. cum hæres, D. de diversis, & temporaneis præscriptionibus. l. hæres absens, D. de judiciis.*

Diluitur. Nam contra est; quia illud non currit in bonis, in quibus mutatur status; sic bona traseuntia ad Fiscum, evadunt Fiscalia. *l. Fiscus, D. de Jure Fisci. l. Paulus.* ibi: *Mutatione personæ Castrensia esse. D. de acquirenda hæreditate. l. cum quidam, §. cum Fiscus, D. de usuris.* Ancharanus *cons.129. col.2.* Et fiunt quoque privilegiata bona, si ad personam privilegiatam deveniant, ex *cit. l. cum quidam*.

Difficultas. Nec officit secondo, si dicas successor non mutat obligationem defuncti. *l. a. §. ex his, D. de verbor. obligat.* Ergo Jus-patronatus Laicale tale remanet, apud quemcumque hæredem deveniat.

Dilucidatur. Respondetur: hæredem non mutare obligationes defuncti, si non mutetur status rerum, sic contractus à defuncto remanet in hærede, nisi in hærede status mutetur, cessat obligatio defuncti in hærede, mutato statu; sic servitus defuncti cessat in hærede domino, ne in rebus suis servitutem habeat, sic obligatio debitoris defuncti cessat in creditore ejus hærede, ne sit creditor sui ipsius, sic obligatio fidejussoris defuncti extinguitur in creditore ejus hærede. Ita in re nostra Jus-patronatus mutato statu rerum successione, versa re in naturam Ecclesiasticorum, extinguitur Jus Laicale: ut bona advenientia ad Fiscum evadunt Fiscalia: ut supra.

Instantia. Urgebis, contractus transit ad personam privilegiatam cum sua natura. *l. Fiscus, D. de Jure Fisci.* Ergo Jus præsentandi ex contractu fundationis Juris-patronatus transit ad Ecclesiam cum sua natura. Ergo si erat ante, remanet etiam posteà Laicale.

Respondetur. Antecedens verum in re immutabili: at in re nostra, mutato rerum statu, transferuntur bona in naturam Ecclesiasticorum, & contractus mutatur; quia trahitur à re magis digna Ecclesiastica, quam respicit. *cap. recolentes. de Regularibus*. Refutatur.

An Ecclesiasticum possit transire in Laicale?

AFfirma: si bona Ecclesiastica, in quibus fundatur beneficium, fiant Laica legitima cessione, permutatione, compromisso, emptione, &c. ex *l. Paulus in fine, D. de acquirenda hæreditate.* Surdus *cons. 358. num.3.* Crassis *Clericatus effectu 2. num. 129.* Burattus *decis. 780. num. 6.* 1151 Ecclesiasticum potest transire in Laicale.

Idque non solùm permutatione, ut vult Covarruvias *loc. cit. num.42. in fine, & num.50.* cum Addente ad Burattum 769. *num. 23.* sed etiam titulo lucrativo; si scilicet concedantur legitima Summi Pontificis potestate titulo donationis bona alicui: an autem id possit fieri, quia esset perdere bona Ecclesiæ simplici donatione elargiri, *l. filius familias, D. de donationibus,* & ut nemini liceat bona Ecclesiæ perdere, ità nec donare, aliò disputatur.

An sit Jus-patronatus Ecclesiasticum competens Laicis, non ut Laici sunt, sed ut exercentes officium ad bonum Ecclesiæ?

AFfirma: quia officium per se respiciens Ecclesiam, reddit rem Ecclesiasticam: ut quæ religiosis adhærent, religiosa censentur. *cap. quod in dubiis. de consecratione Ecclesiæ, vel Altaris.* Decisum apud Corradum *lib.5. praxis beneficialis cap.2. num.51.* Vivianus *lib. 1. praxis Juris-Patronatus cap. 3. num. 13.* Rebuffus in *praxi tit. de præsentatione num.6.* Garzias *de beneficiis par.5. cap.1. num. 559.* contra Felinum *tract. quando literæ Apostolicæ limit.3.* 1152 Jus-patronatus Ecclesiasticum cōpetens Laicis uti administratores, non est laicale.

Nisi Laicus præsentet Laicorum more. Maranta *par.3. resp.16.*

An sit Laicum beneficium fundatum ex Laicis relictum Confraternitati Laicorum?

AFfirma: quia talis Confraternitas non est Ecclesiastica, nec ejus bona Ecclesiastica sunt; cum nullo signo, nec auctoritate legitimi Ecclesiastici Superioris distinguantur. Corradus *cap.36. num.8.* Vasquez *opusc. de beneficiis cap.2. dub.1. num.3.* Riccius *par. 1. praxis resol. 163.* Durandus *par.5. recentiorum decis.144. num.1. ad octavum.* Corradus *loc. cit. cap.2. num 44. § & in dubio.* 1153 Jus-patronatus relictum Confraternitati Laicorum Laicum est.

An sit Jus-patronatus Ecclesiasticum competens Collegiis, Hospitalibus?

DIstinguas: vel Collegium, & Hospitale est Ecclesiasticum, vel non; si est Ecclesiasticum, puta extructum auctoritate Episcopi: tunc ejus bona, & etiam Jus-patronatus est Ecclesiasticum. 1154 Relictum Collegiis, Hospitalibus est Ecclesiasticum, si sint extructa auctoritate Episcopi.

Si non sit locus Ecclesiasticus, nec Collegium, & Hospitale Ecclesiasticum: ut si sit erectum privata auctoritate, scilicet sine auctoritate Episcopi; tunc Jus-patronatus est Laicum; quia competens Laico Collegio. Vasquez *opusc. de beneficiis cap.2. §.1. dub.1. num.3.* Solorzanus Secùs sit fūdatum privata auctoritate.

de

de Jure Indiarum tom.2.lib.3.cap.3.num.3. Gonzalez in *cap.quod num. 3. in fin. de Jure-patronatus*.

An fundatum à Laicis administratoribus ex bonis Ecclesiasticis: puta ex eleemosynis, & bonis loci Ecclesiastici. puta ex bonis Hospitalis Incurabilium, vel SS. Annuntiatæ sit Ecclesiasticum?

1155 **Fundatum ex eleemosynis, & reditibus Ecclesiæ, Ecclesiasticum est.** Affirma: quia ut cætera bona hujusmodi Laicorum dicuntur bona Ecclesiastica, ità etiam tale Jus quæsitum tali loco Ecclesiastico. Covarruvias in *praxi cap 36. num. 2. & 5.* Riccius *par.1. praxis resol.163.num.1.*

An Jus-patronatus Laicum si deveniat ad Clericum fiat Ecclesiasticum?

1156 **Laicum Jus patronatus non fit Ecclesiasticum deveniēs ad Clericum.** Nega: *cap. cum dilectus*, ibi: *tamquam Laicus*, ibi: *tamquam Clericus*: ubi Abbas *num.5. de Jure-patronatus*. Nam bona Clerici non sunt Ecclesiastica, sed sunt Ecclesiastici; secùs essent inalienabilia absque assensu Summi Pontificis, nec tale Jus devenit ad Clericum intuitu Ecclesiæ, vel intuitu Clericatus, qua ratione esset Ecclesiasticum. Vivianus *lib.8. cap.5.num.12.* Corradus *loc.cit. num.41.* sed devenit Jure Laico hæreditate, donatione, permutatione, ut deveniret etiam si non esset Clericus: Undè præsentat, non ut Clericus, sed ut Laicus. Mandosius *Regula 1. Cancellariæ 14.num.7.* Puteus *par.2. decis.*222. Gonzalez in *cap.quod n.3. de Jure-patronatus*. Corradus *loc.cit.cap.2. n.54. in fine n.55. &* 58. Riccius *p.1. praxis resol.* 164.

1157 **Fundatum à Clerico ex bonis patrimonialibus Laicum est.** enim verò Ecclesiastica sunt illa, quæ non transirent ad Clericum, nisi esset Clericus. Igitur quæ transeunt ad Clericum, & ad eum transirent, etiam si non esset Clericus, Laica sunt.

An Beneficium fundatum à Clerico ex suis bonis patrimonialibus sit Laicum?

1158 **Fundatum à Clerico ex suis bonis Laicum censetur.** Affirma: quia illa bona Laica sunt liberè alienabilia. Covarruvias *practicarum cap. 36. num. 2.* Grassis *decis. 1. de Jure-patronatus*. Crescentius *decis. 3. & 19. de Jure-patronatus*. Riccius *collect.*488. Barbatus *par. 1. de divisione fructuum cap.16. num.162.*

An fundatum à Clerico, sit, vel præsumatur Ecclesiasticum?

1159 **Si Clericus bona non habeat, nisi Ecclesiastica præsumitur Ecclesiasticū.** Distinguas: vel constat Clericum fundatorem habuisse bona patrimonialia, vel non: si primum censetur Laicale. *cap.relatum 2. §. cæterum. cap.quia nos. de testamentis*. Barbatus. Covarruvias, Riccius *loc.cit.* Corradus *lib. 4. praxis beneficialis cap.2.num 48. §. idem*: ubi ait non præsumi fundatum ex fructibus tenuis beneficii. Boerius *decis.20. num.4.* Covarruvias in *cap.1.num.7. de testamentis*. Rota *par.3. diversorum decis.*582.

Si secundum: scilicet Clericus non habeat bona patrimonialia, sed habeat bona Ecclesiastica, tunc præsumitur ex reditibus beneficii, & bonorum Ecclesiasticorum fundatum, & sic est Ecclesiasticum. Farinacius *par.1. decis. 615. num.4.* Addentes ad Burattum *decis.760. n.19.* Nisi de illis bonis disponat cum licentia Summi Pontificis; nam tunc illicò evadunt bona laica patrimonialia. *cap.cum in officii. cap.relatum. de testamentis*, Et Jus-patronatus est Laicum. Abbas in *cap.2.de peculio Clericorum*. Vel nisi Laici sint in possessione præsentandi; nam, tunc Jus-patronatus præsumitur tale, qualis est Laicus possessor patronus. Puteus *par.2.dec.*222. Addentes ad Burattum *decis.769.n.18.*

An in limine fundationis possit apponi pactum, ut Jus-patronatus Laicum ex bonis Laicis fundatum, remaneat semper Laicum, quamvis transeat in posse Ecclesiæ quocumque titulo?

Affirma: ut de re sua Laicus liberè disponat, & unusquisque alliciatur ad opera pia fundanda. Et quia fundatorum voluntas custodienda est. Trident. *sess.25.de reform.cap.5.* & *cap.* 9. ibi. *sicuti legitima Patronatuum Jura tollere, piasque fidelium voluntates in eorum institutione violare, æquum non est: sic etiam, ut hoc colore beneficia Ecclesiastica in servitutem, quod à multis impudenter fit, redigantur, non est permittendum*. Maximè quia hæc non est conditio contra bonos mores: Sicque ab Ecclesia servanda. *cap. veram. de conditionibus appositis*. Nullibi namque id prohiberi, ideòque permissum censendum est. *cap. inter corporalia. de translat. Prælatorum*. Et deveniens ad Ecclesiam fit Ecclesiasticum, nisi in fundatione alia lex adjecta à Domino rebus suis sit, ratione cujus legis rebus suis adjectæ, res illa semper remanet totaliter à fundatore qualificata, & subingreditur principium: Provisio hominis impedit provisionem legis. *l. finali, Cod. de pactis conventis.l.maritus, Cod.de Procuratoribus*. Ancharanus *cons.217.num.2.* Cavalerius *decis.639. num.5.* sicque semper remanet Laicum ad quoscumque transeat tamquam reali pacto affectum Jus-patronatus; ità decisum refert Romæ Corradus *lib.4. praxis cap.2.num.58.* Cavalerius *loc. cit.* Vivianus *lib.4. Juris-patronatus praxis cap.9. num.56.* Riccius *par.4. praxis resol.* 464. *num.1.* Lotterius *de re beneficiaria lib. 1. quæst. 32. num.* 24. idque, etiam si fiat ad excludendam reservationem *Regulæ octavæ Cancellariæ* incidentem tantùm Ecclesiastica Jura-patronatus. Rubeus *tom.2. decis.157.num.5.* Ecclesia enim ab initio potest tale pactum respuere, & acceptans non potest ab illo recedere; ne fideles deterreantur à rebus piis, & ne contra legem naturalem posteà non servetur. 1160 **In fundatione potest apponi ut beneficium Juris Laicalis deveniēs ad Ecclesiā, sit quoque Laicale.**

Jus-patronatus Potentiorum.

§. XIV.

Datur Jus-patronatus Potentiorum, & non potentium Patronorum. Jus-patronatus potentium Patronorum est competens Universitatibus, etiam parvis, Baronibus, aliisque familiis, vel personis potentioribus. Trid. *sess.25. de reform. cap.9.* & dicuntur personæ potentes, & Communitates potentes etiam parvæ, in quibus est timor usurpationis, & quibus non audet Ordinarius contradicere. 1161 **Jus-Patronatus potētiorum.**

Hoc Jus-patronatus potentium exigit scripturas authenticas, præsentationes continuatas per quinquaginta annos effectum obtinentes institutione præsentati, alias de illo constare non dicitur, & beneficium præsumitur liberum. Trid. *loc.cit.* Puteus *lib. 1. decis.59. num.1.* itaut non possit tale Jus-patronatus probari per testes, nec per solam continuatam possessionem, nec per præsentationes institutione destitutas. 1162 **Exigit scripturas authenticas, præsentationes cōtinuatas per 50. annos cum effectu.**

Imò

Imò nec poteſt probari per teſtes, ſcripturas fuiſſe amiſſas. Riccius *par. 1. praxis reſol.* 142. & 144. 145. 146. 147. 148.

An autem habeantur pro ſcripturis authenticis ſufficientibus ad probandum Jus-patronatus potentium Literæ habentes præſentationes in ſcriptis exhibitas in actis, & effectum obtinentes, etiamſi de reali fundatione non conſtet?

1162 Probāt ſcripturæ authenticę exhibitæ in Actis cum effectu ſecuto. AFfirmat Sac. Cong. 4. *Februarii* 1651. apud Pignatellum *tom. 1. conſult.* 136. *num.* 2. quia hujuſmodi ſcripturæ ſunt authenticæ.

Oppoſitum tenet Rota *par. 5. recentiorum deciſ.* 147. dicens id non eſſe verum ubi adeſt timor uſurpationis. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reform.*

Jus-patronatus non potentium. Jus-patronatus privatum eſt illarum perſonarum, quæ non dicuntur potentes, in quibus ceſſat timor uſurpationis. Trid. *loc. cit.*

In iſtis probatur Jus-patronatus documentis in ſcriptis, itaut non ſufficiat confeſſio ipſius Epiſcopi. Caputaquenſis *par. 1. deciſ.* 138. quia debet præcedere cognitio cauſæ, fundationis, dotationis, conſtructionis cum aſſenſu Epiſcopi. Idque debet in actis reduci. *cap. nobis. de Jure-patronatus.* Gloſſa in *Can. Piæ mentis* 16. *qu.* 7. Nec poteſt tale Jus-patronatus probari per teſtes. Gonzalez *Regula* 8. *Cancellariæ gloſſa* 18. *num.* 79. Nec per libros Viſitæ; nam ſine cauſæ cognitione exarantur. Riccius *par. 1. praxis reſol.* 136. *num.* 3. Nec per recentiora Epitaphia. Guid. Papa *deciſ.* 341.

1163 Non potentium probatur 1. armis. Probatur Jus-patronatus non potentis primo Armis, & Inſigniis depictis in foribus Eccleſiæ. Maceratenſis *lib. 1. reſol.* 109. *num.* 51. Barbatus *de diviſione fructuum par. 1. cap.* 16. *n.* 217.

Literis marmoreis ante fores Eccleſiæ. Secundo Literis marmoreis inſcriptis ante fores Eccleſiæ Juris-patronatus. Baldus *vol.* 5. *conſ.* 310. Decius *conſ.* 35. Ripa in *l. 1. num.* 75. *D. ſi certum petatur.* Marſilius in *Rubrica Codicis de probationib. n.* 197. Anna *ſingulari* 289. Maceratenſis *lib. 1. reſol.* 26. *num.* 6. Leo in *Theſauro fori Eccleſiaſtici quæſt.* 21. *num.* 4.

Præſentationibus in judicio receptis. Tertio probatur per præſentationes in judicio receptas ſecuto effectu inſtitutionis. Riccius *par. 1. praxis reſol.* 136. *num.* 2. Rota *par. 1. de Jure-patronatus deciſ.* 1. Puteus *lib. 1. deciſ.* 172. & *lib. 2. deciſ.* 242. Et multo fortius probatur ſi præſentationes ſint ab immemorabili. Puteus *lib. 1. deciſ.* 205. Rota *par. 1. diverſorum dec.* 707. *num.* 2. Riccius *par. 1. praxis reſol.* 238.

Bullis. Quarto probatur Bullis, in quibus Beneficiatus præſentatus, fuit inſtitutus in Jure-patronatus; nam cum hujuſmodi Bulla concedatur cauſa cognita, præſumitur conſtitiſſe de Jure-patronatus ante inſtitutionem, & expeditionem Bullarum. Maceratenſis *lib. 1. reſol.* 80. *num.* 1. 9. & 10.

Fūdatione. Quinto probatur fundatione. *cap. quoniam*, ibi: *fundationes*, ubi Fagnanus *num. 2. cap. conſuluit. cap. nobis. de Jure-patronatus. Can. filiis* 16. *quæſt.* 7. *Can. Abbas* 18. *quæſt.* 2. & probatur plures eſſe Patronos, ſi plures fundent. *cap. 1. de Jure-patronatus.* Butrius in *cap. quoniam num.* 2. *de Jure-patronatus*, & ibi Fagnanus *loc. cit.* Riccius *part. 1. praxis reſol.* 424. & ſi unus det fundum, alius dotet, alius conſtruat, conſenſu Epiſcopi omnes in ſolidum probantur Patroni. *Can. Piæ mentis. Can. Quicunque. Can. Filiis* 16. *quæſt.* 7. *Can. Abbatem*, *il* 2. 18. *quæſt.* 2. *cap. nobis. de Jure-patronatus.* Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 4. *de reform.* Fagnanus in *cap. quoniam num.* 49. *de Jure-patronatus.* Lambertinus *lib. 1. de Jure-patronatus par. 1. quæſt. 3. art. 1. num.* 1.

Sexto probatur Jus-patronatus reædificatione Eccleſiæ prorſus dirutæ conſenſu Epiſcopi; nam tunc non eſt antiqua, ſed nova, & ſic ſufficit ad acquirendum, & probandum Jus-patronatus. *cap. conſuluit. de Judæis.* Prior namque Patronus ſi abfuit destructa Eccleſia, amiſit Jus-patronatus, nec reædificatione reviviſcit. *l. qui res, §. aream, D. de ſolutionibus. Can. Quæris. de conſecratione diſt.* 4. *l. quid tam, §. penultimo, D. quibus modis uſusfructus amittatur*: nec reviviſcit, etiamſi reædificatur ex materia Eccleſiæ dirutæ. Mainardus *deciſ.* 69. *par.* 3. Riccius *par. 1. praxis reſol.* 134. *num.* 3. Fagnanus in *cap. quoniam num.* 18. & 54. *de Jure-patronatus.* Idem dicens *num.* 59. ſi prorſus extincta prima dote, alius dotet; nam hic dotans conſtituitur, & probatur Patronus. Reædificatione.

Sed ſi quis ſit Patronus ex dotatione, etiam diruta Eccleſia, remanet Patronus ſi adhuc dos perſeverat. *cap. quoniam*: ubi Fagnanus *num.* 60. *de Jure-patronatus.*

Septimo conſtituitur, & probatur quis Patronus conſtructione Eccleſiæ, etiam ſi expreſsè Jus-patronatus ſibi non reſervaverit. *cap. à nobis*: ubi Fagnanus *num.* 1. & 4. *de Jure-patronatus. cap. ſignificavit*: ubi Felinus, Abbas, Butrius *de teſtibus.* Rota *part. 3. recent. dec.* 254. Septimo cōſtructione Eccleſiæ.

Probatur etiam Jus-patronatus, & conſtituitur quis Patronus, aliis titulis utilibus, & partialibus, quibus acquiritur Jus-patronatus, de quibus ſuo loco.

De Jure-patronatus ex Privilegio.

§. XV.

JUs-patronatus ex Privilegio, eſt conceſſum à Sede Apoſtolica beneficium liberum alicui ad titulum Juris-patronatus ex augmento dotis, ex conſtructione nova, vel ex alia ſimili cauſa, & tale Jus-patronatus debet cognoſci ab Ordinario, & ſi non invenitur cedere in evidentem utilitatem Eccleſiæ, beneficii, vel ob neceſſitatem Dignitatis, tale Jus-patronatus revocatur, reſtituto Patronis, quod impenderunt; itaut beneficium fiat liberæ collationis antiquæ. Trid. *ſeſſ. 25. de reform. cap. 9. § ſimiliter quoque Patronus* in fine: & loquitur de Jure-patronatus hujuſmodi quæſito, per quadraginta annos ante Tridentinum, & deinde in futurum acquirendo: in quo recurrunt aliqua: & primum: 1164 Jus-patronatus ex privilegio ob auctam dotem, novam cōſtructionem, & alios titulos. Ab Ordinario cognoſcendum.

An Ordinarius, qui ſemel cauſa cognita, hujuſmodi beneficium approbavit, poſſit deinde toties quoties vacaverit, ſemper de novo cognoſcere, an fuerit conſtitutum juxta diſpoſitionem Tridentini?

NEga: ſed ſatis eſt ſi ſemel cauſa plenè cognita, & reſcriptis verificatis per ſententiam definitivam fuerit pronunciatum, Literas Apoſtolicas verificatas eſſe juxta formam Tridentini *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *§. ſimiliter in fine de reform.* 1165 Semel cauſa plenè cognita ab Ordinario, amplius non recognoſcitur.

Patet quia Tridentinum non addit ut tale Jus cognoſcatur toties quoties; ſed tantùm dicit, diligenter cognoſcatur, quæ verificantur plenè,

ſi ſemel

si semel fuerit causa diligenter discussa; Et dicit Tridentinum *cognoscantur*, non *recognoscantur*. Undè semel causa cognita, & decisa, satisfactum est Tridentino, secus non dixisset cognoscantur, sed recognoscantur.

1166 Locutio simpliciter indefinita non excedit unã vicem.

Secundo id patet, quia locutio simpliciter indefinita non excedit unam vicem. *l. Boves, §. hoc sermone D. de verb. signif. l. fideicommissa* 11. *§. si quis alicui decem per fideicommissum reliquerit, & si perdidisset id, quod testamento relictum est, rursus ei reliquerit: quaerebatur an sequens fideicommissum valeat, vel an exigere haeres debeat cautionem, salva fore decem, ne cogatur ad praestationem? & an si saepius perdidisset: saepius ei sarciretur fideicommissum? Divus Pius rescripsit, neque cautionem exigendam: & non amplius quam semel, post quam perdidisset, praestandum, non enim onerandus est haeres, ut in infinitum quoties perdiderit, restituere ei tantundem debeat*, D. de legatis 3. Jason in *l. duobus reis, §. si ei qui. num.* 75. *D. de jurejurando*. Sbrozzina *de officio Vicarii lib. 2. quaest.* 210. Riccius *collect.* 587. *part.* 3. Joannes Andreas in *cap.* 34. *de regulis juris in* 6. Felinus in *cap.* 1. *num.* 37. *de rescriptis*. Tiraquellus *ad leges connubiales, §. 2. glossa* 1. *num.* 79.

Imò etiam si dixisset Tridentinum, *recognoscantur*, non potest nisi semel revideri, ad evitandam infinitatem. *d. l. fideicommissa, §. si quis. cap. cum in multis juris articulis infinitas reprobetur: provide duximus statuendum, ut per illam generalem clausulam*: & C. *de rescriptis in* 6. *cap. non potest, §.* 2. *de praebendis in* 6.

1167 Jura concordanda.

Tertio probatur, quia jura quaelibet concordanda, *l. unica, Cod. de inofficiosis donationibus. l. praecipimus, C. de appellationibus.* Jus autem non vult, causam decisam per rem judicatam, iterùm decidi, ne lites fiant immortales. *l. properandum. Cod. de judiciis. l. res judicata, D. de regul. jur.* Igitur dispositio Tridentini interpretanda est, ut minus corrigatur per Jus commune. Et sic semel legitimè terminata per rem judicatam, non sit iterùm discutienda.

1168 Ita decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana.

Idque etiam procedit in re nostra, quia magis praesumuntur instructi de veritate facti praesentes tempore quo probatur, quam longo tempore post causa discutitur; & ita decisum in Curia Archiepiscopali *ann. 1676. in causa Juris-patronatus illorum de Coppola, sub titulo S. Basilii in Monte Pausilippi*, & deinde fuit in gradu appellationis sententia confirmata à Rota Romana 29. *Martii* 1677.

An Jus-patronatus ex privilegio ob auctam dotem, veniat sub decreto Tridentini sess. 25. de reform. cap. 9. & sub reservatione?

Distinguas: vel quis reaedificat, vel auget dotem, & postea petit privilegium Jurispatronatus à Summo Pontifice, vel antequam dotet, & reaedificet, petit sibi concedi Jus-patronatus, sub conditione si reaedificet, si dotem augeat.

1169 Jus-patronatus ex privilegio venit sub decreto Trident. & reservatione, si post auctam dotem, cum reaedificatione petatur privilegiũ.

Si primum: tunc cum jam res sit facta tota Ecclesiastica, & libera, includitur sub decreto Tridentini, & reservatione; nam est merum privilegium, rem omninò liberam Ecclesiae supponere servituti Juris-patronatus. Maximè si auxit dotem infra mediatatem primae dotis.

Si verò impetravit privilegium secundo modo: scilicet ut dotem augeat, vel reaedificet, tunc non est mera gratia, sed est pactum onerosum reciprocum; itaut non concessisset Summus Pontifex sine dotis augmento, vel reaedificatione, & ego non auxissem dotem, nec reaedificassem, si Summus Pontifex mihi non concessisset; & consequenter retinet naturam contractus onerosi, nec includitur sub dispositione Tridentini *sessione laudata cap.* 9. nec sub reservatione; satisque est primo semel Bullas justificari; maximè si augmentum dotis attingat medietatem dotis, vel excedat. Tunc enim ex titulo oneroso, concessum Jus-patronatus reservatione non comprehenditur. Hieronymus Gabrial *cons.* 195. *num.* 8. Crescentius *de Jure-Patronatus decis.* 11. Vivianus *lib.* 2. *de Jure-patronatus cap.* 5. *num.* 77. Masobrius *de concursu praeludio* 7. *dub.* 3. *num.* 94. Seraphinus *decis.* 499. *num.* 5. *& decis.* 595. *num.* 5. v. *quantum ad decreta*. Lotterius *de re beneficiaria lib.* 2. *quaest.* 8. *num.* 12. Castropalaus *de beneficiis puncto* 3. *in fine*. Addentes ad Burattum *decis.* 931. *num.* 10. & ad Gregorium *decis.* 397. *in fine*. Barbosa *de Jure Ecclesiae universali lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 66. Garzias *part.* 5. *de beneficiis cap.* 9. *num.* 127. Rota *part.* 13. *recentiorum decis.* 514. *num.* 11.

Si vero ante dotem, vel reaedificationẽ, tunc nõ includitur sub decreto Trid. & reservatione.

Cum enim transeat in vim contractus, nequit voluntate unius rescindi, re semel jure constituta. Lotterius *lib.* 2. *quaest.* 8. *num.* 25. nec poterit ex Trident. *loc. cit.* revocari, quia in illo non comprehenditur. Spada *lib.* 2. *cons.* 21. *nu.* 3. nec reservationa mentium continetur. Masobrius *de concursu. praeludio* 7. *dubio* 3. *num.* 94. Corradus *lib.* 4. *praxis beneficialis cap.* 4. *num.* 34. *in fine*. Barbosa ad Tridentinum *sess.* 25. *de refor. cap.* 9. *num.* 70. Seraphinus *decis.* 518. *num.* 2. *& decis.* 499. *num.* 4.

Accedit, quod quando dos est aucta, & fructus sunt aucti supra medietatem praeexistentis dotis, tunc dicitur Jus-patronatus non ex gratia, sed ex pacto oneroso concessum; & sic exemptum à dispositione Tridentini *sess. cit. cap.* 9. Tamburrinus *de Jure Abbatum tom.* 1. *disp.* 16. *q.* 12. *n.* 15. Lotterius *dicto lib.* 2. *quaest.* 8. *n.* 25.

De Jure-patronatus Gentilitio.

§. XVI.

Occurrit igitur productiorem exigens orationem Jus-patronatus Gentilitium, & mixtum.

1170 Jus-patronatus Gentilitium cõstituitur pro se, & consanguineis, & dividitur pro divisione lineae.

Gentilitium est constitutum pro se, & consanguineis; & dividitur pro divisione lineae, & acceptione personarum, in descendentium, ascendentium, & transversalium. Linea descendentium includit lineam effectivam: & est illa, quae à fundatore propagatur; & haec includit descendentes ex linea masculina, & sunt agnati, descendentes ex linea feminina, & sunt cognati.

1171 Linea descẽdentium.

Linea ascendentium.

Linea ascendentium includit etiam ascendentes ex parte patris, & matris, ut linea descendentium: nam eadem est ascendentium linea, sola diversitate, quia ut generantes ascendentium, ita geniti descendentium lineam constituunt.

Transversalis linea etiam continet agnatos, & cognatos, ut contemplanti patet.

Quandoque magis coarctatur Jus-patronatus, & constituitur pro solis agnatis, quandoque pro solis cognatis, & in utraque acceptione includitur linea agnatorum descendentium, ascendentium, & transversalium; nisi magis suam dispositionem explicet, & coarctet fundator Juris-patronatus.

Quandoque fundator Gentilitii Juris-patronatus vocat lineam, & linea magis se extendit, nisi ex verbis contrahatur ad certam lineam descendentium, ascendentium, transversalium.

1172 *Linea dividitur in cõtentivam, & effectivam.* Rursus linea est duplex, una contentiva, sivè comprehensiva, altera effectiva. Contentiva est in qua continetur ipse fundator. Effectiva est, quæ ab ipso fundatore initium sumit, & fit ex fundatore, filiis ejus in infinitum.

Undè si absolutè vocat lineam, magis latè patet, quam si vocet lineam effectivam, quæ scilicet fit ab ipso. Censetur autem vocare effectivam, non comprehensivam, si vocet cum addito: puta lineam suam; nam censetur vocasse suos descendentes jure propensioris amoris circa proprios descendentes, quibus consulere præ aliis intendit. Menochius *consil.* 349. Thesaurus *de substitutionibus quæst.* 345. *num.*6. Baldus *cons.* 334. *num.*6. *lib.* 3. Barbosa *clausula* 135.

1173 *Gentilitium dividitur in Activum, & Passivum.* Gentilitium duplex est iterùm, Activum primum denotans Patronos præsentantes. Passivum alterum denotans præsentatos. De quibus discriminemus orationem, & primo:

De Gentilitio Activo.

§. XVII.

SEmper ac fundator se explicuit, ille præsentat excluso omni alio à fundatore neglecto, ex regula: *qui ex pluribus unum exprimit, alios omittere censetur, cap. nam ne, de præsumptionibus.*

Nunc occurrunt primo:

An Jus-patronatus Gentilitium reguletur secundum naturam feudorum?

1174 *Gentilitium Jus-patronatus regulatur secundum naturã feudorum.* AFfirma: itaut ille admittatur ad præsentandum, qui admitteretur si esset feudum, vel contractus emphyteuticus; nam eisdem in omnibus utimur regulis Gentilitiis, feudis, censibus, fideicommissis. Cardinalis in *Clem.* 1. *de Jure-patronatus*. Gratianus *cap.* 521. *num.* 21. decisum apud Vivianum *lib.* 3. *cap.*2. *num.* 300. Maranta *par.*4. *resp.*27. *&* *par.*3. *resp.*74. *num.*35. Coccinus *decis.*232. *num.*4.

An renunciata hæreditate, censeatur renunciatum Jus-patronatus?

1175 *Renunciata hæreditate nõ censetur renunciatũ Jus-patronatus Gentilitium: secùs si Hæreditarium.* DIstinguas: vel Jus-patronatus est hæreditarium, vel Gentilitium. Si hæreditarium, affirma: quia tale Jus transit cum titulo hæreditario in renunciatione inclusum: si Gentilitium nega; nam renunciata hæreditate, remanet consanguineus, & sic retinet ea, ad quæ jure consanguinitatis jus habet; ut est Jus-patronatus Gentilitium. Federicus de Senis *cons.* 111. *n.*9. Rota *par.*1. *recentiorum decis.*53. *n.*3. Lotterius *de re beneficiaria lib.* 2. *qu.* 11. *n.* 4.

Hinc patet:

An Religiosus possit præsentare, ita ac possit, si non esset mortuus civiliter?

1176 *Religiosus patronus nequit præsentare, si renunciavit omnibus juribus.* VEl renunciavit omnibus juribus, vel non: si renunciavit omnibus juribus, nega; quia tunc Jus-patronatus transit una cum universitate bonorum in renunciatarium; ut enim venditis omnibus juribus, & actionibus, in emptorem transit Jus-patronatus: ita in renunciatarium. *cap. cum sæculum. cap. ex literis. de Jure-patronatus*. Et sicuti non requiritur specialis mentio Juris-patronatus, venditis omnibus Juribus, donatis omnibus Juribus. *d. cap. ex literis*, & *d. cap. cum sæculum*; ità nec renunciatis omnibus juribus.

Secundo, quia renuncians Juri-patronatus, illo deinde caret; ergo renuncians omni juri, etiam caret Jure-patronatus; nam in omni jure Jus-patronatus includitur, sicuti includitur in venditione omnium jurium, & actionum. (8) *cap. ex literis. cap. cum sæculum. de Jure-patronatus*. Vivianus *par.* 1. *Juris-patronatus lib.* 4. *cap.*4. *num.*16. Covarruvias 2. *variarum cap.*18. *num.* 8. Tiraquellus *de primogen. quæst.* 36. Abbas in *cap. ex literis. num.*12. *de Jure-patronatus*. Seraphinus *decis.*725. *num.*1. Barbosa *de potestate Episcopi allegat.* 71. *num.* 22. Ferrettus *cons.*120. *num.*2. Puteus *in novis decis.*341. contra Pasqualigum *centuria* 1. *quæst.* 15. *&* 16. ajentem Jus-patronatus fundatum pro seniori de familia, remanere penès professum seniorem de familia; nec transire ad Monasterium; quia professus potest habere Jus spirituale.

Si verò non renunciavit, tunc transit tale Jus-patronatus ad transmissarium omnium jurium professi, maximè quia cum universitate jurium Jus-patronatus transit. *d. cap. ex literis*, & *cap. cum sæculum. de Jure-patronatus.*

An autem professus retineat jura sanguinis, & agnationis, an potiùs morte civili illis orbetur?

Aliàs explicuimus:

Jus-patronatus fundatum pro familia.

§. XVIII.

1177 *Nomine familiæ veniũt Ascendẽtes, Descendentes, Transversales.* ADmittit omnes ascendentes, descendentes, transversales; quia nomine familiæ omnes illi comprehenduntur sivè masculi, sivè feminæ, & veniunt omnes in capita, nec remotiores excluduntur à proximioribus. *l. finali, Cod. de verbor. signif. l. voluntas, Cod. de fideicommissis*; Et consequenter sunt tot voces, quot sunt personæ, etiam feminæ non nuptæ. Burattus *decis.* 183. *num.*18. Rota *par.*6. *recentiorum decis.*166. *num.*14. Vivianus *de Jure-patronatus lib.* 4. *cap.*1. *num.*71. *&* *decis.* 934. Luca *de Jure-patronatus discursu* 61. *num.*12. Luca *de linea legali art.*23. *nu.*15. contra Covarruviam *practicarum cap.*38. Merlinum *decis.* 789. Lotterium *lib.*2. *de re beneficiaria quæst.* 11. *n.*124. volentes extendi proximitatem gradus, ut attenditur in successione.

An vocata sua familia, admittantur omnes?

1178 *Si Fundator non potest habere descendentes, includuntur tantùm ascendentes, & transversales.* DIstinguas: vel fundator potest, vel non potest habere descendentes: si nequit habere descendentes, puta si sit eunuchus, decrepitus, in sacris; tunc admittitur linea ascendentium, & transversalium; nam in *suam* cum sit relativa, & nequeat respicere descendentes impossibiles, respicit alios possibiles, & consequenter familiam suam comprehensivè exprimit. Peregri-

(8) Admonitum volo hic Lectorem, ne errore à vero abducatur, si fortè legerit vendi posse omnia Jura, & sic Jus patronatus, quod est quid spirituale; nam vendi nequit Jus-patronatus directè, cum id simoniacum sit; ut Auctor infra sæpè monet. Sed transire potest in emptorem omnium jurium, dummodò non pluris fiat venditio ob adnexum Jus-patronatus.

regrinus *lib.2.cons.42.* Cæphalus *cons.66. n.15.* Menochius *cons.106.num.229.*

1179 Si habere potest per *suam familiam* veniunt tantùm descendentes.

Sed si possit fundator descendentes legitimos habere, tunc iy *sua familia* indicat familiam à se factam, & consequenter suos descendentes, exclusis aliis ascendentibus, & lateralibus, etiam fratribus. Quia iy *sua* aliquid addit supra familiam, & illam coarctat, ergo exclusa comprehensiva, lineam effectivam respicit. Parisius *lib.2.cons.53. num.10. & cons.88. num.36.* Seraphinus *decis.1438. num.11.* Rota *par.1.recentiorum decis.707 num.3.* Peregrinus *de fideicommissis art.22. num.26.* Simon de Petris *lib.3.interpretationum ultimarum voluntatum, interpret.3. dubio 1.solut.11.num.26.* Menochius *lib.4.præsumptione 88.nu.2. & cons.1083. num.22.* Soccinus junior *cons.97. num. 61. lib.1.* Rolandus à Valle *lib.3. cons.70.n.75.*

An Jus-patronatus constitutum pro familia excludat feminas?

1180 Femina innupta venit nomine familiæ.

DIstinguas: vel femina est nupta, vel non. Si non est nupta, nega. Licet enim familiam non perpetuet, est tamen de familia, & familiæ insignia, cognomen, & consanguinitatem retinet. *l.voluntas, Cod. de fideicommissis. l. familiæ, D.de verbor.signif.l.finali,Cod.de verbor. signif.* Covarruvias in *cap. Rainaldus num.8. de testamentis*. Ergo Jus-patronatus pro familia competit etiam feminis. *cap. quoniam cap. nobis. de Jure-patronatus. cap. finali. de concessione præbendæ.*

Secundo, quia prohibita alienatione extra familiam, potest alienari feminas intra familiam. Seraphinus *decis. 848. num. 2.* Farinacius *part.2. decis.204. num. 7.* Femina namque ut non desinit esse consanguinea, non desinit esse de familia, licet familiam non propaget. *l. Juris-consultus, §. cognationis, D. de gradibus. l.voluntas, Cod.de fideicommissis,* & probat *secundus Pantosmodidascalia num. 1563.* Ergo Jus-patronatus relictum, vel constitutum pro familia competit quoque feminæ, saltem non nuptæ, ut concindit Rota *part. 1. recentiorum decis.282.* apud Farinacium. Mascardus *de probationib. concl.1236.n.42.* Pasqualig. *centuria 1. Canonic. quæst. 71. num. 5.* Peregrinus *de fideicommissis art.22. num.6.* Mantica 8.*de conjecturis tit.12.num.6.* Menochius *lib.4.præsumpt.88. num.3.* Parisius *lib.2. cons.33.num.40.* Alexander *lib.2. cons.51. num.12.* contra Riccium *p.3. praxis resol.580.* motum, quia feminæ non veniunt appellatione familiæ *. l. pronunciatio, §. familia, D.de verb.signif.* sed sunt folia decidentia, quæ non veniunt appellatione arboris. Cravetta *decis.128.* Mantica *lib.8.de conjecturis tit.12.* ubi feminæ excluduntur à fideicommisso relicto familiæ. Vivius *decis.10.* ibi excluduntur à bonis conservandis in familia: cui satisfit; quia licet non conservent familiam, tamen sunt pars familiæ, & intra familiam, ut pars in suo toto. *l.familiæ 196: D.de verb.signif. l.voluntas 4.Cod.de fideicommissis.*

1181 Nupta non censetur de familia patris fictione Juris.

Si verò femina sit nupta, tunc est principium familiæ viri, & sic juris fictione censetur non ampliùs de familia Patris. *l. quicumque, Cod.de re militari lib. 10.* Surdus *cons. 140. num. 20.* Nam quando est nupta, censetur idem cum viro, & sic de carne viri digniori s, juxta Apostolum, & Genesim, *erunt duo in carne una*. Maritò amittit propriam familiam, & suo modo agnationem patris. Cacheranus *decis. 127.* ubi femina est exclusa à substitutione, vocante proximiores agnatos, meritoque non dicitur ampliùs de familia patris sui, quæ ut minùs digna sequitur, & fundat cognationem viri. Menochius *cons.197.num.46.* Cravetta *cons.831.nu.3.* Pasqualigus *centuria 1.Canonica quæst.71.n.6.*

Cum quo tamen verum est adhuc remanere consanguineam; nam fictio veritatem dictam non tollit: & sic non tollit consanguinitatem, nec familiam sui patris, cujus cognomen, & insignia etiam nupta retinet.

An, & quem admittat Jus-patronatus Gentilitium, fundatum pro seniore de familia?

ADmittit absque ordine successionis virum majoris ætatis ad præsentandum, & illo decedente, jus præsentandi non transmittitur ad ejus descendentes; nisi sint seniores, sed ad alium seniorem ejusdem familiæ, vocatum ex vi fundationis. Nam fundator senioris qualitatem, non propagationem exigit. Gratianus *forensium cap.218.* Calderinus *cons.48.* Lambertinus *lib.1. Juris-patronatus art.2. quæst. 33. in principio.* Barbatus *de divisione fructuum par.1. cap.16. num.175.* 1182 Vocato seniore de familia, præsentat ætate major, & hoc jus nō transmittit ad ejus descendentes.

An Jus-patronatus relictum consanguineis, parentelæ descendentibus, competat feminis nuptis, & descendentibus ex illis?

AFfirma: quia revera sunt consanguinei, sunt de parentela, sunt descendentes, aliàs non haberent impedimentum consanguinitatis pro contrahendis nuptiis, descendentes à sorore cum descendentibus à fratre, quod evidentem absurditatem sapit. Molina *lib. 3. de primog. cap.4.* Riccius *part. 1. praxis resolut. 169. num.4.* contra Thesaurum *decis.123.* Guttierez *cons.3. num.6.* 1183 Relictū consanguineis competit feminis nuptis, & ejus descendentibus.

An exclusæ feminæ à successione, stantibus masculis, sint etiam exclusæ à jure præsentandi vigore Constitutionis in aliquibus?

DIcta Constitutio est favore masculorum, non favore familiæ; nam admittit feminas, deficientibus masculis ad bona patris, etiamsi adsint laterales patris, conservantes familiam. Nunc ad quæstionem. 1184 Neapolitana Constitut. *In aliquibus* est facta favore masculorū.

Affirma secundum communem, feminam exclusam à successione, excludi à jure præsentandi. Vulpellus in *praxi cap.49.n.22.* Riccius *p.1. praxis resol.136.* dans sex Doctores. Genuensis in *praxi cap. 62. num. 24.* Maceratensis *lib. 1. resol. 7. num. 21. & resol.60. num. 2.* Barbatus *de divisione fructuum par. 2. cap. 06. num. 180.* Antonellus, & alii. 1185 Feminæ exclusæ à successione stātibus masculis, excludūtur à jure præsentandi.

At nobis profundiùs meditantibus ne indigesta remaneat res; ideòque distinguendum puto Gentilitium Jus-patronatus ab Hæreditario.

Si Jus-patronatus sit Gentilitium, dicas feminas exclusas à successione, non esse exclusas à jure præsentandi; quia exclusa à successione, non est exclusa à consanguinitate, cui innititur Jus-patronatus Gentilitium transiens ad consanguineum, etiamsi renunciaverit hæreditati. Rota *par.0. recentiotr.dec.251.* idque maximè si non sit nupta; nam tunc non censetur translata 1186 Nisi Jus-patronatus sit Gētilitium, quo exclusæ feminæ à successione, non excluduntur à cōsanguinitate.

in alienam familiam, & abstractionis jure sortita familiam viri, licèt non succedat stantibus masculis.

Si verò agnatitium sit coarctatum favore masculorum, tunc excluduntur feminæ, etiam non nuptæ, stantibus masculis: ut ex se patet.

Si verò sit Hæreditarium, tunc quia excluderetur ab hæreditate, sivè nupta, sive innupta excluderetur etiam à Jure-patronatus hæreditario, & in dubio hæreditarium Jus-patronatus præsumitur. *cap. significavit. de testibus.* Barbatus *de divisione fructuum part. 1. cap. 16. n. 179.*

An Gentilitium constructum pro masculis, non pro feminis, admittat ad præsentandum feminas, deficientibus masculis?

1187 Gentilitium jus constitutũ pro masculis, admittit feminas ad præsentandum, ipsis deficiẽtibus.

Affirma. Rota *par. 8. recentiorum decis.* 221. Pasqualig. *centuria* 1. *Canonica quæst.* 71. *num.* 10. Genoensis in *praxi cap.* 101.

Nam qui vocat masculos, non feminas, supponit feminas extare simul cum masculis, secus ad quod excluderet non existantes ex se exclusas: Sic dicens, voca Petrum, non Paulum, supponit existera simul Petrum, & Paulum. Ergo non considerat casum existentiæ solius feminæ, qui vocat masculum, non feminam. Ergo casus iste relictus est sub dispositione juris communis, quo feminæ admittuntur deficientibus masculis; cases enim omissus à testatore, à fundatore, remanet sub provisione legis communis, cui testator non derogavit. *l. 4. §. si ex conventione. ibi: non est à re judicata recessum, D. de re judicata. l. extraneus, D. de conditione ob causam.* Baldus *l. certi juris num. 1. Cod. locati.*

1188 Unusquisq; magis sibi, & suis providet; quam aliis.

Secundo probatur, quia unusquisque magis vult sibi, & suis providere, quam aliis. *l. cum acutissimi, Cod. de revocandis donationib.* Ergo deficientibus masculis, volt transire ad feminas suas descendentes, vel agnatas.

Tertio probatur, quia extinctis vocatis, Jus-patronatus transit ad hæredes vocatorum ad Jus-patronatus. *Clem. finali de Jure-patronatus.* Genuensis in *praxi cap. 101. num. 1.* Rota *part. 1. in novissimis dec.* 285. Barbatus *de divisione fructuum part. 1. cap. 16. num.* 176. Ergo extinctis masculis, debent admitti feminæ ad præsentandum: maximè si sint hæredes ultimi morientis.

1189 Feminæ excluduntur existentibus masculis.

Nec officit particula *non*, qua admittit masculos, non feminas; nam illas exclusit ob masculos, non verò masculis deficientibus, cum favore masculorum eas excluserit. Ergo cessantibus masculis, debent includi. Sic in Constitutione *In aliquibus* admittuntur masculi, non feminæ ad successionem, & deficientibus masculis, feminæ admittuntur.

Quarto probatur, quia si interrogatus fuisset in isto casu, feminas fundator admisisset, *l. cum acutissimi, Cod. de fideicommissis. l. cum res, D. de legatis 1. l. cum in testamento, D. de rebus dubiis*; quia semper vult jura, & bona esse apud suos, magis quam extingui. Merlinus *Forens. centuria 2. cap. 1. num.* 38. Alexander *vol. 2. cons.* 130. *num.* 5. Curtius junior *cons.* 51. *num.* 58. & ita decisum habes apud Cassadorum *de Jure-patronatus decis. 1.* Vivianum *par. 1. Juris-patronatus lib. 4. cap. 2. n. 12. & cap. 9. n. 1. 14. &* 17. sicque ly *non*, est particula exclusiva ad tempus, scilicet stantibus masculis, non perpetuo. *l. finali, Cod. de hæredibus instituendis.* Surdus *dec.* 95. *num.* 13. *& cons.* 106. *num.* 15. Mantica *de conjecturis lib. 3. tit. 2. num.* 5. Et ità sæpè practicatum Neapoli, & novissimè decisum nobis consulentibus coram Eminentissimo Cardinali Inico Caracciolo in plena Congregatione, uno tantùm ex Dominis dubitante 5. *Decembris* 1675. Actuario Ajeta. 1190

Ita decisum Auctore cõsulente.

An vocatis ad præsentandum tantùm masculis, & non feminis, deficientibus masculis, admittantur feminæ?

Affirma. Rota *par. 8. recentiorum decis.* 221. *num.* 22. Decius *cons.* 378. *in fine*. Baldus *lib. 1. cons.* 247. Moles decisum referens *titulo de jure devolutionis, §. 23. quæst. 4. num.* 14. dicens non excludi feminas per ly *tantùm*, nisi exprimat, vel excludat etiam deficientibus masculis, decisum in causa Ducis Magdaluni refert Luca *de linea resp. 20. num.* 3. contra Lotterium *lib. 2. de re beneficiaria quæst. 11. num.* 11. Genuensem in *praxi cap.* 101. Garziam *part. 5. de beneficiis cap. 9. num.* 66. Vivianum *lib. 4. de Jure-patronatus cap. 2. num.* 14. Lucam sibi contrarium *de linea legali art. 23. num.* 12. de Luca *de Jure patronatus discursu* 33. Robusterium *decis. 385. n. 4 par. 1. diversor.* Seraphinum *dec.* 364. *n. 2. 3. &* 23. Marantam *part. 5. resp. 104. n. 32. &* 46. Gambam *dec.* 103. ajentes Jus-patronatus relictum familiæ, hoc est masculis, illis deficientibus, devolvi ad feminas, nisi taxativè sit vocata familia, sint vocati masculi. 1191

Etiamsi tantùm sint vocati masculi, ipsis deficiẽtibus, admittuntur feminæ ad præsentandum.

Probatur, quia vocans tantùm familiam, tantùm masculos, vocat masculos qui existunt, vel possunt existere, non verò quando non existunt, nec possunt existere: cum nequeat velle impossibilia, & excludit feminas coexistentes, casu quo cum masculis concurrerent, aliàs si cum masculis non concurrerent, vanè vocasset tantùm masculos, si alii admitti non possunt; non venirent tantùm masculi, etiam si tunc id ipse non statuisset, & sic excludit feminas favore masculorum, quando cum masculis possent concurrere, non vero excludit feminas, quando cum masculis non concurrunt: nec per ly *tantùm*, bona sua voluit extraneis, vel Fisco, quam suis consanguineis feminis filiabus dari. *l. cum acutissimi, Cod. de fideicommissis.*

Secundo, quia femina est exclusa favore masculorum. Ergo sub conditione si masculi non adsint.

Tertio, quia casus existentiæ solius feminæ non est consideratus à testatore, considerante casum coexistentiæ masculi, & feminæ. Ergo relictus est in dispositione juris communis, quo jure femina tunc succedit. *cap. quoniam, cap. nobis. de Jure-patronatus. cap. fin. de concessione prabendæ.*

Et sic feminæ semel exclusæ, sunt perpetuò exclusæ, existentibus masculis, non verò illis deficientibus. *cap. 1. §. 1. tit. Episcopi, vel Abbates:* ubi Isernia, Baldus in *l. Gallus, §. quod si tantùm num. 16. D. de liberis, & posthumis.* Hinc resolvitur fortiùs:

An Jus-patronatus institutum pro primogenitis masculis, admittat feminas, illis deficientibus?

Affirma: ex præjactis rationibus. Covarruvias *practicarum cap. 38. num.* 13. Molina *lib. 1.* 1192

Quoque institutum pro primogeni-

ns, in eorũ defectu admittuntur feminæ.

lib. 1. de primogen. cap. 1. num. 26. Garzias *de beneficiis part.5. cap. 9. num.*145. Fagnanus in *cap.perlatum num.*14. *de Jure-patronatus.*

An Gentilitium factum pro masculis transeat ad feminas?

1193 Sic in Gentilitio facto pro masculis.

AFfirma: deficientibus masculis, quia casus hic omissus à testatore, ex dispositione juris communis admittit feminas. Rota *part.* 5. *diversorum decis.*381. Fagnanus in *cap.perlatum num.*19. *de Jure-patronatus.*

An Jus-patronatus Gentilitium extinctis vocatis, puta extincta tota familia, extinguatur?

1194 Gentilitium mortuis vocatis, nõ extinguitur, sed transit ad hæredes.

NEga: sed transit ad hæredes ultimi morientis; quia unusquisque semper præsumitur consulere sibi, suis, & repræsentantibus suam personam, vel suorum, ut censetur pro se, & hæredibus stipulari. Lotterius *de re benefic. lib.*2. *quæst.*11. Ciarlinus *cap.*1. *num.*24. Maranta *par.*5. *resp.*104. *num.* 32. & 34. Riccius *p.*1. *praxis resol.* 187. *num.* 5. Genueolis in *praxi cap.*101. *n.*1. Garzias *part.* 5. *de beneficiis cap.*9. *num.*66. Seraphinus *dec.*364. *n.*2. & 3. Mellinus *dec.*12. *num.*1.

An Jus-patronatus relictum tantùm duplici lineæ, una extincta, fiat liberum pro rata?

1195 Jus-patronatus relictum duplici lineæ, una extincta, nõ fit liberum pro rata.

NEga: sed remanet penès lineam superstitem. Libertas enim tota, vel nihil acquiritur; cum sit individua. *l. si pariter. l. duobus, D. de liberali causa.* Cardinalis de Luca *de Jure-patronatus discursu* 35.

An vocatis masculis descendentibus, admittantur illegitimi ad præsentandum, deficientibus legitimis?

1196 Deficientibus legitimis, non admittantur illegitimi ad præsentandum.

NEga; quia in hoc Jus-patronatus regulatur natura feudorum, & successionis. Seraphinus *decis.*799. *num.* 1. Et à successione, ac feudis illegitimi repelluntur, etiam deficientibus legitimis, nisi legitimentur per subsequens matrimonium, qua ratione illegitimi non dicuntur agnati. *l. tutela, D. de capitis diminutione.* Guidon Papa *decis.* 536. Faber *titulo Codicis. de verbor. signif. decis.* 51. Riccius *part.*1. *praxis resol.*196.

An Jus-patronatus Gentilitium fiat Hæreditarium, extinctis consanguineis vocatis, & sic transeat ad eorum hæredes extraneos?

1197 Gentilitium fit Hæreditarium deficientibus vocatis cõsanguineis.

AFfirma: & sic non fit beneficium liberæ collationis, sed transit ad hæredes extraneos, finita linea Gentilitia vocata. Seraphinus *decis.*364. *num.*12. Costa *de ratione rata nu.*12. *quæst.*78. Ciarlinus *Forensium cap.* 1. *num.* 33. Cardinalis de Luca *de Jure-patronatus disc.* 35. Barbatus *de divisione fructuum part.* 3. *cap.* 16. *num.*176. Genuensis in *praxi cap.* 101. *num.* 1. Maranta *part.*5. *resp.* 104. *num.* 32. & 33. Riccius *part.*1. *praxis resolut.*187. *num.* 1. Garzias *part.*5. *de beneficiis cap.* 9. *num.* 66. Pasqualigus *centuria* 1. *Canonica quæst.*71. *num.* 7. & 10. Rota *parte* 1. *diversorum decis.*285. *num.*1. Parisius *vol.* 5. *cons.* 48. Calderinus *de Jure-patronatus cons.*2. Ferrettus *par.*1. *cons.*131. Thuscus *litera I. concl.*610. *num.*1. Decius *cons.*3. *nu.*24. Gratianus *cap.*645. *num.* 5. Vivianus *part.* 3. *Juris-patronatus lib.*4. *cap.*2. *num.*20. Abbas in *cap.* 1. *de Jure-patronatus.* de Luca *de linea legali art.*23. *num.* 13. Lotterius *lib.* 2. *de re benefic. quæst.* 11. *num.* 11. Ancharanus *cons.* 81. *num.*3. Cassador. *de Jure-patronatus decis.*1. *n.*3. Fagnanus in *cap. perlatum num.* 15. *usque ad finem*, contra Zabarellam *cons.*48. Geminianum *cons.*45. Ciossum *cons.*18. *num.*1. Covarruviam 2. *variarum cap.*18. *num.* 10. Baldum *volum.* 2. *cons.*400. *num.*1. volentem Jus-patronatus pro filiis, & descendentibus non transire ad feminas, nec ad hæredes.

Probatur, quia instituens pro agnatis, pro familia, consideravit existentiam familiæ, non illius deficientiam, quam deficientem vocare non potuisset. Ergo casus in quo deficit consanguinitas, agnatio, cognatio, familia, tamquam omissus à testatore, à fundatore, censetur relictus sub dispositione juris communis, cui dispositioni testator non derogavit. Et sic quo Jure communi transit ad extraneos hæredes, deficientibus non extraneis, *cap. perlatum. de Jure-patronatus.* Servaturque provisio hominis in casu ab homine præviso, & provisio legis in casu ab homine non præviso; nam lex prospicit illis, in quibus homo sibi non prospexit.

Illud namque principium, provisio hominis facit cessare provisionem legis, est verum, quando provisio legis facta est in subsidium, scilicet deficiente provisione hominis. Sic lex prospexit de successore ab intestato, deficiente ex testamento. At si lex absolutè disponat, tunc homo contra legem disponere nequit, & si disponat, provisio legis tollit dispositionem hominis. *l. nemo potest* 58. *D. de legatis* 1. *l. si cum dotem in principio:* ubi Bartolus *D. soluto matrimonio. l. si se non obtulit* 4. *§. si ex conventione*, ibi: *cum accesserit aliquid rei judicatæ, non est à re judicata recessum, D. de re judicata.* Rota *part.* 1. *diversorum decis.* 385. Baldus in *l. certi Juris, Cod. locato.* Cum ergo homo non disposuerit quid agendum, in casu quo deficiant omnes ab ipso vocati, juvat dispositio legis, volentis ejus jura transire ad hæredem suum, etiam extraneum, ejus personam repræsentantem. *l. si post diem:* ubi Glossa v. *ad hæredes, D. quando dies legati cedat.* Menochius *lib.* 4. *præsumpt.*89. *n.*67. Ciarlinus *Forensium cap.*1. *n.*33. Lambertinus *loc. cit. lib.* 1. *p.*2. *qu. principali n.*4. — 1198 Provisio hominis facit cessare provisionem legis, nisi lex absolute disponat.

Secundo, quia unusquisque præsumitur nolle perdere, sed conservare jura sua pro se, & suis hæredibus. *l. filius familias, D. de donationibus, l. cum acutissimi, Cod. de fideicommissis. l. generaliter, Cod. de institutionibus, & substitutionibus.* Ergo præsumitur deficientibus vocatis, velle transmitti jura ad alios, qui ejus personam repræsentent, quales sunt hæredes, etiam extranei. — 1159 Quisque præsumitur cõservare, non perdere jura sua.

Tertio patet, quia illa interpretatio prævalere debet, quæ est conformior juri communi; & verisimilior: at verisimilior est, & juri communi consonans, quem velle conservari jura semper ac posse, saltem in repræsentantem ejus personam. ergo, &c. — 1200 Illa interpretatio prævalet, quæ est conformior juri communi.

Quarto, quia illa verba quibus vocat cognatos, agnatos, familiam, &c. possunt stare demonstrativè, non exclusivè: Itaut velle nominatos præcedere non nominatos, non verò illos excludere; quia jure admittuntur. *l. cum acutissimi, C. de fideicommissis.* Igitur hæc interpretatio tenenda est.

Quinto, illa interpretatio in dubio admit-

tenda

tenda est, qua actus sustinetur, non qua corruit. *l.3. D. de militari testamento. l. quoties. l. in ambiguo, D. de rebus dubiis.* Molina *lib. 1. de primogen. cap. 12. num. 26.* Ergo dicendum est ad sustinendum Jus-patronatus, secùs casurum, nominationem familiæ, agnationis, masculorum factam esse, quando simul cum aliis concurrerent, non verò ipsis deficientibus; tunc enim debet sustineri actus, ut Jus-patronatus transeat etiam ad hæredes alios quoscumque, repræsentantes personam defuncti.

An Jus-patronatus constructum pro se, & suis hæredibus successoribus, censeatur etiam pro hærede extraneo?

DIstinguas, vel fundator habet, potestque habere hæredes rigorosè suos, scilicet existentes immediatè in sua potestate, vel non potest habere, nec habebit.

1201 Fundator non habens suos rigorosè hæredes, cēsetur vocare heredes extraneos.

Si non habet, nec habere potest suos rigorosè hæredes, intelligitur vocasse quoscumque hæredes, & ly *suis* est relativè ad hæreditatem, non derivativè: ut sint in potestate instituentis tamquam in sua causa, à qua sint procreati. *l. si post diem:* ubi Glossa v. *ad hæredem, D. quando dies legati cedat.* Menochius *lib. 4. præsumpt. 89. num. 67.* Clarinus *Forensium cap. 1. num. 33.* Lambertinus *Juris-patronatus lib. 5. par. 2. quæst. principali num. 4.* Alexander *lib. 5. consil. 26. num. 1.* Pasqualigus *centuria 1. q. 71. n. 9. & 17.* Peregr. *de fideicom. art. 22. n. 38.* Decius *cons. 216. n. 16.* Gabriel *communium tit. de verb. sig. concl. 2.* Simon de Petris *interpretationum ultimarum voluntatum lib. 3. p. 1. dub. 3. n. 15.*

1202 Si habet suos hæredes, illos primo loco cēsetur vocasse.

Si verò fundator habeat, vel possit habere hæredes in sua potestate à se progenitos, tunc censetur illos vocasse primo loco; quia isti sunt necessariò instituendi. *l. in suis, D. de liberis, & posthumis*, & iis deficientibus, censetur vocasse alios, etiam extraneos in infinitum. *l. secundum responsum, Cod. de contrahenda stipulatione. l. sciendum, D. de verbor. signif.* Idque ut dispositio sustineatur, non ut corruat. *l. quoties. l. in ambiguo, D. de rebus dubiis.* Decius *vol. 1. cons. 50.* Menochius *vol. 1. cons. 220.* Fusarius *de substitutionibus quæst. 239. num. 25.* Riccius *p. 1. praxis resol. 188.* Seraphinus *decis. 378. & decis. 406.* Hinc resolvitur:

An Jus-patronatus fundatum pro se, & filiis suis, intelligatur pro se, & filiis, ut hæredibus?

1203 Jus-patronatus fundatum pro se, & suis filiis, intelligitur pro filiis hæredibus.

AFfirma: quia filii sunt hæredes, & in dubio Jus-Patronatus hæreditarium præsumitur; maximè in filiis hæredibus, necessariò instituendis. *Clem. plures. de Jure-patronatus. Can. si plures, Can. filii 16. quæst. 7.* Gonzalez, in *cap. quæcumque num. 5. de Jure-patronatus.* Gratianus *Forensium cap. 577. num. 45.*

An vocata linea effectiva, scilicet descendentes fundatoris, transeat Jus-patronatus ad extraneos hæredes ultimi descendentis, an ad lineam lateralem fundatoris?

1204 Vocatā linea effectiva, Jus-patronatus trāsit ad hæredes ultimi decedentis, non ad lineā collateralē.

TRansit ad hæredes extraneos ultimi descendentis possessoris, nec transit ad lineam lateralem, non vocatam. Enim verò hæres non linea lateralis repræsentat personam fundatoris: ex regula *Hæres hæredis, est hæres Testatoris.* Ancharanus *cons. 51.* Alphonsus de Leone decisum referens *praxis par. 4. n. 93.* Luca *de linea legali art. 23. num. 13. in fine.*

An Jus-patronatus Gentilitium pro duplici linea fundatum, fiat pro una linea, quæ extinguitur in ultimo possessore, hæreditarium, & remaneat Gentilitium pro altera linea?

AFfirma: quia non est undè extinguatur extincta linea; cum ex dictis Gentilitium fieri valeat hæreditarium, & potuisset ab initio constitui partim Hæreditarium, partim Gentilitium, ut potest fieri Laicale, & Ecclesiasticum. Ergo etiam post ex facto, ut ex post facto mero Laicum potest fieri partim Laicum, partim Ecclesiasticum, si pro rata deveniat in manus Ecclesiæ. Merlinus *decis. 798.* Vivianus *decis. 720. num. 4.* 1205

1205 Jus-patronatus fundatum pro duplici linea, remanet Hæreditarium in linea, quæ extinguitur, & Gentilitium in altera.

Nec officit individuitas Juris-patronatus; quia individuitas consistit in jure præsentandi in solidum, existentem apud quemlibet Patronum, quæ ratio hic cessat. Merlinus *part. 10. recentiorum decis. 293. & decis. 870. n. 5.*

An Jus-patronatus mixtum possit fieri hæreditarium tantùm?

AFfirma: idque sivè ex verbis Testatoris, sivè ex regula ut actus in dubio sustineatur, non corruat. dicta *l. quoties, & l. in ambiguo, D. de reb. dub.* sivè quia casus omissus à Testatore remanet sub dispositione juris communis vocantis hæredem: ut dicta suadent, & videtur textus in *Can. considerandum, v. cohæredes 16. quæst. 7.* Abbas *lib. 1. cons. 54. num. 4.* Rochus de Curte *de Jure-patronatus, v. ipsa, vel à quo num. 17. quæst. 8.* Seraphinus *decis. 378. num. 1. & 2.* Maranta *par. 1. resol. 104. num. 52. & 53.* Garzias *de beneficiis par. 5. cap. 9. n. 66.* Maceratensis *lib. 1. resol. 60. n. 1.* Undè Jus-patronatus deveniens ad feminas ultimas de familia, transit extra familiam, scilicet ad filios hujus feminæ, juxta naturam feudi, quam in hoc Jus-patronatus sequitur. Cardinalis in *Clem. 1. de Jure-patronatus.* Gratianus *Forensium cap. 521. num. 31.* Maranta *par. 3. resp. 74. num. 35.* & istis deficientibus etiam ad alios hæredes, ut patet ex probatis. *l. si post diem*, ubi Glossa v. *ad hæredem, D. quando dies legati cedat.*

1206 Mixtum potest fieri hæreditarium tantùm.

An vocatis ad præsentandum Primogenito, eo mortuo, ejusdem filius excludat Patruum constituentis Jus-patronatus?

AFfirma; quia Jus Primogeniti propagatione ad filium trasmittitur. Abbas *cons. 85.* Riccius *par. 1. praxis resol. 210.* dans pro utraque parte Doctores.

1207 Mortuo primogenito, pro quo fuit constitutum Jus-patronatus, ejus filius excludit patruum cōstituentis.

An vocato gradu proximiore, Patruus excludat Nepotem à jure præsentandi?

AFfirma: nam Patruus est proximior Nepote *l. 3. §. si duo, D. de legitimis Tutoribus.* Et per ly *proximior*, Nepos non ingreditur gradum sui Patrui. *l. jubemus. §. finali*, ubi Baldus *Cod. ad Trebellianum.* Riccius *par. 1. praxis resol. 210. num. 3.* Intelligas, nisi Jus præsentandi ingressum fuerit lineam effectivam Patris illius Nepotis; nam tunc durat in linea, in quam intravit usquequo illa linea extinguatur, & Nepos succedit in Jus quæsitum Patri, cui ipse est proximior, ut patet ex titulo feudorum. Covarruvias *practicarum cap. 38. num. 13.*

1208 Patruus excludit nepotem, vocato gradu proximiore.

Jus-

Jus-patronatus Gentilitium Passivum.
§. XIX.

1209 Jus-patronatus Gentilitium passivum respicit consanguineum præsentandum.

JUs Gentilitium Passivum est quando præsentatus debet esse consanguineus de familia,&c. ex institutione Juris-patronatus; ita ut nulliter præsentetur extraneus. Burattus *decis.* 55. & 559. Merlinus *par.* 1. *recentiorum decis.* 122. 373. & 897. circa quod sequentia occurrunt.

Primo *si ex fundatione sit præsentandus unus ex linea descendentium, an proximior fundatori præferendus sit remotiori?*

1210 Proximior fundatori præfertur.

AFfirma: quia in dubio fundator se conformavit Juri communi, vocanti ad successionem, cæteris paribus, proximiorem, tamquam magis dilectum: ubi se aliter non expressit. Corduba in *Summa quæst.* 33. Perez de Lara *lib.* 2. *de Anniversariis cap.* 2. *num.* 7. Lambertinus *de Jure-patronatus par.* 3. *lib.* 2. *quæst.* 3. *art.* 4. *n.* 12. Garzias *de beneficiis par.* 7. *cap.* 15. *in fine.*

Idque etiam si obliquè velit præsentandum per hæredem; semper namque magis proximiorem prædiligit, se Juri conformans, contra Salgadum in *Laberyntho decis.* 100. *num.* 20. ajentem stante obliqua institutione, permissum hæredi præsentare remotiorem. sicuti volens præsentandum unum ex familia, non tenetur proximiorem, sed potest etiam remotiorem de familia præsentare. Cui motivo satisfit; quia semper ac exprimitur linea, exprimitur ordo præsentandorum, cum linea sine ordine personarum non subsistat.

An volens præsentandum esse unum ex familia, sufficiat quemlibet præsentare idoneum, sivè sit in gradu proximior, sivè remotior?

1211 Præcipiens præsentari unus ex familia, sufficit si sit idoneus, licet non sit proximior.

AFfirma: nam tunc non exprimit ordinem vocandorum, qui exprimeretur, si vocaretur linea; & sic tunc satis est eligere unum idoneum, etiam remotiorem. *l. filius familias, §. cum pater*, D. *de Legatis* 1. Soccinus in *l. si cognatis num.* 32. D. *de rebus dubiis*. Omnes namque de familia, ut ad præsentandum activè, ita, ut passivè præsententur vocata familia Jus habent. *l. cum ità, §. in fideicommisso, l. peto, §. fratre*, D. *de legatis* 2. Lambertinus *de Jure-patronatus p.* 2. *art.* 9. *quæst.* 2. *num.* 12.

An commissa hæredi electione, possit unicus de familia hæres eligere etiam remotiorem idoneum?

1212 Hæres potest eligere remotiorem idoneum.

AFfirma: secùs Jus eligendi evanesceret. *l. unum ex familia. §. si de falcidia*, D. *de legatis* 2.

Fundatore mandante præsentandum de linea masculina, vel feminina descendentem: remotior ex fratre utrinque conjuncto fundatori, an præferatur descendenti propinquiore ex fratre uterino?

1213 Præfertur descendens ex fratre utrinque conjuncto, excluso uterino.

AFfirma: quia hic magis est conjonctus fundatori ob duplex vinculum, quam sit alius ex uno latere conjonctus. Secundo, quia de jure hic præfertur, cui juri in dubio fundator censetur se conformasse, tamquam prudentior. Cavalerius *decis.* 241. de Leone *quæst.* 4. *par.* 6. *num.* 144. contra Lucam *de linea legali art.* 24. *num.* 23. Hinc resolvitur.

Vocatis conjunctis, quis præferatur?

PRæfertur conjunctus ex utroque latere, conjuncto ex uno in eodem gradu: ut etiam præfertur ad successionem. Lara *lib.* 2. *de Anniversariis cap.* 3. *n.* 32. Cevallos *q.* 398. *n.* 1. 1214 Vocatis conjunctis, præfertur utroque latere conjunctus.

Si in fundatione Pater velit præsentandos descendentes, quis præferatur, illegitimus jam dispensatus ad beneficia, vel legitimus filius illegitimi Patris?

DIstinguas: vel fundator adhibuit verba Juris civilis significantia: ut veniat mea linea, casata, familia, stirps, prosapia, gens, quæ verba Jure civili recepta sunt. Lara *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 23. vel usus est verbis significantibus ex communi primæva impositione hominum: ut veniat filius, descendens, consanguineus. 1215 Quid in illegitimis, & legitimatis ad beneficia.

Si est usus verbis Juris, illegitimi excluduntur; quia tales ut filii non recipiuntur de Jure civili, nec cognationem, nec familiam firmant. Si utatur verbis significantibus ex communi hominum impositione, tunc illegitimi illa significatione comprehenduntur; nam revera sunt filii, descendentes, & consanguinei. Bartolus in *l. pronunciatio*, ubi Jason *num.* 15. *de verbor. signif.*

Et tunc proximior illegitimus, vel legitimus ex avo illegitimo, præfertur legitimo remotiori. Navarrus *de Jure-patronatus cons.* 4. Rodriquez *tom.* 1. *Summæ cap.* 179. Cevallos *quæst.* 262. *num.* 24. Garzias *par.* 7. *cap.* 15. *num.* 22. dicens *num.* 48. legatum pium dotis relictum consanguineis Testatoris, deberi etiam illegitimis, contra Azevedum *cons.* 24. *num.* 37. & 50.

Si fundator velit præsentari unum de linea, vel de familia, quis præferatur?

PRæfertur primo loco nominatus, tamquam prædilectus; eo quia ly *vel*, prælationem denotat. *l. hæredes mei, §. cum ità*, D. *ad Trebellianum*. Peregrinos *de fideicommissis art.* 18. *num.* 24. de Luca *de linea legali art.* 24. *n.* 26. 1216 Primo loco nominatus præfertur.

An ex consanguineis præsentandis, præferatur conjunctus per lineam masculinam, lineę femininæ ejusdem gradus?

NEga: cum sit æquè consanguineus, nec inspiciatur favor familiæ; de Luca *de linea legali art.* 24. *num.* 27. & idem est si vocetur descendens; nam æquè est descendens ex linea masculina, quam feminina. 1217 Æque concurrunt descendentes ex linea masculina, & feminina.

Inhabili vocato in fundatione excluso, & ideò præsentato alio alterius lineę, instituto, & deinde mortuo, an sit redeundum ad primam lineam?

AFfirma: quia exclusio non fuit perpetua, sed ob impedimentum inhabilitatis personæ; ergo debet redi ad lineam vocatam primo, quando cessat impedimentum: sic feudum transiens ad filium forojudicato Patre, transiens 1218 Exclusio inhabili unius lineæ, illo mortuo, redeundum est ad eandem lineam.

ad

ad secundogenitum, forjudicato primogenito, redit ad Patrem, ad primogenitum, ex regula illa nō deberi auferri à linea, in quam intravit, nisi sit penitùs extincta, ex *cap. 2. in fine. de feudis*. intelligitur quando devenit ad ipsam perpetuò quia alia vocata fuit extincta. Peregrinus *de fideicommissis art. 2. num. 73.* de Luca *de linea legali art. 24. num. 38.*

An fundatore exigente præsentari Clericum talis cognationis, requiratur ut sit in decimo quarto anno?

1219 Clericus præsentādus si sit ante Trid. sufficit si sit septennis.

DIstinguas: vel Jus-Patronatus fuit fundatum ante, vel post Tridentinum; si ante satis est, si sit Clericus etiam septem annorum, quia ante Tridentinum nequibat fundator se conformare Tridentino *sess. 23. de reform. cap. 6.* requirente decimum quartum annum.

1220 Si post Trid. requiritur annus decimus quartus.

Si verò fuit fundatum post Tridentinum, tunc præsumitur fundator se conformasse Tridentino, & nisi aliter se expresserit, requisivisse in præsentato decimumquartum annum, saltem inchoatum tempore institutionis; licèt non tempore præsentationis: ut requirit Tridentinum. Barbosa *de potestate Episcopi allegat. 6. num. 78.* & docet Vivianus *decis.* 19. Durandus *decis.* 228. Cardinalis de Luca *de beneficiis discursu 95. num. 9.* de Luca *de linea legali art. 24. num. 7.* contra Novarium *singularium concl. 14. num. 8.* exigentem tantùm esse Clericum, & dicentem Tridentinum loqui de beneficio non Juris-Patronatus, sed libero. Vivianus *lib. 6. Juris-patronatus cap. 6. num. 6.* de Leone *quæst. 4. praxis 6. num.* 37. absolutè negantes posse ante decimum quartum annum institui.

De Jure-patronatus hæreditario.
§. XX.

1551 Hæreditarium est fūdatum pro se, & hæredibus.

JUs-patronatus hæreditarium est fundatum pro se, & hæredibus. *Clem. plures. de Jure-patronatus. cap. 1. cap. quoniam*: ubi Fagnanus *num. 3. de Jure-patronatus*. De quo plurā occurrunt.

An Jus-patronatus hæreditarium sit licitum?

1222 Est tamen licitum.

AFfirma: *cap. 1. cap. quoniam. de Jure-patronatus*. Idque si fiat pro certis hæredibus, sivè pro quibuscumque, sivè pro uno, sivè pro pluribus. *Clem. si plures. de Jure-patronatus.* Seraphinus *decis.* 125. & 325. Riccius *par. 1. praxis resol.* 188. *num. 7.* Covarruv. *2. variarum cap. 10. num. 6.*

1223 Neque obstat, in re spirituali non dari successionem.

Dices, in Jure spirituali non datur successio. *cap. 1. de præbendis. cap. consuluit. de Jure-patronatus*: ubi *Sanctuarium Dei Jure hæreditario non possidetur. cap. ad hæc. de decimis. Can. Apostolica 8. quæst. 2.* Ergo nec in Jure-patronatus datur successio; Ergo nec ad hæredes transit, cum sit spirituale, vel ei annexum. *cap. quanto. 3. de judiciis*: aut spirituale censetur. *cap. de jure 16. de Jure-patronatus.*

Respondetur: Antecedens currere regulariter, non ubi est favor, & gratia: sic ex speciali favore Summi Pontificis aliqui de pensionibus, & de beneficiis testari possunt. Idque maximè fuit expediens in re nostra, ut Laici allicerentur ad fundanda opera pia. D. Thomas 2. 2. *quæst.* 110. *artic.* 4. Covarruvias 2. *variarum cap.* 12. Gonzalez ad *cap. quæcumque n. 8.*

An Jus-patronatus hæreditarium sit gratia?

AFfirmat esse gratiam Summi Pontificis. *cap. quoniam. 5. ibi: sustinuit. de Jure-patronatus*: ubi Abbas *notabili* 1. Butrius *num.* 4. Hostiensis *num. 5. Can. si quis Episcopum*, ibi: *hæc gratia reservetur* 16. *qu.* 5. Ancharanus *cons.* 123. Et inter alios fines hujus gratiæ est, ut Laici allicerentur ad opera pia fundanda. 1224 Est insuper gratia.

Jure enim cum suis dotibus erat libera Ecclesia ædificata, & dotata à Laicis. *Can. decretum. Can. regenda. Can. noverit* 10. *quæst.* 1. *Can. piæ mentis* 16. *quæst.* 7. At deinde ut Laici allicerentur ad fundandas, dotandas, construendas Ecclesias, Summus Pontifex concessit primo Jus defendendi illas. *Can. filius* 16. *quæst.* 7. Secundo honorem sedendi, & processionis. *Can. piæ mentis, cit. cap. nobis. de Jure-patronatus.* Tertio concessit Jus præsentandi ad beneficium illud. *Can. decernimus* 16. *quæst.* 7.

Hinc Papa ex causa rationabili derogando huic legi, posset invito etiam Laico Patrono, disponere de Jure-patronatus. Licèt id non expediat; ne Laici desistant à fundandis piis operibus. Glossa in *Clem. 2. de Jure-patronatus*. Hostiensis in *cap. quoniam 2. num. 5.* ubi Fagnanus *num. 9. de Jure-patronatus.*

An in dubio Jus-patronatus præsumatur hæreditarium?

AFfirma: nam in dubio semper præsumitur fundatorem sibi, & suis hæredibus prospicere, etiamsi nulla sit facta mentio hæredum. *l. secundum responsa, Cod. de contrahenda stipulatione*. Unde meritò etiam extraneis prospexisse censetur. *l. post diem*: ubi Gloss. v. *ad hæredem, D. quando dies legati cedat. cap. significavit. de testibus. cap. 1. de Jure-patronatus. Clem. 2. de Jure-patronatus.* Riccius *par. 2. praxis resol.* 72. Barbatus *de divisione fructuum cap.* 16. *num.* 178. & 179. dicens in dubio transire Jure hæreditario, non Jure sanguinis. Ciarlinus *Forensium cap. 9. num.* 33. Nisi aliud exprimatur. Covarruvias 2. *variarum cap.* 18. *num.* 6. Vasquez *opusc. de beneficiis cap. 2. §. 2. dubio* 16. Gonzalez, Barbosa, & alii. Unde illud deprehenditur, Gentilitium facilè transire in hæreditarium, deficientibus vocatis; quia unaquæque res facilè revertitur ad suam naturam, & natura dispositionis est hæreditaria, semper ac aliud non exprimitur. Costa *de ratione ratæ qu. 97. art.* 12. Rota *part. 1. in novissimis decis.* 389. Hinc resolvitur. 1225 In dubio Jus-patronatus præsumitur Hæreditarium.

An Jus-patronatus pro se, & suis hæredibus, sit hæreditarium?

AFfirma: quia ly *hæredibus suis*, dubium est an supponat relativè ad hæreditatem suam, an derivativè ad propagantem, & in dubio debet sumi sensus naturaliter communior: ut est, Jus-patronatus esse hæreditarium. Ergo debet intelligi relativè ad hæreditatem, non derivativè. *l. sciendum, D. de verb. signif.* Et sic Juris-patronatus pro suis hæredibus transit ad omnes, etiam extraneos hæredes. *Can. filius. Can. considerandum. Can. si plures* 16. *quæst.* 7. Ancharanus *cons.* 81. Genuensis *in praxi cap.* 62. *num.* 24. Vivianus *par. 1. Jurispatronatus lib.* 5. 1526 Fundatum pro se, & suis hæredibus est hæreditarium.

cap.

cap.3. num.2. Alexander *lib.5. conf.26. num.1.* Decius *conf.216.num.5.* Peregrinus *de fideicommissis art.22.num.38.* Gabriel *Communium tit. de verbor. signif.* Gonzalez in *cap. quacunque. num.5. de Jure-patronatus.* Gratianus *Forensium cap.577. num.45.* Pasqualigus *centuria 1. q.71. num.9.& 17.* Menochius *vol.1.conf.220.*

An Jus-patronatus hæreditarium transeat ad hæredes in capita, vel in stirpes?

1227 Jus-patronatus hæreditarium transit in stirpes.

AFfirma transire in stirpes; Itaut si defunctus unam vocem habebat, omnes hæredes unam vocem habent, quæ inter ipsos veluti partitur pro rata hæreditatis *Clem.plures.de Jure-patronatus.* Tiraquellus *de primogen. qu. 36. num.3.* Gratianus *Forensium cap.521.* Gonzalez in *cap. 2. num. 6. de Jure-patronatus.* Abbas in *cap.7. num.5.de Jure-patronatus.* Riccius *par.1. praxis resol.201.& par.3.praxis resol.587.* semper enim hæredes veniunt ut repræsentantes personam defuncti: & sic ut vocem defuncti repræsentantes. Ergo si defunctus unam vocem in præsentando ad Jus-patronatus habebat, unam vocem habebunt hæredes. Sic veniunt in locum unius defuncti, à quo causam habent, & quem repræsentant. *cap. Pastoralis. de rescriptis. cap. licèt 47. v. statuimus. de testibus. l. si cum, §. qui injuriarum, D. si quis cautionibus. l.filia 28. §.1.de conditionib.& demonstrationib.*

In quo Jus-patronatus hæreditarium differt à Gentilitio, in quo consanguinei veniunt ex persona propria vocati, non ut repræsentantes personam alterius. Et sic veniunt in capita, & tot sunt voces, quot consanguinei. Gratianus *Forensium cap. 218.* Tondutus *tom. 1. resol. Canonic. cap.32.* Gonzalez in *cap.2. num.6. de Jure-patronatus.*

Et ità est etiam, si Jus-patronatus donetur.

An verò Jus-patronatus donatum aliquibus, admittat illos in capita?

1228 Jus-patronatus donatum admittit in capita.

AFfirma: nam tunc non veniunt ut repræsentantes personam alterius, sed ex propria persona. Riccius *part. 3. praxis resol. 587. num.4.* Alexander *conf.63. num.4.* Baldus in *l. 2.Cod.de suis,& legitimis.* Non enim isti faciunt unum corpus.

An Universitates habentes Jus-patronatus, habeant unam vocem?

1229 Universitates habent unam vocē.

AFfirma: quia veniunt per modum unius, & una Universitas est, nec consideratur multiplicitas focularium. Menochius *vol. 4. conf. 316.*

An Jus-patronatus donatum Collegio per modum unius, faciat, ut Collegium habeat unam vocem?

1230 Donatum Collegio ad modum unius, unam illud habet vocem.

AFfirma: quia singuli non sunt Collegium. Riccius *par.1. praxis resol.201. n.4.*

An divisa hæreditate inter plures hæredes, dividatur in solidum Jus-patronatus inter illos?

1231 Divisa hæreditate in solidum dividitur Jus-patronatus.

AFfirma: *Clement. plures. de Jure-patronatus. l.in de verb. oblig.* retenta individuitate, de qua aliàs actum est, ita ut singuli teneantur ad defensionem, & percipiant honorem unius defuncti in solidum. *Cap.pia mentis. Causa. filiis. 16. quæst. 7.*

An Jus-patronatus hæreditarium valeat transire ad omnes hæredes extraneos, etiam feminas?

AFfirma: *Clem.cit.plures. de Jure-patronatus cap.1. cap.quoniam 3.cap. ex literis 7.cap. perlatum 1.cap.nobis 25.de Jure-patronat.cap.finali.de concessione prebendæ.* Abbas in *cap.1.n.3. de Jure-patronatus.* Covarruvias *2. variarum cap. 18. num. 6.* Seraphinus *decis. 263. num. 3.* Maceratensis *lib. 1. resol. 60. num.1.* Lambertinus *par.2. Juris-patronatus lib.1. qu. 2. art.14.* Butrius in *cap.quoniam 3.num.3. de Jure-patronatus:* ubi Fagnanus *num.3.* Decius *conf. 127. num.3. in fine.* 1232 Hæreditariū transit ad omnes hæredes etiam extraneos.

An fundatum pro se, hæredibus, & successoribus, comprehendat quoscumque successores universales?

AFfirma: ex *Clem.plures.de Jure-patronatus,* & sic admittit successores Jure communi, prætorio, ut bonorum possessores, & etiam municipali jure. *§. quos autem, §. cum igitur, Institutionum. de bonorum possess.* 1233 Fundatum pro se, hæredibus, & successoribus comprehendit successores universales.

An Patroni hæredes possint pacisci inter se, ut præsentent alternis vicibus?

AFfirma: ad tollendas lites, & discordias. *Clem.plures. de Jure-patronatus.* Glossa in *cap.perlatum 1.de Jure-patronat.* ubi Fagnanus *num.5 & 6.* Riccius *par.3.praxis resol.587.* non tamen possunt dividere Jus-patronatus, ut scilicet unus habeat Jus-patronatus unius, alter alterius Ecclesiæ. *cap.perlatum 1.de Jure-patron.* 1234 Patroni valēt pacisci de alternativa ad præsentandum.

An Judex possit assignare uni ex pluribus Patronis Jus-patronatus?

NEga: nam præjudicaret aliis habentibus Jus in solidum ad præsentandum, nec Ecclesiæ est damnosum habere plures Patronos: ut non est damnosum habere plures defensores. Abbas in *cap. querimoniam 9. n.3. de Jure-patronatus.* Riccius *par. 1. praxis resol. 198. num.1.* contra Ancharanum in dicto *cap.querimoniam.num. 6.* 1235 Non potest uni assignari, exclusis aliis Patronis.

An in Gentilitio facto hæreditario, succedant ad præsentandum in stirpes?

AFfirma: Itaut plures repræsentantes unum hæredem, unam vocem habeant. *Clem.plures. de Jure-patronatus.* Enimverò licèt in Gentilitio admittantur in capita: Mutata deinde natura in hæreditarium, sequitur hæreditarii jura. Borattus *decis.647.* Lambertinus *lib.1 Juris-patronatus par.2. qu.1.art.5.num.7.* de Curte *de Jure patronatus. v. ipse, vel is à quo num.5.* Gratianus *cap.521. num. 14.* Tondutus *part. 1. cap.118. num.17.* 1236 Gentilitium factum Hæreditarium succedit in stirpes.

An institutis pluribus hæredibus, puta uno in semisse, secundo in triente, tertio in sextante: An isti habeant singuli tres voces æquales ad præsentandum in Jure-patronatus hæreditario?

AFfirma: in capita institutos habere vocem æqualiter, licèt deinde ipsorum hæredes ha- 1237 Inæqualiter instituti hæredes æqualem habent vocem.

habeant in stirpes. Nam primi in capita instituti, non occupantes locum alterius, vocem habent in capita, sicque tot sunt voces, quot sunt hæredes principaliter instituti à fundatore Juris-patronatus hæreditarii; & major portio hæreditatis solùm efficit, ut paribus vocibus, non sit locus gratificationi, sed præferantur voces habentium majorem portionem hæreditatis. Peregrinus *conf.27. num.7. vol.2. & conf.32.nu.7. vol.1.* Lambertinus *lib.2.par.3. quæst.5. principali num.4. v. adverte tamen.* Tondutus *par. 1. cap.32. num.10. & 11.*

Idemq; est si donetur res pro inæquali portione; tunc enim si in illa est Jus-patronatus, omnes donatarii, omnes legatarii habent æqualem vocem in capita, licèt, non illorum hæredes. Lambertinus *lib.1.par.2. quæst.1. art.24.n.11.* Peregrinus *vol.1. conf.32. num.9.* Tondutus *loc. cit.n.3.* Riccius *par.3.Decis.Curiæ Archiepiscopalis dec.6. num.1.*

In mixto an præsentent in capita, an in stirpes?

1238 In Mixto præsentatur per capita. Habent in capita; non enim est purè hæreditarium, sed debet manuteneri intra familiam. Rota *par.6. recentiorum decis.96. num.18. & dec.166. num.24.* & consequenter ut in mero Gentilitio habent in capita. Burattus *decis.83.num.4.* Ità in mixto, quod sequitur in hoc naturam Gentilitii, cùm non possit extra familiam existentem transferri. Burattus *decis.647.num.10. & decis.679.num.8.* itaut tunc plures hæredes de familia in capita præsentent. Tondutus *part.1. cap. 32. num. 19.* concludens cum Viviano *lib.4.Juris-patronatus cap.1.n.71. v.non obstat*, & Additione ad Burattum *dec.183. num.27.* filios de familia non habere vocem in mixto, vivente Patre, quia Patre hærede vivente, ipsi licet sint de familia, non sunt tamen hæredes.

Auctor hic non acquiescit. Sed hæret animus, nam in mixto non magis consideratur familia, quam hæreditaria qualitas; Ergo semper succedens in mixto, venit ut repræsentans personam alterius hæredis, & ex persona alterius hæredis Jus præsentandi habet, & sic in stirpes: nec ratio sanguinis prævalet; quia ratio hæreditaria est naturalior Juri-patronatus: itaut in dubio pro illa pronunciandum. Cardinalis in *Clem. plures col. fin. de Jure-patronatus.* Rota *par.2. recentiorum decis.356.n.1.* Seraphinus *decis.456. num.1.*

An major pars hæredum trahat ad se minorem?

1239 Major pars hæredum, trahit ad se minorem. Affirma: itaut minor pars absorbeatur à majori, & pro nihilo sit. Cavalerius *decis. 519. num.3.* Lotterius *de re benefic.lib.2.qu.11. nu. 125.* nec augeat vocem alterius ei additam. Oppositum tamen docet Peregrinus *vol.2. conf. 27. num. 13.* scilicet pro minima parte habentem vocem, posse illam dare cohæredi, etiam alterius stirpis, & sic augere vocem cohæredis.

Quot aliis modis Jus-patronatus transeat ad alium?

§. XXI.

1240 Tribus titulis infra acquiritur Jus-patronatus. Triplex titulus excogitari valet, quo unius Jura in alium transferantur. Primus est titulus universalis successionis, sive de Jure civili aut hæres, sive Jure prætori, ut est bonorum possessor, sive jure fideicommissariæ hæreditatis. Titulo universali.

Secundus titulus est administrationis generalis: sicut Tutor, Curator, Maritus, Gubernator Universitatis, uxoris, minoris, pupilli. Titulo administrationis.

Tertius titulus est particularis, donationis, cessionis, legati, emptionis. De quibus sigillatim agendum, an scilicet succedant, etiam in Jus-patronatus, inhærens rei, cui succedunt. Titulo particulari.

Et incipiendo à titulo universali. Certum est, quod juxta naturam fundationis, hæreditarium Jus-patronatus transit ad hæredes ex testamento, vel ab intestato in capita, vel in stirpes, ut de illis constiterit. *Clem. plures. de Jure-patronatus.* Seraphinus *dec.278.* Thuscus *litera I. conclus. 611. num. 21.* Lelius Zecchius *de beneficiis art.42. num.6.* Riccius *part.1. praxis resol.201.* Ut autem explicemus. Sit

Quomodo Jus-patronatus cum universitate bonorum transeat?

Sit principium. Jus-patronatus transit cum universitate bonorum, etiam sine licentia, & consensu Episcopi, in successorem, & possessorem universitatis bonorum, quocumque justo titulo universali, vel particulari consequatur quis universitatem bonorum. 1241 Jus-patronatus transit cum universitate bonorum, etiam sine consensu Episcopi.

Probatur primo ex *cap.cum seculum. cap. ex literis*: ubi Fagnanus *num. 3. de Jure-patronatus*. Secundo, quia tunc non venditur Jus-patronatus in specie, quod prohibitum est in dictis *cap.* & in *cap.de jure. de Jure-patronatus*, & vendens tunc, nec tenetur de evictione rei particularis. *l.1. Cod. de evictionibus.*

Tertio, quia per se prohibita alienari, transeunt cum universitate bonorum vendita, donata. *l. finali, D.de fundo dotali. l.quadam 62. D. de acquir. rerum dominio. l.in modicis 24. D.de contrahenda emptione.* Ergo transit etiam Jus-patronatus: dicto *cap. ex literis*, & dicto *cap. cum seculum. de Jure-patronatus*. Tiraquellus *de primogen.quæst.36* Garzias *de beneficiis par.4. cap 9.num.10* Molina *lib.1. de primogen.cap.29. num. 8.* Thuscus *litera I. conclus. 612. num. 2.* Salgadus *par.3. Labyrinthi cap.5.num.1.* Vivianus *par.1. de Jure-patronatus lib.4. cap.4. n.16. & cap. 5. n.1.* Menochius *conf.90. num.118. & 125.* Molina *de justit. tract.2. disp. 620. num. 6.* Olea dans duodecim Doctores *de cessione jurium tit. 3. quæst. 8. num. 26.* Tondutus *Canonic.quæst.par.2. cap.4. num.6.* Barbosa *de potest. Episcopi par.3. allegat.71. num.33.* dans quindecim Doctores. Scoppa ad Gratianum *observat. 26. num.18.* De Marinis ad Reverterium *decis. 123.num.1.* Hinc

ANALYSIS PRIMA

An vendita hæreditate, Jus-patronatus transeat in emptorem?

Affirma: *cap. ex literis. cap. cum seculum. de Jure-patronatus*: ubi Barbosa *num.5. l. quædam sunt, quæ non possunt sola alienari, tamen per universitatem ad hæredem transeunt.62. D.de acquirendo rerum dominio.* Hæreditas enim universitatem continet. *l. hæreditas, D. de petitione hæreditatis.* Ergo cum tali universitate vendita, transit Jus-patronatus. Felinus in *cap. causam quæ. de præscriptionibus num.8.* Murga *de sepulturis tom 1.tract.4. disp.13.* Covarruvias *2.variarum cap.18. num.8.* Fagnanus in *cap. ex lite-* 1242 Vendita hæreditate, Jus-patronatus transit in emptorem.

literis n. 33. *&* 46. *de Jure-patronatus*. Marefcottus 2. *variarum cap.* 55. *num.* 3. Saigadus *par.* 3. *Labyrinthi cap.* 5. *num.* 2. dans tredecim Doctores. Olea *de cessione jurium tit.* 3. *q.* 8. *num.* 26. Riccius *par.* 5. *collect.* 1731.

ANALYSIS SECUNDA

An donata hæreditate, Jus-patronatus transeat in donatarium, cum illa universitate bonorum?

1243 Donata hæreditate, in donatarium transit Jus-patronatus cũ universitate bonorũ.

AFfirma: *cap. cum seculum. cap. ex literis. de Jure patronatus*. Covarruvias *loc. cit.* Molina *lib.* 1. *de primogen. cap.* 24. *num.* 25. Gutierez *de juramento confirm. part* 1. *cap.* 42. *n.* 4. Hostiensis in dicto *cap. ex literis*: ubi Abbas *de Jure-patronatus*. Felinus in *cap. causam quæ n.* 8 *de præscriptionibus*. Barbatus *de divisione fructuum par.* 1. *cap.* 16. *num.* 133. contra Costam in *cap. si Pater. de testamentis in* 6. *quæst.* 2. v. *Trebellianica num.* 7.

ANALYSIS TERTIA

An in legato omnium bonorum, Jus-patronatus includatur, & transeat in legatarium?

1244 Sic quoque in legato omnium bonorum.

AFfirma: nam est universitas legati. *l. quoties*, *§. fin. D. de usufructu*, *l. uxori meæ*, *D. de usufructu legato*.

ANALYSIS QUARTA

An vendens omnia bona, intra quæ sunt jura universalia hæreditatis, Villa, Feudum, Jus-patronatus transeat in emptorem?

1245 Vẽdit omnibus bonis, quibus adhærent jura universalia, trãsit in emptorem Juspatronatus.

AFfirma: quia hæreditas, Villa, Feodum est universale. *l. pupillus. §. territorium. l. bonorum, in* 2. *D. de verbor. signif.* & sic cum illis transit Jus-patronatus. Pagnanus in dicto *cap. ex literis num.* 33.

ANALYSIS QUINTA

An Jus-patronatus transeat in usufructuarium universitatis bonorum, cui annectitur?

1246 Item transit in usufructuarium universitatis bonorũ, cui adhæret.

AFfirma: quia præsentatio est veluti inter fructus, qui competunt usufructuario possidenti. Murga dans undecim Doctores *tom.* 1. *tract.* 4. *disquis.* 19. Barbosa in *cap. ex literis n.* 7. *de Jure-patronatus, & de potest. Episc. allegat.* 71. *num.* 40. Tondutus *Canonic. quæst. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 5. Molina *lib.* 2. *de primogen. cap.* 24. *nu.* 4. Afflictus in *Constitutut. licentiam. num.* 3. Rocchus de Curte *de Jure-patronatus*, v. *ipse*, *vel is num.* 64. Barbatus *de divisione fructuum part.* 1. *cap.* 16. *num.* 124. contra Ripam in *l. Titia cum testamento, §. Titia cum nuberet, D. de legatis* 2. Belion. *cons.* 5. ajentes jus præsentandi competere proprietario.

ANALYSIS SEXTA

An Jus-patronatus transeat in fideicommissarium universalem?

1247 Et in fideicõmissarium universalẽ.

AFfirma: primo quia transire valet ad extraneum. Aretinus in *cap. significavit. n.* 1. *de testibus*. Ergo etiam ad fideicommissarium; nam quæ ad hæredem extraneum, quoque ad fideicommissarium transire valent. Glossa in *l. si Patroni, D. ad Senatusconsultum Trebell.* Ripa in *l. Centurio num.* 55. *D. de vulgari.*

Secundo, quia cum universitate bonorum, ut est fideicommissum universale, transit Jus-patronatus. *cap. ex literis. cap. cum seculum. de Jure-Patronatus*. Et ita docet Romanus in *l. si Patroni, D. ad S.C. Trebell.* Molina *lib.* 1. *de primogen. cap.* 24. *num.* 10. Gottierez *de tutelis p.* 3. *cap.* 29. *num.* 15. Barbatus *de divisione fructuum part.* 1. *cap.* 16. *num.* 141. *ad* 152. contra Bartolum in *l. quia perinde, §. restituta*, ubi Alexander *n.* 3. *ad S.C. Trebell.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 6. *n.* 37. Maceratensem 2. *variarum resol.* 83. *n.* 5. Fachineum *lib.* 10. *controversiar. cap.* 94. & *lib.* 13. *cap.* 64. *num.* 90. Barbosam *de universo Jure Ecclesia lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 130. *&* 232. Ripam in *l. Centurio, D. de vulgari.*

Objectio I. Dices primo cum Fachineo, in fideicommissarium traoseunt habentia valorem pecuniarium. Grammaticus *decis.* 307. *num.* 17. at Jus-patronatus non habet valorem pecooiarium. *cap. de jure. de Jurepatronatus.* Ergo non transit in fideicommissarium.

Diluitur. Respondeo negando majorem: nam etiam honorem afferentia, fideicommisso sunt inclusa. Secundo Jus-patronatus affert etiam valorem pecuniarium, scilicet alimenta in casu inopiæ. *cap. nobis. de Jure-patronatus.*

II. Replicabis secundo cum Fachineo: ad fideicommissariom non transeunt jura sepulchri. *l. quia perinde, D. ad S.C. Trebell.* Gl. in *l. si quasi* 16. *D. de hæreditate, vel actione vendita.* Ergo nec Jus-patronatus.

Rejicitur. Respondeo primo disparitatem esse, quia jura sepulchri donari, & legari nequeunt, nec transeunt in emptorem hæreditatis, Glos. in *l. si quasi, D. de hæreditate, & actione vendita. l. quia perinde, §. restituta hæreditate jura sepulchrorum apud hæredem remanent, D. ad S.C. Trebell.* At non sic Jus-patronatus, quod transmissibile est cum universitate bonorum in emptorem, donatarium hæreditatis. *cap. ex literis. cap. cum seculum. de Jure-patronatus.*

Non transit jus sepulchri in emptorem cum universitate, nisi alia via non pateat aditus ad sepulchrum, quàm per rem venditam; tunc enim in emptorem, etiam jus sepulchri transit, *l. in modicis* 24. *D. de contrah. empt.* ibi: *Non specialiter locus sacer, vel Religiosus veniit, sed emptioni majoris partis accessit. l. si mercedem* 55. *§. si cum fundum, D. de actionibus empti*, ubi *si eum fundum vendidisti, in quo sepulchrum habuisti, nec nominatim tibi sepulchrum excepisti, purum eo nomine cautum habes*: Pau. *minimè, si modò in sepulchrum iter publicum transis. l.* 1. *D. de fundo dotali, §.* 1. *l. quædam* 62. *D. de acquirendo rerum dominio.* Coonanos *lib.* 7. *commentariorum Juris Civilis cap.* 7. *num.* 4.

Instabis tertio: jura sepulchri transeunt ad hæredem. *l. quædam* 62. ibi *per universitatem ad hæredem transeunt, D. de acquirendo rerum dominio*. Sed per nos, quæ transeunt ad hæredem, possunt transire ad fideicommissarium, qui est veluti hæres. *l. filius familias. §.* 1. *D. quod cum eo.* Ergo jura sepulchri possunt transire ad fideicommissarium, contra textum in *l. quia perinde, §. restituta, D. ad S.C. Trebell.* Ergo falsum est Jus-patronatus posse transire ad fideicommissarium, quia potest transire ad hæredem.

Respondetur: in jure sepulchri expresse cautum non transire ad hæredem, sicuti nec ad emptorem hæreditatis, nisi omnis alia via ad sepulchrum sit clausa, quàm per rem emptam, quæ dispositio Juris Civilis sepulchri, Jure Canonico abrogata in Jure-Patronatus. *cap. ex literis. cap. cum seculum. de Jure-patronatus.*

Restituto autem fideicommisso, tunc controversia est:

An hæres prærata quarta retenta, Jus-patronatus retineat?

1248 Retenta quarta jure prælegati, retinetur Juspatronatus.

AFfirma: nisi quartam retineat, non jure hereditario, sed prælegati. Nam pro rata quartæ remanet hæres: & sic habet honorem, onera, & lucrum, etiam Juris-patronatus. *l. 1. D. ad S.C. Trebell.* Guidon Papa *decis.507. n. 1. & decis.* 496. Barbatus *part. 1. de divisione fructuum cap.16. num.152.*

An cessione omnium bonorum, Jus-patronatus transeat in cessionarium?

1249 Cum cessione omnium jurium fit cessionarii.

AFfirma: Decius *cons.127. num.2.* Abbas in *cap. ex literis num.11. de Jure-patronatus.* Puteus *lib. 2. decis.* 351. loquens in donatione omnium bonorum. de Curte *de Jure-patronatus, v. ipse, vel is num.23.* Ferrettus *cons.* 179. *num.2.* Seraphinus *decis.725.* Riccius *collectan.* 1731. Salgadus *in puncto cessionis part. 3. Labyrinti cap.5. num.11.* dicens cum Lotterio, Viviano, & aliis esse universitatis cessionem, licet dicat cedo omnia bona mea; nam ly *mea* non restringit universitatem rei suæ venditæ, donatæ, cessæ, nisi addat vendo omnia bona mea, existentia in tali loco: tunc destruitur universitas per ly *tali loco*; quia universitas loco non continetur.

Est contra Innocentium in *cap. ex literis n.2. de Jure-patronatus.* Lambertinum *Juris-patronatus lib.1. part.2. quæst.5. art.* 14. Decium in *cap. sæpè. de restit. spoliatorum*: ajentes alienantem omnia bona, non vendere universitatem, & sic nec Jus-patronatus transire in emptorem, & cessionarium.

Probatur primo. Quando transit universitas bonorum in aliquem, transit in illum etiam Jus-patronatus. *cap. ex literis 7. cap. cum seculum* 13. *de Jure-patron.* Sed quando ceduntur omnia bona, transit in cessionarium universitas bonorum. Ergo transit Jus-patronatus. Minor probatur, quia omnia bona includunt universitatem bonorum, ut sunt omnia jura, & actiones, stabilia, mobilia, patrimonium, peculium, Villa, Castrum, quæ re ipsa sunt bonorum universitates. *l. cogi* 16. ibi: *et si peculium meum Testator dixerit, quia plerique diminutione Patrimonium suum peculium dicunt de successione sua. D. ad S. C. Trebell. l. 5. D. de evictionibus. l. peculium nascitur, D. de peculio.* Mantica *de conjecturis lib.* 12. *tit.* 6. *num.* 24. Gusman *de evictionibus qu.45. num.5.*

Secundo probatur, quia ly *omnia bona sua cedere* nihil excipit, & sic venit universitas bonorum. *l. bonorum in fine 49. l. rei 23. D. de verb. signif.* sic obligans omnia bona, obligat universitatem bonorum, & ipsam hæreditatem. *l. nomen, Cod. quæ res pign. obligari.* Igitur cedens omnibus bonis, cedit universitatem bonorum.

Tertio ex *l. bonorum 49. D. de verb. signif.* ubi omnium bonorum nomine, exprimitur etiam universitas, nec mirum; quia omnia bona, ut universalem significationem continent, ità includunt omnia jura, sive universalia, sive particularia, & includunt patrimonium defuncti, quod ut in se, ita ut cessum alteri, est universale. *cap. conquærente. de officio Ordinarii.* Peregrinus *de fideicommissis art.36. num.69.* Olea *de cessione Jurium tit. 3. qu. 8. num. 26.* & judicio universali terminatur, & actione universali intentatur. Giurba *decis. 65. num. 3.* est enim unum plura comprehendens particularia, & universalia cedere omnia, quod judicium universale reddit. *l. bonorum 49. l. res appellatione 23. D. de verb. signif. l. nomen, Cod. quæ res pignori obligari.* Salgadus *par.1. Labyrinti cap.3. num.3.* Abbas in *cap. ex literis num. 12. de Jure-patronatus.* Murga *tom.1. tract.4. disquisit.13. n.10.* Ergo cessis omnibus bonis ceditur universitas, cum qua transit Jus-patronatus. Massinus *de confiscatione quæst.27. num.15.*

Dices primo, Jus-patronatus non dicitur in bonis nostris, cum censeatur res Religiosa, adhærens rei Religiosæ. *cap. de jure. de Jure-Patronatus.* Ergo cessis omnibus bonis suis, non venit Jus-patronatus. Objectio.

Respondetur negando antecedens; nam ex gratia Summi Pontificis, modo Jus-patronatus, etiam jure successionis acquiritur Laicis. *cap. unico. de Jure-patron. in 6.* Et ad tale jus conservandum Patronus habet actionem, & exceptionem, & sic est in bonis Patroni, saltem ut accessorium, vel comprehensum universati bonorum. *l. rem in bonis, D. de acquirendo rerum dominio.* Vivianus *part.1. lib.4. cap.4. num.34.* Et dicitur res sacra, nec in bonis Patroni, inquantum nequit tale jus pecunia vendere sine labe simoniæ. *cap. de jure. de Jure-patronatus.* Exploditur.

Dices secundo, Jus-patronatus est pecunia inæstimabile. Ergo non ceditur creditoribus, quibus ceduntur in æstimatione debiti. II. Objectio.

Respondetur concedendo totum. Jus enim patronatus non ceditur in extinctionem debiti, & inæstimabile pretio est; sed ceditur universitas bonorum pretio æstimabilis, qua cum Jus-patronatus transit inæstimatum, ut transit in emptorem, vendita hæreditate, *cap. ex literis. cap. cum seculum de. Jure-patronatus.* Diluitur.

Sed quid dicendum, si in patrimonio nihil, vel parum sit: an tunc Jus-patronatus transeat in cessionarium omnium bonorum?

NEga: nam tale patrimonium cum pro nihilo habeatur, non potest æstimari pro extinctione debiti creditoris, cui ceditur; & sic censetur cedi tantum Jus-patronatus in extinctionem debiti pretio appretiatum, simoniaca, & fraudolenta præsumitur cessio omnium bonorum: ut ergo non potest in specie Jus-patronatus vendi, cedi. *cap. de jure. de Jure-patronatus.* Barbosa in *cap. cum seculum num.2. de Jure-patronatus.* Olea *de cessione jurium tit. 3. qu.8. num.26.* Ita nec cum patrimonio, vel cum omnibus bonis, quando patrimonii bona non sunt, vel adeo diminuta, ut pro nihilo habeantur. Vivianus *par.1. Juris-patronatus lib.4. cap.5. n.17.* Salgadus *part. 3. Labyrinti cap. 5. num. 37.* Hinc resolvitur. 1250 Si parum, aut nihil sit in patrimonio, non transit in cessionarium.

Singula res cessa uni, an transeat Jus-patronatus in eum?

NEga: si Jus-patronatus specificetur; deest enim tunc universitas, qua cum transeat Jus-patronatus, *cap. ex literis cap. cum seculum. de Jure-patronatus.* Parladorus *lib. 1. quotidianarum cap. fin. parte 5. §.3. num.93.* sed de hoc iterum infra disputaturi sumus, an venditione particulari transeat Jus-patronatus ei inhærens in emptorem. 1251 Ob singulas res cessas, non transit Juspatronatus.

An

An confiscatis omnibus bonis Jus-patronatus transeat in Fiscum?

1252 Transit in Fiscum, cō fiscatis omnibus bonis.

AFfirmat Gl. in *Can. Filiis.16. quæst.7. v. propinquis* Imola in *l. si in Insulam, D. soluto matrimonio.* Joannes Andreas in *cap. à nobis. de jure-patronatus.* Abbas in *cap. quanto. num. 16. de judiciis:* ubi Decius *num.6.* Clarus *§. fin. q.78.* Murga dans octo Doctores *tit. 1. de sepulturis tract.4. disquisit. 16. num.2.* idem dicens de sepulturis. Lambertinus *lib. 3. Iuris-patronatus qu.8. art.8 num.20.*

Negat Reverterius *decis.123.* ubi de Marinis *num.2.* Pelinus *col.3. de judiciis.* Gigas *lib.2. de crimine læsæ Majestatis quæst. 4. num. 1.* dans viginti Doctores. Novarius *Forensium lib. 1. quæst. 146. num. 9.* Diaz in *praxi criminali Canonica cap.124. num.21.* Guidon Papa *dec. 341. num.3.* Farinacius in *praxi de delictis, & pœnis quæst.25. num.151.*

1253 Quod intelligitur de Jure-patronatus Hæreditario.

Distinguas, vel Jus-patronatus est Gentilitium, vel Hæreditarium; si hæreditarium, transit in Fiscum cum universitate bonorum confiscatorum. Probatur primo; quia cum universitate bonorum transit Jus-patronatus. *cap. cum Bertoldus 18. de sentent. & re judic. cap ex literis 7. cap. cum seculum 13. de Jure-patronat.* Sed confiscatione omnium jurium, & rerum transit in Fiscum universitas bonorum: ut patet. Ergo transit Jus-patronatus.

Probatur secundo. Quæ possunt transire in hæredem extraneum, confiscatione transeunt in Fiscum. *l.1. & 2. Cod. de bonis damnatorum. l.1. Cod. de bonis libertorum. l. eorum, D. ad legem Juliam Majestatis. l. jura libertorum, D. de Jure-patronatus. cap. Felicis, §. si qua. de pœnis in 6.* Peguera *decis.123.* Alexander *lib.1. cons.23. n.3. & lib.4. cons.89. num.5.* Decius *cons.442. n.27.* sed Jus-patronatus hæreditarium cum universitate bonorum transit ad hæredem extraneum; ut patet in *Clement. plures. de Jure-patronatus;* ergo etiam transit ad Fiscum.

Tertiò probatur: Quæ liberè alienari possunt, possunt transire ad Fiscum. *l. Imperator 12. D. de fideicommissariis libertatibus,* ubi Bartolus *n.1. l. si in Libertum 28. D. de bonis libertorum. l. ex facto 17. §. ex facto, D. ad S.C. Trebell. l. Statius Florus 48. §. Cornelio, D. de jure Fisci. l. cum Pater 79. §. hæreditatem, D. de legatis 2.* Sed universitas bonorum hæreditariorum includens Jus-patronatus liberè alienari valet. *l. 1. D. de hæreditate, vel actione vendita.* Ergo potest transire etiam ad Fiscum.

Probatur quarto. Quæ possunt per contractum in alium transferri, possunt per delictum transire ad Fiscum. *l. si filius 3. Cod. de bonis proscriptorum. l. 3. D. de interdictis, & relegatis:* ubi ob delictum confiscantur bona libera delinentis, sed universitas bonorum hæreditaria includens Jus-patronatus, liberè potest alienari per contractum. *cap. ex literis. cap. cum seculum. de Jure-patronatus.* Corradus *lib.4. praxis benefic. cap.5. num. 40. & 45.* Ergo etiam per delictum potest transire ad Fiscum.

1254 Si verò sit Gentilitium, non transit in Fiscum.

Si verò Jus-patronatus sit Gentilitium, tunc non potest transire ad Fiscum, nec fieri liberæ collationis; sed spectabit ad vocatos in fundatione. Igneus in *l. necessitatis. §. non alias par.1. num. 478. D. ad Syllanianum.* de Marinis ad Reverterium *decis.123. num.2. & 4.* Sylvester *v. Jus-patronatus quæst.5. versu 6.* Angelus *v. Jus-patronatus num. 36.* Tabiena *v. Jus-patronatus num. 25.*

Probatur ex prædictis rationibus à contrario sensu. Primo, quæ nequeunt transire ad hæredem extraneum, non transeunt ad Fiscum. *l. 1. & 2. C. de bonis damnator. l. jura libertorum 4. D. de Jure-patronatus.* Sed tale Jus Gentilitium nequit transire ad hæredem extraneum. Ergo nec ad Fiscum. Grammaticus *decis.6. num. 11.* Vivius *communium opin.71.* Boerius *decis.264. num. 7.*

Secundo, quia quod nequit per contractum, nec per delictum potest in alium transferri, *l. si filius 3. Cod. de bonis proscriptorum.* Bartolus in *l. si finita, §. si de Vectigalibus num.12. de damno infecto.* At Gentilitium patrimonium nequit contractu transferri: Ergo nec delicto in alium transferri; nam in Fiscum non transeunt alienari prohibita. *l. Statius Florus 48. §. Cornelio de jure Fisci,* nisi prohibitio alienandi sit favore ipsius delinquentis; nam tunc confiscantur in odium delinquentis, cum aliis restituenda non sint. Grammat. *decis.6. num. 14.* Bossius *tit. de bonorum publicatione num. 34.* Baldus in *l. legatarius, D. de excusationibus Tutorum.* Bartolus in *l. si quis in tantam. num.12. Cod. unde vi,* Ergo.

Tertio, quia nequit unus alteri innocenti vocato præjudicare, exemplo feudi. *cap. Imperialem, §. illud quoque. de prohibita alienatione feudi per Federicum. cap. si vassallus, tit. si de feudo defuncti contentio sit inter Dominum, & agnatos vassalli. l. si finita, §. si de vectigalibus.* ubi Bartolus *num.3.* Alexander *num.29. D. de damno infecto.* Boerius *decis.264. num.3.*

Nota hic Verde non semel docuisse, in Fiscum non transire Jus-patronatus, sed fieri liberæ collationis: quia gratia, qua permittitur laicis habere Jus-patronatus ex fundatione, dotatione, &c. in Fisco non invenitur; tum quia nullo Jure est expressum in eum transire.

Probatur quarto, quia delinquentis bona instituta pro genere, generi restituenda sunt. *l. si dotem, Cod. de jure dotium. l. emancipatum, §. fin. D. de Senatoribus. l.3. D. de interdictis, & relegatis. l. jura libertorum 4. D. de Jure-patronat.* ubi Jus-patronatus non confiscatur patre delinquente in Majestatem, sed transit ad filium. *cap. Felicis, §. si qua vero. de pœnis in 6.* ubi feudum impotens transire ad extraneos, Patre delinquente in Majestatem, non transit ad Fiscum, sed devolvitur ad filium.

Sed quid dicendum: si universitas bonorum sit liberè alienabilis, & contineat Jus-patronatus Gentilitium?

1255 Si verò sit universitas bonorum liberè alienabilis, tunc connexione transit Jus-patronatus Gentilitium in alios.

MAjor difficultas; & tunc necessitate connexionis transit cum universitate bonorum, nam tunc non consideratur titulus fundationis, sed titulus connexionis, quo universitas transfert ad se Jus-patronatus ad illum, ad quem transit universitas, & cui universitas fructificat. *d. cap. ex literis 7. cap. cum seculum 13. de Jure-patronatus. cap. cum Bertoldus 18. de sententia, & re judicata.*

1256 Ad confiscandum Jus-patronatus requiritur sententia.

In illo verò casu, in quo à delinquente auferatur Jus-patronatus, requiritur sententia declaratoria. *cap. vergentis. de hæreticis.* Garzias *de beneficiis par.5. cap.9. num.25.* Massinus *de confiscatione quæst.37. num.1. & 10.*

An Jus præsentandi transeat in pignoratarium, cum universitate bonorum?

1257 In pignoratarium non transit Jus-patronatus.

NEgat *cap. cum Bertoldus 18.* ubi Felin. *n.29.* Abbas, Butrius *de sententia, & re judicata.* In

In quo textu unus fuit præsentatus à creditore pignoratario universitatis bonorum, alter à Domino universitatis bonorum, & fuit decisum instituendum esse præsentatum, non à creditore pignoratario, sed à Domino universitatis bonorum; quia præsentatio est veluti fructus, qui non debetur pignoratario, sed Domino pignoris. Nec potest conservari à pignoratario Domino pignoris; quia lapsu temporis perit. Paulus de Castro *cons.55.* Salgadus *par. 2. Labyrinti cap. 5. n. 43.* & sic textus in *cap. ex literis 7. de Jure-patronatus*, non currit in illo, qui non potest disponere de fructibus.

Dices: transit Jus-patronatus in emptorem universitatis bonorum. Ergo etiam transit in pignoratarium universitatis bonorum.

Concedo antecedens, nego consequentiam, & disparitas est ex Glossa, & Butrio in dicto *cap. cum Bertoldus, num.25. de sententia, & re judicata*; quia emptor universitatis potest disponere de fructibus sibi, & aliis: Non sic pignoratarius, qui fructus debet conservare Domino, vel computare in extinctionem debiti. *cap. quamquam. de usuris*. Præsentatio verò licet sit fructus, non est computabilis in extinctionem debiti, cum sit inæstimabilis: ut accessoria rei spiritualis, & nequit servari Domino, lapsu temporis peritura.

An vi Salviani *obtinens immissionem in possessionem prædii, continentis Jus-patronatus, possit præsentare?*

1258 Vigore *Salviani* obtinens immissionem, & possessionem prædii, in quo est Juspatronatus, nequit præsentare.

NEga: quia hic est retentor illius rei, ut ex fructibus ejus, sibi satisfaciat; etiam pro sorte principali. At nequit ex fructibus præsentationis sibi satisfacere, meritò jus præsentandi remanet penès Dominum rei debitorem. Barbosa *lib.3. juris Ecclesiastici cap.12. n. 236.* Tondutus *par.2. Canonic.cap.4.n.6.*

An sequester universitatis bonorum continentis Jus-patronatus, præsentet?

1259 In sequestro omnium bonorum transit quoque Jus-patronatus.

AFfirma: quia ipse habet administrationem fructuum, quos debet conservare absque deterioratione rei sequestratæ, & non præsentare esset perdere fructus rei sequestratæ; cum præsentatio peritura lapsu temporis, nequeat conservari victori, secùs in sequestro conservanda, ut conserventur alii fructus. *Clem.1. in fine. de sequestratione possessionum, & fructuum*; in quo differt à pignore, in quo adest Dominus actu præsentans. Glossa in *Clem. ad compescendas v. beneficium. de sequestratione possessionum, & fructuum*: ubi Abbas *num.7.* Guttierez *par.3. de tutelis cap.7 num.18.* Corrasius *lib.3 Miscel. cap.2.num.16.* Felinus in *cap.examinatam.n.10. de judiciis*, & in *cap. cum Bertoldus.18.n.30. de sententia, & re judicata*. Murga *tom. 1. de sepulturis tract.4.disquisit.17. num.7.* dans quindecim Doctores. Barbosa in *cap. ex literis. n.8. illas. 6. & 7. de Jure-patronatus.* Pax Jordanus *tom.3.de re judiciali lib.14.tit.15. num.19.* Rota *par.1. recentiorum decis.516. num.1.* Mantica *decis. 251.* Tondutus *Canonic. quæst. part. 5. cap. 4. num. 2. & 3.* dicentes in sequestro facto consensu partium, ille, qui tenet rem sequestratam, præsentare; quia possidet non ut in sequestro necessario, facto causa custodiæ, mandato Judicis; quia tunc partes retinent possessionem præsentandi, & consequenter præsentare potuerunt. Riccius *collect. 1645.* Barbosa *de jure Ecclesiastico lib.3.cap.12.num.234.*

Sed in hoc hæret animus; quia etiam in sequestro necessario, sequester debet administrare, & rem custodire victori; & plerumque ignoratur, cui jus competat. In quo adest difficultas.

Secundo volunt, quod si sequester invenitur Laicus, tunc Laicus præsentat ad Jus-patronatus contentum in re sequestrata; si verò beneficialia tantùm res sequestraretur, deberet penès Clericum sequestrari, ut ille præsentet, si beneficium vacabit. Franciscus Marcus *part. 1. decis.294. num.2.*

Tertio volunt dicta currere si universitas fuit sequestrata, beneficio non vacante. Tunc asserunt, quod possit rem apud se habentem, præsentare ad beneficium, si deinde vacet. Idque ut conservet rem sicuti recepit, cum beneficio non vacante. Corrasius *loc.cit.* Duarenus *lib.3.de beneficiis cap. 10.* Gigas *de pensionibus quæst.72.* contra Fagnanum in *cap.ex literis 7.num.16. de Jure-patronatus*. Garziam *de beneficiis part. 5. cap.6. n.1.* Pilajam *lib.3.decis.1.* Cævall. *comm. qu. 740.*

Si verò pendente lite inter Patronos, vacante jam beneficio fiat sequestrum, tunc elapsis quatuor mensibus in Laico, sex in Ecclesiastico, Episcopus instituit, nec sequester præsentat; Quia ad aliud non tenetur, quam conservare rem, ut accepit: nec debet meliorare conditionem Patronorum contendentium inter se, nec præsentantium, in præjudicium devolutionis ad Episcopum. *cap quoniam 3. cap.cum propter 27. de Jure-patronatus.* Harprectus *lib.3. Institution. §.præterea, tit. de deposito n.165.* & notavi *tertia Pantonomodidascalia num.786.*

An ad creditores transeat Jus-patronatus, quando obtinent ex concursu universum patrimonium defuncti?

1260 Creditores obtinentes universum patrimonium defuncti, habent quoque Jus-patronatus.

AFfirma: quia tunc ad eos transit universitas bonorum: Ergo cum Jure-Patronatus universitati cohærenti. *cap.ex literis 7.cap.cum sæculum 13.de Jure-patronatus.*

Sed si Patrimonium divisum in partes particulares, creditoribus sigillatim assignetur, cum desinit esse universitas in quolibet, & consequenter cum universitate, quæ cessat, ad creditores transire nequit Jure accessionis. *d.cap.ex literis. cap. cum seculum. de Jure-patronatus.* Salgadus *part.3. Labyrinti cap.5.num.44.* Innocentius in *cap. ex literis. de Jure-patronatus.*

An Jus-patronatus competens primogenito, seniori ex fundatione, vendita re cui inhæret transeat ad emptorem?

1261 Jus-patronatus competens primogenito, seniori, transit in emptorem si vendatur res cui inhæret.

AFfirma: ut transit Gentilitium, & Hæreditarium, non obstante vocato in fundatione. *cap.ex literis 7. cap. cum seculum 13. de Jure-patron.* Et sic non obstat esse ad decorem familiæ, & veluti personale privilegium familiæ; nam etiam Gentilitium est ad decorem familiæ, & transit in extraneum creditorem, emptorem universitatis bonorum. Contra Cardinalem *consil. 48.* Tiraquellum *de primogen. quæst.37.* citantem Lambertinum *part.2 Juris-patronatus lib.1. quæst.5. principali art.16.*

Admi-

Administrator Universitatis an præsentet?

1262 Administrator Universitatis præsentat. Præsentat, quia habet jus conservandi rem; ergo percipiendi, & conservandi fructus quantum potest, igitur præsentandi ad beneficium nomine illorum, quorum bonorum administrationem exercet: ut de sequestro dictom est.

Ex hic decidas:

An Curator hæreditatis, patrimonii, universitatis bonorum, habeat jus præsentandi ad beneficium universitati annexum?

1263 Curator hæreditatis, patrimonii, aut universitatis bonorum præsentat ad beneficium Universitati annexum. Affirma: quia præsentare est pars administrationis ei commissæ. Barbosa in *cap. ex literis n.6. de Jure-patron.* Campanilis in *Diversorie Juris Canonici rubr. 11. cap. 13. n.360.* Caput-aquensis *decis. 323. in fine*. Murga *tom. 1. tract. 4. de sepulturis disquisit. 18.* dans decem Doctores.

An Tutor, vel Curator præsentare possit nomine pupilli, minoris, & furiosi?

1264 Tutor, & Curator præsentare valet nomine pupilli, furiosi. Affirma: quia hæc est pars administrationis ei concessæ: ut de Curatore patrimonii jam dictum est. Et si pupillus est infans, Curator est furioli, res indubia est. Et difficultas est:

Si pupillus sit major Infante plena ratione utens, & minor sit sana mentis, quisnam ex his tunc præsentet?

1265 Etiamsi pupillus sit major infante, & minor quoque sanæ mentis. Et adhuc præsentant Tutor, & Curator; quia adhuc administrant universitates bonorum: ut Gubernatores Universitatis, cujus bona administrant.

1266 Si tamen minor pupillus præsentet idoneum, admittitur. Verùm quia in hoc minor, pupillus præsentando, damnificari nequit, adhuc ipse tunc admittitur ad præsentandum, etiam sine auctoritate Tutoris, si præsentat idoneum; quia tunc suam conditionem non deteriorat, & potest hujusmodi actus exercere absque auctoritate Tutoris, meritò, cum ipse sit Dominus, & tunc liberè possit talem actum exercere, venit ut Dominus, administrator rei suæ, & præsentatus à minore, à pupillo idoneus, præfertur idoneo præsentato à Tutore, à Curatore. Archidiaconus in *Can. decernimus 16. q.7.* Abbas in *cap. finali in fine. de concessione prebenda.* Riccius *part.2. collect.278.* Grossus *de minoribus inspect.2. quæst.30. num.3.* Barbatus *de divisione fructuum part. 1. cap. 16. num.227.* Nec ad ita præsentandum requiritur decretum Judicis, ut nec requiritur in aliis, in quibus minor non deteriorat suam conditionem, nec se exponit periculo litium. Baronius *de minoribus in præludiis num. 27.* Vivianus *lib. 5. Juris-patronatus cap.3. num.15.*

An Jus præsentandi transeat in conductorem rerum, quibus cohæret?

1267 Per conductionem rei, cui cohæret Ius-patronatus ultra decennium, conductor præsentat. Distinguas: vel conductio est ad longum tempus, scilicet ultra decennium, vel non. Si est ad decennium, vel ultra, affirma: quia tunc acquirit dominium utile rei conductæ. *l. 1. §. quod autem, D. de superficiebus*; Et consequenter ut verus Dominus præsentare valet. Riccius *collectan. 484.* Anna *allegat. 109.* Barbosa in *l. divortio, §. si vir num.58. D. soluto matrimonio.* Glossa in *cap. ex litteris 7. de Jure-patronatus.* Et sic transit Jus-patronatus in emphyteutam, in feudatarium ad firmam, idest quoad dominium utile. Abbas in *cap. ex literis*: ubi Glossa *supra cit.* Barbosa *par.3. allegat.71. num.4. de potestate Episcopi.* Murga *tom.1. de sepulturis tract.4. disquisit.14. num.2.*

Si verò locatio sit intra decennium: Nega, quia hic non acquirit, nisi quoad fructus sibi profuturos, jus in re conducta. *l.1. D. locati.* Et præsentatio est fructus, nam prodesse potest conductori, & sic non acquirit jura, & actiones omnes in re conducta. Felinus in *cap. cum Bertoldus 18. num. 29. de sententia, & re judicata.* Abbas in *cap. ex literis de Jure-patronatus.* Paulus de Castro *cons. 55.* dicens textum in *cap. ex literis sup. cit.* vindicare sibi locum in alienationibus, saltem dominii utilis translativis. Azorius *par.2. lib.6. cap.20. quæst.11. & cap.25. quæst. 18.* Non tamen si sit infra decennium.

An jus præsentandi annexum fundo dotali: puta Villæ, Castro, competat viro?

1268 Ius patronatus annexum fundo dotali competit viro. Affirma: nam præsentatio est inter fructus rerum incorporalium, qui competunt viro. Glos. in *cap. cum Bertoldus in fin. de sentent. & re judicata.* Abbas in *cap. cum olim. num. 2. de majoritate, & obedien.* Gratianus *Forensium cap. 177. n.17.* Maceratensis *lib. 1. variar. resol 87.* Guitierez *part.1. de tutelis cap 20. num.2.* Barbatus *par.1. de divisione fructuum cap.16. num.5.* Ut etiam inter fructus numeratur dare vocem. Imola in *Clement. 2. de ætate, & qualitate.* Felinus in *cap. cum olim. num.2. de majoritate, & obedientia.* Mastrillus *decis. Sicula 18. num. 5.* Et etiam electio est fructus potestatis eligendi. Innocentius in *cap. Commune col. 2. de electione*: Ut collatio est fructus potestatis conferendi, competens etiam bonæ fidei possessori. Abbas in *cap. cum olim. num.4. de causa possessionis, & proprietatis.*

Sed marito competunt omnes fructus, etiam annexi rei dotalis; ergo etiam ei competit præsentatio, electio, vocem dare, si in re dotali sit hujusmodi jus, ex quo præsentatio, electio nascatur; idque, non solum ob honorem præsentandi, præsidendi, sed ut deveniens ad egestatem valeat ex fructibus Juris-patronatus sibi alimenta petere, ad sustinenda onera matrimonii, si egestate prematur.

Secundo probatur, quia vir est generalis saltem administrator, vel usufructuarius, habetque omnes effectus domini rei dotalis. *l. doce ancillam, Cod. de rei vindicatione. l. dotis fructum 8. l. quamvis 78. D. de jure dotium. l. in rebus 30. Cod. eod. titulo.* Effectus autem dominii, usufructus, administrationis, est omnes fructus percipere. Ergo etiam præsentare valet.

Tertio probatur, quia saltem vir de jure est Procurator uxoris. *l. 1. l. non eo minus. Cod. de Procuratoribus*; ergo præsentare potest; cum vir, non uxor habeat rei dotalis administrationem: Itaque præsente viro administrare uxor nequeat, & administrans nulliter agat, tamquam administrans sine consensu jure matrimonii à viro præstando; quia est caput uxoris. *Can. Adam. Cau. hæc imago 7. quæst. 5.* Et sine consensu viri nulliter promittit, nulliter se obligat circa res dotales. *l. quamvis 78. D. de jure dotium.* Baldus in *l. fin. Cod. de legibus.* Ergo nec præsentare validè

validè poterit, nec constituere Procuratorem ad præsentandum in præjudicium viri, & ita docet Mantica *decis.* 140. & 540. Barbosa in *l. divortio, §. si vir. num.* 56. *D. soluto matrimonio.* Molina *lib.* 1. *de primogen. cap.* 24. *num.* 3. Murga *tom.* 1. *de sepulturis tract.* 4. *disquisit.* 15. dans decem Doctores, dicens etiam jus sepulturæ transire ad virum cum re dotali. Menochius *lib.* 1. *cons.* 66. *num.* 27. Tiraquellus *ad leges connubiales Glos.* 9. *num.* 7. Conoanus *lib.* 7. *commentariorum cap.* 7. *num.* 4. Rota *de Jure-patronatus in novis decis.* 10. Barbatus *de divisione fructuum part.* 1. *cap.* 16. *n.* 8 & 108. dans alios decem Doctores. Lambertinus *part.* 2. *Juris-patronatus lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 35.

1269 Contra DD. afferentes competere uxori cum cõsensu viri.

Contra Riccium *part.* 1. *praxis resolut.* 111. *num.* 2. volentem id residere penès uxorem dotis Dominam, & ad majorem cautelam virum præsentare consensu uxoris. Abbatem in *cap. fin.* ubi Butrius, & Imola *de concessione præbendæ.* Felinum in *cap cum olim. num.* 2. *de majoritate, & obedientia*, & in *cap. cum Bertoldus. num.* 19. *de sententia, & re judicata.* Ancharanum in *Clem. plures. de Jure-patronatus.* Martham *par.* 2. *de jurisdictione cap.* 41. *num.* 27. Rotam *part.* 3. *in novissimis decis.* 625. ajentes jus præsentandi, & præsentationem viro non competere; quia non est fructus compensabilis, computandus, & debitus viro ad sustinenda onera matrimonii, cui motivo supra dicta satisfaciunt. Nam deveniens ad egestatem, posset sibi alimenta petere ad sustinenda onera matrimonii: Hinc patet

An præsentatus ab uxore, præferatur præsentato à viro?

1270 Præfertur præsentatus à viro, non ab uxore.

NEga: quia uxor præsentare nequit: sicuti nequit percipere fructus rei dotalis, viro invito. Rocchus de Corte *v. ipse, vel is num.* 93. contra Rotam *de Jure-patronatus in novis decis.* 10. ajentem meliorem præventionis conditionem, & pari causa, præferendum præsentatum ab uxore. Hinc patet.

An uxor possit sine viro præsentare, & ad id Procuratorem constituere?

1271 Uxor non præsentat, nec procuratorem cõstituit.

NEga: durante dote penès virum; nam nequit virum spoliare fructibus, & administratione: ut ex dictis contra Lambertinum *lib.* 2. *Juris-patronatus part.* 1. *art.* 11. Felinum in *cap. Ecclesia S. Mariæ. de constitutionibus.*

Nec suffragatur impuberes, & minores præsentare posse sine consensu Tutoris, & Curatoris. Archidiaconus in *Can. decernimus in princ.* 16. *quæst.* 7. Joannes Andreas in *cap. ex eo, v. suffragium. de electione.* Tiraquellus *ad leges connubiales Glos.* 5. *num.* 222. Cum in pupillo, & minore verum sit, quia auctoritas Tutoris non requiritur, si pupillus non deteriorat suam conditionem: ut non deteriorat præsentando idoneum: Et quia Tutor, & Curator non potest destruere fructus, nec sibi consumere. At vir non tenetur conservare fructus rei dotalis, sed illos consumere valet pro sustinendis oneribus matrimonii, & honorificentia viri in Jure-patronatus redundat etiam in ipsam uxorem.

Nec officit jure præsentandi, & præsentatione non sustineri onera matrimonii, ob quæ sustinenda dantur fructus rei dotalis. *l. unica, Cod. de rei uxoriæ actione. l. dotis fructum* 8. *D. de jure dotium.*

Nam respondet Tiraquellus *ad leges connubiales Glos.* 9. *num.* 15. Jure accessionis sequi naturam principalis, suoque modo esse in lucro quoad honorificentiam, quæ communicatur à viro uxori, & ob spem petendi alimenta urgente inopia.

An Jus-patronatus annexum rei singulari: puta Prædio, Villa, illa vendita transeat in emptorem?

AFfirma: Garzias *de beneficiis part.* 5. *cap.* 9. *num.* 23. & 24. Salgadus *par.* 3. *Labyrinti cap.* 5. *num.* 6. & 26. Barbosa in *cap. ex literis* 7. *num.* 5. *de Jure-patronatus, & de potestate Episcopi par.* 3. *allegat.* 71. *num.* 33. Murga *de sepulturis tom.* 1. *tract.* 4. *disquisit.* 13. *nu.* 2. Innocentius in *dicto cap. ex literis. de Jure-patronatus.* 1272 Jus patronatus annexum rei singulari, cum illius venditione transit in emptorem.

Ubi Cardinalis *quæst.* 12. & 13. fundans prædium tunc esse loco universitatis, & in *cap. cum Bertoldus notabili* 2. *de sententia, & re indicata*, & *cons.* 122. ajens tunc fundum esse principale, Jus-patronatus ut accessorium transire. Molina *lib.* 3. *de justitia disp.* 620. *num.* 6. Campanilis in *Diversorio juris Canonici rubrica* 11. *cap.* 13. *num.* 354. dicens alienato fundo, vel palatio, in quo est Jus-patronatus, accessoriè Jus-patronatus transire cum fundo ad alienatarium: maximè si ad Capellam Juris-patronatus, nonnisi per fundum pateat accessus. Nam si aliundè, puta via publica sit accessus, tunc cum fundo non transire docet Zabarella *loc. cit.* Cardinalis in *cap. cum seculum. de Jure-patronatus*, Glossa in *l. fundus mihi, D. familiæ erciscundæ*, Sylvester *v. Jus-patronatus quæst.* 5. Romanus *singulari* 3. incipit: *si vendo fundum.* Campanilis *loc. cit. num.* 355. Tabiena *v. Jus-patronatus num.* 13. ubi Armilla *num.* 7. Angelus *num.* 14. Boerius *decis.* 322. *num.* 14. Corradus in *praxi benefic. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 40. Mantica *lib.* 4. *de tacitis tit.* 9. *num.* 25. & ita bis decisum in Curia Archiepiscopali Neapolis testatur Campanilis *loc. cit. num.* 356.

Contra Fagnanum in *cap. ex literis. num.* 19. & 22. *de Jure-patronatus.* Rotam *lib.* 3. *divers. decis.* 1152. *num.* 4. ajentes cum palatio, fundo vendito, Jus-patronatus non transire, sive sit, sivè non sit aditus ad Ecclesiam per fundum. Contra Fagnanum.

Probatur primo, quia ut patet ex dictis, faciliùs Jus-patronatus, quam Jus sepulturæ transit ad alterum: ut patet de fideicommissario; & tamen jus sepulturæ non exceptum, transit in emptorem fundi, ubi est sepulchrum. *l. si mercedem* 53. *§.* 1. *D. de actionib empti. l. in modicis* 24. *D. de contrahenda emptione. l. quadam* 62. *D. de acquirendo rerum dominio.* Connanus *lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 4. Solorzanus *lib.* 2. *politices cap.* 18. Gutherus *lib.* 3. *de jure manium cap.* 5. Ergo vendito fundo, in quo est Capella, talis Capella transit ad emptorem jure accessionis. Gonzalez in *cap. abolendæ* 13. *num.* 7. *de sepulturis.*

Secundo probatur, quia Jus-patronatus adjectum, vel inclusum universitati non transit; quia universitas, sed quia accessorium concomitans universitatem bonorum: puta Villam. *dicto cap. ex literis. cap. cum seculum. de Jure-patronatus.* Quæ ratio accessorii æquè habetur in re particulari vendita, quæ ut principalis debet

bet de jure ad se trahere accessorium; cum ergo ratio accessorii æquè habeatur in re universali, & in re particulari, quæ utrobique principale. fundum ad se trahet accessorium Jus-patronatus. Guttierez *part. 1. de juram. confirm. cap. 42 num. 4.* Genuensis *in praxi cap.* 101. *num.* 3. Riccius *par. 1. praxis resol.* 162. *num.* 8. Marescottus *lib. 2. variarum cap. 55. num. 5.* ubi cum universitate bonorum non transit Jus-patronatus, nisi alicui rei universitatis Jus-patronatus fuerit conjunctum, puta Capellæ in universitate inclusæ.

Tertio patet, quia aliàs sequerentur rixæ, si per fundum alterius inviti ingredi Capellam Juris-patronatus vellet, ad quas tollendas, æquum est transire jure accessionis in emptorem. Fundi enim Dominus prohibere potest accessum per suum fundum.

Idque verum est, etiamsi vendita re, non exprimatur Jus-patronatus ei adjectum; nam adhuc cum re transit in novum Dominum, vi jure accessionis ut principale cum suo accessorio. *l. cum principalis, D. de regulis juris. l. si statua, D. de auro, & argento legato. l. 8. l. grege 21. l. si quod 24. D. de legatis 1.*

An, & quo jure transeat Jus-patronatus in alienatarium cum re alienata universali, vel particulari, contra pacta fundationis, & voluntatem fundatoris pro harede, pro sanguine, & pro utroque?

1273 Jus-patronatus transit in alios tum dispositione hominis, tum legis.

TRansit Jus-patronatus ex dispositione hominis, ex dispositione legis. Ex dispositione hominis transit secundum pacta, & naturam fundationis: Gentilitium ad vocatos consanguineos: Hæreditarium ad hæredes: Mixtum ad consanguineos hæredes.

Dispositione juris transit cum re alienata, jure, & titulo contenti cum suo continente, annexi cum suo principali necessaria sequela: & sic transit etiam sine alio consensu Episcopi, jura jam consentiente in aliam personam, ad quam transit res principalis, comprehendens Jus-patronatus, etiamsi in fundatione non fuerit vocata, & ut transit cum Villa data ad firmam. *cap. ex literis. 7. c. cum seculum. 13. de Jure-patr:* Ita transit cum qualibet re, cui accedit, vel in qua continetur jure illius connexionis, & necessariæ concomitantiæ; nisi excipiatur Jus-patronatus, qua exceptione tunc desinit esse accessorium, concomitans. *l. si mercedem 53. §. 1. D. de action. empti. l. 1. §. 1. D. de fundo dotali.* Fagnan. in *d. cap. ex literis. num. 17. de Jure-patronatus.*

1274 Et transit titulo concomitantiæ.

Titulo ergo concomitantiæ, contenti, accessorii transit ex dispositione Juris, dicto *cap. ex literis. cap. cum seculum. de Jure-patronatus. cap. cum Bertoldus. 18. de sentent. & re judicata.* Samuellius *de sepulturis tract. 1. disp. 1. controversia 5. concl. 16.* Glossa in *Can. filiis. v. propinquis in fine 16. quæst. 7.* Et sic res aliena accedens meæ jure accessionis fit mea: ergo etiam Jus-patronatus, rei meæ accessorium, fit meum, ex dispositione juris: cui dispositioni fundator poterat derogare, non derogando, se accommodavit juris dispositioni; sic jus sepulchri hæreditarii transit in emptorem prædii, cui inhæret. *l. in modicis*, ibi: *parti accessit. 24. de contrahenda emptione.*

Et si Jus-patronatus Gentilitium licèt in alienatarium tunc non transeat jure sanguinis, vel jure hæreditario, si hæreditarium sit, transit si Gentilitium jure accessionis, ex dispositione legis, cum re, cui accedit, necessaria concomitantia. Salgadus *par. 3. Labyrinti cap. 5. n. 4. & 5.* Vivian. *par. 1. Juris-patronatus lib. 4. cap. 4. n. 16.*

Nec alienans rem, dicitur alienare Jus-patronatus, nec Jus-patronatus transit contra, sed præter voluntatem fundatoris, vel ex voluntate tacita fundatoris, volentis se conformare à dispositione legis, qua accedens fit illius, cui accedit. *cap. ex literis. cap. institutione*: ubi Abbas *num. 5. cap. cum seculum. de Jure-patronatus.* Barbosa *de potestate Episcopi allegat. 71. num. 47.* Menochius *cons. 66. num. 27.* Salgadus *par. 3. Labyrinti cap. 5. num. 4 & 5. & cap. 3. num. 5.* ubi emphyteusis hæreditaria transit ad creditores, ad quos transeunt bona debitoris, salvo jure Domini directi; quia hæc est alienatio necessaria, cum accessorium necessariò sequatur suum principale.

An Jus-patronatus possit per se vendi copulativè cum universitate bonorum? ut vendo tibi Villam, & Jus-patronatus.

1275 Jus-patronatus copulativè cum universitate bonorū vendi nequit.

NEga: nam tunc Jus-patronatus venderetur, sicuti venditur Villa: & sic vendito toto, esset vendita pars, quod ut simoniacum est jure prohibitum. *cap. de jure. cap. quia Clerici. de Jure-patronatus.* Barbosa in *cap. cum seculum. num. 3. eodem titulo.* Vivianus *par. 1. Juris-patronatus lib. 5. cap. 5. num. 13.* Sanchez 2. *Decalogi cap. 19. num. 12.* Olea *de cessione jurium tit. 3. quæst. 8. num. 26.* Parladorus *lib. 1. quotidianarum cap. fin. par. 5. §. 3. num. 93.* Salgadus *Labyrinti par. 3. cap. 5. num. 5.*

An autem possit nominari Jus-patronatus in narrativa, non in dispositiva, non ut quid principale venditum, sed ut quid invenditum, accessorium rei venditæ?

1276 Licet tamen in narrativa, non dispositiva vēditionis nominare Ius-patronatus.

AFfirma: nam tunc cum non vendatur Jus-patronatus, tollitur omnis simoniæ labes, sicque potest dici, vendo tibi rem A, in qua est Jus-patronatus, vel cum Jure-patronatus, vel cum Capella. Sanchez *lib. 2. Decalogi cap. 19. n. 2.* Vivianus *par. 1. Juris-patronatus lib. 4. cap. 5. num. 13.* Barbosa in *cap. cum seculum. num. 3. de Jure-patron.* Genuensis in *praxi cap. 102. n. 2. in fine.* Corradus in *praxi benef. n. 41. & 42.*

At si per particulam *cum*, velit vendi Jus-patronatus copulativè cum fundo, tunc venditio est nulla, tamquam simoniaca: nam ly *cum* conjungit unum cum altero, & sic nisi venditor se explicet non intendere Juris-patronatus venditionem, sed tantùm, ut cum fundo vendito transeat ad emptorem, improbus est, & simoniacus contractus. Gratianus *Forensium cap. 147. num. 16.* Mascardus *de probationibus concl. 1265. num. 32.* Parisius *de resignatione lib. 1. q. 1. num. 25.* Genuensis in *praxi cap. 102. num. 2. in fine.* Burattus *decis. 761. num. 3.* Menochius *lib. 4. præsumpt. 70. num. 10.*

An Jus-patronatus singulariter in specie vendi valeat?

1277 Jus-patronatus in specie non potest vendi.

NEga: nam esset venditio simoniaca. *cap. de jure. de Jure-patronatus.* Alexander in

l. banc legem, in additione, *D. de contrahenda emptione*.

An Jus-patronatus speciale de Regalia transeat cum universitate bonorum ad emptorem, ad donatarium feudi?

1278 Jus-patronatus de Regalia non transit cum universitate bonorum ad emptorem feudi.

NEga: quia specialia non veniunt in generali dispositione; & sic esset in specie tale Jus-patronatus exprimendum, quod fieri nequit; qua ratione cum Universitate Civitatis Altamuræ, Nuceriæ, Barii venditæ, donatæ, &c. non transiret ad donatarium, ad emptorem Jus-patronatus Regium, quia cum sit Regalia, esset in specie exprimendum. de Ponte *decis.12.n.14.* Minagogus *in Constit. In aliquibus*, v. *comitum num. 13.*

Pœna ementis, & vendentis Jus-patronatus.
§. XXII.

1279 Vendens Jus-patronatus subditur pœnis simoniacorum, & fit beneficium liberæ collationis.

EST ut puniatur pœna simoniaci, & Jus-patronatus extinguitur, fitque liberæ collationis. *cap. quia Clerici. de Jure-patronatus.* Trident. *sess.25. de reform. cap.9.* Vivianus *lib.4. Juris-patronatus cap.5.n.10.* Et sic resolvitur:

An fundator ipse Juris-patronatus, possit Jus-patronatus dare creditori pro credito?

1280 Fundator nequit suū Jus patronatus pro credito dare creditori.

NEga: nam esset dare in compensationem, & in extinctionem debiti, & sic ut solutio debiti pretio extinguendi, & sic esset simonia. *cap. de jure. cap. ex literis. cap. cum seculum. de Jure-patronatus.* Archidiaconus in *Can. præsens in principio* 20. *quæst.3.* Jason *vol.1. cons.97.*

Titulus Particularis.
§. XXIII.

1281 Titolo particulari non potest Jus-patronatus in alium transferri.

JUs-patronatus nequit titulo particulari, puta donationis, legati, fideicommissi in alium transferri, contra pacta fundationis, sine consensu Episcopi, sed cum consensu Episcopi inter vivos, & in ultima voluntate titulo particulari transferri valet. *cap. unico. de Jure-patronatus in 6.* Gratianus *Forensium cap.177. num.13.* Vivius *tom.1. communium lib.1. tit. 4. num.9.* Hinc inquirimus.

An in donatione Juris-patronatus titulo particulari, requiratur semper consensus Episcopi?

1282 In donatione Juris patronatus Ecclesiæ facta non requiritur cōsensus Episcopi.

DIstingnas: Vel donatio fit Ecclesiæ, Ecclesiastico, vel alteri. Si fiat Ecclesiæ, Ecclesiastico, nega requiri consensum Episcopi. *cap. unico. de Jure patronatus in 6. cap. quod autem 5. de Jure-patronatus.* Gratianus *loc. cit. n.3.* Barbatus *de divisione fructuum par.1. cap.16. num.197.* Tondutus *par.1. Canonicarum cap.54. num.12.* Molina *de primogen. lib.1. cap.23. n.13.* Durandus *lib.2. decis.463.* Vivius *tom.1. communium lib.1. tit.4. num.9.*

Si relinquatur alteri, vel donetur: Subdistinguas, vel hic alius est compatronus, vel non est compatronus Laicus.

1283 Secùs Laico, nisi Compatronus sit.

Si est compatronus, non requiritur consensus Episcopi, sed potest compatronus donare, cedere compatrono Jus-patronatus validè, sine consensu Episcopi nam ex vi individuitatis Juris-patronatus, superstiti integrum remaneret Jus-patronatus, ex vi primæ institutionis. *Clement. plures. de Jure-patronatus.* Ità ut uno ex compatronis deficiente, vel delinquente, incapace præsentandi, superstes totum jus præsentandi habeat. Reverterius *decis. 123.* ubi de Marinis *num.4.* Tum quia id nullibi prohibitum, nec deterioratur, sed melioratur conditio Ecclesiæ, amoto uno Patrono donante. Olea *de cessione jurium tit.3. quæst. 8. num.26.* Riccius *par. 2. praxis resolut. 130. & 303.* Peregrinus *volum. 3. consil. 87. num. 6.* de Citadinis *de Jure-patronatus parte 9. num. 19.* Barbosa *de jure Ecclesiastico lib. 3. cap.12. num. 250. & de potestate Episcopi par.3. allegat.71. num.28.* Sanchez *2. opusculorum cap.3. dub. 76. num.8.* Verallus *par.2. decis.311. num.1.* Rota apud Farinacium *tom.1. par. 1. decis. 707. num.4.* Campanilis in *Diversorio juris Canonici rubr.11. cap.13. n.368.* Vivianus *lib.4. par.1. cap.1. num.13.* Gratianus *cap.577. num.5. & decis.11. num.18.*

Si verò donatio fiat alteri non compatrono, tunc requiritur consensus Episcopi. *cap. unico. de Jure-patronatus in 6. cap. quod autem. 5. cap. illud. 8. cap. nullus. 17. cap. cum seculum. 13. de Jure-patronatus. Can. nemini. 16. quæst.7.* Tondutus *tom. 1. Canonicarum cap. 54. n.3.* Riccius *par.4. praxis resol.288. num.2.* dans octo Doctores. Murga *tom.1. de sepulturis tract. 4. disquisit. 10. num. 2. 3. & 4.* Seraphinus *decis. 864.* Vivianus *Juris-patronatus lib.4. cap.1. num.17.* Bellamera *decis.751. num.3.* Mantica *decis. 86. num. 5.* ità ut sine tali consensu nulla sit donatio, cessio Juris-patronatus. Abbas in *cap. illud 8. de Jure-patron.* Verallus *lib.2. dec.144. n.4.*

Hic consensus potest subsequi alienationem, licèt retrotrahatur ad tempus donationis. Riccius *par.3. praxis resol.295. & 289.* Natta *vol.1. cons.126. num.6.* Vivius *decis. 530. num.1.* Borrellus *Summa rerum judicatarum tit. 32. nu.4.* Capycius *decis.182. num.16.* Ursillus *decis.355. num.9.* 1284 Consensus potest subsequi alienationem.

Non potest denegari sine causa rationabili talis consensus. Primo, quia consensus debitus ex justitia si denegetur, aut differatur, habetur ut concessus. Bursatus *cons.45. num.2. lib.1.* Surdus *decis.220. num.54.* Mantica *decis.226. n.9.* Valenzuola. *lib.2. cons.132. num.27.* Pignatellus *tom.1. consult.118. num.2.* Secundo, quia Superioris potestas est non ad proprium, sed ad subditorum commodum, & sic tenetur dare licentiam, stante justa causa, aliàs esset abusus jurisdictionis, & si nolit, potest cogi à Superiore. *cap. nullus.17. in fine:* ubi Abbas *de Jure-patronatus. l. cum non solum, §. necessitatem, Cod. de bonis, quæ liberis.* Riccius *par.3. praxis resol. 394.* & si adhuc nolit consentire Superior, potest ipse consensum præstare, ob justitiam denegatam, Vivianus *lib.4. Juris-patronatus cap.1. n.48.* Immeritò non denegandus.

Assensus potest probari per testes. Riccius *par.4. praxis resol.298. num.2.* 1285 Et probatur per testes.

An satis sit assensus tacitus?

1286 Sufficit tacitus consensus.

AFfirma: Et sic satis est, si Episcopus admittat præsentatum, vi talis donationis. Taciti enim, & expressi eadem virtus; & nisi consentiret, illum rejiceret præsentatum, vi talis donationis. Reverterius *decis. 123.* ubi de Marinis *num. 1.*

An lapsu temporis triginta annorum, talis assensus præsumatur?

1287 Et præsumitur lapsu XXX. annorum.

AFfirma; quia tanto tempore vitia etiam realia purgantur. *l.2.3. & 4. D. de præscriptionibus*

nibus triginta, vel quadraginta annorum. Seraphious *decis.*484. Mantica *decis.*76.*num.*6. Ludovicus *decis.*420.*num.*1. Riccius *part.*3. *praxis resol.*289. Vivianus *part.* 1. *de Jure-patronatus lib.*4. *cap.*1. *&* 4. de Marinis *lib.*1.*cap.*230. *n.*9. & ad Reverterium *decis.*123.*num.*1.

An assensus extendatur de casu ad casum?

1288 Non tamen extenditur de casu ad casum.

NEga: nam est stricti juris, & sic restringendus ad casum, & personam expressam. Anna *allegat.* 41. *num.* 26. Riccius *par.* 3. *praxis resol.*396. Surdus *decis.*303. *num.*5. Francus *decis.*71. *num.*16.

1289 Consensus Vicarii Capitularis sufficit.

An sufficiat consensus Vicarii?

DIstinguas, vel est Vicarius Capitularis, vel Generalis Episcopi. Si Capitularis affirma, qoia hic habet etiam specialia, ab Episcopo concedenda. Barbosa *lib.* 1. *de Jure Ecclesiastico cap.*32. *num.*88. Tondutus *Canonicarum quaest.part.*2. *cap.*4.*num.*16.

1290 Vicarii Generalis non sufficit absque speciali mādato

Si sit Episcopi, nega: nam hic non habet specialia. *cap.* 3. *de officio Vicarii in* 6. & potest facere quae sunt necessitatis, justitiae, non quae aliquam gratiae speciem habent, sine speciali mandato Episcopi; talis est consensus arbitrio Episcopi rationabili, ex justa causa praestandus. Menochius *cons.*52. *num.* 75. Tondutus *loc. cit. num.* 18.

An possit fieri permutatio Juris-patronatus inter se, etiam inter Laicos Patronos?

1291 Licet permutatio Juris-patronatus inter se.

AFfirma: cessat enim timor simoniae in permutatione rei Ecclesiasticae cum Ecclesiastico; ex *cap.de jure.*16.*de Jure-patronat.*& sic jure permutationis Jus-patronatus acquiri valet, sive permutatur cum alio Jure-patronatus, sive cum alia re spirituali, etiam inter Laicos. Barbosa *de potestate Episcopi allegat.*71. *num.*31. Vivianus *lib.*4. *Juris-patronatus cap.* 3. *num.*3. Corradus *lib.*4.*praxis benefic. cap.*2.*n.*44. (9)

Acquiritur etiam Jus-patronatus titulo immemorabilis praescriptionis, dummodo non constet de nullo, vel injusto titulo: puta usurpationis. Rota *in novissimis decis.*243. Puteus *lib.*1. *decis.* 140. Decius *cons.*129.

An vocati in fundatione possint revocare hujusmodi alienationes, factas cum universitate bonorum, vel titulo particulari?

1292 Vocati in fundatione revocāt Jus patronatus, revocatis bonis, quibus inhaeret.

DIstinguas: vel revocant, vel non revocant bona, quibus Jus-patronatus inhaeret? Si revocant bona, affirma. Nam ut cum bonis Jus-patronatus transit ad extraneos: ità potest reverti ad alienantes. *cap.ex literis.*7. ibi: *miles, qui Villam, in qua Ecclesia sita est. cap. cum seculum.*13. *de Jure-patronatus*. Semper namque principale, sive universitas, sive particularis res sit, secum trahit concomitans Jus-patronatus, *l. quoties*, *§.fin. ff.de usufructu. l.uxori mea, D. de usufructu legato.* Reverterius *decis.*123. *§. in hoc*: ubi de Marinis *num.* 1. Mantica *lib.* 4. *de tacitis tit.*9. *num.*39.

Si non revocant bona, quibus inhaeret Jus-patronatus, nega: Nam tunc Jus-patronatus sequitur bona, quae concomitatur. *d. cap. ex literis. cap.cum seculum. de Jure-patronatus*; & sic justo titulo Jus-patronatus remanet penès habentem bona. Itaque nequit revocari Jus-patronatus, bonis non revocatis.

An autem possit successor revocare principaliter Jus-patronatus legatum, donatum contra naturam primae fundationis?

DIstingoas: vel est Gentilitium, vel Haereditarium. Si Gentilitium, affirma, revocari posse ab illo, qui non est haeres alienantis; nam tunc venit ex persona propria vocatus à primo fondatore; nec debet approbare factum alienantis, & consequenter poterit ex vi primae institutionis Juris-patronatus recuperare jura sibi debita: Ut potest revocare feudum, emphyteusim Gentilitiam alienatam, si fuit vocatus in constitutione feudi, & emphyteusis. Boerius *decis.* 263. Alberottus *in Capitulo Imperialem.num.*16.*de probibita feudi alienatione per Federicum.* Bartolus in *l.quod dicitur, D.de verb. oblig.* Tiraquellus *de retractu Glossa* 7.*n.*49. 1293 Gentilitium revocatur à nō haerede. Haereditariū alienatum ab haerede non revocatur.

Si verò Jus-patronatus fuit haereditarium, tunc nequit haeres revocare alienationem factam ab illo, cujus est haeres: quia debet approbare factum defuncti, cujus est haeres.

Huc usque stetimus pro titulis, quibus Jus-patronatus acquiritur. Alia edere festinat Oratio; & sic antequam explicemus personas Patroni, Praesentati, & Episcopi, Praesentationem, & institutionem. Praepooamus hic veluti prae foribus doctrinam omnibus necessariam beneficiis.

De ultimo statu Beneficii.
§. XXIV.

PRrincipium.

Ultimus status attenditur in beneficiis. 1294 Attenditur ultimus status in beneficiis.

Patet: qoia praesumitur antea fuisse, ut invenitur; sicuti praesumitur postea futurum, ot est de praesenti; qoia onusquisque praesumitur conservare suum esse. *cap. semel. de regulis juris in* 6. *cap.cum Ecclesia Sutrina*, ibi: *ultimo.de causa possessionis, & proprietatis. cap. consultationibus.*19. *de Jure patronatus.* Menochius *cons.* 90. *num.*124. Mantica *decis.*360.

Et sic semper considerari debet ultimus status rerum, si certè de alio non constet, ex quo colligatur, an beneficium sit simplex, curatum, liberum, Juris-patronatus, simplex Capellania. Puteus *lib.*1. *decis.*189. Tondutus *Canonicarum quaestionum par.*2. *cap.*4. *num.*8. Riccius *par.*4. *praxis resol.*555. Nisi certè de alio non cōstet.

Nec officit ultimum statum non esse lapsu temporis praescriptum, nam unicus ultimus actus purus cum effectu coostituit in esse ultimum statum. *cap. cum Ecclesia Sutrina*, ibi: *ultimo. de* 1295 Non requiritur praescriptio.

(9) Veriùs dicendum, Barbosam citatum asserere permutationem rei Ecclesiasticae cum alia re spirituali Ecclesiae, vel Clerico nomine Ecclesiae factam, validam esse, secus verò si in Laicos transferatur, in qua Episcopi consensum requirit. Sed hanc permutationem pacto fieri non posse, habetur in *cap. quaesitum. de rerum permutatione*, ibi: *Generaliter itaque teneas, quod commutationes praebendarum de jure fieri non possunt, praesertim pactione praemissa, quae circa spiritualia, vel connexa spiritualibus labem semper continet simoniae.* Glossa ibi v. *simoniae, in spiritualibus annexis, ut est Jus-patronatus.* Sed an possit permutari beneficium cum beneficio, servatis quibusdam conditionibus, vide Phoebum *lib.*1. Fagnanum, & alios.

de causa possessionis, & proprietatis. Rota *de præbendis in novis decis.* 1. *num.* 1. *cap. cum de benefic. de præbendis in* 6. Cassadorus *decis.* 4. *n.* 7. *de præbendis*; & in eo quis manuteneri debet, ut manutenetur possessor, quousque de alterius jure plenè constet. *cap. consultationibus*. 19. ubi Abbas *n.* 2. *de Jure-patronatus*. *cap. quarelam. de electione*. Tondutus *loc. cit. num.* 9. *& par.* 1. *cap.* 118. *num.* 8. dicens attendendum ultimum actum, & observantiam. Gratianus *cap.* 191. *num.* 13. Anna *alleg.* 130. Riccius *par.* 4. *praxis resolut.* 556.

Quis sit ultimus status Beneficii?

1296 Et est ille, qui invenitur in ultima præsentatione secuta institutione ab Ordinario.

EST primo ille, qui invenitur in ultima præsentatione, secuta institutione facta ab Ordinario competente. *cap. cum Ecclesia Sutrina. de causa possessionis, & proprietatis. cap. consultationibus*. 19. *de Jure-patronatus*. Afflictus *decis.* 282. *num.* 2. Gratianus *Ferensium cap.* 310. *num.* 79. Guttierez *cons.* 3. *num.* 1. de Marinis *tom.* 1. *cap.* 229. *num.* 14. Et sic præsentatus ab existenti in illo ultimo statu quasi possessionis, præfertur præsentato ab alio, non existenti in illo ultimo statu quasi possessionis. Barbatus *de divisione fructuum par.* 1. *cap.* 16. *num.* 124.

Quoque respectu hæredis.

Secundo dicitur ultimus status, respectu hæredis, status defuncti. Nam licèt ad hæredem non transeat quasi possessio defuncti, tamen illa quasi possessio defuncti in præsentando constituit statum ultimum beneficii: ità ut hæres censeatur jus defuncti ultimi status habere, cujus personam repræsentat. Maximè si etiam concurrat alius, qui in ultimo statu compræsentavit. De Leone *par.* 4. *praxis qu.* 4. *n.* 61.

Quando attendatur ultimus status?

1297 Attenditur ultimus status, quando res est litigiosa.

ATtenditur quando pro aliis Patronis non existentibus in quasi possessione res est turbida; Ita tunc præsentatus à Patrono non existente in quasi possessione, nequeat retardare institutionem præsentati ab existente in quasi possessione. *cap. consultationibus*. 19. *de Jure-patronatus*. Rolandus à Valle *cons.* 47. *num.* 28. *vol.* 1. Vivius *communium conclus.* 42. de Marinis *ex decisione Rotæ tom.* 1. *cap.* 229. *num.* 14. *in fine*, ibi: *stante hac turbiditate*. Hinc resolvitur.

An putatus Patronus existens in quasi possessione præsentandi, præferatur vero Patrono, non existenti in quasi possessione præsentandi?

1298 Præfertur verus Patronus non existens in quasi possessione, putato patrono existenti in quasi possessione, si clarè constat de existentia Juris-patronatus.

DIstinguas, vel constat, vel non constat clarè de existentia, & pertinentia Juris-patronatus. Si clarè constat de existentia, & pertinentia Juris-patronatus: puta re judicata, vel partis confessione, nec in oppositum est legitima præscriptio: tunc non attenditur ultimus status, sed instituendus est præsentatus à vero Patrono, quia tunc causa certa petitionis absorbet causam possessionis. *cap. cum dilectus. de causa possessionis, & proprietatis*. Et ut aufertur possessio, quando deciditur causa petitorii, & datur obtinenti in petitorio; ità debet hic manuteneri proprietarius, de cujus jure tam clarè constat; ità ut præsumatur injusta jam alterius possessio. Ferrettus *cons.* 210. *num.* 6. Abbas in *cap. consultationibus*. 19. *n.* 9. *de Jure-patronatus*. Decius *cons.* 129. *num.* 1. Pax Jordanus *tom.* 2. *lib* 10. *tit.* 7. *num.* 419. Postius *de manutenenda possessione observ.* 32. *num.* 8. Lambertinus *de Jure patronatus art.* 6. *qu.* 3. *num.* 4. *par.* 1. *lib.* 2. Riccius *par.* 4. *praxis resolut.* 562. *num.* 1. *&* 3. Barbosa *de Jure-patronatus lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 190. Pilaja *lib.* 3. *decis.* 1. *num.* 200. Tondutus *Canonic. quæst. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 11. Addentes ad Burattum *decis.* 276. *num.* 25. Et ita decisum in Rota Romana, ut refert Genuensis *in praxi cap.* 100. *num.* 2. *in fine*.

Si verò turbidum sit petitorium, ità ut de illo non constet liquidè, sed requiratur indagatio altior veritatis; tunc præsentatus ab illo, qui est in ultimo statu, præfertur præsentato à proprietario. *cap. consultationib.* 19. ubi Abbas, & Barbosa *de Jure-patronatus*. *cap. cum Ecclesia Sutrina. de causa possessionis, & proprietatis*. Mascardus *de probationibus conclus.* 173. Aldobrandinus *decis.* 328. Mantica *decis.* 260. *num.* 6. Cavalerius *decis.* 609. *num.* 9. Lottherius *lib.* 1. *de re benefic. q.* 34. *n.* 26. Tondutus *loc. cit. par.* 2. *cap.* 4. *§.* 9. *n.* 7. Crescentius *dec.* 2. *in fine de Jure-patronatus*. Gonzalez *regula* 8. *Cancellariæ Glossa* 43. *num.* 36. Alphonsus de Leone *par.* 4. *praxis quæst.* 4. *num.* 11. Garzias *de beneficiis par.* 5. *cap.* 5. *num.* 4. Ripa *singulari* 10. *num.* 11. Cavalcanus *decis.* 11. *num.* 26. Attenditur namque tunc ultimus status, ne existens in quasi possessione spolietur, contra textum in *cap. cum olim.* 7. *de causa possessionis, & proprietatis*. Possessori namque favendum in judicio summariissimo. *§. retinendæ, Institutionum de interdictis*: etiamsi titulum non ostendat. Rota *par.* 2. *diversorum decis.* 195. *n.* 8.

1299 Si non clarè constat, præfertur præsentatus à putato patrono existenti in quasi possessione præsentandi.

An attendatur ultimus status, quando controvertitur de existentia Juris-patronatus cum Ordinario?

1300 Exorta lite inter Patronos, attenditur ultimus status.

QUando constat de existentia Juris-patronatus, & solùm disputatur inter Patronos de pertinentia, tunc incontroversum est attendi ultimum statum, & præferri præsentatum ab existente in quasi possessione, sine præjudicio obtinentis deinde in petitorio; ità ut nomine obtinentis in petitorio, etiam censeatur institutus præsentatus, ne privetur beneficio legitimè obtinendo, si decidatur causa favore illius, à quo non fuit præsentatus. *cap. consultationibus*. 19. *de Jure-patronatus*: ubi Abbas *num.* 2. *& cap. quarelam. de electione*.

1301 Secùs si sit controversia cum Ordinario, in quo casu probandum est Juspatronatus.

Si verò controversia sit cum Ordinario; tunc non attendi ultimum statum, sed debere probari existentiam Juris-patronatus legitimis documentis ad formam Tridentini *sess.* 24. *cap.* 9. *de reformat.* tuetur Tondutus *Canonic. quæst. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 9. quia tunc beneficium præsumitur liberum, & sic plenæ probationes requiruntur; ut subjiciatur Patrono: nec satis est quasi possessio Patroni. Postius *de manutenenda possessione observ.* 32. *num.* 27.

Auctoris judicium.

At mihi res ista difficilis videtur: quia præsumptio est pro possessione, & in dubio de proprietate, pro possessore pronunciandum est, ut etiam in pari causa. *§. retinendæ. Institutionum de interdictis*. Et nemo spoliandus est possessione. *cap. cum olim. de causa possessionis, & proprietatis*; etiamsi titulum non ostendat. Rota *par.* 2. *diversf. decis.* 195. *num.* 8.

Excipias quoties in jure exprimitur oppositum, ut accidit si Patroni essent potentiores, quibus possessio non suffragatur; sed debent legi-

legitimis documentis Jus-patronatus probare ad formam Tridentini *sess.24.cap.9. de reform.* Riccius *part.4.praxis resol.*143. *num.*3. & 144. Remitto me tamen saniori judicio.

An in jure præsentandi, & beneficiis, ultimus status possit esse præscriptus; ità ut non sit amplius attendendum ad proprietarium?

1302 Ultimus status præscribi valet.

AFfirma: per annos quadraginta: nam tunc præscriptione inducitur novus titulus, & verus status, extincto pristino antiquiore. *c.cum de beneficio. de præbendis in* 6. Rota *in novis decis.*2.*de præbendis.*

Si verò desit talis præsumptio, tunc attenditur ultimus status, si alterius proprietas liquidè non constet. *cap. cum dilectus. de causa possessionis, & proprietatis.* Riccius *part.*4. *praxis resol.* 562. *num.*1.

An pro cognoscenda qualitate beneficii attendatur ultimus status ejus?

1303 Ex ultimo statu beneficii attenditur ejus qualitas.

AFfirma: *cap. cum Ecclesia Sutrina. de causa possessionis, & proprietatis. d. cap. consultationibus: de Jure-patronatus d.cap.cum de beneficio. de præbendis in* 6. Et sic ex uno tempore ultimo præsumitur præteritum. Rota *in novis. de præbendis decis.*24. *n.*2. Riccius *par.*4. *praxis resol.* 555. & 556.

An attendatur ultimus status ex vi provisionis factæ à Sede Apostolica?

1304 Ex provisione Apostolica non attenditur ultimus status, nisi Papa mutet eum.

NEga: nisi Papa exprimat se velle mutare statum præsentem beneficii; aliàs semper præsumitur nolle præjudicare Patronis legitimis, ex regula naturali *de jure quæsito non tollendo*. Unde provisio Papæ non inducit statum, & est ita ac si non fuisset facta quoad statum beneficii, & mortuo Beneficiato remanet beneficium in statu, in quo erat ante provisionem Apostolicam. Decius *cons.*126.*num.*4. Lambertinus *lib.* 2. *Juris-patronatus part.* 7. *in principio art.*7.*num.*6. Marescottus *lib.*2.*variarum cap.*55. *num.*34. Riccius *part.*4. *praxis resol.*560.qui *resol.*561. ait pro justificanda gratia satis esse ultimum statum.

Personæ, quæ intersunt in Jure-patronatus?
§. XXV.

TRes sunt: prima Patronus, secunda Præsentatus, tertia Ordinarius instituens, de quibus nobis ad evitandam confusam obscuritatem distinctè agendum est; & primo

De Patrono.
§. XXVI.

1305 Patronus dicitur Advocatus.

PAtronus primo dicitur Advocatus. in *cap. cum autem*, ibi: *Advocatos*: & *cap. quia Clerici. de Jure-patronatus*. Ei enim incumbit Ecclesiæ Patronatus defensio. *cap. præterea. de Jure-patronatus*. Et alius dabatur à Principe, & appellabatur Advocatus datus. *dict. cap. præterea*, ubi Gonzalez *in fine*. Vel erat fundator, dotator, constructor, & dicebatur Advocatus natus. *cap. quia Clerici. de Jure-patronatus.*

Et Dominus.

Dicitur etiam Dominus. in *Can. Abbatem* 18. *quæst.*1. & *l.unica, Cod.ne Colonus inscio Domino lib.*11.

Patronus in Ecclesia Juris-patronatus alios præcedit in sedendo, & in processionibus. Fagnanus in *cap.nobis.num.*19. & 20. *de Jure-patronatus*. Lambertinus *lib.*3. *in principio de Jure-patronatus*. Qui vult etiam præcedere Dominum temporalem, quod displicet Fagnano *loc.cit. num.*21. ob majorem honorem debitum ei. Cassanæus in *Catalogo Gloriæ Mundi part.* 5. *consid.* 56.

De hujusmodi Patrono plura nobis modò discutienda occurrunt. illud ut fundamentum cæterorum præfigimus.

An Patronus possit mutare fundationem Juris-patronatus?

PAtronus potest esse ipse constitutor Juris-patronatus; vel secundo potest esse ejus Successor.

De ipso primo fundatore Juris-patronatus est gravior difficultas: an factam jam fundationem mutare possit. Huic quæstioni satisfaciendum est ex alio principio: cujus scilicet sit actus inter vivos, an ultimæ voluntatis; nam ultima voluntas semper revocari valet, donec vivat disponens, non sic actus inter vivos, qui plerumque irrevocabilis est. *l. sicut, Cod. de actionibus, & obligationibus. l.placet, Cod. de donationibus, quæ sub modo*. Undè meritò primo differendum: 1306 Patronus fundator revocare valet fundationē, si in ultima voluntate illam constituerit, secùs si inter vivos.

An Jus-patronatus habeat vim ultimæ voluntatis, an actus inter vivos?

HAbemus tres species actuum, prima inter vivos, secunda causa mortis, tertia est anomala. 1307 Tres species actuum dātur ex his omnibus cōstitui valet Jus-patronatus.

Inter vivos plerumque irrevocabilis est. *l. placet donatio, Cod.de donationibus, quæ sub modo.* Dixi *plerumque*, nam revocatur in contractu precarii. *l.*1. *D.de precario*. Ultima voluntas revocabilis est, nisi morte fuerit confirmata. *l. cum hic status, D. de donationibus inter. l.*1. & 2.*D.de adimendis legatis.* Anomala revocabilis est à disponente, nisi huic revocandi facultati renunciaverit.

Nunc ad punctum difficultatis: Jus-patronatus est indifferens, ut fiat in contractu, in ultima volontate, & in omni alio actu; non enim humana voluntas hic coarctata est.

Primo, certum est Jus-patronatus in ultima voluntate constitutum, jura ultimæ voluntatis sequi. *l.verbo contraxerunt, D. de verbor. signif.* Adeoque revocari posse ad instar ultimarum voluntatum; quia non est talis voluntas, nisi morte irrevocabilis. *l.cum hic status, D. de donationibus inter.l.*4. & *l.translatio* 6.*in fin. D.de adimendis legatis.* 1308 Constitutū in ultima voluntate sequitur Jura ultimæ voluntatis; & sic revocabile.

Secondo, Jus-patronatus si constituatur inter vivos, subdistinguendum est, vel constituitur in actu divisionis bonorum inter liberos, vel absolutè constituitur. si actus in quo constituitur Jus-patronatus sit divisionis bonorum inter filios; tunc etiam habet vim ultimæ volontatis, & consequenter revocabilis, nam actus divisionis bonorum inter liberos, sequitur naturam ultimæ voluntatis. *l. si filia*, §. *si pater*, ibi: *non videri simplicem donationem, sed potius supremi Judicii divisionem*, *Papinianus ait*, *D. familiæ ercifcundæ. l.fin.* ibi: *quocumque modo* 1309 Constitutū inter vivos, si fiat in divisione bonorum inter filios, revocabile est.

scri-

scriptura. Cod. familiæ ercifcundæ: Ut de majoratu in divifione bonorum filiis affignato, tradit Molina *lib.1. de primogen. cap. 12. num. 4. 5. & 22.* dicens affignationem legitimæ inter liberos factam per viam divifionis, effe revocabilem, fecùs effet fi remota divifione, affignetur inter vivos legitima à patre filio. *l. fi non mortis, D. de inofficiofo teftam.*

Quando autem talis affignatio habet vim ultimæ voluntatis, tunc exigit folemnitates ultimæ voluntatis in *l. hac confultiffima. Cod. de teftamen.* ait Burgofius *l.3. Tauri.*

Sed fufficere folemnitates contractus inter vivos ait Molina *loc. cit. num. 25.* quia cum fit actus indifferens perficitur folemnitate actus, quo determinatur, & determinatus ultima voluntate, ultimæ voluntatis folemnitate ftabilitur. *l. illud, §. tractari, D. de jure Codicillorum.* Determinatus in fpecie contr. actus, folemnitatibus contractus formatur, & firmatur. *l. fin. Cod. de pactis. l. fin. Cod. familiæ ercifcundæ.*

1310 Si abfolutè conftituatur in cōtractu, irrevocabile eft.

Si verò abfolutè conftituatur in contractu, tunc ut eft irrevocabilis contractus: ità irrevocabilis conftitutio Juris-patronatus, tamquam donatio inter vivos *l. ubi ita, D. de donationibus caufa mortis*: contra Oltradum *conf. 231.* Tiraquellum *de primogen. quæft. 68. num. 1.* volentem revocari poffe majoratum, etiam in contractu conftitutum.

1311 Simpliciter conftitutum non expreffo actu quo cōftituitur, revocabile eft.

Tertio, fi Jus-patronatus conftituatur fimpliciter, non exprimendo ultimam voluntatem, nec inter vivos, nec in divifione bonorum. Tunc hæc conftitutio eft anomala, ad inftar donationis inter patrem, & filium, inter virum, & uxorem; & confequenter à difponente revocabilis; nifi clariùs oftendat propenfam irrevocandi voluntatem: maximè deficiente acceptatione, cujus defectus tollit omnem naturam contractus, exigentis plurium in idem confenfum. *l. 1. D. de pactis.* Idque quia tunc fumus in dubio, an voluerit fe fpoliare libertate variandi, & difponendi de bonis fuis, ufque ad mortem; & in dubio nemo præfumitur velle jura fua projicere, & pro poffeffore libertatis pronunciandum: ut etiam de majoratu fatetur Molina *lib. 1. de primogen. cap. 12. num. 7. & 9.* cum Bartolo in *l. fequens. num. 1. D. de legatis 2.* Baldo *in authen. ex teftamento. num. 1. Cod. de collationibus.* Hinc

An fundator valeat variare in fecundo teftamento difpofitionem factam in primo teftamento, & executioni demandatam auctoritate Epifcopi?

1312 Jus-patronatus variari nequit in fecundo teftamento fecuta inftitutione præfentati facta auctoritate Epifcopi.

DIftinguas, vel executio facta auctoritate Epifcopi fuit collatio Juris-patronatus in præfentatum, vel tantùm fuit mera auctoritas Epifcopi interpofita.

Si jam fuit collatum Jus-patronatus præfentato, tunc mutari nequit; quia tunc ab eo auferri nequit: ut nequit auferri fi Jus-patronatus per fententiam alteri quæratur. *cap. confultationibus. 19. de Jure-patronatus*; nam beneficium eft perpetuum, & mutari nequit inftitutus, etiam mutato Patrono. *cap. quærimoniam. de Jure-patronatus.* Et in hoc fenfu recipio Tondutum *part. 1 Canonic. quæft. cap. 19. num. 1.* sentem difpofitionem completam executioni demandatam auctoritate Epifcopi in primo teftamento factam, tranfire in difpofitionem irrevocabilem inter vivos: Nec per fequens teftamentum revocari poffe Jus-patronatus, & alteri relinqui, in præjudicium primi teftamenti, cum Garzias *de beneficiis par. 5. cap. 9. num. 68.* Calderino *de Jure-patronatus conf. 20.* Roccho de Curte *de Jure-patronatus, v. ipfe vel is à quo num. 33.*

1313 Secùs fi tantùm fit interpofita auctoritas Epifcopi abfque inftitutione præfentati.

Sed fi difpofitio primi teftamenti fuerit firmata fola approbatione Epifcopi, nec alicui Jus-patronatus, vel jus præfentandi fuerit collatum per jus quæfitum: tunc eft major difficultas:

An per fubfequens teftamentum revocari valeat, & alteri legari Jus-patronatus contra difpofitionem primi teftamenti?

1314 Alteri legari nequit Jus-patronatus cōtra difpofitionē primi teftamēti docent plures DD. Auctor contrarium docet, nec immeritò.

NEgat Rota *part. 1. diverforum decif. 228. num. 1.* Lambertinus *par. 2. Juris-patronatus lib. 1. quæft. 1. principali art. 19.* & *lib. 1. quæft. 4. principali art. 10. n. 3.* Tondutus *loc. cit. n. 3.* Sed mihi res redditur dubia quia Epifcopi approbatio fequitur naturam actus ex fe revocabilis: ità ut nihil operetur, fi actus non fit morte confirmatus. Ut enim non poteft reddere teftamentum, legatum irrevocabile; ità nec Jus-patronatus teftamenti naturam fequens. Solùmque operatur, ut fecuta Teftatoris morte, abfque alio confenfu Epifcopi, Jus-patronatus fit firmum. Ad Jus namque patronatus firmandum requiritur difpofitio, & confenfus Ordinarii; ità ut voluntas Teftatoris fine confenfu Ordinarii, & confenfus Ordinarii fine voluntate Teftatoris non reddat rem firmam. Ut enim deficiente prorfus voluntate conftituentis nullum eft Jus-patronatus, etiamfi accedat confenfus Epifcopi; ità ftante voluntate teftamentaria effentialiter revocabili ufque ad mortem. *l. cum hic ftatus, D. de donationibus inter.* nequit confenfus Epifcopi mutare illius naturam, & reddere difpofitionem irrevocabilem.

Firmatur, quia juramentum licèt firmatorium accedens teftamento, imò ipfa voluntas Teftatoris declarantis fe nolle revocare teftamentum, nequit reddere illud irrevocabile. Ergo multo minùs confenfus Epifcopi valet reddere ultimam voluntatem, irrevocabilem.

Ex his patet Jus-patronatus fimpliciter factum in teftamento, multo magis revocabile effe ex voluntate Teftatoris, quoufque morte confirmetur. *l. cum hic ftatus. D. de donationibus inter.*

An Jus-patronatus Gentilitium fundatum pro filiis familias fundatoris, revocari valeat à fundatore, etiam pofita acceptione filiorum?

1315 Gentilitium fundatū pro filiis familias eft revocabile à patre, etiam pofita acceptatione filiorum.

AFfirma: quia hæc conftitutio Juris-patronatus pro filiis familias fundatoris, eft ad inftar donationis, quæ etiam fecuta traditione non eft firma, fed eft revocabilis à patre familias. Urfillus ad Afflictum *decif. 248. n. 11.* Gratianus *Forenfium cap. 177. num. 1. & 14.* Merlinus *decif. 565.* Lambertinus *lib. 1. par. 2. quæft. 1. art. 6. num. 9.* Barbatus *de divifione fructuum par. 1. cap. 16. num. 177.* Calderinus *conf. 19.* Riccius *par. 1. praxis refol. 205. num. 1.* dicens poffe præjudicare revocando Jus-patronatus inftitutum pro fe, & defcendentibus, cum Archidiacono in *cap. unico. de Jure-patronatus in 6.* Ut primus acquirens rem emphyteuticam, valet filiis

liis præjudicare, illi renunciando, vel illam alienando. Gabriel *de jure emphyteutico conclus.* a. Afflictus *decis* 1a5. *num.*6. ubi Urlilius *num.*4. Cephalus *lib.*4. *cons.* 608. *num.* 33. ut etiam in feudis novis ex pacto, & providentia, acquirens potest præjudicare filiis, & mutare formam, secundum Mastrillum *decis.* 56. *num.* 20. Cephalum *lib.* 4. *cons.* 468. *num.* 35. dans quindecim Doctores. Isernia in *cap. de alienatione feudi paterni*. Baldus in *cap.*1. *de vassallo decrepitæ ætatis*. Afflictus *decis.*1a2. *num.*6. Ergo multo fortiùs poterit revocare Jus-patronatus pro filiis suis fundatum; nam vivente patre, filii jus non habent; & sic eis verè non præjudicatur, nec pater fundator præsumitur inter vivos irrevocabiliter constituere; ligando sibi manus, & coarctando suam libertatem. Rota apud Cavalerium *decis.*365. Gratianus *Forensium cap.*177. *num.*13. & 14. Menochius *lib.* 3. *præsumpt.*44. dicentes, fundatorem posse revocare Jus-patronatus fundatum, etiam pro familia, & posse præsentare extraneum.

An Jus-Patronatus fundatum pro extraneo, possit à fundatore mutari, & assignari alteri extraneo, non vocato in fundatione?

1316 Fundatum pro extraneo in testamento, alteri non vacato dari potest.

Fundatũ in donatione inter vivos, irrevocabile est.

DIstinguas: Et de fundato in testamento, affirma; quia est cum testamento revocabile.

De fundato inter vivos irrevocabiliter, nega, si intercesserit acceptatio, saltem Notarii pro filio, pro quo Jus-patronatus constituit: Nam tunc, ut donatio, ità tale Jus irrevocabile est, & ut non potest sine injuria de bonis quæsitis donatario disponere; quia jam non sunt bona sua. ità nec de tali Jure-patronatus jam quæsito vocato in fundatione Juris-patronatus.

Undè fundans Jus-patronatus pro A, non potest variare, & dare tale jus alteri; quia illud Jus jam suum non est, cum fuerit translatum in jam A vocatum. Gratianus *Forensium cap.*177. *num.* 1. Lambertinus *par.* 1. *Juris-patronatus lib.*1. *quæst.*4. *art.*7. Garzias *par.*5. *de beneficiis cap.*9. *num.*69. Alexander *lib.*7. *cons.*7. *n.*9.

An Jus-patronatus Hæreditarium, possit mutari, & reddi Gentilitium, vel alicui legari à primo fundatore?

1317 Hæreditariũ Jus-patronatus, fieri Gentilitium potest, & alteri legari à primo fundatore.

AFfirma. Alphonsus de Leone *par.*3. *praxis quæst.*4. *num.*29. & *quæst.*3. *praxis n.*224. Vivianus *decis.*108. Luca *de linea legali art.*24. *num.*18. Lambertinus *par.*2. *lib.*1. *quæst.*2. *art.*7. *num.*4. Gratianus *cap.* 177. *num.* 4. Vivianus *lib.*14. *cap.*2. *num.*27. de Luca *de Jure-patronat. discursu* 18. *num.*4.

Patet, quia ad hæredem transit jus defuncti activè, & passivè, quod est tempore mortis, nec quod non invenitur in hæreditate, etiamsi cæteroquin fuisset hæreditarium, transit ad hæredem, si jam à Testatore alienatum inveniatur.

Secundo, quia hæres hanc alienationem factam à fundatore impugnare nequit; nam vel vult impugnare nomine proprio, vel ut hæres. Non potest illam impugnare nomine proprio; quia caret Jure, & actione: nec jure hæreditario, sivè nomine hæredis; quia ad hæredem non transit, quod defunctus non vult. Et hæres adiens hæreditatem, debet approbare factum defuncti, & sic nequit contra illius dispositionem venire. *l. ex qua persona, D. de regulis juris. l. cum à matre, Cod. de rei vendicatione. l. quæ à patre, Cod. de restitutione munerum. l. si ab ea, Cod. de negotiis gestis. l. postulante, D. ad Trebellianum. l. venditrici, Cod. de rebus alienis non alienandis. l. quæ à patre geruntur, D. de testamento militis.* Alexander *lib.* 5. *cons.* 26. *num.*4. Afflictus *decis.* 172. *num.*2. & in *cap.* 1. *§. hoc quoque. de successione feudi*: dicens filium hæredem non posse revocare alienationem feudi hæreditarii, etiam facto Inventario. Isernia in *cap.* 1. *tit. An agnatus*. In quo textu pater præjudicat filiis, renuncians feudum hæreditarium. Hinc resolvitur:

An Patronus possit renunciare Juri-patronatus?

DIstinguas: vel est primus fundator, vel ejus successor. Si primus fundator, subdistinguas, vel fundavit Gentilitium, vel Hæreditarium.

Si Hæreditarium: affirma, quia tunc nulli præjudicat, cum hæres non habeat jus ante mortem Testatoris, & mortuo Testatore tantùm habet Jus ad id, quod invenitur in hæreditate, tempore mortis Testatoris, nec potest impugnare facta Testatoris. *l. cum à matre, Cod. de rei vendicatione. l. si ab ea, Cod. de negotiis gestis. l. postulante. D. ad Trebellianum.* Afflictus in *cap.*1. *§. quoque, D. de successorio edicto.* Covarruvias 2. *variarum cap.*18. *num.*8. & 9. Archidiaconus in *cap. unico. de Jure-patronatus in* 6. Alexander *lib.*5. *cons.*13. *num.*10. Lambertinus *lib.*1. *Juris-patronatus par.*2. *quæst.*11. *art.*6. 7. & 8. Calderinus *cons.*19.

1318 Patronus potest renũciare Juri-patronatus Hæreditario ab ipso facto.

Si fundavit Gentilitium: subdistinguas, vel fundavit inter vivos irrevocabiliter, acceptatione saltem Notario pro familia, vel simpliciter fundavit. Si fundavit inter vivos irrevocabiliter, tunc est jus quæsitum familiæ; & consequenter nequit præjudicare tali juri quæsito familiæ; ut non posset revocare, quæ jam familia possidet. Si verò simpliciter fundavit; tunc tamquam fundatio anomala morte confirmanda, ante mortem variari valet, & sic renunciari alteri. Riccius *par.*1. *praxis resol.*205. dicens fundationem factam, favore etiam descendentium, esse morte confirmandam.

1319 Si à fundatore sit constitutũ Gentilitium, & inter vivos, renunciari nequit.

1320 Si tamen simpliciter fundavit, revocabile est.

Si verò successor vellet renunciare Juri-patronatus Gentilitio: nega posse præjudicare vocatis à primo fundatore; nam ut nequit tollere jus alienum; ita nec aliorum de familia. Glossa in *cap. unico*, v. *idem. de Jure-patronatus in* 6.

1321 Si sit successor in Gẽtilitio, nequit illud renunciare in præjudicium familiæ.

De Successore.
§. XXVII.

1322 Successor patronus restrictam habet facultatem.

SUccessor Patronus, qui non fuit primus fundator, non habet tam amplam facultatem; cum jus jam sit constitutum, & quæsitum, & sic ut nequit mutare testamentum, contractum fundatoris, ità nec mutare valebit dispositionem per se directè. Hinc resolvitur:

An successor Patronus possit mutare statum fundationis Juris-patronatus, reddendo Gentilitium, Hæreditarium?

1323 Nequit mutare statum Juris-patronatus.

NEga: primo, quia nequit alterare voluntatem fundatoris. Secundo quia nequit tollere

lere

lere jus alteri quæsitum. Tertio, quia si hic successor est hæres, debet probare facta fundatoris, cujus est hæres. *l. cum à matre, Cod. de rei vendicatione, l. filius familias, §. cum pater, D. de legatis* 1. *l. ab eo, D. de liberali causa.* Quarto, quia non potest destruere Jus-patronatus. Ergo nec mutare pacta, & conditiones illius; quia pacta & conditiones dant formam, & esse dispositioni. *cap. verum. de conditionibus appositis,* & sic mutatis, alteratis conditionibus, pactis, tollitur forma, tollitur esse primæ dispositionis. Riccius *par.* 1. *praxis resol.* 157. Merlinus *decis.* 746. Ferrettus *cons.* 134. Grammaticus *decis.* 79. Franciscus Marcus *decis.* 1132. & 1154. contra Vivianum *lib.* 14. *cap.* 2. *num.* 23. Lucam *in linea legali art.* 23. *num.* 25. Lotterium *lib.* 2. *quæst.* 11. *num.* 14. Cardinalem de Luca *de Jure-patronatus discursu* 60. *num.* 22. ajentem posse mutari Hæreditarium in Gentilitium, non Gentilitium in Hæreditarium.

Quæ distinctio non displiceret, si coarctaretur ad plenè Hæreditarium; quis tunc hæres mutantis dispositionem non posset venire contra factum mutantis, & sic remaneret dispositio, non quia legitima; sed quia deesset, qui illam posset impugnare.

An successor possit mutare formam Juris-patronatus Gentilitii?

1324 Successor nô valet mutase formam Gentilitii.

NEga: quia ut non dat, ità nec tollere valet jus vocatis quæsitum; tale enim jus non pendet à successore, nec in fieri, nec in conservari. Ergo nequit tolli; causa enim est quæ dat, & tollit esse. Cum ergo successor nec det, nec conservet: Ità nec potest Juri Gentilitio derogare, nec formam fondationis mutare. *l. unum ex familia, §.* 1. *D. de legatis* 2. *l. si duobus, §. sin autem, Cod. communia de legatis.* Glossa in *l. pete, §. fratre, v. ex familia, D. de legatis* 2. Covarruvias 2. *variarum cap.* 18. *n.* 10. Riccius *par.* 1. *praxis resol.* 205. *num.* 5. ut patet etiam in feudis antiquis: ubi successor nequit mutare formam primæ investituræ, nec præjudicare descendentibus. Aretinus *lib.* 1. *cons.* 7. *num.* 23. Afflictus *decis.* 112. *num.* 2. Isernia in *cap.* 1. *§. hoc quoque. de successione feudi.* Et sic Jus-patronatus jam firmum morte fundatoris, nec voluntate Episcopi alterari valet, & pro filiis fundatum, nequit illi assignari, nam esset in præjudicium aliorum, à quibus, ut nequiret pater tollere fideicommissum antiquum; ità nec Jus-patronatus. Molina *lib.* 1. *de primogen. cap.* 23. *num.* 30.

An Jus-patronatus Hæreditarium antiquum possit fieri Gentilitium, vel prælegari alieni?

DIstinguas, vel consideratur actus secundum se factus, vel per accidens. Secundum se, nega; quis hæres primi fundatoris debet servare dispositionem primi fundatoris, non illam destruere, ut debet factum defuncti; cujus personam repræsentat, approbare. *l. cum à matre, C. de rei vendicatione.* Et non servans voluntatem defuncti, ut indignus ejiciendus esset à tota hæreditate: argumento *l. Prætor, §. si quis. D. de sepulchro violato.*

1325 Hæreditariû secundum se nô potest fieri Gentilitium, secus per accidês.

Per accidens tamen dispositio, qua contra voluntatem primi fundatoris mutatur Hæreditarium in Gentilitium, vel prælegatur, tenet; quia deinde ejus hæres non posset hanc voluntatem impugnare, cum debeat approbare factum defuncti, & sic deesset qui ageret contra talem dispositionem, quæ ex defectu impugnatoris firma remaneret, & in hoc sensu recipio ajentes successorem posse mutare Hæreditarium in Gentilitium; ut vult Vivianus *lib.* 14. *cap.* 2. *num.* 23. Luca *de linea legali art.* 23. *num.* 25. Lotterius *lib.* 2. *quæst.* 11. *num.* 14. Cardinalis de Luca *de Jure-patronatus discursu* 66. *num.* 22. & recipio etiam Gratianum *cap.* 177. *num.* 17. Covarruviam 2. *variarum cap.* 18. *num.* 9. ajentem hæreditarium antiquum posse uni ex filiis consensu Ordinarii prælegari.

Ut autem id ex tenebris magis discutiendo veritatis lumine deprehendatur, quando hæres hæredis facit inventarium. Et an tunc possit venire ex vi primæ fundationis, & revocare dispositionem illius, à quo ipse immediatè factus est hæres. Sit

An in Jure-patronatus hæreditario, hæres Patroni teneatur stare facto defuncti Patroni alienantis, disponentis Jus-patronatus?

DIstinguas, vel est hæres primi fundatoris Patroni, vel alterius Patroni successoris. Si est hæres primi fundatoris Juris-patronatus, affirma *l. filius familias, §. cum pater, D. de legatis* 1. Ubi filius non revocat alienationem bonorum inalienabilium. *l. si ab eo* 7. ibi: *voluntatem defuncti suo consensu firmare debuit, D. de liberali causa.* 1326 Hæres primi fundatoris tenetur stare facto fundatoris si est Jus-patronatus hæreditarium.

Secundo, quia defunctus, ut potest legare rem alienam, ita Jus-patronatus hæredis. *§. non solum, Instit. de legatis. l. cum filius, §. Dominus. l. cum pater, §. Titio fratri, D de legatis* 2. Ergo multo fortiùs poterit Jus-patronatus hæreditarium à se constructum alterare, mutare, alteri dare, in quo nihil hæres ex suo amittit.

Tertio, quia Jus-patronatus hæreditarium habet vim ultimæ voluntatis primi fundatoris; cum jus hæreditarium regulariter morte fundatoris firmetur. *l. cum hic status, D. de donation. inter.* Ergo pro libito primi fundatoris mutari poterit, & ut ab hærede potest tollere totum, ità partem hæreditatis. Ergo poterit alteri non hæredi Jus-patronatus hæreditarium relinquere, illudve mutare.

Quarto, quia hæres repræsentans personam defuncti. *l. hæres in omne, D. de acquirenda hæreditate,* & habens omne Jus defuncti activè, & passivè, debet approbare gesta defuncti. *l. cum à matre, Cod. de rei vendicatione. l. ex qua persona, D. de regulis juris;* & est indignus hæreditate impugnans factum defuncti. Alexander *lib.* 5. *cons.* 28. *num.* 18. Decius *cons.* 208. Parisius *lib.* 1. *cons.* 2. *num.* 32. *cons.* 3. *num.* 18. *cons.* 196. *num.* 43. Curtius Junior *cons.* 138. *num.* 20. Covarruvias 2. *resolut. cap.* 18. Afflictus *decis.* 172. *n.* 3. & 240. *n.* 11. sicque tale Jus-patronatus hæreditarium ex voluntate primi fundatoris potest transire ad alios, quàm hæredes, & hæredes tenentur id approbare. Riccius *p.* 1. *praxis resol.* 205. de Luca *de linea legali art.* 23. *n.* 16. Gratian. *cap.* 177. Bartol. in *l.* 3. *D. de sepulchro violato.* Barbosa in *cap. illud.* 8. *n.* 2. *de Jure-patronatus.* Archidiaconus in *cap. unico. de Jure-patron. in* 6.

1327 Si est hæres alterius successoris Patroni, si fecit inventarium non tenetur probare facta defuncti.

Si verò hæres sit alterius sequentis successoris Patroni. Subdistinguas, vel facit, vel non facit inventarium bonorum defuncti.

Si

Si facit inventarium, tunc non tenetur probare omnia facta defuncti, sed solùm secundum vires hæreditatis, & bonorum ab ipso perventorum. *l. fin. Cod. de jure deliberandi*. At quoad Jus-patronatus non tenetur stare illius voluntati; quia illius voluntas mutans fundationem primi fundatoris nulla est: cùm non possit mutare testamentum, nec voluntatem primi fundatoris, nec possit illi præjudicare, nisi secundum vires bonorum propriæ hæreditatis, quæ ab ipso proveniunt. Sic nec potest alienare fideicommissum factum à primo fundatore; nam voluntas illius custodienda est. *cap. si hæredes. de testament.* Et hæres potest revocare fideicommissum alienatum, facto inventario. *l. unum ex familia, §. sed si, D. de legat. 2. l. filius famil. §. cum pater, D. de legatis* 1. Peregrinus *de fideicomm. art.* 33. dans viginti tres Doctores. Sic etiam in feudis, hæres ultimi decedentis, facto inventario, potest revocare feudum antiquum alienatum ab ultimo Testatore. Afflictus *decis.* 112. Grammaticus *decis.* 43. *num.* 10. Peregrinus *de fideicommissis art.* 23. *num.* 11. dans viginti Doctores. Afflictus in *cap.* 1. *§. Titius. si de feudo fuerit controversia inter Dominum, & agnatos.* Ergo etiam facto inventario, revocabit Jus-patronatus alienatum contra voluntatem primi fundatoris.

1328 Confecto inventario, hæres nõ tenetur ultra vires hæreditatis.

Inventarium prodest, ut possit revocare, & si bona relicta ab ultimo decedente non sufficiant, non teneatur ex propriis reficere, nec restituere quæ habuit ultimus Testator in alienatione feudi, fideicommissi, Juris-patronatus. *l. fin. Cod. de jure deliberandi*.

Est contra Thesaurum 1. *Forensium quæst.* 10. *num.* 5. Genuensem in *praxi cap.* 109. *num.* 2. Pinellum *par.* 3. *de bonis maternis num.* 96. *§. Infertur ergo.* Covarruviam 2. *variarum cap.* 18. *num.* 9. Lambertinum *lib.* 1. *Juris-patronatus par.* 2. *quæst.* 11. *art.* 7. Parisium *lib.* 1. *cons.* 16. *num.* 34. Afflictum *decis.* 193. Capyciom *dec.* 64. *num.* 2. Murgam *tract.* 4. *disquisit.* 10. *concl.* 1. indistinctè ajentes, omnem hæredem, etiam confecto inventario, debere approbare factum sui antecessoris.

Si verò inventarium non fecit, tunc confunduntur actiones, & indistinctè approbat factum antecessoris, etiam in sibi præjudicialibus. Ità ut teneatur ad onera ultra vires hæreditatis. *l. fin. Cod. de jure deliberandi*; & sic non potest revocare feudum, fideicommissum antiquum hæreditarium. Menochius *cons.* 89. ex *d. l. unum ex familia, §. sed si, D. de legatis* 2. & factum Testatoris tunc censetur factum proprium. *l. hæres in omne, D. de acquirenda hæreditate*. Basseus *v. hæres num.* 3. & ut non auditur contra factum proprium, ità nec veniens contra factum prædecessoris. *l. cum à matre, Cod. de rei vendicatione. l. venditrici, Cod. de rebus alienis non alienandis. l. Seja, D. de evictionibus. l. rem alienam, D. de pignoribus.* Baldus in *l.* 1. *num.* 31. *Cod. commun. de legatis.* Cortius junior *cons.* 120. *num.* 7. Jason in *lib.* 2. *cons.* 230. Alexander *lib.* 5. *cons.* 13. *num.* 4. *cons.* 18. & *cons.* 26. Archidiaconus in *cap. unico. de Jure-patronatus in* 6.

An in Jure-patronatus Gentilitio, valeat hæres venire contra factum defuncti?

1329 Hæres potest venire cõtra factum defuncti in Jure patronatus Gentilitio.

Affirma: facto inventario: patet ex dictis, & in *cap. constitutus. de in integrum restitutione.* Pinellus *par.* 3. *de bonis maternis n.* 93. 94. 95. Decius *cons.* 28. *cons.* 395. idem dicens de feodo mixto, quia tunc extraneus succedere nequit, & verissimum dicit Pinellus *loc. cit.* Afflictus in *cap.* 1. *num.* 11. *An agnatus, vel filius.* Possessor enim ultimus sibi, non successori nocere valet. *cap.* 1. *§. quid ergo. de investitura de re aliena facta, cap.* 1. *in principio. de feudi successione.* Et meritò successor revocabit alienationem feudi, & Juris-patronatus ab antecessore factam. *cap.* 1. *si de feudo, §. fin. Si de feudo defuncti contentio sit inter Dominum, & agnatos.*

Inventarium hic etiam prodest, ne teneatur ex proprio, sed juxta vires hæreditatis ultimi decedentis solvere pretium fideicommissi, feudi alienati; nam ità tenebatur ultimus decedens alienans, cujus hic repræsentat personam. *l. hæres in omne, D. de acquirenda hæreditate.* Basseus *v. hæres num.* 3.

Ex dictis resolvitur:

An successor fundatoris possit gravare suos hæredes, ut præsentent alium extraneum non vocatum?

1330 Successor fundatoris non potest gravare hæredes, ut al ũ extraneum præsentent, ñ si omnes consentiant.

Distinguas, vel omnes consentiunt, vel non omnes successores fundatoris consentiunt. Si non omnes consentiunt, nega; quia non consentientes possent agere, & annullare dictam dispositionem, cùm de eorum præjudicio etiam agatur. *Clem. plures.* ubi Glossa v. *omnes. de Jure-patronatus.* Maranta *tom.* 5. *resp.* 75. *n.* 13.

Si consentiunt omnes, affirma; quia tunc hæredes non possunt venire contra eorum voluntatem: quia ut potuerunt illos non instituere, ita possunt eos onerare. Lambertinus *par.* 2. *lib.* 1. *quæst.* 2. *art.* 7. *num.* 4. Gratianus *cap.* 575. *nu.* 4. de Loca *de Jure-patronatus discursu* 18. *n.* 4.

An autem facto inventario possent non servare tale onus?

Patet ex dictis, & Ciarlinus *controvers.* 69. *num.* 4. Vivianus *part.* 1. *Juris-patronatus lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 6. Alphonsus de Leone *par.* 3. *praxis* 3. *n.* 224. qui ait successorem non posse alterare primævam fundatoris constitutionem.

Resolvitur etiam:

An fundans Jus-patronatus consensu Ordinarii, cum pacto, ut præsentet Sacerdotem per se, vel per alium, vel per alios à se eligendos, possit ultra primam vicem variare?

1331 Potens per se, vel per alium præsentare, non potest variare præsentãs per alios.

Nega: & sic si prima vice præsentavit per alium, nequit deinde secunda vice præsentare per alios, ne detur processus in infinitum. Calderinus *cons.* 20. *de Jure-patronatus.* Gratianus *cap.* 177. *num.* 19. post Lambertinum, & Rocchum.

Patronus in limine fundationis.

§. XXVIII.

An, & quæ pacta apponere possit Patronus cum consensu Ordinarii?

1332 Dantur pacta, tres species.

Dantur pacta, quæ subintelliguntur, quæ reprobantur, quæ liberè apponi valent, sed nisi apponantur, non subintelliguntur.

Quæ subintelliguntur ex natura fiet.

Pacta quæ subintelliguntur, sunt omnia, quæ veniunt ex natura Juris-patronatus, & ex di-

ſpoſitione legum. puta ut præſentetur idoneus, repellatur non Patronus, inſtituatur legitimè præſentatus, intra tempus à jure ſtatutum. Pacta, quæ reprobantur, ſunt contra bonos mores naturales: puta ut poſſit vendi res ſacra. Pacta, quæ non reprobantur, ſunt indifferentia; & etiam ſunt pacta contra leges ordinantes, diſponentes, non irritantes.

Quæ reprobantur: ut cōtra bonos mores.

1333 Omnia pacta indifferētia favore Patroni apponi poſſunt in Jure-patronatus.

Nunc certum eſt poſſe apponi omnia pacta indifferentia favore Patroni, vel aliorum, ut ſic alliciantur Patroni ad pia opera inſtituenda. *cap. præterea, il 2. cap. nobis. de Jure-patron. cap. quanto. de cenſibus.* Riccius *p. 4. praxis reſol.* 461. 466.

1334 Pactum in aliis beneficiis rejectū, poteſt apponi in fundatione Juris patronatus.

Et conſequenter in fundatione Juris-patronatus poteſt apponi pactum ab aliis beneficiis rejectum: ſcilicet ut beneficiatus ſit amovibilis ad nutum Patroni, ut poſſit præſentari Laicus Clericandus, ut terminus ad præſentandum ſit ſupra ſex menſes, & abbreviare tempus legitimum, ut præſentari valeat non habens annum decimum quartum, ut Jus-patronatus Laicum remaneat Laicum, etiamſi tranſeat in Eccleſiam, ne comprehendatur in reſervatione. Et poteſt etiam ponere titulum Abbatiæ ſine dignitate. Gl. in *cap. ſuam, v. non aſcendat. de ætate, & qualit.* Idque ut diſponens de bonis ſuis propriis operibus, plena facultate utatur, & ne retardetur perterritus, ab Inſtitutione rei piæ. *c. cum dilectus.* ubi Gloſſa *v. ſtatutum. de conſuetudine. cap. præterea vil 1. cap. nobis. de Jure-patronatus. cap. quanto. de cenſibus.* Burattus *deciſ.* 21. *num.* 2. & *deciſ.* 61. *num.* 2. Ancharanus *conſ.* 129. *num.* 1. Vivianus *lib. 4. de Jure-patronat. cap.* 9. *num.* 56. Cortadus *lib. 4. praxis benefic. cap.* 2. *num.* 58. & *num.* 62. dicens poſſe apponi pactum contra jus commune. Lotterius *de re beneſic. lib. 1. quæſt.* 32. *num.* 42. Novarius *Forenſium quæſt.* 71. *lib.* 1. Riccius *part. 4. praxis reſol.* 470. dicens poſſe poni pactum, ut præſentetur ante annum decimum quartum, & *reſol.* 140. & 168. & *reſol.* 464. *num.* 2. dans novem Doctores: dicens poſſe apponi conditiones contra jus commune. Lambertinus *de Jure-patronatus lib. 2. par. 2. quæſt. 1. art.* 7. dicens pluries judicatum ſuſtineri conditiones contra jus commune adjectas in limine fundationis. Marius Antoninus *lib. 1. variarum reſol.* 112. *caſu* 51. Hinc reſolvitur:

An in limine fundationis poſſit apponi pactum, conditio contra Jus commune?

1335 In limine fundationis apponi poteſt pactum contra Jus commune.

Affirma: *cap. cum dilectus. de conſuetudine* ubi Hoſtienſis. *cap. nullus. de Jure-patronatus. cap. verum de conditionibus appoſitis.* Probus ad Monachum in *cap. unico num.* 2. *de Jure-patronatus in* 6. dicens *num.* 3. in hoc proviſionem hominis diſponentis de rebus ſuis facere, ut ceſſet diſpoſitio legis. *l. ſi cum dotem. in principio, D. ſoluto matrimonio. l. cum ex filio, §. filia, D. de vulgari.* Hinc pluries judicatum, & à ſe practicatum, poſſe apponi pactum ut Capellanus ultimus nominet ſucceſſorem, ad quem ſine inſtitutione Epiſcopi deveniat beneficium poſt Lambertinum referentem pluries judicatum, teſtatur Riccius *par. 4. praxis reſol.* 464. *num.* 3. & 4. & *reſol.* 471.

Si Epiſcopus nolit conſentire huic fundationi?

1336 Epiſcopo reluctante, recurritur ad Archiepiſcopum.

Recurritur ad Archiepiſcopum, à quo ei mandatur ut conſenſum præſtet, & nolens contumaciter conſentire, Archiepiſcopus præſtat conſenſum. Felinus in *cap. cum venerabilis. num.* 33. *de exceptionibus.* Innocentius in *cap. in Lateranenſi. num.* 5. *de præbendis.* Riccius *par. 4. praxis reſol.* 467. qui conſenſus poteſt antecedere, intercedere, & ſubſequi limen fundationis, & retrotrahitur ad tempus fundationis. Riccius *loc. cit. reſol.* 468.

An pacta, & conditiones contra Jus naturale, & contra Jus poſitivum irritans, ſpecificè in Jure-patronatus illa rejiciantur?

1337 Rejiciuntur tamen pacta contra Jus naturale, & poſitivum irritans.

Affirma: nam hujuſmodi conſentua impoſſibilia, non obligantia *l. impoſſibilium, D. de regulis juris.* Et tunc Jus-patronatus cum tali turpi pacto conſtitutum inter vivos eſt nullius momenti. *l. generaliter, D. de verb. oblig.* Conſtitutum verò in ultimis voluntatibus ſuſtinetur, rejecto turpi pacto. *l. conditiones, la 2. de conditionibus inſtitutionum.* Corradus *lib. 4. praxis benefic. cap.* 2 *num.* 57. Riccius *pars. 4. praxis reſol.* 140. *reſol.* 462. & 466. dicens *par. 1. praxis reſol.* 157. *num.* 2 rejici pactum minuens auctoritatem Epiſcopi. ſcilicet ut conferatur beneficium non ab Epiſcopo, ſed ab alio.

An Ordinarius conſenſu ſucceſſoris Patroni valeat variare conditiones adjectas in limine fundationis?

1338 Ordinarius etiam cum cōſenſu ſucceſſoris, non poteſt variare conditiones Juris-patronatus.

Nega: neque quoad locum, neque quoad perſonam, &c. Trid *ſeſſ* 25. *cap.* 5. *de reform.* & *ſeſſ.* 22. *cap.* 6. *de reform. Clem. quia contingit. de religioſis domibus;* non enim poteſt Epiſcopus ultimas voluntates mutare, etiam in meliùs. *cap. tua nobis. de teſtamentis;* cum ultimæ voluntates ſint cuſtodiendæ. *cap. Piſanis. de reſtitutione ſpoliatorum.* Riccius *pars. 4. praxis reſol.* 276. *num.* 2. Abbas in *dicto cap. tua nobis. num. 4. de teſtamentis.* Sacra Cong. apud Riccium *par. 4. praxis reſol.* 463. *num.* 4. Cevallos *lib. 4. communium quæſt. ultima num.* 57.

Patronus in ordine ad tempus præſentandi, & temporis prorogationem?

§. XXIX.

1339 Ad præſentandum in Eccleſiaſtico, & mixto dantur ſex menſes.

Ex dictis conſtitit tempus ad præſentandum Juris-patronatus Eccleſiaſtici, & mixti eſſe ſex menſium. *cap. cum ſe decet.* 22. *de Jure-patronatus.* In Jure-patronatus Laico dari quatuor menſes cum poteſtate variandi, cumulando alium præſentatum. *cap. cum autem. cap. quod autem. de Jure-patronatus. cap. unico. de Jure-patronatus in* 6. Rebuffus in *praxi beneficiali par. 1. tit. de præſentatione num.* 8.

In laico [illegible] tuor [illegible] poteſtate variandi, cumulando alium.

Et interim Patronis contendentibus, Epiſcopus tempore elapſo, inſtituit alium ſine præjudicio habentis Jus-patronatus. *cap. cum propter. de Jure-patronatus.* Zabarella in *Clem. plures. §. quibus. num. 1. de Jure-patronatus.*

An tale tempus currat à die ſcientia vacationis?

1340 Dictum tēpus currit à die ſcientiæ.

Affirma: quia durante vacationis ignorantia Patronus dicitur legitimè impeditus; nam ignorans beneficium vacare, præſentare non poteſt: ſicque currit regula: *Impedito non currunt tempora. cap. quia diverſitatem, ibi: ſed noti-*

notitia ipsius. de concessione prabenda .cap. licet. de supplenda negligentia Pralatorum. Accedit: ignorantem beneficium vacare, non dici negligentem. Bartolus in *l.generq. num.6. D. de his, qui notantur infamia*. Abbas in *cap.cum nos. de testamentis*: Et consequenter non debere amittere jus præsentandi. Caput-aquensis *par.3. decis.248*. Rota *par. 1. diversorum decis.* 431. Marius Antoninus *lib.1. variarum resol.29.num.10.* Cavalerius *decis.489.num.1.* Pilaja *lib.3.decis.1. num.* 196. Riccius *par.1. praxis resol.* 166. Maranta *par.5. resp.85. num.9.* de Amato *decis. 4. num. 23.* Barbatus *par. 1. de divisione fructuum cap.16. num.165.*

Et jura dicentia currere tempus à die vacationis, subintelliguntur à die vacationis notæ. *Clem. cum ei. de concessione prabenda. cap. 2. de supplenda negligentia Pralatorum*, recessumque jam à decisione 1.Rotæ *de Jure-patronatus*: ubi tempus currebat à die vacationis, etiam ignotæ,

Si sciens non prasentet: an prajudicet Compatrono ignoranti vacationem?

1341 Sciens, & nõ præsentans, non præjudicat Compatrono ignoranti.

NEga: & tunc sciens pro illa vice sibi præjudicans, non præsentat, & præsentat ignorans vacationem, ne unus sine culpa, ab altero præjudicium patiatur; decisum apud Garziam *de beneficiis par. 10. cap. 2. num.41.* Barbosa *de potestate Episcopi par.3.alleg.72.n.137.*

An tale Jus currat legitimè impedito?

1342 Legitimè impedito nõ currit.

NEga: nam impedito tempora non currunt. *cap. cum multis. cap.nobis. de prascriptionibus. Can. si Sacerdos 16. quast.4. l. fin. Cod. in quibus causis in integrum restitutio non sit necessaria*. Unde tempus non currit impedito, ab accessu ob inimicitias, ob absentiam, carcerationem, &c. Vivianus *lib.7. Juris-patronatus cap.2. num.6.* Jordanus *tom.2.lib.11.tract.7.num.349.* Pilaja *lib.3. decis.1. num.196.*

An renunciante prasentato, aut mortuo ante Institutionem post mortem, vel renunciationem, dentur etiam quatuor menses Laicis, Semestre Ecclesiasticis, non computato tempore jam effluxo?

1343 Renunciante præsentato, vel mortuo ante institutionem, currunt denuò tempora legitima ad præsentandum.

AFfirma: à die renunciationis, non acceptationis, mortis notæ: præcisa tamen fraude. *cap. si electio. de electione in 6.* ubi Glossa *v. integrum*. Rota *in novis. de Jure-patronatus decis.8.* Lambertinus *lib.2. part.2. quast.1. art.7.* Tondutus *Canonic. quast. cap.4.par.2.n.27.*

An tempus Jure prafixum ad prasentandum, currat etiam ad instituendum?

1344 Tempus ad præsentandum non currit ad instituendum.

NEga: *cap. unico, §. verum. de Jure-patronatus in 6.* ubi Glossa *v. quadrimestre*. Zabarella in *Clem. plures, §. quibus. num.1. in fine. de Jure-patronatus*. Cavalerius *decis.489.num.1.* Abbas *lib.2. cons. 76. num.2.* Vivianus *part. 2. Juris-patronatus lib.6.cap.8.num.9.*

Unde facta præsentatione, si pullulet lis inter præsentantes, licet lis duret per multum temporis ultra annum, etiam beneficium non devolvitur ad Episcopum. Nam jura, quæ volunt devolvi ad Episcopum, loquuntur ortâ lite inter Patronos de præsentando. *cap. cum propter. de Jure patronatus*. Nec extendenda ad litem inter præsentatos: quia scilicet sit instituendus, aut præferendus. Decius in *cap. eam te decet. de Jure-patronatus*. Rota *par. 4. diversorum decis.* 586. *num. 7.* Tondutus *Canonic. quast. par.2.cap.4. num.24.*

An elapso tempore, detur purgatio mora?

NEga: quia daretur in præjudicium aliorum, ad quos institutio devoluta est, non purgata mora. *l. in insulam. l. si quis ita, §. Seia, D. de verb. oblig. l. si pupillus, D. si quis cautionibus*. Riccius *par.1. collect.119.* 1345 Elapso tempore nõ purgatur mora.

An in limine fundationis fundator possit ad prasentandum prafigere diuturnius tempus, vel tempus legitimum abbreviare?

AFfirma: nam quilibet rebus suis legem dicere valet. *l.in re mandata, Cod.mandati. cap. cum dilectus.de consuetudine*. Et Jus requirens quadrimestre, vel semestre in *cap. unico. de Jure-patronatus in 6.* & in *cap. eam te decet. de Jure-patronatus*, intelligitur nisi aliter expresserit fundans Jus-patronatus. Marius Antoninus *lib.1.variarum resol.112.casu 51.* 1346 Fundator potest tempus abbreviare, vel prorogare.

An Episcopus, transacto tempore, possit admittere prasentatum?

AFfirma: *cap.2.* ibi: *liceat. de supplenda negligentia Pralatorum*. Crescentius *de dilationibus decis.* 11. Tondutus *part. 2. Canonic. quast.cap.4.num.28.* Vivianus *par. 2. Juris-patronatus lib.7. cap.6.* 1347 Episcopus verò transacto tempore potest admittere præsentatum.

An Episcopus valeat prorogare tempus à lege, vel in limine fundationis prafixum?

AFfirma; quia tunc cedit juri ad se devolvendi, sine præjudicio alicujus. Et non est novum, Judicem posse terminum lege præfixum prorogare, vel protrahere. *l.2.D.de re judicata. l. sciendum, D. de usuris. Can. ponderet. dist. 50.* Crescentius *de dilationibus dec.11.* Marius Antoninus *lib.1.variar.res.112. casu 51.* Riccius *collect.119. & par.1. praxis resol.206.* Barbatus *de divisione fructuum cap.16. num.168.* Parisius *de resignatione lib. 7. quast. fin. in fine*. Tondutus *par.2. Canonic. cap.4.num.26.* 1348 Episcopus valet prorogare terminum præsẽtandi à jure, vel fundatore præfixum.

An Episcopo nolente prorogare terminum, recurri possit ad Summum Pontificem?

AFfirma. Ita probante usu: teste Corrado *lib.4.praxis benefic. cap.2.num.68.* Vivianus *lib.7. Juris-patronatus cap.1.n.16.* 1349 Si Episcopus tamen nolit prorogare terminum, potest recurri ad Papã.

An tempus jure prafixum, currat in Jure-patronatus Regio, etiam stante scientia vacationis?

NEgant Cabedus *de Jure-patronatus Regia Corona cap.28.num.7.* Barbosa *de potestate Episcopi par.3. allegat.72. n.137.in fine*, 1350 Quodque nõ currere in Jure-patronatus Regio docent cit. DD.

De Patrono prasentante.

§. XXX.

TRia hic discutienda sunt. Primo de Patrono præsentante per se. Secundo de Patrono præsentante per Procuratorem. Tertio de Patrono in ordine ad institutionem.

An Patronus possit præsentare seipsum?

1351 Patronus se ipsum præsentare nequit.

NEga: *cap. per nostras*. 26. ubi *postulasti edoceri utrum Clericus ad vacantem Ecclesiam, in qua jus obtinet Patronatus, se ipsum (si est idoneus) valeat præsentare. Cum igitur nullus se ingerere debeat Ecclesiasticæ prælationis Officiis: Respondemus, quod nullus se potest ad personatum alicuius Ecclesiæ præsentare, quantumque idoneus sit, & quibuscumque studiis, & meritis adjuvetur*: ubi Glossa v. *præsentare. de Jure-patronatus*. Enim verò inter præsentandum, & præsentatum debet esse distinctio. *cap. cum ad nostram. de institutionibus*. Et nemo debet sibimet auctoritatem præstare. *cap. qualiter*. 17. *de electione*; Nec sibimet beneficium conferre. *cap. finali. de institutionibus*. Nec sibimet donare. *l. si mandavero*. 22. *§ si tibi centum, D. mandati. l. si quis pro eo*. 56. *§. 1. D. de fidejussoribus*. Sicque præsentans se ipsum repellendus est. *Can. miramur. dist*. 61. *Can. in scripturis*. 8. *quæst*. 1. *l. si quanquam, C. de Episcopis, & Clericis*; Et contraheret præsentans se ipsum crimen ambitus, damnatum in titulo Codicis *ad legem Juliam. de ambitu*. Burattus *decis*. 712. *& decis*. 316. *num*. 2. Menochius *lib*. 5. *præsumpt*. 26. *num*. 2. Riccius *part*. 1. *praxis resol*. 190. Gonzalez in *cap. quia*. 6. *num*. 3. *de Jure-patronatus*. Cardinalis de Luca *de Jure-patronatus discursu* 31. Luca *de linea legali art*. 24. *n*. 33.

Esset crimen ambitus.

An simul cum Compatronis possit absolutè vocem dare?

1352 Idem dicas, si cum Compatronis sibi vocem dederit.

NEga: *cap. per nostras*. 26. *de Jure-patronatus*. Rota *par*. 2. *diversorum decis*. 185. Burattus *decis*. 712.

An per viam adhæsionis, scilicet consentiendo suæ præsentationi, factæ à Compatrono, possit sibi vocem dare, & augere numerum vocum?

1353 Non tamen si consentiat suæ præsentationi à Compatrono sibi factæ.

AFfirma: Ità ut præferatur tunc præsentato ab alio Compatrono, tanquam habens numerum majorem vocum. *cap. cum in jure. de electione* ubi Abbas *num*. 5. *& cons*. 15. *num*. 3. *lib*. 2. Riccius *par*. 3. *praxis resol*. 516. *num*. 3. *& par*. 1. *praxis resol*. 190. *num*. 3. dans septem Doctores. Lambertinus *part*. 1. *Juris-patronatus lib*. 2. *art*. 8. *num*. 3. Burattus *decis*. 316. *num*. 2. Corrados *lib*. 4. *praxis benefic. cap*. 2. *num*. 14. Gonzalez in *cap. quoniam*. 3. *num*. 2. *de Jure-patronatus*. Farinacius *decis*. 291. Ciarlinus *controversia* 69. *num*. 9 Rota *par*. 9. *recentiorum decis*. 363. Luca *de linea legali art*. 24. *n*. 33.

An Patronus possit præsentare suum filium familias?

1354 Præsentari valet filius à patre Patrono.

AFfirma: Etiamsi filius sit Patronus. *cap. consuluit*. 15. ubi Glossa v. *auctoritate. de Jure-patronatus*. Et Patronus à Compatrono præsentari valet. *cap. cum in jure. de electione*. Nec in hoc censetur una persona cum Patre; nam cum sit Clericus, utitur privilegiis militum, nec Patri acquirit. Undè Pater tunc non dicitur præsentare se ipsum. *l. cum nec filius familias*. 16. *D. de furtis*. Gratianus Forensium *cap*. 576. *num*. 6. Lambertinus *par*. 1. *Juris-patronatus lib*. 2. *art*. 12. *quæst*. 8. *num*. 6. Glossa in *cap. quia Clerici*. 6. v. *filii*, & in *cap. consuluit* 15. *de Jure-patronatus*. Abbas in *cap. fin. de institutionibus*. Gonzalez in *c. quia Clerici*. 6. *n*. 3. *de Jure-patronatus*.

An Patronus possit donare Jus-patronatus, & præsentari à donatario?

DIstinguas: vel in donatione adest, vel deest tale pactum. Si adest tale pactum, nega: Quia tale pactum simoniam sapit. *cap. fin. de prabendis in* 6. 1355

Patronus donans alteri Jus-patronatus cũ pacto, ut ipsum præsentet, nequit præsentari. Secùs si desit tale pactum.

Si deest tale pactum, affirma: Nam tunc donatarius, ut posset præsentare alium, ità spontè posset præsentare donantem; nam donans ex beneficio collato donatario, non debet esse deterioris conditionis. Joannes Andreas in *cap. ex insinuatione. de Jure-patronatus*.

An Patronus unicus, & pauper, impotens se ipsum præsentare ex dictis, valeat sibi impetrare Jus-patronatus?

AFfirma: & ab Episcopo ei debet conferri; nam etiam ex beneficio Juris-patronatus ei alimenta debentur. Abbas in *cap. per nostras*. 26. *de Jure-patronatus*. Seraphinus *dec*. 668. *n*. 5. Addentes ad Burattum *decis*. 28. *num*. 18. Riccius *par*. 1. *praxis resol*. 164. Cardinalis de Luca *de Jure-patronatus discursu* 49. *num*. 9. dicentes idem, si esset dives Patronus unicus, ut saltem à Papa posset sibi impetrare, præveniendo, si Episcopus nollet eum instituere. 1356

Patronus pauper, & unicus, potest sibi impetrare Jus-patronatus.

Sed quid dicendum. Si unicus sit Patronus, habens activum, & passivum Jus-patronatus?

DIcas debere porrigere preces Ordinario de se ipso, & tunc esset necessariò instituendus: quia ob Jus-patronatus passivum, quo in fundatione vocatur, præfertur extraneis, ex vi fundationis, tanquam à fundatore præsentatus. Ut enim hic nisi præsentaretur posset coram Ordinario instare, ut sibi detur beneficium, excluso altero non vocato à primo fundatore: Ità si Ordinarius vellet alium instituere, posset instare, & agere de nullitate institutionis. Cardinalis de Luca *de Jure-patronatus discursu* 49. *num*. 9. Luca *de linea legali art*. 24. *num*. 33. *§. nullam*: dicens rem esse indubiam. 1357

Patronus habens activum, & passivum jus, exorato Ordinario, est necessariò instituendus.

De Patrono præsentante per Procuratorem.

§. XXXI.

An Patronus possit præsentari à suo Procuratore speciali?

NEga: si mandatum sit, ut præsentet mandantem Patronum. Ut enim nequit per se, ità nec per suum Procuratorem præsentare se. *cap. fin. de institutionibus. cap. per nostras* 26. ubi Abbas *num*. 5. *de Jure-patronatus*. Caputaquensis *par*. 7. *decis*. 40. *& decis*. 497. Peregrinus *decis*. 110. Burattus *decis*. 212. *num*. 2. Corradus *lib*. 4. *praxis benefic. cap*. 2. *n*. 17. 1358

Patronus neque per Procuratorẽ ad id constitutũ potest præsentari.

An Procurator absolutè cum potestate ad præsentandum, valeat præsentare mandantem?

VIdetur negandum; quia ut nequit immediatè, ità nec per mandatum commissum 1359

Ambigitur si sit præsentatus à Pro-

Pro-

curatore absolutè constituto ad præsentandum.

Procuratori; cum Procurator unam personam cum mandante constituat. *cap. per nostras.* 26. *de Jure-patronatus.* Doctores *citati.*

Scio tamen oppositum docere Lupum *allegat.* 8. Riccium *par.* 1. *praxis resol.* 190. dicentem servari, citando Verallum *par.* 2. *decis.* 13. Caput-aquensem *par.* 2. *decis.* 138.

An Procurator constitutus ab omnibus, vel pluribus Patronis, valeat præsentare unum ex Patronis?

1360 Si fuerit tamen Procurator constitutus ab omnibus, vel pluribus Patronis, valet unū ex Patronis præsentare.

AFfirma: nam nomine aliorum, & sic majoris partis præsentat. Rota *par.* 2. *diversorum decis.* 185.

An mandatum ad præsentandum, debeat esse speciale?

1361 Procurator constitui debet cum speciali mandato ad præsentandum.

AFfirma: Ità ut non sufficiat mandatum generale ad omnes lites, ad omnia negotia. *cap. fin. de officio Vicarii in* 6. ubi Vicarius sine speciali mandato nequit conferre beneficia. Ergo multo minùs Procurator sine speciali mandato poterit præsentare. Secundo, quia hæc præsentatio est veluti donatio; & Procurator sine speciali mandato donare nequit. Ergo nec præsentare. Riccius *p.* 1. *praxis resol.* 171. Lambertinus *part.* 1. *Juris-patronatus lib.* 1. *artic.* 3. *quæst.* 14. *&* *part.* 2. *lib.* 2. *art.* 21. *num.* 3. de Marinis *tom.* 1. *cap.* 229. *num.* 6.

An ratificatio specialis principalis convalidet mandatum generale, & præsentationem, ex mandato generali factam à Procuratore?

1362 Præsentatio facta à Procuratore cū generali mandato, est valida, si intra tempus legitimum ratificatur à principali.

DIstinguas, vel ratificatur intra, vel post tempus legitimum, concessum ad præsentandum. Si ratificatur intra tempus legitimum, affirma: Nam tunc ratihabitio æquiparatur mandato speciali, & est ità ac si ab initio fuisset facta præsentatio cum speciali mandato, vel saltem incipit à tempore ratihabitionis. Quo tempore sicuti posset præsentare: ità potest ratum habere. Lambertinus *par.* 2. *Juris-patronatus lib.* 2. *art.* 21 *num.* 5. Beltrandus ad Gregorium XV. *decis.* 177. *num.* 7.

1363 Secùs si post tempus legitimum.

Si ratificatio interponatur post elapsum tempus ad præsentandum jure definitum, nega convalidare mandatum. Nam ut Patronus tunc non posset per se præsentare: Ita nec præsentare per Procuratorem, nec cum generali, nec cum speciali mandato: Et mandatum antecedens, cùm sit generale, nullum est quoad præsentandum; nec consequens ratificatio interposita tempore inhabili, retrotrahi valet ad tempus dati mandati generalis. Nam esset in præjudicium devolutionis factæ ad Episcopum, & retrotractio non fit in præjudicium alterius, ne concurrant duo specialia simul. Primum esset fictio retrotractionis. Secundum esset præjudicare Ordinario. Rota *part.* 2. *recentior. decis.* 443. *num.* 3. Puteus *lib.* 3. *in correctis decis.* 311. *num.* 3. Lapus *allegat.* 22. de Marinis referens decisum *tom.* 1. *cap.* 229. *num.* 11.

An possit constitui Procurator ad præsentandam certam personam ad determinatum beneficium vacaturum?

1364 Non potest cōstitui specialis Procurator ad præsentandam certam personam ad beneficium vacaturum.

NEga: *cap. fin. de concessione præbendæ. cap. illud.* 8. *de Jure-patronatus*, & tale mandatum procuratorium est nullum, continens votum captandæ mortis. Marescottus *lib.* 2. *variarum cap.* 34. Beltrandus ad Gregorium XV. *decis.* 420. *n.* 9. Garzias *de beneficiis par.* 10. *cap.* 1. *num.* 22. Sed ut id tenaciùs retineatur. Sit

Qualiter Procurator constitui valeat ad præsentandum?

DIstinguas: vel beneficium Juris-patronatus est vacans, vel vacaturum. Si est vacans, absolutè constitui valet, cum speciali mandato ad præsentandam certam personam. *cap. fin. de officio Vicarii in* 6. *l. contra juris.* 29. *§. si filius, D. de pactis.* Seraphinus *part.* 1. *decis.* 559. Puteus *lib.* 2. *decis.* 312. Riccius *par.* 1. *praxis resol.* 172. *&* 182. de Marinis *tom.* 1. *cap.* 229. *num.* 6. 1365 Hinc Procurator valet cōstitui cum speciali mādato ad præsentandam certam personam ad beneficium vacans.

Ad vacaturum: subdistinguas; vel est ad præsentandum simpliciter ad beneficium vacaturum, vel est ad præsentandam certam personam.

Si mandatum est ad præsentandam certam personam: Nega mandatum esse validum, quia contineret votum captandæ mortis, vel renunciationis invitæ beneficiati præsentis. *cap. illud* 8. *de Jure-patronatus. cap. fin. de concessione præbendæ.* Cassiodorus *decis.* 5. *de Jure-patronatus*, de Marinis *tom.* 1. *cap.* 229. *num.* 8. 1366 Ad beneficium vacaturū nequit constitui ad præsentandā certam personam.

Si sit mandatum speciale ad præsentandum simpliciter ad beneficium quandocumque vacaverit non favore certæ personæ.

Affirma, validum esse mandatum, & posse præsentare vi illius, quando beneficium vacabit, nam cessat votum captandæ mortis. Joannes Andreas in *cap. fin. num.* 3. *de concessione præbendæ.* Riccius *par.* 1. *praxis resol.* 175. *n.* 2. 1367 Secùs si habeat mandatum ad præsentandum quamcumque personam.

An Patronus promittens præsentare aliquem, promissione obligetur ab alio acceptata?

DIstinguas, vel beneficium vacat, vel non vacat. Si vacat, affirma promissionem obligare, præcisa labe simoniaca. Enim verò homo pacto obligatur. *cap. fin. de pactis.* 1368 Patronus promittens præsentare aliquem ad beneficium vacans, ad id obligatur. Si est ad vacaturū nulla est promissio

Si beneficium non vacat, tunc promissio est nulla, ob votum captandæ mortis, & sollicitudinem de beneficio viventis. *cap. fin. de concessione præbendæ*; promissio autem turpis nulla est. *l. generaliter, D. de verb. oblig.*

An Patronus intra tempus legitimum, facta jam institutione ad instantiam Compatroni, valeat præsentare, etiam jam institutum per se, vel per Procuratorem?

AFfirma: quia habet jus ad præsentandum, & ad manutenendum se in quasi possessione præsentandi, quæ prodest ad constituendum ultimum statum Juris-patronatus. *cap. consultationibus.* 19. *de Jure-patronatus.* Riccius *par.* 4. *praxis resol.* 400. 1369 Patronus valet præsētatū à Compatronis, & institutum, quoque præsētare eumdem, intra tempus legitimum.

De Patrono in ordine ad Institutionem.
§. XXXII.

An Patronus valeat propria auctoritate aliquem instituere in Jure-patronatus, præciso Episcopo?

1470 Patronus nequit per se aliquem instituere inconsulto Ordinario.

NEga. *cap. præterea.* 4. ibi: *Præterea quia in tantùm quorundam Laicorum processit audacia,*

dacia, ut Episcoporum auctoritate neglecta, Clericos instituant in Ecclesiis, & removeant cum voluerint, possessionem quoque, atque alia Ecclesiastica bona, pro sua voluntate plerumque distribuunt. . . . ipsos anathemate decernimus feriendos. Clericus autem, qui Ecclesiam per Laicos sine proprii Episcopi auctoritate receperit, Communione privetur: & si perstiterit, à ministerio Ecclesiastico, & ordine deponatur: ubi Gonzalez *num.*1. *cap. quod autem.* 5. ibi: *quoniam antequam præsentatio per Diœcesanum Episcopum approbetur, ratum non est, quod à Patrono fuerat inchoatum. cap. illud* 8. ibi: *cum quia Laicus sine auctoritate Episcopi, nemini potest Ecclesias dare. cap. cum Laici.* 10. *cap. consuluit.* 15. *cap. nullus.* 17. *cap. suggestum.* 20. *cap. relatum.* 21. *de Jure-patronatus. Can. ut per Laicos. Can. Ecclesia.* 10. *quæst.* 7. *Can. constitutiones. Can. per alios.* 16. *quæst.* 7. *cap. quisquis.* 43. *de electione. cap. in Lateranensi.* 25. *de præbendis.* Idque quia

Nulla est institutio taliter facta.

absque Canonica institutione nulliter Ecclesiasticum beneficium obtinetur. *cap.* 1. *de regulis iuris in* 6.

Pœna Patroni instituentis propria auctoritate, & Clerici ab eo instituti.

1371 Excommunicatur patronus instituens, & institutus.

EST excommunicatio ferenda Patrono, & Clerico instituto. *Can.* 1. *&* 2. *dist.* 63. *Can. ut per Laicos.* 10. *qu.* 7. *cap.* 3. *de privilegiis. cap. cum Laici.* 10. *cap. consuluit.* 15. *cap. suggestum.* 20. *cap. relatum.* 21. *cap. præterea.* 4. *ubi Gonzalez num.* 6. *de Jure-patronatus.*

Præsentatus.

§. XXXIII.

1372 Præsentatus dicitur ille, cui est conferendũ beneficium instante Patrono.

EX Patrono præsentante ad Præsentatum se deflectit oratio.

Præsentatus est ille, cui instante Patrono conferendum est beneficium Juris-patronatus ab Ordinario.

Duplex est, unus vocatus à fundatore, alter ab ipso non determinatus.

Hic præsentatus duplex potest esse. Unus determinatè à fundatore vocatus. Alter à fundatore non determinatus; Quandoque enim fundator Juris-patronatus laxatis habenis latè arbitrium Patroni excurrere permittit, ut quemlibet idoneum præsentare valeat; Quandoque fræno remoratur, & cancellis veluti continet, nec liberè spatiari permittit suum, & successorum Patronorum arbitrium; sed vult præsentandas certas personas, ex certa familia, Patria, &c. tuncque alias præsentari nequit. Cardinalis de Luca *de Jure-patronatus discursu* 29. *num.* 7.

Summa dicendorum.

Ut ordo obscuritatem tollat. Primo, quis sit, & quæ jura præsentato quærantur. Secundo, qualis sit jure communi habilitas præsentati: & an vocato Presbytero, Sacerdote, valeat Clericus præsentari. Tertio, de præsentato, qui vocatur in fundatione. Quarto, quid agendum, si in fundatione vocatus non præsentetur à Patronis. Quinto, de quovis alio præsentato. Sexto, quis præferatur ex pluribus præsentatis. Septimo, quando Episcopus gratificari valeat unus ex pluribus ex præsentatis. Octavo, quando præsentatus debeat esse præsens personaliter.

Quis Præsentatus, & quæ jura ei quærantur?

PRæsentatus est qui à Patronis Ordinario sistitur, petentibus ut instituatur in beneficio Juris-patronatus. *c.* 1. *& cap. quoniam* 3. *de Jure-patronatus. cap. unico. eodem titulo in* 6. — 1373 Legitimè præsentatus habet jus ad institutioné.

Præsentato habili, posita præsentatione legitima, quæritur jus ad institutionem, & ad beneficium: & sic potest agere, ut ab Episcopo confirmetur, vel instituatur. *cap. Pastoralis. cap. cum dilectus*: ubi Glossa *de Jure-patron. cap. cum Bertoldus.* 18. *de sentent. & re judic.* ubi Glossa, & Abbas *num.* 9. *&* 12. Innocentius in *cap. dilectus. de officio Legati.* Itàut si unus sit præsentatus, debeat institui ab Episcopo, & possit pro tali institutione instare. *cap. cum Bertoldus.* 18. ubi Abbas *num.* 11. *de sententia, & re judicata.* Nec potest Episcopus alteri beneficium conferre, absque injustitia, & validè. *cap. præterea.* 4. *cap. cum Laici.* 10. *cap. cura.* 11. *cap. relatum.* 21. *de Jure-patronatus.*

1374 Si tamen sint duo præsentati idonei, Episcopus potest ex his unũ instituere.

Si verò duo simul, vel successivè præsententur, & sint idonei, tunc Episcopus, cum non possit utrumque instituere. *cap. quæcunque.* 2. ibi: *sub uno Presbytero*, & ibi *antequam unum eligant Presbyterum. cap. quoniam* 3. ibi: *& cum una Ecclesia unius debeat esse Rectoris. de Jure-patronatus*, habet facultatem, ut eligat unum ex illis, & instituat. *cap. cum autem. de Jure-patronatus. cap. cum Ecclesia. de electione. Can. qui peccat.* 23. *quæst.* 4. Et nulliter aliis beneficium conferret. *cap. nullus.* 17. *cap. relatum.* 21. *cap. fin. de Jure-patronatus. Can. decernimus.* 16. *quæst.* 1.

1375 Ad hoc non sufficit nominatio, sed præsentatio Ordinario facta.

Ut acquiratur jus ad institutionem, non sufficit sola nominatio præsentandi: & nominatio dicitur antequam offeratur Ordinario. Præsentatio dicitur, quando offertur Superiori legitimo, à quo instituendus est. Trid. *sess.* 14. *de reform. cap.* 13. Riccius *par.* 4. *praxis resol.* 474.

Habilitas Præsentati.

§. XXXIV.

1376 Habilis est, qui habet requisita in jure, vel fundatione.

NOn quivis præsentari valet, sed habilis, ut habeat scilicet requisita à jure communi, & in limine fundationis: Aliàs ut indignus rejiceretur, & Patronus pro illa vice orbaretur jure præsentandi: nisi Laicus alium cumularet habilem. Mascardus *de probationibus concl.* 293. *n.* 5. Cavalcanus *decis.* 11. *n.* 53. Vel nisi præsentavit inhabilem, sub conditione impetrandæ dispensationis, intra tempus à lege definitum ad præsentandum. *Decisio Rotæ* apud Riccium *par.* 1. *praxis resol.* 197.

Præsentans indignum amittit illa vice jus præsentandi.

Nisi sub cõditione impetrandæ dispensationis præsentaverit.

An debeat esse habilis tempore præsentationis, an tempore institutionis?

1377 Habilitas requiritur tẽpore præsentationis, non institutionis.

DEbere esse habilem, & sic habere qualitates à jure, & à fundatore requisitas, tempore, quo præsentatur, ait Rota *par.* 4. *diversorum decis.* 570. *num.* 1. Tondutus *par.* 1. *cap.* 118. *num.* 29. Baldus *vol.* 1. *cons.* 127. Alexander *vol.* 2. *cons.* 21. Novarius *concl.* 1. *de præsentatione.* Riccius *part.* 4. *praxis resol.* 235. dicens qualitatem Clericatus deinde supervenientem non prodesse, cum Rota *part.* 3. *lib.* 2. *diversorum decis.* 69. Seraphinus *decis.* 1234. *num.* 4. Campaniilis *in diversorio rubrica* 11. *cap.* 23. *num.* 261.

Mo-

Moventur, quia ex ipsa præsentatione acquirit jus, ut instituatur. Ergo debet esse habilis ad institutionem pro tempore, pro quo potest institui, & institui etiam potest tempore præsentationis. Gratianus *Forensium cap.* 430. *n.*6. Mafobrius in *praxi concursus prælud.*7.*dub.*20. *num.*84. Parisius *lib.* 4. *de resignatione quæst.* 2. *num.*5. Barbosa *de potestate Episcopi par.* 3. *allegat.*60. *num.*77. & *allegat.*72.*num.*79. Maranta *par.*5.*respons.*85.*num.*26. Cardinalis de Luca *de Jure-patronatus discursu* 45. *num.*7. Squillante *de privilegiis Clericorum cap.*4.*num.*10. Luca *de linea art.* 24. *num.*5. Riccius *part.* 3. *praxis resol.* 475.

An debeat Præsentatus habere qualitates exigitas à Fundatore?

1378 Præsentatus debet habere requisita posita à fundatore.

AFfirma: Nam voluntas fundatoris servanda est, sivè sit ultima voluntas, sivè sit inter vivos. Utraque enim nequit alterari à successore, vel ab Episcopo: ut ex dictis patet. Et habens qualitates in fundatione requisitas, habet jus ut præsentetur, quo nequit spoliari à Patronis. Cardinalis de Luca *de Jure-patronatus discursu* 49. qui carent tunc jure præsentandi alios. Unde nulliter præsentarent destitutum qualitate à limine fundationis exigita. Burattus *decis.* 559. Abbas in *cap. cum in cunctis. de electione*. Vivianus *lib.* 2. *Juris-patronatus par.*1.*qu.*8. *art.*4.*num.*11.

An autem Patronus pro unica vice cum consensu Ordinarii, valeat præsentare alium carentem qualitate in fundatione exigita?

1379 Nec pro una vice, etiam cum consensu Ordinarii, potest præsentari carens qualitatibus à fundatore requisitis.

NEga: quia læderet jus habentium qualitatem exigitam à fundatore, & non servaret dispositionem fundationis inalterabilem. Est contra Seraphinum *decis.* 871.*num.*4. Riccium *par.*4.*praxis resol.*475.*n.*5. ajentes pro una vice posse non servari id, quod exigit fundatio.

Habilitas de Jure communi.

1380 Jure communi requiritur præscripta ætas.

UT Præsentatus jure communi sit habilis, debet primo non habere defectum ætatis anni decimi quarti. Trident.*sess.*23.*cap* 6. *de reform.* Licèt olim minor ætas etiam fuerit sufficiens. *cap. si eo tempore. de rescriptis in* 6. *cap. eo. de electione in* 6.

1381 Scientia sufficiens.

Secundo, debet habere scientiam sufficientem. Trid.*sess.*14.*cap.* 13. *de reform.* & sic examinari debet, an sit idoneus; nisi fuerit aliàs examinatus, & approbatus pro aliis beneficiis obtinendis ejusdem rationis. *cap. accepimus. de ætate, & qualitate.* Seraphinus *decis.*1323. Vel nisi publicè doctus sit. *Can. quia Episcopus. dist.* 23. Riccius *par.*1. *praxis resol.* 202. nam ignorantia reddit irregularem. *Can. ignorantia. dist.* 38. *Can. præcipimus. dist.* 24. & sic incapacem ad consequenda beneficia. Seraphinus *dec.*1323.

Nisi fuerit aliàs examinatus ad beneficiū ejusdem rationis, & sit publicè doctus.

1382 Non debet esse aliqua censura irretitus, etiā minori excomm. suspensione, &c.

Tertio, non debet esse innodatus aliqua censura, excommunicatione, etiam minori, suspensione ab Ordine, &c. Navarrus *cap.*27. *n.* 163. Parisius *lib.*4.*de resignatione qu.*3.*num.*60.

1383 Minor excom. reddit inhabilem.

Quarto, minor etiam excommunicatio reddit illum inhabilem ad consequendum beneficium. Covarruvias in *cap. Alma mater. par.* 1. *§.* 7. *in principio col.* 1. Et si sit inhabilis ad beneficium, est inhabilis præsentari.

Quinto irregularis est inhabilis. Alexander *vol.* 1. *cons.* 3. *num.* 3. Decius *vol.* 2. *cons.* 131. Riccius *par.*1. *praxis resol.*178. 1384 Et irregularitas.

Sexto, quicumque est incapax habere beneficium, est incapax præsentari. 1385 Et incapax beneficii, est incapax præsentari.

Inhabilis ex limine fundationis.

SEmper ac fundator in limine fundationis exigit in præsentando aliquas qualitates, nequit præsentari illis carens; quia inhabilis est. Et ut non præsentatus, ita carens qualitate à fundatore exigita, nequit institui.

Difficultas est:

An tempore præsentationis carens quis dicta qualitate, possit præsentari sub conditione si dispensabitur, vel si illas habebit ante institutionem?

AFfirma. Riccius *part.*1. *praxis resol.* 205. & *resol.* 197. de Leone *quæst.* 4. *praxis* 6. *num.*41.

1386 Carens qualitate à fundatore requisita, potest præsentari sub cōditione si dispensabitur, vel ante institutionem habebit.

An non Clericus præsentari valeat ad beneficium, si tempore institutionis puta intra quatuor, vel sex menses fiat Clericus?

AFfirma: Gratianus *Forensium cap.*420.*n.*61. Mafobrius in *praxi concursus præludio* 7. *dub.* 20. *num.* 84. Parisius *lib.*4.*de resignatione quæst.*2. *num.*5. Barbosa *de potestate Episcopi allegat.*60. *num.*77. & *allegat.* 72. *num.* 77. Maranta *par.*5.*resp.*85.*num.*26. Cardinalis de Luca *de Jure-patronatus discursu* 45.*num.*7. de Luca *de linea legali art.*24. *num* 5. Squillante *de privilegiis Clericorum cap.* 4. *num.* 10. Vivianus *decis.*147. *n.*20. Riccius *par.*3. *praxis resol.*475. *num.*3. dicens, Laicum mox Clericandum posse præsentari ad beneficium.

1387 Nō Clericus præsentari valet si tempore institutionis fiat Clericus.

Contra Tondutum *part.*1. *cap.*118. *num.*19. dicentem, debere esse capacem tempore præsentationis. Riccium sibi contrarium *part.* 1. *praxis resol.* 151. & 177. *num.* 9. citantem septem Doctores, ajentem, Laicum posse nominari, non præsentari Ordinario, ut instituatur. Novarium *singularium concl.*113. Est contra aliquos DD.

Probatur: Nam sola præsentatio est relativa ad institutionem, cùm præsentetur, ut instituatur. Ergo si quando instituitur, fuerit habilis, erit etiam in præsentatione; cùm respiciat tempus habile. Adeòque præsentatio est ita ac facta in tempore habili, & tunc intrat regula: idem est respicere tempus habile, ac fieri in tempore habili. *l. in tempus.*62. *D. de hæredibus instituendis*.

Secundo, quia si posset præsentari intra tempus habile Clericus: ita potest præsentari Laicus, qui intra tempus habile fit Clericus; nam censetur præsentatus, quando est Clericus, habilis institui.

Dices: Laicus non est capax Juris spiritualis. *cap.causam.de præscriptionibus. cap.decernimus. de judiciis*. Ergo nec est capax, ut præsentetur; quia præsentatio acquirit Jus spirituale ad beneficium. Proponuntur, & solvuntur argumenta adversariorum.

Respondetur distinguendo antecedens: Laicus non est capax Juris spiritualis pro tempore, quo est Laicus, concedo. Respiciens tempus, quo fit Clericus, nego.

Repli-

Replicabis: præsentatus potest instare ut instituatur. *cap. cum Bertoldus*. 18. *de sententia, & re judicata. cap. Pastoralis. cap. cum dilectus. de Jure-patronatus*. Sed Laicus non potest instare, ut instituatur. *cap. decernimus. de judiciis*. Ergo nec præsentari.

Distinguo majorem, pro tempore, quo est capax, concedo: pro tempore, quo est incapax, nego maiorem: Sed distinguo minorem, Laicus non potest instare, ut instituatur pro tempore, quo est Laicus, concedo. Pro tempore, quo est Clericus, nego minorem, cum sua consequentia. Hinc resolvitur:

An ex mente Testatoris non Clericus tempore præsentationis, sed tempore institutionis Clericus præsentatus à minore parte, præferatur extraneo, præsentato à majori parte Patronorum?

1388 Præsētatus à minore parte Patronorum nondum Clericus, sed vocatus à fundatore, & habilis tempore institutionis, præfertur extraneo præsentato habili à majori parte.

AFfirma: nam revera tempore institutionis habet qualitates in fundatione exigitas. Lambertinus *par. 2. Juris-patronatus lib. 2. art.* 28. Cardinalis de Luca *de Jure-patronatus discursu* 64. *num.* 17.

An minor pars, etiam unus Patronorum possit instare in termino edicti, ut expectetur terminus Juris, ad hoc, ut fiat habilis in fundatione vocatus?

1389 Potest unus ex Patronis instare, ut expectetur terminus juris, ut fiat habilis in fundatione vocatus.

AFfirma: nam hic agit pro custodienda mente fundatoris; Et sic est legitimus contradictor, & instare potest, ne interim instituatur præsentatus, carens qualitate exigita à fundatore. Burattus *decis.* 727. *num.* 7. Cardinalis de Luca *de Jure-patronatus discursu* 59. *n.* 6.

An præsentato, & instituto non vocato à fundatore, valeat comparere à fundatore vocatus, qui antea ignorans vacationem beneficii, non comparuerat, vel ignorabat sibi Jus competere?

1390 Vocatus in fundatione ignorans vacationem, potest comparere etiam post præsentationem, & institutionē alteri factā.

AFfirma: quia ignorans cum non sit in culpa, non debet damnum pati, & institutio alterius debet resolvi, quia injusta, contra Jus alterius. Et ideo potest se opponere à fundatore vocatus, & rescindere institutionem non vocati, tanquam factam ex falsis allegationibus, non auditis Jus habentibus. Decisum apud de Leone *quæst.* 4. *praxis* 5. *num.* 85. Seraphinus *decis.* 178. Lapus *allegat.* 78. ajentes scientiam certam, non præsumptam requiri, ut excludatur jus habens, sciens, & non comparens.

Idque ineluctabiliter concludendum, si non adhuc fuerat institutus, elapso termino edicti, extraneus præsentatus. Nam tunc fortiùs vocatus à fundatore debet audiri, etiam elapso edicti termino, si ignorans intra terminum non comparuit, & potest instare, ut sibi conferatur. Vivianus *lib.* 7. *Juris-patronatus cap.* 7. *num.* 7. Cardinalis de Luca *de Jure-patronatus discursu* 49. *num.* 6. contra Riccium *part.* 1. *praxis resol.* 162. ajentem elapso termino edicti non audiendum.

An existente habili cum qualitate à fundatore requisita, sit nulla præsentatio, & institutio carentis tali qualitate?

1391 Habilis vocatus à fundatore excludit institutum inhabilem.

AFfirma: Nam nullus est actus, qui fit contra voluntatem primi fundatoris, cum nullum sit jus in successore, faciendi contra fundatoris voluntatem: Et sic est ità ac si non esset Patronus, cùm pro illo casu jure careat. Et ut præsentatio facta à non Patrono est nulla, ità facta à Patrono, pro casu quo caret tunc jure præsentandi. Abbas in *cap. cum in cunctis. de electione*. Seraphinus *decis.* 774. Burattus *decis.* 555. Hinc resolvitur:

An præsentatus à minori parte, habens qualitates requisitas in fundatione: puta Sacerdotii, consanguinitatis, præferatur præsentato à majori parte illis carente?

1392 Præsentato habili à minore parte excluditur inhabilis præsētatus à majori parte Patronorū.

AFfirma: Quia habens qualitates, venit ut vocatus, & præsentatus à fundatore. Et sic excludit omnem alium illis carentem. Burattus *decis.* 68o. *num.* 1. Rocchus de Curte *de Jure-patronatus v. honorificum num.* 43. Tondutus *par.* 1. *cap.* 118. *num.* 30.

Quid agendum vocato in fundatione, si Patroni nolint illum cæteroquin habilem præsentare.

1393 Idoneus vocatus à fundatore, & exclusus à Patronis, potest instare apud Ordinarium, ut ipse præsentetur intra tempus legitimum, quo elapso ipsū Ordinarius instituit.

POtest adire Ordinarium competentem, & proponere jura sua, & instare, ut mandetur Patronis, ut eum præsentent intra legitimum tempus, quo elapso providebitur per Episcopum, ut instituatur in beneficium habens jus, ex vi fundationis, & tunc elapso termino, Episcopus illum instituit, ità ac si esset à Patronis præsentatus, nam factum Judicis tunc dicitur factum partis. *l.* 1. *Cod. si in causa judicati pignus captum sit*. Judex enim valet initiam habenti, ministrare, & cogere irrationabiliter invitum ad consensum. *cap. ex literis. de sponsalibus. l.* 1. *Cod. de nuptiis*. Gizzarellus *decis.* 67. Gratianus *cap.* 616. Olea *de cessione jurium tit.* 5. *quæst.* 8. *num.* 1. Francus *decis.* 310. de Luca *de linea legali art.* 24. *num.* 34. rectè dicens, præsentandum vocatum in fundatione posse instare, ut extraneus non vocatus præsentatus, rejiciatur.

An vocatus in fundatione habens aliud beneficium, possit instare, ut præsentetur, excluso extraneo?

1394 Vocatus in fundatione, & habens aliud beneficium, etiam excludit præsētatum extraneum.

AFfirma; si non sit beneficium incompatibile cum Jure-patronatus, vel si incompatibile, velit dimittere primum, & acquirere secundum Jus-patronatus. Alphonsus de Leone referens decisum *qu.* 4. *praxis num.* 169. de Luca *de linea legali art.* 24. *num.* 21.

An vocati in fundatione possint Jus perdere ex negligentia Patronorum?

1395 Vocati in fundatione negligentia Patronorum jus non amittunt.

NEga: Nam culpa unius, alteri nocere non debet. Cardinalis de Luca *discursu* 49. & tunc semper possunt petere, ut eis conferatur beneficium, tanquam vocati, & præsentati à fundatore, excludendo alios non vocatos. Burattus *decis.* 559. Seraphinus *decis.* 774. Abbas in *cap. cum in cunctis. de electione*. Vivianus *lib.* 2. *Juris-patronatus par.* 2. *qu.* 8. *art.* 4. *n.* 11.

An habilis præsentatus à minori parte, præferatur inhabili, præsentato à majori parte Patronorum?

1396 Præfertur habilis à minore parte Patronorū, inhabili à majori parte

AFfirma: nam jus in solidum totum est in præsentantibus habilem, & inhabilis est

ità

ità ac si non fuisset præsentatus. *cap. quoniam.* 3. ibi: *meritis* v. *de Jure-patronatus*. Imò præsentantes indignum, pro illa vice amittunt jus præsentandi: *cap. cum vos.* 4. *de officio Ordinarii.* Et sic totum jus præsentandi est penès præsentantes habilem, jure non decrescendi; cùm quivis Patronus habeat jus ad totum. *l. unica, C. de caducis tollendis.* Non jure accrescendi, ut malè ait Tondutus *par.* 1. *Canonicarum cap.* 118. *num.* 33. & ità docet Riccius *par.* 4. *praxis resol.* 401. *num.* 4. Ripa in *l. re conjuncti. num.* 234. *in fine, D. de legatis* 3. Bellonus *de Jure accrescendi cap.* 6. *quæst.* 48. *num.* 28. Cavalerius *decis.* 231. *num.* 1. & 2.

Si in fundatione sit dictum: ut præsentetur Sacerdos, an possit præsentari Clericus?

1397 Potest præsentari Clericus, si in fundatione requiratur ut sit Sacerdos.

Affirma: quia Clericus nomine Sacerdotis venit. *cap. si quisquam:* ubi Glossa *de cohabitatione Clericorum.* Anna *cons.* 22. *num.* 13. Rota *par.* 7. *recentiorum decis.* 59. *num.* 22. Merlinus *decis.* 685. *num.* 22.

Si fundator voluerit præsentandum Capellanum, qui singulis diebus celebrare teneatur: an possit præsentari Clericus?

1398 Etiamsi fundator voluerit ut singulis diebus celebretur, potest præsentari Clericus.

Affirma: nam onera restringenda, maximè quæ minuunt libertatem electionis Patronorum. *cap. odia.* 15. *de regulis juris in* 6. & sic intelligendum est, ut eligatur Capellanus, qui saltem per alium celebret. *cap. qui per alium. de regulis juris in* 6. Ad differentiam impotentis per se, & per alium celebrare, ut esset Clericus impotens dare tale mandatum. Rota *par.* 2. *recentiorum decis.* 719 *num.* 2. & *decis.* 635. *nu.* 3. Burattus *decis.* 92. *num.* 2. dicens nec tunc debere residere. Sac. Cong. Concilii pluries apud Gonzalez *regula* 8. *Cancellariæ, Glossa* 5. *num* 77. Tondutus *par.* 1. *cap.* 31. *num.* 1. & 3. Gratianus *cap.* 133. *num.* 10. post Rotam *par.* 3. *recentiorum decis.* 65. *num.* 12. dicens posse per substitutum, etiamsi dicatur in fundatione, ut Capellanus assistat Divinis Officiis, Processionibus.

Si dicatur, ut eligatur idoneus ad celebrandum per se?

1399 Si sit requisita idoneitas ad celebrandum, tunc debet esse Sacerdos.

Tunc debet esse Sacerdos. Borattus *dec.* 68 *num.* 2. Barbosa *lib.* 3. *juris Eccles. cap.* 5. *num.* 33.

Si fundator velit Presbyterum præsentandum?

1400 Valet præsentari Clericus, si fundator velit præsentari Presbyterũ.

Præsentari valet etiam Clericus in minoribus; quia & hi veniunt nomine Presbyterorum. *cap. vestra. de cohabitatione Clericorum.* Mantica *dec.* 129. *n.* 1. Gonzalez *regula* 8. *Cancell. Gloss.* 5. *n.* 86. Barbosa *p.* 2. *de potest. Episc. alleg.* 25. *à n.* 40. Licet Tondutus *p.* 1. *cap.* 31. *n.* 7. Rota *p.* 7. *recentiorum dec.* 14. *num.* 7. Rolandus *vol.* 3. *cons.* 83. *num.* 21. de Marinis *lib.* 2. *cap.* 40. velint distinguendum de Testatore loquente latino, & vulgari sermone, & afferunt sermone vulgari, non latino, nomine Presbyteri, venire Clericum.

Sed textus in *cap. vestra. de cohabitatione Clericorum*, hanc distinctionem non facit. Et in dubio numquam præsumitur onus eligendi Sacerdotem per se celebrantem; decisum apud Riccium *par.* 1. *praxis resol.* 195.

Si verò requiratur Sacerdos celebrans ex fundatione?

1401 Si requiratur Sacerdos celebrans, sufficit ut sit idoneus.

Tunc satis est si sit Sacerdos, etiam mutus, surdus; quia non est necesse, ut celebret actu, sed habitu: & mutus habet celebrandi potestatem.

Sed quid si non sit Sacerdos, sed possit intra annum promoveri?

1402 Requisitum Sacerdotii si sit à lege, sufficit ut intra annum ascendat ad Sacerdotiũ.

Tunc distinguas: vel requisitum Sacerdotis celebrantis est à lege, vel ab homine. Si à lege, afferunt sufficere, ut possit promoveri intra annum; & dicunt istum esse Sacerdotem habitu. *cap. si quis. de præbendis in* 6. *cap.* 2. *de institutionibus in* 6. *cap. commissa. de electione in* 6. Seraphinus *decis.* 1328. *num.* 4. Tondutus *par.* 1. *cap.* 18. *num.* 7. & 26. Farisius *de resignatione lib.* 4. *quæst.* 8. *num.* 36.

Si sit ab homine tenent isti debere esse actu Sacerdotem.

Si verò sit requisitum ex dispositione hominis: Tunc debere esse actu Sacerdotem, afferunt Rota *par.* 2. *recentiorum decis.* 215. *num.* 1. & *decis.* 456. *num.* 2. Burattus *decis.* 680. *num.* 2. Abbas in *cap. cum in cunctis, §. inferiora. de electione.* Gratianus *cap.* 133. *num.* 2.

1403 Quæ distinctio ab Auctore impugnatur.

Mihi distinctio non placet, quia voluntaria: & Testator quando aliter se non explicat, juri se conformat; & quia indistinctè appellatione Sacerdotum, veniunt etiam Clerici in *cap. si quisquam*, ubi Glossa *de cohabitatione Cleric.*

An in dubio requiratur in præsentato Ordo Sacerdotii?

1404 In dubio non requiritur Ordo Sacerdotii.

Nega: nam est onus, non imponendum in dubio. Farinacius *decis.* 570. Franciscus Marcus *par.* 2. *decis.* 799. Anna *cons.* 24. Lapus *allegat.* 35. Riccius *p.* 1. *praxis resol.* 195. *n.* 5. Cardinalis in *cap. de multa, §. quinto quæro. de præbendis.*

An præsentatus à majori parte Patronorum existentium in quasi possessione, præferatur aliis?

1405 Præsentatus à majori parte Patronorum, qui habent quasi possessioné, præfertur aliis.

Affirma: si sit idoneus. *cap. quoniam.* 3. *cap. consultationibus.* 19. *de Jure-patronatus.* Glossa in *cap. quoniam, v. qui majoribus, cit. tit.* Ferrettus *lib.* 1. *cons.* 23. *num* 4. Ripa *de Jure-patronatus resp.* 66. *num.* 3. Riccius *part.* 4. *praxis resol.* 401 *num.* 1. Mantica *decis.* 86. *num.* 4. Rota *par.* 1. *recentiorum decis.* 202. *num.* 1. Innocentius in *cap.* 1. *num.* 2. *de Jure-patronatus.* Decius *cons.* 129. *num.* 1. Addentes ad Gregorium *decis.* 117. *num.* 7.

Qui veniant nomine numeri majoris partis?

1406 Nomine majoris partis nõ veniunt omnes Patroni, sed qui præsentant.

Veniunt non omnes Patroni secundum se, sed illi, qui præsentant, etiamsi adsint alii Patroni non præsentantes. Abbas in *cap.* 3. *num.* 13. *de Jure-patronatus.* Decius *cons.* 137. *v. in ista materia.* Rota apud de Marinis *tom.* 1. *cap.* 229. *num.* 16. Masobrius in *praxi concursus præludio* 7. *dub.* 22. *num.* 12. Marius Antoninus *lib.* 1. *resolut.* 104. *num.* 1. Hinc resolvitur:

An præsentatus ab uno ex pluribus Patronis, ignorantibus aliis præsentationem, possit institui?

1407 Præsentatus à pluribus Patronis, alijs ignorantibus, potest institui.

AFfirma: Nam hic qui præsentat, habet jus in solidum, & sic totum, nec aliorum ignorantia, aut negligentia præsentato ab eo obesse debet. Coccinus *decis.* 122. *num.* 4. Addentes ad Burattum *decis.* 551. *num.* 9. Garzias *par.* 1. *de beneficiis cap.* 3. *num.* 151.

De Ætate Præsentati. §. XXXV.

1408 Si aliter non sit dispositū in fundatione, & non sit Curatū, in præsentato sat est annus XIV.

PRæsentatus, nisi aliud sit expressum in limine fundationis, vel nisi aliud exigat Jus-patronatus: puta Curatum, debet habere annum decimum quartum. Trid. *seß.* 23. *cap.* 6. *de reform.* Butriua in *cap.* 2. *num.* 5. *de ætate, & qualitate*. Barbosa *de potestate Episcopi part.* 3 *allegat.* 60. *num.* 75. Riccios *par.* 1. *praxis resol.* 180. *& part.* 4. *praxis resol.* 470. licet fuerit dictum Beneficiatum debere Missas celebrare; nam nisi fundator dixerit per se, intelligitur per alium. Riccins *part.* 1. *praxis resol.* 195.

1409 Minor XIV. anno præsentari valet sub cōditione si dispensabitur.

Valet etiam præsentari minor decimo quarto anno, sub conditione si dispensabitur. de Luca *de linea legali art.* 14. *num.* 9. sicuti valet præsentari Laicus, si ante institutionem fiat Clericus. Rota apud Barbosam *loc. cit. allegat.* 72. *num.* 74.

An præsentatus debeat esse præsens personaliter coram Ordinario?

1410 Præsentatus debet esse præsens coram Ordinario.

AFfirma. Trid. *seß.* 24. *cap.* 5. *seß.* 25. *cap.* 9. *de reform.* Rota *in novis par.* 3. *de Jure-patronatus*. Riccius *part.* 1. *praxis resol.* 151. *num.* 1. Ità ut præsentans absentem, non dicatur præsentare. Achilles *decis.* 12. *de Jure-patronatus*. Idque, ne præsentetur suppolititius: puta mortuus, ut interim Patronus sibi colligat fructus. Zerola in *praxi Episcopali*, v. *Juris-patronatus par.* 1. §. *sed ad tertium*. Barbosa *de potest. Episcopi par.* 3. *allegat.* 72. *num.* 113. Sed

An absens notoriè vivus, habilis, præsentari valeat?

1411 Si sit notoriè vivus, & habilis, valet præsentari.

AFfirma: Nam tunc cessat finis prohibitionis, ne scilicet præsentetur suppositius, vel inhabilis. Ideòque cessare debet dispositio prohibens. *cap. cum cessante. de appellat. cap. etsi Christus. de jure-jurando. l.* 1. *D. quorum legatorum*. Garzias *par.* 4. *de beneficiis cap.* 2. *num.* 16. Burattus *decis.* 22. *num.* 30. Marescottus 1. *variarum cap.* 83. *num.* 7. Corradus *lib.* 4. *praxis benefic. cap.* 2. *num.* 9. Riccius *par.* 1. *praxis resol.* 151. *num.* 2. *&* 3.

An præsentatus debeat acceptare præsentationem?

1412 Requiritur acceptatio præsentationis à præsentato.

AFfirma: nam præsentatio est favor, qui ignoraoti non acquiritur, & sine acceptatione non est præsentatio, sed nominatio. Lapus *allegat.* 8. sufficit tamen si acceptet per Procuratorem, vel per literas. Garzias *par.* 4. *de beneficiis cap.* 2. *num.* 21. Lambertinus *par.* 2. *Juris-patronatus lib.* 2. *art.* 2. *quæst.* 3. Gonzalez *regula* 8. *Cancellariæ Glossa* 15. *num.* 1.

Coram quo est præsentandum. §. XXXVI.

PAtronus debet præsentare per se, vel per Procuratorem coram legitimo Ordinario loci, ubi est Capella, vel Titulus Juris-patronatus, à quo Ordinario præsentatus instituendus est. Trid. *seß.* 14. *cap.* 13. *de reform. cap. nobis. de Jure-patronatus*. Idque est adeò necessarium, ut Patronus sine Institutione Episcopi nequeat beneficium Juris-patronatus conferre. *cap. preterea.* 4. *cap. cum Laici.* 10. *cap. cura.* 11. *cap. consuluit.* 15. *cap. nullus.* 17. *cap. relatum.* 21. *de Jure-patronatus*. Nec Episcopus sine præsentatione legitimi Patroni valet aliquem instituere. *cap. cum dilectus.* 28. *cap. nullus.* 17. *cap. relatum.* 21. *cap. fin. eodem titulo, Can. decernimus.* 16. *quest.* 7. 1413 Præsentatio fit coram legitimo Ordinario.

Cum autem institutio ad beneficium sit actus Jurisdictionis, non Ordinis, valet Episcopus confirmatus, non consecratus præsentatum instituere. Riccius *par.* 4 *praxis resol.* 480. 1414 Episcopus confirmatus non consecratus potest instituere.

An præsentatio fieri possit coram Capitulo, & ejus Vicario Sede vacante?

AFfirma: Nam Episcopali utitur Jurisdictione. *cap.* 1. *de institutionibus in* 6. Riccius *par.* 4. *praxis resol.* 476. 1415 Coram Capitulo, & ejus Vicario.

An præsentatio possit fieri coram Vicario Episcopi?

AFfirma: Nam fit in curia, quæ ab ipso Episcopo regitur, & posset fieri etiam coram Superintendente in Jurisdictione, quia etiam exercet actus Jurisdictionis, & posset instituere. Barbosa in *cap. cum Laici.* 10. *num.* 2. *de Jure-patronatus*. Gratianus *decis.* 98. Riccius *par.* 4. *praxis resol.* 477. *&* 478. 1416 Fieri potest quoque corā Vicario Episcopi, ut supra n. 777.

Pœna præsentantis coram carente Jurisdictione instituendi.

DIstinguas: vel præsentans scit, vel ignorat carere Jurisdictione illum, coram quo præsentavit. Si ignorat, nullam contrahit pœnam, & à die scientiæ currunt tempora ad præsentandum coram legitimo Superiore. 1417 Præsentans ignoranter coram non habente Jurisdictionē nullā pœnā incurrit.

Si sciat, tunc in pœnam doli, collatio devolvitur ad Superiorem legitimum, decisum apud Vivianum *lib.* 1. *Juris-patronatus cap.* 2. *num.* 26. Barbosa *de potestate Episcopi allegat.* 72. *n.* 141. Si scienter, collatio devolvitur ad Superiorem legitimum.

Quis sit Ordinarius respectu Juris-patronatus sub Titulo Sancti Antonii Abbatis. §. XXXVII.

ABbatia Sancti Antonii de Vienna habet privilegium, ut Beneficia, Capellæ, Oratoria erecta in utraque Sicilia, sub invocatione tituli Sancti Antonii Abbatis spectent ad erectionem, provisionem, collationem, institutionem, concessionem Abbatis, & Commendatarii, privativè quoad alios Ordinarios, annullatis factis, sine tali assensu. Nunc quæritur: 1418 Omnia, & quæcunque Beneficia sub titulo S. Antonii Abbatis in utraq; Sicilia spectant ad erectionē, provisionem, collationē, institutionē, &c. Abbatis, & Commendatarii Generalis privative quoad alios Ordinarios.

An idem sit in Jure-patronatus Laicorum sub invocatione S. Antonii Abbatis erecto: ita ut Abbas debeat instituere præsentatum?

AFfirma: Quia in privilegio dicitur collatio, & quævis alia dispositio. Et quamvia sub 1419 Quodque intelligitur etiam in Jure-

re-patronatus laico sub invocatione S. Antonii Abbatis.

sub nomine collationis non veniat institutio. *cap. cum in illis*, *§. cum autem*. *de prebendis in* 6. Tamen venit sub illis verbis: quævis alia dispositio, quæ debent aliquid operari, secùs essent elusoria, contra *l. si quando, D. de legatis* 1. Et in materia beneficii ly *dispositio* exprimit etiam institutionem. Puteus *lib.* 2. *decis.* 472. *num.* 4. Geminianus in *cap. cum in illis*, *§.* 1. *num.* 7. *de prebendis in* 6.

Non obstat Trid. reservans institutionem Ordinario, non Inferiori.

Nec refragatur Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 9. *de reform.* reservans institutionem Ordinario, non Inferiori; nam id statutum ne partes pacificantur, ut instituatur ab inferiori. In re autem nostra, id non est ex pacto partium, sed ex privilegio Summi Pontificis; & ita Abbas Sancti Antonii est in possessione, qui usus declarat privilegium. de Ponte *decis.* 5. *n.* 12. & practicatum testatur Montanus *controversia* 81. *n.* 9. (10)

1420 Abbas S. Antonii Abbatis est in possessione.

Capella sita in Confinibus duorum Ordinariorum.

1421 Jus-patronatus fundatum in confinibus duorum Ordinariorum competit alterutro.

JUs-patronatus quoad collationem competit alterutro; & sic coram alterutro præsentatio fieri valet, & sit locus præventioni, *§. Insulæ, instit. de rerum divisione*. Et si Ordinarii contradicant, se ingerit Metropolitanus. Riccius *par.* 4. *praxis resol.* 476. *num.* 4. si verò porta Ecclesiæ sit intra confines unius, tunc illius Ordinario competit institutio, intra cujus Diœcesim est porta. Bartolus in *l. prædiis*, *§. qui domum*, *D. de legatis* 3. Barbosa *de potestate Episcopi par.* 3. *allegat.* 72. *num.* 150.

Qualiter Ordinarius debeat admittere præsentationem?

1422 Præsentatio admittitur Fisco audito

PRimo debet admittere præsentationem sub certis causis, Fisco audito. Fiscus audiri debet; quia interest Ecclesiæ, beneficium esse liberæ collationis, & cognoscere an habeat Jus-patronatus requisita de Jure, & an præsentatus sit idoneus; ità ut non stetur Episcopi dicto asserentis Jus-patronatus exstare; nam nequit Episcopus Ecclesiæ præjudicare. Seraphinus *decis.* 1395. *num.* 7. Addentes ad Burattum *decis.* 232. *num.* 9.

1423 Et sub clausula: *sic & in quantum.*

Clausulæ ut admittatur præsentatio sunt consuetæ reservantes jus Fisco, ut admittatur: *sic & in quantum.*

Quid operatur dicta clausula.

Quæ clausula significat, admittatur, si præsentanti jus competat, si præsentato nil opponi valeat, quæ clausula est suspensiva; Reddit enim ex parte Ordinarii præsentationem conditionatam. Barbosa *de clausulis clause.* 78. Seraphinus *decis.* 494. Martha *par.* 1. *clausula* 392. *num.* 4. Menochius *cons.* 174. *num.* 1.

Et sic donec discutiatur, an præsentans Jus habeat, an præsentatus sit idoneus, non devenitur ad institutionem: ne citò citiùs manus videantur impositæ. *cap. fin. de electione in* 6.

De Edicto proponendo.
§. XXXVIII.

1424 Admissa præsentatione, proponitur Edictum.

ADmissa præsentatione ab Ordinario, debet proponi Edictum in scriptis, publicè affixum in locis consuetis: scilicet in janua Ecclesiæ vacantis, vel loci ubi situm est beneficium, & in Ecclesia Cathedrali, vel majori illius loci. Quo Edicto citantur interesse prætendentes, aut præsentare volentes, aut præsentationi factæ volentes se opponere, præfixo termino peremptorio ad comparendum, ità ut eo elapso, amplius non audiantur. *l. si eo tempore, Cod. de remissione pignoris*. Riccius *par.* 1. *praxis resol.* 145.

1425 Nulla est institutio pendente termino Edicti.

Et pendente termino Edicti, nequit validè fieri institutio præsentati. *cap. fin. de electione in* 6. ubi Geminianus, Cavalcanus *decis.* 10. *n.* 64. *par.* 3. Riccius *par.* 1. *praxis resol.* 153. Lambertinus *par.* 2. *Juris-patronatus lib.* 2. *tit.* 12. Puteus *lib.* 1. *decis.* 183. Et sic nulla esset institutio facta eadem die præsentationis, tamquam facta intra terminum Edicti. *Clem.* 1. *de judiciis*. *cap. avaritiæ*. *de electione in* 6. Riccius *loc. cit. resol.* 144.

1426 Si omittitur Edictū, nulla quoque est institutio.

Omisso Edicto, institutio nulla est. Crescentius *de Jure-patronatus decis. ultima.*

1427 Romæ non requiritur.

Edictum non requiritur Romæ, supplente præsentia Papæ solemnitatem dictam. Rota *in novissimis decis.* 235. Parisius *de resignatione lib.* 12. *quæst.* 3. *num.* 44.

Et ubi est talis consuetudo.

Nec etiam requiritur tale Edictum in Ecclesiis, in quibus consuetudo instituendi sine Edicto est præscripta; & sic legem abrogavit. *l.* 2. *Cod. quæ sit longa consuetudo. cap. fin. de consuetudine*. Bellamera *decis.* 620. Vivius *dec.* 309.

An Edicto non apposito, & facta institutione, sit nulla præsentatio?

1428 Omisso Edicto, & facta institutione, non corruit præsentatio.

LIcèt sit nulla institutio, tamen non est nulla præsentatio; quia Constitutio Summi Pontificis annullat institutionem, de qua loquitur; nec debet ad præsentationem, de qua non loquitur, extendi. Riccius *part.* 1. *praxis resol.*

(10) Primoribus quidem labris, ut dicitur, Auctor hic attingit Privilegia, quibus gaudet Ordo S. Antonii Viennensis in Delphinatu, & ut ejus membrum fruitur in utraque Sicilia Abbatia S. Antonii Viennensis, sita propè, & extra muros Portæ Capoanæ Civitatis Neapolis, de qua propriè verba facit Auctor: non indicatis Bullis Summorum Pontificum, neque Resolutionibus Sac. Congregationis Concilii, & Decisionibus Rotæ Romanæ, aliisq; monumentis, nec minus Privilegiis Serenissimorum Regum, & Imperatorum, quibus jamdiu exornata fuit, & nunc extra omnem dubitationis aleam fruitur, fruique debet; non obstantibus conatibus plurimorum, qui omni ratione cassi, evertere, & cuniculis oppugnare student ista tàm præclara Privilegia, & exemptiones huic Antoniano Ordini, & consequenter dictæ Abbatiæ, ejusque Commendatario, & Præceptori Generali pro tempore abundè concessa; qua Abbatia, sive Generali Præceptoria insignitus nunc existit Eminentissimus Dominus Cardinalis Pignatellus noster Archipræsul Neapolitanus. Ideò animo insedit primordia hujus Ordinis S. Antonii de S. Antonio Viennensi adoriri, ejusque statum, & processum recolere, Privilegia, quibus à Summis Pontificibus, & Regibus cumulatus fuit, recensere, quando desierit hic Ordo Regularis in Regno Neapolitano, & cœptum per Sedem Apostolicam Clericis Sæcularibus commendari, exclusis Regularibus prædicti Ordinis. Ut dignoscant tandem locorum Ordinarii in hoc potissimum Regno, super Beneficiis, Capellis, Oratoriis, Hospitalibus, Eremitoriis, Imaginibus, quæstis, votis, bonisque omnibus sub titulo, & invocatione S. Antonii Viennensis erectis, & erigendis, concessis, & concedendis, nullum Jus, nullamque Jurisdictionem habere, sed omnia, & singula hujusmodi in utraque Sicilia spectare, prout de Jure spectat ad Abbatem Commendatarium, seu Generalem Præceptorem pro tempore. Quæque ut ob oculos objiciam, ad calcem hujus Libri I. Dissertationis vice, Deo propitiante, de omnibus expedita methodo periculum faciam.

VERBA LIB. I.

*fol.*143. post Puteum *lib.*1.*dec.*306. Seraphinum *decis.*399.

Proposito Edicto, audito Fisco, & interesse prætendentibus, si nihil præsentato obstet, devenitur ad institutionem. De qua hic,

De Institutione,
§. XXXIX.

Quid sit?

1429 Institutionis idea describitur.

INstitutio est decretum necessarium, legitimum Ordinarii, coram quo Jure suit facta præsentatio, transferens in præsentatum jus in beneficium. *Can. decernimus* 16. *quæst.*7. Glossa in *cap.*1. *de regulis juris in* 6. Abbas in *cap. auctoritate. num.*7. *de institutionibus.* Azorius *par.* 2. *lib.*6. *cap.* 32. *quæst.*1. Riccius *part.* 4. *praxis institutionis resol.*396. Garzias *de benefic. par.* 5. *cap.*9. *num.*43. Vivianus *lib.*13. *Juris-patronatus cap.*1. *num.*5. Farinacius *tom.* 2. *decis.* 521. *num.* 1.

1430 Ordinarius necessario debet instituere præsentatum idoneum.

Dicitur *decretum necessarium*: ad differentiam liberæ collationis; nam Ordinarius necessitatur ad instituendum præsentatum habilem; ità ut absque injuria repelli nequeat. *cap. quoniam. cap. Pastoralis. de Jure-patronatus.* Et si repellatur, recurritur ad Superiorem, se gravando de denegata, vel retardata justitia. *cap. quod autem. cap. Pastoralis.* 29. *cit. tit.* Et tunc Judex ad quem præfigit terminum Judici à quo ad instituendum, triplici distincta, vel una pro triplici monitione, quo elapso non instituens, Judex ad quem supplens negligentiam Inferioris Prælati, instituit præsentatum. *Can. cùm simus debitores.* 9. *quæst.* 3. Seraphinus *decis.* 145. *n.* 3. Felinus in *cap. postulasti. de foro competenti.* Lambertinus *part.* 2. *Juris-patronatus lib.*2. *art.*17. Garzias *de beneficiis par.*10. *cap.*4. *num.* 10. *in fine*, bis decisum refert Conradus *lib.*4. *praxis benefic. cap.*3. *num.*5. Riccius *par.* 1. *praxis resol.* 142. & *part.* 4. *praxis institutionis resol.* 402. dicens cum Novario posse etiam in prima instantia recurri ad Metropolitanum, Episcopo negligente administrare justitiam; posset etiam præsentatus recurrere ad Papam pro justitia. *cap. Pastoralis.* 29. *de Jure-patronatus*; nam Jure Canonico, omisso medio, potest ad Papam appellari.

1431 Institutionis decretum est ad instar sẽtentiæ.

Dicitur *legitimum*, quia debet proferri ad instar sententiæ, Judice pro Tribunali sedente, juxtà formam Juris.

1432 Episcopus, ejusque Vicarius veniunt nomine Ordinarii

Dicitur *Ordinarii*: & debet esse Ordinarius legitimus: scilicet ille, in cujus Curia fit præsentatio. *cap. ex frequentibus. de institutionibus.* Et nomine Ordinarii legitimi, hic venit primo Episcopus. Secundo ejus Vicarius, etiam cum generali mandato. Seraphinus *decis.*1353. *nu.*3. Glossa in *cap. fin.* v. *non possunt. de officio Vicarii in* 6. Tertio Capitula, ejusque Vicarii Sede vacante. *cap.*2. *ne Sede vacante. cap.* 1. *de institutionibus in* 6. Bulla S. Pii V. *Sancimus.* Quarto cujuslibet alterius potentis instituere præscriptione, privilegio, consuetudine. *cap.*2. & 3. & *fin. de consuetudine. cap.*2. & 3. *de institutionib.* Genuensis in *praxi cap.*69. *num.* 3. Et Legatus Summi Pontificis. *cap. novit*: ubi Abbas *num.*4. *de officio legati.*

Et Capitulũ Sede vacante, ejusque Vicarius.

Et qui præscriptione, privilegio, Consuetudine, possunt instituere.

1433 Institutio pro Curia facienda, & intra Diœcesim.

Ut actus institutionis sit legitimus, debet fieri pro Curia, & sic intra Diœcesim, cum sit actus contentiosæ Jurisdictionis, loco circumscriptæ. *cap.*2. *de constitutionib.* Intelligas si procedatur partibus contendentibus cum figura judicii, aliàs si omnis contentio cesset, tunc esse veluti actum extrajudicialem, & posse extra Diœcesim fieri, ait Riccius *par.* 4. *praxis institutionis resol.* 404. *num.* 3. ajens posse etiam institui in die feriato.

Dicitur *in præsentatum.* Quia nulla esset institutio Juris-patronatus, non præcedente præsentatione, vel excluso legitimo Patrono. *cap. cum dilectus. de Jure-patronatus, Can. decernimus*, ibi: *irrita fit.* 16. *quæst.*7. *cap. cum Bertholdus.* 18. ubi Abbas *num.*13. Felinus *num.* 8. *de sententia, & re judicata*, Nisi Patronus deinde institutioni consentiat, vel si fiat illo præsente, vel tacente. *cap. qui tacet. de reg. juris in* 6. Hostiensis, & Joannes Andreas in *cap. per nostras.* 26. *de Jure-patronatus.* 1434 Nulla est institutio nolla præcedẽte præsentatione, vel excluso Patrono.

Qualiter sit facienda Institutio?

1435 Institutio est facienda purè.

EST facienda purè, non sub conditione. *cap.*2. *de concessione prebendæ. cap.* 2. *de electione in* 6. Cassadorus *decis.* 5. *de prebendis num.* 3. Verallus *decis.*298. *par.*2. *num.*5.

An nullitas institutionis, reddat nullam præsentationem?

1436 Non invalidatur præsentatio ob nullam institutionem.

NEga: nam præsentatio præcedens, ut ab initio existit, ità deinde conservari potest, sine institutione; nec ab institutione vires, & conservationem sumit. Seraphinus *decis.*238. Riccius *par.* 1. *praxis resol.*199.

An facta institutione, Patronus possit præsentare, si non fuit auditus in termino Edicti, absque sua culpa?

1437 Patronus potest præsentare post institutionẽ factã, si fuis inauditus in termino sine sua culpa.

AFfirma: Quia interest sua manuteneri in quali possessione præsentandi. Riccius *par.* 4. *praxis resol.*400.

An valeant institui plures præsentati ad idem Beneficium à pluribus Patronis?

1438 Ad idem beneficiũ unus est instituẽdus, licet plures sint præsentati à Patronis.

NEga: *cap. quæcumque.* 2. ibi *sub uno Presbytero*, & ibi: *antequam unum eligant Presbyterum. cap. quoniam*, ibi: *cum una Ecclesia unius debeat esse Rectoris. de Jure-patronatus.* Ergo:

Ex pluribus præsentatis, quis instituendus?

DIstinguendum est: vel sunt æquè idonei, vel non: Si sint æquè idonei, subdistinguas: vel præsentatur unus à majori, alter à minori Patronorum numero in capita habentium Jus-patronatus.

1439 Ex præsentatis idoneis instituitur præsẽtatus à majori parte Patronorum

Et tunc præfertur præsentatus à majori numero Patronorum. *cap. quoniam* 3. ibi: *ille præficiatur Ecclesiæ, qui majoribus juvatur meritis, & plurimorum eligitur, ac approbatur assensu*: ubi Berous, & Fagnanus *num.*1. Rota *par.*2. *diversorum decis.*117. Riccius *par.*4. *praxis Instit. resol.* 401. *num.* 1. & 3. Et nulla esset institutio præsentati à minori numero; quia injusta, & non præsentati; nam à minori numero est ità, ac si non esset præsentatus, respectu præsentati à majori numero; quia ad se trahit minorem, ut magis dignum trahit ad se minus dignum. *cap. quod in dubiis. de consecratione Ecclesiæ, vel Altaris.*

Vel

Vel præsentantur æquè idonei duo à duobus Patronis in pari numero. Et tunc cum non sit major ratio, cur unus non alter instituatur: ne ad invicem conquassentur, discutiendum est.

An Episcopus pro libito possit gratificari unum ex istis æquè idoneis?

1440 Præsentatis duobus æquè idoneis, potest Episcopus unũ ex istis gratificari.

AFfirmat: *cap. cum autem Advocatus Clericum idoneum Episcopo præsentaverit, & postulaverit postmodum eo non refutato, alium æquè idoneum in eadem Ecclesia admitti: quis eorum alteri præferatur, judicio Episcopi credimus relinquendum, si Laicus fuerit cui jus competit præsentandi. Verum si Collegium, vel Ecclesiastica persona præsentationem haberet, qui prior est tempore, jure potior esse videtur.* 24. *de Jure-patronatus*, ubi Barbosa *n.*8. dans octo Doctores; & *c. quoniam.* 3. *eod. tit. Clem. plures in fine.* ubi Cardinalis *n.*5. *de Jure-patronatus. c. cum Ecclesia. de electione. Can. qui peccat.* 32. *quæst.* 4. Fagnanus in *cap. cum autem. num.* 20. *de Jure-patronatus.* Cavalcanus *decis.* 32. *num.* 6. Cæsar de Grassis *decis.* 1. *num.* 9. Decius *vol.* 1. *cons.* 129. *num.* 1 Riccius *part.* 4. *praxis resol.* 401. *num.* 5. dans quatuor Doctores. Lara *lib.* 2. *de Capellis cap.* 2. *num.* 3. & *cap.* 3. *num.* 22. Barbosa *de potestate Episcopi part.* 3. *allegat.* 72. *num.* 199. Vivianus *de Jure-patronatus part.* 2. *lib.* 12. *cap.* 8. *num.* 16. de Marinis *tom.* 1. *cap.* 129. *num.* 1.

Verùm recurrens ad Papam petens ut dignetur sibi beneficium conferri, non obstante præsentatione alterius æquè idonei, obtinebit gratiam cum clausula: *dummodo tempore collationis, alteri beneficium non fuerit quæsitum ex gratificatione Episcopi, vel privilegio.* Additio ad Burattum *decis.* 691. *num.* 10.

An in non curatis Juris-patronatus possit gratificari, relicto digniori, cæteris paribus?

1441 In non curatis potest gratificari dignum relicto digniori.

AFfirmat Phebus *decis. Lusitana* 109. de Marinis *loc. cit. num.* 4.

Quod displicet Auctori.

Mihi displicet; quia id datur ad excitandam calcaribus præmii virtutem magis, & magis idoniorem reddendum animum; Torpet enim animus, ubi videt majorem virtutem postponi minori. Secundo, quia ut non virtuosus respectu virtuosi, ita virtuosus respectu magis virtuosi jus non habet, & habendus est ut non virtuosus, ut non habilis, ex regula: *Luminare majus, facit cessare luminare minus.* Et est textus in *cap. quoniam.* 3. ibi: *ille præficiatur Ecclesiæ, qui majoribus juvatur meritis. de Jure-patronatus.* Et dignior respectu digni, majoribus juvatur meritis.

Quis instituendus ex inæqualiter idoneis?

1442 Ex inæqualiter idoneis præfertur magis idoneus.

MAgis idoneus; ità ut peccet Episcopus instituens dignum, omisso digniori. *cap. quoniam.* 3. ibi: *majoribus juvatur meritis. cit. tit.* Burattus *decis.* 506. & 516. *num.* 2. Navarrus *cap.* 17. *num.* 73. Barbosa *de potestate Episcopi par.* 3. *allegat.* 72. *num.* 20. Riccius *par.* 1. *praxis resol.* 217. dans decem Doctores. Lambertinus *par.* 3. *lib.* 2. *Juris-patronatus art.* 1. *qu.* 15. *principali num.* 8. Barbosa in *cap. cum autem.* 24. *num* 8. *de Jure-patronatus*: contra Phebum *decis. Lusitana* 109. de Marinis *tom.* 1. *cap.* 229. *num.* 4.

Quid faciendum, si Episcopus nolit instituere idoniorem?

IDonior appellare poterit ab injusto, & illegitimo decreto: ex Bulla S. Pii V. *In conferendis*, ibi: *non solum digni.* Gratianus *decis.* 97. Riccius *par.* 1. *praxis resol.* 106. *num.* 4. Sed 1443 Idonior nõ institutus appellare potest.

Quis sit idonior?

QUi præeminet moribus, doctrina, potestque verbo, & exemplo alios promovere ad virtutem. 1444 Unde cognoscatur quis esse idoneus.

Secundo, idonior est qui officio habilior, licet non doctior.

Tertio, Civis præferendus est extraneo; nam magis afficitur bono suæ Patriæ, & custodiet famam, honorem, virtutes propter se, propter consanguineos, & Patriam, quæ qualitates remorantur etiam flagitiosos à patrandis sceleribus. Riccius *par.* 1. *praxis resol.* 173. *num.* 3.

Quarto, cæteris paribus, præfertur præsentatus de familia Patroni, ab iis qui non sunt de familia; quia afficitur magis bono beneficii, & experimento firmatur, non extraneos, sed consanguineos augere jura beneficii. Vivianus *par.* 3. *lib.* 14. *cap.* 2. *num.* 67. de Marinis *tom.* 1. *cap.* 229. *num.* 2.

Quinto, de linea fundatoris idoneus præfertur extraneo, magis idoneo; nam affectum beneficii propriæ lineæ reddit illum magis proficuum beneficio. Riccius *par.* 4. *praxis resol.* 401. *num.* 6. & 7.

Sexto, senex præfertur, cæteris paribus, juveni; nam moribus, & experimentali scientia magis fulgere præsumitur, & ætati aliquid deferendum. *l. auxilium, D. de minoribus. l. fin. D. de fide instrumentorum.* Rota *par.* 1. *diversorum decis.* 122. Riccius *par.* 1. *praxis resol.* 173. *num.* 3. & *par.* 4. *resol.* 401. *num.* 6.

An possit institui secundus cumulativè præsentatus idoneus ab Episcopo, pendente appellatione?

1445 Episcopus potest pendente appellatione præsentati idonei, instituere secundo cumulativè præsẽtatum idoneum.

NOn potest, sed si de facto instituatur ab Episcopo, tenet institutio, quia melior est conditio possidentis. Sed Episcopus qui voluit admittere primo præsentatum idoneum appellantem, tenetur ei competenti beneficio providere. *cap. Pastoralis.* 29. ibi: *conditionem possidentis censuit meliorem. de Jure-patronatus.* Quid agendum:

Tamen tenetur primo præsentato beneficium competens conferre.

Si Episcopus habeat Jus præsentandi de familia alicujus, & ibidem debeat instituere?

TUnc præsentat distincto actu per Procuratorem, ut particularis, & ut Episcopus instituit, sicque finguntur vices duarum personarum. *cap. à collatione.* 11. *de appellationib. in* 6. *cap. cum olim.* 12. *de re judicata.* Barbosa *de potestate Episcopi par.* 3. *allegat.* 72. *num.* 196. 1446 Episcopus habens jus præsentandi, debet per Procuratorẽ præsentare, & actu distincto instituere.

Quasi possessio ab instituto acquirenda.

EXpeditis Bullis juxta Constitutionem Julii III. Beneficiatus debet quasi possessionem adipisci, quam acquirit aliquo actu facto in Ecclesia, ubi adest beneficium: scilicet tangendo Altare, claves Ecclesiæ, &c. Ludovicus 1447 Quasi possessio acquiritur per aliquem actum factum in Ecclesia.

decis.

1448 Impotens adire Ecclesiam, capit possessionem inspectione oculorum.

*decis.*54.*num.*2. Natta *consf.*563.*num.*13. Et impotens adire Ecclesiam fortè ob inimicitiam, vel potentiam Baronis inviti, capit quasi possessionem inspectione oculorum, vel alia via à jure ficta, de quibus actis possessoriis debet constare saltem depositione Notarii. Farinacius *decis.*219. *num.*2.& 4.

Pœna immiscentis se administrationi bonorum Beneficii, ante institutionem, & confirmationem.

1449 Amittit jus ad præsentationem, qui ante institutionem administras bona beneficii.

EST multiplex. Primo, ut amittat jus sibi quæsitum per præsentationem, ipso jure, *cap. transmissum.* 15. *cap. nostri.* 9. *de electione. cap. avaritia. de electione in* 6. Marescottus 2. *variarum cap.* 35. *num.*47. Riccius *par.*3. *praxis resol.*484. *num.*1. Crescentius *decis.*6.*de Jure-patronatus*. Abbas in *cap. qualiter. num.*4. *de electione*. Geminianus in *dicto cap. avaritia col.*2. *de electione in* 6. Lepus *allegat.*8.*n.*4.

Quodque Auctori non arridet.

Sed ut verum fatear textus in *dicto cap. avaritia* loquens de electo, in istis odiosis, non est extendendus ad præsentatum. (11)

Non excusetur à dicta pœne miscens se administrationi, etiamsi institutio fuerit nulla ex defectu Jurisdictionis. Romanus *consf.*130.*n.*21. Peregrinus *decis.*11.

1450 Ignorantes non ligat hæc pœna.

Si autem præsentatus id ignorat, tunc in foro conscientiæ excusatur; nam est pœne, quæ ignorantes non ligat. *cap.*2. *de constitutionibus.* Maximè ignorantia juris obscuri: puta si sit institutio nulla, facta à proprio Ordinario, omissa forma Tridentini, & examine circa mores, & doctrinam. Trid.*sess.*24.*cap.*18. Tunc enim nec in foro externo ignorans contrahit probabiliter pœnam in *dicto cap. avaritiæ. de electione in* 6. Riccius *loc.cit. num.*8.

Eadem pœna punitur: ut scilicet privetur beneficio, etiam simplici, qui ante collationem se intrusit administrando, percipiendo fructus. *cap.avaritia. de electione in* 6. Crescentius *de Jure-patronatus dec.*6.

1451 Ad incurrendam hanc privationis pœnam, requiritur sententia.

Puto tamen contra Riccium *loc. cit. num.* 6. requiri sententiam Judicis. ex *cap. qualiter. de electione*. Primo, quia pœna etiam ipso jure imposita, exceptis censuris, non debetur, nisi post sententiam.*cap.vergentis.de hæreticis.* Secundo, quia pœna amissionis beneficii ipso jure, non est jure expressa; nam ut rectè Geminianus ait *cap. avaritia. de electione in* 6. loqui de electo ad dignitates, & in pœnalibus non fit extensio de re ad rem. *cap. in pœnis. cap. odia. de regulis juris in* 6.

Sola autem possessio capta sine administratione, & perceptione fructuum non ponitur amissione beneficii, & juris præsentatione acquisiti, quia sine perceptione, & administratione actus non est, ut in pœnalibus exigitur, consummatus. Puteus *lib.*3.*decis.*45.Mantica *decis.* 161. *num.*8.

De oneribus: & an præsentatus possit imponere onus in Jure-patronatus?

1452 Non sunt imponenda onera non constituta.

NEga; quia præjudicaret Patronis, & Episcopo, alterando naturam rei, quam ipse servare, non mutare debet. Et sic resolvitur primo:

An præsentatus inscio, vel contradicente Patrono, valeat validè resignare Jus-patronatus?

1453 Præsentatus inscio, vel invito Patrono, non valet beneficiū resignare.

NEga: Nam agitur de interesse, & præjudicio Patroni, cujus interest Patronatus ad alienas manus non devenire, absque præsentatione ipsius. *cap.in Lateranensi.*31. *de præbendis*. Res enim per quas causas nascitur per easdem resolvi debet. *cap.* 2. *de regulis Juris*. Ergo consensus Ordinarii, & Patroni requisitus in præsentatione, requiritur in resignatione beneficii. *cap.quod in dubiis.de renunciatione.* Peregrinus *lib.*3.*decis.*102. Puteus *lib.*1. *decis.*412. Riccius *par.*1.*praxis resol.*203. dans sex alios Doctores.

An Patronus debeat audiri, & consentire in extinctione rei patronatæ?

1454 Patronus est audiendus in exstinctione Juris-patronatus.

AFfirma: *cap. suggestum.*20. ibi: *consensum. de Jure-patronatus*. Sua namque interest non minui bona, non dissipari; quia vilesceret Jus-patronatus, & nequiret egenus alimenta petere. *cap.nobis.de Jure-patronatus*: ubi Innocentius *Can.filiis.*16.*quæst.*7.contra Riccium *par.*1. *praxis resol.*182.

An requiratur consensus Patroni in permutatione Beneficii?

1455 Et requiritur ejus consensus in permutatione beneficii.

AFfirma: ità ut non sufficiat consensus Ordinarii; nam interest ut Patronus cognoscat ad cujus manus beneficium deveniat, & ut à Patrono recognoscat Beneficiatus beneficium; ne jura Patroni minuentur, vel evirentur. Guidon Papa *decis.* 274. Franciscus Marcus *part.*1. *decis.* 640. *num.*4. Etiamsi fiat coram Papa; ne tollat jus alterius. Vasquez *opusc. de beneficiis cap.*2. §.1.*dub.*12.*num.*33.

An Ordinarius possit imponere pensionem in Jus-patronatus Laicorum?

1456 Pensio in Jure-patronatus Laicorū ab Ordinario imponi nequit.

NEga, invito Patrono, cujus interest Beneficiatum integros fructus habere, ne vilescat Jus-patronatus, & ut commodiùs ab illo alimenta petere valeat in casu egestatis. *cap.nobis. de Jure-patronatus*. Covarruvias *practicarum cap.*36. *n.*10. Garzias *de pensionibus qu.*23. Vasquez *opusc. de beneficiis cap.*2. §. 2. *dub.* 13. *num.* 14. dicentes solum pensionem admitti inter præsentatos, ad extinguendam litem inter ipsos, quæ concedi solet, etiam sine consensu Patroni. Vasquez *loc.cit. num.*34. Gigas *de pensionibus quæst.*24.ex *cap.cum dilectus.*8. ubi Abbas *num.*5. *de consuetudine*.

Nisi aliter fundator instituerit.

Vel nisi in limine fundationis fuerit dictum cum consensu Ordinarii aliquam portionem reservari Patrono, vel alteri ex *cap. nobis.* 25. *de Jure-patronatus.cap.quanto.*16.*de censibus.c.cum dilectus.*8. *de consuetudine.*

Extinctio Juris-patronatus.
§. XL.

1457 Destructa Ecclesia exstinguitur Jus-patronatus.

EXtinguitur primo corruente Ecclesia, & extincto titulo, unde pullulabat fundationis, constructionis, dotationis. Si verò corruat Ecclesia, & remaneat fundum non extin-

(11) Verùm recedendum non est à dicta opinione, ei suffragante auctoritate Doctorum.

Si fundum exstet non extinguitur fundatum ex fundatione. guitur Jus-patronatus ex fundatione; sicuti diruta Ecclesia, remanet Jus-patronatus ex dotatione, si dos perseveret. Glossa in *Can. quicumque.16.quæst.7.* Barbosa *de potest. Episcopi par.3. allegat.72.num.11.*

1458 Si reædificetur ex communibus eleemosynis, libera est Ecclesia. Et si iterum reædificetur ex eleemosynis universitatis, Ecclesia est libera, nisi construatur in ordine ad fundandum Jus-patronatus. Cavalcanus *decis.159.num.9.*

Si verò ex antiqua materia Ecclesia rædificetur, Jus-patronatus retinetur, secundum Lambertinum *lib.1.Juris-patronatus part.1.quæst.6. art.4. num.* 8. Quod non est verum indistinctè ob amissæ Ecclesiæ formam.

1459 Extinguitur quoque extincta dote. Secundo extinguitur Jus-patronatus ex dotatione, extincta dote, deperditis fructibus.

1460 Renunciatione. Tertio extinguitur renunciatione: puta si Patronus fundator, vel ejus successor vocatus ad Jus-patronatus, renuncient. Glossa in *cap. unico*, v. *idem. de Jure-patronatus in* 6.

1461 Si Patronus usurpet fructus, illos percipiendo. Quarto extinguitur, si patronus se ingerat in perceptione fructuum, usurpando bona, & jura Ecclesiæ Patronatus. Trid.*sess.22.cap.15.v.quod ejusdem, & sess.25.cap.9. de reform.*

1462 Ob hæresim Patronorum Quinto extinguitur, si Patronus labatur in hæresim à die commissi flagitii, etiam ignoti: ità ut præsentatio facta ignoto flagitio annullatur, constito de hæresi. *cap. cum secundum. de hæreticis in* 6. Farinacius *lib.2.decis.6.n.2.& 3.*

1463 Si Patronus absq; licentia Episcopi donet, alienet Jus-patronatus, Sexto extinguitur Jus-patronatus, si Patronus sine licentia Episcopi absolutè donet, celet, alienet Jus-patronatus; tunc enim non remanet apud ipsum, quia esse apud se non vult, nec transit ad alienatarium, cum desit consensus Episcopi. Unde remanet extinctum: ut eodem modo solet extingui usufructus cessione absoluta. *l.per fundum, D.de servitutibus rusticorum prædiorum.* Reverterius *decis.227.* Olea *de cessione iurium tit.2. quæst.* 5. dans plures Doctores. Borrellus *tom.2.decis. tit.*10. *de donationibus inter. n.* 378. Tondutus *Canonicarum quæst. par.1. cap.54.num.14.*

1464 Si intercesserit simoniaca venditio beneficii. Septimo extinguitur semper ac Patronus venditione, & sic simoniacè, vel alio titulo à Sacris Canonibus reprobato, Jus-patronatus de facto transfert in alium. *cap.quia Clerici.de Jure-patronatus.* Et tunc Patronus est excommunicatus, & interdictus. Trident.*sess.25. cap.9 de reform.*

1465 Si per Patronum, aut per alium occidatur Rector beneficii. Octavo extinguitur Jus-patronatus, si Patronus per se, vel per alium occidat Rectorem Beneficiatum. Tunc enim beneficium fit liberum. *cap.quibusdam.de pœnis.* ubi Abbas *n.2.*

1446 Si Papa justa causa deroget Juri-patronatus. Nono extinguitur, si Papa ex rationabili causa deroget Juri-patronatus. *cap.dilectus. de officio Delegati. cap. quia universitates. de concessione præbendæ. cap. quoniam. de concessione præbendæ in* 6. Idque in Ecclesiasticis magis, quàm in Laicis efficere valet, ne Laici deterriti retrahantur à piis operibus. *cap. cum dilectus.* 28. *§. nos igitur. de Jure-patronatus.* Glossa in *Clem. per literas* 2. v. *Apostolicis.de præbendis.*

1467 Confiscatione. Decimo extinguitur, si à Judice Ecclesiastico fiat illius confiscatio. Farinacius *decis.* 14. *num.*6. Non verò confiscatio facta à Judice Laico. Glossa in *Clem. Pastoralis* 2. v. *subiecta*: ubi Imola *num.7. de re judicata.* Farinacius *lib.* 7. *decis.241. num.1.* Et Clericus natus ante Patris perduellionem, non est infamis; & sic est capax, ut retineat Jus-patronatus. Farinacius *dec.* 241. *num.*2. 3. *&* 4. Alexander in *l.si quis. in fine.D. de legatis* 1. Baldus in *l.eam, quam.num.*19.*Cod. de fideicommissis.*

Undecimo extinguitur Jus-patronatus deficientibus illis, quibus competere posset. De quibus supra actum est. Felinus in *cap.in præsentia. num.* 22. *de probationibus.* Mantica *lib.* 11. *de conjecturis tit.9.num.2.* **1468 Demùm extinctis Patronis, extinguitur Jus-patronatus.**

At difficultas est primo:

An extincta familia, extinctis omnibus Patronis, possint per Episcopum, vel per alios deleri Insignia familiæ Patroni?

NEga: Quia deserviunt memoriæ antiquitatis, ut alliciantur homines ad pietatem, etiam spe perennaturæ memoriæ, famæ. Et sic numquam Insignia amoveri volent, sine consensu Patroni, etiam defuncti. Bartolus in *l.* 2. *§.nec eius nomine, D. de operibus publicis.* Gratianus *Forensium cap.* 210. *num.* 49. Cepolla *de servitutibus urbanorum cap.71. de pictura n.10.* Riccius *part. 4. praxis resol.*278. 294. *num.*44. Ripa in *cap. cum Ecclesia. num.97. de causa possessionis, & proprietatis.* Rota *par.1. recentior. decis.* 518. **1469 Extincta familia, & Patroois, non debent deleri insignia in Ecclesia Juris-patronatus.**

Et amovens Insignia puniri debet arbitrio Judicis. Genuensis in *praxi cap.109.num.3.*

Secunda difficultas est:

An Episcopus possit concedere cum titulo Juris-patronatus alteri Jus-patronatus jam redditum liberæ collationis?

NEga: Quia tunc alienaret bona Ecclesiæ quæsita contra Extravagantem *ambitiosæ. de rebus Ecclesiæ non alienandis.* Secundo, quia nullo titulo posset transire in novum Patronum, sine scilicet fundatione, dotatione, &c. Tertio, quia interest Ecclesiæ ut sit liberum, non Patrono subditum, beneficium. Sacra Congreg. apud Riccium *part.3.praxis resol.*487. **1470 Jus-patronatus extinctum, alteri Episcopus nõ valet concedere.**

Hucusque visum est de Jure-patronatus, videndum remanet de Beneficiis Compatibilibus, & Incompatibilibus. De quibus aliquid disserendum occurrit.

De Beneficiis Compatibilibus, & Incompatibilibus.

§. XLI.

COmpatibilia beneficia sunt quando plura eidem conferri valent. Incompatibilia quando simul possideri nequeunt. *cap.quia nonnulli.de Clericis non residentibus.*

Nascitur incompatibilitas, primo ex impossibilitate, ut sunt beneficia, quæ requirunt curam animarum in diversis locis. *Can.Clericum.* 21.*quæst.2.cap.sicut de excessibus Prælatorum.* Et ideò duo Episcopatus, duæ Parochiæ, sunt beneficia incompatibilia, & obtento secundo, vacat primum. *cap. cum in cunctis.* 7. *§. cum verò. de electione.* & *cap. de multa.* 28. *de præbendis.* ex Concilio Lateranensi sub Alexandro III. *Can.*12. cui convenit Trident.*sess.7. de reform. cap. 2.& 4.* atque *sess.24. de reform.cap.17.* imò obtento Episcopatu, vacat omne aliud beneficium, etiam simplex, etiam pensio. *cap. cum in cunctis, §.cum verò.de electione.cap.de multa.*28. *de præbendis.* **1471 Duo beneficia curata sunt incompatibilia. Vide supra nu. 987. Et obtento secundo, vacat primũ. Et obtento Episcopatu vacat omne aliud beneficium.**

Secundo, per Abbatiam vacant etiam alia beneficia obtenta. *Can.unum* 21.*quæst.1.* **Sicut per Abbatiam.**

Non

1472 Quæ non vacant nisi post pacificã possessionem secundi.

Non vacat primum, si non acquiratur possessio secundi pacifica, hoc est absque ullo damno, vel lite. *cap. commissa. de electione in 6. Clem. fin. de præbendis.*

1473 Sunt incompatibilia si requirãt residentiam, & unus sufficiat pro cõgrua substentatione.

Nascitur etiam incompatibilitas ex triplici alio capite. Primo, si beneficium exigat residentiam. *Can. Clericus.* 21. *quæst.* 1. ex Synodo VIII. *Can.* 15. Secundo, si unus sufficiat ad congruam substentationem, adeòque habens beneficium ad sustentandum se sufficienter, non potest obtinere secundum, si non expresserit sufficientiam primi beneficii, aliàs poterit privari omnibus aliis beneficiis, non obstante triennali possessione, quæ nihil operatur contra Tridentinum *sess. 7. de reform. cap.* 4. & *sess.* 14. *cap.* 17. imo validè obtineri non potest secundum, sine dispensatione. Garzias *de beneficiis p. 1. cap. 2. num.* 122.

Et si sint sub eodem tecto.

Tertio, nascitur incompatibilitas ex eodem tecto; ideò sit.

De Incompatibilitate Beneficiorum sub eodem tecto.

§. XLII.

Vide supra n. 933. & seqq.

PLura beneficia sub eodem tecto, quis obtinere nequit. *cap. de multa.* 28. *de præbendis. cap. literas. de concessione præbendæ. Clem. fin. de præbendis.*

Sed quænam sunt ista Beneficia sub eodem tecto incompatibilia?

1474 Sub eodem tecto dari possunt beneficia uniformia. & difformia.

DAntur beneficia uniformia, & beneficia difformia sub eodem tecto. Uniformia sunt non à nomine, sed ab officio simili. Fagnanus in *cap. literas. de concessione præbendæ.* Difformia sunt, si diversum exigant officium.

1475 Duo Canonicatus sub eodem tecto sunt incompatibiles.

Primo, certum est beneficia uniformia: puta si sint duo Dignitates, duo Canonicatus similis officii esse incompatibilia in eodem Beneficiato, adeòque adepto secundo, vacat primum ipso jure. *cap. de multa. 28. de præbendis.* Garzias *de beneficiis par. 11. cap. 5. n.* 182. Tondutus *par. 1. quæst. benefic. cap. 27. num. 42. & part. 2. cap. 5. num.* 6.

Et si requirant in eodem Capella idẽ munus.

Secundo, duo beneficia sub eodem tecto, scilicet in eadem Ecclesia, sunt incompatibilia, si utrumque in eodem loco: puta in eadem Capella requirat idem munus, sed si in eadem Ecclesia sint diversæ Capellæ, & habeant distincta beneficia, ad diversos fines: puta ad faciendam Congregationem separatam, tunc hujusmodi beneficia non sunt incompatibilia. Gratianus *Forensium cap.* 123. *num.* 20. Gonzalez *regula 8. Cancellariæ Glossa* 10. *num.* 34. Tondutus *loc. cit. num.* 11.

Sed quid dicendum

De Capellaniis in eadem Ecclesia?

1476 Duas Capellanias in eadem Ecclesia non posse obtineri docent aliqui.

QUem non posse habere plures Capellanias in eadem Capella substinet Mantica *decis. 30. num.* 8. Garzias *de beneficiis par. 11. cap. 5. num.* 222. Tondutus *par. 2. cap. 5. §. 6. n.* 19.

Alii affirmãt adducentes usum.

Sed oppositum docet Crivellius *decis. Dolana nu.* 89. & Cabassutius *lib. 2. Juris Canonici Theoriæ, & praxis cap. 29. §. 13. in fine*, dicens generali usu receptum duas Capellanias posse simul ab eodem retineri sub eodem tecto, sivè Ecclesia.

Si beneficia sint difformia sub eodem tecto, quorum nec unum requirat residentiam, tunc esse compatibilia in eodem Beneficiato asserit ut communius Tondotus *loc. cit. cap. 5. num.* 7. cum Felino in *cap. ex parte, il 2. de rescriptis n.* 3. Gratiano *Forensium cap. 133. num.* 23. Gonzalez *regula 8. Cancellariæ Glossa* 10. *num.* 41. 1477 Si sint difformia sunt compatibilia.

Sed oppositum sustinet Rota *p. 3. recentiorum decis.* 631. *num.* 3. ad tollendam autem difficultatem solet disputari.

An Episcopus valeat dispensare, ut quis habeat plura beneficia difformia sub eodem tecto: puta Canonicatum, & Beneficium simplex?

AFfirma: Menochius *de arbitr. casu* 299. Maceratensis *lib. 1. resol. 112. num.* 60. Garzias *de beneficiis par. 7. cap. 5. num.* 231. 1478 Et dispensat Episcopus.

Compatibilitas Beneficiorum.

NOn possunt uni conferri plura beneficia, ne minuatur divinus cultus. Si verò unus sit idoneus, tunc valet plura beneficia ei conferri, deficientibus aliis. *cap. grave. de præbendis.* Si tamen fuerint beneficia curata, aut duo Dignitates, non posse per *cap. de multa. de præbendis*: ubi §. *ultimo*, sic habetur: *circa sublimes tamen & literatas personas, quæ majoribus sunt beneficiis honorandæ, cum ratio postulaverit per Sedem Apostolicam poterit dispensari.* 1479 Ob personæ idoneitatem potest eidem plura beneficia cõferri.

Secundo, si beneficia sint tenuis valoris, plura beneficia possunt conferri eidem. *cap. eam te decet. de ætate, & qualitate.* Cardinalis de Luca *de Jure-patronatus discursu* 13. *num.* 9. 1480 Si sint beneficia tenuis valoris.

Tenue etiam beneficium censetur octo ducatorum secundum Sotum, sexdecim secundum Lessium, decem aureos non esse beneficium tenue, ait Filliucius. 1481 Quodnam sit beneficium tenuis valoris disceptatur.

Sed tenue esse si non sufficiat ad tertiam partem congruæ substentationis Clerici ordinarii, ait Maiterus, & Suarez. Et alii volunt esse tenue viginti ducatos cum Leandro; alii si non excedat viginti quinque, ità ut beneficium viginti quinque non sit tenue, sed sit tenue si non attingat viginti quinque ducatos docet Pilaja post Dianam, & Garzias; alii aliter discurrunt.

Tu eligas rationabiliora.

Alii modi, quibus valet Beneficium acquiri.

§. XLIII.

DIximus beneficium acquiri primo Electione legitima, secundo Postulatione, tertio Præsentatione ad Jus-patronatus, quarto Collatione, quinto Permutatione, sexto Resignatione, septimo Unione. Ideò

De Collatione, Permutatione, & Resignatione Beneficiorum.

§. XLIV.

COllatio est actus legitimus, quo Superior liberè beneficium confert idoneo. *cap. relatum. de præbendis.* 1482 Quid Collatio Beneficii.

Collator beneficii est Ordinarius. Collator.

Permutatio beneficiorum est reciproca beneficiorum mutatio inter Beneficiatos legitima aucto- 1483 Permutatio.

auctoritate. *cap. quæsitum 5. de rerum permutatione*.

Absque pacto ab Episcopo fieri potest.

Permutatio absoluta, sine aliquo pacto, potest fieri auctoritate Episcopi. *cap. quæsitum. de rerum permutatione. Clem. unica. eodem titulo*: ubi Glossa. Garzias *part. 11. de beneficiis cap. 4. num. 72*. Rebellus in *praxi beneficiali. de permutatione*.

Cum pacto fit à Summo Pontifice.

Si verò permutatio fiat cum aliquo pacto: puta cum retentione pensionis, vel ut unus, & non alter faciat expensas; tunc requiritur auctoritas Summi Pontificis. Bonacina *de simonia disp. 2. qu. 4*.

1484 Resignatio.

Resignatio beneficii est idem, ac renunciare beneficium, & sic definitur: *Est spontanea proprii Juris depositio cum causa, facta coram legitimo Superiore*.

Est duplex.

Resignatio est duplex, una expressa, altera tacita: Expressa fit verbis, scripto, vel aliter. Tacita fit ex dispositione legis. *cap. tua nos. de simonia*: puta si Beneficiatus nubat, tunc illicò beneficiis caret. *cap. 2. & 3. de Clericis conjugatis*.

Subdividitur.

Resignatio iterùm est duplex: una pura, altera conditionalis. Pura est si fiat libera in manu legitimi Superioris, & hæc dicitur renunciatio ad beneficium. *cap. 3. de renunciatione*. Quæ fieri valet coram proprio Ordinario. *cap. sollicitè. de restitutione spoliatorum. cap. tua nos. de simonia*.

1485 Renunciatio pura non subsistit, nisi acceptetur à legitimo Superiore.

Et beneficium purè renunciatum non vacat, antequam renunciatio acceptetur à legitimo Superiore. *cap. admonet. de renunciatione*. Cassadorus *decis. 2. de renunciatione*.

1486 Conditionali renunciatione non vacat.

Conditionalis est, quæ fit sub aliqua conditione: puta reservata pensione, vel ad favorem tertii, cum clausula: *non alias aliter, nec alio modo*: Et tunc non vacat beneficium, nisi impleta conditione. *Clem. unica. de renunciatione*. Et hoc tantùm potest fieri coram Summo Pontifice. *cap. dilecto. 25. de præbendis. cap. ex parte. de officio Delegati*; & solet fieri cum regressu, ingressu, accessu.

Regressus quid? vide supra n. 956.

Regressus est, ut resignans repetat beneficium, si pensio non solvatur.

1487 Infirmus nō potest resignare, & si resignaverit coram Papa, moriens intra xx. dies nulla est resignatio.

Infirmus non potest resignare ad favorem tertii, & si resignaverit coram Papa, & moritur ex infirmitate intra viginti dies, resignatio est nulla, & beneficium dicitur tunc vacare per obitum. *Regula 18. Cancellariæ*, ubi *literæ resignationis debent expediri vivente resignante. de infirmis resignantibus*.

1488 Quod cessat in sene resignante.

Secundu *regula 18. Cancellariæ. de infirmis resignantibus*, cessat in sene resignante.

Et in sano moriente.

Tertiu cessat in sano resignante, licèt deinde casu moriatur intra viginti dies, puta naufragio, vel occidatur ab inimicis.

1489 Facta resignatione sūt publicandæ Bullæ.

Facta resignatione sunt publicandæ Bullæ ex *Regula 34. Cancellariæ*. Et si fiat resignatio in Curia, dantur sex menses intra montes, novem ultra montes ad publicandas Bullas.

Tempus ad publicandas Bullas.

Si resignatio fiat extra Curiam Romanam, resignatiu fieri debet intra mensem. Murga *Pastorali quæst. 2*.

Ubi publicandæ, & quomodò.

Publicatio fit in loco beneficii, & in Ecclesia, præsente populo; & literæ Apostolicæ leguntur inter Missarum solemnia, & affigitur copia authentica in januis Ecclesiæ, aliàs resignatio est nulla, ex *Regula 34. Cancellariæ*.

1490 Causæ ad resignandum recensentur.

Causæ ad resignandum sunt: Prima, conscientia criminis. Secunda, scandalum vitæ, vel doctrinæ. Tertia, irregularitas. Quarta, malitia plebis. Quinta, utilitas, vel necessitas Ecclesiæ. Nam sine causa resignatio non admittitur.

De Unione Beneficiorum.

§. XLV.

1491 Unio Beneficiorū quid sit? & vide n. 938.

Unio Beneficiorum est legitima conjunctio plurium Beneficiorum simul. *cap. sicut. de excessibus Prælatorum*.

1492 Una est perpetua, altera temporalis.

Dividitur in perpetuam, & temporalem. *cap. 1. ne Sede vacante*. Perpetua durat perpetuò, vel ad arbitrium Sedis. *cap. si gratiosè. de rescriptis in 6*.

Temporalis durat ad tempus: puta ad vitam alicujus. *cap. 1. ne Sede vacante*.

1493 Subdividitur in subjectivam, cùm subjicitur unum alteri tanquā principaliori.

1494 In incorporativā quando æque principaliter uniūtur. Tunc debet fieri inventarium utriusque.

Secundo dividitur in subjectivam, & incorporativam, & quoad Pastorem. Subjectiva est quando unum subjiciatur alteri, tanquam principaliori. Incorporativa est quando mutuò æquè principaliter uniantur jura, actiones, & privilegia, atq; fieri debet inventarium, ut si fortè dissolvatur unio, retineat quælibet Ecclesia jura sua. Glossa in *cap. 1. ne Sede vacante*.

1495 Et quoad Pastorē tunc fit, quando nō uniuntur Ecclesiæ, sed Prælatus utrique præest.

Quoad Pastorem est, si Ecclesiæ invicem non uniantur, sed unus Prælatus utrique præest, & tunc repræsentat duplicem personam. *cap. quia. de religiosis domibus*.

1496 Est facienda unio cum causa à Papa in toto Orbe.

1497 Ab Episcopo in sua Diœcesi.

Unio non est facienda sine causa, & potest fieri à Papa in toto Orbe. *cap. licet de præbendis in 6*. Ab Episcopo in sua Diœcesi. *cap. sicut. de excessibus Prælatorum*. Trid *sess. 21. cap. 5*. & potest unire beneficia, etiam devoluta ad Summum Pontificem, quia devolvitur collatio, non unio. Pax Jordanus, Murga, & cæteri.

1498 Qui unire valet beneficia simplicia, non Dignitates.

Unire valet beneficia simplicia, non dignitates, & personatus. Trident. *sess. 24. cap. 13*.

1499 Nec Ecclesias Parochiales, Monasteriis, &c. Nec vacantia in mense Papæ.

Similiter non unit Ecclesias Parochiales, Monasteriis, Abbatiis, Dignitatibus, Præbendis Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ. Trident. *loc. cit.* Hodie non unit vacantia in mense Papæ, nec reservata Papæ. Urbanus VIII. incipit: *Quamvis*, non unit beneficia curata, licet Curatis posset unire alia beneficia simplicia. Trid. *sess. 24. cap. 13*.

1500 Licet Curatis unita possit simplicia.

1501 Non simplicia suæ Diœcesis.

Non potest unire omnia beneficia simplicia suæ Diœcesis, imò nec decem simul, nam præjudicaret graviter collationi. Pax Jordanus, Hurtadus.

Nec Parochiale Parochiali.

Non potest unire Parochiale Parochiali, nec fructus unius alteri. Garzias *de beneficiis par. 12. cap. 2. num. 87*.

1502 Et perpetuò, nō ad tēpus.

Episcopus potest unire perpetuò, non ad tempus. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 13. & 15*.

Nec Jurispatronatus Laici.

Nec potest unire beneficia Juris-patronatus Laici, sine consensu Patroni. Cabassutius *cap. 9. lib. 2*.

1503 Requiritur causa, & quæ sit.

Ad unionem requiritur causa, ne minuatur divinus cultus. *Can. ultimo, §. fin. 10. quæst. 3*. Et prima est evidens necessitas; puta si aliter nequeat substentare se Minister, vel evidens utilitas: puta si aliàs non inveniatur Minister. *cap. exposuisti. de præbendis*.

Fit causa cognita.

Debet fieri causa cognita, sunt citandi, & audiendi interesse habentes. Et est exprimendus valor beneficii; quid autem constituerit Tridentinum in materia unionis beneficiorum. Videas *sess. 7. cap. 6. de reform. & sess. 14. cap. 9. de reform. & sess. 21. cap. 5. de reform. & sess. 24. cap. 13. & 15. de reform.*

De Divisione Beneficiorum.

§. XLVI.

1504 Cum causa est facienda divisio Beneficiorum. Divisio Beneficiorum est prohibita *cap. vacante. de præbendis*; fit tamen ex causa: puta aucto Populo, tunc augentur Parochiæ. *cap. ad audientiam. de Ecclesiis ædificandis.* Trident. *sess. 21. cap. 4.*

De Pensionibus.

§. XLVII.

1505 Quid Pensio supra n. 965. Pensio est Jus percipiendi partem fructuum ex beneficio Ecclesiastico. Garzias *part. 2. de beneficiis cap. 5. num. 3.*

Non est propriè beneficium. Non est beneficium propriè. Parisius *lib. 2. de beneficiis quæst. 15.* adeòque ratione beneficii, non ratione pensionis quis sortitur forum, ut possit ordinari; ubi beneficii titulus, non pensionis habetur: *cap. cum nullus. de temporibus ordinandorum in 6.* & ad pensionem recipiendam satis est ætas septem annorum, ad beneficium ætas quatuordecim annorum. Gigas *de pensionibus quæst. 13.* contra Garziam requirentem etiam ad pensionem annum decimum quartum.

1506 Ad cujus assecutionem sufficit ætas septem annorum.

1507 A Papa in toto Orbe ponitur. Pensio potest imponi à Summo Pontifice pro toto Orbe, non ab Episcopo. *cap. Pastoralis. de his, quæ fiunt à Prælatis. cap. cum venerabilis. de censibus.*

1508 Non tamen in distributionibus quotidianis. Pensio nequit imponi super distributionibus quotidianis *cap. unico. de Clericis non residentib. cap. licet. de præbendis.* Beneficiatus gravatus pensione, debet solvere pensionem in loco ubi est beneficium gravatum. Tondutus *tract. de pensionibus cap. 38. num. 1.*

1509 Clerico conferenda. Pensionarius debet esse Clericus. *cap. cum adeò. de rescriptis. cap. dilecto. de præbendis,* non potest esse bigamus, nec conjugatus. *cap. unico. de bigamis in 6. cap. unico. de Clericis conjugatis in 6.*

1510 Ob pensionem non solutam, ad beneficium regressus datur. Pensionarius redire potest ad suum beneficium, si pensio ei non solvatur, & sub tali conditione, & pacto renunciaverit, cum clausula: *non alias aliter.* Puteus *decis. 248.*

1511 Pensionarius ad recitandum parvum Officiu B. M. Virginis tenetur. Si ad Divinũ Officiũ persolvendum aliàs fit adstrictus, illud non recitat. Pensionarius tenetur recitare Officium Beatæ Mariæ Virginis ex Motu S. Pii V. Diana *par. 10. tract. 6. Miscell. resol. 94.* si verò pensionarius sit Sacerdos, vel aliàs Beneficiatus, recitans Officium Divinum, excusatur à recitatione Officii Beatæ Mariæ Virginis. Pilaja *lib. 3. decis. 3. num. 8.*

An Pensio ritè imposita in beneficio, possit absque labe simoniæ extingui, anticipatis solutionibus sine licentia Papæ?

1512 Pensio sine licentia Papæ, anticipatis solutionibus extingui nequit. Nega. Parisius *lib. 6. de resignatione benefic. quæst. 2. num. 128.* Gartarius *decis. 16. num. 61.* Navarrus *cap. 23. & 28. num. 3.* Aragonius *2. 2. qu. 100. de simonia art. 4.* Azorius *part. 2. lib. 8. cap. 10.*

Contra Vivium *decis. 50. num. 8. lib. 5.* Gigantem *de pensionibus quæst. 87. num. 1.* Caccialupum *de pensionibus quæst. ultima in fine.* Toletum *lib. 5. Summæ cap. 92. num. 1.* Cajetanum *opusc. 17. responso 10.* Lessium *lib. 2. de Justitia cap. 37. dub. 22. num. 122.* Lumbier *observ. 12. proposit. 45. §. 9. num. 412.*

Afferuntur rationes. Ratio est, quia pensio est Jus spirituale; & illam extinguere anticipatis solutionibus, esset recipere pretium pro extinguenda re spirituali, quod esset simoniacum, qui faceret hoc. Secundò, quia per causas, per quas fit, resolvitur res. *cap. 2. de regulis juris*; sed pensio non potest constitui, ergo non potest tolli sine auctoritate Papæ.

Tertiò, quia pensio nequit à tertio emi: ergo nec à Beneficiato redimi. Quartò, quia nequit sine labe simoniæ in resignatione beneficii cum pensione apponi pactum, ut pensio possit redimi; nam tale pactum esset unus extimabile; ideòque Papæ narrandum. Lessius *loc. cit. num. 124.* Lumbier *loc. cit. num. 414.* ergo nec sine licentia Papæ valet extingui anticipatis solutionibus.

Posset tamen gratis pensionarius nolle exigere pensionem, seque de medio tollere. Gomez in *Regulam Cancellariæ, de infirmis resignantibus qu. 15.* Gigas *de pensionib. qu. 45. n. 6.* Caput-aquensis *par. 2. decis. 205.* Potest tamen gratis remitti. 1513

Dices, anticipatis solutionibus tantùm extingueretur unus temporale beneficii, solvendi scilicet pensionem jam à beneficio separatam auctoritate Papæ, ergo potest fieri propria auctoritate.

Respondeo ex *cap. 2. de regulis juris*, quod unus ut nequit imponi, ita nequit propria auctoritate tolli.

De Beneficiis vacantibus.

§. XLVIII.

Jam constat quot modis beneficium acquirat esse, modo explicemus, quot modis beneficia vacent. Beneficium vacare est à nemine legitimè possideri. *cap. 2. de concessione præbenda.* 1514 Recensentur modi quibus beneficia vacent.

Vacat primò ipso jure. Secundò ipso facto. Tertiò per sententiam. Quodque triplici modo.

Ipso jure vacat quandoque per delictum, quandoque sine delicto. 1515 Ipso Jure.

Ob delictum vacat primò ob crimen simoniæ confidentialis, ipso jure, ex Bulla S. Pii V. incipit: *Intolerabilis*, & Pii IV. incipit: *Romanum.* Ricchus *par. 3. praxis resol. 306. & 455.* Ob delictum simoniæ confidentialis.

Secundò vacat ob crimen simoniæ realis, effectu secuto. *cap. 2. de simonia.* Quæ simonia tunc est plenè probanda, nec fatis est probare pactum, sed debet probari simoniam fuisse consummatam. Cassadorus *decis. 5. de constitutionibus.* Et realis.

Tertiò vacat ob crimen hæresis manifestæ, *cap. ad abolendam. de hæreticis*; & tunc afficiuntur tali pœna, etiam fautores hæreticorum. *cap. excommunicamus. de hæreticis.* Ob crimina hæresis.

Quartò occidens injustè Cardinalem. *cap. Felicis, §. quam fi. de pœnis in 6.* Ob occisionẽ injustam Cardinalis.

Quintò assassinus amittit ipso jure beneficia. Ob assassinium.

Sextò occidens Episcopum, amittit beneficium ipso jure. *Clem. 1. §. 3. fendis de pœnis.* Et Episcopi occisionem.

Septimò occidens Rectorem Ecclesiæ amittit beneficia habita in eadem Ecclesia. *cap. in quibusdam. de pœnis. cap. hinc in quibusdam. eodem titulo.* Atque Rectoris Ecclesiæ.

Per sententiam.

Privatur beneficiis falsificans literas Apostolicas. *cap. ad falsariorum. de crimine falsi.* 1516 1. Per sententiam falsificans literas Apostolicas.

Concubinarius. Homicida.

falsi. Secundo concubinarius, qui ter monitus peremptoriè, non resipiscit. Trid. *sess*. 25. *de reform. cap*. 14. Tertio homicida voluntarius, sive casualis per sententiam privatur beneficiis. *cap. Clericis*, §. *ne Clerici, vel Monachi*, ibi: *Clericis qui in Sacris Ordinibus constituti sunt, ex Concilio Toletano, judicium sanguinis agitare non licet. Unde prohibemus, ne aut per se truncationes membrorum faciant, aut judicent inferendas. Quod si quis tale quid fecerit, honore privetur, & loco*; hæc ibi Alexander III. ubi Gunzalez, v. *honore privetur, & loco*; debet esse in Sacris, ibi: *Clericis, qui in Sacris Ordinibus constituti sunt*; non tamen privatur illis, ad quorum titulum fuit ordinatus: ut habeat unde vivat; nam cogeretur mendicare cum dedecore Ordinis. Riccius *par*. 1. *decis*. 185. de Marinis 1. *quotidianarum cap*. 37. *num*. 9.

Sine Delicto.

1517 3. Sine delicto propter obitum Beneficiati. Nulliter impetratur beneficium viventis.

VAcat beneficium sine delicto. Primo per obitum Beneficiati. *cap. susceptum. de rescriptis in* 6. Riccius *par*. 3. *praxis resol*. 455. *num*. 1.

In quo sunt duo consideranda. Primum ne quis impetret beneficium viventis. Nam talis impetrans beneficium viventis, nulliter impetrat, fit inhabilis ad illum impetrandum, etiam post mortem Beneficiati: & mors debet esse moraliter certa, & debet effluxisse tempus, ut notitia possit haberi in Curia, ex *Regula Cancellariæ* 28. *cap. nec aptam. de præbendis in* 6.

Mors debet esse moraliter certa.

Professione religiosa amittuntur beneficia. Exceptis Religiosis Societatis Jesu post vota simplicia.

Professione Religiosa extinguitur beneficium. *cap. beneficium. de regularibus in* 6. *cap. transmisso. de renunciatione*.

Excipias Societatem Jesu, in qua post vota simplicia retinet professus beneficium, etiam sæculare, pensionem, dominium suorum bonorum, ut distribuat in usus pios, idq. factum, ut si fortè dimittatur, vel egrediatur à Religione, retineat beneficium, & habeat unde vivat, ex Constitutione Gregorii XV. in Bulla *Ascendente Domino*, & in Bulla *Quanto fructuosius*.

Ob alterum beneficium incompatibile, amittitur primum. Si uxorem ducat spõtè.

Vacat beneficium vivente Beneficiato, etiam civiliter. Primo si acquiratur secundum beneficium incompatibile, ut supra dictum est ex *cap. de multa. de præbendis*. Secundo vacat beneficium, si uxorem ducat spontè, non verò si nubat metu injusto. *cap. cum decorem. de Clericis conjugatis*.

Si fiat miles.

Tertio si Beneficiatus fiat miles sæculi. Imola in *cap. fin. num*. 6. *de Clericis non residentibus*. Hinc quæres:

An Pensionarius Clericus effectus miles, vel officium Laicum acceptans: puta si fiat custos arcis, ipso jure amittat pensionem?

1518 Pẽsionarius exercens officium Laicũ si ter monitus illud nõ deserat, amittit pensionem.

NEga: nisi monitus ter ut deserat officium, militiam, nolit obedire. Tunc enim secuta sententia, privatur beneficiis, pensionibus. Azorius *par*. 2. *lib*. 8. *cap*. 10. *quæst*. 4. Gigas *de pensionibus qu*. 55. Castrus Palaus *tom*. 2. *tract*. 13. *de beneficiis disp*. 15. *puncto* 11. §. 10. *num*. 9. Thesaurus in *praxi par*. 2. v. *habitus*, §. *limita quarto*. Capycius *decis*. 73. *num*. 26. Pignatellus *tom*. 2. *consult*. 2. *num*. 10. Farinacius *decis*. 258. *n*. 13. contra Vivianum *lib*. 13. *Juris-patronatus cap*. 11. *num*. 15. Ciarlinum *cap*. 136. *num*. 70. volentes militem, aut exercentem officium Laicum: puta custodiam arcis, ipso jure amittere beneficium.

Probatur requiri monitionem ex *Can. quicumque*, ibi: *proprii gradus amissione multentur*. 23. *quæst*. 2. & ex *cap. Clericis*, ibi: *commonitus emendare noluerit. ne Clerici, vel Monachi*. Requiritur dicta monitio.

Secundo probatur, quia diversa est ratio inter matrimonium, quo nubens ipso jure privatur beneficiis, pensione, à militia, & officio sæculari, quo non debet privari beneficiis, & pensione; quia status matrimonii est perpetuus. At militia, & officium est status temporalis, & pro libito potest dimitti, & potest exercere officium Clericatus.

Tertio probatur ex declaratione Sacræ Cong. apud Lugo *lib*. 5. *resp. dub*. 22. ubi ipse votavit, & apud Pignatellum *loc. cit. num*. 11.

1519 Parochus amittit Parochiam, si intra annum non ascẽdat ad Sacerdotium.

Quarto vacat si Parochus intra annum non ascendat ad Sacerdotium à die adeptæ possessionis Parochiæ *cap. licet Canon. de electione in* 6.

Si fiat Prælatus.

Quinto ipso jure vacat, si fiat Prælatus, ut Episcopus, sicuti patet ex dictis.

Si propria auctoritate occupet beneficium.

Sexto vacat per intrusionem, puta si Beneficiatus propria auctoritate occupet beneficium ab alio possessum, tunc ipso jure vacat beneficium ab intruso jam obtentum. *cap. eum. de præbendis in* 6.

Demùm resignatione, aut renunciatione.

Septimo vacat beneficium resignatione libera, & renunciatione, ut supra dictum est.

De suppressione Beneficiorum.
§. XLIX.

1520 Suppressio beneficii.

QUandoque beneficium supprimitur, & est idem ac extinctio beneficii. *cap. cum accessisset. de constitutionibus*.

1521 Una est perpetua, altera temporalis.

Una est perpetua, altera ad tempus. Ad tempus est ex causa temporali, puta ob defectum fructuum, quæ cessat advenientibus fructibus. Perpetua, quæ numquam deinde cessat. *Can. ex hoc*. 16. *quæst*. 7. puta si Cives occidant Episcopum, Cathedralis supprimatur. *Can. ita*. 25. *quæst*. 2.

1522 Ad quam faciendam requiritur causa.

Ut supprimatur beneficium, requiritur causa, & solemnitas.

Causa est utilitas, vel necessitas Ecclesiæ conducens ad divinum cultum. *Clem. 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis*. Solemnitas est, ut requiratur consensus Capituli, Collegiatæ Ecclesiæ, cujus beneficium supprimitur. *Clem. cit.* & Episcopus cum causa potest beneficium supprimere, non sine causa: & ex causa non potest supprimere beneficium ad propriam utilitatem: puta ad commodum Mensæ Episcopalis. *cit. Clem. 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis*. Rota *par. 2. recentiorum decis*. 376. *num*. 4. & ut supprimatur Jus-patronatus, requiritur consensus singulorum Patronorum, ità ut non sufficit consensus majoris partis. Trid. *sess*. 24. *cap*. 15. *de reform*. & lapsu triginta annorum præsumitur causa, & solemnitas. *l. si filius familias, Cod. de petitione hæreditatis*.

De Concursu pro obtinendis Beneficiis.
§. L.

IN obtinendis quibusdam Beneficiis, indicitur Concursus. Ideò ad plenam notitiam obtinendi Beneficii occurrat Concursus.

1523 Concursus quid.

Concursus est quando plures idoneitatem certant coram legitimis Examinatoribus. Triden. *sess*. 24. *cap*. 18. *de reform*.

Requisita ad Concursum.

1524 Ejus requisita. affixio Edicti.

SUnt plura. Primo debet affigi edictum præfixo termino competenti ad valvas Ecclesiæ Cathedralis, & vacantis. Trid. *sess.24.cap.18. de reform.* Navarrus *de prabendis cons.4.* Zerola in *praxi Episcopali par.1.v.Parochia.*

1525 Fiique corā legitimis Examinatoribus.

Secundo debet Concursus fieri coram legitimis Examinatoribus Synodalibus. Trid. *loc.cit.* S.Pius V. in Constitutione: *In conferendis.*

1526 Et post effluxum tempus in Edicto appositū.

Tertio non debet fieri Concursus, antequam labatur tempus in edicto præfixum.

Numerus, & qualitas Examinatorum,

1527 Tres saltem debent esse Examinatores, in quorum defectū alius ex antiquioribus subrogatur.

EXaminatores Synodales debent esse saltem tres, examinantes coram Episcopo, vel ejus Vicario. Trid. *loc. cit.* Garzias *de benefic. part.6.cap.2. num.224.* Pignatellus *tom. 5. consult. 22. num.3.* & si deficiat aliquis morte, absentia, subrogandus est alius ex antiquioribus.

1528 Examinatorum qualitates.

Qualitas Examinatorum est, ut sint Doctores legis, aut Licentiati, aut Magistri in Jure Canonico, vel Theologia, & illis deficientibus, idoniores ex Clericis. Sac. Cong. apud Dianem *part.3. tract. 5. Miscell, resol.64.* Debent jurare in, vel extra Synodum, non exigente Tridentino juramentum præstari in Synodo. Pignatellus *tom.1.consult.13.num.2.*

1529 Non necessario debent esse Doctores.

Non tamen necessariò debent esse Doctores, dummodò sint idonei. Sac. Cong. ad Trid. *cap. 18.sess.24. de reform.* apud Pignatellum *tom. 1. consult.332.*

An sit nullus Concursus deficientibus Examinatoribus Synodalibus?

1530 Si Episcopus intra annū fecit Synodum, & deficiant Examinatores cū consensu Capituli alios subrogat.

DIstinguas: vel Episcopus fecit, vel non fecit Synodum intra annum. Si fecit Synodum, & intra annum confecti Synodi deficient Examinatores Synodales. Tunc Episcopus cum consensu Capituli potest subrogare non Synodales, loco deficientium. & tunc subsistit concursus, & collatio inde secuta,

1531 Si ejus negligentia nō fecit Synodum, & Examinatores, Concursus, & collatio devolvitur ad Papā.

Si ex Episcopi negligentia Synodos, & Examinatores non fuerint constituti. Tunc nequit alios subrogare, & deficientibus tribus Examinatoribus, Concursus, & inde collatio nulliter fieret: sed devolvitur ad Summum Pontificem, ex Constitutione 22.S.Pii V. Lottherius *tom.1. de re benefic. lib.2.quæst.31.n.21.* Venerus *lib.4. Examinis Episcoporum cap. 25. n.12.* Masobrius *in praxi concursus requisito 12.num.7.*

1532 Nisi obtineat à S.Cong. ut extra Synodum Examinatores nominet.

Si Episcopus à Sac. Cong. obtinuit, ut possit extra Synodum nominare Examinatores, cum consensu Capituli; tunc Capitulo irrationabiliter dissentiente, tenet nominatio. Sac. Cong. apud Pignatellum *tom.1. consult.118.*

An sit irritus Concursus, si una cum tribus Examinatoribus Synodalibus, interveniant alii non Synodales, examinantes, & votantes?

1533 Non Synodales, non officiunt existentibus tribus Examinatoribus Synodalibus

NEga: quia utile per inutile non vitiatur, *cap.utile. de regulis juris in 6.* Ergo si adsunt tres requisiti Examinatores Synodales, non Synodales obesse nequeunt, & ulteriùs finis Tridentini servatur. *cap. prudentiam. in fine. de officio Delegati.* Et plures meliùs cognoscunt. *Can. extra conscientiam.dist.64.*

Nec officit tres Examinatores ex forma requiri; nam isti adsunt, & uberior numerus, uberiùs implet mentem Tridentini, *l. si quis mihi bona, §. sed si mandaverit, D. de acquirenda hæreditate.* Tiraquellus *de retractu lign.§.66, Glos. num. 59.* ut etiam electionem tenere si simul cum aligentibus in sufficienti numero admitterentur carentes jure ad eligendum, ait Cardinalis in *cap. quia propter. num.13.* ubi Glossa *v. sanior.* Joannes Andreas *num. 5. de electione*; & ita docent referentes decisum Homobonus *par.1. examinis tract.2. cap.3. quæst. 30.* Naldus in *Summa, v.Examinatores num.3.* contra Masobrium *de concursu requisito 13.dub.1. num.2.* Garziam *tom.2. de beneficiis part.9.cap.2. n.83.* Pignatellum *tom.3. consult.21. num.4.* Decium *cons.532. num.5.* Guttierez *lib.2.Canonic.cap.5. num.14.* referentes decisum esse nullum actum, in quo interfuerant alii Examinatores, & Electores ultra à lege requisitos. Sed quid — Ita decisum.

Si Examinatores tantùm Synodales votent, intervenientibus causa honoris, & non votantibus aliis?

TUnc certum est Concursum esse validum; quia nihil deest ex requisitis ad formam Concursus à Tridentino requisiti *sess.24.cap.18.* Rota *par.2. recentiorum decis.26.num.2.* — 1534 Assistentibus causa honoris non Synodalibus, validus est Concursus.

Nec officit Sac. Cong. in una *Messanensi 9.Septemb.1628.* nam vel loquitur de non Synodali, qui examinavit, vel declaravit Jus, & re meliùs considerata poterit oppositum declarare: ut sæpè facit Rota apud Pignatellum *loc.cit. num.5. & 11.*

An Examinator Synodalis possit ab Episcopo compelli, ut interveniat ad Concursum?

AFfirma: si sit necessarius; quia si habet honorem, debet habere etiam onus, & cogi valet. Sac.Cong. 10. *Septembris 1672.* apud Pignatellum *tom.3. consult.21.num.13.* — 1535 Examinator Synodalis, si sit necessarius compelli valet ad examen.

An Examinator Synodalis possit non vocatus venire ad examen?

NEga: Sac. Cong. apud Pignatellum *tom.1. consult. 405.* ajens *consult. 404.* ex declaratione Sac. Cong. posse Vicarium interrogare Examinatos ab Examinatoribus, & *consult.406.* ex alia declaratione Sac. Cong. ait Vicarium non posse reprobare approbatos ab Examinatoribus. — 1536 Nō vocatus nequit accedere.

An Examinatores indicare teneantur Episcopo digniorem?

NEga: nisi ab eo interrogati; nam nullo jure id statutum, & sic Episcopus audito examine, potest judicare de idoniore (si possit idoniorem cognoscere) aliàs interroget Examinatores. Garzias *tom. 2. de beneficiis par. 9. cap.2. num. 108.* Venerus *lib. 5. Examinis Episcoporum cap. 25. num. 75.* Masobrius in *praxi Concursus requis.4. dub.3. num.2.* contra Petrum Ledesmam *tom.2. Summa tract.7.cap.22. conclus. 5: dif. 13.* Villalobos *tom. 2. Summa tract.8. dif.5. num.7.* — 1537 Episcopo non tenentur digniorē iodicare.

An

An non admissio ad Examen uno ex scriptis ad Concursum Parochialis Ecclesiæ, sit nullus Concursus, & collatio Beneficii?

1538 Exclusio uno ex scriptis ad examen, concursus, & collatio nulla est.

AFfirma: quia id præceptum est ex decreto irritante Tridentini *sess.* 24. *de reformat. cap.*18. ibi: *omnes descripti*, & cit. Constit. S. Pii V. *Constit.*33. Interest enim Ecclesiæ plures concurrentes examinari. Sicque est favor Ecclesiæ rem tantorum concurrentium. Fuscus *de Visitatione lib.*2. *cap.*5. *num.*9. Riccius *par.* 1. *praxis resol.*353. *num.*1. Quaranta in *Summa* v. *beneficiorum Parochialium*, v. *circa examen*. Barbosa *de potestate Episcopi allegat.* 60. *num.* 86. Masobrius *de concursu requisito* 3. *dub.* 10. *n.*5. Seraphinus *decis.*1148. *num.* 2. Sac. Cong. apud Pignatellum *tom.* 1. *consult.* 1. *num.*27. contra Decisionem Rotæ apud eundem: ubi coram Pangirolo decisum 1. *Novembris* 1634. validam collationem: cui satisfit; quia fuit decisio parte una informante, & deinde fuit revocata 2. *Decembris* 1634. quia non fuit servata forma a Tridentino exigita.

An teneat collatio, si unus ex scriptis nolit venire ad examen?

1539 E contra est, si nolit accedere ad examen.

AFfirma; quia Tridentinum vult admitti ad examen omnes, qui comparent tempore, quo fit examen, & non comparens renunciat, tanquam nolens concurrere. Sac. Cong apud Pignatellum *tom.*1. *consul.*1. *n.*40. & 50.

An comparens elapso termino præfixo ad Concursum, vel absoluto examine, debeat admitti, si ignoravit vacationem, vel fuerit impeditus in termino?

1540 Post effluxum tempus Edicti, & absoluto examine non admittitur ignorans illud, vel tunc impeditus.

NEga: nam esset in præjudicium Scriptorum intra terminum, quos omnes tantùm vult admitti Trid. *sess.*24. *de reform. cap.*18. Sac. Cong. apud Pignatellum *loc. cit. num.*49.

De Residentia.

§. LI.

1541 Residentia quid.

MUlti ex Beneficiatis residere tenentur, & Residentia est commorari in loco, in quo quis beneficium habet. Trid. *sess.* 23. *cap.* 1. *de reform. cap. quia. de Clericis non residentibus.*

1542 Esse Juris Divini affirmat.

Residentia est Juris Divini in habentibus curam Animarum, vel Choro addictis, vel in exercentibus aliquod munus personale in Ecclesia. Trid. *sess.*6. *cap.*1. & *sess.*7. *cap.*3. *de refor.* & Parochus etiam infirmus debet residere intra fines suæ Parochiæ. Sac. Cong. apud Garziam *de benefic. part.*3. *cap.*2.

An priventur Beneficiis in Cathedralibus, vel Collegiatis non residentes, moniti, contumaces post duos annos?

1543 Habentes beneficia in Cathedralibus, & Collegiatis, iis privantur, si moniti post duos annos sint contumaces.

AFfirma Trid. *sess.*24. *cap.*12. v. *absens*. Sac. Cong. apud Pignatellum *tom.* 1. *consult.* 163. *num.* 2. ubi ex declaratione Sac. Cong. absens non percipit distributiones, & pro primo anno amittit etiam medietatem fructuum suæ præbendæ, pro secundo anno amittit omnes fructus, pro tertio anno si ter monitus, cum spatio sex mensium post ultimam monitionem, sit contumax, privatur beneficio.

Citatio si fiat personaliter, sufficit pro tribus una. *cap. ex tua*: ubi Abbas *num.*10. *de Clericis non residentibus*. 1544 Citatio personalis sufficit una pro tribus.

Ista non currunt in Beneficio simplici, in quo non est onus residendi, nec interveniendi Ecclesiæ. Squillante *de privileg. Cleric. p.*4. *dub.*15. *n.*113. Secundo non currunt in beneficio ad cujus titulum quis est ordinatus, & nequit illo privari, & est ei relinquendum unde vivat in fructibus; ita ut nec à creditoribus in illa portione molestari valeat. S. Cong. apud Pignatellum *loc. cit. num.*6. & 9. Secus est in beneficiis simplicibus.

An Clericus Sacerdos carens, vel non carens Beneficio simplici, possit cogi ab Ordinario ad residendum?

DIstinguas: Jus scriptum, à consuetudine. Jure olim scripto, affirma. *Can. Sanctorum. dist.* 70. *Can. Clericos. dist.* 71. *Can.* 1. 22. *quæst.*1. *cap. nonnulli. de Clericis non residentib.* 1545 Clericus habens beneficium nõ curatũ olim residere cogebatur.

Vi consuetudinis jam universalis, nega; nam abrogavit jus scriptum. *cap fin. de consuetudine. l.*2. *Cod. quæ sit longa consuetudo.* Sac. Cong. apud Garziam *par.*3 *de beneficiis cap.*2. *num.*8. 1546 Ex cõsuetudine aliter dicendum.

Eadem Sac. Cong. pluries apud Pignatellum *tom.*3. *consult.*55. *num* 3. 21 *Jannarii* 1634. ad Trid. *sess.*6. *cap.*2. *de reform.* & in una *Terracinensi* 19. *Februarii* 1628. Ità ut nec possit cogi ad Chorum, nec ad frequentandam Ecclesiam, nec vitari, ne pergat quo velit. Sac. Cong. apud Pignatellum *loc. cit. num.*6. nequit enim Episcopus nova onera imponere Beneficiatis, præter imposita in fundatione. Sac. Cong apud Pignatellum *loc. cit. num.*7. & hanc esse consuetudinem totius Orbis tuetur Imola in *cap. fin. n.*9. *de Clericis non residentibus*. Maceratensis decisum referens *lib.*1. *resol.*4. *num.* 11. Seraphinus *decis.* 399. Gratianus *decis.* 155. ubi novissimè meus studens Scoppa *num.* 9. Abbas in *cap. fin. num.* 3. *de Clericis non residentibus*. Navarrus in *Summa cap.*25. *num.*121. Alexander *vol.* 7. *cons.*5. Felinus in *cap. dilectus*. 2. *col.*1. *de rescriptis*. Glossa in *cap. cum omnes. de constitutionibus*. Gonzalez ad *Regulam* 8. *Cancellariæ Glossa* 5. *n.* 80. Rota *p.*1. *diversorum decis.*483. *num.* 2. Azorius *tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 3. *quæst.* 1. Leander *tom.*8. *tract.*7. *disp.*3. *quæst.*3. Afflictus *decis.*289 *num.*2. de Marinis *cap.*107. *num.*11. Riccius *decis.*346. *num.*5. Quod probatur ex declarationibus S. Cong.

Intelligas, nisi esset adscriptus servitio Ecclesiæ. Cardinalis in *cap. super. de præbendis*. Lapus *allegat.*5. *num.*8. Pignatellus *loc. cit. num.*3. referens sex declarationes Sac. Cong. 1547 Nisi sit adscriptus servitio Ecclesiæ.

Secundo, nisi Clericus, vel Sacerdos esset necessarius Ecclesiæ, Diœcesi; tunc enim potest cogi, ut resideat, assignata congrua portione pro illius substentatione. Sac. Cong. in una *Cotronensi* 19. *Octobris* 1592. apud Pignatellum *loc. cit. num.* 3. 1548 Vel sit necessarius Ecclesiæ, vel Diœcesi, assignata ei cõgrua substentatione.

An Episcopus probibere possit Clerico ne exeat à loco sine licentia, sub pæna suspensionis, vel alia pæna, ipso facto?

NEga: esset enim species servitutis, aliena ab homine ingenuo. Sac. Congreg. 28. *Novembris* 1633. apud Pignatellum *tom.* 3. *consult.*55. *num.*6. 1549 Episcopus nequit prohibere sub pæna suspẽsionis, ne Clerici à Diœcesi discedant.

An

An possit praecipere per Edictum, ut Clerici deserviant Missis omnibus in Cathedrali?

1550 Nec ut inserviãt omnibus Missis in Cathedrali.

NEga: ità ut tale Edictum sit rejiciendum. Sac. Cong. in una *Fundana* 18. *Septembris* 1648. apud Pignatellum *loc. cit. num.* 6.

An possit ab Episcopo cogi Clericus non Beneficiatus, ut interveniat Processionibus?

1551 Neque Clericos non beneficiatos cogere potest, ut interveniãt Processionibus.

NEga: Sac. Cong. plories apud Pignatellum *tom.* 3. *consult.* 55. *à num.* 11. *usque ad* 17. asserens tantùm teneri ad Processiones habens officium, vel beneficium in Diœcesi, ubi residet. Novarius in *Summa Bullarii tit. de Processionibus num.* 14. Riccius *collect.* 882.

1552 Et nequit denegare literas Commendatitias; non habentibus onus residendi.

Insuper Episcopus non potest denegare Literas commendatitias Sacerdotibus carentibus onere residendi; nam Clerici non sunt angarii, & perangarii. Reverterius *decis.* 198. ubi de Mariois *n.* 2. *&* 5. Merlinus *controversia* 1. *cap.* 1. Capycius *decis.* 118.

Quando quis abesse possit?

[illegible]3 Episcopus abesse potest per tres mẽses.

EPiscopus potest abesse sine causa per tres menses per singulos annos. Trid. *sess.* 23. *cap.* 1. *de reform.* ibi: *ad summum tres menses.*

1554 Canonicus, & Prębendatus per tres menses.

Secundo Canonicus præbendatus, & Dignitas Cathedralis, & Collegiatæ potest abesse per tres menses. Trid. *sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.*

1555 Parochus per bimestre

Tertio Abbas, Parochus potest abesse per bimestre quolibet anno cum licentia in scriptis, gratis concedenda. Trid. *sess.* 23. *cap.* 1. *de reform.*

In quo adest parvitas materiæ. V. *sup. à num.* 455. *ad* 561.

Imò qualibet hebdomada potest abesse per unam diem, & qualibet die per aliquas horas. Dummodò consulat ovibus idoneo Ministro; nam statim reversurus censetur non abesse. Possevinus *de officio Curati cap* 1. *num.* 4. Barbosa *de potest. Episcopi allegat.* 53. *n.* 92.

1556 Ultra dictũ tempus requiritur causa ab Episcopo cognoscenda.

Qui verò vult abesse ultra dictum tempus, debet abesse ex causa rationabili ab Episcopo cognoscenda, qua constita, poterit abesse cum licentia in scriptis, & Episcopo tunc recusante, potest recurri ad Superiorem. Sac. Cong. apud Garziam *par.* 3. *de benefic. cap.* 2. *num.* 37.

1557 Causæ excusantes à residẽtia sunt. Charitas.

Causæ autem à residentia excusantes, sunt: Prima, Charitas Christiana; qua Parochus sibi & aliis prospicere tenetur: puta si sit insidiatus ab inimico irrationabiliter, si tempore pestis assistat infirmis.

Gravis necessitas.

Secunda, gravis necessitas: puta ob gravem corporis infirmitatem, ex intemperie aeris. *Can. præsentium.* 7. *quæst.* 1. Toletus *lib.* 5. *Summæ cap.* 4. licet intemperies non excuset Parochum exterum; quia non debebat concurrere; sicuti non excusat senectus. Barbosa *de officio Parochi part.* 1. *cap.* 8. *num.* 29. Fagnanus in *cap. Clericos. de Clericis non resident. num.* 35. *& seqq.*

Obedientia.

Tertia, obedientia, scilicet si à Sede Apostolica ei præcipiatur, ut assistat Concilio, vel Papæ famulatum præstet. *cap. cum dilectus. de Clericis non residentibus.*

Utilitas Ecclesiæ, vel Reipublicæ.

Quarta, est utilitas evidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ: puta pro defendendis Juribus suæ Ecclesiæ, sui Beneficii. Trid. *sess.* 23. *cap.* 1. *de ref. cap. ad audientiam. de Clericis non residentibus.*

Causa studii.

Quinta, absentia causa studii, & hoc ad quinquennium. *cap. fin. de Magistris*. Nam hæc est ad bonum publicum. *d. cap. super specula. de Magistris.* Excipias beneficiatum habentem curam Animarum; nam debet esse hic ab initio idoneus. Cum hodiè tale beneficium non concedatur, nisi per concursum, Sac. Cong. apud Garziam *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 54. Nec alium absens causa studii tenetur relinquere substitutum. de Augustinis ad Quarantam, v. *residentia*. Fagnanus verò ad *cap. Clericos. de Clericis non residentib. num.* 21. refert aliquando esse dispensatum. (13) 1558 Absens causa studii nõ tenetur relinquere substitutum.

Pœna non Residentium.

PRimo peccat mortaliter non residens, quando residere tenetur. Trid. *sess.* 23. *cap.* 12. Secundo potest censuris compelli ad residendum. Trid. *loc. cit.* Tertio potest privari fructibus Beneficii, pro rata residentiæ. Navarrus *consil.* 3. *de Clericis non residentibus*. Barbosa, & alii, etiam ajentes esse legem pœnalem. Sed mihi videtur esse legem naturæ; nam qui non laborat, non manducat. *l. secundum naturam, D. de regul. juris.* Et fructus applicantur Ecclesiæ, vel pauperibus ejusdem Parochiæ, ac beneficii. Trid. *sess.* 23. *cap.* 1. Quarto potest privari beneficio. *cap.* 2. *& cap. qualiter. de Clericis non residentibus.* 1559 Non residẽs peccat mortaliter, & censuris cõpellitur. Potest privari fructibus beneficii

Parochus potest cogi ad residendum, & contumax privari beneficio, post sex menses, elapso citationis termino. Trid. *sess.* 23. *cap.* 1. 1660 Parochus absẽs est cogendus ad residendum.

Privantur etiam Beneficiis non residentes, quando residere tenentur in Cathedralibus, vel Collegiatis, si moniti, sint contumaces, post duos menses. Sac. Cong. apud Pignatellum *tom.* 1. *consult.* 163. *num.* 2. ubi ex decreto Sac. Cong. absens non percipit distributiones, & pro primo anno amittit medietatem fructuum præbendæ, pro secundo anno amittit omnes fructus, pro tertio anno, si ter monitus cum spatio sex mensium post ultimam monitionem, sit contumax, privatur tunc beneficio, & citatio facta personaliter sufficit una pro tribus. *cap. ex tua. de Clericis non residentibus.* Non tamen id currit in beneficio, ad cujus titulum quis ordinatus est, quo nequit privari, & relinquenda est portio fructuum, ut vivat; ità ut nec à creditoribus possit in illa portione molestari. Sac. Cong. apud Pignatellum *loc. cit. num.* 6. *&* 9. ut supra dictum est. 1561 Et venitur ad privationem beneficii si moniti, sint contumaces.

Ut privetur quis Beneficio requiritur sententia Judicis. Navarrus *de Clericis non resident. cons.* 3. *num.* 3. fructus applicantur pro fabrica ejusdem Ecclesiæ, vel dantur pauperibus ejusdem Parochiæ. *cap. cum ad hoc. de Clericis non residentibus.* Trid. *supra cit.* Ità ut nequeat de illis componi cum Camera Apostolica. 1562 Privatio beneficii fit per sententiam.

Parochus absens sine licentia Episcopi facit fructus suos, secundum Barbosam *de offic. Parochi part.* 1. *cap.* 8. *num.* 54. dans quindecim Doctores, ajentes, nec licentiam requiri; ut Parochus absit per duos menses ad finem ut faciat fructus suos, ut cum Palao ait Leander, dicentes, etiam oppositum probabile, scilicet requiri

quiri

(13) Tridentina Synodus recisim exponit causas absentiæ *sess.* 23. *cap.* 1. *de reform. neque abesse posse, nisi ex causis, & modis infrascriptis. Nam cùm Christiana Caritas, urgens necessitas, debita obedientia, ac evidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ utilitas aliquos nonnunquam abesse postulent, & exigant.*

quiri licentiam in scriptis, ex Trident. *sess.* 23. *cap.* 1.

De Regularibus, & Monachis.

TITULUS XXVII.

PErsonis Ecclesiasticis Christi Domini institutione constitutis, accedant Religiosi ab homine instituti, non sine Christianæ Religionis bono, qui uno vocabulo Regularium exprimuntur; quia Regula aliqua adstricti. *cap. quod Dei timorem.* 5. *cap. cum ad Monasterium.* 6. *de statu Monachorum.*

1563 Dantur Monachi, Fratres, & Regulares.

Dividuntur in Regulares, Monachos, & Fratres.

Regulares tanquam principale analogatum sibi retinuerunt nomen Regularium, qui Clericorum nomine utuntur, & vivunt sub Regula, ut Canonici, & Clerici Regulares. *cap. quod Dei timorem.* 5. *de statu Monachorum.*

Unde dictus Monachus.

Monachus à *Monos*, hoc est unus, dictus, quia solitariam vitam profitetur. *Can.* 1. 16. *q.* 2. Trid. *sess.* 25. *cap.* 10. *de Regularibus.*

Summa dicendorum.

Cæteri dicuntur Fratres, & Mendicantes nominantur, in quibus magna rerum controversarum feracitas expostulat plenam, sed comprehensivam, brevem, ordinatam orationem; & sic Primo agendum de Probatione. Secundo de Professione, ubi de Renunciatione, & Transitu ad alias Religiones, & Clausura virorum, & mulierum, & eorum Confessariis, de Armis, Ludo Religiosis prohibitis, de exemptione Regularium, & eorum Monasteriis, & domibus ædificandis. Tertio de Nullitatibus Professionis. Quarto de Votis in communi, & in specie, & eorum commutatione, irritatione, dispensatione.

De Anno Probationis.

§. I.

1564 Probatio requiritur.

REligionem professurus, anno probandus est. Trid. *sess.* 25. *cap.* 15. *Can.* 1. & 3. 17. *qu.* 2. *cap.* 1. *ad Apostolicam.* 16. *de Regularibus. Can. Monasteriis* 6. 19. *q.* 3.

1565 Etiam in Equitibus Hierosolymitanis.

Annus præmittendus etiam à militibus Hierosolymitanis. Incipit in istis constito legitimas fuisse nobilitatis, & legitimitatis probationes. ex *Statuto eiusdem Ordinis* 17. Parisius *lib.* 6. *de resignatione quæst.* 2. *num.* 100. Riccius *par.* 4. *praxis resol.* 172. Tamburrinus *tom.* 3. *de iure Abbatum disp.* 6. *qu.* 11. *num.* 6.

1566 Ab assumpto habitu in Novitiatu destinato incipit Probationis annus

Aliis Religionis incipit currere ab hora assumpti habitus Novitiatus in Conventu deputato, & si extra Novitiatum habitus tradatur, incipit currere ab hora primæ introductionis in Novitiatum; ex decreto Clementis VIII. & Urbani VIII. incipit: *Religiosor.* Caramuel *Regul. n.* 166. Miranda *tom.* 1. *qu.* 22. *art.* 3. *concl.* 1. Pellizzarius *de Monialibus cap.* 2. *quæst.* 14. *sect.* 2. *num.* 50.

1567 Et currit de momẽto ad momentum, & duo dies bissextilis habentur pro una.

Currit annus Novitiatus de momento ad momentum, ità ut nulla sit Professio ante completum tempus inita: & duo dies anni bissextilis censentur unus. *l. denique.* 3. §. *minorem*: ubi Glossa, & Bartolus *D. de minoribus.* Caramuel *regulari n.* 163. Bonacina *de Sacrament. disp.* 8. *quæst. unica, punct.* 5. *num.* 15. Vecchius *disp.* 11. *dub.* 4. *num.* 2. Barbosa ad Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 15. *num.* 26. Tamburrinus *tom.* 2. *disp.* 6. *qu.* 11. *num.* 12. licèt Henriquez *lib.* 13. *de excommunic. cap.* 40. *num.* 2. Gratianus *cap.* 473. *n.* 16. voluerint ultimam diem inceptam haberi pro completa.

1568 Novitiatus potest fieri etiam extra Monasteriũ de licentia Superioris.

Novitiatus valet fieri partim in uno, partim in alio Monasterio, & etiam extra peregrinando; vel recuperando salutem de licentia Superioris; nam aliud jure non invenitur dispositum.

In Societate Jesu requiritur bienniũ.

Biennium non requiritur, nisi in Societate Jesu. Trident. *sess.* 25. *cap.* 25. & est sublatum triennium probationis, de quo in *Can. si quis.* 18. *quæst.* 2. & biennium, de quo in *Can. Monasteriis.* 6. ibi: *priusquam biennium in conversione compleverint, nullo modo audeant tonsurare.* 19. *quæst.* 3.

1569 Si interrũpatur, est nulla professio.

Annus probationis, debet esse continuus, & interruptus est nullus, & nulla professio. *Can.* 1. & *Can. si quis incognitus*, 3. 17. *qu.* 2. *cap. ex parte* 22. *de regularib. cap.* 1. *de Regularibus in* 6. ibi: *per annum.* Navarrus *consil.* 32. *de Regularibus.* Sanchez 5. *Decalogi cap.* 4. *num.* 31.

1570 Absque licentia Novitius nequit pernoctare extra Monasterium.

Et sic nequit Novitius sine licentia Superioris pernoctare, hoc est tota nocte esse extra Monasterium. *l. urbana familia.* 166. §. *pernoctare extra urbem intelligendus est, qui nulla parte noctis in urbe est, D. de verbor. signif.* Menochius *de arbitrariis casu* 462. *num.* 7. Naldus *v. Novitius num.* 4. Navarrus *de regularibus consil.* 89. *num.* 1. & *consil.* 32. *num.* 4. Less. *lib.* 2. *de iustit. cap.* 41. *dub.* 7. *num.* 19. Sanchez *loc. cit.*

An Professio statim immediatè debeat sequi Novitiatum?

1571 Non statim post Novitiatum debet subsequi Professio.

NEga: nam nullo jure id probatur; unde consummato tempore probationis, potest non illicò emitti Professio. Navarrus *de Regularibus consil.* 20. Sanchez 5. *Decalogi cap.* 4. *n.* 22. Miranda *tom.* 1. *quæst.* 22. *art.* 3. *conclus.* 1. contra Vecchium *disp.* 11. *dub.* 3. *num.* 5.

An Novitius experiri debeat austeritatem Religionis?

1572 Novitius debet experiri austeritates Religionis.

AFfirma: nam is est finis Probationis. *cap. ad Apostolicam* 16. ibi: *Ut & ille asperitates istius, valeat experiri*, & ibi: *Cum in subsidium fragilitatis humanæ spatium probationis sit regulariter institutum. de Regularibus.* Satis tamen est experiri in communi. Sanchez *loc. cit. num.* 5. & 52. Ex his patet.

Quando sit repetenda Probatio?

1573 Annus Probationis si sit nulliter factus, repetitur.

SEmper ac nulliter annus Probationis est factus, illa repetitur; nullus autem est, si fuerit interruptus, si Novitius non experiatur Religionis duras plures austeritates: & dimissus, si reingrediatur, iterùm probandus est per annum;

1574 Dimissus reingrediens, iterùm debet probari.

fortè namque mutavit mores, temporis cursu mutabiles. *Can. valet.* 9. ibi: *plerumque enim dum mutatur locus, mutatur mentis affectus. dist.* 81. *Can. Fratrem.* 6. ibi: *ut cum loco, & mentem mutet. dist.* 86. *l. si non sortem*, §. *libertus*, *D. de condictione indebiti.*

De

De Professione, §. II.

Quid, & quotuplex?

1575 Professio quid.

PRofessio est *actus legitimus, quo quis se Divino servitio certa solemnitate dicat.*

Una tacita, altera expressa.

Est duplex expressa, & tacita. Expressa exprimitur verbis, scriptura, ut fit in pactis expressis. Tacita facto ipso sine verbis inducitur, assumendo habitum professorum, & exercendo inter illos eorum actus, qui sunt professorum proprii, voluntate profitendi, nec à Novitiis fiunt. *cap. vidua.* 4. ibi: *Quamvis non sacrum sibi imposuerit, & in Ecclesia inter velatas oblationem Deo obtulerit, velit nolit, sanctimonia habitum ulteriùs debet habere. de Regularibus.* Idque ex eo, quia habitus non facit Monachum, sed Professio regularis saltem tacita. *cap. ad nostram.8.cap.super.9.cap.porrectum.*13. ubi Glossa v.*Professio.cap.cum simus.*14. *cap. sicut nobis.*17. *cap.ex parte.*22. *de Regularibus. cap.*1.2. & 3.*de Regularibus in* 6. *Can. quem progenitores* 5. 20. *qu.*1. *Can.viduas.*16.17.*qu.*1. Glossa in *cap.consuluit.*4. v. *susceptus, qui Clerici, vel voventes matrimonium contrahere possunt.* Gratianus *Forensium cap.* 460. *num.* 37. Sanchez 5. *Decalogi cap.*3.*num.*14. Tamburinus *tom.*3.*disp.*8.*q.*14. *num.*6. Vecchius *disp.*13.*dub.*8.

1576 Professio tacita non est usu recepta, tamen non est reprobata à Trid.

Professio ista tacita, licèt usu non recepta, non est sublata à Tridentino *sess* 25.*cap.*15. nec habet locum in illis Religionibus, in quibus requiritur expressa Professio.

Ætas legitima Professionis.

1577 Ætas ad profitẽdum olim erat completa pubertate.

OLim completa pubertate poterat fieri Professio. *cap. ad nostram.*8. *cap. significatum.*11. ibi: *mandamus, quatenus si inveneris, quod G. non fuisset à parentibus oblatus: & infrà XIV annum facti Voti pœnitens, à Religione recesserit: ab illo Voto Professionis, quod fecit, denunties absolutum. cap. cum virum.* 12. *de Regularibus.cap.*1.*de Regularibus in* 6.*Can.*1. 20. *quæst.*1.

1578 Nunc requiritur annus xvi.completus nõ à baptismo, sed à nativitate.

Hodiè exigitur annus XVI completus de momento, non Baptismi, ut fit in Ordine, & Matrimonio, sed nativitatis, ad momentum completi decimisexti anni, ità ut nulla sit Professio ante inita, etiam per quadrantem. Trid. *sess.* 25. *cap.* 15. ibi: *in quacunque Religione, tam virorum, quam mulierum, professio non fiat ante XVI annum expletum; nec qui minore tempore, quam per annum, post susceptum habitum, in Probatione steterit, ad Professionem admittatur. Professio autem antea facta, sit nulla. de reform.* Covarruvias *par.* 2. *cap.*8. §. 2. *num.* 3. Rodriquez *tom.*3.*qu.*15. *art.*3. Barbosa ad Trident. *loc.cit.* Sanchez 5.*Decalogi cap.*4.*num.*4. Lezzana *tom.* 1. *cap.*2. *num.*10. Lucerna v.*ætas num.*1. Tamburinus *de iure Abbatissarum tom.* 3. *disp.* 6. *qu.* 12. *num.* 3. nec malitia in hoc supplet ætatem. D.Thomas 1.2.*qu.*88.*art.*9. Glossa in *cap. postulasti*, v. *minoribus.de Regularibus.* Bordon. *tom.*4.*variarum resol.*121. *num.*3.

1579 Trid. comprehendit etiam Novitios Societatis Jesu biennio probatos.

Tridentini decretum comprehendit etiam Novitios Societatis Jesu biennio probatos. Sanchez 5. *Decalogi cap.*4. *num.*7. nam est vera, dicèt privilegiata professio; contra Bordonum *tom.*4.*variarum resol.*121.*num.*19.

An valeat Religionis Statutum majorem ætatem exigere?

Affirma; nam annullat priùs, non verò postea factam Trident. *sess.*25.*de Regularib. cap.*15.ibi: *non fiat ante XVI annum.cap.quia in Insulis.*6. ibi *ante XVIII annum suscipi prohibemus, de Regularibus.* Sanchez 5.*Decalogi cap.*4. *num.*6. & 3. referens Doctores, ajentes recessisse ab usu. *cap. quia in Insulis. de Regularibus*, requirente ad professionem Monachorum in Insulis annum decimumoctavum. 1580 Valet statutũ Religionis majorem exigens ætatem.

Professionis effectus.

PRimus, ut privetur bonis. *Auth. ingressi, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis.* 1581 Effectus Professionis est privatio bonorum.

Secundus, ut Professus privetur beneficio etiam simplici. *cap. beneficium* 4.*de Regularib. in* 6. exceptis Professis post biennium Societatis Jesu. Gregorius XIII in Bulla: *Ascendente Domino.* & exceptis Canonicis Regularibus Lateranensibus potentibus favore Animarum acquirere Curatum, non simplex beneficium. Sanchez 7. *Decalogi cap.*19. *num.*75. Tamburr. *tom.*3.*qu.*25. licèt etiam simplex posse acquirere, & retinere voluerit Pennottus *lib.*2. *historiarum Canonicorum Regularium cap.*72. Idque ex licentia Superioris, qua paupertatis votum Beneficiis non refragatur. *cap.* 2. *de statu Monachorum.* Rota *vol.*1 *in novissimis decis.*772. *n.*2. Sylvester v. *Religio* 6 *num.*7. volens etiam posse de licentia Superioris acquirere simplex. *d.cap. Monachi.*2. *de statu Monachorum*, ibi: *qui verò peculium habuerit: nisi ab Abbate fuerit ei pro injuncta administratione permissum, à communione removeatur Altaris.* 1582 Et beneficii simplicis, exceptis Professis Societatis Jesu. 1583 Et Canonicis Regularibus, qui possunt acquirere Curatũ favore animarum, & simplex de licentia Superioris.

Tertius effectus est, ut Professio tollat Matrimonium ratum antea initum, & irritet contrahendum. Trident. *sess.*24. *cap.*9. & *Can.*9.*Clem. unica. de consanguinitate. cap.verùm* 2. ibi: *post consensum legitimum de præsenti, licitum est alteri, altero etiam repugnante, eligere Monasterium. cap.ex publico* 7. *cap. ex parte* 14. *de conversione conjugatorum. Can. scripsit.* 22. §. *ecce Can.desponsatam.*23. *causa* 27 *qu.*2. 1584 Solvit matrimonium ratum, & irritat contrahendum.

Professio ratificanda.

PRofessio dubia, atque nulla ratificari, hoc est reconvalidari potest novo consensu Professi, vel Superioris expresso facto, vel verbis, ut si exequatus id, quod est proprium professorum. arg.*cap.filiis.de conversione conjugatorum.* Et sic professio anteà nulla, ex defectu consensus requisiti, ratificatur, accedente consensu. *cap. significatum.*11.*cap.cum virum* 12. *de Regularib.* Et tunc est nova professio. *l. obvenire solet. de verb.signif.* Gregorius *dec.*391.*num.*10. 1585 Professio dubia, aut nulla ratificanda est.

Si nullitas consensus sit occulta, satis est si ponatur novus validus consensus occultè, ne quis se ipsum prodat. *l.nimis grave.*7.*Cod.de testibus*, *Canone* 87.*dist.*1. *de pœnit.* Rodriquez *to.*3. *q.*18. *num.*3. Sanchez 5.*Decalogi cap.*4. *n.*80. & 81. 1586 Si sit nulla ex defectu cõsensus, satis est si occultè ponatur.

Si ratificatio facienda sit publicè, satis est si fiat coram Superiore, qui primo poterat recipere professionem, & duobus testibus, nec requiritur novus consensus Conventus, quia præsumitur hic perseverare. argum.*cap.*3.*de Baptismo.cap.perlatum* 1.*de his,quæ vi.* Gratianus *decis.*43.*num.*13. Sanchez 7.*de matrimon. disp.*37. *num.* 66.

An

An credendum asserenti cum juramento se non Professum, non ratificasse?

1587 In foro conscientiæ, non externo creditur asserenti se nõ professum.

DIstinguas forum conscientiæ, ab externo.

In foro conscientiæ, affirma, quia in illo reo credendum.

In externo, nega: nam ibi non creditur, nisi probanti, & negativa debet probari coarctatè. *cap. vidua.* 4. ibi. *licèt Sacramento firmare velit*, ubi Abbas *de regularibus*. Cajetanus 2. 2. *q.* 80. *art.* 1. *in fine*, sic nec, nisi probet, creditur asserenti se non habuisse voluntatem contrahendi nuptias. Sanchez 7. *de matrimonio disp.* 77. *n.* 14. quia alleganti propriam turpitudinem non est credendum.

An ratificari valeat Professio emissa ante completum annum Probationis?

1588 Post annum probationis ratificari valet professio ante annum probationis emissa.

AFfirma ratificari posse elapso anno Probationis. Ciarlinus *part.* 1. *cap.* 108. *n.* 65. nec currit regula: *confirmatur tractu temporis, quod ab initio non valet*; nam hic firmatur novo consensu, non tractu solius temporis.

An quis cogi valeat ad ratificandum?

1589 Cum causa potest cogi ad ratificandum.

DIstinguas: vel adest, vel deest causa.

Si deest, nega, esset tunc injusta coactio, & sic nulla ratificatio coacta.

Cum causa justa, affirma; & causa justa est, si voverit se professurum Religionem. Secundo si nolit, vel nequeat recedere sine scandalo, aut nequeat probare professionem nullam, tunc debet ratificare. Tertio si dubius sit professionis valor. Gratianus *cap.* 413. cum enim dubia possit valida esse: non potest recedere, ne se exponat periculo non servandi professionem validam. Navarrus *consil.* 13. *num.* 10. *de Regularibus*. Tamburrinus *tom.* 3. *de iure Abbatissarum disp.* 5. *num.* 11.

Sed difficultas est:

An impotens probare veras existentes nullitates possit fugere, præciso scandalo?

1590 Impotens probare suæ nullam professionem, sine scandalo fugere potest.

AFfirma, nam re vera non est professus; & sic potest non consumere bona Monasterii, & libertatem conservare sine alterius damno, ex charitate, vel justitia vitando. Miranda *tom.* 1. *qu.* 36. *art. final. concl.* 2. Portella v. *professio n.* 47. Bordonus *tom.* 4. *resol.* 132. *num.* 24.

An ratificari possit durante metu injustè incusso?

1591 Ratificatio non subsistit durante metu injusto.

NEga; nam metus injustus, ut professionem, ità ratificationem impedit. Farinacius *par.* 2. *decis.* 705. *num.* 3. & 4. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 126. *num.* 3.

An ratificatio præsumatur, si professus ferat habitum, & faciat acta professorum?

1592 Quæ præsumitur si exerceat actus professorum

DIstinguas: vel post quinquennium, vel ante.

Si ante quinquennium, in quo ex Tridentino reclamare potest, nega.

Post quinquennium, affirma, ratificationem præsumi. Trid. *sess.* 25. *cap.* 19. Sed

An reclamari possit à professione?

DIstinguas: vel intra, vel post quinquennium. 1593 Intra quinquennium reclamare licet.

Intra quinquennium reclamare potest coram Superiore, vel Episcopo. Trident. *sess.* 25. *cap.* 19. nam nullo jure præsumitur ratificata.

Post quinquennium reclamare nequit, nisi coram Summo Pontifice, quia tantùm Summus Pontifex potest tollere præsumptionem juris professionis ratificatæ lapsu quinquennii, constito de veritate, cui præsumptio semper cedit. *Can. veritate* 4. *dist.* 8. *l. nupturo filio.* 18. *in fine*, *D. de iure dotium*. Et Sedes Apostolica reclamationem admittit, dummodò non ratificaverit.

Sed ut reclamationis quidditas foro frequens melius perficiatur, differamus.

De Reclamatione Professionis.

§. III.

REclamatio est veluti protestatio nullitatis professionis intentandæ in foro contentioso coram legitimo Superiore facta. Tridentin. *sess.* 25. *cap.* 19. ibi: *Quicumque Regularis prætendat se per vim, & metum ingressum esse Religionem, aut etiam dicat, ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile, velitque habitum dimittere quacumque de causa; aut etiam cum habitu discedere sine licentia Superiorum, non audiatur, nisi intra quinquennium tantùm, à die professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiore suo, & Ordinario. Quod si anteà habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandam quamcumque causam admittatur, sed ad Monasterium redire cogatur, & tamquam Apostata puniatur: interim verò nullo privilegio suæ Religionis juvetur. de Regularibus.* 1594 Quid reclamatio professionis.

Ex quo habes causas reclamationis proponendas intra quinquennium continuum à die professionis, si proponatur coram Superiore ejusdem Religionis, & Ordinario. 1595 Coram quo proponenda reclamatio.

An ex quacumque causa annullante professionem reclamari possit?

AFfirma Triden. *sess.* 25. *cap.* 19. ibi: *quacumque de causa*, ut est metus, vis, defectus Novitiatus interrupti, vel exacti extra locum deputatum ad Novitiatum. Clemens VIII. in Constitutione *Sanctissimus*. Urbanus VIII. in Constitutione *Religiosos viros*: volentes locum deputandum ad Novitiatum. Sanchez 7. *de matrimonio disp.* 37. *qu.* 4. *num.* 35. Miranda *tom.* 1. *qu.* 30. *art.* 2. Bordonus *tom.* 2. *resol.* 23. *num.* 3. contra Pejerynum *tom.* 1. *quæst.* 1. *num.* 25. §. 4. ajentem tantùm reclamandum ex solis tribus causis à Tridentino expressis. 1596 Ex quacumque causa annullante professione datur reclamatio.

An Religio reclamare valeat contra nulliter professum, ut recedat à Religione.

AFfirma, ut in correlativis eadem sit dispositio, ubi eadem ratio. *l. si quis servo.* 20. *Cod. de furtis. l. filii, D. de acceptilationibus. l. fin. Cod. de indicta viduitate tollenda.* Nisi interim professus ratificaverit. Sacra Congregatio apud Bordonum *loc. cit. num.* 7. Portellam v. *Professio num.* 48. 1597 Etiam Religio reclamare potest cõtra nulliter professum.

De Renunciatione.

§. IV.

1598 Renunciatio Religiosa.

VAlidè professus bonorum sarcinam renunciatione deponit. Trid. *sess.25. cap. 16. de Regularib.* ibi: *nulla quoque renunciatio, aut obligatio anteà facta, etiam cum juramento, vel in favorem cujuscumque causæ piæ, valeat, nisi cum licentia Episcopi, sive ejus Vicarii, fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non aliàs intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione: aliter verò facta, etiamsi cum hujus favoris expressa renunciatione, etiam jurata, sit irrita, & nullius effectus.* Hactenus Concilium.

1599 Fit intra duos menses ante professionem.

Ex quo habes renunciationem esse nullam, nisi fiat intra duos menses ante professionem cum licentia Episcopi, vel ejus Vicarii, & semper tacita conditione esse suspensam, si scilicet professio sequatur. Per diem autem ante bimestre validè renunciat, ait Zerola in *praxi Episcopali, v. Monachus*; quasi breve illud tempus censeatur. *l. fin. C. de bonis, quæ liberis*, cujus oppositum contendit Sanchez *lib.7. cap.5. num.81.* quia forma temporis in totum corruit, si in minimo vitietur: cui fundamento satisfacit Zerola, dicens in minimo non vitiari, quia parum pro nihilo reputatur.

1600 Quæ differtur, si differatur professio.

Renunciatio differenda, si professio differatur, ut servetur Tridentinum. Diana *part.2. de Regularibus resol.128.*

An Professione nulla renunciatio subsistat?

1601 Et non subsistit si sit nulla professio.

NEga: quia ex Tridentino *supra*: renunciatio est nulla, professione non sequuta, & non dicitur sequuta professio nulla, carens effectu, & essentia. *l. 4. §. condemnatum, D. de sentent. & re judicata*, ex nihilo enim nihil fit. *1. Physicorum textu 34.* Barbosa ad Tridentin. *sess.25. cap.16. num.7.* Sanchez *7. Decalogi cap.5. num. 55.*

Quæ renunciationes Tridentini decreto includantur?

1602 Quæ renunciationes includantur in decreto Trid.

QUævis damnificans, sivè sit renunciatio officii, beneficii, sivè liberatio tutoris, sivè sit donatio. Menochius *de arbitrariis casu 439. num.8.* Navarrus *consil.81. & 82. de Regularibus.* Suarez *tom.3. de Religione lib. 5. cap. 16. num.2.*

Quæ renunciationes, actusve Tridentino non includantur.

Quæ non.

NOn includuntur Tridentino dispositiones ultimæ voluntatis, testamenti, codicilli, legati, donationis causa mortis, &c. Navarrus *de Regularibus consil.82. n.2.* Riccius *collectan. decis.584.* Rodriquez *tom.3. q.16. art.1.* De Marinis *tom.2. lib.2. cap.196. n.2.*

Secundo, non includuntur contractus onerosi. Vecchius *disp.8. dub.7. num.15.*

Tertio; nec donationes liberales ex vi voti debitæ, nec eleemosynæ parvi momenti. Sanchez *7. Decalogi cap.5. num.81.* Faustus *5. Thesauri quæst.180.*

Quarto, nec factæ pro victu, & vestitu Novitii. Trident. *sess.25. cap.16.* ibi; *excepto victu, & vestitu Novitii, vel Novitiæ,*

1603 Ex bonis Novitii nihil parentes dare possunt Monasterio, secùs ex bonis propriis.

Non possunt autem parentes, vel tutores ex bonis Novitii Monasterio aliquid dare, licet possint ex bonis propriis durante probatione. Trid. *sess.25. c.16.* ibi: *sed neque ante professionem, excepto victu, & vestitu Novitii, vel Novitiæ illius temporis, quo in probatione est, quocumque prætextu, à parentibus vel propinquis, aut Curatoribus ejus Monasterio aliquid ex bonis ejusdem tribuatur: ne hac occasione discedere nequeat.* Suarius *tom. 3. de Religione lib. 5. cap.9. num.16.*

An facta renunciatione, Monasterium adhuc succedere valeat ad bona consanguineorum?

1604 Monasterium succedit bonis consanguineorum si non sit facta renunciatio per professum.

DIstingue, vel renunciavit, vel non, bonis illius consanguinei.

Si renunciavit, Monasterium non succedit.

Si non renunciavit, Monasterium admittitur. Unde si renunciavit bonis paternis, & non fraternis, succedit ad bona fratris, etiam habita ex successione patris. Guttierez *tom. 2. lib.3. qu.84. num.5.* Molina *tom.1. disp.579.* Rodriquez *tom.2. quæst.38. art. ultimo in principio*, Sanchez *7. Decalogi cap.6. num.7.*

Sed difficultas est:

An Monasterium possit exigere quod sibi reservavit, sed non exegit professus defunctus?

1605 Nõ exactum à professo Monasterium exigere valet.

AFfirma: quia jus exigendi non Monacho, sed Monasterio est quæsitum. Mantica *8. de conjecturis tit.12. num.26.*

A quo tempore renunciatarius acquirat dominium rei renunciatæ?

1606 Renunciatarius acquirit dominium à die renunciationis.

A Tempore renunciationis, nàm conditio imbibita in renunciatione si professio sequatur, ex Tridentino *sess.25. cap.16.* retrotrahitur purificata ad tempus renunciationis. Menochius *volum. 4. consil.388. num.15.* Tiraquellus *de retractu conventionali Glossa 1. n.74.* & in *l. si unquam, v. revertatur num. 283. Cod. de revocandis donationibus.* Sanchez *7. Decalogi cap.5. num.59.*

De transitu professi ex una in aliam Religionem?

§. V.

1607 Transitus ad aliam Religionem est faciendus sine injuria.

NEmo temerè cum injuria sui Ordinis transvolare potest ad aliam Religionem. *cap. Joannes 5.* ibi: *mandamus, ut ne quem Monachum de Monasterio in Monasterium temerè migrare liceat. cap. licet. 18.* ibi: *ne quis ex temeritate, vel levitate in jacturam, vel injuriam sui Ordinis sub prætextu majoris Religionis, ad aliam Ordinem transvolaret. de Regularibus, & transeuntibus ad Religionem.*

Hinc discutiendum:

Quando, & quibus requisitis commigrari valeat.

1608 Transiens ad arctiorẽ Religionem, debet petere, licet non obtineat licentiam.

REligio ad quam quis transire contendit, potest esse austerior, æquè austera, laxior, quàm sua.

Si transire velit ad austeriorem, potest, petita, licet non obtenta à Superiore licentia; etiam si Religio à qua, habeat privilegium; ne ipsa invita valeat quis commigrare ad arctiorem Reli-

Religionem. *Can. statuimus* 19. *qu.* 3. *cap. licèt.* 18. ibi: *Talis ergo postquam à Prælato suo transeundi licentiam postulaverit, ex lege privata (quæ publicæ legi prœjudicat) absolutus, liberè potest sanctioris vitæ propositum adimplere, non obstante proterva indiscreti contradictione Prælati; quia privilegium meretur amittere qui concessa sibi abutitur potestate; Cùm etiam Romanus Pontifex, qui supremam in Ecclesia obtinet potestatem, Archiepiscopis, & Episcopis concedendi licentiam, & justa causa petentibus sine difficultate concedat. Quò circa noverint universi, quibus hujusmodi privilegium est concessum, se ad concedendam licentiam transeundi taliter postulantibus de jure teneri: quia sicut subditus à Prælato cum humilitate, & puritate debet transeundi licentiam postulare, ne bonum obedientiæ contemnere videatur, sic profectò Prælatus subdito sine difficultate, & pravitate qualibet debet transeundi licentiam indulgere, ne videatur propositum impedire divinitùs inspiratum. de Regularibus.*

1609 Superiori debet constare Religionem esse austeriorem.

Debet tamen Superiori à quo constare Religionem ad quam, esse arctiorem, & velle illum admittere. *d. cap. licèt* 18. ibi: *Si verò probabiliter dubitetur, utrum quis velit ad Ordinem arctiorem, aut laxiorem ex charitate, aut ex temeritate transire, Superioris est judicium requirendum; ne fortè Angelus Satanæ in lucis Angelum se transformet. de Regularibus.*

1610 Ne detur occasio liberè vagandi.

Idque, ne detur vagandi, apostatandique occasio. *cap. ne Religiosi viri vagandi occasionem habentes, salutis propriæ detrimentum incurrant.* 24. *de Regularibus*. Sacra Congregatio apud Vecchium *disp.* 11. Portella v. *Religionis transitus num.* 5.

1611 Idem dicendum de Monialibus.

Idque etiam in Monialibus, clausura non obstante. *can.* 1. ibi: *Virgines sacræ si pro lucro animæ suæ propter districtiorem vitam ad aliud Monasterium pergere disposuerint, ibidemque commanere decreverint, Synodus concedit.* 20. *qu* 4. *cap. unico. de statu Regularium in* 6. Petita tamen licentia ab Ordinario, cui subditur Monialis. *cap. licèt.* 18. *de Regularibus*. Glossa in *cap. cum singula* 32. v. *Canonicè. de prębendis in* 6. Ubi licentia petenda est à Superiore Conventus, à quo discedit, nisi aliæ sint Religionis Constitutiones, leges, fortè exigèntes, ut licentia petatur à Generali, ut in Seraphica Religione. ex Constitutione Julii II. incipit: *Decet Romanum.* Rodriquez *tom.* 3. *qu.* 52. *art.* 3.

1612 Licentia est petenda ante discessum

Licentia petenda est ante discessum, causa expressa. Azorius *lib.* 12. *cap.* 4. *qu.* 6. Navarrus *de Regularibus. consil.* 52. *in fine*. Sanchez 6. *Decalogi cap.* 4.

Si transitus sit faciendus ad Religionem pariter arctam; tunc consensus Religionis à qua est discessurus, requiritur. Non enim rationes migrandi occurrere valent, quibus nequeat satisfieri à Religione habente jus quæsitum in professo, vigore contractus professionis, quo jure spoliari nequit invita, sine causa, cessatque ratio severioris vitæ amplectendæ, de qua in *cap. licèt*. 18. *de Regularibus*; & currit effatum Apostoli 1. *ad Corinthios* 7. & 2. *ad Corinth.* 3. ibi: *maneto in ea vocatione, in qua vocati estis. Can.* 1. 21. *qu.* 1. *Can. non oportet* 7. *qu.* 1. Bonacina *tom.* 1. *qu.* 2. *de clausura punct.* 9. §. 3. *Diffic.* 1. *num.* 12. Sanchez 6. *Decalogi cap.* 7. *num.* 46. Angelus v. *Religiosus num.* 34. Silvester v. *Religio* 4. *n.* 9.

1613 Si sit laxior

Si Religio sit laxior; tunc ad transeundum requiritur licentia Summi Pontificis. Trident. *sess.* 25. *cap.* 19. *in fine*, ibi: *Nemo etiam Regularis cujuscumque facultatis vigore transferatur ad laxiorem Religionem. cap. sané.* 10. ibi: *Professionem fecerat, & fugerat ab eadem, in Monachum à quodam Abbate recepto: id tuæ Fraternitati significamus, quod si locus in quo nunc permanet, majoris Religionis existat, ipsum in eodem loco cum pura conscientia permanere permittas: alioquin eum ad priorem Ecclesiam redire compellas. de Regularibus.* Portella v. *Religionis transitus num.* 12. Bonacin. *loc. cit. num.* 13. Sanchez 6. *Decalogi cap.* 7. *num.* 52. ajens *num.* 65. Generalem, vel Provincialem cum Capitulo, si causa subsit, posse dare licentiam transeundi ex severa in laxiorem Religionem. Quod displicet, contradicente Tridentino *loc. cit.* cui derogare nequit, nisi suprema Ecclesiæ potestas. Sanchez *loc. cit. num.* 52. vult cum causa, non sine causa, Summum Pontificem, dispensare posse.

requisitur licētia Papæ.

Causa legitima hujus commigrationis.

1614 Licet transire ad aliam Religionem amore virtutis.

PRima est amor virtutis, non ambitio, odium; & sic requiritur ne Religio à qua dedecore afficiatur. *cap. non est.* 7. *cap. sané.* 10. *cap. significatum.* 11. *cap. licèt.* 18. *de Regularibus. Can. statuimus.* 3. *Can. mandamus* 19. *qu.* 3.

Et arctioris Regulæ.

Secundo sufficit austeritas arctioris Religionis ad quam. *d. cap. licèt.* 18. *de Regularibus. Can.* 1. 20. *qu.* 4.

1615 Trāsiens ad æqualē sufficit tantùm licentia.

Si transeat ad æquè observantem, sufficit licentia, nec alia causa requiritur, ut patet in commutatione voti in æquale bonum. Silvester v. *Religio* 4. *qu.* 2. Licèt aliqui insuper requirant aliam causam, puta aeris inclementiam, si persecutionibus agatur, semper mœstitia, aut rubore suffundatur.

1616 Ad laxiorē requiruntur causæ.

Ad laxiorem sufficiunt eædem causæ, maximè si marcescente ætate, vel ad senium declinante austeritates ferre nequeat, aut parentibus sit subveniendum, tunc enim tenetur succurrere. *l. si quis à liberis.* 5. *D. de liberis agnoscendis.* Navarrus *de Regularibus cap.* 94. *in fine.*

Quæ perfectior Religio?

1617 Religio est triplex; Activa.

TRiplex: activa, contemplativa, & mixta. Activa, ut Militaris. Contemplativa, ut Benedictina. Mixta, ut Mendicantes.

Mixta, Excellentiore

Mixta omnes. Contemplativa activam excedit, nam non ab austeritate, sed à consequutione perfectioris finis perfectio metienda. D. Thomas 2. 2. *quæst.* 188. *art.* 6. Caramuel *regulari n.* 533.

Et perfectior

Mixta autem perfectiùs finem consequitur, scilicet Deo, se, & alios unire operando, docendo. D. Thomas *opusculo* 28. *cap.* 21. dicens: *Omnium maximum sacrificium cooperari saluti Animarum*; Idque etiam sine Choro, ut patet in statu Episcopali perfectiori, quàm sit Regularis. *cap. licèt.* 18. *de Regularibus. Can. in Sancta.* 2. *dist.* 93. contra Sotum 10. *de justitia q.* 5. *art.* 3. vix dicentem Religionem esse destitutam Choro.

1618 Contemplativa magis adhęret Deo.

Contemplativa adhæret Deo immediatiùs, quàm activa, licèt hæc utilior. *cap. nisi cum pridem. de renunciatione.*

Inter mixtas, quæ perfectior?

1619 Inter mixtas illa perfectior, quæ est apta ad assequēdum finem.

NOn quæ austerior, sanctior, sed magis apta pro assecutione finis, & in particulari au-

austeritas alicui occasio culpæ, cui ad sanctitatem non austera aptior. D. Thomas, & Caramuel *loc.cit.*

Cæterum in consecutione majoris perfectionis, & sanctitatis, suam cæteris præponit D. Antoninus 3. *par. tit.* 6. *cap.* 4. §. 4. Sylvester v. *Religio* 4. *qu.* 6. Ità ut ad suam omnes, ex sua nemo migrare valeat ad aliam: suam eodem modo cæteris præponit D. Bonaventura in *Regula minorum tom.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 12. & 13. quia austerior. Minimorum cæteris præponit Passerellus *de privilegiis Minimorum cap.* 39.

1620 Illa est melior Religio in qua fit sanctior.

Plenam invidia, & odiosam controversiam ait Caramuel in *regulari num.* 536. & ex natura rem decidit relativè, ità ut illa sit melior, in qua quis sanctior in particulari transiens evadere potest. Enim verò quandoque detrimento est austeritas, laxitas, & in particulari officeret uni attenuatæ complexionis, alteri proficua austeritas.

Alii sanctiorem præferunt, licèt non austeriorem apud Sanches 6. *Decalogi cap.* 7. *num.* 28. Alii austeritatem considerant, ut ad illam commigrari valeat, ità ex *cap. licet.* 18. ibi: *arctioris vitæ. de Regularibus. Can.* 1. ibi: *districtiorem vitam.* 20. *quæst.* 4. Sanchez *loc. cit.* Lessius *l. de justitia cap.* 41. *dub.* 13. *num.* 10.

An regrediens ex secunda ad primam, recipiendus sit.

1621 Si non est professus in secunda, est recipiendus à prima Religione, secùs si professus est.

Distinguas: vel professus, vel non est professus validè in secunda.

Si non est professus validè in secunda, recipiendus à prima; quia adhuc remanet primæ professionis vir, primo contractu ligatus, ratione cujus adhuc incorporatus, ut professus recipiendus sine novo tyrocinio. *cap. finali. de Regularibus. Can. mandamus,* ibi: *præcipimus, ut redeat* 19. *quæst.* 3. *cap. intelleximus,* ibi: *ad primam domum redire curasti.* 12. *de ætate & qualitate.* Abbas *vol.* 1. *consil.* 55. D. Antoninus *p.* 3. *tit.* 16. *cap.* 4. §. *finali.* DD decem apud Sanchez 6. *Decalogi cap.* 7. *num.* 104.

Si in secunda validè professus sit; tunc huic insertus, à prima excorporatus est; & sic prima non tenetur illum admittere, dissoluta cum illa obligatione mutua, unà cum oneribus primæ professioni accessoriis. Sanchez 6. *Decalogi cap.* 9. *num.* 32. Suarez *tom.* 2. *de Religione tract. de voto lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 7.

An teneatur migrans iterum profiteri in secunda?

1622 In secunda videtur non teneri iterùm profiteri si sit similis cũ prima.

Distinguas: vel sunt omninò similia onera secundæ, & primæ, vel adest dissimilitudo.

Si primum, negant, quia votum primum remanet cum suis oneribus; & replicatio professionis obligationem non auget. Caramuel *regulari num.* 542.

Imò nec annum tyrocinii requirunt tunc. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 40. Navarrus *lib.* 3. *de Regularibus consil.* 3. Azorius *lib.* 12. *cap.* 14. *q.* 15.

Si autem sit dissimilis emittenda est nova professio.

Si verò sit dissimilitudo, tunc renovanda professio quo ad diversa, & quia semper Superiores sunt novi, ideò obedientiam illi vovere debet, quibus anteà non voverat. Ut tamen tollatur validitatis scrupulum, in utroque casu integra professio emittatur. Caramuel in *regulari num.* 540. & 542.

An recuperet antiqua iura remigrans ad primam Religionem, e qua injustè migravit?

1623 Regrediens ad primam Religionem, à qua injustè discessit, nõ recuperat primum statum.

Nega: *Can. mandamus,* ibi: *præcipimus ut redeat, & deinceps memorialem cucullam deferat, & ultimus in Choro maneat.* 2. 19. *quæst.* 3.

An licentia migrandi ad aliam Religionem sit stricti iuris?

1624 Licentia cõvolandi ad aliam Religionem strictè est interpretanda.

Affirma: nam est odiosa Religioni primæ, à qua conceditur. *cap. licèt.* 18. *de Regularibus.* Et sic limitatum habet effectum, limitata licentia. *l. in agris.* 16. *D. de acquir. rerum dominio.* Et habens licentiam petendi unam, nequit aliam Religionem petere, & habens licentiam in genere Religionem ingrediendi, nequit ingredi laxas, nisi id Summus Pontifex exprimat, nam Papa est omnium Religionum Generalissimus, & Caput. Caramuel *regulari n.* 552. est observantiæ custos, ejusque rescripta strictè interpretanda. *cap.* 1. & 9. *de officio Delegati.*

An in secunda Religione teneatur ad Novitiatum?

1625 In secunda Religione tenetur ad Novitiatum.

Affirma: ut sic experiatur illius mores. *cap. recolentes. de statu Monachorum. Can. in nova.* 16. *quæst.* 7. idque non vi Trident. *sess.* 25. *cap.* 15. loquentis de non aliàs professis, ut rectè contra Mirandam in *manuali qu.* 31. *art.* 1. probat Caramuel *regulari num.* 533. sed vi consuetudinis. Vecchius *disp.* 15. *dub.* 2. *num.* 12. Rodriquez *tom.* 1. *quæst.* 30. *art. finali.* Id asserentes, etiamsi transeat ad laxiorem: & perfecto tyrocinio, illicò habetur ut professus, si formula professionis sit eadem, ac in prima Religione. Barbosa ad Tridentinum *supra num.* 21. Emittens professionem secundam in isto Monasterio, in quo est translatus, gaudet privilegiis, & prærogativis istius Religionis; ita Barbosa ad Trident. Rodriq. & alii.

Qui & ad quas Religiones migrandum?

1626 Omnibus licet convolare ad Carthusienses.

Primo, omnibus, etiam Mendicantibus licet petere Carthusiensem. Extravagans *viam ambitiosæ. de regularibus.* Licèt omnibus Mendicantibus transire ad Carthusienses, nec licet uni transire ad alteram Mendicantium Religionem, vel ad non Mendicantem, excepta Carthusiensi; idque sub pœna excommunicationis latæ, reservatæ Papæ, adversus transeuntem, & recipientem, etiamsi transeat cum consensu Superioris. Extravag. *inter communes* incipit. *viam ambitiosæ. de Regularibus.* Rodriq. *tom.* 3. *quæst.* 52. *art.* 15. Sanchez 6. *Decalogi cap.* 5. *num.* 28. Miranda *tom.* 1. *qu.* 31. *art.* 8. *concl.* 1.

Et isti ad Camaldulẽses.

Secundo, Carthusienses ad Camaldulenses Eremitas transire valent, ad quos Camaldulenses etiam cæteri Religiosi, exceptis Clericis Infirmorum, migrare valent ex Constitutione Pauli V. incipit: *Romanum decet.*

1627 Religiosi Societatis Jesu semel possũt petere Carthusiam.

Tertio, cæteri Religiosi valent multoties transire ad Charthusienses.

Quarto, ex Societate Jesu cum licentia obtenta à Generali, semel possunt petere Carthusiam, & non perseverantes, redeunt, nec amplius valent ad Carthusiam transire ex motu

Pii

Pii V. confirmato à Gregorio XIII.

Et cum licentia Generali, possunt ad quamlibet Religionem transire. Quinto, è Societate Jesu transire quis potest ad quamlibet Religionem cum licentia solius Generalis, sine qua sunt excommunicati etiam qui ipsos recipiunt, à qua tantùm absolvi valent à Generali Societatis Jesu. ex Constitutione Pii IV. & Pauli III. Sanchez *lib.6. Decalogi cap. 7. num. 28. & 71.* Bonacina *tom.1. de clausura qu.2.punct.9. §.5. diffic.2.num.5.*

1628 Mendicantes nequeunt inter se etiam ad strictiorem transire. Sexto, ad servandam pacem, & honorem, Mendicantes nequeunt inter se, nec ad strictiorem transire sine licentia Papæ, & Superioris ex Constitutione Pauli III. incipit: *Romani*. Julii III. incipit: *Officii*. Bonacin. *loc.cit.* Sanch. 6. *Decalogi cap.7. num.28.* Rodriquez *tom.3. art. 15.* Miranda *tom.1. qu.31. art.8. conclus.*5. Suares *de censuris disp.22. sect.5. num.7.* Divus Antoninus *par.3.tit.24. cap.7.*

Qui Mendicantes?

1629 Quinam sint Mendicantes. SUnt Dominicani, Franciscani, Augustiniani, Carmelitæ. *cap. unico. de religiosis domibus in 6.* Gaudent Mendicantium privilegiis Religiones Societatis Jesu, etiam in Collegiis ex Bulla Pii V. Minimi, Ordo Servorum, & alii apud Rodriquez *tom.1. quæst.2. & tom.3.qu.49. art.1.* Sanchez *6. Decal. cap. 7. num.117.*

Et nō Mendicantes. Non mendicantes sunt Canonici Regulares, Benedictini, & inde pullulantes Congregationes Olivetana, Vallis Umbrosæ, Cistercionsis, Carthusiensis, Cœlestina, Camaldulensis, Montis Virginis, aliorumque Monachorum: de quibus Vecchius *disp.7.qu.6.num.5.* Sanchez *6. Decalogi cap. 7. num.117.*

Professionis quidditas, & Onera.

1630 Quænā constituant professionē essentiam, & eius onera. TRia vota constituunt professionis essentiam, quorum fusior oratio inferius. Secundo, clausura accedit professioni. Tertio ne deferant arma. Quarto, ut abstineant se à ludis etiam larvarum. De quibus primo distinctè agendo.

De Clausura.
§. V.

1631 Clausura. TRiplex instituenda oratio. Prima, in communi. Secunda, de Clausura virorum. Tertia, de Clausura Monialium.

Clausura in communi.

Quid sit. CLausura, unde Claustri nomen sumpsit. *Can.placuit.8.16.qu.1.cap.quanto.7.de officio Ordinarii. Est locus religiosus clausus, ex quo exire, & ad quem ingredi non licet sine licentia.* Trident. *sess.25.cap.5.* Gregorius XIII. in Bulla: *Ubi gratia.*

1632 Quid veniat nomine Clausuræ. Et sic nomine Clausuræ comprehenduntur intrinseca Monasterii, non verò ei extrinseca, ut Sacristia, si in illam ingredi per Ecclesiam, non per Clausuram valeat; facit enim tunc unum cum Ecclesia. Est enim Ecclesiæ, non Monasterii Sacristia. Bonacin. *de Clausura quæst. 1. punct.1. num.2.*

1633 Atriū Scholarum non est Clausura in Collegiis Societatis Jesu. Secundo, Clausura non comprehendit Collegium Societatis Jesu quoad atrium Scholarum; nam Clausura incipit à janitoris loco. Sanchez *6.Decalogi cap. 17. num.17. & 18.* Nec nomine Monasterii, & Clausuræ venit locus temporalis residentiæ, nec quamdiù erigitur, licèt Religiosi aliqui ibi assistant fabris.

Clausura virorum.

REligiosi Clausura continentur, in quo duo expedianda sunt. Primum, quando eis egredi. Secundum, quando aliis, etiam fœminis non licet ingredi. 1634 Religiosis absque licētia non licet egredi.

Non licet Regularibus etiam Novitiis transgredi septa Monasterii, sine licentia expressa, sau explicita, vel tacita, seu implicita. Caramuel *regulari num. 559.* De licentia expressa nihil occurrit. Agamus

De licentia tacita, sivè implicita.

LIcet egredi ex tacita, sivè implicita licentia, quia in hoc taciti, & expressi eadem virtus. Quæ implicita, seu tacita licentia colligitur primo ex officio, pro cujus exercitio egrediendum est. Caramuel. *loc.cit.* 1635 Sufficit tacita licentia.

Secundo colligitur, si clausura opponatur divino præcepto, tunc enim cessat, & adest licentia Superioris rationabiliter præsumpta, cum opposītum præcipere nequeat, sic est, si Clausura servata, quis deberet perire peste grassante in Clausura, pergente hostili exercitu hæreticorum, numquam enim quis sc poterat obligare contra divinum præceptum: *Non occides*, & tunc dicitur egressio necessaria, non libera, prohibita à Trident. *sess.25. cap.4. de Regularibus.* Caramuel *regulari à num. 560. rectà num. 561.* excipiens adstrictos ex officio assistere, etiam vita periclitante, ut milites infirmarii, Pastores Ecclesiarum adstricti ad pugnam, curam, etiam cum periculo vitæ. 1636 Quæ non requiritur si fit exequendum Divinū præceptum.

An sit lethale sine licentia tacita, & expressa exire de Monasterio?

DIstinguas: vel est in Religione Carthusiensi, & Camaldulensi, & affirma ob votum Clausuræ: vel in aliis voto ad Clausuram non adstrictis, & tunc præciso scandalo, contemptu, clandestino nocturno egressu, si parve sit materia, est veniale. *cap. un. sf.7. c. si quis. de Regularibus.* D. Thomas 2.2.*qu.*186. *art.*9. Navarrus *commento 4. de Regularibus num. 29.* Miranda *tom.1. qu.32. art.2.* 1637 Sine ulla licentia egrediens, qui voto speciali tenetur ad Clausuram peccat lethaliter.

De aliis volentibus ingredi septa Monasterii.

VEl sunt viri, vel feminæ: Viri nequeunt ingredi temeraria vi, confringentes Clausuræ fores, sub pœna excommunicationis ipso jure reservatæ Papæ. Clemens IV. in Bulla incipit: *In quibusdam locis.* 1638 Viris in Clausura virorum licet ingredi, nisi ingrediantur v.

Secundò, nequeunt ingredi mulieres etiam titulatæ, impuberes annorum decem, contra Gilimas in *Methodo curationis, §.13.* exceptis Imperatrice, Regina cum filiis, & decenti parvo comitatu. *cap. licet. de privilegiis in 6.* ex motu Pii V. incipit: *Regularium personarum.* Gregorius XIII. c. Manual *tom.1. quæst.48. art.1. num.5.* 1639 Prohibentur mulieres ingredi Clausuram virorum etiam si sint titulatæ, exceptis Regina, & filiis, &c.

Quanta sit Culpa mulieris ingressus.

NOn esse jura lethale afferit Suarius *tom.5. disp.22. sect.6. num.12.* Sanchez 6. *Decalogi cap.* 1640 Quodnam peccatum sit mu-

mulierum ingressus in tali Clausura. *cap.17. num.9.* precisis scandalo, & Constitutionibus à Summo Pontifice firmatis, arcentibus hujusmodi sub lethali, Rodriquez *tom. 1. qu.37.art.1.* Antonius à Spiritu Sancto *consulto* 69. *num.7.*del Bene *tom.2. cap.19. dub.76.n.5.*

Quando femina ingredi valeant Clausuram Regularium.

1641 Cum privilegio valent ingredi. PRimo, licitè ingrediuntur non ad videndas Comędias spirituales, sed quoties publicè spirituales functiones aguntur, ut sunt Processiones, Divina Officia, publica Funera, ità ut ingressæ egrediantur unà cum cæteris secularibus recto tramite, Bulla S. Pii V. incipit: *Decet Romanum* concessa Congregationi Montis Virginis, quo privilegio jure communicationis fruuntur cæteri Religiosi. Sorbus *de privilegiis Mendicantium*, v. *ingressus num.6.* Naldus v.*Clausura.3.* Portella v. *Clausura.* Sanchez 6. *Decalogi cap.17.num.30* (1)

Ingressæ non licet aliò divertere. Ingressæ autem licitè, divertentes ad alias officinas curiositatis ergo, illicitè agunt, sed censuram non contrahunt, nam istæ sunt contra illicitè ingredientes, non contra morantes. Bonacina *de Clausura qu.3. puncto fin.num.14.* Antonius à Spiritu Sancto *consult.* 69. *num.* 17. & *consult.* 63. *num.* 37. Dians, & alii contra Sanchez 6.*Decalogi cap.* 17.*num.*30.

1642 Fundatrices valent ingredi. Secundo, Fundatrices ingredi posse affirmat Mennus *loc.cit. num.* 173. post Bonacinam, Palaum, Giballinum. Antonius à Spiritu Sancto *consult.* 69.*num* 55.contra Sanchez *loc.cit.lib.6. cap.17. num.30.* Sed difficultas est:

An valeat ingredi femina medicatrix ad sanandum cruribus, & brachiis fractum, si desint viri medici.

1643 Femina ad curandum Religiosum videtur posse ingredi. AFfirmat Sanchez *loc.cit.*At mihi casus non videtur possibilis, cum brachiis cæterorum posit extra clausuram exportari, & ibi curari decenter.

Et ad extinguendum ignem. Tertio, possunt ingredi ad extinguendum ignem, deficientibus viris; cessat enim tunc contrarius finis clausuræ, igne cæteroquin depascendae; incendium enim, nisi extinguatur, Clausura incendio consumpta praceps ruit.

Si sint aliàs trucidandæ. Quarto, ingredi valent aliàs trucidandæ; nam hujusmodi sine temeritate ingrediuntur, & ingredi tenentur ex præcepto non occides, quo intuitu debent ponere in salvum vitam; & leges humanæ amittendi vitam non ligant. *Can. erit, 2. dist. 4.*

Quinto, carentes usu rationis ingredientes, nec peccant, nec censuris innodantur.

Quantum licitè immorari valeant Clausuram ingressa?

1644 Et ingressæ nihil immorari possunt. NIhil immorandum, sed morali transitu pergendum, ità ut primo ingressæ valeant ultimo exire, nam tunc etiam, cum aliis egredi censentur, & etiam possunt per unum, & alter pater immorari per ultimas, quia moraliter cum aliis exire etiam censentur: ex regula, quæ statim fiunt, censentur in esse, & parum pro nihilo habetur: & sic intelligitur Bulla S. Pii V. *Decet Romanum*, ibi: *dummodo recto tramite accedant ad portam, qua exitur à Monasterio.*

Qua pœnâ contrahatur à feminis ingredientibus.

1645 Absque privilegio femina ingrediens est excommun. ESt excommunicatio Papæ reservata. Bulla S. Pii V. incipit: *Regularium personarum*, & Bulla. *Decet Romanum.* Gregorius XIII. in Bulla: *Ubi gratia.*

Requisita ut contrahatur cum lethali dicta censura.

1646 Quæ requiruntur ad contrahendam dictam pœnam. REquiritur primo, ut feminæ audeant, præsumant ingredi Claustra virorum. Patet ex dictis Bullis. Sanchez 6. *Decalogi cap.17.n.33.* Menno. *loc. cit. n.170.* Rodriquez *tom.1. qu.47. art.1.* Suarius *tom.5. de censuris disp.22. sect.6.* ex quo ignorantes, ut excusantur à præsumptione, & temeritate, ità ab ista censura. Sanchez *loc.c.*

1647 Si prætextu privilegiorū ingrediatur. Secundo requiritur, ut ingrediantur prætextu privilegiorum. ex Bulla Gregorii XIII. incipit: *Ubi gratia.* At hoc requisitum non stat incontroversum; illud probabilissimè non exigunt Sanchez, & Menno. *loc.cit.* quia S. Pius V. in Bulla incipit: *Romanus Pontifex* prætextum hujusmodi privilegiorum non exigi declaravit. Quaranta v. *Monasteria, & Conventus vol.2.*

At tale requisitum exigi non obstante declaratione S. Pii V. defendit Suarius *tom.5. de censuris disp.22. sect.6.* Sayrus *lib.3. de censuris cap. 31. n.10.* Zerola in *praxi Episcoporum editione 2. par.1. v. Monialis*, & novissimè del Bene citans alios *tom.2. num.19.* & probabile ait Antonius à Spir. Sancto *consulto* 69. *num.7.* ità ut non sint excommunicatæ intrantes sine prætextu privilegiorum, atque *num.8.* motum S. Pii V. & declarationem, de qua Quaranta non constare authenticè, & destitutum promulgatione cum del Bene *loc. cit. dub.58. n.8.* & licèt sit contentum inter alias Bullas illius Pontificis; nam ibi etiam continentur multæ Bullæ nec promulgatæ, nec receptæ.

Ego sto decretis Summi Pontificis, à quibus ne lato ungue discedendum.

Pœna Religiosorum præsumentium introducere feminas intra Clausuram.

1648 Pœnæ Religiosorū introducentium feminas. SIvè Superiores, sivè subditi, primo sunt excommunicati, & excommunicatio non est reservata Papæ, licèt sit reservata excommunicatio mulierum ingredientium. Secundo, privantur officiis, & dignitatibus. Tertio, inhabilitantur ad illa obtinenda in futurum. Quarto, sunt suspensi à Divinis. Gregorius XIII. in Bulla: *Ubi gratia*, & Bulla S. Pii V. Megala *lib.4. de censuris cap.3. num.11.*

1649 Et faciant prętextu privilegiorum. Requirunt ad contrahendas dictas pœnas, ut Religiosi introducant, vel admittant feminas prætextu privilegiorum. Bonacina, & Menno. in *Statera, dissentione 13. qu.13. num.174.* Antonius à Spir. Sancto *loc.cit. num.9.* contra Filliucium *tract.15. qu.9. num.117.* dicentes cum del Bene *loc.cit. num.6.* contrahere etiam sine prætextu pœnas propriæ Constitutionis. Ego autem sto decreto Summi Pontificis, & Sacrę Congregationis.

Sive etiam permittant ingredi. Contrahunt dictas pœnas sivè introducant, sivè permittant ingredi in Monasteriis, sivè virorum, sivè Monialium.

De

(1) Notandum est hic ex Const. S. Pii V. quæ incipit: *Regularium*, & ex Decreto S.C.R.II. 30. Septembris an.1628. prohibitum esse mulieribus ingredi Claustra Regularium prætextu, vel occassione comitandi Processiones, nisi adsit contra hoc expressa licentia Sedis Apostolicæ.

De Professis existentibus extra Claustrum.

1650 Ratione officii potest extra Claustra morari.

QUilis extra Claustrum existere valet ex duplici causa. Primo sine delicto. Secundo ob delictum.

Sine delicto contingit duplici modo. Primo ratione alicujus officii, ut si incumbat fabricæ novi Monasterii, vel conservandis frugibus prædii rustici. Secundo si elevetur ad Episcopatum.

Ratione delicti potest esse extra Clausuram. Primo Ejectus: Secundo Fugitivus. Tertio Apostata: Percurramus sigillatim, & quidem primo:

Ex Officio existens extra Claustrum.

1651 Et tenetur ad omnia ut professus.

TEnetur ad omnia, ut professus intra Claustra existens; nam remanet in eodem Religionis statu quoad onera, & honores.

Quoad secundum:

Creatus Episcopus.

1652 Religiosus effectus Episcopus solvitur à professione.

PRofessus ad Episcopatus etiam titularis, vel renunciati apicem assumptus, absolvitur à professione. *Can. statutum est* (*& rationabiliter secundum Sanctos Patres à Synodo confirmatum est*) *ut Monachus, quem electio Canonica à jugo Regulæ Monasticæ professionis absolvit, & sacra Ordinatio de Monacho Episcopum fecit*. 18. *quæst*. 1. & sic Religiosis statutis, & regulis, ac pœnis suæ Religionis amplius non ligatur. *d. Can. statutum*. Cajetanus 2. 2. *q*. 185. *art*. 8. *dub*. 2. Tabiena v. *Episcopus qu*. 6. *num*. 7. Covarr. *cap*. 1. *num*. 18. *de testamentis*. Azorius *tom*. 1. *num*. 11. *cap*. 10 *qu*. 7. *in fine*.

1653 Non tenetur servare Regulas.

Nec venialiter delinquit, non servans regulas, etiam promoventes perfectionem Monasticam, nec impedientes Episcopale munus, nam est ab illis regulis solutus. *d. Can. statutum*. In superiore Ordine positus, nec Horas Canonicas ritu Monastico recitare tenetur, sed debet suæ Ecclesiæ servare ritum, ut etiam teneretur Religiosus factus Parochus recitare juxtà ritum Ecclesiæ curatæ. Abbas in *cap. finali in fine. de vita, & honestate Clericorum*. Hostiensis in *cap. quod Dei timorem nu*: 9. *de statu Monachorum*: ubi Joannes Andreas *num*. 15. Cardinalis *num*. 5. *quæst*. 2. Cajetanus *tom*. 1. *opusculorum tract*. 25. *de obligatione præceptorum qu*. 2.

1654 Servat colorem sui Ordinis.

Non tamen debet deserere colorem sui habitus, ex vi juris communis. *cap. finali in fine*, ibi: *nisi Monachi fuerint, quos oportet ferre habitum Monachalem. de vita, & honest. Cleric*. & olim secundum formam Religionis. Divus Thomas 2. 2. *quæst*. 185. *art*. 8.

1655 Et nunc formam habitus justa Pontificale Rom.

Hodiè juxtà formam Clericorum secularium colore tamen Religionis, ut ex Pontificali Romano Clementis VIII. qua ratione inter Religiosos ad honorem Religionis accensetur. Glossa in *d. Can. statutum*, v. *cum tamen remaneat Monachus*.

Sed major difficultas est:

An à votis professioni essentialibus absolvatur.

1656 A tribus votis absolutū aliqui affirmant, alii à voto paupertatis.

TRiplex sententia. Prima ab omnibus votis absolutum asserit, ut est à regola, ita *d. Can. statutum*. Angles in *Floribus* 2. *par. quæst. unicu. de voto art*. 2. *diffic*. 13. *dub*. 5.

Secunda eximit illum à voto paupertatis. Sotus 7. *de justitia qu*. 4. *art*. 2. Vasquez 1. 2. *qu*. 96. *art*. 4. *disp*: 165. *cap*. 8. *num*. 91. *&* 108. & probabile ait Sanchez 6. *Decalogi cap*. 6. *num*. 13. Patet ex *d. Can. statutum*: ubi talis Episcopus est hæres paternæ hæreditatis, nec Monasterio, sed suæ Ecclesiæ acquirit.

Tertia asserit ligatum omnibus votis, ità ut testari nequeat, & voto paupertatis, etiam assumptus ad Pontificatum teneatur, ità ut nequeat aliquid supervacuè expendere, nec aliis donare sub onere restitutionis ab ipso, & ab accipiente faciendæ. D. Thomas *loc. cit. quæst*. 185. *art*. 8. *ad tertium*. D. Bonaventura *in* 4. *dist*. 38. *qu*. 1. *art*. 2. *&* 9. *final. ad ultimum*. D. Antoninus *par*. 3. *tit*. 20. *cap*. 2. §. 7. Covarr. *cap*. 1. *num*. 18. *de testamentis*. Surdus *de alimentis tit*. 8. *privilegio* 79. *nu*. 99. & alii quadraginta tres Doctores, quibus subscribit Sanchez 6. *Decalogi. cap*. 6. *num*. 8. Idque currere etiam in aliis non regularibus Episcopis, qui pauperibus, non consanguineis superflua dare tenentur sub onere restitutionis. Lessius 2. *de justitia cap*. 4. *dub*. 1. *num*. 29. — Alii asserũt esse ligatum omnibus votis.

Mihi videtur consequentiam tenere D. Thomas, qui 2. 2. *qu*. 185. *art*. 8. *ad tertium*, & alibi. D. Antoninus *loc. cit. cap*. 2. *& cap*. 7. asserit Episcopum teneri votis omnibus, & etiam regulis propriæ professionis, quæ non repugnent muneribus Episcopalibus, cum non sit major ratio de uno, quàm de alio, & si remanet Monachus professus, remanet ligatus illis, quibus constituitur professio, ut vota, & constitutiones; non enim remanet professus ut sic, sed primæ Religionis. — 1657 Tenetur Episcopus ad omnia, quæ non repugnant muneribus Episcopalibus.

Dicere autem cum Soto non remanere innodatum voto paupertatis, est dicere non remanere Religiosum; quia Religio sine tali voto caret essentia.

Nec obstat textus in *d. Can. statutum*: ubi eximitur à regola professionis; nam intelligitur quoad incompatibilia.

Incipit autem talis exemptio à die, quo Episcopus confirmatur; nam à tali die revera est Episcopus quoad Jurisdictionis actus; & sic desinit esse sub potestate Superioris. Lessius 2. *de justitia cap*. 40. *dub*. 14. *num*. 133. & transit sub speciali ape Jurisdictione. *cap. inter corporalia*, v. *sicut enim*. *de translatione Episcoporum*, & quando textus in *Can. statutum*. dicit electione Canonica liberari à regula, debet subaudiri electione Canonica confirmata. — 1658 Eximitur à professione dum confirmatur.

Ejecti ob culpam.

1659 Ejecti, & ter moniti.

REligio ejicere valet ter monitos desperatæ correctionis Religiosos. *cap. finali. de Regularibus*, ibi: *Ejectos de ordine suo*. *cap. cum ad Monasterium*. 6. *de statu Monachorum*. D. Augustinus *in Regula cap*. 20. D. Benedictus *in Regula cap*. 28.

Quæ expulsio potest esse perpetua, ità ut nunquam amplius Religionem ingredi valeat, dimisso etiam habitu. Et potest esse ad tempus, ut corrigatur; ità ut quolibet anno sollicitè requiratur, an correctus sit, & correctus debet admitti, qui si adhoc incorrectus nolit obedire, excommunicatur. *cap. finali. de Regularibus*. — Si in perpetuum rejiciantur.

Secundo, ejectio potest esse perpetua, ut etiam si velit, definitivè excludatur, ad aliorum exemplum, & potest esse conditionalis, donec aliter visum fuerit, prout rescindenda, vel incidenda pars putrida corrodens irrescissa vicinas partes, *Can. resecanda*. 24. *qu*. 6. D. Thomas *quodli-* — 1660 Etiamsi velint, non recipiuntur: secus si ad tẽpus.

beto

beto 12.*art.finali*.D.Bonaventura *in Regula Divi Francisci qu.*14. Nec enim perpetuò incorrigibilem carcere detinere debet, ut concludunt post plures, Sanchez 6.*Decalogi cap*.9. Bonacina *de Clausura qu*.2. *punct*.12.*num*.4. contradicente Abbate in *cap.cum ad Monasterium num*.13. *de statu Monachorum*.Angelo v.*Abbas num*.18.

Requisita ut incorrigibilis expellatur.

1661 Exponuntur requisita ad ejiciendũ professum.

NEquit primo ex alio, quàm ex capite incorrigibilitatis expelli. Secundo debet ter moneri. Tertio debet per annum carcere, jejunio, & pœnitentia probari. Quarto non resipiscens, solùm à generali consilio, & consensu sex ex gravioribus viris Religionis, electis in Capitulo, vel Congregatione generali, ille expelli valet. Quinto causa incorrigibilitatis probata, debet constare ex actis, ex decreto Urbani VIII. isto 22. *Septembris* 1624. relato à Bonacina *qu*.2.*de Clausura punct*.12. §.1.*num*.5. *&* 6. Sexto requiritur hodie, ut consulatur Sedes Apostolica, ex decreto Sacræ Congregationis apud Lezzanam *tom*.1. *cap*. 25. *n*.17. Pellizzarius *de Monialibus cap*.3. §.1.*n*.22.

At difficultas est:

An Monialis incorrigibilis expelli valeat?

Monialis expelli potest. Sed id non expedire videtur.

ABsolutè negat Bonacina *loc.cit.num*.9. affirmat jure expelli posse Sanchez 6. *Decalogi c*.9.*n*.6. Pellizzarius *loc.cit*, *num*.22. at asserunt id bono communi non expedire; in quo non video cohærentiam: nequit enim esse de jure sancitum, quod aversetur bono communi, & scandala foveat. *Can.erit*.2.*dist*.4.

An Religio teneatur quæsitos admittere, expulsos carcerare, præstitis alimentis?

1662 Jure Religio teneretur perquirere ejectos.

DIstinguas jus à consuetudine. De jure secundum jus, affirma. ex *cap.finali.de Regularibus*: ubi Abbas *num*.3. Cardinalis *qu*. 2. *num*.2. Ancharanus *num*.6.D.Antoninus 3.*par. tit*.16. *cap*.5.§.1.

Consuetudine non facit. Consuetudine, nega, nam de facto nemo expulsos perquirit. Azorius *tom*.1. *lib*.12. *cap*. 17. *quæst*.1.Sanchez 6.*Decalogi cap*.28.*num*.46.

An Ejecti remaneant professi?

1663 Ejecti ad tẽpus remanẽt professi.

SI remanent professi, remanent votis saltem essentialibus adstricti. Primo, Ejecti ad tempus donec corrigantur, remanent professi; nam correcti sine nova professione recipiuntur. Bonacina *loc.cit*. §.3. *num*.6. Secundo, Ejecti à Societate Jesu post biennium sunt liberi à professione, nisi fortè ut dimittantur, delinquant. Bonacina *loc.cit*. post Sanctarellum *de Apostatis*

1664 In perpetuũ non solvuntur à tribus votis.

cap.7.*dub*.2. *num*. 11. Sanchez *loc.cit*. *num*.69. Tertio, ab aliis Religionibus solemniter professi si ejiciantur, sunt soluti ab aliis votis, præter tria illa vota essentialia secundùm Sanchez 6. *Decalogi cap*.9. *num*.76. Vega *par*.2. *Summa cap*.86.*casu* 16.& probabile ait Bonacin. *loc.cit. num*. 4. At oppositum absolutè docet Caramuel *regulari num*.556. & ut probabiliùs Bonacina

Soluti sunt à singulis.

loc. cit. Quarto, regulis, & observantiis cæteris non teneri, quia Monasticam vitam non sequuntur, à qua sunt expulsi, ità ut nec habitum teneatur deferre, spoliatus illo à Religione. Sotus 7.*de justitia qu*.2. *art*.1. *ad tertium*. Aragonius 2. 2. *q*.55. *art*.3. Sanchez *loc.cit.num*.51.*&* 52. Manuel *tom*.2.*quæst*.30. *num*.29. sed oppositum scilicet teneri jejuniis, orationibus, cæterisque ait D.Antoninus 3.*par.tit*.16.*cap*.5. §.3. *in fine*. Angelus v. *Religiosus num*.42. Armilla v.*Religio num*.15. Bonacina *loc.cit*. §.3. *num*.5. v. *respondeo juxta*.

Tota enim difficultas est circa vota solemnia essentialia. Et primo, non teneri voto obedientiæ, docet Sà v.*Religio nu*.40. Toletus *lib*.4. *Summæ cap*.18. Manuel *to*.2.*Summa cap*.95.*n*.12.Sorbus *de privilegiis Mendicantium v.Ejicere, in annotatione*. Navarrus *de Regularibus commento* 2. *num*. 36. Sayrus *tom*. 2. *Thesauri lib*. 6. *cap*. 9. *num*. 26. 1665 Circa vota var a DD. placita.

Sed oppositum, scilicet voto obedientiæ teneri asserit Sanchez *loc.cit*. à *num*.25. *&* 27. dans novem Doctores. Caramuel *regulari à nu*. 556. 557. 558. *&* 559. quia remanet ejectus Religiosus, non tamen per hoc tenetur obedire Episcopo. Doctores citati contra Zerolam *in praxi Episcopali par*.2.v.*Regulares*, nec aliam Religionem ingredi, nam non se adstrinxerunt voto professionis in genere. Molina *disp*.140. Lessius 2. *de justitia cap*.41.*dub*.5. Sotus 7.*de justitia quæst*.2. *art*.1.*ad tertium*, contra Divum Bonaventuram *in Regula Divi Francisci quæst* 14. *in fine*. Silvestrum v. *Religio* 6. *quæst*: 12. ajentes ab Ejectis petendam aliam Religionem.

Possunt tamen si velint sine licentia Superioris, & Papæ ingredi aliam Religionem, ut possunt liberè in seculo remanere. D. Antoninus 3.*par.tit*.1. *cap*.4. *in fine*. Sà v. *Religio num*. 40. contra Suarium *tom*.5. *disp*. 22.*sect*.5. *num*. 22. exigentem dispensationem Papæ, contra Angelum v. *Religiosus num*. 42. requirentem licentiam Superioris Religionis expellentis; nequit tamen ad id compelli, nisi fuerit expulsus sob conditione, ut ingrediatur aliam Religionem. Navarrus *commento* 4.*num*.71. *de Regularibus*, contra Passarellum *de privilegiis Minimorum cap*. 16. 1666 Ejecti possũt aliam Religionem ingredi.

Votum paupertatis cessare in perpetuò Ejectis sine spe reintegrationis, etiam stante correctione, docet Sotus *lib*.7.*qu*.2 *art*.1.§.*tertium argumentum*. Jo: Franciscus Suarez 3. *Enchiridii*, §. *de voto obedientiæ*. Sanchez in *Floribus par*.2. *tract. de voto quæst. unica. art*. 2. *diffic*. 8. Toletus 4.*Summa cap*.18. *num*. 1. Sayrus *lib*.6. *Thesauri cap*.9.*num*.26. & alii, ajentes desinere esse Religiosum. Manuel *tom*.2.*Summa cap*.95. *num*.11.Sà v.*Religio num*.40. quia non amplius alimenta percipit à Monasterio: at teneri paupertatis voto in se, & tantùm suspendi ejus obligationem, ità ut valeat Ejectus pro libito disponere etiam ad malos usus, & transferre dominium, docet Molina *tom*. 2. *disp*.529. Lessius 2. *de justitia cap*. 41. *dubitatione* 15. *num*. 113. Sanchez 6. *Decalogi cap*.9. *num*.27.*&* 30. dans plures Doctores. Caramuel *regulari num*. 556. *&* 559. 1667 Quid circa votum paupertatis.

Auctoris judicium.

PRofessio characterem non imprimit, & irritatur multis ex causis, nam habet essentiam contractus onerosi, qui licèt absolutus, pluribus rescindi valet emergentibus incidentibus, sic donatio, locatio, licèt purè inita, superveniente aliquo tollitur. *l. si unquam, & finali*, 1668 Auctor suũ interponit judicium.

Cod.

Cod. de revocandis donationibus. l. ade. 3. Cod. de legato. Caramuel *intentionali num.* 697. Mantica *de tacitis tit. 7. num. 17.* sic professio post biennium Societatis evanescit, emissione sequuta.

Difficultas ergo est tota in indagando, an Ejecto incorrigibili perpetuò, ut etiamsi corrigatur, non admittatur sine novo tyrocinio, extinguat professionem; nam si extinguit, solvuntur omnia, si non extinguit, remanent omnia.

1669 Producuntur rationes utriusq; sententiæ. I docet remanere religiosum, aliter reportaret commodum.

Demus utriusque partis rationes, & tu illi subscribas, cui veritas adhæret. Docent communiter remanere Religiosum.

Probant primo, quia aliàs commodum reportaret ex incorrigibilitate, dissoluta professione cum votis, & tamen nemo ex delicto reportare debet commodum. *cap. 1. de postulatione Prælatorum. cap. Sedes Apostolica. de rescriptis.*

Nihil probat hæc ratio. Primo, quia incommodum gravissimum est ejici post tot erumnas, & pœnas cum dedecore. Secundo, quia inde inferretur teneri etiam ad observantias Regularum, quod ab ipsis negatur. Tertio, quia non servans vota non lucratur, sed amittit meritum superioris ordinis, & communicationem cum tota Religione.

1670 Et in votis solennibus non dispensatur à superiore, & rarò à Papa.

Secunda ratio est à Bonacina *quæst. 2. de Clausura punct. 12. §. 3. num. 2. & 3.* quia in votis solemnibus nequit Superior dispensare, & Summus Pontifex rarissimè dispensat. Sed respondetur hic non dispensari, sed desinere professionem tanta status mutatione, ex defectu voluntatis se obligantis; non enim prudenter se obligasset in tam exorbitanti mutatione.

Professio imbibit essentiam cōtractus onerosi.

Tertio probat probè Caramuel *in regulari num.* 553. quia vota solemnia sunt absoluta pro tota vita, nec pendent à voluntate solius professi, sed etiam Religionis acceptantis, cum imbibant essentiam contractus professionis.

Sed ex dictis patet contractum purum imbibere multa tacita, & ex multis supervenientibus rescindi posse, licèt perpetuus sit. ex regula: facta intelliguntur, rebus sic stantibus. & requiritur in professione mutuus consensus. nec Superior potest velle obligare professum pro casu rarissimo, pro quo professus non se obligasset.

1671 Altera dicit votum regulari ad instar legis; quæ non jubet rarissima.

Pro altera parte, scilicet quod solvatur professio, subveniunt sequentes rationes. Prima, votum regulatur ad instar legis. Sotus *7. de justitia quæst. 2. art. 1. §. præterea.* Lex autem rarissima non comprehendit. *l. nam a. lex, D. de legibus.* At rarissimus casus ejectionis incorrigibilis, ità ut nec deindè correctus admittatur, plerumque incognitus, nec volitus.

Etiam contractus perpetui rescinduntur ob accidens inopinatum.

Secundo, contractus perpetuus rescinditur, si aliquid superaccidat inopinatum; ergo etiam professio.

Sicuti promissiones.

Tertio, omnis promissio intelligitur rebus eodem modo permanentibus, non verò notabilissimè mutatis, ut est casus perpetuæ ejectionis.

Nec officit quod ipse sit ejectionis causa, & sic debeat non lucrari ex ejectione, nam incorrigibilitas satis punitur pœnis in Religione statutis ex ipsa ejectione: imò ipsa professionis rescissio est etiam pena, qua etiam honorabili Religiosi nomine orbatur, & privatur subsidiis, meritisque, ut non perdit, qui fit Regularis.

1672 Nemo se obligat si prudenter sciret se non debere obligari.

Quarto, nemo obligatur in casu, in quo prudēter se non obligasset, & prudenter nō se obligasset in casu perpetuę ejectionis, quia se obligasset ad servanda, quæ intra Religionem non servavit tot impulsus minis, exemplis: at extra illis destitutus calcaribus, Vota, Regula ruinæ, non salutis, ac perfectionis occasionem protruderent, non ergo prudenter pro tali casu se obligasset.

Quinto, quia id non est laxare habenas effrenis, ac pœnam impatienti, sed ast consulere jus animæ, amovendo ruinæ occasiones, & excogitatæ rationes non sunt, ut secedamus à communi, sed tantùm ut aliis aperiamus aditum ad inquirendam ulteriùs introrsus veritatem, cùm rescissio professionis non constet jure positivo in expulso, est declinandum ad rationes juris naturalis. Tu solvas propositas, nam facillimè solvuntur, & mecum adhæreas asserendo remanere Religiosum, ità ut teneatur etiam ad Regulam quantum potest observandam, cum Sylvestro v. *Religio. 6. quæst. 17.* Angelo v. *Religio 4.* Layman *de statu Religionis c. 13.* Caramuel *regulari n. 556. & 559.*

Concluditur remanere Religiosum.

Cujus sint bona Ejecti morientis extra Claustrum.

1673 Bona Ejecti mortui sunt Cameræ Apostolicæ.

AD tollendam opinandi diversitatem, Cameræ Apostolicæ illa addixit Gregorius XIII. in Bulla *Officii Nostri*. Barbosa in *cap. ne Religiosi n. 14. de Regularibus.* Bonacina *quæst. 2. de Clausura puncto 12. §. 7. num. 3.*

Damnati ad Triremes.

1674 Damnati ad triremes perpetuò nō tenentur ad regulas, & vota.

AD tempus, non perpetuò tenentur, prout observare valent Regulam cum votis, ut etiam tenentur Ejecti ad tempus; nam hujusmodi redire elapso tempore tenentur, & redeuntes quærendi sunt, & cogendi ut redeant, ne vagandi aditus aperiatur, de quibus loquitur textus in *cap. finali. de Regularibus.* Sanchez 6. *Decalogi cap. 9. num. 58.* Bonacina *de Clausura qu. 2. puncto 12. §. 3. num. 6.*

De Apostatis, & Fugitivis.

1675 Apostatæ tenentur ad Regulas.

ISti extra Claustrum existunt ob delictum, & tenentur redire, ac se corrigere juxtà Regulam, & vota, cui Regulæ, & votis adstricti sunt. *cap. finali. de Regularibus*, & delinquunt etiam existendo extra, ut deliquerunt egrediendo.

1676 Fugitivus habet animum redeundi.

Fugitivus est fugiens ad tempus Claustrum animo redeundi, recedente severo contrario Prælato, sivè deferat, sivè non deferat habitum. *l. quis sit fugitivus, D. de ædilitio edicto.* Valentia 2. 2. *disp. 1. quæst. 12. art. 1. dub. 2.* Bonacina *de Clausura quæst. 2. punct. 12. §. 1. n. 5.* dans octo Doctores.

Et id faciens justa causa non est fugitivus.

Ex justa causa fugiens, carceres effringens, ut Superiorem adeat, non est fugitivus, nec delinquit contra Tridentinum *sess. 25. cap. 4. de Regularibus*, prohibens adiri Superiores sine licentia, quia non loquitur de iniquè vexatis, nec de damnatis ad mortem, ad mutilationem, ad carcerem perpetuum, ut fame pereant, nam tunc cum hoc sit contra naturalem inclinationem, ac durissimum, non videtur illicita effractio, ut adeatur Superior, rogandus ut pœnam relaxet, moderetur. Baldus in *cap. ad nostram. num. 4. de appellationibus.* Sà v. *Religio num. 71.* Sanchez 6. *Decalogi cap. 8. num. 15. & 16.* ajens

absolutè secularem posse à carcere fugere, non Religiosum, nisi morte, mutilatione, carcere perpetuo plectendum, quia damnatur, ut detineatur, non ut spontè perseveret.

1677 Fugitivus est excommunicatus si absque causa habitum deserat.

Pœna fugitivi est excommunicatio, si sine causa habitum dimittat. *cap. 2. ne Clerici, vel Monachi*: ubi Glossa v. *temerè*. Francus *n.7.* qua ligatur etiam non fugitivus extra, vel intra Claustrum dimittens habitum temerè per longum tempus, non verò per breve tempus, puta per horam ob causam honestam, vel turpem, puta ut incognitus delinquat; non enim censetur dimitti brevi resumendus habitus. *l. divortium 3. D. de divortio*. Cardinalis in *Clement. 2. num. 4. quæst. 3. de vita, & honestate Clericorum*. Sayrus *lib. 3. de censuris cap. 33. num.* 13. Toletus *lib. 4. Summæ cap. 28. lib.* 3. Azorius *lib. 12. cap. 13. quæst. 5. casu* 16. contra Suarium *tom. 5. de censuris disp. 23. sect. 4. num.* 31. ajentem excommunicatum delinquentem brevi tempore dimittentem habitum.

1678 Apostata habet animum non redeundi ad Religionem.

Apostata est, qui retento, vel dimisso habitu recedit, animo ampliùs non redeundi ad Religionem. Bonacin. *loc. cit. num.* 1. dicens non esse Apostatam, ingredientem post fugam laxam Religionem, in quam ab initio contendebat. Lessius *2. de justitia cap. 41. dub. 15. n.* 139. Manuel *Regularium tom. 1. quæst. 30. art.* 2. habens autem animum redeundi, vel tegens suum habitum non est Apostata. Sanchez 6. *Decalogi cap. 8. n. 5.* contra citans duodecim Doctores.

Pœna Apostatæ.

1679 Apostata punitur excomm. ipso facto.

PRimo, Apostata rejiciens, non verò detinens habitum, est excommunicatus ipso facto. *cap. 2. ne Clerici, vel Monachi in* 6. Modò ex privilegiis, etiam habitum non dimittens est excommunicatus, reservata excommunicatione Papæ, ut in Societate Jesu in Bulla: *Ascendente Domino*, cujus communicatione eodem modo excommunicari Moniales Apostatrices putat Pellizzarius *de Monialibus cap. 8. num.* 10.

1680 Et suspenditur ab ordine suscepto in Apostasia.

Secundo, nequit exercere Ordinem Sacrum susceptum tempore Apostasiæ. *cap. fin. de Apost.*

Non possunt eligi in Superiores.

Tertio, etiam emendati reversi, non possunt eligi in Superiores, ad officia, secundum Archidiaconum in *cap. 2. num. 1. ne Clerici, vel Monachi in* 6. licèt posse eligi ibidem *num.* 3. velit Ancharanus.

Ubique capi possunt.

Quarto, possunt à suis Superioribus Apostatæ ubique locorum capi, deprehendi, etiam implorato brachio seculari. Navarrus *commento 3. de regularibus num. 50.*

De Clausura Monialium.

§. VI.

1681 Quid sit Clausura Monialium.

CLausura Monialium est, qua pars interior muris clauditur, à qua nequit egredi, & in quam nequit ingredi sine legitima licentia. Trident. *sess. 25. cap. 5. de regularibus*, ibi: *ingredi intra septa Monasterii*. S. Pius V. in Bulla: *Circa Pastoralis*. Gregorius XIII. in Bulla: *Deo sacris*. Lezzana *tom. 1. cap. 25. nu.* 28. Lupus *casu 13. num.* 9. Corinlanus *casu 3. num.* 7. Pellizzarius *de Monialibus cap. 5. sect. 1. num.* 1.

1682 Nequit habere aditum ad Ecclesiam publicam.

Ad Clausuram specialiter spectat, ne adsit Monasterio porta ad Ecclesiam publicam, sed tota debet esse muro obserata Clausura. Gregorius XIII. in Bulla incipit: *Deo sacris Virginibus. 1657. 3. Kalendas Januarii.*

1683 Clausura est Juris humani.

Est meri juris humani, introducta pro fovenda honestate nullis exponenda periculis, scandalis. *cap. periculoso. de statu Regularium in 6.* Trident. *sess. 25. cap. 5. de Regularibus.* S. Pius V. *Circa Pastoralis Officii.* Gregorius XIII. *Deo sacris.*

In Clausura Monialium duo observanda, & Orationem ad se convertunt. Primum est egressus. Secundum ingressus. (2)

Egressus à Monasterio.

1684 Interdicitur egressus Monialibus.

MOnialibus severissimè interdicitur vi Clausuræ. Tridentinum *loc. cit.* S. Pius V. Gregorius XIII. *locis cit. cap. unico. de statu Regularium in* 6. Eugenius IV. *Ordinis sui.*

Quæ nuncupatione Monialium veniant?

1685 Novitiæ nō venire nomine Monialium. Et. si Conversæ professæ veniant.

CLausura tenentur non Novitiæ, nam de his jura non loquuntur, nec cœteræ non Professæ, sed tantùm Moniales, etiam Conversæ, Tertiariæ solemniter professæ, cujuscumque Religionis approbatæ, avverruncatis omnibus privilegiis. Tridentin. *sess. 25. cap. 22. de Regularibus.* S. Pius V. *Circa Pastoralis.* Suarez *tom. 4. de Religione lib. 1. cap. 8. num.* 19. Sanchez 6. *Decalogi cap. 15. num.* 16. Bonacina *de Clausura quæst. 5. punct. 2. num. 2. &* 3.

Qui Clausuræ invigilare debeat.

1686 Episcopus in subjectis Clausur. ordinaria, in exemptis delegata utitur auctoritate.

EPiscopus in sibi subjectis potestate ordinaria, in aliis sibi non subjectis, etiam Regularium, vel subjectis Sedi Apostolicæ immediatè, ut Delegatus Sedis Apostolicæ. Tridentinum *sess. 25. cap. 5. de Regularibus*, ibi: *Sancta Synodus, universis Episcopis sub obtestatione Divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ, præcipit, ut in omnibus Monasteriis sibi subjectis, ordinaria, in aliis verò Sedis Apostolicæ auctoritate, Clausuram sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi inviolata est, conservari maximè procurent; inobedientes, atque contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacumque appellatione postposita, compescentes, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.*

1687 Et etiam in subjectis Regularibus decisū posse dicta auctoritate uti.

Idque etiam quoad subjectas Regularibus practicatum est, post longam discussionem Rotæ, Neapoli in Monasterio Sanctæ Claræ, & Reginæ Cœli; & ità docet Zerola in *praxi Episcopali editione 2. par. 1. v. Moniales quæsito 4. &* 8. contra Sanchez 6. *Decalogi cap. 15. num.* 21. Bonac. *loc. cit. de de Clausura quæst. 1. punct. 6. num.* 1.

1688 Nomine Ordinarii non venit Vicarius etiam Capitularis, si procedatur ex delegatione.

Nomine Episcopi hic venit Vicarius Generalis, & Capitularis in subditis, non verò quando Episcopus utitur Delegatione Apostolica. Sanchez *loc. cit.*

Seculares non præstātes auxilium sunt excom.

Seculares implorati, brachium non præstantes, ipso facto sunt excommunicati, excommunicatione non reservata. Trid. *sess. 25. cap. 5. §. quod auxilium. de Regularibus.*

An

(1) Etsi Clausura Monialium sit de Jure humano, tamen optimum erit recolere ejus antiquissimam observantiam, jam nobis à primis Ecclesiæ Seculis traditam, quam conatus est Gonzalez ostendere ad *cap. cum dilecta. 22 de rescriptis n. 3. & ad cap. Monasteria. 8. de vita, & honest. Cleric. n. 9.* Tamen nullum post se relinqui visus est eruditissimus Jo: Baptista Thiers in peculiari Opusculo Gallicè conscripto: *De la Clôture des Religieuses*, ubi eruditè edisserit quidquid circa earum egressum, & aliorum ingressum dici potest, solidè comprobans hanc Regularem Disciplinam Ecclesiæ traditione, & Ecclesiasticis monumentis undequaque quæsitis.

An Moniales ex causa possint egredi?

1689 Ex causa gravi possunt egredi. AFfirma: si causa sit gravissima. *cap. periculoso. in principio*, ibi: *nisi fortè tanta, & tali. de statu Regular. in* 6. Trident. *sess.* 25. *cap.* 5. ibi: *nisi ex aliqua legitima causa.* Bulla S. Pii V. *Decori, & honestati.*

A quo causa egressus sit approbanda.

1690 Quæ causa ab Episcopo est approbāda. AB Episcopo. Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 5. ibi: *ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda: indultis quibuscumque, & privilegiis non obstantibus.*

Quæ sint hujusmodi causæ.

1691 Causæ egressus sunt incendium, lepra, morbus epidemialis. SUnt expressæ à S. Pio V. *Decori, & honestati.* Si adsit primo incendium Monasterii. Secundo lepra. Tertio epidemialis morbus, ità ut nequeat existere sine periculo aliarum. Sanchez 6. *Decalogi cap.* 15. *n.* 31. Lezzana *tom.* 1. *cap* 25. *num.* 20. Bonacin. *de Clausura quæst.* 1. *punct.* 9.

Morbi contagiosi. Nomine morbi epidemialis exprimitur morbus omnis contagiosus, sivè primo proveniat ex influxu syderum malefico inficiente aerem, & excurrente per populos, & dicitur *Epidemia*, sivè secundo promanet ex sublunari corruptione, puta ex putredine cadaverum, universaliter etiam inficiens, & dicitur *Pandemius* morbus; sivè promanet ex qualitate propria loci, situs, ciborum, afficiens solùm existentes in illo loco malè affecto, & dicitur *Hentemius*. Semper namque excurrit contagiosè, & potest totum inficere Monasterium.

Incursus infideliū, belli statio, &c. In similibus etiam, & urgentioribus causis valet concedi egressus licentia, puta incursus infidelium, belli statio Monasterio proxima; morbus pestilentialis Gallicus; enim verò vitæ solus Dominus Deus, & præceptum vitæ servandæ Divinum, humano juri subesse nequit. Guttierez 1. *Canonicarum cap.* 18. *num.* 9. Cœnedus *collectan.* 31. *num.* 2. *ad sextum Decretalium.* Sanchez dans octo Doctores, 6. *Decalogi cap.* 15. *num.* 37. 43. *&* 44. Bonacin. *de clausura qu.* 1. *punct.* 9. *num.* 6. & *de legibus disp.* 1. *qu.* 5. *punct.* 3. *num.* 19. Bordonus *tom.* 3. *resol.* 76. *num.* 73. Diana *part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 105. *& par.* 2. *tract.* 15. *resol.* 23. contra plures apud eosdem.

An lex Clausuræ tollere valeat jus naturale, aut Divinum tuendæ vitæ, famæ suæ, vel Monasterii?

1692 Lex Clausuræ non tollit Jus tuendæ vitæ, famæ. NEga: primo, quia Lex Divina est superioris ordinis, ut etiam Lex naturalis. Secundo, quia Lex humana non obligat cum gravi onere. *Cau. erit* 2. *dist.* 4. Layman *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 19. *num.* 4. Et sic invasa posset fugere injustum aggressorem vitæ, famæ, honoris; ne vitam, famam, honorem, virginitatem persistendo amittat, & ipsa, & Monasterium infametur, ut etiam ad servandam suam, & Monasterii famam utero gerens edere extra septa sobolem posset, si aliàs infamaretur ipsa, & Monasterium. Pellizzarius *de Monialibus cap.* 5. *sect.* 2. *nu.* 61. Tamborrinus *de jure Abbatissarum disp.* 19. *quæst.* 4. *ad* 12.

An cessante causa legitima egressus, statim Clausuram rectà via repetere teneatur?

1693 Cessantibus dictis causis tenētur iterùm ingredi sub gravi. AFfirma: *cap. periculoso, unico, §. verum quando*, ibi: *quamprimum commodè poterit. de statu Regular. in* 6. S. Pius V. in Bulla: *Decori, & honestati*, ibi: *nisi ad necessarium tempus stare licet.* Guttierez *lib.* 1. *Canonicar. c.* 14. *in fine*, ità ut graviter peccet morando, deviando. Manuel *tom.* 1. *Regularium quæst.* 47. *art.* 11. nisi excusat levis materia, quæ in mora est duorum dierum, sive in interviatione novem leucarum; scilicet vigintiquinque milliarium; fortè ad invisendos parentes, consanguineos, imagines sacras, familiares. Bonacin. *de Clausura q.* 1. *punct.* 9. *n.* 21. *in fine.* Barbosa *de potestate Episcopi allegat.* 102. *num.* 88. Pellizzarius *de Monialibus cap.* 5. *sect.* 2. *num.* 55. — 1694 Ob quam nō sunt excom. licitè egressæ.

Non enim talis mora, & deviatio graviter est in fraudem Clausuræ. Guttierez 1. *Canonicarum cap.* 14. *in fine.* Naldus v. *Clausura num.* 5. Persistentes autem diuturniùs, vel devians enormiter peccat mortaliter, sed censuras non contrahit justè egressa, quia hæ latæ non adversus commorantes, sed illicitè egredientes. Sanchez *loc. cit.* Pellizzarius *loc. cit. num.* 56. contra Palaum *tract.* 16. *disp.* 4. *punct.* 9. *num.* 21. — 1695 Diuturniùs immorantes peccant.

An ultra causam legitimam requiratur licentia Episcopi in scriptis, etiam in egressu Monialis subjectæ Regulari?

AFfirma: ità ut in subdita Regulari exigatur Episcopi, & Regularis Superioris licentia. Trident. *sess.* 25. *de Regularibus cap.* 5. ibi: *ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda*: ubi Barbosa *num* 45. S. Pius V. *Decori, & honestati*, ibi: *per Episcopum, seù alium loci Ordinarium, etiamsi prædicta Monasteria ab Episcoporum, vel Ordinariorum jurisdictione exempta esse reperiantur, cognita, & expressa in scriptis approbanda sit*; & Bulla, quæ incipit: *Circa Pastoralis.* Bordonus *tom.* 3. *resol.* 76. *num.* 88. Pellizzarius *de Monialibus cap.* 5. *sect.* 1. *n.* 10. — 1696 Requiritur quoque licētia ab Episcopo, & Superiore. Regulari danda Moniali eidem subjectæ.

An si periculum sit in mora, puta conflagrante toto Monasterio, infidelibus ex insidiis invadentibus repentè, requiratur talis licentia?

NEga, quia necessitas non habet legem. Sanchez 6. *Decalogi cap.* 15. *num.* 62. dans sex Doctores Bonacina *de Clausura quæst.* 1. *punct.* 8. *num.* 5. Pellizzarius *de Monialibus cap.* 5. *nu.* 16. *& num.* 44. rectè volentes deinde monendum Superiorem de egressu, ut consulat quid agendum. — 1697 Si sit periculum in mora non requiritur talis licentia.

An Monialis exire valeat ad fundandum, ad reformandum, vel ut alterius Monasterii sit Abbatissa, janitrix necessaria?

AFfirma: de licentia Sedis Apostolicæ. Zerola *part.* 2. *praxis Episcopalis*, v. *Monialis dub.* 8. *&* 12. Bonacin. *de Clausura quæst.* 1. *puncto* 9. *num.* 10. Barbosa *de potestate Episcopi allegat.* 102. *n.* 20. Sanchez 6. *Decalogi cap.* 15. *n.* 45. *& seq.* contra Rodriquez *tom.* 3. *Summa cap.* 49. *ar.* 5. *n.* 4. & alios apud Dianam *part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 127. ajentes sufficere consensum Superioris Monialis sine licentia Papæ. — 1698 Monialis potest egredi ad fundandū Monasterium.

Pontificius assensus non requiritur in translatione Monialium de Monasterio ad Monasterium, sed satis consensus Ordinarii, traslatione facta honestissimis concomitantibus. Pellizzarius *cap.* 5. *§.* 2. *de Clausura.*

An egredi valeat ad sublevandam extremam miseriam Parentum.

AFfirma: si aliter succurri nequeat, quia est præceptum naturale, & charitatis, quæ — 1699 Et ad juvandum parentibus extremè indigentibus.

fortè obligat etiam stante gravi parentum necessitate. Pellizzarius *de Monialibus cap.5.sect.2.num.65*, negans id licere in gravi, non extrema necessitate, semper tamen requiritur licentia Episcopi.

An Episcopus valeat formalem Clausuram custodire, etiam exemptarum?

1700 Colloquutio cum Monialibus prohibita etiam cum exemptis.

Formalis Clausura hic sumitur pro collocutione, ità ut possit prohibere Monialibus exemptis, ne colloquantur cum exteris, & exteris, ne colloquantur cum exemptis.

Quod negatur à Pasqualigo.

Negat utrumque Pasqualigus *quæstionum moralium centuria 2. quæst.165.num.3.* & ne prohibitio afficiat Moniales exemptas, consentit ut probabile Pellizzarius *de Monialibus cap.5.sect.1.num.10.& cap.10.sect.1.num.26.* adducens declarationem suam, & declarationem Sacræ Congregationis. Primo, quia exemptæ sunt ità, ac extra Diœcesim. Secundo, quia deest ratio Clausuræ, comprehendens materialem murorum in Trident. *sess. 25. de Regularibus cap. 5.* Tertio, quia prohibitio hujusmodi emanat ex potestate ordinaria, & circa Clausuram exemptarum exigitur potestas Delegata Sedis Apostolicæ. Tridentinum *loc. cit.*

Tamen affirmativè deciditur.

Sed oppositum tuendum cum Barbosa *de potestate Episcopi allegat.102.num.11.* & in *collectaneis, v. Moniales alloqui, §. final.* ex declaratione Sacræ Congregationis 8. *Augusti* 1621. ubi Episcopus, sive Ordinarius punire valet non Moniales, sed colloquentes cum Monialibus exemptis.

Peccatum egredientis.

1701 Egrediens peccat lethaliter.

Est lethale inobedientiæ contra quatuor præcepta *cap. unico de statu Regularium in 6.* Tridentinum *sess.25.cap.5.de Regularibus.* S.Pius V. in Bulla *Circa pastoralis, & Decori, & honestati.* Gregorius XIII. in *Constitutione* 8.

Pœna egredientis sine legitima causa, & licentia.

1702 Et ipso jure incurrit in Excom. Papæ reservatam.

Prima est excommunicatio ipso jure Papæ reservata, qua ligantur etiam licentiam exeundi concedentes, comitantes, receptantes egressam, si fuerint egressus causa; non verò si jam egressam causa honestatis, honoris, consanguinitatis comitentur, recepent. Bulla S.Pii V. incipit: *Decori, & honestati* (qua pœna non ligantur receptantes, comitantes Novitias, quia Bulla de his non loquitur) Zerola in *praxi Episcoporum v. Moniales q.16. dub.9.* Sanchez 6.*Decalogi cap.15.n.72.* Manuel Rodriquez *tom.1.Regularium quæst.49. art.ult.* Graffius *par.1. decisionum lib. 4. cap. 23. num.17.* Bonacin. *loc. cit. puncto 4.num.5.* à qua censura si sit occulta absolvit etiam Episcopus, cum non sit illi derogatum Trident. *sess. 24. de reform. cap.. 6.* Sanchez 6.*Decalogi cap.15.nu.76.* Bonac.*quæst.1.de Clausura punct.5.num.1.* contra Zecchium *de casibus reservatis casu 10. num. 1.* & posse etiam absolvere Confessarios Societatis Jesu ex privilegio, ait Sorbus *loc.cit.num.11.* (2)

Excipias excommunicationem reservatam latam à Clemente VIII. 1601. contra violantes Clausuram ad malum finem. Pellizzarius *de Monialib.cap.5.sect.1.num.20.*

Secunda pœna est, ut egredientes, & Superiores dantes licentiam egrediendi priventur ipso jure obtentis officiis, dignitatibus, administrationibus, & inhabilitentur ad illa obtinenda, quæ pœna non est reservata Papæ, & contrahitur post sententiam; & sic secuta sententia tantùm Papa absolvit, ut pœnam qui tulit, tollat. Molina *tom.1.de justitia disp.96.columna 2.* Sanchez *loc. cit.* Pellizzarius *de Monialibus cap. 5. sect.2. num.27.* 1703 Et puniuntur Superiores talem licentiam dantes. In his & similibus an requiratur sententia alibi adnotavimus.

An in fractione Clausuræ detur parvitas materiæ?

Affirma, nam est juris humani, cujus honestatis finis non est indivisibilis, sicque recipit partes minores, & majores. 1704 Datur parvitas materiæ in fractione Clausuræ.

Quæ sit parvitas materiæ?

Primo, volunt parvam materiam esse, si aliqua pars, non totum corpus sit extra Clausuram. Sanchez 6.*Decalogi cap 16.num.70.* Bonacin. *de Clausura quæst.1.punct.4.num.2.* & sic ascendentem arborem intra Clausuram, ramu extra Clausuram se extendentem, cui inhæret, toto corpore pendente extra Clausuram, vel fune per fenestram, frangere Clausuram ait Pellizzarius *cap.5.num.78.* 1705 Referuntur variæ DD. sententiæ ad determinandam parvitatem materiæ.

Secundo, afferunt esse levem materiam, si uno pede intra, altero extra Clausuram existat; vel si se prosternens corpore occupet intra, & extra Clausuram, etiam esse parvam materiam, quia complectè non est extra Clausuram, tuetur Sanchez, Bonac. *locis citatis.*

Tertio, utroque pede extra, sed propè Clausuram, etiamsi distet per duos palmos, parvam materiam ait Naldus v. *Clausura num.2.* Graffius *de casibus reservatis casu 5.num.43.* Diana *par. 3. tract.2. resol. 52.* censetur namque moraliter intra Clausuram, ut existentes per passum propè, censetur domi pervenisse: juxtà Brocardicum: *Parum pro nihilo reputatur: quod parum distat, nihil distare videtur.*

Quarto, duplicem parvitatis materiam excogitavit Bordonus *tom.4 resol.119. num.3.* unam in duratione temporis, alteram in quantitate loci.

In quantitate loci quatuor passus extra Monasterium egredi parvam materiam asserit *loc. cit.* Bordonus, quia non est gravis deviatio à fine legis, cum non offendatur honestas graviter. Naldus v. *Clausura n.4.* sed contrarium asserit Diana *par.3.tract.2.res.52.§.difficultas*, & rectè.

In

(3) Vide Propositiones damnatas ab Alexandro VII. quarum 3. hæc habet: *Sententia asserens Bullam Cœnæ solùm prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare facultati Tridentinæ, in qua de occultis criminibus est sermo, anno 1629. 18. Julii in Consistorio Sac. Congregationis Eminentissimorum Cardinalium, visa, & tolerata est.* Consule tamen exponentes dictam Propositionem, quid inde deducant servandum in aliis casibus Summo Pontifici reservatis extra Bullam; Et Auctórem exponentem citatam Propositionem in Anacephaleosi *tit.X.à num.358.ad* 367. Quoad casum hunc Clausuræ vide Fagnanum in *cap.quoniam num.30.de Constitutionibus*, ubi refert à S.Pio V. ademtam esse facultatem Episcopis vigore Trident. absolvendi Moniales secretò delinquentes in materia Clausuræ: Sicut Verde *ubi supra num. 365.* dicit revocatam facultatem istam Religiosis Societatis Jesu.

In tempore, si sit brevissimum, puta per momentum, parvam esse materiam ait *loc.cit.* Bordonus, quia momentum non est in consideratione. *l.finali, Cod.de bonis, quæ liberis.* Idemque admittit in extero ingrediente Clausuram, quia modicissimo tempore durans, durare non dicitur. *l. nam & ego.* 3. ubi Glossa *in fine*, *D. de verbor. signific.* Breve autem tempus est gravis duratio sanctimonialibus extra Monasterium inhibita à Trident. *sess.* 25. *de Regularibus cap.*5.

1706 Sequenda Auctoris monitio.

Tu caveas omnem egressum, & accessum; quis enim præfigere metas valebit muliebri curiositati. (3)

Ex dictis fit primo, non frangere graviter Clausuram Monialis intra rotam faciens se circumgestare in parte exteriori rotæ, nam adhuc est intra parietes Clausuræ. Bonacina *de Clausura quæst.*1. *punct.*8. *nu.*6. Diana *par.*3. *resol.*52. Bordonus *tom.*3. *resol.*76. *num.* 68. Pellizzarius *de Monialibus cap.*5. *sect.*2. *num.*71. contra Portellam *v. Clausura Monialium num.* 25. Comitolum *lib.*6. *Moralium qu.*3.

Secundo non esse materiam gravem pedem, vel caput extra Clausuram ponere, quia moraliter censetur intra Clausuram. & fortè nec est veniale. Sanchez 6. *Decalogi cap.*15 *num.*60. Bordonus *loc.cit.num.*59.

1707 Existens supra tectum videtur non frangere Clausuram.

Tertio, nec existens supra tectum intra limites Monasterii frangit Clausuram, nam moraliter existit intra Monasterium, ut existit quando est in Atrio Monasterii, in solario, in arboribus pomarii. Bonacin. *de Clausura quæst.*1. *punct.*1. *num.*3. Sanchez 6. *Decalogi cap.*15. *num.* 7. Pellizzarius *de Monialibus cap.* 5. *sect.*2. *num.* 78. Diana *par.*5. *tract.*3. *miscellaneo resol.*88. Lezzana *tom.*1. *cap.* 25. *n.*20. gratis ab illa discedens Bordonus *tom.*4. *resol.*119. *n.*2. motus quia supra tectum est ac si existeret extra parietes. Quæ ratio primo nihil evincit, nam moraliter domi est quidquid existit supra domum, cùm domo inhæreat & aves dicantur esse intra pomarium, etiam quando volant intra per aerem intra limites pomarii. Secundo non sibi constat Bordonus; nam ibidem *num.*3. ait levem materiam per quatuor passus extra parietes, cur supra tectum non erit saltem levis materia? At puto nec veniale esse, quia revera intra Monasterium est, nisi arte magica adeò volatu se hæreat supra aerem, ut moraliter non dicatur intra limites Monasterii, ut esset si nulla humana arte & scalis valeret ibi pertingi.

1708 De equitante super murum Clausuræ.

Quarto nec frangit Clausuram æquitans in muro Clausuræ, vel fenestra, nam non excedit limites Clausuræ. Suarius *tom.* 4. *de Religione tract.*8. *lib.*1. *cap.*10. *num.*7. Pellizzarius *de Monialibus cap.*5. *sect.*2. *num.* 25.

De ea, quæ sinit se agitari fune.

Quinto pendens, & inhærens funi motu reciproco agitatæ intra, & extra Clausuram, illam non frangit, quia semper pendet intra Clausuram, nec violatur finis graviter legis indicentis Clausuram, nec inde datur occasio vagandi, & periculum pudicitiæ, de qua in *cap.unico. de statu Regularium in* 6. S.Pius V. *Decori, & honestati.* Secundum quam causam finalem lex declaranda, extendenda, coarctanda. *l.cum pater.* 79. *§.dulcissimis, D. de legatis* 2. & ita ait Bordonus *tom.*4. *resol.* 119. *num.*1. contra Pellizzarium *de Monialibus cap.*5. *sect.*2. *num.*71.

Ingressus in Monasterium.

CLausura hic eisdem terminis, ac supra clauditur.

An, & quo iure prohibeatur ingressus.

1709 Ingressus vetitus jure humano.

AFfirma prohiberi jure humano. *cap. periculoso. in principio*, ibi. *Nulliqus aliquatenus inhonestæ persona, nec etiam honestæ (nisi rationabilis, & honesta causa existat, ac de illius ad quem pertinuerit speciali licentia) ingressus, vel accessus pateat ad easdem. unico. de statu Regularium in* 6. Tridentinum *sess.* 25. *de Regularibus cap.*5. ibi. *Ingredi autem intra septa Monasterii nemini liceat, cujuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda.* Gregorius XIII. *Ubi gratia.* S.Pius V. *Circa Pastoralis.*

Sub pœna excomm.

Quæ personæ ingredi nequeant.

1710 Omnibus etiam Episcopis vetitum ingredi.

OMnes, & quæcumque etiam in dignitate Episcopali constitutæ. Tridentinum *loc. cit.* Gregorius XIII. *Ubi gratia.*

Quæ personæ ingredi valeant.

SUnt in duplici ordine, primus continet personas, quæ liberè ingredi valent, etiam sine causa, alter continet personas exigentes ad ingressum causam, & licentiam. De singulis ordine suo agendum. Et primo:

De personis, quæ etiam sine causa ingredi valent.

1711 Peccare impotentes etiam sine causa ingredi valent.

PRo istis sit prima regula, omnes peccare impotentes, possunt sine causa etiam ingredi. Nam hujusmodi nequeunt lege in esse situ adstringi. Et sic primo carentes rationis usu licitè Monasterium ingrediuntur, nam nequeunt peccare. Tales sunt primò infantes. Secundo amentes, cæterique hujusmodi. Sed in his est controversia prima:

An Moniales licitè admittant infantes ante septennium intra Clausuram.

1712 Infantes ante septennium illicitè admittuntur à Monialibus.

NEga. Naldus, v. *Clausura num.* 5. Comitolus, Homobonus, & alii contra Sanchez 6. *Decalogi cap.*16. *num.*5. dantem octo Doctores, Bonac. *de Clausura q.*4. *punct.*1. *n.*5. Sayrum, Barbosam *de potest. Episcop. alleg.* 102. *n.*32. Riccium in *praxi resol.*648. nam ex Trid. *sess.*25. *de Regularibus cap.* 5. arcentur ab ingressu indistinctè omnes cujuscumque sexus, & ætatis. Secundo, quia cum istis liberius quandoq; flagitia committi valent, personata alio colore libidine. Tertio, quia clamoribus valent turbare pacem Monialium.

Dices cum Bonacina, Sanchez, Pellizzario *locis citatis.* Suario *tom.*4. *de Religione cap.* 10. *num.*2.

(4) Auctori inhærendo existimo non posse sustineri id, quod asserit Bordonus per quatuor passus extra Clausuram egredi, esse parvitatem materiæ, quæ neque ad unum passum admittenda videtur. De reliquo consule viros prudentes in dijudicandis sequentia DD. placita ab Auctore relata, cum potiùs oppositas DD. sententias sequi cautiùs sit.

num.2. cooperari ad ingressum est malum, solùm quando ingredientes peccant; sed infantes ingredientes non peccant; ergo nec Moniales intra Clausuram illos admittentes.

Respondetur primo, hos Auctores sibi non constare, nam hęc ratio convinceret, posse admittere etiam fatuos, cæterosque amentes, & furiosos, qui defectu rationis ingrediendo, non peccarent, & tamen id ipsi negant; igitur major illa assumpta est falsa.

1713 Infantibus non est permissū Clausuram ingredi, sicut & Amentibus.

Respondetur secundo, negando majorem directè, namque prohibetur Monialibus, ne admittant, aut permittant alios ingredi à Gregorio XIII. *Ubi gratia*. Secundo amentes, furiosi nequeunt admitti intra Clausuram, quia in istis non cessat finis, ut non cessat in infantibus. Suarez *loc.cit.num.5.* Barbosa *loc.cit.n.32.* Bonacin. *loc.cit.num.7.* Sanchez *loc. cit. num.8.* Pellizzarius *loc.cit.num.106.*

Vi professionis Monialis existens extra. An possit admitti intra Claustra sui Ordinis, vel alterius.

1714 Monialis egressa potest suum Monasterium, vel aliud ingredi.

Affirma: si velit ingredi suum Monasterium, etiam causa recreationis; nam vi professionis habet jus ingrediendi, nec dicitur, val numeratur inter personas à Tridentino exclusas; & sic itinerans posset hospitari intra Monasterium, etiam sine licentia Ordinarii. Lamas in *methodo curationis in append. §. 11. in fine.* Sanchez 6. *Decalogi cap.16.n.10.* Pellizzarius *loc.cit. num.107.* Bonacin. *loc.cit.quæst.4.punct.1.n.3.*

Et iterans posset ingredi Clausuram diversæ Religionis.

Imò pergens ex legitima causa, non habens proprium, nec aliud domicilium honestum decens, posset etiam ingredi Clausuram diversæ Religionis ad servandam honestatem, decentiam. Sanchez *loc.cit. num.10.* absolutè tamen non licet ingredi alienum Monasterium sine causa, & licentia.

Qui alii seculares sine causa ingredi valeant.

1715 Fulgentes Imperiali, vel Reali dignitate possunt ingredi.

Primo valent ingredi Clausuram personæ specialissimæ, nam generali lege non inclusæ, ut sunt fulgentes imperiali, Reali dignitate, eorumque filii cum honesta familia, & comitatu. Sanch. 6. *Decalogi cap.16.n.3.* Rodriquez *tom.1.regularium qu.48.art.1.* Bonacin. dicens utrumque probabile *de Clausura quæst. 4. puncto 1.num.4.*

1716 Et habentes privilegiū.

Secundo sunt habentes privilegium, & licentiam Sedis Apostolicę, dummodo non fuerint ex revocatis à Gregorio XIII. *Ubi gratia.*

De ingredientibus cum causa, & licentia.

1717 Alii cum causa, & licentia ingrediuntur.

Sunt ceteræ personæ ingredi volentes, sed cum licentia in scriptis obtenta, & causa, de quibus sigillatim. Et primo:

De Requisitis ad licentiam.

1718 Licentia ab Ordinario danda.

Primum Requisitum est, ut detur ab Ordinario. Tridentinum *sess.25. cap.5.* & hic quærimus:

An ille det licentiam, qui tenetur superintendere Clausuræ.

1719 Et superintendente Clausuræ.

Affirma: per causas per quas nascitur res, dissolvitur. *cap.2. de regulis juris.* Sanchez 6. *Decalogi cap.16. num.13.* Bonacin. *de Clausura qu.4.punct.2.n.1.& 5.* Monachus in *cap.unico num. 1.* ubi Francus *num. 5. de statu Regularium in 6.*

An licentia ingrediendi Clausuram subjectarum Regularibus, exigatur ab Episcopo?

1720 Ab Episcopo est petenda licentia, etiā si Clausura sit subjecta Regularibus.

Affirma: quia ex dictis, Episcopi est Clausuræ invigilare, Tridentinum *loc.cit.* & ità ex declaratione Sacræ Congregationis testet Zecchius *de Republica Ecclesiastica tit. de Regularibus cap.3. num.15.* Et se vidisse practicari Neapoli testatur Zerola in *Practica Episcopali, editione 2. par.1. v. Moniales, quæsito 8.* contra Sanchez *loc. cit. num. 13.* id negantem de subjectis curæ Regularium, & concedentem de subjectis Sedi Apostolicæ. Bonacin. *loc.cit.punct.2.n.3.*

1721 Abatissa nequit licentiā dare.

Ex quibus fit secundo, Abbatissam non posse concedere licentiam, quia non spectat ad ejus officium Clausuræ constitutio. Monachus *loc.cit.* Bonac. *loc.cit. n.5.*

1722 Nec qui curam habet ex privilegio.

Tertio fit, licentiam non posse concedi ab illo, cui ex privilegio demandata est cura, & superioritas Monasterii à Papa, nam hic non habet superintendere Clausuræ, & privilegia sunt restringenda, ut minus lædant jura Episcopalia. *l. ius singulare, D. de legibus*: contra Sanchez *loc.cit.* Bonac. *loc.cit. num.4.*

1723 Et licentia sit specialis ad ingressū Clausuræ.

Secundum requisitum licentiæ est, ut sit specialis ad ingrediendum Monasteria, licet possit esse generalis ex parte ingredientium fabrorum, Medicorum, &c. & ex parte Clausurarum. *cap.unico*, ibi. *nisi speciali licentia. de statu Regularium in 6.* Sanchez 6. *Decalogi num.23.* Bonacin. *qu.4. de Clausura punct.3.n.1.*

Atque in scriptis.

Tertium requisitum, ut detur in scriptis. Trident. *sess.25.cap.5.* ibi: *licentia in scriptis*: ità ut nec in conscientia sufficere oretenus concessam voluerit Bonac. *loc. cit. num. 2.* cui repugnat Homobonus *de casibus reservatis part. 2. casu 5. qu. 2.* volens Concilium exigere licentiam pro foro externo, & probabila ait Pellizzarius *de Monialibus cap.5. sect.3.n.158.*

Causa ingressus.

1724 Requiritur causa gravis, necessaria, & manifesta.

Ultra licentiam in scriptis, requiritur causa, quæ debet esse gravis, necessaria, manifesta, hoc est ipsi Superiori nota. *cap. unico*, ibi: *rationabilis, & manifesta causa existat*: ubi Joannes Andreas *num.2.* Ancharanus *num.5. de statu Regularium in 6.* Trident. *sess. 25. cap. 5.* ibi: *in casibus necessariis.* Manuel *tom.1. Regularium cap. 46. art. 8.* & necessitas debet esse urgens, nec sufficit mera utilitas. Gregorius XIII. *Ubi gratia.*

Quando adsit talis necessitas.

1725 Sufficit moralis necessitas.

Existit necessitas, quæ sufficit, si sit Physica, licet non requiratur; cùm hic nomine necessitatis exprimatur quædam moralis necessitas aliquid faciendi, recipiendi, cui commodè occurri nequeat per Moniales, sine extraneæ personæ ingressu, cum enim Clausura sit à lege indicta, & lex debeat esse accommodata humanæ indigenti fragilitati, & sic facilis. *Can. erit. 2. dist.4.*

Hinc censetur causa necessaria moraliter quan-

Illa habetur cũ commode à Monialibus aliquid fieri nequit.

quando aptè commodè nequit per Moniales exequi, satisque, si talis causa probabiliter existat. Barbosa *part.3. de potestate Episcopi allegat.* 102.*num.*45. Sanchez 6.*Decalogi cap.*16.*nu.*40. Bonacin. *de Clausura qu.*4.*punct.*4 *num.*2. Miranda *de Monialibus qu.*2.*art.*4.*conclus.*2.

Qualis necessitas debeat esse.

1726 Variæ necessitates numerantur.

DEbet esse necessitas: primo animæ bonum concernens. Secundo corporis. Tertiu Communitatis. Quarto bonorum. Quinto extraneorum. Animæ Confessarius; corpori Medicus; Communitati Superiores, cæterique subveniunt. De quibus distinctè agendum: & primo: necessitas animæ exigit Confessarium. De quo hic:

Confessarius Monialium.

1727 Animæ, est confessarius, qui ab Ordinario debet approbari.

QUivis Confessarius, etiam extraordinarius exemptarum sanctimonialium approbandus ab Ordinario loci. Gregorius XV. in Bulla incipit: *Inscrutabili*. Et approbatus pro uno, non est pro alio Monasterio approbatus. Gregorius XV. *Constit.*18. cui etiam Novitiæ, Educandæ, cæteræque tenentur confiteri: quamvis has non venire nomine Monialium, ut neç Abbatissa in his odiosis, posseque confiteri aliis, tuentur quidam, quia Gregorius XV. nominat Confessarium Monialium. At tu sta Consuetudini, & Constitutionibus Synodalibus.

1728 Qui est approbatus, etiam mortuo Episcopo.

Approbatus ad Triennium, remanet approbatus etiam mortuo Episcopo. Gavantus in *Manuali*, v. *Monialium cura num.* 7. & potest prorogari, si deficiant alii idonei.

Excepta necessitate, in qua quilibet absolvit.

In necessitate tamen articuli, vel periculi mortis, quivis Sacerdos eas absolvere valet, ne deterioris conditionis sint, ac Laici: idque à primo die infirmitatis periculosæ. Diana post Sanchez *par.*6.*tract.*3.*resol.*96.

1729 Parochi, & Regulares non possunt fieri confessarii Monialium.

Ex declaratione Sacræ Congregationis Parochi, & Regulares nequeunt esse Confessarii Monialium. Imò Regulares extra casus necessarios nequeunt colloqui, etiam quando sunt Confessarii illarum, nec cum illis colloqui etiam per instans Sacra Congregatio ab Alexandro VII. approbata ut infra, apud Barbosam *in Collectaneis* §. 11. Pellizzarius *de Monialibus cap.* 20. *sect.*3.*subsect.*1. *num.*175.

Confessarius quoad Clausuram.

1730 Ad ministrãda Sacramenta valet Confessarius Clausuram ingredi.

AD consulendum saluti animæ ægrotantis exhortatione, monitione imminentis periculi, assistentia morientis, ministratione *Sacramentorum Pœnitentiæ*, *Eucharistiæ*, *Extremæ Unctionis*, licet Confessario ingredi, etiam in initio morbi, idque cum socio ministrante Sacerdoti danti *Eucharistiam*, *vel Extremam Unctionem*, cum non deceat feminas ministrare Sacerdoti. Sanchez 6.*Decalogi cap.*16. *num.* 45. & 46. Imò ingredi valet pro ministrando Sacramento Confessionis, & Eucharistiæ Moniali ægrotanti, ex devotione vehementi petenti Sacramenta, & quoties Monialis ægrotans ait se indigere Sacramento Pœnitentiæ, vel currit obligatio præcepti, Regulæ, & quoties erat solita Sacramenta recipere, etiamsi ex mera spirituali consolatione confiteri velit. Rodriquez *tom.*1.*qu.*47.*art.*4. Sanchez *loc. cit.* Bonacin. *de Clausura qu.*4.*punct.*4. *nu.*4. Imò quotidiè posse ingredi ad dandam Eucharistiam petenti ad liniendam morbi afflictionem, ut ingreditur Medicus corporalis, etiam ob levem infirmitatem. (5)

Etiam ex devotione.

An autem possit sapiùs ingredi ad ministrandam Extremam Unctionem, & Viaticum eidem.

1731 Et quoties eidem infirmæ administrat Sacramenta.

AFfirma: sub illis Regulis, quibus licet Laicis multoties illa Sacramenta ministrari, de quibus Nos *lib.*2. Valet ingredi, ut assistat moribundæ, ut deferat Reliquiam insignem petente infirma. Pejermus *tom.*2.*privilegiorum. Constitutione* 6 S. Pii V *num.* 30.

1732 Si ceciderit Hostia intra Clausuram, eam Monialis decenter velo reponat super patena, vel lingua sumat.

Sed quid si inter communicandum excidat hostia intra Clausuram. Tunc potest porrigi Patena cum velo, ut ipsa Monialis hostiam non tangendo reponat super Patenam. Imò tunc Monialis, cui præbebatur, lingua posset illam sibi sumere, & deinde locum mundare, radere, abstergere, projecta combusta rasione in Sacrarium, cum Rubrica Missalis non exprimat, à quo id agendum, nec est se ipsam communicare, sed lingua accipere hostiam jam Sacerdotis manibus ei porrectam. Secundo non deberet lavari vestis, manus, super quam cecidit hostia; nam non de istis, sed de mappis, & linteis, Rubrica Missalis in specie loquitur. Inquirat tamen fragmenta ea diligentia, quę non sit gravissimum onus. Pellizzarius *de Monialibus cap.* 3. *sect.*3.*subsect.*1. *quæsito* 51.

1733 Et licitum Confessario ingredi ad expellendos Dæmones.

Si Monasterium, aut Monialis infestetur spiritibus immundis, & nequeat Monialis, Crates petere, valet Confessarius ingredi ad exequendum Ecclesiastico Ritu sancita. Sacra Congregatio apud Barbosam in *Collectaneis*, v. *Monialium Clausura quoad egressum*, §.1.

Extraordinarius Confessarius.

1734 Confessarius extraordinarius nequit ingredi, nisi ex speciali licentia.

NEquit ingredi Clausuram sine speciali licentia; & potest tunc ingressus, durante infirmitate pro complenda confessione incœpta, multoties ingredi. Et si pendente confessione urgentissimum negotium illum evocet extra Clausuram, absoluto negotio, reingredi valet, nam moraliter est unus ingressus; nec finis licentiæ, absolutione non data, est positus.

Necessitas Corporis.

1735 Corporis necessitas impellit Medicos, Chirurgos ingredi.

MEdici, Chirurgi, Barbitonsores saluti invigilant corporis: & sic isti ingredi valent Clausuram, si eorum opera est adeò necessaria, ut nequeat aliter Monialibus esse commodè

(5) Ex Constitutionibus nostris Synodalibus adnotandum est in *tit. de Sanctimonialibus*, ubi ex literis encyclicis Sac. Cong. Episcoporum de mandato Innocentii XI. 21. Mart. 1682 sub suspensionis pœna ipso facto incurrenda Confessariis Monialium ita cavetur: *Confessarii in urgenti necessitate Sacramenta infirmis Monialibus administrandi causa Clausuram ingredientes, duobus senioribus Monialibus comitati, recta, & breviori via cellam infirmæ adeant, nec ad alias Clausuræ partes in ingressu, & egressu divertant; Confessiones audiant, duabus Monialibus foris stantibus, à quibus videri, non audiri possint.* Si alia eruditione digna desiderantur, perlegatur Jo: Baptista Thiers in *tract. de Clausura par.*3.*cap.*24.

modè cousultum, & ingredi valet Clausuram Medicus exploraturus pulsum infirmæ erubescencia detentæ, ne portam adeat. Tamburrinus *de iure Abbatum disp.24. qu.6. num.2.* Bonacin.*de Clausura qu.4.punct.4.num.5.*

Necessitas Communitatis.

1736 Si adsit quoque necessitas communitatis. Communitas variis premi necessitatibus manifestum est, quibus multoties nullatenus, vel ęgrè à Monialibus succurri valet, ideò extraneorum auxilium exposcunt. Et sic primo ad inveniendas scripturas Archivii, altèr per alios sine gravissima difficultate non inveniendas, admittitur intra Clausuram Procurator, vel Sindicus.

1737 Operarii necessarii admittuntur. Secundo, pro couservandis, exportandis, construendis Monasterii bonis, admittuntur operarii, artifices, fabri lignarii, bajuli, sartores, si extra Clausuram vestes metiri nequeant. Sanchez 6. *Decalogi cap.* 16. *num.* 42. Bonacin. *de Clausura quæst.4. punct.4. num.* 11. Miranda *de Monialibus quæst.2.art.4. in fine.*

1738 Et famulæ necessariæ communitati, vel particulari. Tertio, famulæ necessariæ Communitati, vel alicui particulari, puta nobili, ingredi valent: sed nonnisi ex rationabili causa mutari valent à particulari. Sacra Congregatio apud Zerolam *par.* 2. *praxis* v. *Moniales, dub.* 5. Sanchez *loc.cit.num.65.* & 66. Bonacin. *loc.cit. num.*10. contra Suarium *tom.4.de Religione lib.1.cap.*10. *num.*1. ajentem pro famulatu particularis non posse ingredi. At peto cur Medicus necessarius particulari ægrotanti, non verò famula sic necessaria ingredi valeat?

1739 Ad stipulandum testamentum Novitię admittitur Notarius cum testibus. Quarto, Notarius una cum necessarijs testibus ingredi valet ad excipiendum, & stipulandum testamentum Novitiæ morientis.

Quibus extraneis necessitas datur:

1740 Educandæ admittuntur cum licentia S. C. & consensu Monialium. EXtranei sunt primo Educandæ. Secundo Nuptæ, vel Viduæ. Tertio cæteri. Educanda, ut Clausuram ingrediatur exigit primo, licentiam Sac.Cong.Episcoporum, & Regularium in scriptis, & registranda. Secundo exigit consensum Abbatissæ, & majoris partis Monialium Capitulariter per vota secreta. Tertio, exigit licentiam Superioris. Quarto, debet esse major (Ut sint majores Septennio, nõ majores xxv. an.) septimo anno completo, non major vigintiquinque, & in educatione explens vigintiquinque, debet egredi, nisi velit profiteri intra terminum tunc ab Ordinario præfixum, licèt dicto tempore elapso commorans intra Clausuram non sit excommunicata. Sacra Congregatio apud Barbosam *de potestate Episcopi allegat.* 102. *num.64.* & *lib.* 1. *de iure Ecclesiastico cap.* 44.*num.*55. Bonac.*loc.cit.num.*16. Sanchez *loc. cit.num.*60. & 62. Quarauta v.*Monasteria Monialium*. Quinto, (Anticipatũ semestre solvunt.) debet quolibet semestre in pecuniam solvere anticipatè alimenta. Sacra Congregatio apud Gavantum v. *Monialium educatio num.4. in Manuali*. Sexto, Educanda (1741 In loco separato à Novitiis, & Professis collocandæ.) debet dormire, & operibus manuum vacare in loco separato à Novitiis, & Professis. Sacra Congregatio apud Barbosam *lib.* 1. *de iure Ecclesiastico cap.44. num.*63. Sanchez *loc. cit.* Septimo, ingressa, si egrediatur nequit amplius egredi, nisi ex causa necessaria curandi morbi, & urgente causa gravi eadem die ingressus jubente (Cum causa egredientes denuò admittuntur.) Episcopo, egressa potest reingredi sine nova licentia Congregationis; in hoc enim currit, quæ illicò fiunt, censentur in esse. Sanchez *loc. cit.* Pellizzarius *loc.cit.* Quaranta *loc.cit.*

1742 Vidua non admittitur. Vidua non debet ingredi, quia nulla necessitatis causa, nisi alius sit mos Monasterii. Miranda *de Monialibus quæst.2.n.7.* Zerola *part.*1 v.*Moniales, quæsito* 10. Sanchez *loc. cit.* Suarez 4.*de Religione lib.1.cap.*10.*num.*21.

1743 Nec Nupta, nisi ad vitandã mortem. Nupta multò minus ingredi valet sine licentia, cum desit spes profitendi, si verò timor instet, ne à viro trucidetur, admissa, retinere possunt, imò debent ex charitate. Sacra Congregatio apud Zerolam *par.*1. *praxi Episcopalis* v.*Moniales qu.*12.

1744 Virgo domi non tuta recipienda ex charitate. Virgo licèt non causa educationis, si domi suæ tuta esse nequeat, posse ex charitate recipi, tuetur Zerola *loc. cit.* si consanguinei alimenta suppeditent, aliàs non subministraturi. Azorius *tom.1.lib.3.cap.8.qu.4.num.*60. Sanchez *loc. cit. num.* 64. ex declaratione Sacræ Congregationis.

1745 Ob securitatem, aliquid deponi potest intra Clausuram. Secularis necessitate coactus rem secùs perituram deponere valet intra Clausuram, puta arcam nummorum. Pellizzarius *de Monialibus cap.5. sect.3.num.*156.

De ingredientibus ex causa sine licentia.

1746 Ordinarius sine licentia ingreditur cum paucis comitibus ob bonũ Clausuræ. PRimo Ordinarius ex causa, comitantibus paucis, & senioribus ingredi valet Clausuram sine licentia Papæ, puta ut Monialem refractariam vinculis addicat, visitet, necessitatibus Clausuræ visis prospiciat. Gregorius XIII. in Bulla incipit: *Dubiis*. Et id servandum sub pœna interdicti, suspensionis, excommunicationis, ut infrà. Sanchez 6. *Decalogi cap.*16.*n.*26.

Quam pœnam evitat, si cum causa, vel cum juvenibus ingrediatur. Pellizzarius *loc. cit. num.*212.

1747 Habens licentiam cũ socio ingreditur, si aliter non valet ingredi. Secundo, pro socio non requiritur licentia, si decenter habens licentiam sine socio ingredi nequeat, puta administrando Sacramenta, sequitur enim tunc socius principalis licentia, secùs inutilis ductus. argum. *cap.licet. de privilegiis in* 6. ubi privilegium tempore interdicti concessum uni, censetur concessum ejus familiæ. Bonacin.*de Clausura quæst.4. punct.4.n.4.*

1748 Urgente necessitate non requiritur licentia. Tertio, premente repentina necessitate moræ impatiente, ingredi Clausuram potest, nam necessitas lege caret. *cap.quod non est licitum.4. de regulis iuris. cap.* 2. *de observatione ieiunii.* Pellizzarius *de Monialibus sect.3.num.*135. & sic Laicus ingredi valet ad extinguendum ignem deflagrantem Monasterii septa cæsuri: Potest etiam expelli fugitivus nolens aliàs egredi absente Superiore, & nocte imminente. Rodriquez *tom.1.qu.47. art.4. in fine.* Sanchez 6. *Decalogi cap.*16.*num.*7.

Et sic remanet discussum primo, quando sine causa, & licentia. Secundo cum causa, & licentia. Tertio, cum causa sine licentia. Modò vides non licere ingredi cum licentia sine causa, nisi sit privilegium Summi Pontificis non (1749 Cum licentia, aut privilegio ingrediens exigit consensum Monialium.) revocatum, & tunc ad ingressum etiam exigitur consensus majoris partis Monialium Capitularitèr per vota secreta darus, sine quo ingredi præsumens contrahit pœnas violantium Clausuram, ex Constitutione Urbani VIII. incipit: *Motu proprio* 27. Octobris 1624. qui consensus non requiritur in habente licentiam ab Ordinario, de quo pœnalis Urbani Constitutio non loquitur. Prælatus autem dans licentiam

in-

1750 Dans licentiam absque causa, peccat. ingrediendi sine causa peccat, ob abusum potestatis in re gravi. At non est excommunicatus, quia nullibi talis pœna expressa. Bonac. *loc. cit. qu.4. punct.4. num.23.*

Parvitas materiæ ingressus.

1751 An detur parvitas materiæ in ingressu Clausuræ. IN ingressu datur parvitas materiæ; quia Clausura est juris humani, sed quænam parvitas? Primo, parvam materiam esse, si intra rotam se secularis circumferatur ex parte Clausuræ. Pellizzarius *cap.5. sect.4. num.*168. Secundo, si duos pedes ponat intra Clausuram. Grassius *par.1. decisionum lib.1. cap.23. n.25.* At id lethale ait Sanchez 6. *Decalogi cap.16. num.70.* qui putant esse parvam materiam, si corpus semiplenè sit intra Clausuram, non tamen posse esse in medio ostii intra Clausuram, cum Zecchio *de casibus reservatis, casu 10. num.1.* Tu rem resolvas ex dictis: Sed talis parvitas non datur Regularibus.

Pœna ingredientis Clausuram sine licentia, & causa.

1752 Ingredientes sine licentia sunt ipso facto excomm. MUltiplex, prima est excommunicatio ipso facto. Trident. *sess.25. cap.5. de Regularibus*, quæ non est reservata.

Si sit Monasterium S. Claræ Papæ reservatur. Secunda, contra ingredientes Monasterium Sanctæ Claræ est excommunicatio reservata Papæ. Gregorius IX. & Eugenius IV. in suis Bullis.

Etiam si sit prætextu privilegiorum. Tertia, est excommunicatio reservata Papæ contra ingredientes quæcumque Monasteria Regularium, & Secularium prætextu privilegiorum. Gregorius XIII. in Constitutione: *Ubi gratiæ*; quam non contrahunt ingredientes sine prætextu privilegiorum, nec prætextu licentiæ obtentæ post Gregorium XIII. nec ingredientes prætextu licentiæ obtentæ ante revocationem Gregorii XIII. sed nullæ aliundè, quàm ex revocatione Gregorii XIII. nam sumus in pœnalibus. Suarez *de censuris disp. 22. sect. 6. num. 11.* Barbosa *3. par. de potestate Episcopi allegat.102. num.37.* Bonac. *quæst.4. punct.5. n.4. 6. & 7.* contra plures apud ipsos.

Revocavit namque Gregorius XIII. in Motu *Ubi gratiæ*, privilegia, licentias omnes concessas à quibuscumque Episcopo, Legato Pontificis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, quibuscumque personis, etiam Titulatis, Ducibus, Marchionibus, &c.

1753 Si ingrediatur ad malũ finem excõmen. incurritur Papæ reservata. Quarto, ingredientes Clausuram ad malum finem sunt excommunicati, excommunicatione reservata Papæ; ex Constitutione Clementis VIII. in decreto Sacræ Congregationis edito 29. Novembris 1602. licèt ea non ligari Regulares utriusque sexus voluerit. Naldus v. *reservatio num.1.* Pellizzarius *de Monialibus cap.5. sect.3. num.174.*

1754 Item Superiores, admittẽtes intra Clausuram prætextu privilegiorum. Quinto, sunt excommunicati excommunicatione reservata Papæ, & privati Officiis, cum inhabilitate in futurum, omnes Superiores, & alii admittentes intra Clausuram sub prætextu privilegiorum. Gregorius XIII. in Constitutione *Ubi gratiæ.* Suarez *tom.5. de censuris disp.22. sect.6. num.14.*

1755 Etiam Cardinales sine causa ingredientes puniuntur. Sexto, Superiores, etiam Cardinales ingredientes sine causa, non verò ingredientes cum causa, licèt sine sociis. Prima vice sunt interdicti ab ingressu Ecclesiæ. Pro secunda vice à munere Pontificali, & à Divinis Officiis; & deinceps ipso facto, absque alia declaratione, excommunicatos existere.

Regulares verò omni Officio, & ministerio privatos, excommunicationi similiter subjacere, ut loquitur Gregorius XIII. in Constitutione incipit: *Dubiis emergunt 23. Decemb.*1581. Et Regulares

Excommunicatio non est reservata, & ligat tantùm Prælatos seculares in dignitate constitutos, non ejus Vicarios, cæterosque quasi Episcopali dignitate fulgentes, nam sumus in pœnalibus, restringentes intra propriam significationem. *cap. odia. cum pœnis. de regulis juris in 6.* At Regulares, etiam non Prælati, sunt excommunicati, & privati ministeriis, & Officiis, quia Gregorius XIII. ibi non nominat Prælatos Regulares, sed tantùm seculares. Bonac. *de Clausura qu.4. punct.5. num. 11.* Pellizzarius *de Monialibus cap.5. sect.3. num.13.*

An Monialis transiens cum licentia ex uno ad alterum Monasterium, transferat secum dotem?

DIstinguas, ad instar facientis divortium: vel sponte petit transferri; vel invitè transfertur. Si spontè transferatur, dos non transfertur: sicuti uxor, quæ sine causa à viro divertit, dotem secum non transfert: nec ei alimenta debentur; quia dominium dotis est quæsitum Monasterio. *Authent. ingressi, Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis*, quo sine culpa sua privari nequit, sivè Monialis transferatur ad Monasterium ejusdem, sivè diversi Instituti. Sac. Cong. in una *Viterbiensi* a *Augusti* 1580. 1756 Monialis sponte transfẽs ad aliud Monasteriũ, non transfert secum dotem.

Et in una *Neapolitana* 22. *Julii* 1637. & plures apud Pignatellum *to.1. consult.433. n.8.* imò nec debentur alimenta: licèt velit egredi ad fundandum aliud Monasterium. Ita decretum à Sac. Congreg. inter Moniales S. Joannis Baptistæ, & quindecim egressas ad fundandum, prout hodie fundatum est aliud Monasterium, vocatum, *Divinus Amor*. Sac. Cong. 16. *Novembris* 1638. & Decretum fuit confirmatum ab Urbano VIII. 12. *Junii* 1640. Navarrus *de Regularib. cons.4.* Sanchez 7. *Decalogi cap.12. num.12.* Tamburrinus *de Jure Abbatum disp.21. qu.7. num.3.* Bonacina *de clausura qu.2. puncto 9. §.4. diff.2. proposit.2. num.6.* contra Baldum Novellum *de dote part.1. num.9.* Marantam *par.3. controvers. resp.55.* Menochium *de arbitr. centur.5. cap.436. num.12.* Nec est mirum; quia hæc dos in omnibus non est, ut in matrimonio carnali, quo dissoluto, revertitur. *l.2. D. soluto matrimonio*, sed incorporatur tota Monasterio. Sicque est res Monasterii, non Monialis, ratione cujus, etiam bona mobilia, stabilia primo Monasterio debentur; nam ejus dominio fuerunt quæsita. Capycius *part.2. decis. 193. num.30.* contra Tappiam in *Authen. ingressi, v. sua, num.10. Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis.* Menochium *loc. cit. n.13.* 1757 Nec alimenta dantur, si egrediatur ad fundandum Monasterium.

Si verò coacta, ex causa rationabili fuit translata ad aliud Monasterium, tunc debet dos transire ad aliud Monasterium, saltem quoad alimenta, ne unum sentiat onus sine lucro, aliud lucrum sine onere, contra legem naturalem. *l. secundum naturam, D. de regulis juris, §. 1. Instit. de legitima Patronorum tutela*; & idem est si transmittatur ad aliud Monasterium causa pœnitentiæ agendæ. *Can. de lapsis. 16. quæst. 6. §. penult. Authent. de Sanctiss. Episcopis.* 1758 Si coactè trãsferatur, tunc transfert secum dotem.

An Episcopus Ordinarius debeat explorare voluntatem Monialis, quæ vult profiteri, etiam in Monasteriis subjectis Regularibus?

1759 Ordinarius debet explorare voluntatem Novitiæ, etiam si sit subjecta Regularibus.

AFfirma: & potest explorare, sivè per se, sivè per suum Vicarium. Trid. *sess.* 25. *de Regularibus cap.*17. cujus dispositio currit in fœminis, de quibus loquitur, non in masculis, de quibus non loquitur. Sac.Cong.1.*Octobris* 1667. apud Pignatellum *tom.* 2. *consult.* 3. *num.* 3. & *tom.*1. *consult.*398. & Sac.Cong.loquens de subjectis Regularibus *tom.* 1. apud Pignatellum *consult.* 398.

De Collocutione cum Monialibus.
§. VII.

1760 Regulares puniri valent ab Ordinario colloquentes cũ Monialibus.

EST prohibita collocutio cum Monialibus. *cap. Monasteria. de vita, & honest. Clericor. cap. periculoso. de statu Regularium in* 6. & Regulares carcerari, & puniri valent ab Ordinario. Gregorius XV. in Constitutione, quæ incipit: *Inscrutabili.*

1761 Cum Abbatissa licet loqui, sicut Pater cũ filia, filius cum Matre.

Cum Abbatissa, & Priorissa licet colloqui; quia in odiosis non veniunt nomine Monialium. Pater potest loqui cum filia, filius cum Matre Moniali; impuberes colloquentes, non ligantur ista censura, ex decreto Sac. Congr. apud Gavantum v. *Monialium collocutio nu.* 4. & Ordinarii non possunt dare licentiam canendi, & sonandi cymbalum Magistris.

a De Collocutione cum Monialibus vide *Tract. de Reservatione Peccatorum.*

An autem prohibita collocutione, sint prohibitæ literæ, videas Sanchez 6. *Decalogi cap.* 16. *num.*117. negativè respondentem cum Navarro, quod autem de colloquentibus, signis, nutibus aliàs dicemus. Et quid de colloquente è sua domo sine accessu, & quid de Peregrinis, & loquentibus in Monasteriis exemtis, in materia de *Legibus* dicemus. Interim fœminas devita, nam nec lucrum, nec honor ex ipsis habetur, & bonum spirituale difficile.

An licentia ingrediendi, colloquendi Monialibus in Monasteriis exemtis, subjectis Regularibus, sit concedenda non à Regularibus Superioribus, sed ab Ordinario loci?

1762 Licentia colloquendi danda est ab Ordinario, etiam in exemtis. V. supra n. 1700.

AFfirma: ex Constitutione Gregorii XV. *de privilegiis exemtorum*, ibi: *Tametsi aliàs Sacra Congregatio Concilii declaraverit licentias ingrediendi septa Monasteriorum Monialium exemtarum, & Regularibus subjectarum ex vera tantùm necessitate, quæ Moniales respiciat concedendas accedendi ad Monasteria, & alloquendi cum Monialibus, pertinere ad ipsos Superiores Regulares: nihilominus sub die* 13. *Novembris* 1610. *quo magis Clausuræ conservationi consuleretur, facultate sibi à Sanctissimo Domino Nostro tributa, statuit, & decrevit, ut deinceps intra hujusmodi septa nemini ingredi, nec alloqui liceat, nisi licentia concedenda in casibus necessariis, quæ Moniales respiciant, non dum à Superioribus Regularibus dictorum Monasteriorum, sed etiam à locorum Ordinariis obtenta fuerint, non obstantibus quibuscumque contrariis legibus, statutis, consuetudinibus, etiam immemorabilibus.*

Et à Superioribus Regularibus.

Et ubi adest consuetudo licentiam petendi tantùm ab Ordinario; non est petenda à Regularibus. Sac.Cong. approbata ab Urbano VIII. 21. *Martii* 1630. plures declarationes Sac.Cong. apud Pignatellum *tom.* 1. *consult.*163. *num.*2. & 4. (4)

1763 Nisi adsit Consuetudo tantùm ab Ordinario petendi.

De Armis, & Ludis prohibitis Religiosis.
§. VIII.

1764 Arma, & ludi prohibentur Ecclesiasticis, de quibus vide in Opusculo *de Contractibus Fortunæ.*

DElatio armorum omnibus Ecclesiasticis prohibita est, fortiùs Regularibus. *cap. Clerici 2. de vita, & honestate Clericorum. Clem.* 1. *§. quia verò. de statu Monachorum*, sub pœna excommunicationis, privationis dignitatis, officii, beneficii, inhabilitatis in futurum. *cap. statutum. de electione in* 6.

Ludi sunt prohibiti Regularibus. *cap. inter dilectos. de vita, & honestate Clericorum.* Trident. *sess.*22. *cap.*1. *de refor.* Portella v. *Ludus n.*5. imò nec possunt Comœdiis interesse. *Can. præterea dist.*51. *Can. non oportet. de Consecratione dist.*5.

De exemtione Regularium.
§. IX.

1765 Regulares exemti sunt ab Ordinario.

INstantibus in V. Lateranensi Concilio Prælatis, ut Regularium exemtio reduceretur ad Jus commune *sess.*10. Fuerunt moderata plura *sess.*11. & in Trident.

1766 Verùm Episcopi visitẽt eorum Ecclesias Parochiales, & puniunt delinquentes in earũ cura.

Primo, Episcopi valent visitare Ecclesias Parochiales spectantes ad Regulares, quoad administrationem, & conservationem Sacramentorum, & Sacramentalium; & etiam possunt visitare personam illorum curam gerentem, & delinquentes in administratione Sacramentorum punire juxta eorum Regulas. Trid. *sess.*7. *cap.*7.

1767 Sacerdotes Seculares admittendi à Regularibus in celebratione Missæ.

Secundo, ut Presbyteri seculares liberè possint celebrare Missas, & libenter admittantur in Ecclesiis Regularium.

1798 Tenentur ad Processiones.

Tertio, cogi valent ad interveniendum Processionibus, si non distant extra Civitatem ultra milliare. Trid. *sess.*25. *cap.*13.

1769 Ab Ordinario approbãdi, & examinãdi sunt ad Confessiones.

Quarto, nequeunt audire confessiones secularium, nisi examinati, & approbati ab Ordinario: ut loquitur Concilium Lateranense *loc. cit. §. tum Prælati.* Trident. *sess.*23. *cap.*15.

1770 Non absolvunt à sentẽtiis ab homine latis.

Quinto, non possunt absolvere seculares à sententiis ab homine latis.

1771 Infirmis nequeunt Eucharistiam, & alia Sacramenta dare.

Sexto, nequeunt ministrare Eucharistiam, Extremam Unctionem infirmis, licèt dicant à proprio Sacerdote denegari, nisi negatio sine justa causa, probetur facta coram testibus. Possunt tamen illa administrare Laicis actu inservientibus, durante obsequio. Concilium Lateranense *loc. cit. §. ipsi Fratres.* Greg. XV. *de exemt.*

1772 Et examinandi sunt ad Ordines ab Episcopo.

Septimo, ab Ordinario sunt examinandi Regulares, quoad Ordines, etiam Sacros.

Octavo, nequeunt promoveri ad Ordines, nec in propria Ecclesia, sine licentia Ordinarii loci. Trid. *sess.*23. *cap.*10.

1773 Non possunt Ecclesiam, Altare consecrare.

Nono, non possunt consecrare Ecclesiam, Altare, nec benedicere Cœmeterium, nec primum lapidem Ecclesiæ ædificandæ. Sed id spectat ad Ordinarium Episcopum, vel ad alium de Episcopi licentia.

1774 Nec Sponsas benedicere.

Decimo, nec sponsas benedicere possunt sine licentia Parochi. Concilium Lateranense *loc. cit. §. quandoque Fratres.*

Unde-

(4) Ceterum videas Illustrissimi Authoris Anacephalæosim *Titulo* 9. *de Collocutione prohibita Regularibus cum Monialibus à n.*271. *usque ad num.*281. ex Decreto Clem. IX. 11. Maii 1669. etsi sit ad mod cum tempus.

1775 Nec pulsare Campanas in Sabbato S. ante Ecclesiã Matricem.

Undecimo, nec in Sabbatho majoris hebdomadæ valent pulsare campanas Regulares, imò etiam sæculares, nisi postquam fuerint pulsatæ ab Ecclesia Matrici, sub pœna centum ducatorum, non obstante etiam privilegio Apostolico. Concilium Lateranense *loc.cit.§.& ut debitus.*

1776 Debent requisiti publicare censuras ab Ordinario latas.

Duodecimo, tenentur requisiti publicare in suis Ecclesiis censuras, & alia ab Ordinario publicata in Ecclesia Matrici. Trid. *sess.25.c.12.*

1777 Debent exhortari, ut solvãtur Decimæ.

Decimotertio, debent instruere, & exhortari suos pœnitentes, ut solvant decimas, & alia in Concilio Lateranensi *sess.* 11. Fagnanus in *cap. grav. de off. Ord.* (s)

De Monasteriis, & Domibus Regularium erigendis.

§. X.

1778 Ut erigatur Monasteriũ Mendicantium, requiritur licentia Papæ, & Ordinarii.

IN erigendis Monasteriis, & Domibus Regularium, primo requiritur licentia Papæ, & Ordinarii, si sint Mendicantes. *cap. unico. de excessibus Prælatorum in 6. Clem. cupientes. de pœnis.* Trident. *sess.25.cap.3.de Regularibus.*

In aliis sufficiebat licentia Ordinarii

Si verò sint alii Regulares, tunc olim sufficiebat licentia Ordinarii. *Can. si quivis.* 16. *quæst.7. Can.quidam* 18. *quæst.2. cap.auctoritate. de privilegiis in 6.*

1779 Hodie requiritur licẽtia S. Sedis, & Ordinarii.

At hodie in omnibus Regularibus requiritur consensus Sedis Apostolicæ, & Ordinarii, ex Bulla Urbani VIII. Gregorii XV. in *Constitut.* 31. §.1.& Innocentii X. Pignatellus *t.1.consult.*177. *n.*38.39. & 41. Ità ut fuerint revocata ab Innocentio X. In Bulla: *Instauranda* 1652. privilegia apposita ab Urbano VIII. Lezzana v.*Monasteria n.4.* Fagnanus in *cap.non amplius.n.*71. *in fine.de institutionibus.*

Etiamsi sit Vicarii Capitularis.

Sufficit etiam licentia Vicarii Capitularis. Sac.Cong.apud Fagnanum *loc.cit.num.*70.

1780 Rationes cur requiratur iste cõsensus

Secundo, consensus Ordinarii requiritur, & debet Ordinarius inspicere, an Religiosi sint boni nominis, & ædificationis. Secundo, si in Civitate sit penuria Religiosorum. Tertio, quæ utilitas inde. Quarto, si possint substentari sine damno aliorum Regularium, & secularium. Lezzana in *Summa v.Monasteria num.7.*

1781 Si injustè negetur, appellatur.

Si Ordinarius injustè deneget consensum, appellari potest ad Sacram Congregationem Regularium. Pignatellus *loc. cit. num.* 41. & *consult.179.num.2.*

1782 Requiritur cõsensus Parochi, Cleri.

Tertio, requiritur consensus Parochi, Collegiatæ, & Cleri, intra cujus fines Monasterium ædificatur. Secùs non substinetur fundatio; nam agitur de interesse secularium Clericorum ob amissionem sepulturæ, decimarum, eleemosynarum, concursus. Bis decisum in Rota testatur Pignatellus *loc. cit. num.* 52. respondens contrariis *num.* 56. & patet ex Constitutione Innocentii X.

1783 Et Communitatis Civitatis.

Quarto, requiritur consensus expressus Communitatis, Civitatis, & loci Universitatis, ubi fundatur Monasterium: & consensus debet præstari ab hominibus incolis vocatis in Concilio Generali. Gregorius XV. Urbanus VIII. Innocentius X. decisum apud Pignatellum *loc. cit. n.70.& 72.* Ventriglia *t.1.Annotatione* 18. *n.23.* Fagnanus in *c.non amplius. n.71.in fine. de institutionibus.* Card.de Luca *de Regul.disc.29.n.16.*

Proceditur compilato processu.

Et sic Ordinarius in fundatione Monasterii debet procedere compilato processu citatis, & auditis interesse prætendentibus, & ab ejus sententia gravatus, appellare deinde poterit. Pignatellus *loc.cit.num.*23.

1784 Saltem duodecim Fratres substentari debent.

Quinto, requiritur, ut in erectione Conventus possint substentari commodè duodecim Fratres, aliàs nullus est Ordinarii consensus, ex Constitutione Clementis VIII. 99.§.1. & Constitut.31. §. 2. Gregorii XV. & Urbani VIII. & Innocentii X. In Constitut. *Instauranda* anno 1652. decisum apud Pignatellum *loc.cit.nu* 71 Pellizzarius *cap.7.sect.2.num.4.*

1785 Citandi sunt Superiores Religionum vicinarum.

Sexto, requiritur ut citentur Superiores, vel Procuratores aliarum Religionum vicinarum ad quatuor milliaria. *Can.Monachis.14.quæst.2. Can.verò 16.quæst.1.cap.2.de Eccles.ædificandis.*

1786 Et injustè dissentientes, non audiuntur.

Et si Religiones ex emulatione nolint consentire: puta si aliundè valeant substentari, non officiunt. Pignatellus *tom.1.consult.179.num.4.* & *con-*

(s) Monachorum Institutum sub propriorum Episcoporum regimine primis Ecclesiæ seculis extitisse, ab ipsis Regulas, Constitutiones, ac Approbationem obtinendo, indubium est: (licèt nunc id Romano Pontifici sit reservatum). Quapropter contra Barsumam Monachum, ejusque asseclas, qui ab obedientia Episcoporum Syriæ se subtraxerant, Concilium Generale Chalcedonense *Can.IV.* præ ceteris ita cavit: *Placuit nullum quidem usquam ædificare, aut constituere Monasterium, vel Oratorii domum, præter conscientiam Civitatis Episcopi. Monachos verò per unamquamque Civitatem, aut regionem subjectos esse Episcopo* ubi Cabals. Quem Canonem quamplura Concilia confirmarunt. Hæc Regularis Disciplina diu inconcussa in Ecclesia permansit, donec per Privilegia Monachi exemtiones à propriis Episcopis obtinuerunt, aut à Sede Apostolica, cui immediatè subjiciebantur, aut ex voluntate fundatorum ab eis eximebantur. Primus, qui ab Episcoporum Jurisdictione Monachos exemerit, fuit S. Gregorius Magnus, ut in *Can.V. XVIII. qu.2.* legitur, ut placet Gonzalez infra citando, vel Bonifacius Archiepiscopus Carthaginensis, aut Papa Deusdedit, ut refert Christian.Lop. ad dictum Can. IV.Chalced.& Thomassin.*c.30.n.7.& c.31.*non tamen ubiq; recepta fuit exemtio. Verùm etsi justis ex causis indulta fuit Monachis exemtio à propriis Episcopis: Attamen Monasticæ Disciplinæ conformem non agnoverunt, imò conquesti sunt Viri doctrina, ac Sanctitate conspicui, præ cæteris S. Bernardus, qui pluribus in locis exemtionem Monachorum ab Episcopis, zelo Dei arreptus, exprobare non destitit. Sic *Epist.42. ad Henricum Senonensem, seu Tract.de Officio Episcoporum,* secundum editionem Mabillonii *cap.9.* hæc habet: *Miror quosdam in nostro Ordine Monasteriorum Abbates hanc humilitatis regulam odiosa contentione infringere, & sub humili (quod pejus est) habitu, & tonsura tam superbè sapere, ut cum ne unum quidem verbulum de suis imperiis subditos prætergredi patiantur, ipsi propriis obedire contemnant Episcopis. Spoliant Ecclesias, ut emancipentur, redimunt se, ne obediant. Non ita Christus. Ille siquidem dedit vitam, ne perderet obedientiam: isti ut careant, sumunt ferè suum, suarumque victum expendunt.* Similiter *Epist.179.& 180.& lib.3 de Consideratione cap.4.* pluribus rationibus exprobat Monachis exemtiones, non improbans tamen hujusmodi exemtiones, si fuerint ex pacto fondationis. *Sed aliud est,* inquit *loc. cit. de Consideratione, quod largitur devotio; aliud quod molitur ambitio, impatiens subjectionis.* Vide tamen notas Horstii ad dictam *Epist.*179. Adeo tamen excreverant Monachorum exemtiones in præjudicium Dignitatis Episcopalis, ut fere omnes Episcopi conquesti sint in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. qui *Can. LX.* relato in *cap. accedentibus. de excessibus Prælatorum,* sic testatur: *Accedentibus ad nos de diversis Mundi partibus Episcoporum querelis, intelleximus graves, & grandes quorundam Abbatum excessus, qui suis finibus non contenti, manus ad ea, quæ sunt Episcopalis Dignitatis extendunt.* Ideò opus fuit modum præscribere, & per plura Concilia, & Pontificum Constitutiones excessus exemtorum coerciti sunt, ut ex parte refert Auctor. Thomass. *c.40.* & Ventrigl. *tom.1. annotat.45.* Cæterum circa exemtionem Monachorum à propriis Episcopis, consule eruditissimos Viros Joannem Filesacum ad *cap. 8. de offic. Ord.* Ferdinandum Mendozza *lib. 2. Concilii Illiberitani cap.* 30. Hallierium *in Vindiciis lib.4. cap.4.* aliosque per Gonzalez relatos ad *cap.Grav.19. de Off. Jud.Ord.* Et Thomassinum *Veteri, & Nova Ecclesiæ Disciplinæ tom.1.lib.3.à cap.26.ad 41.*

& consult. 177. *num.* 20. *&* 22. Idem dicens de translatione, & de fundatione Conventus, & *num.* 32. refert Sac. Cong. idem afferentem, in novo Conventu ejusdem Instituti. Seraphinus *decis.* 847. *num.* 3.

Potest ergo Ordinarius consentire, si constiterit posse commode ali, nonobstante repugnantia aliorum Regularium. Bulla Gregorii XV. 31. §. 2. Cespedes *de exemtione Regularium cap.* 1. *dub.* 4. *num.* 2.

1787 Idem dicendum de Hospitiis Religiosorum.

Quod dictum est de Monasteriis, dicas de Domibus, Hospitiis, ubi Fratres permanenter habitant. *cap. unico. de excessibus Prælatorum in* 6. Sac. Congreg. apud Pignatellum *tom.* 1. *consult.* 177. Rota *part.* 4. *recentiorum decis.* 87. *num.* 5.

Supradicta premissa notantur.

Ergo nequeunt nova Monasteria, Domus, Hospitia fundari sine licentia Summi Pontificis, Ordinarii, Ecclesiasticorum, consensu maximè Parochi, & Collegiatæ, totius Communitatis in Concilio Generali convocatæ, & consensu circumadjacentium Religionum intra quartum milliare, & debent posse duodecim commodè substentari in illo Monasterio. *cap. cupientes. de pœnis in* 6. *cap.* 2. *de Ecclesiis ædificandis. Can. quidam* 18. *quæst.* 2. *Can. verè* 16. *quæst.* 1. Trident. *sess.* 25. *cap.* 3. *de Regularibus*; extant *Constit.* 7. §. 1. Clementis IV. *Constit.* 2. §. 4. Julii II *Constit.* 99. Clementis VIII. §. 1. *Const.* 31. §. 2. Gregorii XV. *Constit.* 25. Urbani VIII. & Innocentii X. in *Const. instauranda anno* 1652. ubi prohibet erigi Conventus sine licentia Sedis Apostolicæ, & Ordinarii. *Authent. ut nullus fabricet Oratorii Domos præter voluntatem Episcopi*. Lezzana *Regularium* v. *Monasterium n.* 9. Pignatellus *tom.* 1. *consult.* 177. *nu.* 49. Ventriglia *loc. cit. per totum.*

Semper enim debet inspici bonum publicum, ut præferatur privato. *Can. scias* 17. *qu.* 2. *l. utilitas, Cod. de privilegiis lib.* 12.

De Nullitatibus Professionis.
§. XI.

1788 Annullatur Professio deficiente consensu, & sexu.

PRofessio est nulla. Primo, ex defectu consensus requisiti de Jure naturali. Secundo defectu sexus: sic vir non potest profiteri inter Moniales, & Hermaphroditus, nequit profiteri, quia casus simplex includit mixtum. *l. si ita scriptum.* 13. *D. de liberis, & posthumis.*

1789 Et consensu Superioris.

Tertio, nulla est Professio facta sine consensu Superioris; nam tunc caret ratione contractus: sicuti nulla est Professio emissa ante annum completum Novitiatus, &c. & contra statuta propriæ Religionis, vel ante ætatem.

1790 Si fiat metu injusto.

Quarto, nulla est Professio si fiat coacta metu injusto. Nam tunc non est spontanea, ut requiritur ad valorem Professionis. *cap.* 1. *de his, quæ vi. cap.* 1. *de Regularibus*. Et metus debet esse injustus, & irritat tunc etiam Professionem metus reverentialis. *Can. puella.* 20. *quæst.* 1. *Can. præsens.* 20. *quæst.* 3. & metus tamen debet probari ab illo, qui vult irritare Professionem, &

Qui est probandus.

probatur etiam per testes de auditu, etiamsi testes sint inhabiles; nam metus est difficilis probationis, cum fiat regulariter clandestinè; & quando res est difficilis probationis, tunc admittuntur testes etiam inhabiles. Alexander *lib.* 3. *cons.* 99. *num.* 4. Farinacius *de testibus qu.* 69. *num.* 67. probatur etiam per querimonias, & Protestationem Professi. Alexander *loc. cit. nu.* 8. Farinacius *tom.* 2. *decis.* 643. *num.* 77. Tuschus *litera M. conclus.* 224. *num.* 7. Csarlinus *cap.* 108. *nu.* 66. debet probari quod metus sit injustus, &, fuerit incussus in ordine ad professionem extorquendam.

1791 Feminis incutiēs istum metum excommunicatur.

Pœna incutientis metum est excommunicatio, si metus incutiatur feminis, intelligas secuto effectu. Trid. *sess.* 25. *cap.* 18. *de Regularibus.*

1792 Contra statuta irritantia, & interrupto, aut nō compilato Novitiatu nulla est Professio.

Nulla est etiam Professio facta contra statuta irritantia Religionis, & etiam nulla est Professio, si annus Novitiatus fuerit interruptus, vel non completus, si non habeat decimum sextum annum completum. Trident. *sess.* 25. *cap.* 15. *de Regularibus*.

1793 Inquisiti coram Judice nequeunt profiteri.

Criminosi non possunt profiteri, si coram Judice Laico sit inchoata inquisitio, vel accusatio, nec fuerit prolata sententia, nec satisfactum, antequam absolvatur. Sixtus V. in Bulla 71. §. 17. corrigens textum in *Can. si ille. dist.* 50. *cap. ut famæ. de sententia excommunicat.*

Et debitis gravati.

Debitores verò non debent profiteri ex Bulla Sixti V. Rodriquez *tom.* 3. *qu.* 10. *art.* 9. licèt Professio facta teneat, ex Bulla Clementis VIII.

1794 Episcopus sine licentia Papæ invalidè profitetur.

Episcopus non potest profiteri validè aliquam Religionem, sine licentia Summi Pontificis. *cap. nisi. de renunciatione*. Parochus verò potest. *Can.* 2. 19. *quæst.* 2.

1795 Illicitè verò qui habet parentes indigentes graviter.

Validè, non tamen licitè profitetur, habens parentes gravi necessitate pressos, quia facit contra præceptum Divinum succurrendi parentibus. Sanchez 4. *Decalogi cap.* 20. *num.* 2.

1796 Vota in professione nulla nequidem simplicia remanent.

Tandem professio nulla, nullum producit effectum. Trident. *sess.* 25. *cap.* 15. *de Regularibus*. Adeoque cum Professione cessant, & evanescunt vota solemnia, nec remanent simplicia, quia voluntas fuit emittendi votum solemne, non simplex. Sanchez 7. *de Matrimonio disp.* 34. *num.* 10. si tamen recepit Ordinem Sacrum, remanet cum charactere. Vide Ventrigl. *tom.* 1. *annot.* 46.

An tertius interesse habens possit, & nolens, debeat audiri, quando tractatur de nullitate Professionis alicujus?

1797 Tertius interesse habēs est audiēdus in nullitate Professionis.

AFfirma: Ita in puncto Chartarius *decis.* 52 *num.* 2. 6. *&* 8. idem afferens, sivè interesse sit plenum, sivè semiplenum, sivè quale quale, & *num.* 2. ait esse omnium sententiam tertium interesse habentem posse causæ assistere. Franciscus Marcus *par.* 2. *decis.* 33. *num.* 4.

Patet ex *cap. fin. ut lite pendente in* 6. *cap. cum super. de sententia, & re judic. cap. super eo. de officio, & potestate Judicis Delegati. cap. veniens. de testibus. l. à sententia, D. de appellationibus, & relationibus. l. si suspecta, D. de inofficioso testamento. l. venditor, D. de judiciis.*

1798 Et est audiendus invita parte, aliter appellare potest.

Et tertius Interesse habens audiendus est, etiam invitis partibus. *l. principaliter* 2. *Cod. de liberali causa. Authent. hodie. de appellationibus.* Giurba *decis.* 1. *num.* 2. & non admissus appellare potest. Oltradus *cons.* 254. Barbosa in *cap. cum super. num.* 6. *de sententia, & re judicata.*

Unde cognati ratione successionis, renunciationis, donationis consequendæ, interesse habentes, etiam ratione delicti veri, vel imputati, audiendi sunt in nullitate Professionis. Chartarius *loc. cit. num.* 8. *&* 27.

De

De Voto.

TITULUS XXVIII.

PRofessioni prolosimus, ejus nunc essentiam enucleaturi, essentialiter consistentem perpetuis tribus votis solemnibus, Castitate scilicet, Paupertate, Obedientia; Præmimur sarcina quidditatis, divisionis, passionum, &c. Voti in communi, quam pleno, & brevi laconismo organizatam, non abortivam in lucem edere properat sermo.

Quid sit Votum?
§. I.

1799 Voti definitio. VOtum est promissio deliberata facta Deo de meliori bono. *Psalm.* 75. *num.* 12. ibi: *Vovete, & reddite Domino Deo.* D. Tho: 2.2. *q.* 88. *art.* 1. *&* 2.

1800 Obligat ad instar promissionis. Ly *promissio* indicat, votum exigere quidquid exigit promissio obligans, scilicet voluntatem deliberatam se obligandi, cujus defectu inconsiderata promissio non obligat. Molina *tom.* 2. *de justitia disp.* 267. & ità ex semiplena deliberatione emissum votum non obligat, ut nec obligaret promissio semiplenè deliberata. Manuel *tom.* 2. *Summa cap.* 92. *num.* 1. Aragonius 2. 2. *qu.* 88. *art.* 1. Petrus Ledesma *tom.* 2. *Summa tract.* 10. *cap.* 1. *dub. fin. concl.* 2.

1801 Votum deliberate fit. Dicitur *deliberata*; quia præexigit actum consilii, judicii, intellectus judicantis votum expedire, & actum voluntatis volentis se obligare. In quo deliberatio differt à proposito, nam deliberatio actu decernit, & voluntas actu consentit in obligationem voti. Propositum verò respicit rem futuram, quam vult facere; & sic propositum vovendi non est votum emissum, ut propositum scribendi non est scribere. *cap. literaturam.* 3. v. *proponens in animo. de voto*; ubi proponens Religionem ingredi, non vovit. D. Tho: 2.2. *qu.* 88. *art.* 1. ubi Cajetan. Abbas in *d. cap. literaturam. num.* 2. Sotus 7. *de justitia qu.* 1. *art.* 2. Navarrus *cap.* 12. *n.* 24.

1802 Differt à proposito. Nec officit *cap. consulti. de Regularibus*; nam ibi supra propositum accessit actualis promissio, qua se obligavit promittens.

1803 Deo fit. Dicitur *facta Deo*, quia votum tantùm Divinum obsequium respicit.

Dices contra hoc; ergo votum factum Sanctis non obligat; nam votum tantùm Divinum obsequium respicit.

Licèt aliquando fiat in honorem Sanctorum. Respondetur, quod licèt votum respiciat tantùm Divinum obsequium, tamen est ad honorem Sanctorum.

1804 Voti Materia. Concluditur *de meliori bono*; in quo habes materiam voti debere esse primo exclusivam mali, sicque non teneri votum peccandi, etiam venialiter; nec tenere votum non peccandi, etiam venialiter, tanquam de re impossibili. Sotus 7. *de justit. qu.* 1. *num.* 3. Valentia 2. 2. *disp.* 6. *qu.* 6. *puncto* 2. Nec materiam indifferentem esse materiam voti. D. Thom: 2. 2. *qu.* 88. *art.* 2. ubi Cajetanus *dub.* 5. non enim esset actus pius. Navarrus *cap.* 12. *num.* 36.

Contra Consilia Christi non datur Votum. Nec tenere votum contra consilia Christi Domini, puta non faciendæ eleemosynæ, nisi fine bono cohonestetur, scilicet, ut succurrat parentibus necessitate pressis.

Quæ, & quanta deliberatio requiratur ad Voti valorem.

1805 Deliberationis divisio in plenam, & semiplenam. DEliberatio constat cognitione, ac judicio rei, & voluntate circa rem deliberatam ponendam, vel non ponendam.

Dividitur in plenam, & semiplenam.

Plena supponit cognitionem plenam.

Semiplena est, si semiplenè cognoscat, velitque rem ità cognitam, ut accidit semisopitis; & semilatuis.

Rursus deliberatio dividitur in actualem, virtualem, & habitualem.

In actualem. Actualis est, quando actu judicans rem sibi expedire, illam vult.

Virtualem. Virtualis est, quæ durat in actu exercito vi actualis, ut patet in illo, qui movetur ad aliquid agendum, & distractus perficit illam actionem; quando est distractus non dicitur habere actualem, sed dicitur habere virtualem deliberationem.

Habitualem. Habitualis est deliberatio præterita, non retractata. Cajetan. 2. 2. *qu.* 88. *art.* 1. quæ habitualis deliberatio perseverat etiam in ebriis, dormientibus, dementatis.

An tantùm actualis deliberatio requiratur ad Votum?

1806 Requiritur deliberatio actualis. AFfirmo: quia semper requiritur actualis præsupposita à virtuali, vel habituali, & si actualis præcedens non sufficit ad voti valorem, multò minus sufficiet virtualis, vel habitualis consequens, cum hæc sit ipsamet actualis antecedens. Angles 2. *par. Florum. quæst. de voto art.* 1. *diffic.* 3. *concl.* 1. *&* 2. & *appendice* 2. *concl.* 4. contra Leandrum *tom.* 7. *tract.* 2. *disp.* 1. *q.* 10. dans treldecim Doctores, volentes virtualem deliberationem sufficere ad voti valorem.

An ad valorem Voti sufficiat habitualis deliberatio.

1807 Et non sufficit Habitualis. NEgo ex hac posse induci votum, si non fuit inductum ex actuali, nam non habet majorem vim habitualis, quam actualis deliberatio, cum habitualis sit ipsamet actualis non retractata; ergo si non fuit introductum votum ex actuali, multò minùs ex habituali. Et si fuit inductum ex actuali, habitualis nihil operatur.

Hinc prævidens se in ebrietate, in somnis emissurum votum, si illud quando prævidet, nolit, non erit votum, etiam quando emittitur, defectu voluntatis se obligandi. Si verò velit quando prævidet illud emittere; tunc erit votum emissum, non quando dormit, sed quando prævidet. Sed est difficultas:

An teneat Votum, si quis vigilans se velit obligare ad id, quod in somnis, vel ebrietate bonum dicit, promittit.

1808 Votum non subsistit; si quis se obligaret ad id, quod in somnis promitteret. NEgo: quia talis voluntas, & deliberatio est imprudens, sicuti imprudens esset Legislator volens legem esse, quam ebrius, vel dormiens profert. idque ob varias acceptiones.

Valeret tamen in aliquo particulari casu votum, tanquam à conditione pendens, à re in ebrietate, vel somno dicta, sicuti valeret sub conditione rei casualis, dummodò purificetur cer-

certò conditio. Videlis Navarrum *cap.*12. *n.*26. Bonacinam *disp*.4.*qu*.2.*punct*.1.*num*.5.

Dices, ad peççandum in somnis, vel ebrietate sufficit voluntarium in causa; ergo ad vovendum in somnis, vel ebrietate, etiam sufficit voluntarium in causa.

1809 Disparitas est in eo, qui in ebrietate prævidet homicidium, licèt sit imprudēs voluntas.

Respondetur I. disparitatem esse, quia ad peccandum sufficit etiam imprudens voluntas; ad votum autem, ut ad legem, requiritur prudens voluntas, nam displicet imprudens, & sic stulta promissio Deo facta. *Ecclesiastici* 5.

Quod homicidium non differt à cōmisso.

Respondetur II. cum Suario *lib*. 1. *de voto cap*.10. *num*.9. peccatum in causa, puta homicidium prævisum in ebrietate, non esse distinctum ab ipso homicidio commisso, & homicidium censetur tunc effectus prioris voluntariæ causæ positæ. At votum non est effectus promissionis, sed est ipsa promissio, quæ si adfuit ante ebrietatem, ante somnum, adfuit votum, nihilque addit deinde, si in somnis iterum voveat. Sanchez 4.*Decal.cap*.1.*num*.6.

Hinc patet vota ex consuetudine emissa non tenere, si sint indeliberata. Aragonius 2.2. *q*.88. *art*.1.apud Sanchez 1.*de matrimonio disp*.8.*n*.21. Sed difficultas est:

An semiplena deliberatio inducat votum, obligans saltem sub levi?

1810 Semiplena deliberatio neque sub levi obligat.

NEga: quia actus prudentiæ non est, nisi cum plena deliberatione, aliàs semisopiti, infantes, quando semi cognitione uterentur, dicerentur prudentes. Ad votum autem requiritur prudentia, nam obligat ad instar legis, quæ imprudenter lata non est lex. Suarius *lib*.1. *de voto cap*.6.*num*.5. Lessius 2.*de iustit. cap*.40. *dub*. 1. Sed

Qualis plena deliberatio debeat esse?

1811 Requiritur plena deliberatio.

HAbemus deliberationem præcedente matura discussione circumstantiarum, & dicitur tunc quis ex condicto, ex proposito operari. Secundo habemus deliberationem, quæ tantùm supponit judicium de re facienda cum voluntata exequendi. Prima, non secunda deliberatio tollitur ab ira, rixa.

1812 Quę sufficiat ad graviter peccandum.

Ad votum prudenter emittendum satis est tanta deliberatio, quanta sufficit ad lethalem transgressionem, nam tanta Deo obsequium præstatur. & patet, quia tunc non est stulta, imprudens promissio. *cap.sicut nobis.de regularib.* Layman *lib*.4. *tract*.4. *cap*. 1. *num*.3. Palaus *de voto punct*.4. *num*.2. Tamburrin. 3. *Decal.cap*. 10.*num*.1.

Convenientia, & disconvenientia voti, & propositi de meliori bono.

1813 Votum differt à proposito in obligatione.

COnveniunt, quia utrobique adest deliberata voluntas faciendi, vel vitandi quod Deo gratiùs. Cajetan.2.2.*qu*.88.*art*.1.

Disconveniunt, quia vovens obligatione Religionis se adstringit, non sic proponens, qui vult facere, vel evitare, quod Deo magis placet, sed ad id nova obligatione non se astringit. Sic efficaciter proponens audire Missam in diebus non festivis, ingredi Religionem, profiteri, nulla obligatione ad id tenetur.

1814 Votum non implēs, peccat, non sic proponens.

Hinc vovens, non servans votum, peccat, prout voto se astrinxit, non sic proponens rem bonam, *cap. literaturam. de voto*, ibi: *proponentis*. Dicastill. *tom*. 1. *de iustit. lib*. 1. *disp*.2. *dub*.12. *num*.244. Trullench *lib*.2. *Decal. cap*.2. *dub*.1. *num*.2. Sanchez 4.*Decal.cap*.1. *num*.21. contra Lessium 2. *de iustit. cap*. 40. *dub*. 4. *num*. 22. Villalobos 2.*par. tract*.34. *difficult*.1. *num*. 8. à S.Fausto *lib*.1. *Thesauri qu*. 4. *num*. 9. putantes veniale desistere à bono proposito. Contra Majorem in 4. *dist*. 38. *qu*. 1. Innocentium in *cap. consulti. de Regularibus*; ubi Hostiensis *num*.3. putantes lethale recedere à proposito bono, sicque confundentes votum cum proposito.

Quæ sententia reddit etiam voluntatem pigram, desidiosam, ut enim nolunt aliqui vovere, ità nec proponerent rem bonam facere, & semper in confessione adesset votum non peccandi in posterum, quia semper adest propositum non peccandi in posterum, quod est alienum ab usu fidelium.

An vovens possit eligere ad quid, & quantum se velit obligare?

1815 Vovens potest se obligare, aut ad culpam, aut ad pœnam.

AFfirma: nam obligatio, ut liberè ponitur, ità potest minui, augeri: & sic potest unam, non aliam obligationem, puta ad pœnam, non ad culpam sibi imponere. Et si nullam velit imponere, tunc erit propositum, non votum.

1816 Ad nihil se obligans, nō vovet, sed proponit.

Si verò intendat vovere, & non se obligare nec ad culpam, nec ad pœnam, tunc veniale ait Cajetan. in *Summa*, v. *votum*; lethale ait Navarrus *cap*.12.*num*.38. Sà v.*votum num*.6. Tu asseras esse propositum bonum, non votum, & sic nec venialiter peccare, nisi adsit otiositas, mendacium cognitum, & volitum à sic proponente, sine omni voluntate se obligandi.

Votum qualiter interpretandum?

1817 Votum benignè interpretandum

UT interpretantur onera, ità votum, ut minus obliget, quia semper ad minimum in oneribus declinandum. Abbas in *cap. ex parte num*.4.*de censibus*.

Semper ergo, ac servatur substantia voti secundum intentionem voventis. *Proverbior*. 11. *Deuteronomii* 23. 1. *ad Timotheum* 5. In dubiis mitiora suadenda. Paludan. in 4. *dist*. 38. *qu*. 4. *art*. 1. *num*. 7. & sic vovens visitare Ecclesiam, in dubio an pedester, potest uti equo, vovens recitare Officium, dubitans an flexis genibus, potest sedendo recitare, & vovens aliquid dare, non tenetur ad optimum, nisi se expressè obligaverit.

Quotuplex sit Votum?

§. II.

1818 Dividitur votum In Personale

VOtum I. dividitur in personale, reale, & mixtum.

Personale afficit personam, à qua in persona exequendum, ut Religionis, castitatis, jejunii.

Reale.

Reale rem ipsam, in qua exequitur, respicit: ut votum Reale dandi statuam, pecuniam.

Mixtum.

Mixtum utrumque complectitur, ut est peregrinatio devota, quæ exigit actionem personæ, & cætera externa, quibus exequitur. Suarius *lib*.2. *de voto cap*.12.

II. Votum dividitur in pœnale, & non pœnale, & mixtum.

Pœnale.

Pœnale obligat ad pœnam, ut vovens non ludere sub pœna dandi libram ceræ si ludam, & hic potest tantùm ad pœnam istam,

non

non ad culpam se obligare, & potest ad utrumque, scilicet ad pœnam, & culpam se adstringere.

Non Pœnale. Non pœnale, est se obligans ad solam culpam.

Mixtum. Mixtum, est se obligans ad culpam, & pœnam.

Purum. III. Dividitur votum in purum, conditionale, ad diem, ex die, in die, ut de aliis promissionibus, & contractibus dicitur. Nam votum est promissio, sicq; promissionis divisiones recipit.

Purum, est nuda promissio, ut voveo castitatem.

Sub conditione. Sub conditione, est promissio conditionata, ut voveo Religionem, si mea mater sanabitur, si pater meus consentiat.

Ad diem. Ad diem, est si dies præfigatur, ut voveo jejunare usque ad diem Dominicum.

Ex die. Ex die, ut voveo audire Sacra ex die Paschatis per mensem continuum.

In die. In die, ut voveo jejunare in die Vigiliæ Assumptionis.

IV. Dividitur votum in solemne, & simplex. *cap. rursus. qui Clerici, vel voventes.*

Solemne. Solemne est in Ordine Sacro, & Professione Religiosa.

Simplex. Simplex in aliis; quæ divisio non est generis in suas species, sed quoad solemnitates, utroque namque voto Deo se quis offert. Cajetan. 2. 2. *qu.*88.*art.*7. Vasq. 1.2.*q.*96.*art.*4.*disp.*165.*c.*7. *num.*37. Faustus *lib.*1. *Thesauri quæst.*11.

V. Votum dividitur in verum, & simulatum.

Verum. Verum, quando vero animo quis vovet.

Et simulatũ. Simulatum, quando caret voluntate vovendi interiùs, fingens se vovere exteriùs, de quibus omnibus nobis distinctè agendum. Et primò:

De Voto puro.

IN Voto puro occurrunt aliqua discutienda communia. Et primò:

Quando implendum Votum purum.

IMplendum ubi commodè impleri potest, nam sic etiam promissio pura impleri debet

1819 Votum purum implẽdum, cùm commodè potest. statim, ac commodè impleri potest; ergo fortiùs promissio Deo devota. *Deuteronomii cap.* 23. ibi: *Cum votum voveris Domino Deo tuo non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus: & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum.* Sà v. *votum. num.* 28. Navarra 4. *de restitutione cap.*4. *num.*2. Valentia 2.2. *disp.*6. *quæst.*6. *puncto* 4.*qu.*3. Sanchez 4. *Decal.cap.*14.*num.*5. dans tredecim Doctores, licèt Cajetanus 2.2.*qu.*88. *art.*2. *in fine.* Navarrus *in cap.*12. *n.*41. exigant conscientiæ voventis morsum, ità ut anteà vovens non teneatur, quasi pro illo tempore se obligaverit.

Cum autem promissio Deo fiat, qui mitissimè exigit, hinc differri poterit purum votum

1820 Votum purum ad tempus valet differri. ad tempus, quo pacatiùs, utiliùs, devotiùs res devota exequi poterit. Sicque vovens Religionem, valebit expectare parentum leniùs, non molestiùs ferentium consensum. Tunc enim commodiùs, & magis sedatè votum implebit. Argum. *l. ratum. l. quod dicimus, D. de solutionibus*; ubi puræ promissionis executio etiam tantisper differtur, ut commodiùs ponatur Sanchez *loc.cit. num.*5. & 8. Suarius *lib.*4. *de voto. cap.*14. Bonacina *tom.*2. *disp.*4. *quæst.*2. *puncto* 5. §.1.*num.*2. Palaus *de voto. disp.*1. *puncto* 13.*n.*5.

Quæ mora lethalis:

DIstinguas: vel mora est tenuis, vel magna. Tenuis est venialis. Magna lethalis. Tenuis est venialis, nam de re levi nequit votum 1821 Mora, si sit tenuis in adimplendo voto, venialis: si longa, est lethalis.

grave emitti. Intelligas, nisi ex levi mora prævideatur non amplius votum exequendum; tunc enim ut tenatur implere votum, ità tenetur tollere quæ impediunt voti executionem, licèt brevis sit mora. Sanchez *loc.cit. num.*16. & 17. Palaus *loc.cit.num.*7.

Quæ sit gravis, quæ levis?

GRavis mora est primo, semper ac ipsa mora graviter res devota mutatur, minuitur, 1822 Mora, qua mutatur, minuitur votũ, est lethalis.

puta si vovit Sacerdotium, Religionem, tale votum mora minuitur, quia quanto tardiùs, eò minus Deo dat, minuente ætatis fluxu, rem Deo promissam. Sanchez *loc.cit.num.*22. Palaus *loc. cit.num.*6. & 7.

Si vèrò tempore res non minuatur, ut dare eleemosynam, recitare orationem, tunc nisi prævideatur deinde votum non exequendum, vel actu sint egestate pressi, lapsus temporis non videtur notabilis, cum res semper integra voto ponatur. Secùs est venialis.

Et sic pro illis, quibus integra res semper ponitur, dilationem supra tres annos non infra esse nimiam, ait Palaus *supra num.* 7. Leand. *par.*7. *tract.*1. *disp.*14. *qu.*16.

In voto verò Religionis, aut Sacerdotii sumendi, quia res tempore minuitur, sex menses esse moram notabilem, ait Sanchez *loc.cit. n.*22. *in fine.* Trulienck *lib.*2. *cap.*2. *dub.*13. *num.*11.

At Armilla v. *votum. num.* 16. Rodriq. *tom.*2. *Summæ cap.*95. *num.*9. majus tempus exigunt, scilicet esse lethale differre ad quatuor annos.

Nos putamus remittendum prudentiæ Judicis. Nam cur sex, & non septem, non quinque 1823 In qua cognoscenda judicio prudentis standum.

menses: cur tres non duo anni cum dimidio. Et semper ac jure non invenitur tempus taxatum, prudenter Judex arbitrari poterit.

An conditiones inhibitæ ex natura actus reddant Votum conditionale?

NEga: & tunc votum est purum. *l.*1. *D. de conditionib. & demonstration.* Talis est con- 1824 Conditiones necessariæ reddunt votum purum.

ditio: voveo si potero, si erit licitum. *cap. quemadmodum. cap. querelam. de iurejurando.* Ad impossibile namque secundùm mores, vel naturam nemo tenetur. *l. generaliter, D. de verbor. oblig. can. faciat homo* 22.*qu.*2.

An Votum sit purum factum ad diem incertum, puta quando hoc, vel illud accidat, quando meus pater moriatur?

NEga: sed est votum conditionale; nam dies incerta conditionem facit. *l. si ità scri-* 1825 Votum ad diem incertum est conditionale.

*ptum.*46. §. *si sub conditione, vel ex die incerta, D. de legat.*2. *l. hæres meus.* 78. *l. dies.* 74. *D. de condit. & demonstr. l.*1. & 4. *D. quando dies legati cedat.* In quo deceptus est Leander post Trulienck, & Fagundez *to.*9. *tract.*1. *disp.*41. *quæst.*5. dicens votum purum, factum ad diem incertam mortis patris.

Vo-

Vovens jejunare.

1826 Absolutè vovens jejunare, semel jejunando satisfacit.

UNico jejunio satisfacit, & vovens plurles jejunare, duplici satisfacit jejunio, nam pluralis loquntio duplici verificatur. *cap. pluralis. de reg. jur. in* 6. Sanchez *4. Decalog. cap.* 13. *num.* 15.

Votum ad diem, ex die, & in diem certum.

1827 Votum ad diem, ex die, in diem certum non est cōditionale.

NOn est conditionale, sed est purum, exequendnm adventu diei præfixi; ità ut ex voluntate voventis pendeat, an velit obligari ex die præfixo, ut si voveat castitatem per mensem, incipiendo à prima die mensis venturi: ità ut antea voto castitatis non teneatur, pro tempore anteriori.

Teneretur autem, si diceret, voveo castitatem, si cras dies erit, quia conditio illa necessaria non suspendit.

An impotens, vel sua culpa nolens servare votum diei affixum, teneatur elapso die etiam votum implere?

1828 Peccat non servans votum affixū diei, licèt deindè non teneatur.

NEga: quia obligatio non excedit intentionem voventis, affigentis votum diei in honorem Sancti, sicuti impotens, vel nolens servare jejuniom Ecclesiæ, non tenetur sequenti diei supplere, & non audiens Missam in die præcepta, non tenetur altera die non præcepta Missam audire. Cajetan. 2.2. *qu.* 88. *art.* 12. *dub. fin.* ubi Aragonius *art.* 3. *dub. ultimo*. Suarius *lib.* 4. *de voto cap.* 12. Azorius *lib.* 11. *cap.* 15. *q.* 11. Navarrus *cap.* 12. *num.* 54. Trullench *lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 13: *num.* 15. Bonacina *disp.* 4. *qu.* 2. *punct.* 2. §. 1. *num.* 6. 7. 9. & 13. Contra Abbatem in *cap. penult. num.* 2. *de voto.* Angelum v. *votum* 3. *n.* 3. Sylvestrum v. *votum* 2. *quæst.* 14. ajentes teneri altera die implere præveniendo, si impedimentum sit prævisum, postponendo, si culpa non impleatur votum. ex *cap. cum dilecto*, v. *præterea. de dolo, & contumacia.* ex *l. Celsus*, §. 1. *D. de receptis arbitris*: Quæ non urgent, nam nón loquuntur de re tempori affixa: Est etiam contra Oviedum *par.* 2. *tract.* 6. *controv.* 3. *puncto* 7. *num.* 134. distinguentem item cum Sanchez.

Vovens jejunare in Vigilia talis Sancti.

1829 Jejunium in Vigilia S. intelligitur de prima.

EST votum ad diem certum, & intelligitur de prima Vigilia. *l. eum qui Kalendis.* 41. *D. de verbor. oblig.* eaque die translacta, non tenetur ampliùs, quia est obligatio affixa diei. Sanchez 4. *Decal. cap.* 14. *num.* 40. Trullench. *loc. cit. num.* 19.

Ex sic vovens jejunare, dare eleemosynam toties in talibus diebus hebdomadæ, illis diebus, etiam culpa sua elapsis, non tenetur. Suarius *loc. cit. num.* 6. Sanchez *loc. cit. num.* 34. Bonacin. *disp.* 4. *qu.* 2. *punct.* 5. §. 1. *num.* 10.

An vovens ingredi Religionem certa die, teneatur posteà, si tunc non ingrediatur.

1830 Vovens Religionē certa die, illa elapsa nō tenetur, si principaliter illam intēdit.

DIstinguas: vel vovit Religionem in honorem illius diei principaliter, non aliter, vel ex affectu Religionis.

Si primum, resolvas ex dictis.

Si secundum, tenetur, quia votum non est tunc affixum tempori. Suarius *loc. cit. num.* 5. Sanchez *loc. cit. num.* 31. & sic concludas non teneri alibi recitare voventem per se principaliter recitandi orationes coram tali imagine, si ibi nequeat. Tambur. *lib.* 3. *Decal. cap.* 3. §. 2. *num.* 5.

An præfigens mensem pro implendo voto, prævidens impedimentum in fine mensis, teneatur prævenire?

1831 Prævidens impedimentum, tenetur prævenire.

AFfirma: ut prævidens impedimentum in ultima hora, tenetur ante, præceptam Missam audire. Sanchez *loc. cit. num.* 8. & 25. Bonac. *loc. cit. num.* 13.

De Voto ad diem incertam, & sub conditione.

1832 Idem est cōditio, ac in diem incertam.

COnditio hic non pro resolutiva, sed pro suspensiva in futurum supponitur. *l.* 1. *l. in conditionibus*, *D. de condit. & demonstr.* & pro eodem accipitur conditio, ac actus ad diem incertam. *l. dies.* 74. *l. hæres meus.* 78. *D. de condit. & demonstr. l. si ità scriptum.* 46. §. *si sub conditione*, *D. de legatis* 2. & sic dicenda de conditionali, dicta sint de voto ad diem incertam.

An votum conditionale, vel ad diem incertam sequatur naturam ultimæ voluntatis, vel inter vivos?

DIscriminatur conditio adjecta gestis inter vivos, ab adjecta in ultimis voluntatibus pluribus modis. De quibus *Il. Pantonomod. nu.* 2340. Meritò inquirendum, cujus naturam imitetur conditio voto adjecta.

1833 Votum conditionale sequitur naturam actus inter vivos.

Affirma sequi naturam actus inter vivos. Patet, quia si sequeretur ultimas voluntates, morte confirmaretur, & ante mortem liberè posset à vovente revocari. Et tamen votum semel emissum nullatenùs morte confirmatur, nec à vovente revocari valet. Sequitur ergo inter vivos, nō in ultimis voluntatibus, naturam; Undè quando conditio retinenda, abjicienda, quando annullet actum, sive sit turpis, impossibilis, necessaria, contingens, ex gestis inter vivos desumendum. Abulensis ad *cap.* 20. Matthæi *q.* 92. Riccardus in 4. *dist.* 38. *qu.* 1. *ad secundum*, ubi Paludanus *qu.* 3. *art.* 2. *concl.* 2. *num.* 13. Sanchez 4. *Decal. cap.* 33. *num.* 18.

An Votum conditionale subsistat?

1834 Votum sub conditione honesta subsistit, secùs sub turpi, impossibili.

DIstinguas: vel conditio est honesta de futuro, & subsistit votum, suspensum usquequò conditio purificetur. *l. conditionales.* 53. *l. creditor.* 55. *D. de verb. signif.* Intelligas, si conditio apponatur eodem tempore, quo votum emittitur, nam si transacto aliquo tempore adjiciatur, votum erit purum; nam conditio superveniens, supponit, non mutat votum jam emissum, emissum autem est purum, ut purum est emissum sub conditione de præterito, & de præterito, & præsenti, & de futuro necessario. Sanchez dans viginti septem Doctores 5. *de matrimon. disp.* 6. *num.* 2. Trullench 1. *Decal. cap.* 2. *dub.* 27. *num.* 1. Fagundez *lib.* 2. *cap.* 28. *n.* 5.

Si verò sit emissum sub conditione impossibili, corruit. *l. impossibilium nulla obligatio.* 145. *de reg. jur.* Sed ut id distinctiùs discernatur. Primo inquiramus de voto sub conditione impossibili; Deinde de voto sub conditione honesta. Tertio sub conditione protestativa, positiva, & nega-

negativa. Quarto sub conditione mixta. Quinto sub conditione cum pœna.

An Votum (idem cum juramento) sub conditione impossibili secundum naturam, vel mores, sit nullum ?

1835 Sub cōditione impossibili votum est nullum.

AFfirma: quia sequitur naturam gestorum inter vivos, qui sunt nulli sub conditione impossibili secundum naturam, aut morem. *l.impossibilium nulla obligatio est.*145. *D.de reg. jur. l. si stipuler. l.generaliter, D.de verbor.oblig. l.non solum,D.de actionibus,& obligation.*Sanch. dans quinque Doctores 4.*Decal.cap.*23. *num.*8. Leander dans alios sex Doctores *part.*7. *tract.*1. *disp.*41 *qu.*9.*qu.*10.*qu.*11.ubi est nulla professio emissa sub turpi conditione, & *qu.* 12. ubi est nullum votum dandi, faciendi emissum, si occidat. contra Philiarchum *de officio Sacerdotis tom.*1.*par.*2. *lib.*3. *cap.*21. ajentem validum, ut tenet matrimonium sub conditione impossibili, rejecta conditione. *cap.fin. de conditionibus appositis.* contra Azorium *tom.*1. *lib.*11. *cap.*15. *qu.*9. Sayrum 6,*Clavis cap.*8.*num.*3. ajentes validum pro interno, non externo foro.

In quo differt à Matrimonio.

De Voto sub conditione honesta de futuro.

1836 Sub conditione honesta valet.

VOtum sub conditione honesta valet, ut enim facta homini, ità facta Deo promissio fortiùs tenet. *l.is, cui sub conditione.* 42. *D.de obligat.& actionibus.* Sed nunc primo:

An Votum sit implendum in forma specifica, non per æquipollens ?

1837 Non impletur per æquipollens.

AFfirma: maximè in oneribus imponendis: est namque de forma promissionis, consistens indivisibiliter. *l.qui hæredi,* §.1. *l.Mævius, D.de condit. & demonstr.* Palaus *disp.* 1. *de voto punct.*17.*num.*5. & sic vovens Religionem, eleemosynam, si soror nubat, si ex negotiatione Sinica olei lucretur, voto non tenetur, si lucretur ex negotiatione Sinica frumenti, vel si soror moriatur, aut ditescat. Tamburr. 3. *Decal. cap.*12. §.6 *num.*4. contra Sanch.4.*Decal.cap.*23. *nu.*26.

At quia ambagibus difficultatum satis implicatur conditionale votum, explicandum per principia.

PRINCIPIUM.

Votum sine voluntate deliberata voventis non tenet.

1838 Absque voluntate deliberata votū non tenet.

PAtet *Deuteronomii* 23. ibi: *Facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate, & ore tuo locutus es:* & *num.* 22. ibi: *si nolueris polliceri, absque peccato eris.* Igitur secundum voluntatem voventis, nec infrà, nec ultrà remittenda, vel intendenda voti obligatio est, ut ex voti quidditate patet; est enim deliberata voluntas. D.Tho. 2.2.*qu.*88.*art.*1.& 2. Valentia *tom.*3.*disp.*6.*quæst.*6.*punct.*1. Caramuel *regulari num.*43.44. & *tom.*2.*n.*2794. *in fine.*

An ex quocumque capite conditio non purificetur, Votum evanescat ?

1839 Non purificata conditione, votū non obligat.

AFfirma: nam conditio de futuro suspendit; & sic ea non purificata, voluntas voventis cessat; ergo cessat votum.

An vovens, & tempore quo emittit votum conditionale, possit velle impedire purificationem conditionis à se pendentis ?

1840 Nequit impediri purificatio conditionis.

NEga: etsi ità velit, non vovit; quia non vult servare votum, peccatque, quia mentitur Deo, & illum veluti irridet, promittens, nolens servare promissa. Caram. *regulari n.*49. §. *hinc patet.*

An vovens possit cooperari, nè eveniat id sub cujus conditione vovit, ut voto deinde non obligetur ?

1841 Cooperans ne eveniat conditio.

DIstinguas trilemmate: vel vovit, ut accidat id, sub cujus conditione vovit: vel ut non accidat: vel vovit ut pendeat eventus conditionis à sua, vel alterius voluntate, aut facto. Sunt enim diversa, quæ veri jactura confunduntur.

1842 Votum conditionale adimpletur, positis mediis ordinariis, ut assequatur finis.

Si voveat ut contingat id, sub cujus conditione vovit: puta vovit eleemosynam, si non occidat, si navis, vel pater salvus venerit; tunc debet adhibere ordinaria media, ut ponatur conditio, & sic adhibere remedia, & cætera communiter adhibenda pro peccato evitando, pro salute consequenda, nam cùm seriò vovens voluerit finem, scilicet salutem, vitare peccatum, adventum navis, debet velle media ordinaria pro consecutione illius finis, aliàs esset Deum irridere, & nolle servare promissa.

Et sic esset peccatum cooperari, nè verificetur conditio, ponendo impedimenta, scilicet peccando, non suscipiendo remedia pro salute corporali, impediendo adventum navis, vel patris.

1843 Si vovit ne contingat conditio, potest illā impedire.

Si verò vovit nè contingat id, sub cujus conditione vovit, & sic utatur voto, uti frenum, & habenę, ut scilicet non peccet, vincat, nè peccando, amittendo, voti obligatione prematur: puta vovit Religionem si peccabit, si ludat, si amittat ludendo, si hostis venerit. Et tunc poterit adhibere media necessaria, nè hostis veniat, nè ludo amittat, ut vincat, nè ludat, nè peccet; & sic conari nè conditio verificetur; nam hic fuit finis voti impedire conditionis eventum, & timore voti magis invigilare, nè conditio purificetur. Et sic vovens dare eleemosynam, si ludo amittat, omnibus viribus conari potest vincere, nè purificetur conditio. Doctores decem apud Sanchez 4. *Decalog.cap.*23. *num.*42. Sic vovens Religionem, si furtum committat, si homicidium, debet omnibus viribus invigilare, nè furetur, nè sit homicida, & sic nè purificetur conditio. Sanch.*loc.cit.num.*45. Fagundez *lib.*2. *cap.*3.*num.*3.

1844 Votum pendens à sua, vel aliena voluntate potest impediri, ne id accidat.

Si verò vovit sub conditione pendente à sua, vel alterius voluntate, aut facto; ità ut intendat conditionem non poni, nisi ipse, vel alius voluerit; tunc potest velle nè purificetur conditio, & potest rogare, ut alius nolit, nè conditio purificetur, nam hæc esset voluntas voventis, non adimere à se libertatem non ponendi conditionem. Undè vovens eleemosynam si domum exeat, si Ecclesiam adeat, potest à domo non exire, potest Ecclesiam non adire, etiamsi hinc votum frustretur conditione non purificata. Sic vovens, si voluerit Religiosus fieri, ingredi Societatem Jesus, potest nolle Religiosus fieri, nè fiat è Societate, quia ingressus Societatis devotæ fuit dependens à conditione, si voluerit. Na-

Esset tamen imprudens, & nullum hoc votum.

varrus *cap.*13.*num.*42. Sayrus *lib.*6. *cap.*8.*nu.*4. Suarius *lib.*4.*de voto cap.*17.*num.*15.Sanchez 4. *Decalog.cap.*22.*num.*11. Azorius *lib.*11. *cap.*20. *quæst.ult.* Bonacina *disp.*4. *qu.*2. *punct.*2.*num.*5. Leander *par.*7. *tract.*1.*disp.*41. *quæst.* 22. Tamburrinus 3.*Decal.cap.*12.§.6.*num.*5.Palaus *disp.* 1. *de voto punct.*17.*num.*6.

Sic etiam, si conditio pendeat ab aliena voluntate, vel foro: puta, si ille tertius consulat, approbet. Tunc licitè potest rogare, suadere, ne approbet, nè consulat, nam voto censetur se obligasse, si tertius approbet, consulat, factum ponat: quo posito, vovens tenebitur, & sic voto se adstrinxit, si neglectis ejus precibus, alius ponat conditionis purificationem. Tamburrin. *loc.cit. num.* 6. ita namque mitiùs votum obligat. Suarius *lib.*4. *de voto cap.*17. *num.* 17. Palaus *loc.cit.num.*8. Layman *lib.*4.*tract.*4. *cap.*6. *concl.*2. Tambur. *loc.cit.num.*6. contra Sanch. 4.*Decal.cap.*22.*num.*54. Dianam *par.*9. *tract.*8 *resol.* 4.

An impediens conditionis eventum dolosè, peccet?

1845 Dolosè impediens conditionis purificationem peccat.

DIstinguas: vel ipso impediente, alius ponere poterit conditionis purificationem, vel ponere alius non poterit.

Si alius non potest ponere purificationem conditionis; tunc peccat vovens contra promissionem Deo factam. Seriò namque vovens, promittit finem, & media propter finem à se pendentia: undè impediendo media necessaria, ut est purificatio conditionis, non observat promissionem, eritque irreligiosus, & infidelis, veluti Deo irridens; & satius fuisset non vovere, quàm à promissis deficere. *Ecclesiast. cap.* 5. ibi: *Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis, & stulta promissio. Sed quodcumque voveris, redde. Multòque melius est non vovere, quàm post votum promissa non reddere. can. scimus.*9.*in fine.* 12.*qu.*1.

1846 Secus si ab alio sit ponenda conditionis purificatio.

Si verò vovente reluctante alius possit impedimenta tollere, & sic ponere purificationem conditionis; tunc nisi aliud constet de intentione voventis, censetur vovisse, si alius, non verò si ipse non impediat conditionis eventum; in dubio namque semper favemus debitori, ut mitescat onus voti. Azorius *par.*1.*lib.*7. *cap.*10. *quæst.*2. *in fine.* Maranta *in Medulla decreti*, v. *votum in dubio.*

An si quis data opera, vel sua culpa impediat conditionis eventum, conditis habeatur ut purificata.

1847 Data opera impediens eventum conditionis, ista non habetur ut purificata

NEga: quia votum debet esse voluntarium *Deuteronomii* 23. Nec obligat ultrà, nec citrà voventis intentionem.*cap.explicari* 3. ubi Glos. v.*nec voto.de observatione jejuniorum.*Maranta *loc.cit.* voluntas autem voventis erat vovere dependenter à purificatione conditionis, qua non purificata quocumque ex capite, deest ejus voluntas se obligandi.

1848 Aliud est vovere sub conditione, aliud est non impedire conditionis eventum.

Duo namque subtiliter distinguenda in seria promissione voti conditionalis. Primum vovere, si conditio purificabitur. Secundum non ponere impedimenta purificandæ conditionis. Prima est obligatio conditionalis, quæ evanescit non purificata conditione. Secunda est obligatio pura non ponendi impedimenta, nam secùs esset promissio elusoria, irrisoria, & una ab alia separari valet. ponensque impedimentum peccabit contra promissionem tacitam, non impediendi eventum conditionis. At votum non erit purificatum, quia, conditio exigita non est verificata: & ità docet Major. in 4. *dist.* 38.*quæst.*1. *concl.*1. Tamburrin. 3.*Decal.cap.*12. §.6.*num.*7. Filliuc.*tract.*26.*cap.*6.*num.*158. Suarius *lib.*4.*de voto cap.*17.*num.*20. Layman.*lib.*4. *tract.* 4. *cap.*6. *q.*3.*n.*4. Leand. *part.* 7. *tract.* 1. *disp.*41.*quæst.* 31. Contra Sanch. 4.*Decal.cap.*13. *num.*41. Sayrum 6.*Clavis cap.*8.*num.*4. dantem septem Doctores. Dianam *par.*9.*tract.*8.*resol.*31. Navarrum *cap.*12 *num.*42. Azorium *lib.*11.*cap.* 20. *quæst.ult.* Riccardum in 4.*dist.*8. *conclus.*2. Palacios in 4.*dist.*38.*quæst.*1.*concl.*8.Sylvestrum v.*votum* 2.*qu.*2. *dicto* 2.ubi Tabina.

Nec in oppositum cogunt jura in *cap. cum non stat per eum, ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur, haberi debet perindè ac si impleta fuisset.*66. *de reg.jur.* in 6. *l. in jure Civili receptum est, quoties per eum, cujus interest conditionem impleri, non fiat quo minus impleatur, perindè haberi, ac si impleta fuisset conditio.*161. *D.de reg.juris.* Et in *l.in executione.*85.§.*fin.*ibi: *quicumque sub conditione obligatus, curaverit, ne conditio existeret, nihilominùs obligatur. D.de verbor. oblig.* Ergo impediens purificationem conditionis voti, tenebitur, ità ac si conditio purificata fuisset. Opponuntur Jura.

Nam currunt in promissione inter homines, quæ non solùm obligat ex voluntate, sed quandoque contra voluntatem hominis, ità firmantibus legibus, ad tollendas deceptiones, quæ non inveniuntur sancitæ in voto, obligante tantùm juxta voluntatem voventis. *Deuteron.*23. ibi: *facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate.* Nec votum obligat suprà, vel infrà voluntatem voventis. *cap.explicari.*3. *de observatione jejuniorum*, ubi Gloss. v. *nec voto.* Maranta in *Medulla decreti*, v.*votum in dubio.* Quibus fit satis.

Hinc resolvitur:

An vovens Religionem si per annum non peccabit, peccans, voto teneatur?

NEga: sivè peccet consuetis tentationibus, sivè data opera, nè conditio verificetur; nam semper verum est conditionem non purificatam. Palaus, & alii; censetur namque vovisse, si auxilio efficaci Deus adjuvisset ad non peccandum. Scio tamen Sanch. 4.*Decal.cap.*23. *num* 53. Fagundez 2. *Decalogi cap.*30. *num.*13. Suarium *lib.*4. *de voto cap.*17. *num.*7. velle excusari à voto, nisi data opera, nè voto adstringatur, peccet. 1849 Vovens Religionem si nō peccabit, peccans, non tenetur ad votum. Nisi data opera id faciat.

An vovens Religionem, si Superior voluerit eum admittere ad Professionem, teneatur voto, si data opera malè se gerat, nè admittatur?

AFfirmat quia res adhuc est integra; sicque debebit se corrigere, nè videatur voluisse Deo irridere, & iterùm ingredi. Tambur.*loc.cit.* 1850 Si quis apposite malè se gerat ut à Religione devota dimittatur nō solvitur voto.

An votum factum sub conditione rei malæ teneat?

DIstingues: vel votum emittitur pro consequenda, vel pro evitanda re mala, sub conditione posita.

Si

1851 Votum faciendi malum, nullũ.

Si pro consequenda re mala, puta pro patrando homicidio, si quis voveat eleemosynam, si occidat inimicum, & vult inimicum occidere. Tunc votum est nullum, tanquam sub conditione impossibili. *l. generaliter, D. de verb. oblig. can. in malis. 5. can. unusquisque.* 8. 22. *quæst.* 4. Sanchez 2. *Decalogi cap.* 23. *num.* 11. Fagundez 2. *Decalog. cap.* 38. *num.* 43. Toletus *lib.* 4. *Summa cap.* 14. *num.* 8. Maranta in *Medulla decreti, v. votum tamen.*

1852 Si ad evitandum malũ, tenet.

Si verò voti timore intendat fugere rem malam, puta si voveat Religionem, si blasphemabit, volens ità compescere blasphemiam; tunc votum est de re licita, scilicet de evitando malo, & tenet. Leander *par.* 7. *tract.* 1. *disp.* 41. *qu.* 12. & *tract.* 2. *de voto disp.* 4. *qu.* 27. & 31.

An votum sub conditione negativa, potestativa, puta voveo eleemosynam centum, si non blasphemabo, sit implendum ab ejus hærede?

1853 Votum sub conditione negativa, potestativa, est implendum ab hærede.

Affirma: nam talis conditio inter vivos suspenditur usque ad mortem, & purificatur morte voventis. Acosta 2. *selectarum cap.* 5. *num.* 4. & in *l. cum tale, §. si arbitratu. ampliatione* 2. *num.* 5. *D. de condit. & demonstrat.* Molina *lib.* 2. *de primogeneis cap.* 12. *num.* 26. In quo differt ista inter vivos, à conditione in ultimis voluntatibus interjecta, quæ non suspendit, sed solvitur res promissa, præstita cautione Mutiana. *l. Mutiana.* 7. *l. hæres mens.* 78. *§. qui post Mutianam cautionem interpositam legatum accepit, si contra cautionem aliquid fecerit, stipulatione commissa etiam fructus hæredi restituet. Hoc enim legatarius, & in iu exordio cavere cogitur, §. quamvis ususfructus, cum morietur legatarius, inutiliter legetur: tamen cautionit Mutianæ remedium ususfructu quoque sub conditione alicuius non faciendi legato, locum habet, D. de condit. & demonstrat.*

1854 Cautio Mutiana exponitur.

Casus *leg. hæres.* 78. *§. qui post, D. de condit. & demonstr.* Titius instituit sibi hæredem filium suum Cajum: & legavit fundum Sempronio si non ascenderet Capitolium: & decessit dictus testator. Posteà legatarius cavit Mutiana cautione hæredi de non ascendendo Capitolium, & hæres dedit ei legatum: posteà, procedente tempore legatarius ascendit Capitolium. Et ità fecit contra dictam cautionem; sicque contra eum fuit commissa stipulatio dictæ cautionis. Certè non solùm tenetur restituere hæredi dictum fundum legatum, sed etiam fructus, quos ex eo interim percepit, & hoc est verum, sivè cavit hæredi de fructibus restituendis, sive non. Idem de ususfructu legato si non ascenderet Capitolium; ut in *§. quamvis*. Et sic vides differentiam conditionis negativæ, potestativæ appositæ in ultimis voluntatibus, & inter vivos; nam inter vivos, ut in contractu, in voto, conditio negativa suspenditur usque ad mortem, & purificatur morte; non verò in ultimis voluntatibus, nam in ultimis voluntatibus traditur res relicta negativè, præstita cautione Mutiana.

An vovens sub conditione negativa, non potestativa ad certum tempus, puta voveo tantùm pro eleemosyna si intra annum Petrus non veniat ex Oriente, an inquam ante tres annos teneatur dare eleemosynam, si certum sit ante illum annum conditionem non exituram.

Distinguas: vel ipse vovens debet ponere conditionem, vel extraneus.

1855 Vovens sub conditione negativa, nõ potestativa, intra certum tempus, eo non elapso, non tenetur ad votum.

Si ipse vovens, non tenetur ad rem devotam, nisi labatur totum tempus. *l. in illa stipulatione* 8. ibi: *in illa stipulatione, si Kalendis stichum non dederit, decem dare spondes? mortuo homine, quæritur, an statim ante Kalendas agi possit. Sabinus, & Proculus expectandam diem actori putant, quod verius est. Tota enim obligatio sub conditione, & in diem collata est: & licèt ante conditionem committi videatur, dies tamen superest, D. de verbor. oblig.*

Si votum sit implendum ab extraneo, constito de conditionis impossibilitate, tenetur.

Si verò conditio implenda sit ab extraneo; tunc eo ipso, ac exploratum est, conditionem amplius impleri non posse, voto vovens tenetur. *l. hoc jure utimur, ut ex hac stipulatione, si Lucius Titius ante Kalendas Majas in Italiam non venerit, decem dare spondes? non ante quicquam peti possit, quàm exploratum sit, ante eam diem in Italiam Titium venire non posse, neque venisse: sivè eo vivo, sivè mortuo id acciderit.* 10. *D. de verb. oblig.*

An teneat, & debeat simul verificari duplex conditio, sub qua votum est emissum.

1856 Verificanda est utraque conditio, si sub duplici conditione sit emissum votum.

Affirma: ità ut si una verificetur, voto non teneatur, nisi voverit distributivè, alternativè. *cap. super eo. de conditionibus appositis. l. si ità stipulatus fuero,* 12. *D. de verb. oblig.* Individua enim tunc voluntas utriusque conditionis purificationem exigit; sic vovens eleemosynam, si ejus pater sanus venerit, si liber à debitis; voto non tenetur, si venit, sed non sanus, non liber, vel est sanus, & liber, & non venit. Sylvest. *v. votum.* 2. *qu.* 2. ubi Tabiena. Sarmiento *lib.* 2. *selectarum cap.* 2. *num.* 7. Tamburr. 3. *Decalog. cap.* 12. §. 6. *num.* 3. & dubitans an indivisibiliter voverit sub utraque conditione, ità præsumitur, ut in dubio mitiùs obligetur, si tamen voverit sub alterutra distributivè, tunc una verificata, tenetur. Sanch. 4. *Decal. cap.* 23. *num.* 19. Azorius *par.* 1. *lib.* 11. *cap.* 15. *qu.* 9.

Votum, sub conditione pœnali.

1857 Votum pœnale vel est de solvenda pœna, vel est non faciendi aliquid, & de solvenda pœna.

Est, si quis voveat pœnam sub conditione, ut si lusero, voveo mille pro pœna, aut me ingressurum in Religionem pro pœna. Et potest hoc votum esse primo de solvenda sola pœna si ludat. Secundo potest esse votum de non ludendo, & de solvenda pœna si ludat; ità ut votum de non ludendo sit purum votum, de solvẽda pœna, conditionale, si ludat: & tunc absolutus à voto puro principali, puta à voto non ludendi, remanet absolutus à voto solvendi pœnam, si ludat; nam votum solvendi pœnam sequitur votum non ludendi. Palaus *de voto disp.* 1. *puncto* 18. *n.* 4. Layman *lib.* 4. *cap.* 5. *concl.* 2.

1858 Votum pœnale ad evitandum peccatum, si illud violetur ex inadvertentia, non tenetur ad pœnam.

Semper autem, ac votum pœnale est emissum ad evitandum peccatum, statim ac excusatur à peccato ex inadvertentia, vel ex alia causa, non contrahit pœnam voti, nam imposita ad evitandum peccatum, jam non commissum.

1859 Immemor voti, & pœnæ ab ea excusatur.

Sic etiam sciens se peccare, oblitus voti, vel memor voti, immemor adjectæ pœnæ, excusatur à pœna, privilegio ignorantiæ, quo nemo contrahit ignotam pœnam. Sanchez 4. *Decalog. cap.*22.*nn.*14.15.17.*&* 18. Diana *par.*3. *tract.*6. *Miscellaneo resol.*41.*in fine.*

1860 Absolutus à voto, solvit pœnam.

Si quis post incursam pœnam absolvatur à voto, debet solvere pœnam. Sanch. *loc.cit.n.*9.

1861 In dispensatione voti penalis, satis est explicare votum principale.

In petenda verò dispensatione satis est explicare votum principale, nam cessante principali, votum accessorium pœnæ ex se evanescit, cum enim dispensatione obtenta non peccet, pœna & sic votum pœnale cessat. Layman *lib.*4. *cap.*5. *corollario* 2. Leand. *loc.cit.qu.*16.

An toties solvenda pœna, quoties transgreditur votum, an tantùm pro prima transgressione Voti pœnalis?

1862 Certus quoties se obligaverit solvere pœnã, toties solvit.

Distinguas: vel vovens dubitat, vel est certus se obligasse ad pœnam toties quoties.

Si est certus, tenetur ad pœnam toties quoties; nam ad hanc se obligavit.

1863 Dubius unica vice.

Si est dubius, solvit tantùm pœnam pro prima vice, quia in dubio semper pronunciamus pro debitore. Sà v. *votum num.*26. Diana *par.*4. *tract* 4. *resol.*181. Layman *lib.*4. *tract.* 4. *cap.*5. *num.*4. *concl.*1. Bassæus *tom.*1.v.*ludus num.*14. contra Leandrum *par.*1. *tract.*6. *disp.*28. *qu.*23. 24. 25. 26. dans sex Doctores.

Materia Voti.

§. III.

1864 Materia voti eadẽ in simplici, & solemni voto.

Votum in quacumque materia, sivè solemne, sivè non solemne sit, ejusdem est speciei; nam non à materia, sed speciem sumit res à forma. Caram. *tom.*2. *Regul. num.*2482. Sic etiam juramentum unius speciei cujuscumque rei sit. Acacius *tom.*2.*resol.*152.

Verùm quia materia Voti uberem præbet dicendi segetem, discriminatim attingenda. Primo materia indifferens. Secundo materia mala. Tertio bona. Quarto impossibilis.

1865 Est aut indifferens. Quæ conducit, aut non conducit ad consequendum bonũ.

Indifferens est carens ex se bonitate, & malitia morali. Et hæc est duplex, una conducens, altera non conducens ad consequendum bonum intentum ab operante. Sic, si quis nolit tondere ungues in honorem Sancti, finis est bonus, sed materia indifferens nullatenus conducens ad Sancti honorem. Si verò nolit edere ficus in honorem passionis, afflictionis Dominicæ, materia indifferens conducit ad illum finem. Sanch. 4. *Decal. cap.*7. Riccardus in 4. *dist.* 38. *art.* 1. *quæst.* 3. Toletus *lib.* 4. *Summa cap.* 17. *num.*13. Sylvester v. *votum.*1. *quæst.* 4. *dicto* 2. Sotus 7. *de iustitia quæst.*1. *art.* 3. *ad* 3. Joannes à S.Thom. 2.2.*qu.*88.*disp.*29.*art.*4.Leand.*par.*7. *tract.*2.*quæst.*10. 11.*&* 17.

Bona.

Bona ex se est de re virtutibus consona, ut orare, dare eleemosynam, quę ex fine malo inficitur, ut dare eleemosynam ob vanam gloriam.

Mala.

Mala est ex se contraria virtutibus, ut vovere semper se odio habiturum inimicum, numquam se derelicturum meretricem. Et hæc, ex circumstantia potest reddi bona, ut vovens non dare eleemosynam egenti, sibi causa ruinæ.

Impossibilis.

Impossibilis est, quæ adversatur legibus, naturæ physicæ, & moralis, ac positivæ humanæ.

Nunc singulas materias edat distinctior oratio.

Materia indifferens.

PRINCIPIUM.

Deo non grata magis, quàm opposita, non est materia Voti.

Patet, quia votum de meliori bono. D. Tho: 2. 2. *qu.*88.*art.*2. Caram. *intentionali n.* 1864. Hinc

ANALYSIS I.

An res indifferens sit materia Voti.

1866 Materia indifferens nõ est materia voti.

Nega D.Tho: 2.2.*quæst.*88. *art.*2. ubi Cajetan. *dub.*5. Sotus 7. *de iustitia qu.*1.*art.*3. *concl.*2. Navarrus *cap.*12.*num.*37. Sanch. 4.*Decalog.cap.*7.*num.*2. Aragonius 2.2. *qu.*88.*art.*2. *dub.*1. *concl.* 3. & ex contradictam ait Pasqualigus *centuria* 1. *q.*4.*num.*4.

Probatur I. quia votum debet esse de meliori bono, hoc est melius debet esse res devota, quàm opposita. D. Tho: *loc.cit.* Sanch. *lib.* 4. *Decal.cap.*1.*num.*1.

II. Quia debet esse de re grata Deo. Malletus *tom.* 2. *malleatione* 4. *bractea* 1. Res autem indifferens, nec de meliori bono, nec Deo grata, nec Religioni inservit, cui actus voti deservit.

1867 Pro qua non petitur dispensatio.

Hinc votum rei indifferentis vanum, nulla dispensatione egens, nam non entis nullæ passiones. Sotus 7.*de iustit.quæst.*1. *art.*3. Navarrus *cap.*12.*num.*29. contra Angelum v.*votum* 1.*n.*5. Sylvestrum *ibid.* 4. *dicto* 3. exigentes dispensari ad tutiùs esse.

1868 Imò de hac materia emittere votum, est veniale.

Imò votum rei indifferentis præcisa simplicitate inconsiderata, licèt non injuriosum Deo, est in se otiosum, & sic veniale. Rodriqu. *tom.*2. *Summæ cap.*94. *num.*6. Suarius *lib.*5. *de voto cap.*2.*num.*14. Toletus *lib.*4.*cap.*17.*n.*13.

ANALYSIS II.

An indifferens cum bono fine sit materia Voti?

1869 Materia indifferẽs cum bono fine, si conducat ad bonum, apta est ad votũ.

Distinguas: vel conducit, vel non conducit ad consecutionem boni præfixi finis.

Si conducit, affirma: nam tunc amittit indifferentiam, & determinatur, ac specificatur à bono fine.

Secùs si non conducat.

Si non conducit ad consecutionem boni finis; tunc remanet indifferens, ut prius, & sic inepta materia voti.

Sic licèt sit indifferens non ingredi domum, per aliquam plateam deambulare, si quis voveat domum non ingredi, per illam plateam non ambulare, quia ibi sunt ultroneę occasiones peccandi; materia ex se indifferens conducit ad evitandas occasiones peccati, & sic determinatur à bonitate finis, estque voti materia. Sic ambulare est indifferens, sed si quis pedester velit ambulare per multa milliaria meditans, & in honorem itinerum Christi Domini, illa ambulatio conducit ad imitandum Christum Dominum, ad visitandas Ecclesias, & sic est materia voti. Navarrus *cap.*12.*nu.*28. Layman *lib.*4. *tract.*4. *cap.*2.*num.*8. Sanch.4.*Decal.cap.*7.*nu.*7. Leand. *loc.cit.qu.*12.*&* 13.

1870 Est aliquando indifferens, quod neque bono fine suã naturã mutat.

E' contra datur materia adeò indifferens, ut nec ex fine bono possit amittere indifferentiam, & determinari ad bonum; sic non tondere ungues in honorem Sancti, agitare Tauros, Choreas ducere in honorem Dei, est adeò materia indifferens, nullatenùs conducens ad Sancti honorem, ad Dei obsequium, ut cum bono fine

rema-

remaneat vana, & otiosa, nam non conducit ad promovendum Dei amorem, honorem. Sanch. *loc. cit. num.* 5. dans duodecim Doctores Tamburrin. 3. *Decalog. cap.* 15. §. 2. *num.* 8. Acacius *tom.* 2. v. *Taurus.* Leand. *loc. cit. quæst.* 10. 11. & 17. loquentes etiam de voto agitandi Tauros in honorem Sancti, contra Pradum *tom.* 2. *c.* 31. *de voto quæst.* 2. §. 4. *num.* 31. dicentem validum votum agitandi Tauros in honorem alicujus Sancti.

ANALYSIS III.

An teneat Votum, non edendi carnes assas in honorem Sancti Laurentii, caput animantium in honorem S. Joannis Baptistæ.

1871. Votum non edendi, certo die, aut certam rem, valet si intenditur mortificatio.

Distinguas: vel emittitur tale votum ad exercendam mortificationem per abstinentiam illarum rerum, voventi magis delectantium; tunc tenet votum, quia illa abstinentia conducit ad illam mortificationem virtuosam exercendam. Sanch. *loc. cit. n.* 9. & 10. Palaus *disp.* 1. *de voto quæst.* 8. §. 2.

Si verò fiat solùm ad excitandam memoriam Martyris; votum est nullum, quia non magis excitatur edendo, quàm non edendo, & sic non melior est ipsa, quàm non ipsa. Et memoria martyrii, sine aliquo pio affectu, est etiam indifferens, communis etiam carnifici, ac tyranno. Angelus v. *votum.* 1. *nu.* 8; ubi Sylvester *quæst.* 4. *dicto* 3. Navarrus *cap.* 12.

ANALYSIS IV.

An incedere, vestibus albis, in signum puritatis, Virginæ, sit materia Voti?

1872. Vestibus albis incedere est materia voti.

Affirma: quia inde obsequium datur Virgini, & sic est medium conducens ad præbendum tale obsequium. Intelligas, in locis, in quibus usus probavit; non in aliis, ubi tales vestes non indicant obsequium, sed mœrorem, ut apud Sinenses luctuosæ, ac funebres sunt albæ vestes. Sotus 7. *de justit. quæst.* 1. *art.* 3. v. *circa secundam conclusionem.*

ANALYSIS V.

An Votum utendi vestibus mortificationis teneat?

1873. Et vestibus mortificationis.

Affirma: quia licèt indifferentes, conducunt ad exercendam mortificationem, nisi sit talis homo, cui nulla esset mortificatio illis cooperiri, nam tunc remanerent indifferentes, nec fine cohonestarentur.

Secùs si sit aliis præjudicium.

Idemque esset, si illis vestibus uti esset præjudiciale familiæ, conjugio: tunc enim esset mala res ex circumstantia, non enim tuo voto debes alteri præjudicium irrogare, & multò minus conjugio. Sylvest. v. *votum.* 5. *quæst.* 1. Suarius *lib.* 6. *de voto cap.* 4. *num.* 14.

ANALYSIS VI.

An Votum vigilandi per integram noctem teneat?

1874. Vigilare per noctem causa mortificationis, est materia voti.

Distinguas: vel est ad finem se mortificandi, & tunc ad id conducit vigilia, & votum tenet. Vel ad alios fines ludendi, choreas ducendi: & tunc non conducit ad rem bonam, & votum est nullum.

ANALYSIS VII.

An Votum non equitandi, non navigandi, non natandi, teneat?

1875. Votum non equitandi, non navigandi non tenet, si non consequatur bonum.

Distinguas: vel non conducit ad consequendam rem bonam, honestam, & non tenet; nam remanet adhuc indifferens. Toletus *lib.* 4. *Summæ cap.* 17 *num.* 13.

Secùs si consequatur.

Vel conducit ad finem bonum consequendum, nè scilicet periclitetur, ut aliàs in se, aliisve expertus; & tunc finis est prudens, bonus, & illa conducunt ad evitandum vitæ periculum; ergo materia desinit tunc esse indifferens, & ut medium determinatur à bono fine vitam eripiendi à periculis, & periculis non se exponendi, contra Tolet. *loc. cit.* absolutè ajentem, vovotum non navigandi, natandi, non equitandi nullum: contra Sanch. 4. *Decal. cap.* 7. *num.* 15. Bonacinam *disp.* 4. *quæst.* 2. *puncto* 4. §. 2. *num.* 3. Trullench *lib.* 2. *Decal. cap.* 2. *dub.* 6. *num.* 3. Leand. *par.* 7. *tract.* 2. *disp.* 4. *qu.* 21. ajentem absolutè nullum: at validum, si vovens ob complexionis gracilitatem periclitetur.

Quo tempore existens indifferens votum, reddat nullum, materia?

1876. Tempore emissionis voti materia indifferens nullum facit votum, etsi posteà evadat non indifferens.

Tempore, quo votum emittitur, materia indifferens est incapax; & sic votum emissum nullum, nec reconvalescit, licèt deinde materia fiat non indifferens: ut vovens non transire per plateam aliquam, si tunc sit indifferens platea, votum est nullum, nec pullulat obligatio voti, quamvis deinde incedere per talem locum sit periculis obnoxium: ex regula: quod ab initio non valet, tractu temporis valere non potest. Intelligas, nisi ab initio votum emittatur sub conditione si aderit periculum. Lessius 2. *de justit. cap.* 4. *num.* 41. Sanch. 4. *Decal. cap.* 7. *num.* 19. Faustus *lib.* 1. *Thesauri quæst.* 52. & 53. dicens, etiam votum validum ab initio, reddi nullum, si materia fiat indifferens, puta si incessus olim periculosus evadat non periculosus. Contra Navarrum *cap.* 12. *in fine*, ajentem, validum votum materiæ indifferentis, si deinde materia reddatur voti capax.

In dubio, an materia sit indifferens.

1877. In dubio an materia sit indifferens, votum est nullum.

Votum est nullum, quia forma, & obligatio voti certa afficit materiam certam, determinatam, & in dubio onera non imponenda. Sotus 7. *de justit. quæst.* 1. *art.* 3. ajens timorati esse tunc petere dispensationem, contra Faustum *lib.* 1. *Thesauri quæst.* 55.

An validum votum materiæ bonæ ob finem indifferentem?

1878. Votum materiæ bonæ cum fine indifferenti est nullum.

Nega: quia finis per se volitus specificat actus voventis, sicque votum ut nequit esse de re indifferenti, ità nec ob finem indifferentem, ut vovens orationem, jejunium, ut delectabiliùs comedat, & uberiùs, ut choreas ducat, ut equitans circumspiciatur; ut enim res bona ob finem malum est mala; ita res bona ob finem indifferentem est indifferens, sicque vana, & otiosa, ac venialis promissio devota. Suarius *lib.* 2. *de voto cap.* 3. *num.* 14. & *cap.* 4. *num.* 3. Palaus *disp.* 1. *de voto puncto* 8. §. 3. *nu.* 2. & 10. Faustus *lib.* 1. *Thesauri quæst.* 63. contra

An-

Angelum v. *votum*.1.*num*.4.ubi Sylvester 1.*q*.4. Paludanum in 4.*dist*.38. *quæst*.1. ubi Riccardus *quæst*.2. *art*.1. ajentes validum votum rei bonæ ob finem indifferentem.

Qui non sit finis indifferens?

1879 Finis utilis animæ, corpori statui, honori, bonis non est indifferens.

PRoficuus animæ, corpori, statui, honori, famæ, bonis non est indifferens, nam habetu determinatam bonitatem licitam, ad Deum illius datorem ordinabilem, qua bonitate indifferentia tollitur; sic vovere, ut quis obtineat liberos, felicem, & lucrosam mercaturam, litium obtineat exitum, ut consequatur officium, nè rem familiarem amittat, ut tutus peregrinetur, finis honestus; & consequenter non indifferens materia, & finis voti. Sic *Genesis* 28. Votum pro felici peregrinatione. 1.*Reg*.1. Votum Annæ pro filio obtinendo. Sanch.4.*Decal.cap*.7. *num*.22.& 29. Palaus *loc.cit.num*.6. Leand. *loc. cit. quæst*.26. Diana *par*.7.*tract*. 9. *resol*.56. Faustus *lib*. 1. *Thesauri quæst*.63. contra Innocentium in *cap. scripturæ.num*.1. *de voto*; ajentem votum istum simoniacum.

Hinc ob bonum temporale à Deo bonorum largitori obtinendum, votum tenet.

An autem vovens jejunare, ut lucretur ex parco victu, ut eleemosynas faciat ad tollendam à se avaritiæ notam, ejus votum sit validum?

1880 Dubitatur an vovere jejunium, ut parcè vivat, videatur liberalis faciendo eleemosynam, sit verum votum.

NUlliter vovere ait Sanch. & Palaus *loc.cit.* Leander *loc.cit. quæst*. 25. Faustus *lib*.1. *Thesauri qu*.63. quia finis est indifferens.

At optarem reddi disparitatem, cur liceat vovere ob bonum temporale licitè consequendum. 1. *Regum* 1. *Genesis* 28. & docet Sanchez *cap*.7.4.*Decalogi num*.22. Layman *tract. de voto cap*.2. *num*.10. Leand. *loc. cit. quæst*.24. & non liceat lucrari jejunio bona fortunæ, & famæ, tollendo à se improbam notam. Et si dicant non videri congruum jejunio lucrari, notam infamiæ abolere: Jam egrediuntur fines indifferentiæ, & ingrediuntur fines malitiæ, & adhuc remanet danda disparitas, cur liceat jejunio velle lucrum ex mercatura, ex cultura agrorum.

Materia bona.

1881 Materia bona voti.

Est quæ ex se est actus virtutis præceptæ, vel supererogationis, sivè consilii, quæ bonitas valet intendi, & remitti, aut deleri circumstantiis, & una respectu alterius virtutis potest esse majoris, & minoris bonitatis; sic virtus Caritatis alias excedit, Theologicæ excedunt Cardinales, & una altera Cardinalem superat.

An, & quæ bonitas sit materia Voti.

PRINCIPIUM.

1882 Est illa, quæ non impedit majus bonũ.

BOnitas non impediens majus bonum præcepti, vel consilii est materia voti.

Nam id est votum esse de meliori bono, non enim est habere supremam bonitatem, sed non impedire in concursu majus bonum. D.Tho:2. 2.*quæst*.88.*art*.1. & 2. Caram.*intent.num*.1864. Azorius *lib*.11.*cap*.14.*qu*.10. Faustus *lib*.1. *Thesauri qu*. 38. Sancius 23.*selectarum num*.20. & *qu*.46.*selectarum num*.26.

Hinc resolvitur:

An, & quæ virtus sit materia Voti?

1883 Virtus, quæ nõ tollit legem maximè naturalem, est materia voti.

ILla virtus est materia voti, quæ non tollit legem, maximè naturalem. Sotus.7.*de justitia quæst*.1. *art*.3.*in fine*. Sancius 46. *selectarum num*.26. unde votum Religionis si contrarietur præcepto Caritatis subveniendi parentibus extremè indigentibus, est nullum. Imò ante validè factum, superveniente necessitate gravi patris, corruit; nam votum nequit tollere obligationem Caritatis, & pietatis jure naturali, & Divino firma. D. Tho:*quodlibeto* 3. *art*. 16. & 2.2 *quæst*.189. *art*.6. Suarius *tom*.3. *de Religione lib*.5. *cap*.5.*num*.16. Pasqualigus *centuria* 1. *quæst*.54.*nu*.2. 3.& 4. dans vigintiquinque Doctores, dicens nullam professionem indè securam.

1884 Non debet impedire majus bonũ.

Secundo debet esse talis virtus, cujus privatio, virtus opposita non sit majus bonum, nam non esset de meliori bono, impediens virtutem majoris boni. Sic nubere est honestum: nec materia voti, quia castitas ei opposita est virtus melior. Sic honestè ludere, honestum: nec materia voti, quia impedit mortificationem, quæ est virtus magis bona. Paludan.in 4. *dist*.38.*q*.1. *num*.22.Sancius 23.*selectarum num*.20.& *q*.46. *selectarum num*.26. *in fine*. Sanch. 3.*Decal.c*.18. *num*.2.& *lib*.1.*de matrimonio.disp*.4.*n*.5.Faustus *lib*.1.*Thesauri qu*.36.37. 38.

Quoties ergo de virtute verificatur, melior est ipsa, quàm non ipsa, tunc est materia voti. D.Tho: 2. 2. *quæst*.88.*art*.2.

Modò circa hanc materiæ bonitatem debet latè se spatiari oratio, agendo de virtute non ludendi, jejunandi, castitatis, Religionis, non peccandi, &c. ex quibus primò edamus:

Votum non ludendi?

1885 Non ludere est mortificatio, si non impediat majus bonum.

NOn ludere est actus virtutis mortificationis, modum ponentis in exhilarationibus. Est materia voti, si non impediat virtutem majoris bonitatis, aut legis executionem. Sanchez 3.*Decal.cap*.18.*num*.12. Fagundez *lib*.2. *cap*.26. *num*.15. Trullench *lib*.2.*cap*.1.*dub*.18. *num*.6. Leand. *par*.7.*tract*.1. *disp*.28.*quæst*.16.17.& 18. Sancius 46. *selectarum num*.26.*in fine*.

An teneat Votum honestè, moderatè ludendi?

1886 Honestè, ac moderatè ludere, si impedit majus bonum, non est materia voti.

DIstinguas: vel impedit, vel non impedit majus bonum alterius virtutis.

Si impedit, non est materia voti. Licèt enim ludus sit actus virtutis Eutropeliæ. D.Tho.2.2. *quæst*. 168. *art*.2. virtus autem non est materia voti, si melioris virtutis exercitium impediat. D.Tho: 2.2. *quæst*.88. *art*.2.Paludanus in 4.*dist*. 38.*quæst*.1.*num*.22.& sic recipio Sancium 23.*selectarum num*.20. & *quæst*.46. *num*.26. Sanch. 3.*Decalog. cap*.18.*num*.2. ajentes ludum tollere mortificationis virtutem excellentioris bonitatis.

Si non impedit est, apta materia.

Si non impediat exercitium alterius virtutis, puta si ex circumstantiis mortificatio non congrueret loco, & tempori, ac personis; tunc ludus honestus esset materia voti; nam tunc non ludere esset non virtus, sed vitium duritiei, rusticitatis, meliusque est ludo intensam tristitiem repellere, quàm se agrestem exhibere sibi, aliisque durus inferendus. Et ità recipio Rodriq. *tom*.1.*Summæ cap*. 189. *num*.10. Suarium

tom.2.

tom.2.de Religione lib.3.de voto c.8. n.16. Malderum *de virtutibus tract.10.cap.5.dub.2.* Villalobos *tom.2.Summæ tract.34.difficult.2.num.1.*

Hinc resolvitur:

An Votum non ludendi ludo honesto, teneat?

1887 Votum non ludere si est vitium duritiei, non est bonum.

DIstinguas: vel non ludere est, inspectis circumstantiis, vitium duritiei, rusticitatis, vel est actus virtutis mortificationis.

Si vitium, non est materia voti, talis esset sibi, & aliis mœrore pressis non occurrere, moderata recreatione, & remanere in profundum mœstitiæ sibi, & aliis onerosus, atq; agrestis. Suarius *loc.cit.* Navarrus *cap.12. n.11.* Bassæus *to.2. v. ludus num. 13.* Dicastillus *lib. 2. de justitia tract.18. disp.1. dub.2. num.15.* Rodriq. *part.1. Summæ cap. 189. num. 10.* ajentes nullum votum non ludendi ludo honesto, & moderato.

Si respiciat mortificationem, bonum.

Si verò non ludere retineat bonitatem mortificationis, nec reddat contra caritatem, & urbanitatem voventem se, & aliis onerosum, tunc est materia voti. Sancius 33. *selectarum num.20.* Sanch. 3. *Decal.cap.18.num.2.* Leand. *par.7. tract.1. disp.28.quæst.1.2.5.& 6.* Tamburin.3.*Decal.cap.3.§.5.num.58.*

De quo ludo intelligatur Votum non ludendi?

1888 Votum dubium nō ludendi intelligitur de ludo illicito.

INtelligitur de illo ludo, quo vovens dubius minus gravatur, quia onera in dubio non præsumuntur, & semper ad mitiora declinantur. *l.altius, D.de servitutibus, & aqua.*

Hinc primo, nisi aliter certus sit, vovens non intelligitur vovisse non ludere ludo licito, sed flagitioso, jurgiis, periculis turgido. Sanch. 1. *de matrim.disp 9.num.11.* Bonacina *disp.4.quæst.1. puncto 16.num.4.* Bassæus *tom.2. v. ludus n.13.* Diana *par.7.tract.6.ref.56. & 58.*

Secundo, vovens non ludere, potest ludere semper, ac cessat finis voti. Faustus *lib.1. Thesauri quæst.62.* Leand. *loc. cit. quæst.19.* Diana *part.7.tract.9.resol.58. in fine.* Et hic vovens non ludere ad evitanda jurgia, peccata, potest ludere sine jurgiis, & periculo peccandi; vovens ludere ad evitandum damnum grave, potest moderata pecunia ludere, potest non pro se, sed pro aliis ludere. *DD.cit.*

1889 Dubius de ludo an per se, aut per alium, potest per alium.

Si vovens non ludere, dubitans an per se, an per alium, potest per alium ludere etiam, vulgò *abbacchando*, nam ità mitiùs votum intelligitur. Bonac.*loc.cit.* Fagundez *lib.2.cap.26.n.8.*

Qui vovens non ludere cum A, & in tali loco, an voto teneatur?

1890 Finis honestat votum non ludendi cum aliqua persona, aut in tali loco.

NEga, nisi finis cohonestaret votum, puta quia in Ecclesia, quia cum rixoso: aliàs finis est indifferens, superstitione fœdatus; si vovens putet tali loco, cum tali persona se affortunatum. Sanch.3.*Decal. cap.18. num.9.* Bonacin. *disp.4.quæst.1. punct.4.num.2.* Fagundez *lib. 2. cap.26.num.11.* Leander *loc.cit. quæst.15. & 16.* Bassæus *tom.2.v.ludus num.13.*

Vovens non ludere, donec A velit, donec revertatur: an illo defuncto, Voto teneatur?

1891 Non ludere donec Titius velit, eo mortuo, non tenetur ad votum.

NEga: nam intentio taliter voventis est pendere à conditione contingenti, non perpetuò vovere; & sic non se extendit ad casum mortis, impotentis absolutè consentire, reverti. Tamburi. 3.*Decalog. cap.3. §.5.num. 64.* contra Fagundez *loc.cit. num.15.*

Sed major est difficultas:

Si evadat furiosus perpetuus ille, sub cujus voluntate dictum est, donec voluerit, vovens teneatur?

NEga ex prejacta ratione voventis sub conditione casuali, non sub illa, qua perpetuò remaneret ligatus. Secundo, quia casus furoris insolitus, non censetur prævisus à vovente, & sic in generali obligatione non inclusus. Tertio, quia stolidè vovisset, pendere à consensu illius, pro casu, pro quo nequit consentire. Quarto, quia verba sunt accipienda secundum communem intellectum. *l.non est sine liberis.148.D.de verb. signif.* Ex ly donec A voluerit, intelligitur de illo, qui potest velle, & nolle, non autem de furioso. Bart.in *l.centesimis.46.§.si ità stipulatus 22.D.de verb.oblig.* contra Sanch.8.*de matrimonio.disp.28. num.58.* Bonacinam *disp.4. quæst.1. puncto 16. n.6.* Leandrum *par.7. tract.1.disp.28. qu.21.* dantem quatuor Doctores. 1892 Similiter si evadat furiosus.

Jejunium.

ESt materia voti, quia est virtus abstinentiæ, si legi non adversum, nec impediat majus bonum. Patet ex dictis. 1893 Jejunium est materia voti

PRINCIPIUM.

VOtum jejunii, ut lex privata, obligat ad instar legis Ecclesiasticæ. 1894 Votum jejunii obligat ad instar legis Ecclesiasticæ.

Patet ex *cap.fin.de observatione jejunior.* Suarius *lib.4.de voto cap.7.num.9.* Acacius *tom. 2. v.votum.resol.447.* Coronius *v.promissio num.2.* Sanch. 4.*Decalog.cap.11. num.32.* Tamburrin.3. *Decal.cap.15.§.6. nu.11.* Uniformitas namque subditorum cum legibus ab Ecclesia amatur. *can.solitæ.3.* ibi: *multum enim convenit, ut totum corpus Ecclesiæ in hac sibi observatione concordet. can.quod Deo.4.33.quæst.5. can. in nova. 19.* ibi: *nec professione discrepent, nec habitu 16. quæst.7.* Et quivis ut moribus, ità legibus illorum, inter quos vivit, se conformare debet. *can. quisquis. dist.41. cap. Deus,qui. 9.* ibi: *ne igitur dispar in nobis observantia fuerit. de vita, & honest.Cler.* Ergo vovens legi Ecclesiæ sua privata lege voti se conformat.

Hinc I.

An jejunans ex Voto in Vigilia Nativitatis, possit uti pinguiori refectiuncula, consuetudine probata?

AFfirma: patet ex dictis. Sanch. *loc. cit. cap.11.num.65.* Tamburi.*loc.cit.num.13.* Palaus *disp.2.de voto puncto 12.num.11.* Faustus *lib.1. Thesauri quæst.157.num.2.* contra Rodriquez *tom.1.Summæ cap.23.num.10.* 1895 In Vigilia Nativitatis potest uti abundantiori refectiuncula, si usus probet.

II.

An vovens non comedere carnes in die Veneris, Martis, possit illas comedere, si tunc accidat dies Nativitatis Domini?

AFfirma: nam se conformat legi Ecclesiæ. *cap.fin.de observat.jejunior.* Molina *tom.2. de justit.disp.272.* Azorius *lib.11. cap.20. dub.3.* 1896 Vovens in aliqua die non edere carnes, potest illas edere, si incidat dies Nativitatis Domini

Fau-

Faustus 1. *Thesauri quæst.* 158. *num.* 1. dicens probabilem; non enim generale votum se extendit ad specialem solemnitatem totius Ecclesiæ. contra Oviedum 1. 2.*tract.*2. *controversia* 3. *puncto* 7.*num.*93. dantem sex Doctores. Baldellum *lib.*3.*disp.*27.*in fine.* Suarium *tom.*2. *de Religione lib.*4.*de voto cap.*7. Sanch.*lib.*4. *Decalog. cap.*11.*num.*61. Vasq.*t.*2.*disp.*20.*cap.*4.*num.*26. Faustum *lib.* 1. *Thesauri quæst.* 254. *num.* 2. Leand. *part.*7. *tract.*1.*disp.*20. *quæst.*81. Motos, quia attenditur præsens voluntas, non quam habuisset, si prævidisset: quod est inane motivum; nam præsens voluntas non se extendit ad specialia, & uniformat se consuetudini Ecclesiæ. *can. nolite.*3. *dist.*11. ibi: *convenit, ut totum corpus Ecclesiæ in hac sibi observatione concordet. can. quisquis. dist.*41.*c.Deus qui.*9. ibi: *ut igitur dispar in vobis observantia fuerit. de vita, & honest.Clericor.* (6)

1897 III. Vovens jejunare per annum, per mensem, non tenetur jejunare die Dominico, quia non censetur sa difformare à moribus Ecclesiæ. Dina *par.*10.*tract.*16. *ref.*50.*in fin.* & *par.*9.*tract.*8. *resol.*6. Sanch.3.*Decal. cap.*27. *nu.*20. Tamburr. *loc.cit. num.*11. contra Layman. *lib.* 4. *tract.*8. *cap.*2.*num.*9.

Vovens per annum jejunare, non tenetur die Dominico.

IV.

An vovens jejunare in Vigilia Sancti A, possit jejunare in Sabbato, Vigilia contingente in Dominica?

1898 Affirma: ut se conformet Ecclesiæ instituitis, in qua vivit. *can.quisquis.dist.*41. Doctores citati. Pradus *cap.* 2.*de voto quæst.*2. §. 8. *num.* 109.

Si Vigilia contingat in Dominica potest jejunari in Sabbato.

V.

An Votum jejunandi in die Dominico teneat?

1899 Nega: quia non est de meliori bono; nam melius est se conformare cum moribus Ecclesiæ, devotè obsequendo. *c.quisquis.dist.*41. & virtuosiùs se possèt aliter mortificare. Sylvester v. *jejunium* 2. *q.* 16. maximè, quia tale votum sapit superstitiosam singularitatem sapiēdi supra Ecclesiam, & diversitas scandalum tunc solet generare, & discordias, quæ sunt evitandæ. *can.illa. dist.*12. *can.quod Deo.*33. *q.*5. Extravagans *quam.de verb.signif.* ubi uniformem indixit habitum in Religione Minorum ad sedandas discordias; & sic tale votum factum pro die Dominico est nullum, nec transferendum in alium diem. Suarius *lib.*3.*de voto cap.*6.*n.*21. Sanch.2.*Decal.cap.*27. *nu.*13. contra Leandrum *par.*7.*tract.*2.*disp.*4.*quæst.*45.dantem sex Doctores, admittentes licere zelo mortificationis. Quem consule *loc. cit.*

Jejunare in die Dominico non licet.

VI.

An vovens jejunare omni vitæ tempore, teneatur jejunare post sexagesimum annum?

1900 Nega: sa conformans moribus Ecclesiæ illum eximentis à jejunii onere. Diana *p.*10. *tract.*16.*ref.*50. Et idem est si pro tota vita voveat jejunare in certa die, puta in Sabbato, non animi tenetur post sexagesimum annum. Diana *loc.cit.* Pradus *de voto cap.*31.*q.*6.*§.*3.*n.*8.

Post LX. annum non tenetur jejunare, si perpetuò jejunare vovit.

Votum jejunii in pane, & aqua.

1901 Tenet, si non tollat majus bonum, & urgentiùs præceptum. Ex dictis certum. Et sic non tenet votum, si inde immineat salutis, & vitæ notabile damnum; nam votum non potest tollere Jus Divinum se non occidendi.

Jejunare in pane, & aqua bonum, nisi impediat majus bonū.

An violatur bibendo non vinum?

1902 Nega: quia ex communi usu vovens jejunium in pane, & aqua excludit vinum, & sic potest bibere cerviliam. Sanch. 4.*Decalog. cap.*11.*n.*44.Faustus *lib.*1.*Thesauri q.*157. (7)

Dicunt taliter vovens, non peccare bibendo non vinum.

Quæ vini quantitas non frangat jejunium in pane, & aqua.

1903 Parva quantitas vini, & parum edulii. Sanches 15. *selectarum num.*7.

Et sic non violatur tale jejunium sumtione ablutionis vini in Missa, quia jejunium non potest esse contra præceptum Ecclesiæ sumendi illam ablutionem, & quia parva materia. Paludanus in 4. *dist.*38. *quæst.*3. *lib.*4. *num.*27. Faustus *lib.*1.*Thesauri quæst.*131.

Parva quantitas vini in dicto voto non est lethale.

1904 Imò nec violatur semel bibendo vinum moderatè. Tamburrinus 3.*Decal.cap.*15.§.6. *n.*15. Leand. *par.*7.*tract.*1.*disp.*20. *sect.*15. contra Palaum *disp.*1.*de voto puncto* 12.*num.*19.Imò quantitatem requisitam ad lethale tantam esse, quantam sufficeret pro integro prandio attentium temperatè vino, ait Faustus 1. *Thesauri qu.*135. *num.*3.

Nec moderatè bibendo vinum.

1905 Ex dictis non frangit jejunium sumens modicum spiritus ardentis, nam tenuis materia.

Nec sumens modicū spiritos ardentis.

1906 Semel autem fracto voto jejonandi in pane, & aqua, ampliùs illo voto pro illa die non tenetur; nam esset de re impossibili; sicque posset deinde pluries bibere, edere; abstinentia namque à vino non est devota per se, sed ut compens jejunium in pane, & aqua; ergo semper ac tale jejunium cessat, non est abstinendum à vino; ut vovens peregrinari discalceatus, impotens sic peregrinari, non tenetur discalceatus incedere per suam patriam. Leander *p.*7.*tract.*1. *qu.*10. dans octo Doctores. Diana *par.*10. *tract.* 10.*ref.*32.contra Palaum *disp.*1.*de voto pun.*12.

Fracto jejunio, pro illa die ad votū nō tenetur.

1907 Secùs esset si voveret nunquam bibere vinum, nunquam comedere carnes; nam negatio illa comedendi, bibendi, malignantis naturæ, tollit prorsus pro illo toto tempore vinum, carnem negatam; & sic toties peccaret, quoties biberet vinum, comederet carnem, ad instar præcepti negativi. Tamburrin. 3.*Decal.cap.*15. §.6.*num.*17.Diana *par.*10.*tract.*14.*resol.*32.Faustus *lib.*1.*Thesauri qu.*135.*num.*2.Navarrus *cap.* 12.*num.*53. Azorius *lib.*2. *cap.*20.*qu.*8.

Vovens nūquam bibere vinum, semper peccat bibendo illud.

An jejunans in pane, & aqua, possit comedere panem elixatum, idest aqua coctum?

1908 Affirma: nam est panis, & aqua. & panis communiter dicitur panis elixatus minutatim incisus, vulgo *pane grattato.* Tamburrinus 3.*Decal.cap.*15.*§.*6.*num.*20. Leand. *par.*7. *tract.*

Jejunium in pane, & aqua, impletur edendo panem elixatum.

(6) At si cogitans de illa die, illam excipere noluerit, tenetur etiam pro illa die.

(7) Sed vovens Jejonium in pane, & aqua excludere censetur omnem potum, præter potum aquæ: ut apud timoratos compertum est, nec usus ille in Italia esse videtur ad excludendum solum vinum.

tract.1. disp.20. qu.17. aientes parvitatem alterius materiæ immixtæ esse venialem.
Sed

An liceat comedere pastillos, vulgò maccaroni, & vermicelli?

1909 In jejunio panis, & aquæ non licet comedere pastillos. AFfirmat Leander *loc.cit.* quia est panis, licèt non usitatus; dicens non posse infundi panem olei, quia tunc non venit nomine panis.

Negat Tamburrin. *loc.cit.* quia vovens respicit panem communem, & sic usitatum; nisi aliter se exprimat. Nobis placet non esse panem, quia secùs posset consecrari; Panis namque, secundum communem usum inspectum à vovente, significat panem coctum.

Difficultas emergit:

Si coincidant in eadem die Votum Iejunii panis, & aquæ pro die Feria sexta, & jejunium non edendi panem pro aliqua die in honorem alicuius Sancti, ad quid tunc teneatur?

1910 Duplex jejunium in eadem die, aut quod Deo gratius, aut quod majoris devotionis est eligat. ELigat Deo gratiùs, sicque manducet panem secundum Tamburrinum *3.Decal.cap.15. §.5. num.*18.

At Leand. *loc. cit. qu.*18. vult quandoque jejunium in pane non esse duriùs, si cætera sint duriora.

Faustus autem 1. *Thesauri quæst.* 172. ait servandum votum majoris devotionis, non majoris afflictionis, quia devotio est actus Religionis perfectioris virtutis, quàm sit abstinentia, cujus est actus afflictio.

Tamen primum adimplere videtur. Putaverim secundo voto non posse tolli primum, sicuti secunda promissione non potest præjudicari primæ. Rosella v.*Ieiunium num.*31. Sylvest. *v.votum* 2.*qu.*15. Azorius *lib.*11.*cap.*20. Ità ut non sit in electione voventis, nisi velit commutare in melius rem devotam: quidquid dicat S.Antoninus *par.*2.*tit.*11. *cap.*2.*§.fin.* Faustus *lib.*1.*Thesauri qu.*172.*num.*2.

Vovens jejunare in pane, & aqua, impotens, an teneatur ieiunio ordinario?

1911 Vovens, & impotens jejunare in pane, & aqua, non tenetur ad ordinarium jejunium. NEga: quia non tenetur ultrà intentionem voventis jejunium in pane, & aqua, non aliud. Sancius 15.*selectarum num.*3.

Religio.

1912 Religio est materia voti uti Consilium Christi. EST materia voti, nam est actus virtutis exequendi Christi Domini consilia. *cap. qui post votum. 5. de Regularibus in* 6. si non impediat majus bonum Caritatis, & legibus non contrarietur. D.Tho: 2.2.*qu.*88.*art.*1.*&* 2.

PRINCIPIUM.

1913 Hoc votum obligat juxtà mores consuetos suæ patriæ. VOvens se obligat juxtà mores probatos, & consuetos suæ patriæ; nam illis censetur se accommodare. *l.non est sine liberis* 148. *D. de verbor.signif.* ibi: *hæc enim enunciatio, haber liberos. l. cum pater, §. rogo, D. de legatis* 1. nec intentio ejus ultrà se extendit, quàm communiter verba significant. *l. non omnis, D. de rebus creditis.* Hinc I.

ANALYSIS I.

An idem sit vovere Religionem, ac se Religiosum.

AFfirma: nam hic est usus receptus modus vovendi. Et votum sic mitius interpretatur, si nomine Religiosi etiam Novitius veniat. Suarius *tom.3.de Religione lib.4.cap.3.n.*11. Pellizzarius *tom.*1. *Manualis tract.4. cap.1.sect.2. quæsito* 27. Sanch.4.*Decal. cap.*16. *num.*83. contra Cajetanum 2.2.*quæst.* 189.*art.*4. *ad primum*, Armillam v. *Novitius num.*10. putantem, voventem se Religiosum, vovere professionem, sine qua non esset Religiosus. 1914 Idem est vovere Religionem, ac se Religiosũ.

ANALYSIS II.

An vovens Religionem censeatur vovere militarem?

NEga: nam secundum consuetum loquendi modum, intentio voventis ad illas non se extendit, cum sint Religiones speciales, generali locutione exclusæ. At si in vera militari Religione recipiatur, voto jam satisfecit, nam verè est Religio, & licèt non adeò stricta; ingressus in eam voto satisfacit. *cap. qui post votum. 5. de Regularibus in* 6. Doctores apud Leandrum *par.7.tract.1.disp.21.quæst.11.& 12.* Sanch.4.*Decal.cap.*16. *num.*11. Bonacin.*disp.4. de voto quæst.2.punct.5.§.5.* Pontius 9.*de matrimon.cap.7.num.*6. licèt isti inter se aliquantisper dissentiant. (8) 1915 Quis vovens Religionem non intelligitur de militari.

ANALYSIS III.

An vovens Religionem, valeat ingredi vitiis, & licentia omnino collapsam?

NEga: quia consuetus modus, & intentio voventium est ingredi Religionem, ut animæ propriæ prospiciant. At in ista, impia societate, subversionis periculum immineret; essetque peccatum contra Caritatem, qua tenemur nos eripere à periculis animæ. Sanchez 4. *Decal. cap.*16. *num.*13.*&* 14. Navarrus *cap.*12. *num.*36.*&* 51. 1916 Vovens Religionem, nõ tenetur ingredi Inobservantem.

ANALYSIS IV.

An ingrediens animo determinato egrediendi, satisfaciat Voto?

NEga: nam non poneret materiam secundum consuetum usum ponendam, sed poneret materiam vanam; vanus namque talis ingressus à Superioribus rejiciendus. Ingressus enim devotus est, qui justè posset admitti à Superiore, qualis non est cum animo egrediendi, sed est cum animo experiendi, & liberè remanendi, si placeat. *cap.ad Apostolicam*.16.*de Regularib.cap.non solum.*2.*de Regular.in* 6. D.Tho: *a.*2. *qu.ult.ar.4.ad.*3. Palacius in 4.*dist.38.disp.1.conclus. 4. in fine.* Sylvest. v. *Religio* 2. *qu.*9. contra Gandavensem *quodlibeto* 6. *qu.* 19. Mutet ergo voluntatem exeundi in voluntatem experiendi, ut voto satisfaciat. 1917 Non fit satis voto Religionis, si adsit animus egrediendi.

ANA-

(8) Peccat tamen iste Militarem Religionem ingrediens, relicta strictiori, ut in communi loquendi modo usurpatur votum ingrediendi Religionem, quæ ut plurimum strictior est Religione Militari. Ideo cit. textus in *cap. qui post votum. in fine*, sic decernit: *Pro voto tamen non completo, erit eidem pœnitentia injungenda.*

ANALYSIS V.

An vovens Religionem, teneatur ingredi arctissimam?

1918 Devota Religione, non intelligitur de arctissima.

NEga; quia hæc consueta voluntate voventium non inclusa, cùm specialis generali locutione excludatur. *l. item apud Labeonem.* 15. ibi: *specialia nisi noventur, censentur omissa*, *D. de injuriis.* Inter illas numerantur, quæ singularissima aliqua austeritate fulgent, Camaldulensis, Chartusiensis, Cappuccina, & fortè ob perpetuam Quadragesimam D. Francisci de Paula. Unde vovens, nisi expresserit illas ingredi, non tenetur. Sanch. 4. *Decal. cap.* 16. *n.* 45. dans quatuor Doctores. Palaus *de statu Religiosi disp.* 1. *puncto* 3. *num.* 6. Leander *loc. cit. quæst.* 28. qui moventur, quia vovens censetur vovisse Religionem humano usui commodiorem.

ANALYSIS VI.

An Votum laxioris impleatur licitè ingressu strictioris?

1919 Per strictiorem fit satis voto de ingredienda Religione laxiori.

AFfirma: idque licèt fiat propria auctoritate, quia ex communi hominum acceptione non infringit promissum, qui in meliùs commutat. *cap. sanè.* 10. *de Regularibus. cap. scriptura.* 4. *de voto. cap. pervenit. de jure jur.* Sanch. 4. *Decal. cap.* 44. *num.* 4. dans trigintasex Doctores. Leand. *par.* 7. *tract.* 1. *disp.* 18. *qu.* 7. dans octo alios Doctores. Caramuel *Regul. num.* 462.

ANALYSIS VII.

An Votum strictioris licitè, & validè impleatur ingressu laxioris Religionis?

1920 Per laxiorē validè adimpletur votum strictioris, sed fit illicitè.

AFfirma validè, non licitè impleri; validè, quia simplex in solemne meliùs commutat. Illicitè, quia deficit à re promissa, secundum communem usum. *cap. qui post votum, à se de certa Religione intranda emissum, Religionem aliam etiam laxiorem ingreditur, & profitetur in ipsa potest (voto non obstante priori, cui tanquam simplici, per secundum solemne noscitur derogatum) manere licitè in eadem. Pro voto tamen non completo, erit eidem pœnitentia imponenda.* 5. *de Regularibus in* 6. Navarrus *cap.* 12. *num.* 48.

Secùs si Religio laxior habeat privilegiū admittendi voventes strictiorem.

Et etiam licitè Religionem habentem privilegium admittendi voventes strictiorem, ingredetetur, quia vi illius privilegii censetur commutatio illa Summo Pontifice annuente facta; talis est Religio Societatis Jesu, Divi Benedicti, & Camaldulensis, in quam, voventes aliam strictiorem, possunt ingredi, non obstantibus votis simplicibus post biennium. Sanch. 4. *Decal. cap.* 16. *num.* 23. 94. 97.

ANALYSIS VIII.

Votum determinatæ Religionis arctæ, an impleatur ingressu in aliam æquè arctam?

1921 Ingrediens Religionem æquè arctam implet votū determinatū ad Religionem arctam. Vide supra n. 1837.

AFfirma: etiam propria auctoritate; nam ex communi usu non refert quid ex equipollentibus fiat. Sanch. *loc. cit. cap.* 23. *n.* 26. Contra Azorium, & Navarrum quos, sequitur Leander *loc. cit. quæst.* 21.

ANALYSIS IX.

Vovens Religionem in genere, quot, & ubi Religiones perquirere debeat, ut admittatur?

DEbet perquirere tot, & intra districtum, quot, & intra quem districtum prudentes communiter usu receptum est, ut perquirantur. Et sic non tenetur deindè alias perquirere; nam vovens se obligavit ad exequendum votum prudenter, secundum communem usum hominum, & ibi non admissus, est liber à voto, etiam non perquisitos alias Religiones, prudenter repellendus, vel ad quas perquirendas non se adstrinxit. Undè 1922 Vovens Religionem in genere, debet perquirere illas, quæ sunt in districtu prudenter perquirendæ.

PRINCIPIUM.

IN perquirendis Religionibus, potest sequi communem receptum usum suæ Patriæ. 1923 Attenditur receptus usus Patriæ.

Nam suo voto se adstrinxit ad prudenter operandum, se accommodando suæ Patriæ usui. Sanch. 4. *Decal. cap.* 16. *num.* 46. Bonacin. *disp.* 4. *qu.* 2. *puncto* 5. §. 6. *num.* 14. Palaus *de statu Religioso disp.* 1. *puncto* 3. *num.* 6. Pradus *cap.* 31. *de voto qu.* 7. §. 6. *num.* 33.

Inde concedentes, feminam voventem vagè, non teneri perquirere Religionem, nisi intra suam Civitatem, & confines, quia ita consuetum, nec debet orbari consanguineorum, & aliorum necessariorum consolatione frequentiori. Cajetan. 2. 2. *qu.* 88. *art.* 3. *ad* 2. Sanchez *loc. cit. num.* 46. 1924 Femina intra suam Civitatem, & cōfines perquirere debet Religionem.

Secundo, vir vovens, non tenetur extrà suam Provinciam adire Religionem, quia ita solitatus modus, & prudenter operatur, perquirens intra Provinciam, conformando se moribus illorum, inter quos vivit. *can. quisquis. dist.* 41. Suarius *tom.* 3. *de Religione lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 10. Sà v. *votum n.* 2. Azorius *tom.* 1. *lib.* 11. *cap.* 22. *q.* 2. Vir intra suam Provinciam.

Non ergo vovens Religionem in genere debet peragrare totum Orbem, nec Orbis partem, nec suæ nationis, ut inveniat, à quo admittatur; nunquam enim ad tantum subeondum onus se extendit voluntas voventium prudenter, juxtà receptum usum. Suarius *loc. cit. cap.* 2. *num.* 9. Sanch. *loc. cit. num.* 41. Valentia 2. 2. *disp.* 6. *quæst.* 6. *puncto* 4. *notabili* 4. Joannes à S. Thoma 2. 2. *quæst.* 88. *disp.* 29. *art.* 16. *conclus.* 2. Sylvester v. *Religio* 2. *qu.* 16. Leand. *par.* 7. *tract.* 1. *disp.* 21. *qu.* 28. 29. 30. 31. 32. contra Abulensem in *cap.* 30. *Numerorum qu.* 52. obligantem ad percurrendam majorem Orbis partem. Nec per totum Orbem est requirenda Religio devota.

Imò putaverim, nec teneri adire Religiones sibi etiam nomine ignotas, nam ut ad incognitum, ità ad illas non se extendit voluntas voventis, & in more positum neminem ingredi ignotas; ergo nec velle ingredi. Ut enim non præsumitur extrà Provinciam vovisse petere Religionem, ut habent duodecim Doctores apud Leandrum *loc. cit. qu.* 30. ità nec extrà Religiones sibi notas; nam non debet ingredi Religionem in genere, sed determinatam; & sic tacitè vovit ingredi determinatam, ad quam se extendit tacita voluntas, nequis autem se extendere, nisi ad notas. Nam ad incognitum, nec tacitè, nec expressè voventis voluntas se extendere valet. Ità sentio salvo meliori judicio. 1925 Religiones ignotas non censentur devotæ in hoc voto.

Relinquendum autem arbitrio prudentis voventis, aut Confessarii, quando exclusus à multis, consideratis circumstantiis temporis, personarum, &c. à nulla alia esset admittendus. Pa- In hoc voto implendo prudentia opus est.

laus

laus *tom.3.tract.16.disp.1.puncto 3.num.6.* Aragonius 2.2. *qu.88.art.3.ad* 2. Nec placet, ut perquirat determinatè tot Ordines, & Conventus Ordinis, puta quinque, vel sex intra propriam Provinciam, ut præscribit Azorius *lib.11. cap. 22.qu.2.* Sanch. *loc.cit. num.47.* Leander dans undecim Doctores *part.7. tract.1.disp.21.qu.25.* Cur quinque, & non quatuor, cur sex, & non septem, non octo.

ANALYSIS X.

An, & quæ media vovens assumere teneatur pro Religionis ingressu?

1926 Vovens Religionem tenetur adhibere media necessaria pro ingressu.

DIstinguas vel media sunt consueta, necessaria, vel non sunt consueta, sed pro libito assumuntur à Religiosis.

Si primum, tenetur illa adhibere, nam inclusa, & volita in fine; Et sic debet se reddere habilem doctrinis, aliisve præexigitis ad ingrediendum, secundum statum, quem vult assumere: non verò tenetur assumere illa media, sine quibus utiliter deservire valet Religioni, quia tale medium non necessarium, non est inclusum in volitione finis. Sanch. *4.Decal.cap.16. num.61.* 62.67.68. Candidus *disquisit.25.art.14. dub.29. dicto 44.& dub.30.num.2.* Leand. *par.7.tract.1. disp.21.qu.44.45.46.47.48.& 49.*

Si non sint necessaria, illa adhibere non cogitur.

Si verò non sint media necessaria, ordinaria, consueta, sed requirantur ab admittentibus: puta ut addiscat aliquod exercitium, artem aliquam, sine qua etiam potest utiliter Religioni deservire; tunc non tenetur ad illa addiscenda, nam non inclusa in intentione voventis, tanquam media ad finem, cum sine illis finis attingi possit. Suarius *tom.3. de Religione lib.4. cap. 2. num. 24.* Palaus *tom. 3. tract.16. disp.1. puncto 3.num.1.& 15.* Leand.*loc.cit.disp.50.*

ANALYSIS XI.

An, & quem Superiorem adire teneatur, ut exclusus sit immunis à Voto?

1927 Exclusus à Superiore potente admittere, est immunis à voto.

ESt adeundus Superior exigitus ad admittendum, sivè superioris, sivè inferioris Ordinis, ut Provincialis, Abbas, &c. à quo exclusus, evanescit perpetuò votum, nec tenetur redire, etiamsi requiratur ab excludente, vel successore. Hæc namque est rationabilis voluntas voventis, veluti sub conditione, si admittatur, ut semel exclusus, solvatur à vinculo voti, nè pendulus totam vitam inquietus agat, aliumque statum assumere nequeat, ad quod ut alienum à consueto modo operandi humano, neminem se voto adstrinxisse dicendum. Azorius *par.1.lib.11.cap.22. quæst.5.* Cajetan. 2. 2. *quæst.88.art.3.ad* 2. Suarius *tom.3. de Religione lib.4. cap.2.num.7.& 21.* Sanch.*loc.cit.num.53. & 71.* Lessius 2. *de justit. cap.41. dub.5. num.4.* Pellizzarius *tom.1.Manualis tract.4.cap.1.sect.2. quæsito 6. num. 50.* nisi fuerit repulsus ob temporale impedimentum, nam tunc eo cessante, repetere tenetur Religionem, à qua fuit exclusus, donec impedimentum duraverit. Leander *loc.cit.quæst.34.* 35. 36. ubi loquitur de excluso ob impedimentum temporale. *qu.37. & 38.* ajens, petentem ingredi Religionem non teneri manifestare se vovisse; & *quæst.39.* loquens de excluso, invitato ad regressum.

ANALYSIS XII.

An vovens teneatur ingredi, si velint illum admittere non secundum intentionem voventis?

NEga: quia votum non obligat ad non devota: & sic vovens statum Clericalem, non tenetur ingredi pro laicali, nec è converso. Sotus *7.de justit.quæst.2.art.1.ad* 3. Aragon.2.2. *quæst.88.art.3.* Sanchez *4.Decal.cap.16.num.55.* Lessius 2. *de justitia cap. 41. num. 45.* Bonacin. *disp.4.qu.2.puncto 6. §.6.num.6.& 16.* 1928 Non tenetur ingredi pro Laico, qui vovit statū Clericalem.

ANALYSIS XIII.

An vovens Religionem, & ingressus, liberè valeat egredi, ut cæteri Novitii, & remaneat liber à Voto?

1929 Vovens, & ingrediens religionem, potest egredi, & liberatur à voto.

AFfirma: nam vovit ingressum, & experiri mores Religionis, si placuerit, quæ est sufficiens materia bona voti. *cap. ad Apostolicam.* 16. ibi: *Cum in subsidium fragilitatis humanæ spatium probationis sit regulariter institutum.de Regularibus. cap. non solum* 2. ibi: *In subsidium fragilitatis humanæ regulariter institutus, de Regularibus in 6.*

Secundo, quia vovens, aliter se non exprimens, censetur se conformare juri. Jure autem statutum est liberè intra annum probationis posse discedere. *cap. statuimus Novitios in probatione positos, ante susceptum Religionis habitum, qui dari profitentibus consuevit, vel ante professionem emissam, ad priorem statum redire posse liberè intra annum.23. cap.consulti.20. cap. cum simus.14.de Regular.cap.non solum.2. de Regularibus in 6.* Juri se conformat.

Tertio, quia in dubio coarctanda voti obligatio, & sic egressus, liber à voto Religionis, nec castitate tenetur non devota. D. Tho. 2.2. *qu.189. art.4. in corpore*, dicens liberè etiam sine causa egredi posse, Religione experta. Sanchez *4.Decal.loc.cit.* 16. *n.88.* Gandavensis *quodlibeto 3.qu.19.& quodlibeto 13.q.15.* Navarrus *lib.3. de voto cons.25.* Angelus *v.votum.3.num.18.* Azorius *tom.1.lib.11.cap.22.quæst.6.in fine.* Caram. *Regular. num.460.* dicens satisfacere, etiamsi ex ignavia, inconstantia sancitis Religionis non satisfecerit. Et sic egressus, nec peccare venialiter ait Suarez *tom.3.de Religione lib.4.cap.3.n.6.* aliàs incipiens actus bonos orationis, eleemosynæ, jejunii ex consilio, peccaret ab illis desistens. contra Leandrum *par.7.tr.1.disp.21.q.57.* dans decem, & octo Doctores, ajentes non satisfecisse voto, cum Bonacina *loc.cit. punct.5. §.6. num.22.* Et ait *qu. 59. & 61.* peccare mortaliter, & *quæst. 62.* citans undecim Doctores ait peccare venialiter sine causa egressum.

1930 Si apposite non servat statuta Religionis, ut dimittatur videtur non satisfacere voto, & peccare egrediens.

ANALYSIS XIV.

An vovens Religionem, teneatur ingredi sibi dissonam, si à sibi consona Religione expellatur?

NEga: nam dissona non est voto comprehensa, cum communi usu nemo eligat æquuleo sibi dissonæ Religionis perpetuò torqueri, & mæstitia dilacerari, opprimi. Caramuel *Regul. num.461.* 1931 Expulsus à sibi consona Religione, non tenetur sibi dissonā petere.

ANALYSIS XV.

An vovens Religionem, & perseverantiam, egressus intra annum tyrocinii ex causa rationabili, sit immunis à Voto?

1932 Vovens Religionem, & ejus perseverantiam, egrediens ex causa rationabili, voto non obligatur.

AFfirma: quia vovens se conformat Ecclesiæ, humanæ fragilitati consulenti, nolentis invitum rationabiliter profiteri; esset enim valdè durum, humanæ naturæ incongruum, sicque voto non comprehensum. *cap. ad Apostolicam.16. de Regularibus. cap.2. de Regularibus in* 6. excedit namque voventis intentionem, quæ est rationabilis; & sic quando egressus est ex causa rationabili, non censetur vovisse perseverantiam; nemo enim voto potest, nec vult contra rationem se adstringere.

Et sic vovens Religionem, tenetur ingredi, experiri Religionis incommoda, mores, & si non placeat, liberè egredi valebit: in quo differt à non vovente, qui nec ingredi, & experiri tenetur. At vovens Religionem, & perseverantiam, non solùm tenetur experiri Religionis statum, sed ex mera libertate Novitiis concessa in *cap. statuimus.23. de Regularibus* nequit egredi, sed pro egressu requiritur rationabilis causa. Sotus 7. *de justit. quæst.2. art.1. ad* 3. v. *ex hac autem.* Aragonius 2.2. *quæst.*88. *art.*3. *ad secundum.* Sà v. *votum num.*13. Joannes à S.Thoma 2.2. *q.*88. *disp.*29. *art.*11. *in fine.* Faustus 1. *Thesauri q.*214. *num.*7. Suarius *tom.*3. *de Religione lib.*4. *cap.*3. *num.*8. Palaos *tom.* 3. *tract.* 16. *disp.* 1 *puncto* 4. *num.*7. Petrus Ledesma *tom.*2. *Summæ tract.*16. *cap.*3. *dub.*7. *casu* 4. contra Sanchez 4. *Decalog. cap.*16. *num.*81. dantem decem, & octo Doctores, & *num.*22. tantùm excusantem ob mutationem materiæ à profitendo, si gravissima deprehendatur difficultas, initi voti tempore ignota. Leandrum *part.*7. *tract.*1. *disp.*21. *quæst.* 59. dantem duodecim Doctores.

1933 Semel egressus cũ causa rationabili, liberatur à voto.

Semel jure egressus, est liber à voto, quia non omni modo ad profitendum vovit, sed si semel (sic intelligant oners) probatus profiteatur, non verò si ejiciatur, aut ex causa egrediatur. Palaus *loc. cit.* contra Leandrum, dantem sex DD. *qu.*64.

Vovens ingredi certam Religionem, ab illa exclusus, an teneatur aliam ingredi?

1934 Exclusus à certa Religione devota, aliam ingredi non tenetur.

NEga: quia non tenetur ultrà intentionem, & alia Religio est ultrà intentionem voventis. D.Tho. 2.2. *quæst.*189. *art.*3. *ad* 3. Caram. *Regul. num.*461. Bordonus *tom.*3. *res.*77. *num.*7. Et in dubio an voverit principaliter determinatam Religionem, pronunciandum in oneribus ferendis pro vovente, scilicet vovisse principaliter certam Religionem, ut ab illa exclusus, sit liber à voto. Bordonus *tom.*3. *res.*77. *n.*9.

Habens Votum Religionis, an teneatur illud manifestare Superiori, à quo admittendus, vel excludendus esset?

1935 Votum Religionis non debet manifestari illi, à quo admittendus, vel excludendus esset.

NEga: nam tale onus manifestandi, nec lege, quæ non extat, nec voto inductum; nam id non vovit, nec est medium ordinarium ad ingressum. Azor *lib.*11. *cap.*22. *quæst.*5. Sanch. 4. *Decal. cap.*16. *num.*54. Bordon. *tom.*3. *resol.*77. *num.*15. Leand. *par.*7. *tract.*1. *disp.*21. *quæst.*38. contra Cajetanum 2.2. *quæst.*88. *art.*3.

De Voto Religionis in præjudicium alterius.

1936 Votum in præjudiciũ aliorum nõ obligat.

VOtum Religionis posset præjudicare primo Creditoribus, Secundo aliis, quibus vovens tenetur præbere alimenta jure naturæ. Hinc primo inquirimus:

An Votum Religionis in præjudicium Creditorum sit validum?

1937 In præjudicium Creditorum non tenet.

NEga: quia non esset de majori bono, impediens debitum naturale, & bonum majoris virtutis Justitiæ. Intelligas, nisi delictum esset ex titulo lucrativo; nam tunc non tenetur, nisi deducto ne egeat, nec debet ex sua liberalitate damnum reportare. *l. Aristo, D. de donationibus.* Sanch. 4. *Decal. cap.*19. *num.*10.

An autem Professio inde secuta, sit valida?

1938 Et Professio secuta invalida.

NEgandum videtur: nam votum initum esset nullum, ut enim esset nulla Professio facta à filio in præjudicium caritatis, & pietatis dandi alimenta parentibus D.Tho. 2.2. *qu.*88. *art.*1. 2. & 5. & *quodlibeto* 3. *art.*16. Pasqualig. *centur.*1. *quæst.*54. *num.*4. & 5. Ex *can. si qui filii parentes, maximè fideles, deseruerint occasione Dei cultus, hoc justum esse judicantes, & non potiùs debitum honorem parentibus reddiderint, ut hoc ipsum in iis venerentur, quod fideles sint; Anathema sint.* 1. *dist.* 30. Ità debet esse nulla facta in præjudicium justitiæ solvendi debita; utrumque namque debitum jure naturali solvendum, nec deserenda præcepta ob Dei consilia. Et sic illicitè profitetur, ingreditur, ut omnes fatentur. Leand. *loc. cit. quæst.*5. & 13. qua ratione votum illicitè emissum alteri præjudiciale; & sic illicitum, possit esse gratum Deo, vix percipitur. Unde meritò Sixtus V. prohibuit recipi ingenti ære alieno pressos, quia licitè nõ ingrediebantur.

1939 Si tamen debitis hæreditariis graventur, non tenetur ultrà vires hæreditatis.

Intelligas, nisi sint debitores titulo hæreditario, quo titulo non tenentur ultrà vires hæreditatis, sicque relicta hæreditate creditoribus possunt ingredi. *l. fin. Cod. de jure deliberandi.*

Obligati verò nomine proprio debent solvere ex industriis personalibus.

At alii debitores proprio nomine obligati, maximè personaliter, *§. actionum, Instit. de actionibus. cap.*1. *de obligatis ad ratiocinia*; tenentur solvere etiam ex industriis personalibus, aliàs carcerandi. *l.*1. *D. qui bonis cedere.* & sic ingrediendo Religionem præjudicant creditoribus. Nec officiunt dicta à Majore in 4. *dist.*30. *qu.*17. à Leandro *par.*7. *tract.*1. *disp.*2. *qu.*1. dicentibus, personam debitoris non esse obligatam jure servitutis; nam ex hoc fit argumentum, servus quia præjudicat Domino, nequit ingredi Religionem; ergo nec debitor præjudicans creditoribus. Remitto tamen ma *Constit.* Clementis VIII. *ann.*1602. ubi debitores validè profitentur, etsi illicitè, apud Suarium *to.*3. *de Rel. lib.*5. *c.*7. *n.*21. Supra n.1795

Et habentes parentes egenos.

Secundo est professio præjudicialis illis, quibus sunt alimenta præstanda jure naturæ, ut tenetur pater filio, filius patri egenti, & sic tunc votum Religionis tali juri præjudicans est nullum. *Matthæi* 9. ibi: *misericordiam volo, non sacrificium. Matthæi* 15. ubi non est offerendum Deo id, quod est dandum parentibus pauperibus. *can.*1. *dist.*30. D.Tho. 2.2. *qu.*189. *art.*6. & *qu.*101. *art.*4. *ad* 4. ubi Cajetan. Leand. *part.*7. *tract.*1. *disp.*23. *qu.*4. & 21. dans viginti unum Doctores. Pasqualig *loc. cit. num.*4. & 2. dicens peccare mortaliter, qui habet parentes in necessitate, & ingreditur, ac profitetur in Religione, citans quadraginta octo DD. vide cit. Suar. *loc. cit. cap.*5. & *lib.*6. *cap.*9. cum Navarr. Sanch. Lessio ajentem validè, sed illicitè istos profiteri.

Nolle.

Nolle petere dispensationem à Voto cum causa, & sine causa: An sit materia Voti?

1940 Votum non petendæ dispensationis si non impedit majus bonum, est validum.

DIstinguas: vel impedit, vel non impedit majus bonum.

Si non impedit, est materia voti; nam si desit causa, est idem, ac nolle peccare, petendo dispensationem sine causa. Si adsit causa, est velle cedere juri suo, nolendo uti dispensatione, petendo relaxationem à voto, à professione emissa. Et licèt petendo ex causa dispensationem non faceret malum, non petens facit majus bonum, servando votum, sine præjudicio alicujus legis. Sanch. 4. *Decal. cap.* 8. *num.* 24. dans septem Doctores. Suarius *lib.* 2. *de voto cap.* 11. *num.* 6. Tamburin. 3. *Decal. cap.* 15. §. 4. *num.* 8. Bonac. dans quinque Doctores *tom.* 2. *disp.* 4. *quæst.* 2. *puncto* 1. *num.* 28.

Si verò impedit, est nullum.

Si impedit majus bonum, non est materia voti, quia Deo non grata: ut si adsit causa petendæ dispensationis ob necessarium bonum Communitatis, pacis: ne scilicet Regnum devolvatur ad hæreticos, bellum pullulet defectu legitimi successoris; tunc votum non petendæ dispensationis cessat, quia impediret hoc majus bonum. Sotus 8. *de instit. qu.* 1. *art.* 9. v. *est autem.* Tamburr. *loc. cit. num.* 8. Suarius *loc. cit. num.* 6. Idque etiam si voveat non petere, nisi à Summo Pontifice; tunc præmente majori bono, cessat votum, possetque ab aliis petere. Sanch. *loc. cit. num.* 34.

Non mutuare, non vendere, non fidejubere, &c. An sit materia Voti?

1941 Similiter votum non vendendi, nō fidejubere, si impedit majus bonum, non est materia voti. Si non impedit. Vel finis est indifferēs, aut malus est nullum. Secùs si finis sit bonus.

DIstinguas: vel impedit, vel non impedit majus bonum.

Si impedit, non est materia voti, ut patet: Impedit autem nolens vendere, mutuare indigenti, quod est opus caritatis, contra quam votum non tenet.

Si non impedit majus bonum: subdistinguas, vel apponitur finis indifferens, vel malus, vel bonus.

Si Indifferens, aut malus apponatur finis, non tenet: puta nolit ex odio, nolit ut fame pereant sibi injurii. Si verò finis sit bonus, scilicet nè litibus se, & suos exponat, nè inimicitias indè exigendo proprium foveat, nè mutuet decoctis, tunc finis est bonus: nè contra leges fidejubeat, ut Clericis, quibus pro Laicis est prohibitum fidejubere in *cap.* 1. *de fidejussoribus. can. te quidem* 11. *quæst.* 1. Tunc tale votum tenet, si non impediat majus bonum Caritatis, Religionis. Suarius *lib.* 2. *de juramento cap.* 17. *nu.* 12. & 13. Sanch. 4. *Decal. cap.* 8. *num.* 18. Joannes à S. Thoma 2. 2. *quæst.* 88. *disp.* 29. *art.* 7. Leand. *part.* 7. *tract.* 1. *disp.* 30. *quæst.* 1. ubi de voto non mutuandi, non commodandi vestes, pecuniam non mutuandi *qu.* 2. ubi ait validum votum non mutuandi cuilibet indistinctè, dans octo Doctores *quæst.* 3. ubi cum Mendo, Suario, & Palao ait validum votum non mutuandi, nec fidejubendi, nè damnificet familiam, & filios. *q.* 4. ubi de voto non mutuandi ob proprium commodum.

Peregrinatio ad bonum finem: An sit materia Voti?

1942 Peregrinatio est materia voti si non impedit majus bonū.

DIstinguas: vel impedit, vel non impedit majus bonum.

Si impedit majus bonum, vel est contra leges: puta si Episcopus, Parochus, vir, in præjudicium gregis, uxoris, familiæ velit peregrinari; tunc non est materia voti. Si verò majus bonum non impediat, nec legibus adversetur, tunc est materia voti. Patet ex dictis.

1943 Impotens ad principale, non tenetur ad accessorium.

Si verò votum peregrinationis impossibilitetur quoad principalem rem, ad accessoria non tenetur. Si verò quoad accessoria sit impossibilis, non quoad principalem rem, tenetur quoad principale volitum; & sic vovens genibus flexis petere Lauretanam Sanctam Ædem, tenetur ire, sed non flexis genibus; nisi indivisibiliter utrumque voluerit: nè utile per inutile vitietur. Navarrus *cap.* 12. *num.* 43. Suarius *lib.* 2. *de voto cap.* 2. *num.* 3. & 10. Sanch. 4. *Decal. cap.* 10. *n.* 10. Bonac. *disp.* 4. *quæst.* 2. *punct.* 4. §. 4. *num.* 4. & 6. Et sic vovens ire pedester nudis pedibus, si nequeat, eat equester. Suarius *loc. cit.* Bonac. *loc. cit.*

Ultrà voluntatem non obligat votum.

Vovens ire equester, impotens ob paupertatem, non tenetur ire pedester, quia votum, ut hìc accideret, obligaret cum majori onere, ultrà intentionem voventis. Trullench 2. *Decalog. cap.* 2. *dub.* 10. *num.* 5. Villalobos *tom.* 2. *tract.* 34. *difficult.* 2. *num.* 9.

Res præcepta: An sit materia Voti?

1944 Res aliàs præcepta est materia voti.

AFfirma: *can. impudicas, detestabilesque personas Monachorum, atque Monacharum, quæ abjecto proposito Sanctitatis, illicita, atque sacrilega contagione se miscuerunt, & in abruptum conscientiæ desperatione perducta, de illicitis complexibus liberè filios procreaverunt: à Monasteriorum cœtu, Ecclesiarumque Conventibus eliminandas esse mandamus.* 27. *quæst.* 1. *can. sacrilegium.* 17. *qu.* 8. ubi est sacrilegus fornicator, vovens castitatem. Duplici namque tunc titulo præcepti, & voti cogitur promissis stare.

1945 Peccās contra tale votum duplex peccatū committit contra Religionem, & rem præceptam.

D. Thom. 2. 2. *qu.* 88. *art.* 2. ubi Cajetanus *dub.* 1. Navarrus *cap.* 12. *num.* 25. Castrus *de lege pœnali lib.* 1. *cap.* 10. Aragonius 2. 2. *qu.* 68. *art.* 3. Sotus 7. *de instit. qu.* 1. *art.* 7. v. *respondetur nihilominus.* Valentia 2. 2. *disp.* 6. *qu.* 6. *puncto* 2. Suar. *l. c. cap.* 6. contra D. Tho. in 4. *dist.* 38. *qu.* 1. *art.* 2. *qq.* 1. ubi Durandus *qu.* 1. D. Antoninum 2. *par. tit.* 11. *cap.* 2. §. 1. Angelum v. *votum* 1. *num.* 1. Sylvestrum v. *votum* 1. *quæst.* 4. Tabienam V. *votum* 1. *qu.* 2. Gersonem 2. *par. Alphabeti.* 25. *littera* I. & T. Liranum *Deuteronomii* 23. ad verba: *cum votum voveris*; & alios ajentes circumstantiam voti rei aliàs præceptæ aggravare, non mutare speciem.

Non peccare: An sit materia voti?

DIstinguas per trilemma: vel est votum non peccandi in genere, & sic nec mortaliter, nec venialiter: vel est votum non peccandi venialiter: vel non peccandi mortaliter.

Votum non peccandi in genere.

1946 Vovere non transgredi omnia præcepta: nullū est, quia præsumeret speciale privilegiū, quod B. Virgini concessum fuit.

ESt nullum. Primo, quia est de re impossibili moraliter ordinariis gratiæ auxiliis, sed requiritur speciale privilegium, quod temerè quis sibi promitteret. Trident. *sess.* 6. *Can.* 23. ibi: *Si quis hominem semel justificatum dixerit amplius peccare non posse, neque gratiam amittere, atque ideò eum, qui labitur, & peccat, nunquam verè fuisse justificatum: aut contrà, posse in tota*

vita

vita peccata omnia, etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Ecclesia. Anathema sit.

Quia nō esset plena deliberatio.

Secundo, id probatu ex natura voti, requirentis plenam deliberationem. *Cau. sunt* 3. 17. *q.*4. Ità ut ultrà cognita, & deliberata non se extendat volontas se obligantis. *l. quidquid adstringenda.* 99. *D. de verb. oblig.* nequit autem plenè deliberare de re incognita, ut est innumerabilis multitudo specierum sub isto genere comprehensarum. Et sicut species plenè non cognoscuntur sub illa generis non peccandi confusione; ità deliberatio prudens nequit esse, nec votum prudenter emittendom. Sanch. 4. *Decalog. cap.* 5. *num.* 10. Trullench. 2. *Decal. cap.* 2. *dub.* 10. *num.* 1. Ledesma *tom.* 2. *Summæ tract.* 10. *cap.* 2. *dub.* 3. *concl.* 4.

1947 Objicitur votum obligare ad instar legis, quis tenetur ad omnia præcepta, ergo etiam vi voti.

Dices, votum obligat ad instar legis; ergo sicuti vi legis tenetur omnia peccata evitare, ità poterit vi voti se obligare ad id, quod lege tenetur; lege autem tenetur non peccare, nec in genere, nec in specie.

Responsio Arriagæ, & Leandri.

Lacertosum argumentum, cui satisfaciunt Arriaga *tom.* 4. *de Divina gratia. disp.* 40. *nu.* 27. *§. objectio, & disp.* 51. *n.* 75. Leander, & alii, ajentes, satis esse ad peccandum contra legem lumine rationis promulgatam potentiam physicam ad non peccandum, quæ multoties stat cum impotentia morali. Ad peccandum verò contra leges humanas, & votum, ajunt exigi potentiam moralem ad avitanda mala, qualis potentia moralis deesset in vovente non peccare. Trident. *loc. cit.*

Rejicitur.

Votum de re difficillima est validum,

Hæc responsio difficilis redditur ex doctrina Aragonii 2. 2. *qu.* 89. *art.* 7. *in princip.* Soti 8. *de justit. qu.* 1, *art.* 7. *conclus.* 7. v. *in* 4. *&* 5. Sanch. 3. *Decal. cap.* 9. *num.* 21. Leandri *part.* 7. *tract.* 1, *disp.* 9. *qu.* 13. docentium, votum de re difficillima validum; & tamen res difficillima inter impossibiles moraliter numeratur.

Objectionis fit satis, quia non unica lege vetantur omnia, sed multiplici lege. Sic votum obligaret vi ejus omnia peccata, si de singulis peccatis votum fieret.

Respondetur ergo non dari unam legem evitandi omnia, sed multiplici lege prohiberi multiplicem actum; ità ut una ab alia non pendeat, poteritque una sine alia esse, & singulari lege in singulari casu adstringi, & legem rationis lumine adverti plenè, vel semiplenè, quo singulari casu advertens malum, potest ab illo se absolvere, & sic non valet paritas de voto evitandi omnia mala ad legem. Quod si velis de singulis malis evitandis posse sigillatim votum emittere, & obligari ad rem evitandam, ut illam cognoscit, do manus. Sed numquam vovebit avitare omnia, quia numquam occurret omnium congeries innumerabilis, & numquam singulæ species omnes cognoscentur, sicque non valebit deliberare plenè de singulis, nec voto singulari ad singulas se adstringere. Consequenterque nec in genere, nec in specie de omnibus validum votum emittet, quia plenè deliberare de re plenè incognoscibili nequit, sicque tale votum excedit prudentem deliberatè vovendi facultatem.

Votum non peccandi venialiter in genere.

1948 Non peccādi omni peccato veniali, nullum votum.

NOn tenet. Patet primo, quia de re impossibili. Trident. *sess.* 6. *Can.* 23. ubi est de fide non posse pro tota vita evitari etiam venialia, sine speciali privilegio, Beatæ Virgini concesso. Proverb. 24. *septies in dies cadit justus.* 1. Joannis 1. ibi: *si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus.* Matth. 6. ibi: *dimitte nobis debita nostra.* Jacobi 3. *in multis offendimus omnes.* Ecclesiastici 7. ibi: *non est homo justus in terra, qui faciat bonum, & non peccet: omnes namque declinamus, nec requirimus semper Deum.* Bellarminus *lib.* 1. *de amissione gratiæ cap.* 5.

Quia non semper plena deliberatio adest.

Secundo probatur, quia de venialibus evitandis nequit fieri semper plena deliberatio; & sic nec votum, deliberationem plenam requirens. *Cau. sunt.* 3. 17. *qu.* 4. Toletus *lib.* 4. *Summæ cap.* 17. *num.* 1. Maranta in *Medulla decreti v. votum ut.* Lessius *lib.* 2. *de justit. cap.* 40. *dub.* 7. *n.* 53. Arriaga *tom.* 4. *de Divina gratia disp.* 40. *num.* 27. *§. objectio, & disp.* 51. *num.* 37. cæterique omnes: Enim verò irruentibus undique innumeris inopinatis susquedeque occasionibus, debilitatur attentio, & multis validè resistens, pressus sarcina ruit subreptione, semiplena advertentia, & multoties ubi securus incedit, præceps sua fragilitate ruit, ex ipsa securitate sibi periculum creans.

1949 Venialia aut cum plena, aut cum semiplena deliberatione sunt.

Votum igitur non peccandi venialiter in genere, non tenet, quia peccata venialia sunt in duplici specie, aliqua emissa cum plena advertentia, aliqua ex semiplena advertentia, emissa ex plena advertentia videntur evitabilia, sic ludus non malus, mendacium plenè cognitum: ex semiplena advertentia emissa, non possunt avitari, & sic istud votum non peccandi venialiter est de materia impossibili; nam Maria Virgo tantùm fuit intacta à peccatis mortalibus, venialibus, originalibus, &c. alii verò non sunt innocentes.

Votum non peccandi tali veniali plene cognito: puta mendacio deliberato, jocoso verbo?

1950 Votum de particulari veniali tenet.

TEnet; nam de re bona, facili, non impediente majus bonum, nec contra legem; facilè enim ordinario auxilio gratiæ avitari valet malum plenè cognitum. Azorius *tom.* 1. *cap.* 14. *qu.* 2. Sanch. 4. *Decal. cap.* 5. *num.* 18. Lessius 2. *de justit. cap.* 40. *dub.* 7. *num.* 33. Suarez 2. *de voto cap.* 3. *num.* 4. Cajetan. 2. 2. *qu.* 88. *art.* 8. *in fine*; dicens validum votum non dicendi verbum otiosum, cujus oppositum tamquam de re moraliter impossibili, ex Sanch. ait Leander *loc. cit. qu.* 28. dicens etiam *qu.* 29. cum Petro Ledesma, Sanch. Palao, Joanne à S. Thoma 2. 2. *qu.* 88. *disp.* 29. *art.* 5. contra Suarium *loc. cit.* nullum, tamquam de re moraliter impossibili, votum venialiter non peccandi in cibo, potu, in distractionibus, cogitationibus, sicque prudentum judicio satiùs à tali voto abstinere.

Non peccare mortaliter.

1951 Et non peccandi mortaliter.

EST materia voti, quia ut cum de *Voluntario, & Involuntario* tradidimus, nequit mortaliter peccari, nisi plena advertentia malitiæ theologicæ, & plena deliberatione, qua stante, ordinariis gratiæ auxiliis, potest quilibet peccatum avitare. Sicque votum est de re facili viribus gratiæ nulli deficientis, non impediens majus bonum, nec contra legem. Suarez *tom.* 2. *de Religione lib.* 2. *de voto cap.* 3. *num.* 2. Palaus *disp.* 1. *de voto puncto* 8. *§.* 1. *num.* 4. Sanch. 4. *Decal. cap.* 5. *num.* 16. *&* 17. eximens, ut probabile, hominem experimento fragilissimum, vitiorum cœno obrutum, quia consuetudo altera natura redderet difficillimam voti observantiam, sic-

que

que vovendo, se exponens periculo lethaliter sacrilegè peccandi, de novo peccaret. Leand. *par.7. tract.1.disp.9.qu.*16.17.18.19.non eximens cum Petro Ledesma ab obligatione voti hominem fragilitate ad lapsum pronum.

An Votum non peccandi lethaliter sit consulendum?

1952 Quod votū non videtur consulendū. NEgant consulendum ob periculum lapsus, Sanch.Suarius, Ledesma, Palaus, Acacius, Jo: à S. Thoma, quos dat, & sequitur Leander *par.7.tract.1.disp.9.quæst.*18.afferunt tamen votum licere,

Nunc sic, actus quo quis se exponit periculo peccandi est, contra præceptum Caritatis, sed per illos tali voto vovens se exponeret periculo peccandi; ergo esset contra Caritatem; & sic tamquam contra legem non obligaret.

Si dicant periculum esse remotum; ergo potest consuli tale votum, nam periculum remotum non reddit rem malam, nec consilio indignam, incapacem.

Malum moraliter.

1953 Malum non est materia voti. NOn est materia Voti; nam Deo non accepta, imò ingrata, & voto res offertur in cultum Dei; Res autem mala nequit cedere in Dei cultum, essetque blasphemia deliberatè vovere malum, veluti à Deo acceptandum; sicque verum effatum: In malis promissis rescinde fidem. *Can.in malis promissis rescinde fidem.* & ibidem: *In turpi voto, muta decretum. Quod incautè vovisti, ne facias. Impia enim est promissio, quæ scelere adimpletur. 5. Can.unusquisque* 8.22.q.4. Est enim irreverentia, blasphemia, rem malam, ut à Deo acceptandam, ei voto offerre.

Sivè sit contra legē naturalem, Divinam, & humanam. Idque sivè sit mala contra leges naturales, divinas, sivè humanas; obligans ad peccatum.

Si lex humana non obligat ad culpam, ejus materia non est mala. Si verò lex humana ad culpam non obligat, tunc desinit materia esse mala theologicè. Covarr. *par.2. de pactis num.*1. Abbas in *cap. cum contingat.* in *cap.si verò.de jure jurando.* Guttier. *part.1. de juramento confirmatorio cap.* 40. §. 4. Azorius *par.1.lib.11.cap.6.in fine.* Molina *tom.2. de Justit.quæst.*151.*num.*9. Leand. *par.7.tract.1. disp.9. quæst.*41. 42. 43. ubi de re ad bonum publicum. *quæst.* 44. ubi de voto Clerici parendi Judici Laico. *quæst.*45. ubi da voto extrahendi merces, & arma à Civitate. *quæst.* 46. ubi de voto parendi legi Civili. *quæst.* 47. ubi de voto non parendi legi Civili irritanti actum. *quæst.* 48.ubi de voto contra leges Canooicas. *quæst.*49. ubi est nullum votum Regularis non servandi Constitutiones, etiamsi non obligent ad peccatum. *quæst.*50. ubi est nullum votum à femina factum alienandi dotem contra leges.

Votū Jephte. Et est peccatum tale votum; quia est velle peccare. Cajetan.v.*votum cap.*2. Suarez *tom.2. de Religione lib.5.de voto cap.2.n.5.* qui *lib.2.cap.10.n.5.* excusat Jephte voventem sacrificium filiæ, ioter Sanctos connumeratum ab Apostolo *ad Hebræos* 11. excusatur inquam ignorantia invincibili.

Non vovere: An sit materia Voti.

1954 Votum non vovendi. SI votum est bonum, non vovere retardat à bono. Nunc

Distinguas: vel votum non vovendi impedit majus bonum, vel non impedit.

Si impedit est nullum, ut patet. Sotus *7.de Justitia quæst.1.art.3.dub.2.* Si impedit majus bonū, nullum.

Si non impedit majus bonum; imò ex circumstantiis sit voventi majus bonum non vovere, ad evitanda mala stolidè, facilitatis, temerarii excessus vovendi, nè se scrupulis magis coostringat, nè desipienter, imprudenter voveat. Non vovendi sine consilio prudentis viri, sine scripto; tunc votum non vovendi est majus bonum, nè præceps vovens, præceps temerando vota, ruat. Secùs si non impedit.

Et sic, si quis voveat in istis circumstantiis non vovendi, & deinde emittat votum, immemor prioris voti; tunc sequens votum est nullum, ex defectu voluntatis; non enim censetur recessisse à priori voluntate non vovendi; postquam etiam esse nullum, si hic, & nunc pensatis circumstantiis tale votum sit inexpediens, non de meliori bono. Si verò sit de meliori bono, potest vovere, non obstante priori voto; nam tunc primum votum non vovendi non esset de meliori bono. Sanch. *4.Decal.cap.8 n.*14. 15.16.27.Leander *par.7.tract.1.disp.36. quæst.*1. 2.3.4. & 5. dans decem, & septem Doctores.

Votum rei bonæ ob finem malum. An sit nullum?

1955 Votum est nullum de re bona cum malo fine. AFfirma: fine dante speciem malitiæ. Cajetan. 2. 2. *quæst.*88. *art.2. dub.*4. & 5. ubi Joannes à S.Thoma *disp.29.art.6.* Navarrus *cap.12.num.*3. Sicque nullum est votum dandi eleemosynam, ut Deus concedat securè furari, vindicari, estque blasphemia volens Deum protectorem mali. At vovens eleemosynam, si ex duello incruentatus recedat, votum validum ait Suarez *lib.2.de voto cap.5.num.*6. Bonac.*disp.4. quæst.2. punct.4.§.1. num.*8. contra Palaum, dicentem nullum tale votum, *disp.1. puncto* 8.§.3. *num.*3. quia finis est finis bonus, & votum non duellum, sed salutem respicit. At ego inspiciendum jubeo an tale votum impediat majus bonum abstinendi à duello.

1956 Ob bonum physicum, quod fuit causatum à malo causa; an votum validum. Vovere autem ob bonum physicum malæ causæ effectum in gratiarum actionem: puta gratias agere voto ob filium ex adulterio habitum, licitum ait Suarez *to.2..de Religione lib.2. de voto cap.5.num.*19. Filliucc.*tract.26. de voto cap.2.quæst.6.num.*54.

Negat Sanchez. Sed nullum tale votum ait Sanchez *4.Decal. cap.6.num.*13. quia qui gratias egit pro tali effectu, respicit causam, sine qua effectus esse nequit; & sic vult Deum adjutorem sceleris in causa.

Distinguendum. Sed si inspiciatur res materialis, tunc physicè non est peccatum, ut est à Deo, qui non est causa peccati; & sic non est velle Deum adjutorem peccati, sed prout licitè dat esse rebus.

Materia impossibilis.

1957 Materia impossibilis inepta est ad votum. NOn est materia voti, quia impossibilium nulla obligatio, & voluntas sega se avertit à rebus impossibilibus, prosecutione tantùm respiciens consequibiles. Doctores omnes. Baldus in *cap.utile* 37.*num.*51.*de regul.jur.in* 6. Arriaga *tom.4. de Divina gratia disp.*40.*nu.*27. inde dicens, voventem castitatem delinquere contra legem Divinam, non contra votum, si voto jam facto insurgat gravissima difficultas, peri-

periculum ſcilicet vitæ incuſſum in ſervanda caſtitate. Ait enim tunc votum non obligare ad rem moraliter impoſſibilem, aitque *num.* 26. præceptum naturale ſtrictiùs obligare, quàm poſitivum; ſicque peccare contra naturale, ad quod ſufficit potentia phyſica ad non peccandum: non peccare contra votum, ſi inſurgat impoſſibilitas moralis ſervandi votum.

An ſi materia partim ſit poſſibilis, partim impoſſibilis, partim bona, partim mala, partim indifferens, votum teneat?

1958 Non tenet votum de re partim poſſibili, & impoſſibili, aut bona, mala, aut indifferenti.

NEga: quia votum eſt actus deliberatus voluntatis, ſicque indiviſibilis, impotens ſcindi in partem validam, & nullam.

Nec refert virtualis diviſibilitas, nam cum virtuali diviſibilitate remanet formalis indiviſibilitas; & ſic non poteſt remanere una ſine altera parte: argumento *legis legatarius.* 38. *D. de leg.* 1. *l. neminem.* 4. *l. ſi cui.* 6. *D. de legat.* 2. ubi ratione indiviſibilitatis voluntatis Teſtatoris nequit legatarius acceptare partem legati, partem non.

Confirmatur primo, quia ſi materia eſſet indiviſibilis, votum totum corrueret, vel totum ſubſiſteretur. Sanch. 4. *Decal. cap.* 10. *n.* 10. Suar. *t.* 2. *lib.* 2. *de voto cap.* 2. *n.* 2. Leand. *part.* 7. *tract.* 1. *diſp.* 9. *quæſt.* 14. 15. & 22. Ergo quia actus vovendi eſt indiviſibilis, totus debet corruere, vel ſubſiſtineri, cum in votis actus ipſe voluntatis inſpiciatur, in quo conſiſtit ratio voti, magis quàm res. argumento *legis* 3. *in fine, C. de liber. præter. cap. in his. de verb. ſign.*

Confirmatur ſecundo, quia multiplicitas actuum probanda, non præſumenda eſt; & ut multiplex onus, ità multiplex votum non præſumitur, Gomez *tom.* 3. *cap.* 11. *num.* 6. Gratian. *forenſ. cap.* 93. *num.* 12. Farinac. *part.* 2. *praxis Criminalis quæſt.* 64. *num.* 319. Menoch. 2. *de arbitr. cap.* 92. *num.* 32. Ità Doctores cit. contra Navarrum *cap.* 12. *num.* 45. Sà *v. votum num.* 37. ajentes teneri ad partem poſſibilem bonam, licet non teneatur ad partem malam impoſſibilem, indifferentem; ut vovens jejunare in Quadrageſima, tenetur quando poteſt. Sed hoc motivum eſt nullum, quia votum jejunandi in Quadrageſima totum eſt validum ab initio.

Hinc non tenet votum peccandi, nec pro parte lethalium. Et votum non peccandi venialiter, nec tenet pro parte alicujus venialis, quia actus voluntatis, ut eſt votum, non recipit partes; ſicque non obligatur ex voto ad evitanda, quæ evitare facilè poteſt. Palaus *diſp.* 1. *de voto punct.* 8. §. 1. *num.* 9. Sayrus *lib.* 6. *Clavis cap.* 3. *num.* 10. Leand. *par.* 7. *tract.* 1. *diſp.* 9. *qu.* 20. 21. & 22. Sanch. 4. *Decal. cap.* 5. *num.* 10. Navarrus *cap.* 12. *num.* 65. contra Angles 2. *par. Florum quæſt. un. de voto art.* 1. *difficult.* 8.

Dices, utile per inutile non vitiatur. *cap. utile* 37. *de reg. jur. in* 6. ergo vovens non potens ad totum, tenetur ad partem.

Reſpondetur, regulam currere in re dividua; at nos ſumus in actu voluntatis individuo, in quo totum tenet, vel totum corruit.

Sed quid

In dubio de intentione voventis.

1959 Duo principia explanantur.

DUo ſe ad invicem concutiuntur principia. Primum; actus valeat quantum valere poteſt, ſi non valet ut ſit. Et in dubio pronunciandum pro valore actus. *l. quoties, D. de rebus dubiis.* Roman. *conſ.* 180. *num.* 4. Abbas *conſ.* 63. *num.* 7. Thuſc. *litera A, concluſ.* 136. Decius in *cap. quoniam.* Abbas *num.* 49. *de officio Delegati.* Alciatus *de præſumptionibus regula* 30. *præſumpt.* 30. Ruinus *conſ.* 72. *num.* 4. *lib.* 2.

Huic obſtat principium: factum in dubio non præſumitur. *l. meritò, D. pro ſocio.* In dubio pronunciandum eſt pro poſſeſſore, pro libertate. *§. retinendæ. Inſtit. de interdictis. l. altiùs, C. de ſervitutibus, & aqua.* Nunc ad controverſiam.

Affirma votum non ſubſiſtere in dubio de intentione voventis; quia tunc in poſſeſſione ſtat libertas, quæ poſſidet, nec poteſt à poſſeſſione excludi voto dubio, nam intentio dubia voto eſſentialis, voti exiſtentiam reddit dubiam. 1960 Votum non ſubſiſtit, ſi adſit dubium de intentione voventis.

Secundo, quia votum, & intentio eſt facti in dubio non præſumendi. Quia eſt factum.

Tertio, quia votum eſt onus; & ſic non inducitur præſumptione, ſed debet aliundè probari ad inſtar ſervitutis. *l. altiùs, C. de ſervitutibus, & aqua.* Et oppoſitum principium: in dubio pronunciandum pro valore actus; Intelligitur, ſi actus ſit favorabilis, non odioſus, omni jure excluſus. Nam libertas omni jure favorabilis non debet excludi, & naturalis libertas accidentalibus oneribus præponderat, magis enim naturalia, quàm accidentalia præſumuntur, & ità docet ut probabile Bardus in *cap. utile per inutile.* 37. *num.* 58. *de regul. jur. in* 6. contra Sanch. 4. *Decal. cap.* 10. *num.* 14. Bonacin. *de legibus diſp.* 4. *qu.* 2. *punct.* 4. §. 4. *num.* 7. *in fine.* Bardum *loc. cit.* dicentem probabiliùs voto teneri quoad partem aptam. Et onus non præſumptione inducendum.

Nec obſtat textus in *l. ſi minorem te quinque, & viginti annis fuiſſe, cum contraheres, oſtenderis, & tempora reſtitutioni præſtituta exceſſiſſe ab adverſario tuo comprobatum non fuerit: Præſes Provinciæ in integrum reſtitutionis dare tibi auxilium debebit.* 4. *C. de in integrum reſtitutione*; ubi reſtitutio in integrum contra contractum initum denegatur, niſi minor oſtendat ſe minorem tempore contractus; ergo niſi vovens oppoſitum probaverit, pronunciandum pro valore voti in dubio; & hoc argumentum tanti facit Bardus *loc. cit.* ut illud dixerit efficax *num.* 62. & *num.* 63. nullam adeſſe diſparitatem candidè fatetur. *L. ſi minorem,* 4. *Cod. de in integr. reſtit.* opponitur.

Sed decipitur; quia illis, qui è limine ſalutarunt juriſprudentiam, latiſſima occurrit diſparitas, & nullam paritatem eſſe ex eo liqueſcit; quia in reſtitutione in integrum non dubitatur de valore obligationis, quæ per reſtitutionem in integrum tollitur, undè obligatio poſſidet; meritòque pro poſſeſſore in dubio pronunciatur, niſi minor ſe talem probaverit. At in re noſtra votum eſt dubium, & libertas poſſidet. Quæ explicatur.

De Materia dubia.

DUbietas Voti pullulare poteſt; primo ſi dubia ſit Voti emiſſio. Secundo ſi dubia ſit deliberatio, & voluntas voventis ſe obligantis. Tertio ſi dubitetur an materia ſit Voti capax. 1961

In

In dubio, an Votum fuerit emissum?

1962 In dubio de emissione voti, non tenetur ad votum.

VOtum est nullum, quia est facti, in dubio non præsumendi; quia libertas possidet: & in dubio melior conditio possidentis. *§. retinendæ. Instit. de Interdictis*, & qui onera in dubio non sunt ponenda. *l. altius, C. de servitutibus, & aqua*; sexdecim Doctores, quos dat, & sequitur Oviedus 1. 2. *tract. 5. controvers. 4. puncto* 8. *num.* 62. Sancius 43. *selectarum num.* 1. dans vigintitres Doctores. Leand. *part. 7. tract. 1. disp.* 43. *quæst.* 1. dans alios quinque Doctores. Tamburr. *lib. 1. Decal. cap. 3. §. 7. num.* 1. Diana *part. 4. tract. 3. res.* 10. contra Vasq. 1. 2. *quæst.* 19. *art.* 6. *disp.* 69. *cap.* 3. Pontium 10. *de matrimonio cap.* 15. *num.* 4.

An teneatur in dubio magis propendens Votum emissum?

1963 In ipso voto dubio nō attenditur propensio.

NEgat: nam major illa propensio non abstergit rationem dubii, nec evacuat certam possessionem libertatis, in dubio non auferendæ per onus. *l. altius, C. de servitutibus, & aqua*. Sanch 1. *Decal. cap.* 10. *num.* 36 retractans oppositum, editum 2. *de matrimon. disp.* 42. *n.* 27. Bonacina *de legibus disp.* 2. *quæst.* 4. *punct.* 2. *nu.* 18. Lorca 1. 2. *disp.* 38. Palaus *tom.* 3. *disp.* 3. *puncto* 9. *num.* 2. Diana *part.* 4. *tract.* 3. *res.* 12. Leand. *loc. cit. quæst.* 2. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 21. *cap.* 4. *n.* 169. dicens oppositum probabile. Oviedus 1. 2. *tract.* 6. *controversia* 3. *puncto* 8. *num.* 63. contra Rebellum *par.* 2. *lib.* 1. *quæst.* 2. *sect.* 2.

Dubium deliberationis, & intentionis se obligandi.

1964 Dubium de deliberatione, & intentione voventis reddit nullum votum.

REddit votum nullum, quia quoties adest votum illorum dubium, dubia est voti existentia, impotens præjudicare certæ libertati. Nec refert præsumi adesse deliberationem cum voluntate se obligandi, ex communiter contingentibus. Nam peccas in supposito, ità scilicet communiter contingere, cùm frequentissimè confundatur, maximè à rudibus, propositum cum voto: & impetu, præveniente rotum, vel semiplenum rationis usum, emittantur. Imò cum non sit frequens dubitari de gestis cum plena advertentia, & deliberatione: eò ipso, ac dubitatur de advertentia, deliberatione, voluntate obligandi, præsumitur carentia illorum, quorum non est tam facilis oblivio. Et sic votum est nullum. Angelus v. *juramentum* 4. *num.* 10. Alfonsus de Leone *part.* 2. *de potestate Confessarii recollectan.* 17. *conclus.* 8. *num.* 91. Contra Arriagam *tom.* 3. *disp.* 25. *nu.* 51. Leandrum *par.* 7. *tract.* 1. *disp.* 43. *quæst.* 16. dans undecim Doctores. Caramuelem *Regulari n.* 49. motos, quia homo non loquitur psittacorum more, quòd motivum vanum, non loquentes in motu primo, & secundo, & tantùm proponentes, ut homines loquuntur.

An dubius de usu rationis tempore emissi Voti, Voto teneatur?

1965 Neque dubium de usu rationis quādo vovit.

NEgat: nam tunc est dubia voti existentia, impotens præjudicare possessioni certæ libertatis. Idque sivè dubium nascatur, quia vovit propè infantiam, sivè quia vovit ebrius, dormiens, frenesi, furore laborans, & dubitat an in furore, frenesi, ebrietate voverit; semper namque libertas certa ab oneribus prævalet, à sua possessione certa non deturbanda dubio facto, non præsumendo. *cap. ex parte* 18. ubi Abbas *de censibus*. Palaus *tom.* 1. *tract.* 1. *disp.* 3. *puncto* 1. *num.* 4. & 3. Del Bene *tract.* 3. *de conscientia dubia dub.* 42. *num.* 6. & 13. Diana *part.* 4. *tract.* 3. *res.* 11. contra Suarium *lib.* 4. *de voto cap.* 6. *n.* 10. Faustum *lib.* 1. *Thesauri quæst.* 26. ajentes validum votum factum propè septennium in dubio usus rationis. contra Sanch. 4. *Decalogi cap.* 1. *num.* 15. ajentem validum votum emissum ab ebrio, furioso in dubio, quia præsumitur emissum à sana mente.

1966 Votum in ira emissum tenet, nisi sit ablatus usus rationis.

Votum tamen ira emissum cum pleno rationis usu tenet. Palaus *loc. cit. num.* 10. dicens, ira non præsumi ablatum usum rationis, nisi motus sit primò primus.

Certus de Voto, dubius de satisfactione, an Voto teneatur?

1967 Tenetur implere votum certum, licet dubitet de ejus satisfactione.

AFfirma: quia votum est certum possidens, dubia satisfactione non deturbandum, nisi vovens sit prudens, diligens, suis oneribus semper satisfaciens, tunc præsumitur satisfecisse, quia valet argumentum à præteritis ad præsens. Et id est verisimile, quod verisimile in dubio attendendum, ex vulgatis regulis juris. Vasq. 1. 2. *disp.* 67. *cap.* 7. *in fine*. Sanch. 1. *Decal. cap.* 10. *num.* 12. Diana *par.* 3. *tract.* 6. *res.* 50. *in fine*. Del Bene *tract.* 3. *de conscientia dubia dub.* 3. *num.* 12. & 15.

Dubium materiæ.

1968 Si materia devota sit dubia, reddit votum nullum.

TOllit votum, quia reddit dubium votum, impotens prevalere possessioni certe libertatis. Imò si dubitetur an materia sit mala, esset mortale servare votum, quia se exponeret periculo malè agendi. Suarius *lib.* 4. *de voto cap.* 6. *num.* 13. Sanch. 4. *Decal. cap.* 5. *num.* 32. Palaus *loc. cit. puncto* 12. *num.* 2.

Dubius de quantitate, qualitate, & aliis circumstantiis rei devotæ.

1969 Si dubitetur de quantitate, & qualitate voti, tenemur ad minus.

TEnetur ad minus *cap. ex parte*. 18. *de censibus*, ubi Abbas *num.* 3. in dubio namque favendum libertati, & ut dubium de tota, ità de parte non debet tollere libertatem in possessione certa existentem. Secundo emissio voti durioris est facti, in dubio non præsumendi: & condemnatus pluribus sententiis ad diversas summas, solvit minimam summam. *l. inter pares.* 38. *in fine, D. de re judic.* Accedit, in dubio à Judice non posse condemnari in majori summa, nam quando partium jura sunt obscura, Reo favendum potiùs, quàm Actori, ergo multò minùs in dubio tenetur contra se ipsum exequi graviorem, duriorem summam, qualitatem, &c. Sancius 43. *selectarum num.* 3. & 4. Sanch. 4. *Decal. cap.* 11. *num.* 3. & 2. *de matrimonio disp.* 41. *num.* 33. Bonac. *de voto quæst.* 3. *puncto* 6. *n.* 18. Azorius *lib.* 11. *cap.* 20. *quæst.* 1. Bordonus *tom.* 3. *resol.* 77. *num.* 10. Pradus *cap.* 31. *de voto quæst.* 6. *§.* 1. *nu.* 5. Leander *par.* 7. *tract.* 1. *disp.* 43. *quæst.* 4. & *disp.* 19. *quæst.* 1. Arriaga *tom.* 3. *de actibus humanis disp.* 25. *num.* 4. Decius in *l. semper in obscuris.* 9. *D. de regul. juris*, dicens etiam legatum pium intelligi in dubio de minori quantitate,

1970 In juribus obscuris Reo favendum.

1971 Legatum pium in dubio intelligitur de minori quantitate, & qualitate.

& qualitate. Oviedus 1.2.*tract.5.controversia* 4. *puncto* 7. *num.*64. contra Cagnolum *in l. semper.* 9. *num.*10. *D.de reg. juris*; ajentem favore piæ causæ in dubio pro meliori pronunciandum. Et *num.* 11. asserentem id currere in voto ad honorem Dei, non in cedenti in lucrum Ecclesiasticorum, nè Ecclesiastici temporalibus inhiare videantur. Jasonem in *l. si ità scriptum, D. de legat.* 1.

Contra Cagnolum.

Nec labefactatur nostra conclusio argumento Cagnoli ex *l. Titia.* 40. *§.fin.* ibi: *Si mihi per conditionem humanam contingerit, ipsa faciam; sin autem ab hæredibus meis fieri volo, jubeoque signum Dei ex libris centum in illa sacra Æde, & in patria statui cum subscriptione nominis mei. Quæsitum est, cum in eo Templo non nisi aut area, aut argentea tantum sint dona: hæredes Seja utrum ex auro, & argento signum ponere compellendi sunt, an areum. Respondi secundum ea, quæ proponerentur, argenteum ponendum. D. de auro, & argento legatis*; ubi Glos. v. *argentea.* Ergo in dubio non minus, sed majus solvendum.

Cui jura opponuntur.

Respondetur concedendo antecedens, & nego consequentiam: quia legata sunt eligenda à legatario, qui non optimum eligit, ut nec pessimum eligeret, sed eligit mediocre. Idque non est speciale favore piæ causæ, cum sit commune omnibus legatariis, quæ taxatio à lege facta est, & non invenitur in dubio de voto, in quo consideratur modus se obligandi inter vivos, & electio facienda est à vovente, qui non præsumitur, onera non expressa sibi imposuisse; & de jure semper onera sunt interpretanda, ut minùs gravent. *cap.* 1. *de jure jur. in* 6. Et ut dubius de toto ad nihil, ità dubius de parte quantitatis, vel qualitatis in illa, non tenetur, nisi prout minus gravat.

Quibus fit satis.

1972 Hinc semper ac possessio stat pro libertate, excludas gravamina dubia.

In dubiis excludenda gravamina.

Sic primo, dubius an abluendo os, deglutierit guttas aliquas, communicare valet. Arriaga *tom.* 3. *de actibus humanis disp.*25.*n.*56.

Sic in Communione,

Secundo, dubius, an expleverit annum vigesimum primum, non tenetur jejunare. Arriaga *loc.cit.*

Jejunio,

Tertio, dubius, an cœnando excesserit media nox, vel an sit media nox, potest bibere, & die sequenti communicare; non sic si jam dormierit, & evigilans dubius, an sit media nox, bibat, quia regulariter translacta media nocte vigilamus, nisi ex circumstantiis aliud evincatur, Arriaga *loc.cit.num.*53.

Cœna.

Quarto, dubius, an sit dies festiva, potest exercere servilia, sacro non interesse, nè possessione libertatis operandi privetur in dubio.

Die Festivo.

Quinto, vovens Rosarium, dubius an integrum, satisfacit recitatione tertiæ partis. Sanch. 4. *Decalog.cap.*13. *num.*15. Palaus *disp.*1. *de voto puncto* 12. *num.*5. Tamburin. 3. *Decal. cap.*15. *§.*6. *num.*5. Suarius *lib.*4. *de voto cap.* 8. *num.*5. *in fine.* Diana *par.*3. *res.*50.

Rosario.

Sexto, vovens Rosarium, in dubio satisfacit recitando cum socio. Idque etiam si teneretur recitare ex pœnitentia à Confessario injuncta. Bonacina *de voto puncto* 6. *num.*27. Candidus *disquisitione* 25. *art.*22.

Cui satisfit cum socio.

Septimo, vovens interesse Missæ quotidie, unica die festiva satisfacit voto, atque præcepto, in dubio an voluerit se obligare ad duas. Suarius *loc.cit.cap.*7. *num.*14.

Auditione Missæ.

Octavo, vovens Virginitatem: dubius, an alia voverit, ad Virginitatem, non ad alia vi voti tenetur. Sanch. 9. *de matrimonio disp.*3. *num.*7. Palans *disp.*1. *de voto puncto* 13. *num.*7.

Virginitate.

Nono, vovens non accedere ad feminam, intelligitur in dubio de accessu illicito, potest nubere. Oviedus 1. 2. *tract.*5. *controv.* 4. *puncto* 7. *num.*64. Sancius 43. *selectarum num.*3. & 4. Sanchez 4. *de matrim. disp.*41. *num.*3.

De accessu ad feminam.

Decimo, vovens, dubitans an voverit perpetuam, tenetur ad temporalem castitatem, vi voti. Oviedus *loc.cit.num.*65. Sanch. 4. *Decal. cap.* 16. & 17. Diana *par.*3. *tract.*6. *res.*50.

In dubio de castitate perpetua.

Undecimo, dubitans de materia rei devotæ, tenetur ex multis usu receptis ad minorem mensuram. *cap. ex parte.* 18. *de censibus*, Valentia *tom.*3. *disp.*6. *qu.*8. *puncto* 4.

Et de materia devota.

Duodecimo, vovens Calicem, dubius de qualitate, & quantitate, satisfacit dando Calicem, secundum communem usum deservibilem pro sacrificio, nec tenetur ad aureum, aut plenè argenteum. Diana *part.*3. *tr.*6. *resol.*50. Trullench *lib.*2. *cap.*2. *dub.*16. *num.*14. Azor. *tom.*1. *lib.*11. *cap.*20. *num.*10. Leand. *par.*7. *tract.*7. *disp.*43. *q.*9. contra Sanch. 4. *Decal.cap.*13. *num.*13. Bonacinam *de voto disp.*4. *qu.*2. *puncto* 6. *num.*16. Villalobos 2. *part. tract.*34. *difficult.*24. *num.*26. volentes dandum Calicem saltem argenteum, aut meliorem. Semper namque obligatio, ut odiosa libertati naturali restringenda. *cap. ad nostram. de jure jur. cap.* 1. *eodem tit. in* 6. Tamburin. 3. *Decal. cap.* 3. *§.*4. *num.*1.

In voto Calicis, & qualis materia.

Si adeò res promissa sit dubia, ut nequeat de illa constare; tunc votum, tanquam de re executioni impossibili, evanescit. *l. duo sunt Titii, D. de testamentaria tutela.*

De Materiâ levi, seu parva.

Materia levis bona non impediens majus bonum, nec præcepto contraria, sufficit, ut votum subsistat: sed obligat sub levi; quia ut lex, ità votum nequit sub gravi obligare in levi materia. Sotus 7. *de justit.qu.*2. *art.*1. *v. conclusio.* Villalobos *tom.*2. *tract.*36. *difficult.*5. *n.*9. Acacios *tom.*2. *v. juramento.* Diana *par.*4. *tr.*4. *res.*70. idem asserentes de juramento rei levis. 1973

Votum de re levi tenet, & non obligat sub gravi.

An si velit, possit vovens in re levi se obligare ad grave?

Nega: nam esset imprudens, irrationabilis voluntas. Vasquez *tom.* 2. 1. 2. *disp.* 158. *cap.*4. *num.*34. Sanch. 4. *Decal.cap.*12. *num.*6. Suarius 2. *de legibus cap.*25. *num.*2. Sancius dans viginti Doctores 15. *selectarum num.* 15. dicens *n.* 16. cum viginti Doctoribus posse in re gravi vovens se obligare ad leve, ut posset legislator. Sà v. *votum num.*15. Faustus *lib.* 5. *Thesauri qu.*127. dicens stultè in re levi velle se obligare ad grave. 1974

Nequit in re levi obligari ad grave.

Sed difficultas est:

An tota materia Voti parva, putà Ave, obliget ad lethale?

Nega: nam res parva secundum se nequit fundare prudenter obligationem gravem, & ut pars voti levis, ità tota materia levis sub gravi obligare nequit, cum valeat argumentum de parte ad totum, stante eadem ratione. *l. si de tuto.* 1975

Transgressio talis voti, nō est lethalis.

Voto, D. de regul. juris. Et ut lex nequit in tota materia parva obligare sub gravi, ità nec votum sequens legis ingenium. Archidiaconus in *can. si aliquid* 6. 22. *quæst*. 4. Sylvester v. *juramentum* 4. *quæst*. 1. Acacius *tom*. 2. v. *juramento resol*. 157. Aragon 2. 2. *quæst*. 89. *art*. 3. Diana *p*. 5. *tract*. 5. *resol*. 36. Caram. *tom*. 1. *Regulari num*. 96. & *tom*. 2. *num*. 2378. contra Cajetan. 2. 2. *qu*. 89. *art*. 7. *dub*. 1. Armillam v. *juramentum num*. 12. Covarr. 1. *var. cap*. 7. *num*. 2. Et ut probabiliùs sequitur Caramuel *Regulari tom*. 2. *num*. 2478. & 2479. quia mentitur Deo, non servans promissum. Sed hic Infidelis est, non mendax, quia quando promisit, volebat servare promissa: Infidelis, quia non servat. Et cum sit res levis, pro nihilo habetur. *l. scio*. 4. *D. de restitutione in integrum*. Meritò excludens gravem obligationem, quæ prudenter non esset posita in re levi Sancius, dans viginti Doctores. 11. *selectarum n*. 14. Faustus 1. *Thesauri q*. 127. itàut stultè obligasset se sub gravi in re levi. Sotus 7. *de justitia quæst*. 2. *art*. 1. Corradus *in Summa par*. 1. *quæst*. 188. Et sic ex defectu rationabilis, prudentis voluntatis, in re levi nequit se sub gravi adstringere.

An sit lethale transgredi diversa vota, eadem die concurrentia, singula de re levi?

1976 *Transgredi diversa vota de re levi non est lethale.*

NEga: nam semper remanet levis, nec una cum altera materia facit totum, sicque numquam coalescit gravis materia. Secundo, obligatio voti oritur, quando emittitur votum, & impertinens est coacervatio materiarum parvarum coincidentium eodem tempore ad mutandam jam ortam obligationem levem, nisi accedat nova voluntas voventis, ad omnes illas materias se obligantis simul. Quidquid aliter distinguat Oviedo 1. 2. *tract*. 6. *controv*. 3. *puncto* 7. *num*. 137. dicens pro eodem motivo, puta, pro evitando eodem periculo, diversa vota, singula de re parva, unam conflare materiam, fundantem obligationem lethalem.

Quod ratione caret; nam obligatio levis ex voluntate voventis orta non mutatur, mutata materia (quæ gratis hic dicitur mutata) sed exigitur nova voluntas voventis, quæ hic deficit, & sic non peccat lethaliter.

Hinc resolvitur:

An vovens per annos in singulos dies dicere unum Pater, omittens per totum annum, peccet mortaliter?

1977 *Votũ de re levi in singulos dies, etsi per annum nõ impleatur, non obligat ad lethale.*

NEga: nisi oratio totius anni sit materia unius voti. Si namque votum est multiplex, tunc leviter singula obligant, & in dubio ad mitiora declines, favens libertati. *l. semper*. 57. *D. de regul. juris*; nam & causa libertatis possidet, sicque in pari causa ejus conditio melior. *l. in pari*. 171. *D. de regul. juris*, & libertas in omnibus rebus favorabiliter est, ut ait textus in *l. libertas*. 165. *D. de regul. juris*. Diana *part*. 4. *tract*. 4. *resol*. 30. Navarr. *cap*. 17. *num*. 103. idem indistinctè pronuncians de vovente singulis diebus eleemosynam parvam. Sotus 7. *de justitia quæst*. 7. *art*. 1. v. *conclusio*. Villalobos *tom*. 2. *tract*. 36. *difficult*. 5. *num*. 9. Acacius *tom*. 2. v. *juramento*, absolutè dicentes, tale votum dicendi per singulos dies Ave, obligare sub levi. Diana *part*. 4. *tract*. 4. *resol*. 70. Leand. *par*. 7. *tract*. 1. *disp*. 7. *quæst*. 34. citans pro contraria Zumel 1. 2. *quæst*. 88. *art*. 4. *dub. penult*.

An vovens confessionem per singulos menses peccet mortaliter præveniendo, vel postponendo per quatuor, vel quinque dies sine causa?

NEga: ex parvitate materiæ. Imò ex causa, licèt levi, nec peccat venialiter: puta si expectat per octo dies festivitatem; minima namque in consideratione non sunt. *l. si debitori. l. si post tres, D. si quis cautionibus. l. cum similiter*. 16. §. 1. *D. de compensationibus*. Mitiùs namque cum Deo, quàm cum homine, & tamen homo non suffocat suum debitorem, sed ex æquitate, etiam adveniente die, aliquam dilationem permittit, Antonius Faber 7. *Codicis tit*. 2. *defin*. 39. *num*. 5. Sancius 13. *selectarum num*. 9. & 10. 1978

Votum de Confessione mẽstrua potest præveniri, & postponi per aliquot dies.

An aliquid ex Voto, sit plus meritorium, quàm sine Voto facere?

AFfirma: nam tunc actus habet etiam bonitatem ex voto, qua caret sine voto eleemosyna facta. Et per votum se Deo magis submittit, non solùm quoad actum, sed etiam quoad potentiam, & sic plus dat Deo, quàm sine voto dans. Firmiùs etiam, & sic virtuosiùs voto agit. Aristoteles 2. *Ethicorum cap*. 4. D. Tho. 2. 2. *qu*. 88. *art*. 6. D. Anselmus *lib. de similitudine cap*. 84. Layman *de Voto cap*. 4. *n*. 1. 1979

Plus meremur ex voto, quàm sine voto.

An graviùs peccet quis in materia solemni, quàm in simplici Voto promissa?

AFfirma: quia ratione solemnitatis etiam vinculo positivo juris humani ligatur, & sic transgreditur plures leges: undè graviùs delinquit. 1980

Graviùs peccatur in voto solemni, quàm simplici.

An peccatum sit unius speciei in quavis materia devota?

AFfirma: quia uni Religioni adversatur, & diversitas materiæ non diversificat virtutem, sicque materia in confessione non explicanda, nisi ex se alteri præcepto repugnet. Ità qua vovens non ludere, satis est fateri, fregi votum in materia gravi. At si voveat castitatem, tunc quia sine voto, etiam est peccatum fornicari, debet explicare materiam, quia sunt duæ species peccatorum. Cajetan. 2. 2. *quæst*. 88 *art*. 5. *dub. un. ad* 3. Sanch. 4. *Decalogi cap*. 11. *num*. 23. Manuel. *tom*. 2. *Summa cap*. 94. *num*. 9. Faustus *lib*. 1. *Thesauri quæst*. 130. Sotus 7. *de justit. qu*. 2. *art*. 3. *ad primum*. Vasq. 1. 2. *qu*. 73. *art*. 3. *disp*. 99. *cap*. 4. *num*. 33. Sà v. *confessio num*. 31. Henriquez *lib*. 5. *de justitia cap*. 5. *num*. 7. 1981

Unius speciei est transgressio voti solemnis, & simplicis.

An simplex, & solemne Votum sint ejusdem speciei?

AFfirma: nam nec diversitatem à materia, nec à virtute Religionis, nec à solemnitate, quæ est merè accidentalis, emendicare potest. *cap. un. de voto in* 6. Bulla Gregorii XIII. *Ascendente Domino. cap. rursus, qui Clerici, vel voventes*. Sanch. 5. *Decal. cap*. 5. *num*. 6. & 13. & *lib*. 7. *de matrimonio disp*. 25. *num*. 2. Vasquez 1. 2. *qu*. 46. *art*. 4. *disp*. 165. *cap*. 2. *cap*. 8. *num*. 83. Caramuel *Regulari tom*. 2. *num*. 2482. 1982

Et ejusdem speciei est utrumque votum.

Causa effectiva Voti.
§. IV.

1983 *Causis effectiva voti.* *Qui possunt promittere, valent vovere.*

VOtum, promissio deliberata facta Deo de meliori bono; exigit essentialiter quidquid constituit quidditativè promissionem. Sicque plenum usum rationis, quo carent furiosi stolidi, fatui, ebrii, freneticl, amentes, dormientes, etiam semisopiti, multò fortiùs infantes, ita dicti etiam quando sunt in utero. Lucæ 1. ibi: *Exultavit cum gaudio infans in utero. l. cum pater* 30. ibi: *Antequam nasceretur infans, gessit, D. de negotiis gestis*. Sicque infantes, nisi pleno præveniantur rationis usu, vovere nequeunt; Restat modò de aliis ratione plena utentibus disceptare. Et primo;

De illis, qui sunt alieni juris. An possint vovere?

1984 *Qui sunt alieni juris, quoad bona nequeunt de iis vovere.*

DIstinguas: vel est alieni juris quoad personam, & bona: vel quoad personam.

Si est alieni juris quoad bona, tunc de illis bonis vovere nequit, nam de illis nequit disponere sine licentia illius, sub cujus dispositione, vel potestate sunt bona.

Quoad personam non possunt vovere sine cōsensu Superioris. Si sit subditus quoad personam, ut filius familias, servus, Monachus; & tunc nequit de actibus suæ personæ firmitèr disponere sine consensu Superioris.

Hinc lux, & solutio quæstionum de voto subjectorum.

Et primo Servus. Secundo Filius familias. Tertio Religiosus. Quarto Uxor. Quinto Episcopus, & Beneficiatus residere obligatus.

Servus.

1985 *Servus nullum votum valet emittere in præjudiciū Domini.*

NEquit votum personale, reale, mixtum emittere in præjudicium Dominicæ potestatis sine consensu Domini; qr'.. votum alteri prejudicans Deo non gratum, licèt valeat emittere Domino non prejudiciale votum, nam tunc attenditur jus naturę, quo servus se obligare valet naturaliter. *l. servi, D. de action. & obligat. l. naturaliter, D. de condict. indeb. l. quod attinet ad jus civile, servi pro nullis habentur: non tamen & jure naturali, quia quod ad jus naturale attinet, omnes homines æquales sunt.* 32. *D. de regul. juris* licèt ergo civiliter servus nequeat se obligare. *l. in personam servi. l. cum nulla cadit obligatio*.22. ubi Cagnol. *num.* 1. *D. de regul. juris. l. sed etsi servi*. 21. *D. de fidejuss.* naturaliter tamen obligare se valet. *d. l. quod attinet*, & sic etiam vovere sine præjudicio Domini. D. Tho. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 8. ubi Cajetanus, & Aragonius, Valentia 2. 2. *disp.* 6. *qu.* 6. *punct.* 6.

Filius familias.

1986 *Filius familias impubes post plenum rationis usū vovere valet.*

VEl impubes, vel pubes est.

Impubes non ante, sed post plenum usum rationis, etiam acceleratum ante septennium, votum, etiam Religionis, emittere valet; habet namque omnia naturalia exigita ad voti validitatem, scilicet ut sit promissio deliberata, &c. Utque potest Deum offendere, ità ei obsequium voto præstare poterit. Numerorum 30. ibi: *In pupillari ætate adstringi voto, nisi pater irritet. cap. is, qui 1 de Regularibus in 6. can. puella* 20. *quæst.* 2. D. Tho. 2. 2. *quæst.* 88 *art.* 9. *quæst. ultim. art.* 5. *ad* 3.

1987 *Etiam si sit sub potestate patris, vel tutoris, nisi eis præjudicet.*

Idque sivè impubes sit sub patris, sivè sub tutoris potestate, tunc namque plena ratione utens se Deo obligare valet voto non præjudiciali patris, aut tutoris potestati, ut potest etiam servus, habens quæ juris naturalis sunt. *l. quod attinet*, 32. *D. de regulis juris*. D. Thom. *loc. cit.* Cajetan. v. *votum cap.* 3. Valentia *loc. cit.* Suarius *lib.* 3. *de voto cap.* 5. *num.* 12. Caramuel *Regular. num.* 460. *conclus.* 9. Tamburr. 3. *Decal. cap.* 12. §. 5. *num.* 1. & 2. contra Palacios in 4. *dist.* 38. *disp.* 1. *dub.* 1. Sylvestrum v. *Religio* 2. *quæst.* 15. ajentes impuberem nihil validè vovere posse, nisi proximum pubertati. Contra Abbatem in *cap. scriptura*. 4. *n.* 7. ubi Hostiensis *num.* 7. Innocentius *num.* 3. *de voto*. Glossam in *can. mulier v. obligavit*. 32. *qu.* 2 Angelum v. *votum*. 2. *num.* 6. ajentes nullum votum Religionis emissum ab impuberi.

1988 *Contra œconomicā gubernationē non tenent.*

Filius familias pubes validè emittere votum potest non præjudiciale patri quoad œconomicam gubernationem familiæ, & quoad bona, ut sic de castrensi, & quasi, non profectitio, & adventitio, eleemosynas ut facere, ità vovere potest. *can. puella*. 20. *qu.* 2. *cap. is, qui*. 1. *de Regularibus in* 6.

Uxor.

1989 *Uxor sine consensu viri nequit vovere.*

NEquit vovere sine consensu viri, sivè vota sint personalia, sivè realia, sivè mixta, ità ut ex voto nulla nascatur obligatio, quia censetur votum sine consensu emissum. Præciso namque consensu viri, cui de jure Divino tamquam pars cum suo capite uxor subditur 1. *ad Corinth.* 11. uxor, & ejus votum censetur sine consensu. *can. manifestum* 11. *can. noluit*. 16. 33. *quæst.* 5. Cajetan. 2. 2 *quæst.* 88. *art.* 8. Sotus 7. *de justit. qu.* 3. Philiarcus *de officio Sacerdotis lib.* 3. *cap.* 4. Faustus *lib.* 4. *Thesauri qu.* 71. *num.* 2. Aragonius 2. 2. *qu.* 88. *art.* 8. Rodriqu. *par.* 2. *Summa cap.* 92. *num.* 9. Rosella v. *votum.* 2. *num.* 8. Paludanus in 4. *dist.* 32. *qu.* 3. Contra Leandrum *par.* 7. *tract.* 2. *disp.* 5. *qu.* 23. Sylvestrum v. *votum.* 5. *qu.* 1. volentem virum, & uxorem esse pares in vovendo, & sicuti vir sine consensu uxoris nequit vovere in prejudicium status conjugalis, ità nec uxor; ità ut alia vota emittere valeat.

1990 *Et in præjudiciū status conjugalis.*

Præjudiciale autem votum statui conjugali dicunt impediens saltem indirectè redditionem debiti, ut votum peregrinationis, votum vigilandi, votum immoderatæ abstinentiæ, votum vestiendi veste horrida, veste Tertii Ordinis S. Francisci: Et quamvis olim validum fuerit votum peregrinandi in subsidium Terræ Sanctæ *cap. ex multa*. 9. §. *in tanta. de voto*. Modò amissis illis regionibus, tale votum est nullum. Navarrus *cap.* 12. *num.* 61. Rodriqu. *par.* 2. *Summa cap.* 92. *num.* 9.

An verò valeat alter conjugum vovere non petere debitum?

1991 *Votum non petendi debitum nullū altero dissētiēte in ejus præjudicium factum.*

NEgant altero non consentente, quia esset votum præjudiciale alteri, cum verecundia coacto ad semper petendum; & textus in *cap. quidam.* 3. ibi: *promisit enim se non exigere debitum: quod in ejus potestate erat: Et ideò quoad hoc votum tenuit, de conversione conjugatorum*. Intelligitur namque quando nihil præjudicii infertur alteri, sine verecundia semper petendi. D. Tho. in 4. *dist.* 32. *qu. unic. art.* 4. *ad* 3. Valentia *loc. cit.* Navarr. *cap.* 12. *num.* 60. Sà v. *votum num.* 27. contra Paludanum in 4. *dist.* 32. *qu.* 2. *art.* 1.

Reli-

Religiosus.

1992 Religiosus nequit vovere sine cōsensu Superioris. N Equit vovere sine positivo consensu Superioris, ità ut negativos non sufficiat; quia caret velle, & nolle. *cap. si Religiosus. de electione in* 6. Et ipsa Religiosi voluntas Prælato subditur, nec sine consensu Superioris legitimè potest vovere. D. Tho. 2. 2 *quæst.* 88. *art.* 7. *ad* 3. Valent. 2. 2. *disp.* 6. *qu.* 6. *punct.* 6. §. *& quoniam*, idque de Benedictiols firmat Caram. *Regul. num.* 1798 Undè nec naturaliter Religiosus obligari ait Cagnolus in *l. in personam.* 23. *num.* 5. cum Hostiense, Abbate, & Jasone, *D. de regul. juris.* contra Cajetanum 2. 2. *qu.* 88. *art.* 8. ubi Aragonius, Leandrum *part.* 7. *tract.* 2. *quæst.* 4. 5. 6. 7 dantem vigintisex Doctores volentes validè aliqua vota sine consensu Superioris, si non sint contra bonum Communitatis, regulas, & præcepta Superioris.

Quod non præjudicet statui Religioso potest vovere.

Episcopi.

1993 Episcopi nō valent vovere sine licentia Papæ. N Equeunt vovere in præjudicium Ecclesiæ, nec possunt vovere Religionem sine licentia Summi Pontificis. *cap. nisi cum pridem in fine. de renunciatione. cap. inter corporalia. de translatione Episcoporum. can. sicut.* 7. *qu.* 1. nec possunt vovere peregrinationem, nisi pro tempore quo licet abesse à residentia. *cap. licet.* 18. ibi: *ut nullus absque licentia Summi Pontificis præsumat occasione quacumque deserere Præsulatum. de Regularibus*. Et licèt olim validum votum peregrinandi ad Terram Sanctam, modò

1994 Olim validū votum Episcoporum ad Terram Sāctam. non licet id Episcopis, Romano Pontifice non consentiente. *cap. magna.* 7. ubi Hostiensis *nu.* 17. *de voto.* Azorius *tom.* 1. *lib.* 11. *qu.* 2.

Vota verò non præjudicantia gubernationi Ecclesiæ, nec juri, validè ab Episcopo emitti valent. Faustus *lib.* 1. *Thesauri qu.* 332. Leand. *par.* 7. *tract.* 2. *disp.* 5. *qu.* 24. dans octo Doctores.

Curatus.

1995 Curatus ea quæ nō præjudicant sui Ecclesiæ potest vovere. O Mnia vota non præjudicantia Ecclesiæ licitè emittere valet, etiam votum Religionis. *can. fin.* 19. *qu.* 2. illam tamen ingredi nequit sine licentia Episcopi, si Ecclesia indè damnificetur. *cap. admonet. de renunciatione* & sufficit licentia petita, licèt non obtenta, si Ecclesia damnum non patiatur. Suarez *lib.* 3. *de voto cap.* 4. *num.* 10. licèt non dicit Abbas in *cap. quod Dei num.* 11. *de statu Monachorum*. Henricus in *cap. scriptura* 4. *nu.* 2. *de voto* requirentes, ut necessariam petitionem licentiæ ab Episcopo.

Angeli.

1996 Angeli poterant vovere in via. Nunc nequeunt. I N via poterant, sed ob viæ brevitatem, votum non emiserunt.

In statu gloriæ votum non emittunt, quia gratia firmati, ulteriorem perfectionem voto intentam consequi nequeunt. Suarius *lib.* 3. *de voto cap.* 1. *num.* 10.

Christus Dominus.

1997 Christus nō emisit votū. N On ut Deus, nam sibi ipsi subjici obsequenti voto nequit.

Ut homo potuit orare, & oravit, potuit jurare, & juravit. Caramuel *regul. num.* 215 *&* 236. At votum non emisit, quia Comprehensor, & in summa perfectione, semper intendens summam gloriam Dei, deerat materia, & finis voti. S. Tho. 2. 2. *qu.* 88. *art.* 2. *ad* 3. Suarius *lib.* 3. *de voto cap.* 1. *num.* 3. quidquid perturbatus voluerit Bordonus *de professione Religiosa cap.* 1. *num.* 202. qui dicit Christum Dominum emisisse votum paupertatis, castitatis, obedientiæ, cui videtur consentire Caramuel *Regul. num.* 233.

Nec sufficit Psalmus 131. ibi *sicut juravit Domino, votum vovit Deo Jacob*. Psalmus 21. ibi: *vota mea reddam in conspectu timentium eum*. Psalmus 65. ibi: *reddam tibi vota mea*, ubi Christus dicitur vovisse. Nam ex D. Hieronymo ibidem, intelliguntur de Sacrificio Crucis, & incruento Altaris.

Replicabis, Christus lege, ergo etiam voto obligatur.

Respondetur, in Christo Domino cessare finem voti, non legis, & sic lege, non voto posse obligari. Finis voti ex D. Thoma est firmare in bono, qui finis cessat in Christo Domino, in bono supra omnes Beatos firmissimo. Obedientia autem legis finis in Christo Domino non cessavit, nam ex Apostolo; *Factus est obediens usque ad mortem*. Licèt lege obligatus.

Communitas.

P Otest juramento, & voto se obligare, dummodo singuli, ut sin, uli consentiant voto. *cap. dilecto. de præbendis*. Singuli ut singuli debent consentire, quia votum est deliberata voluntas de meliori bono, & voluntas propriè est singulorum, nec Communitas propriè voluntatem habet, cum propriè homo non sit, debetque esse totius Communitatis una anima, unum corpus, & totum politicum, ut est aggregatum per accidens sub uno capite, ità propriè voto afficiente sigillatim non consentientes, nequit obligari. Nec valent id efficere Electi Communitatis, nam carent mandata ad id; sicque non possunt ligare præsentes, nec posteros, non consentientes. 1998 Singuli, at singuli Communitatis, non ipsa Cōmunitas voto obligari potest.

Nec juvat Communitatem moraliter perseverare etiam in posteris. *can. denique.* 7. *qu.* 1. Quia voto posteri diversæ voluntatis ligari nequeunt; Sic licèt hæres repræsentet personam defuncti, non tenetur voto personali defuncti. *cap. si hæredes.* 6. *de testamentis cap. licèt.* 6. *de voto*. Objectis satis.

Nec refert hæredem teneri ad vota saltem realia defuncti. *cap. ex parte.* 18. *de censibus. cap. si hæredes* 6. *de testamentis*, ibi: *ut vota defuncti adimpleantur. l.* 2. *D. de pollicitationibus*. Nam id est, quia ad hæredes transeunt bona cum obligationibus defuncti, ex illis bonis satisfaciendis: at bona Universitatis ad singulos non transeunt.

Hinc votum non laborandi cunctis diebus Veneris, emissum à quadam Communitate rusticorum, non ligavit posteros non consentientes. Comitolus *lib.* 2. *responsorum qu.* 10. de Marinis *tom.* 1. *cap.* 96. *num.* 2. docens, Communitatis Electos, non posse voto gravare posteros Communitatis de eleemosyna danda singulis annis Ecclesiæ. 1999 Votum Communitatis non laborādi die Veneris non ligavit posteros.

Voto ergo ligatur vovens. Sylvest. *v. votum*. 2. *qu.* 9. Basilæus *tom.* 2. *v. votum.* 1. *num.* 15. Sicque filius non obligatur voto Religionis emisso à patre, nisi ratificet. *cap. licèt.* 6. *de voto*. Votum namque antecessoris, ut non pendet à voluntate successoris, ità ipsum non obligat. Vasqu. 1. 2. *disp.* 167. *num.* 24. Suarius *lib.* 4. *de voto cap.* 9. *num.* 6. Sanch. 4. *Decalogi cap.* 15. 2000 Votum Religionis emissū à patre non obligat filiū non ratificantem.

Undè ergo desumenda obligationis Communitatis origo.

Ali-

2001 *Sunt qui ex pacto dicunt obligari ad votum.*

Aliqui volunt ex pacto. Sed contra, quia pactum non fit à solis debitoribus. *l. 1. D. de pactis*; & Communitas se obligans esset tantùm debitrix. Secundo, quia ex contractu isto nasceretur obligatio ex justitia, non ex Religione vel voti, quod est absurdum. Sanch. *loc. cit. n. 16.* Suarius *loc. cit. num. 7.*

Alii ex consuetudine.

Alii confugiunt ad longævam consuetudinem cum Bassæo *loc. cit. tom. 2. v. votum. 1. n. 21.* Sed contra cum Sanch. *loc. cit. num. 18.* Suario *loc. cit.* quia tunc non à voto, sed à consuetudine nasceretur obligatio; Et sic votum non statim obligaret, sed solùm quando longævum tempus transactum fuit; quod licèt concedat Joannes à S. Thoma a. 2. *qu. 88. disp. 24. art. 12.* non est concedendum à volentibus voto Communitatem obligari.

Alii ex præcepto.

Alii confugiunt ad præceptum cum Suario *loc. cit. num. 10.* Sanch. *loc. cit. num. 19.* Leand. *loc. cit. qu. 10. & 11.* exigentes etiam Episcopi præceptum, & concludentes, Episcopum posse tale votum, ut præceptum revocare.

2002 *Sed nunquam ex voto.*

Sed jam vides numquam voto teneri. Et insuper undè habes, Communitatem posse sibimet præcipere, est nè sibimet subdita?

Qui Votum teneatur implere?

§. V.

Datur primo Vovens. Secundo ejus personam Repræsentans. Tertio Extraneus. Datur votum Reale, Personale, Mixtum.

Vovens.

2003 *Votum implendum per voventem.*

Omne votum reale, personale, mixtum tenetur implere; nam votum voventem ligat, nec ultrà voventis intentionem se extendit. *cap. licèt. 6. de voto. cap. licèt. 18. de Regularibus. cap. magna. 7. de voto.*

Per alium non satisfacit voto, nisi id expresserit.

Nec tenetur per alium implere, si id suo voto non comprehendit. *cap. licet 6. de voto.* D. Tho. 2. 2. *qu. 88. art. 3. ad 1.* Suarius *tom. 2. de Religione lib. 4. cap. 10. num. 4.* Sanch. *4. Decal. cap. 2. num. 27.* Bonacina rei moralis consultissimus *tom. 2. disp. 4. qu. 2. puncto 5 §. 3. num. 2.* excusans cum Suario contra Sanchez *loc. cit. num. 26.* ab obligatione voventem, voto personali certum per se non impleturum, nam tunc censetur imprudentèr levitate amissum votum potiùs, quàm per alium voluisse implere. Non enim adversarii vitant levitatem, dicendo per alium teneri; cùm levitas sit personalitèr se obligare, impotens satisfacere, licèt deinde per alium faciat.

2004 *Si adsit status mutatio, voto non ligamur.*

Non tamen tenetur statum mutare, ut votum impleat reale, vel personale; sic vovens personale, scilicet jejunium, castitatem, professionem, si nequeat exequi jejunium absque periculo mortis, professionem, castitatem absque eo quod divertat ab uxore legitimè, non tenetur divertere, quia tunc votum esset contra justitiam.

2005 *Votum reale per alium potest impleri.*

Reale verò, ut dare eleemosynam, impleri valet per se, vel per alium. Suarius *loc. cit. num. 6.* Bonacina *loc. cit. num. 3.* Trullench *lib. 2. Decal. cap. 2. disp. 14. num. 20.* Imò invito, vel ignorante vovente, alius ejus nomine potest voto satisfacere, si vovens deinde ratum habeat; qua ratificatione censetur mandasse, convalidatque præcedentia. *cap. ratihabitionem. 10. de regul. juris in 6. l. 1. §. dejecisse, D. de vi, & vi armata.* Bonacina *loc. cit. num. 5.* Trullench *loc. cit. n. 3.*

2006 *Non teneor cum decore voti implere.*

Non tamen ut satisfaciat voto, tenetur indecoram, insolitam sibi artem exercere, nam voto se obligavit salvis dignitate, honore, & decore. Sanch. *loc. cit. num. 8.* Bonac. *loc. cit. num. 9. in fine*; tenetur tamen decenter sibi oblatum acceptare, ut medium idoneum implendi voti. Sanch. *4. Decal. cap. 15. num. 8.* Trullench *loc. cit. num. 3. in fine.*

2007 *Per alium mittens rem devotè dandam pauperibus, satisfacit voto, si mandatarius illam sibi retineat.*

Bona fide dans devotas eleemosynas pro Missis celebrandis, vel pauperibus, mittens per famulum, voto satisfacit: licèt mandatarius eleemosynas non det, Sacerdos Missas non celebret; nam moralitèr se operaturum vovit, & prudentèr, non prudentissimè ad operandum se voto adstrinxit. Palaus *tom. 3. tract. 16. disp. 1 puncto 15. num. 6.* Suarius *to. 2. de Religione lib. 4. de voto cap. 10. num. 8.*

2008 *Mixtum per voventem implendum.*

Mixtum ex reali, & personali, ut peregrinatio ad Urbem ad dandam ibi eleemosynam, per alium non implendum, si res promissa sit ut accessoria personæ. Sic peregrinationem vovens, impotens peregrinari, non tenetur sumptus itineris eleemosynis consumere. Palaus *loc. cit. n. 7.* Bonacina *loc. cit. num. 6.* Suarius *loc. cit. n. 12.* Sanch. *loc. cit. n. 13.* Si verò voveat æquè principalitèr peregrinationem, & eleemosynam, non tamen per se; tunc per alios mittere tenetur. Leand. *par. 7. tract. 1. disp. 24. à qu. 1. ad 15.*

Succedens, Repræsentans voventis personam.

2009 *Hæres repræsentat defunctum non successor particularis.*

Hæres jure defuncti utitur, ejusque personam repræsentat, non alius singularis successor. *l. hæredem. 58. D. de regul. juris. l. hæres in omne jus, D. de acquir. hered. l. cum hæredes. D. de acqir. possess.* fingiturque idem cum persona defuncti. *§. 1. Auth. de jure jurand. à moriente præstito.* & hæres non immutat obligationem defuncti *l. 2. §. ex his, D. de verb. oblig.* Undè meritò inquirimus;

An hæres teneatur Voto defuncti?

Distinguas: ante, vel post aditam hæreditatem.

2010 *Hæres ante aditam hæreditatē voto defuncti non tenetur.*

Ante aditam hæreditatem ad nihil tenetur; quia nihil habet ex bonis defuncti, & hæres ex bonis defuncti solvere deberet. *l. scimus. 22. C. de jure deliberandi.* Sylvest. *v. votum. 2. qu. 11. dicto 5.* Angelus *v. votum. 3. num. 8.* Sanch. *4. Decalog. cap. 15. num. 25.* Et hoc sivè confecto, sivè non confecto inventario; nam multoties, imò potest fieri hæreditate non adita, ut videat hæres an hæreditas sit lucrosa, vel non.

Post aditam hæreditatem:

Subdistinguas: vel pendet confectio inventarii, vel non pendet.

2011 *Post aditam hæreditatem nemo tenetur, si pendeat confectio inventarii.*

Si pendeat confectio inventarii; & tunc molestari nequit; nam potest contingere, ut debitum ex justitia, & legitima absorbeat omnia, & sic non teneatur ad vota defuncti. *l. scimus. 22. §. donec. C. de jure deliber. Auth. ut cum. de appellatione cognoscitur, collat. 8. §. hæc autem, v. sancimus.* Gizzarellus *decis. 79. num. 4.* Sanch. *4. Decal. cap. 15. num. 29.* Bonac. *disp. 4. qu. 2. puncto 5. §. 2. num. 16.* ajentes, ante ex justitia, quàm ex voto debita solvenda. Sed pendente confectione inventarii nequit molestari à debitis ex justitia. *d. l. scimus, §. donec*, ergo multò minùs à debitis ex voto.

Si

2012 Post confessionem inventarii.

Si autem inventarium est confectum.

Subdistinguas: vel est votum actionis personalis defuncti, ut jejunii, disciplinationis, professionis, castitatis, &c. vel alterius rei, sicque dicatur votum reale.

Neque hæres ad votum actionis personalis defuncti tenetur.

Si est votum personale, scilicet actionis personalis defuncti. Obligatio non transit ad hæredem, quia esset obligatio ponendi extinctam actionem defuncti; & sic impossibile esse. Idque etiam si Testator id exprimat, nam non posset vovere impossibilia, nisi mutet votum actionis personalis in rem aliquam, vel acceptetur ab hærede instituto sub tali onere, si ponat actionem personalem propriam, quam posuisset defunctus. Sanch. 4. *Decalogi cap.* 15. *num.* 25. Suarius *tom.* 2. *de Religione lib.* 4. *de voto cap.* 10. & 11. *num.* 2. Caramuel *tom.* 2. *Regul. num.* 1479. de Marinis *tom.* 1. *quotidianarum cap.* 165. *n.* 3.

2013 Neque ad mixtum.

Idem est in voto mixto, non transeunte ad hæredem, nisi Testator expresserit ab hærede velle pro portione hæreditaria satisfieri, secundum quod reale est in mixto. Comitolus *lib.* 2. *responsorum qu.* 11. de Marinis 1. *quotidianarum cap.* 95. *num.* 9. Sicque concludunt, hæredem nec teneri ad expensas voti peregrinationis defuncti.

2014 Nota distingui obligationē personalē, & votū personale.

Non tamen te prætereat deficere in hoc Theologos, ex libito confundentes obligationem personalem cum voto personali, meritò non tolerandos. Fatentur namque votum personale non transire ad hæredes, quia obligatio personalis ad hæredes non transit, ponuntque cum Caramuele *Regulari tom.* 2. *num.* 2479. exemplum voventis mille. Non enim est verum obligationes personales extingui cum persona; nam transeunt ad hæredem repræsentantem personam defuncti, *l.* 2. *§. ex his igitur stipulantibus, nec hæredes quidem pro parte solvendo liberari possunt, quandiù non eandem rem omnes dederint, nec enim persona hæredum conditio obligationis immutatur. Et ideò si divisionem res promissa non recipit, veluti via: hæredes promissoris singuli in solidum tenentur. D. de verb. oblig. l. si quis.* 14 *C. de contrah. emptione. l. æris alieni.* 15. ibi: *totius juris successoris onus est*, *C. de donationib.* ubi successor universalis convenitur; licèt non transeat contra singularem successorem. *l.* 1. *§. & si hæres, D. ad Trebellianum. l.* 1. *C. quibus res judicata non nocent*; Obligatio personalis, licèt non transeat

2015 Obligatio personalis ad hæredē, non ad singularem successorē transit,

ad singularem successorem. *Ita lege in vos collata donatio, ut neutri alienandæ tuæ portionis facultas ulla competeret, id efficit ne alteruter vestrum dominium prorsus alienet, vel ut donatori, vel ejus hæredi condictio, si non fuerit conditio servata, quæratur.* 3. *C. de conditione ob causam*; ubi donans cum pacto ne alienet, si non obstante pacto alienet, tenet alienatio, sed donatori contra donatarium alienantē, non contra possessorem singularem competit condictio ob causam: ità ut non fiat executio contra tertium singularem successorem, transit tamen ad personam hæredis repræsentantem defuncti personam.

2016 Obligatio personalis ex voto orta transit ad hæredem.

Obligatio ergo personalis ex voto transit ad hæredem, satisfacienda in bonis, qua ratione dicitur obligatio realis. Et tantùm ad hæredem non transit votum personale; hoc est votum de actione personali Testatoris, quæ à Testatore debet poni, scilicet jejunandi, disciplinandi se.

Si sit Votum reale, scilicet alicujus rei transeuntis ad hæredem, puta vovere mille?

2017 Votum reale ad tēpus non transit ad hæredem.

SUbdistinguas: vel est votum ad tempus, scilicet vivente, vel pro vita Testatoris, vel est votum simplex.

Si est votum emissum ad tempus: puta dandi eleemosynam durante sua vita, vel per annum; tunc elapso dicto tempore extinguitur, nec ad hæredem transit onus, ut ex se patet, quia votum non obligat ultrà voluntatem voventis.

Secùs si sit simplex votum reale.

Si verò votum reale sit simplex, ut voveo dare mille Ecclesiæ, tunc in vovente nascitur obligatio solius voti, & sic Religionis. Ad hæredem non transit votum cum voluntate Testatoris extinctum. Sanch. 4. *Decal. cap.* 14. *num.* 41. Bassæus *tom.* 2. v. *juramentum num.* 16. Caram. *tom.* 2. *Regul. num.* 2479. Sed transit obligatio ex voto, ut ad hæredes transit obligatio ex contracto. *l.* 2. *§. ex his, D. de verb. oblig. l. æris alieni, C. de donationibus.* Et insuper additur obligatio ex justitia, orta ex quasi contractu inter hæredem, creditores, & legatarios defuncti, carentes alio titulo. *§. hæres quoque lib.* 3. *Institutionum Civilium. tit. de obligationibus, quæ ex quasi contractu*; ratione cujus tenetur satisfacere oneribus defuncti, ut defunctus statuit secundum vires hæreditatis. *l. finali, Cod. de jure deliberandi*. Et inter alia est onus voti, quo defunctus adstringebatur, quod onus semel validum, sola voluntate Testatoris deindè non solvitur, etiamsi facto jam voto, Testator nolit à suo hærede exequi, nam sequens voluntas nequit validum votum abrogare, Sicque tenetur hæres secundum vires hæreditarias non ultrà, etiam in conscientia, inventario non confecto, quamvis condemnetur, ut solvat ex propriis. *d. l. scimus, §. donec, Cod. de jure deliberandi*; quæ innititur præsumptioni occultationis, ut docet Sotus 6. *de justitia qu.* 1. *art.* 4. *ad* 3. Gomez *l.* 3. *Tauri num.* 121. Sanch. 4. *Decalogi cap.* 15. *num.* 25. 28. & 36. dans decem Doctores, Bonacin. *tom.* 2. *disp.* 4. *qu.* 5. *§.* 2. *num.* 4. de Marinis 1. *quotidianarum cap.* 95. *num.* 7. & *cap.* 165. *num.* 2. & 3. & *cap.* 96. *num.* 2. contra D. Antoninum 2. *part. tit.* 11. *cap.* 2. *§.* 5. Sà v. *hæreditas num.* 39. ajentes, teneri ex proprio, ultrà vires hæreditarias voto defuncti satisfacere hæredem, non conficientem inventarium.

2018 Obligatio hæredis oritur ex justitia.

2019 Votum validū ab hærede implendum, licet Testator nolit ab hærede exequi.

2020 Qui tenetur juxta vires hæreditarias, non cōfecto inventario.

2021 Probatur ex l. si quis 2. §. si decimam, D. de pollicitat.

Probatur autem hæredem tenere voto reali defuncti. Primo ex *l. si quis* 2. *§. si decimam quis bonorum vovit: decima non prius esse in bonis desiit, quàm fuerit separata; et si fortè, qui decimam vovit, decesserit ante sepositionem: hæres ejus hæreditario nomine decimæ adstrictus est. Voti enim obligationem ad hæredem transire constat, D. de pollicitationibus.*

Ex cap. hæredes. 9. de testamentis.

Secundo patet ex *cap. si hæredes jussa Testatoris non adimpleverint, ab Episcopo loci illius, omnis res, quæ ei relicta est, canonicè interdicatur, cum fructibus, & cæteris emolumentis, ut vota defuncti adimpleantur.* 6 *de testamentis.*

Et ex cap. ex parte. 18. de censibus.

Tertio ex *cap. ex parte.* 18. ibi: *vota. de censibus*. Igitur hæres juxtà vires hæreditatis cogitur votis defuncti satisfacere realibus.

An vota etiam realia profitentis transeant ad hæredem?

2022 Vota etiam realia profitentis non transeunt ad hæredem.

NEga: nam professio extinguit omnia præcedentia vota. *cap. scripturæ* 4. *de voto.* Idque

que etiam si professus nolit. S.Tho. 2.2.*qu.*88. *art.*12. *ad* 4. Paludan.in 4. *dist.*38. *qu.*4. *art.*1. Bonac. *disp.*4.*qu.*2.*puncto* 5.§.2.*num.*7. Sanch.4. *Decalogi cap.*15. *num.*32. Leand. *par.*7. *tract.*1. *disp.*25.*qu.*15.16.17. Trullench, Palaus, Lessius ajentes, Monasterium succedens Monacho, jure hæreditario non adstringi votis realibus professi, ante professionem emissis, nisi acceptentur à Monasterio ante professionem. Intelligitur hic sivè hæres sit Monasterium, sivè alius etiam filius, aut pater. Caramuel *Regul.tom.*2.*n.*2499. §.2.*contingit*. Acacius *tom.*2.v.*Religiosi ref.*369. Palaus *tom.*3. *tract.*16. *disp.*2. *puncto* 8. *num.*4 contra Paludanum in 4. *dist.*38.*qu.*4.*art.*5.*conclus.*5. D.Antoninum 2.*part. tit.*11. *cap.*2. putantes professione tantùm personalia vota extingui.

Pœna hæredis non implentis voluntatem defuncti voventis, & à quo Judice?

2023 Hæres non adimplens votum defuncti à Judice Ecclesiastico punitur censuris, & privatione hæreditatis.

Coram Judice Ecclesiastico: primo, ut privetur hæreditate. Secundo, ut possit censuris ad id compelli. *cap. si hæredes*. 6. *de testamentis.cap.licèt*. ubi Abbas *num.*1.& 3.*de voto*. Sylvester v.*votum*.2.*qu.*11.*dicto* 2. Leand.*par.*7. *tract.*1.*disp.*25.*qu.*6.& 7. Covarr.*in capite hæredes* 6.*num.*9.*de testamentis*.

Extraneus.

2024 Successor singularis voto defuncti non tenetur.

Extraneus singularis successor voto defuncti non tenetur, nisi pro voto sit res, quàm possidet, hypothecata. *l.*1.§.*si hæres*, *D.ad Trebell.*

Ordo satisfaciendi Votis.
§. VI.

2025 Acceptans rem devotam, habet jus ad illam.

Ille, cui res devota danda est, posita acceptatione, habet jus ad illam petendam, & inter creditores nominari valet. *l. creditorum appellatione non hi tantùm accipiuntur, qui pecuniam crediderunt: sed omnes, quibus ex qualibet causa debetur*. 11. & *l.creditores*.10. *D. de verb. signif. l.id, cui*, §. *fin. D. de actionibus, & obligat. l. si cum fideicommissa*. 16. ibi: *quacumque ex causa*, *D.qui, & à quibus*. Hinc meritò indagandum quo ordine eis satisfaciendum.

2026 Creditores hypothecarii præferuntur. Et causa privilegiata. Cæteri ordine succedunt.

Isti non sunt creditores hypothecarii; sicque in eis non currit regula: *qui prior*. Sunt autem, vel privilegiati ex causa, si causa vovendi fuit privilegiata, & tunc currit in illis regula: *melior causa præfertur*. Si careat causa privilegiata, tunc sunt meri personales chyrographarii, quorum unus alteri non præfertur. *l. Procuratoris*, §. *plani*, *D.de tributoria actione.l.bonis*, §.*Respublica*, *D.de privilegiis creditorum*; & solùm servatur regula: *diligentior præfertur*.

2027 Primo solvuntur expensæ funerum. Secundo æs alienum. Tertio legitima, & debitum jure naturæ. Quarto satisfit votis de majori bono.

Hinc primo solvuntur expensæ funerales ex re Testatoria. *l. at si quis sepulchrum*, §. *Prætor. l.impensa*, *D.de Religiosis*, & *sumptibus.l.*2.*D.de privilegiis creditorum*.

Secundo, detrahitur æs alienum.

Tertio, legitima, & omne debitum jure naturæ cum alimentis, vel ex contractu debitis, quibus voto non poterat præjudicari.

Quarto, satisfaciendum votis, ità ut quod est de majori bono aliis præferatur, quia cætera desinunt obligare, si impediant majus bonum. Si verò sint æqualis causæ, æqualis bonitatis, æqualiter concurrunt, sed præferuntur non habentibus privilegiatam causam.

Quinto cætera vota. Pro rata implenda, si deficiant bona.

Quinto loco satisfaciendum votis privilegiata causa carentibus, cum regula: *diligentior præfertur*. Sanch.4.*Decal.cap.*15.*num.*39.& 41. Bonacin. *loc. cit. num.* 16. & si bona non sufficiant, pro rata, æqualiter concurrentia, minuuntur, ità ut non præferatur emissum priùs. Contra Leandrum *par.*7.*tract.*1.*disp.*25.*qu.*22.& *qu.*23. dantem electionem hæredi, ut solvat quod vult.

Sexto debitum ex voto præfertur legato pio.

Sexto, debitum ex voto, ut cæteræ obligationes personales defuncti, præcedit legata, etiam pia, licèt pro legatis, non pro votis bona Testatoris sint hypothecata; hypotheca namque legati non præcedit debita Testatoris solvenda. *l.* 1. *C. communia de legatis*. Sicque voto ante legatum, etiam pium, satisfaciendum. Sanchez 4.*Decal.cap.*15.*nu.*39. Trullench 2.*Decal.cap.*2. *dub.*15.*num.*11. Bonac.*loc.cit.num.*16.

2028 Divisa hæreditate, pro rata heredes tenentur.

Si hæreditas sit divisa, censentur etiam divisa pro rata onera hæreditaria. *l.pro hæreditariis*, *D.de actionibus hæreditariis. l. in executione*.85. *D.de verb.oblig.* Uno tamen non solvente, recurritur contra alium; nè divisione hæredum immutetur obligatio. *l.* 2. §.*ex his*, *D. de verb. obligat.*

Cui fiat Votum.
§. VII.

2029 Votum Deo fit in honorem Sanctorum.

Per se fit Deo, ut demonstrat voti essentia. Valentia 2.2.*disp.*6.*qu.*6. *puncto* 3. post Divum Thomam 2.2.*qu.*88. *art.*5. Quod si quando fiat in honorem Sanctorum, intelligitur, dummodo per se ultimo promissio respiciat Deum in Sanctis honoratum. D.Tho.2.2.*qu.*88. *art.*5. *ad* 3. ità ut promissio facta Sanctis, excluso Deo, animo se obligandi tantùm Sanctis, deficiat ab essentia voti, eritque mera promissio inter homines. Sanch.4 *Decal.cap.*1.*num.*42. & 43. Bonacin.*loc.cit.puncto* 1.*num.*17.

Voti Extinctio.
§. VIII.

Materiæ continuatio.

Voti constitutionem, partes, passiones, causas discussimus, ejus extinctionem in lucem prodat oratio. Et ut phalerato doctrinæ stylo ordinatim procedat, discutiemus, quomodo extinguatur.

2030 Modi, quibus vota extinguntur.

I. Cessante causa finali.
II. Lapsu temporis præfixi.
III. Mutatione materiæ devotæ, vel personæ voventis.
IV. Remissione partis, cui res devota est danda.
V. Irritatione.
VI. Relaxatione, Dispensatione.
VII. Commutatione.
VIII. Interpretatione.

PRINCIPIUM.

2031 Primo cessat deficiente causa finali.

Votum non obligat in casibus voluntate voventis non inclusis.

Nam obligat votum ex voluntate voventis, magis, quàm res devota. *l.*3. *in fine*. *C.de libris præteritis.cap.in his. de verb.signif.*

Cessante adæquata causa finali.
§. IX.

Cessat votum, ab initio non comprehendens talem casum, ex defectu voluntatis voventis;

2032 Cessante adequata causa, votum cessat.

tis; nam hic casus nō inclusus in voluntate voventis, quæ non se extendit, deficiente fine à se inteoto. Ut enim fine objecto, ità sine fine non movetur; nam omoe agens agit propter finem, quo deficieote, ejus deficit intentio. *cap. cum cessante. de appellat. cap. etsi Christus. de jure jur. l. 2. D. quorum legatorum.* Abbas in *cap. magnę. num. 14. de voto.* Sylvest. *v. votum 2. quęst. 8.* Rodriq. *tom. 2. Summę cap. 89. num. 2.* Suarius *lib. 4. de voto cap. 18. n. 3.* Leand. *par. 7. tract. 1. disp. 12. quæst. 1.* dans viginti Doctores. Contra Ancharanum in *cap. magnæ. num. 13. de voto. notabili 5.* ubi Glos. & Hostiensis; Qua ratione, semper ac deest actus voluntatis coosentientis, votum deficit: sic inducens ad vovendum Chartusianam Religionem, vel longinquam peregrinationem, decipieos diceodo propinquam, edere carnes salatas, decipit, nec voluntas voventis comprehendit peregrinationem longinquam, Religionē tàm severam, sicq; voto non tenetur. Sanch. *4. Decal. cap. 18. n. 18.* Palaus *disp. 1. de voto puncto 6. n. 3.*

2033 Sic votum salutandi imaginē, cessat, illa deleta.

Ex dictis, primo, extinguitur votum salutandi imaginem Virginis Lauretanæ, si imago amplius oon inveniatur. Tamburinus *3. Decal. cap. 13. num. 12.*

Eleemosynæ, paupere effecto divite.

Secundo, cessat votum dandi eleemosynam illi pauperi, illo divitiis repleto. Palaus *disp. 2. de voto puncto 20. num. 3.*

Ob sanitatē alterius, illo mortuo.

Tertio, cessat votum dandi eleemosynam ob sanitatem, ob libertatem alterius, si ille captivus, ægrotus moriatur. Suarios *loc. cit. num. 5.*

Ob firmandō aliquem in bono, si ille evadat malus.

Quarto, cessat votum daodi eleemosynam ob finem fovendæ bonitatis alterius, si ille malus deprehendatur, vel evadat. D. Tho. 2. 2. *qu. 88. art. 3. ad 3.* Trullench *lib. 2. cap. 2. dub. 4. n. 28.*

Ingrediendi certam domum, amoto periculo.

Quinto, cessat votum non ingrediendi domum, cessante periculo finis voti. Novar. *cap. 12. in fine.* Sanch. *loc. cit. num. 45. & 50.* Sed iterum repullulante periculo, vi prioris voti abstinere debet, quia votum cessat solùm pro illis casibus, in quibus deest finis. Palaus *loc. cit. puncto 8. §. 2. in fine.*

Dandi eleemosynam, si ipse pauperē reddas divitem.

Sexto, cessat votum, etiamsi ipse vovens faciat cessare finem; puta si divitem reddat pauperem, cui vovit dare eleemosynam; faciat recedere ab illo loco feminam periculosam, in quem vovit non ingredi. Doctores citati.

2034 Peccat, & non ligatur voto si ex culpa faciat cessare votū.

Sed si ex culpa faciat cessare finem, peccat ob culpam, voto tamen non tenetur; nam voto adstringitur in casibus voto comprehensis, quales non sunt fine intento destituti. D. Tho. 2. 2. *quæst. 88. art. 3. ad secundum.* Sanch. dans octo Doctores. *4. Decal. cap. 2. num. 44.* contra Leand. *loc. cit. quæst. 7.* dantem octo Doctores.

Lapsu temporis præfixi, cui Votum est affixum.

§. X.

2035 Cessat votū elapso tempore præfixo.

Votum hoc extinguitur; nam votum non se extendit ultrà iotentionem voventis, coarctantis tempore suam obligationem. *cap. in his. de verb. signif.* Cajetan. 2. 2. *quæst. 88. art. 12. dub. fin.* sicque votum jejunii, votum eleemosynæ pro illo præfinito tempore, illo elapso definit. Sanchez *4. Decal. cap. 14. n. 1.* Bonac. *tom. 2. disp. 4. quæst. 2. puncto 5. §. 1. num. 4. & 7.* Leand. *par. 7. tract. 1. disp. 14. quæst. 17. 18. 19. 20.* ajens præfinieos jejunium in vigilia illius Sancti, non teneri in aliis vigiliis ejusdem Sancti jejunare, etiam ex culpa non jejunante præfixo tempore; *& quæst. 22.*

Mutatione notabili.

§. XI.

2036 Notabilis mutatio in vovente, vel in materia devota, votū cessat.

Semper ac est mutatio in persona voventis; & materia devota, tanta, qua stante votum non poterat prudenter emitti; tunc votum cessat; nam talis mutationis casus, ultrà intentionem voventis prudenter, non est prævisus: & promissio intelligitur prudens, rebus sic stantibus, & re perseverante moraliter eadem. Stante autem notabili mutatione personæ, & res eadem moraliter non est; & sic non comprehensa voto. *can. ne quis. 22. quæst. 2. cap. quemadmodum. 25. de jure jurand.* Nemo namque tenetur ad rem non promissam, ad rem non prævisam; nam non est res devota voluntate ad iocognita, ut sunt imprævisa, noo se extendente. D. Thom. 2. 2. *quæst. 110. art. 3. ad 3.* Sanch. *4. Decal. cap. 2. num. 20.* Sylvest. *v. votum. 2. quæst. 12.* Bordonus *tom. 2. res. 14 num. 1.* Bonac. *disp. 4. qu. 2. puncto 7. §. 1. num. 2.* Acacius *tom. 2. v. votum res. 446.* Guttier. *par. 1. de juramento cap. 29. num. 6.* Caram. *tom. 2. Regulari num. 2301. & fundamentali num. 1399.*

2037 Primo si in vovēte reddatur impossibilis actus devotus.

Ex parte personæ notabilis fit mutatio. Primo, si impossibilitetur actus voti: puta si vovens recitare Psalmos, evadat mutus, si voventi visitationem Ecclesiæ extrà Urbem, interdicatur egressus à Superiore. Si voventi non petere dispensationem, dispensatio sit necessaria ad evitandum periculum peccandi. Caram. *tom. 2. Regular. num. 2301.*

2038 Si evadat necessaria res devota.

Secundò, si ratione personæ res contingens devota evadat necessaria, ut si vovens silentium evadat mutus, tunc votum cessat; quia votum debet esse meritorium. Et rei necessariæ, itàut ad illam faciendam voluntas non sit indifferens, nullum meritum; ut est de Fide definitum, contra Lutherum, Calvinum, Jansenium, ab Innocentio X. & Alexandro VII. Caramuel *Regulari num. 2299.*

2039 Adveniente gravissima non prævisa difficultate, ut in maleficio.

Tertio, notabilis est mutatio ex parte personæ, si superveniat gravissima non prævisa, nec renunciata difficultas: puta incendium putidum ex maleficio, quo vovens dæmone incendente vehementissimè aduritur. Homobonus de bonis *vol. 2. par. 2. responso 28.* contra Leandr. *loc. cit. disp. 14. quæst. 6.* dantem sex Doctores, ajentes, mutationem tunc non in materia, sed in prava voluntate. In quo decipiuntur, quia est mutatio in corpore voventis, humoribus scilicet, spiritibus, imaginatione, fantasia assiduè præmente, instante, urgente diù noctuque dæmone, quousque maleficium durat, quæ si non est personæ, nequibit alia notabilior mutatio assignari. Ut enim maleficio cessante, pacatè, quietus, ità stante maleficio turbatis imaginatione, spiritibus, humoribus, incendiis insolitis diverberatur, ut more impatiens, somni incapax, & tam vehementissimè diverberatur, ut impellatur ad res etiam nauseam excitantes.

2040 Excipe vota solemnia, in quibus prævidentur tales difficultates.

Hæc non currunt in votis solemnibus professionis, Ordinis sacri, quia hujusmodi sunt prævisa, ut in nullo casu etiam inopinatissimo liceat recedere sine dispensatione Summi Pontificis, id exigente gubernatione Ecclesiæ, secùs turbandæ suppositiis, imaginariis mutationibus nauseantium bonum animæ. Caram. *fundamentali n. 1402. & Regul. n. 46. & 47.*

2041 Superveniēte periculo famæ, honoris, vitæ, & jure naturali.

Quarto, notabilis mutatio est, si superveniat periculum vitæ, honoris, famæ, vel superveniat

jus naturale dandi alimenta patri, filiis etiam naturalibus, tunc illud votum; puta Religionis, suspenderetur; cùm nequeat præjudicare juri naturali. Et si mutatio esset perpetua, esset omninò extinctum. Suarius *lib. 4. de voto cap.* 20. *num.* 1. dans sex DD. Tambur. 3. *Decal. cap.* 16. *§.* 1. *num.* 1. Caram. *Regul. num.* 47.

2042 Et accedente periculo incontinentiæ. Quinto, si ei supervaniat periculum incontinentiæ, alitèr insuperabile, quàm initis nuptiis. Est enim tunc majus, quàm vitæ, & honoris periculum. Homobonus *loc. cit.*

2043 Ex parte materiæ, si prudenter non vovisset, si extitisset tẽpore voti. Ex parte materiæ, notabilis censetur mutatio. Primo, quando est talis, ut si illa extitisset, votum non potuisset prudenter emitti; nam tunc non est materia voto inclusa. Cajetan. *v. votum.* Valentia 2. 2. *disp.* 6. *quæst.* 6. *puncto* 4. *§. ad primum.*

2044 Si evadat impossibilis. Secundo, talis est, si mutatione materiæ evadat impossibilis: puta si vovens se daturum tale vinum pro eleemosyna, vinum evanescat, perfectè acuerit. Si vovens se Religiosum, adeò consenescat, ut sit impar oneribus Religionis, tunc etiamsi Religiosi velint, non tenetur ipse ingredi, non enim se in tanta mutatione voto comprehendit. Sanch. *loc. cit. nu.* 30. Trullench 2. *Decal. cap.* 2. *dub.* 8. *num.* 4.

2045 Notabilis mutatio nõ prævisa. Tertio, est notabilis mutatio, quæ si fuisset prævisa, votum prudentèr non fuisset emissum. *cap. quemadmodum.* 25. *de jure jurando.* Navarr. *cap.* 18. *num.* 7. Hostiensis, & Abbas apud Sanchez *loc. cit. num.* 18. Caram. *fundam. n.* 1399.

2046 Omnis mutatio materiæ. Hinc omnis mutatio materiæ in se, vel in circumstantiis reddens materiam indifferentem, necessariam, impossibilem, inutilem, impedientem majus bonum, vel contra legem voto non inclusa; sicque paupertas superveniens, etiam ex culpa voventis, tollit votum dandæ eleemosynæ, si tanta sit paupertas, ut impossibilitet moraliter eleemosynam dandam. D. Tho. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 3. ubi Cajetanus, Navarr. *cap.* 12. *num.* 47.

Remissione partis, cujus utilitatem votum respicit.

§. XII.

2047 Cui fit votũ si cedat, vel renunciet rẽ devotam, solvitur voto vovens. VOtum tunc cessat, quia cessat etiam finis illius, & voluntas voventis non se adstrinxit, nec comprehendit casum cedentis, remittentis; vovit namque, si ille voluerit acceptare: cùm invito beneficium non detur, nec possit dari, excepta absolutione à censuris, nec possit vovere dandi rem invito. *L. invito, D. de regul. juris.* Sic cessat parte remittente juramentum. Sanch. 2. *Decal. cap.* 39. *num.* 16. Navarr. *cap.* 22. *nu.* 25. Fagnndea 2. *Decal. cap.* 32. *num.* 2. Bonac. *tom.* 2. *disp.* 4. *quæst.* 1. *puncto* 17. *num.* 3. post Divum Thomam 2. 2. *quæst.* 89. *art.* 9. *ad* 2.

At si sit à parte acceptatum; tunc obligat, itàut nec professione extinguatur, nam professio non est in præjudicium alterius, nec commutatio cujuslibet voti in professionem, ut in *cap. scripturæ.* 4. *de voto* debet aliis nocere. Angelus *v. votum* 4. *num.* 3. Sanch. 4. *Decal. cap.* 5. *n.* 45. Miranda *tom.* 1. *quæst.* 25. *art.* 7. Vecchius *disp.* 13. *num.* 4. Bordon. *tom.* 5. *cap.* 12. *num.* 38. & *cap.* 20. *num.* 41.

De Irritatione Voti.

§. XIII.

2048 Irritatio voti. VOtum irritatione cessat, de qua irritatione plura.

Quid, & quotuplex sit irritatio?

IRritatio est actus potestatis dominativæ non impeditæ, anullans votum præsens, vel futurum, ità ac si non emitteretur. D. Tho. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 8. & 9. Sylvest. *v. votum* 4. *num.* 1. Sanch. 3. *Decal. num.* 59. Suarius *lib.* 6. *de voto cap.* 1. *num.* 4. Bordonus *tom.* 2. *resol.* 14. *num.* 2. & 4. Quid, & quotuplex sit.

Dicitur potestatis dominativæ, ad differentiam potestatis jurisdictionis; nam potestas jurisdictionis requiritur in dispensando, dominativa in irritando, quæ dominativa participat de dominio dispotico competente omnibus, quibus licet pro libito aliquid efficere, nisi lege, aut vi prohibeatur; qualem habent parentes circa filios. *l.* 1. & 2. *D. de his, qui sunt sui, vel alieni juris.* Domini in servis. *cit. l.* 1. & 2. *D. de his, qui sunt sui, vel alieni juris.* Maritus in Uxorem. *Numerorum* 30. Superioris Religionis in Monachis sibi subditis. *cap.* 1. 3. & 4. *de voto. cap. ad Monasterium. de statu Monachorum.* Sanchez 3. *Decal. cap.* 17. Suarius *lib.* 6. *de voto. cap.* 5. *num.* 4. Bordon. *tom.* 5. *cap.* 12. *num.* 38. Quæ dominica potestas est communis omnibus, etiam profanis nõn baptizatis. *Numerorum cap.* 30. Cajetan. *v. votum. cap. ult.* Faustus *lib.* 2. *Thesauri q.* 10. 2049 Potestas dominativa irritandi vota differt à potestate Jurisdictionis. 2050 Potestas dominativa competit etiam nõ baptizatis.

Potestas irritandi est duplex, una directa, propria: altera indirecta, impropria. 2051 Est duplex.

Propria, & directa est, quæ per se tollit votum, aliis omnibus immutatis; sic pater irritat votum sui filii impuberis. Directa.

Indirecta est subtrahendo voti materiam, cujus defectu vovens deindè excusatur. Sic Magister Novitiorum subtrahit materiam voti facti à Novitio, quæ propriè est suspensio voti, & durat durante impedimento, & impropriè irritatio solet dici. Suarius *loc. cit. num.* 4. Faustus *lib.* 2. *Thesauri quæst.* 2. dans exemplum de Superiore præcipiente rem voto incompatibilem. Villalobos *tom.* 2. *tract.* 24. *difficul.* 17. *n.* 14. Et indirecta.

An irritari valeat Votum antequam fiat?

AFfirma: si Superior prohibeat votum emitti, & si emittatur ex nunc pro tunc illud irritat. Ut enim potest contractum, ità votum, quod sequitur contractus naturam, annullare, antequam ponatur. Suarius *tom.* 2. *de Religione lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 12. Sanch. 4. *Decal. cap.* 24. *n.* 52. Bordon. *tom.* 2. *res.* 24. *num.* 29. 2052 Votum irritari potest ante ejus emissionem, si præcedat prohibitio.

An potestas irritandi sit juris humani?

NEga: sed est juris naturalis; cùm enim detur dominium naturale dantis respectu recipientis esse physicum, morale educationis, ut latè demonstravi *l. Pantonomodid. num.* 196. Ex quo naturali dominio, de quo etiam Caramuel *Intentionali lib.* 1. *num.* 174. nascitur jus irritandi, tanquam pars illius dominii. Sotus 7. *de justitia. qu.* 3. *art.* 1. Aragonius 2. 2. *qu.* 88. *art.* 8. Sanch. 4. *Decal cap.* 24. *num.* 29. dans decem DD. Leand. *par.* 7. *tract.* 1. *disp.* 16. *qu.* 7. dans alios decem Doctores. Azorius *lib.* 15. *cap.* 17. contra Vasqu. 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 4. *disp.* 165. *cap.* 4. *num.* 29. Lessium *lib.* 2. *de justitia cap.* 40. *dub.* 10. *nu.* 74. Faustum *lib.* 2. *Thesauri q.* 19. Bonacinam *disp.* 4. *qu.* 2. *puncto* 7. *§.* 2. *num.* 26. ajentes potestatem irritandi competere jure Canonico. in quo primo Faustus sibi non convenit, nam *quæst.* 10. ait 2053 Potestas irritandi vota est juris naturalis.

facul-

facultatem irritandi competere non solùm Christianis, sed etiam infidelibus; igitur non est juris Canonici, tantùm comprehendentis Christianos. Secundo, facultas irritandi est actus potestatis dominativæ, quæ est juris etiam naturalis, non positivi, & ante legem Canonicam competebat. *Numerorum cap.30.*

An potens irritare, possit tollere non solùm Votum, sed etiam Juramentum?

2054 Potens irritare votum, tollit quoque juramentu.

AFfirma: *Numerorum cap.30.* ibi: *Mulier si quippiam voverit, & se constrinxerit juramento.* & *num.6.* ibi: *contradixerit pater, & vota, & juramenta ejus irrita erunt.* D. Thomas 2. 2. *qu.89.art.9. ad 3.* ubi Cajetan. Sanchez 3. *Decal. cap. 17. num. 2.* contra Valentiam 2. 2. *disp.6.qu.7.puncto 4.columna 5.v quartum est.*

An possit irritari Votum subdito ignorante, vel invito?

2055 Irritatur votum etiam ignorante, vel invito vovente.

AFfirma: nam id est de natura potestatis dominativæ pro libito disponere. *l. in re mandata, C. mandati.* Et voluntas subditi debet subesse, non obesse potestati dominativæ. Et ut eo invito Dominus jubere, jussum revocare, ità votum irritare potest. Sayrus 5. *Clavis cap.* 8 *num.*6. Suarius *lib 6. de voto cap.5.in fine.* Sanch. 4. *Decal.cap.24.num.25.* Corradus *qu.25. art.2. dub.3.* Bordonus *tom.2.ref.14. dub.19.* Ghilinus *v. votum num* 23.

An ad irritandum validè, & licitè requiratur causa, aut notitia Voti emissi?

2056 Quod sine causa effici potest.

NEga: potestque liberè, quia sibi placet, dicere, irrito omnia vota talis filii; nam hæc est natura potestatis dominicæ, scilicet exercendi quodlibet lege non prohibente; nec poterat subditus dominicæ potestati præjudicare, cui subesse, non obesse debet. Navarrus *cap.12.num.73.* Suarius *tom.5. disp.4.sect.2.n.*8. Cajetan. *v.votum cap.fin.* Sà *v votum num.*1. Toletus 4. *Summæ cap.*18.*num.*9. Rodriqu. 1. *Regularium quæst.* 25. *art.* 5. Fagundez 2. *Decalogi cap.*33.*nu.*1. Pontius 10. *de matrim.cap.*17.*n.*22. Tambur. 3. *Decal. cap.*16. §. 3. *num.*1. dicentes nec venialiter peccare. Contra Valentiam 2. 2. *disp.6.qu.6 puncto 6. & 16.* Bordon. *tom.2.ref.14. num.*11.35.36. Lessium *tom.2.de justitia cap.40. dub.12.num.70.* Sotum 7. *de justitia qu.3. art.1.* Faustum 2. *Thesauri qu.*8. Sanch. 4. *Decal.cap.*29. *num.* 13. ajentes, esse non lethale, sed veniale potestatis abusum. Sed jure id non dicitur, quia est usus dominicæ potestatis, nullo jure interdictus; nec est actus otiosus, ut timet Faustus; cùm eximat subditum ab onere, & est definitum in *cap.30. Numerorum,* ibi: *statim ut audierit, contradixerit pater: & vota, & juramenta ejus irrita erunt.* En sine causa contradicit.

An irritans valeat opus aliud injungere?

2057 Irritans non subrogat aliam materiam.

NEga: nam esset commutatio, non irritatio voti. Sanch. 2. *Decal.cap.24.n.6.*

An Superior irritare valeat Votum ejus licentia emissum, effectu non consummato, hoc est non secuta traditione rei devotæ?

2058 Votum cum licentia Superioris emissum ab eo irritari valet re integra.

AFfirma: non ex ratione, qua utitur cum Angelo, Navarro, Sayro, Sanch. Bordonus *tom.2. ref.*14. scilicet, quia tali licentia adhuc remanet subditus, adhuc Superior habet potestatem dominativam, adhuc votum est sub conditione, nisi contradixerit Superior; nam posito consensu conditio est purificata, nec habet amplius potestatem exercendi quod vult; esset enim contra jus mutare consilium in alterius detrimentum. Nec officit, quod remaneat Superior; nam etiam Tutor, Pater, Abbas, Vir, remanet Tutor, Pater, Abbas, Vir, nec potest invalidare actum ejus auctoritate gestum à pupillo, filio, Monacho, Uxore. Et facit textus *Numerorum cap.30.num.8.* ibi *quo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit.*

Sed ratio est, quia nemo præsumitur projicere jus suum, nec diminuere sua jura; ergo Superior consentiendo, voluit quantum potuit consulere subdito, ut utatur voto, at simul voluit quantum potuit retinere jus dominicum; Potuit etiam dando licentiam retinere; ità ut licèt sine causa noluerit irritare ob licentiam à se concessam, contra quam sine causa venire nequit, tamen reservavit sibi jus irritandi votum ex causa.

Ut ità suis consulat subditis, & potestate dominica superveniente causa utendo rationabiliter, irritet vota. Sanch. 4. *Decal.cap.27.num* 29. dans viginti Doctores. Navarrus *cap.12. nu.*27. Sotus 7. *de justitia qu.3.art.1.* Cajetan. 2.2.*q.*88. *art.*8. *dub.*12. Portella *v.voti irritatio num* 34. Bonac. *de voto punct.* 7. §. 2. *num.*28. Bordonus *tom.2.ref.14.num.*3. cum Suario. & Sanch. ajens posse irritare etiam si Superior dixerit nolle irritare, quia adhuc remanet Superior Religiosi voventis. Contra Riccardum in 4. *dist.*18. *art* 4. *quæst* 3.

2059 Tamen peccat, sed validè irritat.

Superior ergo irritans votum ejus licentia emissum, peccat, sed validè irritat, & peccatum est veniale secundum Rosellam *v.votum 3.nu.2.* Sotum 7 *de justit. qu.3. art.1.* Suarium *loc. cit. cap.4.in fine*; licèt peccare mortaliter velit Cajetanus 2.2. *qu.*88. *art.*8. *dub.*2.

2060 Tradita re devota nequit votum irritari.

Tradita autem re illi, cui ex voto est promissa, amplius irritari nequit à Superiore, quia est jam dominium quæsitum accipienti, quod revocari nequit sine injustitia, esset namque spoliare Dominum re sua.

An subditus licitè petere possit sine causa irritationem Voti à se emissi?

DIstinguas: vel petit irritari votum emissum cum licentia ejusdem Superioris, vel sine licentia.

2061 Subditus nō peccat petēs irritationem voti à Superiore.

Si petat irritare votum emissum sine licentia; tunc non peccat, nam petit rem licitam à Superiore. *Numerorum cap.*30. Sotus 7. *de justit. qu.3.art.1.* Aragonius 2.2. *qu.*88. *art.*8. Suarius *lib.6. de voto cap.7. num.*16. Vega *tom.2. Summa qu.*129. *casu* 89. Rodriq. *Regularium tom.1. qu.25.art.7.* contra Sanch. 4. *Decal.cap.24.n.*15. Sayrum 6. *Clavis cap.* 10. *num.* 14. Petrum Ledesmam *tom.2.tract.10.cap.7.dub.2.* Faustum 2. *Thesauri qu.9. &* 35. Bordon. *tom.2.ref.14.n.*29. [illegible] & 36.

& 36. ajentes esse veniale, quo peccaret Superior irritans sine causa.

2061 Si tamen fuit emissũ cum licentia Superioris, cũ causæ non peccat.

Si votum fuit emissum cum licentia, tunc est firmum: & subdistinguas, vel petit irritationem cum causa, vel sine causa.

Si cum causæ non peccat; quia rem licitam petit, ut qui petit ex causa sibi à Superiore dispensari in lege valida.

Sine causæ peccat petẽs voti irritationem.

Si absque causa petat voti irritationem tunc peccat, quia scandalum creat illicita petendo à Superiore; & sic peccat eo peccato, quo facit peccare Superiorem. Faustus a. *Thesauri qu.* 35. qui putat mortaliter peccare. Contra quem sentit Sotus 7. *de instit. quæst.* 3. *art.* 1. putans veniale cum Rosalla v. *votum.* 3. *num.* e. Bordono *to.* 2. *ref.* 14. *num.* 35. & 36. dicentem veniale peccatum subditi petentis irritationem talis voti à Superiora, qui dedit licentiem, non verò ab ejus successore, vel à Superiore Superioris; cum Sanchez 4. *Decal. cap.* 27. *num.* 24.

2063 Superior permittens vovere, videtur non præjudicare suę potestati.

Sed si dicas Superiorem dando licentiam solùm permisisse subdito liberem operationem voti, sed non coarctasse suam dominicam auctoritatem; tunc etiam sine causa irritando non peccaret. Cajetan a. a. *quæst.* 88 *art.* 8. Sotus 7. *de justitia quæst.* 3. *art.* 1. Valantia 2. 2. *disp.* 6. *qu.* 6. Tunc enim licitè potest uti sua facultate non coarctate, & simul licitè à subdito talis usus peti potest.

Ut autem liberetur ab omni scrupulo, satis est etiam causa dubia, scilicet molestia in operando, qua stante prudenter Superior arbitrabitur votum posse irritari. Faustus 2. *Thesauri quæst.* 35.

An reviviscat Votum Superiore revocante illius irritationem jam positam?

2064 Votum irritatum non reviviscit, si Superior revocat irritationem.

Nega: quia res semel extincta non reviviscit. *l. cum ex causa, C. de remissione pignoris.* Et votum jam irritatione est extinctum; sicque non reviviscit, nisi de novo ponetur voluntas subditi voventis. Sotus 7. *de justitia qu.* 3. *art.* 1. Sayrus 6. *Clavis cap.* 10. *dub.* 4. Faustus a. *Thesauri quæst.* e8.

Qui fruantur potestate irritandi?

2065 Habẽtes potestatem dominativam in personis, & bonis possunt vota irritare.

Omnes, etiam privatæ personæ, habentes ex dictamine naturæ potestatem dominativam disponendi, regendi, fovendi de personis, & bonis sibi subjectis. Et primo:

An Papa respectu Orbis, Episcopus respectu Diœcesis, valeat omnia vota subditorum irritare?

2066 Papa, & Episcopus indirectè irritant vota suorum subditorum.

Distinguas: directè, vel indirectè. Indirectè affirma; nam potest subtrahere materiam, vel præcipere aliquid ei incompossibile.

Directè nequeunt, quia carent potestate dominativa.

Directè, nega. *cap. magnæ.* 7. *de votis*; quia licèt habeat potestatem jurisdictionis, non habet dominativam potestatem; nec Christus Dominus illam concessit, non necessariam ad regimen Ecclesiæ, cui sufficit potestas dispensandi in votis. D. Tho. 2. a. *quæst.* 88. *art.* 12. ubi Cajetan. *dub.* 2. Suarius *lib.* 6. *de voto cap.* 2. *num.* 2. 5. & 7. Vasq. 1. 2. *disp.* 165. *cap.* 4. Lessius a. *de justitia cap.* 40. *dub.* 13. *nu.* 81. Sanch. 4. *Decal. cap.* 24. *num.* 18. 19. & 23. Azorius *lib.* 11. *cap.* 17. *qu.* 3. Faustus 2. *Thesauri qu.* 12. 13. & 34. Idque etiam, si vovantes sint Clerici seculares, contra Medinam *lib.* 5. *de sacrorum hominum continentia cap* 44. Lamas *par.* 3. *Methodi cap.* 44. § 1. Acacium *tom.* 2. v. *voto ref.* 449. *num.* 1.

An Papa in toto Orbe, Episcopus in sua Diœcesi possit irritare Vota Regularium sibi subjectorum?

Affirma: non ut Papa, ut Episcopus, qua ratione tantùm habet potestatem jurisdictionis, sed ut proprius Superior Regularium. Est namque Papa in toto Orbe omnium Regularium Generalissimus, habens potestatem dominativam, eo modo, quo habent Regulares Superiores. D Tho. 2. a. *quæst.* 186. *art.* 5. *ad* 3. ubi Cajet. & *quæst.* 88. *art.* 12. Suarius *lib.* 6. *de voto cap.* 7. *num.* 18. Valautia *tom.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 6. *pun.* 6. Lessius e. *de justitia cap.* 41. *dub.* 12. 2067 Papa in toto Orbe, & Episcopi in sua Diœcesi possunt irritare vota Regularium sibi subjectorum

Sic etiam Episcopus, respectu Regularium utriusque sexus sibi subjectorum, habet potestatem dominativam irritativam voti. Suarius *loc. cit. num.* 18. Sanch. 4. *Decal. cap.* e4. *n.* 22.

Legatus à Latere, & Sacra Congregatio Cardinalium in negotiis Regularium, & Eminentissimus Protector.

Habet facultatem Jurisdictionis, non dominativam; sicque nequit vota irritare. Sanch. 4. *Decal. cap.* 33. *nu.* 14. Pellizzarius *to.* 1. *tract.* 4. *cap.* 4. *sect.* 4. *qu.* 6. & 7. *num.* 107. & 110. contra Lezzanam *tom.* 1. *cap.* 4. *num.* 3. concedentem Sacræ Congregationi Cardinalium in negotiis Regularium vim irritandi vota Regularium. 2068 Legatus à latere, & Sac. Cong. Regularium nequeunt vota Regularium irritare.

An Superior dominativus possit proprium Votum irritare?

Nega: quia nequit sibi ipsi dominari, nec emittere votum, si sibi placuerit, qua ratione nec id alteri committere valet, ut irritet scilicet votum Superioris committentis. Sanch. 4. *Decal. cap.* 24. *num.* 6. & 60. Truilench *lib.* a. *cap.* 2. *cap.* e. *dub.* e9. *num.* 4. Faustus 2. *Thesauri qu.* 26. Bordonus *tom.* a. *ref.* 14. *num.* 55. 2069 Superior nequit suũ votum irritare.

An potestas irritandi possit delegari?

Affirma: impropriè, committendo scilicet alteri, ut dicat nullam obligationem voti pendentis à consensu delegantis. Sanch. *loc. cit. num.* 54. Bordon. *loc. cit. num.* 56. Faustus 2. *Thesauri qu.* 25. Suarius *lib.* 6. *cap.* 6. *n.* 23. 2070 Impropriè delegari potest potestas irritandi vota.

Votum emissum cum licentia habentis dominativam potestatem, à quo Superiore valeat licitè irritari?

Superiores plures sunt, sed in diverso ordine superioritatis. Primo in supremo. Secundo in medio. Tertio in infimo. Quarto in æquali gradu superioritatis. Primo, factum auctoritate suprema nequit ab alio inferioris gradus irritari; nam nequit tollere firmitatem communicatam actui à supremo, cum non habeat auctoritatem super suprema auctoritate. Tambur. 3. *Decalog. cap.* 16. § 3. *num.* 35. Faustus 2. *Thesauri qu.* 160. Sanch. 4. *Decal cap.* 27. *num.* 4. 2071 Votũ emissum cum licentia Superioris supremi, nequit ab inferiori irritari.

Leand. *par.7. tract.1. disp.* 16. *qu.*38. dans alios treldecim DD. Riccardus in 4. *dist.* 38. *art.* 4. *q.*3. Bordonus *tom.* 2. *res.*14. *num.*31. dans quatuor Doctores.

2072 Emissum cũ licentia inferioris, irritatur à Superiore.

Secundo, emissum auctoritate inferioris, potest irritari à Superiore; nam Prælatus inferior nequit restringere Superioris auctoritatem dominativam. Palaus *disp.2. de voto pun.*3. §.3. *n.*2. Sanch. *loc. cit. num.*5. Leand. *loc. cit. quæst.*37. dans alios duodecim Doctores. Faustus *loc. cit. quæst.* 161. Bordon. *loc. cit. num.*32. dicentes, Generalem posse irritare vota emissa auctoritate Provincialis, & Provincialem emissa auctoritate Prioris.

2073 Et à Superiore æqualis potestatis.

Tertio, emissum auctoritate Superioris, potest irritari ab alio æqualis auctoritatis Superiore; quia dans licentiam, nequit coarctare auctoritatem parem alterius, ex regula: *par in parem non habet imperium. cap. innotuit. de electione.* Suar. *lib.6. de voto cap.*8. *in fine.* Trullench. *lib.*2. *Decal. cap.*2. *dub.*30. *num.*8. Palaus *loc. cit. num.*10. Tambur. 3. *Decal. cap.* 16. §.3. *num.* 35. Reginaldus *lib.*18. *num.*324. Bordon. *loc. cit. num.*33. Faustus 2. *Thesauri quæst.* 36. ajens, etiam sine causa posse irritari vota à successore æqualis jurisdictionis; & *quæst.* 162. dicens, Prælatum successorem Superiorem validè irritare vota emissa cum licentia prædecessoris. Leand. *loc. cit. quæst.*40. dans decem alios Doctores.

2074 Superior dãs licentiã vovendi, potest irritare votũ, etsi promiserit non irritare.

Quarto, vota emissa cum licentia Superioris possunt irritari ab eodẽ Superinre, etiam si promiserit se non irritaturum, juxtà trilemma aliàs expositum. *Primo*, si intelligatur nolle irritare sine causa votum ejus licentia emissum; tunc enim cum causa validè, & licitè irritat, quia promissio non irritandi intelligitur in sensu, quo ejus auctoritas minùs diminuitur: ut enim in dubio nemo patrimonium, ità auctoritatem dominativam in dubio non præsumitur se velle minuere. Cajetanus 2.2. *quæst.*88. *art.*8. *dub. penult.* Suarius *tom.*2. *de Religione lib.* 6. *de voto cap.*8. *num.* 7. Sanch. 4. *Decal. cap.*27. *num.*17. Bordon. *tom.*2. *res.*14. *num.*34. Bonac. *disp.*4. *qu.*2. *puncto* 7. §.2. Leander *loc. cit. quæst.* 41. & 42. dans viginti quatuor Doctores. contra Riccardum in 4. *dist.*38. *art.*4. *quæst.*3.

2075 Aut quousque voluerit illud irritare.

Secundo, si dedit licentiam voventi liberè exequendi votum, sine voluntate se adstringendi ad non irritandum: puta, voveas, & votum exequere quousque irritavero, donec mihi placuerit; tunc potest votum irritare liberè, nam suam facultatem non coarctavit, & ità præsumitur in dubio consensum præstitisse, quia ità minùs minuitur ejus auctoritas, & subditus merito obedientiæ etiam votum intereà implet.

Hinc tertio:

An autem possit ità licentiam dare, ut ex causa ei non liceat irritare?

2076 Non debet dare licentiã vovendi, & cum causa non irritandi illud.

NEga: nam talis licentia esset contra bonum subditorum, & regimen personarum, debet namque Superior consulere cum causa rationabili subditis.

Hinc resolvitur:

Quale peccatum faciat Superior revocans licentiam vovendi, vel votum irritans ejus licentia emissum?

2077 Cum causa Superior irritans Votũ non peccat.

DIstinguas: vel cum causa, vel sine causa revocat.

Cum causa nullum; nam rationabiliter operans non peccat. Leand. *loc. cit. quæst.* 45. dans decem, & septem Doctores.

Sine causa, & promiserit se non irritaturum votum, peccat.

Sine causa, subdistinguas: vel dans licentiam promitit se non revocaturum; & tunc peccat ex *Numerorum cap.* 30. venialiter ob solam violationem fidelitatis adstringentis ad veniale, si nemini graviter præjudicet. Sotus 7. *de justit. quæst.*4. *art.*3. Suarius 6. *de voto cap.* 4. *in fine.* Bonac. *disp.*4. *quæst.* 2. *puncto* 7. §. 2. *num.* 29. Diana *part.*4. *tract.*4. *resol.* 110. Palaus *disp.* 2. *puncto* 3. §.2. *num.*9. Leand. *quæst* 44. dans novem Doctores. Sanch. 4. *Decal. cap.*27. *num.*28. & *lib.*9. *de matrimon. disp.*40. *num.*7. dans triginta duos Doctores; vel mortaliter, ut parum sibi constans vult Leander *loc. cit. qu.* 49. dans plures. Cajet. 2.2. *qu.*88. *dub.*8. *art.*3.

An subditus sine causa petens irritationem Voti emissi cum licentia Superioris, peccet?

2078 Vovens, petens irritationem sui voti emissi cum licentia, ab æquali Superiore, vel majori, non peccat.

DIstingnas: vel petit irritationem à dante licentiam, vel ab ejus Superiore, vel æquali.

Si ab ejus Superiore, vel æquali, non peccat; nam tunc nec peccant irritantes, quibus nec tenetur dicere se vovisse licentia Superioris; nam nullo jore id exigitur, nec id minuit irritantis potestatem.

Si petat irritationem à dante licentiam, memore, vel immemore licentiæ.

A dante licentiam peccat.

Subdistinguas: vel Superior dando licentiam se obligavit ad non irritandum ex fidelitate: tunc erit tale peccatum petentis, quale Superioris inducti. Si verò se non obligavit ad non irritandum, sed permisit subdito votum, integra sua potestate tunc non peccat Superior, nec ab eo petens irritationem. Sanch. 4. *Decalogi cap.*27. *num.* 30. 34. & 36. Palaus *disp.* 1. *de voto puncto* 3. §.2. *num.*10. Trullench. *lib.*2. *cap.*2. *dub.*30. *num.*7. & 8. contra Pejerinnm *tom.*2. *tract.*2. *de Prælato quæst.* 3. *cap.* 3. *num.* 13. dicentem non peccare, nam procurat levari ab onere.

An durante subjectione, valeat Superior irritare Votum tunc emissum, respiciens tempus solutæ subjectionis?

2079 Superior irritare potest votum subditi respiciẽs tempus solutæ subjectionis.

AFfirma posse irritare, & irritata non revivíscere pro tempore solutæ subjectinnis; nam tali voto deponit de præsenti actum voluntatis, in quo habet Superinr dominativam potestatem: & sic absolutè potest illud tollere, ità ac si numquam fuisset emissum.

Secundo, quia tale votum adhuc indiget majori deliberatione, & emittitur tempore immaturi consilii. *cap.*1. *de voto*; Meritòque ei debet consulere Superior.

Tertio, quia obligationes initæ à pupillo, à minore, à filiofamilias respicientes tempus, quo erit sui juris, extra Tutoris, Curatoris, Patris potestatem, adhuc sunt infirmæ. *l.* 1. *D. ad Macedon. l.* 1. *C. ad Velleian.* & à Tutore, Curatore, Patre, Marito rescindi valent, nisi sui juris factus posteà illa ratificet. *l. denique.* 3. *D. de minoribus.*

vibus. Ergo etiam irritari poterit votum emissum subjectionis tempore, respiciens tempus non subjectionis.

Quarto, facit textus in *cap. fin. de sententia excommunicat.* ubi inspicitur tempus commissi delicti. *l.1. D. de pœnis*; & ità docet Sotus 7. *de justit.qu.3.art.1.* dicens Patrem posse irritare tale votum etiam puberis. Azorius *tom.1. lib.11. cap.17.quæst.19.* Sayrus 6.*Clavis cap.10.num.29.* Reginaldus *lib.18 num.309.* Lessius 2.*de justit. cap.40.dub.10.num.80.* Sanch. 4.*Decal. cap.29. num.3.* Valentia 2.2.*disp.6.quæst.6.puncto* 6. Suarius *lib.6. de voto cap.6. num.7.* Faustus 2. *Thesauri qu.* 85. & *qu.* 97. licèt de pubere inde vovente naget *qu.* 108. cum Lessio, & Sanch. Bonac. *qu.4.disp.2.punct.7.§.2.num.22.*

2080 Opponitur regula juris. Dices, idem esi respicere tempus habile, ac fieri in tempore habili. *l.in tempus, D. de hæredibus instituendis*; ergo idem est votum respicere tempus solutæ subjectionis, ac fieri in tali tempore.

Quæ explicatur. Distinguitur antecedens, quando actus, quò fit, nemini de præsenti præjudicat, concedo antecedens; quando alicui præjudicat, nego antecedens. Porrò actos præsens infirmns, subditus dominativæ potestati, non potest dominativæ potestati præjudicare, & ità ab illa potest irritari, ità ac si non emanasset.

Hinc fortiùs resolvitur:

Quid dicendum in dubio: an respexerit tempus habile, scilicet solutæ patriæ potestatis?

2081 In dubio de tempore habili irritandi, potest votum irritari. Dicas: Patrem posse tale votum irritare ex dictis, & quia talis intentio est facti, in dubio non præsumendi, & quia Pater est in possessione irritandi, & in tali dubio non debet possessione privari. Truiiench *lib.2.Decal.cap.2. dub.39.num.10.* Bonac.*loc.cit.* contra Sanchez 4. *Decal.cap.32. num.* 13.

An Votum emissum ante subjectionem irritari valeat secuta subjectione?

2082 Votū emissū ante subjectionem nequit irritari si sequatur subjectio. Nega: quia purè emissum, nunquam pendens à voluntate dominativa alterius, acquisivit jus firmum, qua firmitate nequit orbari; & sic suspenditur, sivè indirectè irritatur, superveniente subjectione, subtractione materiæ, vel incompossibilitate præcepti, & subjectione soluta repullulat. *can. noluit*, ibi: *si nunquam persolverit, & nupserit, & viro ejus hoc cognitum non placuerit: non persolvat.* 33. *qu.*5. ubi Archidiaconus, & Bellamera *num.* 1. Navarrus *cap.12. num.61.* Rosella v.*votum* 2. *num.*7. Suarius *loc.cit.cap.6.in fine.* Sanch. 4.*Decal. cap.31. num.2.* contra Vegam *tom.2.Summæ cap.* 129. *casu* 20.*in fine.* ajentem vota ante emissa à viro, deinde irritata, solutis nuptiis non reviviscere.

Dices, vota emissa ante professionem sequenti professione extinguuntur, nec reviviscunt professione deinde dissoluta, vel professo ejecto. *cap.scripturæ.* 4. ubi Gonzalez *num.4. de voto*; ergo soluta subjectione, nec debent reviviscere alia vota ante subjectionem emissa.

2083 Professio extinguit vota ante emissa, nō subjectio. Nego consequentiam, quia professio extinguit votum perfectissima solutione. *cap.qui post votum.5.de Regularibus in* 6. Sylvest. v. *votum.* 4. *qu.7. dicto* 3. Bordon. *tom.2. ref.14. num.52.* Cajetan. 2.2. *qu.88.art.12.ad primum.*

An Votum semel irritatum reviviscat, dominativa potestate deinde soluta?

Nega: sivè dominativa potestas respiciat voluntatem, sivè bona; voluntatem in impubere, bona in pubere; nam actus voluntatis voto essentialis semper imbibit conditionem saltem tacitam, si Superior non dissenserit, si Superior consenserit. D. Thomas 2.2. *qu.* 88. *art.8.ad 4.& art.12. ad 2.* ibi: *intelligitur conditio si placuerit Patri, vel Domino.* Valentia 2.2.*disp.6.qu.6.puncto* 6. Suarius *tom.2. de Religione lib.6.de voto cap.1. num.*5. Ergo conditione non purificata votum evanescit, ut evanescunt cæteri actus conditionales corruente conditione; licèt namque Superior dominativus rei, non sit dominativus voluntatis, nequeatque voluntatis actum abolere: Ex voluntate tamen subditi jure disponente voventis, si Superior consenserit, res ac voluntas vovendi Superiori subditur, eoque dissentiente, actus vovendi, ut non purificatus, est nullus. Abulensis *cap. 30. Numerorum. qu.*879. 86. & 91. Angelus v.*votum* 2.*num.finali.* Sylvester v.*votum* 4. *quæst.*2. Cajetan. 2.2. *qu.*88. *art.*8. *dub.penult.* Armilla v.*votum num.*12. Sayrus 6.*Clavis cap.10.n.*13. Sotus 7.*de justit.qu.3.art.1.* Vega *to.2.cap.*129. *casu* 120. Toletus 4.*Summæ cap.18.num.*9. aliique priores congesti à Sanch. 4. *Decalogi cap.* 26. *num.*4. Faustus 2.*Thesauri qu.*86 *qu.*89.*qu.*105. ajens vota irritata à Patre non reviviscere, etiam cessante patria potestate. Contra Suarium *loc.cit.cap.1.num.*5. Rosellam v.*votum.* 2. *num.*16.& 7. D. Antoninum *part.2.tit.11.cap.2. §.6.* Paludanum in 4.*dist.38.qu.4.art.2.* Valentiam, & alios, ajentes votum irritatum reviviscere cessante subjectione. 2084 Votū semel irritatum non reviviscit.

An Votum emissum ab existente in potestate dominativa, valeat illa soluta potestate irritari, si non dum sit confirmatum?

Distinguas: vel soluta superioritate remanet illius residuum, ut transacta impubertate, vel pubertate, adhuc pater remanet naturaliter dominus, eique à filio pareodum. Vel prorsus potestas extinguitur, ut transacta impubertate definit Tutoris potestas. *l. Lucius.* 97. *§.Paulus, D.de administr. Tutorum.* 2085 Si remaneat in Superiore vestigiū superioritatis, adhuc potest vota irritare non confirmata.

Si omninò extinguatur potestas; tunc cum illa extinguitur vis irritandi vota. Nam vis irritativa constituit ut pars dominativam Superioritatem, & cum illa corruit. Suarius *to.2. de Religione lib.6. de voto cap.6. num.*24. Sanch. 4.*Decal.cap.30.num.21.* Bordon.*tom.* 2.*resol.*14. *num.*40. Sicque nequit Tutor, Curator, Superior Religionis irritare vota impuberis, minoris, professi, soluta ejus potestate. DD.cit. Secùs si extinguatur.

Si remaneat vestigium dominativæ potestatis, tunc potest irritare votum non confirmatum. Et vestigium dominativæ facultatis satis ad irritandum; nam satis ad regulandum, regendum, & habens residuum superioris potestatis, utitur privilegiis concessis habentibus illam potestatem. Sic fruitur privilegiis officii ille, apud quem sunt reliquiæ officii. *l.unica, Cod.ut causa post pubertatem. l.servos, C. de quæstionib. l.quicumque, §.fin. D.de publicanis.* Non enim debet effectus impediri causa remanente; & sic Baldus in *l.generaliter columna* 4. *C.de Episcopis, & Clericis*; & in *l.observare, §. proficisci quæst.7. de officio*

officio Præsidis; ait puniri, ut punitur injurians Officialem, tempore syndicatus, quia remanent tunc reliquiæ officii. Napodanus in *Consuetudi-ne: Sed & mulier*, v-*quod ista*; & ità docet Cajetan. 2. 2. *quæst.fin. art.*5. Sayrus 6.*Clavis cap.* 10. *num.* 28. ajentes non censeri confirmatum executione credentis se voto adstringi. Suarius *loc.cit. lib.*6. *cap.*6. *nu.*8. Azorius *tom.*1.*lib.*11 *cap.*17.*qu.*7. Lessius 2.*de justitia cap.*40.*dub.*10 *num.*79. Faustus 2. *Thesauri qu.*114. contra Rosellam v.*votum* 2. *num.*13.*concl.*3. Sotum 7. *de justit.qu.*3.*art.*2. *dub.fin.* Vegam *tom.*2.*Summæ cap.*129.*casu* 90.

2086 Inferior patrem posse irritare vota filii impuberis transacta pubertate.

Hinc primo fit, patrem transacta impubertate posse irritare omnia vota filii impuberis non confirmata, quia adhuc remanet pater familias.

2087 Et filii sub patria potestate, ipsa transacta.

Secundo fit, patrem posse irritare vota emissa à filio familias extincta patria potestate, quia adhuc remanet pater jure naturæ, habens potestatem dominativam filii. Et major est potestas naturalis patris in filios, quàm civilis. Et jus naturalis regendi filios emancipatione non admittitur. Caram. *Intentionali lib.*1.*n.*174.

2088 Idem dicas de matre.

Fit tertio, matrem posse irritare filii vota, quia emissa sub tacita conditione, non, si pater consenserit, ut gratis assumit Tamburinus *loc.cit.* Leand.*par.*7.*tract.*1. *disp.*16. *qu.*25. Sed si habens potestatem consenserit, vel non dissenserit, quicumque sit. & mater donec vixerit est mater, cui filius naturaliter subesse debet.

2089 Et de Patrono respectu voti liberti ante manumissionem emissi.

Quarto fit, patronum posse irritare vota liberti ante manumissionem emissa, post manumissionem non confirmata; quia remanet in patrono vestigium dominativæ potestatis ratione juris patronatus. Valentia 2.2.*disp.*6.*quæst.*6. *puncto* 6. *in fine*, v.*illud autem*; contra Sanch. 4 *Decal.cap.*30.*num.*32. dantem octo Doctores. Suarium *lib.*6.*de voto cap.*6.*num.*18. Faustum 2. *Thesauri qu.*136. Bejam *par.*1. *responsorum cap.* 40. Lopez *par.*1. *cap.* 48. Sayrum 6. *Clavis cap.* 10. *num.*76.

2090 Et de Tutore remanente Curatore.

Quinto fit, vota emissa à pupillo irritari posse ab illo, qui ex Tutore factus est ejusdem Curator; quia Curator retinet vestigium potestatis Tutoris, gubernando, etiam indirectè personam minoris.

2091 Atque de Tutore irritante vota pupilli facta tempore antecedentis Tutoris.

Sexto fit, sequentem Tutorem posse irritare vota impuberis, emissa tempore Tutoris ejecti, nam in sequenti Tutore etiam invenitur vestigium ejecti, & patriæ, ac dominicæ potestatis. *l.qui fundum.* 7.§.*si Tutor*, *D.pro emptore. l.Tutor.*17. *D.de administr. Tutorum.* Antonius Faber 2.*Codicis tit.*2.*defin.*3.*num.*5.

2092 Idem dicas de Curatore irritante vota emissa dum erat pupillus in potestate Tutoris.

Septimo fit, Curatorem validè irritare vota in potestate Tutoria à pupillo emissa; quia dominativa potestate fruitur, etiam circa personam, licèt primario circa res. *l. in copulandis*, *C.de nuptiis. l.*1. *D. de Curatore furioso*, *& aliis dando*. Sicque in Curatore remanet vestigium potestatis illius, quam respiciebat vovens, emittens votum sub conditione à lege imbibita, nisi Superior dissentiat. Sanch. 4 *Decal. cap.*30. *num.*15. contra Suarium *loc.cit. cap.*6. *num.*24. & 25.

2093 Vir irritat vota uxoris, emissa constante alio matrimonio.

Octavo fit, sequentem virum posse irritare votum emissum tempore jam constantis, nunc soluti matrimonii, nam in secundo remanet potestas primi viri.

2094 Quod dicas de Religioso respectu præsentis Superioris.

Nono fit, Superiorem advenientem validè irritare vota emissa à Religioso sub præcedenti Superiore, quia sequens habet præcedentis dominicam auctoritatem.

2095 Superior nequit irritare vota professi si fiat Episcopus.

Decimo fit, Superiorem Religionis nequire vota emissa in Religione irritare, postquam Religiosus assumptus est ad apicem Episcopalem, quia nullam Superior Religionis tunc in Episcopo potestatem retinet.

2096 Nec transeuntis ad aliam Religionem.

Undecimo fit, non posse Superiorem Religionis irritare votum transeuntis ad aliam Religionem, quia non est illius Superior; posse tamen, illo repetente Religionem primam. Suarius *loc.cit. cap.* 7. *num.*9. Contra Sà v. *votum. num.* 5.

In dubio an Superior amiserit potestatem irritandi Vota, an possit vota irritare?

2097 In dubio de potestate irritandi, videtur adhuc posse.

Affirma: nè irritandi possessione in dubio spolietur. Sicque in dubio an votum fuerit emissum tempore impubertatis, pater irritare valet, quia pater tunc est in potestate irritandi, qua in dubio non debet orbari. Dubitare namque an votum sit emissum ante, vel post pubertatem, est dubitare an adfuerit id, quo tollitur potestas irritandi. Res autem certa existens non tollitur à re dubia. Et licèt votum sit votum, possideatque respectu voventis, eumque obliget etiam ante, & post pubertatem, non possidet tamen respectu patris antiquioris potestatis. Suarius *tom.*2. *de Religione lib.* 6. *de voto cap.*6.*num.*1. Sanch.*de matrimon.disp.*41.*nu.*39. Arriaga *tom.*3.*de actibus humanis disp.*25. *n.*56. *in fine*, & 57. Sic in dubio an votum fuerit emissum ante nuptias, ante servitutem, non datur possessio voti pro illo tempore, & consequenter vir, Dominus potest votum irritare; nam habet certam facultatem irritandi, comprehendentem casus ab illa facultate non exclusos.

Rursus irritari potest votum in dubio, an fuerit confirmatum, & si fuit confirmatum, an in dubio fuerit confirmatum in ætate impuberi, nam confirmatio, & lapsus ætatis est facti in dubio non præsumendi, ut demonstrat 12. *selectarum mearum*.

An Vota emissa à subditis dominativæ potestatis, sint irrita?

2098 Vota emissa à subditis dominativæ potestatis sunt pura, & irritabilia.

Nega: sed sunt pura, subordinata dominativæ potestati, non conditionalia, si scilicet consenserit, vel non dissenserit pater, Superior. *Can. Monacho.*2. ibi: *Monacho non licet vovere sine consensu Abbatis: si autem voverit frangendum erit*. 20. *qu.* 4. *l.*2. ibi: *filius enim-familias sine patris, dominique auctoritate voto non obligatur*, *D. de pollicitationibus*. Et ut gesta inter vivos conditionalia obligantia, irritabilia, ab initio tenent. *l.*1. *D.de condit. & demonstrat.* Sunt tamen pura, sed non præjudicantia potestati dominativæ, & ideò à dominante irritantur; licèt sine conditione emissa. Hinc nulla lis, quæ magna agitatione exardescit inter Valentiam, & Sanchez.

Affirmat namque non obligare Valentia post Hostiensem, Riccardum, & Paludanum 2. 2. *disp.*6. *qu.*6.*pun.*6. ut ab initio purè non obligat matrimonium sub conditione, si pater consenserit. Conditio namque suspendit.

Sed purè obligare ait D.Antoninus 2.2.*tit.*11. *cap.*2.§.6. Sanchez dans triginta quatuor Doctores

tes 4. *Decal. cap.* 25. *n.* 6. Bordonus *tom.* 2. *ref.* 14. *num.* 58. qoia est conditio non positiva, si consenserit, sed negativa, si non consenserit, quæ conditio negativa est verificata quousque Superior non dissentiat.

Habeo in hoc difficultatem ex paritate matrimonii emissi sub conditione, nisi pater dissenserit, quod ab initio nec est purum, secus non posset deinde patris dissensu irritari, & copula esset licita ante patris dissensum. At id à veritate alienum; ergo conditio, si non dissenserit, etiam actum suspendit, donec purificetur positivo consensu, vel positivo non dissensu; ità ut per actum voluntatis eliciat non dissentire.

Illi, qui in specie irritare valent Vota? §. XIV.

2099 ORatione modò percurramus singulos Superiores vota subditorum irritare potentes; suntque omnes, & singuli dominativa potestate fruentes. Et primo occurrit pater, & mater.

De Potestate parentum irritandi Vota filiorum.

2100 Potestas irritandi vota est in Patre. PArentes, pater scilicet, & mater dant filio esse; sicque acquirunt naturale dominium filii, ratione cujus filius naturaliter subordinatur parentibus, eosque ut Superiores respicit; effectus namque respicit causam ut dantem esse, & sic ut dominantem; nam dare esse est dominari, disponendo circa esse datum. Plato in *Dialogo* 3. *de legibus*. Aristoteles 1. *Politicorum* 3. sicque peccator dicitur servus diaboli, quia quoad peccatum est ex patre diabolo. Joannis 8. *num.* 44. *can. cavete.* 22. *qu.* 5. S. Basilius *de Spiritu Sancto cap.* 20. Tolosan. 14. *syntagmatum cap.* 1. *num.* 8. tantique erat apud Ethnicos hæc subjectio, ut dominium necis; & vitæ habuerit pater. *l.* 3. *D. de his, qui sunt sui, vel alieni juris.* Halicarnasseus *lib.* 2. *de Antiquitatibus Romanis.*

2101 Et Matre. Caram. 1. *Intention. n.* 174. Esse nō tantùm agnoscit à patre, sed etiam à matre, cooperante non solùm passivè, ut volunt Peripatetici, sed etiam activè, ut alibi docuimus. & Medici cū Galeno. Et tamen sivè activè cōcurreodo efficienter, sivè passivè submipistrando materiam, semper in filio est pars mātris, quæ majori diligentia, angustia, dolore, filium custodit, parit, eique prospicit non solùm lacte, sed intimo cordis affectu; sicque filius matri alimenta dare, eique jure naturæ subesse debet.

Nec officit, uxorem subditam viro. Nam filius debet subesse matri, & patri; nec est ratio cur magis patri, quàm matri docente natura, exemplo animantium matri obsequentium.

An ad irritandum Vota requiratur patria potestas?

2102 Patria potestas non requiritur ad irritanda vota. NEga: sed satis est potestas dominativa naturalis regendi personam, bona, domum, prospiciendi, gubernandi singulorum bona. Patet, quia major est naturalis dominatio, quàm inducta à lege humana vi patriæ potestatis.

Secundo, quia non habentes patriam potestatem, irritant, ut Domini, Superiores Religionum, Vir. *Numerorum* 30. ergo satis est potestas dominativa, licèt non descendens ex patria potestate.

Tertio, quia pater irritare valet vota filii naturalis, & spurii, qui non sunt sub patria potestate, ut docet Sanch. 4. *Decal. cap.* 35. *num.* 49. & 82. Castrus Palaus *disp.* 2. *puncto* 7. *num.* 5. Tamburin. 3. *Decal. cap.* 16. §. 3. *num.* 9. Leand. *part.* 7. *tract.* 1. *disp.* 16. *quæst.* 79. & *quæst.* 106. licèt parum consequenter *quæst.* 96. *quæst.* 108. velit vota egressi à patria potestate non irritabilia à patre, & concludens *quæst.* 101. 102. 103. à patre professo, etiam ejecto, non posse irritari vota filii. Et ajens *quæst.* 104. filii professi vota non irritabilia à patre.

Quarto, quia non ab avo habente patriam potestatem. *l. nam Civium, D. de his, qui sunt sui, vel alieni juris. l. si eveniet, D. de adulteriis.* Sed à patre vota filii irritantur, quia patris, non avi est superesse familiæ, consulere filiis, disponere domum, ut ait post Palaum, Sanch. Suarium, Tamburinus 3. *Decal. cap.* 3. §. 1. *num.* 13. Leand. *part.* 3. *tract.* 1. *disp.* 16. *quæst.* 123. Ergo non consideratur potestas inducta jure positivo, quando concurrit cum potestate juris naturalis dominandi; ergo patria potestas non conducit necessariò ad irritandum vota.

Disquiramus ergo primo de Patre. Secundo de Matre. Tertio de Tutore succedente loco Patris. Quarto de Curatore habente vestigium patriæ potestatis.

Pater.

HAbet filios impuberes, & puberes. Impuberes pro pueris sumuntur in *l. penult.* §. 1. *D. de rebus eorum. l.* 3. §. *si duo, D. de Carboniano Edicto*; & extenditur talis ætas in masculo usque ad decimum quartum completum, in femina ad duodecimum completum; & notavi 1. *Pantonomodidascaliæ num.* 287. Agamus primo de irritando voto impuberis. Secundo de irritando voto puberis. 2103 Filii, aut puberes, aut impuberes sunt.

Impuberis.

VOta, & juramenta omnia realia, personalia, mixta, perpetua, ad tempus, etiam Religionis, Castitatis, etiam si malitia suppleat ætatem, etiam exequenda tempore pubertatis, etiam de peculio castrensi, & quasi, irritare potest pater, etiam suo consensu emissa, *cap. venientis* 2. ibi: *in puerili ætate*; ubi Gonzalez *num.* 5. *de voto. can. mulier.* 32. *quæst.* 2. Concilium Toletanum X. *cap.* 6. relatum in *can.* 1. 20. *quæst.* 2. Concilium Triburiense *can.* 24. relatum in *can.* 2. 20. *quæst.* 2. voluntas namque filii patri subest jure naturæ. *l. in negotiis.* §. *in fine, D. de regul. juris. l. pupillus, nec velle, nec nolle in ea ætate, nisi apposita Tutoris auctoritate creditur, vel ejus, cui bonis interdictum sit nulla voluntas est.* 41. *D. de regul. juris.* est namque infirmi consilii. *l. fin. D. de manumissis vindicta. l. furiosi, D. de regul. juris;* & censetur ignorare, quæ videt. *l.* 1. *C. de falsa moneta.* D. Tho. 2. 2. *qu.* 88. *art.* 9. & *qu. fin. art.* 5. *ad* 3. Sanch. 4. *Decal. cap.* 35. *num.* 7. 10. & 11. Lessius 2. *de Justitia cap.* 40. *dub.* 14. *num.* 82. Caram. *Regulari num.* 460. Bonac. *tom.* 2. *disp.* 4. *qu.* 2. *punct.* 7. §. 2. *num.* 18. Bordonus *tom.* 2. *ref.* 14. *num.* 76. Glossa in *cap. ad nostram.* in *cap. postulasti, de regularib.* Valentia *tom.* 3. *disp.* 6. *qu.* 6. *puncto* 6. v. *quinta qualis.* Bassæus v. *votum.* 2 *num.* 4. Diana *par.* 4. *tract.* 4. *resol.* 29. Leand. *part.* 7. *tract.* 1. *disp.* 16. *qu.* 72. 2104 Omnia vota filii impuberis Pater irritat.

qu.72. 73. 74. contra Vivaldum 3. *par. Candelabri cap.*14. *num.*99. ajentem solùm posse irritare realia, & non personalia sibi imprajudicialia.

Contra Paludan. in 4. *dist.*39. *qu.*3. *qq.*2. negantem posse irritare votum Religionis emissum à proximo pubertati.

Contra Innocentium in *cap. scriptura. de voto* Aragonium 2.2. *qu.*88.*art.*8. ajentem non posse irritare votum exequendum in ætate pupillari, & sic nec votum Religionis.

Nec in oppositum cogit *can.*1. 20.*qu.*1. nam intelligitur de voto solemni professionis.

Nec officit *lex* 2. *v.votum, D. de pollicitationibus*. Nam ibi est sermo de voto reali requirente pubertatem ad efficacem obligationem.

An post pubertatem possit Pater irritare Vota emissa ab impubere?

2105 Post pubertatem filii pater irritat ejus vota nō ratificata.

AFfirma: nisi in ætate puberi fuerint ratificata, non intentione servandi votum, sed nova voluntate confirmando, ita ac si non fuisset ante emissum votum. *l. denique, D. de minoribus*; qua ratificatione cessante, semper irritari valet votum ab initio infirmum, lapsu temporis non firmandum. argumento *legis* 1. *D. de pœnis, & cap. fin. de sentent. excommun.* ubi sequitur obligatio sui ortus initium quoad pœnas, & absolutionem delicti dandam; nisi velis etiam cum aliis dicere, votum ab initio conditionale, si pater consenserit, vel non dissenserit, extendi ad omne tempus. cum Suarin 6. *de voto cap.*6.*num.*8. Cajetan. 2.2.*qu.*189.*art.*5. Sanchez dans septem Doctores 4. *Decalogi cap.*30. *n.*9. 14. & 37. Leand. dans alios decem *loc.cit. quæst.*75. Faustus 2. *Thesauri quæst.*87. dans sex Doctores.

Contra Sotum 7. *de justitia qu.*3.*ar.*2. *dub. fin.* Rodriquez *tom.*2. *Summæ cap.*91.*nu.*6, Angiem, Aragon. & Vegam.

An Pater possit irritare Vota emissa ejus consensu ab impubere?

2106 Pater irritat vota filii, etiam emissa ejus cōsensu

AFfirma: primo, quia consensus patris non debet filium fragilem suo arbitrio relinquere.

Secundo, quia est ut minùs lædatur potestas dominativa: & sic intelligitur dedisse licentiam votum exequendi, donec voluerit pater.

Tertio, quia Superior potest irritare vota Religiosi, ergo etiam pater vota filii sua licentia emissa; nam in hoc Religiosus respectu Superioris est ut filius respectu patris. *cap. in præsentia. de probationibus.* Sanch. 4. *Decal.cap.*30. *num.*36. Fagundez *lib.*2. *cap.*33. *num.*17. Tamburin. 3. *Decal. cap.*16. §.3. *num.* 15. Faust. 2. *Thesauri qu.*96. ajens *qu.*98. posse irritare vota emissa, etiam si pater dans licentiam, dixerit quoad votum se filium eximere à patria potestate. Idque ne impuberem committat propriæ fragilitati. Et ut lex, pupillo emancipato dat Tutorem, qui posset irritare tale votum. Ideò ipsemet pater habens tunc filium sub alas, debet illum tueri, & ab oneribus liberare, ut posset Tutor, cùm non sit minoris potestatis. Contra Suarium *lib.*6. *de voto cap.*6. *num.*15.

Dubitans an excesserit annos impubertatis, an possit à Patre obtinere irritationem Voti?

AFfirma: nè pater in dubio privetur certa irritandi possessione. Sanch. 2. *de matrimonio disp.*41.*num.*39. Sancius 43.*select. num.*9. Faust. 2. *Thesauri qu.*88. Arriaga *tom.*3. *de actibus humanis disp.*25. *num.*56. & 57. Suarius *tom.*2. *de Religione lib.*6. *de voto cap.*6.*num.*1. 2107 Dubitās excessisse impubertatem potest impetrare à patre voti irritationem.

Puberum, etiam Sacerdotum, & conjugatorum Vota usque ad majorem ætatem.

OMnia præjudicantia œconomicæ gubernationi, ac patriæ potestati irritare valet Pater. Patet ex *l. Deo nobis.*44. §. *hoc etiam, C. de Episcopis, & Clericis*, & ex *l.*2. *D. de pollicitationibus.* 2108 Vota puberum præjudicātia œconomicæ gubernationi pater irritat.

Secundo, quia votum nequit alteri præjudicare. D. Tho. in 4. *dist.*38. *qu.*1. *art.*1. *qq. ult. ad* 2. & 2.2. *qu.*88. *art.* 8. *ad* 2. ubi Cajetan. Navarr. *cap.* 12. *num.* 70. Durandus in 4. *dist.* 38. *qu.* 1. *art.*7. Suarius *lib.*6. *de voto cap.* 5. *num.*4. Trullench *lib.*2. *cap.*2. *dub.*34. *num.*3. Bordon. *tom.*2. *res.*14. *num.*16. & 76. Faustus 2. *Thesauri qu.*101. & 102. Leand. *par.*7. *tract.*1. *disp.*16. *qu.*81. dans undecim Doctores, & *quæst.*83. dans viginti quatuor Doctores, & *qu.* 87. cum undecim Doctoribus, dicens puberem minorem posse vovere de castrensi, & quasi; & *quæst.* 90. idem dicens de adventitiis, in quibus pater caret usufructu. *qu.*84. 85. 86. loquens de aliis peculiis. Contra Angiem *quæst. unic. de voto* 2. *part. art.*7. *difficult.*12, *dub.*6. ajentem puberum vota omnia à patre irritabilia.

An Pater valeat irritare vota puberis sibi non præjudicantia?

VOta sunt promissiones imitantes naturam contractuum, & sic putaverim vota illa irritabilia, quorum materia, si esset contractus, à patre esset irritabilis. Itàut nequit facere contractus sine licentia patris familiæ, ità nec votum, quia votum sequitur naturam contractus. 2109 Vota imitantur naturā contractuum.

Secundo, quia pater debet etiam filiis puberibus superesse, illos diligere, dirigere, corrigere. *can. non putes* 36. 23. *quæst.*5. *cap. cum in juventute.* 12. *de purgatione Canonica. can. paratus*, §. *nam in corripiendo.* 23. *qu.*4. *can. non vos.* 43. 23. *qu.*3. *Proverb. cap.* 13. *num.*24. Ut ergo debet, & potest prospicere filiis puberibus, etiam in illis, quæ non concernunt œconomicam gubernationem in rebus corporis, & animæ. Cur non etiam in votis? maximè, quia agitur mitiùs cum Deo, quàm cum homine; Ex quo est tertia ratio, potest irritare contractus, quibus obligatur Deo, nam mitiùs agitur cum Deo, quàm cum homine. 2110 Pater etiam filiis puberibus superest.

Quarto licèt non præjudicetur œconomicæ gubernationi, præjudicatur dominativæ potestati, jure naturæ competenti patri, non amissæ lapsu impubertatis. Et sic nisi à jure fuerit coarctata talis naturalis dominativa potestas, adhuc irritare vota poterit jure non excepta. Et ità docet Innocentius in *cap. scripturæ.*4. *nu.*3. *de voto.* ubi Hostiensis *num.*7. Joannes Andreas *num.* 4. Cardinalis *num.*6. *qu.* 12. Ancharanus *num.*8. *de voto.* Sylvest. *v.votum.*4.*qu.*1. Tabiena *v.votum* 5. *qu.*5. *num.*6. Ovandus 4.*dist.*28. *disp. un. proposit.*24. Sotus 7. *de justitia quæst.*3. *art.*2. 2111 Videtur patrem posse irritare vota puberis, etsi ei non præjudicent.

art.2. concl.4. ajentes, omnia vota posse irritare, excepto voto Religionis. Et Ego exciperem etiam votum suscipiendi Ordines Sacros, quia est electio status puberi concessa. Sed de hoc mox redibit sermo. Contra Leandr. Suarium, Sanch. *loc. cit.*

Vota puberum a Patre non irritabilia.

2112 Pater nequit irritare votum Religionis filii.

PRimo, nequit irritari votum Religionis, licèt indè bona transeant in Monasterium. *Auth. ingressi, C.de Sacrosanctis Ecclesiis, §. sed hoc præsenti. Auth.de Sanctissimis Episcopis*, non enim pater habet potestatem dominativam impediendi statum filii.

2113 Nec suscipiendi Ordines Sacros

Secundo, nequit irritare votum suscipiendi Ordines Sacros. *§.sed hoc præsenti. Auth.de Sanctissimis Episcopis*. Et ut nequit impedire nuptias carnales, ità nec spirituales, & sic nec votum Castitatis. S. Tho. 2. 2. *qu.*189. *art.*3. Suarius *loc.cit.num.*4.

2114 Et frequentandi Sacramenta.

Tertio, votum Sacramenta frequentandi, Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & implendi præcepta Ecclesiæ, moderatè se mortificandi, jejunandi, nam id est juxtà statum Christianæ Religionis, cui se accommodare jure quilibet debet. Sicuti pater non habet jus, nè filius assumat Religionem Christianam, ità nec habet jus, ut filius non faciat, quæ sunt Religionis Christianæ.

2115 Tamen non fiat contra patris obedientiam, & ejus regimen.

Non tamen debet subterfugere patris obedientiam, nec valet turbare regimen familiæ in bonis, & personæ administrandis, sicque votum immoderatæ orationis, jejunii, vigiliæ, eleemosynæ in bonis à patre administrandis irritari valet. Suarius *lib.6.de voto cap.5. num.4.* Sanchez *loc.cit.*

2116 De Castrensi, vel quasi votum pater illud non irritat.

Ex quo de castrensi, & quasi peculio à patre non administrato votum non est irritabile. Ut enim de illo filius ad profanas, ità fortiùs ad sacras, etiam patre dissentiente, disponere valebit. Navarrus *cap.12.num.*70. Faustus 2. *Thesauri quæst.*110. dans sex Doctores. Leand. *loc.cit. quæst.*87.

An Pater professus irritare valeat Vota filii secularis, vel professi?

2117 Pater professus, non irritat vota filii.

NEga non ex carentia patriæ potestatis, sed quia impedita est naturalis potestas dominativa impotentia administrandi, ac gubernandi familiam. Sanch.4. *Decal.cap.*25. *n.*50. Bordon. *tom.*2.*ref.*14. *num.*26. Sicque puto patrem familias Novitium licèt retineat patriam potestatem, non posse irritare vota impuberis secularis, nec Novitii, quia illius regimen non habet. Contra Sanch. *loc.cit. num.*47. Bordon. *loc. cit. num.* 77. ut avus habens patriam potestatem. *l.nam Civium. D.de his, qui sunt sui, vel alieni juris*, nequit irritare vota nepotis. Tamburin. *lib.5.cap.*3.§ 1.*num.*17. Leand. *loc.cit.qu.*123. quia regimen nepotis non habet.

An Vota irritata à Patre reviviscant extincta patria potestate?

2118 Vota irritata non reviviscunt, etiam cessante patria potestate.

AFfirma: non reviviscere, nè à privatione ad habitum detur regressio. Sanch.4. *Decal. cap.*35.*num.*20. Contra Sayrum 6. *Clavis cap.*10. *num.*24. Aragon. 2.2.*qu.*88.*art.*9.*columna ult.*

Mater.

2119 Mater, vel nupta, vel vidua.

COnsiderari valet vivente, & mortuo Viro. Sivè vivente, sivè mortuo Viro, est causa anni, sicque filius Matri subesse, & obtemperare debet ex quarto præcepto Decalogi. Primo de Nupta. Secundo de Vidua.

Mater sub Viri potestate.

UXor est Viro subdita, eique obtemperare tenetur. *Genesis* 3.*num.*16. ibi: *sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui*. D. Chrysostomus *Homilia* 34. *ad Corinth.cap.*13.

2120 Mater etiam est domina sui filii.

Est tamen domina sui filii, nam creata ad similitudinem viri in ejus adjutorium, simul dantes esse filio. *Genesis* 2. *num.* 18. ibi: *faciamus ei adjutorium simile sibi*; & *num.* 20. ibi: *adjutor similis ejus*. & verificatur illud *Proverbiorum* 12. *num.*4. ibi: *mulier diligens, corona est viro suo*; & *Proverbiorum* 31. ibi: *confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit, reddet ei bonum, & non malum*. Cum ergo uxor cum

2121 Vir, & uxor sunt principium familiæ.

viro sit principium familiæ, dans esse familiæ, sunt caput familiæ, & descendentes ut viro, ità uxori tamquam capiti subduntur naturaliter. Suntque pars viscerum matris. *can.sane itaque* 8. 1. *qu.*4. *l.temporibus.* 1. §. 1. *D. de ventre inspiciendo*. Sicque uxor est vera Domina filiorum. Caram. *Intentionali lib.*1.*num.* 158. licèt careat civili patria potestate. *cap fin. de conv. conjug. infidelium. §. 1 Institutionum de patria potestate*. Exceptis quibusdam casibus; de quibus Lucas de Penna in *l. quicumque, C. de fundis patrimonialibus lib.*11.

An Mater habeat curam filiorum, & familiæ?

2122 Mater curam habet filiorum, & familiæ.

AFfirma. *Proverbiorum* 31. itàut ipsi competat erudire filios. *Proverbiorum* 31. ibi: *erudivit eum mater sua*. totum familiæ, & domus bonum promovere. *Proverbiorum* 31. *quæsivit lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum*. D.Clemens Alexandrinus *lib.*3. *pædagogiæ cap.* 10. ibi: *mulieri domus custodire, & auxiliari*. D.Ambrosius *de Virginibus in fine*, ibi: *domus tamen totius pacem gubernat*. D.Gregorius Theologus de sua matre, ibi: *rem enim domesticam industria, & solertia sua juxtà leges mulieri à Salomone statutas ità auxit, &c.* Et sic uxor rem totam familiarem lustrare, & augere debet. Schirlogus *tom.*3. *in Cantica vestigatione* 33.*num.*20.

Eisque consulere debet.

Et matris est consulere filiis in temporalibus, & spiritualibus, realibus, & personalibus. *Matthæi* 20. *num.* 21. ibi: *dic ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, unus ad sinistram in Regno tuo.*

Mater namque diligens filium suum. *cap. afferte.* 7. *de præsumptionibus*, ibi: *commota sunt viscera ejus super filios suos*. 1. *Regum* 3. non debet oblivisci filiorum. *can. ad Romanum.* 8. *in fine.* 2. *qu.*6. & diligens, amans, memor prospicit bonis, & consulit dilecto.

An vir, & uxor debeant habere unum velle, & nolle?

2123 Vir, & uxor invicem assentiri debent.

AFfirma: nam ideò indissolubiliter conjuncti, ut optatissima concordia perennent con-

conjugium. *Proverbiorum cap.* 19. *num.* 13. & *cap.*25. *num.*1. & 2. ibi : *vir, & mulier benè sibi consentientes.* D.Basilius Seleucienlis *Orat.*2.

Ex his habes naturale esse uxori consulere filiis, & familiæ. Hinc resolvas :

An habeat dominativam potestatem exigitam ad irritandum Vota filiorum.

2124 Mater potest irritare vota filiorum.

AFfirma: nam nihil est, quod deficiat, habetque omnia, quæ patri competunt ; & honore maritorum feminæ erigendæ, non deprimendæ sunt. *l. mulieres.* 9. *C. de incolis lib.* 10. *l.fin. C.de nuptiis. l.quisque.*4. *l* 5. *l. parentes.* 6. *D. de in ius vocando*. Intelligas nisi vir prohibeat, nam tali prohibitione jure facta. *Genesis* 3. *num.* 16. ibi : *ipse dominabitur tui*. coarctatur dominativa uxoris potestas, ut potestas supremi coarctare valet potestatem subalternatis Superioris.

An Mater præsente Viro, Tutore, & non contradicente, valeat irritare Vota filiorum, ut potest Pater?

2125 Mater præsente viro, aut Tutore, & non contradicentibus, potest vota filiorũ irritare.

AFfirma: quia etiam præsente patre dominativam curam habet filiorum, & bonorum jure naturæ. Patet ex dictis. Philiarchus *de officio Sacerdotum tom.*1.*par.*2.*lib.*3.*cap.*4. Pradus *cap.*3. *de voto q.*15.§.4.*num.*77. Margarita Confessorum *tit. de irritatione voti columna.*2.*fol.*134. Contra Navarrum *cap.* 12. *num.* 64. Fagundez 2.*Decal.cap.*33.*nu.*11. Sanchez 4.*Decal. cap.*35. *num.* 79. Leandrum dantem triginta alios Doctores *par.*7.*tract.*1.*disp.*16.*qu.*118. 119. & 120.

An Patre absente, præsenta Avo, vel Tutore, possit Mater irritare vota filiorum, ut poterat Pater?

2126 Et ipsa patre absente, etsi adsit Avus, vel Tutor, potest irritare vota filiorum.

AFfirma: quia magis subditur Matri filius jure naturæ quàm Tutori, & Avo. D.Thomas *opuscul.*17. *cap.*13.*ad* 10. Sotus 7.*de iustitia qu.*3.*art.*5. ajens indistinctè parentes valere irritare filiorum vota. Pradus *loc. cit. num.*77. & Mater semper habet potestatem dominativam, dispositivam regendi, & curam habendi filiorum, ob majorem affectum, quàm Pater. *cap afferte.de præsumpt.* contra Suarium *lib.*6.*cap.*5 *in fine*, & *cap.*6.*num.*19. Sanch.4.*Decal. cap.*35. *num.*38. Leandr. dantem decem, & octo Doctores *loc. cit. qu.* 119. fundatos quia Mater caret patria potestate.

An Mater irritare valeat Vota filii puberis.

2127 Etiamsi filii sint puberes.

AFfirma : ut de Patre dictum est, quia etiam puberibus filiis prospicit, eique filii subordinati vivunt. Sà v.*voti irritatio num.* 1. Vega *tom.*1. *cap.* 129. *casu* 96. Sayrus *lib.* 6. *Clavis cap.*10.*in fine.* Tamburin. *lib.*3.*cap.*16.§.3.*n.*25. Contra Suarium *lib.*6. *de voto cap.*5.*in fine.* Sanchez *loc.cit. num.*75. Trullench *lib.* 2. *Decalogi cap.*2. *dub.*36. *num.*4. Leand.*loc.cit. quæst.*122. motos quia tunc nec personam, nec bona regit. Cui satisfit, si dicas falsum jure naturæ, & usu, quo filius à Matre regitur.

Vidua: An irritare valeat Vota filiorum?

2128 Vidua similiter irritat vota filiorũ.

AFfirma: etiamsi non sit Tutrix, deficiatque, vel non deficiat Tutor ; nam ut præsente

patre, ità præsente Tutore jus gubernandi habet, consulitque familiæ, & filiis. *Proverbiorum* 31. D. Ambrosius *in fine*, ibi : *matrum magis, quàm Tutoris interest filiorum recta aducatio, & bonorum auctio, & naturaliter filiis invigilant, eorumque mala torquentur. can. afferte.* 7. ibi: *commota sunt viscara eius. de præsumptionibus*; filiosque naturaliter tuetur. *can. ad Romanam* il 2.2. *qu.*2. ubi Ecclesia, quia mater, tuetur fideles filios. Extravagans *Infidelis de furtis.* Undè consultiùs à matre, quàm à Tutore filiis prospicitur. Doctores citati. Contra Sanch. *loc. cit. nu.*79. Suarium *loc.cit.n.*22. Tamburin. *loc. cit.cap.*16.§.3 *num.*21. Trullench *loc.cit.n.*1. Palaum *disp.*2. *puncto* 7. Leandr. *loc. cit.* ajentes, posse tantùm irritare deficiente Tutore.

Contra Azorium *tom.*1. *lib.*11. *cap.*17. *qu.*7. Vivaldum 3.*par.Candelabri cap.*14.*num.*97. Villalobos *tract.*34. *de voto difficulte.*19.*in fine*, negantes posse irritare votum, etiam deficiente Tutore, quia deficit patria potestas.

An Mater transiens ad secunda vota, possit irritare vota filiorum primi matrimonii.

DIstinguas : vel transiens ad secundas nuptias retinet naturalem filiorum curam, vel non. 2129 Mater transiens ad secunda vota, si retineat curam filiorum, illorũ vota potest irritare.

Si primum, affirma posse irritare vota filii primi matrimonii, ut posset pater, quia retinet omnia exigita ad irritandum, & ut non amare esset impietas, ità non cognoscere parentem esset insania. Seneca 3.*de beneficiis cap.* 1. Matrique parendum. Seneca *loc. cit. cap. fin.* & magis matri, quàm patri filius obsequi, & subvenire tenetur, quæ utero tulit, dolore edidit, obstretricata est, & infinitos labores pro filio exhaurivit. Quintilianus *declamatione* 8.

Si verò filii curam deserat, ejus vota irritare nequit, quia caret tunc causa irritandi, scilicet potestate dominativa expedita ad bonum filii curandum. Secùs si illorum nõ habeat curam.

Emancipati, maioris.
An Pater, Materve irritare valeat Votum?

DIstinguas : vel post emancipationem adhuc regitur à parentibus eique, obediens, vel extra patris gubernium negotia, & actiones liberè exequitur. Si secundum, vota ab initio firma, nequeunt à parentibus irritari, quia tunc parentes carent expedita dominativa facultate. 2130 Pater, & mater valent irritare vota filii emancipati, si adhuc ab ipsis regatur.

Si primum, irritare valent, quia adhuc retinent filiorum regimen, possuntque filios dirigere, corrigere, eisque prospicere. *can. non ost ulatur.* 3.5.*qu.*5. *can.non putes.*36.23. *qu.*5.*can.paratus*, §. *nam in corrigendo.* 23. *qu.* 4. *can. non vos.*42.23. *qu.*3. *cap. cum iuventute.*2. *de purgatione Canonica.* *Proverbiorum* 13.*nu.*24. *l. si quis à liberis.*5.§.*fin.D.de liberis agnoscendis.*

An deficiente Matre, Avus, Avia, cæterique ascendentes possint irritare Vota descendentis?

AFfirma : eo ordine, quo eis regimen competit descendentium ; nam omnes ascendentes in infinitum veniunt nomine parentum. 2131 Matre deficiẽte, Avus, Avia possũt irritare vota descendẽtis.
*l.quisquis.*4. ibi : *sed Casus Cassius in infinitum omnes parentes dicit, quod & honestius est. D. de*

jus naturale dandi alimenta patri, filiis etiam naturalibus, tunc illud votum: puta Religionis, suspenderetur; cùm nequeat præjudicare juri naturali. Et si mutatio esset perpetua, esset omninò extinctum. Suarius *lib. 4. de voto cap. 20. num. 1.* dans sex DD. Tambur. 3. *Decal. cap. 16. §. 1. num. 1.* Caram. *Regul. num. 47.*

2042 Et accedente periculo incontinentiæ.

Quinto, si et superveniat periculum incontinentiæ, alitèr insuperabile, quàm initis nuptiis. Est enim tunc majus, quàm vitæ, & honorie periculum. Homobonus *loc. cit.*

2043 Ex parte materiæ, si prudenter non voviset, si extitisset tépore voti.

Ex parte materiæ, notabilis censetur mutatio. Primo, quando est talis, ut si illa extitisset, votum non potuisset prudenter emitti; nam tunc non est materia voto inclusa. Cajetan. *v. votum.* Valentia 2. 2. *disp. 6. quæst. 6. puncto 4. §. ad primum.*

2044 Si evadat impossibilis.

Secundo, talis est, si mutatione materiæ evadat impossibilis: puta si vovens se daturum tale vinum pro eleemosyna, vinum evanescat, perfectè acuerit. Si vovens se Religiosum, adeò consenescat, ut sit impar oneribus Religionis, tunc etiamsi Religiosi velint, non tenetur ipse ingredi, non anim se in tanta mutatione voto comprehendit. Sanch. *loc. cit. nu. 30.* Trullench 2. *Decal. cap. 2. dub. 8. num. 4.*

2045 Notabilis mutatio nō prævisa.

Tertio, est notabilis mutatio, quæ si fuisset prævisa, votum prudentèr non fuisset emissum. *cap. quemadmodum. 25. de jure jurando.* Navarr. *cap. 18. num. 7.* Hostiensis, & Abbas apud Sanchez *loc. cit. num. 18.* Caram. *fundam. n. 1399.*

2046 Omnis mutatio materiæ.

Hinc omnis mutatio materiæ in se, vel in circumstantiis reddens materiam indifferentem, necessariam, impossibilam, inutilem, impedientem majus bonom, vel contra legem voto non inclusa; sicque paupertas superveniens, etiam ex culpa voventis, tollit votom dandæ eleemosynæ, si tanta sit paupertas, ut impossibilitet moraliter eleemosynam dandam. D. Tho. 2. 2. *quæst. 88. art. 3.* ubi Cajetanus, Navarr. *cap. 12. num. 47.*

Remissione partis, cujus utilitatem votum respicit.

§. XII.

2047 Cui fit votū si cedat, vel renunciet ré devotam, solvitur voto vovens.

VOtum tunc cessat, quia cessat etiam finis illius, & voluntas voventis non se adstrinxit, nec comprehendi casum cedentis, remittentia; vovit namque, si ille voluerit acceptare: cùm invito beneficium non detur, nec possit dari, excepta absolutione à censuris, nec possit vovere dandi rem invito. *L. invito, D. de regul. juris.* Sic cessat parte remittente juramentum. Sanch. 2. *Decal. cap. 39. num. 16.* Navarr. *cap. 22. nu. 25.* Fagundez 2. *Decal. cap. 32. num. 2.* Bonac. *tom. 2. disp. 4. quæst. 1. puncto 17. num. 3.* post Divum Thomam 2. 2. *quæst. 89. art. 9. ad 2.*

At si sic à parte acceptatum; tunc obligat, itànt nec professione extinguatur, nam professio non est in præjudicium alterius, nec commutatio cujuslibet voti in professionem, ut in *cap. scripturæ. 4. de voto,* debet aliis nocere. Angelus *v. votum 4. num. 3.* Sanch. 4. *Decal. cap. 5. n. 45.* Miranda *tom. 1. quæst. 25. art. 7.* Vecchius *disp. 13. num. 4.* Bordon. *tom. 5. cap. 12. num. 38. & cap. 20. num. 41.*

De Irritatione Voti.

§. XIII.

2048 Irritatio voti

VOtum irritatione cessat, de qua irritatione plura.

Quid, & quotuplex sit irritatio?

Quid, quotup[...] sit.

IRritatio est actus potestatis dominativæ non impeditæ, annullans votum præsens, vel futurum, ità ac si non emitteretur. D. Tho. 2. 2. *quæst. 88. art. 8. & 9.* Sylvest. *v. votum 4. num. 1.* Sanch. 3. *Decal. num. 19.* Suarius *lib. 6. de voto cap. 1. num. 4.* Bordonus *tom. 2. resol. 14. num. 2. & 4.*

Dicitur potestatis dominativæ, ad differentiam potestatis jurisdictionis; nam potestas jurisdictionis requiritur in dispensando, dominativa in irritando, quæ dominativa participat de dominio dispotico competente omnibus, quibus licet prohibito aliquid efficere, nisi lege, aut vi prohibeatur, qualem habent parentes circa filios. *l. 1. & 2. D. de his, qui sunt sui, vel alieni juris.* Domini in servis. *cit. l. 1. & 2. D. de his, qui sunt sui, vel alieni juris.* Maritus in Uxorem. *Numerorum 30.* Superioris Religionis in Monachis sibi subditis. *cap. 1. 3. & 4. de voto. cap. ad Monasterium. de statu Monachorum.* Sanchez 3. *Decal. cap. 17.* Suarius *lib. 6. de voto. cap. 1. num. 4.* Bordon. *tom. 5. cap. 12. num. 38.* Quæ dominica potestas est communis omnibus, etiam profanis non baptizatis. *Numerorum cap. 30.* Cajetan. *v. votum. cap. ult.* Faustus *lib. 2. Thesauri q. 10.* 204[...] Potesta[...] minati[...] irritandi differt [...] testate [...] diction[...]

20[...] Potesta[...] minati[...] compet[...] tiam n[...] ptizatis.

Potestas irritandi est duplex, una directa, propria: altera indirecta, impropria. 20[...] Est dup[...]

Propria, & directa est, quæ per se tollit votum, aliis omnibus immutatis; sic pater irritat votum sui filii impuberis. Directa

Indirecta est sobtrahendo voti materiam, cujus defectu vovens deindè excosatur. Sic Magister Novitiorum subtrahit materiam voti facti à Novitio, quæ propriè est suspensio voti, & durat durante impedimento, & impropriè irritatio solet dici. Suarius *loc. cit. num. 4.* Faustus *lib. 2. Thesauri quæst. 2.* dans exemplum de Superiore præcipiente rem voto incompatibilem. Villalobos *tom. 2. tract. 24. difficul. 17. n. 14.* Et indi[...]

An irritari valeat Votum antequam fiat?

AFfirma: si Superior prohibeat votum emitti, & si emittatur ex nunc pro tunc illud irritat. Ut enim potest contractum, ità votum, quod sequitur contractus naturam, annollare, antequam ponatur. Suarius *tom. 2. de Religione lib. 3. cap. 2. num. 12.* Sanch. 4. *Decal. cap. 24. n. 52.* Bordon. *tom. 2. res. 14. num. 29.* 20[...] Votum [...] teri po[...] ante ej[...] mission[...] si præc[...] prohibi[...]

An potestas irritandi sit juris humani?

NEga: sed est juris naturalis; cùm enim detur dominium naturale dantis respectu recipientis esse physicum, morale educationis, ut latè demonstravi *l. Pantonomodid. num. 196.* Ex quo naturali dominio, de quo etiam Caramuel *Intentionali lib. 1. num. 174.* nascitur jus irritandi, tanquam pars illius dominii. Sotus 7. *de justitia. qu. 3. art. 1.* Aragonius 2. 2. *qu. 88. art. 8.* Sanch. 4. *Decal cap. 24. num. 29.* dans decem DD. Leand. *par. 7. tract. 1. disp. 16 qu. 7.* dans alios decem Doctores. Azorius *lib. 11. cap. 17.* contra Vasqo. 1. 2. *quæst. 96. art. 4. disp. 165. cap. 4. num. 29.* Lessium *lib. 2. de justitia cap. 40. dub. 10. nu. 74.* Faustom *lib. 2. Thesauri q. 19.* Bonacinam *disp. 4. qu. 2. puncto 7. §. 2. num. 26.* ajentes potestatem irritandi competere jure Canonico. In quo primo Faustus sibi non convenit, nam *quæst. 10.* ait 205 Potestas [...] tandi est juris [...]turalis.

facul-

facultatem irritandi competere non solùm Christianis, sed etiam infidelibus; igitur non est juris Canonici, tantùm comprehendentia Christianos. Secundo, facultas irritandi est actus potestatis dominativæ, quæ est juris etiam naturalis, non positivi, & ante legem Canonicam competebat. *Numerorum cap.* 30.

An potens irritare, possit tollere non solùm Votum, sed etiam Juramentum?

2054 Potens irritare votum, tollit quoque juramentu.

AFfirma: *Numerorum cap.* 30. ibi: *Mulier si quippiam voverit, & se constrinxerit juramento.* & *num.* 6. ibi: *contradixerit pater, & vota, & juramenta ejus irrita erunt.* D. Thomas 2. 2. *qu.* 89. *art.* 9. *ad* 3. ubi Cajetan. Sanchez 3. *Decal. cap.* 17. *num.* 2. contra Valentiam 2. 2. *disp.* 6. *qu.* 7. *puncto* 4. *columna* 5. *V quartum est.*

An possit irritari Votum subdito ignorante, vel invito?

2055 Irritatur votum etiam ignorante, vel invito vovente.

AFfirma: nam id est de natura potestatis dominativæ pro libito disponere. *l. in re mandata, C. mandati.* Et voluntas subditi debet subesse, non obesse potestati dominativæ. Et ut eo invito Dominus jubere, jussum revocare, ità votum irritare potest. Sayrus 5. *Clavis cap.* 8 *num.* 6. Suarius *lib* 6. *de voto cap.* 5. *in fine.* Sanch. 4. *Decal. cap.* 24. *num.* 25. Corradus *qu.* 25. *art.* 2. *dub.* 3. Bordonus *tom.* 2. *res.* 14. *dub.* 19. Ghilinus *v. votum num* 23.

An ad irritandum validè, & licitè requiratur causa, aut notitia Voti emissi?

2056 Quod sine causa effici potest.

NEga: potestque liberè, quia sibi placet, dicere, irrito omnia vota talis filii; nam hæc est natura potestatis dominicæ, scilicet exercendi quodlibet lege non prohibente; nec poterat subditus dominicæ potestati præjudicare, cui subesse, non obesse debet. Navarrus *cap.* 12. *num.* 73. Suarius *tom.* 5. *disp.* 4. *sect.* 2. *n.* 8. Cajetan. *v. votum cap. fin.* Sà *v. votum num.* 1. Toletus 4. *Summæ cap.* 18. *num.* 9. Rodriqu. 1. *Regularium quæst.* 25. *art.* 5. Fagundez 2. *Decalogi cap.* 23. *nu.* 1. Pontius 20. *de matrim. cap.* 17. *n.* 22. Tambur. 3. *Decal. cap.* 16. §. 3. *num.* 1. dicentes nec venialiter peccare. Contra Valentiam 2. 2. *disp.* 6. *qu.* 6 *puncto* 6. & 16. Bordon. *tom.* 2. *res.* 14. *num.* 11. 25. 36. Lessium *tom.* 2. *de justitia cap.* 40. *dub.* 12. *num.* 70. Sotum 7. *de justitia qu.* 3. *art.* 1. Faustum 2. *Thesauri qu.* 8. Sanch. 4. *Decal. cap.* 29. *num.* 13. ajentes, esse non lethale, sed veniale potestatis abusum. Sed jure id non dicitur, quia est usus dominicæ potestatis, nullo jure interdictus; nec est actus otiosus, ut timet Faustus; cùm eximat subditum ab onere, & est definitum in *cap.* 30. *Numerorum*, ibi: *statim ut audierit, contradixerit pater: & vota, & juramenta ejus irrita erunt.* En sine causa contradicit.

An irritans valeat opus aliud injungere?

2057 Irritans non subrogat aliam materiam.

NEga: nam esset commutatio, non irritatio voti. Sanch. 2. *Decal. cap.* 24. *n.* 6.

An Superior irritare valeat Votum ejus licentia emissum, effectu non consummato, hoc est non secuta traditione rei devotæ?

2058 Votum cum licentia Superioris emissum ab eo irritari valet re integra.

AFfirma: non ex ratione, qua utitur cum Angelo, Navarro, Sayro, Sanch. Bordonus *tom.* 2. *res.* 14. scilicet, quia tali licentia adhuc remanet subditus, adhuc Superior habet potestatem dominativam, adhuc votum est sub conditione, nisi contradixerit Superior; nam posito consensu conditio est purificata, nec habet amplius potestatem exercendi quod vult; esset enim contra jus mutare consilium in alterius detrimentum. Nec officit, quod remaneat Superior; nam etiam Tutor, Pater, Abbas, Vir, remanet Tutor, Pater, Abbas, Vir, nec potest invalidare actum ejus auctoritate gestum à pupillo, filio, Monacho, Uxore. Et facit textus *Numerorum cap.* 30. *num.* 8. ibi: *quo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit.*

Sed ratio est, quia nemo præsumitur projicere jus suum, nec diminuere sua jura; ergo Superior consentiendo, voluit quantum potuit consulere subdito, ut utatur voto, at simul voluit quantum potuit retinere jus dominicum; Potuit etiam dando licentiam retinere; ità ut licèt sine causa noluerit irritare ob licentiam à se concessam, contra quam sine causa venire nequit, tamen reservavit sibi jus irritandi votum ex causa.

Ut ità suis consulet subditis, & potestate dominica superveniente causa utendo rationabiliter, irritet vota. Sanch. 4. *Decal. cap.* 27. *num* 29. dans viginti Doctores. Navarro a *cap.* 12. *nu.* 37. Sotus 7. *de justitia qu.* 3. *art.* 1. Cajetan. 2. 2. *q.* 88. *art.* 8. *dub.* 12. Portella *v. voti irritatio num* 34. Bonac. *de voto puncto* 7. §. 2. *num.* 28. Bordonus *tom.* 2. *res.* 14. *num.* 3. cum Suario, & Sanch. ajens posse irritare etiam si Superior dixerit nolle irritare, quia adhuc remanet Superior Religiosi voventis. Contra Riccardum in 4. *dist.* 18. *art* 4. *quæst* 3.

2059 Tamen peccat, sed validè irritat.

Superior ergo irritans votum ejus licentia emissum, peccat, sed validè irritat, & peccatum est veniale secundum Rosellam *v. votum* 3. *nu.* 2. Sotum 7 *de justit. qu.* 3. *art.* 1. Suarium *loc. cit. cap.* 4. *in fine*; licèt peccare mortaliter velit Cajetanus 2. 2. *qu.* 88. *art.* 8. *dub.* 2.

2060 Tradita re devota nequit votum irritari.

Tradita autem re illi, cui ex voto est promissa, amplius irritari nequit à Superiore, quia est jam dominium quæsitum accipienti, quod revocari nequit sine injustitia, esset namque spoliare Dominum re sua.

An subditus licitè petere possit sine causa irritationem Voti à se emissi?

DIstinguas: vel petit irritari votum emissum cum licentia ejusdem Superioris, vel sine licentia.

2061 Subditus nō peccat petēs irritationem voti à Superiore.

Si petat irritare votum emissum sine licentia; tunc non peccat, nam petit rem licitam à Superiore. *Numerorum cap.* 30. Sotus 7. *de justit. qu.* 3. *art.* 1. Aragonius 2. 2. *qu.* 88. *art.* 8. Suarius *lib.* 6. *de voto cap.* 7. *num.* 16. Vega *tom.* 2. *Summæ qu.* 129. *casu* 89. Rodriq. *Regularium tom.* 1. *qu.* 25. *art.* 7. contra Sanch. 4. *Decal. cap.* 24. *n.* 15. Sayrum 6. *Clavis cap.* 10. *num.* 14. Petrum Ledesmam *tom.* 2. *tract.* 10. *cap.* 7. *dub.* 2. Faustum 2. *Thesauri qu.* 9. & 35. Bordon. *tom.* 2. *res.* 14. *n.* 29. ... Ii ... & 36.

& 36. ajentes esse veniale, quo peccaret Superior irritans sine causa.

2062 *Si tamen fuit emissū cum licentia Superioris, cū causa non peccat.* Si votum fuit emissum cum licentia, tunc est firmum: & subdistinguas, vel petit irritationem cum causa, vel sine causa.

Si cum causa non peccat; quia rem licitam petit, ut qui petit ex causa sibi à Superiore dispensari in lege valida.

Sine causa peccat petēs voti irritationem. Si absque causa petat voti irritationem; tunc peccat, quia scandalum creat illicita petendo à Superiore; & sic peccat eo peccato, quo facit peccare Superiorem. Faustus 2.*Thesauri qu.* 35. qui putat mortaliter peccare. Contra quem sentit Sotus 7.*de instit.quæst.*3.*art.*1. putans veniale cum Rosella v.*votum.*3.*num.*2. Bordono *to.*2. *res.*14. *num.*35.& 36. dicentem veniale peccatum subditi petentis irritationem talis voti à Superiore, qui dedit licentiam, non verò ab ejus successore, vel à Superiore Superioris; cum Sanchez 4.*Decal.cap.*27.*num.*34.

2063 *Superior permittens vovere, videtur non præjudicare suę potestati.* Sed si dicas Superiorem dando licentiam solùm permisisse subdito liberam operationem voti, sed non coarctasse suam dominicam auctoritatem; tunc etiam sine causa irritando non peccaret. Cajetan 2.2.*quæst.*88 *art.*8. Sotus 7.*de justitia quæst.*3.*art.*1. Valentia 2.2. *disp.*6. *qu.*6. Tunc enim licitè potest uti sua facultate non coarctata, & simul licitè à subdito talis usus peti potest.

Ut autem liberetur ab omni scrupulo, satis est etiam causa dubia, scilicet molestia in operando, qua stante prudenter Superior arbitrabitur votum posse irritari. Faustus 2. *Thesauri quæst.*35.

An reviviscat Votum Superiore revocante illius irritationem jam positam?

2064 *Votum irritatum non reviviscit, si Superior revocat irritationem.* Nega: quia res semel extincta non reviviscit. *l.cum ex causa, C.de remissione pignoris*. Et votum jam irritatione est extinctum; sicque non reviviscit, nisi de novo ponatur voluntas subditi voventis. Sotus 7.*de justitia qu.*3. *art.*1. Sayrus 6. *Clavis cap.*10. *dub.*4. Faustus 2. *Thesauri quæst.*28.

Qui fruantur potestate irritandi?

2065 *Habētes potestatem dominativam in personis, & bonis possunt vota irritare.* Omnes, etiam privatæ personæ, habentes ex dictamine naturæ potestatem dominativam disponendi, regendi, fovendi de personis, & bonis sibi subjectis. Et primo:

An Papa respectu Orbis, Episcopus respectu Diœcesis, valeat omnia vota subditorum irritare?

2066 *Papa, & Episcopus indirectè irritant vota suorum subditorum* Distinguas: directè, vel indirectè. Indirectè affirma; nam potest subtrahere materiam, vel præcipere aliquid ei incompossibile.

Directè nequeunt, quia carent potestate dominativa. Directè, nega. *cap.magnæ.*7.*de voto*; quia licèt habeat potestatem jurisdictionis, non habet dominativam potestatem; nec Christus Dominus illam concessit, non necessariam ad regimen Ecclesiæ, cui sufficit potestas dispensandi in votis. D.Tho. 2.2. *quæst.* 88. *art.*12. ubi Cajetan. *dub.*2. Suarius *lib.*6. *de voto cap.*2.*num.*2. 5. & 7. Vasq. 1.2.*disp.*165. *cap.*4. Lessius 2. *de justitia cap.*40.*dub.*13.*nu.*81. Sanch.4.*Decal.cap.*24. *num.*18.19.& 21. Azorius *lib.*11. *cap.*17. *qu.*3. Faustus 2.*Thesauri qu.*12.13.& 14. Idque etiam, si voventes sint Clerici seculares. contra Medinam *lib.* 5. *de sacrorum hominum continentia cap* 44. Lamas *par.*3. *Methodi cap.*44. §.1. Acacium *tom.*2. v.*voto res.*449.*num.*1.

An Papa in toto Orbe, Episcopus in sua Diœcesi possit irritare Vota Regularium sibi subjectorum?

Affirma: non ut Papa, ut Episcopus, qua ratione tantùm habet potestatem jurisdictionis, sed ut proprius Superior Regularium. Est namque Papa in toto Orbe omnium Regularium Generalissimus, habens potestatem dominativam, eo modo, quo habent Regulares Superiores. D Tho. 2. 2. *quæst.*186.*art.*5.*ad* 3. ubi Cajet. & *quæst.*88. *art.*12. Suarius *lib.*6. *de voto cap.*7. *num.*18. Valentia *tom.*3. *disp.*6. *quæst.*6. *punc.* 6. Lessius 2.*de justitia cap.*41.*dub.*12. 2067 *Papa in … Orbe, & … scopi in … Diœcesi … sunt irri… vota Re… larium subjecto…*

Sic etiam Episcopus, respectu Regularium utriusque sexus sibi subjectorum, habet potestatem dominativam irritativam voti. Suarius *loc.cit.num.*18. Sanch.4.*Decal.cap.*24.*n.*22.

Legatus à Latere, & Sacra Congregatio Cardinalium in negotiis Regularium, & Eminentissimus Protector.

Habet facultatem Jurisdictionis, non dominativam; sicque nequit vota irritare. Sanch. 4.*Decal.cap.*33. *nu.*14. Pellizzarius *to.*1. *tract.*4.*cap.*4.*sect.*4. *qu.*6.& 7.*num.*107. & 110. contra Lezzanam *tom.*1.*cap.*4.*num.*3. concedentem Sacræ Congregationi Cardinalium in negotiis Regularium vim irritandi vota Regularium. 2068 *Legatu… latere, & Cong. Re… larium queunt v… Regulari… irritare.*

An Superior dominativus possit proprium Votum irritare?

Nega: quia nequit sibi ipsi dominari, nec emittere votum, si sibi placuerit, qua ratione nec id alteri committere valet, ut irritet scilicet votum Superioris committentis. Sanch. 4. *Decal.cap.*24. *num.*6.& 60. Trullench *lib.*2. *cap.*2. *cap.*2. *dub.*29. *num.*4. Faustus 2. *Thesauri qu.*26. Bordonus *tom.*2. *res.*14.*num.*55. 2069 *Superior … quit su… tum irrit…*

An potestas irritandi possit delegari?

Affirma: impropriè, committendo scilicet alteri, ut dicat nullam obligationem voti pendentis à consensu delegantis. Sanch. *loc.cit. num.*54. Bordon.*loc.cit.num.*56. Faustus 2.*Thesauri qu.*25. Suarius *lib.*6.*cap.*6. *n.*23. 2070 *Improp… delegari … test pote… irritandi ta.*

Votum emissum cum licentia habentis dominativam potestatem, à quo Superiore valeat licitè irritari?

Superiores plures sunt, sed in diverso ordine superioritatis. Primo in supremo. Secundo in medio. Tertio in infimo. Quarto in æquali gradu superioritatis. Primo, factum auctoritate suprema nequit ab alio inferioris gradus irritari; nam nequit tollere firmitatem communicatam actui à supremo, cum non habeat auctoritatem super suprema auctoritate. Tambur. 3.*Decalog. cap.* 16. §.3. *num.*35. Faustus 2. *Thesauri qu.*160. Sanch.4.*Decal cap.*27. *num.*4. 2071 *Votū er… sum cun… centia Su… rioris su… mi, nec… ab infer… irritari.*

Leand.

Leand. *par. 7. tract. 1. disp. 16. qu. 38.* dans alios tresdecim DD. Riccardus in *4. dist. 38. art. 4. q. 3.* Bordonus *tom. 2. res. 14. num. 31.* dans quatuor Doctores.

2072 *Emissum cũ licentia inferioris, irritatur à Superiore.*

Secundo, emissum auctoritate inferioris, potest irritari à Superiore; nam Prælatus inferior nequit restringere Superioris auctoritatem dominativam. Palaus *disp. 2. de voto pun. 3. §. 3. n. 2.* Sanch. *loc. cit. num. 5.* Leand. *loc. cit. quæst. 37.* dans alios duodecim Doctores. Faustus *loc. cit. quæst. 161.* Bordon. *loc. cit. num. 32.* dicentes, Generalem posse irritare vota emissa auctoritate Provincialis, & Provincialem emissa auctoritate Prioris.

2073 *Et à Superiore æqualis potestatis.*

Tertio, emissum auctoritate Superioris, potest irritari ab alio æqualis auctoritatis Superiore; quia dans licentiam, nequit coarctare auctoritatem parem alterius, ex regula: *par in parem non habet imperium. cap. innotuit. de electione.* Suar. *lib. 6. de voto cap. 8. in fine.* Trullench. *lib. 2. Decal. cap. 2. dub. 30. num. 8.* Palaus *loc. cit. num. 10.* Tambur. *3. Decal. cap. 16. §. 3. num. 35.* Reginaldus *lib. 18. num. 324.* Bordon. *loc. cit. num. 33.* Faustus *2. Thesauri quæst. 36.* ajens, etiam sine causa posse irritari vota à successore æqualis jurisdictionis; & *quæst. 162.* dicens, Prælatum successorem Superiorem validè irritare vota emissa cum licentia prædecessoris. Leand. *loc. cit. quæst. 40.* dans decem alios Doctores.

2074 *Superior dãs licentiã vovendi, potest irritare votũ, etsi promiserit non irritare.*

Quarto, vota emissa cum licentia Superioris possunt irritari ab eodẽ Superiore, etiam si promiserit se non irritaturum, juxtà trilemma aliàs expositum. *Primo*, si intelligatur nolle irritare sine causa votum ejus licentia emissum; tunc enim cum causa validè, & licitè irritat, quia promissio non irritandi intelligitur in sensu, quo ejus auctoritas minùs diminuitur: ut enim in dubio nemo patrimonium, ità auctoritatem dominativam in dubio non præsumitur se velle minuere. Cajetanus *2. 2. quæst. 88. art. 8. dub. penult.* Suarius *tom. 2. de Religione lib. 6. de voto cap. 8. num. 7.* Sanch. *4. Decal. cap. 27. num. 17.* Bordon. *tom. 2. res. 14. num. 34.* Bonac. *disp. 4. qu. 2. puncto 7. §. 2.* Leander *loc. cit. quæst. 41. & 42.* dans viginti quatuor Doctores, contra Riccardum in *4. dist. 38. art. 4. quæst. 3.*

2075 *Aut quousque voluerit illud irritare.*

Secundo, si dedit licentiam voventi liberè exequendi votum, sine voluntate se adstringendi ad non irritandum: puta, voveas, & votum exequere quousque irritavero, donec mihi placuerit; tunc potest votum irritare liberè, nam suam facultatem non coarctavit, & ità præsumitur in dubio consensum præstitisse, quia ità minùs minuitur ejus auctoritas, & subditus merito obedientiæ etiam votum intereà implet.

Hinc tertio:

An autem possit ità licentiam dare, ut ex causa ei non liceat irritare?

2076 *Non debet dare licentiã vovendi, & cum causa non irritandi illud.*

NEga: nam talis licentia esset contra bonum subditorum, & regimen personarum, debet namque Superior consulere cum causa rationabili subditis.

Hinc resolvitur:

Quale peccatum faciat Superior revocans licentiam vovendi, vel votum irritans ejus licentia emissum?

2077 *Cum causa Superior irritans Votũ non peccat.*

DIstinguas: vel cum causa, vel sine causa revocat.

Cum causa nullum; nam rationabiliter operans non peccat. Leand. *loc. cit. quæst. 45.* dans decem, & septem Doctores.

Sine causa, & promiserit se non irritaturum votum, peccat.

Sine causa, subdistinguas: vel dans licentiam promisit se non revocaturum, & tunc peccat ex *Numerorum cap. 30.* venialiter ob solam violationem fidelitatis adstringentis ad veniale, si nemini graviter præjudicet. Sotus *7. de justit. quæst. 4. art. 3.* Suarius *6. de voto cap. 4. in fine.* Bonac. *disp. 4. quæst. 2. puncto 7. §. 2. num. 29.* Diana *part. 4. tract. 4. resol. 110.* Palaus *disp. 2. puncto 3. §. 2. num. 9.* Leand. *quæst 44.* dans novem Doctores. Sanch. *4. Decal. cap. 27. num. 28.* & *lib. 9. de matrimon. disp. 40. num. 7.* dans triginta duos Doctores: vel mortaliter, ut parum sibi constans vult Leander *loc. cit. qu. 49.* dans plures. Cajet. *2. 2. qu. 88. dub. 8. art. 3.*

An subditus sine causa petens irritationem Voti emissi cum licentia Superioris, peccet?

2078 *Vovens, petens irritationem sui voti emissi cum licentia, ab æquali Superiore, vel majori, non peccat.*

DIstinguas: vel petit irritationem à dante licentiam, vel ab ejus Superiore, vel æquali.

Si ab ejus Superiore, vel æquali, non peccat; nam tunc nec peccant irritantes, quibus nec tenetur dicere se vovisse licentia Superioris; nam nullo jure id exigitur, nec id minuit irritantis potestatem.

A dante licentiam pec-cat.

Si petat irritationem à dante licentiam, memore, vel immemore licentiæ.

Subdistinguas: vel Superior dando licentiam se obligavit ad non irritandum ex fidelitate: tunc erit tale peccatum petentis, quale Superioris inducti. Si verò se non obligavit ad non irritandum, sed permisit subdito votum, integra sua potestate, tunc non peccat Superior, nec ab eo petens irritationem. Sanch. *4. Decalogi cap. 27. num. 30. 34. & 36.* Palaus *disp. 1. de voto puncto 3. §. 2. num. 10.* Trullench. *lib. 2. cap. 2. dub. 30. num. 7. & 8.* contra Pejerinum *tom. 2. tract. 2. de Prælato quæst. 3. cap. 3. num. 13.* dicentem non peccare, nam procurat levari ab onere.

An durante subjectione, valeat Superior irritare Votum tunc emissum, respiciens tempus solutæ subjectionis?

2079 *Superior irritare potest votum subditi respiciẽs tempus solutæ subjectionis.*

AFfirma posse irritare, & irritata non reviviscere pro tempore solutæ subjectionis; nam tali voto deponit de præsenti actum voluntatis, in quo habet Superior dominativam potestatem: & sic absolutè potest illud tollere, ità ac si nomquam fuisset emissum.

Secundo, quia tale votum adhuc indiget majori deliberatione, & emittitur tempore immaturi consilii. *cap. 1. de voto*; Meritòque ei debet consulere Superior.

Tertio, quia obligationes initæ à pupillo, à minore, à filiofamilias respicientes tempus, quo erit sui juris, extra Tutoris, Curatoris, Patris potestatem, adhuc sunt infirmæ. *l. 1. D. ad Macedon. l. 1. C. ad Velleian.* & à Tutore, Curatore, Patre, Marito rescindi valent, nisi sui juris factus posteà illa ratificet. *l. denique. 3. D. de minoribus.*

vibus. Ergo etiam irritari poterit votum emissom subjectionis tempore, respiciens tempus non subjectionis.

Quarto, facit textus in *cap. fin. de sententia excommunicat.* ubi inspicitur tempus commissi delicti. *l.1. D. de pœnis*; & ità docet Sotus 7. *de justit.qu.3.art.1.* dicens Patrem posse irritare tale votum etiam puberis. Azorius *tom.1. lib.11. cap.17.quæst.19.* Sayrus 6.*Clavis cap.10.num.29.* Reginaldus *lib.18.num.*309. Lessius 2.*de justit. cap.40.dub.10.num.*80. Sanch. 4.*Decal.cap.29. num.*7. Valentia 2.2.*disp.6.quæst.6.puncto* 6. Suarius *lib.6. de voto cap.6. num.7.* Faustus 2. *Thesauri qu.* 85. & *qu.* 97. licèt de pobere inde vovente neget *qu.* 108. cum Lessio, & Sanch. Bonac. *qu.4.disp.2.punct.7.§.2.num.22.*

2080 Opponitur regula juris. Dices, idem est respicere tempus habile, ac fieri in tempore habili. *l.in tempus, D. de hæredibus instituendis*; ergo idem est votum respicere tempus solutæ subjectionis, ac fieri in tali tempore.

Quæ explicatur. Distinguitur antecedens, quando actus, quò fit, nemini de præsenti præjudicat, concedo antecedens; quando alicui præjudicat, nego antecedens. Porrò actus præsens infirmus, subditus dominativæ potestati, non potest dominativæ potestati præjodicare, & ità ab illa potest irritari, ità ac si non emanasset.

Hinc fortiùs resolvitur:

Quid dicendum in dubiis: an respexerit tempus habile, scilicet solutæ patria potestatis?

2081 In dubio de tempore habili irritandi, potest votum irritari. Dicas: Patrem posse tale votum irritare ex dictis, & quia talis intentio est facti, in dubio non præsumendi, & quia Pater est in possessione irritandi, & in tali dubio non debet possessione privari. Trullench *lib.2.Decal.cap.2. dub.39.num.10.* Bonac.*loc.cit.* contra Sanchez 4. *Decal.cap.32. num.* 13.

An Votum emissum ante subjectionem irritari valeat secuta subjectione?

2082 Votũ emissũ ante subjectionem nequit irritari si sequatur subjectio. Nega: quia purè emissum, nomquàm pendens à voluntate dominativa alterius, acquisivit jus firmum, qua firmitate nequit orbari, & sic suspenditur, sivè indirectè irritatur, superveniente subjectioe, subtractione materiæ, vel incompossibilitate præcepti, & subjectione soluta repullulat. *can. noluit*, ibi: *si antequam persolverit, & nupserit, & viro ejus hoc cognitum non placuerit: non persolvat.* 33. *qu.*5. ubi Archidiaconus, & Bellamera *num.* 1. Navarrus *cap.12. num.*61. Rosella v.*votum* 2. *num.*7 Suarius *loc.cit.cap.6.in fine.* Sanch. 4.*Decal. cap.*31. *num.*2. contra Vegam *tom.2.Summa cap.* 129. *casu* 20.*in fine.* ajentem vota ante emissa à viro, deinde irritata, solutis nuptiis non reviviscere.

Dices, vota emissa ante professionem sequenti professiooe extinguntur, nec reviviscunt professione deinde dissoluta, vel professo ejecto. *cap.scriptura.* 4. ubi Gonzalez *num.4. de voto*; ergo soluta subjectione, nec debent reviviscere alia vota ante subjectionem emissa.

2083 Professio extinguit vota ante emissa, nõ subjectio. Nego consequentiam, quia professio extinguit votum perfectissima solutione. *cap.qui post votum.*5.*de Regularibus in* 6. Sylvest. v. *votum.* 4. *qu.*7. *dicto* 3. Bordon. *tom.*2. *res.*14. *num.*52. Cajetan. 2.2. *qu.88.art.12.ad primum.*

An Votum semel irritatum reviviscat, dominativa potestate deinde soluta?

2084 Votũ semel irritatum non reviviscit. Nega: sivè dominativa potestas respiciat voluntatem, sivè bona; voluntatem in impubere, bona in pubere; nam actus voluntatis voto essentialis semper imbibit conditionem saltem tacitam, si Superior non dissenserit, si Superior consenserit. D. Thomas 2.2. *qu.* 88. *art.8.ad 4.& art.12. ad 2.* ibi: *intelligitur conditio si placuerit Patri, vel Domino.* Valentia 2.2.*disp.6.qu.6.puncto* 6. Suarius *tom.2. de Religione lib.6.de voto cap.1. num.*5. Ergo conditione non purificata votum evanescit, ut evanescunt cęteri actus conditionales corruente conditione; licèt namque Superior dominativus rei, non sit dominativus voluntatis, nequeatque voluntatis actum abolere: Ex voluntate tamen subditi jure disponente voventis, si Superior consenserit, res ac voluntas vovendi Superiori subditur, eoque dissentiente, actus vovendi, ut non purificatus, est nullus. Abolensis *cap.* 30. *Numerorum. qu.*879. 86. *&* 91. Angelus v. *votum* 2.*num.finali.* Sylvester v.*votum* 4. *quæst.*2. Cajetan. 2.2. *qu.*88. *art.*8. *dub.penult.* Armilla v.*votum num.*12. Sayrus 6.*Clavis cap.10.n.*13. Sotus 7.*de justit.qu.3.art.1.* Vega *to.2.cap.*129. *casu* 120. Toletus 4.*Summa cap.18.num.9.* aliique plures congesti à Sanch. 4. *Decalogi cap.* 26. *num.*4. Faustus 2.*Thesauri qu.*86 *qu.*89.*qu.*105. ajens vota irritata à Patre non reviviscere, etiam cessante patria potestate. Contra Suarium *loc.cit.cap.1.num.*5. Rosellam v.*votum.* 2. *num.*16.*&* 7. D. Antoninum *part.2.tit.11.cap.2. §.6.* Paludaoum in 4.*dist.*38. *qu.4.art.*2. Valentiam, & alios, ajentes votum irritatum reviviscere cessante subjectione.

An Votum emissum ab existente in potestate dominativa, valeat illa soluta potestate irritari, si non dum sit confirmatum?

2085 Si remaneat in Superiore vestigiũ superioritatis, adhuc potest vota irritare non confirmata. Distinguas: vel soluta soperioritate remanet illius residuum, ut transacta impubertate, vel pubertate, adhuc pater remanet naturaliter dominus, eique à filio parendum. Vel prorsus potestas extinguitur, ut transacta impubertate desinit Tutoris potestas. *l. Lucius.* 97. *§.Paulus, D.de administr.Tutorum.*

Secùs si extinguatur. Si omninò extinguatur potestas; tunc cum illa extinguitur vis irritandi vota. Nam vis irritativa constituit ut pars dominativam Superioritatem, & cum illa corruit. Suarius *to.*2. *de Religione lib.6. de voto cap.6. num.*24. Sanch. 4.*Decal.cap.*30.*num.*21. Bordon.*tom.* 2.*resol.*14. *num.*40. Sicque nequit Tutor, Curator, Superior Religionis irritare vota impuberis, minoris, professi, soluta ejus potestate. DD.cit.

Si remaneat vestigium dominativę potestatis, tunc potest irritare votum non confirmatum. Et vestigium dominativæ facoltatis satis ad irritandum; nam satis ad regulandum, regendum, & habens residuum soperioris potestatis, utitur privilegiis concessis habentibus illam potestatem. Sic fruitur privilegiis officii ille, apud quem sunt reliquiæ officii. *l.unica, Cod.ut causa post pubertatem. l.servos, C. de quæstionib. l.quicumque, §.fin. D.de publicanis.* Non enim debet effectus impediri causa remanente; & sic Baldos in *l.generaliter columna 4. C.de Episcopis, & Clericis*; & in *l.observare, §. proficisci quæst.7. de*

officio

officio Præsidit; ait puniri, ut punitur injurians Officialem, tempore syndicatus, quia remanent tunc reliquiæ officii. Napodanus in *Consuetudinr: Sed & mulier, v-quod ista*; & ità docet Cajetan. 2. 2. *quæst.fin. art.5*. Sayrus 6.*Clavis cap.* 10. *num.* 28. ejentes non censeri confirmatum executione credentis se voto adstringi. Suarius *loc.cit. lib.6. cap.6. nu.8*. Azorius *tom.1.lib.11 cap.17.qu.7*. Lessius 2.*de justitia cap.40.dub.10 num.79*. Faustus 2. *Thesauri qu.114*. contra Rosellam v.*votum* 2. *num.13. concl.3*. Sotum 7. *de justit.qu.3.art.2. dub.fin.* Vegam *tom.2.Summæ cap.129.casu* 90.

2086 Infertur patrem posse irritare vota filii impuberis transacta pubertate,

Hinc primo fit, patrem transacta impubertate posse irritare omnia vota filii impuberis non confirmata, quia adhuc remanet pater familias.

2087 Et filii sub patria potestate, ipsa transacta.

Secundo fit, patrem posse irritare vota emissa à filio familias extincta patria potestate, quia adhuc remanet pater jure naturæ, habens potestatem dominativam filii. Et major est potestas naturalis patris in filios, quàm civilis. Et jus naturalis regendi filios emancipatione non admittitur. Caram. *Intentionale lib.1.n.174*.

2088 Idem dicas de matre.

Fit tertio, matrem posse irritare filii vota, quia emissa sub tacita conditione, non, si pater consenserit, ut gratis assumit Tamburinus *loc.cit.* Leand.*par.7. tract.1. disp.16. qu.25*. Sed si habens potestatem consenserit, vel non dissenserit, quicumque sic. & mater donec vixerit ast mater, cui filius naturaliter subesse debet.

2089 Et de Patrono respectu voti liberti ante manumissionem emissi.

Quarto fit, patronum posse irritare vota liberti ante manumissionem emissa, post manumissionem non confirmata; quia remanet in patrono vestigium dominativæ potestatis ratione juris patronatus. Valentia 2.2.*disp.6.quæst.6. puncto 6. in fine, v.illud autem*; contra Sanch. 4 *Decal.cap.30.num.32*. dantem octo Doctores. Suarium *lib.6.de voto cap.6.num.18*. Faustum 2. *Thesauri qu.136*. Bejam *par.1. responsorum cap.* 40. Lopez *par.1. cap.* 48. Sayrum 6. *Clavis cap.* 10. *num.76*.

2090 Et de Tutore remanente Curatore.

Quinto fit, vota emissa à pupillo irritari posse ab illo, qui ex Tutore factus est ejusdem Curator; quia Curator retinet vestigium potestatis Tutoris, gubernando, etiam indirectè personam minoris.

2091 Atque de Tutore irritante vota pupilli facta tempore antecedentis Tutoris.

Sexto fit, sequentem Tutorem posse irritare vota impuberis, emissa tempore Tutoris ejecti, nam in sequenti Tutore etiam invenitur vestigium ejecti, & patriæ, ac dominicæ potestatis. *l.qui fundum. 7.§.si Tutor, D.pro emptore. l.Tutor.17. D.de administr. Tutorum*. Antonius Faber 2.*Codicis tit.2.defin.3.num.5*.

2092 Idem dicas de Curatore irritante vota emissa dū erat pupillus in potestate Tutoris.

Septimo fit, Curatorem validè irritare vota in potestate Tutoris à pupillo emissa; quia dominativa potestate fruitur, etiam circa personam, licèt primario circa res. *l. in copulandis, C.de nuptiis. l.1. D. de Curatore furioso, & aliis dando*. Sicque in Curatore remanet vestigium potestatis illius, quam respiciebat vovens, emittens votum sub conditione à lege imbibita, nisi Superior dissentiat. Sanch. 4 *Decal.cap.30. num.15*. contra Suarium *loc.cit. cap.6. num.24. & 25*.

2093 Vir irritat vota uxoris, emissa constante alio matrimonio

Octavo fit, sequentem virum posse irritare votum emissum tempore jam constantis, nunc soluti matrimonii, nam in secundo remanet potestas primi viri.

2094 Quod dicas de Religioso respectu præsentis Superioris.

Nono fit, Superiorem advenientem validè irritare vota emissa à Religioso sub præcedenti Superiora, quia sequens habet præcedentis dominicam auctoritatem.

2095 Superior nequit irritare vota professi si fiat Episcopus.

Decimo fit, Superiorem Religionis nequire vota emissa in Religione irritare, postquam Religiosus assumptus est ad apicem Episcopalem, quia nullam Superior Religionis tunc in Episcopo potestatem retinet.

2096 Nec transeūtis ad aliam Religionem.

Undecimo fit, non posse Superiorem Religionis irritare votum transeuntis ad aliam Religionem, quia non est illius Superior; posse tamen, illo repetenta Religionem primam. Suarius *loc.cit. cap. 7. num.9*. Contra Sà v. *votum. num. 5*.

In dubio an Superior amiserit potestatem irritandi Vota, an possit vota irritare?

2097 In dubio de potestate irritandi, videtur adhuc posse.

Affirma: nè irritandi possessione in dubio spolietur. Sicque in dubio an votum fuerit emissum tempore impubertatis, pater irritare valet, quia pater tunc est in potestate irritandi, qua in dubio non debet orbari. Dubitare namque an votum sit emissum ante, vel post pubertatem, est dubitare an adfuerit id, quo tollitur potestas irritandi. Res autem certa existens non tollitur à re dubia. Et licèt votum sit verum, possideatque respectu voventis, eumque obliget etiam ante, & post pubertatem, non possidet tamen respectu patris antiquioris potestatis. Suarius *tom.2. de Religione lib. 6. de voto cap.6.num. 1*. Sanch.*de matrimon.disp.41.nu.39*. Arriaga *tom.3.de actibus humanis disp.25. n.56. in fine, & 57*. Sic in dubio an votum fuerit emissum ante nuptias, ante servitutem, non datur possessio voti pro illo tempore, & consequenter vir, Dominus potest votum irritare; nam habet certam facultatem irritandi, comprehendentem casus ab illa facultate non exclusos.

Rursus irritari potest votum in dubio, an fuerit confirmatum, & si fuit confirmatum, an in dubio fuerit confirmatum in ætate impubari, nam confirmatio, & lapsus ætatis et facti in dubio non præsumendi, ut demonstrat 12.*selectarum mearum*.

An Vota emissa à subditis dominativæ potestatis, sint irrita?

2098 Vota emissa à subditis dominativæ potestatis sunt pura, & irritabilia.

Nega: sed sunt pura, subordinata dominativæ potestati, non conditionalia, si scilicet consenserit, vel non dissenserit pater, Superior. *Can.Monacho.2*. ibi: *Monacho non licet vovere sine consensu Abbatis: si autem voverit frangendum erit*. 20. *qu. 4. l.2*. ibi: *filius enim familias sine patris, dominique auctoritate voto non obligatur, D.de pollicitationibus*. Et ut gestæ inter vivos conditionalia obligantia, irritabilia, ab initio tenent. *l.1. D.de condit. & demonstrat*. Sunt tamen pura, sed non præjudicantia potestati dominativæ, & ideò à dominante irritantur; licèt sine conditione emissa. Hinc nulla lis, quæ magna agitatione exardescit inter Valentiam, & Sanchez.

Affirmet namque non obligare Valentia post Hostiensem, Riccardum, & Paludanum 2. 2. *disp.6. qu.6.pun.6*. ut ab initio purè non obligat matrimonium sub conditione, si pater consenserit. Conditio namque suspendit.

Sed purè obligare ait D.Antoninus 2.2.*tit.11. cap.2.§.6*. Sanchez dans triginta quatuor Doctores

res 4. *Decal. cap.* 25. *n.* 6. Bordonus *tom.* 2. *ref.* 14. *num.* 58. quia est conditio non positiva, si consenserit, sed negativa, si non consenserit, quæ conditio negativa est verificata quousque Superior non dissentiat.

Habeo in hoc difficultatem ex paritate matrimonii emissi sub conditione, nisi pater dissenserit, quod ab initio nec est purum, secus non posset deindè patris dissensu irritari, & copula esset licita ante patris dissensum. At id à veritate alienum; ergo conditio, si non dissenserit, etiam actum suspendit, donec purificetur positivo consensu, vel positivo non dissensu; ità ut per actum voluntatis eliciat non dissentire.

Illi, qui in specie irritare valent Votum?

§. XIV.

2099 ORatione modò percurramus singulos Superiores vota subditorum irritare potentes; suntque omnes, & singuli dominativa potestate fruentes. Et primo occurrit pater, & mater.

De Potestate parentum irritandi Vota filiorum.

2100 Potestas irritandi vota est in Patre.

PArentes, pater scilicet, & mater dant filio esse; sicque acquirunt naturale dominium filii, ratione cujus filius naturaliter subordinatur parentibus, eosque ut Superiores respicit; effectus namque respicit causam ut dantem esse, & sic ut dominantem; nam dare esse est dominari, disponendo circa esse datum. Plato in *Dialogo* 3. *de legibus*. Aristoteles 1. *Politicorum* 3. sicque peccator dicitur servus diaboli, quia quoad peccatum est ex patre diabolo. Joannis 8. *num.* 44. *can. cavete.* 22. *qu.* 5. S. Basilius *de Spiritu Sancto cap.* 20. Tolosan. 14. *syntagmatum cap.* 1. *num.* 8. tantique erat apud Ethnicos hæc subjectio, ut dominium necis; & vitæ habuerit pater. *l.* 2. *D. de his, qui sunt sui, vel alieni juris.* Halicarnasseus *lib.* 2. *de Antiquitatibus Romanis.* Carsm. 1. *Intention. n.* 174. Esse nō tantùm agnoscit à patre, sed etiam à matre, cooperante non solùm passivè, ut volunt Peripatetici, sed etiam activè, ut alibi docuimus. & Medici cū Galeno.

2101 Et Matre.

Et tamen sivè activè cōcurrendo efficienter, sivè passivè subministrando materiam, semper in filio est pars matris, quæ majori diligentia, angustia, dolore, filium custodit, parit, eique prospicit non solùm lacte, sed intimo cordis affectu; sicque filius matri alimenta dare, eique jure naturæ subesse debet.

Nec officit, uxorem subditam virò. Nam filius debet subesse matri, & patri; nec est ratio cur magis patri, quàm matri docente natura, exemplo animantium matri obsequentium.

An ad irritandum Vota requiratur patria potestas?

2102 Patria potestas non requiritur ad irritanda vota.

NEga: sed satis est potestas dominativa naturalis regendi personam, bona, domum, prospiciendi, gubernandi singulorum bona. Patet, quia major est naturalis dominatio, quàm inducta à lege humana vi patriæ potestatis.

Secundo, quia non habentes patriam potestatem, irritant, ut Domini, Superiores Religionum, Vir. *Numerorum* 30. ergo satis est potestas dominativa, licèt non descendens ex patria potestate.

Tertio, quia pater irritare valet vota filii naturalis, & spurii, qui non sunt sub patria potestate, ut docet Sanch. 4. *Decal. cap.* 35. *num.* 49. *&* 82. Castrus Palaus *disp.* 2. *puncto* 7. *num.* 5. Tamburin. 3. *Decal. cap.* 16. §. 3. *num.* 9. Leand. *part.* 7. *tract.* 1. *disp.* 16. *quæst.* 79. *& quæst.* 106. licèt parum consequenter *quæst.* 96. *quæst.* 108. velit vota egressi à patria potestate non irritabilia à patre, & concludens *quæst.* 101. 102. 103. à patre professo, etiam ejecto, non posse irritari vota filii. Et ajens *quæst.* 104. filii professi vota non irritabilia à patre.

Quarto, quia non ab avo habente patriam potestatem. *l. nam Civium, D. de his, qui sunt sui, vel alieni juris. l. sic eveniet, D. de adulteriis.* Sed à patre vota filii irritantur, quia patris, non avi est superesse familiæ, consulere filiis, disponere domum, ut ait post Palaum, Sanch. Suarium, Tamburinus 3. *Decal. cap.* 3. §. 1. *num.* 13. Leand. *part.* 3. *tract.* 1. *disp.* 16. *quæst.* 123. Ergo non consideratur potestas inducta jure positivo, quando concurrit cum potestate juris naturalis dominandi; ergo patria potestas non conducit necessariò ad irritandum vota.

Disquiramus ergo primo de Patre. Secundo de Matre. Tertio de Tutore succedente loco Patris. Quarto de Curatore habente vestigium patriæ potestatis.

Pater.

HAbet filios impuberes, & puberes. Impuberes pro pueris sumuntur in *l. penult.* §. 1. *D. de rebus eorum. l.* 3. §. *si dus, D. de Carboniano Edicto*; & extenditur talis ætas in masculo usque ad decimum quartum completum, in femina ad duodecimum completum; & notavi 1. *Pantonomodidascalia num.* 287. Agamus primo de irritando voto impuberis. Secundo de irritando voto puberis. 2103 Filii, aut puberes, aut impuberes sunt.

Impuberis.

VOta, & juramenta omnia realia, personalia, mixta, perpetua, ad tempus, etiam Religionis, Castitatis, etiam si malitia suppleat ætatem, etiam exequenda tempore pubertatis, etiam de peculio castrensi, & quasi, irritare potest pater, etiam suo consensu emissa. 2104 Omnia vota filii impuberis Pater irritat.

cap. venientis 2. ibi: *in puerili ætate*; ubi Gonzalez *num.* 5. *de voto. can. mulier.* 32. *quæst.* 2. Concilium Toletanum X. *cap.* 6. relatum in *can.* 1. 20. *quæst.* 2. Concilium Triburiense *can.* 24. relatum in *can.* 2. 20. *quæst.* 2. voluntas namque filii patri subest jure naturæ. *l. in negotiis.* 5. *in fine, D. de regul. juris. l. pupillus, nec velle, nec nolle in ea ætate, nisi apposita Tutoris auctoritate creditur, vel eius, cui bonis interdictum sit nulla voluntas est.* 41. *D. de regul. juris*: est namque infirmi consilii. *l. fin. D. de manumissis vindicta. l. furiosi, D. de regul. juris*; & censetur ignorare, quæ videt. *l.* 5. *C. de falsa moneta.* D. Tho. 2. 2. *qu.* 88. *art.* 9. & *qu. fin. art.* 5. *ad* 3. Sanch. 4. *Decal. cap.* 35. *num.* 7. 10. *&* 11. Lessius 2. *de justitia cap.* 40. *dub.* 14. *num.* 82. Caram. *Regulari num.* 460. Bonac. *tom.* 2. *disp.* 4. *qu.* 2. *punct.* 7. §. 2. *num.* 18. Bordonus *tom.* 2. *ref.* 14. *num.* 76. Glossa in *cap. ad nostram.* in *cap. postulasti. de regularib.* Valentia *tom.* 3. *disp.* 6. *qu.* 6. *puncto* 6. v. *quinta quæstio.* Bassæus v. *votum.* 2 *num.* 4. Diana *par.* 4. *tract.* 4. *resol.* 29. Leand. *part.* 7. *tract.* 1. *disp.* 16. *qu.* 72.

qu.72. 73. 74. contra Vivaldum 3. *par. Candelabri cap.*14. *num.*99. ajentem solùm posse irritare realia, & non personalia sibi impræjudicialia.

Contra Paludan. in *4. dist.*39. *qu.*3. *qq.*2. negantem posse irritare votum Religionis emissum à proximo pubertati.

Contra Innocentium in *cap. scriptura. de voto* Aragonium 2.2. *qu.*88. *art.*8. ajentem non posse irritare votum exequendum in ætate pupillari, & sic nec votum Religionis.

Nec in oppositum cogit *can.*1. 20. *qu.*2. nam intelligitur de voto solemni professionis.

Nec officit *lex* 2. v. *votum*, *D. de pollicitationibus*. Nam ibi est sermo de voto reali requirente pubertatem ad efficacem obligationem.

An post pubertatem possit Pater irritare Vota emissa ab impubere?

2105 Post pubertatem filii pater irritat ejus vota nō ratificata.

AFfirma: nisi in ætate puberi fuerint ratificata, non intentione servandi votum, sed nova voluntate confirmando, ita ac si non fuisset ante emissum votum. *l. denique, D. de minoribus*; quæ ratificatione cessante, semper irritari valet votum ab initio infirmum, lapsu temporis non firmandum. argumento *legis* 1. *D. de pactis, & cap. fin. de sentent. excommun.* ubi sequitur obligatio sui ortus initium quoad pœnas, & absolutionem delicti dandam; nisi velis etiam cum aliis dicere, votum ab initio conditionale, si pater consenserit, vel non dissenserit, extendi ad omne tempus. cum Suario 6. *de voto cap.*6. *num.*8. Cajetan. 2.2. *qu.*189. *art.*5. Sanchez dans septem Doctores 4. *Decalogi cap.*30. *n.*9. 14. & 37. Leand. dans alios decem *loc. cit. quæst.*75. Faustus 2. *Thesauri quæst.*87. dans sex Doctores.

Contra Sotum 7. *de justitia qu.*3. *ar.*2. *dub. fin.* Rodriquez *tom.*2. *Summæ cap.*91. *nu.*6. Anglem, Aragon. & Vegam.

An Pater possit irritare Vota emissa ejus consensu ab impubere?

2106 Pater irritat vota filii, etiam emissa ejus cōsensu

AFfirma: primo, quia consensus patris non debet filium fragilem suo arbitrio relinquere.

Secundo, quia est ut minùs lædatur potestas dominativa: & sic intelligitur dedisse licentiam votum exequendi, donec voluerit pater.

Tertio, quia Superior potest irritare vota Religiosi, ergo etiam pater vota filii sua licentia emissa; nam in hoc Religiosus respectu Superioris est ut filius respectu patris. *cap. in præsentia. de probationibus.* Sanch. 4. *Decal. cap.*30. *num.*36. Fagundez *lib.*2. *cap.*33. *num.*17. Tamburin. 3. *Decal. cap.*16. §.3. *num.* 15. Faust. 2. *Thesauri qu.*96. ajens *qu.*98. posse irritare vota emissa, etiamsi pater dans licentiam, dixerit quoad votum se filium eximere à patria potestate. Idque ne impuberem committat propriæ fragilitati. Et ut lex, pupillo emancipato dat Tutorem, qui posset irritare tale votum. Ideò ipsemet pater habens tunc filium sub alas, debet illum tueri, & ab oneribus liberare, ut posset Tutor, cùm non sit minoris potestatis. Contra Suarium *lib.*6. *de voto cap.*6. *num.*15.

Dubitans an excesserit annos impubertatis, an possit à Patre obtinere irritationem Voti?

AFfirma: nè pater in dubio privetur certa irritandi possessione. Sanch. 2. *de matrimonio disp.*41. *num.*39. Sancius 43. *select. num.*9. Faust. 2. *Thesauri qu.*88. Arriaga *tom.*3. *de actibus humanis disp.*25. *num.*56. & 57. Suarius *tom.*2. *de Religione lib.*6. *de voto cap.*6. *num.*1. 2107 Dubitās excessisse impubertatem potest impetrare à patre voti irritationem.

Puberum, etiam Sacerdotum, & conjugatorum Vota usque ad minorem ætatem.

OMnia præjudicantia œconomicæ gubernationi, ac patriæ potestati irritare valet Pater. Patet ex *l. Deo nobis.* 44. §. *hoc etiam, C. de Episcopis, & Clericis*, & ex *l.*2. *D. de pollicitationibus*. 2108 Vota puberum præjudicātia œconomicæ gubernationi pater irritat.

Secundo, quia votum nequit alteri præjudicare. D. Tho. in *4. dist.*38. *qu.*1. *art.*1. *qq. ult. ad* 2. & 2.2. *qu.*88. *art.* 8. *ad* 2. ubi Cajetan. Navarr. *cap.* 12. *num.* 70. Durandus in 4. *dist.* 38. *qu.*1. *art.*7. Suarius *lib.*6. *de voto cap.* 5. *num.*4. Trullench *lib.*2. *cap.*2. *dub.*34. *num.*3. Bordon. *tom.*2. *res.*14. *num.*16. & 76. Faustus 2. *Thesauri qu.*101. & 102. Leand. *par.*7. *tract.*1. *disp.*16. *qu.*81. dans undecim Doctores, & *quæst.*83. dans viginti quatuor Doctores, & *qu.* 87. cum undecim Doctoribus, dicens puberem minorem posse vovere de castrensi, & quasi; & *quæst.* 90. idem dicens de adventitiis, in quibus pater caret usufructu. *qu.*84. 85. 86. loquens de aliis peculiis. Contra Angelum *quæst. unic. de voto* 2. *part. art.*7. *difficult.*12. *dub.*6. ajentem puberum vota omnia à patre irritabilia.

An Pater valeat irritare vota puberis sibi non præjudicantia?

VOta sunt promissiones imitantes naturam contractuum, & sic putaverim vota illa irritabilia, quorum materia, si esset contractus, à patre esset irritabilis. Itàut nequit facere contractus sine licentia patris familiæ, ità nec votum, quia votum sequitur naturam contractus. 2109 Vota imitantur naturā contractuum.

Secundo, quia pater debet etiam filiis puberibus superesse, illos diligere, dirigere, corrigere. *can. non putes* 36. 23. *quæst.*5. *cap. cum in juventute.* 12. *de purgatione Canonica. can. paratus*, §. *nam in corripiendo.* 23. *qu.*4. *can. non vos.* 43. 23. *qu.*3. *Proverb. cap.* 13. *num.*24. Ut ergo debet, & potest prospicere filiis puberibus, etiam in illis, quæ non concernunt œconomicam gubernationem in rebus corporis, & animæ. Cur non etiam in votis? maximè, quia agitur mitiùs cum Deo, quàm cum homine; Ex quo est tertia ratio, potest irritare contractus, quibus obligatur Deo, nam mitiùs agitur cum Deo, quàm cum homine. 2110 Pater etiam filiis puberibus superest.

Quarto licèt non præjudicetur œconomicæ gubernationi, præjudicatur dominativæ potestati, jure naturæ competenti patri, non amissæ lapsu impubertatis, Et sic nisi à jure fuerit coarctata talis naturalis dominativa potestas, adhuc irritare vota poterit jure non excepta. Et ità docet Innocentius in *cap. scriptura.* 4. *nu.*3. *de voto.* ubi Hostiensis *num.*7. Joannes Andreas *num.* 4. Cardinalis *num.*6. *qu.* 12. Ancharanus *num.*8. *de voto.* Sylvest. v. *votum.* 4. *qu.*2. Tabiena v. *votum* 5. *qu.*5. *num.*6. Ovandus 4. *dist.*38. *disp. un. proposit.*24. Sotus 7. *de justitia quæst.*3. *art.*2. 2111 Videtur patrem posse irritare vota puberis, etsi ei non præjudicent.

art.2. concl.4. ajentes, omnia vota posse irritare, excepto voto Religionis. Et Ego exciperem etiam votum suscipiendi Ordines Sacros, quia est electio status puberi concessa. Sed de hoc mox redibit sermo. Contra Leandr. Suarium, Sanch. *loc. cit.*

Vota puberum a Patre non irritabilia.

2112 Pater nequit irritare votum Religionis filii.

PRimo, nequit irritari votum Religionis, licèt indè bona transeant in Monasterium. *Auth. ingressi, C. de Sacrosanctis Ecclesiis, §. sed hoc præsenti. Auth. de Sanctissimis Episcopis*; non enim pater habet potestatem dominativam impediendi statum filii.

2113 Nec suscipiendi Ordines Sacros

Secundo, nequit irritare votum suscipiendi Ordines Sacros. *§. sed hoc præsenti. Auth. de Sanctissimis Episcopis*. Et ut nequit impedire nuptias carnales, ità nec spiritnales, & sic nec votum Castitatis. S. Tho. 2. 2. *qu.*189. *art.*2. Suarius *loc. cit. num.*4.

2114 Et frequentandi Sacramenta.

Tertio, votum Sacramenta frequentandi, Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & implendi præcepta Ecclesiæ, moderatè se mortificandi, jejunandi, nam id est juxtà statum Christianæ Religionis, cui se accommodare jure quilibet debet. Sicuti pater non habet jus, nè filius assumat Religionem Christianam, ità nec habet jus, ut filius non faciat, quæ sunt Religionis Christianæ.

2115 Tamen non sine contra patris obedientiam, & ejus regimen.

Non tamen debet subterfugere patris obedientiam, nec valet turbare regimen familiæ in bonis, & personæ administrandis, sicque votum immoderatæ orationis, jejunii, vigiliæ, eleemosynæ in bonis à patre administrandis irritari valet. Suarius *lib.6. de voto cap.5. num.4.* Sanchez *loc. cit.*

2116 De Castrensi, vel quasi votum pater illud non irritat.

Ex quo de castrensi, & quasi peculio à patre non administrato votum non est irritabile. Ut enim de illo filius ad profanas, ità fortiùs ad sacras, etiam patre dissentiente, disponere valebit. Navarrus *cap.12. num.*70. Faustus 2. *Thesauri quæst.*110. dans sex Doctores. Leand. *loc. cit. quæst.*87.

An Pater professus irritare valeat Vota filii secularis, vel professi?

2117 Pater professus, non irritat vota filii.

NEga non ex carentia patriæ potestatis, sed quia impedita est naturalis potestas dominativa impotentia administrandi, ac gubernandi familiam. Sanch. 4. *Decal. cap.*25. *n.*50. Bordon. *tom.2. ref.14. num.*26. Sicque puto patrem familias Novitium licèt retineat patriam potestatem, non posse irritare vota impuberis secularis, nec Novitii, quia illius regimen non habet. Contra Sanch. *loc. cit. num.*47. Bordon. *loc. cit. num.* 77. ut avus habens patriam potestatem. *l. nam Civium. D. de his, qui sunt sui, vel alieni juris*; nequit irritare vota nepotis. Tamburin. *lib.5. cap.3. § 1. num.*13. Leand. *loc. cit. qu.*123. quia regimen nepotis non habet.

An Vota irritata à Patre reviviscant extincta patria potestate?

2118 Vota irritata non reviviscunt, etiā cessante patria potestate.

AFfirma: non reviviscere, nè à privatione ad habitum detur regressus. Sanch. 4. *Decal. cap.*35. *num.*20. Contra Sayrum 6. *Clavis cap.*10. *num.*24. Aragon. 2. 2. *qu.*88. *art.*9. *columna ult.*

Mater.

COnsiderari valet vivente, & mortuo Viro. 2119
Sivè vivente, sivè mortuo Viro, est causa filii, sicque filius Matri subesse, & obtemperare debet ex quarto præcepto Decalogi. Primo de Nupta. Secundo de Vidua.

2119 Mater, vel nupta, vel vidua.

Mater sub Viri potestate.

UXor est Viro subdita, eique obtemperare tenetur. *Genesis 3. num.16.* ibi: *sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* D. Chrysostomus *Homilia 34. ad Corinth. cap.*13.

Est tamen domina sui filii, nam creata ad similitudinem viri in ejus adjutorium, simul dantes esse filio. *Genesis 2. num.* 18. ibi: *faciamus ei adjutorium simile sibi*; & *num.* 20. ibi: *adjutor similis ejus*. & verificatur illud *Proverbiorum 12. num.4.* ibi: *mulier diligens, corona est viro suo*; & *Proverbiorum* 31. ibi: *confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit, reddet ei bonum, & non malum*: Cum ergo uxor cum viro sit principium familiæ, dans esse familiæ, sunt caput familiæ, & descendentes ut viro, ità uxori tamquam capiti subduntur naturaliter; Suntque pars viscerum matris. *can. jam itaque. 8. 1. qu.4. l. semper cohus. 1. §. 1. D. de ventre inspiciendo.* Sicque uxor est vera Domina filiorum. Caram. *Intentionali lib.1. num.* 158. licèt careat civili patria potestate. *cap. fin. de conv. conjug. infidelium. §. 1. Institutionum de patria potestate.* Exceptis quibusdam casibus; de quibus Lucas de Penna in *l. quicumque, C. de fundis patrimonialibus lib.*11.

2120 Mater etiam est domina sui filii.

2121 Vir, & uxor sunt principium familiæ.

An Mater habeat curam filiorum, & familiæ?

AFfirmo. *Proverbiorum* 31. itàut ipsi competat erudire filios. *Proverbiorum* 31. ibi: *erudivit eum mater sua.* totum familiæ, & domus bonum promovere. *Proverbiorum* 31. *quæsivit lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum.* D. Clemens Alexandrinus *lib.*3. *pædagogiæ cap.* 10. ibi: *mulieri domum custodire, & auxiliari.* D. Ambrosius *de Virginibus in fine*, ibi: *domus tamen totius pacem gubernat.* D. Gregorius Theologus de sua matre, ibi: *rem enim domesticam industria, & solertia sua juxtà leges mulieri à Salomone statutas ità auxit, &c.* Et sic uxor rem totam familiarem lustrare, & augere debet. Schirlogus *tom.3. in Cantica vestigatione 33. num.*20.

2122 Mater curā habet filiorum, & familiæ.

Et matris est consulere filiis in temporalibus, & spiritualibus, realibus, & personalibus. *Matthæi 20. num.* 22. ibi: *dic ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, unus ad sinistram in Regno tuo.*

Eisque consulere debet.

Mater namque diligens filium suum. *cap. afferte. 7. de præsumptionibus*, ibi: *commota sunt viscera ejus super filios suos.* 1. *Regum* 3. non debet oblivisci filiorum. *can. ad Romanam.* 8. *in fine. 2. qu.6.* & diligens, amans, ottemor prospicit bonis, & consulit dilecto.

An vir, & uxor debeant habere unum velle, & nolle?

AFfirma: nam ideò indissolubiliter conjuncti, ut optatissima concordia perennent con-

2123 Vir, & uxor invicem assentiri debent.

conjugium. *Proverbiorum cap.* 19. *num.* 13. & *cap.*25. *num.*1. *&* 2. ibi : *vir, & mulier benè sibi consentientes.* D.Basilius Seleucienfis *Orat.*2.

Ex his habes naturale esse uxori consulere filiis, & familiæ. Hinc resolvas :

An habeat dominativam potestatem exigitam ad irritandum Vota filiorum.

2124 Mater potest irritare vota filiorum.

AFfirma: nam nihil est, quod deficiat, habetque omnia, quæ patri competunt ; & honore maritorum feminæ erigendæ, non deprimendæ sunt. *l. mulieres.* 9. *C.de incolis lib.* 10. *l.fin. C.de nuptiis. l.quisque.*4. *l* 5. *l. parentes.* 6. *D. de in jus vocando.* Intelligas nisi vir prohibeat, nam tali prohibitione jure facta. *Genesis* 3. *num.* 16. ibi : *ipse dominabitur tui* . coarctatur dominativa uxoris potestas, ut potestas supremi coarctare valet potestatem subalternatis Superioris.

An Mater præsente Viro, Tutore, & non contradicente, valeat irritare Vota filiorum, ut potest Pater?

2125 Mater præsente viro, aut Tutore, & non contradicentibus, potest vota filiorũ irritare.

AFfirma: quia etiam præsente patre dominativam curam habet filiorum, & bonorum jure naturæ. Patet ex dictis. Philiarchus *de officio Sacerdotum tom.*1.*par.*2.*lib.*3.*cap.*4. Pradus *cap.*3. *de voto q.*15.§.4.*num.*77. Margarita Confessorum *tit.de irritatione voti column.*2.*fol.*134. Contra Navarrum *cap.* 12. *num.* 64. Fagundez 2.*Decal.cap.*33.*nu.*11. Sanchez 4.*Decal. cap.*35. *num.* 79. Leandrum dantem triginta alios Doctores *par.*7 *tract.* 1.*disp.*16.*qu.*118.119. *&* 120.

An Patre absente, præsente Avo, vel Tutore, possit Mater irritare vota filiorum, ut poterat Pater?

2126 Et ipsa patre absente, etsi adsit Avus, vel Tutor, potest irritare vota filiorum.

AFfirma: quia magis subditur Matri filius jure naturæ. quàm Tutori, & Avo. D.Thomas *opuscul.*17.*cap.*13.*ad* 10. Sotus 7.*de institia qu.*3.*art.*5. ajens indistinctè parentes valere irritare filiorum vota. Pradus *loc. cit. num.*77. & Mater semper habet potestatem dominetivam, dispositivam regendi, & curam habendi filiorum, ob majorem affectum, quàm Pater. *cap afferte.de præsumpt.* contra Suarium *lib.*6.*cap.*5. *in fine,* & *cap.*6.*num.*19. Sanch.4.*Decal. cap.*35. *num.*38. Leandr. dantem decem, & octo Doctores *loc. cit. qu.* 119. fundatos quia Mater caret patria potestate.

An Mater irritare valeat Vota filii puberis.

2127 Etiamsi filii sint puberes.

AFfirma : ut de Patre dictum est, quia etiam puberibus filiis prospicit, eique filii subordinati vivunt. Sà v.*voti irritatio num.* 1. Vega *tom.*1. *cap.* 129. *casu* 96. Sayrus *lib.* 6. *Clavis cap.*10.*in fine.* Tamburin. *lib.*3.*cap.*16.§.3.*n.*25. Contra Suarium *lib.*6. *de voto cap.*5.*in fine.* Sanchez *loc.cit. num.*75. Trullench *lib.* 2. *Decalogi cap.*2. *dub.*36. *num.*4. Leand.*loc.cit. quæst.*122. motos quia tunc nec personam, nec bona regit. Cui satisfit; si dicas falsum jure naturæ, & usu, quo filius à Matre regitur.

Vidua: An irritare valeat Vota filiorum?

2128 Vidua similiter irritat vota filiorũ.

AFfirma: etiamsi non sit Tutrix, deficiatque, vel non deficiat Tutor ; nam ut præsente patre, ità præsente Tutore jus gubernandi habet, consulitque familiæ, & filiis. *Proverbiorum* 31. D. Ambrosius *in fine,* ibi : *matrum magis, quàm Tutoris interest filiorum recta educatio, & bonorum auctio, & naturaliter filiis invigilant, eorumque malo torquentur . can. afferte.* 7. ibi: *commota sunt viscera ejus. de præsumptionibus;* filiosque naturaliter tuetur . *can. ad Romanam* 11 2.2. *qu.*2. ubi Ecclesia, quia mater, tuetur fideles filios. Extravagans *Infidelis.de furtis.* Undè consultiùs à matre, quàm à Tutore filiis prospicitur. Doctores citati . Contra Sanch. *loc. cit.nu.*79. Suarium *loc.cit.n.*22. Tamburin. *loc. cit.cap.*16.§.3.*num.*21. Trullench *loc.cit.n.*1. Palaum *disp.*2. *puncto* 7. Leandr. *loc. cit.* ajentes, posse tantùm irritare deficiente Tutore.

Contra Azorium *tom.*1. *lib.*11. *cap.*17. *qu.*7. Vivaldum 3.*par.Candelabri cap.*14.*num.*97. Villalobos *tract.*34. *de voto difficult.*19.*in fine,* negantes posse irritare votum, etiam deficiente Tutore, quia deficit patria potestas.

An Mater transiens ad secunda vota, possit irritare vota filiorum primi matrimonii.

DIstinguas : vel transiens ad secundas nuptias retinet naturalem filiorum curam, vel non. 2129 Mater transiens ad secunda vota, si retineat curam filiorum, illorũ vota potest irritare.

Si primum, affirma posse irritare vota filii primi matrimonii, ut posset pater, quia retinet omnia exigita ad irritandum, & ut non amare esset impietas, ità non cognoscere parentem esset insania. Seneca 3.*de beneficiis cap.* 1. Matrique parendum. Seneca *loc. cit. cap. fin.* & magis matri, quàm patri filius obsequi, & subvenire tenetur, quæ utero tulit, dolore edidit, obstreticata est, & infinitos labores pro filio exhaurivit. Quintilianus *declamatione* 8.

Si verò filii curam deserat, ejus vota irritare nequit, quia caret tunc causa irritandi, scilicet potestate dominativa expedita ad bonum filii curandum. Secùs si illorum nõ habeat curam.

Emancipati, maioris.
An Pater, Materve irritare valeat Votum?

DIstinguas : vel post emancipationem adhuc regitur à parentibus eique, obediens, vel extra patris gubernium negotia, & actiones liberè exequitur. Si secundum, vota ab initio firma, nequeunt à parentibus irritari; quia tunc parentes carent expedita dominativa facultate. 2130 Pater, & mater valent irritare vota filii emancipati, si adhuc ab ipsis regatur.

Si primum, irritare valent, quia adhuc retinent filiorum regimen, possuntque filios dirigere, corrigere, eisque prospicere. *can. non est ulatur.* 3.5.*qu.*5. *can.non putes.*36.23. *qu.*5.*can.paratus*, §. *nam in corrigendo.* 23. *qu.* 4. *can. non vos.*42.23.*qu.*3. *cap. cum juventute.*2.*de purgatione Canonica.Proverbiorum* 13.*nu* 24. *l. si quis à liberis.*5.§.*fin.D.de liberis agnoscendis.*

An deficiente Matre, Avus, Avia, cæterique ascendentes possint irritare Vota descendentis?

2131 Matre deficiẽte, Avus, Avia posũt irritare vota descendẽtis.

AFfirma : eo ordine, quo eis regimen competit descendentium ; nam omnes ascendentes in infinitum veniunt nomine parentum. *l.quisquis.*4. ibi : *sed Caius Cassius in infinitum omnes parentes dicit, quod & honestius est. D. de*

in jus vocando. Suarius *lib.6.de voto cap.6.n.22.* Sanch. id concedens deficiente Curatore, Tutore. 4.*Decal.cap.35.num.82.* Bonac.*disp.4. qu.2. puncto 7. §.2.num.18.* Faustus 2.*Thesauri quæst.* 128. *in fine.*

An socer possit irritare Vota sui generis, scilicet viri suæ filiæ, carentis Patre, Matreve, Tutore, &c.

2132 Socer videtur posse irritare vota sui generis, nisi independenter ipse regatur.

AFfirma: nisi sit in statu, quo sui ipsius, & bonorum curam habeat independenter. Nam vir, & uxor censetur una persona, sicque socer habens curam filiæ, habet curam viri ipsius filiæ, censeturque utriusque pater. Tancredi. *tom. 1. de Religione disp. 16. num.6.* Contra Leandrum *loc.cit.qu.124.*

An possit Tutor irritare Vota Impuberis?

2133 Tutor potest irritare vota impuberis.

AFfirma: omnia: sicuti pater posset, realia, personalia, mixta, &c. posse irritare singuli, & omnes, si plures sint Tutores in solidum; nam est sub potestate Tutoris, sicuti sub potestate Patris. ad *Galatas* 4. & Tutores parentes dicuntur. *l.qui fundum.7. §.si Tutor, D.pro emptore. l.Tutor.17.D.de administr. Tutorum. l.quoties.21.§.si Tutor, D.de noxalibus actionibus.can. puella.20.qu.2.* Sanch. 4.*Decal.cap.25. num.60.* Suarius *lib.6.de voto cap.6.num.19.& 22.* Bonacin.*disp.4.qu.2.puncto 7 §.7, num.25.* Tamburinus 3.*Decal.cap.16.§.3.num.17.18.*

Curator: An possit irritare Vota illius, cujus est Curator.

2134 Et Curator.

AFfirma: nam habet dominativam potestatem in bonis, & concomitanter etiam in persona minoris. *l.in copulandis.9.C.de nuptiis*; & si plures sint Curatores, omnes, & singuli in solidum irritare valent, ut posset pater, sivè realia, sivè personalia vota emissa, etiam in ætate impuberi. Omnia ex dictis patet. Sanch. 4. *Decal.cap.30. num.15.num.68.num.70.* Bonac. *loc.cit.num.25.* Tamburin.*loc.cit.num.19.* Bassæus *tom.2.v.votum 2. num.6.* Navarrus *cap.12. num. 64.* contra Suarium *lib. 6. de voto cap. 6. num.24. & fin.*

An Magister possit irritare Vota Discipuli?

2135 Magister habens curam Discipuli orbati patre, vel Tutore, potest ejus vota irritare

DIstinguas: vel Discipuli habent sui, & suorum bonorum curam, & nega; quia firmè vovere tunc valent; vel sunt cæteri impuberes, minores, destituti Patris, & Tutoris regimine. Et affirma; quia tunc Magister est loco Patris, & parentes appellantur in *l.Divi Antonini.4. Cod.locati.* Menoch. *de arbitrariis. casu 400.*

Magister namque dat vivere humanè illuminando, instruendo, & majus beneficium est ab inscitia animum, quàm ab infirmitate corpus eximere. Clemens Alexandrinus 4.*Stromatum pag.403.* sicque dat vitam instruendo Magister; nam doctus ab indocto differt, ut vivus à mortuo, ex Aristotele apud Laertium *pag.212.* undè cecinit ille:

Instrue præceptis animum, nec discere cesses.
Nam sine doctrina, vita est quasi mortis imago.

Cum ergo Doctor dat saltem benè esse. Diodorus Siculus *lib. 12. Bibliothecæ cap.13.* & gubernat, dirigitque personam quoad mores, & bona, meritò auxilio destituti impuberis vota irritabit. Lsyman. *lib.4.tract.4. cap. 7. num.10.* Pelliazarius *tom.1.Manualis tract.4.cap.1.q.38. num.107.* Lessius 2. *de justitia cap.40. dub. 20. num. 78.* & pietati consonum in parvulis parentibus orbatis vult Suarius *lib.6. de voto cap. 6.num.23.* contra Leand.*loc.cit.num.126.*

Vota Conjugalia.

AFfinis præcedenti est præsens dijudicatio: ubi de voto conjugali. Maritus namque uxoris veluti pater est. Plutarchus in *Conjugalibus præceptis pag.145.* Tobia Magirus in *Florilegio locorum communium*, v. *Maritus*. Sicque apud Homerum illa suum virum appellat. 2136 Vir est veluti pater uxoris.

Namque es ei pater, & frater, verendaque mater.

Inter viri, & uxoris imperium aristocratico simile. Aristoteles 8. *Ethicorum cap. 12.* Dominaturque vir circa uxorem, non ut dominus rei suæ, sed ut anima dominatur corpori illius, curam gerens læto, & officioso imperio. Plutarchus *de præceptis Conjugalibus pag.142.* Eique dominatur.

Nos ut dicendis complanemus viam. Primo agamus de viro irritante vota uxoris. Secundo de uxore irritante vota viri.

De Viro irritante Vota uxoris. Ad textum in cap.30. Numerorum:
An Vir habeat dominativam potestatem uxoris?

2137 Vir habet dominativã potestatẽ uxoris.

AFfirma: *Genesis 3.n.16.ibi: sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Ad *Ephesios* 5. ibi. *mulieres viris suis subditæ sint, sicut domino: quoniam vir caput est mulieris: sicuti Christus Caput Ecclesiæ. . .sed sicut Ecclesia subjecta est Christo, ità & mulieres viris suis in omnibus.* Nota ly *caput*, nota ly *in omnibus*. Plutarchus *de præceptis Conjugalibus pag.142. & 145.* Caram.*Intentisnali lib. 1. num.159.* Chrysostomus *Homilia 34.in caput 13.ad Corinthios.*

In quot statibus Uxor considerari valeat?

2138 Mulier variè consideratur

IN triplici. Et primo in nubili. Secundo in conjugali. Tertio in statu divortii, & viduali. *Numerorum cap.30.num.4.* & sic agamus de singulis. Et primo:

An Vota emissa à puella nubili ante matrimonium, valeant à viro deindè irritari directè?

2139 Vota emissa à puella nubili ante nuptias nequeunt directè à viro postea irritari.

NEga: licèt possint irritari à parentibus, quorum cura custodiebatur. *Numerorum cap.30.num.6.* & si nullius cura tenebatur, tunc firma ab initio absolutè emanata, nequeunt ampliùs infirmari, cum attendatur initium ortæ obligationis. *l.1. D.de pactis. cap. fin. de sent. excommunic.* Faustus 2.*Thesauri quæst.71.*

Potest tamen vir indirectè, subtrahendo materiam, illa vota suspendere, teneturque viro obedire in omnibus. ad *Ephesios* 5.& ità intelligas Dianam *par.4. tract. 4. resol.110.* citantem Propositum. Indirectè potest.

Idque asseras de emissis ante, relatis ad tempus initi matrimonii, scilicet non posse irritari à viro directè, nam inspicitur initium ortæ obligationis. Sanch.dans sexdecim Doctores 4. *Decal.cap.31 num.9.* Leand.*p.7.tract.1.disp.16. qu.135.* Sed quid:

Si

Si puella vovens sub potestate Patris deinde nubat?

2140 Mulier vovens sub potestate patris, si nubat ipse nequit ejus vota irritare.

PUltaverim à Patre vota irritari non posse, nisi post nuptias adhuc remaneat sub cura parentum. Nam si exeat curam Patris, transeatque in curam viri; juxta textum in *cap. 2. Genesis num.24.* ibi: *quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit uxori suæ.* Tunc votum à puella emissum in potestate parentum irritare directè posse à viro patet, quia vir tunc est veluti parens uxoris. Plutarchus in *Conjugalibus præceptis pagina* 145. habetque vir dominium uxoris. *Genesis* 3.*n.*16. Quæ ratio generica superioritatis, quæ invenitur tempore emissi voti, sufficit, ut vir valeat votum irritare, sicuti successor irritare valet votum emissum sub potestate prædecessoris. Sic Tutor irritat votum emissum à pupillo sub potestate patris, & sequens vir vota emissa in priori conjugio ab uxore, non confirmata in statu viduali. Sanch. 4.*Decal. cap.*28. *num.* 3. Fagundez 2.*Decal.cap.*38.*num.*14. Faustus 2. *Thesauri quæst.* 79.

2141 Sed vir succedens loco patris.

Vota Uxoris emissa stante matrimonio.

2142 Etiam stante matrimonio rato vir habet dominiũ uxoris.

STante matrimonio, etiam rato, vir habet dominium uxoris. *Genesis cap.* 3. *num.*16. dominaturque etiam voluntatem uxoris; nam dominatur, ut caput uxoris in omnibus. ad *Ephesios* 5. Hinc solvitur:

Uxoris Vota omnia emissa stante matrimonio, an vir irritare valeat.

2143 Vir irritare valet vota uxoris.

AFfirma: *Can. noluit itaque lex, mulierem aliquid vovere Deo adversus animam suam: ut non in aliqua rerum licitarum, atque concessarum abstinentia in eisdem votis femina valeat auctoritas, sed virilis.* 16. 33. *qu.*5. *Numerorum cap.*30. *num.*7. 8. 9.15. ubi Cajetanus ait, solo silentio viri non requisiti ab uxore non confirmari, sicuti nec confirmatur votum puellæ silentio patris non requisiti, sed silentio patris requisita à filia. Idque ex lege *Numerorum cap.* 30. quam Cajetanus *ibidem num.*16. *§. & prætereà,* ait hodie non obligare, nisi secundum quod concernit æquitatem juris naturalis, & consentit Angles in *Floribus*. Sicque hodie tacens requisitus non confirmat, itàut nequeat irritare vota uxoris. Et ratio est, quia quoad omnia vir est caput uxoris, & sic potest irritare omnia vota. ad *Ephesios* 5. *Genesis* 3. *num.* 16. *can. cum caput mulieris sit vir.* 15. *can. mulierem constat subjectam dominio viri esse.* 17. *can. Adam.* 18. ibi: *eum gubernatorem assumat, ne iterum femina facilitate labatur. can. satis.* 14. ibi: *viris feminas subditas, & pene famulas lex esse voluerit. can. hæc imago Dei est in homine, ut unus factus sit quasi dominus, ex quo cæteri oriantur, habens imperium Dei quasi Vicarius ejus; quia omnis Rex Dei habet imaginem. Ideoque mulier ad imaginem Dei non est facta. Sic etenim dicit Scriptura: & fecit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem Dei fecit illum. Hinc est, unde Apostolus, vir quidem (ait) non debet velare caput suum, quia imago, & gloria Dei est. Mulier ideò velet; quia non est gloria, aut imago Dei. can. est ordo naturalis in hominibus, ut serviant feminæ viris, & filii parentibus.* 12.33. *quæst.*5. Et sic meritò irritare valet vota omnia, nisi ab ipso fuerint confirmata. 1. *ad Corinth.* 11. *can. manifestum est ità legem voluisse, feminam sub viro esse, ut nulla ejus vota, quæ abstinentiæ causa voverit, reddantur ab ea, nisi auctor fuerit vir permittendo.* 11. 33. *qu.*5. D. Thomas 2.2. *qu.*88. *art.*8. *ad* 3. comparans uxorem Religioso. Faustus dans septem Doctores. 2. *Thesauri qu.*54. ubi contra Grassium *lib.* 1. *decisionum aurearum par.* 2. *can.* 29. *num.*8. ait posse irritari votum Castitatis uxoris, cedentis juri suo non reddendi, ab adultero privato jure petendi favore innocentis. *can. Agathosa.* 27. *qu.*2. Leaod *par.* 7. *tract.* 1. *disp* 16. *qu* 139. contra Valentiam 2.2. *disp.*6. *q.*6. *puncto* 6. Lessium *lib.* 2. *de justitia cap.*40. *dub.*15. volentes tantùm posse irritare vota præjudicantia gubernationi familiæ.

An Vir possit irritare Votum Castitatis Uxoris?

AFfirma: *Can. mulier, si sine licentia viri sui, velum in capite miserit Si viro placuerit, recipiet eam iterùm.* 3.33. *qu.* 5. quia uxor etiam quoad actum voluntatis viro subditur. ad *Ephesios* 5. D. Thomas in 4. *dist.* 32. *in fine.* Sotus 7. *de justit. qu.*3. *art.*1. Sayrus 6. *Clavis cap.*5. *num.*13. contra Navarrum *cap.*12. *num.*64. Valentiam *l. cit.* motos, quia vir non habet dominium quoad actum conjugalem, sed in illo uxor, & vir sunt pares. *cap. gaudemus: de divortiis. can si quis uxorem.* 4. ibi: *non ad imparia judicabitur.* 32. *qu.*1. Sed corruit, quia vir habet dominium uxoris, & uxor viri in corpus, itàut ultrò citroque habeant jus justitiæ, in quo pares dicuntur. 2144 Vir potest irritare votum Castitatis uxoris.

An Vir possit irritare Votum Uxoris non petendi?

AFfirma: *can. mulier.* 3. 33. *quæst.*5. quia actus voluntatis vovendi subditur marito, ut capiti. ad *Ephesios* 5. *can. est ordo.* 12. 33. *quæst.*5. D. Tho. in 4. *dist.* 32. *qu.*2. Navarrus *cap.*12. *n.*60. contra Cajetanum *qu.*88. *art.*8. 2145 Et votum uxoris non petendi debitum.

An Vir consentiens, ut Uxor voveat Castitatem, valeat petere debitum?

AFfirma. quia nulli legi adversatur, & vovens petere, non reddere prohibetur. Lessius 2. *de justit. cap.*40. *num.*25. Faustus 2. *Thesauri quæst.*66. 2146 Et si consensiat emittere votum Castitatis, ipse potest petere

An mutuo consensu voventes Castitatem mutuam, possint irritare Votum?

NEga: quia tunc nemo potest petere, & sic cessat redditio. *Can. quod Deo pari consensu voveratis, perseveranter usque in finem reddere ambo debuistis.* 4.33. *q.*5. Sotus 7. *de justitia q.*3. *art.*1. Sayrus 6. *Clavis cap.*5. *num.*15. contra Palacios in 4. *dist.*32. *qu.*2. 2147 Vir, & uxor mutuò voventes Castitatem, nequeunt ad invicem irritare votũ.

An Vota emissa stantibus nuptiis, implenda illis solutis, ob conditionis eventum, vel ex voluntate voventis, valeant à viro irritari?

AFfirma: quia initium voti est infirmum, tractu temporis non confirmandum, & sic cum ille actus vovendi sit sub ditione viri, 2148 Vota uxoris implẽda solutis nuptiis possunt à viro irritari.

de

de illo potest vir disponere irritando, firmando, aliàs ut caput præjudicium ab inferiori pateretur, & tamen votum nemini debet præjudicare. *can.* 1. 2. 3. 4. 5. *&* 6. 33. *quæst.* 5. Abbas, & Innocentius in *cap. scriptura.* 4. *num.* 7. *de voto*. Tamburin. 3. *Decalogi cap.* 16. §. 3. *num.* 49. Faust. 2. *Thesauri qu.* 75. *&* 76. sibi contrarius in *qu.* 73. Diana *par.* 4. *tract.* 4. *resol.* 110. inde inferens, à viro posse irritari votum Castitatis uxoris, exequendum solutis nuptiis, & posse irritari à viro votum non nubendi mortuo viro. Propositus 3. *par. qu.* 6. *de bonis matrimonii dub.* 20. *num.* 53. Bassæus *tom.* 2. v. *votum.* 2. *num.* 4. Leand. *loc. cit. qu.* 74. *&* 136. contra Suarium *lib.* 6. *de voto cap.* 4. *num.* 4. Bonacinam *disp.* 4. *qu.* 2. *puncto* 7. §. 2. *num.* 13.

An vir irritare valeat Vota ejus licentia emissa?

2149 Vir irritare potest vota uxoris ejus licentia emissa, sub conditione donec revocaverit, secùs si absolutè.

Distinguas: vel absolutè consentit, vel donec revocaverit.

Si donec revocaverit, potest licitè irritare, & ità in dubio præsumitur, ut suum jus magis conservet.

Si absolutè cum causa, affirma; sine causa, nega. *Numerorum* 30. *num.* 16. *can. manifestum est.* 11. 33. *qu.* 5.

Viro instante uxor non peccat contra votum.

Uxor autem, viro instante, non peccat faciendo contra votum, ex viri licentia emanatum: licèt tunc vir peccet, nam bonum concordiæ facit, nè teneatur cum tanto onere vota servare. *Numerorum* 30. *num.* 16. ubi Cajetan. *can. manifestum est*, ibi: *viri dixit esse peccatum: quia abnuit, quod priùs concesserat: non tamen mulieri ex hoc permissum dedit, ut quod priùs vir ei concesserat, posteà si prohibuerit, contemnatur.* 33. *quæst.* 5.

Vir tamen peccat venialiter.

Peccare autem virum venialiter ait Sotus 7. *de justit. qu.* 2. *art.* 1. At esse lethale ait Suarius *lib.* 6. *de voto cap.* 4. Faust. 2. *Thesauri qu.* 56. Qui *qu.* 83. asserit adhuc posse irritare votum uxoris validè, licèt dederit facultatem uxori irrevocabiliter vovendi.

An Votum Religionis, emissum stante matrimonio rato non consummato, possit irritari intra bimestre?

2150 Votum Religionis emissum intra bimestre matrimonii rati nequit irritari.

Nega: quia tunc alter nec reddere, nec petere tenetur, & potest vovens altero invito Religionem ingredi. Faustus 2. *Thesauri. qu.* 69. 70. *&* 77. Non potest tamen illud emittere consummato matrimonio, nam nequit in alterius prejudicium vovere. *can. si dicat.* 1. 33. *qu.* 5. Idque etiam si votum Religionis sit exequendum post mortem viri. Sotus 7. *de justit. qu.* 3. *art.* 1. Faustus 2. *Thesauri qu.* 78.

An semel irritato Voto à viro, semper sit libera repudiata, vel viduata?

2151 Semel votũ irritatũ non reviviscit repudio, aut viduitate.

Affirma: nè res extincta reviviscat. *l. cum ex causa, Cod. de remissione pignoris. Numerorum cap.* 30. *num.* 10. ubi Cajetan. *num.* 13. Sanch. & alii apud Faustum 2. *Thesauri qu.* 72. Navarrus *cap.* 12 *num.* 66. contra Valantiam 2. 2. *disp.* 6. *qu.* 6. *puncto* 6.

In statu viduali, divortii, repudiationis.

Validè, & firmè vovet; nam sibi sua cura commissa. *Numerorum cap.* 30. *n* 10. ubi Cajetan. Sanchez 4. *Decal. cap.* 30. *n* 18. Bordon. *tom.* 2. *res.* 14. *num.* 8. nec reintegrato matrimonio à viro irritari valet votum emissum tempore divortii. Nec facta tempore non divortii possunt irritari à viro tempore divortii, nam deest irritandi facultas. *can. Agathosa* 27. *qu.* 2. *cap. veniens. de conversione conjugatorum.* Faustus 2. *Thesauri qu.* 71. 81. *&* 82. 2152 Mulier vidua, aut repudiata validè vovet.

De Uxore circa vota Viri.

Uxor caret dominativa potestate respectu viri. *Genesis* 3. *cap.* 16. *ad Ephesios* 6. *prima ad Corinth.* 11. *can. cum caput* 15. ibi: *contrà legem, fidemque natura ea, qua Christiana est, & ex lege Dei subjecta, viro imperare desiderat.* 33. *qu.* 5. Sicque nequit directè irritare, nec suspendere vota viri. Sotus 7. *de Justitia qu.* 3. *art.* 1. Sed ei prejudicialia Deo displicentia non tenent. *can.* 2. 3. 4. 5. *&* 6. 33. *qu.* 5. Pontius 10. *de matrimonio cap.* 17. §. 2. *num.* 18. 2153 Uxor caret potestate dominativa in virum, & directè ejus vota non irritat.

Hinc resolvitur:

An, & qua Uxor irritare possit Viri Vota, emissa absque ejus licentia.

Distinguas: vel votum est circa rem uxoris dominio subjectam, ut est corporis usus. 1. *ad Corinth* 7. *cap. quidem. cap. places. de conversione conjugatorum. can. si dicat.* 1. ibi: *sibi debetur.* 33. *qu.* 5. Vel est circa rem uxoris juri non subjectam. 2154 Vota viri præjudicantia uxori nõ tenent.

Si circa rem uxoris juri non subjectam, nega uxorem posse irritare vota viri, nec directè, nec indirectè, nam caret superioritate ad id requisita. Sotus 7. *de justit. qu.* 3. *art.* 1. v. *an verò.* Azorius *tom.* 1. *lib.* 11. *cap.* 16. *quæst. fin.* Non præjudicantia uxori tenent.

Si votum respiciat rem, ad quam jus uxor habet, ut est usus corporis viri licitus. Affirma, posse irritare vota; nam potest uti dispositione dominica illius juris; & sic irritare votum, secundum Navarrum *cap.* 12. *num.* 64. Leand. *loc. cit. qu.* 139. *&* 140. Sanch. 4. *Decal. cap.* 38. *nu.* 3. Suarius 6. *de voto cap.* 4. *num.* 16. dicens posse suspendere alia sibi præjudicantia. Faustus 2. *Thesauri quæst.* 59. contra Innocentium, Hostiensem, Cardinalem, & Ancharanum in *cap. scriptura* 4 *de voto*; ajentes uxorem viri, ut virum uxoris, vota irritare posse.

Mihi meditanti naturam voti non præjudicantem alteri *can.* 1. 2. 3. 4. 5. *&* 6. 33. *qu.* 5. placet nullum esse votum purè emissum in præjudicium uxoris, quia Deo non placens. *can. si dicat.* 1. 33. *quæst.* 5. nam tunc votum non est de meliori bono, cum adversetur justitiæ. Si verò emittatur sub conditione, si uxor consensiat, tunc uxore non consentiente, non obligat, non quia uxor irritat, sed quia conditio non purificatur, sic non dicitur irritari votum ab illo, qui non ponit conditionem, cujus intuitu fuit votum emissum, etiamsi sit extranea persona, vel conditio merè casualis. 2155 Votum in prejudicium aliorũ, nullum.

Et sic nullum esse votum peregrinandi longo tempore, votum abstinentiæ, vigiliæ, mortificationis immoderatæ, impediens redditionem moderatam debiti, quia præjudicans virtuti justitiæ, ut præjudicaret debitor peregrinans, vel alitèr voluntariè reddens se impotentem ad

solu-

solutionem debiti, concludit Dicastill. *tract.* 10. *de matrimonio disp.* 9. *dub.* 7. *num.* 206. 207. & 208. citans Coninch *disp.* 24. *num.* 19. Sanch. 9. *de matrimonio disp.* 3. *num.* 7. contra plures dicentes irritari posse ista vota, cum Lessio 2. *de justitia cap.* 40. *dub.* 15. *num.* 89.

Votum autem peregrinandi in subsidium Terræ Sanctæ quondam validum. *cap. ex multa, §. in tanta, cap. quod super his. de voto.* D. Thomas *quodlibeto* 4. *num.* 11. hodie cessante fine illius legis, cessat. Faustus 2. *Thesauri quæst.* 61.

Similiter nullum puto votum incedendi horrida veste in præjudicium alterius, ex eadem ratione. *can. quod Deo.* 4. ibi: *nihil ergo de tua veste, nihil de auro.* 33. *qu.* 5. Generat namque tristitiam, horrorem, contentiones, quod est contra bonum matrimonii, exigentis summam concordiam. *can. quod Deo*, ibi: *tantò sanctiùs inter vos conjuges manebatis, quantò sanctiora concorditer placita servabatis.* 33. *qu.* 5. Quidquid tale votum posse irritari velit Sanchez 4. *Decalogi cap.* 34. *num.* 25. Rosella v. *votum* 2. *num.* 9. Leand. *loc. cit. qu.* 143.

An Votum emissum à Viro cum licentia Uxoris possit ab eadem Uxore revocari?

2156 Votum viri cum licêtia uxoris emissum, ab eadem irritari potest.

AFfirma: si factum sit donec revocaverit, ut præsumitur in dubio. Sanch. 4. *Decal. cap.* 38. *num.* 4. Tambur, *lib.* 3. *Decalogi cap.* 16. §. 3. *num.* 45.

An Votum non petendi debitum sit indiscretum, & illicitum?

2157 Aliquando votum non petendi est illicitum.

DIstinguas: vel votum non petendi confunditur cum voto non exigendi, vel non confunditur. Si confunditur cum voto non exigendi, tenet, nam inde non gravatur conjux, sed relevatur, cum non cogatur contra voluntatem reddere. Faustus 2. *Thesauri qu.* 62.

Si verò sit votum non petendi tantùm, tunc subdistinguas: vel vovit non petere, & hoc redundat in præjudicium alterius, coactus, vel perpetuò continere, vel cum rubore, & gravi verecundia petere, vel tale præjudicium deest.

Si tale præjudicium deest, votum est licitum. *can. si dicat.* 1. 33. *qu.* 5. dummodo ex parte voventis non sit periculum incontinentiæ. Apostolus 1. *ad Corinth.* 7. ibi: *revertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas.*

Si adest præjudicium, votum est nullum, quia Deo non placet cum tali damno conjugis votum. *d. can. si dicat. can. una sola causa esse solet, quare ad id, quod vovisti, non solùm non hortaremur, verùm etiam prohiberemus implere: si fortè tua conjux hoc tecum suscipere animi, seu carnis infirmitate recusaret.* 33. *quæst.* 5.

An Votum Castitatis Viri, Uxor irritare possit?

2158 Votum Castitatis viri irritari potest ab uxore, si esset in præjudicium ipsius.

DIstinguas: vel tale votum resultaret in præjudicium modestiæ, verecundiæ, ob quam etiam si vellet, sibi solvi debitum non peteret, vel hoc deest.

Si deest, quia uxor non est adeò modesta, verecunda, reverentialis; & tunc votum tenet, quia nullum inde ei imminet præjudicium. *cap. quidam.* 3. *de conversione conjugatorum. can. si dicat.* 1. *in fine. can. secundum verba.* 5. 33. *quæst.* 5.

Si verò ex voto mulier verecundiæ, modestiæ, reverentiæ, deberet pati jacturam, vel privari volito usu; tunc puto tale votum esse nullum, quia contra justitiam non offerretur debitum uxori volenti, & non petenti ex modestia, ut peccat contra justitiam debitor, non offerens creditori debitum à creditore non exigitum, nec petitum ex urbanitate, reverentia, verecundia, timore, aliaque causa. Et in hoc sensu recipio Sanch. 9. *de matrimonio disp.* 42. *n.* 7. Pontium 10. *de matrimonio cap.* 17. §. 2. *num.* 19. dicentes tunc virum teneri se offerre aliquoties.

Scio aliquos velle tale votum præjudiciale indigere irritatione, cum Henriq. *lib.* 11. *de matrimonio cap.* 15. *num.* 8. Rodriq. *tom.* 2. *Summæ cap.* 90. *num.* 3. Vega *tom.* 2. *Summæ cap.* 129. *num.* 93. Trullench 2. *Decal. cap.* 2. *dub* 33. *nu.* 7. Et sic indistinctè ab uxore posse irritari, nè cum verecundia cogatur semper petere.

Nostra doctrina est contra Palaum *disp.* 2. *dub.* 27. *num.* 10. Leand. *loc. cit. qu.* 141. Faustum 2. *Thesauri qu.* 64. ajentes validum, nec irritabile tale votum.

An Votum non reddendi, sit nullum?

AFfirma: nam est contra justitiam juris alterius. *cap. placet. de conversione conjugatorum. can. una sola*, ibi: *neque enim Deus exigit, si quis ex alieno aliquid voverit, sed potiùs usurpare vetat alienum.* 6. 33. *qu.* 5. 2159 Votum conjugis non petendi est nullum.

De Irritatione Voti Religiosorum.

SUperiores Religionis utuntur dominativa potestate. *can. Monacho non licet vota vovere sine consensu Abbatis.* 2. *can. Monachum.* 3. ibi. *nisi Abbatis sui permissu, aut voluntate.* 20. *quæst.* 4. *cap.* 1. 2. 3. *de Regularibus, & transeuntibus.* 2160 Superiores potestatem dominativã habent in Religiosos.

Hinc resolvas:

An, & qui Superiores Regularium irritare Vota valeant?

OMnes, & quilibet à supremo usque ad infimum superioritatis ordinem, utriusque, & alterutriusque sexus Superiores irritare valent vota subditorum omnia, realia, personalia, mixta (supposito validè emissa) tales sunt Generales, Provinciales, Rectores, Priores, Guardiani, Visitatores generales, Provinciales, Abbatissæ, Abbates. Non eorum coadjutores, ut Vicarii, ministri, nisi Superioribus absentibus, vel ejus delegantibus hanc potestatem ad regimen Communitatis. 2161 Omnes Superiores Religiosorum possunt eorum vota irritare.

Ratio, quia habent dominativam facultatem, eisque parendum vi voti obedientiæ, carentque subditi velle, & nolle. *cap. fin. de sepulturis in* 6. Et sic illi Superiores, quibus parendum, habent irritandi facultatem, etiamsi sint Commendatores Religionum Militarium; Nam eis parendum. Faustus 2. *Thesauri qu.* 153. etiam si sint Abbatissæ, nam Monialis ei etiam obedientiam vovit. Suar. *lib.* 6. *de voto cap.* 7. *num. fin.* Vasq. 1. 2. *qu.* 96. *art.* 4. *disp.* 175. *num.* 4. Sayrus 6. *Clavis cap.* 10. *num.* 7. Lessius 2. *de justitia cap.* 40. *dub.* 13. Bordon. *tom.* 2. *res.* 14. *num.* 12. 14. 59.

14. 59. Leand. dans decem; & novem Doctores *par.7.tract.1.disp.16.qu.21.* Et ità de omnibus Superioribus Regularium docet D. Thomas 2.2. *qu.*88. *art.* 8. *ad* 3. Sanchez 4. *Decalogi cap.* 33. *num.*15. 16. & 19. Suarius *lib.7. de voto cap.7. num.*17. Tambur. 3. *Decal.cap.*16. §.3. *num.*30. Lessius 2. *de justitia cap.*40. *dub.* 18. *num.* 133. Fagundez 2. *Decal.cap.*35. *num.*1. & 6. Azorius *tom.*1. *lib.*11. *cap.*17. *q.* 3. Bonac. *disp.4.quæst.2. puncto* 7.§.2.*num.*31. Portella v. *dispensare n.*33. Scotus in 4. *dist.*18.*qu.4.art.*2. Faustus *lib.2.Thesauri qu.*141.142.143.

Possuntque irritare omnia, & singula vota ut de patre dictum est respectu impuberis, etiam si sint Religiosi Societatis Jesu post biennium. Doctores citati Et sic possunt irritare vota præsentia, & futura. Id enim superioritas ditionis efficit, quæ paterna est, quandoque levior, quandoque major circa Religiosos. Bassæus *tom.*2. v. *votum.2.num.*3. Sanch. 4. *Decal.cap.*24.*num.*49. & 50.

An autem talis potestas sit delegabilis?

2162 Hæc potestas videtur delegabilis.

AFfirmat Sanchez 6. *Decal. cap.* 6. *num.*27. Faustus 2. *Thesauri qu.*25. Azorius *lib.*11 *cap.*17. *qu.*3. Suarius *lib.6.de voto cap.*7.*n.*17.

An Superiores possint licitè vovere sine consensu Superioris majoris?

2163 Superiores illicitè vovēt sine consensu Superioris.

NEga: nam carent velle, & nolle. *cap.fin. de sepulturis. can.Monacho.* 2. 20.*qu.*4. Riccardus in 4. *dist.*32. *qu.* 1. Angelus v. *votum* 2. *num.*3. Rosella v. *votum.*2 *num.*14. Acacius *to.*2. v. *vota res.*449.*num.*2. Pejerinus *tom.* 2. *de Prælato qu.*3. *cap.* 3. *num.*2. Esset tamen licitum, si emitteretur sub conditione, si Superior consentiat. Navarrus *cap.*12.*n.*65. Palodanus *in* 4.*dist.* 38.*qu.4.art.*2. Cajetan. 2.2.*quæst.*88.*art.*8.

An Superior possit revocare licentiam datam ad vovendum?

2164 Superior revocare valet licentiam ad vovendum.

AFfirmat: quia in dubio intelligitur licentia data donec revocaverit. Sanch. 4. *Decalogi cap.* 27. *num.* 1.

Novitiorum Vota.

2165 Vota Novitiorum Superior non irritat.

NOn posse irritari, quia non sunt Superiores dominicam in Novitiis potestatem habentes; sentiunt Sanch. 4. *Decal.cap.*33. *n.*28. dans octo Doctores. Bordon. *tom.*5.*cap.*12.*n.*38. & 43. Faustus 2. *Thesauri qu.*177. Leand. dans novem Doctores *par.7.tract.1.disp.16.quæst.*27. Vecchius *disp.*10.*dub.*6.*num.*1. Miranda *tom.*2. *qu.*33. *art.*6.

2166 Si obstent exercitiis Novitiatus, suspenduntur.

Si quæ verò emissa obstent exercitiis Novitiatus, esse nutibus Superioris suspensa, ut impedientia majus bonum, ajunt Azorius *tom.*1. *lib.* 11. *cap.* 17. *quæst. fin.* dicens ipso jure suspensa personalia, non realia, quia realia non impediunt exercitium Novitiatus, cum Fausto 2. *Thesauri qu.*178. & *qu.*180. Lessius 2. *de justitia cap.*40.*num.*77. Bordon. *loc. cit.* Leand. *loc. cit.qu.*30. Quamvis possit Superior tollere materiam voti, quæ impedit exercitium Novitiorum. D. Thomas 2. 2. *qu.* 88. *art.* 12. Cessante verò impedimento, puta si repetat seculum, reviviscere vota ait D. Tho. 2.2.*qu.*88.*art.*12. Occurrit conferenti dicta inter se difficultas, & est Novitium quoad omnimodam curam personæ transire sub regimen Superioris magis, quàm filius in potestatem patris adoptantis, & Novitium suam voluntatem ponere discutiendam, exagitandam in manu Superioris; sicque à Superioris voluntate pendere, & ad nutum regi; ideòque non videtur abs ratione concludendum, posse irritare vota saltem personalia, ità veluti contrahente, & constituente illum Superiorem, & suarum actionum arbitrum, ac dominum.

An Regularis Prælatus valeat irritare Vota Regularis Episcopi?

NEga: quia caret superioritate, & cura illius. Diana *part.*6. *tract.*7. *resol.* 26. dans alios. 2167 Episcopi Regularis vota ejus Superior nequit irritare.

Quæ Vota Religiosi Superior irritare nequeat?

PRimo, non irritat vota illorum, qui ab ipso non reguntur.

Secundo, non irritat vota subditi transeundi ad arctiorem Religionem. *cap. licèt. de Regularibus*; nam jure hæc facultas tributa à Superiore irrevocabilis est. 2168 Votū transeundi ad arctiorem Religionem non irritatur.

Posset tamen Superior tale votum commutare, in eo dispensare; nam non est de reservatis Papæ. Sanch. 4. *Decal. cap.* 33. *num.*2. dans tresdecim Doctores. Portella v. *voti irritatio num.*57. Bordon. *tom.*2. *res.*14. *num.*23. dicens posse irritare omnia vota, etiam Papæ reservata. Miranda *tom.2.qu.*32. *art.*4. Faustus 2. *Thesauri qu.*139. & 140. Leand. *loc.cit.quæst.*56. dicens *quæst.* 57. cum Fagondez, Sanch. & Trullench, nec Papam posse illud votum irritare, nec ut Papa est, quia secus posset irritare omnia vota laicorum. Nec ut Prælatos Regularium, qua ratione non est supra jus commune. contra Pradum *cap.*13.*de voto qu.*13.§.7.*num.*38. 2169 Licèt commutari, aut dispensari possit.

Tertio, nequit irritare vota emissa juxtà Regulares Constitutiones: puta in Societate obediendi Papæ, non ambiendi prælationes, & officia. Nam dominativa facultas innititur istis votis, Regularis observantiæ firmamentum. Sanchez 4. *Decal.cap.*33.*n.*5. & 13. dicens nec Summum Pontificem ejusve Legatum à Latere, aliumve Prælatum Regularem illa irritare posse. Tamburin. 3. *Decal.cap.*16.§.3.*num.*28. Diana *par.6.tract.*8. *res.*34. Bordon. *tom.*2. *resol.*14. *num.*29. Portella v. *voti irritatio num.*68. 2170 Vota juxta Regulas nequit Superior irritare.

An possit conjugatus Religionem ingressus irritare vota suæ Uxoris?

NEga: ut non potest stante divortio. *Numerorum cap.*30. Sanch. 4. *Decalogi cap.* 39. *num.* 48. 2171 Religiosus conjugatus nequit vota suæ uxoris irritare.

An servi professi dominus vota irritare possit?

NEga: si sit sequuta professio ipso tacente, & sciente: nam tunc jus dominicum amittit. *caus.si quis incognitus.*17.*qu.*2. 2172 Nec dominus respectu servi professi.

An nulliter professi vota irritare valeant, stante errore communi?

NEga: & sic remanent vota firma, quia revera non est professus, & error communis dat 2173 Invalidè professi nequeunt vota irritare, etiā cum errore communi.

dat jurisdictionem, non dominicam potestatem, & consequenter ratificata deinde professione, iterùm vota sunt irritanda. Sanch. 4. *Decal. cap.* 32, *in fine*.

Vota Servorum.

2174 Servi impuberis vota omnia irritat Dominus.

SErvus, vel est pubes, vel impubes.

Impuberis vota omnia, & juramenta, Dominus irritat ob dominativam potestatem, tunc veluti patriam, favore infirmæ ætatis. Patet, ex eo quia si emancipet illum, ejusdem erit Tutor; ergo poterit Dominus, quod posset Tutor. *l.* 2. *D. de pollicitationibus*. D. Tho. 2. 2. *q.* 88. *art.* 8. & in 4. *dist.* 38. *qu.* 1. *quæst. fin. ad* 3. dicens posse irritare omnia vota servi, etiam sibi non præjudicantia. Abulensis *Numerorum cap.* 30. *qu.* 41. Aragon. 2. 2. *qu.* 88. *art.* 8. Petrus Ledesma *tom.* 2. *Summæ tract.* 10. *cap* 7. *dub. fin.* Sayrus *lib.* 6. *Clavis cap.* 10. *num.* 18. Tambor. 3. *Decal. cap.* 16. §. 3. *num.* 52. Faustus 2. *Thesauri qu.* 129. contra Leandr. *loc. cit. qu.* 127. Sanch. *lib.* 4. *Decal. cap.* 35. *num.* 44.

2175 Si sit pubes, tantùm præjudicantia ei irritat.

Si verò sit pubes, quidam volunt solùm posse irritare vota sibi præjudicantia. Sanch. *loc. cit.* Leand. *loc. cit. qu.* 151. Faustus 2. *Thesauri q.* 130. 131. 133. Non enim videtur tanta ejus potestas, ut pubes nequeat se obligari sine domini præjudicio. Et sic non posse impedire votum Castitatis, quia ei non præjudicat, cùm sine temporis jactura exequi valeat; nisi sit femina, cujus proles nasceretur sub dominio Domini: sicque ei Castitatis votum præjudicans esset. Sanch. 4. *Decal. cap.* 36. *num.* 2. 3. 4. 5. 6. 9. Suarius *tom.* 2. *de Religione lib.* 3. *c.* 6. *n.* 29. Diana *par.* 7. *tract.* 7. *ref.* 27.

2176 Emissa ante servitutem præjudicantia Domino, suspenduntur.

Vota autem, & juramenta emissa ante servitutem, præjudicantia servitio debito, suspenduntur durante servitute. Azorius *lib.* 11. *cap.* 17. *qu.* 2. Sayrus *lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 18 Sanchez 4. *Decal. cap.* 31. *num.* 14. Faustus 2. *Thesauri qu.* 133.

Uxor Domini.

2177 Uxor Domini irritat vota servi impedientia debita obsequia.

ETiam potest irritare vota servi, impedientia debita obsequia; nam est subditus servus Domini. Nec placet tantùm posse irritare vota servi sui, non viri; nam servi viri etiam ei parere tenentur. Contra Leandrum *loc. cit. qu.* 161. dantem tres Doctores, scilicet Sanchez, Fagond. & Trullench.

Filius familias Dominus.

2178 Quodque etiam facere potest filius familias Dominus.

IRritare valet vota sui servi, impedientia debita obsequia, & exercitium servitutis, dummodo ipse sit Dominus, non ipse pater; nam si pater est Dominus, illi competit administratio; & sic tollere impedimenta debiti obsequii. Sanchez 4. *Decal. cap.* 36. *num.* 15. Fagundez 4. *Decal. cap.* 39. *num.* 17.

Pupillus Dominus servi.

2179 Et Pupillus Dominus servi.

CArens administratione, nequit irritare vota servi, requirentia non solùm dominium, sed exercitium dominii: qua ratione, professus pater dominus, nec irritat vota sui filii, sui servi. Sanchez *loc. cit.*

An Dominus irritare valeat servi Vota, exequenda tempore libertatis?

2180 Dominus irritat vota servi exequenda tempore libertatis.

AFfirma: quia inspicitur initium ortæ obligationis; essetque in præjudicium ejus potestatis, non posse irritare. Sotus 7. *de justit. qu.* 3. *art.* 1. non irritata autem tempore subjectionis, nequeunt irritari soluta dominica potestate. Sayrus 6. *Clavis cap.* 10. *num.* 26.

An Dominus irritare valeat Vota famuli pro tempore subjectionis, debitis obsequiis non præjudicantia?

NEga: sed illa suspendit, cùm votum non redundet in præjudicium alterius. Sotus 7. *de justit. qu.* 3. *art.* 1. Vega *tom.* 2. *cap.* 129. *casu* 88. Suarius *lib.* 6. *de voto cap.* 3. *num.* 7. Faustus 2. *Thesauri qu.* 138. *&* 129. 2181 Nequit tamen vota famuli sibi nō præjudicantia irritare.

De Dispensatione Voti.

§. XV.

DIspensatio est actus legitimus spiritualis jurisdictionis, relaxativus obligationis voti, aut juramenti promissorii. DD. omnes. 2182 Dispensatio definitur.

Dicitur *actus legitimus*, quia descendit ex auctoritate legitima à Christo Domino Ecclesiæ communicata, ad necessariam ejus gubernationem, nè in necessariis deficeret. *Matthæi* 16. ibi: *pasce oves meas*. Cajetan. 2. 2. *qu.* 88. *art.* 12. 2183 A Christo D. Ecclesiæ data est hæc potestas.

Dicitur *jurisdictionis spiritualis*, ad differentiam irritationis, qui est actus dominii, competens etiam laicis non baptizatis. At jus dispensandi est pars Ecclesiasticæ jurisdictionis, respiciens subditos baptizatos, exclusis aliis etiam cathecumenis. Bordonus *tom.* 1. *ref.* 14. 2184 Differt ab irritatione.

Dicitur *relaxativus obligationis*, ad differentiam declarationis, seù interpretationis, qua declaratur, interpretatur votum non obligare ex defectu materiæ, vel intentionis voventis. Qui potest esse actus doctrinalis probi, & periti viri, & ante interpretationem, declarationemve, hujusmodi votum nec obligat. At ante dispensationem votum obligat. Et à declaratione, seu interpretatione.

Hinc solutio:

Quid sit Superiorem dispensare in Voto?

ESt tollere extantem voti obligationem, ità ut obliget, antequam dispensetur. Patet ex dictis. D. Thomas in 4. *dist.* 38. *q.* 1. *art.* 4. *qq.* 1. 2185 Dispensare est relaxare extantem obligationē.

An Superior spiritualis Ecclesiasticus jurisdictionem habens, possit propriè dispensare in Votis?

AFfirma: D. Tho. *loc. cit.* Fagundez dans vigintiduo, Doctores *lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 3. 2186 Superior Ecclesiast. cui spiritualem jurisdictionem habens verè dispensat in Votis.
Azor. *tom.* 1. *Moralium lib.* 6. *cap.* 1. *qu.* 4. Suarius *tom.* 2. *de Religione lib.* 6. *de voto cap.* 10. *n.* 1. Faustus 3. *Thesauri quæst.* 2. Leand. dans plures *par.* 7. *tract.* 1. *disp.* 17. *qu.* 3. contra Glossam in *cap. non est*, v. *auctoritate. de voto*: ubi Butrius *num.* 3. Cardinalem in *c. cum ad Monasterium. num.* 3. *de statu Monachorum*. D. Bonaventuram in 4. *dist.* 38. *art.* 2. *qu.* 3. D Antoninum 2. *part. tit.* 11. *cap.* 2. §. 9. D. Thomam 2. 2. *qu.* 88. *art.* 10. Contra plures.
in corpore, & ad 2. Covarr. *par.* 1. *de pactis.* §. 3. *num.* 7. Paludanum in 4. *dist.* 38. *quæst.* 4. *art.* 4. *concl.* 1. *n.* 38. Abulensem ad *Numerorum c.* 30. *qu.* 102. Cajetan. v. *votum*, *cap. de dispensatione voti*. Armiliam v. *votum n.* 13. ajentes, dispensare esse declarare votum cessare ex defectu materiæ, vel aliundè, nec posse propriè Superiorem tollere voti obligationem dispensando; quia jus Deo quæsitum nequit humana auctoritate tolli.

Probatur I. ex usu Ecclesiæ dispensantis. 2187 Affirmatur sequentibus rationibus.

II. Quia si esset sola declaratio authentica deficientis materiæ, deficientis voti, votum nec obligaret ante talem declarationem; quia decla-

declaratio supponit rem, quam declarat ità esse, aliàs esset erronea declaratio.

III. Quia etiam doctus, ac pius posset saltem doctrinaliter declarare voti nullitatem ex defectu alicujus requisiti essentialis, intentionis, materiæ, &c.

IV. Quia potestas dispensandi est necessaria pro gubernatione Ecclesiæ, ob casus tam frequenter emergentes, in quibus expedit relaxare rigorem obligationis devotæ; ergo talis facultas est concessa Prælatis, Deo non deficiente in necessariis.

V. Probatur sic discurrendo: Ex promissione ab homine facta homini particulari, Regi, Deo, jus quæritur homini, Regi, Deo: quod jus jure naturæ debitum, nec nisi contra legem naturalem deindè tolli valeat sine causa ab illo, cui est quæsitum. Et quæsitum homini ex justitia, nequit sine injustitia tolli, quæsitum ex Religione, nequit sine irreligione tolli.

2188 Jus quæsitum homini potest ex causa legitima tolli.

Nunc sic. Jus quæsitum homini, etiam Regi, jure naturæ ei servandum, potest ex causa humana potestate legitimè tolli; ergo etiam jus quæsitum Deo ex causa poterit à Deo tolli; nam ut Rex, licèt Supremus ex causa, ità Deus, licèt nulli subditus ex causa rationabili cedit juri. Deus namque constituens hominem rationabilem, dedit potestatem Superiori à se constituto rationabilem, & sic ad peragenda rationabilia, ut est dispensare ex causa rationabili in votis, non sine causa, quod esset irrationabile. 2. *ad Corinthios* 10. D. Tho. 2. 2. *qu.* 88. *art.* 12. ubi Cajetan.

2189 Per dispensationem nõ tollitur jus divinũ, sed humanũ ab homine in Deum translatum.

Idque non est tollere Legem Divinam, ab homine tolli impossibile, sed est tollere jus humanum ab homine in Deum translatum. Tollitur enim tunc jus Superiori quæsitum, sed non jus superiùs. Sicuti Judex tollens jus ex contractu quæsitum Regi, tollit jus non superiùs, sed Superiori quæsitum, cùm in jure quæsito ex promissione, & contractu tam sit Rex, quàm particularis.

Et sic jus dispensandi in votis non excedit potestatem spiritualem rectè gubernandi Ecclesiam, sicuti potestas judicialis versatur in jure ex contractu quæsito tam homini particulari, quàm Regi.

An ad dispensandum requiratur causa?

2190 Ad dispensandum requiritur legitima causa.

AFfirma: quia est potestas rationabilia concessa in Ecclesiæ ædificationem. 2. *ad Corinthios* 10.

Secundo, quia Prælatus debet tueri, non minuere Divinum cultum; dispensans autem sine causa minueret Divinum cultum.

2191 Sine causa est nulla dispensatio.

Tertio, quia jurisdictio hæc Ecclesiæ est ad publicum bonum. *can. erit. dist.* 4. Dispensatio sine causa non prodest, sed officit bono publico, sicque non est ex jurisdictione, & consequenter talis dispensatio tanquam facta sine jurisdictione est nulla. D. Bernardus *lib.* 3. *de consideratione ad Eugenium c.* 4. *n.* 18. (9) D. Tho. 2. 2. *q.* 88. *art.* 12. *ad secundum.*

Causa ad dispensandum ex parte voventis est, si inconsideratè, levitate, desperatione, metu voverit, si scrupulis angatur, si difficultatibus, si transgressionum periculis, vel lapsibus implicetur. Si emergat damnum grave, & hujusmodi. 2192 Causæ recensentur ad dispensandum.

Ex parte materiæ, si mutetur aliqua circumstantia, ratione cujus rationabiliter votum rescindi petatur.

Facit etiam, si dispensatio conducat ad utilitatem, necessitatem boni publicir, ad Dei majorem honorem. Sanch. 4. *Decalogi cap.* 45. *n.* 16. 22. 31. 36. 48. Suarius 6. *de voto cap.* 17 *num.* 9. Tamburin. 3. *Decal. cap.* 16. §. 4. *num.* 18. Lessius 2. *de justitia cap.* 40. *dub.* 17. *num.* 119.

Qui Prælatus dispenset?

QUivis Prælatus spirituali jurisdictione utens, subditos habens, valet ex causa rationabili subditis dispensationem impertiri, sivè Ordinarius, sivè ad id Delegatus sit. Paludanus in 4. *dist.* 38. *qu.* 4. *art.* 4. 2193 Habens spiritualem jurisdictionẽ, & subditos, dispensat.

Jure Ordinario. Primo, competit Papæ, & Concilio Generali in toto Orbe. *Matthæi* 16. *pasce oves*; qui potest dispensare etiam in voto solemni Religionis, & Ordinis Sacri. S. Gregorius Papa *lib.* 1. *Epist.* 42. Sanch. dans supra centum Doctores 8. *de matrimonio disp.* 8. *num.* 5. Leand. *par.* 7. *tract.* 1. *disp.* 17. *qu.* 45. dans quindecim alios Doctores, & *quæst* 46. *&* 47. dicens expedire ob bonum pacis, vel Religionis urgentissimum quandoque dispensare. Suarez 6. *de voto cap.* 10. 2194 Papa, & Concilium Generale in toto Orbe dispensat. V. *infra de Voto solemni Castitatis.*

Secundo, Summus Papæ Pœnitentiarius, nam perpetuò hac jurisdictione utitur. Suarius *loc. cit. num* 10. Henriquez *lib.* 14. *de irregularitate cap.* 18. *num.* 2. 2195 Et Pœnitentiarius Papæ.

Tertio, Legatus Apostolicus in Provincia suæ Legationis dispensare valet in votis, & juramentis, nam vi muneris ordinaria, ut Episcopus, jurisdictione fruitur. Sanch. 8. *de matrimonio disp.* 9. *num.* 25. Faustus 3 *Thesauri qu.* 6. 2196 Legatus in sua provincia.

Quarto, Episcopus confirmatus, licèt non consecratus in Diœcesi suæ jurisdictionis, etiam si subditi existant extra Diœcesim. D. Tho. 2. 2. *q.* 88. *art.* 12. *ad* 3. Suarius *loc. cit. num.* 3. *&* 10. Lessius 2. *de justitia cap.* 40. *num.* 12. *num.* 100. Faustus 3. *Thesauri qu.* 8. ex *cap.* 1. *de voto.* 2197 Episcopus etsi confirmatus in sua Diœcesi.

Quinto, Archiepiscopus confirmatus, etiam ante Pallii susceptionem in suos Diœcesanos, non autem in tota Provincia, in qua caret jurisdictione, nisi in paucis jure expressis casibus, puta per viam appellationis. *cap.* 1. ibi: *quæ per appellationem, vel querimoniam perveniunt ad suam audientiam audire potest. de officio Legati cap. duo.* 9. ibi: *nisi causa per appellationem ad ejus audientiam proferatur. cap. Pastoralis.* 11 *de officio Ordinarii.* Suarius *loc. cit. num.* 8. Sotus 7. *de justitia qu.* 4. *art.* 3. 2198 Et Archiepiscopus etiam ante Pallii susceptionẽ.

Imò nec visitando Provinciam dispensare in votis

(9) Hæc juxta editionem Mabillonii loco laudato habentur: *Quid? inquis: prohibes dispensare? Non, sed dissipare. Non sum tam rudis, ut ignorem positos vos dispensatores, sed in ædificationem, non in destructionem. Denique quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. Ubi necessitas urget, excusabilis dispensatio est: ubi utilitas provocat, dispensatio laudabilis est. Utilitas, dico, communis, non propria. Nam cùm nil horum est, non planè fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est.* Et de Dispensatione Votorum ita ad Robertum Nepotem suum *Epist.* 1. *n.* 9. scribit: *Quid tibi frustra quispiam blanditur de absolutione Apostolica, cujus conscientiam divina ligatam tenet sententia?* & *Epist* 7. notatu digna reponit à *num.* 7. ad 10. ubi: *Quòd & vos quoque non immeritò timentes, nec satis de propria causa confidentes, remorsas, ac remordentes conscientias Apostolica conati estis delinire licentia. O frivolum satis remedium! quod non est aliud, nisi more Protoplastorum cauteriatis conscientiis tegere per tenuia, videlicet ad velamentum, non medicamentum. Apostolicam, inquiunt, licentiam quæsivimus, & impetravimus. Utinam non licentiam quæsissetis, sed consilium; id est, non ut liceret, sed an liceret, &c.*

2199 Non tamen dispensat in Provincia, dum eam visitat. votis potest, & juramentis; nam tunc solùm potest jure expressa, ut absolvere à peccatis. *cap. fin. de censibus. in* 6. & dare Indulgentias. *cap. nostra. de pœnitentiis, & remiss.* Suarius *loc. cit. num.* 9.

2200 Et in votis Episcopi nõ dispensat. In votis Episcopi Archiepiscopus nec dispensat, quia persona ei non subdita, licèt ejus gesta subdantur per viam quærimoniæ, vel appellationis. *cap. Pastoralis.* 11. *de officio Ordinarii.* Suarius *loc. cit. cap.* 11. *nu.* 3. contra Faustum 3. *Thesauri qu.* 13. dantem quinque Doctores.

2201 Abbates, & utentes spirituali jurisdictione dispensant. Sexto, Abbates, cæterique Prælati utentes Episcopali jurisdictione dispensant. Abbas in *cap.* 1. *num.* 7. *de voto.* Navarrus *cap.* 12. *nu.* 75. Suarius *loc. cit. nu.* 13. Valentia 2. 2. *disp.* 6. *qu.* 6. *puncto* 7.

2202 Capitulum Sede vacante. Septimo, Capitulum Sede vacante dispensat, quia utitur Episcopali jurisdictione. Sanch. 8. *de matrimonio disp.* 2. *num.* 10. Faustus 3. *Thesauri qu.* 14. dans quinque Doctores. Aragonius 2. 2. *qu.* 88. *art.* 12. *concl.* 5.

2203 Vicarius Generalis. Octavo, Vicarius Generalis Episcopi dispensat secundum Alcozer. in *Summa cap.* 16. sed specialem commissionem requirit. Sanch. 4. *Decal. cap.* 38. *num.* 18.

2204 Parochus, & Archipresbyter cùm non sit aditus ad Episcopũ, quod impugnatur. Nono, Parochus, Archipresbyter dispensat, quando deest aditus ad Episcopum secundum Rodriq. *tom.* 2. *Regularium qu.* 46. *art.* 9.

Sed rectiùs id negat Sanch. 4. *Decal. cap.* 37. *num.* 22. Faustus dicens probabiliùs. 3. *Thesauri qu.* 17. 20. & 82.

2205 Prælati Regulares. Decimo, Prælati Regulares subditorum vota dispensare valent, & secundarii Prælati, deficientibus primis. Sanch. 8. *de matrimonio disp.* 3. *num.* 8. Valentia 2. 2. *disp.* 6. *qu.* 6. *puncto* 7. Sotus 7. *de justit. qu.* 4. *art.* 2. Saytus 6. *Clavis cap.* 11. *num.* 88.

2206 Regularis tamen potest ab Episcopo dispensationem petere. Imò Religiosus ex licentia proprii Prælati se subjicere valet Episcopo pro obtinenda dispensatione, quia exemtio ista renunciabilis. Sanch. 4. *Decal. cap.* 39. *num.* 12.

Abbatissa nequit dispensare. Abbatissa caret jurisdictione spirituali; & sic facultate dispensandi, sine speciali Summi Pontificis auctoritate. Sanch. 4. *Decal. cap.* 39 *num.* 7. Lessius 2. *de justit. cap.* 42. *dub.* 13. *num.* 107. Pellizzarios *tom.* 2. *Manualis tract.* 10 *cap.* 10. §. 2. *sect.* 2. *quæsito* 11. *num.* 134. Leand. *par.* 7. *tract.* 1. *disp.* 17. *qu.* 157. 158. 159. referens, pluribus Abbatissis concessam à Papa dispensandi auctoritatem.

2207 Novitiis dispensant Superior, & Episcopus. Novitiis dispensare valent Superior Regularis, & Episcopus. Sanch. 4. *Decal. cap.* 39. *n.* 17. & 28. Diana dans quinque Doctores *part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 71. Leand. dans octo Doctores *loc. cit. quæst.* 154.

Difficultas est:

An Regulares possint dispensare in Votis secularium, quando potest Episcopus?

2208 Regulares posse dispensare in votis Sæcularium aliqui affirmant, & alii dubitant. AFfirmat ex privilegiis Innocentii VIII. Martini V. & Eugenii IV. relatis à Rodriquez 1. *Regularium qu.* 63. *art.* 3. Sanch. 4. *Decal. cap.* 43. *num.* 3. & apud Leandrum, dantem unum & viginti Doctores *loc. cit. qu.* 135.

De quibus tamen privilegiis dubitat Pradua *tom.* 1 *cap.* 13. *de voto q.* 14. §. 8. *num.* 74. & 78.

2209 Potestas dispensandi cuilibet delegari potest. Delegata potestas competere valet cuilibet, ex Delegatione Summi Pontificis, fortiùs Clerico saltem primæ tonsuræ: quia est actus jurisdictionis, non Ordinis. Sanchez 4. *Decal. cap.* 57. *num.* 20. Leand. *loc. cit. qu.* 40. Fagundez. 2. *Decal. cap.* 41. *num.* 3.

An reservatio Voti strictè sit interpretanda intra verborum proprietatem?

AFfirma: quia restringit ordinariam Episcopi potestatem. Faustus 3. *Thesauri qu.* 107. & 111. Sotus 7. *de justit. qu.* 4. *art.* 3. Sanch. 8. *de matrimonio disp.* 9. *num.* 5. Tamburin. 3. *Decal. cap.* 16. §. 4. *num.* 26. Palaus *de relaxatione Voti disp.* 2. *puncto* 11. *num.* 1. 2210 Reservatio voti strictè est interpretanda.

In quibus Votis dispenset Episcopus?

IN omnibus jure ordinario Papæ non reservatis; est namque Ordinarius, curam habens cum prælatione, cui curæ nequiret consulere, nec sibi subjectis prospicere, si dispensatione non uteretur. Barbosa *de potestate Episcopi alleg.* 1. *num.* 6. Sanch. 4. *Decal. cap.* 40. *num.* 25. 2211 Episcopus dispensat omnia nõ reservata.

Sed:

Quænam sint, & quot Vota Reservata?

QUinque. Primum, votum Castitatis perpetuæ. 2212 Reservata sunt Votum Castitatis perpetuæ.

Secundum, Religionis approbatæ, etiam Melitensis, quæ est certò Religio ex Gelasio II. & Honorio II. non aliarum militantium, quæ probabiliter non sunt Religiones rigorosè. Religionis approbatæ.

Tertio, votum Peregrinationis ad Terram Sanctam. *cap. ex multa.* 9. *de voto.* Peregrinationis ad Terram S.

Quarto, votum Peregrinationis ad limina Apostolorum ob devotionem. Ad limina Apostolorũ.

Quinto, votum peregrinationis ad Divum Jacobum Compostellanum ob devotionem. Extravagans *Et si Dominici.* 5. *de pœnit. & remiss.* Sanch. 4. *Decal. cap.* 40. *num.* 6. Ad S. Jacobum Compostellanũ.

Hæc ità strictè interpretranda, ut sub reservatione juramentum istarum rerum non veniat; non enim in odiosis valet argumentum à voto ad juramentum. Brunus *de privilegiis tract.* 5. *cap.* 5. *propositione* 1. Tabiena v. *jurare qu.* 20. *num.* 2. Navarrus *cons.* 1. *num.* 4. *de jure jurando.* contra Cajetanum 2. 2. *qu.* 89. *art.* 9. Juramentum de his rebus nõ est reservatum.

Scio tantùm tria, scilicet Castitatis perpetuæ, Religionis, Peregrinationis ad Terram Sanctam tantum reservari velle D. Thomam 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 12. *ad* 3. Riccardum 4. *dist.* 38. *art.* 9. *qu.* 3. nam jure non invenitur reservatum aliud votum peregrinationis. *ex c. multa.* 9. *de voto.* Et sic cætera consuetudine reservata. Sanchez *loc. cit.* contra Sayrum 6. *Clavis cap.* 11. *num.* 35. ajentem, reservationem peregrinationis ad Compostellam, & ad limina Apostolorum inductam à Sixto IV. in Extravaganti *Et si Dominici.* 5. *de pœnit. & remiss.* ubi excommunicatur dispensans, vel commutans prædicta vota sine licentia Papæ, prætextu privilegii obtenti à Sixto IV. Sed ut rectè Sanch. ibi supponitur, non indicitur talis reservatio. 2213 Non omnia ista vota jure inducta, sed aliqua consuetudine.

Superiores, vel Confessarii absolventes, dispensantes, commutantes prædicta vota reservata *prætextu facultatis obtentæ* à Sixto IV. incurrunt ipso facto excommunicationem reservatã Papæ. Extravagans *Et si Dominici gregis.* 5. *de pœnit. & remiss.* ibi: *prætextu hujusmodi facultatũ absolvere*; & ibi: *& si aliqui Confessorum prædictorum contra præsentem Constitutionem quemquam absolvere, aut excepta vota prædicta commutare attentaverint, absolutio, & commutatio hujusmodi, nullius sit roboris, vel momenti, & contrafacientes eo ipso excommunicationis senten-* 2214 Pœna dispensantis ista vota.

tiom incurrant, à qua (nisi in mortis periculo constituti) ab aliquo, quàm à Romano Pontifice absolvi non possint.

An sub generali facultate dispensandi, commutandi, includantur prædicta Vota?

2215 Habens generalem facultatem dispensandi, nō potest supradicta vota dispensare.

NEga: quia generalis facultas specialia ista non includit. Extravagans *Et si Dominici* 5. *de pœnitent. & remiss.* Suarios 6. *de voto cap.* 25. *num.* 4. Leand. dans decem Doctores *tom.* 1. *tract.* 3. *disp.* 4. *num.* 103. *&* 104. contra Dianam *par.* 5. *tract.* 12. *res.* 53. extendentem facultatem generalem dispensandi ad vota peregrinationis.

Concessa tamen facultate dispensandi à reservatis, includitur etiam votum Castitatis, & Religionis. Suarius *lib.* 6. *de voto cap.* 25. *num.* 5. Faustus 3. *Thesauri qu.* 50. 51. 52. *&* 53.

Pœna dispensantis in Votis reservatis?

2216 Excommunicatur qui dispēsat prætextu privilegii.

EST excommunicatio ipso facto, si dispensat prætextu facultatis Sixti IV. cit. Extravagans *Et si Dominici.* 5. *de pœnit. & remiss.* Faustus 3. *Thesauri qu.* 47.

Quid requiratur, ut illa Vota sint reservata?

2217 Ut vota sint reservata debent esse perfectè talia.

REquiritur ut sint plenè, totaliter, perfectè, adæquatè, simpliciter talia, ut perfectiùs nequeat excogitari. Patet, quia tunc reservatio odiosa magis restringitur.

2218 Et respiciant per se solam virtutem.

Secundo requiritur, ut intentio, & affectus voventis feratur per se in virtutem, vel rem devotam, non in aliud commodum consequendum, vel malum evitandum. Patet, quia sic magis restringitur intra proprietatem virtutis, & rei devotæ. Ut si quis voveat Religionem, si liberetur ab hostibus, vovet non affectu Religionis, sed timore hostium, & amore vitæ: undè Religio non dicitur simpliciter, & perfectè volita.

Exempla proponuntur.

Ex his, non est secundum se ondequaque plenè, perfectè volita virtus Castitatis, Religio, Peregrinatio, si sit devota pro uno, non pro alio casu, pro uno, non pro alio tempore, pro uno, non pro alio fine, pro una, non pro alia persona, in uno, non in omni stato, de futuro, non de præsenti, concomitanter, non principaliter; nam ejus oppositum est magis perfectè, plenè volitum.

Hinc semper ac voluntas per se non fertur in rem devotam, sed ad aliud, pro cujus consecutione, vel evitatione, in pœnam, vel sub conditione emittit votum Castitatis, Religionis, Peregrinationis, votom non est reservatum; quia reservatio odiosa, coarctanda quando res reservata per se perfectè est volita. Sanch. *loc. cit.* Layman. *lib.* 4. *tract.* 4. *cap.* 6. *n.* 26.

Modo distinctiùs delibemus:

Quando hujusmodi Vota non sint reservata, ut ab Episcopo dispensari in eis valeat?

Votum Castitatis.

2219 Castitas non perfecta non est reservata.

NOn est reservatum Summo Pontifici semper ac non est plenum, perfectom, absolutè, per se simpliciter volitum; nam aliàs non plenè amat castitatem vovens. Sanch. 5. *de matrimonio disp.* 9. *num.* 6. *&* 4. *Decalogi cap.* 40. *num.* 84. Escobar. *tom.* 1. *lib.* 7. *sect.* 1. *cap.* 21. Lessius 7. *de justit. cap.* 40 *num.* 105.

2220 Votum Castitatis ad tēpus non est reservatum Papæ.

Tale primo est ab Episcopo dispensabile votum Castitatis ad tempus, quia deficit à perfecta Castitate, & à perfecto totali amore virtutis Castitatis, per se perpetuò amabilis. D. Tho. 2. 2. *qu.* 88. *art.* 11. *ad* 2. Valentia 2. 2. *disp.* 6. *quæst.* 6. *puncto* 7. Sà v. *voti irritatio num.* 11. Excobar *loc. cit. num.* 286. Diana *par.* 1. *tract.* 11. *resol.* 57. Faustus 3. *Thesauri qu.* 70. dans novem Doctores. Esset autem votum perpetuæ castitatis emissum per centum annos, nam esset idem ac pro tota vita. Sanch. 4. *Decal. c.* 40. *n.* 49. Trullench 2. *Decal. cap.* 2. *dub.* 29. Faustus 3. *Thesauri qu.* 71. Leand. *loc. cit. qu.* 110. 111. *&* 112.

2221 Et votū castitatis conjugalis.

Secundo, votum Castitatis conjugalis; nam non est Castitas vera, & plena. Henriquez 7. *de Indulgentiis cap.* 20. *num.* 6. Faustus 3. *Thesauri qu.* 81. Sanch. 8. *de matrimonio disp.* 9. *n.* 7. Excobar. *l. cit. num.* 287.

2222 Non petendi debitum.

Tertio, votum non petendi debitum, etiam emissum ex licentia alterius; nam non est totalis Castitas. Sanch. 4. *Decal. cap.* 40. *num.* 51. dans septem Doctores Faustus 3. *Thesauri q.* 77. *&* 80.

2223 Non reddendi.

Quarto, votum non petendi, non reddendi, non fornicandi; quia non est totalis Castitas; cùm possit contrahere alias nuptias, viro mortuo. Diana *par.* 1. *tract.* 11. *res.* 58. Excobar *loc. cit. num.* 290.

2224 Non fornicandi.

Quinto, votum non fornicandi non est perfectæ Castitatis; quia non est votum excludens omnem actum contra Castitatem licitum, vel illicitum. Excobar *loc. cit. num.* 298. Faustus 3. *Thesauri qu.* 73.

2225 Virginitas respiciens corporalem integritatē.

Sexto, votum Virginitatis non est omnimodæ Castitatis, si restringatur ad corporalem integritatem, sicque non est reservatum. Excobar. *loc. cit. num.* 299. Sanch 4. *Decal. cap.* 40. *num.* 65. Leand. *loc. cit.* dans duodecim Doctores *qu.* 90.

2226 Non nubendi.

Septimo, votum non nubendi non est reservatum, quia non excludit omnem actū, nec est votum non fornicandi. Leand. *disp.* 17. *qu.* 89. Faust. 3. *Thesauri qu.* 74. dans decem Doctores. Excobar. *loc. cit. num.* 297.

2227 Castitatis à conjuge post consummatum matrimonium.

Octavo, votum simplicis castitatis emissum à conjuge consummato matrimonio est dispensabile, quia non obligat ad non reddendum. Excobar *l. cit num.* 295. dans tres Doctores, Faustus 3. *Thesauri qu.* 91.

2228 Et non consūmato matrimonio.

Nono, votum emissum à conjuge, etiam matrimonio non consummato est dispensabile; quia altero petente, tenetur reddere vovens. Faustus 3. *Thesauri qu.* 76. *qu.* 119. *q.* 120.

2229 Et ab utroque conjuge, sed non mutua licentia.

Decimo, votum Castitatis emissum ab utroque, sed sine licentia motua inter conjuges, est dispensabile; nam ex vi illius, quivis reddere tenetur alteri petenti. Diana *par.* 1 *tract.* 11. *res.* 72. Faustus 3. *Thesauri qu.* 112. *& qu.* 116. Excobar *loc. cit. n.* 293.

2230 Votum vovendi castitatem nō est reservatum.

Undecimo, votum promittendi, vovendi Castitatem est dispensabile; nam est votum de voto, non de Castitate. Et est promittenda, non promissa Castitas. Excobar *loc. cit. n.* 299. cum Suario, & Sanch. Leander *loc. cit. qu.* 88. *&* 89. dans quindecim Doctores. Faustus 3. *Thesauri quæst.* 73.

2231 Et votum suscipiendi Ordines Sacros.

Duodecimo, votum suscipiendi Ordines Sacros non est reservatum, quia est votum includens Castitatem promittendam in susceptione Ordinis, non promissam: & sic non est plena

actualis

actualis, perfecta, simpliciter volita Castitas. Leand. *par.7.tract.1. disp.47.qu.*87.88.89. Excobar *loc.cit. num.*300.

2232 Votum perfectæ Castitatis, sed emissum distributive per singula vota.

Decimotertio, si quis emittat distributivè pro singulis singula vota, itàut quodlibet non sit plenum votum Castitatis, sed omnia simul conflent perfectam totalem Castitatem. Adhuc quodlibet est dispensabile, nam quodlibet non est plenum, nec omnia componunt unum votum Castitatis. De la Crux *disp.1.cap.6.dub.*13. *num.*2. Excobar *loc.cit.num.*300.

2233 Votum Castitatis in pœnam.

Decimoquarto, vovens Castitatem in pœnam, non vovet voto reservato, quia non vult absolutè Castitatem, & sic non est plenum omnimodè votum Castitatis. Sanch. 4.*Decal.cap.*4.*n.*49. Leand.*tom.*1. *tract.*5.*disp.*14. *quæst.*134. dicens cum decem, & novem DD. Episcopum posse dispensare, etiam in pœna incursa. Quintanaduogno *de Jubilæo cap.*12.*num.*2.

Ad omnes illos casus dicas, & constituas Principium: scilicet, quod semper ac vovit, at non vovit affectu virtutis plenè, per se perfectè, tunc non est votum reservatum; & sic vovens, si habeat perfectam salutem à morbo Gallico, Religionem, vel vovens non cognoscere amplius feminas; tunc istud votum non dicitur reservatum; nam non est affectu virtutis, sed ad recuperandam sanitatem, nec est purè votum; & ad hoc autem ut sit reservatum, debet esse purum affectu virtutis.

Votum Religionis.

2234 Votum Religionis est reservatum.

Est reservatum, si sit omnimodè, plenè, perpetuum, purum, aliàs ab Episcopo dispensabile. Sanch.9. *de matrimonio disp.* 9. *num.*13. Excobar *loc.cit.num.*301.

2235 Dispensabile si fiat animo evitandi mali.

Hinc primo, votum Religionis emissum ad evitandum malum, vel obtinendum bonum, non est reservatum, quia non est omnimodè amore Religionis, & votum esset strictius solius religionis contemplatione emissum.

2236 Aut in pœnam.

Secundo, votum pœnale est dispensabile ab Episcopo. Sanch.*loc.cit.* Excobar. *loc.cit.n.*302.

2237 Sicuti strictioris religionis.

Tertio, votum strictioris Religionis est dispensabile ab Episcopo, quia minus stricta etiam est Religio, & sic remaneret indispensatum votum Religionis indispensabile. Excobar dans tres Doctores *loc.cit.num.*305. Leand. *p.7.tr.1. disp.*17.*q.*100. dans tresdecim Doctores.

2238 Et perseverandi.

Quarto, votum perseverandi est dispensabile, nam non est idem, ac indispensabile votum Religionis. Excobar *loc.cit.num.*304. Faustus 3.*Thesauri.q.*98. cum Sanch.& aliis.

2239 Votum paupertatis, obedientiæ extra religionem, aut profitendi in non approbata est dispensabile.

Quinto, votum paupertatis, obedientiæ extra Religionem, votum profitendi in Communitatibus non religiosis, vel perpetuò inserviendi in hospitali, vel ingrediendi Religionem à Papa non approbatam, non est votum Religionis; & sic enim dispensabile. Excobar *loc. cit.* *n.*303. 307. Leand. *loc.cit.* dans decem Doctores *q.*99. Faustus 3.*Thesauri. qu.*96. Sanch. dans triginta-duo Doctores 4.*Decal.c.*40. *num.*66.67. & 70. Diana *p.1.tr.4.res.*592. Leand. *p.1.tr.5. disp.*14. *q.*110.114.119.122.

2240 Votum assumendi habitum Beatæ non est reservatum.

Sexto, votum assumendi habitum Beatellarum non est reservatum. Excobar *loc. cit. num.* 308. dans quatuor Doctores. Leand. *loc. cit.quæst.*97.

Votum Peregrinationis.

2241 Votum peregrinationis.

Est reservatum, si sit factum devotione visitandi illa loca. Extravagans, *& si dominici.*5.*de pœnit.& remiss.*

Non est reservatum si fiat alio fine, quàm devotione invisendi illa loca.

Non est reservatum primo, si fiat alio fine, puta ut ibi absolvatur à censuris, ut videat loca, & mores aliarum Provinciarum. Sanch. 4.*Decal. cap.* 40.*num.*77. Faustus 3. *Thesauri. qu.*103.

2242 Qualitas peregrinationis non est reservata.

Secundo, non est reservata qualitas peregrinationis, puta incedendi pedester, mendicando. In ista namque circumstantia Episcopus dispensare potest. Excobar *loc. cit. num.* 307. Leand. *par.7. tr.1. disp.*17. *qu.*110. Lessius 2.*de justit.cap.*40.*num.*18. Faustus 3.*Thesauri.q.*114. dicentes posse dispensare, ut tardiùs impleatur votum, contra Suarium *lib.6. de voto. c.*26. *num.*11.

Communia voti Reservati.

2243 Vota reservata emissa metu saltem levi injusto dispensabilia.

Primo, votum Castitatis, Religionis, &c. emissum metu saltem levi injusto, vel est dispensabile; ne Pontifex foveat reservationi injuriam. Sanch. 4.*Decal.cap.*40.*num.*30. dans octo Doctores. Faustus 3.*Thesauri qu.*59. Vel est nullum ab initio, ut rectè ait Leand. *p.1. tr.* 5. *disp.*14.*qu.*17.

2244 Et metu gravi injusto.

Secundo, Votum Castitatis, Religionis, &c. ex metu gravi injusto, vel est dispensabile secundum Suarium *lib.6.de voto.cap.*26.*num.*5. Pontium *de matrimonio. cap.*9.*num.*15. vel est nullum, ut rectiùs docet Rodriquez. Toletus, Valentia, Navarrus, Sotus apud Faustum 3.*Thesauri. qu.*60.

Tertio.

Votum non petendi dispensationem, etiam à Papa, vel nisi à Papa.

2245 Non petendi dispensationem nisi à Papa, est dispensabile.

Non reddit votum reservatum, nam reservatio pendet à Superiore. Et ut subditus nequit reddere reservatum flagitium non reservatum, ita nec non reservatum potest efficere votum reservatum. Sanch. 4.*Decal.cap.*40.*n.*13. Sayrus 6.*Clavis c.*21.*n.*15. Faust.3.*Thesauri. q.*4. & 48.& *q.*105. Leand.*p.7.tr.1.disp.*17.*q.*111.

Quarto.

Votum reservatum commutatum à Papa in non reservatum, puta in jejunium.

2246 Votum reservatum in aliud opus, illud nō est reservatum.

Non reddit reservatum jejunium; nam in odiosis substitutus non sapit naturam illius, pro quo substituitur. Sanch. 8. *de matrimonio. disp.*9.*num.*20. Pontius 8.*de matrimonio. cap.* 8. §. 2. *num.*24. Faustus dans octo Doctores 3.*Thesauri. qu.* 68. & sic licèt votum Castitatis fuerit perpetuum, jejunium, nec reservatum, nec perpetuum, sed usque ad 60. annum durat; Papa namque à moribus Ecclesiæ se non difformat. Tamburin.4.*Decal.cap.*5.§.7.*n.*10. Leand. *loc.cit.q.*114.

Quinto.

Votum Castitatis, aut Religionis, vel Jejunii.

2247 Votum Castitatis, aut Religionis, aut Jejunii simul, est dispensabile.

Est dispensabile, quia ratione partis, scilicet jejunii non reservati, voluntas omnimodè non vult Castitatem, Religionem, cum possit eli-

eligere jejunium. Sanch. 4. *decal. cap.* 48. *num.* 44. Leand. *tom.* 1. *tr.* 5. *disp.* 14. *qu.* 141. dans viginti-duos Doctores, & Faustus 3. *Thesauri. q.* 65.

Etsi eligat reservatum, potest redire ad non reservatum, & potest dispensari in reservato electo, quia ab initio non reservatum ex diminuto affectu, & libertas eligendi partem non reservatam totum votum reddidit non reservatum. Tamburin. 3. *Decal. cap.* 16. §. 4. *num.* 30. Leander *loc. cit. qu.* 143. Malderus 2. 3. *tr.* 10. *cap.* 1. *dub.* 10. Menno *in Bulla. disp.* 26. *cap.* 10. *num.* 115.

Et remanet votum, puta Castitatis, non reservatum, licèt deinde altera pars jejunii impossibilitetur; Nam ab initio non reservatum, tractu temporis reservatum fieri nequit. Faustus 3. *Thesauri. q.* 67. Leand. *p.* 7. *tr.* 1. *disp.* 17. *q.* 107. dans undeviginti Doctores.

Sexto.

Votum reservatum emissum, ut obliget sub veniali.

2248 Votum sub levi non est reservatum.

NOn est reservatum; quia reservatio grave onus, idoneam gravem requirit materiam. Sanch. 4. *Decal. cap.* 40. *num.* 47. Faustus 3. *Thesauri. q.* 69.

Septimo.

Votum conditionale Castitatis, Religionis.

2249 Votum conditionale nō est reservatum.

NOn est reservatum, sivè conditio sit de præsenti, præterito, aut futuro.

Patet, quia voluntas tunc non fertur omni casu in rem devotam, sed illam non vult, si conditio non fuit, non est, non erit purificata; & sic in contrario eventu conditionis res devota non est volita. Id enim operatur non solùm conditio de futuro, sed etiam de præterito, & præsenti. Licèt namque de futuro suspendat, & ancipitem reddat, tamen de præterito, & præsenti reddit actum nolitum; ergo voluntas sub conditione, etiam de præterito, & præsenti, non vult rem devotam in omni eventu, in omni casu, sed adest casus, in quo illam non vult, quod sufficit ut desit reservatio, coarctanda ad voluntatem, & votum in omni eventu, & casu plenè volitum totalitèr, ut vult Excobar *loc. cit. n.* 105. Faustus 3. *Thesauri. q.* 107. *&* *q.* 111.

Hinc votum conditionale, si peccatum non fecero, Religionem voveo, non est reservatum, quia est non amore Religionis, sed odio peccati.

Idem est, si quis quia peccatum evitavit, voveat; nam tunc non est ex pleno amore Religionis, sed odio mali. Contra Leandrum *p.* 7. *tr.* 1. *disp.* 17. *q.* 102. *&* 104. motum, quia conditio de præsenti, & præterito non reddit votum conditionale. Quod licèt verum, facit tamen voluntatem voventis non omninò perfectè tendentem in bonum devotum, cùm non tendat

2250 Auctor censuræ S. Pontificis se subdit.

in casu conditionis non purificatæ. Hæc dixerim remittens me placitis Summi Pontificis.

Votum verò conditionale de futuro, ut voveo Religionem, si salvus evasero.

Etiam conditione purificata est dispensabile ab Episcopo; quia non emissum totali amore Religionis, sed amore salutis. Sanch. 8. *de matrim. disp.* 10. *num.* 8. Faustus dans quatuordecim Doctores 3. *Thesauri. q.* 107. Leand. *p.* 7. *tr.* 1. *disp.* 17. *qu.* 103. dans vigintiquatuor Doctores contra plures, ajantes indispensabile, & contra alios cum Montesino *t.* 2. *dis.* 23. *q.* 7. *num.* 124. ajentes dispensabile ante; quia tunc imperfectum votum, non post purificatam conditionem.

An quando Superior potest irritare reservata, ut pater respectu impuberis, possit Prælatus in illis dispensare?

NEga: quia irritans utitur jure proprio, dispensans utitur jurisdictione, in illis casibus non concessa. Extravagans *&* *si dominici.* 5. *de pœnit. & remiss.* Palaus *disp.* 2. *punct.* 12. *num.* 12. Faustus 3. *Thesauri. q.* 57. contra Gutierez 2. *Canonicarum. c.* 22. *num.* 49. 2251 Superior cū possit irritare vota reservata, tamen nō potest in eis dispensare.

An sit dispensabile votum, in dubio si sit reservatum?

AFfirma: quia dispensatio odiosa, restringenda ad certos casus; sicque dubitans an voverit sub conditione, votum non est reservatum. Suarius 6. *de voto. cap.* 26. *num.* 6. Pontius 8. *de matrimon. cap.* 9. *num.* 14. Faustus 3. *Thesauri. q.* 56. Leand. *p.* 7. *tr.* 1. *disp.* 17. *q.* 112. 2252 Votum reservatū dubium est dispensabile.

An, & quando Episcopus dispensare valeat in reservatis?

EX illis capitibus, in quibus diximus posse Episcopum dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium: Eruas posse dispensare in votis reservatis. 2253 Causæ ad dispensandum ab Episcopo in reservatis sunt.

Primo, præmente gravissima necessitate, per se, vel per suum delegatum dispensare valet, lege reservationis cum tanto onere non obligante. Sanch. 8. *de matrimonio. disp.* 9. *num.* 22. Faust. 3. *Thesauri. q.* 61. 64. 65. Et necessitas esset, si aliàs vovens Castitatem, vel Religionem occideretur, nisi illicò contraheret cum à se desflorata. 2254 Gravissima necessitas.

Secundo, si voto adstrictus moriens, non nubens, illegitimos filios relinqueret. Sanch. 4. *Decal. cap.* 40. *num.* 36. 2255 Ad legitimandos filios.

Tertio, si immineat periculum violandi votum, vel periculum animæ, vel corporis voventis, qua ratione Episcopos posset dispensare in voto Castitatis emisso à conjuge, si immineat periculum incontinentiæ. Pontius 8. *de matrim. cap.* 9. *num.* 2. Leand. *p.* 7. *tr.* 1. *disp.* 17. *qu.* 121. 2256 Periculum violandi votum, & animæ, aut corporis voventis.

Quarto, urgente dispensationis causa, præcluso aditu Summi Pontificis, Episcopum dispensare ait Sanch. 8. *de matrim. disp.* 9. *num.* 23. *argum. c. ea noscitur. c. de cætero. de sententia excommun.* 2257 Cum non sit aditus ad Papam.

In dictis, si nequit adiri Papa, potest dispensare Episcopus, quamvis adiri valeat Legatus à Latere, vel Nuncios Papæ. Sanch. 4. *Decal. cap.* 40. *num.* 38. Faustus 3. *Thesauri. q.* 62. dans quinque DD. contra Avilam *p.* 2. *de censuris. cap.* 7. *disp.* 1. *dub.* 6. utitur namque tunc Episcopus jure communi.

An potens alteri, possit secum dispensare? 2258 Superior sibi dispensare nequit, potest verò aliis delegata dispensandi facultate.

AFfirma: quia non debet esse deterioris conditionis, & quia dispensat non sibi directè, sed tollit legis obligationem, qua

ablata

ablata ipse exobligatus remanet. Sanch. 8. *de matrim. disp.* 3. *num.* 8. Diana *p.* 8. *tr.* 3. *ref.* 5. Henriq *lib.* 6. *de pœnit. cap.* 4. *num.* 3. Contra Suarium *lib.* 6. *de voto. cap.* 11. *n.* 4. potestque multò fortiùs suo Confessario delegare facultatem dispensandi. Sanch. *loc. cit. num.* 3. Sed nemo potest absolvere se ipsum; & sic Episcopus non potest dispensare in suo voto; Sed potest delegare aliquem, & ab illo obtinet dispensationem voti.

An facultate dispensandi uti valeant extra Sacramentum Confessionis?

2259 Potest dispensari in votis etiam extra confessionem. V. tamen infra de Commutat.

Affirma: nam nullibi oppositum præcipitur. Sanch. 4. *Decalogi cap.* 43. *num.* 17. Leand. *p.* 7. *tr.* 1. *disp.* 17. *q.* 136.

An potens dispensare possit commutare Vota?

2260 Potens dispensare, valet vota cōmutare.

Affirma: quia potens majus dispensationis, potest minus commutationis. Leand. dans undeviginti DD. *tom.* 1. *tr.* 5. *disp.* 14. *qu.* 152. contra Navarrum *cap.* 12. *num.* 70.

An verò potens commutare, possit dispensare?

2261 Sed non è contra.

Nega: quia minus commutationis non inducit majus dispensationis. Leand. dans septem & viginti DD. *loc. cit. q.* 151. contra Sylvestrum. *v. votum.* 4. *qu.* 3. Toletum 4. *summæ. cap.* 18. *num.* 11.

De Commutatione Voti, & Juramenti.

§. XVI.

2262 Commutatio voti quid.

Commutatio est juramenti, votive in aliam materiam mutatio. Ut sit loco unius detur alia res voto, juramento promissa. D. Tho. 2. 2. *q.* 88. *art.* 10. Sancius 14. *selectarum. num.* 17. dicens commutatione extingui primam, induci secundam obligationem. Intelligas, nisi facta commutatione adhuc velit redire ad primam materiam promissam. Gonzalez *in cap.* 1. *n.* 8. *de voto.*

An ad Commutationem requiratur causa?

2263 Commutare vota in melius, vel æquale opus non requiritur causa.

Habemus Commutationem in melius, in æquale, in minus.

In melius, & in æquale nulla requiritur causa, quia non minuitur divinus cultus. Et sic si die determinato non potest votum observare ob aliquod accidens, emergens, potest in alia die adimplere sine peccato, aliquid plus addendo in melius, & hæc permutatio semper potest fieri à quocumque, non autem in minus.

2264 In minus requiritur causa.

In minus requiritur causa saltem levis, aut levissima; nam aliquid detrahitur ex voto. *c.* 1. *de voto.* Ità ut commutatio sine causa sit nulla, quia nemini licet sine rationabili causa deteriorare divinum cultum. D. Tho. 2. 2. *qu.* 88. *art.* 12. *ad* 2. ubi Cajetan. D. Bonav. in 4. *dist.* 38. *art.* 2. *qu.* 2. ubi Riccardus *art.* 8. *qu.* 1. Leand. *p.* 7. *tr.* 1. *disp.* 18. *qu.* 23. requirens levissimam. & *p.* 1. *tr.* 5. *disp.* 14. *qu.* 160. ajens nunquam deesse causam commutandi vota, saltem commodum petentis. & *qu.* 161. concludit in commutatione vi Bullæ, vi Jubilæi, pro causa esse opera pia injuncta. Et tunc licèt Papa commutaret in minus, tamen suppleret aliis bonis operibus. (10)

An vi Commutationis Voti, extinguatur prima obligatio?

Nega absolutè extingui, sed substituitur nova materia loco primæ. *l. si sponsus. D. de donationibus inter. l. duobus.* §. 1. *D. de jure jur. cap. Ecclesia. ut lite pendente.* Remanetque in arbitrium voventis primam, vel secundam materiam ponere. Sicque absolutè non placet Sancium 14. *selectarum. num.* 7. docentem tolli primum votum. 2265 Commutato voto non extinguitur omnino prima obligatio.

A quo Votum commutari valeat?

Reservata tantùm à Papa, cætera ab Episcopo in sua Diœcesi, & ab aliis utentibus Episcopali Jurisdictione. Gonzalez *in cap.* 1. *n.* 8. *de voto.* Pontius 8. *de matrim. cap.* 8. Sanch. 4. *de matrimonio. disp.* 9. *num.* 3. & 4. *Decalogi cap.* 38. & possunt etiam ab ejus delegato commutari. Diana *p.* 1. *tr.* 11. *ref.* 41 Leand. *p.* 1. *tr.* 5. *disp.* 14. *q.* 152. dans decem & octo DD. Basseus *tom.* 1. *v. votum.* 6. *num.* 6. Tambutin. 3. *Decalogi cap.* 16. §. 5. *num.* 2. 2266 Vota reservata à Papa commutantur, alia ab Episcopo.

An autem quivis possit commutare suum votum in melius, vel æquale? mox.

An, & in quibus rebus Votum jure commutari valeat?

Affirma: commutari posse votum. *cap. de peregrinationis.* 1. *cap. magnæ.* 7. *cap. quod super.* 8. *de voto. can.* 1. 20. *qu.* 3. Balboa in *cap. pervenit.* 3. *de jure jur.* Et commutari valet in quacumque materia arbitrio prudentis commutantis, inspectis qualitate, & circumstantiis rerum, ac personarum. *cap.* 1. ubi Gonzalez *num.* 9. *cap. venientis.* 2. *cap. scripturæ.* 4. *cap. magnæ.* 7. *cap. quod super.* 8. *de voto, & voti redemptione:* ubi personale commutari potest in reale eleemosynæ. Contra Cajetan. *v. votorum dispensatio:* volentem reale in reale, personale in personale, mixtum in mixtum commutandum. 2267 Potest commutari, & in quacumque materia arbitrio prudentis.

Sed modò videamus quinque. Primò, cujus auctoritate commutari potest in evidenter melius. Secundò, in evidentèr æquale. Tertiò, in minus. Quartò, an votum ad favorem tertii commutari valeat. Quintò, an facta commutatione possit redire vovens ad primum votum.

An Votum auctoritate propria voventis commutari valeat in evidentèr melius?

Distinguas: vel votum est reservatum, vel non est reservatum. 2268 Votum non reservatum commutari potest in melius propria auctoritate.

Si non est reservatum, affirma posse commutari in melius evidantèr propria auctoritate voventis; nam promissum non infringit in melius commutans. *cap. licet.* 18. *cap. fin.* 10. *de regularib. cap. scripturæ.* 4. *de voto. cap. pervenit.* 3. ibi

(10) Causa debet esse talis, qualis sufficit ad cognoscendum, quod vovens non imprudenter mutaverit propositum, quare an causa levissima sufficiet, sedulò cogita.

ibi: *non enim promissum infringit, qui in melius illud commutat. de iure iur.* ubi Balboa *nu.*50. Deo namque semper magis placet, quod melius est, D.Tho.2.2.*q.*88. ubi Cajetanus *art.*12. Major. *in* 4.*dist.*38.*q.*3. ubi Bacconus *q.*5.*art.*6. Abulensis *Numerorum. cap.*30.*q.*110.Covarr.*in cap.quamvis p.*1.§.3.*num.*4. *de pactis. in* 6. Suarius *tom.*2.*de religione, lib.*6.*de voto.cap.*18.*n.*4. Tambur. 3. *Decal. cap.*16. §.5. *num.*3. Bonsc. *tom.*2. *disp.*4. *qu.*2. *punct.*9. §.8.*n.*3. Marante *in medulla decreti. v.votum transgreditur.* Leand. *loc.cit.q.*153. Sanch.dans triginta & unum DD. 4.*Decal. cap.*49. *num.*4. citaos *num.*2. pro contraria sententia tresdecim Doctores.

An Votum reservatum possit propria auctoritate commutari in melius?

2269 Votum reservatum. Distinquas: vel commutatur in professionem religionis, vel in aliud opus.

In Professionem Religionis.

2270 Potest commutari propria auctoritate in professionē religiosam. Quodlibet votum, & juramentum reale, personale, mixtum, reservatum, non reservatum commutari valet propria auctoritate in solemne professionis, ità ut professione solemni inita, veluti uberiori solutione satisfactum sit omnibus aliis votis, illa professione extinctis. *cap.scriptura.* 4. ibi: *Reus fracti voti aliquatenus non habetur, qui temporale obsequium in perpetuam noscitur religionis observantiam commutare. de voto.* ubi Gonsalez *num.*4. ait alia vota etiam compatibilia cum regula cessare. *cap.qui post votum.*5.*de regularibus. in* 6. *cap. pervenit.* 30. *de iure iur. can. voluit.* 33. *qu.*5. *can.admonere.* 33. *qu.*9. *can. desponsatam. can. Agathosa. can. scripsit.* 27 *qu.*2. *l.fin. in fine, Cod.de Episcopis, & Clericis.* Auth. *de nuptiis.* §. *distrahuntur. can. fin.* 19.*qu.*3. D.Tho. 2. 2. *qu.*88. *art.*12. D. Anselmus *lib.*3. *epist.* 33. & 154. Tolosanus *lib.* 3. *partitionum juris Canonici. tit.*2.*cap.*9. Sanch.5.*Decal.cap.*5. *num.*42. 44. & 52. Barbosa in *cap. scripturæ* 4. *num.*2. *de voto*, Riccius *p.* 4. *res.* 249. Miranda *tom.*2.*q.*33.*art.*6.& *tom.*1.*q.*25.*art.*5. Vecchius *disp.*10. *dub.*7. *in fine.* & *disp.*13. *dub.*4. Diana *p.*3. *tr.*6. *miscellan. res.* 65. Chilious v. *votum. num.*24. Bordonus *tom.*2. *res.*14. *num.*4. 8. 48. & 54. & *tom.*5.*cap.*12.*num.*38. & *cap.*20.*n.*40. Leand.*p.*7.*tr.*1.*disp.*18.*q.*18.

2271 Professione sunt extincta vota etiā implenda si ejiciatur. Et professione extinguuntur omnia vota, etiam emissa sub conditione, si ejiciatur, puta votum profitendi in alia, vel votum jejunandi, orandi, si post professionem ejiciatur. Hæc namque extinguuntur excellentissima illius actus solutione. *cap. scripturæ.* 4.*de voto*. Palaus *disp.*2.*de voto. punct.*18.*num.*4.

Et adeò extinguuntur, ut non reviviscant, si professus seculum repetat dispensatione Pontificia, vel si à Religione fuerit ejectus. Vota namque extincta sine nova voluntate repullulare nequeunt. Sanch. 8.*de matrimonio. disp.*9. *num.*21. Suarez 6.*de voto. cap.*20.*num.*1. Sayrus 6.*clavis. cap.*12. *num.*24. Tamburin. 3. *Decal. cap.*16.§.7.*num.*1. Bordonus *loc.cit.n.*53. contra Vivaldum *p.*3.*candelabri. cap.*14.*num.*28. qui enim voto satisfecit, ampliùs voto non tenetur, & professionis actu votis satisfecit. *cap.scriptura.*4.*de voto.* Unde meritò tali commutatione executa, scilicet professione posita, sunt extincta vera satisfactione alia vota. Cajetan.2.2. *qu.*88. *art.*12. *ad* 1. Sylvester v.*votum.*4.*qu. fin.* Faustus 2. *Thesauri. qu.*180. Armilla v. *votum. num.*24. ajentes professionem esse liberationem reali satisfactione ab aliis votis per ipsam posita; Idque etiam sine voluntate, imò contra voluntatem profitentis, jure ità disponente, cui profitens derogare nequit. Sanch. 5.*Decal. c.*5. *num.*41. Bordon. *loc.cit. num.*52. contra Angelum v.*votum.*4.*num.*2.requirentem voluntatem profitentis commutandi.

Sed quid?

Commutato à Papa Voto Professionis in aliud opus, si illud opus impossibilitetur, ut poni nequeat.

Tunc remanet firmum votum professionis, illa commutatione sine effectu non extinctum; Nam commutatio mutat materiam, non extinguit obligationem, si materia commutata non ponatur in effectu; Illa tamen posita, voto satisfactum est. *cap. de peregrinationis.*1.*cap.magnæ.* 7.*cap.*8.*de voto.* 2272 Commutato voto professionis in aliud opus, si istud nequeat adimpleri, non extinguitur votum professionis.

Sed si votum professionis à Papa, ejusve summo Pœnitentiario commutatum initis nuptiis stantibus.

Tunc illis solutis, illicò votum obligat, nec tenetur ad materiam durantibus nuptiis subrogatam; puta in jejunium; nam est subrogata ratione impedimento nuptiarum, quo impedimento cessante cessat subrogatio, scilicet jejunium; & votum religionis vires resumit, cessante permutationis causa. *cap. magnæ.* 7. ibi: *quia cessavere causa, faciliùs cessare potuit & effectus. de voto.* Palaus *loc. cit. punct.*18. *num.*6. Tamburin. 3.*Decal. cap.*16. §.7.*num.*3. contra Sanch.4.*Decal.cap.*55.*num.*21. 2273 Etsi illo cōmutato contrahat nuptias, istis dissolutis, tenetur votum implere.

An reservatum possit propria auctoritate commutari in melius?

Difficultas ex eo est; quia non infringit votum, qui in melius commutat. *cap.scriptura.* 4.*de voto.cap. pervenit.* 3.*il* 2.*de iure iur.* Ergo non infringit votum reservatum, qui in melius commutat. 2274 Videtur Votum reservatum in meliùs posse cōmutari.

Secundo, quia ponere rem Deo magis gratam est religioni conformius, nec videtur posse prohiberi Ecclesiastica humana potestate, concessa in ædificationem, non destructionem, vel diminutionem divini cultus. Et sic commutari votum peregrinationis in frequentem usum Sacramentorum, aliisve piis operibus, ac eleemosynis, opus Deo gratissimum, voventi utilissimum: Vel in aliud majus bonum docet Aragonius 2.2. *q.*88.*art.*12.*dub.*1.*dicto.* 3. Sayr. 6. *Clavis. cap.*12. *num.*12. Menno *in Bulla cruciatæ. disp.* 26. *cap.*3. *num.* 48. Valentia *tom.*3. *disp.*6.*qu.*6. *punct.*7. v.*hac ipsa ratione*: qui concludunt votum professionis non posse in melius commutari. *cap.multæ. de voto.* nec votum castitatis. *Ecclesiastici.* 26. ibi: *omnis ponderatio non est digna, animæ continentis.* At votum Peregrinationis posse in melius commutari propria auctoritate. Imò Faustus 4. *Thesauri. q.*7. *in fin.* veriùs putat, omnia vota reservata etiam Castitatis propria privata auctoritate licitè commutari in evidenter melius, non constans sibi ipsi ibidem. *q.*30.

2275 Sed contrarium asserendum. At oppositum ad cavendas fraudes concludendum.

dendum. ex Extravaganti: *Et si Dominici.5. de pœnit. & remiss.* Fraudis via aperiretur; nam commutaret in meliùs non reservatum, & deindè in non reservato dispensationem obtineret ab Episcopo, & se eximeret ab utroque. Suarius 6. *de voto cap.* 18. *num.* 14. & *cap.*21. *num.* 17. Sanchez 4. *Decal.cap.*52. *num.*5. Sotus 7. *de instit. quæst.*4. *art.*3. Lessius 2. *de justitia cap.* 40. *dub.*13. *num.* 104. Sunt namque reservata in signum Supremæ potestatis, cui nequit privata auctoritas derogare.

An Votum non reservatum possit commutari in evidenter æquale propria auctoritate?

2276 Votum non reservatum commutari valet in evidenter æquale propria auctoritate.

Affirma: nam votum respicit rem Deo gratam; ergo æquè bonum, æquè gratum Deo.

Secundo, quia in gratiùs propria auctoritate fieri potest commutatio. triginta sex Doctores apud Sanch. 4. *Decal.cap.*49. *num.*4. Ergo etiam in æquè gratum propria auctoritate votum erit commutabile; nam æquè Deo est gratus, & sic æquè implet votum. Et currit regula: non refert quid ex æquipollentibus fiat. Nec Deus, nisi sibi placens, vult: & æquè placens, ut est æquè bonum, æquè vult. Sanchez 4. *Decalogi cap.*49. *num.*10. dans quatuordecim Doctores. Sancius 14. *selectarum. num.* 3. dicens cum Suario tutum in praxi. Sà v. *votum.* Henriqu. *lib.*5. *de pœnit. cap.*20. *num.*5. Rodriquez *par.*2. *cap.*110. *concl.*4. Diana *par.*3. *tract.*5. *res.*25. Leo *de Jubilæo p.*2. *num.*65. Villalobos *tom.*2. *tract.*34. *difficult.*31. *num.*8. Bonac. *tom.*2. *disp.*4. *qu.*2. *puncto* 7. §.3. *num.*8. Bordon. *tom.*1. *res.*14. *num.*7. Contra decem, & septem Doctores apud Sanchez *loc. cit.* contra Faustum 4. *Thesauri qu.*10. dicentem tamen *num.* 6. nostram sententiam posse recipi in casu evidentis æqualitatis. Leandrum *part.* 1. *tract.*5. *disp.*14. *quæst.*154. & 155. negantem id posse fieri etiam à Confessario; & *par.*7. *tract.*1. *disp.*18. *qu.*9. dantem quinque alios Doctores, & dicentem *q.*10. & 11. cum decem Doctoribus, & Fausto 4. *Thesauri qu.* 16. contra Sanchez, Suarium, & Palaum non lethalem, sed venialem esse istam commutationem in æquale.

2277 In æquale dubium non fit commutatio.

In dubio autem an materia sit æqualis, fieri nequit commutatio, ob periculum diminutè implendi votum, possidens, ut integrè impleatur. Bonac. *loc. cit. num.* 8.

An commutatio Voti possit fieri in minus?

2278 In minus propria auctoritate nequit votum commutari.

Distinguas: vel propria auctoritate, vel vi Bullæ, & Jubilæi.

Propria auctoritate, nega; nam promissio Deo facta integrè impleri debet; & ut facta homini, ità fortiùs Deo facta, nequit à debitore diminutè impleri, secùs in eo, quod deficit, votum non servaret. Contra textum in *cap. licet.*6. in *cap. per tuas.*10. *de voto. can. scimus.*9. §. *quicumque* 12. *qu.*1. *can. sunt quadam.* 1. 17. *qu.*1. Tamburin. 3. *Decal.cap.*16. §.5. *num.*8. Cajetan. 2.2. *qu.*88. *art.*12. Faust. 4. *Thesauri qu.*17.

2279 Vi Jubilæi, aut Bullæ potest commutari.

Vi Jubilæi, Bullæ, affirma; nam tempora tantæ exultationis redundat Domini Dei liberalitas, remittentis jura sua per manus sui Ministri. Aragon. 2.2. *quæst.*88. *art.*12. *dub.*1. Idque conducit ad tollendos scrupulos Confessarii circa æqualitatem materiæ commutandæ. Bonac. *loc. cit. puncto* 6. §.3. *num.*3. Sanch. 4. *Decalogi* *cap.*49. *num.* 3. Leand. *part.*1. *tract.* 5. *disp.* 14. *quæst.*156. & *par.*7. *tract.*1. *disp.*18. *qu.*12. Lessius 2. *de justit. cap.*40. *dub.*16. *num.*109. contra Faustum 4. *Thesauri qu.*19.

An commutari possit in meliùs, vel in æquale Votum emissum ad favorem tertii?

2280 Votum respiciens favorem tertii non acceptatum commutari potest in melius, vel æquale propria auctoritate.

Distinguas: vel à tertio est, vel non est acceptatum.

Si à tertio non est acceptatum, affirma; quia votum fit Deo, & tertius non habet jus ad rem devotam, nisi prout à Deo acceptatur. Imò tertius nullum jus habet, quia cum eo non contrahitur. Sic commutans in meliùs, vel in æquale, reddit Deo rem gratiorem, vel æquè gratam, nihilque aliud in voto considerandum. Sanchez dans duodecim Doctores 4. *Decal.cap.*41. *num.*7. Leand. dans decem, & octo Doctores *par.*1. *tr.*5. *disp.*14. *qu.*172. & *par.*7. *tract.*1. *disp.*18. *qu.*19. & 20. Faust. 4. *Thesauri qu.*8. & 9. concludens, voventem dare centum Ecclesiæ, posse propria auctoritate commutare, & dare pro dote puellæ periclitanti. Similiter voventem inservire tali hospitali, posse propria auctoritate inservire alteri indigentiori, & multitudine infirmorum presso.

2281 Si fuerit acceptatum, videtur posse quoque commutari.

Si est acceptatum à tertio, affirma adhuc posse commutari; quia acceptatio non mutat naturam voti, nec superaddit novam obligationem ex justitia; nam obligatio ex justitia deberet nasci ex contractu de novo inito inter voventem, & acceptantem, nec potest ex sola voluntate acceptantis nasci. Et supponimus deesse novam voluntatem voventis, volentis se ex justitia obligare creaturæ acceptanti; obligationes namque de novo non præsumuntur, & mera acceptatio nullam inducit in vovente obligationem.

Secundo probatur, quia professus in una, transire valet ad strictiorem Religionem. *cap. licet. de Regularibus*; ergo votum acceptatum ab uno, poterit illo invito, saltem in meliùs commutari.

Tertio, quia votum fit Deo principaliter, & ille, cui res datur, non est finis voti per se intentus. Sicque votum impletur etiam dando alteri æquè, vel graviùs indigenti. Fagundez 2. *Decal.cap.*49. *nu.*10. Tamburinus 3. *Decal.cap.*16. §.5. *num.*5. Trullench 1. *Decal. cap.*3. *dub.*8. *n.*2. Navarra 2. *de restitutione cap.*1. contra Navarrum *cap.* 12. *num.* 78. Sylvestrum v. *votum* 4. *qu.*7. Leandr. *par.*7. *tract.*1. *disp.*18. *qu.*21. dicens tamen probabilem nostram sententiam & *part.*1. *tract.*5. *disp.*14. *quæst.*133. Faust. 4. *Thesauri quæst.*51.

An facta commutatione, vovens valeat redire ad primum Votum.

2282 Vovens potest redire ad primum votum commutatum, etiam propria auctoritate.

Affirma: etiam propria auctoritate, sivè fit in meliùs, sivè in æquale, sivè in minus, facta commutatio; quia commutatione ponitur nova materia cumulativè, non extinctivè, ut in libertate sit voventis quamlibet ex illis ponere; & quia commutatio est favore voventis, in cujus odium non debet retorqueri; & sic potest redire ad materiam voti, primo voto comprehensam. Sicque si secunda materia impossibilitetur, tenetur vi voti ponere primam. Soarius *lib.* 6. *de voto cap.* 20. *num.* 4. Lessius 2. *de insti-*

*Justitia cap.*42.*dub*.11.*num*.97. Sanch. 4.*Decal. cap*.55. *num*.28.Sayrus 6.*Clavis cap*.13.*num*.22. Azor.*tom*.1.*lib*.11.*cap*.18. *qu*.10. Leand. *par*.1. *tract*.5.*disp*.14.*qu*.149. Faustus 4.*Thesauri q*.79. Idem dicas de juramento soli Deo facto. Decem, & novem Doctores apud Leandr. *loc. cit. qu*.100. Sà v.*juramentum num*.32.

2283 Quamvis in melius fuerit votum Commutatum.

Idque etiam dicas, licèt commutatio facta fuerit in melius; potest enim tunc vovens primam materiam, licèt non meliorem, repetere; quia non debet in ejus odium commutatio retorqueri, nisi intendat commutans novum votum emittere rei melioris commutatæ. Sanch. 9.*de matrim.disp*.4.*nu*.21. Azorius *loc.cit.qu*.12. Sayrus 6.*Clavis cap*.12. *num*.22. Lessius 2.*de justit.cap*.40.*dub*.16.*num*.111.contra Suarium *lib*. 6.*de voto cap*.20.*n*.1. Faust.4.*Thesauri qu*.80.

2284 Sic commutans pro libito potest alterutram materiam ponere.

Imò multoties commutans, potest pro libito quamlibet ex illis materiis ponere; nam vi commutationis, respicientis favorem voventis, non adstringitur ut determinatam, sed unam alternativè ex illis determinatè ponendam. Azorius *loc.cit. qu*.12. Lessius *loc.cit.* Sayrus 6. *Clavis cap*.12.*num*.22.Faust.*loc.cit.qu*.81.

Et si vovens rediit, ponens primam materiam, potest deindè pro libito ponere materiam, in quam votum fuit commutatum, nam non censetur suo favori liberè eligendi, & mutandi renunciasse. contra Faustum 4.*Thesauri quæst*.82. Suar.*lib*.6.*de voto cap*.20.*num*.13.

Quæ Vota commutari valeant?

2285 Reservata à Papa, reliqua ab Episcopo commutantur.

A' Papa omnia, à cæteris Prælatis (exceptis reservatis) omnia subditorum, etiam non petendæ commutationis votum; nam tale votum non est reservatum. Leand. dans sexdecim Doctores *tom*.1.*tract*.5.*disp*.14. *qu*.137.

Quando Episcopus commutare valeat reservata?

2286 Quæ Episcopus dispensat, commutare valet.

QUæ ab Episcopo valent dispensatione tolli, valent etiam commutari; Itaque in illis casibus, in quibus non sunt reservata, possunt commutari.

2287 Votum Castitatis, Religionis vi, errore, metu emissum commutatur ab Episcopo

Primo, commutari potest votum Castitatis, Religionis, emissum vi, errore, metu etiam levi injusto; nam his tollitur plena voluntas voventis; sicque desinit reservatio, comprehendens vota reservata plena voluntate emissa. Angelus v. *votum*. 4. *num*.4. Leand. dans quatuordecim Doctores *loc. cit. qu*.107. contra Sylvestrum, & Lavorium.

2288 Et votum pœnale.

Secundo, commutari valet votum pœnale Religionis, Castitatis; quia voluntas non vult per se Castitatem, Religionem, sed in pœnam alterius actus: nec respicit virtutem, sed aliud evitandum, vel consequendum. Sanchez dans duodecim Doctores 4. *Decalogi cap*.4. *num*. 91 Diana dans quatuor Doctores *part*. 1. *tract*. 11. *resol*.53. Menno in *Bulla disp*.26. *cap*.8. Bossius dans novem Doctores *de Jubilæo sect*.2. *casu* 20. *num*.29. Henriqu. *lib*.7.*cap*.30.*num*.6. Leander, *loc.cit. qu*.128. & 134. dicens cum undeviginti Doctoribus posse commutare etiam pœnam incursam.

2289 Atque conditionale.

Tertio, votum conditionale, etiam impleta conditione, commutari valet. Sanch. 4.*Decal. cap*.40. *num*.90. Quintanaduegno *de Jubilæo cap*.12.*num*.21. Leand. dans undecim Doctores *quæst*. 131. Et sic votum conditionale de futuro commutari potest, etiam impleta conditione; nam ab initio fuit perfecta voluntas suspensa: nec fuit directè ob votum, sed respexit conditionem, quæ purificata non facit, votum fuisse emissum plenè, & absolutè virtutis amore, ratione cujus pleni, & absoluti affectus, reservatio odiosa restringitur ad actus ab initio plenos.

Quarto, commutari valet votum disjunctivum, cujus una non altera pars est reservata, etiam si pars non reservata impossibilitetur deindè. Tunc non est reservatum, quia voluntas plenè non tendebat in rem reservatam; cùm comprehenderit etiam partem non reservatam: ut si vovens dicat, voveo Castitatem, vel Peregrinationem ad Montem Virginis, & infirmitate, vel extrema paupertate nequeat iter arripere: tunc Castitas nec est reservata, quia non fuit à voluntate voventis plenè volita; cùm affectus aliam partem æque respexerit. Leand. *loc.cit. quæst*.141.& 142. Diana *par*.1. *tract*.11. *res*.24. Sanch.*loc.cit.* contra Bonac.*de legib.qu* 4. *disp*.2.*puncto* 7. §.4.*num*.18. Filliuccium *tr*.26. *cap*. 10. *num*. 174. Et commutari valet etiam si vovens elegerit partem reservatam, nisi de novo voveat illam ponere. Malderus 2.2.*tract*. 10.*cap*.5. *dub*.10. Leand. *loc.cit. qu*.143. contra Sanch.8.*de matrim.disp*.9.*num*.14. Imò eligens reservatum, sed de novo non ratificans, potest redire ad non reservatum, & commutari vi Jubilæi, vel ab Episcopo. Diana *loc. cit. resol*. 65. Menno *loc.cit. cap*.10. *num*.115. nam electione noluit sibi præjudicare. — 2290 Votum disjunctivum.

Quinto, votum Castitatis ad tempus est commutabile. Barbosa *de potestate Episcopi part*. 2. *alleg*.37.*num*.15. Lessius 2.*de justitia cap*.4.*dub*. 13. *num*.105. Sanch.*loc.cit.num*.6. & 4. *Decal. cap*.40.*num*.48. Leand.*loc.cit.qu*.111.& 112. — 2291 Ad tempus.

Sexto, commutari potest, quidquid propriè non est Castitas perpetua, nec votum Religionis, ut est votum vovendæ Religionis, Castitatis, Ordinis Sacri, votum non nubendi, non fornicandi, non tangendi mulierem, perseverandi in Religionem, votum Paupertatis, Obedientiæ in seculo, votum Religionis non approbatæ, votum Religionis si placebit, votum integritatis Virginalis, votum Castitatis conjugalis, non petendi debitum. Sanch. dans viginti sex Doctores 4.*Decal.cap*.30.*num*.66.67.70.75. Navarrus *cap*.12. *num*.76. Diana *par*.1. *tract*. 11. *resol*.75. Fagundez 2. *Decalogi cap*. 43. *num*. 1. Trullench 2. *Decalogi cap*. 1. *disp*. 39. *num*. 15. Bossius *de Jubilæo sect*. 2. *cap*. 20. *num*. 9. Lessius *loc. cit. num*. 115. Leandr. *loc. cit. quæst*. 110. 114. 116. 118. 119. 122. 123. Henriq. *lib*.7.*cap*. 30. *num*.6. Sanch. *loc. cit. num*. 50. Numquam enim in istis votis est plenus, adæquatus, absolutus, completus affectus ad Religionem, ad Castitatem; nec perfectè vult veram Castitatem, Religionem. — 2292 Votum Castitatis non perpetuæ, & integræ, aut Religionis non approbatæ.

Tandem Episcopus commutare valet in simplici voto Castitatis, mutuo conjugum consensu inito; Si immineat incontinentiæ ruina; est enim tunc materia obnoxia malitiæ, Quatuordecim Doctores apud Leand. *loc.cit.qu*.118. Et insuper potest commutare circumstantias, firma remanente substantia voti reservati. Et sic ut ingrediatur laxiorem, vovens rigidiorem. Idemque de Confessario vi Jubilæi commutante asseras. Sanch. dans sex Doctores 4. *Decal*. *cap*. 40. *num*. 74. Diana, Trullench, Fagundez, Menno — 2293 Episcopus commutat simplex votum Castitatis.

apud

2294 Vi Jubilæi Episcopus, & Confessarius commutare possunt circumstantias voti reservati.

apud Leandrum *loc. cit. qu.* 125. Et sic Episcopus, & Confessarius vi Jubilæi potest commutare votum quoad modum, ut vovens strictiorem ingrediatur laxiorem Religionem; nam substantia non mutatur: imò liber est à voto ingrediens in laxiorem propria auctoritate, sed peccaret non servando rem promissam.

2295 Vovens strictiorem, & profitens in laxiori voto facit satis, sed peccat.

Si verò quis propria auctoritate vovens arctiorem, commutet in laxiorem Religionem, ibique profiteatur: videtur peccare non servando rem promissam, sed liber est à voto strictiori simplici ob votum professionis solemne. *cap. penult. de Regularib. in* 6. ubi Archidiaconus, & Joan. Andreas *num.* 1. Navar. *cap.* 12. *num.* 48.

An Confessarius vi Jubilæi valeat commutare vota extra confessionem, etiamsi in Bulla dicatur audita confessione, vel in foro Sacramentali?

2296 Videtur vi Jubilæi extra Confessionem posse commutari vota.

AFfirma: nam commutatio voti non indiget confessione. Idque fortiùs si pœnitens jam confessus oblitus fuit voti. Henriq. *lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 8. Sanch. 4. *Decal. cap.* 54. *num.* 17. Bossius *de Jubilæo sect.* 2. *cap.* 38. *num.* 5. Santarellus *de Jubilæo cap.* 8. *dub.* 8. Sancius 14. *selectarum num.* 2. Bonac. *de voto qu.* 2. *puncto* 8. §. 3. *num.* 16. Diana *part.* 5. *tract.* 12. *resol.* 36. Leand. *tom.* 1. *tract.* 5. *disp.* 14. *qu.* 97. dans pro contraria sententia octo Doctores.

Contra plures.

2297 Lucranti Jubilæum potest commutari Votum, etiam transacto Jubilæo.

Imò Confessarius transacto Jubilæo potest commutare vota pœnitenti lucranti Jubilæum, etiamsi pœnitens noluerit, vel oblitus non petierit commutationem voti, & petat elapso jam Jubilæo. Sanch. 8. *de matrimon. disp.* 15. *num.* 17. Diana *loc. cit. resol.* 40. Leand. *loc. cit. quæst.* 98. *&* 99. (11)

Si materia commutatione subrogata fiat impossibilis: an vovens teneatur ad primam?

2298 Materia commutata Superioris auctoritate, si fiat impossibilis, votum extinguitur, & non tenetur ad primam.

DIstinguunt: vel commutatio facta est auctoritate Superioris, vel voventis voluntate.

Si Superioris auctoritate, negant; quia licèt possit ad primam redire. Sanch. 4. *Decal. cap.* 55. *num.* 26. Faust. 4. *Thesauri qu.* 79. quia commutatio est voventi favorabilis, non tamen tenetur, quia tunc commutatio fieret odiosa, quo sensu commutatione dicitur extincta prior materia quoad obligationem illam ponendi, & sic non tenetur ad primam, extincta illius obligatione, neque ad secundam impossibilem: & ità recipio D. Thomam in 4. *dist.* 38. *quæst.* 1. *art.* 4. *qq.* 3. Cajetan. 2. 2. *qu.* 88. *art.* 12. Valentiam 2. 2. *disp.* 6. *qu.* 6 *puncto* 7. Suarez *lib.* 6. *cap.* 20. *num.* 1. Sanctium 14. *selectarum num.* 3. 6. *&* 7. Faustum 4. *Thesauri qu.* 79. ajentes extingui primam materiam commutatione. Et sic facta commutatione visitationis Ecclesiæ in jejunium tali die, si impossibilitetur jejunium ægritudine, non tenetur ad visitationem, & facta permutatione jejunii in visitationem Ecclesiæ, impossibilitata visitatione carcere, non tenetur ad jejunium. Tambur. 3. *Decal. cap.* 16. §. 7. *num.* 1. Sanch. 8. *de matrimon. disp.* 9. *num.* 21. & 4. *Decal. cap.* 55. *num.* 15. Layman. *lib.* 4. *tract.* 4. *cap.* 8. *num.* 28. Palaus *disp.* 2. *puncto* 18. *num.* 2. Leand. *part.* 7. *tract.* 1. *disp.* 18. *q.* 26. Faustus 4. *Thesauri q.* 77. id afferens, licèt culpa voventis materia subrogata impossibilitetur. Contra Rodriquez in *additione ad Bullam Cruciatæ* §. 9. *num.* 117. Vegam *tom.* 2. *cap.* 129. *casu* 79. Grassium *part.* 1. *decisionum lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 3. Sotum 7. *de justitia qu.* 2. *art.* 1. obligantes ad primam voventem, sua culpa impotentem ad secundam materiam. Ludovicum à Cruce in *Bulla Cruciatæ disp.* 2. *cap.* 6. *dub.* 16. *num.* 12.

Si commutatio facta sit propria voluntate; tunc volunt teneri ad primam materiam; quia vovens non censetur recessisse à prima, nisi posita secunda commutationis materia. Tambur. *loc. cit. in fine.* Leander *loc. cit. qu.* 31. — Secùs si fiat propria auctoritate.

2299 Auctor non videtur huic assentiri, sequentes prodoceos difficultates.

Premor duplici difficultate. Prima, quia commutatio non vi auctoritatis commutantis, sed ex natura sua transfert obligationem ex una in aliam materiam *l.* 1. *D. de rerum permutatione*.

Secunda, quia esset onus non favor, si impotens ad secundam, teneretur ad primam commutatam: nec esset commutatio, sed coacervatio materiarum, non tollens onus ponendi primam, superaddens secundam. Onus esset, quia impotens ad primam, teneretur ad secundam: impotens ad secundam, teneretur ad primam. Cùm sine commutatione teneretur ad unam, qua impossibilitata, votum extingueretur. Sicut ergo ante commutationem ad unam, ità etiam post ad tantùm commutatam deberet obligari, ità ut illa impossibilitata, ad aliud non teneretur.

Tertio, Superior commutando ponit novam materiam, qua posita censetur exclusa prima; ne duplici gravet materia; ergo etiam propria voluntate facta commutatione. Nec enim videtur disparitas, cùm unusquisque velit se levare ab onere, non superaddere onus; Sicq; non præsumitur nolle recedere à prima, nisi posita secunda; nam hoc esset commutare sub conditione, si ponatur secunda materia; & tamen commutatio est pura, non conditionalis.

2300 Tamen se Papæ Judicio subdit.

Remitto tamen me Summo Pontifici, & dicta de commutatione Professionis specialia ob illius voti specialitatem.

Interpretratio Voti, & Juramenti.

§. XVII.

2301 Interpretatione Votum aut corruit, aut quandoque minuitur.

INterpretratione voti ex materia, intentione, & circumstantiis voti, quandoque votum corruit, quandoque minuitur. Corruit, si interpretretur in casu contra leges: minuitur in obligationis incertitudine. Pro qua interpretratione ex dictis eruuntur tres regulæ. Prima, ut interpretretur pro inducendo minori onere. *c. ad nostram. de jure juran.* Suarius *tom.* 2. *de Religione lib.* 2. *de Juramento cap.* 32. *n.* 7. Tambur. 3. *Decal. cap.* 3. §. 4. *n.* 1. Sicque satisfacit voto peregrinandi ad Terram Sanctam, mercede, vel causa negotiationis conductus, si simul habeat voluntatem peregrinandi, invisendi Loca sancta, qua voluntate iter fit pietatis, Religionis. Palaus *disp.* 1. *puncto* 12. *num.* 10. Tamburinus 3. *Decal. cap.* 15. §. 2. *num.* 3. contra Sanch. 4. *Decal. cap.* 11. *num.* 68.

2302 Interpretatio est facienda ad minuendum onus.

Se-

(11) Sed extra confessionem id non esse Confessario concessam, procoldubio tenendum est. Nam is nihil Juris habet extra confessionem. Nec probari potest id ipsi datum Indulgentia Jubilæi: Cùm ipsi largiorem manum in foro Sacramentali concedat.

2303 Et juxta naturam actus devoti.

Secunda, interpretatur in dubio juxtà naturam actus, cui adjicitur. Covarr. *par. 1. de pactis §. 8. num. 1.* Sicque voto Castitatis non tenetur promittens vovere, & non vovens. Vovens se assumpturum Ordines Sacros, Professionem religiosam. Et profitens, Sacros Ordines suscipiens non vi primi simplicis, sed vi solemnis voti in Professione, Castitate devota ligatur. Cajetan. 2.2. *quæst.* 88. *art.* 3. Suar. *lib.* 4. *de voto cap.* 7. *n.* 15. Valentia 2.2. *disp.* 6. *qu.* 6. *punct.* 4.

2304 Non est facienda in præjudicium tertii, aut legis.

Tertia, interpretatio numquam facianda in præjudicium tertii, nec legis. *cap. veniens. cap. cum tuis. cap. cum contingat. de jure jur. an. cap. quamvis pactum. de pactis in* 6. Sic dubitans se obligasse ad leve in re gravi, tenetur ad leve. Castrus *lib. 1. de lege pœnali cap.* 5. Navarrus *cap.* 23. *num.* 49. Et dubitans an ad pœnam, an ad culpam se voto adstrinxerit, obligaverit, tenetur ad pœnam. Portella v. *voti natura num.* 4. Faustus 1. *Thesauri qu.* 126.

In communi discussimus voti quidditatem, causas, ortum, interitum, species præcipuas. Quibus stat Religiosus Ordo, prodat nunc in publicum sermo.

De statu Religioso, & ejus Votis.
TITULUS XXIX.

2305 Religio firmatur approbatione Apostolica, & professione cum tribus votis solennibus.

STatus, à stando dictus, firmitatem indicat, sine qua corrueret. D. Gregorius in *Ezechielem Homilia* 20. Firmitatem contrahit approbatione Apostolica, solemnitate Professionis, essentialiter coalescentis perpetuo voto Obedientiæ, Castitatis, Paupertatis sub certa regula. Trid. *sess.* 25. *cap.* 1. *de reformat. cap. ne nimis. de Religiosis domibus. cap. Religionum. de Religiosis domibus in* 6. *cap. cum ad Monasterium. in fine. cap. Monachi.* 2. *de statu Monachorum. Clem.* 1. *de Religiosis domibus.* D. Thomas 2.2. *quæst.* 186. *art.* 6. & *qu.* 154. *art.* 5. & *qu.* 88. *art.* 6. ubi Cajetan. Scotus in 4. *dist.* 38. Et contra Sotum 10. *de justitia qu.* 5. *art.* 3. plenè Religionis decore fulget Choro carens. Verusque status non tantùm solemnibus, sed etiam simplicibus votis essentialiter constituitur.

2306 Societas Jesu etiam simplicibus votis est vera Religio.

Ex Constitutione Pauli III. Julii III. Pii IV. Pii V. Gregorii XIII. Tridentini, ubi Societatis Jesu vera simplicibus votis stat Religio. Solemnitas namque olim requisita in *cap. Religioso. de sententia excommunic. Clementina* 1. *de Religiosis domibus.* D. Thomas 2.2. *qu.* 88. *art.* 11. Jure humano orta. *cap. unico. de voto in* 6. interire, & moderari humana potestate potest. Valentia 2.2. *disp.* 10. *qu.* 4. *punct.* 2.

De Voto Obedientiæ.
§. I.

2307 Obedientia quid.

OBedientia est moralis virtus facilitans subditum ad parendum Superiori. D. Gregorius *lib. 3. Moralium cap.* 12.

Dividitur.

Est duplex, prima Materialis, Formalis altera. Materialis est quodlibet opus virtutis præceptum.

Formalis est ipsa voluntas subditi parere volentis.

2308 Et subdividitur.

Obedientia est triplex: Expressa, Tacita, & Interpetrata.

Expressa, obtemperat præcepto formali expresso.

Tacita, præcepto tacito, signo aliquo demonstrato.

Interpetrata, obtemperat Superiori etiam non præcipienti, indagato, quod Superiori placet. D. Thomas 2. 2. *quæst.* 104. *art.* 2.

Nemo tenetur ad obedientiam formalem, hoc est facere opus, quia vult obedire, sed satis est si rem præceptam ponat ob bonitatem rei præceptæ: licèt careat intentione satisfaciendi præcepto, obediendi Superioris; nam non adest præceptum, ut quis intendat Superiori obedire. Suar. *to.* 3. *in* 3. *par. q.* 83. *art.* 6. *disp.* 88. *sect.* 3. Vasq. 1.2. *q.* 100. *art.* 9. Faust. 6. *Thesauri q.* 36. & 37. dicens non adesse causam præcipiendi obedientiam formalem. Sicque satisfacit præcepto invitus, metu coactus, nolens præceptum implere, si ponat rem, hoc est Missam præceptam, ità ut mutata voluntate non teneatur Missam iterùm audire; non enim pendet ab ejus voluntate satisfacere præcepto, si ponat rem præceptam, Videas *Tractatum de legibus*, ubi fusiùs explanavi. Sotus 2. *de justit. quæst.* 3. *art.* 4. Valentia 2.2. *disp.* 6. *qu.* 2. *puncto* 5. Lessius 2. *de justit. cap.* 37. *dub.* 10. Suarios *tom.* 3. *in* 3. *part. q.* 83. *art.* 6. *disp.* 88. *sect.* 3. Vasquez 1.2. *qu.* 100. *art.* 9. Contra Navarrum in *can. quando. de consecratione dist.* 1. Aragonium 2.2. *quæst.* 83. *art.* 3. — 2309 Sat est ponere opus præceptum, etiam animo non satisfaciendi præcepto.

Peccavit tamen nolens obedire ex prava voluntate: imò si habuit contemtum præcepti, bis peccavit, semel lethaliter contemnendo Superiorem, iterùm ex prava voluntate, nolens obedire positione rei præceptæ. D. Tho. 2.2. *qu.* 186. *art.* 9. *ad* 3. Cajetan. v. *contemtus*. Navarrus *cap.* 23. *num.* 42. Faustus 6. *Thesauri qu.* 156. — 2310 Peccatet tamen si prava intentione, aut contemtu id faceret.

Ex contemtu obediens Superiori, peccat graviter, etiam si res præcepta sit levis; nam contemtus Superioris semper est gravis, qui tamen contemtus rarò accidit. Miranda *tom.* 1. *qu.* 26. *art.* 4. cùm aliundè quàm ex contemtu, puta ex tędio, ex passione, subditus moveri valeat ad non obediendnm: & tunc parvitas materiæ excusat. Tn penitatiùs considera. — 2311 Ex contemtu obediens, peccat graviter.

Statui Religioso

ESsentiale est votum Obedientiæ, ejusdem speciei in quacumque Religione. D. Tho. 2.2. *qu.* 186. *art.* 6. Scotus in 4. *dist.* 38. Suarius *tom.* 3. *de Religione lib.* 2. *cap. fin.* Caram. *lib.* 3. *Regal. disp.* 19. Leand. *tom.* 8. *tr.* 8. *disp.* 1. *qu.* 4. — 2312 Votum Obedientiæ est essentiale statui Religioso.

Votum Obedientiæ est promissio facta Deo in manu Superioris, obediendi secundum Regulam. D. Bernardus *lib. de præcepto, & dispensatione*, ibi: *non præcipiat mihi Prælatus, quod non promisi.* D. Tho. 2.2. *qu.* 186. *art.* 9. Quo voto Religiosus se ipsum abnegare debet. *Matthæi* 16. ut dicatur sui victoriam reportare. Proverbiorum 21. ibi: *vir obediens loquetur victorias.* Proverb. 16. ibi: *melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.* — 2313 Ejus definitio adducitur, & commendatur.

Cui Religiosus, vi Voti obedire teneatur?

PRimo, obedire tenetur Summo Pontifici, Supremo omnium Religionum Prælato, à quo jurisdictio præcipiendi pendet, & in quo fundatur. Faustus 6. *Thesauri qu.* 89. — 2314 Vi voti, primo Papæ obtemperandū.

Secondo, obedire tenetur propriæ Religionis Generali, Provinciali, Superiori locali, licèt solus Papa, non Generalis, aut Provincialis valeat eximere ab obedientia sui Superioris localis subditum. *cau. frater.* 16. *qu.* 1. Rodriqu. *par.* 2. *c.* 31. *n.* 6. Faustus. 6. *Thesauri qu.* 146. — 2315 Secundo Generali, Provinciali, & Superiori locali, & solus Papa potest eximere aliquē ab obedientia.

Et Moniales quoad observantiam clausuræ vi voti, etiam exemtæ, tenentur obedire Ordinario, tanquam Delegato à Papa. Trid. *sess.* 25. *de Regularib. cap.* 1. — 2316 Moniales quoad Clausuram tenentur Ordinario loci obedire.

Et

2317 Et tenentur sub gravi, etsi res præcepta sit levis, sed finis gravis.

Et tenentur sub mortali obedire, etiamsi res sit levis, dummodò finis sit gravis: puta ad servandam regularem disciplinam, bonam famam, ad scandalum cavendum: ut accidit in prohibitione collocutionis cum Monialibus, etiam ad breve tempus Religiosis interdicta à Clemente IX. Suar. *de legibus lib. 3. cap. 25.* Salas *de legibus disp. 10. sect. 6.*

2318 Abbatissa nō præcipit in virtute sanctæ Obedientiæ, carens jurisdictione.

Abbatissa nequit præcipere in virtute sanctæ Obedientiæ, ob defectum spiritualis jurisdictionis; etiamsi votum Obedientiæ in manu ejus fuerit emissum, secundum Sotum in 4. *dist. 20. q. 1. art. 4. columna 7.* Henriq. *lib. 6. de punit. cap. 2. num. 3.* Portella v. *Abbatissa num. 1.* Tamburin. *de jure Abbatissarum disp. 12. qu. 3.* Diana *par. 5. tract. 9. res. 16.* Sylvest. v. *Abbatissa num. 1.* Valentia *tom. 4. disp. 7. qu. 16. puncto* 6. Antonius à Spiritu S. dans octo Doctores *consulto* 29. *num.* 8. Sanch. 6. *Decal. cap. 1. num.* 21. post D. Thomam in 4. *dist. 19. art. 1 qu. 4.* ex *cap. nova. de pœnitentiis, & remiss.* ubi femina est incapax jurisdictione spirituali.

Alii oppositum propugnant.

At posse præcipere in virtute sanctæ Obedientiæ, quia vi voti Monialis ei subjicitur, firmat Bordonus *to. 5. cap. 23. n. 64.* & undecim alii Doctores, quos dat, & sequitur Antonius à Spir. Sancto *loc. cit. num.* 9. & tunc Superior obligat sub mortali, quando addit illa verba: in virtute sanctæ Obedientiæ.

2319 Tamen certum est Moniales teneri obedire Abbatissæ ad instar filiarum.

Cæterùm convenit apud omnes, Moniales saltem ad instar filiarum teneri obedire Abbatissæ, & licèt non peccarent contra præceptum, peccarent contra votum non obediendo, & contra quartum præceptum Decalogi.

An Superior excommunicatus præcipere valeat?

2320 Superior excommunicatus circa jurisdictionalia nequit præcipere.

DIstinguas, vel præcipit circa dependentia à jurisdictione, vel circa comprehensa à dominativa potestate.

Circa pendentia à jurisdictione, non est parendum; quia excommunicatione jurisdictio est suspensa. Peyerinus *de Prælato qu. 2. cap. 5. n. 11.* Palaus *de censuris disp. 2. puncto 15. num. 4.* contra Bordonum *loc. cit. num.* 43. Leandrum *tom. 8. tract. 8. disp. 2. qu. 10. & 11.* negantes de tolerato. Enim verò Extravagans: *Ad evitanda*, est non favore excommunicati, sed aliorum.

2321 Secùs si circa potestatem dominativam.

Illa verò, quæ pendent à dominativa potestate exerceri valent; nam excommunicatione talis potestas non est suspensa, & sic validè admitteret ad Professionem: nam est actus dominationis, non jurisdictionis. DD. citati.

An Superior suis præceptis teneatur?

2322 Superior directivè tenetur servare sua præcepta.

JUre directivo naturali pars se debet conformare toti, potestque ut cum aliis, ità secum ex causa dispensare. Caram. dans septem Doctores *Regulari num.* 754.

Quæ præcipere valeat?

2323 Quæ sunt consona divinæ legi, & bonis moribus præcipere potest.

COnsona, non dissona divinis præceptis, bonis moribus, ac regulæ. D. Tho. 2. 2. *q. 104. art. 5 ad 3.* ubi Cajetanus, Vasq. 1. 2. *qu. 95. ar. 2. disp. 154. cap. 4. num.* 20. Suarius *tom. 3. de Religione lib. 10. cap. 11. num.* 7. Lessius 2. *de justitia cap. 41. num.* 74. Miranda *tom. 1. qu. 26. art.* 8. Pellizzarius *de Monialibus cap. 4. sect. 3. quæst.* 19. *num.* 157. Caram *Regul. num. 741. & 749.* Leand. *tom. 8. tract. 8. disp. 2. qu. 4.* Non enim Superior est, nisi juxtà leges, & regulas, quibus Religio, & Superioritas constituitur.

An possit præcipere conducentia ad Regulæ observantiam?

AFfirma: nam potens finem, potest conducentia ad finem: imò debet media, ut debet finem, consequi; & sic id præcipi valet, & cogi potest subditus ad suscipiendum officium pro gubernatione. Rodriqu. *tom. 1. qu. 34. art.* 8. Sanch. 6. *Decal. cap. 2. num.* 51. Caram. *Regulari num. 701. & 721.* 2324 Et quæ conducunt ad observantiam Regulæ.

An possit præcipere aliquid extrà, infrà, suprà, contra Regulam?

NEga: nam subditus juxtà Regulam se obligavit, ad cujus observantiam institutus fuit Superior, quoad alia jurisdictione carens. *can. inferior dist.* 21. Caram. *Regul. num.* 745. Faustus 6. *Thesauri qu.* 83. 2325 Præter vel contra Regulam nequit præcipere.

Præcipienti bonum per se, sed extrà Regulam, vi voti obtemperare non compellitur, nisi conducat ad servandam Regulam. D. Tho. 2. 2. *qu.* 186. *art. 5. ad* 4. Caram. *Regul. num.* 701. Faustus 6. *Thesauri qu. 84. & 85.*

Hinc Superior nequit cogere ad laxiorem, vel arctiorem vitam, voto non promissam. Glos. in *can. integritas. 23. qu. 1. in cap. relatum. 7. ne Clerici, vel Monachi.* Sanch. 6. *Decal. cap. 2. num.* 15. Faustus 6. *Thesauri qu.* 85. Bordon. dans sex Doctores *tom. 5. cap. 23. num.* 13. ajeos *num.* 32. cum D. Thoma 2. 2. *qu. 104. art.* 5. non posse præcipere actus internos, Ecclesiasticum etiam judicium fugientes, *cap. sicut. 33. de simonia. can. erubescant. dist. 32. can. consulisti 2 qu.* 5. Cajetan. 2. 2. *qu. 11. art.* 5. Castrus *lib. 1. de justa hæreticorum punitione cap.* 18. Faust. 6. *Thesauri qu. 43. & 44.* 2326 Superior nō potest cogere Religiosum ad arctiorem, aut laxiorem vitam.

An præcipere valeat aliquid mali, saltem leviter?

NEga: *can. si quis 89. 11. qu. 3. cap. cum teneamur 6. de præbendis. can. quid culpatur in fine. 23. quæst.* 1. ibi: *non esse contra Dei præceptum.* Actuum 5. ibi: *obedire oportet magis Deo, quàm hominibus.* 2327 Nec aliquod malum, etsi leve præciperet.

In dubio, an præcipiatur res illicita, an teneatur obedire?

NEga: nè in dubio se exponat periculo peccandi. Vasq. 1. 2. *qu. 19. art. 6. disp. 66. n.* 58 Adrianus *quodlibeto 2. part.* 2. contra Faustum 6. *Thesauri qu. 59. & 60.* Et sic nequit obedire antequam practicè deponat conscientiam dubiam. *can. quid culpatur, in fine. 23. qu.* 1. Navarrus in *can si quis. num. 114. de pænit. dist.* 7. 2328 In dubio an sit licita res præcepta, nō tenetur obtemperare.

An non observans Regulam, statuta, quæ non obligant nec ad leve, peccet mortaliter?

2329 Superior præcipiens observare, quæ sunt in Regulis non obligantibus nec ad leve, obligat sub gravi.

DIstinguas: vel Superior præcipit observantiam illorum, vel non.

Si præcipit, inobediens peccat mortaliter contra votum obediendi Superiori, præcipienti juxtà Regulam. D. Tho. 2. 2. *qu. 186. art. 9. in cor-*

pore

pore, ubi Cajetanus. Sanch. 6.*Decal.cap.3.n.8.* Caram.*Regul.num.*731.

Si non præcipit, tunc præciso contemtu, scandalo, notabili damno Religionis, indè fortè relaxandæ, deest peccatum. D. Tho. *loc.cit.* Palaus *tom.3.disp.4. puncto 5. num.* 6, Pelizzarius *tom. 1.tract.5.cap.1.qu.*8.*num.*10.

An delinquat contra Votum Obedientiæ consulens conregulari, ne Superiori obediat?

2330 Consulens non obedire, non peccat contra Votum Obedientiæ.

NEga: nam votum est ut ipse obediat, ad alios in odiosis non extendendum. Peccaret tamen scandalizans, inducens alium ad peccandum contra votum Obedientiæ. Caram. *Regul.num.*736.

An peccet contra Votum, fugiens Superiorem, nè ei præcipiat?

2331 Fugiens Superiorem ne ei præcipiat, non peccat.

NEga: quia fugit, non frangit præceptum: & non vovit non fugere, sed non frangere præceptum. Caram.*Regul.num.*737.

An subditus habens opinionem probabilem non teneri obedire, defectu electionis, materiæ, &c. teneatur Superiori obedire?

2332 Habens opinionẽ probabilem nõ obtemperandi, non tenetur obedire.

NEgat Vasq. 1.2. *qu.19.art.6. disp.67. cap.6. in fine.* Bordonus *tom.5. cap.23. num.* 35. respondens oppositis *num.*40. *& num.* 54. asserens à Superiore non posse præcipi subdito, habenti pro se probabilem, ut sequatur opinionem Superioris, quam docuerat *resol.* 19. *per totam.* Sancius 33.*selectarum.* Palaus *par.1. res.2. puncto 6.num.*5. Layman *lib.1.tract.1.cap.5.§.2.n.7.* excusantes ab observantia legis habentem opinionem probabilem legis non obligantis; nam opinio probabilis etiam excusat à lege naturali. Sic Summus Pontifex ex opinione probabili dispensat in multis, in quibus alii asserunt ipsum dispensare non posse. Sic pœnitens nec tenetur sequi opinionem Confessarii legitimi Judicis. Diana *de opinione probabili resol.* 11. At oppositum ait Sayrus 1. *Clavis cap.*12. *num.*2. Sanch. 6.*Decal. cap.3. num.*6. plures apud Dianam *loc. cit. resol.*10. & quidem quis prohibet Superiori probabiliter, ut suæ sententiæ prudenter innixus operetur?

Auctor oppositum tuetur.

An Regulares teneantur legi Synodali Episcopi?

2333 Regulares non exemti tenentur legibus Synodalibus.

DIstinguas: vel sunt, vel non sunt exemti.

Si non sunt exemti, affirma, ut cæteri subditi Synodali lege tenentur. Si sunt exemti, nega: nisi ad tollendum scandala, & quoad casus reservatos. Barbosa *de potestate Episcopi par.5. alleg.*105. Caramuel dans decem Doctores in *Regul.num.*751.

An Superior dispensare valeat in aliqua Regula?

2334 Superior dispensat ex causa in aliqua Regula.

AFfirma: ex causa rationabili, puta cum convalescente, nè Choro assistat. Quæ dispensatio pura est perpetua, conditionalis durat quousque conditio purificetur. Caram. *Regul.num.* 760.

De Voto Paupertatis.

§. II.

2335 Paupertatis votum.

PAupertas est virtus moralis, inclinans cum promptitudine ad tollendum à se omnia bona fortunæ, ut Dominum Christum sequatur. Matthæi 19. ibi: *date pauperibus.*

2336 Est triplex re, non affectu.

Est triplex. Prima, re, non affectu: & hæc servilis affectu proprietaria, reddit servilem, avarum, mendicum. Caram. *Regulari n.818.§.nequissimè.* Concinente illo.

Quis dives? qui nulla cupit: Quis Pauper avarus.

Affectu, non re.

Secunda, est paupertas affectu, non re: quæ dicitur spiritualis. Matthæi 5. *Beati pauperes spiritu:* Et hæc est ingenua paupertas, ac liberalis, competens animo nobili. Caram.*loc.cit.*

Re, & affectu.

Tertia, paupertas est re, & affectu. Et hæc nec enim habet, nec vult habere. Lucæ 14.ibi: *nisi quis renunciaverit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Matth. 19. ibi: *si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in Cœlo.*

Votum Paupertatis

2337 Ejus definitio.

TErit tertiam istam semitam. Definitur, Promissio facta Deo de abdicando à se quidquid temporale est re, & affectu, ut sequatur Christum. Hoc votum obligat juxtà Religionis statum, & probatos mores. Caram.*tom.2. Regul.num.*2217. Ut nihil vovens habeat, recipiatque nihil sine Superioris licentia. At Superiori curandum, ne desint necessaria. Trident. *sess.25. cap.2. de reformatione Regularium*, ibi: *Nemini igitur Regularium tam virorum, quàm mulierum liceat bona immobilia, vel mobilia, cujuscumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquisita, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere, vel tenere; sed statim ea Superiori tradantur, Conventuique incorporentur. Nec deinceps liceat Superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad usumfructũ, vel usum, administrationem, aut Commendam. Administratio autem bonorum Monasteriorum, seù Conventuum, ad solos Officiales eorumdem, ad nutum Superiorum amovibiles, pertineat. Mobilium verò usum ità Superiores permittant, ut eorum supellex statui paupertatis, quam professi sunt, conveniat; nihilque superflui in ea sit; nihil etiam, quod sit necessarium, eis denegetur. Quòd si aliquis aliter quidquam tenere deprehensus, aut convictus fuerit, is biennio activa, & passiva voce privatus sit, atque etiam juxta suæ Regulæ, & Ordinis constitutiones puniatur. can. duo. 7. can. scimus. 9. can. nolo. 10. can. non dicatis. 11. 12. qu.1.cap.2. cap. super. 4. cap. cùm ad Monasterium 6. de statu Monachorum.* Nec Superior dispensare valet ut Professus sit proprietarius. Cùm nequeat dispensare, ut Professus non sit Professus, paupertate constituente essentiam Professionis. *cap.cùm ad Monasterium.* 6. ibi: *Nec existimet Abbas quod super habenda proprietate possit cum aliquo Monacho dispensare: Quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia Castitatis, adeò est annexa Regulæ Monachali, ut contra eam, nec Summus Pontifex possit indulgere licentiam. de statu Monachorum.*

2338 Vovens paupertatem nihil retinet, ei tamen nõ desint necessaria.

2339 Superior nõ dispensat ut Monachus sit proprietarius.

2340 Concedere valet ut Monachus ad sui nutum utatur usu facti.

Valet tamen Superior licentiam ad nutum revocabilem concedere, ut Monachus rem teneat, eaque utatur usu facti. Trident. *loc. cit.* d. *cap. cùm ad Monasterium.* Abbas *in cap. 2. de statu Monachorum.* Rota *par.2. diversorum. dec.* 216. *num.*12. & *par.1. diversorum dec.*772. *nu.*1. & *par.4. recentiorum dec.*246.*num.*10. Sperellus *dec.2. num.*72. Sanch. 7. *Decal.cap.*19. Corduba in Summa qu.54. Faust.8.*Thesauri q.*23 & 24.

Licen-

Licentia ut possit recipere.

2341 Licentia ut possit recipere sufficit præsumpta.

SUfficit si sit præsumpta, dummodò bona illicò Monasterio incorporentur. Tridentin. *sess.25.de Regularibus cap.2.ibi:incorporentur.*

Licentia, ut det.

2342 Licentia ut det Conreligioso sufficit tacita.

EST duplex: una tacita, altera expressa. Tacita sufficit, si det Conreligioso, dans enim Conreligioso à Monasterio non tollit dominium.

Ut det extraneo requiritur expressa.

Expressa, unà cum causa requiritur, ut det extraneo. Dans enim extraneo, tollit à Monasterio dominium; & sic quia non potest Superior damnificare. Ideò cum causa requiritur expressa licentia: nisi tacita equipolleret expressæ, claris conjecturis. Sufficeret tamen pro causa subvenire consanguineis indigentibus; nam est opus misericordiæ. ex Bulla Clementis VIII. *de largitione munerum.* Vega *par. 2. Summæ cap. 86. casu 30.* Miranda *tom.1.qu.28.art.15.*

2343 Sibi ejusque Animæ potest consulere.

Potest ex re sibi concessa Religiosus, ut corpori, ità fortiùs animæ consulere, aliqua eleemosyna, celebratione Missæ. Portella *part. 2. casu* 85.

Dominium rerum, an sit penès Religionem capacem?

2344 Dominium verum est pænes Religionem capacem.

AFfirma: nam non Communitas, sed particularis paupertatem vovit. S.Joan. Chrysostomus *Homilia* 8. *ad Colossenses* 5. Salvianus *lib.4.contra avaritiam.* Caram.*Regul.num.*828. contra Majorem in 4. *dist.* 24. *qu.*6. Navarrum *commentario 2.de Regularibus num.*3. volentes esse in dominio Christi Domini.

An Religiosus, Religiosavè possit non acceptans munus, petere ut offerens det amico, consanguineo Religiosi.

2345 Offerenti sibi munus, potest Religiosus imponere, ut det amico, consanguineo.

AFfirma: nam id paupertati non contrarium, nihil sibi acquirens, & sic non disponens, nec Monasterio præjudicans. Diana *de paupertate Religiosa*, dans decem, & octo Doctores *resol.*8. Bordon.*tom.1.cap.25.num.*65. Caram. dans sexdecim Doctores *Regul.num.*877. 878. 879. asserens *num.*881. *&* 882. cum Diana *loc. cit. res.*9. dicens licitè posse Religiosum celebrare Missam pro alio dante eleemosynam alteri, vel dicere celebro gratis pro te Missam, si stipendium des tali amico pauperi.

An reservando sibi dominium, & omne ius, possit quis concedere Religioso usum facti, liberamque pecuniæ, aliavè rei administrationem, ità ut Religiosus disponat nomine Domini?

2346 Religiosus potest uti usu facti, nomine Domini.

AFfirma: nam tunc nulla proprietas, nullum jus Religioso quæritur, sicque contra votum paupertatis non peccat. Si enim id esset contra paupertatem, nec Superior dispensare valeret. *cap.cùm ad Monasterium.6.de statu Monachorum.* Caram. *fundamentali num.* 242. *Regulari num.* 183. citans Dianam *de paupertate Religiosa resol.*42. Sanch. 2.*Decal. lib.7. cap.* 19. *num.*51. Faustus 8.*Thesauri qu.*109. *nu.*2. Sousa in *explicatione Bullæ, §.2.num.*73.

Hinc nec peccaret contra votum paupertatis recipiens pecuniam distribuendam pauperibus pro sua electione, quia distribuens nihil sibi acquireret, sed transiret jus à Domino in pauperes, ut dominium eleemosynæ, mediante servo distribuente, transit à Domino in pauperem. Sanch. 2.*Decalogi lib.7. cap.*30. *num.*4. Faustus *lib.*8. *Thesauri qu.*109.*num.*2. Caram. *Regulari num.* 887. Diana *de paupertate Religiosa res.* 29. dans quatuor Doctores in oppositum. Bordonus *tom.6.cap.24.num.*59.

An Religiosus accipiens cibos pro usu ordinario, peccet contra paupertatem?

2347 Accipiens cibus pro suo ordinario usu, non peccat.

NEga: nam non censetur Prælatus rationabiliter invitus, sicuti nec pater si filius consumat pro cibis, & veste necessaria. Et displicet non res, sed modus clandestinè accipiendi. Sanch.7.*Decal.cap.*19.*num.*53. Caram.*Regul. n.*891. Bordonus *tom.5. cap.24. n.* 60. Diana *de paupertate Religiosa resol.*30. Nequit tamen cibaria projicere; nam hic esset actus dominii, rem destruentis. Argumento *l. filius familias 7. de donationibus.*

An Religiosus habere valeat in particulari dominium, vel quasi dominium alicujus rei?

2348 In particulari interdicitur dominium, vel quasi alicujus rei.

NEga: *c.exiit, §.nam cum in rebus.de verb.signif.in 6.c.cùm ad Monasterium.6.de statu Monachorum. Clement.Exivi.de verb.signif.* Rodriq. *tom.3.qu.29.art.*4. Sanch. 7.*Decal.cap.*18. *num.*7. licèt in manu scriptis habere jus, posseque illa etiam transiens ad aliam Religionem secum asportare sine Superioris licentia, voluerit Valerus in *differentiis utriusque fori. v.munera num.*106. & v. *Religio num.*2. Caram. *Regular. num.*831.

An Clementina *de largitione munerum sit usu recepta?*

2349 An sit recepta *Clement. de largit. mun.*

NEgant Gratianus *cap.*203. *num.*17. Megala *par.2.lib.2.cap.27. qu.3.num.*65. Valerus *loc.cit. v.munera num.*106. Caram. dans decem, & septem Doctores *Regul.num.*829. Bordonus *tom.5. cap.24.num.*55. Tu meditatius rem discutias.

Pœna Religiosi Proprietarii.

2350 Religiosus proprietarius privatur voce activa, & passiva.

PRima est privatio vocis activæ, & passivæ, & aliis pœnis Regulæ punitur. Trid. *sess.*15. *de Regularibus cap.*2.

Communione Altaris.

Secundo, privatur communione Altaris. *cap. Monachi* 2.ibi: *à communione removeatur Altaris. de statu Monachorum.*

Monitus, ejici potest.

Tertio, si monitus non resipiscat, ejicitur à Monasterio. *cap.cùm ad Monasterium.*6. ibi: *de Monasterio expellatur. de statu Monachorum.*

Privatur sepultura Sacra.

Quarto, privatur sepultura sacra, sepultusque in ea exhumatur. *cap. super quodam.* 4. ibi: *de ipsa projici dignus est. de statu Monachorum*; & sepelitur in sterquilinio. *cap. cùm ad Monasterium.6. de statu Monachorum*; nisi ante mortem à se proprietatem abdicaverit. *cap. Monachi* 2. *de statu Monachorum.*

Non est expressa excomm.

Quinto, est pœna excommunicationis, secundum Turrecrematam in *can.non dicatis 12.q.1. art.3. num.*6. At id jure non expressum. Sanch. 7.*Decal.cap.*20.*num.*24.

Istis

2351 Materia debet esse lethaliter gravis.

Istis pœnis non afficitur Religiosus proprietarius, nisi materia sit lethaliter gravis, secùs si sit levis. Rodriq. *par.2. Summa cap.*150.*n.*1.

Quanam sit materia gravis contra Votum Paupertatis?

2352 Lethalis est quæ sufficit in furto filiorum.

Quæ lethalis in furto filiorum, est lethalis in Religioso, ad instar filii respectu Monasterii. Rebellus *tom.1. de justitia par.* 3. *qu.*15. *sect.*3 *num.*22. Caram. *Regulari num.*951. Bordonus *tom.*5. *cap.*24. *num.*71.

Quanta sit ista?

2353 Quænam sit ista quantitas, DD. placita proponit.

Fluctuat Incenti concussa difficultate Doctorum opinatio. Aliis considerantibus rem secundum se. Aliis inspicientibus Dominum magis, vel minus invitum.

Duo Julii sunt materia gravis secundum Navarrum *cap.*17. *num.*3. Lezanam *cap.*6. *num.* 57. Tolet. *lib.*5. *cap.*3. *num.*6.

Alii volunt materiam gravem esse summam datam fossori, locanti suas operas pro uno die. Molina *tom.*3. *de justitia disp.*685. Covarr. 1. *resolutionum cap.*3. *num.*12.

Quatuor Julios exigit Sanch. 7. *Decal. cap.*20. *num.*4. Bordonus *tom.*2. *res.*43. *num.*4.

Tres argenteos in ditissimo, duo in mediocri, unum in paupere Monasterio ponit Faustus 8. *Thesauri qu.*93.

Tres aureos statuit Sotus 5. *de justitia qu.* 3. *art.*3. nisi Dominus esset miser. Aragonins 2.2. *qu.*66. *art.*6. Sylvest. v. *furtum qu.*2. *num.*4. Rodriqu. *tom.*4. *Summa cap.*118. *num.*27.

Unum argenteum materiam gravem dicit Corduba in *Summa qu.* 109. Salon. 2.2. *qu.*66. *art.*6.

Duos argenteos requirit Medina 1. 2. *qu.*88. *art.* 8. materiam gravem esse, quæ sufficit pro substentatione unius diei, ait Valascus *tom.*1. *de furto res.*63. *num.*1. & 3.

Materiam gravem esse tollere, quantum sufficit pro victu personæ, à qua res aufertur; quia gravis læsio velle jejunum integrum diem, ait Serra 2.2.

2354 Caramuelis sententia proponitur.

Caramuel verò *Regul. num.* 932. & 934. distinguit meteriam gravem, & levem secundum se. Et gravem, & levem respectivè. Secundum se gravem, in qua omnes conveniunt esse talem. Et dicit esse quatuor florenos, idest sexdecim reales. Potuisset etiam ponere tres aureos cum Soto, Aragonio, & Sylvest.

Levem secundum se ait dimidium realis; nam si ex indigentia sequatur grave damnum, tunc non ratione materiæ ex se levis, sed ratione circumstantiæ, ut subripere acum à Sartore, inde impotente ad laborandum.

Nunc ait, semper lethale sumere secundum se gravem, semper veniale secundum se rem parvam accipere, præcisa prava circumstantia.

Constitutis istis terminis absolutæ magnitudinis, & parvitatis, asserit inter istos terminos materiam mediam esse respectivam, ità ut infrà materiam gravem, supra materiam levem censeatur parva, si non attingat octavam partem redditunm unius diei illius, à quo subripitur. Sit verò gravis materia, si auferatur octava pars redditu um unius diei.

Dat etiam *num.*954. materiam nullam, cujus ablatio, nec est venialis, aitque talem esse sumere unum calamum, folium chartæ cõmunis, nisi aliud damnum seqoatur. Et nullam materiam dicit, quam nec pauper acciperet, vel cum rubore pauperi daretur.

Sed ab Auctore rejicitur.

Nobis meditantibus constitutio absoluti termini magnitudinis, & parvitatis, non videtur omninò certa; quia per se non est nota. Cur enim sexdecim, & non quindecim, vel sexdecim cum dimidio erit per se gravis? Cur dimidium, & non semidimidium per se levis, cur non dodrans realis, cur non destans. Ergo inspectis, & discussis Doctorum sententiis, tu animæ pœnitentis consulas.

De Voto Castitatis.

§. III.

Castitas innumeris cumulata laudibus 1. Regum 21. *num.*5. Tobiæ 6. *num.*16. Judith *cap.*15. *num.*16. Psalm. 44. *num.*15. Ecclesiastici 6. *num.*28. Actuum 24. *num.*25. Apocalypsis 14. *num.*4. 1. ad Corinth. 7. *num.*25. Est virtus frenans venerea. Est conjugio per se præstantior. Apocalypsis 14. *num.*4. Sapientiæ 6. *num.*20. 1. ad Corinth. 7. *num.*23. Psalm. 44. *n.*15. Concilium Romanum *can.* 10. Concilium Turonense I. *can.* 6. Carthaginense III. *can.* 33. Ancyranum *can.* 18. contra sordidos Anabatistas nostro etiam miserabili ævo in Hungaria habentes communes feminas, ut testatur Caramuel *tom.*2. *Regul. num.*2219. 2355 Castitatis elogia.

Professione imbibitum votum Castitatis, est promissio facta Deo se abstinendi mente, & corpore ab omni re venerea. D. Tho. 2.2. *quæst.*185. *art.*4. Scotus in 4. *dist* 38. Sanch. 5. *Decal. cap.*6. *num.*9. Acacius *tom.*2. v. *Religioso res.*274. *n.*1. Lessius 2. *de justitia cap.*41. *dub.*9. *num.*78. eoque voto Religiosi adstringuntur. *cap. cùm ad Monasterium.* 6. *de statu Monachorum.* Concilium Turonense I. *can.*6. Trid. *sess.*25. *cap.*1. & sic ut promptiores purissimo actu Deo vinciantur, rejectis curis; voventes namque Castitatem dicuntur se ipsos castrare voluntate ob Regnum Dei. Matthæi 19. *num.*12. ibi: *sunt eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter Regnum Cælorum.* Epiphanius *hæresi* 58. Caram. *Regul. num.*974. Faustus 7. *Thesauri qu.*46. 2356 Est essentialis professioni. 2357 Quid sit se ipsos castrare.

Et in Religionibus Militaribus admittentibus nuptias, votum est abstinere ab illicitis concupiscentiis. Caram. *tom.*2. *Regul. num.* 2220. dicens *num.*2226. legitimum filium, natum à validè licitè conjugatis professis.

An Papa dispenset in Voto solemni?

Affirma: ex causa rationabili, nè illustris familia depereat, ut pax componatur, nè Regni successio ad alios transferatur; Solemnitas namque jure positivo ut nata, ità interire potest *can. un. de voto in* 6. Sic Alexander III. dispensavit cum Justiniano Monacho, ut illa familia conservaretur, cum Rege Aragoniæ, ut professus iniret nuptias; & Cœlestinus III. dispensavit cum Coostantia filia Regis Siciliæ professa, ut duceret Henricum VI. 2358 Papam posse dispensare in voto solemni Castitatis exemplis probare nititur.

Clemens II. dispensavit, ut Casimirus filius Regis Poloniæ professus contraheret nuptias.

Gregorius XIII. dispensavit, ut Germanus Cardinalis Joyosę Provincialis Capuccinus nuberet.

Nec obstat quidquid argutentur aliis nam ut ipli in aliis, ità in istis concernentibus mores, Papa non potest errare.

Nec

Nec refert text. *in c. cum ad Monasterium.* 6. ibi: *neque etiam Summus Pontifex possit indulgere licentiam. de statu Monachorum*. Nam intelligitur remanente Religioso; non enim potest simul esse conjugatus, & Religiosus, & in isto sensu est vera doctrina D. Tho. 2.2. *qu.* 88. *art.* 11. ubi Cajetan, scilicet ut sit Religiosus cum voto Castitatis, & non servet Castitatem.

Quæ differentia inter Votum solemne, & simplex Castitatis?

2359 Essentialiter non differunt votũ solemne, & simplex.

NUlla quoad essentiam, sicq; satis pœnitens se explicat dicendo voto Castitatis se ligatum fornicasse, & feminam fornicasse cum ligato voto Castitatis. Sanchez 7. *de matrimon. disp.* 27. *n.* 6. Lessius 4. *de justitia cap.* 4. *dubit.* 12. *n.* 87. Pellizzarius *tract.* 4. *cap.* 3. *num.* 78. Caram. dans decem Doctores *Regul. num.* 998. & 999. Villalobos *tom.* 1. *Summa tract.* 4. *cap.* 37. *n.* 13. Bordon. *tom.* 5. *cap.* 25. *num.* 6. Imò si Confessario sit nota qualitas Professionis pœnitentis, non tenetur exprimere votum Castitatis Confessario notum. Rodriq. *tom.* 1. *quæst.* 13. *art.* 2. Lezana *par.* 2. *cap.* 5. *num.* 11.

An Religiosus Professus in Sacris teneatur id exprimere in confessione?

2360 Professus nõ tenetur exprimere se esse in Sacris.

NEga: satisque est si unum exprimat; quia votum, Professio, & in Sacris non diversificant speciem, & ly in Sacris, & Professio solam solemnitatem addit, quæ voti speciem non mutat. Aragonius 2.2. *quæst.* 88. *art.* 7. Medina *lib.* 1. *Summa cap.* 14. §. 18. Henriquez *lib.* 5. *de pœnitentia cap.* 5. *num.* 6. Rodriq. *par.* 1. *cap.* 53. *num.* 5. Lopez *par.* 1. *cap.* 29. Corduba *in Summa quæst.* 3.

Virginitas.

§. IV.

2361 Quid sit Virginitas.

EST virtus consistens in mente, & voluntate illibata. Virtus namque in electione consistit, estque cordis munditia. Proverbiorum 22. ibi: *qui diligit cordis munditiam, habebit amicum Regem*, & reddit hominem commendabilem, Sapientia 4. ibi: *pulchra est casta generatio cum claritate*.

Est virtus exigens auxilium Dei. Sapientiæ 8. ibi: *Vidi quod non possum esse continens, nisi Deus det*. Sicque sollicita custodia sensuum exigitur. Ecclesiast. 9. ibi: *averte faciem tuam à muliere compta, & ne circumspicias mulierem alienam; propter speciem enim mulieris multi perierunt*: sicque merito procul arcendæ feminæ hujusmodi Castitatis incendiariæ. D. Hieronymus *epist.* 2. *ad Nepotianum*, ibi: *Hospitiolum tuum, aut rarò, aut nunquam mulierum pedes terant, nec sub eodem tecto mansites: Nec in præterita castitate confidas, quia nec David sanctior, nec Salomone sapientior esse potes, qui tamen lapsi sunt per mulieres*.

2362 Vi oppressa formaliter non amittit virginitatẽ.

Virginitas virtus non amittitur formaliter à vi oppressa invitè, nec casu; nam sine consensu, & sic sine vitio virtus non amittitur.

Objectivè autem, & materialiter amissa, irreparabilis, licèt quoad esse virtutis reparari possit. D. Thom. 2.2. *quæst.* 152. *art.* 1. & 3. *ad* 3. ubi Cajetan. & Valentia. Arriaga *tom.* 5. *disp.* 58. *num.* 5. & 25. post D. Hieronymum *epist.* 22. *ad Eustochium*.

An in Confessione explicanda Virginitas?

2363 In Confessione non explicanda Virginitas.

NEga, dummodò explicetur circumstantia voti; nam Virginitatis circumstantia speciem non mutat; ut primus, & secundus numerus specie non differunt. Llamas *par.* 2. *Summa. cap.* 8. §. 17. Henriq. *lib.* 2. *de pœnit. c.* 8. *n.* 2. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 29. *cap.* 2. *num.* 71. Nugnus *in addit. ad* 3. *par. tom.* 2. *qu.* 9. *art.* 2. *dub.* 3. *concl.* 5. Vasq. *opusculo de restitutione cap.* 3. §. 1. *dub.* 1. *num.* 6. Caram. *Regul. num.* 1004. & 1011. Diana *de circumstantiis aggravantibus, resol.* 10. Sanch. 7. *de matrim. disp.* 4. *n.* 5. Sotus 4. *dist.* 18. *qu.* 2. *art.* 7.

Hinc concupiscens Virginem sine animo inferendi vim, non tenetur hanc virginitatis circumstantiam explicare. Diana *loc. cit. resol.* 2. Caram. *Regul. num.* 1012. Bonacina *de matrim. qu.* 4. *puncto* 11. *n.* 9.

Inducens alium ad peccandum contra Castitatem, peccat peccato scandali, non contra suum votum, nisi delectetur pravè. Caramuel *fundamentali*, 51. *n.* 97. Bordonus *tom.* 5. *cap.* 25. *num.* 28.

An possit amitti Virginitas sine peccato?

2364 Sine peccato amitti potest Virginitas.

AFfirma: ut in contrahente nuptias. D. Tho. 2.2. *qu.* 152. *art.* 3. Arriaga *tom.* 5. *disp.* 58. *n.* 7. Faustus 7. *Thesauri. qu.* 6.

An verò virtus integro corpore amitti possit?

Virtus amittitur etiam integra corpore.

AFfirma: si voluntas consentiat in pravam cogitationem veneream; tunc virtus perit: licèt Theologi velint laureolam virginitatis conservare. Arriaga *loc. cit. n.* 75.

Qui non peccet contra suum votum Castitatis?

2365 Quando non peccatur cõtra suum votum.

PRimo persuadens alteri, ut nubat.

Secundo persuadens, ut peccet contra Castitatem, hic perditissimo scandali sacrilegio objectivè peccat, sed non contra suum votum. Lugo *de justitia disp.* 3. *n.* 162. Sanch. 5. *Decalogi, cap.* 6. *n.* 11. Caram. *fundamentali. n.* 97. & *regulari. num.* 985. & 986. Bordonus *tom.* 2. *cap.* 25. *num.* 21. & 28.

Tertio, Regularis habens, vel pingens figuras obscœnas, vel scribens obscœna, non peccat contra votum præcisa delectatione venerea. Sanch. 7. *de matrim. disp.* 46. *qu.* 3. Bordonus *to.* 5. *cap.* 25. *n.* 32. rectè dicens hujusmodi arcenda, si lapsus timeatur.

Quarto, jactans sine complacentia de obscœnis, peccat delicto jactantiæ, non contra votum. Diana *par.* 4. *tract.* 4. *resol.* 44. Bordonus *tom.* 5. *cap.* 25. *num.* 29.

Effectus Voti solemnis.

§. V.

2366 Effectus Voti solemnis.

PRimus dirimit matrimonium ratum antea factum, & contrahendum.

Secundus, vovens iniens nuptias, est excommunicatus. Clem. *un. de consanguinitate, & affinitate*, ibi: *Ipsos excommunicationis sententiæ ipso facto decernimus subjacere*. Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 8. Lezana *tom.* 1. *cap.* 25. *num.* 15. Toletus *lib.* 7. *Summa. c.* 15.

Tertio, est suspectus de hæresi. Farinac. *de*

heres fi. qu. 183. num. 72, Carena *par. 2. tit. 17. §. 3. num. 10.*

Quarto, est sacrilegus peccans contra votum,

Pœna violantis Monialem.

§. VI.

2369 Pœna violantis Monialem. Monialis consentiens, carceri perpetuo mancipatur. *can. impudicas*, ibi: *retrusa in suis ergastulis. 27. qu. 1.* ad instar vestalium taliter delinquentium, quæ vivæ suffodiebantur in terra. Alexander ab Alexandro *lib. 5. dierum genialium. c. 12.*

Secundo, laicus flagitio cooperans, excommunicatur. *can. si qua Monacharum.* ibi: *omni communione privetur, si laicus est. 27. q. 1.*

Jure Civili gladio vultore capite plectitur, *Auth. de Sanctissimis Episcopis. §. penult.* ejusque bona Monasterio applicantur, si vis, vel raptus intercessit, *l. raptores. 52. §. bona.* ibi: *eidem Monasterio, vel Asceterio, ubi consecrata est, addicantur. Cod. de Episcopis, & Clericis.*

Tale flagitium sacrilegum est mixti fori, sicque præventioni est locus. *cap. proposuisti. 19. cap. cum sit generale. 8. de foro competenti. cap. felicis. 5. de pœnis in 6.* Farinac. *in praxi criminali. qu. 8. n. 132.* contra Baldum, & Navarr. volentes tantùm Judicem esse Ecclesiasticum. 2370 Est mixti fori.

Si tamen hujusmodi flagitiosus sit Ecclesiasticus, est deponendus, privandus beneficiis, pœnitentiæ perpetuæ in Monasterio tradendus, & delicti enormitate exigente etiam interimendus.

Si mortua Professa cognoscatur, non est sacrilegus voto non ligatus eam cognoscens, Pellizzarius *de Monialibus. c. 4. sect. 2. quæsito 6. §. addo.* dicens esse bestialem, videsis Dianam *par. 9. tract. 9. resol. 1.*

Finis Libri Primi.

DIS-

A

INSTITUTIONUM CANONICARUM

ILLUSTRISSIMI, AC REVERENDISSIMI DOMINI

DOMINI FRANCISCI VERDE

EPISCOPI VICI ÆQUENSIS

LIBER SECUNDUS.

PROOEMIUM.

FElici aura felicem inimus, licèt procelloso pelago, navigationem rerum sacrarum. Utinam assequamur æternitatis metam laboribus hujuscemodi erumnosis consequendam. Ita Dominus Deus pervigili cura nostrum unicè intendit bonum propter semetipsum: Ita & nos mutuo affectu unicè Deum ante oculos habentes SS. Trinitatis aura vela pandamus pro ejusdem consequutione, & mediis utamur traditis, Christi patrimonio coëmtis, & sanguinis thesauro fundatis. Sunt autem Sacramenta, & cœteræ res sacræ, ac sanctæ, de quibus in hoc Secundo Libro sermonem instituimus.

De Rerum Divisione.

TITULUS I.

1 Philosophiæ definitio secundũ Stoicos.

DEfiniebant Stoici, philosophiàm esse cognitionem rerum divinarum, atque humanarum. Talis quidem Titulus huic de Sacramentis tractatui propriè convenit; hæc namque vera sapientia est, cùm versetur circa res divinas, & quoad necessitates humanas.

2 Institutiones in tres partes dividuntur.

Sciendum primo, Canonicas Institutiones in tres partes recto ordine esse divisas, ut prius scilicet de Personis ageretur, deindè de Rebus, ac demùm de Judiciis.

Actum est in primo Libro de Personis, eorumque Dignitatibus, Officiis, Beneficiis, cœterisque in statu Ecclesiastico necessariis; nunc reliquum est de Rebus, earumque administratione; Quare meritò de rerum divisione hìc agimus, ut comprehendamus etiam res divini juris, ideòque quæ extrà nostrum patrimonium constitutæ sunt: & quia nomen rei generale est. *l. rei, D. de verborum signific.* ideò omnia comprehendit.

3 Comprehenduntur etiã res divini Juris.

4 Res, aut spirituales, aut temporales.

Res itaque, aut Spirituales sunt, aut Temporales. Spirituales illæ sunt, quæ non tam corporis, quàm spiritus causa ad æternam scilicet salutem consequendam, ordinatæ sunt, ut Sacramenta Ecclesiæ, Altaria, & his similia.

Temporales res sunt, quæ non tam spiritus, quàm corporis causa pro Ecclesiasticis ministeriis, sacrorumque ministeriorum usu sunt comparatæ, ut sunt prædia, domus, & fructus decimales.

Res Spirituales, quædam sunt Incorporales, quædam Corporales. 5 Res spirituales sunt, aut Incorporales

Incorporales sunt, quæ sensu corporeo percipi nequeunt, ideòque nec tangi, nec videri possunt: quales sunt virtutes, & dona Dei, aut quæ in Jure consistunt, sicuti est Jus præsentandi in Jure-patronatus, &c.

Corporales sunt, quæ humanis sensibus percipi possunt, ideòq; tangi, & videri possunt. Harum antem quędã sunt Sacramentalia, quędam Sacramenta, quędam Sacræ, quędam Sacratæ, & quędam Religiosæ. Et sic aliquid primo dicamus de Sacramentalibus, fusiori deindè calamo acturi de Sacramentis, cœterisque rebus sacris, ut ex perfectis ad perfectiora evadamus sub auspiciis SS. ac individuæ Trinitatis. Et primo: Aut Corporales.

De Sacramentalibus Novæ Legis.

TITULUS II.

SUnt in Christiana vera Religione duo, Sacramenta, & Sacramentalia; Nos aliàs omissam tractationem hìc recensendam arbitramur primo loco; ut ex perfectis, ad perfectiora ascendamus. 6 Sacramentalia.

Quid, & quotuplex sint Sacramentalia?

§. I.

Quid, & quotuplex sint.

SAcramentalia sunt sensibile signum, insensibilis auxilii, causativum: ex institutione Ecclesiæ: *Sensibile signum*: est genus Sacramentis commune: *Ab Ecclesia institutum*, est differentia à Sacramentis, quæ instituta fuerunt à Christo Domino. Definitio. 7 Differunt à Sacramentis

Sacramentalia sunt in multiplici materia. Prima est in Aqua benedicta. *Can. aquam. 20. de consecratione dist.* 3. Secundo in Oratione Dominica, Psalmis, & Jejuniis. *Can. tres sunt.* 81. *Can. medicina.* 76. *Can. medicamentum.* 77. *Can. quamobrem.* 68. *de pœnitent. dist.* 1. Tertio in Pane benedicto. *Can. cùm omne crimen. de consecratione dist.* 2. Quarto in Benedictione Episcopi, vel Sacerdotis. *Can. benedictio.* 4. *Can. maledicam.* 76. *Can. dictum* 96. 1. *q.* 1. Quinto in Unctione Sacra in genere. *cap. unico. de Sacra Unctione.* Sexto in Oratione in Ecclesia consecrata. 3. *Regum cap.* 8. 8 Septem enumerantur. Aqua benedicta. Oratio Dominica. Panis benedictus. Benedictio Episcopi. Sacra Unctio Oratio in Ecclesia consecrata.

hæresi. qu.183.num.72, Carena *par.2.tit.17.§.3.num.10.*

Quarto, est sacrilegus peccans contra votum,

Pœnæ violantis Monialem.

§. VI.

2369 Pœnæ violantis Monialem. Monialis consentiens, carceri perpetuo mancipatur. *can. impudicas*, ibi: *retrusæ in suis ergastulis.27.qu.1.* ad instar vestalium taliter delinquentium, quæ vivæ suffodiebantur in terra. Alexander ab Alexandro *lib.5. Rerum genialium.c.12.*

Secundo, laicus flagitio cooperans, excommunicatur. *can. si qua Monacharum.* ibi: *omni communione privetur, si laicus est.27.q.1.*

Jure Civili gladio vultore capite plectitur, *Auth. de Sanctissimis Episcopis.§.penult.* ejusque bona Monasterio applicantur, si vis, vel raptus intercessit, *l.raptores.52. §.bona.* ibi: *eidem Monasterio, vel Asceterio, ubi consecrata est, adjudicantur. Cod.de Episcopis, & Clericis.*

Tale flagitium sacrilegum est mixti fori, sicque præventioni est locus. *cap.proposuisti.19.cap.cum sit generale.8. de foro competenti. cap. felicis.5.de pœnis in 6.* Farinac. *in praxi criminali. qu.8.n.172.* contra Baldum, & Navarr. volentes tantùm Judicem esse Ecclesiasticum. 2370 Est mixti fori.

Si tamen hujusmodi flagitiosus sit Ecclesiasticus, est deponendus, privandus beneficiis, pœnitentiæ perpetuæ in Monasterio tradendus, & delicti enormitate exigente etiam interimendus.

Si mortua Professa cognoscatur, non est sacrilegus voto non ligatus eam cognoscens. Pellizzarius *de Monialibus. c.4. sect.2.quæstio 6. §.addo.* dicens esse bestialem; videsis Dianam *par.9. tract.9.resol.1.*

Finis Libri Primi.

INSTITUTIONUM CANONICARUM

ILLUSTRISSIMI, AC REVERENDISSIMI DOMINI

DOMINI FRANCISCI VERDE

EPISCOPI VICI ÆQUENSIS

LIBER SECUNDUS.

PROOEMIUM.

FELICI aura felicem inimus, licèt procellnsu pelago, navigatinnem rerum sacrarum. Utinam assequamur æternitatis metam laboribus hujuscemodi erumnosis consequendam. Ita Dominus Deus pervigili cura nostrum unicè intendit bonum propter semetipsum: Ita & nus mutuo affectu unicè Deum ante oculos habentes SS. Trinitatis sura vela pandamus pro ejusdem consequutiune, & mediis utamur traditis, Christi patrimonio coëmtis, & sanguinis thesauro fundatis. Sunt autem Sacramenta, & cæteræ res sacræ, ac sanctæ, de quibus in hoc Secundo Libro sermonem instituimus.

De Rerum Divisione.

TITULUS I.

1 Philosophiæ definitio secundũ Stoicos.

DEfiniebant Stoici, philosophiàm esse cognitionem rerum divinarum, atque humanarum. Talis quidem Titulus huic de Sacramentis tractatui propriè convenit; hæc namque vera sapientia est, cùm versetur circa res divinas, & quoad necessitates humanas.

2 Institutiones in tres partes dividuntur.

Sciendum primo, Canonicas Institutiones in tres partes recto ordine esse divisas, ut priùs scilicet de Personis ageretur, deindè de Rebus, ac demùm de Judiciis.

3 Comprehenduntur etiã res divini Juris.

Actum est in primo Libro de Personis, eorumque Dignitatibus, Officiis, Beneficiis, cæterisque in statu Ecclesiastico necessariis; nunc reliquum est de Rebus, earumque administratione; Quare meritò de rerum divisione hìc agimus, ut comprehendamus etiam res divini juris, ideòque quæ extrà nostrum patrimonium constitutæ sunt: & quia nomen rei generale est. *l. rei, D. de verborum signific.* ideò omnia comprehendit.

4 Res, aut spirituales, aut temporales.

Res itaque, aut Spirituales sunt, aut Temporales. Spirituales illæ sunt, quæ non tam corporis, quàm spiritus causa ad æternam scilicet salutem consequendam, ordinatæ sunt, ut Sacramenta Ecclesiæ, Altaria, & his similia.

Temporales res sunt, quæ non tam spiritus, quàm corporis causa pro Ecclesiasticis ministeriis, sacrorumque ministeriorum usu sunt comparatæ, ut sunt prædia, domus, & fructus decimales.

5 Res spirituales sunt, aut Incorporales

Res Spirituales, quædam sunt Incorporales, quædam Corporales.

Incorporales sunt, quæ sensu corporeo percipi nequeunt, ideòque nec tangi, nec videri possunt: quales sunt virtutes, & dona Dei, aut quæ in Jure consistunt, sicuti ast Jus præsentandi in Jure-patronatus, &c.

Aut Corporales.

Corporales sunt, quæ humanis sensibus percipi possunt, ideòq; tangi, & vidari possunt. Harum autem quædã sunt Sacramentalia, quędam Sacramenta, quędam Sacræ, quędam Sacratæ, & quędam Religiosæ. Et sic aliquid primo dicamus de Sacramentalibus, fusiori deindè calamo acturi de Sacramentis, cæterisque rebus sacris, ut ex perfectis ad perfectiora evadamus sub auspiciis SS. ac individuæ Trinitatis. Et primo:

De Sacramentalibus Novæ Legis.

TITULUS II.

6 Sacramentalia.

SUnt in Christiana vera Religione duo, Sacramenta, & Sacramentalia; Nos aliàs omissam tractationem hìc recensendam arbitramur primo loco; ut ex perfectis, ad perfectiora ascendamus.

Quid, & quotuplex sint Sacramentalia?

§. I.

Quid, & quotuplex sint.

Definitio.

SAcramentalia sunt sensibile signum, insensibilis auxilii, causativum: ex institutione Ecclesiæ: *Sensibile signum*: est genus Sacramentis commune: *Ab Ecclesia institutum*, est differentia à Sacramentis, quæ instituta fuerunt à Christo Domino.

7 Differunt à Sacramentis

8 Septem enumerantur.

Aqua benedicta.

Oratio Dominica.

Panis benedictus.

Benedictio Episcopi.

Sacra Unctio

Oratio in Ecclesia consecrata.

Sacramentalia sunt in multiplici materia. Prima est in Aqua benedicta. *Can. aquam. 20. de consecratione dist. 3.* Secundo in Oratione Dominica, Psalmis, & Jejuniis. *Can. tres sunt. 81. Can. medicina. 76. Can. medicamentum. 77. Can. quamobrem. 68. de pœnitent. dist. 1.* Tertio in Pane benedicto. *Can. cùm omne crimen. de consecratione dist. 2.* Quarto in Benedictione Episcopi, vel Sacerdotis. *Can. benedictio. 4. Can. maledicam. 76. Can. dictum 96. 1. q. 1.* Quinto in Unctione Sacra in genere. *cap. unico. de Sacra Unctione.* Sexto in Oratione in Ecclesia consecrata. *3. Regum cap. 8.*

haresi. qu. 183. *num.* 72, Carena *par.* 2. *tit.* 17. §. 3. *num.* 10.

Quarto, est sacrilegus peccans contra votum.

Pœna violantis Monialem.

§. VI.

2169 Pœnæ violantis Monialem.

MOnialis consensiens, carceri perpetuo mancipatur. *can. impudicas*, ibi : *retrusa in suis ergastulis*. 27. *qu.* 1. ad instar vestalium taliter delinquentium, quæ vivæ suffodiebantur in terra. Alexander ab Alexandro *lib.* 5. *dierum genialium. c.* 12.

Secundo, laicus flagitio cooperans, excommunicatur. *can. si qua Monacharum*. ibi : *omni communione privetur, si laicus est*. 27. *q.* 1.

Jure Civili gladio vultore capite plectitur, *Auth. de Sanctissimis Episcopis*. §. *penult.* ejusque bona Monasterio applicantur, si vis, vel raptus intercessit, *l. raptores*. 52. §. *bona*. ibi : *eidem Monasterio, vel Asceterio, ubi consecrata est, addicantur. Cod. de Episcopis, & Clericis.*

Tale flagitium sacrilegum est mixti fori, sicque præventioni est locus. *cap. proposuisti*. 19. *cap. cum sit generale*. 8. *de foro competenti. cap. felicis*. 5. *de pœnis in* 6. Farinac. *in praxi criminali. qu.* 8. *n.* 172. contra Baldum, & Navarr, volentes tantùm Judicem esse Ecclesiasticum. 2170 Est mixti fori.

Si tamen hujusmodi flagitiosus sit Ecclesiasticus, est deponendus, privandus beneficiis, pœnitentiæ perpetuæ in Monasterio tradendus, & delicti enormitate exigente etiam interimendus.

Si mortua Professa cognoscatur, non est sacrilegus voto non ligatus eam cognoscens, Pellizzarius *de Monialibus. c.* 4. *sect.* 2. *quæsito* 6. §. *addo*. dicens esse bestialem, videsis Dianam *par.* 9. *tract.* 9. *resol.* 1.

Finis Libri Primi.

INSTITUTIONUM CANONICARUM

ILLUSTRISSIMI, AC REVERENDISSIMI DOMINI

DOMINI FRANCISCI VERDE

EPISCOPI VICI ÆQUENSIS

LIBER SECUNDUS.

PROOEMIUM.

FElici aura felicem inimus, licèt procelloso pelago, navigationem rerum sacrarum. Utinam assequamur æternitatis metam laboribus hujuscemodi erumnosis consequendam. Ita Dominus Deus pervigili cura nostrum unicè intendit bonum propter semetipsum: Ita & nos mutuo affectu unicè Deum ante oculos habentes SS. Trinitatis aura vela pandamus pro ejusdem consequutione, & mediis utamur traditis, Christi patrimonio coëmtis, & sanguinis thesauro fundatis. Sunt autem Sacramenta, & cœteræ res sacræ, ac sanctæ, de quibus in hoc Secundo Libro sermonem instituimus.

De Rerum Divisione.

TITULUS I.

1 Philosophiæ definitio secundũ Stoicos.

DEfiniebant Stoici, philosophiam esse cognitionem rerum divinarum, atque humanarum. Talis quidem Titulus huic de Sacramentis tractatui propriè convenit; hæc namque vera sapientia est, cùm versetur circa res divinas, & quoad necessitates humanas.

2 Institutiones in tres partes dividuntur.

Sciendum primo, Canonicas Institutiones in tres partes recto ordine esse divisas, ut priùs scilicet de Personis ageretur, deindè de Rebus, ac demùm de Judiciis.

Actum est in primo Libro de Personis, eorumque Dignitatibus, Officiis, Beneficiis, cœterisque in statu Ecclesiastico necessariis; nunc reliquum est de Rebus, earumque administratione; Quare meritò de rerum divisione hic agimus, ut comprehendamus etiam res divini juris, ideòque quæ extrà nostrum patrimonium constitutæ sunt: & quia nomen rei generale est. *l. rei, D. de verborum signific.* ideò omnia comprehendit.

3 Comprehenduntur etiã res divini juris.

4 Res, aut spirituales, aut temporales.

Res itaque, aut Spirituales sunt, aut Temporales. Spirituales illæ sunt, quæ non tam corporis, quàm spiritus causa ad æternam scilicet salutem consequendam, ordinatæ sunt, ut Sacramenta Ecclesiæ, Altaria, & his similia.

Temporales res sunt, quæ non tam spiritus, quàm corporis causa pro Ecclesiasticis ministeriis, sacrorumque ministeriorum usu sunt comparatæ, ut sunt prædia, domus, & fructus decimales.

Res Spirituales, quædam sunt Incorporales, quædam Corporales. 5 Res spirituales sunt, aut Incorporales

Incorporales sunt, quæ sensu corporeo percipi nequeunt, ideòque nec tangi, nec videri possunt: quales sunt virtutes, & dona Dei, aut quæ in Jure consistunt, sicuti est Jus præsentandi in Jure-patronatus, &c.

Corporales sunt, quæ humanis sensibus percipi possunt, ideòq; tangi, & videri possunt. Harum autem quædã sunt Sacramentalia, quędam Sacramenta, quędam Sacræ, quędam Sacratæ, & quędam Religiosæ. Et sic aliquid primo dicamus de Sacramentalibus, fusiori deindè calamo acturi de Sacramentis, cœterisque rebus sacris, ut ex perfectis ad perfectiora evadamus sub auspiciis SS. ac individuæ Trinitatis. Et primo: Aut Corporales.

De Sacramentalibus Novæ Legis.

TITULUS II.

SUnt in Christiana vera Religione duo, Sacramenta, & Sacramentalia; Nos aliàs omissam tractationem hic recensendam arbitramur primo loco; ut ex perfectis, ad perfectiora ascendamus. 6 Sacramentalia.

Quid, & quotuplex sint Sacramentalia?

§. I.

Quid, & quotuplex sint.

SAcramentalia sunt sensibile signum, insensibilis auxilii, causativum: ex institutione Ecclesiæ: *Sensibile signum*: est genus Sacramentis commune: *Ab Ecclesia institutum*, est differentia à Sacramentis, quæ instituta fuerunt à Christo Domino. Definitio. 7 Differunt à Sacramentis

Sacramentalia sunt in multiplici materia. Prima est in Aqua benedicta. *Can. aquam. 20. de consecratione dist.* 3. Secundo in Oratione Dominica, Psalmis, & Jejuniis. *Can. tres sunt.* 81. *Can. medicina.* 76. *Can. medicamentum.* 77. *Can. quamobrem.* 68. *de pœnitent. dist.* 1. Tertio in Pane benedicto. *Can. cum omne crimen. de consecratione dist.* 2. Quarto in Benedictione Episcopi, vel Sacerdotis. *Can. benedictio.* 4. *Can. maledicam.* 76. *Can. dictum* 96. 1. q. 1. Quinto in Unctione Sacra in genere. *cap. unico. de Sacra Unctione.* Sexto in Oratione in Ecclesia consecrata. 3. *Regum cap.* 8.

8 Septem enumerantur. Aqua benedicta. Oratio Dominica. Panis benedictus. Benedictio Episcopi. Sacra Unctio Oratio in Ecclesia consecrata.

haeresi. qu.183.num.72, Carena *par.2.tit.17.§.3.num.10.*

Quarto, est sacrilegus peccans contra votum,

Pœna violantis Monialem.

§. VI.

2169 Pœnæ violantis Monialem.

MOnialis consentiens, carceri perpetuo mancipatur. *can. impudicas*, ibi: *retrusæ in suis ergastulis. 27.qu.1.* ad instar vestalium taliter delinquentium, quæ vivæ suffodiebantur in terra. Alexander ab Alexandro *lib.5.dierum genialium.c.12.*

Secundo, laicus flagitio cooperans, excommunicatur. *can. si quæ Monacharum.* ibi: *omni communione privetur, si laicus est.27.q.1.*

Jure Civili gladio vultore capite plectitur, *Auth. de Sanctissimis Episcopis.§.penult.* ejusque bona Monasterio applicantur, si vis, vel raptus intercessit, *l.raptores.52. §.bona.* ibi: *eidem Monasterio, vel Asceterio, ubi consecrata est, abdicantur. Cod.de Episcopis, & Clericis.*

Tale flagitium sacrilegum est mixti fori, sicque præventioni est locus. *cap.proposuisti.19.cap. cum sit generale. 8. de foro competenti. cap. felicis.5.de pœnis in 6.* Farinac. *in praxi criminali. qu.8.n.172.* contra Baldum, & Navarr. volentes tantùm Judicem esse Ecclesiasticum. 2170 Est mixti fori.

Si tamen hujusmodi flagitiosus sit Ecclesiasticus, est deponendus, privandus beneficiis, pœnitentiæ perpetuæ in Monasterio tradendus, & delicti enormitate exigente etiam interimendus.

Si mortua Professa cognoscatur, non est sacrilegus voto non ligatus eam cognoscens, Pellizzarius *de Monialibus. c.4. sect.2.quæsito 6. §.addo.* dicens esse bestialem, videsis Dianam *par. 9. tract.9.resol.1.*

Finis Libri Primi.

DIS-

INSTITUTIONUM CANONICARUM

ILLUSTRISSIMI, AC REVERENDISSIMI DOMINI

DOMINI FRANCISCI VERDE

EPISCOPI VICI ÆQUENSIS

LIBER SECUNDUS.

PROOEMIUM.

Ebrer aura felicem inimus, licèt procelloso pelago, oavigatiooem rerum sacrarum. Utinam assequamur æternitatis metam laboribus hujusce modi erumnosis consequendam. Ita Dominus Deus pervigili cura oostrum unicè intendit bonum propter semetipsum: Ita & nos mutuo affectu unicè Deum aote oculos habentes SS. Trinitatis aura vela pandamus pro ejusdem consequutione, & mediis otamur traditis, Christi patrimonio coëmtis, & sanguiois thesaoro fundatis. Sunt autem Sacrameota, & cœteræ res sacræ, ac sanctæ, de qoibus in hoc Secundo Libro sermonem instituimus.

De Rerum Divisione.

TITULUS I.

1 Philosophiæ definitio secundũ Stoicos.

DEsioiebaot Stoici, philosophiàm esse cognitionem rerum divioarum, atque humanarum. Talis quidem Titulus huic de Sacramentis tractatui propriè convenit; hæc namque vera sapientia est, cùm versetur circa res divinas, & qooad necessitates homanas.

2 Instioutiones in tres partes dividuntur.

Sciendum primo, Caoonicas institutiones io tres partes recto ordine esse divisas, ot priùs scilicet de Personis ageretur, deindè de Rebus, ac demùm de Judiciis.

Actum est in primo Libro de Personis, eorumque Digoitatibus, Officiis, Beneficiis, cœterisque in statu Ecclesiastico oecessariis; nunc reliquom est de Rebus, earumqoe administratione; Quare meritò de rerum divisione hìc agimos, ut comprehendamus etiam res divini juris, ideòqne quæ extrà nostrum patrimoninm constitutæ soot: & quia nomen rei generale est. *l. rei, D. de verborum signific.* ideò omnia comprehendit.

3 Comprehendunt etiã res divini juris.

4 Res, aut spirituales, aut temporales.

Res itaque, aot Spirituales suot, aut Temporales. Spirituales illæ sunt, quæ non tam corporis, quàm spiritus causa ad æternam scilicet salutem consequendam, ordinatæ sunt, ut Sacramenta Ecclesiæ, Altaria, & his similia.

Temporales res sunt, quæ non tam spiritus, qnàm corporis caosa pro Ecclesiasticis ministerlis, sacrorumque ministeriorum usu sunt comparatæ, ut suot prædia, domus, & fructus decimales.

5 Res spirituales sunt, aut Incorporales

Res Spirituales, quædam sunt Incorporales, qoædam Corporales.

Iocorporales sunt, quæ sensu corporeo percipi oequeoot, ideòque nec taogi, nec videri possunt: quales sunt virtutes, & dona Dei, aut quæ in Jure coosistuot, sicuti est Jus præsentandi io Jure-patronatus, &c.

Aut Corporales.

Corporales sunt, quæ humanis sensibus percipi possuot, ideòq; tangi, & videri possunt. Harum autem quædã suot Sacramentalia, quædam Sacramenta, quædam Sacræ, quædam Sacratæ, & quædam Religiosæ. Et sic aliquid primo dicamus de Sacramentalibus, fusiori deiodè calamo acturi de Sacramentis, cœterisque rebus sacris, ut ex perfectis ad perfectiora evadamus sub auspiciis SS. ac iodividuæ Trinitatis. Et primo:

De Sacramentalibus Novæ Legis.

TITULUS II.

6 Sacramentalia.

SUnt in Christiana vera Religione duo, Sacramenta, & Sacramentalia, Nos aliàs omissam tractationem hìc recensendam arbitramur primo ioco; nt ex perfectis, ad perfectiora asceodamus.

Quid, & quotuplex sint Sacramentalia?

§. I.

Quid, & quotuplex sint.

Definitio.

SAcramentalia suot sensibile signum, insensibilis auxilii, causativum: ex institutione Ecclesiæ: *Sensibile signum*: est genus Sacramentis commune: *Ab Ecclesia institutum*, est differentia à Sacramentis, quæ instituta fuerunt à Christo Domino.

7 Differunt à Sacramentis

8 Septem enumerantur.

Aqua benedicta.

Oratio Dominica.

Panis benedictus.

Benedictio Episcopi.

Sacra Unctio

Oratio in Ecclesia consecrata.

Sacramentalia suot in multiplici materia. Prima est io Aqua benedicta. *Can. aquam. 20. de consecratione dist. 3.* Secundo in Oratione Dominica, Psalmis, & Jejnniis. *Can. tres sunt. 81. Can. medicina. 76. Can. medicamentum. 77. Can. quamobrem. 68. de pœnitent. dist. 1.* Tertio in Pane benedicto. *Can. cum omne crimen. de consecratione dist. 2.* Quarto in Beoedictione Episcopi, vel Sacerdotis. *Can. benedictio. 4. Can. maledicam. 76. Can. dictum 96. 1. q. 1.* Quinto in Unctione Sacra io genere. *cap. unico. de Sacra Unctione.* Sexto in Oratione in Ecclesia consecrata. *3. Regum cap. 8.*

2351 Materia debet esse lethaliter gravis.

Istis pœnis non afficitur Religiosus proprietarios, nisi materia sit lethaliter gravis, secùs si sit levis. Rodriq.*par*.2.*Summæ cap*.150.*n*.1.

Quanam sit materia gravis contra Votum Paupertatis?

2352 Lethalis est quæ sufficit in furto filiorum.

QUæ lethalis in furto filiorum, est lethalis in Religioso, ad instar filii respectu Monasterii. Rebellus *tom*.1.*de justitia par*. 3. *qu*.15. *sect*.3.*num*.22. Caram.*Regulari num*.951.Bordonus *tom*.5. *cap*.24.*num*.71.

Quanta sit ista?

2353 Quænam sit ista quantitas, DD.placita proponit.

FLuctuat incenti concussa difficultate Doctorum opinatio. Aliis considerantibus rem secundum se. Aliis inspicientibus Dominum magis, vel minus invitum.

Duo Julii sunt materia gravis secundum Navarrum *cap*.17.*num*.3. Lezanam *cap*.6.*num*. 57. Tolet.*lib*.5.*cap*.3.*num*.6.

Alii volunt materiam gravem esse summam datam fossori, locanti suas operas pro uno die. Molina *tom*.3.*de justitia disp*.685. Covarr. 1.*resolutionum cap*.3.*num*.12.

Quatuor Julios exigit Sanch. 7.*Decal.cap*.20.*num*.4. Bordonus *tom*.2.*ref*.43.*num*.4.

Tres argenteos in ditissimo, duo in mediocri, unum in paupere Monasterio ponit Faustus 8.*Thesauri qu*.93.

Tres aureos statuit Sotus 5.*de justitia qu*. 3. *art*.3. nisi Dominus esset miser. Aragonius 2.2. *qu*.66. *art*.6. Sylvest.v.*furtum qu*.2.*num*.4. Rodriqu.*tom*.4.*Summa cap*.118.*num*.27.

Unum argenteum materiam gravem dicit Corduba in *Summa qu*. 109. Salon. 2.2.*qu*.66. *art*.6.

Duos argenteos requirit Medina 1. 2. *qu*.88. *art*. 8. materiam gravem esse, quæ sufficit pro substentatione unius diei, ait Valascus *tom*.1.*de furto ref*.63.*num*.1.& 3.

Materiam gravem esse tollere, quantum sufficit pro victu personæ, à qua res aufertur; quia gravis læsio velle jejunum integrum diem, ait Serra 2.2.

2354 Caramuelis sententia proponitur.

Caramuel verò *Regul. num*. 932. & 934. distinguit meteriam gravem, & levem secundum se. Et gravem, & levem respectivè. Secundum se gravem, in qua omnes conveniunt esse talem. Et dicit esse quatuor florenos, idest sexdecim reales. Potuisset etiam ponere tres aureos cum Soto, Aragonio, & Sylvest.

Levem secundum se ait dimidium realis; nam si ex indigentia sequatur grave damnum, tunc non ratione materiæ ex se levis, sed ratione circumstantiæ, ut sobripere acum à Sartore, inde impotente ad laborandum.

Nunc ait, semper lethale sumere secundum se gravem, semper veniale secundum se rem parvam accipere, præcisa prava circumstantia.

Constitutis istis terminis absolutæ magnitudinis, & parvitatis, asserit inter istos terminos materiam mediam esse respectivam, ità ut infrà materiam gravem, supra materiam levem censeatur parva, si non attingat octavam partem reddituum unius diei illius, à quo subripitur. Sit verò gravis materia, si auferatur octava pars reddituum unius diei.

Dat etiam *num*.954. materiam nullam, cujus ablatio, nec est venialis, aitque talem esse sumere unum calamum, folium chartæ cõmunis, nisi aliud damnum sequatur. Et nullam materiam dicit, quam nec pauper acciperet, vel cum rubore pauperi daretur.

Sed ab Auctore rejicitur.

Nobis meditantibus constitutio absoluti termini magnitudinis, & parvitatis, non videtur omninò certa; quia per se non est nota. Cur enim sexdecim, & non quindecim, vel sexdecim cum dimidio erit per se gravis? Cur dimidium, & non semidimidium per se levis, cur non dodrans realis, cur non destans. Ergo inspectis, & discussis Doctorum sententiis, tu animæ pœnitentis consulas.

De Voto Castitatis.

§. III.

2355 Castitatis elogia.

CAstitas innumeris cumulata laudibus 1. Regum 21. *num*.5. Tobiæ 6.*num*.16. Judith *cap*.15.*num*.16. Psalm.44. *num*.15. Ecclesiastici 6. *num*.28. Actuum 24.*num*.25. Apocalypsis 14. *num*.4. 1.ad Corinth. 7. *num*.25. Est virtus frenans venerea. Est conjugio per se præstantior. Apocalypsis 14. *num*.4. Sapientiæ 6. *num*.20. 1.ad Corinth.7.*num*.23. Psalm.44.*n*.15. Concilium Romanum *can*. 10. Concilium Toronense I. *can*. 6. Carthaginense III. *can*. 33. Ancyranum *can*. 18. contra sordidos Anabatistas nostro etiam miserabili ævo in Hungaria habentes communes feminas, ut testatur Caramuel *tom*.2.*Regul.num*.2219.

2356 Est essentialis professioni.

Professione imbibitum votum Castitatis, est promissio facta Deo se abstinendi mente, & corpore ab omni re venerea. D.Tho.2.2.*quæst*.185. *art*.4. Scotus in 4.*dist* 38. Sanch.5.*Decal. cap*.6. *num*.9. Acacius *tom*.2. v.*Religioso ref*.274. *n*.1. Lessius 2.*de justitia cap*.41. *dub*.9. *num*.78. eoque voto Religiosi adstringuntur. *cap. Cùm ad Monasterium*. 6. *de statu Monachorum*. Concilium Turonense I.*can*.6.Trid.*sess*.25.*cap*.1.& sic ut promptiores purissimo actu Deo vinciantur, rejectis curia; voventes namque Castitatem dicuntur se ipsos castrare voluntate ob Regnum Dei. Matthæi 19. *num*.12. ibi: *sunt eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter Regnum Cælorum*. Epiphanius *hæresi* 58. Caram. *Regul.num*.974. Faustus 7.*Thesauri qu*.46.

2357 Quid sit se ipsos castrare.

Et in Religionibus Militaribus admittentibus nuptias, votum est abstinere ab illicitis concupiscentiis. Caram. *tom*.2. *Regul. num*. 2220. dicens *num*.2226. legitimum filium, natum à validè licitè conjugatis professis.

An Papa dispenset in Voto solemni?

2358 Papam posse dispensare in voto solemni Castitatis exemplis probare nititur.

AFfirma: ex causa rationabili, nè illustris familia depereat, ut pax componatur, nè Regni successio ad alios transferatur; Solemnitas namque jure positivo ut nata, ità interire potest *can. un. de voto in* 6. Sic Alexander III. dispensavit cum Justiniano Monacho, ut illa familia conservaretur, cum Rege Aragoniæ, ut professus iniret nuptias; & Cœlestinus III. dispensavit cum Constantia filia Regis Siciliæ professa, ut duceret Henricum VI.

Clemens II. dispensavit, ut Casimirus filius Regis Poloniæ professus contraheret nuptias.

Gregorius XIII. dispensavit, ut Germanus Cardinalis Joyosę Provincialis Capuccinus nuberet.

Nec obstat quidquid arguantur alii; nam ut ipsi in aliis, ità in istis concernentibus mores, Papa non potest errare.

Nec

Nec refert text. *in c. cum ad Monasterium.* 6. ibi: *neque etiam Summus Pontifex possit indulgere licentiam. de statu Monachorum*. Nam intelligitur remanente Religioso; non enim potest simul esse conjugatus, & Religiosus, & in isto sensu est vera doctrina D.Tho. 2.2. *qu.* 88. *art.* 11. ubi Cajetan, scilicet ut sit Religiosus cum voto Castitatis, & non servet Castitatem.

Quæ differentia inter Votum solemne, & simplex Castitatis?

2359 Essentialiter non differunt votũ solemne, & simplex.

NUlla quoad essentiam, sicq; satis pœnitens se explicat dicendo voto Castitatis se ligatum fornicasse, & feminam fornicasse cum ligato voto Castitatis. Sanchez 7. *de matrimon. disp.* 27. *n.* 6. Lessius 4. *de justitia cap.* 4. *dubit.* 12. *n.* 87. Pelliaaarius *tract.* 4. *cap.* 3. *num.* 78. Caram. dans decem Doctores *Regul. num.* 998. *&* 999. Villalobos *tom.* 1. *Summa tract.* 4. *cap.* 37. *n.* 13. Bordon. *tom.* 5. *cap.* 25. *num.* 6. Imò si Confessario sit nota qualitas Professionis pœnitentis, non tenetur exprimere votum Castitatis Confessario notum. Rodriq. *tom.* 1. *quæst.* 13. *art.* 2. Lezana *par.* 2. *cap.* 5. *num.* 11.

An Religiosus Professus in Sacris teneatur id exprimere in confessione?

2360 Professus nõ tenetur exprimere se esse in Sacris.

NEga: satisque est si unum exprimat; quia votum, Professio, & in Sacris non diversificant speciem, & ly in Sacris, & Professio solam solemnitatem addit, quæ voti speciem non mutat. Aragonios 2.2. *quæst.* 88. *art.* 7. Medina *lib.* 1. *Summa cap.* 14. §. 18. Henriquez *lib.* 5. *de pœnitentia cap.* 5. *num.* 6. Rodriq. *par.* 1. *cap.* 53. *num.* 5. Lopez *par.* 1. *cap.* 29. Corduba *in Summa quæst.* 3.

Virginitas.

§. IV.

2361 Quid sit Virginitas.

EST virtus consistens in mente, & voluntate illibata. Virtus namque in electione consistit, estque cordis munditia. Proverbiorum 22. ibi: *qui diligit cordis munditiam, habebit amicum Regem*, & reddit hominem commendabilem, Sapientia 4. ibi: *pulchra est casta generatio cum claritate.*

Est virtus exigens auxilium Dei. Sapientiæ 8. ibi: *Vidi quod non possum esse continens, nisi Deus det*. Sicque sollicita custodia sensuum exigitur. Ecclesiast. 9. ibi: *averte faciem tuam à muliere compta, & ne circumspicias mulierem alienam; propter speciem enim mulieris multi perierunt*: sicque merito procul arcendæ feminæ hujusmodi Castitatis incendiariæ. D.Hieronymus *epist.* 2. *ad Nepotianum*, ibi: *Hospitiolum tuum, aut rarò, aut nunquam mulierum pedes terant, nec sub eodem tecto mansites: Nec in præterita castitate confidas, quia nec David sanctior, nec Salomone sapientior esse potes, qui tamen lapsi sunt per mulieres.*

2362 Vi oppressa formaliter non amittit virginitatẽ.

Virginitas virtus non amittitur formaliter à vi oppressa invitè, nec casu; nam sine consensu, & sic sine vitio virtus non amittitur.

Objectivè autem, & materialitèr amissa, irreparabilis, licèt quoad esse virtutis reparari possit. D.Thom. 2.2. *quæst.* 152. *art.* 1. *&* 3. *ad* 3. ubi Cajetan. & Valentia. Arriaga *tom.* 5. *disp.* 58. *num.* 5. *&* 25. post D.Hieronymum *epist.* 22. *ad Eustochium.*

An in Confessione explicanda Virginitas?

2363 In Confessione non explicanda Virginitas.

NEga: dummodò explicetur circumstantia voti; nam Virginitatis circumstantia speciem non mutat; ut primus, & secundus numerus specie non differunt. Llamas *par.* 2. *Summæ. cap.* 8. §. 17. Henriq. *lib.* 2. *de pœnit. c.* 8. *n.* 2. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 29. *cap.* 2. *num.* 71. Nugnus *in addit. ad* 3. *par. tom.* 2. *qu.* 9. *art.* 2. *dub.* 3. *concl.* 5. Vasq. *opusculo de restitutione cap.* 3. §. 1. *dub.* 1. *num.* 6. Caram. *Regul. num.* 1004. *&* 1011. Diana *de circumstantiis aggravantibus, resol.* 10. Sanch. 7. *de matrim. disp.* 4. *n.* 5. Sotus 4. *dist.* 18. *qu.* 2. *art.* 7.

Hinc concupiscens Virginem sine animo inferendi vim, non tenetur hanc virginitatis circumstantiam explicare. Diana *loc. cit. resol.* 2. Caram. *Regul. num.* 1012. Bonacina *de matrim. qu.* 4. *puncto* 11. *n.* 9.

Inducens alium ad peccandum contra Castitatem, peccat peccato scandali, non contra suum votum, nisi delectetur pravè. Caramoel *fundamentali*, 51. *n.* 97. Bordonus *tom.* 5. *cap.* 25. *num.* 28.

An possit amitti Virginitas sine peccato?

2364 Sine peccato amitti potest Virginitas.

AFfirma: ut in contrahente nuptias. D.Tho. 2.2. *qu.* 152. *art.* 3. Arriaga *tom.* 5. *disp.* 58. *n.* 7. Faustus 7. *Thesauri. qu.* 6.

An verò virtus integro corpore amitti possit?

Virtus amittitur etiam integro corpore.

AFfirma: si voluntas consentiat in pravam cogitationem veneream; tunc virtus perit: licèt Theologi velint laureolam virginitatis conservare. Arriaga *loc. cit. n.* 75.

Qui non peccet contra suum votum Castitatis?

2365 Quando non peccatur cõtra suum votum.

PRimo persuadens alteri, ut nubat.

Secundo persuadens, ut peccet contra Castitatem, hic perditissimo scandali sacrilegio objectivè peccat, sed non contra suum votum. Lugo *de justitia disp.* 3. *n.* 162. Sanch. 5. *Decalogi, cap.* 6. *n.* 11. Caram. *fundamentali. n.* 97. *& regulari. num.* 985. *&* 986. Bordonus *tom.* 2. *cap.* 25. *num.* 21. *&* 28.

Tertio, Regularis habens, vel pingens figuras obscœnas, vel scribens obscœna, non peccat contra votum præcisa delectatione venerea. Sanch. 7. *de matrim. disp.* 46. *qu.* 3. Bordonus *to.* 5. *cap.* 25. *n.* 32. rectè dicens hujusmodi arcenda, si lapsus timeatur.

Quarto, jactans sine complacentia de obscœnis, peccat delicto jactantiæ, non contra votum. Diana *par.* 4. *tract.* 4. *resol.* 44. Bordonus *tom.* 5. *cap.* 25. *num.* 29.

Effectus Voti solemnis.

§. V.

2366 Effectus Voti solemnis.

PRimus dirimit matrimonium ratum antea factum, & contrahendum.

Secundus, vovens iniens nuptias, est excommunicatus. Clem. *un. de consanguinitate, & affinitate*, ibi: *Ipsos excommunicationis sententiæ ipso facto decernimus subjacere*. Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 8. Lezana *tom.* 1. *cap.* 25. *num.* 15. Toletus *lib.* 7. *Summa. c.* 15.

Tertio, est suspectus de hæresi. Farinac. *de*

INSTITUTIONUM CANONICARUM

ILLUSTRISSIMI, AC REVERENDISSIMI DOMINI

DOMINI FRANCISCI VERDE

EPISCOPI VICI ÆQUENSIS

LIBER SECUNDUS.

PROOEMIUM.

FElici aura felicem inimus, licèt procelloso pelago, navigationem rerum sacrarum. Utinam assequamur æternitatis metam laboribus hujuscemodi ærumnosis consequendam. Ita Dominus Deus pervigili cura nostrum unicè intendit bonum propter semetipsum: Ita & nos mutuo affectu unicè Deum ante oculos habentes SS. Trinitatis aura vela pandamus pro ejusdem consequutione, & mediis utamur traditis, Christi patrimonio coëmtis, & sanguinis thesauro fondatis. Sunt autem Sacramenta, & cœteræ res sacræ, ac sanctæ, de quibus in hoc Secundo Libro sermonem instituimus.

De Rerum Divisione.

TITULUS I.

1 Philosophiæ definitio secundū Stoicos.

DEfiniebant Stoici, philosophiàm esse cognitionem rerum divinarum, atque humanarum. Talis quidem Titulus huic de Sacramentis tractatui propriè convenit; hæc namque vera sapientia est, cùm versetur circa res divinas, & quoad necessitates humanas.

2 Institutiones in tres partes dividuntur.

Sciendum primo, Canonicas Institutiones in tres partes recto ordine esse divisas, ut priùs scilicet de Personis ageretur, deindè de Rebus, ac demùm de Judiciis.

Actum est in primo Libro de Personis, earumque Dignitatibus, Officiis, Beneficiis, cœterisque in statu Ecclesiastico necessariis; nunc reliquum est de Rebus, earumque administratione; Quare meritò de rerum divisione hìc agimus, ut comprehendamus etiam res divini Juris, ideòque quæ extrà nostrum patrimonium constitutæ sunt: & quia nomen rei generale est. *l. rei, D. de verborum signific.* ideò omnia comprehendit.

3 Comprehenduntur etiā res divini Juris.

4 Res, aut spirituales, aut temporales.

Res itaque, aut Spirituales sunt, aut Temporales. Spirituales illæ sunt, quæ non tam corporis, quàm spiritus causa ad æternam scilicet salutem consequendam, ordinatæ sunt, ut Sacramenta Ecclesiæ, Altaria, & his similia.

Temporales res sunt, quæ non tam spiritus, quàm corporis causa pro Ecclesiasticis ministeriis, sacrorumque ministeriorum usu sunt comparatæ, ut sunt prædia, domus, & fructus decimales.

Res Spirituales, quædam sunt Incorporales, quædam Corporales. Res spirituales sunt, aut Incorporales

Incorporales sunt, quæ sensu corporeo percipi nequeunt, ideòque nec tangi, nec videri possunt: quales sunt virtutes, & dona Dei, aut quæ in Jure consistunt, sicuti est Jus præsentandi in Jure-patronatus, &c.

Corporales sunt, quæ humanis sensibus percipi possunt, ideòq; tangi, & videri possunt. Harum autem quædā sunt Sacramentalia, quędam Sacramenta, quędam Sacræ, quędam Sacratæ, & quędam Religiosæ. Et sic aliquid primo dicamus de Sacramentalibus, fusiori deindè calamo acturi de Sacramentis, cœterisque rebus sacris, ut ex perfectis ad perfectiora evadamus sub auspiciis SS. ac individuæ Trinitatis. Et primo: Aut Corporales.

De Sacramentalibus Novæ Legis.

TITULUS II.

SUnt in Christiana vera Religione duo, Sacramenta, & Sacramentalia; Nos aliàs omissam tractationem hìc recensendam arbitramur primo loco; ut ex perfectis, ad perfectiora ascendamus. 6 Sacramentalia.

Quid, & quotuplex sint Sacramentalia?

§. I.

Quid, & quotuplex sint.

SAcramentalia sunt sensibile signum, insensibilis auxilii, causativum: ex institutione Ecclesiæ: *Sensibile signum*: est genus Sacramentis commune: *Ab Ecclesia institutum*, est differentia à Sacramentis, quæ instituta fuerunt à Christo Domino. Definitio.

7 Differunt à Sacramentis

8 Septem enumerantur.

Sacramentalia sunt in multiplici materia. Prima est in Aqua benedicta. *Can. aquam. 20. de consecratione dist.* 3. Secundo in Oratione Dominica, Psalmis, & Jejuniis. *Can. tres sunt.* 81. *Can. medicina.* 76. *Can. medicamentum.* 77. *Can. quamobrem.* 68. *de pœnitent. dist.* 1. Tertio in Pane benedicto. *Can. cum omne crimen. de consecratione dist.* 2. Quarto in Benedictione Episcopi, vel Sacerdotis. *Can. benedictio.* 4. *Can. maledicam.* 76. *Can. dictum* 96. 1. *q.* 1. Quinto in Unctione Sacra in genere. *cap. unico. de Sacra Unctione.* Sexto in Oratione in Ecclesia consecrata. 3. *Regum cap.* 8.

Aqua benedicta. Oratio Dominica. Panis benedictus. Benedictio Episcopi. Sacra Unctio Oratio in Ecclesia consecrata.

Eleemosyne. *vers.* 42. Septimo in eleemosynis. *Can. tres sunt.* 81. *de pœnit. dist.* 1. *Can. de quotidianis.* 20. *de pœnitent. dist.* 3. *Eccl.* 33. ibi: *Sicut aqua extinguit ignem, ità eleemosyna extinguit peccatum.* S. Cyprianus *lib. de opere, & eleemosyna,* ibi: *eleemosyna Dei indulgentiam elargitur.* — Ejus virtus.

9 Sunt in subsidium humanæ fragilitatis. Hujusmodi sunt Sacramentalia ab Ecclesia instituta in subsidium humanę fragilitatis. Philippus à SS. Trinitate 3. *par. tract. de Sacram. in genere disp.* 10. *dub.* 5.

Circa hujusmodi Sacramentalia sunt sequentia discutienda, Primum, In quo differant à Sacramentis. Secundum, an remittant venialia. Tertium, an causent gratiam sanctificantem.

In quo differant Sacramentalia à Sacramentis?

§. II.

10 Differentiæ sex inter Sacramenta, & Sacramentalia. Differunt primo, quia Sacramenta à Christo Domino, Sacramentalia ab Ecclesia sunt instituta. Secundo, quia Sacramenta causant primam, vel secundam gratiam: at non ità Sacramentalia. Tertio, quia Sacramenta tollunt peccata mortalia: at Sacramentalia ad summum tollunt venialia. Quarto, est de fide gratiam conferri sanctificantem à Sacramentis: at non ità est conferri à Sacramentalibus. Quinto, gratia causatur à Sacramentis physicè, vel moraliter ex divina institutione: at certum est physicè non causari à Sacramentalibus: nam cùm Sacramentalia instituta sint ab Ecclesia, non potuit Ecclesia dare hujusmodi physicam causalitatem, quam Sacramentis poterat dare, & dedit Deus. Sexto, Sacramenta causant gratiam, & quædam alia auxilia: at Sacramentalia ad summum causant auxilia ex opere operato: ut repulsio Dœmonum, illuminatio.

Sic exorcismus, & ceremoniæ, quibus Ecclesia utitur in collatione Baptismi, efficiunt, ut baptizatus minus sentiat vulnera concupiscentiæ, & irascibilis, à peccato Originali inflicta, Ecclesia id impetrante à Deo.

An Sacramentalia remittant venialia ex opere operato?

§. III.

11 Venialia remittunt ex opere operantis. Nega: licèt ex opere operantis. Ità docet D. Thomas 3 *par. quæst.* 87. *art.* 3. D. Bonaventura *in* 4. *dist.* 21. *art.* 3. *qu.* 1. Diana, quos dat, & sequitur Exparza *tom.* 2. *lib.* 10. *de Sacramento pœnit. qu.* 92. *art.* 4. Suarez *to.* 4. *disp.* 12. *sect.* 2. & *to.* 3. *disp.* 15. *sect.* 4. Gobat *tract.* 6. *Theologiæ experimentalis casu* 9. *num.* 240. aliique

12 Contraria sententia. contra Henriquez *lib.* 5. *de pœnitentia cap.* 15. *num.* 8. Bellarminum *tom.* 3. *de Sacramentis in genere cap.* 31. §. 3. *propositio.* Filliucium *tom.* 1. *tract.* 6. *cap.* 5. *num.* 129. Fagundez *præcepto* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 11. Toletum *lib.* 3. *cap.* 3. *in fine.* Sotum in 4. *dist.* 15. *quæst.* 2. *art.* 3. Canum *de locis lib.* 12. *cap.* 12. *ad* 9. Victoriam in *Summa.* 4. *nu.* 99. Nugnum 3. *part. tom.* 2. *quæst.* 87. *art.* 3. *diff.* 2. ajentes Sacramentalia remittere venialia ex opere operato. Quod probabile ait Gobat *loc. cit.*

13 Quod nō est à Christo Domino institutum, non est asserendū. Probatur, quia id pendens ex libera institutione Christi Domini, non est sine fundamento asserendum. Nam aperiretur via ad docendum posse etiam per Sacramentalia remitti mortalia, quod est alienum à fide Catholica, ut ergo non constat, & ideò non dicendum Christum Dominum dedisse facultatem Ecclesiæ instituendi Sacramentalia in ordine ad remissionem mortalium, ità nec dicendum facultatem datam in ordine ad remittenda venialia; cùm enim Ecclesia id ex se non habeat, deberet habere ex libera Christi Domini delegatione, concessione, de qua nullibi constat.

Secundo probatur, quia peccatum mortale non tollitur sine gratia, & veniale non tollitur sine fervore devotionis, qui fervor devotionis est effectus gratiæ, qua ratione in Purgatorio sine nova gratia tolluntur peccata venialia; quia inibi adest gratia, & sic fervor devotionis. — 14 Roboratur ratio. 15 Mortale sine gratia non tollitur.

Tertio probatur, quia fideles timent in peccato veniali, aut mortali recipere Sacramenta, non autem timent recipere Sacramentalia. Ergo non est effectus Sacramentalium tollere venialia, secùs fideles turbarentur, tanquam impedientes effectum Sacramentalium, & turbantur quando impediunt effectum Sacramentorum. — 16 Probatur tertio.

Probatur quarto, quia post susceptam aquam benedictam, post factas eleemosynas, fideles adhuc confitentur venialia. Ergo signum est non tolli venialia per susceptionem Sacramentalium. — 17 Et quarto.

Qua ratione possit dici Sacramentalia tollere venialia?

Dici valet Sacramentalia conducere ad delenda venialia, in quantum excitant in anima motum pium reverentiæ erga Deum, & res sacras, & sic ad detestanda peccata, qui motus pius satis est ad delenda venialia, secundum D. Thomam 3. *par. quæst.* 87. *art.* 3. & in 4. *dist.* 16. *quæst.* 2. *art.* 2. *ad* 2. Et ità intelliguntur textus in *can. tres sunt. can. medicina. can. medicamentum. can. quamobrem. de pœnitentia. dist.* 1. *can. aquam. de consecrat. dist.* 3. *can. cum omne crimen. de consecrat. dist.* 2. *Eccles.* 33. 3. *Regum* 8. v. 43. S. Clemens Romanus *lib.* 3. *Constitutionum cap.* 44. Triden. *sess.* 14. *cap.* 5. ubi: *venialia delentur aliis multis modis, quàm per Sacramentum pœnitentiæ.* — 18 Remittunt venialia excitando pium motū erga Deum.

An possint remitti venialia sine mortali?

Nega: nec ex Sacramentis, nec ex Sacramentalibus, nec ex opere operato, nec ex opere operantis; nam non est dignus reconciliari in re levi, qui vult habere gravem inimicitiam. D. Thomas 3. *par. quæst.* 87. *art.* 4. ubi asserit, veniale sine gratia remitti non posse. — 19 Veniale non remittitur si adsit mortale.

Potest tamen remitti, mortale sine veniali, si mortalis, non venialis culpæ quem pœniteat. Gobat *examine Theologiæ tract.* 6. *casu* 9. *num.* 225. nam satis est si gratia sanctificet, & sanctificat quandiù delet mortalia omnia, licèt non deleat venialia. Ex his resolvitur: — 20 E contra remittitur.

An possit remitti veniale sine collatione gratiæ?

Nega: nam semper ac remittitur peccatum, homo gratificatur Deo, & sine gratia gratificari nequit. Cùm ergo per remissionem venialium homo magis Deo reddatur — 21 Non verò sine gratia.

tur gratus, & acceptus, majorem gratiam obtinebit. Resolvitur secundo:

An remissa culpa veniali, sit remissa pœna omnis debita veniali?

23 Remissa culpa veniali remanet pœna.

NEga: quia satisfactio, & reatus pœnæ potest stare simul cum remissione culpæ: ut est de fide: Ergo ex remissione culpæ non arguitur remissio pœnæ, præcisis aliis circumstantiis majoris doloris, pœnalitatis, &c.

Quot modis aliis venialia remitti queant?

§. IV.

23 Venialia aliis modo remitti possũt.

24 Per contritionem. Per actum Amoris. Per attritionem. Per omne opus bonum imbibẽs peccati detestationem.

EXplicuimus quomodo venialia à Sacramentalibus remittantur. Ut tamen cognitio sit plena, explicandum superest, quibus aliis modis venialia tolli valeant. Primo, etiam remitti valent venialia per contritionem perfectam, quæ respicit summum bonum offensum. Secundo, per actum amoris supernaturalis. Tertio, per attritionem supernaturalem. Quarto, per omne bonum opus imbibens talem virtualiter displicantiam peccati. D. Thomas 3. *par. quæst.* 87. *art.*1. ibi Suarez *disp.* 11. *sect.* 3. Lugo *disp.* 9. *n.* 21. Habemus enim formalem, & virtualem displicentiam. Formalis est nolle commisisse peccata. Virtualis est facere actum contrarium peccatis: sic enim exercitè ipsomet actu peccata displicent. Quinto, petitio veniæ, vel propositum non peccandi continent virtualem displicentiam peccatorum: sicuti loquens amore veracitatis, continet detestationem mendacii, & sic obtinet remissionem mendacii qui loquitur actum veracitatis supernaturali amore. Lugo *disp.* 9. *sect.* 2. Dicastilius *disp.* 2. *dub.* 16. *&* 17.

25 Per veniæ petitionem, & propositũ non peccãdi

26 Per Sacramenta Novę Legis.

Tandem per omnia Sacramenta Novæ Legis remittuntur venialia. D. Thomas 3. *par. quæst.* 87. *art.* 3. *in corpore.*

Non est autem absurdum veniale tolli per attritionem, licèt deindè subsequatur confessio: sicuti non est absurdum mortale tolli per contritionem, licèt deindè subsequatur Sacramentum pœnitentiæ. Ut Decastilius *loco cit. dub.* 17. Gobat *Theologia experimentalis tract* 6. *num.* 287. Et hæc de Sacramentalibus delibasse satis. Convertamus orationem ad Sacramenta faciliori, & feliciori aura SS. Trinitatis.

De Sacramentis in Genere.

TITULUS III.

27 Sacramenta necessaria in singulis statibus considerantur.

SAcramenta igitur sunt instituta à Deo ad salutem humani generis recuperandam, conservandam, & ad gloriam consequendam. Sunt autem in multiplici statu consideranda. Primo in statu naturæ integræ, scilicet Justitiæ originalis. Secundo in statu naturæ lapsę usque ad præceptum Circumcisionis. Tertio in statu naturæ lapsæ, usque ad adventum Christi Domini. Quarto ab adventu Christi Domini usque ad finem Mundi, qui est status gratiæ. Qui status ut perpendantur, primo inquirimus de Sacramentis in Genere. Secundo in Specie, ad ornatum textus in *cap. Majores de Baptismo*. Et sic ejus vocis significationem, ac definitionem primo prodat Oratio.

Significatio vocis.

SAcramenti nomen non recens, peregrinum, ut delirat Calvinus, sed antiquissimum. Tobiæ 2. *vers.* 6. ad Ephes. 5. ibi: *Sacramentum*. D. Augustin. *lib.* 2. *de Doctrina Christiana cap.* 3. & *Epist.* 117. *ad Januarium*: & *tract.* 8. *in Joannem*. S. Cyprianus *lib.* 2. *Epist.* 72. ibi: *esse filii Dei possumus, si utroque Sacramento nascamur.* 28 Sacramenti nomen antiquum.

Est analogum, primo supponens pro juramento. *Auth. Sacramenta puberum, C. si adversus venditionem. can. si Sacramenta.* 22. *quæst.* 4. Ità significat militare juramentum præstitum à milite imperatori in *l.* 1. *D. de his, qui notantur infamia. l.* 14. *D. de his, quibus ut indignis*, & jurabat se signa non deserturum. Polibius *lib.* 4. Livius *lib.* 3. *&* *lib.* 22. & Sacramento rogare exprimitur juramento aliqua petere. Covar. in *cap. quamvis pactum. par.* 1. *in princip. de pactis in* 6. 29 Significat Juramentum.

Secundo, Sacramentum exprimit secretum, arcanum, mysterium. Daniel. *cap.* 11. *vers.* 19. *&* 30. ubi est sermo de somnio Nabucodonosor. Tobiæ 2. *vers.* 6. ibi: *Sacramentum Regis abscondere bonum est*. Hinc predicatio Evangelii Sacramentum dicta: ad Ephes. 1. *vers.* 2. quia rem arcanam continebat: Ità Incarnatio Dominica Sacramentum appellatur. 1. ad Timotheum *cap.* 3. *vers.* 16. & Redemtio Sacramentum dicta est. ad Colossenses 1. *vers.* 27. & ità intelligitur Apostolus ad Ephesios 1. ibi: *ut notum faceret Sacramentum voluntatis suæ.* & ad Ephesios 3. ibi: *quoniam secundum revelationem notum mihi factum est Sacramentum.* Undè allegoriæ Sacramentum dictæ à D. Augustino, & Tertulliano. 30 Arcanum, seù secretum

Tertio, Sacramentum significat depositum pecuniæ in loco sacro sub conditione, ut detur ejus pars victori, & Pontifici relinquatur portio victi. Varro *lib.* 4. *de lingua latina*. Contenson *tom.* 7. *dissertat.* 1. *in principio.* 31 Depositum.

Quarto, vox Sacramentum quandoq; significat pactum divinum. Genesis *cap.* 17. *vers.* 10. ibi: *hoc est fœdus meum inter me, & vos, quod servabitis, ut circumcidatur vobis omnis mas.* & ibi: *circumcidetis igitur carnem præputii, ut sit signum fœderis inter me, & vos.* 32 Pactum.

Quinto, Sacrameotum Latinè, Grecè mysterium sonat. Apocalypsis 17. ibi: *& in fronte ejus scriptum mysterium, & ego ostendam tibi Sacramentum mulieris.* Mastrius 4. *sententiarum disp.* 1. *quæst.* 1. 33 Mysterium.

Sexto, frequentatum hodie pro signo sensibili à Deo instituto ad significandam, & causandam gratiam sanctificantem in dignè recipiente. ad Ephes. 5. ibi: *Sacramentum hoc magnum est. can. Sacramentum.* 32. *de consecrat. dist.* 2. Trident. *sess.* 4. *cap.* 3. & *sess.* 7. *can.* 6. *ad Romanos* 4. D. Tho. 3. *par. quæst.* 60. intra quam significationem se nostra continebit Oratio. 34 Hic sumitur pro signo sẽsibili à Deo instituto.

De Sacramentis in singulis Statibus consideratis ante Legem Gratiæ?

§. I.

PLures status sunt distinguendi, in quibus dubitatur an extiterint Sacramenta. 35 Necessitas Sacramentorum.

Primus est status Innocentiæ. Secundus status Naturæ post peccatum Adami. Tertius status Legis scriptæ. Quartus est status Legis Gratiæ.

Christus Dominus in Lege Gratiæ constituit Sacramenta, & Dominus Deus ex vi Christi Domini prævisi, in lege naturali Sacramentum constituit. Idque ut Auctor status supernaturalis non deficiens in necessariis ad salutem: sicuti in statu naturali Deus non deest in necessariis. Cùm autem post peccatum nemo poterat salvari, nec liberari à peccato originali, consequenter Deus providit de remedio ex meritis Christi Domini venturi. D. Thomas 3. *par. quæst.* 70. *art.* 3. post D. Augustinum *lib.* 2. *de nuptiis cap.* 11 D. Gregorium *lib.* 4. *Moralium cap.* 3. D. Bernardum *Epist.* 77. seu *Tract. de Baptismo cap.* 1. *n.* 4. juxta editionem Mabillonii. Ut hujusmodi distinctè retineantur, percurramus singulos status. Et primo:

36 In lege naturali.

De Statu Innocentiæ.

§. II.

37 In statu naturæ integræ simpliciter non fuerunt necessaria.

PRo statu naturæ integræ, scilicet pro statu Justitiæ originalis, seu pro statu innocentiæ nulla debuerunt esse Sacramenta; nam pro illo brevi tempore, pro quo duravit talis status duorum, vel trium dierum, & ad summum octo, simpliciter necessaria non fuerunt; quia potuisset Deus alio modo gratiam tribuere hominibus, & eos salvare sine sensibilibus Sacramentis. Fuisse autem necessaria ad meliùs, & convenientiùs esse: sicuti norat hic Cajetanus *q.* 61. *art.* 1. Neque est credibile, quòd Deus ea instituerет pro tali statu, quem sciebat non duraturum; quia aliàs fuissent inutilia.

Nec officit nuptias Adami, & Evæ dici Sacramentum ab Apostolo ad Ephesios 5. Nam ità fuit dictum, quia significabat unionem Divini Verbi cum humanitate, Christi cum Ecclesia; non quia significabat gratiam dandam per usum ipsius matrimonii ex opere operato, hujus Sacramenti effectum. Petrus à S. Joseph in *Idea Theologiæ Sacramentalis lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 1. Et ità docet D. Thomas 3. *p. qu.* 61. *art.* 2. scilicet nulla fuisse Sacramenta pro illo tempore innocentiæ. Lugo *lib.* 1. *de Sacram.* 1. *p.* 9. *cap.* 3. Vasquez 3. *par. disp.* 130. *cap.* 2. Suarez 3. *part. disp.* 3. *sect.* 3. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 8. *num.* 1.

An autem adfuissent Sacramenta si status ille durasset?

38 Si durasset status innocentiæ fortè Deus Sacramenta instituisset.

RES tota pendet, & pendebat ex divina libera voluntate; & sic alterutrum determinare est vera divinatio. Poterat namque Deus Sacramenta instituere ad gratiæ originalis augmentum; ut illa gratia augeri poterat per opera bona, & poterat aliter Deus determinare, contra Vasquez *loc. cit.* asserentem tunc nulla fuisse Sacramenta. Verùm pro illo statu congruere Sacramenta, suadet ratio; ut scilicet homo sensibilis medio sensibili Religionis permanentis uteretur.

De Statu naturæ post peccatum Adæ usque ad Legem Mosaycam.

§. II.

PAtrato peccato, amissa justitia originali, nullum aderat remedium salutis ad delendum originale peccatum. Ideò quærimus:

An Deus pro statu illo Naturæ lapsæ dederit remedium parvulis ad tollendum originale peccatum?

AFfirma: patet ex *cap. majores. de Baptismo.* Secundo, quia Deus ut Auctor naturæ, non deest in necessariis naturalibus, & tanta creavit pro manutenenda, & reparanda vita naturali; ita ut Auctor Gratiæ non defuit in remediis necessariis pro reparanda supernaturali vita gratiæ, vel illa restituenda. Tertio probatur; quia ità docent ferè omnes, maximè D. Augustinus *lib.* 2. *de nuptiis cap.* 11 & contra Julianum *lib.* 5. *cap.* 11. dicens: *Nec ideo tamen credendum est, & ante datam Circumcisionem famulis Dei, quandoquidem eis inerat Mediatoris fides in carne venturi nullo Sacramento eos opitulatos fuisse parvulis suis.* S. Gregorius M. *lib.* 4. *Moralium cap.* 2. Beda *homilia de Circumcisione tom.* 7. *&* *lib.* 1. *in Lucam cap.* 8. 39 Sacramenta in statu naturæ lapsæ.

An tale remedium fuerit sensibile?

40 Fuit remedium sensibile.

AFfirma ex dictis; quia ex meritis Christi Domini, homini sensibili medium sensibile congruebat. Secundo, quia eadem nunc est sub Christo præsenti capite, quæ olim erat sub Christo futuro Ecclesia. Ergo sicuti nunc, ità tunc aderant media sensibilia ad salutem. D. Augustinus, Gregorius Magnus, Beda *locis citatis.* D. Thomas 3. *par. quæst.* 62. *art.* 2. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 8. *num.* 23. Gabriel à S. Vincentio *de Sacram. in genere disp.* 3. *quæst.* 1. contra Vasquez *disp.* 184. *cap.* 4. & *disp.* 168. *cap.* 3. cum aliis, putantem solam fidem interiorem sufficisse ad salutem parvulorum.

Quodnam fuit tale remedium?

41 Incertum quodnam fuerit.

DIvus Augustinus asserit tale remedium adfuisse, sed scriptura noluisse illud propalare. Alii dicunt fuisse remedium sensibile, determinatum in genere, non in specie. Et sic fuisse elevationem manuum ad Deum, oblationem parvulorum, vel alium actum externum, quo parvulus Deo offerebatur. Lugo, Arriaga, cæterique. Petrus à S. Joseph *lib.* 1. *Ideæ Sacramentalis cap.* 2. *resol.* 2. §. *quæritur hic primo,* signum determinatum, certum, sensibile, sed nobis occultum, putavit.

An tale signum fuerit Sacramentum?

42 Fuit Sacramentum.

AFfirma: probatur primo ex traditis; quia homini sensibili, Ecclesiæ sensibili, & Religioni sensibili congruebat medium Sacramentale. Probatur secundo ex *cap. majores. de Baptismo:* ubi ita deciditur de Baptismo, & de Circumcisione. Probatur tertio, quia idem caput Ecclesiæ Christus Dominus; & sic in sua Religione mediis Sacramentis fideles coadunabat. Probatur quarto ex D. August. *cit. contra Julianum Pelagianum,* ubi apertè asserit: tunc pro parvulis adfuisse Sacramentum, & ità docet quoque D. August. *loco cit. lib.* 2. *de nuptiis cap.* 11. D. Thomas, Scotus, Durandus, Paludanus, Tanderus *de Sacramentis disp.* 3. *quæst.* 2. *dub.* 1. Gabriel à S. Vincentio *de Sacram. in genere disp.* 3. *quæst.* 2. Arriaga *tom.* 7 *disp.* 8. *n.* 23. Suarez, & alii contra Vasquez *disp.* 184. *cap.* 4. docentem solam interiorem fidem sufficisse ad salu-

salutem, quia cum non fuerit sensibilis, nec erat Sacramentum.

An Adultis tale remedium profuerit?

43 Adultis non profuit.

NEga, quia in Adultis cessat ratio textus in *d.cap.majores, §.absit enim, ut univer- si parvuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quin & ipsis misericors Deus, qui neminem vult perire, aliquod remedium procuraverit ad salutem. De Baptismo*. Cessat namque ratio in Adultis, qui sibi subveniri possunt contritione, & actu Divini Amoris supernaturalis; Ità docent Arriaga *loco cit*. Gabriel à S.Vincentio *loc.cit.in fine*. Petrus à Sancto Joseph.

An tale remedium Legis Naturæ duraverit post Legem Mosaycam?

44 Duravit etiã post Legem Mosaicam.

AFfirma: Ità Doctores citati; imò Lugo ceterique plures apud Leandrum *tom. 1. tract.1. disp.3. quæst. 10.* docuerunt per tale remedium, non per solam Circumcisionem Hebræos salvatos.

Quibus profuit post Legem Mosaycam?

45 Profuit etiã nõ Hebræis.

PRofuit primo omnibus aliis, non Judæis; nam non poterant per Circumcisionem salvari, quæ solùm erat pro Hebręis. Ergo remansit illis remedium pro Lege Naturę lapsę ad salutem. *d. cap. majores, §.absit*. ibi: *misericors Deus, qui neminem vult perire, aliquod remedium procuraverit ad salutem. De Baptismo.* Ergo infantes reliqui non Judęi poterant salvari, ut priùs eodem remedio Legis Naturæ lapsæ. D. Bernard. *Epist.77*. ibi: *in Nationibus verò* (etiam post Circumcisionem) *parvulis solam profuisse, imò & sufficisse parentum fidem.*

An ipsis Judæis tale remedium Naturæ lapsæ profuerit?

46 Post præceptum circũcisionis profuit quoque Hebræis.

AFfirma: etiam post præceptum Circumcisionis. Primo si Judęi Circumcisione uterentur pro remedio Legis Naturæ lapsæ, & tunc Circumcisio, non ut Circumcisio, sed ut remedium Naturæ lapsæ delebat originale. Arriaga *loco cit. num* 3. Et consequenter Judęi poterant applicara infanti, vel remedium pro Lega Naturę lapsę, vel Circumcisionem ipsam, ut signum protestativum fidei. Suarez *disp. 5. sect.1*. Lugo, & alii.

47 Pro feminis. Secundo, eodem remedio Legis Naturæ lapsæ utebantur Judęi pro feminis.

48 Quibus circumcisio applicari non poterat. Tertio, eodem utebantur pro masculis, qui circumcidi nequibant, ob incapacitatem, vel quia anteà casu fortuito fortè circumcisi.

49 Infantibus in extremo ante octavũ diem. Quarto, eodem utebantur ante octavum diem pro infantibus in extremis, qui non circumcidebantur; ne Circumcisio accelararet eis mortem.

50 Ægrotis post octavum diẽ. Quinto, eodem utebantur remedio in ægrotis etiam, post octavum diem; nam non circumcidebantur, ad evitandam mortis accelerationem. Et consequenter adhibebatur remedium Legis Naturæ lapsæ, non Circumcisionis, in tanto discrimine crudale moribundo remedium. D.Thom. *quæst.70. art.3.ad 3.* Dicastillus *tract.1. disp. 2. dub.11. num.* 305. Arriaga *loco cit*. Suarez *loc.cit.* Contra Magistrum in 4. *dist.1. cap. si vero quæritur*, volentem infirmum circumcidendum.

De Remedio Legis Mosaycæ?

§. III.

DUo hic quæruntur. Primum, an hoc remedium deleverit originale peccatum. Secundum, an fuerit Sacramentum. Circa primum: 51 In Lege Moysis fuit remedium pro tollendo originali peccato.

An Circumcisio deleverit originale?

AFfirma cum D. August. *lib.17. de Civitate Dei cap. 17. & lib. 2. de peccato originali cap.30.* D.Gregorius Magnus 4.*Moralium cap.2.* Lugo *disp.5. num.4.* dans sex Doctores Granadus *tract. 3. disp. 7. sect. 1.* Villalobos *tract. 4. diff. 6. num.*2. dans quinque Doctores. Arriaga *tom. 7. disp. 9. num. 9.* Contra Iranæum *lib. 4. cap. 3.* Epiphanium *hæresi* 30. Ambrosium *cap. 4. ad Romanos*. Chrysostomum *homilia 27. in Genesim.* Tertullianum *lib. contra Judæos.* Cyprianum *lib.1. contra Judæos.* Bellarminum *tomo 3. lib. 2. de Sacram. cap. 14.* Vasquez *disp. 184. cap.3.* Coninck *de Sacram.quæst.62.art.6.* Leandrum *tract.1. tom.1.disp.5.quæst.10.* 52 Per Circumcisionem delebatur originale peccatum.

Probatur primo ex *cap. majores, §.caute*, ibi: *quoniam etsi originalis culpa remittebatur per Circumcisionis mysterium, & damnationis periculum vitabatur, non tamen perveniebatur ad regnum Cælorum, quia usque ad mortem Christi fuit omnibus obseratum. De Baptismo*. Probatur secundo, quia Genesis *cap. 17.* non circumcisus puniebatur non pœna temporali; nam infans tali pœna non poterat puniri, utpotè innocens. Ergo puniebatur punitione vitæ æternę; ergo per Circumcisionem delebatur originale.

Nec obstat textus in *§. item ut Christus, post eam resuscitatus. de pœnitentia dist.1.* Nam ibi Circumcisio nihil profuit Abrahæ jam justificati. Glossa in *d.cap.majores,§.cum ergo,V.peribit. de Baptismo.*

Circumcisio, seù Lex scripta duravit annis 1443.

An Circumcisio fuerit Sacramentum?

AFfirma: Doctores citati, quos sequitur Petrus à S.Joseph *lib.1. Idea Sacrament. cap.2. resol.3.* 53 Circumcisio fuit Sacramentum.

Probatur primo ex *dicto cap.majores, §. cum ergo*, ibi: *cum ergo Circumcisio tam adultis, quam parvulis ex præcepto Domini conferretur. ne Baptismus, qui successit loco ipsius, &c. De Baptismo*. Ubi Baptismus successit loco Circumcisionis; sed Baptismus est Sacramentum. Ergo etiam Circumcisio. 54 Hoc argumẽtum plus probat quã intendit; nã etiã probat Circumcisionem causasse gratiam ex opere operato, & alia, quæ veteris fœderis Sacramentis competere non videtur

Probatur secundo ex eo quia per Circumcisionem Populus Dei coadunabatur sub una Religione, ergo Circumcisio erat Sacramentum ex regula D. August. *lib. 19.* contra Faustum *cap.12.* Idque specialiter attributum Circumcisioni, non omnibus aliis Sacramentis Legis scriptæ, quæ ut plurimum causabant sanctitatem legalem, & erant in triplici ordine. Quędam respicientia divinum cultum: ut Circumcisio, Consecratio Sacerdotum. Secunda series consistebat in iis, quæ offerebantur cultui divino: ut Agni Paschalis esus, communis

toti

toti populo, Panis propositionis pro Sacerdotibus. Tertia consistebat in delendis impedimentis cultus divini: ut Purificatio, Ablutio manuum, &c. D. Tho. *loc. cit.* Ex his omnibus communiter Theologi Circumcisionem inter Sacramenta legis scriptæ referunt.

Differentia inter Novæ, & Veteris Legis Sacramenta?

§. IV.

55 Multipliciter differunt inter se Veteris, & Novæ Legis Sacramenta.

DIfficultatem facit Concilium Florentinum *sess. fin. in Decreto Armenorum.* Trid. *sess.* 7. *can.* 2. ubi: *Si quis dixerit, ea ipsa Novæ Legis Sacramenta, à Sacramentis antiquæ Legis non differre, nisi quia ceremoniæ sunt aliæ, & alii ritus externi; anathema sit.* Et Sacramenta Veteris Legis erant vacua, & egena elementa, ut Apostolus ad *Galatas* 4. Nec continebant gratiam. In quo variè video implicatos Doctores; ideòque ut explicentur, multas proponimus differentias inter Novę, & Veteris Legis Sacramenta, ex quibus constabit qualiter vacua, & egena sint Sacramenta Veteris Legis.

56 Sacramenta Veteris Legis significabant, non causabant gratiam.

Prima differentia est, quia Sacramenta Legis Veteris significabant speculativè, non practicè gratiam; Sicque significabant, non causabant gratiam à Deo conferendam, qua ratione Circumcisio non ipsa justificabat causando gratiā, sed Deus ipsa posita gratiam justificantem dabat. Ad *Galatas* 3. ad *Romanos* 3. 4. & 5. ad *Hebræos* 10. 11. & 12. *Genes.* 15. Patet etiam ex *d. cap. majores, §. causè,* ibi: *Circumcisionis mysterium*; ubi delebatur originale, non per Circumcisionem, sed per mysterium Circumcisionis, & sic Deus Circumcisione posita dabat gratiam. Camerota *de Sacram. in genere tract.* 1. *dub.* 2. Undè Circumcisio non causabat gratiam ex opere operato. Vasquez *disp.* 184. *cap.* 3. Coninck *quæst.* 62. *art.* 6. Contra Suarez *quæst.* 61. *disp.* 5. *num.* 4. Novæ autem Legis Sacramenta sunt signum practicum gratiæ. Trid. *sess.* 7. *can.* 6. 7. & 8. *de Sacram.*

57 Et significabāt ex opere operātis, secùs est in Sacramentis Novæ Legis.

Secunda differentia est, quia Sacramenta Veteris Legis sanctificabant non ex opere operato. Trid. *cit.* Florentinum *sess. fin.* & causabant ex opere operantis; nam dabant gratiam juxta fidem ministrantis, & meritum suscipientis. Ad *Rom.* 3. ibi *ex operibus Legis non justificabitur omnis caro coram illo.* Camerota *tract.* 1. *cit.* §. *dico quarto.* At Sacramenta novę Legis causant gratiam ex opere operato, etiam nullo merito suscipientis: ut patet in infante. Trid. *sess.* 7. *can.* 8. *de Sacramentis.* Et sic in Sacramentis Novæ Legis dantur tres gratiæ. Prima ex opere operantis juxta mensuram meriti opere operantis. Secunda gratia ex opere operato habitualis communis omnibus Sacramentis Novæ Legis, quę sanctificat suscipientem. Tertia est gratia specialis; nam sicuti Sacramenta unum ab altero specie differunt; ità debet dari gratia ad consequendum finem, ob quem institutum est Sacramentum, & talis gratia consistit in inspiratione, illustratione, pia affectione, & sic est auxilium actuale præveniens, adjuvans ad consequendum finem, & subsequens ad perseverandum. Sic ob Baptismum dantur actualia auxilia ad servandam fidem Catholicam; in Confirmatione ad resistendum Tyrannis impugnantibus fidem. In Ordine ad rectè ministrandum verbum Dei, & ad conferenda Sacramenta. In Matrimonio ad piè educandos filios, & ad patienter substinenda onera Matrimonii. Ità D. Thomas 3. *par. quæst.* 62. *art.* 2. ubi Cajetanus, & in 4. *dist.* 1. *quæst.* 1. *art.* 4. *quæstiuncula* 5. D. Bonaventura in 4. *dist.* 1. *art.* 1. *quæst.* 6. Camerota *loco cit.* Suarez *tom.* 3. *in* 3. *par. disp.* 7. *sect.* 3. Palaus *de Sacram. tract.* 18. *par.* 7. *num.* 5. Bonacina *disp.* 1. *quæst.* 4. *par.* 1. Sotus in 4. *dist.* 1. *quæst.* 3. *art.* 2. Leander *tom.* 1. *tract.* 1. *disp.* 3. *quæst.* 6. & 7. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 16. *num.* 11. & 19.

58 Contra Arriagam docentem circumcisionē causare gratiam.

Dicta sunt contra Arriagam *tom.* 7. *disp.* 8. *num.* 19. qui ait Circumcisionem causare gratiam ut remedium Legis lapsæ, & respondet D. Paulum dicentem nihil plus habere Judęum circumcisum, & Gentilem non circumcisum, intelligi, quod in utroque causetur gratia; & sic non plus dari uni, ac alteri.

Respondet secundo, Tridentinum, & Florentinum docentem vacua, & egena esse Sacramenta, non intelligi de Circumcisione, sed de cœteris Sacramentis causantibus sanctitatem tantùm legalem, qualis est quæ datur à Lege, similis sanctitati, quæ datur templo ex consecratione, aquæ ex benedictione, sivè aqua sic benedicta, sivè sacra, sivè piacularis. Gonzalez in *cap. aqua. de consecratione Ecclesiæ n.* 1.

Quid sit Sacramentum?

§. V.

59 Sacramentū potest definiri.

HAbemus Sacramentum Veteris, & Novę Legis, & non posse definiri docent plures apud Vasquez *tom.* 3. *in* 3. *part. disp.* 128. *cap.* 2. & Bellarminum *lib.* 1. *de Sacramentis cap.* 10. Nobis quodcunque existens, & sic Sacramentum definibile.

60 Definitio in Genere.

Definitur in Genere: Signum practicum Rei Sacræ à Deo institutum. Ly *Signum*, est genus ly *practicum*, ad differentiam signi speculativi ly *à Deo institutum*, ad differentiam rei sacræ institutæ ab homine, à lege profana, vel sacra. *l. Sanctum. l. Sancta, D. de rerum divisione.* Qua ratione Crux, Aqua benedicta, Martyrium carent differentia Sacramenti, quia sunt signum speculativum; nec à Deo ordinata per se ad causandam gratiam, sivè sit gratia legalis, sivè sanctificans, quę ratio Sacramenti competit univocè Veteris, & Novæ Legis Sacramentis in genere, licèt Sacramenta Novæ Legis perfecta, Sacramenta Veteris imperfecta extiterint.

Quid, & quotuplex sit Sacramentum Novæ Legis?

§. VI.

61 Definitio Sacramēti Novæ Legis.

EST signum sensibile, stabile, practicum, ad Dei placitum gratiæ, sanctificantis animam dignè recipientis. D. Augustinus *de Civitate Dei lib.* 10. *cap.* 5. & *Epist.* 166. ibi: *operatur per illam Deus visibilem Sacramenti formam, ipse autem dat invisibilem gratiam.* Magister in 4. *dist.* 1. *cap. quid sit Sacramentum.* D. Thomas 3. *par. quæst.* 60. ibi: *est signum rei sacræ, in quantum est sanctificans homines.* Tolosanus *tom.* 1. *partitionum Juris Canonici tit.* 6. *cap.* 2.

Duas alias definitiones huic equivalentes tradit Magister Sententiarum in 4. *dist.* 1.

62 Afferuntur aliæ definitiones.

Prima est in qua dicitur: Sacramentum est rei sacræ signum. Cum qua definitione D. Thomas habet eadem omnino verba, additis solùm illis verbis, *in quantum per eam homo*

san-

sanctificatur, propter majorem explicationem.

Secunda est in qua dicitur: Sacramentum est invisibilis gratiæ visibilis forma. Ubi ly *forma* idem est ac signum, quia ut optimè advertit D. Thomas *loc. cit. sententiarum quæst. 1. art. 1. quæstiuncula 3. ad 2.* forma idem est ac figura, seu signum, non quidem prout est naturalis similitudo rei repręsentatæ, sed quatenus ex illa aliquid ex hominum beneplacito significatur: sicuti per Juvenem pulchrum cum alis repręsentatur Angelus, & per aliam picturam hominis cum cornibus in capite, & unguibus in pedibus Diabolus significatur.

63 Explicatur definitio. Quod definitio tradita sit bona, probatur primo ex Concilio Tridentino *sess. 13. cap. 3.* ubi habetur: *Commune hoc quidem est Eucharistiæ cum cæteris Sacramentis Symbolum esse rei sacræ, & invisibilis gratiæ formam visibilem.*

Secundo probatur per singulas particulas. Et primo:

64 Sacramentū collocatur in genere signi. Dicitur *Signum*, & est loco generis cum cæteris signis naturalibus, quia Sacramenta collocantur in genere signi, ut inferiùs audietis, ubi etiam habebitis quale signum sit ad placitum scilicet, an naturale, & sensibile, an insensibile.

65 Congruebat sensibile institui. Dicitur *sensibile*, quia expediebat Ecclesiæ visibili media conferre salutis sensibilia. Trid. *sess. 13. cap. 1.* ibi: *invisibilis gratiæ formam visibilem.* S. Joannes Chrysostomus *homilia 60. ad Populum Antiochenum*, ibi: *Si enim incorporeus esses, nuda & incorporea tibi dedisset ipse dona, sed quoniam anima corpori conserta est, in sensibilibus intelligibilia tibi præbet.* D. Thomas *3. par. quæst. 60. art. 4.*

66 Est stabile fundamentū Religionis. Dicitur *stabile*, hoc est duraturum ex lege, quia Sacramenta sunt fundamentum Religionis stabilis, institutionem stabilem sortiri ęquum erat; & sic pro una vice institutum, Sacramentum non erat. D. Augustinus *lib. 19. contra Faustum cap. 11.* ibi: *in nullum autem nomen Religionis, seù verum, seù falsum coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum, vel Sacramentorum visibilium consortio colligentur.* Qua ratione non fuerunt Sacramentum verba Christi Domini dicentis: *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* Joannis 20. licèt gratiam illa verba contulerint, & fuerint signum sensibile, idem dicas de immolatione Isaac, & lotionis pedum Apostolorum.

67 Est signum practicū gratiæ, non speculativum. Dicitur *practicum*, quia Sacramentum producit gratiam sanctificantem, quam significat. Verba enim Christi Domini, & à Christo Domino ad hoc instituta faciunt rem significatam. In quo differt ab aliis signis speculativis, quę significant, & non producunt rem significatam; ut sunt signa ad placita, puta ramus viridis est signum speculativum, scilicet demonstrat vinum ibi vendi, non autem causat vinum.

68 Non necessariò, sed ex libera Christi Domini voluntate institutum. Dicitur *ad Dei placitum*, quia institutum ex libertate, & Christi Domini libera voluntate. Trid. *sess. 7. can. 1.* Et à Deo gratiæ auctore, non ab hominibus erant instituenda Sacramenta. Deus namque pro sua gratia conferenda instituere poterat aliquod signum. Qua ratione Sacramentalia non sunt Sacramenta, licèt ab Ecclesia instituta ad rem aliquam sacram conferendam. Ita Martyrium non est Sacramentum, quia non institutum à Christo Domino, sed inflictum in odium Christi Domini.

Concluditur, *gratiæ sanctificantis animam*, nam Sacramenta Novæ Legis gratiam sanctificantem significant, & producunt, quod est proprium Sacramentorum Novæ Legis, ut sanctificent suscipientem non ponentem impedimentum gratiæ. Undè dicuntur Sacramenta plena, non vacua, & egena elementa. Trident. *sess. 7. can. 2.* ibi: *Si quis dixerit ea ipsa Novæ Legis Sacramenta à Sacramentis antiquæ Legis non differre, nisi quia ceremoniæ sunt aliæ, & alii ritus externi, Anathema sit.* 69 Gratiam sāctificantem significant, & producit.

Demùm concluditur *digne recipientis*, quia gratiam non producunt, si recipiens sit indignus, hoc est in lethali; nam tunc dicitur ponere obicem gratiæ. 70 Si digne recipiantur.

Objicies primo contra Conclusionem: Bona definitio nequit competere alteri, quàm definito: sed definitio Sacramenti convenit Cruci, & Imaginibus rerum sacrarum, quæ non sunt Sacramenta. Ergo definitio Sacramenti non est bona. Probatur minor, quia Crux, & Imagines sunt signum rei sacræ. Ergo, &c. 71 Impugnatur tradita definitio.

Respondeo negando minorem, ad probationem dicitur, quòd licèt Crux, & Imagines significent rem sacram, ut in re ipsa talis est, non tamen per modum sanctificantis, sanctificant hominem per usum earum, quod ad rationem Sacramenti requiritur, ut diximus: propter quod D. Thomas addit particulam illam: *in quantum per eam*, scilicet gratiam, *homo sanctificatur.* 72 Quæ defenditur.

Objicies secundo: Verba illa, quæ Christus dixit Magdalenæ Lucæ 7. *Remittentur tibi peccata tua*, fuerunt signum gratiæ sanctificantis Magdalenam, & tamen non fuerunt Sacramenta. Ergo jam definitio Sacramenti convenit aliis, quàm definito. 73 Secunda objectio.

Respondeo distinguendo majorem: fuerunt signa speculativa, & grammaticaliter, concedo majorem, Sacramentaliter, nego majorem: & concessa minori, negatur consequentia, quia ad rationem Sacramenti requiritur, quod sit signum gratiæ institutum ad hunc finem, significandi gratiam conferendam ratione usus ipsius Sacramenti; & quia Sacramentum est signum ad placitum, ut infrà explicabitur, de cujus ratione est, quod Sacramentum ex libera voluntate Christi Domini sit institutum ad significandam rem sacram, non sufficit, quòd gratia, quæ aliis confertur, grammaticaliter secundum nominum significationem significet. Diluitur.

Objicies tertio. Sacrificia Veteris Legis erant signa rei sacræ sanctificantis nos, quæ significabant immolationem Christi, qua sanctificati sumus: & tamen non erant Sacramenta; Ergo definitio tradita convenit aliis à definito. 74 Tertia objectio.

Respondeo negando minorem, quia talia sacrificia, & pręcipuè Immolatio Agni Paschalis erant etiam Sacramenta. Undè D. Tho. ait hic *art. 2. ad 2.* quòd talia dicuntur propriè Veteris Legis Sacramenta. Itaque sicut modo Eucharistia est Sacramentum, & Sacrificium, ità etiam illa veteris habebant rationem Sacrificii, quatenus erant instituta ad cultum Dei, & per ea Deus colebatur; erant verò Sacramenta quatenùs significabant gratiam, quæ in eorum usu cōferebatur ex meritis passionis Christi futurę. Refellitur.

Sacramenta autem Novæ Legis sunt septem. Trid. *sess. 7. can. 1.* ibi: *Si quis dixerit, Sacramenta Novæ Legis non fuisse à Jesu Christo Domino nostro instituta, aut esse plura, vel pauciora,* 75 Sacramenta Novæ Legis sunt septem.

rā, quam septem, videlicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam; Pænitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod horum septem non esse verè, & propriè Sacramenta; anathema sit. cap. ad abolendam. de hæreticis. Contra hæreticos negantes esse septem, nam duo posuerunt aliqui, Baptismum scilicet, & Eucharistiam, alii addiderunt Ordinem; Est etiam contra Glossam in *can. quidquid* 1. *quæst.* 1. negantem matrimonium conferre gratiam, & contra Glossam in *can.* 1. *de Consecratione dist.* 5. negantem Extremam Unctionem numerandam inter Sacramenta. De quibus hæreticis vide Bellarminum *lib.* 1. *de Sacramentis in genere.*

Cur septem Sacramenta fuerint instituta à Christo Domino?

76 Congruentia datur cur Sacramenta sint septem.

RAtio potest congruenter desumi ex analogia ad vitam corporalem, ut benè observat D. Thomas 3. *par. quæst.* 65. *art.* 1. Coninck, Nugnez ibidem. Pesantius, Vasquez ibidem *art.* 3. Ledesma *de Sacramentis cap.* 7. Henriquez *lib.* 1. *cap.* 7. Valentia 3. *par. disp.* 3. *quæst.* 6. *puncto* 3. Reginaldus *lib.* 26. *n.* 5. Sayrus *lib.* 6. *de Sacram. in genere cap.* 1. *qu.* 2. Summa Corona *de Sacram. in genere n.* 34. S. Antoninus 3. *p. tit.* 14. *cap.* 1. Sotus in 4. *sententiarum dist.* 1. *quæst.* 7. *art.* 1. Bartholomæus ab Angelo *de Sacrament. Dialog.* 2. §. 6. Victoria *de Sacram. cap.* 7. & alii innumeri apud Bonacinam *tom.* 1. *de Sacram. disp.* 1. *quæst.* 1. *puncto* 2. *num.* 2. Sicut enim homo in vita corporali primo generatur. Secundo nutritur. Tertio augetur. Quarto curatur ab infirmitate, si ea laborat. Quinto si opus fuerit armatur ad prælium in sui defensionem. Sexto operam navat ad procreandum ob conservandam Rempublicam. Septimo constituitur in dignitate ad gubernandos homines. Ità in vita spirituali: Primo regeneratur spiritualiter per Baptismum. Secundo nutritur, ac roboratur per Confirmationem. Tertio augetur, & crescit per Eucharistiam. Quarto curatur à morbo per Pœnitentiam. Quinto armatur ad prælium mortis per Extremam Unctionem. Sexto intendit licitè propagationi per Matrimonium. Septimo per Ordinem constituitur in statu honorifico, alias congruentias videre poteris apud D. Thomam *supra cit. in corpore*, Summam Coronam *loco cit.* Magistrum in 4. *dist.* 2.

An sint Instituta immediatè à Christo Domino?

AFfirma Trid. *sess.* 7. *can.* 1. ibi: *Si quis dixerit Sacramenta Novæ Legis non fuisse omnia à Jesu Christo Domino nostro instituta ...... anathema sit.* Covarr. in *cap. Alma mater.* 2. *p.* §. 2. *num.* 7. Henriquez *lib.* 1. *cap.* 3. §. 2. Ledesma 2. *par. quæst.* 31. *art.* 3. Contra Estium in 4. *dist.* 1. §. 16. asserentem esse equidem à Christo Domino instituta, sed aliqua mediatè; cùm Trid. non definiverit esse immediatè à Christo Domino instituta. (1) 77 Immediate à Christo instituta.

Utrum Sacramentum sit in genere signi, & qualis?

PRima Conclusio. Sacramentum est in genere signi. Probatur ex illo ad Romanos 4. ubi dicitur: *Signum accepit Circumcisionis signaculum Justitiæ.* Undè in Concilio Tridentino *sess.* 7. *can.* 5. habetur, quod Sacramenta Novæ Legis continent gratiam, quam significant, & Augustinus *lib.* 5. *de Civitate Dei cap.* 3. hanc nominis etymologiam adducit: Sacramentum, idest sacrum signum: propter quod concludit hic D. Thomas *art.* 1. dicens, quod Sacramentum est signum, essentialis prædicatio, & quidditativa est, sicuti homo est animal. 78 Sacramenta sunt in genere sign.

Secunda Conclusio. Sacramentum non est signum naturale, sed ad placitum.

Probatur, quia naturales res non habent ex se connexionem cum gratia, quæ est supernaturalis 79 Non in genere signi naturalis, sed ad placitum.

(1) Rectè Auctor sententiam Guillelmi Estii hic refellit, (quam fuisse Alexandri Alensis in 4. *qu.* 24. Marsilii in 4. *quæst.* 14. aliorumque ipse Estius, & Bellarminus infrà citandus referant); eo quia sit contra unanimem consensum Theologorum, qui post Tridentinum scripserunt. Verùm ut distinctè procedatur, & ne Tyroni, quem instituendum suscepit Auctor in Jure Canonico, Theologica hæc Disquisitio offendiculum sit: Ideo decernenda puto sequentia cum Viro Clarissimo Ludovico Habert Theologo Parisiensi, qui Theologiam Dogmaticam, & Moralem expeditissima methodo, parique doctrina affabre concinnavit, *tomo* 5. *cap.* 8. *de Sacramentis in genere quæstio* 4. Quorum primum: De fide est omnia, & singula Legis Novæ Sacramenta, sive immediatè, sive mediate, à Christo Domino esse instituta. Idque probat ex Tridentina Synodo supra ab Auctore laudata *sess.* 7. *can.* 1. Suadetque ratio, quia ab eo erant illa instituenda, qui gratiam, quam significant, & causant, poterat conferre. Alterum: De fide quoque est aliqua Sacramenta esse immediate à Christo Domino instituta; ut Baptismus, & Eucharistia, de quorum immediata institutione aperte Scriptura testatur Matthæi 26. & 28. Idemque dici potest de Pœnitentia, & Ordine Joannis 20. & Matthæi 26. Tertium: non est de fide omnia Sacramenta esse immediate, & per se à Christo Domino instituta; tum quia non est de fide Jesum Christum singulorum Sacramentorum materiam, & formam in specie determinasse; tum quia Tridentina Synodus definiendo Jesum Christum fuisse Auctorem omnium Sacramentorum, non inseruit adverbium *immediatè*, nè damnaretur opinio Theologorum, qui ante, & post ipsam Synodum asseruerunt Christum Dominum reliquisse arbitrio Ecclesiæ determinare materias, & formas quorundam Sacramentorum. Quarto, putat citatus Doctor verosimilius esse Christum Dominum immediatè, & per se instituisse omnia Sacramenta Legis Novæ; eo quia illi opinioni adhæret, qua docetur in specie Christum materiam omnium Sacramentorum determinasse.

Verùm enim verò etsi citatus Habert mitiori censura multet sententiam negantium Christum Dominum non esse immediatum Auctorem omnium Sacramentorum: Sunt tamen Theologi, & primi subsellii, qui severiori censura dictam assertionem animadvertunt. Cardinalis Bellarminus *tom.* 3. *Controversiarum de Sacram. in genere lib.* 1. *cap.* 23. §. *adversus hunc errorem*. Erroneam vocat dictam assertionem, & Tridentinæ Synodo prorsus contrariam, cui adhærere videtur Ægidius Coninck *tom.* 1. *de Sacramentis ad quæst.* 64. 3. *par. D. Thomæ dub.* 1. *num.* 7. Itaut Suarez *tom.* 2. *in* 3. *p. D. Thomæ disp.* 12. *sect.* 1. Sententiam affirmantem Christum immediatum Auctorem omnium Sacramentorum asserat esse omnino certam, & hanc fuisse Concilii mentem vix dubitari posse affirmat. Natalis item Alexander *lib.* 2. *Theologiæ Dogmaticæ, & Moralis cap.* 6. *prop. unica*, temerariam appellat, & nunc propter communem Theologorum à Scholis eliminatam. Cui subscribit Gaspar Juvenin in *Dogmat. Historic. de Sacramentis Dissert.* 1. *quæst.* 4. *concl.* 3. ut eruditissime congerit, & laudat Adnotator ad dictum Estii locum. Igitur non immeritò Auctor perstringit laudatum Estium, Theologum alioquin eximium, præsertim quia post Tridentinum vix, suam sententiam, invenire est, qui sit secutus.

turalis; ergo non possunt ipsam naturaliter significare; nam ideò fumus naturaliter significat ignem, quia habet naturalem connexionem cum igne; ergo dicendum, quòd Sacramentum, quia non habet hanc naturalem connexionem cum re significata, quæ est gratia, non est signum naturale, sed ad placitum, ex libera scilicet Christi institutione. Quare si Deus Sacramenta non instituisset, minimè gratiam significarent; utpotè non significabant priùs, ante scilicet institutionem.

79 Et sensibile, ac sacrum. Signum, quod de ratione Sacramenti est, sensibile, & sacrum esse debet.

Prima pars ex se patet, quia Sacramenta debent esse illis proportionata, quibus dantur: Sed data fuerunt hominibus, qui sunt sensibiles, non verò Angelis, qui sunt insensibiles; ergo Sacramentum est signum sensibile.

Quòd Sacramentum sit signum sacrum etiam patet, nam quodlibet Sacramentum ordinatur ad sacrandum suo modo subjectum, & ad conferendam perfectam sanctitatem, quæ in ejus usu confertur; ergo ex hac causa Sacramentum debet esse res sacra ad Dei cultum instituta. Et sic Martyrium, quamvis conferat gratiam ex opere operato, cùm sit imitatio passionis Christi, tamen quia non est ceremonia sacra instituta ad significandam gratiam, quia non fit ab aliquo Ministro cum intentione sacrandi Martyrem: ideò non est Sacramentum.

80 Contra primam cõclusionem objicitur. Objicies primo contra primam Conclusionem, quòd scilicet Sacramentum sit, in genere signi. Sacramentum est in genere actionis; ergo non est in genere signi. Probatur antecedens; quia quodlibet Sacramentum est quædam actio, & ceremonia sacra, sicuti v. g. est Baptismus; cùm sit quædam ablutio. Quia si Sacramentum in communi esset in genere signi, sequeretur, quòd quodlibet Sacramentum, etiam in particulari, esset in genere signi, ex regula illa: quidquid dicitur de toto respectu totius, dicitur de parte respectu partis.

Responsio. Respondetur ex Scoto in *4. dist. 1. qu. 2. art. 1.* quòd Sacramenta, quatenùs Sacramenta sunt formaliter, hoc est ratione suæ formæ, quæ est significare gratuitos effectus, collocari in genere signi, singula tamen Sacramenta secundum suas naturales substantias collocari in genere actionis, seù passionis; sicuti statua ratione suæ naturalis substantiæ collocatur in genere substantiæ, quia est lignum, aut lapis, sed ratione formæ artificiosæ est in genere qualitatis.

81 Et contra secundam cõclusionem. Objicies secundo contra secundam Conclusionem, in qua dictum est Sacramentum esse signum ad placitum. D. Augustinus *Epist. 23. circa finem*, ait, *Si Sacramenta quandam similitudinem earum rerum, quarum sunt signa non haberent, omninò Sacramenta non essent*; ergo de ratione Sacramenti est esse signum naturale, non verò ad placitum.

Responsio. Respondetur negando consequentiam; quia sensus D. Augustini est, quòd Deus voluit servare aliquam proportionem in institutione Sacramentorum cum re significata, itaut ablutio corporis, v. g. in Sacramento Baptismi significat gratiam, quæ confertur per modum abluentis animam, Eucharistia per modum spiritualis refectionis, & sic de cœteris. Undè si hanc proportionem non haberent, Sacramenta non essent: non quia hoc sit de ratione Sacramenti, itaut necessarium fuerit, quòd tales res instituerentur, sed quia de facto ità placuit Deo instituere Sacramenta in rebus habentibus talem similitudinem; verùm hæc proportio non est completa, & perfecta, de se valens ad significandam naturaliter gratiam, aliter sequeretur, quòd Deus non potuisset alio modo Sacramenta instituere, quod dici non potest.

82 Contra ultimam cõclusionem. Objicies ultimò contra ultimam Conclusionem, quòd scilicet Sacramentum sit signum sensibile. Christus Dominus, prout est in Eucharistia est modo insensibili, & tamen est Sacramentum: Vocatur enim Eucharistiæ Sacramentum, Corpus, & Sanguis Domini; ergo non est de ratione Sacramenti, quòd sit signum sensibile.

83 Quæ dissolvitur ex D. Thom. 3. par. qu. 60. art. 3. Pro solutione hujus argumenti debemus adnotare ex DD. in D. Tho. *3. p. qu. 60. art. 3.* quòd in Sacramentis Novæ Legis tria distinguuntur, scilicet res tantùm, Sacramentum tantùm, & res simul, & Sacramentum. Res tantùm est, quæ significatur à Sacramento. Sacramentum tantùm est, quæ significat solùm aliquam rem sacram. Res simul, & Sacramentum est, quę significatur simul, & significat: v. g. In Eucharistia verba, & species panis, & vini sunt Sacramentum tãtùm,

84 Quid denotet res, Sacramentum, & res, & Sacramentum simul. quia significant Corpus Christi, Corpus verò Christi, quia significatur à verbis, & speciebus, & quia significat gratiam, est res simul, & Sacramentum, gratia verò, quia solùm significatur est res tantùm. Idem applicatur in Baptismo, Confirmatione, & Ordine, in quibus character est res simul, & Sacramentum, quia significatur à verbis, quæ sunt Sacramentum tantùm, & significat gratiam, quæ est res tantùm, & sic de singulis inquiritur.

85 Ut in Baptismo, Confirmatione, & Ordine. In Baptismo, Confirmatione, & Ordine Sacramentum tantùm est materia, & forma. Res tantùm est gratia, quòd competit etiam cœteris Sacramentis; nam gratia significatur à Sacramento, & non significat. Sacramentum enim est signum gratiæ sanctificantis: undè optimà gratia sanctificans in omni Sacramento est res Sacramenti; & materia, & forma dicitur Sacramentum, quia in omni Sacramento significat gratiam.

Character est res, & Sacramentum, quia significat, & significatur, quatenus significat est Sacramentum, quatenus significatur est res. Character namque significatur à materia, & forma, & significat in Ordine potestatem respectu conficiendorum Sacramentorum, cùm sine charactere nemo possit Sacramenta conficere, & simul character Baptismi constituit personam capacem aliorum Sacramentorum, & in Confirmatione firmat voluntatem in ordine ad resistendum tentationibus contra fidem.

86 In Eucharistia. In Eucharistia species sunt Sacramentum; nam significant, & non significantur, gratia est res, quia significatur, & non significat. Corpus Christi est res, & Sacramentum; quia significat gratiam, & significatur à materia, & forma. Innoc. in *cap. cum Marthæ. de celebr. Miss.* Hugo *tom. 3. lib. 2. de Sacram. par. 8. cap. 1.*

87 In Matrimonio. In Matrimonio Sacramentum est materia, & forma, quia significat gratiam, gratia est res significata. Res, & Sacramentum est indissolubilitas, nam significatur per materiam, & formam, & significat vinculum Christi cum Ecclesia.

88 In Extrema Unctione. In Extrema Unctione Sacramentum est materia, & forma, quia significat gratiam. Gratia est res, quia significatur à Sacramento. Res, & Sacramentum est alleviatio, & fortitudo contra tentationes, cum sanitate corporis; nam significatur à materia, & forma, & significat interiorem sanitatem: nec requiritur ut sanitas corporis semper eveniat, sed satis est si possit causari ab Extrema Unctione.

89 In Pœnitentia. In Sacramento Pœnitentiæ materia, & forma est Sacramentum, gratia est res, dolor est res, & Sacramentum. Res in quantum significatur à confessione, Sacramentum in quantum significat gratiam sanctificantem.

90 Refellitur Lugo. Scio Cardinalem Lugo velle in pœnitentia rem, & Sacramentum esse pacem, & serenitatem conscientiæ. Est Sacramentum quatenus significat interiorem gratiam, & remissionem peccati. Est res quatenus significatur à Sacramento. Quem conatur impugnare Arriaga *n.7. disp.5.sect.2.num.*13. quia tranquillitas, & pax conscientiæ naturaliter sequitur remissionem peccatorum; & quia posset dici in Eucharistia rem, & Sacramentum esse suavitatem, & dulcedinem, quam solent percipere, qui ut tenentur, recipiunt absque impedimento devotè Sanctissimam Eucharistiam.

Sed quidquid sit de hoc, sufficit tetigisse quæ fusè à Suarez *tom.* 3. *in* 3. *par. quæst.* 1. *sect.* 3. Gonzalez *ad cap. un. de Sacra Unctione num.*13. aliisque examinantur, nam hujusmodi reducuntur ad meram quæstionem de voce, cùm certum sit, quæ sit forma, quæ materia, qui effectus Sacramenti, ut optimè concludit Arriaga *loc. cit. num.*6. *&* 12. Quare:

91 Quomodo Christus sit in Eucharistia. Respondetur, quòd Christus Dominus in Eucharistia cùm sit res simul, & Sacramentum possit esse modo insentibili, quia solùm id, quod est Sacramentum tantùm debet esse signum sensibile, non verò res etiam, quæ significatur à Sacramento, scilicet gratia.

Quæritur, an ratio Sacramenti participetur æqualiter à Sacramentis Legis Veteris, & à Sacramentis Legis Gratiæ; itaut univocè conveniant in ratione Sacramenti?

92 Sacramenta Novæ, & Veteris, Legis analogicè, nō univocè conveniunt. Respondetur, quòd si Sacramentum sumatur secundum esse adæquatum, & completum, constans ex ratione formali, & materiali, Sacramenta Novæ Legis, & Veteris Legis non conveniunt univocè. Ità D.Thomas in 4. *dist* 1. *quæst.*2. *art.*1. *quæstiuncula* 3. *ad secundum.* Qui distinguit Sacramenta Novæ, & Veteris Legis, sicuti distinguitur genus, & species. Sed si considerantur analogè, scilicet per suas partes possunt inter se convenire.

93 Probatur ratione. Ratio est, quia Sacramenta Novę Legis licèt ratione formali habeant denotare gratiā, tamen ratione materiali, scilicet actionis, habent etiam causare gratiam, propter quod sunt perfecta; nam (ut inquit D.Thomas) Sacramentum simpliciter est, quod causat sanctitatem, quod autem significat tantùm, non est Sacramentum, nisi secundum quid. Sacramenta verò Veteris Legis solùm significant gratiam, nec habebant rationem causæ, nisi ordinabiliter, per ordinem scilicet ad gratiam causandam à Christo, propter quod vocantur ad Galatas 4. *Infirma, & egena elementa.*

An sit de ratione Sacramenti significare perfectam sanctitatem in usu, & susceptione?

Vidimus jam esse de ratione Sacramenti significare perfectam sanctitatem ad differentiam Sacramentalium, & Ceremoniarum Legis scriptæ, quæ erant puræ Ceremoniæ. Unde diximus, quòd etiam Sacramenta Veteris Legis, & Legis Naturæ perfectam sanctitatem significabant; dubium modò est, an sufficiat, quòd perfecta sanctitas significata à Sacramentis Veteris Legis fuerit solùm sanctitas futura, danda post Christum à nostris Sacramentis, an potiùs debuerit etiam significare perfectam sanctitatem tunc præsente, & dandam in uso ipsorum, & proindè hoc sit de ratione cujuslibet Sacramenti.

Unica Conclusio. De ratione cujuslibet Sacramenti, etiam Legis Naturæ, & scriptæ est significare perfectam sanctitatem, quæ datur in usu, & susceptione Sacramenti: cum hac tamen differentia, quòd Sacramenta Legis Novæ significant perfectam sanctitatem actu, & Sacramenta Legis Veteris significant perfectam sanctitatem dandam post Christum à nostris Sacramentis. Conclusio ista intelligenda est de Sacramentis, quantum est de se, & quia ob rationem obicis, seù impedimenti potest non conferri gratia, ut patet etiam in Sacramentis nostris. 94 Omnia Sacramēta debent significare perfectam sanctitatem. 95 Veteris Legis dandam post Christū, novæ actu.

Probatur primo auctoritatibus D.Thomæ in 4. *dist.*1. *quæst.* 1. *art.*2. *quæstiuncula* 1. *ad octavum.* Ubi docet Serpentem æneum non fuisse Sacramentum, quia quamvis fuit signum rei sacræ sacrantis; non tamen in quantum sacrans est actu, quia non ad hoc adhibebatur, ut aliquis sanctificationis effectus participaretur; ergo nec alia Veteris Legis essent Sacramenta, si in usu ipsorum sanctificationis effectus non participaretur actu, & 3. *part. quæst.* 62. *art.* 6. docet, quod in Circomcisione conferebatur gratia, in quantum erat signum passionis Christi futuræ; ergo de aliis etiam Sacramentis ejusdem Legis dicendum est, quòd à Deo ità illa instituente habeant ex intrinsecis, quòd sint signa gratiæ collatæ in ejus usu.

Confirmatur: Si ad rationem Sacramenti sufficeret significare gratiam, quæ non confertur in ejus usu, sequeretur etiam sacrificia Veteris Legis, & omnes Ceremonias Mosaycas fuisse Sacramenta; Sequela est falsa, ergo ad rationem Sacramenti non sufficit significare gratiam, quæ non confertur in ejus usu. 96 Sacrificia Veteris Legis, & Ceremoniæ non fuerunt Sacramenta.

Objicies primo. In Concilio Florentino habetur: Sacramenta antiquæ Legis significasse gratiam per passionem Christi dandam; ergo non significant gratiam conferendam in actuali usu ipsorum.

Respondetur negando consequentiam, quia Concilium per gratiam dandam per passionem Christi, non intelligit gratiam dandam post Christum, & non nunc, sed gratiam dandam tunc, licèt ex meritis passionis Christi futuris.

Objicies secundo. D.Thomas hic *art.*2. *ad* 2. dicit immolationem Agni Paschalis esse Sacramentum, quia significabat Immolationem Christi, qua sanctificati sumus; ergo sanctitas, quæ significabatur, non conferebatur in usu ipsius Sacramenti, sed illa, qua nos post Christum sanctificati sumus.

Respondetur negando consequentiam, quia illa

illa verba : *qua sanctificati sumus*, non sunt referenda solùm ad homines post Christum, sed etiam ad omnes homines, etiam antę Christum. Undè non sequitur immolationem Agni Paschalis non significasse gratiam in usu ipsius, sed solùm significasse gratiam, quæ dabatur illis hominibus ex meritis, & virtute Immolationis Christi.

An sit de ratione Sacramenti significare plura?

Diximus superiùs Sacramenta esse signa rei sacræ.

Inquiritur quidnam sit ipsa res sacra significata, sitne una tantùm, an plures?

97 Sacramenta significant Christi passionem, gloriam, & gratiam.

Respondetur, quòd de intrinseca ratione Sacramentorum secundum se est significare passionem Christi, quæ est causa nostræ justificationis, gloriam, quæ est ultimus finis noster, & gratiam.

Probatur: nam Sacramenta de facto data, sivè post Christum, sivè ante Christum, intrinsecè habent significare gratiam, passionem Christi, & gloriam. Colligitur hoc ex D.Th.3.*p.q*.60. *art*.3. dicente de Sacramentis Novæ Legis: Sacramentū est rememorativum ejus, quod præcessit scilicet passionis Christi, demonstrativum ejus, quod in nobis efficitur per passionem Christi, & prognosticum, idest prænunciativum futuræ gloriæ. Undè similiter intelligendum est de aliis Sacramentis ante Christum, cum proportione tamen, quòd ipsa significabant passionem Christi ut futuram, non ut præteritam.

98 Debent omnia Sacramenta Christum significare.

Probatus secundo, quia Sacramenta cùm sint ceremoniæ sacræ, pertinentes ad eam Legem, in qua sunt institutę, debent esse illi Legi proportionatę; ergo cùm de facto omnis Lex, sivè antiqua, sivè nova profiteatur Christum, sivè venturum, sivè jam passum, omnia Sacramenta debent significare suo modo Christum, ejusque passionem, tanquam causam gratiæ, & consequenter gloriæ, cujus pignus est gratia; ac proindè debent significare illa tria supradicta.

99 Principaliùs gratiã, quã Christi passionē significant.

Verùm dicendum est, quòd Sacramenta principaliùs significant gratiam, quàm passionem Christi, & gloriam, ex D.Thoma in 4.*dist*. 1. *quæst*. 1. *art*. 1. *quæstiunc*.1.*ad* 4. ubi dicit, quòd Sacramenta Novę Legis significant effectum sanctificationis, quem faciunt, & hęc significatio est in eis principalis.

Probatur ex D.Thoma.

Probatur hoc ex eodem D.Thoma hìc *art*.3. Sacramentum propriè dicitur, quod ordinatur ad nostram sanctificationem; Nostra sanctificatio consistit in gratia, qua ut forma intrinseca sanctificamur; ergo gratia est significatum principaliùs Sacramenti, propter quam significatur passio Christi, ut causa ipsius, & gloria sanctificamur.

100 In Eucharistiæ forma hoc nō evenire videtur

Objicies. In Sacramento Eucharistiæ forma Consecrationis non significat principaliter gratiam, sed Corpus, & Sanguinem. Ergo non omnia Sacramenta significant principaliter gratiam.

101 Sed explicatur.

Respondetur, quòd ut supra diximus, Corpus, & Sanguis Christi est res simul, & Sacramentum; Undè quamvis Immediatè, & expressè significetur per verba Consecrationis, propter quod est res, non tamen est principale significatum, nisi fortè grammaticale, non verò Sacramentale. Est enim Corpus, & Sanguis Christi in Eucharistia per modum spiritualis refectionis, quæ principaliùs, ut res tantùm significatur à verbis. Idem dicitur de Sacramento Ordinis, In quo licèt sint hęc verba: *Accipe potestatem, &c.* tamen non potestas principaliùs significatur à Sacramento, sed sanctificatio Sacramentalis per gratiam.

102 Corpus, & Sãguis Christi est res simul, & Sacramentum.

De partibus integrantibus Sacramenta?

CAPUT I.

103 Quænã sint partes Sacramentorum.

Supra dictum est, in quo consistat essentia Sacramentorum, & de aliis ad hoc pertinentibus; nunc videndum est de partibus, quibus physicè componuntur, & integrantur; sicuti enim in homine videri potest; Nam non solùm potest interrogari quid sit homo, & respōdetur, quod sit rationale, sed etiam ex quibus partibus physicè componitur; quod constat ex anima, tanquam forma, & ex corpore, tanquam materia; ità pariter in Sacramentis inquiritur, an constent ex materia, & forma tanquam ex partibus ea constituentibus. Sit ergo:

An Sacramenta Novæ Legis constent ex rebus, & verbis, tanquam ex materia, & forma?

§. I.

104 Sacramenta Novæ Legis constãt materia, & forma, quodque non est necesse reperiri in omnibus Sacramentis, etiã veteris Legis.

Restringitur Titulus solùm ad Sacramenta Novæ Legis, quia compositio hæc ex materia, & forma, non est necessaria ad rationem omnium Sacramentorum. In Circumcisione, & immolatione Agni Paschalis non proferebantur verba: & licèt in aliis Sacramentis, tàm à Ministro, quàm à Suscipiente proferebantur aliqua verba; non tamen erant determinata verba exprimenda, nec spectabant ad substantiam Sacramenti, similiter; ad alia Sacramenta Legis Naturæ nulla requirebantur verba; sed sufficiebat fidem exprimere, & protestare, sivè actu aliquo, sivè aliquo signo externo; Undè loquendo de Sacramentis Novæ Legis, dicimus, quòd omnia Sacramenta Novę Legis constant ex rebus, & verbis. Est communis opinio, excepto Durando, qui in 4. *dist*. 1. *quæst*. 3. eam negat de Sacramento Pœnitentiæ, & Matrimonii.

105 Ex Concilio Florentino.

Probatur hoc ex Concilio Florentino in *Decreto Unionis*, ubi habetur, quòd omnia Sacramenta Legis Novę perficiuntur rebus tanquam materia, & verbis tanquam forma, & persona Ministri, & insuper addit, quòd si aliquid istorū desit, non perficitur Sacramentum, ut ostendat illa duo ex divina institutione requiri: ergo omnia Sacramenta Novæ Legis constant ex rebus, & verbis: & licèt in Sacramento Pœnitentiæ, & Matrimonii sola verba reperiantur; tamen aliqua ex illis pro rebus accipi debent, vel formaliter, vel æquivalenter secundum dictum Concilii; ergo, &c. (2)

Quid

(2) Evolventibus SS. Patrum, ac veterum Theologorum scriptis haud occurrit legere partes Sacramentorum designari per materiam, & formam, sed aut per res Sacramentorum, partes illorum denotabantur. Sic Tertullianus *lib. de Præscriptione cap*.40. describens diaboli technas, & fraudes, quibus miserè homines circumveniebat, etiam Divina Mysteria, ac Sacramenta in sua Religione ingerere molitus

Quid se habeat ut materia, quid ut forma?

106 Determinabile habet rationē materiæ, determinativum formæ.

DEterminabile habet rationem materiæ, Determinativum rationem formæ. Patet ex physicis, in quibus materia indifferens determinabilis, forma determinans; igitur illud in Sacramentis habebit rationem materiæ, quod est indifferens ad esse, & non esse Sacramentum. Illud verò rationem formæ, quo posito, determinatur, & nequit non esse Sacramentum.

An res se habeat ut materia, verba ut formæ.

AFfirma: Concilium Florentinum *loc. cit.* ibi: *rebus tanquam materia, verbis tanquam forma*; Patet, quia res determinatur, potestque esse, & non esse, Sacramentorum verba determinant; nam illis positis jam habetur completa quidditas differentialis significans gratiam sanctificantem. D. Augustinus in Joannem *tr.80.* ibi: *accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum*. D.Tho. *3.part. quæst.60. art.6.ad 2.* 107 Res, & Verba sunt veluti materia, & forma Sacramentorum.

Qua-

litus erat, fucum pertendens Christi Religioni facere; Sic ejus fraudes detegit: *A Diabolo scilicet, cujus sunt artes intervertendi veritatem, qui ipsas quoque res Sacramentorum Divinorum in idolorum mysteriis æmulatur. Tingit & ipse quosdam, &c.* & intra: *Qui ergo ipsas res, de quibus Sacramenta Christi administrantur, tam æmulanter affectavit exprimere in negotiis Idololatriæ.* Aut cōmuniter dicebantur mystica Symbola, sacra Signa, Religionis initia, seù initiationes, & Sacramenta: nè Gentilibus panderentur Religionis arcana, præsertim Eucharistiæ, ex quibus calumniandi occasionem sumebant. Aut affirmabant veteres Sacramenta constare *ex signo, & re invisibili*: aut per *Sacramentum, & rem Sacramenti*, denotantes per *Sacramentum*, quidquid est sensibile in Sacramēto, per rem Sacramenti intelligentes ejus effectū spiritualem. Verùm distinctiùs aliquando Sacramentorum partes designabantur per *Verbum*, & *Elementum*, juxta vulgatum illud Augustini *tract. 80. in Joann.* ab Auctore laudatum: *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.*

Verùm etsi aliquando apud antiquos reperiatur asserta Forma Baptismatis, alia tamen, qua nunc Schola Peripateticorum adhibet, significatione utebantur; intelligentes profectò per formam non partem aliquam Sacramenti Baptismatis, sed quidquid in eo conficiendo, administrandoque adhibebatur, videlicet ritus, exorcismi, ceremoniæ reliquæ in ejus administratione consuetæ. Hoc perspicue patet ex S. Augustino *lib. de peccatorum meritis, & remissione cap.34.* & ex Concilio Milevetano II. cui interfuit S. Doctor anno 416. qui Pelagianos arguendo, peccatum originale negantes, Baptismi efficaciam, & peccati originalis existentiam dilucidè probat, ex eo quia Baptismum vacuum foret, si in parvulis nullum peccatum esset, *Quid*, inquit, *de ipsa Sacramentorum forma loquar*: & Concilium Milevitanum *cap.2. Unde fit consequens, ut in eis*, idest parvulis, *forma Baptismatis in remissionem peccatorum, non vera, sed falsa intelligatur*: Quæ verba mutatus est Tridentinum contra Novatores peccati originalis existentiam definiendo *sess.5. in decreto de peccato originali*.

Ex dictis eluces partes Sacramentorum per materiam, & formam ab antiquis non denotari: neque ante ortum à Theologiæ Scholasticæ invenire est usum materiæ, & formæ in subjecta materia. Imo etsi Theologia Scholastica Peripateticorum placita desponsasset, non tamen statim adscivit partes Sacramentorum per materiam, & formam explicare, sed transacti erant centum anni antequam Theologi hanc methodum usurpassent. Etenim Veteres Theologi, & Scholasticæ Theologiæ Parentes iis vocibus non sunt usi, licèt de Sacramentis expressum sermonem instituerint. Sic Lanfrancus, Guitmundus, Anselmus, Yvo, Abailardus, Bernardus, Ugo à S. Victore, etiam ipse Petrus Lombardus, Magister Sententiarum dictus, qui XII. Seculo vixit, partes Sacramentorum per materiam, & formam non expressere; & quamvis aliquando materiam, & formam Baptismi enuncient, non tamen Philosophorum sensum accommodans, per materiam totum sensibile, quo constat Sacramentum, per formam præscriptas verborum formulas, Jurisconsultorum more, innuere videntur, quibus & Judices in Judiciis, & Ministri Ecclesiastici in administratione Sacramentorum obstricti erant observare.

Gaspar Juvenin in *Dogm. Hist. de Sacram. dissert.1. de Sacram. in genere quæst. 3. cap.2. concl.1.* in voto est anno 1215. Guilielmum Antissiodorensem in sua summa Theologica primum extitisse, qui partes Sacramentorum per materiam, & formam cœperit explicare, à quo summo consensu cœptum est per sequentes Theologos partes Sacramentorum per materiam, & formam exprimi, & publico Ecclesiæ usu tandem hæ voces consecratæ videntur. Tum in Concilio Florentino, ubi: *Omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet: Rebus tanquam materia, Verbis tanquam forma, & persona Ministri conferentis Sacramentum cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia. Quorum si aliquid desit, non perficitur Sacramentum*. Tum in Concilio Trid. *sess. 14. cap.3.* ubi tres pœnitentis actus, videlicet Contritio, Confessio, & Satisfactio vocantur *quasi materia*, & verba absolutionis *forma* Sacramenti Pœnitentiæ. Tamen sedulò attendendæ sunt particulæ illæ *tanquam*, & *quasi* in citatis Conciliis, quibus explicare voluerunt Sacramenta per materiam, & formam, non proprio, & physico sensu, sed metaphorico, & improprio; cùm Sacramentum ibi non spectetur, ut est quoddam physicum, sed morale dumtaxat, constans ex partibus à Christo Domino institutis ad significandam, & producendam gratiam. Tantùm ex Analogia, quæ videtur inesse inter totum Sacramentale, & totum physicum, Theologi, & Concilia expressere partes Sacramentorum per materiam, & formam; quia sicuti in composito physico materia præcedit, forma accedit; ita verbum accedit ad elementum; & sicuti in toto physico materia est indifferens, & indeterminata ad hoc, & illud compositum, & determinatur, aut contrahitur per formam: sic etiam verbum determinat indifferentiam elementi, ut advertit Auctor *num. 106.* Quare hoc expressit S. Augustinus loco supra citato *num. 3. Quid est aqua, nisi aqua? accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum*. Vide D.Thomam *3.p.qu.60.art.7. in corp.*

Sat igitur ex dictis constat quid hìc communiter per materiam, & formam intelligatur. Per Materiam intelligitur quidquid sensibile magis confuse gratiam denotat, sive sit substantia quædam, ut aqua in Baptismo, panis, & vinum in Eucharistia, sive actio aliqua, aut ex parte Ministri, aut recipientis Sacramentum: ut impositio manuum in Ordine, Contritio, Confessio, & Satisfactio in Pœnitentia. Per Formam non tantùm verba propriè dicta, sed id quod clariùs rem sensibilem restringit ad significandam gratiam Sacramenti, sive verba ore proferantur, sive æquivalenter aliquo signo, aut nutu, ut Auctor *num.107.* advertit: ut in contrahente matrimonium loquela orbato, in eorum opinione, qui mutuum consensum formam matrimonii asserunt, sive in moribundo vi morbi oppresso, qui delicta uti materia Pœnitentiæ ore confiteri nequit, sed signo aliquo, aut nutu conatur suorum peccatorum dolorem exprimere. Quapropter nunc non est omninò recedendum ab usu harum vocum in materia Sacramentorum, ob communem consensum Theologorum, & usum approbatum Ecclesiæ.

Non immoror hìc refellere Maldonatum *par. 3. de Natura Sacramentorum*, qui asserit omne sensibile, sive sit res, sive verbum, ad materiam pertinere, significationem verò rerum, & verborum esse formam totius Sacramenti; Neque aliquos Theologos, qui aliter, quàm communis sensus explicat, usurpant significationem materiæ, & formæ, quos refellit, aut explicat Bellarminus *lib.1.de Sacram.in genere cap. 18.* qui etiam Hæreticos exagitat impiè detorquentes significationes harum vocum.

Qualis debeat esse compositio materiæ, & formæ.

108 Compositio materiæ, & formæ, ejusque simultas

PHysica non ad instar materiæ cum forma substantiali, nec mixti cum suo miscibili, nec subjecti cum suo accidente: Sed ad instar compositi artificialis secundum Nugnum, & Gabriel. à S.Vincent. Idque quia Sacramentum physicè causans, physicum debet habere esse. At simultas materiæ cum forma non necessariò debet esse physica, sed satis est moralis, atque adeò moralem etiam simultatem, & compositionem sufficere cum Suario, & Coniock, docuit etiam Sotus in *4.dist.3. quæst.un. art.* 8.

Solvantur Argumenta.

109 Objecta.

PRobas non requiri res, & verba.

Primo, ex Sacramento Sanctissimæ Eucharistiæ, ubi remanet Sacramentum, & verba transeunt; ergo potest dari Sacramentum sine verbis.

Rejiciuntur.

Respondetur, verba remanere in effectu determinato producto, ut causa remanet cum suo effectu, ut elementa dicuntur virtualiter in mixto. Ità Serra hic. Secundo respondet Gabr. à S. Vincent. *de Sacramentis in genere disp.* 2. *quæst.*1. *§. respondetur*; verba Eucharistiæ esse formam effectivam extrinsecam, non formalem intrinsecam.

Secundo dicunt, in Matrimonio non requiruntur verba, cùm sufficiant nutus; ergo potest dari Sacramentum sine verbis, ut arguit Durandus in *4.dist.1. quæst.3.num.6.*

Respondetur, in Matrimonio habere rationem materię, & rei nutus determinabiles, nutus verò determinativos habere rationem verborum, & formæ; & sic nutus determinantes materiam habent vim verborum, & succedunt loco formæ, ut ex Concilio Florentino patet, ubi pro verbis sumitur quidquid determinat: pro re quidquid determinatur.

Si autem quæratur hic, utrum in Sacramentis assignetur ità materia, & forma, quod utra sit pars essentialis ipsorum?

110 Materia, & forma sunt partes essentiales Sacramentorum.

REspondetur affirmativè cum D.Thoma in *4.dist.1. quæst.1. art.3. ad secundum*, dicente: *Verba, & res sunt de essentia Sacramenti, &c.*

111 Objicitur in Pænitentia non esse materiam.

Objicies primo Sacramentum Pęnitentiæ perficitur Confessione pœnitentis, & absolutione Sacerdotis: sed omnia hęc sunt verba; ergo non omnia Sacramenta constant ex rebus, & verbis.

112 Et in Matrimonio.

Confirmatur. Sacramentum Matrimonii fit solis verbis contrahentium, & aliquando solis rebus, ut nutibus, & signis; ergo ad Sacramentum in communi non requiruntur res, & verba, sed sufficiunt vel res, vel verba.

113 In Pænitentia tamen adest, sed inadæquata materia.

Respondetur distinguendo antecedens; itaut Confessio pœnitentis sit adęquata materia Sacramenti, & nego: inadęquata, & concedo; & nego consequentiam; quia Confessio quando fit verbis (potest enim fieri scripto, vel nutu, vel tunsione pectoris in casu necessitatis, in quo argumentum non habet vim) non est adęquata materia Sacramenti, sed est inadęquata simul cum interno animi dolore; Imò addi potest, quòd materia remota sint ipsa peccata, quæ licèt sint solùm oris, initium semper habent à verbis.

114 Et in Matrimonio æquivalenter.

Ad confirmationem respondetur, quòd quando Matrimonium fit solis verbis, res invenitur æquivalenter, quatenus consensus unius accipitur, & determinatur à consensu alterius.

De Eucharistia.

Objicies secundo, in Sacramento Eucharistiæ transacta Consecratione, qua fit, adhuc remanet Sacramentum, quam non componi ex rebus, & verbis, sed solùm rèbus consistit. Ergo non omnia Sacramenta Novæ Legis componuntur ex rebus, & verbis, tanquam ex materia, & forma.

115 Sufficit adesse in consecratione res, & verba.

Respondetur, Argumentum probare, quòd Eucharistia in facto esse, non componitur ex rebus, & verbis, quòd à nobis non negatur, quia non est Sacramentum consistens in usu: non autem probatur, quòd in fieri non constet ex rebus, & verbis, quòd sufficit ad nostrum intentum, nisi velit dicere, quòd adhuc in facto esse, in quo conveniuntur verba non quidem formaliter, sed virtualiter, scilicet in speciebus quæ remaneot consecratæ propter verba, & hæc sufficit, ut componetur ex rebus, & verbis.

An ad Sacramenta Novæ Legis requirantur determinatè materia, & forma.

116 Requiritur in Sacramentis determinata materia, & forma

REspondetur affirmativè, & colligitur ex Trid. *sess.7.can.*1. in quo habetur: Omnia septem Sacramenta esse à Christo instituta taliter ut (subdit *sess.21.c.2.*) ab Ecclesia immutari non potest eorum substantia; sed substantia est materia, & forma; ergo non potest mutari materia, & forma Sacramentorũ, & proindè Christi institutione determinata est materia, & forma Sacramentorum. Et ratio est ex D.Thoma *art.* 5. quia sanctificatio est in potestate Dei sanctificantis; ergo etiam in potestate Dei est instituere signa determinata hujus sanctificationis, & proindè non pertinebit ad homines determinare suo judicio res, quibus sanctificantur. Tamen ut distinctiùs procedatur, inquirimus:

An materia Sacramentorum sit determinata in genere à Christo?

117 In genere determinata fuit materia à Christo.

AFfirma: Christus enim Dominus, ut certa Sacramenta, ità certas materias instituit. Trid. *sess.7.can.*1.& *sess.21.cap.*2. S.Tho. 3.*part. quæst.*60. *art.*5. *ad* 3. Lugo *de Sacram. disp.* 2. *sect.* 5.

An materia sit determinata in individuo?

118 Non tamen in individuo.

NEga: Innocent in *cap.Presbyter. de Sacramentis non iterandis*. Bellarminus *lib.*1. *de Sacram.cap.*9. Palaus *tom.4.tract.27.punct.4. num.*11. citans quatuor Doctores. Dicastili. *to.*1. *de Sacramentis tract.*1. *disp.*1. *dub.*2. *num.*363. Lugo *de Sacramentis in genere disp.2.sect.2. nu.* 45. Diana *part.*10. *tract.*11. *res.*65. Martinus à S.Joseph *tom.*1 *lib.*1 *tract.*2. *num.*5. Leand. *to.*1. *disp.*1. *quæst.*11. Amicus *hic.* Arriaga *tom.*7. *disp.* 6. *sect.*1. *num.*1.

119 Aliter habet Ecclesia Græca, ac Latina

Probatur, quia aliàs non posset concordari Ecclesia Græca cum Ecclesia Latina. Græca namque confert Sacramentum Ordinis sub certa

ta verborum forma, sola manuum impositione, absque alia traditione alterius materiæ. Latina verò ultra impositionem manuum, etiam tradit materiam sub certa forma verborum; ergo dicendum est cum Arriaga *loc. cit. num.* 7. Bellarmino, & aliis, in Ordine materiam tantùm esse externum signum exprimens in genere traditionem potestatis, quod deinde signum in particulari in diversis Ecclesiis diversum fuit adhibitum.

120 Ut in materia Ordinis. Sic in Ecclesia Latina materia Diaconatus est liber Evangeliorum, in primitiva Ecclesia erat sola manuum impositio. Clemens *lib.* 8. *Constitutionum cap.* 17. ibi: *Ego Philippus constituo te Diaconum*, imponendo manum. Dionysius Areopagita *de Ecclesiastica Hierarchia c.* 5. idem dicens de Sacerdote, ibi: *dexteram in capite*. Concilium Chartaginense IV. *Can.* 4. ibi: *Diaconus cum ordinatur solus Episcopus, qui cum benedicit manum, super caput ipsius ponat.* Immò in Ecclesia Avicensi, sola manus impositio erat adæquata materia Diaconatus usque ad tempus Durandi Præsulis ejosdem Ecclesiæ, ut ipse testatur in 4. *dist.* 24. *quæst.* 3. *num.* 7. Et de facto Ecclesia Græca confert ordinem Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus, sola manuum impositione super caput Ordinandi.

121 Et in ejus forma. Insuper Latina pro forma utitur verbis in Presbyteratu certis, ibi: *Accipe potestatem offerendi Sacrificium in Ecclesia pro vivis, & defunctis*. Græca autem utitur aliis verbis, ibi: *Divina gratia promoveat hunc venerabilem Diaconum in Presbyterum*. Et proportionaliter in aliis ordinibus, ut: *promoveat Subdiaconum, Diaconum, &c.* ergo neutra forma in individuo est determinata à Christo Domino. Sed ab Ecclesia, quæ in mediis necessariis ad salutem errare non potest.

Tandem patet ex *cap. Presbyter. de Sacramentis non iterandis*, ubi significare videtur quòd sufficiat porrectio instrumentorum sine manuum impositione, & quòd ista ab Apostolis sit instituta loco materiæ.

Sic in genere vinum, & panem ex tritico pro materia Christus instituit Eucharistiæ, non determinando album, vel nigrum, azimum, vel fermentatum.

122 Particularis Ecclesia nequit mutare materiam in specie. Particularis tamen Ecclesia non potest tale signum instituere in specie, nisi Summi Pontificis auctoritate, & consensu saltem tacito; ut patet de Ecclesia Græca, cujus ritus sunt approbandi usu totius Ecclesiæ, & à Summo Pontifice in Concilio Florentino in decreto Eugenii. (3)

An in Sacramentis detur materia proxima, & remota?

Affirma: & remota sunt res ipsæ, puta frumentum, aqua, &c. Proxima autem est usus, & applicatio talis materiæ: sic aquæ ablutio est proxima materia, aqua ipsa remota in Baptismo: & sic materia sub actuali traditione est proxima, sine actuali traditione est remota. 123 Quid sit materia proxima, quid remota.

An liceat mutare materiam in genere?

Nega: nam Deus solus instituit media ad conferendam gratiam sanctificantem; & sic pura creatura nequit mutare hujusmodi media, quia nequit abrogare divina instituta, aut eis aliquantisper derogare, ut rectè concludit S. Tho. 3. *par. quæst.* 60. *art.* 8. contra Bezam in *Epist.* 6. *ad Lilium*, docentem in necessitate licere deficiente pane, & vino aliam in Eucharistiam adhibere materiam. 124 Materia Sacramentorũ in genere nequit mutari.

Dices, Ecclesia mutavit materiam Sacramenti Matrimonii, quando abrogavit Matrimonium clandestinum; ergo materia Sacramentorum mutari potest.

Respondetur negando antecedens; nam materia Sacramenti Matrimonii non est hic, vel ille contractus nuptialis, sed est solùm contractus humanus validus nuptialis, sivè hic, sivè ille, & Ecclesia tantùm determinavit materiam in individuo hanc, vel illam rationem contractus, scilicet publici, non clandestini. Arriaga *loc. cit.* Sanchez 1. *de matrimon. disp.* 3. 125 Sicuti non fuit mutata in matrimonio.

An liceat in Sacramentis uti dubia materia?

Distinguas: vel adest materia certa, vel deest; Si adest, peccat, qui utitur materia dubia; nam injuriam facit Sacramento exigente materiam certam, semper ac haberi potest, nam exigit materiam certam, quod debet esse certum semper ac potest. 126 Quãdo adest certa, non potest uti dubia materia.

Si desit materia certa; tunc iterum distinguitur, vel adest, vel deest necessitas urgens conficiendi Sacramentum. Si deest necessitas, non licet; quia numquam Sacramentum debet reddi dubium, quoties potest esse certum; & quando deest necessitas, tunc potest adinveniri materia certa. Si adest necessitas conficiendi Sacramentum, puta sit baptizandus moribundus infidelis, & desit aqua naturalis; tunc possumus adhibere materiem dubiam, non absolutè, sed sub coditione, si sufficiat ad conficienda Sacramenta; nam necessitas tollit irreverentiam, & con- 127 Quãdo adest tantùm dubia in necessitate ea uti potest sub conditione.

(3) Quæstionem hanc, quæ aliarum quæstionum veluti sedes est, præsertim circa materias, & formas Sacramenti Confirmationis, & Ordinis, si otium abundaret, luculenter exagitarem. Brevitati tamen studens, tantùm aliqua reponam, ut certa ab incertis seligam. Et primo: Certum de fide est omnium Sacramentorum materiam saltem in genere, idem dicas de forma, esse à Christo Domino determinatam, præscribendo scilicet assumendum esse signum aliquod exterius, atque idoneum ad significandum finem Sacramenti. Secundo, de fide quoque est, aliquorum Sacramentorum materiam, & formam fuisse in specie à Christo Domino determinatam: ut patet in materia, & forma Baptismi, & Eucharistiæ. Tertio, materiæ, & formæ ceterorum Sacramentorum, an similiter in specie sint à Christo Domino determinatæ, inter Catholicos, salva fide, disceptatur; cùm nulla sit hac de re certa Ecclesiæ definitio, & ob varias difficultates diluendas, quæ occurrunt circa speciales materias, & formas Sacramentorum, quas suis locis observabis, & ad concordandam Ecclesiam Græcam cum Latina, placuit Auctori asserere aliquorum Sacramentorum materias, & formas non fuisse in specie determinatas à Christo Domino, sed tantùm in genere, data potestate Ecclesiæ eligendi aliquod signum exprimens finem Sacramenti. De qua quæstione præter ab Auctore laudatos, vide pro utraque parte Ysambertum in 3. *par. D. Thomæ tom.* 3. *de Sacram. Ord. disp.* 3. *art.* 6. & 7. Juvenin in *Dogmat. Histor. dissert.* 1. *de Sacram. in genere qu.* 3. *cap.* 3. Honoratum Tournely *de Sacram. in genere art.* 4. *concl.* 3. Coninck, Hallier, Habert, aliosque, quos in unum congerit, & laudat P. Morales in suo *Dumo Dogmatico tract.* 6. *resol.* 1.

conditio non exponit Sacramentum periculo nullitatis. Henriq. *lib.1. cap.9. num.7.* Suarius *disp.26. sect.2.*

COROLLARIA.

128 Mutatio substantialis materiæ, & formæ reddit nullum Sacramentum, non sic accidẽtalis.

PRo majori tamen explicatione nostræ Conclusionis, & multorũ casuum occurrentium, advertendom est primo, quòd mutatio substantialis, sivè in materia, sivè in forma Sacramenti ipsum reddit iovalidum; secùs verò mutatio accidentalis, quia salvis constituentibus substantialibus servatut constitutum; ergo si Sacramenta Novæ Legis constituuntur ex materia, & forma; semper ac materia, & forma non variatur substantialiter, conficitur Sacramentum, etiamsi aliqua accidentalis mutatio intervenerit: Substantialis mutatio est, quando id, quo utimur in Sacramentis, non habet secundum usum communem hominum, quòd accipiatur pro materia, & forma instituta: & sic licèt massa panis cruda non differat à pane cocto, substantialiter tamen dicitur differre pro usu Sacramenti Eucharistiæ, & quia secundum usum communem hominum non habet rationem panis usualis, qui pro materia determinatus est à Christo: Domino. Et aqua congelata, licèt non differat ab aqua non congelata, tamen quia secundum usum hominum non est aqoa ad abluendum; ideo non est materia pro Sacramento Baptismi. Et contra: vinum album, & nigrum, licèt differant specie, 'nt forsan esse potest: tamen quia secundum usum hominum communem, utrumque sumitur, ut vinum usuale, non habens sacramentaliter loquendo differentiam substantialem, & utrumque potest esse materia Consecrationis.

129 Verbis synonimis validè conficitur Sacramentum, sed illicitè.

Advertendum est secuodo, quòd licèt aliquis utatur in Sacramentis verbis syoonimis, & æquivalentibus illis, quibus modò utitur Ecclesia, validè conficeret Sacramentum, dummodò non tollatur sensus formæ, sed explicetur diversimodè cum eadem distinctione, tamen non licet id fieri, nisi in casu necessitatis, aut in quo Ecclesia id permittit; Undè D. Thomas in 4. *distin.3. quæst.1. artic.2. quæstiuncula* 2. dicit: *Si aliquid pertinet ad formam ex determinatione Ecclesiæ, & illud mutatur, nihilominus est Sacramentum, sed culpa incurritur.*

130 Illicitum est uti forma lingua vulgari, excepto matrimonio.

Ex his sequitur primo, qnod licèt in qualibet lingua, verbis habentibus eundem sensum ab illis, quibus utitur Ecclesia, perficiatur Sacramentum, non tamen est licitum Sacramenta confecte verbis linguæ vulgatis, excepto Sacramento Matrimonii, quod verbis linguæ proptiæ in qualibet Provincia perficitur, quia contrahentes regulatiter linguam Latinam ignorant; Idem diceodum est de Baptismo, qui in casu necessitatis fit à femina, vel ab alio nesciente loqoi lingua Latina.

131 Usus verborum attendendus est, non primaria significatio.

Sequitur secundo, *quòd licèt in qualibet lingua contingat diversis vocibus idem significari, semper tamen aliqua illarum vocum est, qua principaliùs, & communiùs homines illius linguæ utuntur ad significandũ, & talis vox assumi debet in significatione Sacramenti*, ut D. Tho *art. 7. ad* 2. tamen ex accomodatione usus utimur voce (*Baptizo*) & non illa alia (*abluo*) etiamsi sua primaria institutione, illud ipsum significet communius, quòd (*Baptizo*), quod est verbum Græcum, Undè licitum noo est in Baptismo uti ista voce (*abluo*) quia fieret contra usum communem, & firmatum ab Ecclesia, & qui uteretur, peccaret saltem venialiter ob parvitatem materiæ, si verò fieret mutatio totius formæ in verba æquivalentia, scilicet linguæ vulgaris à Sacerdote sciente Latinã peccaret mortaliter, ut docet Magister, & Serra hìc *art.3.*

An sit nullum Sacramentum, si quis adhibeat in eadem forma diversi idiomatis singula verba, puta Italica, Latina, Græca, &c. puta Po ti baptizo in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti?

NEga: nam est mutatio mera accidentalis, & retinetur sensus verburum, nec est necesse, ut audientes intelligant loquutionem: & ità probabiliter docet Arriaga *loc.cit.* dicens etiam probabile oppositum *num.2.* 132 Verbis varii idiomatis forma non invalidatur

An mutatia formæ in alia synonima verba invalidet Sacramentum?

NEga, quia non tollit sensum verborum, ut: *baptizo te in nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis ab utroque.* Idem namque significat Pater, ac Genitor, Arriaga *tom.7. disp. 7. num.7.* 133 Nec uti verbis synonimis, ut supra dictũ est

An mutatio adhibitis verbis æquivocis annullet Sacramentum?

DIstinguitur: vel inteotio proferentis est recta facieodi, scilicet validum Sacramentum, vel non est recta, sed aliena à faciendo Sacramento. Si primum conficit Sacramentum. Si secuodum non conficit Sacramentum; nam non in primo, sed in secundo deest intentio Ministri requisita ad conficiendum Sacramentum. 134 Verba æquivoca cũ recta intẽtione Ministri non invalidant Sacramentum.

Hinc ly, *hic*, est æquivocum, nam potest accipi adverbialitèr, & adjectivè. Adverbialiter non adjectivè sumptum reddit Sacramentum nullum.

Sed quæres primo:

Utrum additio aliqua in verbis formæ reddat invalidum Sacramentum.

REspondetur, simpliciter potest fieri additio: Primo, ut non auferatur debitus sensus verborum, ut si quis diceret: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & Beata Virgo te adjuvet; per istam additionem redditur verum Baptisma, quia non tollitur veritas Sacramenti, licèt fieret illicitè, & peccat; cùm additio sit contra consuetudinem, & præceptum Ecclesiæ. 135 Additio in forma reddit nullũ Sacramẽtum, si tollat sensum verborum.

Secundo, fieri potest additio, ut non corrumpatur debitus sensus verborum: ut si quis diceret: Ego te baptizo in nomine Patris majoris, &c. tunc fit invalidum Sacramentum, eò quia simpliciter non habetur debita forma Sacramenti. Secùs si non corrumpat sensum.

Tertio, potest fieri additio, ut revelari possit debitus sensus verborum, & possit etiam auferri, ut si quis diceret: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & Beatæ Mariæ Virginis. In hoc casu additio fieri potest cum animo inducendi errorem, & cum animo inducendi quaternitatem personarum, & po- 136 Addere B. Virginẽ in forma nõ invalidat Baptismum si ex devotione, secùs si inducat errorem.

& potest fieri sine tali animo, taliter ut sensus sit ad Baptisma, & fiat solùm in nomine Trinitatis, & Beata Virgo cum ejus intercessione prolit baptizato; & tunc si talis additio fiat animo inducendi errorem, non conficitur Sacramentum; nam licèt sit ambigua, tollitur tamèn ambiguitas per animum profitentis, per quam opponitur, & determinatur ad suum errorem, & ad alium ritum inducendum, & sic non intendit fieri, quod facit Ecclesia; secùs autem accidit, si fiat sine tali animo.

137 Adhibere ritum non receptũ ab Ecclesia, & non offi. iétem formæ non invalidat Sacramentum.

Si verò aliquis intenderet alium ritum non receptum ab Ecclesia, inducere, sed nihil adderet formæ, vel tolleret, verum fieret Sacramentum; eò quia sit debita forma: putà, quod illa sit vera Ecclesia, quæ utitur suo ritu. Secundum hanc doctrinam determinavit Zacharias Papa, quod Baptismum collatum propter imperitiam, scilicet in nomine Patria, & Filia, & Spirita Sancta validum fuerit, cujus rationem reddit D. Thomas; quorum verborum corruptio non destruit debitum sensum; nam quamvis, ut corrupta nihil significant ex virtute impositionis, accipiuntur tamen ex significatione, & accommodatione usus: fuisset autem invalidum (subjonxit Pontifex) si non ex ignorantia id fecisset, sed animo inducendi errorem, scilicet Deum habere filiam feminam, & cum hoc errore novum ritum introducere.

138 Inducendo tamen aliũ ritum non receptum, peccaret.

Advertendum est tamen, quòd si aliquis induceret alium ritum toleratum ab Ecclesia, conficeret verum Sacramentum, sicuti conficiunt Græci dicentes: Baptizetur Servus Christi in nomine Patris, &c. nam talis ritus cùm sit toleratus ab Ecclesia, servat ejus intentionem.

139 Error particularis non officit Sacramento, si adsit intentio faciendi, quod facit Ecclesia.

Advertendum secundo, quòd si aliquis intenderet secundum suam generalem intentionem faciendi, quod facit Ecclesia, etiamsi habeat specialem errorem, verum cõficeret Sacramentum, dummodò non auferret legitimum sensum verborum, quia specialis ejus error venit correctus, & regulatus per illam universalem intentionem; unde si Minister e.g. in Consecratione Calicis putet, quòd pronomen *(Hic)* significet præsentiam localem, & secundum istum sensum ab ipso proferatur, verè consecrat, quia sensus suus particularis intelligitur per aliam intentionem universalem, quam habet faciendi, quod facit Ecclesia: Similiter si quis baptizaret in nomine Patris Omnipotentis, Filii Sapientis, & Spiritus Sancti Paraclyti, quia talia prædicata essent propria singularum personarum, non autem communia: Si tamen haberet intentionem faciendi, quod facit Ecclesia, verè baptizaret, si non apponeret aliquid, per quod tolleretur verus sensus verborum formæ, cùm omnipotentia vera sit in Patre, sapientia in Filio, &c. si autem baptizaret in nomine Patris majoris, & Filii minoris, quia jam destruitur sensus verborum formæ, cùm talia prædicata, neque Pater habet, neque Filius, & ideò non posset esse verè habere intentionem faciendi, quod facit Ecclesia.

140 Idem dicas de diminutione, ut dictum est de additione.

Insuper, quòd illud idem, quod de additione dictum est, dici debeat cum proportione de diminutione, quàre si per diminutionem tollatur debitus sensus verborum, cùm prætermittitur aliquid, quod est de substantia formæ, v.g. nomen Patris, & Filii in forma Baptismi, non perficitur Sacramentum. Si verò debitus sensus non tollatur, ut si in forma Eucharistiæ omittatur ly (*Enim*), & ly (*Ego*) in forma Baptismi, conficitur Sacramentum. Hinc quærimus:

An diminutio formæ reddat Sacramentum nullum?

141 Diminuere in forma id quod non tollit sensũ verborum, non invalidat Sacramentum, secùs si tollat.

Distinguitur: vel tollit, vel non tollit sensum verborum. Si tollit, reddit nullum, non verò si non tollat verborum sensum; & sic ly, *ego*, ly, *enim*, non reddit nullum Sacramentum si relinquantur, quia non tollit sensum verborum. Arriaga *loc. cit. num.* 4. Serra *hic* post D.Tho. in 4.*dist.* 3. *quæst.* 1. *art.* 2. *qq.* 2. ibi: *si aliquid pertinet ad formam ex determinatione Ecclesiæ, si illud mutetur, nihilominus est Sacramentum, sed culpa incurritur.*

An pronuncians verba formæ diminutè ex celeritate, balbutie, vel sincopando, conficiat verum Sacramentum?

142 Defectus in pronunciatione formæ si non tollat sensum verborum non invalidat Sacramentũ

Affirma: si retineatur sensus verborum per accommodationem ad materiam, puta si dicat: *In nomine Patis, Filia, &c.* nam ex subjecta materia retinet significationem: undè Balbi conficiunt Sacramenta, satisfaciunt oneri recitandi Officium. Episcopus tamen non debet illos ordinare sine necessitate, si irrideantur, & reddant irrisibilem confectionem Sacramenti, quod accideret si notabilissima esset.

An transpositio verborum reddat nullum Sacramentum?

141 Sic transpositio, si retinetur sensus verborum.

Nega: si cum illa retineatur germanus sensus verborum, & sic conficit Sacramentum baptizans: *In nomine Filii, Spiritus Sancti, & Patris*; nam talis transpositio non mutat sensum, nec indicat minoritatem Patris respectu Filii, sicuti nec Filius est minor Patre; licèt dicatur: *In nomine Patris, & Filii*: Idque etiam si proferens intendat Filium majorem Patre, dummodo per illa verba velit significari, & fieri quod intendit Ecclesia Catholica; nam hæc intentio generalis sufficit ad collationem Sacramenti, & corrigit quantum ad hoc proprium errorem. Lugo *de Sacramentis disp.* 2. *sect.* 6. *num.* 107. Arriaga *loc. cit. num.* 22. rectè concludens, valere Baptismum collatum tali forma: *In nomine Patris Omnipotentis, Filii Sapientis, Spiritus Sancti Paraclyti*; quia illa additio non mutat sensum, licèt proferens inducere intendat errorem, scilicet solùm esse Patrem Omnipotentē, tantùm Filium Sapientem, dummodo intentione generali intendat facere, quod Ecclesia intendit; nam talis generalis intentio errorem corrigit quoad confectionem Sacramentorum.

Corruptio verborum formæ. An annullet Sacramentum?

144 Ita si corrũpātur verba retento sensu eorum.

Distinguitur: vel retinetur, vel amittitur sensus verborum. Si amittitur, nullum est Sacramentum; si retinetur, validum est Sacramentum; retinetur autem non solùm vi primæ impositionis, sed ex vi verborum simul cum materia, ità ut licèt verbũ ex se solo

non

non significaret, si tamen simul cum materia significat penès audientes, tunc dicuntur verba licèt corruptè prolata, retinere propriam significationem, & Sacramentum conficere, & ità intelligitur Text. in *Can. retulerunt.* 86. *de consecr. dist.*4. & est Zachariæ Papæ *tom.*2. *Epistolarum, epist.*4. *Decretalium*, ubi requisitus respondit valere Baptismum sub illa forma ex ignorantia Latinæ linguæ prolata, *Baptizo te in nomine Patria, & Filia, & Spiritu Sancta.* Licèt enim secundum se Patria non significat Patris, tamen ex accommodatione ad subjectam materiam significat, sicuti copus non significat corpus. Patis non significat Patris, secundum se, sed significat ex applicatione materiæ, quòd sufficit ad valorem Sacramentorum. D. Tho. *loc. cit. ad* 3. facit Text. in *can. fatis.*48. *de consecratione. dist.*4.

Quæres insuper, quid dicendum sit de Interruptione?

145 Interruptio si tollat sensum verborum, tollit Sacramentũ

RESpondetur cum D. Thoma hìc *artic.* 3. quòd si tanta sit, ut intercipiatur, prout tollatur sensus verborum, tollitur etiam veritas Sacramenti; si autem interruptio sit parva, quæ intentionem proferentis, & verum sensum non auferret, non tollitur veritas Sacramenti. Et idem dicendum est de transportatione verborum, quòd si tollat sensum, non perficitur Sacramentum, Sacramentum perficitur verò, si non tollatur sensus, sed variet constructionem.

Quæres tandem, quomodò Concilium Tridentinum potuerit reddere invalidum Sacramentum Matrimonii factum absque præsentia Parochi, cùm materia, & forma Sacramenti substituatur sufficiens, secundum quod institutum est à Christo Domino, sit uterque consensus contrahentium, & Ecclesia non habeat potestatem faciendi, ut id, quod est materia, & forma ex Divina institutione, non sit materia, & forma?

146 Matrimoniũ ut cõtractus potuit invalidari ab Ecclesia sine præsentia Parochi.

RESpondetur, quòd materia, & forma hujus Sacramenti instituta à Christo est consensus contrahentium in ratione legitimi contractus ad transferendum Jus suum in opinione alterius; Ecclesia verò facit, quod legitimus contractus non sit sine præsentia Parochi; & ideò non mutavit materiam, & formam formaliter Sacramenti, sed destruxit fundamẽtum hujus materiæ, & formæ, quod facit, quòd Matrimonium sine Parocho sit invalidum; destructo autem fundamento, nequit haberi materia, & forma instituta à Christo Domino ad hoc Sacramentum; Cetera verò, quæ hic possunt desiderari, tradentur commodiùs in particularibus materiis cujuslibet Sacramenti.

De Effectibus Sacramenti in genere.

CAPUT II.

147 Effectus Sacramentorũ enumerãtur

EXplicuimus essentiam Sacramenti, remanet disquiramus quosnam effectus producat in ritè suscipientem.

Effectus Sacramenti multiplex est. Primus Gratia sanctificans ex opere operato, ubi explicabimus quomodo gratiam causat physicè ne, an moraliter. Secundus est Reviviscentia meritorum mortificatorum. Tertius est in quibusdam Sacramentis impressio Characteris. De quibus hìc agamus oportet. Et primò:

De Gratia sanctificante producta à Sacramentis.

§. I.

148 Quid sit gratia ex opere operato, & ex opere operantis.

HAbemus gratiam ex opere operato, & gratiam ex opere operantis infusam. Gratia ex opere operato est infusa nullo præcedente merito creaturæ recipientis, tantum ex meritis Christi Domini, ut patet in infante recipiente gratiam baptismalem. Ex opere operantis est, quæ infunditur præcedente operatione meritoria recipientis gratiam, ut dator gratia elicienti actum supernaturalem amoris Sanctissimæ Trinitatis, contritionis.

An Sacramenta Novæ Legis conferant gratiam ex opere operato?

149 Hæretici dicunt Sacramenta causare gratiã, mediante fide, seù fiducia.

HÆretici nostri temporis asserunt, quod Sacramenta Novæ Legis causant gratiam mediante fide, quam excitant, sumpta fide non pro habitu, quo assentimur supernaturalibus articulis fidei, sed pro fiducia, qua quis credit Deum sibi remisisse peccata: & hæc fides solùm est illa, quæ justificat, quia per ipsam, quasi manu apprehendimus nobis justitiam Christi, & nostram salutem imputativè facimus; undè Insident verbum illud (*ex opere operato*) ut particularem vocem, sed Concilia, Fideles, & Patres rectè possunt verba innovare, propter optimum finem, ad quem principaliùs attendunt, explicandi scilicèt gratia exactiùs suas virtutes; Sit ergo: (4)

Ab-

(4) Tria reprehendunt Hæretici in hoc loquendi modo *ex opere operato*, novitatem, loquutionem, sensum: Novitatem, quia non reperitur in Scripturis Sanctis, neq; in Veterum scriptis; loquutionem, quia barbara: sensum quia Sacramentis tribuit efficaciam remittendi peccata, & conferendi gratiam, quam ipsi sola fide, qua certò credunt Deum ipsis remittere peccata, consequi autumant, aut quia ex ea phrasi excludi videtur à nobis suscipientis dispositio. Tria hæc breviter refellenda puto, ut magis Catholicum dogma de efficacia Sacramentorum pateat. Et primo dico, modum istum loquendi *ex opere operato*, si origo, & sonus verborum attendatur, non adeo antiquum esse in Ecclesia, nec in Scripturis, aut Veterum scriptis inveniri: Si sensus autem perpendatur antiquissimum esse, & cum ipsa Sacramentorum institutione ortum ducere fateamur oportet. Etenim phrasis hæc licèt non reperiatur in Scripturis, & Veteribus Scriptoribus, attamen non adeo recens est, cùm per quatuor secula ante Tridentinum passim in Scholis usurpari cœpta sit. Paulò ante tempora D. Thomæ à Theologis adhibebatur modus iste loquendi: ut patet ex Innocentio III. *lib.* 3. *cap.* 5. *de Sacro Altaris Mysterio*, qui ferè quinquaginta annis D. Thomæ antecessit, sicut notat Guillelmus Estius in 4. *dist.* 1. §. 7. Qui insuper hæc habet: *Qui Sermo est neque in Sacris literis, neque in Veterum scriptis reperiatur, immo non multò ante tempora Sancti Thomæ Aquinatis primum usurpari cæperit, quemadmodum colligitur ex scripto ejus in Quartum dist.* 1. *qu.* 11. *art.* 5. (*nam in Summa sua ejus non meminit*) *omnino tamen recipiendus est*. Similia habet Sotus in 4. *dist.* 1. *quæst.* 3. *art.* 1. à Gaspare Juvenin in *Dogm. Hist. de Sacram. diss.* 1. *quæst.* 7. *cap.* 1. *art.* 2. §. 1. relatus. Verùm quoad sensum, & rem significatam phrasis hæc antiquissima est, & cum Ecclesia coæva dicenda est. S. Augustinus *lib.* 4. *contra Crescomium cap.* 16. significationem, & sensum hujus vocis retinet, *Baptismum*, inquit,

Absolutè, & simpliciter credendum est, quod Sacramenta Novæ Legis causant gratiam.

150 De fide est Sacramenta causare gratiam.

Est certa conclusio, & definita in Concilio Trid. præcipuè *sess. 7. Can.* 8. ubi habetur: *Si quis dixerit per ipsa Novæ Legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem Divinæ promissionis ad gratiam conferendam sufficere, anathema sit.* Et in Concilio Florentino in *Decreto Unionis* habetur, quòd Sacramenta Novæ Legis conferunt, & causant gratiam, ad differentiam Sacramentorum Veteris Legis, quæ solam gratiam significabant.

151 Probatur ex Scripturis.

Quare probatur ex Scripturæ auctoritate, & primo Joannis 20. de Sacramento Pœnitentiæ, ubi habetur: *Quorum remiseritis peccata, &c.* ubi constat, quòd remissio peccatorum tribuitur verbis absolutionis, propter quod Confessarius in forma absolutionis ait: *Ego te absolvo*, quæ forma non verificatur, si per hoc Sacramentum non remitterentur peccata instrumen-

---

inquit, *non eorum meritis à quibus ministratur, nec eorum quibus ministratur, constare, sed propria Sanctitate, atque veritate, propter eum à quo institutum est.* Et de Circuncisione ipsa, quantò magis de Baptismo? *lib. 4. contra Donatistas cap. 24.* docebat, *ipsum per semetipsum Sacramentum multùm valuisse.* Quodque idem sonat ac si dixisset ex sese, seù *ex opere operato* valuisse. Attamen non recens est hic calumniandi modus, sed adeò vetustus, ut legentibus Ecclesiasticas Historias sexcenta documenta occurrerent, ex quibus manifestò appareret Hæreticos refugisse, ac insectatos esse novos loquendi modos, quos aut ad distinguendum aliquod Dogma fidei, aut illud magis explicandum Ecclesia, & Concilia usurparunt. Ariani negando Filii Dei divinitatem, & cum Patre æqualitatem, rejecerunt vocem ὁμοούσιος, seù consubstantialitatem Filii cum Patre, quia ex ea damnabatur eorum error in Nicæna I. *ann. 325.*: hac ratione utentes, quia in Scripturis vox hæc non reperiebatur: Unde meritò eos objurgat S. Athanasius *lib. de Decretis Synodi Nicænæ tom. 1. pag. 227. Etiamsi ipsæ voces ita in Scripturis non extent, sententia tamen quam continent, verè ex Scripturis habetur*, & alibi. Sic Arium alloquitur: *Nominisne offenderis novitate, an etiam rei ipsius veritate, quæ hoc est sortita vocabulum refugis? Res enim antiqua novum nomen accepit, non vocabulo novæ rei veritas accessit.* Quare Catholici ab Arianis ad probrum Homousiani appellabantur. S. Augustinus testatur *lib. contra Sermonem Arianorum cap. 36. Ariani, & Eunomiani nos vocitant Homousianos, quia contra eorum errorem Græco vocabulo Homousion defendimus.* & in *Epist.* 178. & S. Basilius *Epist.* 67. eadem habent. Quodqua satis erat, ut Ecclesia novas voces institueret, quæ continerent sensum Scripturarum, ut fidem exprimeret suam, præcluderetque hæreticorum cavillationes, ut Auctor insinuat. Sic tantùm Ephesina Synodus *ann.* 431. definiendo Mariam semper Virginem esse Deiparam, seù Matrem Dei, usa est voce Θεοτόκος ad profligandam hæresim Nestorii: Sic Ecclesia, & Concilia Patrem appellarunt *ingenitum*, nomen *Hypostasis, Incarnationis, Trinitatis*, licet in Sacris literis non usurpatum, adhibuere. Ex quibus apparet solemne fuisse Ecclesiæ novas hæresas novis nominibus profligare. De quibus, & similibus vocibus vide Petavium *de Trinitate, & Incarnatione*, aliosque polemicos Theologos, & Christianum Lupum *in Dissertatione* posthuma adjecta ad calcem secundi tomi, Venetæ editionis. *De Vocibus Substantia, Essentia, Persona, Subsistentia, Consubstantialitas, &c.* Sic denique in Concilio Lateranensi IV. conversio panis, & vini in Corpus, & Sanguinem Christi dicta fuit *Transubstantiatio*, quodque nomen Novatores insuper rejiciunt, quia in Ecclesia novum, insolens, peregrinum, & in Scripturis non legi, & ab Apostolis, & SS. Patribus non usurpatum, & tantùm ab Innocentio III. in Ecclesia invectum. De qua voce infrà cùm de Sacramento Eucharistiæ erit sermo. Igitur falsò Novatores calumniantur Tridentinum, quod usurpaverit formulam hanc *ex opere operato*, cùm clarè constet ejus sensus in Scripturis, & Dogma de efficacia Sacramentorum apertiùs explicatur. Nec obstat Apostolus 1. *ad Tim.* 6. *v.* 20. jubens vitari prophanas vocum novitates, ut objicit Kemnitius in 2. *par. Examinis p.* 115. Nam ut apprimè explicat Vincentius Lirinensis *cap.* 33. *Commonitorii*, ibi Apostolus jussit vitari dogmatum novitates, non vocum. *Quid est* prophanas? inquit, *quæ nihil habent Sacri, nihil Religiosi, ab Ecclesiæ penetralibus, quæ est Templum Dei, penitùs extraneas.* Prophanas, *inquit*, vocum novitates. *Vocum, idest dogmatum, rerum, sententiarum novitates, quæ sunt vetustati, atque antiquitati contrariæ.* Concludendum igitur est cum doctissimo Staphano Baluzio in *Notis* ad dictum locum Vincentii Lirinensis secundum ejus editionem *cap.* 24. *Unde colligere possumus posse Ecclesiam, cùm ea temporum necessitas est, nova verba invenire ad explicandam fidem Christianorum.*

Secundo reprehendunt loqutionem, quia operari cùm sit verbum deponens, passivè à Theologis, & à Tridens. Synodo malè, & imperitè acceptum fit. Equidem fatemur puriorem latinitatem non redolere dictam loquendi formam *ex opere operato*, quodque Tridentini Patres animadverterunt; sed quia absque ulla equivocatione fides tradenda erit, & cùm de rebus Theologicis accuratè magis, quam politè dicere solliciti sint Doctores Catholici, potius imitantes S. Augustinum in *Psalm.* 138. qui ne æquivoco laboraret, maluit ossum ossi, quam os ossi assumere. *Melius est*, inquit, *ut nos reprehendant Grammatici, quàm non intelligant populi*; & Bellarminus *lib. 2. de Sacram. cap. 1.* notat in Scripturis verba deponentia passivè sumi: ut ad Hebræos 13. *Talibus enim hostiis promeretur Deus.*

Denique sensum respuunt Hæretici, ut Auctor indicat, quia non virtute Sacramentorum remissionem peccatorum consequimur, & gratiam, sed dicunt solum Sacramenta uti externa signa excitare fidem, qua certò quis credit Deum remittere peccata: Verùm non est hic locus refutandi hunc errorem, satis Auctor probando virtutem, & efficaciam Sacramentorum illum evertit: & Lutherani sibi ipsis contradicunt, cùm infantibus asserunt prodesse Baptismum, qui neque fidem habent, nec se disponere valent, adeòque sua virtute, *ex opere operato* Sacramenta gratiam conferunt, ut notat doctissimus Episcopus Meldensium Jacobus Benignus Bossuet in *Histor. Variationum to. 1. lib. 3. §. 23.* Alii rejiciunt hanc formulam, eo quia asserentibus nobis Sacramenta causare gratiam *ex opere operato*, videtur ipsa Sacramenta esse causas primarias, & principales gratiæ: ut objicere videtur Calvinus *lib. 4. Instit. cap. 14. §. 17.* Sed satis nos fatemur Sacramenta habere efficaciam instrumentalem tantùm, subordinatam Divinæ motioni, uti causæ principali, & primariæ. Alii somniantur nos per opus operatum intelligere Sacramenta sua virtuta naturali, ac physica nostram justificationem operari: sed hoc falsum est. Aut idem esse *ex opere operato*, ac modo physico agere, asserendo Sacramenta physicè causare gratiam; aut fingunt alii nos per hanc phrasim affirmare Sacramenta agere per qualitatem insitam, inhærentem, & permanentem. Verùm malignè, ac imperitè calumniantur, confundentes id, quod inter Catholicos, salva fide, disceptatur, cum dogmate Catholicorum, qui asserunt Sacramenta ex se ipsis causas esse effectrices gratiæ, non ex fide, meritove subjecti, vel Ministri Sacramentorum. Ergo inquiunt Novatores omnes jam excluditis à suscipientibus præviam, ac debitam dispositionem, si Sacramenta, ut dicitis, causant gratiam *ex opere operato*, scilicet non ex fide, ac merito subjecti, vel Ministri? Quis non videt hos delirare, & cum umbris, ac larvis decertare. Fuitne Catholicus, qui affirmarit Sacramenta adultis prodesse absque prævia, ac requisita dispositione? Forsan Concilium Tridentinum definiendo Sacramenta conferre gratiam *ex opere operato sess. 7. can.* 8. à suscipientibus debitam dispositionem ademerit, cùm Orbem Catholicum docuit *sess. 6. cap. 7. unumquemque justitiam recipere secundum mensuram, quam Spiritus Sanctus partitur singulis prout vult, & secundum propriam cujusque dispositionem, & cooperationem*? & *sess. 6. cap. 6.* nonne enumerat dispositiones quibus adulti se præparare debent ad gratiam justificationis? Itaut ex his, aliisque locis meritò redarguit Hæreticos supra laudatus Bossuet §. 23. Sicuti antea idem Tridentinum *sess. 14. de Pœnitentia cap.* 4. os eorum obstruxit. *Falsò*, inquit, *quidam calumniantur Catholicos Scriptores, quasi tradiderint, Sacramentum Pœnitentiæ absque bono motu suscipientium gratiam conferre; quod nunquam Ecclesia Dei docuit, nec sensit.*

mentaliter, & à Deo principaliter, propter quod subditur *loc.cit. remittuntur eis*: Sed remissio peccatorum de facto fit per gratiam; ergo Sacramenta Novæ Legis causant gratiam. Insuper ad Titum 3. dicitur: *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis*, ubi illa particula (*per*) causalitatem importat; similiter Joannis 3. habetur: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei*; Ergo regeneratio, quæ per gratiam fit, tribuitur aquæ, & Spiritui Sancto, sicuti ad eam concurrit causaliter Spiritus Sanctus, ità concurrit suo modo etiam causaliter aqua baptismalis instrumentaliter, scilicet Spiritus Sanctus verò principaliter.

An Sacramenta Novæ Legis causent gratiam ex opere operato?

152 Et causant gratiam ex opere operato.

EST de fide ex Concilio Trident. *loco supra citato*.

Probatur, quia hæc est differentia inter gratiam, quæ confertur ex opere operantis, & illam, quæ confertur ex opere operato, quia datur solùm intuitu meriti ipsius operantis; eò quia dicit actum, per quem meretur tantam gratiam, & sic etiam justus eliciens actum caritatis meretur gratiam ex opere operantis; Gratia verò, quæ confertur ex opere operato est, quæ datur solùm intuitu ipsius operis, quod fit, non ratione dispositionis, quæ est in operante, & proindè suprà dispositionem, etiam si dispositio requiratur ad hoc, ut opus operatum non impediatur suo effectu, propter alium peccatum. Hoc enim est proprium omnium causarum, quæ si inveniant resistentiam, non possunt agere; nunc resumitur: sed Sacramenta Novæ Legis causant gratiam, ut suprà diximus, non ratione fidei, quam excitant, sed ratione ipsorum, undè gratia tribuitur; ergo causant gratiam ex opere operato ex virtute, quam habent ex passione Christi, qui operatus est salutem in medio terræ.

An infallibiliter causent Gratiam?

153 Ex parte Dei infallibiliter dat gratiam.

AFfirma: quantum est ex parte Dei. Trid. *sess. 7. can. 7.* ibi: *si quis dixerit nō dari gratiam per hujusmodi Sacramenta semper, & omnibus, quantum est ex parte Dei, etiamsi ritè ea suscipiant, sed aliquando, & aliquibus; anathema sit.* Ad hoc enim Christus instituit Sacramenta, ut practicè gratiam significarent. Joann. 2. & 3. Arriaga *tom. 7. disp. 7. num. 56.*

Quæ dispositio requiratur ex parte recipientis, ut Sacramentum gratiam conferat?

154 Cum peccato non recipitur gratia

DIversa Sacramenta, diversam exigunt dispositionem, prout cum de singulis dicetur. Unum tamen omnibus est commune requisitum, scilicet ut accedens detestetur peccatum sivè habituale, sivè actuale; non enim est capax gratiæ Sacramentalis existens in peccato habituali, vel actuali; cùm gratia ex se peccatum excludat.

An detur casus, in quo indispositus scienter recipere possit Sacramentum sine novo peccato?

155 Numquam eveniet, ut quis sciat se peccatorem, & recipiat Sacramentū sine peccato

NEga: Suar. *disp. 6a. num. 5.* Arriag. *loc. cit. num. 60.* contra Vasq. *tom. 2. disp. 207. cap. 1.* Lugo *disp. 9. sect. 1.* nam irreverentia gravis est impedire gratiam Sacramenti. Est enim scienter facere contra Christi Domini institutionem, ordinantis Sacramenta ad practicè producendam gratiam.

Dices cum Vasq. & Lug. celebrans, qui reminiscitur lethalis, si nequeat conteri, potest prosequi sacrificium, & communicare ad evitandam infamiam petendi Confessarium; ergo in tali casu dispositio detestationis flagitii non requiritur. 156 Motiva Vasquez, & Lugo.

Respondetur, Sacerdotem tunc debere conteri, nec infamiæ, sed devoti notam incurrere, Diluuntur.
si tantisper immoretur in conterendo, ut etiam teneretur contritionis actum elicere, si ei tunc obeundum esset. Nec impossibilitas prætexenda est Deo cooperante, adstante; conteri enim remedium necessarium, ordinarium, Deus impossibilitatum cancellis, aut difficultatum catenis longè non amandavit. Intra nos Spiritus residet bonorum, malorumque observator, & gratia Divina diffunditur, Utinam in multis non vacuè.

Quòd si eò res deveniat, ut quis cognoscat se non contritum, nec attritum facta omni diligentia (quod difficile videtur) tunc ex duobus eligat minus malum; & sic cōficiat sacrificium, & communicet; nam majus malum esset imperfectum relinquere sacrificium, quàm communicare cum indispositione.

An fœdatus veniali, non mortali, recipiat cum Sacramento gratiam?

AFfirma: nam peccatum mortale est obex gratiæ, quo remoto, Sacramenta gratiam producunt. Trid. *sess. 7. Can. 2. 5. & 6.* Arriag. *loc. cit. num. 62.* 157 Veniale nō officit gratię Sacramentū.

An omnia Sacramenta causent inæqualiter gratiam ex se?

AFfirma: ità ut digniùs Sacramentum majorem producat gratiam, nam operari sequitur adesse, & perfectiùs esse, ac digniùs majorem debet producere gratiam. Undè Eucharistia maximum Sacramentum, majorem, quàm Baptismus, Baptismus majorem, quàm Ordo, Ordo plusquam Matrimonium, & sic deinceps gratiam producunt. Idque probabile est, nam certum aliquid de hoc in scripturis non habemus, rectè observante Arriaga *loc. cit. n. 63.* 158 Sacramenta inæqualiter causant gratiam.

An juxta majorem dispositionem recipientis majorem conferant gratiam?

AFfirma: Trid. *sess. 6. cap. 7.* ibi: *qua videlicet ab eo donati renovamur spiritu mentis nostræ, & non modo reputamur, sed & verè justi nominamur, & sumus, justitiam in nobis recipientes, unusquisque suam secundum mensuram, quam Spiritus S. partitur singulis, prout vult, & secundum propriam cujusque dispositionem, & cooperationem.* D. Damascenus *lib. 4. de Fide cap. 10.* ibi: *Peccatorum igitur remissio omnibus æquè per Baptismum donata est: gratia verò Spiritus Sancti secundum proportionem fidei, & puritatis.* Idque non ut meritum, sed ut cognitio majoris gratiæ ex opere operato conferendæ, & Christus exigit ut sic fideles diligentiùs, devotiùs præparentur ad re- 159 Magis dispositio, major gratia confertur.

cipienda Sacramenta, saltem majoris gratiæ consequendæ spe.

160 Dignius Sacramentum majore gratiam cōfert.

Major autem dispositio sunt illi actus, qui prærequiruntur ad recipienda Sacramenta, qui actus si intensiùs producantur, intensiorem gratiam non merebuntur, sed habebunt.

Major tamen gratia habitualis sanctificans secundum quosdam est major dispositio; at probabiliùs id negandum est, quia Trident. ait, cooperationem disponere, quæ non est gratia habitualis. Insuper digniùs Sacrametum majorem gratiam sanctificantem producit; quia modus operandi sequitur modum essendi; ergo majorem gratiam digniùs producit Sacramentum. Sic Eucharistia maximum Sacramentum majorem, quàm Baptismus gratiam producit. Arriag. *tom.7. disp.10. num.63.*

An Sacramenta Novæ Legis instrumentaliter physicè conferant gratiam?

161 Sacramenta non dant gratiam per modum impetrationis.

Duo supponi debent ut certa in præsenti. Primum est, quod Sacramenta non causant gratiam per modum impetrationis, quatenùs Oratio Ministri conjuncta Sacramento impetret gratiam suscipienti, hoc est enim falsum; quia talis Oratio non ingreditur essentiam Sacramenti; ergo si Sacramenta sunt illa, quæ causant gratiam, ut suprà diximus, non causant illam impetrativè, quatenùs conjungantur Orationi Ministri.

162 Neque sunt conditiones gratiæ.

Secundum est, quod Sacramenta non sunt pura conditio, ad quorum præsentiam Deus confert gratiam, & sine quibus non conferret gratiam, ut voluit Durandus; ratio est, quia aliàs Sacramenta non haberent, nisi rationem signi, ut optimè probat D. Thomas, nam sicuti Rex statueret, ut qui afferret denarium plumbeum, acciperet libram aurei, denarius plumbeus esset solùm signum Regiæ ordinationis: ità si Sacramenta se haberent, ut conditio, ad cujus præsentiam Deus tribuit gratiam, essent solùm signum gratiæ; sed hoc est contrà Sanctos Patres, asserentes Sacramenta Novæ Legis non solùm significare, sed etiam causare gratiam, & contrà Trid. *sess.6. cap.7.* ubi dicitur, quòd Sacramentum Baptismi sit causa nostræ justificationis; Idqua nos suprà probavimus; ergo, &c.

Difficultas est, an Sacramenta Novæ Legis debeant esse causa gratiæ, ipsam producendo physicè, ut Instrumentum Dei per potentiam obedientialem, per quam ad talem causalitatem elevantur, ut communiùs volunt Doctores cum D. Thoma: An potiùs causent illam moraliter, ut voluit Cajetanus, aliique recentiores cum Scoto, quatenus sunt merita, & passio Christi, ratione quorum Deus movetur ad tribuendam gratiam.

Causa physica, & moralis quid?

163 Causa gratiæ aut est physica, aut moralis.

Duplex causa existit, de quibus in præsenti controvertendum. Prima est causa physica, altera est moralis causa.

Physica est, quæ per se immediatè influit, nulla cognitione requisita, nec volitate: ut ignis producit ignem: Moralis est, quæ media sui cognitione, & amore inducit agens ad operandum physicè, ut mandatum, exhortatio, consilium dicitur causa moralis homicidii, vel boni operis, quia hujusmodi cognita, & amata inducunt ad occidendum.

Qua differentia inter causam moralem, & conditionem.

Datur conditio, sine qua alius non operatur, & datur causa moralis, sine qua agens non operatur. Conditio est contritio, quæ non est causa moralis, nec physica gratiæ sanctificantis, sed est conditio, qua posita ponitur gratia sanctificans. Sic ramus viridis est mera conditio, & merum signum ad emendum vinum. 164 Conditio, & causa moralis differunt

Differt causa moralis à conditione, quia causa moralis cognita, & amata movet; conditio verò cognita, etiam non amata movet, sic ramus cognitus, etiam non amatus movet ad emendum vinum. Hinc patet:

Diversitas inter Sacramenta Novæ, & Veteris Legis.

Diversitas est, quia Sacramenta Veteris Legis erant meræ conditiones ad ponendam gratiam, non verò causæ nec physicæ, nec morales: Undè dicebantur Sacramenta vacua, & egena alamenta: sic Circumcisio cognita non amata movebat Deum ad conferendam gratiam, & consequenter erat mera conditio ad instar signi gratiæ conferendę. Licèt non desint, qui velint nec esse signum gratiæ, sed tantùm signum Populi Judaici, ità ut gratia conferebatur vi Sacramenti in statu naturæ, quod erat oblatio creaturæ ad Deum, quæ oblatio simul quando circumcidebatur, ponebatur in esse, & sic tunc conferebatur gratia, quæ poterat ante Circumcisionem conferri, si ante octo dies imminebat mortis periculum. 165 Sacramenta Vetera, erāt conditiones gratiæ.

Quotuplex sit causa moralis?

Causa moralis, quæ cognita, & amata movet ad operandum, est duplex. Una movet ex bonitate cognita amata jam existente, sic singulare eximium opus militis, movet Regem ad conferendum premium. Altera movet, ut possibilis præcognita, ad hoc ut existat. Sic sanitas possibilis, præcognita, amata, movet ægrotum ad illam procurandam, qua ratione dicitur causa moralis, licèt nondum existat. 166 Causa moralis duplex

Sacramenta Novæ Legis instrumentaliter physicè causant gratiam.

Probatur auctoritate Joannis 3. ubi dicitur: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, &c.* ubi significatur, quòd renascentia per gratiam tribuatur principaliter Spiritui Sancto, instrumentaliter verò aquæ, secundum quod docet Tridentinum *sess. 6. cap. 7.* ergo sicuti Spiritus Sanctus principaliter physicè causat gratiam, ità Sacramentum aquæ instrumentaliter physicè eamdem causare debet; nam nulla in Scriptura apponitur differentia: aliàs Sancti Patres non debuissent tantopere virtutem Sacramentorum extollere, & in primis Augustinus loco supra cit. dicit: *Undè illa tanta virtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat?* nec debuisset Basilius, Chrysostomus, & Ambrosius asserere esse inexplicabilem 167 Sacramenta physicè causant gratiā.

bilem modum, quo Deus per Sacramenta sanctificat.

168 Deus est causa principalis gratiæ per instrumenta Sacramentorum.

Secundo probatur, quia Deus est causa principalis gratiæ, & utitur Instrumento Sacramentorum ad gratiæ productionem, at Deus causat physicè: ergo etiam Sacramenta. Consequentia probatur, quia instrumentum causat eadem causalitate cum causa principali, & est proportionatum causæ principali, & ut accessorium sequitur naturam causæ principalis; ergo si causalitas principalis est physica, erit etiam physica causalitas instrumentalis causæ. Nec in hoc est aliqua contradictio; & sic valent Sacramenta à Deo adhiberi obedientialiter in productione physica gratiæ, & sic Sancti Patres dicentes gratiam à Deo infundi, intelliguntur tanquam à causa principali, ut sunt D. Hieronymus in *cap. 3. Isaiæ*, ibi: *Discimus quod homo tantùm aquam tribuat, Deus autem Spiritum Sanctum.* S. Cyprianus *de Baptismo Christi*. S. Ambrosius 4. *de Sacramentis cap. 5.* S. Augustinus *epist. 23.*

Probatur tertio ex Concilio Trid. *sess. 6. can. 6.* ibi: *Si quis dixerit Sacramenta Novæ Legis non continere gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre, sed quasi signa tantùm externa sint; anathema sit.* Ly *conferre*, ly *continere* exprimunt physicam causalitatem; non enim dicitur consilium continere occisionem.

Nec dici valet conferre Sacramenta gratiam in quantùm applicant, movent Divinam Voluntatem ad producendam gratiam: Sicuti nec dici potest homo generans causa animæ, in quantum ponit materiam, & disponit, qua Deus movetur ad creandam animam, & infundendam animam corpori. Et hanc opinionem secuti sunt D. Thomas *3. par. quæst. 62. art. 1.* ubi Cajetan. & *de veritate qu. 27.* Bellarminus *lib. 2. de Sacram. cap. 11.* Valentia *disp. 3. quæst. 3. puncto 1.* Bonacina *disp. 1. quæst. 4. puncto 6.* citans plures. Canedus *de Sacram. in genere cap. unico.* Reginaldus *lib. 26. num. 47.* Sayrus *5. de Sacram. cap. 3.* Leand. *tom. 1. tract. 1. disp. 3. quæst. 8.* dans duodecim DD. Gabriel à S. Vincentio *de Sacram. in genere disp. 4. qu. 2. §. nostra sententia.* Antonius à Spiritu Sancto *tom. 1. Directorii tract. 1. disp. 5. num. 116.* ajens gratiam educi ex anima, ut accidens ex subjecto, non verò creari. Capreolus in *4. dist. 1.* ubi Paludanus *quæst. 1. art. 2.* Argentina *qu. 1.* Ferrariensis *lib. 4. contra Gentes cap. 57.* Contradicente D. Bonaventura in *4. dist. 1. art. 1. qu. 4.* ubi Riccardus *qu. 2.* Gabriele *quæst. 1.* Durando *qu. 4. num. 10.* Scoto *qu. 5.* Molina *par. 1. qu. 45. disp. 2.* Vasquez *de Sacram. disp. 148. cap. 3.* Suario *disp. 9. sect. 2.* Coninck *qu. 66. art. 14. dub. 1.* Lugo *disp. 4. sect. 4.* Sancio *16. selectar. n. 6.* absolutè ajentes Sacramenenta causare moraliter. Arriaga *to. 7. disp. 10. n. 11. & disp. 11. n. 7. & 14.* ajente probabiliùs concurrere moraliter. Gaudentio *tom 7. tract. 1. disp. 4. qu. 2.* ajente utramque probabile, sed faciliùs causare moraliter. Rhodes *tom. 2. de Sacram. disp. 1. quæst. 7. sect. 3. num. 2. 3. & 4.* ajente posse causare physicè, sed de facto causare moraliter.

Solvuntur argumenta probantia causare tantùm moraliter.

169 Objecta.

OBjicies primo cum Arriaga *loc. cit. nu. 12.* nequeunt Sacramenta concurrere, nisi pro ultimo instanti verborum, at tunc nequeunt causare physicè, quia tunc non existunt cæteræ partes præcedentes formæ; ergo causabunt moraliter.

Confirmatur, Sacramenta non causant quamdiù sunt imperfecta: at sunt imperfecta, quădiù non completur ultima pars formæ; ergo causabunt moraliter post completum Sacramentum, & sic post completam ultimam partem formæ; ergo causabunt quando primo non sunt; nam tunc sunt completa; ergo causabunt moraliter, & sic concludit Vasq. *disp. 132.* dicens Baptismi, & Pœnitentiæ Sacramentũ causare gratiam in sequenti instanti: postquam fuit completum, cui resistit Lugo *disp. 4. sect. 5. nu. 114.* licèt Arriaga *loc. cit. num. 6.* asserat, posse dici recipere gratiam in instanti mortis immediatè post Baptismum contingentis.

Respondetur, Sacramenta causare gratiam in ultimo instanti temporis, in quo verificatur immediatè post Sacramentum, non erit, quod instans Deo innotescit, potenti elevare instrumenta ad gratię physicam productionem, quando enim Deus physicè principaliter gratiam producit pro eodem instanti instrumenta concurrunt à Deo adhibitis Sacramentis ad gratię productionem; nec necessum est, ut omnes partes simul coexistant; nam in rebus successivis, ut sunt formæ Sacramentales satis est, ut una existat post aliam partem. Sic dicitur existit dies hodierna, licèt multæ partes fluxerint. Rejiciuntur.

Igitur partes, quæ fluxerunt, dicuntur remanere in suo significatu complendo per ultimam formæ partem; & sic concurrunt in completa physicè parte totius ultima; sic globus dicitur totus tangere planum per punctum, ità Sacramenta dicuntur tota causare gratiam per ultimam partem existentem.

Ad confirmationem, in qua dicitur Sacramenta post quam sunt completa causare gratiam, negandum omninò, sed causant gratiam in ultimo instanti, in quo completur. Homo namque est completus homo habilis ad operandum in ultimo instanti, in quo est homo: sic Sacramenta in ultimo instanti, in quo sunt Sacramenta, causant gratiam, non postquam fuerunt Sacramenta.

Objicies secundo, Sacramentum producit gratiam in distans; ergo non agit physicè. Antecedens patet, quia Sacramenta sint signa sensibilia gratiam producentia in animam, quam non tangunt. Consequentia probatur, quia causa physica non agit in distans, sed agit approximata.

Resp. primo, antecedens esse falsum, quando passus est intra spheram activitatis: ut docuit nostra philosophia. Sic Sol producit aurum intra terram, licèt entitativè distet, quia intra spheram activitatis. Ita Sacramenta habere spheram activitatis, intra quam gratiam producunt; itàut existens Neapolim nequeat absolvere pœnitentem Romæ, nequeat consecrare Eucharistiam distantem, licèt possit absolvere reum, & consecrare panem existentem intra spheram præsentem.

Respondetur secundo, Sacramenta afficere totum compositum, & sic animam unitam corpori.

Tertio Respondetur considerandam actionem causæ principalis, quam agunt Sacramenta, quæ cum sit actio Dei, animam pertingit.

Obji-

170 Miracula nō sunt multiplicanda.

Objicies tertio difficiliùs: Non sunt multiplicanda miracula sine necessitate; sed si Sacramenta physicè concurrerent, multiplicarentur miracula sine necessitate; ergo Sacramenta non debent causare physicè. Maj. supponitur. Minor probatur, quia ut causent moraliter nullum miraculum exigitur, sed satis est si moveant amata, & cognita Deum ad gratiam conferendam; at si causent physicè, requiritur miraculum, ut eleventur, obedientialiter, & ut res materialis, accidens, vel substantia elevetur ad producendam gratiam supernaturalem; ergo multiplicarentur miracula.

Respondetur, in Sacramentis constituendis Christum Dominū erarium miraculorum indeficiens profusè effudisse, nec in illis currit principium; miracula non sunt multiplicanda, ubi major Christi gloria, & omnipotentia declaratur. Nonnè Christus Dominus remediis naturalibus poterat sanare ægrotos, cur ergo miraculis usus; Currit ergo illud principium in re naturali, in quibus rebus naturalibus non recurrendum est ad miracula: at in Sacramentis à se institutis, sicuti vitæ non pepercit, ità nec miraculis. Accedit, Patres in Sacramentis velle quòd contineant gratiam, quòd conferant gratiam cum Trid. *sess. 7. can. 6.* quæ continentia, ut supra visum est indigitat physicam actionem. Sacramenta ergo causant gratiam physicè, quando ultimo sunt: ità ut immediatè post non erunt. Si verò sint præterita, nec existant; quia aderat obex: tunc quando recedit obex, gratiam producunt moraliter, non physicè. Non physicè, quia non sunt: moraliter, quia adhuc remanent in acceptatione apud Deum, & Deum movent ad gratiam producendam. Suar. *disp. 8. sect. 2.* Dicastillus *tract. 1. disp. 2. n. 277.*

Nisi Christo major gloria accedat.

171 Possunt esse quoque causa moralis.

Sacramenta Novæ Legis habent etiam causalitatem moralem respectu gratiæ, est contrà, ut patet, quia ratione meritorum Christi, quæ continent, habent movere Deum ad conferendam gratiam, non posito obice ex parte suscipientis: Sed id, quod movet alium ad tribuendum aliquid, est etiam moralis effectus; ergo respectu gratiæ, Sacramenta sunt etiam causa moralis.

An Sacramenta causent gratiam quando ultimò sunt, & immediatè post non erunt?

172 Cùm ultimò sunt, & non erunt causant gratiam.

AFfirma: nam in hoc nulla repugnantia, & verificatur significatio verborum moraliter, & physicè, dicendo abluo, absolvo; itàut quando Sacramenta existunt, tunc verificetur absolutio, absque eo quod recurratur ad moralem præsentiam primi non esse. Suarius *disp. 8. sect. 2.* contra Vasq. *disp. 134.* dicentem, gratiam produci moraliter, quando Sacramenta non sunt: & sic concedit non producere gratiam, si pro primo instanti sui non esse baptizatus, vel pœnitens decederet, aut mortaliter peccaret, quo sensu esset Sacramentum informe, scilicet validum sine gratiæ collatione.

Quam gratiam Sacramenta producant?

OMnis cujuslibet Sacramenti gratia est ejusdem speciei justificans, reddens filium Dei, tollens peccatum, licèt pro Sacramentorum libera Christi diversa institutione, diversi communicantur alii effectus auxilii actualis, pacis animæ, salutis corporis, quidquid sit de possibili, nulla in oppositum urgente contradictione, Deum posse gratias sanctificantes etiam diversæ speciei producere.

Prima, & Secunda Gratia.

PRima gratia est, quæ tollit peccatum mortale, nam aliam gratiam in anima non supponit. Secunda gratia est, quæ supponit aliam gratiam, illamque auget, ac intendit. 173 Prima, & secunda gratia.

Sacramenta Vivorum, & Mortuorum.

SAcramenta Mortuorum sunt ex sa suppo-nentia peccatum mortale, ut Baptismus per se supponens originale. Pœnitentia per se supponens actuale mortale. Nam Sacramentum tollens mortale, veluti resuscitat, & sic quoad vitam spiritualem dicitur Mortuorum ad vitam revocandorum. 174 Sacramenta Vivorum, & Mortuorum

Cœtera Sacramenta sunt Vivorum, quia per se supponunt animam in gratia, & sic vivam vita spirituali.

Quando Sacramenta Nova Legis in diversis casibus conferant gratiam?

BAptismus, & Pœnitentia per se habent causare primam gratiam, propter quod vocantur Sacramenta Mortuorum, licèt per accidens possint causare secundam. 175 Baptismus, & Pœnitentia dant primam gratiā.

Constat, quia parvulis per Baptismum remittitur peccatum originale, & confertur proindè prima gratia; Imò etiam Adultis, cùm accedunt ad eum cum sola attritione; similiter per Pœnitentiam remittuntur peccata pœnitentibus, qui habent solam attritionem, quæ extrà Sacramentum non fuit sufficiens ad remissionem; ergò causant etiam primam gratiam: Sed ista Sacramenta sunt per se instituta ad remissionem peccatorum; ergo per se habent causare primam gratiam.

Secunda pars etiam probatur, quia Adultus, qui accedit ad Baptismum, & priùs per contritionem habet gratiam, recipit deindè aliam per Baptismum. Ità pariter si quis per actum contritionis existit in gratia, & accedit ad Pœnitentiam, recipiet ex opere operato aliam gratiam, quæ nequit esse prima, sed secunda. Quod hoc sit per accidens. Probatur, quia ipsa Sacramenta per se sunt instituta ad remissionem peccatorum; ergo per se sunt instituta ad dandam gratiam, quæ confertur in tali remissione: Sed gratia, quæ confertur in remissione peccatorum est prima; ergo per se sunt instituta ad dandam primam gratiam; ergo si conferunt secundam, non est per se, sed per accidens. 176 Per accidens possunt dare secundam.

Cætera Sacramenta per se habent causare secundam gratiam, propter quod vocantur Sacramenta Vivorum; per accidens verò possunt causare primam.

AFfirma: posse causare primam gratiam per accidens cum D. Thom. *3. par. qu. 72. art. 7. ad 2. & qu. 79. art. 3.* loquente de Eucharistia, & afferente attritum supernaturaliter putantem se contritum, recipere gratiam Eucharistiæ, nec ponere obicem gratiæ, qui caret ob 177 Alia Sacramenta dant secundā, licet per accidens dent primam.

ob ignorantiam conscientiæ peccati mortalis. Suarez *disp.73.sect.1.* Valent. *tom.4. qu.7. par.1.* Coninck *de Sacram. qu. 62. art. 1.* Præpositus *qu. 79. art.3.* Tannerus *de Sacramen. in genere qu.3. dub.5.* Arriaga *tom.7.disp.16.num.7.* contra Gabrielem in *4. dist. 4. qu.2.* Occamum in *4.dist.18.qu.8.* Vasq. *disp.205.* citantem D. Bonaventuram, Alexandrum, & alios. Hurtadum *disp.8. diffic.8. de Sacramen.* Lugonem *disp.12. sect.2.* volentes Sacramenta Vivorum non causare primam gratiam.

178 Probatur latiùs. Probatur, quia hoc sensu dicitur Eucharistia suscitare mortuos à S. Cyrillo Alexandrino *lib. 4.in Joann. cap.14.* à D. Damasceno *lib.4.de fide cap.14.* à Divo Justino Martyre in *responsione ad quæstiones propositas Christianis a Gentilibus in responsione ad 44.** Non autem mortuos suscitaret, nisi quandoque primam gratiam conferret, sic Christus Dominus faciliorem ad vitam stravit aditum attritis bona fide credentibus se esse contritos gratiam primam conferendo. Per se ergo Eucharistia supponit vitam, ast cibus Vivorum, ex Catechismo Pii V. per accidens tamen potest primam gratiam modo explicato conferre.

*Quem librū Eruditi Justino nō adscribunt.

Nec obstat Eucharistiæ præmittendam confessionem Sacramentalem. Trid. *sess.13. cap.7.* nam id non probat per accidens non posse conferre primam gratiam, secùs esset confessio præponenda omnibus aliis Sacramentis Vivorum, sed id sancitum fuit ad majorem reverentiam dignissimi Sacramenti Eucharistici.

Sacramenta etiam Mortuorum posse conferre secundam gratiam liquescit ex eo, quia Sacramenta conferunt gratiam non ponentibus obicem. Trid. *sess. 7. can. 6.* At deficiente peccato deest obex; igitur tunc gratiam augent præexistentem.

Clariùs explicatur tradita doctrina. Prima pars constat, quia cœtera Sacramenta non sunt instituta ad delenda peccata, & proindè supponere debent subjectum in gratia constitutum, ad hoc, ut possit ad ea dignè accedere ad recipiendos spirituales effectus ipsorum; ergo si habent causare gratiam, non erit prima, sed secunda.

Secunda pars est communis cum D. Thoma, qui infrà *quæst.72.art.7.ad secundum*, docet de Confirmatione, quod aliquando conferat primam gratiam, & *quæst.76.art.3.* Idem docet de Eucharistia, & probatur in quo statu id accidere possit, si quis scilicet existat quidem in peccato mortali, & tamen de eo invincibiliter non recordatur, & proindè accedit cum attritione supernaturali ad Eucharistiam, tunc recipit primam gratiam per accidens ex opere operato, quia si attritio in Sacramento Pœnitentiæ sufficit ad effectum gratiæ ex opere operato, non est cur hæc efficientia debeat negari Eucharistiæ, quando aliquis bona fide non accessit ad Sacramentum Pœnitentiæ, eò quia non putat se esse in peccato, & secundum hoc benè intelligitur cit. Trid. *sess.7.can.6.* quòd propterea Sacramenta conferant gratiam non ponentibus obicem, ut accidit in casu nostro, ubi obex peccati, quod ignoratur, tolli potest per attritionem in omnibus Sacramentis ex opere operato.

Sacramenta non conferunt gratiam ex opere operato, antequam suscipiantur.

Probatur primo, quia hæc gratia suscepturo promittitur realiter suscipienti. Ultimo enim Marci dicitur: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit* & Jo: 6. *Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum*; Undè gratia datur, quæ sit ex opere operato, quasi quòd, nisi Sacramentum operatum sit, ipsa non confertur. 179 Gratiam cōferunt dum recipiuntur.

Probatur secundo, quia alii effectus, ut character v.g. non confertur, nisi suscipiatur Ordo; ergo idem dicendum de gratia.

De Revivifcentia Sacramentorum.
§. II.

Sacramenta aliqua recepta in lethali voluntario valida, & informia, excepta Pœnitentia, de qua suo loco fatentur Theologi.

Reviviscere Sacramentum est Sacramentum in peccato mortali receptum sine gratia, recedente illo peccato, illam causare: nunc quæritur. 180 Quid sit Sacra...ta reviviscere.

An Sacramenta accepta cum obice, & fictione, deindè recedente obice, & fictione, gratiam causent.

Sacramenta accepta cum obice, & fictione, deindè recedente obice, & fictione gratiam causant.

Probatur, quia id in primis docetur de Baptismo à communi sensu Scholasticorum cū D. Aug. qui ait *lib.1. de Baptismo contr. Donatistas c.12. Sicut enim in illo, qui fictus accesserat, fit ut non denuo baptizetur, sed ipsa pia correctione, & veraci confessione purgetur, quod non posset sine Baptismo; ut quod ante datum est, tunc valere incipiat ad salutem, cùm illa fictio veraci confessione recesserit.* 181 Ablata fictione reviviscunt.

Et ratio hujus esse potest, quòd licèt Sacramenta recepta sint indignè, & peccaminosè, tamen cùm sint opera Dei, continentia virtualiter merita Christi, benè possunt ratione talium meritorum, quæ non obstante fictione, manent in Divina acceptione causare gratiam, si non sint impedita: sed recedente fictione non sunt impedita; ergo recedente fictione causant gratiam.

Confirmatur hoc magis discurrendo per singula, quia debemus dicere, quòd convenienter voluerit Divina benignitas, quòd Baptismus in illo, qui cum obice eum suscipit, non careat perpetuò suo effectu, cùm iterari non possit; Idemque dicitur de Confirmatione, & Ordine propter eamdem confirmationem. 182 De singulis Sacramentis fit sermo.

Similiter Matrimonium, & Extrema Unctio, cùm nequeant reiterari à contrahentibus constante conjugio, & in eadem infirmitate, eamdē virtutem habebunt; ergo nè dicatur ista non conferre gratiam Sacramentalem, hæc debebit conferri ablato obice. Suarez infrà *cit.§.secundo*, Undè D. Tho. in *4.dist.17.qu.3.art.4.qq.1.* ait de Pœnitentia: quamvis tunc concipiat absolutionis fructum, tamen recedente fictione percipere incipiet, sicuti etiam est in aliis Sacramentis.

An verò hoc dicendum sit de Eucharistia, dubium esse potest, cùm certum sit, quod Divus 183 Negant aliqui de Eucharistia.

vus Thomas in aliata auctoritate loquitur universaliter, quæ quomodo sit intelligendum, aliis disputandum relinquo, nè scilicet cogamur asserere Sacerdotem sacrilegè per totam vitam celebrantem, si in fine suæ vitæ emissa contritione confiteatur, & doleat, repentè fieri Sanctum propter gratiam receptam ex opere operato illorum sacrilegorum sacrificiorum, quod sanè videtur absurdum.

Sed affirmant Cajetan. *tom. 1. opusculorum tract. 5. qu. 3. & qu. 5. §. communi.* Petrus Sotus *de instructione Sacerdotum lect. 4. de Baptismo.* Arriaga *tom. 7. disp. 14. n. 16.* cit. D. Thomas in *4. dist. 27. qu. 3. art. 4. qq. 5. in fine*, ubi Serra, Antonius à Spiritu Sancto *tom. 1. Directorii tractat. 1. disp. 4. num. 100.* dans novem Doctores Rhodes *tom. 2. de Sacram. disp. 1. qu. 3. sect. 5. §. primo verba.* Diana *par. 3. tract. 4. resol. 15. & par. 5. tract. 13. resol: 30.* Caramuel *fundamentali num. 2991.* ajentes nullam assignabilem disparitatem inter unum, & alterum Sacramentum. Contra Suarium *disp. 28. sect. 6.* Lugo *disp. 9. sect. 6.* excipientes Eucharistiam; idque ne quotidie indigoè communicans etiam data opera, deindè in fine vitæ totam gratiam Sacramentorum sacrilegè susceptorum recipiat; quod non esse absurdum, ait Arriaga *loc. cit. n. 20.* nam id non est favore peccatoris, sed est gloria Sacramentorum, & spe recuperandi gratiã amissam peccator excitatur ad pœnitentiam, redundatque in gloriam Christi Domini, & Sacramentorum excellentiam nullo flagitio fœdandorum; itaut amittant numquam vim conferendi gratiam remoto obice.

De Dispositione requisita, ad hoc, ut Sacramenta Novæ Legis causent gratiam ex opere operato.

184 *Ut Sacramenta causent gratiã in adultis requiritur dispositio.*

IN Adultis existentibus in peccato mortali requiritur aliqua dispositio, adhoc, ut Sacramenta causent gratiam (loquimur de Adultis) quia constat parvulos nondom habentes usum rationis absque ulla dispositione, & motu liberi arbitrii recipere gratiam in Sacramento Baptismi, & emundari à peccatu originali.

185 *Probatur.*

Est certissimum, & deducitur ex Trid. *sess. 6. cap. 5. & 6.* ubi adducitur locus Actuum 2. *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum.* De Sacramento Pœnitentiæ verum est quoque ex Trid. *sess. 14. cap. 4.* requiri saltem dispositionem attritionis supernaturalis, alia verò Sacramenta sunt Vivorum, & per se non supponunt peccatum, & licèt aliquando possint causare primam gratiam, ut diximus, hoc accidit, si quis accedit cum debita dispositione attritionis.

An autem in iis, qui existunt in gratia, requiratur aliqua dispositio, ut possit eis conferri nova gratia Sacramenti?

186 *Justus absq; nova dispositione recipit gratiam Sacramentorum.*

REspondetur, probabiliùs esse nullam dispositionem requiri, si nullum ponatur obex peccati; Undè dicimus de Sacramento Eucharistiæ, quòd ad consequendum augmentum gratiæ habitualis, non requiritur actualis devotio, sed sufficiat si homo existat in gratia absque peccato mortali, dum accedit secundum majorem, vel minorem dispositionem, Sacramenta causant majorem, vel minorem gratiam ex opere operato in suscipientibus. Ex D. Thoma infrà *quæst. 69. art. 8.* ubi docet, quòd omnes pueri, quia in fide Ecclesiæ baptizantur, recipiunt æqualem gratiam; Adulti verò, quia per piam fidem accedunt ad Baptismum, recipiunt majorem, vel minorem gratiam, secundum quod accedunt cum majori, vel minori dispositione.

Probatur ex Trid. *sess. 6. cap. 7.* ubi agens de justificatione, quæ instrumentaliter fit à Baptismo, ait: *Justitiam in nobis recipientes, unusquisque secundum propriam cujusque dispositionem.* 187

Juxta dispositionẽ gratia cõfertur.

Colligitur, quia ratione dispositionis in suscipiente potest Sacramentum imperfectiùs: e. g. Matrimonium, causare majorem gratiam, quã Sacramentum perfectiùs: e. g. Eucharistia, suscepta cum minori dispositione, licèt semper gratia Eucharistica sit majoris perfectionis Sacramentalis, & modalis, quàm gratia Sacramenti imperfecti.

Attritio supernaturalis extrà Sacramentum non est sufficiens dispositio, ut gratia, quæ per obicem peccati non fuit causata à Sacramento, posteà reviviscat.

PRobatur, quia gratia, quæ non fuit causata à Sacramento, ad hoc, ut posteà reviviscat, requirit, quod tollatur obex peccati: Sed per attritionem supernaturalem non tollitur obex peccati; ergo talis attritio non est sufficiens dispositio extra Sacrameotum, ut gratia, quæ non fuit in Sacramento causata, reviviscat. 188

Attritio absque Sacramento non est sufficiens dispositio.

Ultimò, quòd Sacramentum ratione obicis non confert gratiam; at non reviviscit gratia recedente obice, secundum illum majorem excessum majoris dispositionis, per quem fictio tollitur, sed secundum determinatam rationem operis operati à Sacramento.

De Charactere.

§. III.

ALius effectus quorumdam Sacramentorum est, character, de quo primò inquirimus.

Quid sit Character?

SUpponendum est primo dari characterem impressum à quibusdam Sacramentis, quidquid in oppositum senserint hæretici nostri temporis, cùm hoc determinatum sit de fide, tam ab Innocentio III. in *cap. majores. de Baptismo*, quàm à Concilio Florentino in *decreto Unionis*, & à Trid. *sess. 7. can. 9.* ubi dicitur: *Si quis dixerit in tribus Sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione, & Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale, & indelebile, undè & iterari non possint; anathema sit;* Ubi patet, quod tantùm tria Sacramenta enumerata à Concilio imprimunt characterem, & non alia; quia dum de iis tantùm loquitur, tacitè negat de aliis: & ex eò, quòd Baptismus, Confirmatio, & Ordo imprimant characterem, infertur à Concilio, quod iterari non possunt; ergo cætera Sacramenta iterari possunt, cùm non imprimant characterem.

189 *De fide est dari Characterem.*

190 *Ex Concilio Florentino, & Trident.*

De-

191 Sacramenta ante Christũ non imprimebãt characterem.

De aliis Sacramentis ante Christum etiam dicendum est, quòd non impresserint characterem; tum quia non debet pro libito effectus iste supernaturalia tribui ipsis sine aliqua anctoritate, quæ non extat; tanto magis, quòd in lege naturæ non erat determinatus aliquis cultus Dei, sed Populus electus sola fide, & caritate ab aliis distinguebatur; ergo non erat necessitas characteris, qui ad designandas personas ad certum cultum Dei imprimitur: & licèt in Lege scripta esset determinatus cultus, quia tamen non ordinabatur ad aliquod spirituale sanctificans, quod consequendum erat ex merito Ordinis, sufficiebat carnale signacolum Circumcisionis. Undè Chrysostomus *Hom.2. ad Ephesios*, ait: *Obsignati sunt & Israelitæ, sed Circumcisione, quemadmadum pecudes.* Sic etiam in Sacerdotibus non fuit necessarium speciale signaculum, cùm ipsis non daretur potestas spiritualis effectus: & ità præter carnalem originem sufficiebat eis externa quædam Unctio, & Consecratio. Quare sic definitur character: Est quædam realis qualitas specialis, spiritualis, supernaturalis, indivisibilis, ordinata ad cultum Dei.

An sit quid reale physicum?

192 Character est quid reale, & physicum.

AFfirma: ex Trident. *sess.7. Can.9. & sess.23. Can.4.* ibi: *Si quis dixerit, per Sacram Ordinationem non dari Spiritum Sanctum; ac proindè frustrà Episcopos dicere: Accipe Spiritum Sanctum, aut per eam non imprimi characterem, vel eum, qui Sacerdos semel fuit, Laicum rursus fieri posse, anathema sit.* Ergo in Concilio ponitur distinctio inter characterem impressũ, & potestatem concessam in Ordine; ergo character imprimitur, ut quid physicè: Nec solùm est denominatio extrinseca relicta à Sacramento, qua homo à Christo Domino deputatur ad exercendas sacras actiones, ut docuit Durandus in 4. *dist. 4. qu. 1.* quem excusat, ac defendit à Doctorum censuris Vasqu. & Arriaga *tom. 7. disp.17. sect.3. num.13.* quia potestas conficiendi Sacramenta, quòd sit impressa, non infert esse quid physicum, ut patet in titulo Comitis, & cæteris signis nobilitatis. Sic in Apocalypsi character bestiæ, non est quid physicum, sed quid morale. Sic peccatum est in anima, licèt sit quid morale.

Placet ergo characterem esse quid reale supernaturale physicum in anima impressum, cum D.Tho. *3.par. qu.63. art.2.* Bonac. *disp.1. quæst.5. puncto* 2. Bellarmino *lib.2. de Sacram. cap.16.* Suar. cæterisque.

An character sit potentia activa, an merum signum potestatis?

193 Est potentia activa concurrens ad producẽdos effectus.

AFfirma: esse potentiam activam, cum Divo Thoma *3. par. qu.63. art. 4.* in argumento, *sed contra*, ubi Serra. & alii. Contra Arriagam *tom.7. disp.17. num.24. & 28. in fine*, citantem Suarium *disp.11. sect.3.* Vasquium *disp. 34. n.61.* Gabrielem in *4. dist.6. qu.1.* ubi Okam. *qu. 2.* ajentes esse merum signum ad placitum, speculativum, & contra Lugonem *sect.3. nu.38.* Salam *tom.1. in 1.2. tract.2. disp.8. sect.3. nu.61.* volentes non esse merum signum mortuum, sed esse qualitatem supernaturalem ex natura sua significantem Christum Dominum, hominem ejus ministrum, & Sacramenta ad quę conferenda dat jus.

Probatur, quia quamvis de hoc nihil ex scriptura colligi possit, & tantùm conjecturis agendum. Christus enim Dominus quolibet ex dictis modis instituere poterat, nam liberè instituit; tamen redundat ad ostendendam majorem gloriam, & potentiam Christi Domini, suorumque ministrorum, si characterem constituamus activum supernaturaliter, ut enim Sacramenta, ità character activè concurrere, & physicè, nullam imbibit repugnantiam, & Christi gloriam exaltat: quidquid autem ad majorem Christi gloriam dicimus, benè dici firmat D. August. & sic character Ordinis physicè instrumentaliter concorrit ad conversionem panis in Corpus Christi Domini simul cum Sacramentis; & quamvis talis character sit res spiritualis, concurrit ad actiones sensibiles Sacramenti, & ad gratiam sanctificantem insensibilem. Sic etiam character Confirmationis concurrit activè ad defensionem fidei, ad perferendas injurias, & labores propter fidem. Baptismi verò character habet rationem potentiæ passivæ, quatenus reddit baptizatum capacem Sacramentorum.

An sit qualitas supernaturalis?

AFfirma: cum communi. Arriaga *loco cit. num.28.* dicens posse esse rem naturalem ratione solius signi, cùm nihil definitum sit in Conciliis, scilicet esse rem supernaturalem. Gabr. à S.Vincent. *de Sacram. in genere disp.5. qu.5. §. secunda difficultas.* 194 Est qualitas supernaturalis.

Probatur, quia character est effectus Sacramenti; ergo supernaturalis, ut gratia etiam est supernaturalis. Secundo, quia efficit ministrum in ordine ad supernaturalia, scilicet ad recipienda, vel conferenda Sacramenta.

In quo subjecto recipiatur Character.

ALiqui recentiores cum Suario, & Vasquez volunt characterem immediatè imprimi in essentia, seu substantia animæ; Scotus verò, & sequaces arbitrantur in potentia non quidem intellectiva, sed volitiva: Sed contrà hoc sit. 195 Character in anima imprimitur.

Character immediatè subjectatur in potentia intellectiva, est D. Thomæ, qui manifestè hic *art.4. ad tertium* docet, dicens: *& ideò oportet, quod character sit in cognitiva potentia animæ, in qua est fides.* 196 In potentia intellectiva dicit D. Thomas.

Probatur: In illa potentia recipitur character, quæ elicere debet actus, ad quos eliciendos reservatur; sed hæc potentia est intellectus; ergo character recipitur in intellectu. Probatur minor. Character ordinatur ad protestandam fidem, vel ad exercendum aliquod aliud pertinens ad fidem; cùm sit objectum Divini cultus: sed protestatio fidei, & actus pertinens ad fidem, est actus Intellectus, ut id patet; ergo intellectus est potentia illa, quæ elicere debet actus, ad quos eliciendos deseruit character; ergo character imprimitur in intellectu.

Sed inhærere animæ, videtur docere Trid. *sess. 7. can. 9.* ibi: *Si quis dixerit in tribus Sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione, & Ordine non imprimi characterem in anima, hoc est* 197 Probatur inhęrere ipsi animæ.

est signum quoddam spirituale, & indelebile, unde ea iterari non possunt; anathema sit, Gabriel in 4. *dist.*6. *quæst.*2. *artic.*3. *dub.*2. Suarez *disp.* 11. *sect.*4. Vasqu. *disp.* 134. *cap.*4. contra Scotum in 4. *dist.*6. *qu.*11. Bassolum *ibidem quæst.*2. *art.*2. ajentes subjectari in voluntate. Contra cit. D. Tho. D. Bonaventuram, & Alexandrum apud Vasquez *loc. cit.* ajentes subjectari in intellectu, & voluntate. Contra quosdam Thomistas ajentes cum eorum Magistro subjectari in intellectu; patet quia expressè in Tridentino dicitur imprimi characterem in anima. Nomine autem animæ propriæ potentiæ non veniunt: Et ratio etiam id suadet, quia charactere anima subsignatur ad Christi militiam, sic gratia sanctificans ponitur in anima.

198 Adducuntur, & solvuntur objectiones.

Dices, character est signum peculiaris obligationis hominis ad Deum, quæ obligatio est voluntatis; In ipsa ergo voluntate hæret character.

Respondetur neg. consequentiam; nam in signum obligationis voluntatis, etiam corpus potest signari, ut in servis.

Dices, pro Thomistis character est lumen, lumen est in intellectu; ergo, &c.

Respondetur, gratiam esse ornamentum, & residere in anima, qua ratione character etiam in anima residet, cujus ornamentum est, & signum, & illuminat intellectum; sic insignia militaria in corpore illuminant militis intellectum, ut sit sui officii memor, quatenus ab intellectu militis conspiciuntur.

Dices cum D. Bonaventura, character est ad imaginem Dei, ergo debet esse in anima; & in potentiis simul Sanctissimam Trinitatem exprimentibus.

Antecedens non probatur, & quamvis probaretur, satis est, ut recipiatur in anima, cum qua ceteræ potentiæ sunt idem, vel ex qua emanant. Ex his fit;

Quæ Sacramenta characterem imprimant?

199 Baptismus, Confirmatio, & Ordo Characterem imprimunt.

TRia, Baptismus, Confirmatio, & Ordo. Conc. Florent. in *Decreto Unionis*. Trid. *l. c. c. majores, §. fin. de Baptismo*. Cetera verò Novæ, & Veteris Legis Sacramenta characterem non imprimunt; nam Christo ità decernente, fortè quia per hæc tria specialiter ad aliquod munus homo deputatur; per Baptismum ad simpliciter certandum, per Confirmationem ad fortiter, veluti ex Ordine equestri defendendo fidem, per Ordinem, ut Dux ad alios regendos, & subsidia militantis Ecclesiæ ministrando nomine Christi. Vel per Baptismum redditur quis capax recipiendi alia Sacramenta: per Confirmationem firmatur ad propugnandam fidem: per Ordinem redditur capax conficiendi aliqua Sacramenta, & illa ministrandi, ac sacrificandi. D. Thomas 3. *par. qu.*63. *art.*2.

Quæres hic, an character maneat post mortem?

200 Character etiam post mortem remanet.

REspondetur affirmativè, juxta mentem D. Thomæ, secundum quem simpliciter dicitur, quòd sit indelebilis, & secundum hoc docetur cōmuniter, quòd Christianus, & Sacerdos resurgens à mortuis, non debet iterùm baptizari, & ordinari, & etiam, quòd Sacramenta imprimentia characterem non possunt iterari, quia character indelebiliter manet etiam post mortem. Neque dici potest, quòd si destruatur, iterùm rediret ad produci; cùm non esset caput redeundi connaturaliter, & proindè deberet redire extraordinariè, & miraculosè, quòd esset inconveniens; Undè licèt si Beatus rediret in vita, illi denuò infunditur fides, hoc esset, quia gratia exigeret fidem connaturaliter in absentia visionis Beatæ, & ideò fides, ut passio gratiæ, posset connaturaliter infundi.

Ratio autem nostri sensus est, quia character est spiritualis, & est in subjecto spirituali, & nullum habet contrarium, ad cujus positionem destrui possit, nec etiam propter eandem rationem dici debet, quòd destruatur à Deo per modum concursus conservativi, quia suspensio hujus concursus fit ad exigentiam alicujus incompatibilia cum forma, formam destruendo: Undè in Beatis perseverabit ad gloriam; in damnatis vero ad ignominiam: sicut militaris character remanet in Militibus post pugnam ad gloriam; ad pœnam verò in victis, secundùm D. Thomam *quæst.*63. *art.*5. 201 Quia nullū habet contrarium.

Dices: In damnatis tollitur habitus fidei, & spei, ergo tollitur etiam character.

Respondetur negando consequentiam, quia ideò tollitur à damnatis fides, & spes, quia sunt habitus ordinati ad operandum; à damnatis non sunt elicituri hi actus fidei, & spei: Non autem eis tolli debet character, quia inservit ipsis ad pœnam, ut magis despiciantur ab aliis, quòd adscripti ad Militiam Christi, gloriam non sint consequuti, & propter hoc datur damnatis, ut possint videre characterem. 202 Etiam in damnatis.

An Character in altera vita denotet proximam potentiam conficiendi validè Sacramenta?

NEga: licèt remaneat cum remota; proxima namque potentia supponit potentiam dispositam, quæ proxima dispositio ad actum deest in alia vita; cùm pro viatoris bono sint Sacramenta instituta. D. Thom. 3. *par. qu.*64. *art.*7. *ad* 2. Suarius *disp.*13. *sect.*1. Philibertus *tract.*1. *de Ordine part.*3. *cap.* 6. *num.*3. contra Vasq. *disp.*234. *cap.*3. Palaum *tract.*18. *par.* 11. *num.* 6. motos, quia talis potestas frustranea est, ad alteram vitam, cùm nunquam reducenda sit ad actum: Cui satisfit motivo; quia character gloriam Beati, ignominiam damnati, etiam in altera vita operatur, & satis est, ut possit, licèt nunquam reducatur ad actum. 203 Character in altera vita denotat potentiam remotam conficiendi Sacramenta.

An character sit quidam ornatus animæ?

AFfirma: sicuti color est ornatus hominis. Arriaga *tom.*3. *disp.*17. *num.*28. 204 Est quidam ornatus animæ.

De Causis Sacramentorum.

CAPUT III.

NOs agimus hìc de causa gratiæ, quæ confertur in Sacramento, quia jam constat ex dictis causam meritoriam esse passionem Christi, causam principalem physicam esse Deum, instrumentalem verò physicam esse ipsa Sacramenta. 205 Minister instrumentaliter concurrit ad causandam gratiā.

Si autem quæratur, an Minister Sacramenti physicè instrumentaliter concurrat ad causandam gratiam.

Re-

Respondetur affirmativè cum D. Thoma hic *art.* 1. Homo potest operari ad intentionem, & ad effectum Sacramenti, in quantum per modum Ministri, non eadem est ratio Ministri, & Sacramenti.

206 Non quia conditio, sed propter suā potestatem.

Adverte, id non esse intelligendum, quòd Minister sit causa gratiæ per modum solius conditionis, & sine qua gratia non produceretur, etiam quando Sacramentum solùm verè gratiam producat eo modo, quo quis applicat ignem ad comburendum, sed solus ignis ab ipso applicatus comburit: sed est intelligendum, quòd verè habeat potestatem ministerialem respectu gratiæ, ut colligitur ex illo Joannis 20. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Et ex forma absolutionis, in qua Sacerdos absolvit à peccatis, quòd verificari non posset, nisi ipse hanc potestatem haberet.

Vide infra *num.* 218.

Quomodò verò concurrit Minister ad productionem gratiæ, an per solum influxum Sacramenti, quod conficit, an verò per alium influxum distinctum in Sacramento.

207 Minister cōcurrit per distinctū influxum cum Sacramēto ad productionē gratiæ.

Respondetur, probabiliùs videri dicendum cum Magistro, Serra, aliisque Thomistis, quòd sicuti res, & verba in Sacramento concurrunt per distinctum influxum integrantem unum totalem influxum, ità Sacramentum, & Minister concurrunt per distinctos influxus integrantes unum omninò totalem influxum; Ratio est, quia Minister est quid distinctum à Sacramento; ergo si ipse verè remittit peccata, per virtutem saltem partialem distinctam à Sacramento id efficiet, & proindè per distinctum influxum.

208 Qui tantùm ministrat Sacramenta nō dicitur causare gratiā.

Duo hìc nota. Primum est, quòd ille, qui solùm porrigit Sacramentum Eucharistiæ non habet causare ipse gratiam, & influxum ad talem effectum, eò quia non conficit, sed solùm applicat Sacramentum jam confectum ad causandum, secundum quòd, ut advertit D. Thomas *quæst.* 64. *art.* 5. *ad secundum.* Effectus Sacramenti non datur melior per meliorem Ministrum. Idemque habetur ex D. August. *lib.* 3. *c.* 11. *contra Donat.* ubi ait: Baptisma Christi non esse, nisi ejus cujus nomine datur, & ideò non fieri meliùs cùm per meliorem datur, nec deteriùs per deteriorem.

209 Melior Minister nō dat meliorem gratiam.

Quænam sit causa Sacramentorum?

§. I.

210 Causa, quæ instituit Sacramēta fuit Christus Dominus.

CAusa, quæ instituit Sacramenta Novæ Legis, fuit Christus Dominus: est de fide, ex Trid. *sess.* 7. *can.* 1. ubi dicitur. *Si quis dixerit Sacramenta Novæ Legis non fuisse omnia à Christo Domino nostro instituta; anathema sit.* Undè licèt Magister Sententiarum in 4. *dist.* 23. *quæst.* 1. *art.* 1. dicat, quòd Sacramentum Unctionis Infirmorum ab Apostolis fuit institutum: tamen intelligendum est secundum explicat D. Thomas ibidem *ad secundum*, quòd Magister dicit ab Apostolis institutum, quia per doctrinam Apostolorum nobis promulgata est ejus institutio, & juxtà hanc ampliationē Trid. *sess.* 14. *c.* 1. inquit: *Instituta est autem sacra hæc Unctio Infirmorum, tamquam verè, & propriè Sacramentum Novi Testamenti à Christo Domino nostro; apud Marcum quidem insinuatum, per Jacobum autem Apostolum, ac Domini Fratrem fidelibus commendatum, ac promulgatum.*

211 A quo omnia instituta immediatè, vide *num.* 77.

Nota verò primo, quòd causa institutiva Sacramentorum principaliùs fuit Christus, ut Deus: siquidem si Deus solus principaliter potestatem habet producendi gratiam, solùm ipse potest esse causa principalis instituendi signa practica, efficacia, infallibilia gratiæ; Causa verò instrumentalis institutiva Sacramentorum fuit idem Christus ut homo per humanitatem, tanquam instrumentum conjunctum Divinitati: Et ratio est, quia si Sacramenta fuerunt instituta à Christo, ut diximus ex Tridentino, & Christus est etiam homo, non potest etiam concurrere humanitas ad talem institutionem, non principaliter, ergo instrumentaliter: Congruum autem fuit Sacramenta institui à Christo, eò quia cùm ipse sit Caput Ecclesiæ, par erat, ut per seipsum primo fundamentum Ecclesiæ, quę sunt Sacramenta, statueret.

212 Christus ut Deus fuit Causa principalis Sacramentorum, quia Auctor gratiæ.

213 Ut homo fuit causa instrumentalis.

Nota secundo, quòd de possibili potuisset Deus communicare alteri homini potestatem instrumentalem instituendi Sacramenta.

214 Potuit à Deo elevari creatura ad instituenda Sacramenta.

Ratio est, quia nulla adest implicantia, quòd potestas instrumentaliter instituendi determinatas res, ad quarum præsentiam Deus ineffabiliter cōferat gratiam, conferatur homini creato, sicuti de facto humanitas Christi producta fuit instrumentum conjunctum talem potestatem habens, eò quia non esset potestas ad instrumentaliter creandum, quæ solùm repugnat creaturæ: Sed per talem potestatem determinandi res, ad præsentiam quarum datur ineffabiliter gratia, diceretur hominem instituere Sacramenta, etiam si potestas esset ab alio accepta; sic aliæ Ecclesiasticæ cęremoniæ ab Ecclesia sunt institutæ, & tamen potestatem Ecclesia accepit à Christo; ergo potuisset Deus communicare potestatem alteri homini instrumentaliter instituendi Sacramenta.

Nota tertio, quòd causa proxima ministrans, & efficiens Sacramenta est homo, & non exigitur, quod sit in gratia, neque quod sit fidelis.

215 Causa proxima, & efficiens Sacramenta est homo.

Prima pars constat, quia Minister Sacramentorum est ille, quem Christus instituit: Sed Christus instituit solùm hominem: tum quia ipse est verus homo: tum quia Sacramenta sunt pro hominibus instituta; quare ad servandam proportionem debent etiam ab hominibus fieri; ergo causa efficiens Sacramenta est homo; Ex quo infertur, & deducitur, quòd nec anima separata, nec Angelus possit (ordinativè loquendo) Sacramenta conficere; Verum tamen est, quòd solùm ad conficiendum Baptismum sufficit, quòd Minister sit homo. nec requiritur, quòd sit fidelis, quia potest etiam fieri à paganis, & non baptizatis; ad Matrimonium verò non sufficit, quod contrahentes sint homines, sed requiritur, quod sint fideles; eò quia Matrimonium non est Sacramentum, nisi inter baptizatos: ad reliqua verò Sacramenta conficienda præter esse hominem requiritur Ordo in causa efficiente.

216 Et Minister Baptismi potest esse etiā infidelis.

217 Ad conficiēdum Matrimonium requiritur ut sint fideles: ad reliqua requiritur Ordo.

An Minister sit vera causa instrumentalis Sacramenti.

§. II.

218 Minister est causa instrumentalis Sacramenti, vide *num.* 206.

AFfirmant: itaut non sit mera conditio sine qua non, ut est qui applicat ignem ad comburendum, sed habet potestatem ministerialem, quæ cum virtute Sacramenti concurrit etiam ad producendam gratiam, ità D. Tho. ejusq; Discipuli. Patet Joannis 20. *vers.* 23. ibi: *quorum remiseritis peccata, remittuntur eis;*

Et ex formulis : *te baptizo* : *te absolvo*, quæ indicant virtutem producendi gratiam in ipso Ministro ; enimverò qui applicat ignem ad comburendum , propriè non dicitur comburere.

An Beatus possit conferre Sacramenta ?

219 Beatus etiam cū corpore, potest cōferre Sacramēta

AFfirma : D. Tho. 3.*par.qu.*64.*art.*7.*ad* 2. apud Suarium *disp.* 13. *sect.*1. §.*atque ex his.* Arriag.*tom.*7. *disp.*18. *num.* 21.quia Beatus Sacerdos cum charactere habet potestatem, quando scilicet est Beatus etiam cum corpore, contra Lugonem.

An mortuus amittat hanc facultatem ?

220 Mortuus amittit hanc potestatem, si verò revivisceret ea uti potest.

AFfirma: nam desinit esse homo, at si revivisceret , sivè iterum mortalis , sivè immortalis,potestas reviviscit charactere non deleto : sicuti anima separata non est capax ut baptizetur, at si iterum uniatur corpori, baptizari valet : ità homine mortuo potestas cessat , quæ iterum reviviscit , si homo resuscitetur, ità Arriaga *loc.cit.num.*22.

221 Non requiritur ut Minister sit in gratia.

Secunda pars, quantum ad hoc, ut in Ministro non requiratur gratia,est definitum in Trident *sess.*7. *can.*12.in quo dicitur: *Si quis dixerit Ministrum in peccato mortali existentem , modò omnia essentialia , quæ ad conficiendum , aut conferendum pertinent, servaverit, non conficere, aut non conferre Sacramentum, anathema sit.* Quòd verò neque requiratur fides,optimè colligitur ex hoc , quòd hæretici possunt

222 Nec requiritur fides in Ministro.

omnia Sacramenta conficere,ut habetur *de consecratione dist.*4. ferè tota : dummodò omnia assentialia exigita apponantur. (5)

Sed distinctiùs inquires :

An Minister ut validè Sacramenta conficiat debeat esse in gratia ?

223 Ut validè conficiat Sacramenta nō exigitur status gratiæ in Ministro.

NEga: cit. Trident. *sess.*7. *can.*12. *de Sacramentis in genere.*D.Aug.*lib.*2.contra Parmenionem *c.*12.est contra Donatistas, & contra Albigenses,teste D.Antonino *par.*3.*tit.*11.*cap.*7. Wiclephum , & Hus referente Concilio Constantiensi *sess.*8.*&* 13. Sacramentum enim sanctitati Ministrorum perversitas non obest . *can. remissionem.*1.*quæst.*1.

An debeat esse in gratia, ut licitè Sacramenta conficiat ?

224 Requiritur tamen status gratiæ,ut licitè Sacramenta conficiantur.

DIstinguas: vel urget necessitas conficiendi Sacramenta, vel non . Nega, si urget necessitas , puta si aliàs quis moreretur inabsolutus , inbaptizatus ; itaut non detur nec tempus conterendi ; Deus enim vult tunc ex caritate illa Sacramenta administrari, & pro salute fidelis cedit reverentiæ Sacramenti , ut cessit propriæ vitæ. Vasq. *disp.*136. *cap.*3. Hurtadus *de Sacram.in genere disp.*4.*diffic.*9. Lugo *disp.*8. *num.*150. Pontius 1.*de matrimon.cap.*8. *nu.*11. Arriaga *tom.*7. *disp.*20.*num.*16.

Secùs si urgeat necessitas impatiēs moræ.

Affirma , si non sit necessitas . D. Augustin. *loc.cit.* est enim Dei instrumentum ad causandam gratiam.

An causa efficiens, & ministrans Sacramenta peccet mortaliter si existat in peccato mortali ?

CAusa efficiens Sacramentum in peccato mortali peccat mortaliter, est communis cum D. Thoma *quæst.*64. *art.*6.

225 Certum est cōficientem Sacramenta in læthali peccare mortaliter.

Probatur , quia Minister Sacramentorum debet se conformare Ministro principali , qui est Christus, juxtà illud Levitici : *Sancti eritis , quoniam ego Sanctus sum* : alioquin gravis injuria irrogaretur ipsi Christo ; ergo si Minister non sit Sanctus , graviter , seù mortaliter peccabit . Ex quo inferunt DD. cum eodem D. Tho. *in corp.* quòd hoc sit peccatum mortale ex suo genere , seù ex natura sua ; & sic debitum ministrandi in gratia non solùm

226 Et ex genere suo.

oritur ex præcepto positivo , perpetua traditione habito in Ecclesia , sed etiam naturali , supposita institutione Sacramentorum, eò quia contravenire ipsi pertinet ad irreverentiam Dei, & contemtionem Sacramentorum, quantum est ex parte ipsius peccatoris , ut loquitur D.Thomas.

227 Minister ex officio deputatos in peccato conficiens Sacramenta , peccat læthaliter.

Verùm, quia ministrare Sacramenta multipliciter accidere potest , itànt fiat primo à Ministro ex officio, seù consecrato,& proindè deputato ad hoc officium ; tunc si Minister non existat in gratia , utique peccabit mortaliter propter rationem supradictam: cùm in sanctis ministeriis , Sanctus etiam exigitur Minister , qui per se loquendo est Minister ex officio , ut loquitur hic Cajetanus.

228 Minister nō deputatus ex officio extra necessitatem conficiens Sacramenta in peccato, etiā peccat læthaliter.

Secundo potest accidere , ità ut fiat à Ministro non consecrato, & nec ex officio: ut si laicus baptizaret extrà casum necessitatis , & tunc etiam peccabit , non quidem Minister , cùm talis non sit ex officio,sed quia alieni muneris usurpator est, ut dicitur in *Can.quod quidam.*97. 1. *qu.*1. Et id tantò magis erit , si existat in peccato , quia cognoscens se esse indignum propter peccatum , audet , & præsumit alienum Ministerium sibi usurpare.

Ex

(5) Non abs re foret exagitare hic celebrem illam Quæstionem,quæ antiquitùs adeò perplexa visa fuit ipsis Patribus , & Conciliis , an scilicet Sacramenta collata ab hæreticis,schismaticis, & improbis Ministris essent valida , an potiùs essent reiteranda Sacramenta ab istis collata . Sed quia sufficere possunt Tyroni , quæ Auctor hic ex testimoniis Conciliorum, Pontificum, & Patrum *num.*221. *ad* 223. *&* 245. affert , tum quia infrà de Sacramento Baptismi mihi sermo, ubi occurrit veluti in propria Sede de errore rebaptizantium ab hæreticis baptizatos disserere, & dum de Sacramento Ordinis verba facturi sumus, occurrit quoque inquirere an Ordinati ab hæreticis, aut contra Sacros Canones validè essent Ordinati , ideo ibi remittendum me puto ; quia argumenta ferè omnia hùc collimant ad stabiliendum Dogma Catholicum, nempè Sacramenta ab hæreticis, schismaticis, infidelibus , & improbis Ministris collata valida esse , si adhibita sint essentialia Sacramentorum, ut definit Trident.*sess.*7.*Can.*12.*n.* 221.relatum: *Quæ Canonis doctrina* , inquit Guillelmus Estius in 4. *dist.*1.§.25. *cùm sit generalis, generaliter accipienda est de Ministro quocumque , in quocumque peccato mortali existente sivè sit occultè malus , sivè manifestè , sivè malus Catholicus sit , sivè hæreticus , aut quacumque ratione .* Quæ doctrina adeò vera visa est Calvino *lib.*4. *Instit. cap.*15. §.16. , ut in *Antidoto Concilii Tridentini* ad *sess.* 7.*Can.*12. nihil reposuerit,nisi *Amen*; Sicuti ipsi Kemnitio in 2.*parte Examinis pag.*157. non displicet Tridentini doctrina. Vide tamen laudatum Estium *loc. cit.* Cardinalem Bellarminum *lib.*1.*de Sacram. cap.*26. Juveoin in *Dogm.Hist.de Sacram.dissert.*1.*quæst.*5.*cap.* 1. *art.*1. aliosque.

229 Contrahẽtes Matrimoniũ in peccato, peccant solum recipiẽdo Sacramẽtũ, non conficiendo, ut infra n.231.

Ex quibus infero cum Soto, & aliis contra Navarrum, Vasquez, & alios, quòd contrahentes Matrimonium in peccato mortali, licèt peccent, quia suscipiunt tale Sacramentum in peccato mortali, non tamen aliud peccatum committunt, quia ministrant, & conficiunt Sacramentum in peccato; eò quia neque sibi usurpant alienum munus: cùm ipsi ex naturali necessitate sint ordinarii Ministri Matrimonii: neque sunt Ministri consecrati ex officio ad tale ministerium. A fortiori Parochus assistens Matrimonio in peccato mortali non peccat, quia non conficit Sacramentum, sed solùm tanquam testis publicatus necessariò requisitus assistit.

230 Minister sivè deputatus, sivè non in peccato existens in casu necessitatis nõ peccat cõficiendo Sacram.

Tertio accidere potest, quòd Minister sivè consecratus, sivè non consecratus ministret in peccato mortali in casu necessitatis: ut si baptizaretur puer jam jam moriturus, vel Sacerdos in peccato absolvat Infirmum jam jam moriturum: & dico, quòd tunc Minister non peccaret ministrans Sacramenta in peccato mortali, eò quia excusaretur ob necessitatem urgentem salutis proximi, quæ est finis Sacramentorum: nec tenetur elicere actum contritionis, nè scilicet dum conatur ipsum elicere, puer, vel Infirmus moriatur sine spirituali salute. Undè propter hoc benè docet D. Thomas, quòd ministrans Sacramenta in peccato mortali, sit peccatum ex genere suo, quia scilicet in aliquo casu, & individuo potest à peccato excusari, ut idem D. Thomas hìc *art.* 6. docet ad 3. de Sacramento Baptismi.

An tantùm Minister consecratus deputatus ad conficienda Sacramenta peccet mortaliter sine necessitate ministrando?

231 Igitur Minister consecratus deputatus in peccato absque necessitate conficiens Sacram. peccat mortaliter.

AFfirma cum D. Tho. 3. *p. q.* 64. *art.* 6. *ad* 3. obi Cajetan. Sylvest. v. *Baptismus.* Sanch. 2. *de matrimon. disp.* 6. *num.* 4. Bonac. *tom.* 1. *de Sacram. in genere disp.* 1. *quæst.* 3. *puncto* 2. §. 1. n. 2. citans decem, & octo Doctores. Scotus in 4. *dist.* 5. *quæst.* 2. *ad* 2. Gabr. à S. Vincent. *de Sacram. in genere disp.* 7. *quæst.* 5. Sà v. *Baptismus* 3. n. 5. plures apud Dianam *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 10. quindecim Doctores, quos sequitur Leander *tom.* 1. *tract.* 1. *disp.* 4. *q.* 5. cum multis *q.* 5. 6. *&* 7. inferens contra plures, indignos Ministros non consecratos, sivè Laicos, puta Obstetrices, sivè Clericos non peccare conficiendo Sacramenta. Idemque de Ministris Sacramenti Matrimonii, qui sunt Laici contrahentes asserit Cajet. Serra, Bonac. ceterique *supra cit.* & sic illi peccarent non indignè conficiendo, sed recipiendo indignè Sacramentum Matrimonii, sic docet etiam Suarius *disp.* 11. *sect.* 4.

232 Aliter sentiunt Vasq. & Arriaga.

Contra cit. Vasq. *disp.* 126. *cap.* 3. Arriag. *to.* 7. *disp.* 20. *num.* 4. ajentem sanctitatem Sacramenti sufficere, ut peccet etiam non consecratus, nec deputatus conficiens Sacramentum Baptismi, Matrimonii.

Et alii DD.

Contra Lamas *par.* 1. *methodi cap.* 1. §. 5. & *par.* 2. §. 11. Ledesmam *par.* 4. *Summa quæst.* 6. *art.* 6. Gandavensem *quodlibeto* 6. *qu.* 30. Cronsermem in Regula D. Francisci *cap.* 7. *lect.* 21. Vidal. in *Arca Theologica tit. de Ministro Sacramentorum in qu. nu. nu.* 69. ajentes nec consecratum indignè conficiendo Sacramentum peccare, motos, quia existens in peccato nõ ponit obicem gratiæ conficiendo Sacramentum; nec quis tenetur omne opus bonum facere existens in gratia, sed tenetur gratiæ obicem non ponere. Tertio, quia sanctitas Sacramenti utrobique in consecrato, & non consecrato Ministro urget; ergo uterque peccabit, ut docet Arriaga, vel neuter.

233 Sancta sancta sunt ministranda.

Probatur cum D. Tho. quia sancta à sanctis ministranda ut Minister est, qui per se deputatur, non verò qui urgente aliquo incidenti Sacramentum confert. Secundo, quia deputatus consecratus habet specialia auxilia ad rectè suum munus exequendum: & sic debet esse ex officio sanctus, & injuriam specialem Sacramento irrogat indignè administrando; & in suo officio in re gravi delinquit se difformando etiam per inimicitiam à principali, cujus est instrumentum causativum, quæ ratio cessat in non consecrato. Tertio patet ex *cap. fin. de temporibus ordinat.* ex *cap. fin. de cohabitatione Clericorum, & mulierum.*

Ex quibus etiam patet solutio rationum, quibus movetur tertia sententia, idest opinio Lamas, & aliorum supra.

234 Nec obstat *cap. quæsitum. de temp. ord.*

Dices, obstat text. in *cap. quæsitum. de temporibus Ordinationum*; ubi Pontifex districtè præcipit, nè Clerici criminum Rei exerceant Ordines; ergo etiam si non conficiant Sacramenta, peccant mortaliter.

Respondetur cum Vasq. & Arriaga *loc. cit. num.* 7. textum ibi tantum loqui de Sacerdotibus, & aliis malis publicè cum scandalo exercentibus actum Ordinis.

Si autem quæras, utrum existens in peccato, ad hoc ut ministres Sacramenta extrà casum necessitatis, debeat priùs confiteri?

235 Non requiritur semper confessio extra casũ necessitatis, sed sufficit contritio.

REspondetur, quòd id non sit necessarium, sed sufficit, si eliciat actum contritionis, per quem justificetur: imò excusari potest à peccato, si solùm eliciat attritionem, quam tamen non invincibiliter putat esse contritionem (quod non affirma:) quia tunc licèt non sufficit ne ei peccatum remittatur, tamen bona fide operatur.

An sufficiat Ministro per contritionem se reddere dispositum pro administrandis Sacramentis?

236 Excepta Eucharistia.

AFfirma: excepta Eucharistia requirente confessionem ob singularem ejus excellentiã. Trid. *sess.* 13. *c.* 7. Suar. *disp.* 16. *sect.* 3. Vasq. *disp.* 136. *cap.* 1. Hurtad. *disp.* 4. *diffic.* 9. Lugo *disp.* 18. *num.* 145. Arriaga *loco cit. num.* 56. *in fine.* contra Marsilium in 4. *quæst.* 12. *art.* 1. *q.* 5. Molphesium *par.* 1. *Summa tract.* 7. *cap.* 10. n. 15. Si tamen contritio non possit haberi, tunc in omnibus confessio exigenda.

An inserviens sacrificio indigni Ministri peccet?

237 Peccat qui inservit indigno de jure.

DIstinguas: vel minister nequit dignè actionem exercere de jure, puta quia est excommunicatus, irregularis, & peccat tunc inserviens.

238 Si adest utilitas inservičtis, potest

Vel actio illa digna potest fieri contritione præmissa, & subdistinguas: vel inservienti aliqua utilitas, vel nulla continget utilitas.

Si aliqua utilitas obveniet, puta lucri aliàs amit-

amittendi, vel repellendi ab officio, vel satisfaciendi præcepto, & tunc non peccat.

Secùs si nulla adsit.

Si nulla adsit utilitas, tunc tenetur non inservire indignè ministranti, si non inserviendo ille non celebrabit; nam tenetur impedire peccatum quantum potest sine suo damno. Arriaga *tom.7.disp.19.num.26.*

Quæres secundò, an Confessarius peccet audiendo confessionem in peccato, cum animo eliciendi actum contritionis, ante absolutionem Sacramentalem?

239 Audiens confessionē peccatorum in peccato non peccat, si ante absolutionem se conterat.

REspondetur, aliquos Doctores velle, quòd non peccat, eò quia materia peccatorum non ponatur à Sacerdote, sed merè passivè se habet, & hoc quidem admitto esse probabile, si talis Confessarius putaret non esse magnum periculum, cùm eliceret contritionem ante absolutionem Sacramentalem; idem affirmant alii de tempore, quo imponitur pœnitentia, eò quia non imponitur ad augmentum gratiæ Sacramentalis, sed solùm ad remissionem pœnæ. Diana *de circumstantiis aggravantibus resol.41.* Dicastillus *disp.3.dub.11.n.220.*

Quæres tertiò, an Sacerdos, qui communicat aliis hostias consecratas ab alio, existens in peccato mortali, peccet mortaliter?

240 Sacerdos ministrans hostias ab alio consecratas non peccat mortaliter.

REspondetur, probabiliùs videri non peccare mortaliter, quia talis actio non est Sacramentalis, hoc est confectiva Sacramenti, & proindè non constituit Sacerdotem Ministrum Dei, cui tenetur conformari; nec etiam est causa instrumentalis gratiæ, sed tantùm se habet, ut applicans Sacramentum ad conferendam gratiam; Idem dicendum est de Sacerdote transferente hostiam de uno loco ad alium, vel elevante hostiam consecratam de luto, vel de terra in peccato mortali, quia potiùs hoc esset officium religionis, & virtutis, si non adsit alius Sacerdos, qui dignus posset illam elevare, ut loquitur Sotus. Idem asserunt alii, si hoc fiat à laico in absentia Clerici.

241 Ex quo plura infertur

Ex quo infero, quod neque peccat Episcopus benedicens Oleum Sanctum in statu peccati mortalis, quia talis actio non est Sacramentalis, sed solùm confectiva materiæ, quæ deservit ad Sacramentum.

Quæres quartò, quid dicendum sit de Diacono, Subdiacono, & aliis Ministris inferioribus?

242 Diaconi, & alii Ministri inferiores nō peccant mortaliter cum læthali exercentes officium.

R   Espondetur, hos omnes non peccare mortaliter exercendo eorum officium in peccato mortali, quia eorum ministeria non est actio Sacramentalis confectiva Sacramenti, & licèt quando illi ordinentur, gratiam adhuc recipiant, tamen imperfectæ actionis, quæ exercitium adjuvet, quòd cū non sit ità strictè obligatio, ut est in Sacerdote, ut loquitur Sotus: imò puto, quòd etiam excusarentur à peccato veniali, si operarentur cum debita reverentia. (6)

Idem dicendum est de Prædicatore, quòd non peccat prædicando in peccato mortali, quia non est actio Sacramentalis confectiva gratiæ, licèt possit peccare mortaliter, si peccatum ipsius esset publicum, ratione cujus contemptibile fiat verbum Dei, vel si abuteretur concione cum profana narratione, & incitante potiùs ad malum. 243 Idem dicas de Prædicatore.

244 Et exercere Jurisdictionem, & alia.

Eadem ratione sentiendum est, quòd exercere actum Jurisdictionis spiritualis, ut judicare, excommunicare, benedicere aquam, Virgines, & Abbatissas, consecrare loca, vestes, & vasa sacra, non sit peccatum mortale, si fiant in mortali, eò quia nulla harum actionum Sacramentalis.

An verò intercedat saltem peccatum veniale exercere aliquas prædictarum actionum, quas numeratiùs pensandum est ex gravitate ministerii, & reverentia, qua exercetur; Undè licet affirmare esse veniale porrigere aliquem Eucharistiam in peccato mortali; eo quia irreverentiæ videtur tantùm venialiter culpabilis Auctorem vitæ iniquis manibus trahere, tamen de omnibus aliis actionibus universaliter id non affirmo, sicuti neque est veniale, si Judex, in peccato mortali existens, judicet.

An liceat recipere, & quando petere Sacramenta à malis Ministris?

§. III.

245 Explicatur Can. *Sciscitantibus.*

IN Canone *Sciscitantibus 15. quæst.8.* hæc leguntur: *ab eo (usquequò judicio Episcoporum reprobetur) communio percipienda est, quoniam mali bona administrando se tantùm lædunt, & cerea fax accensa sibi quidem detrimentum præstat, aliis verò lumen in tenebris administrat, & unde aliis commodum exhibet, inde sibi dispendium præbet. Sumite ergo intrepidè ab omni Sacerdote Christi mysteria.* Hactenus Nicolaus Papa Bulgaris sciscitantibus an à Sacerdote in adulterio comprehenso, vel de eo infamato, liceret Sacramenta accipere, & concludit licere ad Consulta Bulgarorum *cap.71.*, rationemque assignat D.Tho. *3.par.qu.64.art.6.* quia tunc suscipit à Ministro, ut Ecclesiæ Minister est, non ut talis persona est.

Concludit etiam textus non licere recipere ab illis Ministris, qui non sunt tolerati, ibi: *usquequò judicio Episcoporum reprobetur*: & non toleratus est per sedulonem esse suspensum, interdictum, excommunicatum. ex Bulla Martini V.

246 Tempore D. Thomæ omnis excommunicatus, vel suspensus, erat vitandus.

Minister itaque malus alius est ille, qui est toleratus ab Ecclesia, & non est vitandus, alius verò non toleratus, & vitandus. Minister non toleratus tempore D.Th. *loc.cit.ad 2.* erat quicūque excommunicatus erat, vel suspensus: Sed post Concilium Constantiense, & in Bulla Martini V. in Extravag. *Ad evitanda*. Solùm notoriè percussores Clericorum, & nominatim excommunicatus, vel suspensus, vel alia censura nominatim adstrictus, est non toleratus ab Ecclesia: E contra Minister toleratus est ille, qui non est hujusmodi; quantumvis malus, & publicus concubinarius, & notoriè excommunicatus; imò etiam irregularis; quia aliàs Constitutio Martini V. non esset in favorem, si non comprehenderet in numero Ministri tolerati, etiam irregularem, quia sic neque comprehenderet excommunicatum, qui si celebret, aut exerceat officium Ordinis, statim efficitur irregularis.

247 Qui sint tolerati, & qui vitandi.

Ve-

(6) Sed veriùs est, quòd peccent venialiter, qui existentes in mortali aliquam irreverentiam [illegible] gant Sacro Ministerio. De Prædicatore, vide quæ docet D.Thomas in *4.dist.19.q.1.art.2.q.2.*

Verùm; quia multis abdita difficultatum involucris hæc veritas quatitur, quibusdam regulis tradenda est,

CANON I.

248 Non licet recipere, aut petere Sacramenta ab illo, qui nulliter ea faceret.

NUnquam licet recipere, aut petere ab illo, etiam parato, qui nulliter Sacramentum conficit, puta si non sit Sacerdos. Nam nullo fine honestari valet, cùm Sacramentum non recipiatur, & ille nonnisi peccando ministerium exercere valet.

CANON II.

249 Si adsint bonus, & malus Minister nō licet à malo petere.

ADstantibus bono, & malo Ministro nunquam licet petere à malo sivè parato, sive non; nam cavenda sunt duo mala. Primum irreverentia Sacramenti ab indigno ministrati; enim verò Sacramenti Sanctitas exigit Sanctitatem Ministri. Secundum malum est offensa Dei, quam cavere tenemur ex caritate erga Deum, quando possumus sine incommodo, prout infrà.

250 Etiamsi sit paratus.

Nec prodest Ministrum esse paratum, nam etiam Minister paratus injuriam facit Sacramento, & sic illam vitare tenemur, & ità docent Arriaga *loc. cit.* Leand. *tom. 1. tract. 1. disp. 1. qu. 1.* citans novem Doctores Sanch. 1. *Decal. cap. 7. num.* 15. Vasq. *opusc. de scandalo art.* 8. *dub.* 3. Valentia 2. 2. *disp. 5. qu. 21. puncto* 4. Palaus *tract.* 2. *disp.* 1. *qu.* 1. *art.* 2. Serra *loc. cit.* contra Sotum in 4. *dist. 1. qu. 5. art.* 6. ajentem à parato posse peti.

CANON III.

251 In extrema necessitate licet petere à non parato, non tolerato, malo Ministro.

AD cavendam extremam necessitatem licet petere etiam à non parato, non tolerato malo Ministro. Nam caritas erga se ipsum dat jus exigendi, & Minister habet debitum ex caritate succurrendi, & sibi imputet, si nolit corrigi, & conteri; nam in tali necessitate excommunicatus non toleratus contritus licitè Sacramenta ministrat Sotus in 4. *dist. 1. quæst. 5. art. 6.* & licitè ministrare patet, quia aliàs non liceret illum inducere ad ministranda Sacramenta, nam esset inducere ad peccatum, & peccato cooperari, quòd semper est malum.

252 In tali casu Minister nō contraheret irregularitatem.

Et talis Minister non toleratus in tali extrema necessitate ministrans necessaria Sacramenta non contrahit irregularitatem, quia non peccat ministrando. Serra *loco cit.* Diana *par.* 10. *tract. 16. resol.* 27. Dicastill. *tom. 1. tract. 1. disp. 3. dub. 10. num.* 220.

Difficultas autem est:

An id currat solùm in Sacramentis necessariis ad salutem, an etiam in aliis non necessariis, puta in ministrando Extremam Unctionem, Eucharistiam?

253 Id currit tātùm in Sacramētis necessariis ex divino Præcepto.

DIstinguas: vel alia Sacramenta sunt necessaria ex divino Præcepto, vel non. Si necessaria ex divino Præcepto: tunc ministrari poterunt etiam à non tolerato, infideli, hæretico, apostata, quia divinum Præceptum prævalet humano. S. Tho. in 4. *dist.* 5. *quæst.* 2. *art.* 2. *qq.* 5. ibi: *nisi necessitate, in qua posset etiam à Pagano, & Judeo recipere.* Cajetan. 3. *par. qu. 64. art. 6. §. in eadem.* Sotus in 4. *dist. 1. qu. 5. num. 6. circa finem.* Serra 3. *part. quæst. 64. art. 6. dub.* 2.

Si verò Sacramentum non sit necessarium ex divino præcepto, nec ob extremam necessitatem. Et tunc subdistinguas: vel est moraliter quantum fieri potest de sua salute securus, vel dubitat.

Si prout, & quantum in hac vita haberi potest, est tutus aliorum Sacramentorum receptione: & tunc non potest ab indigno Sacramenta petere, nec recipere, urgente præcepto Ecclesiæ non suscipiendi à Ministro non tolerato, obligante semper ac necessitas leges non solvit. Doctores citati.

254 Et in dubio suæ salutis.

Si verò in ancipiti sit salutis alea ob incertitudinem doloris supernaturalis, vel requisiti; & tunc potest Sacramenta alia recipere, quibus ex attrito fieri potest contritus. Doctores apud Serram *loc. cit.* Enim verò consulere animæ in tanto æternitatis discrimine, quis sibi pro viribus omnibus modis tenetur: nec id Ecclesiæ ingratum saluti fidelium studenti, cùm ejus potestas in ædificationem, non in destructionem sit. Canone *Si quidem.* 24. *qu.* 1. Trid. *sess. 14. c. 7.* & ità recipio Dianam *p. 10. tract. 11. res. 64 & par. 5. tract. 3. resol.* 49. Zambranum *de Sacram. Eucharistia cap. 3. dub. 7. num.* 2. Leandrum *tomo. 2. tract. 7. disp* 4. *quæst.* 22. contra Kelisonium 3. *par. quæst.* 82. *art.* 2. ajentes, Eucharistiam posse ministrari moribundo ab excommunicato non tolerato, & ab heretico. Hurtad. *de Sacramentis in genere disp. 4. diffic.* 12. ajentem posse ministrari Extremam Unctionem.

CANON IV.

255 Absque necessitate, sed cum utilitate licet petere à malo Ministro.

SIne necessitate, sed cum utilitate licèt petere à tolerato malo Ministro.

Nam nemo debet propria utilitate carere ex alterius malitia, & Ministro indigno tribuendum, nolenti se conterere. Caritas namque non adstringit ad succurrendum illi, qui sciens volens præcipitio se vult collidere, sed obligat ad succurrendum existenti in aliqua necessitate gravi, vel extrema. Arriag. *loc. cit. num.* 21. Sic licèt mihi à fure petere rem meam, etiamsi constet illum denuò negando peccaturum, non enim amisi jus meum ad petendùm, quod mihi est utile, ob negantis nequitiam. S. Tho. 2. 2. *quæst. 78. art.* 4. ubi Cajetan. plures apud Leandrum *tom. 1. quæst. 10. de Sacramentis.*

Hinc ut quis satisfaciat præcepto Ecclesiæ, audiendi sacrum, sivè recipiendi communionem, potest petere ab indigno, ut sacrificet, deficiente digno Ministro. Imò ut recipiat fructum communionis, nam est valdè utile, nec tenetur à tali fructu spirituali abstinere, ne Minister peccet, nec tenetur scandalum tunc merè passivum vitare cum suo incommodo. Bonac. *disp. 1. quæst. 26. puncto 5. num.* 2. quo sensu possunt recipi plures citati à Leandro *tom. 1. tract. 1. disp. 5. quæst. 9. & 10.* Arriaga *loc. cit. num. 22. in fine*, dicens utilitatem augmenti gratiæ ex Sacramento satis esse ad petendum à malo Ministro.

CANON V.

256 In necessitate licet inducere malū Ministrum non Parochū, aut pa[r]atum.

IN casu tamen magnæ necessitatis licitum est petere, & inducere ad conferenda Sacramenta Ministrum malum toleratum ab Ecclesia

clesia, etiamsi non sit proprius Parochus, & paratus.

Probatur, quia quod postulat lex charitatis, licet petere ab aliquo, etiamsi non sit paratus, neque teneatur; sed in casu magnæ necessitatis lex caritatis postulat Sacramentum; ergo licet petere Sacramentum ab aliquo, etiamsi non sit Parochus, nec teneatur; quòd verò ipse sit malus Minister, nō intenditur à petente, qui eo utitur ad bonum suæ necessitatis; Undè sicuti licet inducere ad ministrandum Sacramentum Parochum malum, eo quia tenetur ex justitia: ità licebit inducere alium malum Ministrum, qui tenetur ex caritate.

Adverta tamen hìc, quòd si malus Minister solùm sit malus, quia in peccato est, potest Sacramentum ministrare in necessitate, absque eo, quòd mortaliter peccet, ut supra diximus, & manifestè docet Sotus in 4. *dist.1.quæst.5.art.6.* nè scilicet dum ipse conatur elicere actum contritionis, magna necessitas superet, nec indigenti subveniatur, & proindè amitteretur opus, ad quod tenetur ex caritate. Si verò sit excommunicatus, & non potest absolutionem ab excommunicante pro tunc impetrare, quia est reservata Superiori, quem tunc adire non potest, & aliàs petentem Sacramentū vult ab ipso accipere, eo quia tenetur, ut Parochus ex justitia, vel ex charitate: si non sit Parochus, neque peccat ministrando Sacramentum in excommunicatione, nec etiam fieret irregularis. Dicastillus *to.1.tract.1.disp.3.dub.10.n.220.qq.5.* quia irregularitas ex delicto incurritur propter culpam, & peccatum. Peccaret verò, & esset irregularis, si possit ante administrationem Sacramenti ab excommunicatione absolvi, aut licitè, absque eo quod peccet contra justitiam, & caritatem, repellere petitionem fidelium.

CANON VI.

257 In necessitate licet ab hæretico, & infideli Ministro Sacramenta petere.

SI necessitas sit extrema, licitum est recipere Sacramentum à Ministro etiam non tolerato, quamvis infideli, & hæretico, quod tamen ex divino Præcepto necessariò sit recipiendum in extrema necessitate. D.Thomas in *4.dist.5.qu.2.art.2. quæstiunc.5.* dicentis, malus Minister si sit projectus, tunc peccat ab eo recipiens Sacramentum, nisi in necessitate, in qua posset etiam à Pagano, vel Judæo suscipere; Undè si *quæst.64.art.6.* peccare dicit, qui accipit à Ministro non tolerato Sacramentum, intelligitur extra casum necessitatis.

258 Minister vitandus caret jurisdictione

Et probatur, quia Minister non toleratus caret potestate jurisdictionis, & illam habet in casu extremæ necessitatis, in quo Ecclesia à nullo Ministro illam aufert, & aliàs instat divinum Præceptum recipiendi Sacramentum necessarium, nec Ecclesia prohibet, fidelibus recipere illa à Ministro non tolerato; ergo in extrema necessitate licet petere Sacramenta pro illo articulo necessaria, ut ipsi Ministro licet ea conferre; quia si Ecclesia permittit nolenti illa recipere, permittit etiam illis in necessitate ea conferre, uti docet Sotus. (7)

Non tamen licet recipere ab ipso alia Sacramenta, de quibus non est divinum Præceptum pro illo articulo, quia cū Ministro non tolerato absolutè, & simpliciter prohibetur nobis communicare in susceptione Sacramenti; ergo nisi constet necessitas Sacramenti ex divino Præcepto, etiam remanet prohibitum Sacramentum recipere.

Aliqui tamen dicunt, quòd si in extrema necessitate quis constitutus, esset sibi conscius peccati mortalis, & non possit sibi alia Sacramenta conferre, quam ea, de quibus nulla adest necessitas ex divino Præcepto, posset illa suscipere à Ministro non tolerato, dummodò habebit attritionem, quia per eam fieret ex attritio contritus, & justificaretur, & hoc quia credendum est meritò placere Ecclesiæ, ut in tali necessitate subveniatur.

Objicies, si Minister v. g. esset scandalizatus ex audientia confessionis, scilicet excitandus ad libidinem, non liceret Mulieri petere ab illo, ut ejus confessionem audiret; ergo neque licet à malo Ministro petere, ut Sacramentum ministret, quia etiam malè administrando peccaret. 259 Doctrinæ positæ objicitur.

Respondetur, negando consequentiam: in supradictis, jam Minister malus erat paratus ad ministrandum in peccato, & ità petens Sacramentum, non est causa peccati Ministri, sed eo utitur ad bonum suum, Mulier verò per suam confessionem haberet concitare Confessarium, & ideò dispar est ratio.

Rejiciuntur aliquæ Regulæ, quæ ab aliis traduntur.

DIcunt licere petere Sacramenta à proprio, non ab alieno Parocho indigno, indignè administraturo. 260 Regulæ aliquæ in hac materia ad examen provocantur.

At hoc falsum, quia caritas obligat ad non dandam occasionem ruinæ, nec proprio, nec alieno Parocho; & reverentia debita Sacramentis eodem respectu utriusque Ministri idem persuadet, & exigit; cùm ergo ab alio petere potero, teneor nè Sacramentum indignè tractetur, nè proximus peccet. Suar. *loc. cit. sect.*2. Arriaga *tom.7.disp.26.num.23.*

Secundo, alii dicunt licere petere ab indigno parato indignè ministrare, etiam sine necessitate. 261

Sed aliud exigit Sacramenti reverentia, & honor debitus Deo: oh quanta Christiferi substinuerunt ad evitanda peccata, quanta substinuit Christus, ut nos redimeret ab iniquitate, & tu non abstinebis ab indigno Ministro, nè Christo irrogetur injuria, nè Sacramenta ignominiosè tractentur.

Tertio, alii dicunt licere suscipere, non petere à malo Ministro.

Sed adultus ratione utens non recipit, nisi petat. 262

De Obligatione, quam habet Minister non ministrandi Sacramenta indignis.

§. IV.

HIc indignus sumitur pro illo, qui delinqueret recipiendo Sacramenta. Et hic potest 263 Nomine indigni, quis veniat.

(7) Sacramentum Pœnitentiæ non posse confici ab excommunicato vitando, etiam in articulo mortis, docuit Sac. Congregatio apud Fagnanum. De qua infrà cùm de Ministro Sacramenti Pœnitentiæ erit sermo.

potest esse occultus, vel publicus. Publicus si publicè constet de delicto, nec publicè constet de pœnitentia. Occultus, si ignoretur publicè ejus flagitium, licèt sit notum Ministro Sacramenti.

An liceat invitare indignè suscepturum ad recipienda Sacramenta?

264 Peccat qui invitat indignum ad recipienda Sacramenta.

NEga: Matth.7.ibi: *nolite sanctum dare canibus*; & ratio id suadet; nam invitans, sicuti suadens, cooperatur alterius peccato, & sic peccaret.

265 Quid de Juda dicendũ.

Nec refert Christum Dominum invitasse Apostolos, inter quos erat Judas ad suscipiendam Eucharistiam.

Nam Judas non fuit invitatus in individuo, sed inter alios se obtulit: nec Deus tenebatur illum excludere, non ad evitandam illius infamiam, ad quam respectu Dei Domini dispositi jus non habebat, sed ne impediretur passio, quam incessanter quæsiverat.

Nec placet responsio Suarii *disp.* 67. *de Eucharistia sect.* 1. Lugo *disp.* 8. *sect.* 2. Christum Dominum non peccasse, quia hortabatur ad actionem, quam Judas poterat contritione sine peccato exercere.

Nam inde inferretur cuilibet licere prævisum indignè suscepturum invitare ad Sacramenta recipienda, quia contritione se posset reddere dignum, quod est absurdum; secùs liceret etiam invitare indignum, quod quamvis videatur cõcedere Arriag.*to.7.disp.*21.*n.*2.*in fin.* ibi: *licet nobis invitare quando alter potest se disponere benè, esto reipsa non sit se dispositurus.* Hæc ille. Quę nescio quomodo cohęreant traditis ab ipso *n.*7. scilicet non posse ministrari peccatori petenti, cùm etiam peccator valeat se pœnitere.

An Sacerdos indignè communicans seipsum contrahat duas malitias?

266 Communicans non celebrãdu unũ peccatum committit.

DIstinguitur: vel communicat non celebrando, vel celebrando. Si communicat non celebrando, unum committit peccatum. Vasq. *disp.* 219. *cap.* 1. Arriaga *tom.* 7. *disp.*21. *nu.*4. contra Suarium *disp.*61. *de Euchar.sect.* 1. Lugonem *disp.*8. *sect.*12. quia illa non censetur datio, sed acceptio, sicuti administrator accipiens ex publico ærario non dicitur dari sibi ipsi; sic etiam non peccat duplici peccato cooperans suo peccato, nec bis peccat determinans se ad seipsum occidendũ, quando seipsum occidit, licèt peccet determinans ad alterum occidendum distincto peccato ab illo, qui seipsum occidit.

Nec placet alia ratio Arriagæ, scilicet ministrans aliis non peccat; ergo nec ministrans sibi, nam scienter ministrans aliis indignis peccat; ergo etiam ministrans sibi.

Si verò Celebrans recipiat indignus Sacramentum?

267 Celebrans peccat, indignè recipiẽdo Sacramẽtum.

AFfirma: etiam committere unum peccatum ob actionis unam moralem continuatam numericam sacrificii consumationem. Receptio namque est pars integralis sacrificii. Diana *par.*10. *tract.* 16. *resol.*127. cum Dicastillo, Gabr. à S. Vinc. *de Sacram. in genere disp.*7.*quæst.*5.17.§.*infertur* 4. Contra Arriagam *loc. cit.* ajentem à nemine posse negari peccare duplici peccato conficiendo, & suscipiendo Sacramenta, quodque alibi docui.

An Sacerdos possit licitè indignis ministrare Sacramenta?

NEga: nam Ministri est merentibus, non demerentibus Christi dona dare, & sic sanctum non dare canibus. Matth.7. ibi: *nolite sanctum dare canibus.* 268 Indignis nõ ministranda Sacramenta.

An peccatoribus petentibus possit ministrari Sacramentum?

DIstinguitur: vel est peccator occultus, vel publicus. 269 Peccatori publico est denegãdum Sacramentũ.

Si publicus, denegandum est Sacramentum, etiamsi petat coram ignorantibus; nam brevi potest etiam apud ipsos innotescere delictum. Cyprianus *Epist.*10. & 27. D. Augustinus *homil.*50. Scandalum etiam aliis præberetur, nisi publicè pœniteat. Honor ergo Sacramentorum, & ne aliis scandalum irrogetur, sunt in causa excludendi indignum petentem, si publicus sit peccator.

Publicus autem censetur si delictum innotuit decem, licèt alii id remittant in prudentis arbitrium cum Arriaga *tom.*7.*disp.*21. *num.*27. dicente in magna Civitate censeri occultum notum decem, non verò in parvo pago. Imò subdit in magna Civitate occultum si sit notum triginta taciturnis, ac timoratis viris, qui aliis non propalabunt. 270 Quando dicendus sit publicus, aut occultus.

Si peccator sit occultus?

SUbdistinguas: vel petit occultè, vel publicè. 271 Peccator occultus occultè petens Sacramentũ, ei quoque denegandum, etsi à Parocho petat.

Si occultè, negandum est Sacramentum, nam nulla imminet infamia, & sancta non sunt danda canibus; idque contra Sotum: etiamsi petat à proprio Parocho; nam indignus non habet jus petendi à Parocho, cùm Parochus in bonum, non in malum animæ administrare debet. Et Parocho magis, quàm extraneo incumbit correctio, & directio subditi, ac promovere divinum honorem, ac reverentiam Sacramentorum.

Nec refert debitorem teneri pecuniam dare creditori, etiam malè petenti.

Nam quidquid sit de hoc, disparitas est, quia pecunia non exigit reverentiam, nec sanctitatem ex parte creditoris, quam tamen reverentiam exigunt Sacramenta simul cum sanctitate suscipientis, & sic indignus jure petendi caret.

Sed quid:

Si Minister noscat indignitatem ex confessione Sacramentali?

NOn potest denegare petenti, obstante sigillo Sacramentali, etiam si non absolutus ob indispositionem urgeat me ad celebrationem, & communionem ministrandam. Et idem si cognoscat indispositionem unius ex confessione alterius, puta si unus est Sacerdos, confiteatur se deliquisse cum altero paulò antea, & videat illum condelinquentem inconfessum petere Eucharistiam. Arriag.*tom.*7.*disp.*21. *num.*11. & 12. qui probabilem ait senten- 272 Indignus cognitus ex cõfessione, non est repellendus à Sacramentis.

tiam Suaril. *disp.*67. *sect.*3. Tabienæ v. *Communio*, §.52. Angeli v. *Eucharistia*. 3. *num.* 20. & plurium apud Sanchez 3. *de matrimon. disp.*16. ajentium neganda Sacramenta indigno noto ex confessione. Id quod omninò displicet.

Si verò occultus peccator petat publicè Sacramentum, puta Eucharistiam.

273 Indigno occulto publicè petenti, non est negandum Sacramentum.

Communis sententia cum D. Thoma habet ministranda Sacramenta. Suar. *loc. cit. sect.*4. Lugo *sect.*10. Arriag. *loc. cit. num.* 14. citans Sotum, & Ledesmam. Gabr. à S. Vinc. *de Sacram. in genere disp.*7. *qu.*6. §. *nostra sententia*: dicens esse D. Thomæ 3. *par. qu.*80. *art.*6. ajentes id de Parocho, & quolibet alio Sacerdote, quia in Altari quilibet tenetur ministrare Sacramenta petentibus, nisi petantur coram scientibus petentis indignitatem, nam ulteriùs non infamantur denegato Sacramento.

274 Ad evitandam infamiam petentis.

Probant, quia quis tenetur evitare scandalum proximi, & infamiam petentis, quæ aliàs sequeretur denegato Sacramento.

Motiva in contrarium objiciuntur.

Habeo tamen in hoc difficultatem, nam optarem scire cur consulendum potiùs famæ proximi, & non honori divino? Cur honori hominis consulendum, & non Deo? [illegible]ilega susceptione injuria afficiendo.

275 Hanc opinionem propugnat Cardinalis de Laurea *de Sacram. in genere disp.* 10 *art. un. n.*63.

Confirmatur ex sermone S. Joannis Chrysostomi *lect.* 6. *in die* 2. *infra Octavam Corporis Christi*, ibi: loquens de ministrantibus, *non parva vobis imminet ultio si quemquam illius culpæ conscii hujus mensæ participem esse concedatis, sanguis ejus de manibus vestris exquiretur, sive quis dux militiæ sit, sive Præfectus, sive Princeps diademate coronatus, indignè autem accedat, probibe, majorem illo potestatem habes. Propterea vos Deus hoc insignivit honore, ut talia discernatis.*

Certè nulla comparatio divini, & humani honoris, infinitè namque præponderat divinus Deo debitus honor. Cur ergo licebit pro vano hominis indigno honore Deum injuriæ exponere.

276 Id negat ipse Lugo *de Sacram. disp.* 8. *sect.* 10. *n.* 176.

Et quid si constet occultè hostiam petentem conculcatorum, combusturum maleficiis, sterquilinio pejus, quàm in fimo Christum Dominum injuria sacrilegè affecturum. Dabis tunc hujuscemodi Christum Dominum.

277 Licet occultum furem publicè conclamando infamare.

Rursus, cur licet conclamando occultum furem publicè infamare pro conservatione bonorum, & non licebit indignum divini honoris conculcatorem occultum repellere.

Et in judicium eum adducere.

Rursus nonnè licet pro tuendis bonis uti scientia privata duorum, & etiam in judicio occultum furem infamare publicè, & Minister non defendit divinum honorem, etiam contra occultum invasorem. Idque maximè jure defensionis divini honoris. Defensio namque licet contra publicos, & privatos aggressores aliter recedere nolentes.

278 An Deus cedat juri suo, ut consulat famæ nostræ.

Dices, Deum cedere juri suo, ut consulat famæ indigni occulti petentis.

Sed contra primo, quia hinc sequeretur indignè petentem non peccare, Deo cedente juri suo.

Deus nō cedit juri suo ob famam creaturæ.

Secundo, quia gratis id asseritur, & quidem pro conservanda salute animæ, secùs periclitaturæ Deum suas leges quandoque abrogare, ex principio: necessitas non habet legem, supra tetigimus, nè moriatur quis inbaptizatus, inabsolutus. At in re nostra quis sciens, volens se exponit periculo infamiæ, & numquam invenies, quod pro consulendo temporaneo caduco honori desituræ famæ in detrimentum animæ magis intensiori peccato fœdandæ, Deus cedat juri suo? Deus enim consulit homini, animæ compendio, non dispendio.

Insuper pro hoc facit *cap. ad aures. de temporibus Ordinationum*, ibi: *quoniam esse potest, quod Prælatus eorum commissa secreta noverit, ex quibus constat, quod ille salva conscientia nequeat sublimari*; ubi ob delictum occultum denegatur collatio Ordinis. 279 Cap. ad aures producitur.

Nec dicant non licere ex scientia occulta hominem publicè diffamare.

Nam petam cur licet in judicium occulta deducere delicta, & infamare publicè occultè delinquentem.

Dices, id esse, quia habet jus recuperandi bona sua.

280 Ministri est defēdere honorem Divinum.

At etiam Minister habet debitum defendendi divinum honorem, & sic cavendi nè ministrando, Deus vel occultè injuria afficiatur. Et si cum Lessio *lib.*2. *de justitia cap.*11. *dub.*9. post Navarrum, & Sotum licet manifestare crimen occultum, ut impediatur alterius injuria, aliàs sequenda; sic licet monere innocuum, nè cohabitet cum illo, quem scis furem, nè utatur Medico imperito, licet etiam propalare homicidam occultum, si homicidium innocenti imputetur, quia nemo habet jus ad famam publicam cum injuria alterius etiam occultè. Et tu dices cum injuria Dei occultè facienda aliquem habere jus ad famam, & danda illi posse Sacramenta occultè conculcari? Poterit Episcopus denegare Ordinem occultè indigno, & beneficium, & non poterit Minister divino consulere honori arcendo indignum?

281 Scandalum non officere videtur.

Insuper cum Lugo scandalum non officit, nam nemo videns excindi peccatorem movetur ad peccandum, nec admiratio populi est tanti ponderis, ut ne illa sequatur possit permitti irreverentia Sacramentorum.

Nec dicas cum Arriaga, & Gabr. à S. Vincen. *loc. cit.* §. *sed hæc doctrina*, adesse scandalum, quia circumstantes temerè judicabunt exclusum à receptione Sacramenti peccatorem, habentes sufficiens motivum ità judicandi.

Nam est contradictio in terminis, motivum ad judicandum esse sufficiens, ut Gabr. concedit, & judicium esse temerarium, quod est, quando deest sufficiens motivum.

282 Cur Christus non propalavit delictū Judæ.

Nec replicent, dictum unius non esse motivum sufficiens; Nam jam loqueris pugnantia, cùm antea affirmaveris motivum esse sufficiens: & fortiùs convinceris de falsitate, quia unum grave indicium tollit Judicis temeritatem: sic lex ex uno indicio inimicitiæ præsumit inimicum occisorem.

Nec dicas Deum noluisse propalare delictum Judæ, & dedisse illi Eucharistiam; ergo etiam Sacerdos non debet propalare delictum ob reverentiam Sacramenti. *cap. tua nos. de sponsalibus. cap. cum Sacerdos.*1. *de officio Ordinarii*. Nam illud in Juda tunc fuit permissum, non nè Judas infamaretur, cùm Christus Dominus fuerit Dominus famæ Judæ. Sed fuit permissum, nè Redemtio impediretur.

Communi sententiæ adhærendum omninò est.

Concludamus, inspecta ratione rem non esse ita perspectam, ut fatentur adversarii; At non per hoc recedendum ob saltem extrinsecam contrariæ sententiæ authoritatem à communi sententia.

De

De Parocho assistente Matrimoniis.

283 Parochus debet revelare impedimenta etiam occulta.

AJunt debere revelare impedimenta etiam occulta dirimentia; non verò debere non assistere, si scandalum aliundè non urgeat, quia nulla in hoc adest infamia contrahentium, quæ adesset si non assisteret matrimonio, ità Arriag. *loc.cit. num.32. & 35.*

Sed mihi non satisfacit hæc ratio, quia revelando impedimenta criminis, affinitatis ex thoro illicito, adhuc infamaret; nec officit habere rationem testis, nam etiam testes debent non peccare, nisi velis dicere Ecclesiam præcipere, ut revelentur impedimenta Matrimonii, non autem ut deferantur alia crimina; in quo adhuc pendet animus ex supradictis.

De altero contrahente Matrimonium cum indigno.

POtest contrahere primò fidelis cum hæretico. Secundò fidelis cum excommunicato tolerato. Tertio fidelis cum excommunicato non tolerato.

284 Non licet cū hæretico cōtrahere, nisi accedat dispensatio Pontificis.

Si contrahat cum hæretico ministrat Sacramentum Matrimonii indigno, & illum non peccare patet, si adsit dispensatio Summi Pontificis, quia licèt ministret indigno, tamen adhuc recipit Sacramentum, nec tenetur se expoliare fructu illius Sacramenti, & alius sibi tribuat, si se non pœnitent; in multis namque licitum est intendere propriam utilitatem, permittendo alterius peccatum; sic ne amittam bona mea possum adducere ad probandum testes gentiles, etiamsi prævideam illos juraturos per falsos Deos; possum petere ut juret ob meam utilitatem ille, quem scio delato juramento falsum juraturum.

285 Licet cōtrahere cū excommunicato tolerato.

Si sit excommunicatus toleratus, licet contrahere ob dictam rationem: & insuper quia ob meam commoditatem, ac meum bonum possum cum excommunicato contrahere.

286 Secùs si sit vitandus.

Non verò si non sit toleratus, nam tunc repellendus est, ut satisfaciat præcepto Ecclesiæ.

287 Si autē uterque sit toleratus, nemo potest contrahere.

Si verò uterque sit toleratus, tunc nemo potest contrahere, quia toleratio est favore innocentiæ.

De Intentione requisita ex parte Ministri ad valida facienda Sacramenta.

§. V.

288 Hæretici negant requiri ullam intentionem, & sufficere illam, quæ ex joco fieret.

ALiqui hæretici nostri temporis falsissimè dixerunt, quòd nulla intentio requiratur ex parte Ministri ad valida perficienda Sacramenta, nec etiam faciendi opus externum; Undè si Minister affirmat, quòd non seriò conficiat illas actiones externas, sed irrisoriè, & jocosè, adhoc secundum ipsos conficeret Sacramentum, sed meritò hic error est manifestè damnatus in Florentino, & Tridentino locis infrà citandis, ejusque falsitas à fortiori constabit ex sequentibus.

Intentio Ministri an requiratur?

289 Intentio Ministri requiritur ad conficiendum Sacramentū.

AFfirma: Trid. *sess.7. Can.11. & sess.14. cap.6.* Concilium Florentin. in *Decreto Unionis §. 5.* Ratio id suadet, quia actiones debent esse humanæ, & sic ad finem dirigi. Hinc actiones ex se indifferentes cum possint dici recitativè, joco, præter intentionem, in somniis, & somnis, ex intentione operantis determinandæ sunt ad conficiendum Sacramentum. Bellarmin. *lib.1. de Sacram. cap. 27.* Vasqu. *disp.* 138. Suarius *tom.3. dis.13. sect.2.* D.Tho. *3.par.qu.64. art.8.* contra Lutherum, & Calvinum apud Bellarminum *loc. cit.* ajentes fieri Sacramentum applicatione materiæ, & formæ fictè, & joco facta.

An defectus Intentionis Ministri suppleatur à Christo Domino, vel à devotione recipientis?

290 Quæ nō suppletur à Christo, neque à devotione recipientis, si deficiat.

NEga: Sicuti enim Minister, ità nec ejus intentio suppletur à Christo Domino. Patet primo, quia essentialis Sacramento, Secundo ex Tridentino, & Florentino *loc.cit.* contra novem DD. apud Quintanaduenam *tr.1. disp.2. n.46.* ajentes suppleri à Deo, non quoad valorē Sacramenti, sed quoad effectum Sacramenti, scilicet quoad gratiam sanctificantem. Quæ excogitatio est vana, quia sine fundamento divinæ promissionis. Et nemo salvatur, nisi mediis à Christo Domino institutis, probatis, inter quæ non invenitur opinamentum horum Doctorum. Arriaga *loc. cit. num.5.* Secundò, quia Tridentinum exigit intentionem faciendi, quod Ecclesia intendit, quæ Ecclesia intendit verum Sacramentum, non solam actionem illam exteriorem. Tertio, quia merita Christi Domini applicantur baptizato, mediante causa instrumentali baptismi, ergo si deest baptismus, reverà deest causa, & si deest causa, deest effectus, scilicet gratia sanctificans.

An sufficiat intendere quod Christus Dominus instituit, vel quod Ecclesia intendit?

AFfirma Trid. *sess.7. Can.11.* D.Tho. *loc.cit.* Arriaga *loc. cit. n.15.* non tamen requiritur intentio producendi gratiam sanctificantem. Lugo *disp.8. num.32.* 291 Debet Minister habere intētionem faciēdi quod Christus fecit, vel Ecclesia facit.

An Intentio Ministri debeat esse in materia, & persona determinata?

AFfirma: nam Sacramentum debet esse determinatum in individuo, & sic intentio etiam determinata ad talem producendum effectum; & sic debet Minister intendere absolvere præsentem, consecrare præsentes hostias. S.Tho. in *4.dist.30.qu.1.art.1.* 292 Et debet dirigi in materiam, & personā determinatam.

Quotuplex sit, & quanam requiratur Intentio in Ministro?

TRes intentiones haberi possunt in Ministro. 293 Intentio Ministri potest esse faciendi tantùm ritū externum.

Prima est solùm faciendi actionem externā Sacramentorum, eorumque verba proferendi, eò quia non habet intentionem faciendi Sacramentum, & propter timorem vult facere actionem illam externam, ne reprehendatur, quod irrisoriè, & non Sacramentaliter operetur.

Secunda est faciendi Sacramentum, seù quod facit Ecclesia. 294 Secunda faciendi Sacramentum.

Tertia conferendi insuper effectum Sacramenti. Quare sola intentio faciendi actionem, & prolationem verborum non sufficit ad valorem Sacramenti. 295 Tertia conferendi quoque effectū.

Est communis quidquid in oppositum aliqui sēferint, non absq; nota aliqua erroris, cùm eorū

296 Non sufficit intentio faciendi actionem, & prolationem formæ.

sententia videatur in substantia convenire cum errore hæreticorum, licèt ab ipso discrepent secundum aliquod quasi accidentale: Siquidem licèt ipsi velint, quòd Minister habeat intentionem faciendi actionem externam (in quo ab hæreticis disconvenitur) tamen etiam admittunt, quòd sine intentione faciendi Sacramentum, imò cum opposita intentione, scilicet illud irridendi, adhuc conficiatur Sacramentum, quod erat præcipuum dictum, & substantiale intentum hæreticorum.

297 Tridentinũ requirit intentionẽ faciendi saltẽ quod facit Ecclesia.

Probatur ex Concilio Trid. *sess. 7. Can.* 11. ubi dicitur: *Si quis dixerit in Ministris, dum Sacramenta conficiunt, & conferunt non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia; anathema sit;* Sed Ecclesia non vult solùm facere externas illas actiones Sacramentorum, verum etiam Sacramenta ipsa per illas externas actiones; ergo ad valorem Sacramenti non sufficit intentio externæ prolationis verborum, sed quoque intentio faciendi Sacramentum. Et quidem Concilium præter actum externum requirit intentionem in Ministro: sed actus externus ab ipso factus, quoad fit, supponit, & involvit necessariam intentionem faciendi ipsum; ergo etiam præter hanc intentionem faciendi ipsum, aliam intentionem requirit Concilium, quæ utique est faciendi Sacramentum.

298 Sacerdos si nolit facere Sacramentũ, illud nõ facit, ergo requiritur intentio faciẽdi Sacramẽtum.

Confirmatur primo, Sacerdos, qui solùm profert verba Consecrationis sine intentione faciendi Sacramentum, quantum ad potestatem eo modo se habet, ut Laicus, qui eam non habet; quia licèt habeat potestatem, tamen non vult illa uti ad conficiendam Eucharistiam; sed si Laicus proferat verba Consecrationis, non conficitur Sacramentum; ergo neque Sacerdos sine intentione faciendi Sacramentum.

299 Roboratur dicta ratio.

Confirmatur secundo, quia ex opposita sententia sequeretur, quòd si mater ablueret filium cum sola intentione mundandi corpus, & juxtà eamdem intentionem diceret: Ego te abluo in nomine Patris, &c. conficeret Sacramentum Baptismi, quod est falsum; ergo etiam falsum est non requiri in Ministro intentionem.

300 Sufficit generalissimã intentionem habere faciendi, quod Christus fecit, vel Ecclesia facit.

Advertendum est tamen hic ex Soto in 4. *dist.* 1. *quæst.* 7. *art.* 6. sufficere generalissimam intentionem faciendi, quod Christus instituit, vel quod Orthodoxa Ecclesia facit, quæcumque illa sit, quare licèt hæreticus erret, sit nè sua Ecclesia vera, an alia, verè baptizat, quia error iste materialis est, ex eo quia formaliter habet rectam intentionem faciendi, quod facit vera Ecclesia. Secùs autem esset si explicitè intenderet facere, quod facit sua Ecclesia, etiamsi falsa sit; Sufficit etiam, quod intendat facere ceremoniam in remissionem peccatorum, vel ut suscipiens per illum sit Deo dicatus; Imò satis est, quod intendat facere, quod facit Episcopus, vel Sacerdos, quia tunc propter intentionem faciendi actum externum, habet etiam intentionem exercitè faciendi Sacramentum, cum qua intentione omnes enumerati modi convertuntur.

301 Videtur Episcopum sine intentione posse validè ordinare.

Objicies primo, cùm Episcopus confert Ordines multis, inter quos est aliquis excommunicatus, vel non habens facultatem à Prælato suo, hic verè remanet ordinatus, cum Jura decernunt hujusmodi esse suspensum, quia supponunt esse ordinatum: Sed Episcopus non intendit tunc eum ordinare, cùm antequam conferat Ordines protestetur se nolle ordinare excommunicatum, aut non habentem facultatem à Prælato suo; ergo sine intentione validè conferri potest Sacramentum.

302 Protestatio Episcopi in Ordinatione fit ad terrorem, tamen vult ordinare præsentẽ.

Respondetur negando minorem; ad cujus probationem dico, quòd protestatio illa Episcopi fit ad terrorem, ut significet se nolle admittere excommunicatos, aut cum illis communicare, cum quo tamen stat, quòd facta sufficienti diligentia nullum ibi esse excommunicatum, aut non habentem facultatem à Prælato suo, verè tenetur habere, & habeat intentionem ordinandi illum, quem habet præsentem; & id etiam accidit, cùm est error personæ, ut si intendens ordinare Petrum, ordinet Joannem, vel baptizare masculum, & baptizet feminam, quia semper Minister habet intentionem circa præsentem personam, licèt erret, quòd sit hæc, & non alia.

303 Error personæ Matrimonium dirimit.

In Sacramento verò Matrimonii dispar est ratio, eo quia est quidam contractus consistens in mutuos consensus Conjugum, quare iste error personæ sufficit ad dirimendum matrimonium; nam à contrahente ità intenditur una persona, ut nullo modo intendatur alia diversæ qualitatis.

304 Opponitur *Can. Spiritus Sanctus.*

Objicies secundò, qui ludo, aut joco profert verba applicando materiam, verum conficit Sacramentũ, ut colligitur ex *Can. Spiritus Sanctus* 98. 1. *q.* 1. ubi approbatur Baptismus ab Athanasio puero, ludo, & joco collatus aliis pueris: Sed iste non habuit intentionem conferendi Sacramentum, & faciendi quod facit Ecclesia, cùm joco operatus sit; ergo dicta intentio non requiritur.

305 Explicatur factũ Athanasii.

Respondetur dicendo, quod dupliciter possunt ludo, aut joco proferri verba. Primò, ut nihil seriò agatur; secundo, ut seriò, & rectè illa actio fiat, quamvis ad ludum, & ad recreandum animum ordinetur: quo posito, concedo majorem, quòd verum fiat Sacramentum in ludo secundo modo explicatum; quia tunc etiam adesse posset intentio faciendi, quod facit Ecclesia, & sic accidit in puero Athanasio, qui volebat facere quod viderat, & quod fecisset Episcopus.

306 Ebrius videtur posse baptizare ex *Can. Dedit.*

Objicies tertio, Ebrius potest conficere Sacramentum, ut colligitur ex *Can. dedit.* 46. 1. *quæst.* 1. ubi dicitur, quod ebrios baptizat, Christus baptizat; Sed ebrius prædictam intentionem non habet; ergo dicta intentio non requiritur.

307 Ebrius cùm habet intervalla rationis, aut ut dicit S. August. ebriosus potest baptizare.

Respondetur negando minorem, & dico Canonem illum citatum exponi debere secundum Glossam, scilicet quòd ebrius posset conficere Sacramentum, dummodò sentiat quid faciat, quia intentio baptizati, & baptizantis exigitur; Undè Sanctus Augustinus *tract.* 5. *in Joannem*, circa finem ex quo Canon ille desumptus est, non habet ebrius, sed ebriosus, hoc est vino deditus, qui potest aliquando lumen rationis habere, & sentire quod facit; ebrius verò qui non habet lumen rationis, sicuti dormiens, & amens defectu intentionis non potest Sacramentum conficere: licèt possit accipere, dummodò anteà habuisset propositum illud recipiendi, eò quia recipiens sufficit, si merè passivè se habeat, nec obicem ponat; Conferens verò est agens, qui tenetur per operationem humanam Sacramenta ministrare. Sed placet iterùm rem hanc disceptare, inquirendo:

An

An satis sit intentio seriò faciendi ritum externum, ut à Deo institutum, & ab Ecclesia, licèt Minister interiùs nolit se conformare intentioni Christi Domini, & Ecclesiæ?

308 Non sufficit intentio faciêdi ritum externũ tantùm, ut à Christo institutum, si interiùs quis retineat suã intẽtionem, nolens se Christi intẽtioni cõformare.

NEga: Arriaga *tom.7. disp.19.num.8.* & alii cum Leandro *tom.1.tract.1.disp.4.qu.11.* Suarez *tom.3. disp. 13. sect. 2.* Quintanadugno *tom.1.tract.de Baptismo singulari 1.& 2.* & cæteri omnes contra Contenson *tom.7.dissertat.2. §. 4. & 6.* citantem D. Augustinum *lib. 7. de Baptismo cap.53.* D. Thomam *3.par. quæst.64. art.8.ad 2.* Magistrum in *4.dist.27. lit.C.* Paludanum *in 4. dist.6. qu.2.* Pallavicinum ad Tridentinum *par.2.Historiæ lib.12. cap.10.* dicentem non esse oppositum in Tridentino, nec hanc sententiam esse expunctam. Angelum *v. Baptismus.cap.5. §.7.* Javelium *par.5. Philosophiæ tract.2.de Baptismo cap.6. in fine.* Salmeronem *lib.1.ad Epistolam D.Pauli par.3.disp.2.* Pasqualigum *disp.72.sect.4.* ajentes duas in Ministro distinguendas intentiones. Primam publicam faciendi ritum Ecclesiæ, applicando materiam, & formam, & hanc ajunt intentionem essentialem ad valorem Sacramenti. Alteram intentionem privatam Ministri non credentis vera, quæ facit, aut facientis derisoriè interiùs, aut non intendentis facere Sacramentum, & hanc intentionem dicunt non tollere valorem Sacramenti.

309 Quia est Minister Christi Domini.

Probatur, quia Minister est Christi Domini, ergo debet se conformare intentioni Christi Domini, ut verum ponat Sacramentum, secùs non se gerit, ut Minister Christi Domini qui Christi Domini intentioni non se conformat: Christus autem Dominus vult confici, & conficere Sacramentum; ergo etiam ejus Minister.

310 Et est causa instrumẽtalis Sacramẽtorum.

Secundo, Minister, ut Minister est causa instrumentalis; ergo debet dirigi à causa principali in intentione, & operatione non solùm publica, sed etiam privata: Dixi non solùm publica, quia hæc potest esse apparens, & intentio Ministri debet esse vera, seria, non solùm exteriùs, quæ potest esse seria, ficta, sed etiam debet esse interiùs vera. Trid. *sess.14.cap.6.*

311 Et debet agere humano modo.

Tertio, quia Christus Dominus instituit Sacramentum, & Ministros ad finem à se intentum humano modo ritè consequendum; modus autem humanus rationabilis est velle ponere, quod Christus voluit, & instituit, in quo requiritur intentio etiam privata Ministri.

Nec Doctores citati à Contensonio aliquod contrarium asserunt, sed propugnant veram nostram doctrinam, nam putant intentionem illam universalem humanam faciendi, quod Christus Dominus instituit secundum Ecclesiæ ritum, corrigit, tollit intentionem particularem oppositam, volentis irridere, nolentis Sacramentum conficere. Trid. *sess.14.cap.6.Can.1.*

312 Objectiones afferuntur.

Insurgit primo Contensonius *loc. cit. §.7.* Baptismus collatus à Judæo, Hæretico, Ethnico est validus: at isti non habent intentionem se conformandi voluntati Christi Domini, & Ecclesiæ; ergo tantùm sufficit ponere functiones illas externas.

Et diluitur.

Respondetur, istos tunc tantùm conficere Sacramenta, quando intendunt facere, quod Christus instituit, quæ intentio est faciendi Sacramentum; Quando ergo hæreticus, infidelis vult facere quod Christus Dominus instituit, suum errorem corrigit, intentionem suam mutat, se conformando intentioni Christi Domini, volentis rem seriam, ut se, ità à suo Ministro poni seriò, ut validam, ità Aman honoravit, ut Minister Regis, Mardochæum, quem non ità honorasset, si licuisset tunc se non Ministrum agere.

313 Hæreticus, infidelis, baptizans vult facere, quod Christus instituit.

314 Argumentũ ab inconvenienti hic non currit, quia nec requireretur Minister.

Objicies secundo, si requireretur intentio interna Ministri misera esset Christiani populi conditio, cujus nulla Sacramenta essent sine illa intentione.

Respondetur, hoc argumentum probare, nec Ministrum requiri, quia penderet existentia Sacramenti à Ministris.

315 Quæ rarò accidunt, non veræ regulæ.

Respondetur ergo: ex communiter accidentibus ferè nunquam deesse veritatem Sacramenti ex defectu intentionis, ut ferè nunquam est ex defectu materiæ, & formæ, quia Ecclesia idoneos eligit Ministros, nec permittit infideles improbos, nisi in extremis necessitatibus, qui Minister tunc non cogitur si nolit; adeoque, cùm spontè accedat ad avitandum peccatum succurrendi constitutum in extremis, vult omnia necessaria ad succurrendum recipienti ponere, adeòque vult, & habet in particulari veram intentionem faciendi quod Christus Dominus instituit: aliàs nec succurreret recipienti, nec se eximeret à peccato contra caritatem, quod peccatum ministrans vult evitare.

316 Intentio requiritur, ut materia, & forma.

Accedit, quod si non requireretur intentio, nec requireretur prolatio formæ, aut veræ materiæ exhibitio; cùm malus Minister posset formam aliam, vel mancam in essentialibus, & materiam spuriam adhibere; Christus ergo Dominus, ut certam materiam, & formam, etiam intentionem instituit pro valore Sacramenti; ità ut mutatio essentialis facta à malo Ministro reddat Sacramentum nullum; nec id reddit miseram Christiani populi conditionem; nam pendet ex rarò accidentibus, nec Deus abstulit remedium contritionis, amoris Dei, quo recipiens Sacramentum invalidum bona fide potest gratiam sanctificantem consequi, non obstante perversissimo Ministri animo.

317 Nec obstat malus Minister si essentialia adhibeat.

Dices tertio. Sacramenti valor non pendet à sanctitate Ministri; ergo nec ab intentione Ministri.

318 Ad valorem requiritur intentio, nõ sic Sanctitas.

Respondetur conced.antec.neg.consequ. Disparitas est, quia non sanctitas, sed intentio subordinata principali agenti reddit Ministrum, sanctitas enim afficit animam absolutè, sivè sit, sivè non sit Minister. Intentio porrò nequit esse, nisi in Ministro, qui uti causa instrumentalis eadem vi, & intentione movetur, ac principalis.

Dices quarto, Sententia Judicis prolata secundum juris formam, est valida, licèt Judex interiùs nolit illam proferre; ergo absolutio Sacramentalis externa erit valida, licèt Confessarius noluerit Reum absolvere.

319 Judex in foro externè tantùm judicat, non sic Minister Christi.

Respondetur, in foro contentioso non attendi actus internos, de quibus Tribunalia non judicant, at in Sacramentis Juris Divini attenditur actus internus verus non mutatus, debetque esse intentio interna; & cum facultas absolvendi sit Sacerdoti intrinseca, illa non utetur, nisi velit, quæ ratio cessat in forensi judicio, cujus potestas est exterior, & nolens exequi

po-

potest etiam cogi, ut ea utatur, at non ità in Sacramentis, in quibus nolens, Sacramentum non conficit, etiamsi cogatur, *cap. majores. de Baptismo.* (8)

Nec

(8) Inter quæstiones, quæ magno animorum æstu à recentioribus Theologis pro utraque parte exagitantur, non infima profectò est ille, de qua disputatur: an ad veritatem, & integritatem substantialem Sacramenti necessaria sit interna Ministri intentio, qua velit non fingere, ac simulare, sed verè, ac seriò facere simpliciter, ac generatim saltem, quod facit Ecclesia. Etenim si numerum, ac qualitatem eorum attendamus, qui omni conatu tuentur in Ministro Sacramentorum non requiri internam intentionem, imò etsi adsit simulatio, ac fictio interna, sat erit ad integritatem substantialem Sacramenti, si Minister sit postulatus, & exteriùs peragat seriò ritum Ecclesiæ: equidem non pauci sunt, & non infimæ notæ, qui ità asserunt. Præter itaquam, Contensonium, ac Salmeronem, aliosque ab Auctore citatos, pro eadem sententia laudantur Sylvester *in Summa, v. Baptismus tit. 3.* Robertus Pullus *sentent. par. 5. cap. 15.* Petrus Pictaviensis *sentent. par. 5. cap. 3.* & inter recentiores laudantur Joannes Marius Scribonius Gallus *in Pantalethia*, seu *Summa Theologiæ disp. 1. de Sacram. in genere quæst. 6. & 9.* quem sequitur Cardinalis de Lugo *de Sacrament. disp. 7. sect. 3.* Joannes Baptista Du Hemel *tom. 6. de Sacramentis in universum dissert. 2. cap. 4.* Auctor *Instructionum Theologicarum, & Moral. de Sacram.* vulgo M. Juenin *tom. 1. instruct. 1. cap. 5.* ubi hæc habet: „Ce sur ce point, la plus „ seure opinion est que l'intention interieure n'est „ jamais separée de l'action exterieure faite serieu„ sement, parce que quiconque fait l'action exte„ rieure d'une maniere serieuse, & sans la desa„ vouer exterieurement par des marques de jeu, & „ de raillerie, a la volonté de la faire, ce qui suffit. Natalis Alexander *Theologiæ Dogm. & Moralis lib. 2. cap. 9. art. 3. regula 1.* ut probabilem admittit: si tamen casus acciderit, consulendam Sedem Apostolicam asserit. Demùm Gasper Juvenin *in Dogm. Histor. de Sacram. dissert. 1 de Sacram. in genere quæst. 4. cap. 2. art. 3. per tot.* aliique qui Ambrosium Catharinum sequuntur in Opusculo, quod edidit *de intentione Ministri*, postquam ipse sessioni VII. Tridentini, in qua contra Lutherum definitum fuit requiri intentionem in Ministro faciendi saltem, quod facit Ecclesia, interfuisset anno 1547. Et anno 1552. recusum fuit Romæ cum aliis Opusculis: creatusque est primo Catharinus Episcopus Minorensis, postea Archiepiscopus Compsæ in Regno Neapolitano. E contra fere communis reliquorum Theologorum propugnat non sufficere in Ministro exteriùs seriò agere, interiùs verò simulare, ac fingere, imò subsannare Sacramentum, proponendo non facere id, quod facit Ecclesia, sed requiri in Ministro præter intentionem exequendi ritum externum, quoque intentionem, qua velit non fingere, ac simulare, sed seriò facere simpliciter ac saltem confusè, & in generali Sacramentum, ritum externum exequendo juxta id, quod facit Ecclesia.

En ut vides erudite Lector, non aliqualis Annotationis hic locus esset, si in medium posita momenta utriusque sententiæ, meum tandem vellem promere judicium: Sed pro rei gravitate elaboratum Opusculum opus esset, ut plene tuum explerem desiderium. Verùm enim verò pauca, quæ videntur in Auctore desiderari hanc quæstionem exagitando, concidam, ac veluti digito indicabo, laudando potiùs Auctores, quàm eorum rationes in medium adducendo. Et primo operæ pretium censeo inquirere, quid Ambrosius Catharinus affirmavit de intentione Ministri: quamque censura Theologi eam sententiam inusserint: Demùm quibus potissimùm momentis ducantur Theologi utriusque sententiæ ad eorum assertum roborandum, ut tandem eligere liceat quid in hac quæstione amplectendum, eligendumque sit.

Et primo Recentiores, qui gloriantur Ambrosium Catharinum sequi, asserunt ipsum in præcitato Opusculo docuisse sufficere in Sacerdote se gerere exteriùs uti Ministrum Ecclesiæ applicando seriò debitæ materiæ veram formam: „ Quamvis, (verba sunt Gasparis Juvenin *loc. cit. art. 3.*) quamvis „ interiùs nolit agere tanquam Ecclesiæ Minister, „ ac intra seipsum, vel ex malitia, vel ex impie„ tate dicat: Hoc in ritu non me gero, nec me vo„ lo gerere tanquam Ecclesiæ Ministrum. Imò Cæ„ remoniam hanc externam, seu Catechumeni „ ablutionem cum expressa Trinitatis invocatione „ conjunctam, modò tantùm prophano intendo ce„ lebrare „ & §. 1. *in responsione ad primam objectionem*, inquit „ Eum gerere se tanquam Ministrum Ecclesiæ, ejus nomine, & auctoritate age„ re, cùm ritum externum, ex quo Sacramentum „ constat, seriò peregit, seu cùm in cœtu publico, vel „ privatim, sed postulatus, formam materiæ con„ jungit „. Verùm si quis exteriùs non se gerat uti Minister Ecclesiæ, tunc non conficit verum Sacramentum sine actuali, vel virtuali intentione illud conficiendi; quia cùm non sit exteriùs determinatus, necessaria est tunc interna intentio, ac voluntas faciendi ritum, quem peragit. Itaut cit. Juvenin, aliique recentiores affirmant Ambrosium Catharinum docuisse sufficere in Ministro postulato seriò applicare formam materiæ, licèt interiùs nolit se gerere tanquam Ministrum Ecclesiæ, & tantùm modo prophano intendere actionem quam facit. A vero non parum aberrare mihi suadeo dictos recentiores, non percipientes germanum sensum Catharini, qui docuit nullam esse Sacramentum per fictionem externam à Ministro collatum, aut etiam internam, quæ respiciat, & terminetur ad substantiam Sacramenti, sed tantùm exclusit à Ministro intentionem effectus, & finis Sacramenti, aut eam, quæ respiciet rationem formalem Sacramenti, non tamen intentionem internam operis externi Ecclesiæ; cùm requisierit ut Minister intenderet facere actionem externam cum intentione interna faciendi id, quod facit Ecclesia, adeoque modo serio non prophano. Sensus Catharini ex præcitato Opusculo eruitur, & clare evincit Honoratus Tournely *de Sacram. in genere quæst. 7. art. 1.* explicans Catharini sententiam his verbis, quæ placet integra proferre „ Et reipsa (*inquit*) nusquam docuit Catharinus, „ ratum, ac validum esse Sacramentum, quod Mi„ nister perficit vel per jocum, & fictionem exter„ nam, vel etiam internam, quæ ad Sacramenti „ substantiam terminetur; itaut Minister seriò in„ teriùs non intendat facere ritum Christi, & Ec„ clesiæ, sed eum dumtaxat fingere, & simulare. „ Non rejicit itaque Catharinus intentionem inter„ nam operis externi Ecclesiæ, sed tantùm finis, „ seu effectus Sacramenti, aut ritus externi sub „ formali ratione Sacramenti; unde jocus ille, ac „ irrisio Ministri, de qua Catharinus, non ipsam „ spectat Sacramenti substantiam, sed ipsius vel ef„ fectum, & finem, vel formalem rationem Sacra„ menti. *Non alia*, inquit, *intentio Ministri requi„ ritur, nisi ut intendat exteriùs facere, quod facit Ec„ clesia: quamvis ipse neque credat esse Ecclesiam, neque „ intendat Baptismi spiritualem effectum*. Ea intentio, „ quam Catharinus necessariam non putat, quæ nem„ pe terminetur, aut ad effectum spiritualem Bap„ tismi, aut ad puram de Ecclesia, & de Sacramentis „ fidem, atque doctrinam; non eam interiorem, „ quæ spectat Sacramenti substantiam. Quapropter „ vel ipsemet de Dominis (quamvis ipsius interes„ set Catharinum ad se trahere) eandem nihilomi„ nus agnoscit *lib. 5. de Republica Ecclesiastica cap. 12. „ num. 13. eum requirere intentionem faciendi actum „ externum, ut sacrum, & non simpliciter prophanum. „ Ego tamen*, pergit de Dominis, *ne in hoc quidem „ intentionem Ministri video necessariam*. Quin & ipse„ met Bellarminus loco citato hunc Catharini sen„ sum non obscurè subindicat. Referens enim ejus „ opinionem, ait: *duplicem distinguit intentionem, „ unam faciendi simpliciter actum externum, quem facit „ Ecclesia; alteram faciendi actum externum non sim„ pliciter, sed ut Sacramentalem, seu animo celebrandi „ mysterium, quod Christus instituit, & Ecclesia cele„ brat. Et quidem priorem intentionem ait requiri, po„ steriorem negat*. Ergo, vel ipsomet Judice Bellar„ mino, intentio quam Catharinus negat esse ne„ cessariam, ea est quæ terminatur, vel ad effe„ ctum, & finem Sacramenti, vel ad ritum exter„ num Ecclesiæ, quatenùs formaliter est Sacra„ mentum; non ea verò, quæ terminatur simpli„ citer ad ritum externum Ecclesiæ, quem Mini„ ster seriò vult celebrare, non fingere tantum, ac „ simulare. Ità sententiam Catharini exponit Vas„ quez in 3. par. S. Thomæ disp. 138. cap. 2. „ Hactenùs Tournely, qui eundem esse sensum Salmeronis asseverat. Addens in fine, quòd si aliter interpretetur sensus Catharini, ut ipse explicuit, eum sensum ab errore Novatorum vix distare arbitratur.

Quapropter nil mirum si Theologi variè sententiam Catharini animadverterint, Cardinalis enim

Bell.

Bellarminus *lib. 1. de Sacram. in genere cap. 27.* asserit sententiam Catharini ab errore Novatorum non differre; *nisi quia Catharinus in fine Opusculi subjicit se Apostolicæ Sedi, & Concilio; Novatores vidues utrumque.* Cardinalis de Lugo *de Sacramentis in genere disp. 7. sect. 3.* affirmat sententiam Catharini non esse apertè comprehensam definitionibus Conciliorum: *meritò tamen censetur ab errore damnato non multùm distare, & ideò meritissimè ab omnibus Theologis rejecta fit.* Cardinalis Pallavicinus, quem Auctor pro Contensonio citat, & recentiores laudant *lib. 9. Historiæ Concilii Tridentini cap. 6. num. 1.* putat falsam. *Equidem existimo Catharini sententiam falsam esse, sed non tamen per Tridentinos Canones disertè damnatam; quapropter fas illi fuit affirmare eam Concilio non adversari.* Non immemor Heterodoxos adducere, qui fatentur sententiam Catharini propugnasse, ut Ludovicus le Blanc *in Thesibus Sedanensibus pag. 379. num. 31.* aliique. Paucos verò Theologos subnecto. Hurtados *de Sacram. in genere disp. 14.* ait Catharinum Luthero, & Calvino adhærere. Bernal *de Sacram. sect. 2. §. 3. num. 53.* & Martinon *eodem tract. tom. 1. disp. 22. sect. 3. num. 18.* dicunt falsam. Quertus in *Rubricas Missalis par. 3. tit. 7. dub. 4.* ea Vasquez, Coninck, & Lugo continere errorem in fide affirmat. Diastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 1. disp. 3. dub. 5. num. 47.* putat post Trident. & Florentinum non posse ampliùs sustineri. Granadus in *3. par. controv. 3. tract. 5. disp. 4. sect. 2. num. 6.* sententiam contra Catharinum Catholicam appellat. Suarez *in 3 par. tom. 3. disp. 13. sect. 2.* Ochagavia *de Sacram. quæst. 22. concl. 2. num. 5.* asserunt esse de fide. Denium Tannerus, ne tædio sim, *tom 3. disp. 3. quæst. 2. dub. 2. num. 41.* post Tridentinum sententiam Catharini esse prorsus erroneam asseverat.

His prælibatis ad ultimum devenio, nempè quænam sint rationum momenta, quibus ducuntur utriusque sententiæ Patroni. Etenim qui Catharinum sequuntur, hæc depromunt argumenta. Primo ab auctoritate Theologorum, quos pro eorum sententia tam Auctor, quàm Ego suprà adduxi. Secundo negative arguunt, quia ipsis non obstant Divinæ Scripturæ, & Traditio, nam nullibi contraria definitio reperitur, in qua eorum sententia damnetur: Nec eis obstare Tridentinum *sess. 7. Can. 11.* aut Florentinum in *Decreto Unionis*, §. 5. audacter asserunt; eo quia Tridentinum tantùm Sacramentum collatum joco, idest exteriùs mimice, ac jculariter dixit invalidum, ut se opponeret errori Lutheri asserentis Sacramentum, etiam exteriùs joco collatum, non esse irritum: Florentinum definiendo Ministrum debere conficere Sacramentum cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, hoc profectò exequitur à Ministro, si ea quæ requiruntur ad Sacramenti confectionem seriò adhibeat postulatus: quid namque vult Ecclesia, inquiunt, nisi ut debitæ materiæ vera forma applicetur? Neque ipsis dicunt obesse Proposit. Alexandri VIII. ordine XXVIII. quæ sic habet: „ Valet Baptismus collatus à Ministro, qui omnem ritum externum, formamque „ baptizandi observat, intùs verò in corde suo „ apud se resolvit, non intendo facere, quod facit „ Ecclesia „ His potissimùm rationibus ducti, seù potiùs illusionibus; quia cùm Decretum damnationis dictæ propositionis sit Inquisitionis Romanæ, & non emanatum immediate ab ipso Papa, apud Gallos nequidem in conscientia illud obligare autumant: Secundo quia dicta propositio ut jacet est falsa; nam si joco exteriùs quis conferat Baptismum, equidem illum non conficit, sicuti si Minister non postulatus, aut domi, etsi adhibeat debitam materiam cũ vera forma, Baptismum non conficit, quando in isto casu intra se resolvat: *non intendo facere, quod facit Ecclesia*; & Ratio est ex suprà dictis, quia si Minister non sit determinatus, aut postulatione, aut loco, idest in Ecclesia, aut exteriùs exhibeat se non uti Ministrum Ecclesiæ, certe tunc nullum conficit Sacramentum, sed requiritur interna intentio, deficiente externa. Quæ si adsit, per ipsos sufficit, etiam cum interna contraria intentione. Si non officiunt Scripturæ, Traditio, Concilia, Pontifices, equidem inquiunt favent nostræ sententiæ SS. August. & Thomes. Primus *lib. 7. de Baptismo cap. 53.* existimavit Baptismum collatum è Ministro fallaciter, seù tantùm animo simulendi, validum esse: patet ex verbis S. Augustini *loc. cit.* quæ brevitatis gratia resecantur, & integra reperies apud Tournely *loc. cit.* S. Thomas tùm in *in 4. dist. 6. quæst. 1. art. 2. q. 1.* ubi proposita quæstione de necessitate intentionis in Ministro, ut tamen tolleret scrupulum de incertitudine Sacramenti, si illud dependeret ab intentione Ministri, quæ prorsùs latet, huic dubio respondens, nostræ opinioni adhæret: *non requiritur*, inquit, *mentalis intentio, sed sufficit expressio intentionis per verba ab Ecclesia instituta, & ideò si forma servatur, nec aliquid exteriùs dicitur, quod intentionem contrariam exprimat, baptizatus est*. Tum eandem quæstionem eum eodem dubio repetens *3. p. quæst. 64.* sic ad 2. respondet: *Alii meliùs dicunt, quòd Minister Sacramenti agit in persona totius Ecclesiæ, cujus est Minister: in verbis autem, quæ profert, exprimitur intentio Ecclesiæ, quæ sufficit ad perfectionem Sacramenti, nisi contrarium exteriùs exprimatur ex parte Ministri, vel recipientis*. Ceteras auctoritates, & rationes relinquo, quas apud Auctorem legere est, & apud Contensonium, Scribonium, Du Hamel, & Juvenin.

Qui verò pro altera sententia pugnant, vehementer mirantur Theologos, quibus non deesse videtur eruditio, ac pietas, proscriptam, atque prorsùs à scholis eliminatam sententiam tueri. (magna namque est vis præjudicii). Sunt oppidò Theologi, qui non profitentur se probabilem, aut rationis expertem opinionem sequi, sed probabiliorem, aut tutiorem; & tamen contra communem Theologorum, post decreta tam perspicua Conciliorum, & Pontificum, non verentur in dubium revocare intentionem internam requisitam in Ministro, sed sufficere externam adstruunt, imò secundum eorum principia unicè sequendam esse; cùm in Sacramentis conferendis non liceat sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti relicta tutiori, ut determinavit, ac definiit Innoc. XI. Propos. 1. in ordine. Hinc prima ratio adversariorum evertitur, quia Theologi, quos producunt, aut apertè eorum sententiæ non adhærent, ut de Sylvestro, Angelo, aliisque affirmare licet. Et S. Antoninus *3. par. Summæ*, §. 10. refert ea ipso Magistro Sententiarum sententiam affirmantem requiri internam intentionem fuisse ejus ætate communiorem, & in praxi tutiorem: aut pauci profectò sunt respectu communis omnium Theologorum quarumcunque Universitatum, & Academiarum, ut ex se patet; & quod est nota dignum, ipsius Galliæ, ejusdemque Sorbonici Collegii, cujus ipsi Theologos, & Doctores esse gloriantur. Et ideò ne longiùs protraham tres Gallos Theologos novissimos *præ* ceteris eis oppono, Sorbonicos duos. Tertium Cancellarium Academiæ Mussipontanæ, vulgò Pont-à Mousson à Carolo Cardinali à Lotharingia anno 1573. erectæ: nempe Ludovicum Habert *tom. 5. tract. de Sacram. in genere cap. 13.* Honoratum Tournely in *Prælectionibus Theologicis de Sacramentis in genere quæst. 7. art. 1. per tot.* & Edmundum Simonnet *tom. 5. tract. 11. de Sacram. in genere disp. 4. art. 2.* Hi namque Scripturis, Traditione, Conciliis, Decretis Summorum Pontificum, ineluctabilibusque rationibus concludenter evincunt & in praxi, & in scholis sustinendam esse communem sententiam, quam propugnandam hìc cum Auctore suscepi; & ideò Tyronem Lectorem ad eos remitto: tantùm primoribus, ut dicunt labris indicabo quæ rationibus oppositæ sententiæ reponi possunt.

Et primo argumentum Juvenin, qui potissimùm in hac quæstione impugnatur, utpotè negativum in re facti, cujus probationes affirmativæ debent esse, nullius ponderis equidem est, imò prorsùs inefficax. Nam ex Scripturis, & ex ipsa institutione Christi clare elucet requisitum interioris intentionis in Ministro *1. ad Corinth. 4.* habetur: *Sic nos existimet homo, ut Ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Joan. 20. *Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, quorum retinueritis, &c.* Matth. 28. *euntes... docete... baptizantes, &c.* Et quibus probatur Sacramenta à Christo Domino esse instituta, ut ea voluerit fieri dependenter ab intentione Ministri. Dispensator quippe fidelis, ac Minister debet id velle facere, quod vult ille, cujus ipse est Minister: Christus etenim ut Auctor Sacramentorum constituendo homines ministros eorũ, certò vult ut ipsi baptizent, absolvant à peccatis, alios in Sacris Ordinibus instituant, ut sacrificent, &c. Sed hoc quomodo adimpleri potest ab eo Ministro, qui non vult baptizare, sed ritum Baptismi fingere, ac simulare, imò illum subsannat: absolvere à peccatis, qui ea non vult remittere, & sic de singulis. Nam ex citatis Scripturis apparet Ministros Sacramentorum non tanquam nuntios esse institutos, qui tantùm obsignatum mandatum mittentis simpliciter deferunt, sed tanquam Ministros, & Dispensatores, qui prudenter, & fideliter, ut decet, debent mandata Domini exequi cum intentione propriè dicta, juxta communem expositionem SS. Patrum, & eandem rationem prosequitur Auctor contra Contensonium *n. 309. & seq.* Itaut si de Ministris omnium Sacramentorum id asserere licet, de Ministro Sacramenti Matrimonii hoc prorsùs certum est; nam si deficeret

inter-

interna intentio in contrahentibus, qui, ut quamplurimi affirmant sunt Ministri Sacramenti Matrimonii, certe non conficiunt Sacramentum; etsi exterius serio, non joco mutuum consensum expressesint in faciem Ecclesiæ, etiam subsecuta copula, ut ex *cap. tua nos. de Sponsalibus*, & *cap. tuas. de Sponsa duorum*, ubi: *Si solus consensus defuerit, cætera etiam cum ipso coitu frustrantur*. Hinc eruitur perpetua Traditio in Ecclesia ex Scripturis, & ex ipsa Institutione Christi Domini, volentis Sacramenta à Ministris confici humano modo, rationabiliter, & ut fideles Dispensatores, quibus dedit veram potestatem instrumentalem, subordinatam ipsi, uti principali, & primaria causa. Ex his auctoritatibus, & rationibus, postquam oborti sunt errores, Concilia, & Pontifices definierunt requiri in Ministro intentionem faciendi saltē quod fecit Christus, vel facit Ecclesia, atque requisitum internæ intentionis non fuit incognitum antiquis; nam S. Augustinus *suprà cit. lib. 7. de Baptismo cap. 53.* proposuit plures quæstiones, spectantes intentionem, qua Baptismus confici valeat, & se conformat majorum statutis ibi: *Sicuti jam præteritis majorum statutis*: Sed quia tunc temporis non fuit in dubium revocata interna intentio requisita in Ministro, ideò speciale decretum Ecclesia non efformavit ea de re, sicuti postea necesse fuit sensum suum explicare, ut se opponeret Hæreticorum erroribus, & aliquorum Theologorum refrænaret audaciam. Quapropter ut cetera, quæ alioquin necessaria viderentur hic in medium adducere, silentio obvolvam, pressius rationibus Recentiorum insistendo, eorum argumenta examinare oportet. Florentinum, inquiunt, nobis non officit, cùm definierit requisitum intentionis in Ministro faciendi quod facit Ecclesia; nam qui postulatus, & exteriùs seriò agit, exhibet se tanquam Minister Ecclesiæ, faciendo quod facit Ecclesia, nempè debitæ materiæ veram formam conjungit. Tamen ego quærerem à recentioribus, quid Ecclesia facit conjungendo res & verba per suos Ministros, profectò Sacramentum dicunt, seu signum sensibile ex divina institutione, significans, & efficiens gratiam. Verùm si Florentinum requisivit personam Ministri conferentis Sacramentum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, essentialiter requisivit in Ministro intentionem (sive generalis illa fuerit ac confusa ut infra) faciendi Sacramentum per res & verba quæ adhibet. Tum etiam qui intùs sibi proponit exteriùs tantùm fingere ac simulare quod facit Ecclesia, equidem non habet intentionem faciendi quod facit Ecclesia, sed simulare id quod Ecclesia facit: At Florentinum requirit intentionem faciendi, non simulandi quod facit Ecclesia. Igitur talis Minister sic retinendo suam intentionem non habet intentionem requisitam à Concilio Florentino. Quòd hæc sit mens Florentini nullus inficias ierit qui perpenderit, quæ §. sequenti subnectit: *In casu autem*, inquit, *necessitatis, non solum Sacerdos, vel Diaconus, sed etiam laicus, vel mulier, immò etiam paganus, & hæreticus, baptizare potest, dummodo formam servet Ecclesiæ, & facere intendat quod facit Ecclesia*. Sensus profectò est, in necessitate quivis homo, etiamsi sit paganus, aut hæreticus, validè baptizat, si exteriùs totum ritum Ecclesiæ deliberatè peragat, & insuper intendat facere quod facit Ecclesia, dum ritum externum peragit: *Dummodo*, inquit, *formam servet Ecclesiæ*, idest debitæ materiæ veram formam adjungit: *& facere intendat quod facit Ecclesia*. Ergo apertè distinguit Concilium intentionem faciendi quod facit Ecclesia, à voluntate adhibendi præcisè ritum externum, nam intentio faciendi quod facit Ecclesia non est nuda voluntas ponendi simpliciter ritum externum, idest materialiter, sed est voluntas saltem in generali aut confusè ponendi ritum illum, ut Sacramentalem. Nam ut optimè meditatur citatus Simonnet §. 1. ubi mirè contra Juvenin, quem unicè impugnare intendit, mentem Synodi explicat: In Sacramentis asserit duplex esse considerari oportet, esse physicum unum, esse morale alterum: primum e. g. in Baptismo consistit in ablutione corporis, & prolatione verborum formæ, alterum in ratione signi Sacramentalis: utrumque esse tribuit Ecclesia per suum Ministrum dum iste servat Christi institutionem, abluit corpus, & profert formam, & utramque actionem elevat ad rationem Sacramenti, tribuendo ei vim, & efficaciam regenerandi: Dum Ecclesia per Ministrum abluit corpus, & profert formam, facit quid physicum, quod ad plura determinari potest: quid morale per eundem Ministrum ablutioni corporis, & prolationi formæ tribuit significationem, & efficaciam Sacramentalem. Ergo si Ecclesia intendit facere verum Sacramentum Baptismi, quod non conficitur per simplicem, & materialem ablutionem, & prolationem formæ, absque significatione, & efficacia Sacramentali, profectò utrumque debet intendere Minister, & formam servare, & intendere facere quod facit Ecclesia, nempè Sacramentum. Igitur ex Florentino elucet in Ministro non sufficere, ut exteriùs totam ceremoniam seriò peragat, intùs verò simulare, ac fingere Sacramentum; quia Concilium non requisivit dumtaxat exhibitionem externæ ceremoniæ, sed intentionem quoque faciendi quod facit Ecclesia, nempè Sacramentum.

Tridentina Synodus certò mentem Concilii Florentini assecuta, atque amplexa est; adeoque si requirit in Ministro intentionem faciendi saltem quod facit Ecclesia, requisivit non exhibitionem externi ritus simpliciter, sed eum ut Sacramentalem. Nec valet dicere Tridentinum tantùm errorem Lutheri damnare voluisse, qui asseruit Sacramentum etiam exteriùs joco, ac mimicè collatum, validum esse. Nam primò Concilium totam Ecclesiam docet circa debitam intentionem Ministri. Secundo respondere possem cum cit. Simonnet Tridentinum *sess. 7. can. 11. & sess. 14. cap. 6.* non tantùm damnare videtur Lutherum asserentem absolutionem joco datam validam esse, sed etiamsi solùm adsit animus jocandi, & non absolvendi, quia inquit sic Lutheri sententiam explicuit Calvinus *in Antidoto sess. 7. can. 11. Ego vero Sacrosanctæ Christi institutioni tantùm defero, ut si Epicureus quispiam, intus totam actionem subsannans, mihi Cœnam ex Christi mandato, & secundum regulam ab eo datam, ritúque legitimo administret, non dubitem panem, & Calicem illius manu porrecta, vera mihi esse Corporis, & Sanguinis Christi pignora*, & ego adderem Kemnitium clariùs id explicantem in *Examine Trid. p. 2. ad cit. loc. Non hoc*, inquit, *vult institutio Baptismi, ut fiat vulgaris aliqua lotio, vel qua ex professo nihil aliud sit, vel quædam ridiculus lusus, vel mimica subsannatio, vel prophanatio institutionis cum recitatione verborum: sed requirit, ut peculiaris instituatur actio, & quidem illa actio, quam Christus instituit; & hoc sufficit ad servandam institutionem. Quid verò in corde de illa actione sentiat is, qui administrat Baptismum, hoc ad veritatem sive integritatem Baptismi non pertinet*. Tertio dato quod Lutherus admiserit externam jocosam, & mimicam actionem, in quo differat Minister, qui exteriùs seriò peragit ritum externum, intùs illum subsannat, & irridet, vultque tantùm simulare ac fingere, ab Histrione, qui mimicè, & jocosè in theatro illum quoque adhibet, sanè non video: Nisi quia fortè Histrio est publicus irrisor, ille est latens. Si primus non conficit Sacramentum, cur secundus illud conficit? quia inquiunt, seriò & postulatus, aut in Ecclesia ritum externum adhibet, & sic determinatur agere uti Minister Ecclesiæ, quod sufficit ut adimpleat intentionem faciendi quod facit Ecclesia. Sed quia non videt recentiores isti fucum nobis facere pertendunt; nam exteriùs seriò agere, postulatio, aliæque circumstantiæ tantùm arguunt, & præsumptionem faciunt Ministrum velle agere nomine Ecclesiæ, aut velle se gerere tanquam ejus Ministrum, sed nunquam ex se evincunt, ut revera nomine Ecclesiæ agat, & uti ejus Minister, si ipse nolit facere revera, sed simulare solum id quod facit Ecclesia, neque nequeunt facere ut velit, quod ipse expressè non vult. Tandem ex particula illa *saltem* intelligi datur optimum esse in Ministro intentionem faciendi verum Sacramentum, sed satis est si habeat generalem saltem ac confusam faciendi quod facit Ecclesia, etsi ipse erret circa Ecclesiam circa effectum, & efficaciam Sacramenti. Reliqua loca Trid. doctè expendunt contra recentiores laudati Doctores, tum Auctor *num. 297. &* 310. 311.

Equidem etsi asseri possit Florentinum, & Tridentinum expressè non proscripsisse sententiam quam impugnamus, alioquin nullo negotio opus esset in refutandis recentioribus istis Theologis, quia licet intentionem requirant, internam autem, aut externam non expresserunt. Sed neque est ambigendum ex doctrina istarum Synodorum clare erui in Ministro requiri interiorem, & veram intentionem faciendi saltem quod facit Ecclesia, idest saltem in generali Sacramentum, non autem illum fingere ac simulare. Verùm si attendamus doctrinam Ecclesiæ, & posteriores definitiones Summorum Pontificum, sole clariùs patebit contrariam sententiam improbabilem, erroneam, falsam esse. Nam ex praxi totius Ecclesiæ, ut habetur in ejus Ritualibus, nunc usurpamus formam conditionatam, quando dubius, ac incertus est e. g. Baptismus, sic dicendo: *Si non es baptizatus, ego te baptizo, &c.*

certe

certè si infans fuit Baptizatus, nullus est baptismus, qui denuò illi datur, forsan quia defuit Materia, non fuit prolata vera Forma, non seriò, nun postulatus, non in Ecclesia Minister baptizavit? nequaquam ut supponimus: sed tantùm ex defectu interioris intentionis Ministri nolentis baptizatum rebaptizare; ergo necessaria omninò est Ministri intentio interna ut Sacramentum validum sit. Sed quid opus est ratiociniis? Rubricæ Missalis Romani à Summis Pontificibus, & à Clemente VIII. recognitæ, & approbatæ *cap.7. de defectu intentionis* concludenter firmant nostram sententiam. „ Si quis non „ intendit conficere, sed delusoriè aliquid agere. „ Item si aliquæ hostiæ ex oblivione remaneant in „ Altari, vel aliqua pars vini, vel aliqua hostia „ lateat, cùm non intendat consecrare nisi quas „ videt. Item si quis habeat coram se undecim ho„ stias, & intendat consecrare solùm decem, non „ determinans quas decem intendit, in his casi„ bus non consecrat, quia requiritur intentio, se„ cùs si putans esse decem, omnes tamen volue„ rit consecrare, quas coram se habebat, nam „ tunc omnes erunt consecratæ „. In his casibus Minister seriò agit, requisita Sacramenti essentialia adhibet, postulatus conficit, in Ecclesia sacrificat, & in Altari, & tamen ex doctrina Ecclesiæ Romanæ non consecrat, quia deficit intentio, non exterior, quam supponimus, ergo interior, quæ omnino requiritur. Tanti ponderis fuit hoc argumentum adversariis, qui audacter asseverarunt Regulas istas fuisse e Missali Parisiensi expunctas, fortè quia non semper veræ aut inutiles. Sed eorum audaciam, & temeritatem fregit cit. Habert recensendo quatuor Missalia Parisiensia à propriis Episcopis edita, & approbata, etiam nuper à Cardinali de Noalles, in quibus ipsissimæ Regulæ habentur, & eas adoptasse penè omnes reliquas Ecclesias testantur cit. Habert, & Tournely. Tam constans igitur fuit praxis hæc, atque doctrina in Ecclesia, quæ numquam passa est aliter doceri, imò anathematis fulmen icit in eos, qui contra dixerint, ut patet ex cit. Prop. XXVIII. Alexandri VIII. quæ adversam sententiam decisivè damnat, ut mox patebit, quam ut evitet, ac elevet cit. Juvenin commentus est plura, quæ causæ suæ potius ostendunt imbecillitatem, quàm adjuvent. Et primo falsum est quod asserit apud Canonistas Gallos nullius ponderis esse decretum transalpinum, nisi immediatè à Papa emanatum fuerit, adeòq; judicia, & sententiæ Romanæ Inquisitionis ne quidem in conscientia obligare ipsi autument. Nam Canonistæ Galli videntur tantùm docere, in Galliis decretum emanatum à Romana Inquisitione, imò ab ipso Papa, nullam vim habere infligendi censuras aliasque pœnas, nisi fuerit per publicam auctoritatem acceptatum. „ At (inquit doctus Simonnet *loc. cit. §. III.*) „ At quod judicium à Romana Inquisitione latum „ de doctrina ad fidem attinente, præsidente Sum„ mo Pontifice, nec postea reclamante, sed vel „ expressè, vel saltem tacitè consentiente Corpo„ re Pastorali, vim non habeat obligandi in con„ scientia; ita ut impunè coram Deo possit, ut „ vera defendi, & typis mandari doctrina, quam „ sic vel ut erroneam, vel saltem ut falsam Sum„ mus Pontifex proscripserit, hoc certè verosimi„ liter dici non potest, imò evidenter falsum est „. Secundo dicta Propositio fuit damnata ab ipso Papa, ut patet ex verbis Bullæ, adeoq; juxta Juvenin assertionem obligat in conscientia, & incurreret quis in comminatas censuras, si dictam propositionē propugnaverit. Tertio falsum est asserere dictam Propositionē loqui de Ministro exteriùs joco agente, & non determinato, aut postulatione, aut loco, aliisque circumstantiis. Nam dicta Propositio indubiè loquitur de Ministro seriò agente, & servante formam Baptismi, alioquin non opus fuisset denuo damnare errorem istum jam anathematizatum in Tridentino, & inter Theologos Catholicos nullus est, qui asserat Sacramentum exteriùs per jocum collatum, validum esse. Ergo evidenter eruitur sensus dictæ Propositionis, nempe. Non valet Baptismus collatus à Ministro, qui omnem actum externum, formamque baptizandi seriò observat, intùs verò in corde suo resolvit; Non intendo facere quod facit Ecclesia: seu quòd verùm Sacramentum numquam conficitur à Ministro nolente facere, imò simulare, & fingere Sacramentum, quocunque modo, & quibuscunque circumstantiis ponat omnem ritum externum: Quæ est opposita sententia Recentiorum. Demùm ut supra innuimus, ipsa actio seriò facta à Ministro postulato, & in debito loco, ac circumstantiis, non indubitanter constituunt, & determinant Ministrum certò agere nomine Ecclesiæ, & uti ejus Ministrum, sed tantummodò arguunt, aut præsumptionem faciunt velle Ministrum agere nomine Ecclesiæ, & ut ejus Ministrum, si velit: (quodque sufficiens est ad removendum scrupulum de incertitudine interioris intentionis Ministri, quod dubium occasio fuit, ut defenderetur contraria sententia) non autem certò constat, quando interiùs non vult. Hinc si per adversarios quando deficit externa intentio, requiritur interna, ut Minister se determinet agere nomine Ecclesiæ, etiam, inquam, quando adsunt solæ prædictæ circumstantiæ, requiritur interna intentio faciendi quod facit Ecclesia, quia prædictæ circumstantiæ non ex se, & re ipsa evincunt Ministrum agere nomine Ecclesiæ, sed tantùm à circumstantibus, & à suscipiente præsumitur agere nomine Ecclesiæ.

Asserere autem in re tanti momenti S. Augustinum absque spe cujuslibet litis docuisse Baptismum datum cum fallacia, seu cum interna retentione intentionis validum esse, viro sapienti, ac eximio Theologo, parùm videtur accomodatum. Etenim si perpendantur omnia ejus verba ad percipiendum suum sensum, fateri oportet, aut cum dubitatione, aut obscurè S. Augustinum locutum fuisse; adeoque pro eorum sententia illum habere certum Patronum non jactaret. Certò nè affirmavit S. Augustinus Baptismum cum fallacia datum validum esse? nonnè dubitanter sensum suum exposuit, & teste ipso Juvenin ita affirmat Bellarminus *lib.1. de Sacram. cap.26.* & insuper doctissimus Cardinalis Noris *in Vindiciis Augustinianis* §. VII. rectè asserit dubitasse non dubio facti, quia tunc temporis jam definitum erat in isto dubio iterandum Baptismum, sed dubio juris, ut re explorata, tandem Ecclesia aliquid certi definiret. Nonnè desideravit judicium Plenariæ Synodi, & se non dubitare opinionem suam retractare, si à Generali Synodo damnaretur? *Sed nobis tutum est*, inquit cum se accingeret ad solvendas propositas quæstiones, *in ea non progredi aliqua temeritate sententiæ, quæ nullo in Catholico Regionali Concilio cœpta, nullo Plenario terminata sunt . . . . . Verumtamen si quis forte me in eo Concilio constitutum, ubi talium rerum quæstio versaretur, non præcedentibus talibus, quorum sententias sequi mallem, urgeret ut dicerem quid ipse sentirem: si eo modo affectus essem, quo eram cum ista dictarem, nequaquam dubitarem habere eos Baptismum, qui ubicumque, & à quibuscumque illud verbis Evangelicis consecratum, sine sua simulatione, & cum aliqua fide accepissent.* Unde meritò usurparem verba cit. Cardinalis Noris contra Recentiores. „ Mirentur verò Recen„ tiores Augustini ingenium, qui ideò dubitavit „ de necessitate intentionis, quia illam aliquo ar„ gumento suaderi videbat, at quia nullius Con„ cilii auctoritate decreta erat, ejusdem mode„ stiam laudens, qui de incertis certam ferre sen„ tentiam recusavit „. Insuper convenit nè inter Theologos quid intellexerit S. Augustinus per fallaciam, & animum fallentem? forsan intellexit Baptismum receptum cum affectu peccati mortalis, siceti cum fictione dicitur recipere Baptismum, qui cum peccato recipit, ut voluit Estios, Sylvius aliique plures docti Theologi: an per fallaciam intellexit defectum fidei in Ministro, aut in recipiente, quam simulant exteriùs, ut voluit de Lugo, Tournely, & quamplurimi Theologi. an verò carentiam intentionis internæ, ut adstruunt cit. Recentiores? Equidem non conveniunt Theologi tam eximii in eundem sensum, ergo obscurè S. Doctor locutus est. Ergo licèt nè sequi Doctorem, qui cum dubitatione in oppositum, & obscurè locutus est, en Concilia, Pontifices, sensum totius Ecclesiæ clarè definientis in contrarium, communem Theologorum eum amplectentem?

Nec minùs confidenter afferunt D. Thomam pro eorum sententia pugnare, nam præterquam quod pluribus in locis apertissimè communi sententiæ favet, & unicè adheret, uti explicant ejus expositores, ac discipuli, si excipias Contensonium aliosq; paucissimos; prolege quæso *3. p. q.64. art.8.9. & 10.* ubi ex professo intentionem interiorem Ministri disquirit, & illam unicè requirit, & propugnat; adeoque non videtur ejus doctrinæ consentaneum, si solam intentionem exteriorem sufficere doceret, absque interiore, quam requirere in citatis articulis nullus puto adversariorum erit negaturus. Igitur citatos consule, & Simonnet ac Tournely, qui miram mentem Divi Thomæ explicant, & eum communi opinioni adhærere evidenter ostendunt. Igitur ex Scripturis, Traditione, Conciliis, sensu Ecclesiæ,

Nec ad valorem Sacramenti requiritur in Ministro intentio conferendi effectum Sacramenti, e.g. Characterem, & Gratiam.

320 Intentio conferendi effectum in Ministro non requiritur.

PRobatur, quia ad hoc, ut quis ponat aliquam causam, non est opus, ut intendat ponere effectum, cùm positio causæ non dependeat à positione effectus; ergo neque ad hoc, ut ponatur Sacramentum, est opus, ut intendatur poni ejus affectus; Imò non est in potestate ponentis causam necessariam non impeditam, ut non ponatur effectus; & proindè si quis velit ponere Sacramentum, non potest facere, ut non sequatur effectus, dummodò in recipiente nullum sit impedimentum.

Qualis debeat esse ista intentio conficiendi Sacramentum?

321 Intentio triplex.

TRiplicem intentionem distinguunt communiter Doctores in hac materia: Habitualem scilicet, Virtualem, & Actualem.

322 Habitualis.

Habitualis intentio est illa, per quam nos facimus aliquid ex habitu acquisito ad id faciendum, absque ulla prorsùs advertentia, & deliberatione, sed idem prorsùs faceremus, si non essèmus vigilantes; e. g. cum quis habens habitum misericordiæ, nihil de eleemosyna cogitans, pecuniam ponit, ubi eleemosynæ colliguntur: & etiam haberi potest talis intentio habitualis in operatione alicujus actus non retractati, sed tamen nullo modo perseverantis, nec in se, nec in aliqua sui virtute relicta, quo pacto si aliquis homo ordinavit in Deum per actum omnes suas actiones in hebdomada faciendas, tunc ex illo præcedenti actu, qui anteà transivit omninò, nec tamen est retractatus, quælibet actio totius hebdomadæ, etiam indifferens, remanet ordinata habitualiter in Deum, & sic si Sacerdos, e.g. hodiè habet intentionem applicandi Sacrum crastina die pro Petro, in crastina posteà immemor illius applicationis, nulli alteri Sacrum applicat, remanet ex intentione habituali applicatum Petro.

323 Virtualis.

Intentio virtualis est illa, quæ licèt non valeat in se, remanet tamen in virtute, dum operatio elicitur, ex quo sequitur, quod verè ratione virtutis influat in operationem, ad differentiam intentionis habitualis, quæ cum sit omninò transacta, nec in sua virtute perseverat in actione humana.

324 Quæ sit, explicatur.

D. Thomas hìc *quæst. 64. art. 8. ad 3.* respondet, quod ideò dicatur permanere virtualiter, quia intentio operationis, cùm ipsa esset actualiter præsens, applicavit potentias ad operandum, & ratione hujus applicationis, quæ remanet, etiamsi ipsa actu non resistat in fine actionis, potentiæ remanent determinatæ ad agendum usque ad complementum operationis, sicuti si quis intendens acquirere mercedem, se ad operandum applicavit, etiamsi distrahatur à cogitatione mercedis, talis intentio virtualiter perseverat in ipsa applicatione à principio facta; siquidem si cessaret spes mercedis, non utique proloqueretur operari, *putà cùm Sacerdos accedens ad baptizandum* (sunt hæc verba D. Thomæ) *intendit facere circà baptizandum, quod facit Ecclesia; Undè posteà in ipso exercitio actus cogitatio ejus ad alia rapiatur, ex virtute primæ intentionis, perficitur Sacramentum*. Hæc D. Thomas; quare dicitur virtualiter permanere, quia fuit actualis causa alicujus, quod contrahitur cum eo, quod modò fit, licèt ipsa modò naturaliter non existat. (9)

325 Intentio Actualis.

Intentio verò actualis est, quando actualiter homo per actum præsentem, & existentem intendit facere, quod facit: sed hìc est valdè advertendum, quòd hæc intentio actualis potest esse directa, hoc est illa, quæ verè terminatur ad opus, absque eo quod conjungatur cum alia, quasi reflexa, quæ est, quando homo reflectit, & cognoscit suam intentionem, quam habet de opere: & defectu hujus intentionis, multi scrupulosi putant se non habere necessariam intentionem, cùm nedum habuerint virtualem, sed etiam actualem directam; hæc autem intentio actualis directa permanere potest, licèt non semper actualiter homo signatè dicat: Ego volo elicere hoc; dummodò exercitè id actualiter intendat, itaut post actum intentionis conficiendi opus attendat ad ea, quibus conficitur, quam ad distinctam formæ prolationem, & ad reverentiam, contractationem materiæ. His positis

Ad hoc ergo, ut Minister validè conficiat Sacramentum, non sufficit intentio habitualis, nec requiritur actualis, sed sufficit virtualis. Conclusio est communis cum omnibus Doctoribus. 326 Requiritur Actualis, sed sufficit Virtualis.

Probatur, quoad primam partem, non sufficere intentionem habitualem, quia talis intentio nullo modo est causa moralis, & in humano modo est hoc cum libertate influens in effectum, sed non concomitanter se habet ad ejus petitionem, eò quia vel consistit in solo habitu, etiam si fuerit actus, nec modò existit, ergo si intentio requiritur ad valorem Sacramenti debet esse humana, per quam Minister humano modo intendat facere, quod facit Ecclesia, habitualis verò intentio non sufficit ad valorem Sacramenti. 327 Posita doctrina probatur.

Probatur, quoad secundam partem, non requiri intentionem actualem, quia hæc intentio (ut inquit D. Thomas) non est totaliter

posita

ac definitionibus Pontificum; atque ex communi Theologorum consensu nunc unice, & in praxi, & in Scholis sustinenda est vera sententia, requirens interiorem intentionem in Ministro Sacramentorum, at Auctor per duas quæstiones conatus est optimè demonstrare.

(9) Præmonendum Lectorem hìc existimavi, nè prætercurrendo cit. D. Thomæ locum, existimet eum requisisse intentionem habitualem in conficiente Sacramentum illis verbis: „dicendum quòd licèt ille, qui aliud cogitat, non habet actualem intentionem, habet tamen habitualem, quæ sufficit ad „perfectionem Sacramenti: puta cum Sacerdos", & reliqua ab Auctore relata. Nam sciendum tempestate Divi Thomæ nondum videtur adhibitum esse nomen intentionis virtualis, sed nomine habitualis, virtualem intelligebant, ut ex D. Bonaventura probare possem: quo tamen nomine usus est postea Scotus in *Commentariis ad libros Sententiarum*. Verùm ex contextu clarè patet D. Thomam non requisisse in conficiente nisi virtualem, licet curandum sit actualem habere, ut videre est in exemplo apposito de Sacerdote accedente ad baptizandum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, & in administratione Baptismi distrahatur; *ex virtute*, inquit, *primæ intentionis perficitur Sacramentum*; ex quo apparet D. Thomam pro habituali virtualem intentionem intellexisse.

posita in hominis voluntate, quia est præter suam voluntatem, cùm homo vult aliquod intendere, incipit alia cogitare; cùm ergo Deus non obligat ad id, quod est difficillimum, & quasi moraliter impossibile, dicendum est non requiri actualem intentionem.

Tertia verò pars probatur ex dictis; nam si intentio habitualis non sufficit, & actualis non requiritur: sufficit virtualis, quia ipsa ut ejus moralis causa satis est ad operandum humano modo; ut patet; ergo, &c.

Quæres hic, quomodò debeat esse hæc intentio requisita ad valorem Sacramenti, absoluta ne, an conditionata?

Respondeo, & dico, quòd debet esse absoluta: licèt aliquando possit esse conditionata. (10)

Probatur, quia voluntas conficiendi Sacramentum debet esse efficax, nè periculum fiat frustrà irritandi Sacramentum: Sed voluntas efficax est absoluta; ergo debet esse voluntas absoluta, quia etiam aliquando possumus rationabiliter dubitare de capacitate, vel dispositione subjecti, & ideò possumus conficere Sacramentum sub conditione capacitatis, vel dispositionis, ut in propriis materiis dicetur.

328 Intentio debet esse pura

Dico secundo, si conditio apponatur de futuro contingenti, v.g. absolvo te, si talem pœnitentiam egeris, reddit invalidum Sacramentum; ratio est, quia quando apponitur talis conditio, suspenditur actus propter incertitudinem futuræ intentionis; ergo tunc non fit Sacramentum, quia tunc non est nec materia, nec forma Sacramenti; ergo simpliciter Sacramentum est invalidum.

329 Si fit de futuro contingenti reddit nullum Sacramentum.

Neque dici potest, quòd tunc conditio fit certè vera, nec falsa, eò quia certè scitur à Deo, qui dedit de tali conditione futurum, non inquam id dici potest, quia minister non apponit talem conditionem: Ego te absolvo, si verum est te facturum pœnitentiam, sed dicit, si facies pœnitentiam, quia determinatum in se non est, licèt ità intenderet Minister, atque tamen conficeret Sacramentum, quia sicut conditio apposita præsens fit, & existens, humano modo cognoscibilis non est, eò quia Sacramentum ab hominibus fit per humanum modum operandum, qui in casu posito non haberetur, cùm dependeret à conditione, quæ humano modo non possit haberi in conceptu cognitionis, sicuti baptismus collatus sub conditione, in qua diceretur: Ego te baptizo, si es prædestinatus, neque esset validus propter eamdem rationem, quia certitudo prædestinationis, vel non prædestinationis cognosci non potest.

Ex quo colligitur, quòd has similes conditiones apponere fit grave peccatum, quia ad minimum redditur dubius valor Sacramenti, quod debebit sub conditione reiterari, quia non tantùm prædestinati sunt certè baptizandi.

330 Nô licet has conditiones apponere.

Nota verò, quod si aliquis diceret: Ego te baptizo, si cras orietur Sol, conficit Sacramentum, eò quia non depeodet ab alio facto, quod incertum fit, dummodò nollet suspendere actum, usque ad ortum Solis, sed tunc determinat quod verba proferuntur: si non suspenderet actum, tunc conficeret Sacramentum, & neque quando orietur Sol, cùm tunc materia, & forma non existant.

331 Conditio necessaria reddit validum Sacramentū.

Dico tertio, quòd si poneret conditionem da præsenti, vel de præterito confici potest validum Sacramentum, ut si dicat: Baptizo te, si legitimè es natus, quia tunc intentio propter certitudinem existentiæ conditionis transit adesse absolutum, & certum: sed grave peccatum est ponere has, & alias conditiones sine necessitate, quia Minister exponit se periculo invalidandi Sacramentum, si conditio non existat, & etiamsi non fit periculum per præscientiam conditionis, receditur in re gravi ab usu Ecclesiæ.

332 Conditio de præsenti, aut de præterito facit validū Sacramentū.

An Minister, & qua intentione debeat Sacramenta perficere?

Intentio Ministri potest esse pura, & conditionalis. De pura nìc agendum, de conditionali verò distinguendum est, nam aliquæ conditiones sunt ex natura actus, ut Baptizo te, si es vivus, si materia est habilis: aliæ conditiones sunt extraneæ, ut Baptizo te, si es prædestinatus, si cras pluet.

333 Conditio naturæ actus potest apponi.

Convenit inter Doctores posse apponi conditiones ex natura actus prærequisitas de præsenti. *cap. 2. & 3. de Baptismo.*

Tota difficultas est:

An

(10) Inquirunt Eruditi an semper in Ecclesia usurpatum fit aliquo in casu uti forma conditionata in Sacramentis dubiis, præsertim in non iterabilibus. In qua inquisitione communiter afferunt primis Ecclesiæ sæculis, saltem usque ad VII. non invaluisse ubique morem istum, tamen post expressam Decretalem Alexandri III. in *cap. 2. de Baptismo*, quæ in corpore Juris Canonici per Gregorium IX. fuit redacta, per totam Ecclesiam sæculo XIII. usitatum fuit Sacramenta dubia reiterari sub conditione. Quodque sic probant, quia si Ecclesia antiquitùs adhibuisset formam conditionatam in Sacramentis dubiis, proculdubio illa usa fuisset: Et tamen Concilium Carthaginense V. Anno 368. *Can. 6.* loquens de infantibus, qui non habent certos testes de eorum Baptismo, absolutè jubet eos baptizari, nulla mentione facta formæ conditionatæ. Quodque Concilia Africana, & Quinisexta, seu Trullana Synodus *Can. 84.* secuta sunt, sicuti pariter Leo Magnus *Epist. 37.* docet: *Non potest in iterationis crimen devenire, quod factum esse omnino nescitur.* Gregorius Magnus *lib. 12. Epist. 31.* ad Felicem Episcopum in Sicilia inquit: *Non monstratur iteratum, quod non certis indiciis ostenditur rite peractum.* Quam formam conditionatam tamen octavo, nonoque seculo expresserunt Capitularia Caroli Magni *lib. 6. cap. 181.* ubi, *de quibus dubium est utrum sint baptizati, an non omnimodis, absque ullo scrupulo baptizentur, his tamen præmissis verbis, Non te baptizo, sed si nondum baptizatus es, baptizo te in nomine Patris, &c.* Et Alexander III. seculo XII. similiter expressit formam conditionatam in supra cit. Decretali, quæ cùm in corpore Juris Canonici generalem regulam faciat, omnes Ecclesiæ Latinæ amplexæ sunt, ut patet in earem Ritualibus, præsertim in Rituali Romano, ubi præscribûtur Regulæ quando adhibenda sit licitè forma conditionata. Hæc adnotare libuit erudite Lector, ut addisces studium Ecclesiæ, quæ adhibendo formam conditionatam in Sacramentis dubiis, & saluti spirituali hominum consuluit, & honori Sacramentorum. De qua re vide Caballutiam ad *cit. Can. 6.* Concilii Carthaginensis. Christianum Lupum ad *cit. Can. 84.* Trullanæ Synodi. Gasparem Javenin in *Dogmat. Hist. de Sacram. Dissert. 1. quæst. 3. cap. 5. art. 1.* Van-Espen *par. 2. Juris Eccl. tit. 1. de Sacram. in genere cap. 1. num. 15.* Ludovicum Habert *tom. 6. de Sacram. in genere cap. 12. quæres 2.* aliosque.

An possit apponi conditio extranea?

334 Conditio de præsenti, & de præterito reddit dubiũ Sacramentũ quoad nos.

CONditiones impertinentes possunt esse de præsenti, de præterito, & de futuro. De præsenti, & de præterito semper reddunt Sacramentum dubium non in se, nam si conditio est verificata, Sacramentum est validum; Si verò non sit verificata, est nullum: & sic quoad notitiam, non in se Sacramentum est dubium.

An conditio de præsenti, præterito, aut futuro sit licita in Sacramentis?

335 Quæ non licent.

NEga: nam injuriam facit recipienti, habenti absolutum jus ad Sacramenta, exponendo illum in dubio non recipiendi Sacramentum, & sic periculo æternæ damnationis: & etiam injuriam facit Sacramento, nam Christus Dominus voluit fideli non ponenti obicem Sacramentum conferri.

Tota ergo difficultas remanet:

An validè, sed illicitè talis conditio extranea apponi possit, ità ut peccet, sed reddat Sacramentum dubium, ob dubium conditionis eventum?

336 Hæ conditiones non licent, & reddunt dubium Sacramentum.

AFfirma: ità habet communis. Contra Vasqu. ajentem nullum Sacramentum. Probatur, quia cum tali conditione possunt existere omnia requisita ad Sacramenti valorem; ergo potest existere Sacramentum. Consequutio est bona. Antecedens probatur, quia talis conditio non tollit materiam, nec formam; nec intentionem faciendi, quod facit Ecclesia, quæ etiam sufficiunt ad Sacramenti existentiam. Trid. *sess. 7. Can. 11. & de Baptismo Can. 4.* Quod autem non tollat materiam; patet, quia non tollit aquam, nec ablutionem. Similiter non tollit formam, quia non tollit verba. Nec tollit intentionem faciendi, quod facit Ecclesia, quia illa conditio extranea huic intentioni non opponitur, nec contrariè, nec contradictoriè.

Secundo probatur, in dubio præsumendũ est Christum Dominũ velle quem decedere magis cum Sacramento dubio, quàm cum Sacramento nullo: Sed si non possent apponi dictæ conditiones, decederet fidelis cum Sacramento nullo illis appositis. Si verò possent validè apponi, illis appositis decederet cum Sacramento dubio; ergo præsumitur Christum Dominum velle validè, licèt non licitè posse apponi, nam præsumitur prospexisse utilitati recipientis in bona fide.

Cùm enim Christus Dominus physicè non impediat voluntatem ità conditionatè baptizandi, ità nec impedit valorem Baptismi, quantum fieri potest.

Nec dicas non habere Ministrum facultatem apponendi illas conditiones extraneas; sicuti mandans dans alteri facultatem, censetur dare ad actum legitimum, non verò ad apponendas conditiones impertinentes; igitur Minister apponens conditionem impertinentem, nullum facit Sacramentum.

337 Actus sustinetur rejectis conditionibus impertinentibus.

Sed contra primo, quia idem contra adversarios, nam licèt mandatarius apponeret conditionem impertinentem, non per hoc actus esset nullus, sed rejectis impertinentibus, sustinerentur utilia, juxtà illud: utile per inutile; undè hìc concluderetur Sacramentum esse purum rejecta conditione impertinenti.

Secundo contra, quia disparitas est ex eo, mandatarius namque agit ad utilitatem mandantis, at Christus Dominus instituit Sacramenta pro utilitate recipientis, & sic debet Sacramentum valere eo modo, quo potest.

Tertio contra est, quia per te redditur Sacramentum nullum appositis illis conditionibus; & sic Minister per te habet jus reddendi Sacramentum nullum, quod est plus, quàm habere jus reddendi illicitè Sacramentum dubium.

Quarto probatur, quia Sacramentum sub conditione impertinenti, si esset nullum, id vel haberet ex natura conditionis impertinentis, vel ex institutione Christi Domini; non ex natura conditionis impertinentis, ut patet; nec ex Christi Domini institutione, cum de tali institutione non constet. Imò oppositum, cùm Christus Dominus instituens pro salute fidelium voluit sub tali conditione magis Sacramentum dubium, quàm nullum.

Deus ergo sicuti non abstulit à Ministris potestatem reddendi illicitè nullum Sacramentum defectu intentionis, ità nec potestatem reddendi illicitè Sacramentum dubium ob impertinentem conditionem. Et sicuti simpliciter sine intentione faciendi quod facit Ecclesia, Sacramentum est nullum, ità cum intentione conditionali Sacramentum est dubium, & purificata conditione validum.

Quid verò dicendum sit de intentione personæ, vel materiæ determinatæ in collatione Sacramenti, diximus: solùm hìc addendum, quòd si Sacerdos, e. g. intenderet consecrare hostiam præsentem, quam putat esse unam, cùm tamen sint duæ, utraque est consecrata, quia intendit consecrare, quod est præsens, & id, quod est præsens, est utraque hostia, licèt materialiter ipse putet esse unam. 338 Intentio Ministri debet versari circa rem præsentem.

Si autem quis inscio Sacerdote alias hostias apponeret in corporali, non essent istæ consecratæ, cùm ad eas intentio Sacerdotis non dirigatur, sed solùm ad id dirigi solet, quod ipse præ manibus habet, & ab eo est appositum, vel permissum apponi. 339 Vide regulas istas supra ex Missali Romano nota 8.

Si verò Sacerdos unam hostiam ponit, & alius inscio ipso illam tollit, & aliam ponit, utique hæc posita consecratur, quia intentio ipsius non dirigitur ad hostiam, ut formaliter est à se apposita, sed ad præsentem hostiam, circa quam materialiter erat: Esset pro complemento hujusmodi disputationis agendum de persona, quæ Sacramentum potest accipere, an debeat ipse suscipiens esse baptizatus, possit nè esse ebrius, aut in sacris, &c. de quibus aliqua sunt à nobis tradita: Multa alia remanent tradenda hìc, & in propriis materiis de Sacramentis in particulari; Interim

De Subjecto Sacramentorum, seù de illis, qui Sacramenta recipiunt.

CAPUT IV.

VIsum est supra de Ministris, ad suscipientes se declinet Oratio inquirendo, quid sit Subjectum Sacramentorum, & quid in eo requiratur.

Quod-

Quodnam sit Subjectum capax Sacramentorum?

§. I.

340 Homo viator est solus capax Sacramentorum.

SUbjectum capax Sacramentorum nullus potest esse, nisi solus homo viator. Ratio est, quia Sacramenta instituta sunt à Christo ad salutem hominis, & in remedium peccati: Ergo solus homo est subjectum capax Sacramentorum, quandiù degit in hac vita,] in qua eget remedio contra peccatum.

An tantùm viatores sint capaces Sacramentorum?

341 Quia pro hominibus viatoribus sunt instituta.

AFfirma: Nam pro consequenda, recuperanda, manutenenda, augenda salute fidelium instituta sunt à Christo Domino,& pro beneficio militantis Ecclesiæ. S. Thomas *3.par. quæst.64.art.10.* Suarius *disp.14.sect.1.*

An Beatus sit capax Sacramentorum?

342 Beatus non est capax Sacramentorū, nisi de potētia Dei absoluta.

AFfirma: de potentia Dei absoluta, quia nullam involvit contradictionem. Nugnus *quæst.65.art.10.diff.1.*

An Angeli sint capaces Sacramentorum?

343 Angeli non sunt capaces Sacramentorum.

NEga: Nam Angeli sunt spirituales, Sacramenta verò consistunt in rebus materialibus. Nugnus *loc. cit.* Henriq. *lib.1.cap.21.* Reginaldus *lib.26.num.50.*

Nec primò obstat: Angeli sunt capaces Eucharistiæ, quæ appellatur Panis Angelorum, juxta illud Psalmi 77. *Panem Angelorum manducavit homo*; ergo Angeli, & consequenter alii præter hominem, sunt capaces Sacramentorum.

344 Panis Angelorum Christus est.

Respondetur: nomine Panis Angelorum intelligi posse Christum, qui dicitur Panis Angelorum, non quia Angeli ipsum sacramentaliter percipiant, sed quia eo fruuntur, eique spiritualiter uniuntur.

Nec obstat multos Angelos peccasse, nam Sacramenta non sunt instituta ad peccatum Angelorum spiritualium remittendum, sed ad salutem hominum viatorum.

Nec obstat tertio, si mus comedat hostiam consecratam, dicitur recipere Eucharistiam. Ergo alii, præter hominem, sunt capaces Sacramentorum.

345 Eucharistia recepta materialiter à mure, non dicitur accepta ut Sacramentum.

Respondetur, murem recipere Eucharistiam materialiter tantùm, non verò sacramentaliter, cùm non sumat eam ut Sacramentum, & non attingit Christum secundum propriam speciem, sed secundum species sacramentales, sub quibus latet Christus, absque suæ dignitatis diminutione. D.Thomas *3.par.quæst.80. art.3. ad 3.* ibi: *dicendum, quod si mus, vel canis hostiam consecratam manducet substantia Corporis Christi non desinit esse sub speciebus, quandiù species illæ manent: hoc est quandiù substantia panis maneret; Sicut etiam si projiceretur in lutum. Nec vergit in detrimentum dignitatis Corporis Christi, qui voluit à peccatoribus crucifigi absque diminutione suæ dignitatis, præsertim cùm mus, aut canis non tangat ipsum Corpus Christi, & secundum propriam speciem, sed solùm secundum species Sacramentales. Quidam autem dixerunt, quòd statim, cùm Sacramentum tangitur à mure, vel cane, desinit ibi esse Corpus Christi, quod etiam derogat veritati Sacramenti, sicut suprà dictum est.* Hinc patet:

Quid dicendum de equo bibente aquam Baptismi?

HIc non dicitur recipere Baptismum, sed bibere id, quod est materia Baptismi. Ex his patet nullum, præter hominem, esse subjectum capax Sacramentorum. 346 Idem dicas de equo bibēte aquam Baptismi.

An omnes, & singuli homines sint capaces omnium Sacramentorum?

NEga: quia ut patebit ex dicendis de singulis Sacramentis, aliqui sunt incapaces Matrimonii propter impotentiam perpetuam, aut propter defectum usus rationis, alii sunt incapaces Ordinis, ut fœmina, hermaphroditus, nisi prævaleat virilis sexus, alii incapaces Extremæ Unctionis, ut puer, qui non dum ad rationis usum pervenit. Suarez *disp.14.sect.1.sub fine.* Filliuccius *tract.1.cap.8.quæst.1.* Bonacina *tom.1.de Sacram.in genere qu.6.punct.1.num.5.* 347 Non omnis homo est capax omniū Sacramentorum.

An requiratur aliqua dispositio in adulto recipiente Sacramenta?

§. II.

AFfirma. Trid.*sess.6.cap.7.* Itaut Sacramenta Mortuorum exigant saltem attritionem sacramentalem. Sacramenta verò Vivorum exigant contritionem, & Eucharistia Confessionem per se; Nam Sacramenta Mortuorum non præsupponunt gratiam, & sic non præsupponunt contritionem. Vivorum verò supponunt gratiam, & sic supponunt contritionem, & Eucharistia ob specialem excellentiam etiam præexigit Confessionem. Henriq. *lib.2.cap.24.num.3.* Bonacina *disp.2.qu.2.puncto 6. num.14.* 348 Ut Sacramēta adultis prosint requiritur eorum dispositio.

Requiritur igitur in adulto dispositio, qua recipiens Sacramentum, ita se disponat, ut sit capax saltem principalis effectus, scilicet gratiæ; quia Sancta sanctè sunt tractanda: qui autem ita se non disponit, ut sit capax effectus principalis, non tractat Sancta sanctè, sed indignè, & est sacrilegus, ac reus peccati: sicuti peccat qui conficit Sacramenta in læthali; Et sic aliquis recipiens Sacramentum in læthali gravius peccat, quàm qui conficit in læthali: tum quia recipiens videtur magis tractare Sacramenta, quæ recipit, quàm qui conficit; tum etiam quia ministrans in læthali Sacramenta, non tollit effectum Sacramentorum, nec reddit inanem illorum significationem: At recipiens in læthali, tollit effectum Sacramentorum, cùm non recipiat gratiam, quæ producitur ab existenti in gratia. Suarez *disp.17.sect.2. concl.2.* Henriq. *lib.1.cap.22.num.10.& cap.23.* Reginaldus *lib.26.num.61.* Vivaldus *de Sacram. in genere cap.3. num.16.* Filliuc. *tract.1. cap.8.qu.6.num.148.* 349 Dispositio sit sufficiens ad recipiēdum principalem effectum Sacramenti.

Dixi, ut sit capax principalis effectus, nam si quis dispositus sit ad principalem effectum, scilicet ad gratiam recipiendam, sed ponat obicem ad effectum secundarium, per se non peccat mortaliter: ut si quis recipiat Baptismum cum complacentia alicujus peccati venialis, non obtinet remissionem totius pœnæ, quæ est 350 Qui est indispositus ad secūdarium effectū de se non peccat mortaliter.

effe-

effectus secundarius Sacramenti Baptismi, & tamen constat hunc non peccare mortaliter.

Dices, qui ponit obicem ad recipiendum characterem graviter peccat, sed character est effectus secundarius: ergo qui ponit obicem ad effectum secundarium, peccat mortaliter.

351 Qui Sacramenta vult, nequit impedire receptionẽ Characteris.

Respondetur, recipientem Sacramentum eo ipso, quod vult recipere Sacramentum, non posse ponere obicem ad recipiendum characterem; nam qui vult Sacramentum, vult etiam characterem, tanquam accessorium, quod consequitur Sacramentum. Præterea non potest ponere obicem effectui secondario, quin ponat abicem primario, cùm autem ponens obicem affectui primario graviter peccat, sequitur etiam, eum, qui ponit obicem ad recipiendum effectum secundarium graviter peccare. Quare quando dicimus eum non graviter peccare, qui ponit obicem ad secundarium effectum, intelligitur de illo, qui potest ponere obicem ad secundarium effectum, non ponendo obicem ad primarium.

De Intentione requisita in Subjecto. §. III.

An requiratur intentio in adulto recipiente Sacramenta?

352 In adulto requiritur intentio recipiendi Sacramentum.

AFfirma, tum quia qui non intendit, & non consentit, censetur virtualiter contradicere; cùm omnis homo ita censeatur, virtualiter dispositus, & affectus, ne nolit in rebus magni momenti implicari sine voluntate: tum quia non decet Christianos invitos recipere Sacramenta: tum etiam quia sicut in Ministro requiritur intentio, ita etiam in recipiente Sacramenta. S. Thomas 3. *part. quæst.* 88. *art.* 3. multi DD. apud Henriq. *lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 1. Suarez *disp.* 14. *sect.* 2. Nugnus *qu.* 64. *art.* 10. *diff.* 2. *concl.* 1. Reginaldus *loco cit. num.* 5. Filliuc. *tract.* 1. *cap.* 8. *quæst.* 2. & 6. Coninck *quæst.* 64. *art.* 8. *dub.* 5. *num.* 98.

353 In pueris nõ requiritur.

Dixi in adulto, ad differentiam pueri, qui non dum debet habere intentionem, cùm non possit elicere actum voluntatis, ut quando recipiunt Sacramentum Baptismi, Ordines, &c. ut demonstrabimus cùm de singulis Sacramentis in specie.

Quæ, & in quibus Sacramentis requiratur intentio?

354 Sacramenta requirentia consensum, requirũt intentionem recipientis.

SAcramenta requirentia consensum, vel actum recipientis ex se exigunt intentionem, ut Matrimonium ratione contractus exigens consensum; Pœnitentia ratione attritionis, vel contritionis.

355 Quæ Sacramenta infanti conferri possint.

Quinque Sacramenta, scilicet Baptismus, Confirmatio, Ordo, Extrema Unctio, & Eucharistia validè infanti conferri possent, licèt non ob defectum consensus, sed ex natura institutionis, Extrema Unctio supponens peccatum actuale, non detur infanti: & peccatum actuale hic venit nomine reliquiæ, de quo suo loco, cùm de Sacramento Extremæ Unctionis.

In adultis intentio est conditio essentialis, circa quam intentionem primo inquirimus:

An Baptismus requirat consensum positivum adulti baptizandi?

AFfirma. D. Augustin. *lib.* 4. *de Baptismo cap.* 24. D. Thom. 3. *par. quæst.* 68. *artic.* 7. Scotus in 4. *dist.* 4. *qu.* 4. Suar. *disp.* 14. *sect.* 2. Vasq. *disp.* 152. *cap.* 2. *num.* 65. Arriag. *loc. cit.* Leand. *tom.* 1. *tract.* 1. *disp.* 5. *quæst.* 2. citans octo Doctores contra Cajetanum 3. *par. quæst.* 68. *art.* 7. Ledesmam *par.* 1. *Summæ quæst.* 9. *art.* 7. ajentes satis esse consensum negativum, scilicet non adesse dissensum, qua ratione infantes, quia nec dissentiunt, recipiunt Sacramenta, & remoto impedimento contrariæ dispositionis, materia recipit formam. Est etiam contra *Glos. in cap. majores. de Baptismo*, ajentem Baptismum validum, si externè non dissentiat, licet baptizatus dissentiat interiùs. 356 Adultus debet positivè cõsentire in Baptismum.

Probatur primo; ex *cap. majores. de Baptismo*; ubi possunt baptizari amentes, qui antea fuerunt cathecumeni cum voluntate suscipiendi Baptismum, si illa positiva voluntas non sit retractata per contrariam voluntatem, ibi: *quando obicem contrariæ voluntatis non invenit*; ergo requiritur positiva intentio recipiendi Sacramentum, non retractata per contrariam voluntatem. 357 Probatur ex cap. Majores. de Baptismo.

Secundo probatur ex Conc. III. Carthaginensi *can.* 34. & ex Concilio I. Arausicano *can.* 12. ubi baptizandi sunt adulti, qui ante amentiam petierunt Baptismum, & ex Rituali Romano Pauli V. ubi agitur de Baptismo. Ex Conciliis.

Nec valet dici Concilia velle Baptismum esse illicitum, non invalidum; nam contra est, quia si posset esse validum, non posset prohiberi in casu extremæ necessitatis administrari à non petenti, nam tali Baptismo amens salveretur, secùs extremè periturus.

Tertio probatur, quia Christus Dominus voluntarios, & sic consentientes milites exigit, si propria utantur ratione. Hìc namque ratione utens seipsum juvare potest, & nolens sibi imputet; quæ ratio non currit in infante.

Quarto suadetur, quia potest esse ut adultus peccaverit, & sic requiritur attritio supernaturalis in illo disponens ad Sacramentum, meritò ergo voluntas recipiendi Baptismum requiritur.

Dices, Extrema Unctio datur etiam non petentibus; igitur satis est si non adsit contraria voluntas.

Respondetur, Christianismum professos virtualiter velle recipere Sacramenta necessitate occurrenti, si novum onus non afferant, ut maximè est Eucharistia, Confirmatio, Extrema Unctio, quæ valdè utilia sunt sine onere; quæ ratio non currit in recipiendo Ordine, secum afferente onus, nec in non baptizatis, qui non præsumuntur velle baptizari ob onera immutatione Religionis consideranda, & subeunda; ut rectè docet Lugo, & Arriaga *loc. cit. num.* 21. contra Coninck *de Sacram. qu.* 64. *art.* 8. *n.* 103. ajentem posse baptizari ob implicitam voluntatem, qua præsumitur velle externè salvari, & sic velle baptizari. 358 Probus Christianus vult recipere Sacramenta in necessitate, etsi nõ petat.

An

An Sanctissima Eucharistia data dormienti, vel illi, qui putat hostiam non consecratam, causet gratiam, si recipiens non sit in peccato?

359 Eucharistia data dormienti digno videtur gratiam quoque causare.

AFfirmat ut probabiliùs Arriaga *tom. 7. disp. 22. num. 13.* quia etiam causat gratiam data infirmo stulto, sicuti olim dabatur infanti; ergo etiam dormienti remoto obice peccati, cùm Sacramenta causent gratiam non ponenti obicem, cùm Sacramenti gratia non pendeat à voluntate recipientis.

Ex quo patet disparitas à baptismo valido in infante, in adulto nullo sine voluntate recipientis, quia non in infante, sed in adulto voluntas est conditio sine qua non, & adulti non infantis attritio prærequiritur in receptione baptismi ob actualia fortè commissa.

Idemque asserit Arriaga *num. 15.* recepturum gratiam justum adultum, licèt per vim recipiat venerabile Sacramentum Eucharistiæ, resistente fortè, quia comedit, non verò si resistat, & resistendo de novo peccet. Concludit tandem *num. 16.* probabiliter hæc omnia

360 Quodq; probabiliter negari potest.

negari posse concludendo, liberam Christi voluntatem (de quo non constat) esse nolle dare gratiam Sacramenti recipienti casu, per vim, dormiendo.

An in adultis sufficiat intentio habitualis non retractata?

361 In recipiente sufficit intentio habitualis nō retractata.

AFfirmat Bonac. *disp. 1. qu. 6. puncto 2, num. 8.* Hurtadus *disp. 4. diffic. ult. in fine.* Suarez *disp. 14. sect. 2.* Lugo *disp. 9. n. 122.* Palaus *tract. 18. punct. 12. n. 2.* Banni *tract. 1. qu. 20. assert. 5.* alii quos dat, & sequitur Leander *loc. cit. qu. 3.* dicens sufficere intentionem etiam implicitam vi professionis Religionis Christianæ, qua saltem implicitè intendit recipere Sacramenta suo tempore, quod videtur etiam sentire Arriaga *tom. 7. disp. 22. num. 21.* contra Filliucc. *tract. 1. cap. 8. num. 131.* & alios, requirentes intentionem virtualem saltem in suscipiente.

Patet primo in Baptismo, Confirmatione, & Extrema Unctione ex *cap. majores de Baptismo*, ex Concilio Carthaginensi III. *cap. 34.* satis ergo est ut Sacramentum sit habitualiter volitum, licèt deindè detur, deficiente usu rationis.

Secundo Ordo validè non licitè potest conferri destituto usu rationis.

Tertio Sacramentum Pœnitentiæ potest conferri illi, qui ante amentiā, deliquium, furorem petiit attritus. Idque etiam per multos annos post, puta per decem annos ex voluntate habituali, non retractata, ut per multos annos post, auditis partibus antea, & actis visis, potest sententia ferri. Arriag. *loc. cit. num. 25.*

362 In Matrimonio requiritur actualis, vel virtualis intentio.

Quarto Matrimonium exigens actualem, & virtualem intentionem ob rationem contractus ineundi humano modo, & sic cum cognitione eorum, quæ geruntur, non potest fieri habituali intentione.

De Ritibus, & Cæremoniis circa Sacramenta.

CAPUT V.

AD conficienda Sacramenta duplex Ritus requiritur, unus accidentalis, alter essentialis, seù unus de necessitate Sacramenti, alter de necessitate præcepti. De necessitate Sacramenti requiritur forma, materia, & intentio Ministri. De necessitate præcepti requiruntur certi ritus, qui dicuntur ritus accidentales, seù Sacramentalia. Cæremonia, seù ritus accidentalis est actio externa religiosa, qua decorè, & ornatè Sacramenta ministrantur juxtà Ecclesiæ præscriptum. Suarez *3. par. disp. 15. tom. 3. sect. 1.* Bellarminus *lib. 2. de Sacram. in genere c. 26.*

363 Ritus aut accidentalis est, aut essentialis.

An Sacramenta licitè, & validè possint administrari sine ritu essentiali, scilicet sine materia, forma, & intentione?

§. I.

364 Defectu cæremoniæ essentialis nullum est Sacramentum.

NEga: nam Sacramenta essentialiter constituuntur per materiam, formam, & intentionem Ministri, ut patet ex supra dictis cùm de materia, & forma Sacramentorum.

An Sacramenta conficiantur licitè sine ritu accidentali?

365 Defectu ritus accidentalis validè, sed illicitè fit Sacramentum.

NEga: licitè, sed validè, quia positis requisitis essentialibus validè Sacramenta conficiuntur, quia nihil deficit ad validitatem Sacramentorum. Et si in confectione Sacramenti non ponantur ritus accidentales ab Ecclesia requisiti, tunc illicitè Sacramenta conficiuntur, non obediens statuto Ecclesiæ: & etiam patet, quia ritus accidentales non sunt nec materia, nec forma, nec intentio Ministri, requisita non quoad validè, sed ad licitè conficienda Sacramenta, ut sunt vestes Sacerdotales, vestes albæ, manipulum, stola, &c.

An sit peccatum mortale variare Ritus, & Cæremonias in Sacramentis?

366 Variatio Rituum est mortale peccatum.

AFfirma: esse mortale, nisi levitas materiæ excuset. Ratio est, quia variatio rituum, & cæremoniarum est peccatum contra Religionem. Peccatum contra Religionem est mortale, posita gravitate materiæ. Suarez *disp. 16. sect. 2. ad finem, & sect. 5.* Henriq. *lib. 2. cap. 11. num. 4.* Filliuccius *tract. 1. cap. 5. qu. 1. num. 89.* Valentia *tom. 4. disp. 3. quæst. 1. punct. 4.* Reginaldus *loc. cit.* quænam sit materia gravis, vel levis, standum est judicio prudentis viri.

An Episcopus possit Ritus Pontificios variare?

367 Nec Episcopus potest Ritus Pontificis variare, sed suæ Diœcesis.

NEga. Nugnus *quæst. 75. art. 4. fol. 143. conclus. 3.* Henriq. *loc. cit.* nam inferior non potest abrogare legem Superioris.

At Episcopus in sua Diœcesi potest mutare ritus, qui non fuerunt præscripti à Summo Pontifice, nam Episcopus potest ea facere, quæ pertinent ad rectam suæ Ecclesiæ gubernationem, modò non impediatur à Summo Pontifice.

Quare Ritus accidentales fuerunt instituti ab Ecclesia?

§. II.

368 Rationes afferuntur, cur cæremoniæ sint institutæ.

DIco primo propter decorem, ut patet in vestibus Sacerdotalibus. Secundo, quia æquum est, ut fideles conveniant in modo colendi Deum, & in iis, quæ maximè spectant

ad

ad ipsius cultum. Ritus autem accidentales pertinent ad modum colendi Deum, & ad ipsius cultum. Tertio, ut per ceremonias augeatur devotio fideliũ. Suar. 3. p. disp. 15. to. 3. sect. 2.

Atque hæc breviter dicta sunt de Sacramentis in genere, ordo postulat ut ad singula descendamus. Et primò;

De Sacramento Baptismi.

TITULUS IV.

369 Baptismus est janua omnium Sacramentorũ. ADitum dicendis aperiat Ecclesiæ, & Sacramentorum janua Baptismus: ad Galatas 3. ver. 27. ibi: *in Christo baptizati estis, Christum induistis.* D. Augustinus *lib. 1. de peccatorum remissione cap. 27.* ibi: *Ecclesiæ januam,* & *lib. 1. Catechesis cap. 2.* ibi: *portam gratiæ, & primum introitum Sanctorum ad æternam Dei, & Ecclesiæ consuetudinem.* D. Bernardus *Sermone de Cana,* appellans Baptismum *Sacramentum initiationis, & intrantium Christianismum investituram.* Cyrillus Hierosolymitanus *Catechesi 3.* D. Dionysius Areopagita *de Ecclesiastica Hierarchia cap. 3.* Hoc enim Sacramento anima ex potestate tenebrarum erepta, transfertur in lucidissimum Domini Regnum. *can. si quis confugerit 4. quæst. 1. can. hi verè. de consecr. dist. 2. can. cum itaque. de consecr. dist. 4. cap. 3. de Presbytero non ordinato ministrante. Can. præter hoc. §. hac, dist. 12.* & baptizatus fit pars corporis mystici Christi Domini, & pars Ecclesiæ. *Can. quia passus. de consecr. dist. 2. Can. ad hoc. de consecr. dist. 4.*

Quid, & quotuplex sit Baptismus?
CAPUT I.

370 Quid sit Baptismus explicatur. EST ablutio corporis exterior sub præscripta forma verborum, significans gratiam sanctificantem regenerationis spiritualis fidelium. *can. detrahe. 1. qu. 1.* Magister in *4. dist. 3.* ubi D. Bonavent. & D. Thó. *quæst. 1. art. 1. qq. 1.* & *3. part. quæst. 66. art. 1.* ex Divo Augustino *tract. 15. in Joannem,* & ad Ephesios 5. *num. 26.*

Dicitur *ablutio exterior,* & significat interiorem ablutionem, abstergens maculas peccati originalis, & simul ostenditur perfici applicatione, & ablutione hominis, non sola aqua sine ablutione. S. Tho. *3. par. qu. 66.* contra Ugonem de S. Victore definientem aquam per aquam.

Dicitur *sub certa forma verborum,* ad denotandam formam Sacramenti.

Solet etiam definiri Baptismus, est Sacramentum ablutionis exterioris delens originale in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; ex Magistro in *4. dist. 3.* ubi D. Th. Suar. *3. par. q. 66. art. 1.* quæ duo in idem coincidunt.

371 Duplex est in re, & in voto. Sacramentum Baptismi dupliciter considerari valet. Primo in re. Secundo in voto. In re quãdo reipsa suscipitur. In voto quando quis desiderat recipere Sacramentum actu doloris cõtritionis, vel amoris Dei: undè dicitur Baptismus Fluminis, & Flaminis. Fluminis re susceptus, Flaminis in voto. Caramuel *Fundam. num. 2005.*

372 In voto est iterabilis. rectè dicens. *Flaminis Baptismum iterabile, eoque salvum Adamum, & Ævam, &c.* in quantum continet contritionem. In re non potest iterari, in voto verò utique; nam in voto characterem non imprimit.

Sanguinis Baptismus, non est Sacramentum, sed est martyrium, cujus vires ad delenda peccata, ad gratiam promovendam, explicabimus inferiùs; hìc agendum de Baptismo in re, quando est Sacramentum. 373 Baptismus Sanguinis non est verè Sacramentũ.

A quo institutum Sacramentum Baptismi?
§. I.

A Christo Domino. Trident. *sess. 7. Can. 1. de Sacram. in genere, & de Baptismo Can. 1. cap. ad abolendam de hæreticis.* 374 Baptismus à Christo Domino institutus.

Quando institutum?

ANte passionem, nam ante passionem ordinavit Apostolos Sacerdotes, & Episcopos, ergo erant ante baptizati, ut instrueret Ecclesiam, baptismum præcedere cætera Sacramenta, ut Sacramentorum janua. *cap. 3. de Presbyt. non ordin. ministrante. can. si quis 1. quæst. 1,* ità docet D. Tho. *3. part. quæst. 66.* Scotus in *4. dist. 3. quæst. 4. num. 2. concl. 6.* ubi Gabr. *qu. 1. art. 2. dub. ult.* 375 Et ante passionem.

Patet etiam 1. Joannis 3. *vers. 22.* ibi: *post hæc venit Jesus, & Discipuli ejus, in terram Judæam, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat.* At non baptizabant Baptismo Joannis, ut suadent antecedentia, & consequentia textus; ergo Baptismo instituto à Christo Domino, quem baptizasse aliquos ex Evodio Episcopo Antiochensi refert Nicephorus *lib. 2. Historiarum cap. 3.* ubi vult Christum Dominum baptizasse Petrum, & à Petro baptizatum Andream, Jacobum, & Joannem ait Clemens apud Sophronium in Prato *c. 76.* D. August. *epist. 109.* Imò à Christo baptizatam etiam Beatissimam Virginem ait Euthimius in Joannis 3. Imò etiam Joannem Baptistam baptizatum à Christo Domino ait Vincentius Ferrerius *Sermone feria 6.* Est contra multos docentes institutum post passionem à Christo Domino, quando Matthæi ult. dixit: *ite, docete omnes, baptizantes eos, &c.* ità docet Canus 8. *de locis cap. 5.* Albertus *in 3. dist. 3. art. 3.* Alensis *quæst. 12. art. 1.* Rubertus *lib. 4. in Joannem,* in illa verba Joannis 3. *venit Jesus in terram Judæam.* 376 A Christo baptizata SS. Virgo.

Sed difficultas est:

Quo tempore ante passionem?

INstitutum fuisse hoc Sacramentum, quando Christus baptizatus fuit à Joanne ait Magister in *4. dist. 3.* D. Tho. *3. par. quæst. 38. art. 6,* post D. Nanzianzenum. *de sancto Baptismo orat. 40.* D. Chrysostomum *homilia 22.* quia tunc designando materiam, Sacramentum instituit; post passionem reservando usum illius, posita promulgatione per Apostolos. D. Augustinus *Sermone 1. Dominica infra Octavam Epiphaniæ,* ibi: *ex quo Salvator in aqua se mersit ex eo omnium gurgitum tractus, cunctorumque fontium venas mysterio baptismatis consecravit.* 377 Et instituit cùm à Joanne fuit lustratus.

Scotus verò *loc. cit.* ait paulò post instituisse Sacramentum Baptismi; quem sequitur Suarez *disp. 19. sect. 2. in fine.* Et sic concludunt Sacramentum institutum, quando Discipulos collegit in unum, & præscripsit ritum baptizandi.

Necessitas Baptismi.
§. II.

EST duplex una in re, altera in voto. Trid. *sess. 7. Can. 5. de Baptismo. cap. ad Apostolicam.* 378 Baptismus est necessarius aut in re, aut in voto.

tam; de Presbytero non baptizato. Pius V. & Gregorius XIII. *in Bulla contra Baium* Joan. 3. ibi: *nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei*. S. Augustinus 3. *de anima cap.* 9. contra Pelagianos, & aliquos nostri temporis hæreticos relatos à Vasquez *disp.* 149. *cap.* 1.

Ejus necessitas quando incœpit?

379 Cœpit esse necessarium post Christi mortem.

INcœpit post mortem Christi Domini, quando evacuatum fuit primum Testamentum. ad Hebræos 9. S. Tho. 3. *par. quæst.* 66. *art.* 2. Scotus apud Vasqu. *loc. cit. cap.* 3. *num.* 28. Suarius *disp.* 27. *sect.* 4. nam post mortem fuit publicatum Evangelium, & promulgatio fuit anno trigesimo completo à morte Domini, quando Solomæ Templum devastatum fuit sub Tito, & Vespasiano. D. Tho. 1. 2. *quæst.* 106. *art.* 4. *ad* 4. Scotus in 4. *dist.* 3. *quæst.* 4. Et non fuit completè publicatum in die Pentecostes; cùm Divus Paulus circumciderit Timotheum, etiam post Pentecostem. Actuum 16.

Quando incœpit esse utile?

380 Licèt ipso vivente fuerit utile.

INcœpit vivente Christo, quando illo uti cœpit pro fidelibus. Sed necessarium incœpit esse à publicatione à die Pentecostes illis, quibus tunc fuit publicatum, deindè aliis. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 24. *num.* 33. *in fine*.

An necessitas sit de Jure Divino?

381 Baptismus est necessarius de Jure Divino.

AFfirmat: Trident. *sess.* 7. *Can.* 5. Joannis 3. Matth. 28.

An etiam sit necessitas medii?

382 Et de necessitate medii in re, aut in voto.

AFfirmat: ità ut sit medium ordinarium. Joan. 3. ibi: *nisi quis renatus fuerit*. Dixi ordinarium; nam ità regulariter fit, cùm tamen infantes possint etiam salvari per martyrium. D. Thom. 2. 2. *quæst.* 124. In re si possit haberi, aliàs in actu contritionis, & amoris Dei. *cap. ad Apostolicam. de Presbytero non baptizato*: & sanctificati in utero matris, adhuc deberent recipere baptismum, ut redderentur capaces aliorum Sacramentorum, quamvis per gratiam originale recesserit. Henriq. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 5. Dicastillus *tract.* 2. *disp.* 1. *dub.* 10. *in fine*.

Quando obliget necessitas Præcepti?

383 Cùm sufficienter sit propositus baptismus adultis, illum tenentur recipere.

ADultis ubi primum sufficienter proponitur, & commodè possunt Baptismum recipere. Tridant. *sess.* 7. *Can.* 12. D. Thom. 3. *part. qu.* 68. *art.* 3. Suarius *disp.* 31. *sect.* 2. nam est principium vitæ Christianæ, & caritas urget, ut sibi quis consulat, nè inopinatè decumbendo, Inbaptizatus decedat.

Sunt tamen qui putant posse differri per totam vitam, satisque esse, si ante mortem suscipiatur, ità docet Ledesma 2. 2. *par.* 1. *par.* 4. *quæst.* 9. *art.* 3. *dub.* 1. Filliucc. *tract.* 2. *cap.* 6. *num.* 130. (1).

384 Similiter infantes sunt baptizandi cùm primùm commodè possunt.

Infantes baptizandos esse ubi primum commodè possunt; idque sub peccati pœna exequendum à parentibus, & tutoribus docet Nazianzenus *orat.* 40. Licèt remota necessitate id negent D. Augustinus, Chrysostomus, Tertulianus *de Baptismo. cap.* 18. quos dat Henriqu. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 3. Et Ochagavia *quæst.* 18. *a.* 3. ait id posse differri per multum tempus, cùm jure communi tempus non sit taxatum, idque ad mensem extendit Palaus *tom.* 4. *tract.* 19. *disp. un. puncto* 9. *num.* 4.

Tu consuetudini subscribas. (a)

Ubi ministrandus Baptismus?

385 Absque necessitate in Ecclesia est dandus Baptismus.

IN Ecclesia, excepto casu necessitatis, & in filiis Principum: *Clem. un. de Baptismo*; ubi id severè præcipitur.

De Materia Baptismi.

CAPUT II.

386 Duplex est materia Baptismi.

EST duplex. Prima remota. Altera proxima. Hic primo agamus;

De materia remota Baptismi.

§. I.

387 Remota, & est aqua naturalis elementaris.

AQua naturalis elementaris est materia remota, sivè maris, sivè fluminis, sivè putei, laci, fontis, sivè sulphurea, sivè balnei, frigida, calida, tincta, densa, cujuscumque saporis, & coloris. *can.* 1. *c. nunquam aqua. can.* 2. *de consecrat. dist.* 4. *cap. penult. de Baptismo. cap. firmiter. de Summa Trinit. & fide Catholica*. Concilium Florentinum in *Decreto* Eugenii. Concilium Trid. *sess.* 7. *cap.* 2. & *Can.* 7. ibi *si quis dixerit aquam veram, & naturalem non esse de necessitate Baptismi, Anathema sit*, & Joannis 3. ibi: *nisi quis renatus fuerit ex aqua*. Actuum 8. ibi: *ecce aqua, quis prohibet me baptizari*. S. Chrysostomus *homil.* 24. *in Joannem*. Contra

388 Est contra antiquos, & novissimos hæreticos.

hæreticos Seleucianos, qui teste D. August. *lib. de hæresibus, hæresi* 48. & 59. non accipiebant Baptismum in aqua. Contra Paulicianos, qui ut testatur Euthymius 2. *par. Panoplia tr.* 21. baptizabant solis verbis. Contra Jacobitas volentes materiam Baptismi esse ignem, teste Sandero *lib.* 7. *de visib. Monarch. hæresi* 113. Contra Lutherum *to.* 1. *can.* 19. *colloq. Symposiacorum*. Beza *Ep.* 1. *ad filium*, ajentes sufficere cervitiam, vinum, lac; Contra Gabrielem, & Cajetanum apud Estium in 4. *dist.* 4. §. 26. ajentes in utero, etiam sine aqua posse salvari precibus parentum, adhibito signo Crucis, vel alia ceremonia.

389 Aqua ex sale resoluta videtur apta materia.

Aqua resoluta ex sale maris, esse aquam naturalem, quia sal fit ex aqua maris; teste Aristotile 2. *Metheororum cap.* 3. & sic sufficit ad Baptismum secundum Sotum in 4. *dist.* 3. *quæst. un. art.* 4. Henriqu. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 1. Hurtadus *disp.* 2. *de Baptismo diffic.* 2. Candidus *disquisit.* 16. *art.* 2. *dub.* 1. Trullench. *lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 3. *num.* 1.

(1) Sed id haud dubie tenendum non est, ex Trid. *sess.* 7. *can.* 12. *de Baptismo*, & ex iis, quæ mox adnotaturi sumus.

(a) Licèt antiquitus determinatus fuerit dies Baptismi, & certis temporibus, ut in Sabbato Sancto, & Pentecostes (excepta necessitate) solemniter administrabatur. Tamen abrogato usu hoc per Eugenium IV. *Constit.* 23. incipit: *Cantate Domino. ann.* 1442. §. 13. attendenda est Rubrica Ritualis Romani, quæ ultra octo, aut decem dies prohibet Baptismum differri; uti explicant Constitutiones Synodales, quæ idem tempus præscribunt apud Jo. Clericat. *de Baptis. dec.* 23. *n.* 5. *& seqq.*

num. 1. Gabr. à S.Vinc. *de Sacram. Baptiſmi. diſp.* 1. *qu.* 1. *§.infertur ſecundo.* Angelus,& alii.

390 Quod Auctori nō placet, & tantùm in neceſſitate adhibēdum dicit.

Sed mihi placet oppoſitum, quia ſal licèt fiat ex aqua maris, non eſt aqua maris,ſed eſt pars, quæ aquam percurrit ſaliendo, ut patet etiam ex ſale montano; adeòque in neceſſitate extrema tantùm ſub conditione, ſi materia ſit habilis, adhibenda talis materia cum Sylveſtro, & Aureolo. Cujus oppoſitum ſequitur Sylveſter v. *Baptiſmus* 2.*qu.*7. Aureolus in 4.*diſt.*3.*q.*3. Et ego putarem in neceſſitate ſub conditione Sacramentum Baptiſmi miniſtrandum in aqua reſoluta ex ſale, ob materiæ incertitudinem.

Aqua reſoluta ex gelu, glacie, niva, rore Cœli eſt naturalis, ſufficiens ad Baptiſmum, ſi abluat. D.Thom.3.*par. quæſt.*66.*art.*3. Caram. *Fundam.num.*3055. Gabr.in 4 *diſt.*3. *quæſt.un. lit.*D.Serra, & alii.

391 Aqua diſtillans ex vite non eſt apta materia.

Aqua diſtillans ex vite non eſt naturalis,nec apta ad Baptiſmum. Arriaga *tom.*7.*diſp.*24.*n.*3. Henriqu. *lib.*2. *cap.*6. *num.* 2. Gabr. à S.Vinc. *loc.cit.§. infertur tertio.*Gabr.in 4.*diſt.*3. *qu.un. litt.*G.Diana *par.*3.*tract.*4.*reſol.*5.Contra Joannem de la Cruz in *Directorio par.*2. *de Baptiſmo qu.*1. *dub.*1. *concl.*2. Dicaſtilium *diſp.*1. *dub.*2. Paſqualigum *deciſ.*78. Candidum *tom.*1.*diſquiſit.*16. *art.*2. *dub.*3. Quorum opinio in neceſſitate recipi valet ſub conditione,ſi materia ſufficiat ad baptizandum. Trullench *lib.*2.*cap.*1. *dub.*3.*num* 3. Leand.*diſp.*2.*quæſt.*8.

In aquis Alchimicis nequit fieri Baptiſmus, quia non ſunt aquæ naturales.

392 Sicut aquæ alchimicæ,& aquæ roſaceæ, ſaliva, ſudor, lacrymæ.

In aquis roſaceis ex eadem ratione Baptiſmus non tenet; ſicuti nec in ſaliva, ſudore, & lacrymis. Doctores citati, contra Bauni *Theologia morali tract.* 2. *quæſt.* 4. Becanum 3. *part. quæſt.*66. *art.*4. *num.* 5. Camerotam *tract.*2. *de Baptiſmo cap.* 2. ajentem in caſu neceſſitatis aquam roſaceam ſufficere: cui conſentias, dummodò miniſtratur Baptiſmus ſub conditione.

393 Lixivium eſt apta materia.

Lixivium verò eſt aqua naturalis, ſi non ſit aliud quàm aqua per cineres tranſiens; nam tunc mutat colorem,& ſaporem,non naturam. D.Thom. & alii contra Molpheſium.

394 Id non dicendum de lixivio benedicto.

Id non currit de lixivio remedio chimico, quod dicitur lixivium benedictum, mixtum ex cineribus, & frondibus Juniperi, Artimiſeæ, Sambuci, Fabarum, Geniſtræ cum vino potente albo, quod eſt remedium evacuans intra cutem, & expellens urinam. Similiter non eſt materia lixivium ſapientiæ factum ex viſco,quercino, roſmarina, majurana,&c. nam non ſunt aqua naturalis.

Lixivium eſt aqua naturalis apta ad Baptiſmum, nam ſapor, & color non mutat ſubſtantiam aquæ, & tantùm eſt aqua alterata per corpora, per quæ tranſit. D.Tho.in 4.*diſt.*4.*loc.cit. ad* 4. licèt non deſint, qui velint non eſſe materiam certam, ut cit. Molpheſius.

395 Cerviſia eſt inepta materia.

Cerviſia expreſſa ex pomis, ex hordeo, non eſt materia, licèt aliqui velint expreſſam ex hordeo, ſi ſit materia non craſſa valdè, ſed tenuis, poſſe deſervire ad Baptiſmum, intelligas miniſtrandum ſub conditione, deficiente alia materia certa. Coninck *de Baptiſmo qu.*66.*art.* 4. *dub.*1. *num.*24.

396 Jus ſufficit niſi ſit tamē ſpiſſum.

Brodium, ſivè Jus carnium eſt materia ſufficiens, niſi lixatio corporum ſit adeò ſpiſſa, ut nequeat amplius dici aqua, & plus contineat de aliena materia,quàm de aqua.D.Tho.*loc.cit. ad* 2. Eodem modo diſcurras de reſolutione aliorum corporum, ſicuti enim aqua habens in ſe immixtionem aliqualem vini, vel aquæ roſaceæ,ſufficit ad baptizandum, quia non deſinit eſſe aqua naturalis,ità Jus, niſi ex corpore valdè lixato reſoluto, dubitetur de materia aquæ. S.Tho. in 4. *diſt.*4. ubi Sotus *art.*4. Riccardus in 4. *diſt.* 4. *quæſt.* 3. *art.* 5. Villalobos *tract.*5.*diff.*3.*num.*2. Bonac. *diſp.*2.*quæſt.*2. *puncto* 3. *num.* 3. viginti quatuor Doctores, quos dat, & ſequitur Leander *loc. cit. quæſt.* 19. contra Molpheſium *tract.*3.*Summæ cap.*1.*n.*34. Paſqualigum *deciſ.*80.

397 Aquæ ſcaturiētes de parietibus ſunt materia Baptiſmi.

Aqua fluens hyeme ex lapidibus parietis, & quæ invenitur in tegumento ollæ,eſt naturalis, & ſatis ad Baptiſmum. Moure.*par.*3. *cap*11.*§.*a *num.*3. Gabr. à S.Vincent. *de Baptiſmo diſp.*1. *qu.*1.*§.infertur tertio.* Diana *par.*3.*tract.*4.*reſ.*5. Caram.*Fundam. num.*3057. contra Trullench. *lib.*2.*cap.*1.*dub*3.*num.*3.

398 Aqua ex latere Chriſti emanata erat materia Baptiſmi.

Aqua ex latere Chriſti Domini fluens erat naturalis ſatis ad Baptiſmum. *cap. in quadam. de celebratione Miſſarum.* D.Tho. 3.*par. qu.*66. *art.*4.*ad* 3.

399 Aqua ex vino lymphato eruta videtur ſatis ad Baptiſmū ſaltem ſub conditione.

Aqua ſeparata ex vino lymphato eſt ſatis ad Baptiſmum, ſaltem ſub conditione miniſtrandum.

Quanta debeat eſſe aqua?

400 Tanta requiritur aqua, quæ fluat, & abluat.

DEbet eſſe tanta, ut fluat, ità ut poſſit dici quod abluat, nam hoc ſufficit, ut ablutio exterior ſit ſignum ablutionis interioris animæ per gratiam factæ,& ſic ſufficit una, aut altera gutta fluens. Dixi fluens, nam ſi densè, ut tempore nivis tangat, ut non dicatur abluere, ità nec eſt materia ſufficiens. S.Tho.3. *par.quæſt.*68.*art.*11. *ad* 4. Vaſq. *diſp.*145.*c.*74. *num.*32. Dicaſtilius *tract.*2.*diſp.*1.*dub.*3.*nu.*46. Gabr.à S.Vinc. *loc.cit.in fine.* Hurtadus *diſp.*1. *diffic.*6. Diana *par.*5. *tract.*3. *reſol.*5. Meratius *tom.*3. *de Baptiſmo diſp.*2. *ſect.* 4. contra Reginaldum *tom.*2. *lib.*27. *cap.*3. *num.* 15. Palaum *tract.*19.*puncto* 4.*num.*5. Suarium *diſp.*20.*ſect.*2. volentes unam guttam non ſufficere, quia non dicitur lavare, quorum opinionem probabiliorem ait Arriaga *tom.*7.*diſp.*24.*num.*5.

Imò ſatis ſi digito aquam tangat, eoque madefacto baptizandum intingat, nam re vera dicitur abluere, & lavare, ſicuti manu madefacta quis dicitur faciem lavare. Gabr.à S.Vinc. *loc.cit.* citans ſeptem Doctores. Comitolus *lib.* 1.*quæſt.*12. Trullench.*lib.*2.*cap.*1.*dub.*3.*num.*7. Bonacina *diſp.*2. *puncto* 3. *num.* 14. & alii plures contra Aureolum in 4.*diſt.*3. *qu.*3. Reginaldum *lib.*27.*num.*12. (3)

An quis poſſit uti materia dubia in neceſſitate?

401 Tantùm in neceſſitate adhibetur materia dubia, & ſub conditione.

AFfirma: ſed ſub conditione, ſi materia ſit ſufficiens. Villalobos *de Baptiſmo diffic.*3. *num.*2. Arriaga *tom.* 7. *diſp.*24. *num.* 3. dicens non eſſe materiam dubiam, ſi immiſceantur ali-

(3) In Sacramento tantæ neceſſitatis ſequenda eſt ea opinio, quæ magis ſecurum reddat baptizandum, ut eſt ſententia Reginaldi, Suarez, aliorumque apud Layman *de Baptiſmo cap.* 3. *num.* 1. *corol.*4. poſt Propoſitionem I. ab Innocentio XI. damnatam.

aliquæ guttæ alterius liquoris, si retineatur natura aquæ.

An sit lethale baptizare solemniter aqua non benedicta?

403 Nõ videtur mortale baptizare solemniter cũ aqua non benedicta.

NEgat Quintanaduenas *de Baptismo singulari* 22. Granadus apud Gabrielem à S.Vinc. *loc.cit.§.infertur.3. in fine.* Leand. *loc. cit. quæst.*18.*in fine.* Aqua debet esse benedicta; sed id non est præceptum obligans ad grave, ità ut nec est lethale solemniter baptizare in aqua non benedicta. Anton.à Spir.Sancto *to.*2. *Director.tract.*2. *num.*35. Gabr.Granad. & alii. Licèt esse mortale velit Bonacina, Suarez, Nugnus apud Quintanaduenas *de Baptismo singulari* 22.

Tu resolvas inspectis verbis legis prohibentis. (4)

De Materia proxima.

§. II.

403 Proxima materia Baptismi est ablutio.

ABlutio una, non autem multiplex exigitur, ut sit materia proxima. Arriaga *tom.*7. *disp.*24. *num.* 4. nam per unam ablutionem satis verificatur abluo, lavo, baptizo. Idque ut activè, & passivè simul, nam in ablutione exigitur actio Ministri abluentis, & passio subjecti abluti. Hurtadus *de Baptismo disp.* 1. *diffic.*3. Arriaga *loc.cit.num.*13.

404 Quæ fit aspersione, immersione, effusione.

Talis ablutio potest fieri aspersione, immersione, effusione, nam quovis modo corpus dici potest lotum: servetur consuetudo loci. D.Tho. 3. *par. quæst.* 66. *art.*6. Henriq. *lib.*2. *cap.*7. *num.*1.

An si aqua non tangat, nisi vestes, valeat Baptismus?

405 Non sufficit tantùm vestes abluere.

NEga: quia non potest dici corpus lotum. Torreblanca *lib.* 2. *practicarum cap.* 5 *num.*31. Trullench *lib.*2. *cap.*1. *dub.*3. *num.* 8. contra Sotum in 4.*dist.*3.*art.*7. Vegam *casu* 63.

An teneat Baptismus, si solus capillus, si ungues abluantur?

406 Idẽ si solùm capilli, aut ungues abluantur.

NEga: nam non potest dici corpus ablutum ablutis capillis. Rodriguez *par.* 1. *cap.* 5. *concl.*2. Villalobos *de Baptismo diffic.*4.*num.*3. Bonac. *disp.*2. *quæst.*2.*puncto* 7. *num.*22. contra Sotum in 4.*dist.*3.*art.*7. Vasq.*disp.*145.*num.*31. Mastrillum, Dianam, & alios, ajentes satis esse si gutta aquæ abluat capillos, saltem barbæ. Henriquez *lib* 2.*cap.*7. *num.*2. Toletum *lib.* 2. *cap.* 18. Suarium *disp.* 20. motos, quia capilli sunt pars hominis, & informantur anima rationali secundum D.Thomam; & quando

Contra plures DD.

baptizantur per aspersionem multi, est credibile, plurimos eorum tactos in capillis; semper tamen iterandus est tunc Baptismus collatus ablutione capilli &c. sub conditione, si non sit baptizatus, nè periclitetur æterna salus. Caramuel *Fundam.num.*3075.

An infans possit baptizari in utero matris existens?

407 Infans in utero nõ potest baptizari.

NEga: *can.qui in maternis.de consecr.dist.*4. S.Tho. 3.*par. qu.* 68. *art.* 11. & ratio est, quia non potest ablui, nec sufficit ablutio matris. *d.can.qui in maternis.*

408 Si tamen aliqua pars corporis abluatur, est baptizatus.

Si tamen manu Obstetricis aqua abluatur aliqua pars corporis pueri; validum Baptismum ait Reginaldus *lib.*27. *cap.* 3. Gabr. in 4. *dist.*4.*qu.*2.*art.*5. *dub.*2. contra Comitolum *lib.* 1.*qu.*13. Filliuccium *tract.*7.*num.*33. idque fortius si aliqua pars quæ exiit, puta caput, manus abluatur. Suarius *disp.*20.*sect.*2.

An possit baptizari adhuc secundina involutus.

409 Involutus secundina nequit baptizari.

NEga: nisi aqua tangat carnes pueri. S.Tho. 3.*par. qu.*68. *art.* 11. sicuti nec posset baptizari puer inclusos coiro, vel utero: si ibi in coiro abluatur Pignatelli. Candidus *disquisit* 16. *art.*2.*dub.*10. Dicastillus: licèt oppositum, scilicet in secundina posse baptizari doceat Vasq. *disp.*145. *num* 31. Sylvest. v.*Baptismus.*4. *nu.*2. Reginald. *lib.*27.*num.*16. (5)

Quæ pars debeat ablui?

410 Caput principaliter est abluendum, aut alia mẽbra.

CAput.D.Tho. 3.*par.qu.*68.*art.*11.*ad* 4. ubi Bandez, & quævis alia pars, ut digitus, manus, pectus, nam tunc dicitur ablutus, ut dicitur vulneratus homo ibi vulnus recipiẽs. Vasq. Durand. in 4. *dist.*6. *qu.* 1. Navarr. in *manuali c.*22. contra Sotũ in 4.*dist.*3.*qu.un.art.*7. Vasq. *disp.*145.*c.*4.Suar.*disp.*20.*sect.*2. ità ut nec tunc rebaptizari posse sub cõditione voluerit Sylvest. v.*Baptismus.*4. *qu.*1. Filliucc. *tract.*2. *num.*33. Cui renitit D.Thomas *loc.cit.* Sancius 44. *selectorum num.*26. Suarius *disp.*20. *sect.*2. Arriag. *tom.*7. *disp.*24. *num.*6. Hurtadus *disp.* 1. *de Baptismo diffic.* 6. volens hujusmodi baptizatum non in capite esse rebaptizandum sub conditione, ut certum omninò recipiat baptismum infans, aliàs fortè periclitaturus.

An projiciens moribundum in puteum, vel flumen, illum baptizet?

411 Quid de infante in puteũ immersa

AFfirmant validè, sed illicitè baptizare. Suarius *disp.*20. *sect.*3. Vasq. *disp.*145.*c.*2. *num.* 19. Villalobos *tract. de Baptismo diffic.* 4. *num.*7. Diana *par.*10. *tract.*16.*resol.*20. Arriaga *tom.*7. *disp.*24. *num.*9. Major. in 4.*dist.*4. *qu.*1. sex Doctores, quos sequitur Gabr. à S.Vincent. *de Baptismo disp.*1 .*qu.*2. §.*nostra sententia.* Sylvester v.*Baptismus.*4. *qu.*10. ajentes etiam manere baptizatum, si habeat voluntatem baptizandi, & suffocandi; sicuti tali voluntate aquâ ebullienti baptizaret, & occũberet. Contra Scotum in 4. *dist.*5. *qu.*3. ajentem nullum esse Baptismum. Contra Serram 3.*parti qu.*66. *art.*7. aliosve apud Dian. *loc.cit.* ajentes licitè baptizare projicientes in puteum ad finem baptizandi. Quid enim in tanto præceptorum conflictu non occidendi, & eidem extremè indigenti pro salute animæ opitulandi, videas Caramuel

(4) Et esse lethale plures DD. affirmant apud Clericatum *de Baptismo decis.*39.*num.*4.Lap.1.6.p.166.

(5) Vera est Auctoris opinio, scilicet dubium esse baptisma puero in secundina collatum, adeoque sub conditione rebaptizari debet. Et communis opinio DD. est. Clericatus *decis.*29. *de Baptismo num.*10.

ramuel *præter intentionali num.*2010.

Validè baptizatur.

Patet validè baptizare, quia Minister revera abluit, quòd est satis ad verificandam formam Baptismi, nec requiritur ut abstrahatur ablutus, quia extractio non tendit ad abluendum, sed ad salvandum.

Sed illicitè.

Illicitè facere patet, quia non sunt facienda mala, ut eveniant bona ait Paulus; ergo non licet projicere suffocandum, ut baptizetur; licèt Caram. *loc.cit.num.*29. cum Vasq.& aliis velit non esse peccatum mortale sic baptizare, quia mors baptizati accidit præter intentionem Ministri volentis baptizare.

412 Si tamen evasurt vivus, est rebaptizandus sub conditione.

Omnes tamen conveniunt rebaptizandum esse sub conditione infantem, si superviveret; nam ob oppositam sententiam Scoti adhuc certificanda remanet salus, fortè non adhuc illo Baptismo obtenta.

An validè baptizet, qui aqua defluenti è tecto puerum submittit prolata forma Baptismi?

413 Puer validè baptizatur aqua defluēte è tecto.

Affirma: nam revera dicitur abluere, ut ablueretur, si fune mitteretur in flumen, ut ablutus retraheretur. Angelus v. *Baptismus* 4. *num.* 4. Diana *par.*10. *tract.* 16. *resol.*20. *in fine*. Non verò si casu in fluvium infans decideret, dicente Ministro te baptizo, &c. nam non verificaretur forma Baptismi, in ly *baptizo*. Truilench *lib.* 2. *Decalogi cap.* 1. *dub.* 3. *n.*11. Dicastillus *disp.*3. *num.*68. Diana *loc. cit. in fine.* (6)

An sufficiat una ablutio?

414 Unica ablutio sufficit.

Affirma: Concilium Toletanum IV. *Can.*5. Nec obstat *tamen in can.multi.de consecr. dist.* 4. ubi Pelagius Papa videtur exigere trinam immersionem ex divino Præcepto, ibi: *Evangelicum Præceptum ipsis Deo, & Domino nostro Jesu Christo tradente nos admonet in nomine Trinitatis, trina etiam mersione sanctum Baptisma unicuique tribuere.*

415 Nec de essētia requiritur trina immersio.

Nam respondetur cum D.Tho. 3.*part.qu.*66. *art.*8. *ad* 2. trinam immersionem esse de mandato Christi Domini in suo simili, hoc est sicuti ex præcepto baptizandum est in nomine Sanctissimæ Trinitatis; ità admonet exemplo Sanctissimæ Trinitatis trina immersione baptizari, quo exemplo moti in primitiva Ecclesia Apostoli trinam præceperunt immersionem, ut patet ex verbis Canonis Apostolorum relatis à D.Thoma *loc.cit.*

Sed in detestationem erroris quorumdam hæreticorum hodiè non servatur ex Concilio Toletano *loc. cit.* ideòque servetur Ritus in propriis Ecclesiis receptus, saltem sub veniali, præciso scandalo, & præcepto Superioris.

An baptizans per trinam immersionem perficiat Baptismum in prima?

416 Trina immersione baptizans simpliciter baptizat, prima immersione baptizat.

Distinguitur: vel intendit baptizare tantum trina, vel simpliciter vult immersione baptizare. Si simpliciter vult immersione baptizare, in prima immersione baptizat, si formam tunc proferat; si verò velit tantùm trina baptizare immersione, tunc defectu intentionis non baptizat, nisi trinam perficiat. S.Tho. 3.*par.quæst.*66. *art.*8.*ad* 3. ubi Cajetan. *artic.*3. Serra, Sotus in 4.*dist.*3.*quæst.un.art.*8. Dicastill. *disp.*1.*num.*69. Arriag.*loc.cit.num.*7.

Secùs si velis prima immersione baptizare.

De Forma Baptismi.

CAPUT III.

417 Forma Baptismi adducitur.

Forma est: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. cap. firmiter. de Summa Trinit. & fide Catholica.* Conc.Trid.*sess.*7 *Can.*4. Matth.28. Christus enim Dominus formam hanc in specie instituit. *cap. penult.de Baptismo*. Concilium Florentinum in *Instructione Armenorum* ex Matth.28. v.19. ibi: *euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

Ex Concilio Florent. §. *Primum*. in *Decreto Union.* ità decernente Eugenio IV. valida est forma Græcorum: *baptizetur* (sive baptizatur) *servus Christi Dominus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Suarius *disp.*21. *sect.*2.

Percurramus singulas partes.

Ego.

418 Ly Ego non est de essētia

Non est de essentia, nam continetur in ly *Baptizo.can.*1.*de Baptismo.can.vetulerunt. de consecr.dist.*3. S.Tho. 3.*par. qu.*66. *art.*5.*ad* 1. Vasq.*disp.* 152. *cap.* 3. Pesantius 3.*part. qu.*66. *disp.*4.

Et omittere esset veniale ob materiæ levitatem præciso scandalo, & contemptu. Sotus in 4.*dist.*3.*qu.un.art.*5. Anton.à Spir.S. *tom.*1.*Directorii tract.* 2. *num.*57. Henriqu. *lib.*2. *cap.*4. *num.*6. Granadus *tom.*5. *tract.*2. *disp.*1. *num.*5. & tresdecim Doctores apud Leandrum *tom.* 1. *tract.*2.*disp.*3.*qu.*3. contra Holcot. in *cap.*ao *non de Baptismo*. Filliucc. *tract.*2. *num.* 49. ajentes læthalem omissionem ly *ego*.

Dicens Nos te Baptizamus.

419 Quis dicens nos te baptizamus conficit Baptismum.

Conficit Baptismum, nam est idem ac *ego*. S. Bonaventura in 4. *dist.* 5. Armilla v. *Baptismus num.* 12. Bellarminus *de Baptismo. cap.* 4. Baunius *de Baptismo quæst.*2.*dicto* 1. contra Henriquez *lib.*2. *de Baptismo cap.*12. Nec id esset læthale. Leand. *loc.cit. qu.*4. Anton.à Spir.Sanct. *loc. cit. num.* 6. contra Archangelum in 4. *dist.*3.

Dicens Ego Franciscus te baptizo.

420 Sicuti si apponat suum nomen.

Validè baptizat, quia retinetur significatio formæ. Sotus in 4.*dist.*3. *qu.un.* Layman *cap.*4. *de Baptismo num.*6. Sayrus *lib.*1.*de Sacramentis cap.*4. *art.*3.*in fine.*

Si duo baptizent unum, & quivis dicat nos te baptizamus?

421 Valet Baptismus si duo dicent: nos te baptizamus.

Valet Baptismus, quia est idem, ac ego, & ego te baptizo, secundum Cajetanum 3. 3.*par.q.*67.*art.*7. Paludan.in 4. *dist.*3.*qu.*2. Durandus, & Riccardus in 4.*dist.*3. *qu.*3. Valentia *de Baptismo quæst.*2. *puncto* 2. Cujus oppositum non sentiunt, si pro ly *nos* quivis intendat ego; quia tunc non variatur forma; si verò quivis intendat ego, & hic te baptizamus, tunc non con-

(6) Vide Clericatum *loc.cit.*

conficitur Sacramentum, quia variatur forma. S.Tho. 3.par.qu.66. art.5. & qu.77. art.7. Victoria qu.17. & quatuor Doctores apud Granadum tom.5. tract.2.disp.3.num.7.

An exprimenda sit persona baptizans?

422 Persona ministrans est exprimenda.

AFfirma Lugo *de Sacramentis in genere disp.* 2. *sect.* 6. Gaspar Hurtadus *disp.* 2. *diff.* 1. Gabr.à S. Vincen. *loc.cit.* §.*secunda difficultas*, volentes sufficere saltem virtualem Ministri expressionem. Contra Sotum in 4. *qu.un.art.*5. Vasq. *disp.*142.*num.*27. Cabreram *de Baptismo art.*5. Suarium *disp.*2. *sect.*2. Arriagam *loc. cit. num.*29. ajentes actionem instrumenti non esse exprimendam, ut est Minister.

Probatur cum Serra, & D. Thoma *loc.cit. ad secundum*, quia ablutio indifferens ad multa, determinanda est in verbis formæ ad quid fiat, & sicuti sunt exprimendæ aliæ partes instrumentales in forma, ità Minister talis: idque videtur deduci ex Florentino in *Decreto Unionis* §. *primum*, ibi: *Si exprimitur actus, qui per ipsum exercetur Ministrum cum Sanctæ Trinitatis invocatione, perficitur Sacramentum*; ergo si talis actus omittatur, Sacramentum non perficitur.

Firmatur, quia cùm nequeat baptizari à nemine, exprimi debet baptizans: & in forma Græca valida, sivè dicatur baptizetur servus Christi, sivè baptizatus servus Christi. Arriag. *loc.cit.nu.*28. & 29. subintelligitur a baptizante, cùm nequeat à nullo baptizari.

Baptizo.

423 Ly *Baptizo* est essentiale formæ.

ESt essentiale formæ, *cap.* 1. *de Baptismo*, D.Tho. 3.*par.qu.* 66. *art.*1. *ad secundum*: Suarius *disp.*21.*sect.*2. Contra quemdam Episcopum Claramontensem in *Epist.tom.*7. *Bibliotheca Patrum*, id asseverantem ex eo, quia dicitur Matthæi 28. *baptizantes eos*, &c. sicque putat satis validum Baptismum, si abluendo abluens dicat in nomine Patris, &c. Juxta Propositionem ab Alexandro. VIII. damnatam 27. in ordine: *Valuit aliquando Baptismus sub hac forma collatus: In nomine Patris, &c. prætermissis illis: Ego te baptizo.*

424 Juxta Prop. XXII. Alexandri VIII.

Valet Baptismus si loco ly *baptizo*, dicat abluo, lavo, intingo, mergo; nam non variatur sensus verborum. Doctores omnes.

Te.

425 *Te* requiritur essentialiter.

ESt de essentia formæ. Matth.ult. ibi: *baptizantes eos*. Enim verò hoc Sacramentum consistens in usu, nequit esse sine subjecto. Et est necessaria illius expressio, ut ostendatur distinctio inter baptizantem, & baptizatum, ut inter generantem, & genitum. *cap.debitum.* 4. *de Baptismo*. S.Tho. 3.*par.q.*66.*art.*5. Dicastill. *de Sacram. tract.*2. *disp.*1. *dub.*5.*num.*83. Suar. *disp.*21. *sect.* 2. Toletus *lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 5. Gabr.à S.Vinc. *de Baptismo disp.*1. *qu.*3. §.*tertia difficultas*. Contra Franciscum Lugo *lib.* 2. *de Sacram.cap.*3.*num* 14. ajentem satis esse exprimere in genere baptizandum, ut in forma Græcorum, *baptizatur servus Christi*.

Esset tamen veniale, sed validum Sacramentum dicere, *Ego baptizo Franciscum*, *baptizo hunc in nomine*, &c. nam non variatur sensus formæ; ut nec variatur si dicam: *Baptizo denominationem tuam*, *tu baptizari à me*. Henriq. citans Scotum. *lib.*2.*cap.*8.*num.*4.*litera* Z, Vasqu. *disp.*142. *cap.* 3. Candidus *disquisit.* 16. *art.*4. *dub.*4.

Baptizans unum, dicens baptizo vos?

426 Validè baptizatur unus, dicêdo, Baptizo vos.

VAlidè baptizat, si intendat te, nam non mutatur sensus, sed peccat venialiter secluso contemptu, & scandalo, nisi baptizet Regem, nam tunc posset dicere, *Baptizo Majestatem vestram*. Filliucc. *tract.* 2. *num.* 33. Bonac. *disp.*2.*quæst.*2. *puncto* 4. *num.*11. Vasqu. *disp.*142. *cap.*3.

Baptizatus est in nomine, &c.

427 Dicens baptizatus est, nulliter côficit. Contra plures.

NOn est forma valida, licèt accepta apud Caldæos, quia non exprimitur actualis ablutio, sicuti nec valet in forma recepta in Dalmatia, dicendo, *Ego Christiano te*, sivè *Christianum facio*; nam non exprimitur ablutio, imago ablutionis internæ. Lugo *lib.*1. *responsorum dub.*3. Gabr.à S.Vinc. *loc.cit.* §.*infertur secundo*.

In.

428 *In* non est essentiale.

NOn est de essentia formæ, nam si omittatur, retinetur sensus verborum: & idem est dicere, Credo Deum, ac Credo in Deum, & consequenter idem est *Baptizo in nomine*, ac *baptizo nomine*. Henriq. *lib.*2. *cap.*8.*n.*6. Candidus *disquis.* 16. *n.*4. *dub.* 5. Caram. *Fundam. num.*300. Hurtadus *de Baptismo disp.*1. *diffic.*7. Serra, & alii contra Navarrum *cap.*22. *num.*5. Reginaldum *lib.* 24. *num.* 30. Toletum *lib.* 2. *Summa cap.*10. *num.*5.

429 Esset tamen veniale illud omittere.

Ex illius omissio ob parvitatem materiæ est venialis, præcisso scandalo, & contemptu. Ochagavia *de Baptismo qu.*10. Dicastill. *disp.*2. *dub.*5. *num.*118. Trullench *lib.*2.*cap.*1. *dub.*4. *num.*9. Leand. Serra, & alii.

Nomine.

430 Ly *Nomine* ad essentiam pertinet.

ESt idem, ac in virtute, & unitate Divinæ essentiæ, quæ operatur in Baptismo. Divus Tho. 3.*par.qu.*66.*art.*5.*ad* 6. & spectat ad essentiam formæ, secundum D. Thomam *ibidem*. Nam in Baptismo, quo quis ingreditur Ecclesiam Catholicam, explicitè profitenda est unitas in Trinitate, & Trinitas in unitate.

431 Nequit dici *in nominibus*.

Hinc nequit dici in nominibus. D.Augustin. *lib.*3. *contra Maximinum cap.*22. ibi: *in nomine, non in nominibus, hi enim tres unum sunt, & hi tres unus est Deus*: & consequenter non conficitur hoc Sacramentum. D.Tho. *loc.cit.* Magister in 4.*dist.*3. Suarius *disp.*21. *sect.*3. Vasqu. *disp.*143.*num.*34. Bellarminus *de Baptismo c.*6. Et patet ex Pelagio Papa *Epist.ad Childelbertum*, ut habetur apud Baronium *tom.* 7. *in appendice, fol.* 701. *in impressione Romana*. Contra Marsilium in 4. *qu.* 3. *art.* 4. dicentem validum Baptismum collatum ex lapsu linguæ, vel ex ignorantia: *In nominibus Patris, & Filii, &c.*

432 Quod Arriaga speculatur, practicè non est sequendum.

Non ignoro Arriagam *tom.*7. *disp.*24. *nu.*27. velle speculativè validum Baptismum collatum *in nominibus*, nam in nomine Patris, &c. respicit terminum relativum, non unitatem, & Christus non dixit, Baptizantes eos in nomine Dei

Dei Patris, sed in nomine Patris, nec in nominibus exprimens Trinitatem personarum excluderet unitatem essentiæ, nam ex se includeretur; ait tamen practicè semper dicendum esse in nomine. At nos putamus absolutè dicendum in nomine, ità suadente Patrum intelligentia. D. Hieronymus ad Ephesios *cap.4. ibi: unus Dominus, una fides, non baptizamur in nominibus Patris, Filii, &c. sed in uno, qui intelligitur Deus*, idem habet D. Ambrosius, D. Gaudentius apud Suarium *sect.3.*

Dicens in nomine Patris, & in nomine Filii, & in nomine Spiritus Sancti?

433 Baptizans in nomine Patris, & in nomine Filii, &c. validè baptizat.

VAlidè baptizat, si intendat repetitionem ejusdem essentiæ, ut si dicat: *In nomine Dei Patris, in nomine Dei Filii*, ut quando dicitur Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus, unitas Divinitatis exprimitur. Suarius *disp. 21. sect.3. conclus.* 2. Filliucc. *tract.2. num.62.* Gabr. à S. Vincentin *loc.cit. §. sed patet.* Henriq. *loc.cit.cap.8.nu.2.* Sotus in *4.dist.3. qu.un. art.6.* Diana *tom.2. tract.3. Miscellaneo. resol.15.* Trullench. *lib.2. cap.1. dub.4. num. 7*, & decem, & quatuor Doctores, quos dat, & sequitur Leander. *loc. cit. qu.* 15. contra Bonac. *disp.2.qu.2.puncto 4.num.5.*

Dicere cum nomine Patris, cum nomine Filii, & cum nomine Spiritus Sancti?

434 Sicut cũ nomine Patris, &c.

ESt validè baptizare, quia ly *cum* non variat sensum formæ. Leand. *loc.cit. qu.16.* contra Bonac. *loc.cit.* Filliucc. *tract.2.c.3.qu.10.*

Baptizans dicendo, Baptizo cum Patre, cum Filio, cum Spiritu Sancto.

435 Cum Patre, cum Filio, &c. nulliter baptizat.

NUlliter baptizat, sicuti nulliter baptizaret, dicens, *Baptizo te in Patre, in Filio, & in Spiritu Sancto*, nam non exprimitur unitas Divinitatis. Candidus *disquisit. 16. art. 4. dub.5.* Vasqu. *disp.* 143. *num.36.* contra Comitolum *lib.1. qu.10.*

In Virtute, in Potestate, in Auctoritate?

436 Quid si dicat in Virtute, in Potestate, &c.

ESt idem, & sic non mutatur sensus, & perficitur Sacramentum, secundum Magistrum, D. Thomam, Serra *loc.cit.* Hurtad. *disp. 3. diffic.* Verùm quia D. Thom. putat virtutem non exprimere totum id, quod exprimit nomen, tunc in re tanti momenti repetendum esse sub conditione ad tollendam dubietatem putat Henriq. *lib.2. cap.8. num.* 2. Sotus in 4. *dist.3. qu.un.art.5.* Filliucc. *tract.2. n.54.*

In nomine Sanctissimæ Trinitatis, vel unius, & trini, vel trium personarum.

437 Non expressis personis Trinitatis nulliter baptizatur.

BAptismus non tenet, nam non exprimitur clarè Trinitas personarum, ut exigitur in *can. in Synodo, de consecr. dist.4.* S. Thom. *3.part. qu.66. art.6.* Suarius *disp.21. sect.3.* Vasq. *disp.* 143. *cap.3.* Hurtadus *diffic.9.disp.1.* contra Cajetanum *3.par. qu.66. art.* 6. Magistrum in 4. *dist.3.* Adrianum in *4. qu.2. de Baptismo, §. ad rationes.* motos ex *can. à quodam Judæo. de consecrat. dist.4.* Cui respondet Dicastillus *disp.* 1. *dub.5.n.103.* & Arriag. *to.7. disp.24.n.17.* ubi ait Papam tantùm definisse validum Baptismum datum ab infideli. Alia verò addita sivè in nomine Patris, sivè in nomine Trinitatis, sivè Christi, dicta esse ut à privato Doctore, & sic errasse, subditque D. Ambrosium difficiliter loquutum, & etiam respondit D. Thomas *loc. cit. ad 3.* cujus responsionem explicat Sotus in *4. dist.3.qu.un.art.2.*

An valeat conferri baptismus solis verbis, te baptizo, petenti ab alio baptizari, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen?

NEgo: nam non alia forma pro infantibus, ac pro adultis est instituta. At infantibus Minister pronunciat totam formam; ergo etiam in adultis. 438 Non baptizatur petens baptizari ab alio in nomine Patris, &c. solis verbis, Te baptizo.

Secundo probatur, quia causa efficiens debet formam producere in naturalibus; ergo in supernaturalibus, Minister, habens vim causæ effectivæ saltem instrumentalis, debet totam formam ponere.

Nec refert cum petitione baptizandi, cui respondet Minister baptizo, integrari totam formam.

Nam tunc tota forma non poneretur à Ministro, qui simpliciter poneret responsionem interrogatis, quæ responsio non est forma, nec integra.

Confirmatur, nam ex opposita argumentatione sequeretur Ministrum, nec debere dicere, te baptizo, sed satis est si de facto baptizaret, nam tunc facto ipso exprimeret se baptizare. Sicuti ergo nisi dicat: Te baptizo, non conficit Sacramentum, quia non ponit formam institutam à Christo Domino, ità nisi dicat: Te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, non baptizat; nam non facit Sacramentum, quia non ponit integram formam institutam à Christo Domino, à Ministro ponendam.

Replicabis; non magis ad ablutionem Sacramentalem requiritur forma, Absolvo te à peccatis tuis, quàm in Baptismo, Baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Sed in Sacramento Pœnitentiæ satis est si dicat, Te absolvo; ergo in Sacramento Baptismi satis est si dicat, Te baptizo.

Consequentia probatur. Ideò tenet Absolvo te, quia ex subjecta materia intelligitur à peccatis tuis; ergo ideò tenet, Te baptizo, quia ex circumstantiis petentis se baptizari in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, dicens: Te baptizo: intelligitur baptizare in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Respondetur, formas Sacramentorum institutas, ponendas à Ministro integras, & significationem integram formæ ex verbis habendam secundum communem acceptionem loquentium. Sic in re ex communi Ecclesiæ usu, & interpretatione Doctorum, Absolvo te, significat à peccatis, nam nihil aliud exprimere valet. At baptizo te ex se, & ex cõmuni acceptione, non importat invocationem Sanctissimæ Trinitatis, nec petitio baptizandi immutare potest communem usum, & acceptionem verborum. 439 In Sacramẽto Pœnitentiæ sat est dicere: absolvo te, nõ ita in Baptismo sine expressione personarum Trinitatis.

Mm 3 In

In nomine Jesu Christi Domini.

440 Tantum in nomine Jesu Christi, nō valet Baptismus.

NOn tenet Baptismus, quia non exprimitur individua Trinitas *can. in Synodo.* 83. *de consecr. dist.* 4. ibi: *perfectus Christianus non est, nisi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti fuerit baptizatus*, & *can. si revera.* 30. *de consecr. dist.* 4. ibi: *qui solummodo se in nomine Domini baptizatos fuisse forsitan confitentur, sine cujusquam dubitationis ambiguo, eos ad Catholicam fidem venientes in Sanctissimae Trinitatis nomine baptizabis.* D.Thom. 3. *part. quaest.* 66. *artic.* 6. ubi Serra, Suarez *loc. cit.* Vasqu. *loc. cit.* Trullench. *lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 3. *num.* 8. contra Magistrum in 4. *dist.* 3. Adrianum in 4. *qu.* 2. Javellum *tom.* 2. *tr.* 2. *de Baptismo cap.* 4.

Nec obstat Actuum 8. *vers.* 12. ibi: *In nomine Jesu Christi baptizabantur*; & Actuum 10. *vers.* 48. ibi: *jussit eos baptizari in nomine Domini Jesu Christi.*

441 Ad loca Scripturae respōdetur.

Nam respondetur primo cum Soto *loc. cit.* semper Apostolos baptizasse in nomine Patris, & Filii, &c. sed in fide Christi Domini, & in forma apponebant nomen Jesu Christi, dicentes In nomine Patris, Filii Jesu Christi, &c. aut ibi dicitur baptizasse in nomine Christi, hoc est auctoritate Christi; Idque firmat Arriaga *loc. cit. n.* 7. ex Canone Apostolorum apud D. Clementem *lib.* 7. *Constitutionum Apostolicarum cap.* 23. ibi: *non enim dixit Dominus in meam mortem baptizati estis, sed in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

Respondet etiam D.Tho. *loc. cit. ad* 1. in primitiva Ecclesia ad reddendum nomen Christi Domini amabile, Baptismum illius invocatione collatum, cujus invocatione sensibili signo Spiritus Sanctus adveniebat. Prima responsio indifficuiter substinetur, ne dicamus Apostolos contra Canonem praefixum, de quo apud Clementem *loc. cit.* contulisse Baptismum. (7)

In nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis ab utroque, aut Spiritus Sancti.

442 In nomine Genitoris, Geniti, &c. valet Baptismus.

TEnet, sed est illicitus Baptismus, quia voces sunt sinonimae: & sic non immutatur sensus verborum; idemque namque Pater, ac Genitor, Filius, ac Genitus indicat. Est tamen illicitus, quia non adhibentur verba à Christo Domino adhibita. D.Athanasius *orat.* 2. *contra Arianos.* Glos. in *can. multi. de consecr. dist.* 5. Cajetan. 3. *par. qu.* 66. *art.* 5. *ad* 7. ubi Serra, Victoria *de Baptismo qu.* 14. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 24. *num.* 19. Gabr. à S.Vinc. *loc. cit. qu.* 3. *§. solent.* Vivaldus *cap.* 3. *num.* 17. Coninck *qu.* 66. *num.* 55. Valentia, Suar. Baunius, Molphesius, & alii, quos dat, & sequitur Leander *loc. cit. qu.* 22. citans pro contraria D.Thomam 3. *p. quaest.* 66. *art.* 5. *ad* 7. Toletum *lib.* 2. *Summae cap.* 19.

In nomine Innascibilis, Ingeniti, &c.

443 In nomine Innascibilis, &c. non valet.

NOn valet Baptismus, nam Ingenitus, & Innascibilis non significat idem, ac Genitor, Pater; nam potest intelligi innascibilis absque eo quod sit Pater: sic natura Divina secundum se est ingenita, nec est Pater secundum rationem absoluti.

Valeret tamen Baptismus in nomine Patris, Verbi, & Spiritus Sancti, nam ex communi acceptione, idem significat Verbum, ac Filius. Joannis 1. ibi: *Verbum Caro factum est.* Vasqu. Trullench. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit.* Bonac. *loc. cit. num.* 13. contra Suarium *disp.* 21. *sect.* 4.

In nomine Patris, & Jesu Christi, & Spiritus Sancti.

444 In nomine Patris, Jesu Christi, &c. valet Baptismus.

TEnet Baptismus; nam secundum communem acceptionem nomine Jesu Christi venit Filius Dei. Sotus in 4. *dist.* 3. *qu. un. art.* 5. Toletus *lib.* 2. *Summae cap.* 19. *num.* 7. Granadus *tract.* 1. *disp.* 5. *in fine.* Bonac. *disp.* 2. *qu.* 2. *puncto* 4. *num.* 8. Trullench *lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 4. *n.* 9. Contra Vasq. *disp.* 144. *cap.* 3. *n.* 14.

In nomine Patris Omnipotentis, Filii Unigeniti, Spiritus Sancti Paracliti.

445 Sicuti in nomine Patris Omnipotētis &c.

TEnet Baptismus, nam non mutatur sensus verborum. D.Tho. 3. *par. qu.* 66. *art.* 8. Durandus in 4. *dist.* 3. *qu.* 2. *num.* 9.

In nomine Patris, Filii, & Spiritus.

446 Nullus est Baptismus in nomine Patris, Filii, & Spiritus.

NOn tenet, nam tertia persona Sanctissimae Trinitatis non exprimitur, nisi addatur Sancti. D.Tho. *par.* 1. *qu.* 36. *art.* 1. Navarr. *lib.* 3. *cons.* 5. *de Baptismo.* Filliucc. *tract.* 2. *num.* 55. contra Caenedum *de Baptismo cap.* 1.

Baptizo te in nomine Patris, baptizo te in nomine Filii, baptizo te in nomine Spiritus Sancti.

447 Repetens Baptizo te validum conficit Baptismum.

TEnet Baptismus, nam retinetur sensus verborum, ut potest dici Baptizo te in nomine Dei Patris, Dei Filii, &c. Layman *de Baptismo cap.* 4. *num.* 5. Sotus in 4. *dist.* 3. *qu.* 1. *art.* 5. Filliucc. *tract.* 2. *num.* 50. contra Comitolum *lib.* 1. *quaest.* 5.

Et ly.

448 Ly Et, nō est essentiale.

NOn est essentialis, & tenet Baptismus, licèt omittatur, dicendo: *Baptizo te in nomine Patris, Filii, Spiritus Sancti*; nam sensus verborum retinetur. ex D. Ambrosio 7. *in Lucam cap.* 14. Et esset veniale omittere, secundum Dicastillum, & Dianam; licèt Caramuel velit esse mortale, quia non est certum non esse quid essentiale, cùm Sylvester v. *Baptismus.* 1. *num.* 6. velit ly *&* esse essentiale. Dicastill. *disp.* 1. *dub.* 5. *in fine.* Adrianus *de Baptismo qu.* 2. *art.* 3. *§. dico igitur.* Sayrus *lib.* 1. *cap.* 4. *art.* 4. *in fine.* Layman *loc. cit.* Diana *par.* 2. *tract.* 15. *resol.* 47. contra Sylvestrum v. *Baptismus* 1. *n.* 6. ubi Armilla *num.* 8. Gabrielem in 4. *dist.* 4. *qu. unic. dub.* 3.

449 Illud omittere est veniale.

Et illius omissio est venialis ob parvitatem materiae. Dicastill. *loc. cit. num.* 78. Diana *loc. cit.* Hurtadus *disp.* 1. *de Sacram. diffic.* 14.

Amen.

(7) De Baptismo in nomine Christi collato prae ceteris vade Natalem Alexandrum *dissert.* 13. Seculi III. & *Dissertationem* eruditissimi P. Calmet quam praeposuit Actibus Apostolorum.

Amen.

450 *Amen* non pertinet ad essentiam.

NOn esse essentialis pars. Dicastillus *loc. cit. num.* 130. Baunius *de Baptismo qu.* 19. *in fine*; non enim mutatur, vel amittitur sensus sine illa. Filliucc. *loc. cit. num.* 64. Henriq. *lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 6. & ejus omissio est venialis ex parvitate materiæ præceptæ. Filliuc. *loc. cit.* Hurtadus *disp.* 1. *diffic.* 7.

Quo sermone proferenda.

§. I.

451 Ab ignorãte linguam latinam proferenda forma vulgari idiomate.

NOn adest præceptum, ut latinè proferatur jure communi: & consultum est, ut vulgari lingua proferatur ab ignorante linguam latinam, sivè laicus sit, sivè fœmina. Henriq. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. Reginald. *lib.* 28. *num.* 31. Diana 2. *part. art.* 1. *Miscellaneo. resol.* 46. Et non esse mortale Baptismum conferre vulgari idiomate, ait Dicastillus *disp.* 1. *dub.* 6. *num.* 131. imò Sacerdotem proferentem formam vulgari idiomate venialiter peccare tuetur Nugnus 3. *par. tom.* 1. *qu.* 60. *art.* 8. *diffic.* 2. Bonac. *de Sacram. disp.* 2. *quæst.* 2. *puncto* 4. *num.* 77. Caram. *Fundam. num.* 3993.

452 Secùs à Sacerdote.

Forma corruptè prolata.

§. II.

453 Corrumpẽs formam, si retineat sẽsum validè conficit.

SI sensus retineatur saltem ex subjecta materia, tenet Baptismus. *c. si quis puerum. can. retulerunt. de consecr. dist.* 4. ut baptizo te in nomine Patrias, & Filias, & Spiritua Sancta; vel te aptizo, vel paptizo; vel in nomine Patri, vel Pati, vel Patis. Henriqu. *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 6. Sayr. *lib.* 1. *cap.* 4. *art.* 4. Peccaret tamen graviter: licèt conficeret Sacramentum, qui data opera, vel joco ità proferret ob irreverentiam. D. Tho. 3. *par. qu.* 60. *art.* 7. *ad* 3.

Addens aliquid formæ?

454 Similiter si aliquid addatur formæ.

COnficit Sacramentum si sensus retineatur, nisi intendat id, quod addit, esse essentiale, & nolit aliter conficere: ut *Baptizo te in nomine Patris, Filii, Spiritus Sancti, & Beatissimæ Virginis*. D. Thomas 3. *par. q.* 60. *art.* 8. *in corpore.* Durandus in 4. *dist.* 3. *qu.* 2. ubi Paludanus *qu.* 1. Gabr. in 3. *dist.* 4. *qu. un. dub.* 1. contra Pitignanum in 4. *p.* 1. *dist.* 3. *q.* 2. *art.* 12. Graffium *par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 24.

Interrumpens, vel discontinuans, vel invertens verba formæ.

455 Sicut interrumpẽs, aut invertens verba formæ.

VAlidè baptizat, si retineatur sensus verborum. S. Tho. 3. *part. qu.* 60. *art.* 8. *ad* 3. Henriq. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2.

An sit baptizatus puer, si moriatur ante completam formam quoad sensum?

456 Nõ completa forma essentiali non est baptizatus puer.

NEgo: nam tunc deest forma, & sic deest Sacramentum in hac, non in altera vita complendum. Bellarmin. *lib.* 1. *de Baptismo c.* 5. Bonac. *disp.* 2. *qu.* 2. *puncto* 4. *num.* 18. Dicastillus *disp.* 2. *dub.* 6. *num.* 132. contra Sylvestrum v. *Baptismus* 2. *num.* 5. ubi Armilia *num.* 16. Ang. *par.* 3. *Summæ*, v. *Baptismus num.* 6.

An sit necessaria simultas solùm moralis inter materiam, & formam?

AFfirmo: & sic tenet Baptismus, si dicat Baptizo te, &c. quando incipit accipere aquam, & accedere ad baptizandum: vel si ante effundatur aqua, immediatè post formam; vel si ante proferatur forma, immediatè post aqua effundatur; est enim moralis simultas. Arriag. *tom.* 7. *disp.* 24. *num.* 12. Henriqu. *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 10. Villalobos *tom.* 1. *tract.* 4. *diffic.* 2. *num.* 1. Layman *lib.* 6. *tract.* 2. *cap.* 7. *num.* 5. Diana *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 6. contra Scotum in 4. *dist.* 6. *qu.* 2. *art.* 2. Cajetan. *tom.* 1. *opusc. tr.* 26. Navarrum *cap.* 22. *num.* 7. 457 Simultas moralis videtur solùm necessaria.

An forma nutu prolata teneat?

NEga: quia Christus Dominus verba instituit hìc pro forma. Valent. *tom.* 4. *disp.* 4. *de Baptismo qu.* 1. *puncto* 3. Henriq. *lib.* 2. *de Sacram. in genere cap.* 8. *num.* 5. contra Paludanum in 4. *dist.* 3. *qu.* 2. *art.* 3. aientem nutu, vel scriptos sine verbis posse valere Sacramentum Baptismi. 458 Forma nutu prolata est nulla.

Forma conditionali.

UTendum est semper, ac Baptismus est incertus, saltem conditione mente concepta. *cap.* 2. *de Baptismo*; ut si non es baptizatus te baptizo, &c. Arriag. *tom.* 7. *disp.* 24. *num.* 64. *&* 65. 459 Quando utẽdum sit forma cõditionali supra à *n.* 228. vide subjectã ibi notam 10.

An Obstetrices teneantur sub mortali scire formam?

NEgat Suar. *disp.* 31. *sect.* 5. Dicastill. *disp.* 2. *dub.* 1. *num.* 18. Diana *par.* 3. *tract.* 15. *resol.* 46. quia ex officio non tenentur baptizare Obstetrices, & casus necessitatis non tantùm obligat Obstetrices, quàm reliquos ex caritate. contra Navarr. *cap.* 22. *num.* 6. Bonac. *disp.* 2. *qu.* 2. *puncto* 5. *num.* 5. Toletum *lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 7. 460 Non videtur mortale Obstetrices debere scire formam Baptismi.

An Latinus baptizans formâ Græcorum, validè, & illicitè baptizet?

AFfirma; nam non servat ritum suæ Ecclesiæ in re gravi. Eugenius IV. in Concilio Florentino §. *primum.* Suarius *disp.* 21. *sect.* 2. Bonac. *disp.* 2. *qu.* 2. *puncto* 4. *n.* 10. 461 Latinus utens Græca forma validè, sed illicitè baptizet.

Explicuimus essentiam, remanent baptizans, baptizatus, & Patrinus, Effectus Sacramenti, & Martyrium: pleno, sed laconico calamo exenteremus singula; & primo:

De Ministro Baptismi.

CAPUT IV.

MInister Baptismi est triplex: unus Ordinarius, alter Delegatus, alter ex Privilegio. Ordinarius est ille, cui ex officio competit Sacramentum Baptismi, ut est primo Episcopus. Secundo Vicarius, Tertio Parochus. Quarto simplex Sacerdos. Concilium Florentinum in *Decreto Eugenii*. Clemens *lib.* 3. *Constitutionum cap.* 22. Non tamen nomine Sacerdotis venit Sacerdos Monachus, qui nequit sub 462 Minister Baptismi triplex est Ordinarius Delegatus, ex privilegio.

por.

Olim tantùm Episcopi baptizabant, unde in solis Cathedralibus fons baptismalis erat, postea Parochi in suis Ecclesiis cœperunt baptizare. Vide Christ. Lupum in *Append. ad Epoch. Lateranum c.3.* Thomassinu de *Beneficiis p.1.lib.2. cap. 21.n.8.*

pœna lethali baptizare jure positivo extra casum necessitatis. *can.placuit.*16.*qu.*1. licèt possit de licentia Episcopi, vel Parochi. *can. Diaconus.dist.*93. Arriaga *tom.*7. *disp.*26.*num.*2. *in fine.* Glos.in *can. pervenit.* 18. *qu.*2. Sotus in 4. *dist.* 5.*qu.*1.*art.*3. *conclus.*3.

Delegatus est, cui ab Ordinario committitur ut baptizet, talis est Diaconus, qui ex commissione Parochi solemniter baptizare potest. *can. Diaconus.dist.*93.

463 Laici ex privilegio in necessitare baptizant.

Ex Privilegio baptizant Laici urgente necessitate. Concilium Lateranense coram Eugenio IV. extat in Concilio Florentino *part.* 3. ibi: *Mortis imminente periculo sine ulla dilatione baptizetur etiam per Laicum, vel Mulierem in forma Ecclesiæ, si desit Sacerdos.*

Nequit tamen Parochus baptizare puerum alterius Parochiæ, ex defectu jurisdictionis. Navarr. *cap.*22.*num.*7.

An Sacerdos baptizans sine licentia Parochi peccet lethaliter sacrilegè?

464 Sacerdos baptizans sine licentia Parochi non peccat sacrilege.

NEga: cum Hurtado, contra Arriagam *loc. cit.* nam peccat tantùm usurpatione alterius officii, in quo non datur malitia sacrilega:

465 Diaconus est Minister Delegatus.

Delegatus est, cui committitur ab Ordinario, ut baptizet, talis est Diaconus, qui potest baptizare solemniter ex commissione Parochi. *can. Diaconus.dist.*93.

An verò in casu extremæ necessitatis possit baptizare solemniter sine licentia Sacerdotis, Parochi?

466 Diaconus in necessitate baptizans, non potest baptizare solemniter sine licétia:

NEga: nam nulla est necessitas baptizandi solemniter, & in necessitate baptizat, ut laicus; consequenterque non habet jus utendi solemnitatibus, quibus laici nequeunt uti: ex licentia tamen Sacerdotis, extante causa, puta extante morbo Sacerdotis, potest solemniter baptizare, veluti Minister Delegatus jure probante. Arriaga *tom* 7.*disp.*26.*num.*2.*&* 14.*in fine.*

Ex privilegio baptizant, qui ex dispensatione Ecclesiæ administrant in necessitate; ut laici. Concilium Florentin. in *Decreto Eugenii IV.* Concilium Lateranense Eugenii IV. Concil. Florentinum *par.*3. *cap.constat. de consecr. dist.* 3. S.Tho. 3. *part. qu.*66. *art.*2. & *qu.*77. *art.*2. Baunius *de Baptismo qu.*20.*dicto* 5.

An Angelus, vel anima separata possit baptizare?

467 Angelus, vel anima separata nō potest baptizare de lege ordinaria.

DIstinguas: de lege ordinaria nega, quia sensibilia Sacramenta Ministris sensibilibus viatoribus Christus Dominus in Ecclesia militanti visibili demandavit. Ex Divino tamen privilegio affirma. Trid.*sess.*7.*can.*10. Magist. in 4.*dist.*6.D.Tho. 3.*par. qu.*64. *art.* 7. Bonac.*disp.*2.*qu.*2.*puncto* 5.*num.*8.Dicastill.*tract.*1. *disp.*5.*dub.*4.

Idque fortiùs dicas de homine beato, quia sensibilis est, & ex extraordinaria dispensatione ministrare poterit Baptismum. S.Thom.3.*p. qu.*64. *art.*7.*ad* 2. Camerota *de Baptismo cap.*4. Henriq. *lib.*1. *cap.*26. *num.*2. Dicastill. *tract.*1. *disp.* 5. *dub.* 4. *num.*38. contra Aureolum in 4. *dist.*5. *quæst.*1. Lugonem *de Sacramentis disp.*8. *num.*2.

Vvnz Lcs. II.

An quivis homo ratione utens etiam non baptizatus, vel hæreticus sit idoneus Minister quoad validitatem hujus Sacramenti?

AFfirma: si intendat quod Ecclesia Catholica facit. Concilium Florent. in *Decreto Eugenii IV.* §.*Primum omnium.* Trid.*sess.*7. *Can.* 4.Lateranense sub Innocentio III.*can.quod quidam* 1.*quæst.*1. *can.ostenditur. de consecr. dist.*4. *can. constat. de consecr. dist.* 3. D.Thom. 3. *par. quæst.* 66. *art.* 3. Magister in 4. *dist.* 5. & textus in *can. quos à Paganis.* 5. *de consecr. dist.* 4. ubi non tenet Baptismus collatus à Pagano, intelligitur de collato ritu Paganico, absque intentione necessaria. Suar. *disp.*31.*sect.*4. Vasqu. *disp.*147.*cap.*2. 468 Non baptizatus, aut hæreticus validè baptizat.

Tenet ergo Baptismus cum recta intentione, materia, & forma collatus à Judæo. *can. à quodam Judæo.* 24. *can.solet etiam.*31. *de consecrat. dist.*4. à Pagano. *can. Romanus Pontifex.* 23. *de consecr.dist.*4. ab Hæretico. *can.si apud illos.* 28. *can. quamvis unum.*29. *de consecr. dist* 4. à malis etiam Catholicis. *can. si inter bonos.*25.*c. Baptismus.*26. *can.cum baptizat.*27.*de consecr.dist.* 4. Vis namque Sacramenti non à Ministri bonitate, sed à Dei Omnipotentis bonitate pendet.

An peccet Minister necessitatis baptizans sine necessitate?

AFfirma: *can. quod quidam.* 1. *quæst.*1. quia recedente necessitate caret privilegio licitè ministrandi. *can. constat.* 17. *de consecrat. dist.*3. & Pastor proprius habet jus nè alius ministret absque necessitate. *can. mulier. can. in necessitate. de consecr.dist.*4. S.Tho.3.*par.qu.*67. *art.* 1. 469 Peccant illi absque necessitate baptizantes.

Quo peccato peccet talis sine necessitate baptizans?

AFfirma peccare vel venialiter secundum Cajetan. 3.*par.qu.*67.*art.*4.*&* 5. Henriq. *lib.*2. *cap.*29. *num.*1. Sotus in 4. *dist.*4. *num.*3. Canus,& alii: vel mortaliter secundum D.Thomam 3.*par.qu.*67. *art.*3. Vasq. *disp.*147.*num.*9. Suarez *disp.*31. Bonac.*disp.*2.*qu.*2.*puncto* 5. *nu.*7. Granadus *tom.*5. *tract.*2. *disp.*2.*num.*5. Layman *tract.*2.*de Baptismo cap.*5.*num.*1. 470 Alii venialiter, alii mortaliter dicũt peccare.

Qui ordo servandus inter Ministros?

PAstor præfertur, deinde Sacerdos. Tertio Diaconus. Quarto Subdiaconus. Quinto Clericus Laico, & inter Laicos masculus præfertur feminæ. *can.mulier. can.in necessitate. de consecr. dist.*4. Eugenius IV. in Concilio Lateranensi, quod extat in Concilio Florentino *par.* 3. *pag.* 354. & annalium *tom.* 18. *anno Domini* 1442. 471 Servandus est ordo, & gradus inter Ministros.

Quodnam peccatum sit istum ordinem non servare?

ESse mortale, si excludatur Parochus à Sacerdote, Sacerdos à Diacono, Diaconus à Subdiacono ait Arriaga *tom.*7.*disp.*26. *num.*11. Intelligerem, si solemniter baptizaret, nam tunc jus baptizandi habet, in quo jure ab alio excludente illum à Baptismo fraudaretur. Ministrare namque sine solemnitate privatim non est actus ordinis; & sic non est usurpare actum 472 An peccet mortaliter istum ordinem non servans.

Xx ordi-

ordinis. Arriaga *loc.cit.num.*53. Unde in necessitate baptizans Laicus præsente Sacerdote non contradicente, peccat venialiter, ob materiæ levitatem, secundum Henriq. *lib.*2. *cap.*29. *nu.*1. Valentia *tom.* 4. *disp.*4. *qu.* 2. *puncto* 1: Joannes Suarios *lib.* 5. *Enchiridion* v. *Baptismus*, Petrus Ledesma *de Baptismo cap.* 6. *conclus.* 2. Ludovicus à S. Joanne *qu.*4. *art.*2. *dub.*2. *concl.*3. Sotus in 4. *dist.*4. *qu.un. art.* 2. vel est mortale secundum Doctores apud Dianam *part.* 7. *tract.* 4. *resol.*4. Trullench *lib.*2. *cap.*1. *dub.*5. *n.*10.

Sic non Diaconus in necessitate baptizans præsente Diacono, venialiter tantùm peccat, quia cùm Diaconus non sit ordinarius Minister, non infertur ei excluso gravis injuria. Suarius *disp.*31. *sect.*4. Toletus *lib.*2. *cap.*20. Sotus *loc.cit.* Layman *lib.*3. *tract.*2. *cap.*7. *num.*4. Sà v. *Baptismus num.*7. Quintanadueña *de Baptismo singulari* 17. *num.*5.

Licet Vasq. *disp.*147. *cap.*5. *num.*34. Gaspar Hurtadus *disp.*5. *difficul.* 3. Reginaldus *lib.* 27. *num.*44. Coninck *quæst.*63. *art.*1. *dub.*2. velint peccare mortaliter, quibus consentit Arriaga *loc.cit. num.*13. qui tamen *num.*14. ait esse veniale, si Subdiaconus excludatur à Clerico, Clericus à Laico, quia ex officio isti non habent ministrare.

Hinc femina in necessitate baptizans præsente viro, Laicus præsente Clerico, mortaliter non peccat, sed ad summum venialiter: quæ culpa venialis etiam evitatur, si femina meliùs sciat formam, quàm vir. Sà v. *Baptismus nu.* 7. Henriq. *lib.* 1. *cap.*28. Quintanadueñas *loc. cit.*

Qua pœna puniatur solemniter ministrans pervertendo ordinem.

473 Non est irregularis, qui debitum ordinem nō servat.

NOn est pœna irregularitatis, quia jure non expressa. Suarius *disp.* 31. *sect.*4. Arriaga *tom.*7. *disp.*26. *num.*53.

An Laicus sine necessitate baptizans privatim, vel solemniter, fiat irregularis?

474 Laicus baptizans sine necessitate non fit irregularis.

NEga. D.Tho: S.Antoninus, quos dat Filliuc. *tract.*2. *num.*85. Navarr. *cap.*21. *n.*7. Angelus, & Armilla apud Suarium *disp.*31. *sect.* 3. §. *sed quares.* Trullench *lib.*2. *cap.* 1. *dub.* 5. *num.*4. contra Arriagam *disp.*26. *num.*53. *in fine.* Leandrum *tom.* 1. *tract.*2. *disp.*4. *qu.*1. quia jure non est expressa talis pœna, & text. in *cap.*1. *de Clerico non ordinato ministrante*, ut pœnalis, loquens de Clerico non ordinato, non debet extendi ad Laicum, qui Clericus non est.

An quis possit baptizare se ipsum?

475 Nemo seipsū baptizare valet.

NEga, nam nec se ipsum generare valet, & text. in *cap. debitum.*4. *de Baptismo*, ubi Innocentius III. judicat salvum illum, qui se ipsum baptizaverat, intelligitur si cum bona fide contritio illius habentis usum rationis intercesserit. S.Tho. 3. *par.qu.*66. *art.*5. Vasq. *disp.* 148. *cap.*7. *num.* 53. Tolosanus 1. *partitionum juris Canonici tit.*8. *cap.*7.

An unica aspersione, & forma simul plures baptizare quis possit?

476 Plures valēt baptizari unica forma, & aspersione

AFfirma, validè, etiam licitè baptizare necessitate postulante, dicendo: Ego vos baptizo. Actuum 2. *ver.* 44. nam est idem, ac te, & te baptizo: nec oppositum constat de Christi Domini voluntate. S. Thom. 3. *part. quæst.*66. *art.*5. *ad* 4. ubi Serra, Vasq. *disp.*148. *cap.*7. *num.*50. Arriag. *tom.*7. *disp.* 26. *num.*17. Gabr. à S.Vinc *de Baptismo disp.*3. *qu.*5. §. *quares secundo.* Henriq. *lib.*1. *cap.*7. *num.*5. quinque Doctores apud Bonac. *disp.*1. *qu.*2. *puncto* 4. *n.*12. Diana *p.* 9. *tract.* 6. *resol.* 30. Caram. *Fundam. num.*7067.

Et est multiplex Sacramentum, quia quilibet Baptismi Sacramentum recipit, & ablutio multiplex, forma æquivalenter multiplex. Hurtad. *disp.*2. *diffic.*7. 477 Tunc est multiplex Sacramentū.

Esset veniale plures simul sine necessitate baptizare, nam decentius est oppositum. Arriag. *loc.cit.* & est levitas materiæ. Sotus in 4. *dist.*4. *art.*4. Henriqu. *lib.*2. *cap.* 30. *num.*1. Valentia *tom.*4. *disp.*4. *qu.* 3. *puncto* 2. contra Scotum in 4. *dist.* 6. *qu.*2. §. *respondeo*. Hurtadum *disp.* 2. *diffic.* 7. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit.* ajentes esse mortale.

An plures possint baptizare unum, dicendo Nos te baptizamus?

AFfirma: validè non licitè, si unus ab alterius intentione non pendeat, & quivis Integram proferat formam, & abluat; validè quia nihil deest ad Sacramentum ratione intentionis, materiæ, & formæ. Illicitè, quia unus Christus, unus Minister, unus Baptismus, & bis baptizaretur; & si unus absolveret formam ante alterum, secundus in irritum baptizaret; & nulla est ad id necessitas. S.Tho. 3. *part. qu.*67. *art.* 7. Vasqu. *disp.*148. *cap.*1. Suarius *disp.* 25. *sect.*3. Henriquez *lib.*1. *cap.*30. *num.*3. *in fine, & num.* 18. dans disparitatem à Sacerdotibus primo simul cum Episcopo consecrantibus; quia accipientes tunc potestatem, illam primo exercentes cum Episcopo, nihil inutile agunt Ecclesia probante, non sic in Baptismo. 478 Plures possunt unum baptizare.

An verò esset duplex Baptismi Sacramentum?

DIstinguas: vel consideratur Baptismus in se, vel in effectu. In se est duplex ob materiæ, & formæ duplicitatem, & ità recipias Suarium *disp.* 23. *sect.* 3. dicentem esse duplex Sacramentum. 479 Tunc est duplex Sacramentum in se, simplex in effectu.

In effectu verò esset unum Sacramentum unitate gratiæ collatæ characteris impressi, remissionis originalis, ingressus in Ecclesiā; tunc enim duæ causæ totales concurrerent ad eumdem effectum, & ità recipias. D. Tho. 3. *part. qu.*67. *art.*6. Scotum in 4. *dist.*6. *qu.*2. ajentem unum Sacramentum.

Si unus mutus abluat, alter mutilus proferat verba, An Baptismus valeat?

NEga: S.Tho. 3. *par.qu.*66. *art.*3. *ad* 3. & *qu.* 67. *art.*6. *ad* 3. Scotus in 4. *dist.*6. *quæst.*2. Vasqu. *disp.*148. *cap.*4. *num.*22. Arriag. *tom.*7. *disp.*26. *num.*15. Gabr. à S.Vincen. *de Baptismo disp.*3. *qu.*3. Diana *par.*5. *tract.*7. *resol.*26. Hæredia *de Baptismo*. Bonac. *disp.*2. *quæst.*2. *par.*4. *num.*23. contra Marsilium in 4. *quæst.*4. *art.* 4. *dub.*15. Cajetanum 3. *par.quæst.*67. *art.*6. *ad* 3. Henriq. *lib.*2. *cap.*12. *num.*1. Suarium *disp.*23. *sect.*3. 480 Mutus abluēs & alius proferēs formam nullū Baptismum faciunt.

sect. 3. Leandrum *loc. cit. qu.* 16. citantem Herediam.

Patet, nam non verificaretur forma, *Te baptizo*, si alius non loquens ablueret, & unus Christus, unus Minister.

In necessitate tamen horum opinio sub conditione ministranda, sequenda, si scilicet validè conferri possit, exemplo submittentis puerū aquæ decidenti è tecto formam proferentis, vel pedibus aquam aspergentis. Gabr. à S. Vincentio *loc. cit.*

De intentione Ministri Baptismi.

§. I.

481 Minister debet intendere quod Christus instituit actualiter, aut virtualiter.

SAtis est intentio faciendi quod Christus instituit virtualiter, vel actualiter, non habitualiter. S. Tho. 3. *par. qu.* 64. *art.* 8. *&* 10. quæ intentio si deficiat, non suppletur à Deo, nullibi id promittente. S. Tho. *loc. cit.* Sotus in 4. *dist.* 1. *qu.* 5. *art.* 3. sex Doctores apud Dianam *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 19. contra Zanardum *par.* 1. *de Sacramento Baptismi cap.* 4. *in fine*. Sylvest. v. *Baptismus* 6. *num.* 5. Angelum v. *Baptismus.* 7. *n.* 11. Valentiam *tom.* 4. *disp.* 3. §. 5. *puncto* 3. ajentes Deum supplere intentionem Ministri.

An validè baptizet putans baptizare marem, puta masculum, si baptizatus re vera sit fœmina?

482 Putans baptizare marem, & baptizat fœminam, validè baptizat.

AFfirmo: nam semper absolutè intendit baptizare præsentem. Sylvest. v. *Baptismus* 3. *qu.* 16. Sotus in 4. *dist.* 1. *qu.* 5. *art.* 8. Suarius *disp.* 13. *sect.* 3. Sayrus *lib.* 2. *de Sacramen. cap.* 4. *qu.* 6. Reginaldus *lib.* 26. *num.* 40. contra Hostiensem, & Rosellam apud Henriq. *lib.* 2. *cap.* 8. *litera D.*

De Baptizando.

C A P U T V.

483 Omnis homo est capax Baptismi.

PRimo omnis homo natus est capax, ut recipiat Baptismum, etiam infans; nam nihil deest in materia, forma, & intentione Ministri. Hinc infantes sunt capaces Baptismi. Concilium Carthaginense V. *Can.* 6. *cap. majores. de Baptismo*. Tridentin. *sess.* 7. *cap.* 2. & *Can.* 12. *&* 13. Matth. 19. Marci 10. Lucæ 18. ibi: *finite parvulos venire ad me, talium est enim Regnum Cælorum*; sunt capaces Regni Cœlorum; ergo etiam Baptismi. Divus Augustinus 3. *de orig. Animæ cap.* 9. ibi: *noli credere, noli dicere infantes antequam baptizentur morte præventos pervenire posse ad originalium indulgentiam debitorum, si vis esse Catholicus*. D. Dionysius *lib. de Ecclesiastica Hierarchia cap. fin.* ibi: *Baptizasse infantes*. Origenes *homil.* 18. *cap.* 12. *&* 13. ibi: *secundum Ecclesiæ observantiam, etiam parvulis Baptismum dari*. D. Cyprianus *Epist.* 59. Contra Anabaptistas, negantes dandum Baptismum ante usum rationis. Contra hæreticos nostri temporis, ajentes etiam in parvulis requiri actum fidei, contra Bezam in *libello de Sacram. qu.* 121. Unnium *de Sacram. cap.* 11. ajentes infantes non baptizatos esse incapaces Baptismi. Contra Ludovicum Vives in *caput* 27. *lib.* 1. *de Civitate*, dicentem antiquitùs tantùm baptizatos adultos fuisse.

484 Etiam infantes sunt capaces Baptismi.

An filii fidelium indigeant Baptismo, an potius sanctificentur in utero?

§. I.

AFfirmo indigere Baptismo, & non sanctificari in utero sine specialissimo privilegio, ut de Immaculata concepta Virgine, & de sanctificato Divo Joanne tenet Ecclesia. Lucæ *cap.* 1. *ver.* 41. & *cap.* 7. *ver.* 28. Et de Hieremia constat. Hieremiæ *cap.* 1. *ver.* 5. ibi: *antequam exires de vulva, sanctificavi te.* 485

485 Filii fideliū etiā Baptismo indigent.

Probatur. Psalm. 50. *ver.* 7. ibi: *in iniquitatibus conceptus sum*. Job *cap.* 14. *ver.* 4. ibi: *quis potest facere mundum de immundo conceptum semine?* & Apostolus ad Romanos *cap.* 3. *ver.* 23. ibi. *omnes peccaverunt*, & *cap.* 5. *ver.* 12. ibi. *per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, ità & per omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt*. Et 1. ad Corinth. *ver.* 22. ibi: *sicut in Adam omnes moriuntur, ità & in Christo omnes vivificabuntur*. 2. ad Corinthios 15. v. 12. ibi: *omnes ergo mortui sunt*; ad Ephesios 2. v. 4. ibi: *eramus natura filii iræ*. Concilium Milevitanum relatum in *can. placuit. de consecr. dist.* 4. Concilium Florentinum in *Decreto* Eugenii, ibi: *remissio omnis culpæ*. Trident. *sess.* 5. D. Ambrosius *lib.* 1. *de pænit. cap.* 2. ibi. *omnes homines sub peccato nascimur*. D. Hieronymus in *cap.* 47. Ezechielis, D. Hilarius Psalm. 118. D. Augustin. *lib. de Fide ad Petrum Diaconum cap.* 26. relati in *can. firmissimè tene.* 3. *de consecr. dist.* 4. ibi: *cum peccato originali nasci*. Origenes *homil.* 12. in Leviticum. Boerius *tom.* 2. *controversiarum, examine* 1. *Lutheranorum atheismus* 23. Contra Calvinum *lib.* 1. *Institutionum cap.* 16. §. 6. ex quo Beza *de confessione fidei art.* 48. cum Bullengero, Melanctone, Bucero, Dulyncho, Manicheis, Seleucianis, dicentibus filios fidelium in utero sanctificari. Contra Lutheranos volentes, fidelium filios, sola fide parentum sanctificari, ut ex fideli fidelis filius, & anima sancta propagetur, fortè inde docentes, animas non creari, sed fieri ex traduce.

Contra plures hæreticos.

An fidelium filii decedentes sine Baptismo, salventur?

NEga: Joaon. *cap.* 3. *v.* 3. *&* 5. ibi: *nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei*. Marci *cap.* 16. *v.* 16. ibi: *qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit*. Apostolus ad Titum *cap.* 3. *v.* 5. ibi: *Salvos nos fecit per lavacrum generationis*. D. Petrus *Epist.* 1. *cap.* 3. *v.* 21. ibi: *Salvos facit Baptisma*. Trid. *sess.* 7. *de Baptismo can.* 5. *can. firmissimè tene*. *can. non potest. de consecr. dist.* 4. Clemens Romanus *Epist.* 4. D. August. *de orig. animæ lib.* 3. *cap.* 9. & *lib.* 3. *de peccatis cap.* 12. & *lib. de fide ad Petrum cap* 27. ubi ait filios fidelium non salvari sine Baptismo. D. Ambrosius *lib.* 2. *de vocatione gentium cap.* 8. Origenes *homil.* 14. *in Lucam*. Tertullianus *lib. de Baptismo cap.* 20. contra Calvinum, & alios, gratis ajentes, filios fidelium sine Baptismo salvari.

486 Filii fideliū decedentes absque Baptismo, non salvantur.

Et puniri infantes pœna sensus asseruit idem August. de quo vide Cardinalē de Noris in *Vindiciis August.* §. V.

An filii fidelium ante Baptismum sint partes Ecclesiæ?

487 Filii fideliū ante Baptismum non sunt partes Ecclesiæ.

NEga: propriè loquendo, quia Baptismo quis Ecclesiam ingreditur, ad Ephesios

 cap. 5.

cap.5. v.26. & 27. Joann.3.ibi: *nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non potest introire in Regnum Dei*; ubi Regnum Dei sumitur de Ecclesia militanti, & triumphanti. S. Gregorius *hom.12. in Evangelium*, ubi: *de Ecclesia militanti verificatur, colligent de Regno ejus omnia scandala. can. filius Dei, §. parvuli etiam, can. per aquam. de consecr. dist.4.* contra Calvinistas ajentes sanctificari in utero ante Baptismum. Hinc solvitur:

An Baptismus tantùm sit signum speculativum?

487 Baptismus est signum practicum gratiæ.

NEga: est de fide, quia est Sacramentum: & sic signum practicum gratiæ. D. Paulus ad Titum *cap.3.* ibi: *Salvos nos fecit per lavacrum*. Marci *cap.16.* ibi: *qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit*. Concil. Nicænum I. Florentinum in *Decreto* Eugenii. Trid. *sess.5.Can.5.* Nullam enim puer sanctitatem habet ex fide parentum. Contra Calvinistas.

An contemptus Baptismi, non autem ejus omissio impediat salutem?

488 Non tantùm contemptus, sed omissio Baptismi impedit salutem.

NEga: nam Baptismus est medium salutis etiam illum non contemnentibus; Nec ex sacris Literis requiritur contemptus. Marci *cap.16.* ibi: *baptizatus fuerit*. S. Cyrillus Hierosolymitanus *Catechesi 3.* contra Calvinistas, ajentes tantùm contemptum Baptismi impedire salutem.

An existentes in utero, impotentes aqua intingi, decedentes intra uterum, salventur parentum oblatione?

489 Infantes in utero aqua non abluti non salvantur oblatione parentũ.

NEga: D. Augustinus *loc.cit. 3. de Anima cap.19.* D.Tho. *3.par. qu.73. art.2.* & in *4.dist.4. qu.3.art.3. qq.2.ad 7.* Caram. *Fundam. num.2079.* Sotus in *4.dist.4. qu.un.art.8.* Gabr. à S.Vinc. *de Baptismo disp.4. qu.3.* Diana *par.3. tract.4. resol.17.* contra Cajetanum *3.par. q.68. art.2.* Gersonem *Alphabeto 59. litera K*, docentes salvari oblatione parentum decedentes in utero.

Patet Matthæi *ultimo*. Joannis 3. v. 3. ibi: *nisi quis renatus fuerit ex aqua*. Apostolus ad Titum *cap.3. v.5.* ibi: *Salvos nos fecit per lavacrum. can. firmissimè. can. non potest. de consecr. dist.4.* ubi sine Baptismo non salvatur, & oblatio parentum non est Baptismus.

Secundo, quia est de fide, natum oblatione, parentumque fide non salvari, licèt ex defectu materiæ baptizari nequeat; ergo nec in utero existens salvabitur, si ablui nequeat. Et ablui debet puer, non venter matris, ut Baptismo salvetur. Contra Glossam apud Henriq. *lib.3.cap.6. num.2.*

490 Contra Cajetanum asserentẽ istos salvari oblatione parentum.

Dices cùm Cajetano; Christus prospexit saluti hominis ubertiùs, ac in Lege veteri, & naturali. Joan.10. v.8. ibi: *veni ut vitam habeant, & abundantiùs habeant*. Sed in Lege scripta, qui non poterat circumcidi, salvabatur oblatione parentum; ergo etiam in Lege Gratiæ, qui non potest baptizari, salvabitur oblatione parentum.

Respondetur hoc argumentum primò probare, natum sine Baptismo salvari oblatione parentum, si baptizari nequeat defectu aquæ, vel Ministri impotentis loqui, quod est absurdum.

Respondetur secundo directè cum D. Thoma, & Caramuele. In Lege Gratiæ vitam abundantiùs conferri. Primò faciliori medio aquæ, quæ ubique ferè haberi valet. Secundo, quia in Lege Gratiæ, non in Lege scripta, & naturali, illicò baptizatus decedens ingreditur gloriæ Cœlorum Regnum.

Undè S. Pius V. in impressione Romana jussit expungi ab operibus Divi Thomæ sententiam illam Cajetani. Licèt non desint adhuc, qui illam probabilem velint, intelligentes loca Scripturæ, & Patrum de illis, qui nec re, nec voto, saltem parentum, baptizati decedunt. 491 Quæ Cajetani opinio à S. Pio V. fuit expuncta ab ejus operibus.

Ac talis opinio omninò rejicienda patet ex D. August. *loc.cit.* & illam impugnavit D.Tho. *3.par. qu.73.art.3.* & in *4.dist.4.qu.3. art.3.qq. 3.ad 3.* & *quodlib. 6. art.4.* ubi est solutum argumentum Cajetani ob facilitatem habendi aquam, & quia statim mortuus purgatus modò ingreditur in Regnum Cœlorum, non verò in Lege naturali, & scripta.

Adultus.

§. II.

ESt capax Baptismi. Joann. 3. de quo loquitur 1. Petri 3. *non carnis depositio sordium, sed conscientiæ*, & Matth. *ult.* ibi: *qui crediderit, & baptizatus fuerit*. Requiritur ergo in adulto etiam actus proprius in susceptione Baptismi. 492 Adultus est capax Baptismi, si velit.

493 Conceptus ex femina, & bruto nõ indiget Baptismo.

Concepti verò ex femina, & bruto non indigent Baptismo, nam carent originali, propagando per virum. Trid. *sess.5. Can. 3.* & *sess. 6. cap.3.*

494 Ex viro autem, & ex animãte, sub conditione baptizatur.

Natus ex viro, & animanti, in dubio an sit homo, baptizandus sub conditione si sit capax. Possevinus *de officio Curati cap.6.num.25.* Dicastill. *disp.3.dub.11.num.118.*

495 Monstrum ex viro, & femina baptizandum, & quomodo.

Monstrum ex viro, & femina baptizandum esse absolutè, si certè sit homo, puta si habeat duo brachia; si verò habeat duo capita, & duo pectora debet bis baptizari ob duplicem animam: sed si dubia sit animæ unitas, aut dualitas. Primo baptizetur purè, Secundo sub conditione, si non sit baptizatus, in altera parte illum lavando. Henriq. *lib.1.cap.8.num.6.* & Doctores quatuordecim, quos dat Leand. *tom. 1. tract.2. disp.5. quæst.14.* Sylvest. *v.baptismus.3. qu.4.* rectè docentes, in dubio, an sit homo, debere baptizari sub conditione.

496 Partus dubius sub cõditione baptizãdus est.

In dubio, puta si sub capite ferino sit corpus humanum, baptizetur sub conditione si capax. Navarr. *de Baptismo cons. 3.* Comitolus *lib. 4. quæst. 8.*

De Baptismo collato infantibus invitis parentibus infidelibus.

§. III.

PRimo inquirendum an validum, Secundo an licitum, & controversia erit. Primo si parentes sint non subditi. Secundo si sint subditi Jurisdictioni Principis Catholici. Tertio si sint servi Domini Catholici.

An

An sit validum Sacramentum Baptismi infantibus collatum invitis infidelibus parentibus?

497 Baptismus est validus datus infantibus invitis parentibus infidelibus.

AFfirma: nam nihil ad essentialia deest. Vasq. *disp.* 155. Henriq. *lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 21. Reginald. *lib.* 17. *num.* 68. Suarius *disp.* 25. *sect.* 5. Hurtadus *de Baptismo disp.* 3. *diffic.* 3. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 25. *num.* 1. contra Paludanum in 4. *dist.* 4. *quæst.* 4. *num.* 28. Durandum in 4. *dist.* 6. *quæst.* 7. Capreolum, Marsilium, & alios; nam isti requirunt intentionem suscipientium saltem parentum; ergo invitis parentibus, non baptizantur validè. Verùm quia ex dictis intentio suscipientium non requiritur, meritò concludendum validum Baptismum.

An si parentes sint Christiani, sed hæretici, validè, & licitè baptizari valeant?

498 Filii Christianorũ, sed hæreticorũ validè & licitè baptizantur.

AFfirma: nam Ecclesiæ, & divino Præcepto hæretici constricti illicitè repugnant. Sanctus Thomas 3. *par. qu.* 68. *art.* 10. non obstante periculo subversionis, cùm aliter consuli potest: & accidere valet, ut baptizati moriantur, ante subversionis periculum. Laym. *lib.* 5. *tr.* 2. *cap.* 6. *num.* 12. Diana *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 7. contra Suarium *disp.* 25. *sect.* 5.

An filii infidelium existentes extra Jurisdictionem Principis Christiani licitè baptizentur invitis parentibus?

499 Filii infidelium extra Jurisdictionem Principum Christianorum illicitè baptizantur.

NEga: nè fides odiosa reddatur abstractis, & baptizatis filiis invitis parentibus. S. Tho. 2. 2. *qu.* 10. *art.* 12. & *qu.* 68. *art.* 10. contra Scotum in 4. *dist.* 4. *quæst. ult.* Gabr. *quæst.* 2. *art.* 3. *dub.* 5. motos, quia non rationabiliter pater est invitus.

An filii istorum constituti in articulo mortis possint baptizari invitis parentibus?

500 Nisi si sint in articulo mortis.

AFfirma: semoto scandalo, & majori Ecclesiæ damno; nam in tali casu urget caritas ad succurrendum extremè indigenti, & cessat periculum subversionis moriente baptizato, & pater irrationabiliter est invitus. Lorca 2. 2. *qu.* 10. *art.* 12. *dub.* 27. *num.* 22. Arriag. *tom.* 7. *disp.* 25. *num.* 4. citans Vasq. & Suarium, Gabr. à S. Vinc. *de Baptismo quæst.* 4. *disp.* 4. §. *quæres tertio.*

An satis sit ut Mater consentiat, ut licitè baptizetur?

501 Et mater consentiat.

AFfirma: *cap.* 2. *de conversione infidelium.* Arriag. *sect.* 4. *concl.* 8. Idque fortiùs si jam infans est separatus justè, vel injustè; nam tunc licitè baptizari valet, ignotis, invitis parentibus Infidelibus. Doctores citati.

An infantes invitis parentibus subditis Principibus Christianis possint baptizari licitè?

502 Si sint subditi Christianis, licitè baptizãtur.

AFfirmat Scotus in 4. *dist.* 14. *qu.* 9. ubi Gabr. *qu.* 2. *art.* 3. *dub.* 5. Durandus in 4. *dist.* 4. *qu.* 6. *num.* 9. quia Principes Christiani valent limitare patriam potestatem, quam sicuti coercent, si pater ultra modum sæviat in corpus, itâ indubitanter si sæviat in animam prohibendo Baptismum: & sicuti imponens filio necessitatem peccandi, ità imponens filio necessitatem pereundi in æternum denegando Baptismum, potest coerceri illum liberando à patris potestate, & liberè baptizando, quod probabilissimum dicit Gabr. à S. Vinc. *loc. cit.* verùm oppositum docet D. Tho. 3. *par. qu.* 68. *art.* 10. Sotus in 4. *dist.* 5. *qu. un. art.* 10.

An infantes filii servi inbaptizati, possint baptizari invitis parentibus, si Dominus sit baptizatus?

503 Et si Dominus sit baptizatus.

AFfirma: Suarius *disp.* 21. *sect.* 4. Vasq. *disp.* 155. *cap.* 4. *num.* 5. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit.* Nugnus, & Cabrera ab ipso citato, quia ex Dominica potestate potest pro libito uti servo, & talis filius est servus, & sicut potest illum vendere, potest invito patre Dominus baptizare. Lorca 2. 2. *q.* 10. *art.* 12. *disp.* 74. *num.* 22.

An ille, de quo dubitatur, an habeat usum rationis, possit invitis parentibus baptizari?

504 Et quando dubitatur habere usũ rationis.

AFfirma: si petat Baptismum, nam in necessariis ad salutem patri obedire non compellitur. S. Tho. 3. *par. quæst.* 68. *art.* 10. Sà v. *Baptismus n.* 13. Bonac. *disp.* 2. *qu.* 1. *punct.* 6. *num.* 12. Suarius *disp.* 25. *sect.* 3. Trullench *lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 6. *num.* 9.

De Subjecto rebaptizando:

CAPUT VI.

An baptizatus in necessitate domi, sit rebaptizandus in Ecclesia?

505 Baptizatus domi, in Ecclesia nõ est rebaptizandus.

NEga si certè sit baptizatus. Trident. *sess.* 7. *Can.* 13. Florentinum in *Decreto Unionis cap. firmiter. de summa Trinit. & fide Catholica, can. non licet. can. cum itaque. de consecrat. dist.* 4.

Verùm, quia in tanta turbatione vix potest esse certitudo erroris non commissi, ideò sub conditione iterum baptizandum esse post Adamum, & Quintanaduẽña ait Leand. *loc. cit. qu.* 45. Diana *par.* 9. *tract.* 6. *resol.* 21. Sylvius 3. *par. quæst.* 66. *art.* 9. *dub.* 2. Idque maximè, quia quædam obstetrices veneficæ, & sagæ non baptizant, ut ità famulatum præstent diabolo. Ego rem introspiciendam ulterius ajo certitudinis Baptismi indagaturus.

An peccet Parochus baptizans sub conditione quem scit verè baptizatum?

506 Peccat, qui sub conditione baptizat verè baptizatum.

AFfirma: quia inutiliter, ac vanè utitur rebus sacris, volens incapaci subjecto ministrare Sacramentum. Petrus Ledesma *de Baptismo cap.* 5. *concl.* 2.

An peccet baptizans sub conditione, quem scit non baptizatum?

507 Non peccat sub conditione baptizãs quem nescit esse baptizatum.

AFfirma: nam vanè, & sic irrationabiliter agit, apponens inutilem conditionem. Villalob. *tract.* 5. *diffic.* 7. *n.* 2. non tamen peccat mortaliter, quia in re gravi non delinquit, nec Sacramento præjudicium facit. Diana *p.* 3. in additione *resol.* 3.

An

An domi baptizatus in necessitate, sit quoad solemnitates supplendas deferendus ad Ecclesiam?

908 Domi baptizatus, in Ecclesia supplentur solemnitates.

AFfirma: idque præciso scandalo, & contemtu sub levi, secundum Possevinum *cap.6. de Baptismo n.47.* Dianam *par.5. tract.3. resol.6.* At mortale esset ex negligentia illas solemnitates omittere, secundum Toletum *lib.2. cap.13.* Bonacinam *disp.2.qu.2.punct.7.n.5.*

An Expositi sint Baptizandi?

909 Expositi sūt baptizandi, & quomodo.

AFfirma: nisi clarè constet esse baptizatos; nec probatio sufficiens est schedula simplex scripta, inventa apud expositum. Nec assertio unius vetulæ, nam timor, periculum, error, calamitas, celeritas, turbatio potest dubium facere de rectâ Baptismi collatione, maximè quia Obstetrices sæpè formam Baptismi ignorant, & sic requiritur confessio validè baptizantis, vel baptizati, vel alia certa probatio, Quintanad. *de Baptismo tom. 1. sing.9.* post Scotum in *4.dist.4. qu. ult.* Gabrielem in *4. dist 4. qu. 2. dub.2.* Bartolus in *l. 1. C. ne sanctum Baptisma iteretur.* contra Sotum *in 4.dist.3.quæst. unic. art.9.*

An certò baptizatus possit rebaptizari?

910 Certò baptizatus nō potest rebaptizari.

NEga: *cap. firmiter. de Summa Trin. & fide Cathol. can. cum itaque. de consecr. dist.4. l.1.C. ne sanctum Baptisma iteretur.* Idque exemplo nativitatis naturalis, quæ una est, ità una nativitas per Baptismum, qua incorporatur Christo Domino. Joann. 3. *can. quia passus. 36. de consecr. dist.2. can. ad hoc. de consecr. dist.4.* & sic rebaptizans, & rebaptizatus peccant gravissimè. *can. quibus. 117. de consecr. dist.4.*

Credendum autem est Patri dicenti se baptizasse, nè vel sub conditione rebaptizetur, ut enim fides Parochi, ità patris sufficit. Arriag. *tom.7. disp.24. num.46. in fine.*

An in omni dubio de Baptismi valore sit rebaptizandus sub conditione?

911 In dubio Juris, vel facti est repetendus Baptismus.

AFfirma: sivè dubium sit juris, puta ratione vel formæ, vel materiæ dubiæ, vel partis corporis: sivè dubium sit facti, puta de intentione Ministri debita. *cap. de quibus dubium est, an baptizati fuerint, baptizentur his verbis: si baptizatus es, non te baptizo, sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo in nomine Patris, &c. de Baptismo.*

An unus testis probet Baptismum?

912 Testis singularis probat Baptismum.

AFfirma: *Can. parvulus. de consecr. dist.4.* Nec obstat text. in *Can. placuit. de consecr. dist.4.* ibi: *placuit de infantibus quoties non inveniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per ætatem idonei de traditis sibi Sacramentis respondere absque ullo scrupulo eos baptizandos.* Nam ly *certissimi testes* exponitur respectivè ad diversos estes, & tempora diversa; sicuti nec illud de traditis sibi Sacramentis, denotat singulis infantibus tradita esse plura Sacramenta.

913 Natus, & educatus inter Christianos præsumitur baptizatus.

Natus autem, & fideliter versatus inter Christianos parentes, præsumitur certò baptizatus. *cap. veniens. 3. ibi: certè de illo, qui natus est de Christianis parentibus, & inter Christianos est fideliter conversatus, violenter præsumitur, quod fuerit baptizatus, donec fortissimis argumentis contrarium probetur, de Presbytero non baptizato.*

An baptizatus ab infideli validè baptizetur?
§. I.

914 Baptizatus ab infideli est validè baptizatus.

AFfirma: ex dictis. *Can. Romana. de consecr. dist. 4.* sed tantùm à Catholicis supplenda solemnitas Chrismatis, impositionis manus, professionis plenæ fidei, &c. *Can. ab antiqua. Can. ut hi, de quibus. de consecr. dist. 4. Can. hi, qui. 1. qu. 1. Can. ab Arianis. 109. de consecr. dist.4.* Et isti defectus supplentur etiam in aliis Sacramentis non iterandis. *cap.1. de Sacramentis non iterandis.*

An baptizatus ab hæretico sit iterum rebaptizandus?

915 Non rebaptizatur, qui ab hæretico est baptizatus, si essentialia sint adhibita.

NEga: si servata sit legitima materia, forma, & intentio. Est de fide definitum à Stephano Papa anno 258. Pontificatus ejus anno 2. tempore Gallieni Imperatoris anno 4. Ex Divo Paolo *ad Ephesios 4. unus Dominus, una Fides, unus Baptismus. cap. unic. §. fin. de Summa Trinit. & Fide Catholica in 6. Can. dictum est à Domino, §. quod verò. 1. qu. 1. Can. sicut hæreticus. 51. de consecr. dist.4. Can. non est aquam. dist.50.* Trid. *sess.7. Can.12. de Sacramentis in genere, & Can.4. de Baptismo.* Et post totios Africæ concussionem contrarium sententis in Synodo 71. Episcoporum, & in Synodo Iconiensi, ubi decisum fuit gesta ab hæreticis rata non esse, qui Episcopi Synodi Iconiensis fuerunt excommunicati à Stephano Papa, teste Eusebio *lib.7. c.4.* Tamen Episcopi Africani sententiam mutarunt, ut ait D. August. *Epist.48.* quam etiam mutavit D. Cyprianus, existentes alii in contraria sententia, ut patet ex *Epist.70.72.74.75. & 78.*

Motivum Sanctissimi Doctoris fuit, quia hæretici Novatiani, & Cataphrygæ rebaptizabant tanquam immundos Catholicos, ita ac si verum non fuisset baptisma Catholicorum accedentium ad hæreticos; ergo inferebant Catholici illius temporis, debent rebaptizari baptizati ab hæreticis, nè dicerent hæretici ipsorum Baptismum esse meliorem, tanquam receptum etiam à Catholicis; & verum Baptismum in vera Ecclesia esse: quæ fuit magna totius Ecclesiæ tentatio.

916 Nunc de fide est validū Baptismum collatum ab hæretico.

Sed modò res certa de fide, rebaptizandi non sunt ritè ab hæreticis baptizati. (8)

Cùm hoc tamen stat, quòd sit repetendus Ba-

(8) Rebaptizantium error, qui Seculo III. Cyprianum inter, & Stephanum Pontificem totam fere commovit Ecclesiam, accepta hic ab Auctore opportunitate esset historicè dilucidandus, ac plenè profligandus; nam etsi Auctor plura in medium adducit, nonnulla tamen inter eruditos adhuc sub judice sunt, ideò diserte opus esset ea differere. Sed ego brevitati studens, & nè incautè pelago tantarum difficultatum me committam, Tyroni tantùm morem geram denunciando Eruditos Scriptores hac de re disceptantes, ut discussis Scriptorum placitis, possit tandem de hac celebri controversia judicium ferre. Et nè ab Auctore discedam, inquiro: Primo, quo anno S. Stephanus Papa decrevit nihil innovan-

Baptismus sine forma legitima collatus ab hæreticis, ut erat collatus à Paulianistis baptizantibus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Et intelligentibus pro Spiritu Sancto Montanum hæreticum, ut definivit Synodus Nicæna *can.* 19. (9)

De Pœnis Rebaptizantis.

§. II.

517 Peccat rebaptizans, & morte jure puniendus.

POtest rebaptizari baptizatus à Catholicis, & baptizatus ab hæreticis; si rebaptizetur, semper est peccatum mortale, & Jure Civili est pœna mortis in rebaptizato, & rebaptizante. *l.2. Cod. ne Sanctum Baptisma iteretur*. Explicemus primo pœnas rebaptizantis, deindè pœnas rebaptizati.

518 Et privatur officio, & beneficio.

Rebaptizantis præter immane peccatum, de quo in *Can. rebaptizare. de consecr. dist.* 4. est Sacerdotio indignus, & ab omni officio, & beneficio deponendus. *cap. fin. §. fin. de Baptismo.*

Sed difficultas est:

An rebaptizans sit irregularis?

519 Rebaptizans videtur Jure non irregularis.

NEgat de jure Arriaga *tom. 7. disp. 26. n. 44.* nam nullo jure probatur. Enim verò in Canone Apostolorum 47. solùm dicitur deponendum esse ab officio. Nec in *Can. eos, quos. de consecr. dist. 4.* nam ut rectè Suarius *disp. 21. sect.* 6. pœnæ illæ non sunt in usu, & feruntur in rebaptizatum. Nec text. in *cap. 2. de Apostatis.* Nam ibi est solum sermo de rebaptizato, & Acolyto assistente, tenendo, &c. nec odiosa extendenda ab Acolyto ad rebaptizantem.

520 Tamen ex communi est irregularis.

Cum hoc tamen concludendum nullatenus recedendum esse à communi sententia, cum Arriaga *ibidem n. 44.* docente rebaptizantem irregularem esse.

An talis irregularitas impediat non exercitium susceptorum, sed ascensum ad alios Superiores Ordines?

521 Illa irregularitas impedit tãtùm ascẽdere ad alios Ordines.

AFfirma, quia hoc tantùm jure induci videtur, nec pœnæ ampliandæ. Suar. *loc. cit.* Arriag. *loc. cit.* undè Sacerdos rebaptizans posset consecrare, celebrare, confessiones audire, sed solùm non posset esse Episcopus.

An tantùm incurratur ob publicam rebaptizationem?

522 Et incurritur ob publicã rebaptizationem.

AFfirma: nam de publica rebaptizatione tantùm loquitur textus. Sylvest. & Suar. quos dat, & sequitur Arriaga *loc. cit. num. 44. in fine.*

An incurratur à rebaptizante exteriùs sine intentione interiori?

523 Non tamen à simulante rebaptizare.

NEga: nam revera non rebaptizat carens intentione. Arriaga *loc. cit. num. 45.*

An rebaptizans sub conditione sit irregularis?

524 Et à baptizante sub conditione.

NEga: nam revera non rebaptizat, cùm si baptizatus sit, desit Baptismus novus. Navarr. *cap. 27. num. 246.* Suar. quem sequitur, & dat Arriag. *loc. cit.*

An in dubio, in quo potest licitè baptizare sub conditione, baptizans purè, sit irregularis?

525 Qui baptizat purè, cùm posset in dubio sub conditione baptizare, non fit irregularis.

NEga, etiamsi re ipsa erat primo baptizatus. Suar. & Navarr. quos dat, & sequitur Arriaga *tom. 7. disp. 26. num. 47.* nam sumus in pœnis, ad istum casum non expressum, non exten-

---

dum, sed observandum traditum, contra S. Cyprianum: hic non liquet, ut Auctor adstruit, ideò vide Pearsonium in *Annalibus Cyprianis*, Tillemontium in *Cypriano*, & Auctorem vitæ S. Cypriani præfixæ ejus Operibus §. XXXI. Secundo Auctor affirmat à Stephano Papa fuisse definitum tanquam dogma Fidei ab hæreticis baptizatos non esse rebaptizandos. Verùm ad solam disciplinam spectare arbitratos esse Cyprianum, & Firmilianum adstruit Christ. Lup. ad *Can. VII. Concilii Constantinopolitani*. Tournely *de Sacram. in genere quæst. 7. art. 2. conclus. 1.* attamen *concl. 2.* asserit ad fidem pertinuisse decretum Stephani Pontificis probat, uti nunc ex Trid. definitum est *sess. 7. Can. 12.* Consequenter inquirendum esset an sicut Cyprianus repudiavit omne baptisma hæreticorum, ita Stephanus admiserit baptisma à quocunque hæretico collatum, etiam non verbis Evangelicis, definiendo baptizatos à quacunq; hæresi pervenientes, non esse rebaptizandos, adeòque uterque turpiter erraverit, uti errasse Stephanum adstruunt Blondellus, de Dominis, Joannes Launojus *tom. 8. Epist. ult. ad Jacobum Bevilacquam*, ubi prolixè, sed insulse Stephanum exagitat, nullius ponderis afferens argumenta, quibus evincat suum assertum, & Auctor Anti-Bellarmini ex ipso Launojo *à pag. 265. ad 282.* assuit more suo rationes Launoji, & plura contra Sckelstratum, Bellarminum, Beccanum, Pighium tenerè ac imperitè reponit. Launojum impugnat Emmanuel à Sckelstrate in *Antiquitate illustrata*. Juvenin in *Dogm. Hist. de Sacram. dissert. 2. de Baptismo qu. 6. art. 3. & 4.* Tournely *loco cit.* Baluzius in *Notis ad Epist. 71. S. Cypriani* aliique. Tertio non unum Concilium Carthaginense indixit S. Cyprianus, sed plura. Primum anno 255. cum XXXII. Episcopis, ut ex ejus *Epist. 71. ad Quintum*. Alterum anno 256. cum LXXI. Episcopis, ut ex *Epistola 73. ad Jubajanum*. Tertium anno 256. Kalendis Septembris coactis Episcopis LXXXVII. ex Numidia, Africa, & Mauritania.

Vide Tournely explicantem eruditè, ac cronologicè statum hujus controversiæ, & Auctorem Vitæ S. Cypriani præfixæ ejus Operibus §. XXX. Quarto affirmat Auctor tandem Episcopos Synodi Iconiensis fuisse excommunicatos à Stephano Papa, sed in hoc dissentiunt etiam inter se eruditi. Nam Baronius *anno 258.* dicit solùm Firmilianum, non Cyprianum fuisse à communione suspensum, cui consentit Christianus Lupus, licèt alibi sibi contrarius ad *cap. 4. Tertulliani de Præscriptionibus, v. qui Pseudoprophetæ*. Rigaltius *ad Cyprianum*, & Tillemontius. E contra sunt Bellarminus *lib. 1. de Conciliis cap. 10.* Henricus Valesius in *Annot. ad cap. 5. lib. 7. Eusebii* Emmanuel à Sckelstrate in *Antiquitate illustrata p. 2. dissert. 1. cap. 5. art. 2.* Natalis Alexander ad *Seculum III.* Tournely *loco cit.* Juvenin *loco cit.* §. 4. qui jure fuisse comminatas censuras asserit, non tamen Asiaticos fuisse excommunicatos. Quinto adfirmat Auctor Africanos retractasse eorum sententiam, ut asserit Baronius ad *annum 258. num. 51. & ann. 259. num. 1.* Sed non deposuisse Cyprianum, & Firmilianum suum errorem adstruit Juvenin §. 11. qui etiam asseverat eos non peccasse §. 111. Tournely videtur incertum an deposuerint suum errorem, sed conjiciendum jure Cyprianum, & Firmilianum Stephano adhæsisse asseverat. Hæc adnotasse propter Auctoris dilucidationem, & tuam eruditionem optime Tiro sat erit. Vide tamen meam *adnotationem 5. lib. I. tit. 7.* & *adnotationem 5. lib. II. tit. 3.*

(9) Ubi „ De Paulianistis, qui deindè ad Ecclesiam confugerunt, statutum est, ut ii omnino rebaptizentur. Si qui verò tempore præterito in Clericorum numero erant, si quidem à culpa, & reprahensione alieni visi sint, rebaptizati ordinentur à Catholicæ Ecclesiæ Episcopo. Si verò examinatio eos non esse aptos deprehendit, deponi eos oportet.

tendendis; & text. in *cap. 2. de Baptismo*, ubi Alexander Papa præcipit in dubio Baptismum conferri sua conditione, nullam imponit pœnam contra omittentes conditionem. Et text. in quo Acolytus est irregularis, loquitur quando Baptismus ministrari nequit, nec sub conditione. Hic autem in dubio ministrari potest, & ob ignorantiam Baptismi antea collati, non censetur iteratum Sacramentum. *cap. un. de Clerico per saltum promoto.*

An repetens cæremonias solemnes sine Baptismo, contrahat irregularitatem?

526 Repetēs Ceremonias Baptismi solēnis non est irregularis.

NEgat: nam irregularitas imposita est in rebaptizante, & cùm sit pœna. Arriaga *to. 7. disp.* 26. *num.* 46. nequit ad casum istum non expressum extendi. Arriag. *loc. cit. num.* 48.

An quoties in rebaptizando cessat peccatum, cesset irregularitas?

527 Si cessat peccatum, cessabit ista irregularitas.

AFfirma: nè pœna ista irregularitatis contrahatur sine culpa gravi, contra tex. in *cap. sine culpa. de regul. juris.* Scotus in 4. *dist.* 6. *qu.* 8. Suar. & Arriag. *loc. cit.*

Ex rebaptizante, pergamus ad rebaptizatum inquirendo;

An rebaptizatus sit irregularis?
§. III.

528 Rebaptizatus sciēter est irregularis.

AFfirma: ex communi auctoritate, nam textu id non probatur, ut observat Arriaga *to. 7. disp.* 26. *num.* 50. cùm textus in *Can. qui in qualibet.* 1. *q.* 7. loquatur de rebaptizato, & rebaptizante ab hæretico, ibi: *qui in qualibet ætate alibi, quàm in Ecclesia Catholica, aut baptizati, aut rebaptizati fuerint.*

Nec secundo obstat text. in *Can. confirmandum. dist.* 50. & in *Can. qui in aliquem. Can. solet. dist.* 5. nam dicta jura sunt ex Concilio Carthaginensi non universali, carenta vi obligandi generaliter.

An sit irregularis rebaptizatus sine seria intentione recipiendi Baptismum?

529 Fingens rebaptizari nō est irregularis.

NEgat: sicuti scienter non rebaptizatus; nam ut excusatur tunc à culpa ob ignorantiam, ità à pœna: & nolens recipere Baptismum non rebaptizatur. Arriag. *loc. cit. num.* 50. & 51. Nec obstat text. in *Can. qui bis. de consecr. dist.* 4. nam caret vi legis, cum sit ex pœnitentiali Theodori, carentis vi condendi leges, & loquitur de baptizato ab hæretico cum culpa. Nam carens culpa ob defectum rationis, etiam baptizatus ab hæretico non est irregularis. *Can. qui apud. de consecr. dist.* 4.

An metu rebaptizatus contrahat dictas pœnas?

530 Metu rebaptizatus, si consentiat, fit irregularis.

DIstinguas: vel rebaptizatus consentit interiùs, vel non.

Si consentit, contrahit dictas pœnas; nam nullo metu potest consensum internum cogi. Si non consentit, licèt externam actionem faciat, tunc non est irregularis; nam lex humana cum tanto onere non obligat. Arriag. *tom.* 7. *disp.* 26. *num.* 52. rectè concludens, ordinatum ab hæretico per vim debere consentire ordinationi, sine timore irregularitatis; nè Sacramento ponatur obex, & deindè consecrando, gravem Religioni injuriam inferat. Quæ ratio cessat in rebaptizatione sacrilega nulla ex defectu consensus, nullum producens effectum.

Requisita ex parte suscipientis Baptismum.

CAPUT VII.

531 Infans, & perpetuò amēs nullam dispositionē afferre debet.

ADultus perpetuò amens, & infans non requirunt aliquam dispositionem. S. Tho. 3. *par. qu.* 68. *art.* 12. Henriq. *lib.* 2. *cap.* 84. *num.* 1.

532 Ratione utens debet consentire. v. *sup. n.* 356.

Habens usum rationis debet consentire. *cap. majores. de Baptismo.* contra Glos. in *can. solet. de consecr. dist.* 4. & in *cap. majores. de Baptismo*; Qui consensus debet esse positivus, secundum Divum Thomam 3. *par. quæst.* 68. *art.* 7. contra Cajetanum ibidem, & Ledesmam *par.* 1. *Summa qu.* 9. *art.* 7. ajentes sufficere non resistendo consensu negativo.

533 Dormientes possunt rebaptizari, si petierint.

Dormientes licitè possunt baptizari, & idem est de amentibus, si ante somnum, & amentiam petierunt Baptismum, nec mutarunt habitualem intentionem, etiamsi in somno, & furore resistant Baptismo. *cap. majores. de Baptismo.* Sanch. 44. *selectarum n.* 42. Candid. *disquisit.* 16. *art.* 6. *dub.* 3. Trullench *lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 4.

In dubio an ante amentiam, & furorem, aut somnum petierint Baptismum?

534 In dubio petitionis baptizatur sub conditione.

BAptizentur sub conditione, si petierint: nisi inveniantur in actuali peccato post petitionem, puta in concubinatu. Sotus in 4. *dist.* 5. *q. un. art.* 12. Nugnus 3. *par.* Baunius *disp.* 86. *art.* 4. Bonac.

535 In adultis requiritur fides.

Secundo requiritur in adulto fides, ut credat, quæ est fundamentum gratiæ, & non datur non credenti. S. Tho. 3. *par. qu.* 67. *art.* 8. Sotus *loc. cit.* Henriqu. *lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 1. Sà v. *Baptismus num.* 14.

536 Et saltē attritionem elicere de cōmissis peccatis.

Tertio, adultus tenetur saltem actum supernaturalis attritionis elicere de peccatis commissis, juxtà illud Apostoli Petri: *Pœnitemini, & sic baptizetur unusquisque vestrum.* Triden. *sess.* 6. *cap.* 6. & *sess.* 14. *cap.* 4. S. Tho. in 4. *dist.* 4. *qu.* 5. *art.* 3. *qq.* 1. Scotus in 4. *dist.* 4. *qu.* 5. Suar. *disp.* 28. *sect.* 2. Arriag. *tom.* 7. *disp.* 24. *num.* 70. §. *conclusio tertia.* contra Gabrielem in 4. *dist.* 4. *qu.* 2. exigentem rigorosam, vel saltem putatam contritionem. Contra Navarr. *cap.* 11. *num.* 7. & Cordubam, exigentes contritionem saltem putatam, in quo loquuntur, vel saltem loqui videntur contra rationem Sacramenti Mortuorum ex se supponentis carentiam gratiæ.

De Effectibus Baptismi.

CAPUT VIII.

537 Baptismus primo delet originale peccatum.

PRimus effectus est delere peccatum originale, & actuale. Concilium Florentinum in *Decreto Eugenii IV.* Trid. *sess.* 3. *cap.* 5. *sess.* 14. *cap.* 1. ad Titum 3. v. 5. D. Thomas 3. *par. q.* 69. *art.* 1. ex D. Augustino in *Enchiridion* 64. Doctissimus Marchantius in decimaquinta impressione in *Hortu Pastorum Candelabri mystici tract.* 2. *de effectibus baptismi lect.* 5. *propos.* 1.

Se-

538 Secundo delet pœnam æternam.

Secundo, delet omnem pœnam æternam, & temporalem, ità ot nulla lit satisfactio imponenda pro peccatis commissis aote Baptismum. Concil. Florent. & Trident. *loc.cit.* D.Tho.*loc.cit.art.*2. non tamen tollit passiooes, ac pœnalitates hujus vitæ. D.Bernardus *Sermone de Cœna Domini* D.Thom.*loc.cit.art.*3. Marchantius *loc.cit. propositione* 3. (10)

539 Tertio dat gratiam sanctificantem cũ aliis virtutibus.

Tertio, confert gratiam sanctificantem unà cum virtutibus annexis, si desit obex in baptizato. Trid. *sess.*7.*can.*6. 7. & 8. *de Baptismo*, & *sess.* 6. *cap.*7. D.Tho.*loc.cit. art.* 4. & omnibus parvulis à Baptismo confertor æqualis gratia. S. Tho.*loc.cit.art.*8. D.Antonious 3.*par.tit.*14. *cap.*13. Vasqn. *disp.*135. nam non est undè inæqualis infundatur gratia. Contra Scotum in 4.*dist.*4.*qu.*7.*art.*1. Paludanum in 4.*dist.*4.*qu.*1. Gabrielem *qu.*2.*art.*2.*conclus.*7. Cajetanum 3.*par.qu.*64.*art.*1. *ad* 2. ajentes parvulis infundi gratiam inæqualem.

540 Adultis datur gratia juxta corũ dispositioné.

Adultis, si inæqualis sit dispositio, inæqualis confertur gratia, pro mensora dispositionis. Trid.*sess.*6.*cap.*7.D.Tho.*loc.cit.art.*8.

Quarto, imprimitur character. Concilium Florentinum *loc.cit. in Decreto Unionis.* Trid. *sess.*7. *can.*9. *de Sacram. in genere cap. majores. de Baptismo.* Marchantius *loc.cit.proposit.*3.

Quinto, per Baptismum iogreditur Cœlum, & homo viator incorporatur Christo Domino.

541 Fit subditus, & particeps bonorũ Ecclesiæ.

Sexto, ingreditur Ecclesiam, fitque subditus Ecclesiæ, & particeps bonorum Ecclesiæ. Trid. *sess.*7.*de Baptismo can.* 7. D. Cyprianus *Epist.*1. *ad Donatum.* D.Aogustinus *tract.*5. *in caput* 3. *Joannis.* Non tamen liberat à servitute servum, nisi alicubi consuetudine id probetur. D. Tho. in 4.*dist.*39.*art.*4.

Fictio tamen licèt impediat gratiæ, & remissionis pœnæ, & culpæ, effectum: non tamen impedit characterem; & fictione recedente, tollitur culpa originalis, & actualis, & graria coofertur. S. Thom.3.*par.qu.*69.*art.*9.& 10.

Septimus effectus est, ut baptizans contrahat cognationem spiritualem, quam non contrahit baptizans suum filium legitimum in necessitate. *Can.ad limina* 30. *qu.*1. Navarr.*cap.*22.*n.*40. Sanch. 9. *de matrimon. disp.*26. *num.* 3. Bonac. *qu.*3.*de matrimon.puncto* 5.§.2.*num.*11. 542 Baptizans cõtrahit cognitionem spiritualem, non tamen pater si io necessitate baptizet.

Imò etiamsi absque necessitate baptizet, adhuc posse petere debitum, docent multi cum Suario ad *q.*67.*art.*8. quod negat S.Tho. *q.*67. *art.*8. *ad* 2.

Cognatio spiritualis non contrahitur in Baptismo privato. Sanch.7.*de matrimon. disp.*62. *num.*15. Sotus in 4.*dist.*41.*qu.*1.*art.*1. Trullench. *lib.*2.*cap.*1. *dub.*3. *num.*5. Cujus oppositum docet Guttierez *cap.*84.*num.*7. Cognatio spiritualis non contrahitur in baptismo privato.

Patrious ergo adhibetur ex præscripto Ecclesiæ. Marchantius *loc. cit. lect.*6. De quo hìc uberiùs.

De Patrino.

CAPUT IX.

543 Patrinus est qui promittit curã baptizati, illũque instruere tenetur.

PAtrinus est in Baptismo promittens curam baptizati haberu in ordine ad spiritualia; teneturqoe baptizatum instruere in fide sub mortali, secundum Pesantium 3.*par. quæst.*67. *disp.*2. quod displicet D.Thomæ 3. *par. qu.*67. *art.*8. Si alia via instruatur. Henriq.*lib.*3.*cap.*14. *num.* 1. Et inter Catholicos alios instructores non deficere, maximè diligentia probi, & docti.

(10) Sæpè sæpiùs occurrit in hoc tractatu de Sacramentis Decretum Unionis Armenorum Eugenii IV. laudare, quod apud Concilium Florentinum extat, licèt editum postquam Græci jam excessezint, & tantùm à Latinis Patribus approbatum, durante adhuc Concilio. De quo Decreto vide Ludovicum Bail *tom.*1. *Summa Conciliorum pag.* 601. ea Spondano ad *ann.*1439. Ideo censui suis locis opportunè Lectorem adjuvare, ob oculos ponendo dictum Decretum, prout materia exigit. Et si superioribus Titulis non fuit suppositum, supplendum ex hoc loco existimavi, quàm omnino prætermittere. De Sacramentis in Genere hæc habet „ §.Quinto, Ecclesiasticorum Sacramentorum veritatem prò ipsorum Armenorum, tàm præsentium, quàm futurorum faciliore doctrina, sub hac brevissima redigimus formula. Novæ Legis septem sunt Sacramenta, videlicet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema Unctio, Ordo, & Matrimonium. Quæ multùm à Sacramentis differunt antiquæ Legis. Illa enim non causabant gratiam, sed eam solùm per Passionem Christi dandam esse figurabant: hæc verò nostra, & continent gratiam, & ipsam dignè suscipientibus conferunt. Horum quinque prima ad spiritualem uniuscujusque hominis in seipso perfectionem: duo ultima ad totius Ecclesiæ regimen, multiplicationemq; ordinata sunt. Per Baptismum enim spiritualiter nascimur, per Confirmationem augemur in gratia, & roboramur in Fide: renati autem, & roborati, nutrimur Divina Eucharistiæ alimonia; quod si per peccatum ægritudinem incurrimus animæ; per Pœnitentiam spiritualiter sanamur: Spiritualiter etiam, & corporaliter (prout animæ expedit) per Extremam Unctionem: per Ordinem verò Ecclesia gubernatur, & multiplicatur spiritualiter: per Matrimonium corporaliter augetur. Hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & persona Ministri conferentis Sacramentum cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia: quorum si aliquid desit, non perficitur Sacramentum. Inter hæc Sacramenta tria sunt, Baptismus, Confirmatio, & Ordo, quæ Characterem, idest spirituale quoddam signum à cæteris distinctivum imprimunt in anima indelebile. Unde io eadem persona non reiterantur. Reliqua verò quatuor characterem non imprimunt, & reiterationem admittunt „. Hæc de Sacramentis in Genere, ad singula descendit.

„ Primum omnium Sacramentorum locum tenet Sanctum Baptisma, quod vitæ spiritualis janua est; per ipsum enim membra Christi, & de corpore efficimur Ecclesiæ. Et cùm per primum hominem mors introierit in universos, *nisi ex aqua, & Spiritu Sancto renascimur, non possumus* (ut inquit Veritas) *in Regnum Cælorum introire.* Materia hujus Sacramenti, est aqua vera, & naturalis; nec refert frigida sit, an calida. Forma autem est, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti.* Non tamen negamus, quin & per illa verba *Baptizetur* (alii Baptizatur) *talis Servus Christi, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*: Vel *Baptizatur manibus meis talis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, verum perficiatur Baptisma: quoniam cùm principalis causa, ex qua Baptismus virtutem habet, sit Sancta Trinitas, instrumentalis autem sit Minister, qui tradit exteriùs Sacramentum, si exprimitur actus, qui per ipsum exercetur Ministrum, cum Sanctæ Trinitatis invocatione, perficitur Sacramentum. Minister hujus Sacramenti est Sacerdos, cui ex officio competit baptizare: in casu autem necessitatis, non solùm Sacerdos, vel Diaconus, sed etiam Laicus, vel mulier, imò etiam paganus, & hæreticus baptizare potest, dummodo formam servet Ecclesiæ, & facere intendat, quod facit Ecclesia. Hujus Sacramenti effectus, est remissio omnis culpæ originalis, & actualis, omnis quoque pœnæ, quæ pro ipsa culpa debetur. Propterea baptizatis nulla pro peccatis præteritis injungenda est satisfactio: Sed morientes, antequam culpam aliquam committant, statim ad Regna Cœlorum, & Dei visionem perveniunt,

doᴄti Parochi instante, ait Arriaga *tom.7. disp. 26.num.21.*

544 Essentialiter non requiritur. Patrinus non est de essentia Baptismi, licèt ex consuetudine adhibitus in solemni, non in privato Baptismo. Scotus in *4.dist.42. quæst.1. art.1.* Sotus in *4. dist.4. qu.5. art.7.* Henriquez *lib.2.cap.14.num.1.*

545 Parochus non peccat graviter baptizans absque illo. Non tamen mortaliter peccat Parochus solemniter baptizans sine Patrino. Possevinus *de officio Curati cap.16. num.52.* Archangel. in *4. dist.5.* dicens tantùm de congruentia Patrinum requiri, quamvis oppositum; scilicet sub mortali Patrinum requiri in solemni Baptismo, doceat Bauni *tr.2.de Baptismo v.13.* Palaus *tract.8. punct.11.§.1.n.1.* Ut enim natus recens eget nutrice, ità in generatione spirituali eget Patrino. D Dionysius Areopagita *de Ecclesiastica Hierarchia cap.ultim.* At hæc ratio utnon convincit in Baptismo privato, ità nec convincit in solemni mortale flagitium omittentia Patrinum.

Quotuplex debeat esse Patrinus.

§. I.

546 Olim unus vel una poterat esse Patrinus ex Trid. nunc duo. OLim unus, vel una. *Can.non plures.de consecr.dist. 4.* Modò ex Trid. *sess. 24. de reform.cap.2.* Duo, vir, & femina. Arriaga *to.7. disp.26.num.21.* Et si plures adsint, solùm designati à Parocho scribente nomen, & cognomen eorum, contrahunt cognationem spiritualem. Trid. *loc.cit.* Navarr. *cap.22. num. 39.* respondens ad text.in *Can.fin.30.qu.4.* Bonac. *qu.3. de matrimon. puncto 5. §.2. num. 33.* licèt Naldus *v. cognatio num.6.* velit duos viros, unus sit nomine feminæ, alter sit nomine viri, posse tenere.

547 Non tamen duæ feminæ, vel duo viri. Sed ad instar generationis carnalis non duo viri, nec duo feminæ, sed unus vir, & una femina rectiùs exigunt citati Doctores, itàut nec Episcopus in hoc dispensare valeat, tanquam impotens tollere decreta Tridentini *sess.24. de reform.cap.2.*

548 Qui aliter facit, an peccet. Si Parochus, vel pater plures, quàm duos assignent Patrinos, peccare venialiter ait Sanch. *7.de matrimon. disp.57. num. 6.* Lopez *2. part. cap. 51.*

Peccare mortaliter ait Barbosa *de potestate Episcopi par.2.alleg.30.num.44.*

Tu rem concludas expensis verbis Tridentini obligantibus; non enim gratis confingenda gravitas, vel levitas peccati sine lege.

Qualitas Patrini.

§. II.

549 Patrinus necessariò debet esse baptizatus. PRimo, Patrinus debet esse necessariò baptizatus. *Can.in Baptismate.de consecr.dist.4.*

550 Ut sit Catholicus. Secundo debet esse Catholicus, nam si sit hæreticus, est inhabilis ad instruendum in fide, ad quam instructionem ex officio tenetur Patrinus. S. Tho. in *4.dist.42.art.4.qq.3.*

551 Et Confirmatus. Tertio debet esse confirmatus. *dict. Can. in Baptismate.de consecr.dist.4.*

552 Mater, & pater non sunt Patrini. Et Universitas. Quarto pater, & mater baptizati, non potest esse Patrinus. *Can.penultimo, §.fin.can.fin.3.qu.4.* Quinto Universitas, vel Civitas non est Patrinus. Federicus de Senis *cons.15.*

Sexto, Monachus non est Patrinus, nec Compater. *Can. Monachi.Can.non licet.de consecr.dist. 4. Can.placuit. 16. qu.1.* Si tamen teneat ex sacro Fonte, fit Compater, contrahitque cognationem. Sanch. *7. de matrimon. disp. 60. num. 21.* Hurtad.*diffic.2. disp.9.* Bonac. *loc.cit. num. 24.* Idque sub veniali ait Hiniosa in *Directorio v. Baptismus*, sub mortali Sotus in *4. dist.4.q.un. art.5. §.quin verò.* 553 Idem dic de Monacho.

Quæ prohibitio extenditur etiam ad mendicantes. Angelus v. *Baptismus 8.num. 1.* Sanch. *loc.cit.* Rodriq. *tom.1. Regularium q.58. art. 3.* Diana *par.3. tract.4. resol.21.* contra Arriagam *tom.7. disp.26. num. 21.* Quintanadueñ. *de Baptismo singulari fin.* Leandrum apud Dianam *par.9.tract.6.resol.32.* Non enim isti debent cursitare domos, nec possunt ut par est instruere; & cognatio inutilis omninò. Non enim debent cursitare plateas, quod magno nostri seculi damna experimur; undè meritò in Synodo Neapolis id prohibetur. (11) 554 Includit etiā Mendicātes.

Ætas Patrini.

§. III.

ESt quando habet usum rationis, & sic est habilis ad docendum in fide. S. Thom. in *4. dist. 42. art. 7. ad 2.* Sanch. *7. de matrimon. disp.61. num.3.* Henriq. *lib. 2. cap. 21. num.3.* Naldus v. *Baptismus num. 11.* Quintanadueñ. *de Baptismo sing.24.* Contra Possevinum *de officio Curati cap. 6. n. 55.* requirentem duodecimum annum. Contra Ancharanum in *cap. debitum. de Baptismo*, requirentem decimum quartum annum. Contra Abbatem in *dict. cap.debitum. num. 3.* requirentem decimum octavum annum. (12) 555 Patrinus sit ratione utēs.

Qui contrahant cognationem spiritualem, si nemo designetur, vel si designentur plures, vel plures non designati tangant baptizatum?

§. IV.

NEmo cognationem contrahit ex non designatis. Suarius *3.par.qu.67.art.8.* Rodriq. *cap.226. num. 1.* Vega *tom.1. cap. 33. casu 40.* Sanch. *7.de matrimon. disp.57.num.12.* Guttierez *de matrimon. cap. 110. num. 7.* Tololosan. *primo partitionum Juris Canonici tit. 8. cap. 7. lit.N.* contra Navarr. *cap. 22. num.39.* Laymanum *lib.5. tract.2.cap.9. num.4.* nam Trid. *sess. 24.cap.2.* aufert cognationem à non designatis. 556 Nō designati non contrahunt cognationem.

Si successivè tangant, non omnes, sed primo tangentes designati, & etiam non designati ait Rebellus *lib.4. de sponsalibus sect.4.num.95.* contrahere cognationem. 557 Primo tangens designatus illā contrahit.

Si plures quàm duo designentur à Parocho, neminem contrahere cognationem, sivè simul, sivè successivè tangant, videtur sentire Suar. *3.par.qu.67.art.8.* Arriag. *tom.7.disp.26.nu.23.* quia non servatur ordo præfixus à Tridentino: licèt omnes contrahere, si simul tangant, & primum contrahere, si successivè tangant, velit Leand. hìc *disp.7.qu.30.*

An

(11) *Ecclesiasticis etiam omnibus non liceat de Baptismate levare infantes, nec quoscumque tenere in Confirmatione sine expressa licentia.* Synod. Cardin. Pignatelli *par. 2. cap. 2. num. 3.*

(12) Minores quatuordecim annis repelluntur. Synod.cit. *par.2. cap.2.num.3.*

An tenens nomine alterius contrahat cognationem spiritualem, vel saltem contrahat illam principalis?

558 Procurator non contrahit cognationem, neque principalis.

NEga: & sic non contrahit principalis, quia non tangit, nec ex sacro Fonte levet: nec contrahit illam Procurator, quia non tangit nomine proprio. Doctores apud Dianam *p.* 10. *tr.* 16. *resol.* 69. Vega *par.* 1. *cap.* 13. *casu* 44. Leand. *tom.* 1. *tr.* 2. *disp.* 7. *quaest.* 67. contra Pontium *lib.* 7. *cap.* 39. *num.* 10. *tr.* 7. *de matrimon.* *qu.* 46. *num.* 14. Hurtad. *de matrimon. disp.* 18. *diffic.* 9. volentes principalem contrahere. Contra Sotum in 4. *dist.* 42 *quaest.* 1. *art.* 2. Toletum *lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 6. Lublinum *v. Matrimonium* *num.* 20. volentes Procuratorem contrahere talem cognationem.

An Patrinus physicè debeat tangere, tenere, & levare ex Fonte, ut contrahat cognationem spiritualem?

559 Patrinus physicè debet tangere.

AFfirma. *Can.* 1. 2. 3. 4. & 5. *causa* 30. *qu.* 1. Henriq. *lib.* 10. *cap.* 11. *num.* 3. Diana *p.* 3. *tr.* 4. *resol.* 2. Sanch. 7. *de matrimon. disp.* 56. *nu.* 5. contra Sotum in 4. *dist.* 42. *qu.* 1. *art.* 2. non tamen requiritur, ut respondeat, *volo, abrenuncio.* Navar. *cap.* 22. *num.* 36.

An tenens in Ecclesia dum supplentur solemnitates Baptismi ministrati domi in necessitate, contrahat cognationem spiritualem?

560 Tãgens puerum dum solùm supplentur Cęremoniæ, nõ fit Patrinus.

NEga: nam reverà non tenet in Baptismo, ratione cujus talis cognatio introducta est, ob renativitatem spiritualem collatæ gratiæ baptismalis. Navar. *cap.* 22. *num.* 36. Sanch. *loc. cit. num.* 1.

An contrahat cognationem istam tenens unum, putans tenere alterius filium?

561 Putans tenere unum in Baptismo, & alium tenet, non est Patrinus.

NEga: nam in istis impedimentis strictiùs procedendum, ut coarctatè contrahantur, & sic restringenda impedimenta ad contrahentem sine errore tenendo. Sanch. 7. *de matrimon.* *disp.* 58. *num.* 7. Villalobos *tr.* 14. *diffic.* 29. *n.* 17. contra Pontium *lib.* 7. *cap.* 39. *num.* 9. Dianam *par.* 3. *tr.* 4. *resol.* 16.

An in Baptismo sine solemnitate contrahatur cognatio?

562 In Baptismo privato non contrahitur cognatio.

NEga: nam introducta est ob Baptismum solemne, ratione solemnitatis Baptismi, sicuti levare, tenere in Baptismo solemni requiritur; sumus namque in impedimentis restringendis. Sotus, & Suarius, quos dat, & sequitur Arriage *tom.* 7. *disp.* 26. *num.* 28. Sanch. 7. *de matrimon. disp.* 62. *in fine*, decidentes contra Suarium, nec contrahere, etiam si privatim tenens velit contrahere; quia hujusmodi impedimentum non voluntate tenentis, sed à lege introductum.

An maritus tenens filium sine necessitate, contrahat impedimentum petendi debitum?

563 Maritus tenens filium, nõ privatur jure petendi debitum.

NEga. Suar. quem sequitur Arriag. *loc. cit. num.* 30. quia jure loquuntur solùm de impedimento contrahendi matrimonium, & sic non extendenda ad privationem petitionis pœnalem restringendam: Nec ex impedimento contrahendi debet inferri, contracto jam antea matrimonio validè, impedimentum petendi, jure id non exprimente.

Et text. in *Can. pervenit.* 30. *qu.* 1. ubi sine culpa tenens non petit, est correctus in *cap. si vir. de cognatione spirituali*; ubi Ecclesia vult istos non esse separandos. Si autem non possent petere, essent separandi: ut rectè ex Suario observat Arriage *loc. cit. num.* 31.

An ut contrahatur tale impedimentum, requiratur voluntas exercendi id, quod Patrini solemniter solent?

AFfirma: nam hoc est tenere formaliter, secùs sine tali voluntate esset tenere materialiter: & in impedimentis ad proprietatem, & formalem rationem tenentis attendendum est. Sanch. quem dat, & sequitur Arriaga *loc. cit. num.* 31. *in fine.* 564 Requiritur voluntas exercendi quod Patrini faciunt.

Inter quos contrahatur ista cognatio?

PRimo, Patrinus contrahit hanc cognationem cum baptizato, patre, & matre baptizati. Trid. *sess.* 24. *cap.* 2. *de reform.* 565 Cognatio ista primò est cũ patre & matre baptizati

Secundo, baptizans contrahit cognationem cum baptizato, ejus patre, & matre, aliisque subjectis. Trident. *loc. cit.* & contrahitur etiam si baptizans, & baptizatus sit masculus, nam non requiritur pro generatione spirituali, ut matrimonium possit contrahi, cum contrahatur inter illos, qui nequeunt matrimonium contrahere, ut contrahere, ut sunt Sacerdotes. Rubeus in 4. *dist.* 42. contra Sancium 40. *selectarum num.* 10. Baptizans contrahit cũ patre, & matre baptizati

De Ritu Baptizandi.

CAPUT X.

RItus, quibus Ecclesia utitur in Baptismo, retinendi sunt, nec alios inducere licet. Trid. *sess.* 7. *Can.* 13. *de Sacram. in genere*, ibi; *si quis dixerit receptos, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ Ritus in solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à Ministris omitti, aut novos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, Anathema sit.* 566 Ceremoniæ in baptismo retinendæ sunt. De quibus vide Josephum Vicecomitem de *Antiquis Baptismi ritibus, & ceremoniis*, & P. Martene de *Antiquis Ecclesiæ ritibus.*

Ceremoniæ sunt in triplici ordine, aliæ præcedentes, aliæ concomitantes, aliæ subsequentes, quæ gratiam non producunt Sacramentalem, licèt ut Sacramentalia aliquid efficiant, ut instrumentum Dei. Sotus in 4. *dist.* 6. *quaest.* 2. *art.* 2. 567 Quæ præcedunt, comitantur, & subsequũtur Baptismum.

Effectus autem ex D. Thoma 3. *par. quaest.* 71. primò est expulsio dæmonis, quæ fit per exorcismum. Secundo est apertio sensuum, quæ fit per salivam typicam, & tactum Sacerdotis. Tertio est conservatio gratiæ baptismalis, quam operatur facta in vertice unctio, ex Cœlestino Papa apud D. Thomam 3. *par. qu.* 71. *art.* 2. in argumento: *Sed contra.* 568 Istarũ Ceremoniarum effectus.

Pro expulsione autem dæmonis, intelligitur baptizatus liberatus à potestate dæmonis, debilitata dæmonis potestate. Per apertionem sensuum, intelligitur cum Cajetano apud Divum Thomam *ibidem*, cohibitio dæmonis nẽ im- 569 Dæmonis expulsio habetur.

impediat sensus ad sentiendum conducentia ad Christum; Vel quia imminuitur interior infectio sensuum uberibus inspirationibus, & illuminationibus divina liberalitate effusisque in adultis statim, in parvulis suo tempore experiuntur.

570 Et Dei auxilium. — Pro conservatione gratiæ intelligitur auxilium in adultis exercitans, & in parvulis suo tempore. Nec mirum, Deus enim Ecclesiæ dedit facultatem Sacramentalia instituendi in ordine ad aliquos supernaturales effectus, non solùm impetrativè, pro qua impetratione non fuisset opus commissione, ut patet in orationibus.

Ceremoniæ præcedentes.

§. I.

571 Insufflatio Sacerdotis. — EJa cum Domino Marchantin *loc. cit.* lustremus campum Cæremoniarum, rectè ab Ecclesia adhibitarum, quidquid oblatrent hæretici, decorticantes Vineam Christi Domini. Hic enim *loc. cit. lect.* 6. ait Sacerdotem insufflare in faciem pueri, significando ejectionem Sathanæ cum contemtu à baptizato, & simul exprimit infusionem gratiæ; ut enim in prima creatione spiritum naturalem, ità in Christianorum insufflando spirat Spiritum vitæ Baptismo ministrato.

572 Signō Crucis in fronte, & pectore. — Secundo, signat signo Crucis in fronte, & pectore. In fronte ut liberè confiteatur Deum. In corde, ut roborati Deum amemus pulsis iniquitatibus.

Sal ori imponitur. — Tertio, Sal benedictum ori Cathecumeni imponit mysticè, ut res Dei sapiant baptizato, & cum sapore rem Fidei gustemus, experituri, quàm suavis sit Dominus diligentibus se.

573 Pro baptizādo oratur. — Quarto, plures orationes pro expugnatione Sathanæ ad Deum funduntur.

574 Saliva liniūtur aures, & nares. — Quinto, saliva typica intinguntur aures, & nares baptizati, exemplo Domini curantis surdum, & mutum. Salivs namque à capite descendit, & applicator auribus ad percipiendas res Fidei, ac veram sapientiam, naribus ad ostendendum bonum Christi odorem, quo debemus peccati fœtorem fugere.

Concomitantes.

§. II.

575 Abrenūciatio Sathanæ. — SUnt: Primo petit an renunciet Sathanæ, ejus operibus, & pompis, hoc est peccatis.

576 Ungitur in pectore, & inter scapulas. — Secundo, adhibetur unctio in pectore, & inter scapulas, quo monetur Christianus se unctum in Athletam Christi Domini, & sic in pectore, & humeris oleo, symbolo gratiæ Christi, ut invicta fortitudine obluctetur contra inimicos.

577 Fidei professio. — Tertio, interrogatur an credat in Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, ut discamus summo, intenso intellectus, & voluntatis conatu Sanctissimam Trinitatem profiteri, ac amare, à qua certò amamur, & sine cujus amore, gloriam non consequemur æternam: & simul docemur non sufficere generalem, sed requiri expressam confessionem Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis.

Quarto, interrogatur baptizandus, *vis baptizari?* nam miles Christi voluntarius. — 578 Inquiritur consensus baptizandi.

Subsequentes.

§. III.

UNgitur Chrismate, indicante incorporationem cum Christo Domino, undè Christianus ab unctione dictus. — 579 Chrismate ungitur.

Secundo, datur albula puero, qua indicatur puritas animæ liberatæ à servitute dæmonis. Decet namque Christianis puritas summa, vestibus albis deprædicata. S. Tho. 3. *par. qu.* 61. *art.* 3. *ad* 3. — Albula datur.

Tertio, datur candela accensa in manu, indicans fidem, qua videmus per speculum in enigmate, caritatem, & spem, quibus creatura sursum ascendit. Datur in manu, quia non tantùm corde, sed opere est etiam Fides comprobanda. (13) — Et Candela accensa.

An autem Ecclesia possit taxare tempus Baptismi?

NEga: nam de his, qui foris sunt quid ad nos. 1. ad Corinth. 5. Trid. *sess.* 14. *cap.* 4. ibi: *Ecclesia in neminem judicium exercet, qui non prius in ipsam, per Baptismi januam ingressus fuerit*; licèt oppositum videatur docere. D. Thomas 3. *par. qu.* 68. *art.* 3. (14) — 580 Videtur Ecclesia non posse taxare tempus Baptismi.

An olim, & usque ad quam ætatem Baptismus fuerit dilatus?

OLim apud quosdam in Oriente, & Occidente Baptismus differebatur usque ad ætatem provectiorem, ut patet ex S. Martino, S. Ambrosio, Valentiniano juniore, quem abusum conatus est tollere D. Ambrosius *Sermone de Sanctis*, & se fecisse doluit S. Basilius, S. Gregorius Nanzianzenus, & Nissenus, aliique. — 581 Olim Baptismus ad ætatem provectiorem differebatur.

An Mortuus poterat baptizari?

NEga: Est contra Marcionitas, aliosque baptizantes mortuos Cathecumenos, abscondentes se sub ejus lecto, & petentibus aliis à mortuo an vellet baptizari, absconditus pro illo dicebat, volo baptizari, & tunc pro mortuo baptizabant illum absconditum. Movebantur ex 1. ad Corinth. 15. ibi. *quid facient ii, qui baptizantur pro mortuis?* Vetat hoc Concilium Carthaginense III. *Can.* 6. ibi: *Cavendum est etiam ne mortuos baptizari posse, Patrum infirmitas credat, quibus nec Eucharistia dari licitum est.* D. Chrysostomus in cit. Epistola 1. ad Corinth. 15. hom. 40. satisfaciens prædictæ Apostoli auctoritati, hæc habet: *Post quam Cathecumenus quispiam apud eos excesserit, sub lecto mortui absconsa aliquo qui vivit, accedunt ad mortuum, & alloquuntur, & rogant velitne Baptismum accipere. Deinde illo nihil respondente* — 582 Antiquorū error baptizantiū Cathecumenos mortuos.

(13) Esset hic locus differendi de impositione nominis baptizandi, inquirendo quænam nomina antiquitùs imponebantur, & nunc imponi licitum sit. Remittendum puto Lectorem ad Claudium Fleury *de Moribus Christ. cap.* 3. *par.* 2. qui asserit infantes fidelium SS. Nominibus insignitos fuisse, adultos verò suum nomen non mutasse, ut S. Bacchus, Dionysius, aliique. Casalium *de Vet. Sacr. Christ. Rit. disp.* 1. *cap.* 5. *de Baptismo*. Sarnelli *tom.* 4. *Epist.* 38. Barruffaldum ad Rit. Romanum *tit.* 10. *n.* 64.

(14) Sed vide, quæ in superioribus adnotationibus dicta sunt, & Constitutiones Synodales.

dente, is, qui est absconsus inferius pro illo dicit, se velle baptizari, & sic eum baptizant pro eo, qui decessit. (15)

De Baptismo Sanguinis;
CAPUT XI.

583 Martyrium idem ac testimonium pro Fide.

MArtyrium vi Græcæ dictionis idem, ac testimonium, & Martyr idem ac testis. Hic sumitur pro illo, qui morte Fidem Christi in se, vel in aliqua virtute relucentem propugnat.

584 Requiritur mors voluntaria ob Fidem, vel ob virtutem.

Exigit ut mors sequatur, saltem negativè volita, quatenus non accidit contra voluntatem martyris; & debet esse per se ad defensionem, & professionem Fidei in se, vel in virtute, nec satis est si consequenter accidat, aliàs essent martyres omnes bello contra Turchas defuncti.

585 Existens in actuali peccato, non est dicendus Martyr.

Secundo, exigitur nè adsit vigens affectus ad peccatum, undè hæretici, schismatici mortui propter Christum, existentes in actuali hæresi, non sunt martyres: & ità intelligitur Apostolus 1. ad Corinth. 13. ibi: *si tradidero corpus meum, ita ut ardeam; caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* S. Augustinus *lib. 1. contra Epistolam Parmeniani cap. 7.* S. Pacianus *Epist. 2. ad Sempronianum*, ibi: *extra Ecclesiæ pacem, extra concordiam, extra eam matrem, cujus portio debet esse, qui martyr est, audi Apostolum, si tradidero corpus meum, ità ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.*

Cujus virtutis martyrium sit actus?

586 Est actus fortitudinis elicitivè.

ELicitivè est actus fortitudinis, & à sola fortitudine imperatus, non est excellentissimus actus.

Imperatus tamen à caritate.

Imperativè hoc est imperatus à caritate, & amore Divino, est actus excellentissimus. Joannis 15. ibi: *majorem caritatem nemo habet, quàm ut animam suam ponat.* D. Tho: 2. 2. *qu.* 124. *art.* 3. Valentia *to.* 3. *disp.* 3. *qu.* 5. *puncto.* 3. & *disp.* 8: *qu.* 2.

An martyrium sine Baptismo aquæ sufficiat ad tollenda omnia peccata, etiam venialia ex opere operantis.

587 Martyrium sine Baptismo ob actū solius fortitudinis non tollit omnia peccata ex opere operantis.

DIstinguas: vel est actus solius fortitudinis, vel est actus à caritate imperatus. Si solius fortitudinis nega, nam virtus hujusmodi moralis, non tantum meretur ex opere operantis.

588 Secùs si sit cum caritate conjunctū.

Si verò sit actus à caritate imperatus, tollit omnem culpam, omnem pœnam. *cap. cum Martha, §. fin.* ibi: *injuriam facit martyri, qui orat pro martyre. de celebrat. Missarum*; ergo non tangit pœnas Purgatorii martyr, aliàs pro illo fuisset orandum. Valent. *tom.* 3. *disp.* 8. *qu.* 2. *puncto* 2. §. 3.

An Martyrium ex opere operato tollat omnia peccata, etiam præciso supernaturali actu amoris Dei, & contritionis?

589 Martyrium ex opere operato tollit omnia peccata ex se.

AFfirma: S. Tho. 3. *par. q.* 66. *art.* 12. Riccard. in 4. *dist.* 4. *art.* 2. *qu.* 3. *in fine*; ubi Durandus *qu.* 8. *num.* 14. Joannes Major *qu.* 3. Valentia *tom.* 3. *disp.* 4. *qu.* 2. *puncto* 2. §. *contra.* Arriaga *disp.* 24. *tom.* 7. *num.* 50. Bellarminus *lib. de Baptismo cap.* 6. Suarius *disp.* 29. *sect.* 2. Lessius 3. *de Justitia cap.* 10. Gabr. à S. Vincent. *de Baptismo disp.* 2. *quæst.* 3. contra Paludanum in 4. *dist.* 4. *qu.* 3. *art.* 6. *ad* 4. ubi Albertus Magnus. Armachanum *lib.* 8. *de quæstionibus Armenorum c.* 37. Adrianum in 4. *de Baptismo qu.* 3. *ad* 3. Vasq. *disp.* 143. D. Bonaventuram in 4. *dist.* 4. *qu.* 2. asserentes sine contritione martyrium non prodesse adulto quoad delenda peccata actualia, vel originale, motos, quia aliàs martyrium esset Sacramentum.

Probatur Matth. 10. Marci 8. Lucæ 9. Jo: 12. ubi: *qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.* Matth. 5. *Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam.* De Martyre enim verificatur illud: *Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam.* Lucæ 9. *cap. cum Martha; §. fin. de celebratione Missarum.* Origenes *homilia* 7. *cap.* 6. ibi: *vereor ne istud Baptisma eminentiùs sit illo Baptismate, quod per aquam creditur, illo enim accepto valdè pauci sunt ità Beati, qui id immaculatum usque ad exitum vitæ, servare potuerint: Hoc verò Baptismo, qui baptizatus fuerit, peccare jam ultra non potest; & si temerarium non est in rebus talibus audere aliquid, quod per illud Baptisma præterita peccata purgantur, per istud verò etiam futura perimuntur*; hactenus ille. *Fatui ergo Christianorum tormenta tanquam stultitiam subsannant, cùm illa supplicia sint sanctitatis officinæ, & Martyres tot in spiritu suscipiunt coronas, quatenus susceperunt in corpore pœnas*, ut loquitur Tertullianus in *Apologetico cap.* 12.

Ex his solvitur:

An Martyrium prosit infantibus ante usum rationis?

590 Martyrium prodest infātibus ante usū rationis.

AFfirma: patet ex dictis. D. August. *lib.* 13. *de Civit. cap.* 8. ibi: *quicumque etiam non percepto regenerationis Baptismo, pro Christi confessione moriuntur, tantum vis valet ad dimittenda peccata, quantum si abluerentur sacro Fonte Baptismatis. Qui enim dicit:* nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non intrabit in Regnum Cœlorum. *Alia sententia istos facit exceptos, ubi non minus generaliter dixit*, qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor, & ego coram Patre meo, qui in Cœlis est, *& alio in loco*, qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. S. Augustinus *serm.* 8. *de Sanctis*, & *lib.* 3. *de Symbolo ad Cathecumenos cap.* 4. ubi ait: *omnes infantes occisos sanguine Christi mundatos à peccato.* idque fortiùs confirmatur, quia martyrium Baptismi vicem obtinet. *Can. Baptismo.* 34. *de consecr. dist.* 4. *Can. firmissimè tene* 3. 15. *qu.* 1. *Can. Cathecumenum.* 37. *de consecr. dist.* 4. Enim verò causat gratiam ex opere operato, ut est imitatio Passionis Christi Domini; ità Doctores citati cum D. Thoma. Et ut Baptismo, ità martyrio infantes sine propria voluntate salvantur. Lavant enim stolas suas in sanguine Agni. Et Innocentes, non quia circumcisos, cùm non sit credibile omnes circumcisos fuisse, sed quia pro Christo Domino

591 Innocentes omnes Ecclesia veneratur.

(15) De quo Baptismo plura congessit Emmanuel Gonzales ad Can. XXXXIII. Concilii Illiberitani.

mino trucidatos, ab Ecclesia venerari ait D. Augustinus *lib. 3. de libero arbitrio cap. 23.* Caram. & alii contra Armachanum *loc. c.* Alexandrum de Ales 4. *p. qu. 8. art. 5. §. 1.* aientes infantes non circumcisos non salvos.

Quibus obstat usus Ecclesiæ indistinctè adorans omnes Innocentes ab Herode occisos. Nec valet dicere tales Innocentes occisos consequutos gratiam speciali privilegio ad alios non extendendo; nam de tali privilegio distinctò à martyrio non constat.

An Adultus sine contritione, solo martyrio liberetur ab originali?

592 Adultus sine côtritione Martyrio ab originali liberatur.

Affirma: dummodò attritionem habeat. S. Thom. 3. *par. quæst.* 87. *art.* 1. *ad* 2. Caram. *Fundam. num.* 3031. dicens debere baptizari si possit: Unde martyr non baptizatus, si resuscitaretur esset baptizandus. D. Tho. in *Epist. ad Hebræos cap.* 6. *lect.* 1. nam martyrium, sivè in adulto, sivè in infante est imitatio Passionis Christi Domini, & obtinet vicem Baptismi aquæ. *can. Baptismi de consecr. dist.* 4. cœterique supra citati. Contra requirentes actum contritionis, vel amoris.

Probatur ineluctabili auctoritate D. Augustini *lib.* 13. *de Civitate cap.* 8. *&* 7. Origenis *homil.* 7. *cap.* 6. Tertulliani in *Apologetico cap.* 12.

Probatur secundo Matth. 10. Marci 8. Lucæ 9. Joannis 12. & ex *Can. cum Martha. §. fin. de celebrat. Missarum.*

593 Martyrium est imitatio Passionis Christi.

Tertio probatur, quia martyriũ sivè in adulto, sivè in infante est imitatio Passionis Christi, & vicem Baptismi substinet. *Can. Baptismi.* 34. *Can. Cathecumenum.* 37. *de consecr. dist.* 4. *Can. firmissimè tene.* 3. 15. *qu.* 1. ergo sicuti Baptismus aquæ, ità sanguinis contritionem non exigit. Arriaga *loc. cit. num.* 45. Undè D. Cyprianus *lib. de singularitate Clericorum*, ait: *martyrium baptizare, & coronare.*

Dices, obstat Apostolus 1. ad Corinth. 13. ibi: *si tradidero corpus meum, ità ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest*, ergo martyrium sine contritione, vel amore supernaturali non prodest.

594 Auctoritate Apostoli satisfit.

Respondetur, hoc argumento probari, nec infantes martyrio salvari, quod negant citati Doctores, cum D. Bonaventura in 4. *dist.* 4. *qu.* 2.

Secundo respondetur cum Arriaga *loc. cit. num.* 52. *in fine*. Apostolum pro caritate ibi intelligere dispositionem ad caritatem, ità ut sufficiat ad martyrium in Adulto illa dispositio, quæ sufficit in Baptismo, ut est attritio.

Tertio respondetur cum S. Paciano *Epist.* 2. *ad Sempronianum*, ibi: *caritatem sumi pro Fide Catholica*, ità ut hæretici, vel peccatores actuales careant virtute Baptismi, ut superiùs dicta declarant.

Quarto respondetur cum Serra 3. *par. qu.* 72. Apostolum loqui, quando nec in fine traditionis consequitur caritatem; tunc enim valet, quod non consequatur vitam æternam. At qui in fine habet caritatem, scilicet gratiam cum habitu caritatis, ut attritus martyr, hic gloriam martyrio consequitur.

Dices secundo, martyrium est actus fortitudinis virtutis moralis. D. Tho. 2. 2. *qu.* 124. *art.* 2. qui non est justificativus, cùm sit opus operantis.

Respondetur, Martyrium, quo actus fortitudinis non justificare, nec facere ex attrito contritum, sed id habere, ut est imitatio Passionis Christi ex speciali privilegio. Lucæ 9. quia ratione in parvulis, & in adultis facit ex attrito contritum. D. Augustin. *loc. cit.* D. Cyprianus *Epist. ad Jubaianum.*

595 Fortitudo nô justificat Martyrem, sed imitatio Passionis Christi.

An sit Sacramentum?

596 Martyrium non est Sacramêtum.

Nega: sivè sit Baptismus flaminis, sivè sanguinis. D. Tho. 3. *par. qu.* 66. *art.* 12. Valentia *tom.* 7. *disp.* 16. *qu.* 2. *puncto* 2. *in fine*. Arriaga *loc. cit.* contra Majorem in 4. *dist.* 4. *qu.* 2. aientem martyrium Sacramentum connumeratum Baptismo; sicque non efficere octavum Sacramentum.

Patet primo, quia martyrium ejusdem rationis nunc, ac in Lege veteri, in qua non erat Sacramentum. Secundo, quia Sacramentum exigit sacram cæremoniam, sacrum signum, materia, forma, & intentione Ministri constitutum, quæ in martyrio non inveniuntur, cùm martyrii Minister in oppositum intendat, non in conficiendo Sacramento.

An sint martyres mortui in odium Fidei, etiam existentes in utero matris, & dormientes?

597 Dicũtur etiã Martyres, qui sunt occisi in utero matris, vel dormientes.

Affirma cum D. Tho. *loc. cit.* 3. *par. qu.* 87. *art.* 1. *ad* 2. Saltem si adultus erat paratus interpretativè mori pro Fide. Sotus in 4. *dist.* 3. *qu. unic. art.* 15. Idque etiamsi tyrannus non cogitet de existentibus in utero, nam & isti in odium Fidei moriuntur. Sotus *loc. cit.* contra Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. qu.* 5. dicentem debere advertere.

An Baptismus susceptus ob inanem gloriam, ex opere operato gratiam det?

598 Ob inanem gloriam susceptum dat gratiam ex opere operato.

Affirma: nam adhuc est imitatio Passionis Christi, licèt sine merito ex opere operantis. D. Hieronymus ad Galatas 5. *in fine*. Gratia namque non confertur meritoriè à martyrio, ut est actus fortitudinis, sed ut est passio pro Christo Domino; & realis imitatio Dominicæ Passionis.

An baptizatus flamine, vel sanguine, non mortuus, deinde sit aqua baptizandus?

599 Martyrĩ, sed nô mortuus, est baptizãdus.

Affirma: Trid. *sess.* 6. *cap.* 4. Nam aquæ, non sanguinis, & flaminis Baptisma characterem imprimit. Magister in 4. *dist.* 4. D. Tho. 3. *par. quæst.* 68. *art.* 11. de Magistris *tom.* 2. *Sylvæ tit.* 8. *cap.* 4. *num.* 10. *&* 11.

An, & quando gratia conferatur in Baptismo Sanguinis?

600 Gratiam consequitur Martyr, etiã morte non secuta.

Confertur etiam morte non sequuta physicè, si moraliter certamen sit consummatum, licèt parum distet à morte physica, sic Christus Dominus dixerat: *Consummatum est.*

De Baptismo Joannis.

CAPUT XII.

601 Causa principalis Baptismi est Deus, instrumentalis Minister.

Causa principalis est Deus, instrumentalis Minister. De Baptismo Joannis tria inquirenda,

renda: Primo in quo differat à Baptismo nostro. Secundo an baptizati à Joanne fuerint rebaptizandi. Tertio, cur Christus Dominus à Joanne baptizari voluerit. Ad primum:

In quo differat Baptismus Joannis à nostro?
§. I.

602 Baptismus Joannis cum nostro convenit, quia uterque à Deo institutus.

CONvenit primo, quia uterque Baptismus est institutus à Deo. Joannis 1. ver. 2. ibi: *qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit.* Lucæ 3. ver. 2. ibi: *verbum Domini factum est ad Joannem*, & ibi: *venit in omnem regionem Jordanis prædicans Baptismum pœnitentiæ.* Matthæi 3. ver. 6. & 17.

Non deest tamen Bellarminus *lib. 1. de Baptismo cap. 10.* Maldonatus *tom. 1. de Sacram. disp. 2. qu. 3.* volens Deum inspirasse Joanni Baptismum, & à Joanne institutum Ritum Baptismi.

An autem Joannes baptizaverit sub invocatione Sanctissimæ Trinitatis?

603 Videtur Joannes cum invocatione Trinitatis baptizasse.

NEgat Bellarminus. Affirmat Magister in *4. dist. 3. lit. G.* quia baptizavit in nomine illius, à quo missus fuit Patris, Filii, & Spiritus Sancti. Joannis 1. ver. 33. & Trinitas manifestata fuit quando baptizavit in Jordane, Patre de Filio loquente, & apparente Spiritu Sancto in forma Columbæ. Matthæi 3. ver. 16. & 17.

An autem Joannes adhibuerit formam?

604 Incertū an sub certa forma baptizaverit, licet aliqui velint baptizasse in nomine venturi Messiæ.

INcertum est; nam negat Bellarminus *lib. 1. de Baptismo cap. 20.*

Probabilius affirmant alii, dicentes baptizasse sub forma, baptizo te in nomine ventori Messiæ. Actuum *cap. 19. ver. 4.* ibi: *Joannes baptizavit Baptismo pœnitentiæ populum, dicens, in eum, qui venturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est, in Jesum.* Et ita docet D. Ambrosius *lib. 1. de Baptismo cap. 20.* D. Hieron. ad *cap. 2. Joelis*, qua formula non potuit baptizare, postquam Christus erat præsens, quia tunc non verificabatur ly *venturi.*

605 Secundo cōveniunt in materia aquæ.

Convenit secundo, quia uterque Baptismus fuit in aqua. Matthæi 3. ver. 11. Marci 1. ver. 8. Actuum 8. ver. 36. & cap. 10. ver. 47.

606 Tertio, quia fuit ad remissionem peccatorum.

Tertio convenit, quia Baptismus Joannis respiciebat remissionem peccatorum. Marci 1. ver. 4. Lucæ 3. ver. 3. ibi: *Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.* Lucæ 1. ver. 76. ibi: *Ad dandam scientiam plebi ejus in remissionem.* Et etiam Baptismus noster est in remissionem peccatorum. Actuum *cap. 11. ver. 3. & cap. 22. ver. 16.*

607 Differt verò quia Baptismus Joannis fuit pœnitentiæ, Chr. sti regenerationis.

Differt primo, quia Joannis Baptismus dicitur pœnitentiæ. Matthæi 3. ver. 2. Lucæ 3. ver. 3. Actuum 13. ver. 24. At Baptismus Christi Domini est Lavacrum regenerationis. Ad Titum 3. ver. 5. & sic Baptismo Joannis remissio tribuitur pœnitentiæ, non Baptismo.

608 Secūdo, quia primus fuit pœnitentiæ, secundus aquæ in Spiritu Sancto.

Differt secundo, quia ipsemet Joannes alt suum esse Baptismum pœnitentiæ, & Baptismum Christi esse aquæ in Spiritu Sancto. Baptismus Joannis dicitur Baptismus aquæ in pœnitentia. Baptismus Christi Domini aquæ in Spiritu Sancto. Actuum 1. ver. 5. ibi: *Joannes baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies*, & Actuum 11. ver. 16.

Hinc Baptismus Joannis non conferebat gratiam sine pœnitentia formata, nec poterat ministrari infantibus: at Baptismus Christi Domini confert gratiam, etiam infantibus: unde Joannes prædicabat illo Baptismo pœnitentiæ, non verò baptismus remittebat peccata. At Baptismus Christi Domini remittit peccata. D. Augustinus *lib. 7. de Baptismo contra Donatistas*, & *lib. 5. cap. 7.* D. Ambrosius *lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 3.* ajens baptizatos à Joanne iterum baptizatos ab Apostolis Baptismo Christi Domini. 609 Baptismus Joannis non conferebat gratiam sine pœnitentiā, Christi dat gratiam etiā infantibus.

Unde Baptismus Christi Domini, non Baptismus Joannis remittebat peccata ex opere operato.

610 Tantùm Baptismus Christi dat gratiam ex opere operato, differt quoque tempore.

Differt etiam ratione temporis; nam Joannis respiciebat Christum venturum, non sic Baptismus Christi Domini: adeòque colligitur vera definitio Tridentini *sess. 7. Can. 1.* ibi: *Si quis dixerit Baptismum Joannis habuisse eandem vim cum Baptismo Christi; Anathema sit.*

Ad secundum:

An baptizati à Joanne rebaptizari oportebat Baptismo Christi?
§. II.

611 Baptizati à Joanne debebāt Christi Baptismo ablui.

AFfirmo: nam Baptismus Joannis non conferebat gratiam characteris, sed disponebat ad credendum in Christum Dominum, & ad recipiendum Christum Dominum. Magister in *4. dist. 2.* ubi Alensis. D. Ambrosius ad *Galatas cap. 3.* Ad tertium:

Cur Christus Dominus voluerit à Joanne Baptista baptizari?
§. III.

612 Cōgruentiæ afferuntur, quare Christus voluit à Joanne baptizari.

EAdem ratione, qua voluit circumcidi, ut scilicet præstaret documenta obedientiæ suis.

Secundo, ut designaret materiam Baptismi à se promulgandi. Milevitanus *lib. 1.*

Tertio, ut ostenderet se innocentem venisse in similitudinem carnis peccati. 2. ad Corinthios *cap. 5. ver. 21.* ibi *qui non novit peccatum, pro nobis*, & c. 1. Petri *cap. 1. ver. 29.* ibi: *peccata nostra pertulit corpore, ut peccatis mortui justitiæ vivermus.*

De Sacramento Confirmationis.

TITULUS V.

613 Cōtinuatio, & connexio cum Superioribus.

POst Baptismum spiritualis generationis sequitur ejus Confirmatio, quo Sacramento roboramur ad pugnam. *can. 1. & 2. de consecr. dist. 5.* ad quam pugnam per Baptismum vocamur. 2. ad Titum 4. *can. Spiritus Sanctus. can. novissime. de consecr. dist. 5.* D. Tho. *3. par. qu. 65. art. 2.* Castrus Palaus *tom. 4. tract. 20. disp. unic. puncto 1.*

Quid sit.

CAPUT I.

614 Confirmationis definitio atque explicatur.

EST signum sensibile, practicum, ad placitum Christi Domini rei sacræ, unctione Chrismatis

matis sub certa forma verborum, firmans in fide. Trident. *sess. 7. can. 1. de Confirm.* Magister in 4. *dist. 7.* D. Tho. 3. *par. qu. 72.*

Dicitur *Confirmatio* ab effectu confirmandi in fide. Valent. *tom. 4. disp. 5.* Reginald. *lib.* 28. *num.* 2. Dicitur *Chrisma* ab unctione. D. Cyprianus *Epist.* 12.

An sit Sacramentum Novæ Legis à Christo Domino institutum?

615 Est Sacramentum à Christo institutum.

AFfirma: est de fide. Trid. *sess. 7. Can. 1. & 9.* Actuum 8. *& cap. 19.* D. Dionysius Areopagita *de Ecclesiast. Hierarchia cap. 2.* Clemens Romanus *lib. 3. Constitutionum Apostolicarum cap. 10.* Cyprian. *Epist. 1.* Justinus Martyr *quæst. 37.* D. Ambrosius *lib. 3. de Sacram. cap. 4.* contra Novatianos, teste Eusebio *lib. 6. cap. 43.* contra Waldenses, teste Ænea Sylvio in *Historia Boemica cap. 35.* contra Lutherum, & Calvinum, & alios hæreticos nostri temporis negantes esse Sacramentum, contra D. Bonaventuram in 4. *dist. 7. art. 1. q. 1. & 2.* Alexandrum de Ales 4. *par. qu. 24. memb. 1.* ajentes esse Sacramentum, sed institutum in Concilio Meldensi *an.* 845.

An Waldenses negaverint Confirmationẽ, vide Tournely de Sacrament. Confirm. p. 204.

Dices, non constat ex Scripturis à Christo Domino institutum; ergo non est Sacramentum.

616 Non tantum ex Scripturis, quàm ex traditione probatur.

Hoc antidiscursu fallunt, & falluntur hæretici nostri temporis, quibus fatis multa à Christo Domino Apostolis tradita, scriptis non consignata fuisse, sed perenni traditione ad nos pervenisse. (1)

Quando à Christo Domino institutum?

617 Videtur in nocte Cœnæ institutum.

IN nocte Cœnæ Domini. Actuum 14. *Can. literis. de consecr. dist. 3.* ibi: *in illa enim die Dominus postquam cœnavit cum Discipulis suis, &c.* D. Thom. *par. 3. qu. 72. art. 1. ad* 2. Suarius *disp. 32. sect. 2.* Arriaga *tom. 7. disp. 27. num. 5. in fine*; rectè dicens cum Suario, Christum instituisse in illa nocte Sacramentum, sed potestatem conferendi dedisse post Resurrectionem, quando constituit illos Episcopos. Joannis 20. Palaus *tom. 2. tract. 20. disp. un. puncto* 1. citans quatuor Doctores. de Marinis 3. *par. quæst. 72. ar. 12. cap. 1.* Marchantius in *Candelabro mystico tract. 3. lect. 1. propos. 1.* quindecim Doctores, quos dat, & sequitur Leander *tom. 1. tract. 3. disp. 1. q. 3.* contra Scotum in 4. *dist. 7. qu. 1.* ajentem institutum quando Christus Dominus dixit: *Accipite Spiritum Sanctum.* Joann. 20. contra Victorium *de Confirm. qu.* 40. Angles *de Confirm. art. 1. diffic. un. par. 1.* ajentes institutum, quando Christus dixit: *Si autem abiero, mittam eum ad vos.* Joann. 16. contra Lutherum, ajentem institutum ante Passionem, quando Christus Dominus parvulis manus imposuit, dicens: *Sinite parvulos venire ad me.* Lucæ 18. Marci 10. Matth. 19. quod optimè impugnat Arriaga *loc. cit.* quia illi parvuli tunc nec erant baptizati.

An sit necessitas medii, Præcepti Divini, vel Ecclesiæ recipiendi hoc Sacramentum?

618 Videtur quis non obligari ad Cõfirmationẽ Divino, vel Ecclesiæ præcepto.

NEga, Matth. 19. ibi: *qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit*; nullibi enim de tanta necessitate medii, aut præcepti, gratis non imponenda constat. D. Tho. 3. *par. quæst. 72. art.* 8. ubi Cajet. Sotus in 4. *dist. 7. qu. 7. art.* 8. Navar. *cap. 22. num.* 8. Suarius *disp. 38. sect. 1.* Bonac. *de Confirmatione puncto 2. num.* 3. citans plures. Diana *par. 3. tract. 4. res.* 25. & *par. 8. tract. 1. resol.* 47. decem, & octo Doctores, quos dat, & sequitur Leand. *loc. cit. quæst. 5. & 63.* Marchantius *loc. cit. lect. 5. §. disputant.* Arriaga *loc. cit. num.* 27. Gabr. à S. Vinc. *de Confirm. disp. 1. qu. 2. §. nostra sententia*; ajens, nec venialiter peccare, qui non ex contemtu, sed tædio, negligentia Sacramentum Confirmationis non recipit, etiam oblata occasione, cum Torreblanca *lib. 2. practicarum cap.* 6. Suario *loc. cit. sect.* 2. contra D. Bonaventuram in 4. *dist. 7. art. 3. qu.* 2. dicentem esse præceptum Ecclesiasticum. Contra Scotum in 4. *dist. 7. quæst.* 2. ajentem esse Divinum Præceptum. Contra Leandrum *loc. cit. qu.* 7. ajentem cum octo Doctoribus esse veniale negligere absque contemtu. (a)

619 Quãdo quis peccat non recipiendo Confirmationem.

Nec dicitur contemnere, qui est potens, sed non vult oblata occasione Sacramentum recipere: sicuti nolens oblata occasione, & commoditate opportuna Ordines recipere, Sacramentum matrimonii contrahere, aut Eucharistiam recipere, non dicitur illa Sacramenta contemnere. quidquid contradicat Argentina in 4. *dist. 7. art.* 4. dicens teneri suscipere plenariam fortitum opportunitatem, quia aliàs diceretur contemnere hoc Sacramentum.

Nec obstat *text. in can. omnes. de consecrat. dist. 5.* ibi: *omnes fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum Sanctum accipere debent.* Nam ly *debent* non indicat præceptum, sed honestatem. Arriag. *loc. cit. num.* 20.

Nec tertio obstat Confirmatione fieri perfectè Christianum, *can. 1. can. omnes. de consecr. dist. 5.* nam cum hoc stat essentialiter esse Christianum ante Confirmationem. Matth. 16. & non probatur ex præcepto ad illam perfectionem teneri.

An sit Præceptum recipiendi saltem sub veniali tale Sacramentum ante Ordines?

620 Videtur ante Ordines aliquo præcepto quis non adstringi ad Confirmationẽ suscipiendã.

NEga: nam Trid. *sess. 23. cap.* 3. ibi: *prima Tonsura non initientur, qui Sacramentum Confirmationis non susceperunt*, loquitur de consilio, atque honestate, & nihil præcipit. Navarr. *cap. 22. num.* 9. Sotus in 4. *dist. 7. qu. un. art.* 6. Arriag. *loc. cit. num. 29. in fine.* Palaus *tom. 2. tract. 22. disp. un. qu. 8. num.* 7. citans novem Doctores. Gabr. à S. Vinc. *de Sacram. Confirmationis disp. 1. qu. 2. §. observat.* Hurtadus *de Sacramen.*

(1) Inter hæreticos recentiores qui magno nisu conati sunt veritatem Sacramenti Confirmationis elevare, eminet Joannes Dallæus Calvinista, qui remis, ut dicunt, velisque, ausus est Sacramentum Confirmationis impugnare, sed infeliciter, tribus editis libris, in uno probat Sacramentum hoc ex Scripturis non posse inferri, in altero, tertioque totus incumbit ut detorqueat, aliòve inflectat argumenta ex perenni Ecclesiæ Traditione & ex SS. Patribus desumta, Quem procacem hæreticum, fide duce, Catholici Theologi invictis argumentis impugnarunt, ut Bellarminus de *Confirmat. cap. 1. & seqq* Gaspar Juvenin in *Dogm. Hist. disser. 1. de Sacram. Confirm.* Honoratus Tournely de *Sacram. Confirm. quæst. 1. art. 2.* Habert, aliique, quos consulere te non pigeat.

(a) Esse de necessitate præcepti divini innuere videntur verba Synodi Cardin. Pignatelli *p. 2. cap. 3. in princip.* Vide Tournely de *Sacram. Confirm. quæst. 2. art. 2. concl. 2.*

621 Aliquibus videtur peccare venialiter, vide contra de Sacram. Ordinis

nem.Confirmationis diffic.11. Granadus tract. 4. disp.1.num.9. Abb. in cap. quanto. de consuetudine; qosmvis ad veniale obliget cum duodecim Doctores Leander loc.cit. qu.8.& ad mortale obliget Fornarius tract.de Ordine cap.3.n.3. Toletus lib.2. cap.77. Majolus lib.4.de Irregul. cap.12. Bonacina de Sacrament. disp.8. qu. un. puncto 5. num.10.

Imò nec peccat Episcopus non confirmatus ordinans non confirmatum, saltem mortaliter, quia nullibi de tam gravi præcepto constat. Et Episcopus non confirmatus confirmans, venialiter peccat ad summum, secundum Dicastillum hic disp.un. Dian. par.10. tract.11. res.14. contra Leandrum, dicentem lethaliter peccare. Navar.cap.22.num.9. Granad. tract.2.disp.1. num.11. Sotus in 4.dist. 24. qu.1. art. 4. Diana par.10.tract.11. res.24. & par.8. res.47. Serra 3. par. qu.72. art.8.

An peccet saltem venialiter non confirmatus recipiens Eucharistiam?

622 Non Confirmatus recipiẽs Eucharistiam non peccat.

NEga: nam nulla lege inductum, non est imponendom onus à Doctoribus, carentibus legislativa potestate. Diana par.4. tract.4. Miscellan. res. 50.post Suarium disp 37.sect.1. in fine. Contra Toletum lib.2. cap.24. num. 1. dicentem esse mortale. Contra Sotum in 4.dist.7. qu.un.art.8. dicentem esse veniale.

De Materia hujus Sacramenti.

CAPUT II.

MAteria alia proxima, alia remota, hìc agamus primò:

De Materia Remota.

§. I.

623 Materia remota est Chrisma ex oleo, & balsamo.

MAteria remota est Chrisma benedictum ab Episcopo, confectum ex oleo olivarum, & balsamo. Concilium Florentinum in Decreto Eugenii. (1) Trid.sess. 7.Can.2.cap.un. de sacra Unctione. D.Tho. 3 p. q.72.art.2.quindecim Doctores apud Leandrum tom. 1. tr. 3. dis.3.qu.1. Arriaga loc.cit. num.6. Tamburrin. tom.2.de Sacramentis lib.3.cap.1.contra plures antiquos, ajentes materiam esse manuum impositionem.

624 Balsamum hic venit nõ solum Palæstinum, sed quoque Indicum.

Nomine balsami hìc venit non solùm Palæstinum, sed etiam Indicum. Enim verò balsamum non adeò quondam innotuit, & in sacris Literis in Cantica cap:1. vers.13. venit nomine Botri Cypri, ibi: *Botrus Cypri Dilectus meus mihi in vineis Encaddi*; nascebatur in Encadditano solo, ejus odor suavissimus implet colles vinearum more, ut loquitur Plinius lib. 12. cap. 25. & adesse etaim balsamum Mexicanum, cujus forma est arbor malogranato similis: habet ejus odor, & unctio admirabiles virtutes ad curanda vulnera, & ad tollendas cicatrices, maximè si perveniat ex Brasili. Acosta lib.3. Historiæ naturalis Indiæ cap.28.

Habent fructus botri similitudinem, & arbor vitem refert, & inter unguenta balsamum odore præfertur omnibus. Plinius lib.12.cap.25.

Sunt autem controvertenda aliqua. Primo de oleo, Secundo de balsamo.

De Oleo.

§. II.

An Oleum olivarum sit essentiale materiei?

AFfirma: est de Fide. Florentinum in Decreto Unionis Armenorum, ibi: *Materia est Chrisma confectum ex oleo*. cap. unic. de sacra Unctione. — 625 Oleum olivarum est essentiale huic materiei.

Quodnam Oleum sit materia?

OLeum Sanctum est triplex:

Primum est Chrisma, confectum ex succo olivarum, intermixto balsamo consecrato in die Cœnæ Domini. cap.un.de sacr.unct.cap. quoniam in Baptismo.19.de sentent.excommun. in 6. Can.omni tempore.de consecr. dist.4. — 626 Oleum Sanctũ triplex.

Isto oleo utitur Ecclesia in benedicendis Fontibus Baptismalibus, calice, patena, altari, quo puer baptizatus ungitur in fronte, & vertice, Episcopus in manibus, & capite, & omnes fideles dum confirmantur. — 627 Primum adhibetur in benedicẽdis Fontibus Baptismalibus, calice, patena. &c.

Secundum est oleum Catechumenorum benedictum, quo unguntur baptizandi inter scapulas, & in pectore, & manus Sacerdotis dum ordinatur, Principes, & Reges, dum unguntur in brachio, & humero. cap. un. §. unde in humero. de sacra Unctione. — 628 Secundum est Catechumenorum.

Tertium est Oleum infirmorum, quo Sacramentum Extremæ Unctionis confertur. Gulielmus Durandus lib.6. rationalis cap.74. — 629 Tertium Oleum Sanctũ Infirmorum

De

(1) Doctrina de Sacramento Confirmationis, quæ habetur in Decreto Unionis Armenorum Eugenii IV. incipit: *Exultate*, hæc est: „ Secundum Sacramentum est Confirmatio. Cujus materia est Chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiæ, & balsamo, qui odorem significat bonæ famæ, per Episcopum benedicto. Forma autem est, *Signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Ordinarius Minister est Episcopus. Et cùm cæteras unctiones simplex Sacerdos valeat exhibere, hanc non, nisi Episcopus debet conferre: quia de solis Apostolis legitur (quorum vicem tenent Episcopi) quòd per manus impositionem Spiritum Sanctum dabant, quemadmodum Actuũ Apostolorum lectio manifestat (c.8.v.14.) *Cùm autem audissent*, inquit, *Apostoli, qui erant Hierosolymis quòd recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Joannem. Qui cum venissent, oraverunt pro eis, ut acciperent Spiritum Sanctum; nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantùm erant in nomine Domini Jesu: Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum*. Loco autem illius manus impositionis datur in Ecclesia Confirmatio. Legitur tamen aliquando per Apostolicæ Sedis dispensationem, ex rationabili, & urgenti admodum causa, simplicem Sacerdotem, Chrismate per Episcopum confecto, hoc administrasse Confirmationis Sacramentum. Effectus autem hujus Sacramenti est, quia in eo datur Spiritus Sanctus ad robur, sicut datus est Apostolis in die Pentecostes, ut videlicet Christianus audacter Christi confiteatur nomen. Ideoque in fronte, ubi verecundiæ sedes est, Confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat, & præcipuè Crucem ejus, quæ Judæis est scandalum, Gentibus autem stultitia, secundum Apostolum (1. ad Corinth. 1. vers. 23.) propter quod signo Crucis signamur.

De Balsamo.
§. III.

An Balsamum sit essentiale materia Confirmationis?

630 Balsamum necessariò requiritur.

AFfirma: D.Tho. 3.*par.qu.*72.*art.*2. *ad* 2. & 4. *contra Gentes cap.*60. & in 4. *dist.* 10. *art.*2. *qq.*2. Suarius *disp.*33.*sect.* 1. Palaus *to.*2. *tr.*2. *disp.un. puncto* 2. *num.* 3. dicens probabiliorem. Arriaga *loco cit. num.*12.*&* 13. Hurtadus *de Confirm.diffic.*4. de Marinis 3.*par.qu.*72. *art.*12.*cap.*3. & alii trigintaquinque, quos dat, & sequitur Leander *loc.cit.q.*3. Fundantur Concilio Florentino, ibi: *Confirmatio, cujus materia est Chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientia, & balsamo, quod odorem significat bona fama per Episcopum benedicto.*

631 Contra plures Doctores.

Negant ajentes tantùm oleum essentiale huic Sacramento. Navar. *cap.*22. *num.* 8. Covarr. 1. *variarum cap.*10. Cajetanus 3. *p. qu.*72. *art.* 2. Sotus in 4. *dist.* 7. *art.* 2. Sà v. *Confirmatio n.*7. Quintanadueñ. *de Sacram. tr.*2. *sing.* 3. Abelly in *Medulla Theologia tom.* 2. *de Confirmatione cap.*2.*corollario* 2.Malletus *tom.*1.*malleatione* 3. *bractea* 4. Pilaja 2. *Canonicarum dec.* 2. *num.*6. quinque alii Doctores apud Dianam *p.* 3. *tr.* 4. *res.* 23. alii quindecim Doctores apud Leandrum *loc. cit.* tantùm dicentes probabiliùs oppositum. Fundantur quia in *cap.Pastoralit.*1.*de Sacramentis non iterandis* id videtur expressum; nam ibi Confirmatio data per errorem solo oleo, non iteranda, sed supplendum incautè omissum. Gabr. à S.Vinc. *de Sacram Confirm. disp.* 2. *qu.* 1. dicens etiam expressam sententiam D.Thomæ 3.*p.qu.*72.*art.*2. ibi: *ideò oleum competit materia hujus Sacramenti, administratur autem balsamum propter fragrantiam odoris, qua redundat ad alios;* ubi oleum assignat ratione materiæ, balsamum ratione odoris.

632 Auctori placuit Balsamum nō requiri essentialiter, sed tantùm ut pars integralis de Jure Divino. Rationes adducit ex cap. Pastoralis.

Nobis diuturniùs in hac re meditantibus, placet tertiam invehere sententiam, futuris fortè recipiendam sæculis, & est, balsamum non esse partem essentialem, sed esse partem integralem de Jure Divino.

Probatur, non esse partem essentialem materiæ ex *cap. Pastoralis* 1. ibi: *Præterea nos consulere voluisti, an permitti debeat ministrare, qui sine impositione manuum fuerit ad Ordinem Subdiaconatus assumptus? & si Confirmationis Sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit, non Chrismate, sed oleo delinitus. Ad quod breviter duximus respondendum, quòd in talibus non est aliquid iterandum, sed cautè supplendum, quod incautè fuerat prætermissum. de Sacramentis non iterandis;* ubi clarè interrogatus: An Sacramentum Confirmationis oleo solo collatum, sit iterandum. Respondit Innocentius III. non esse iterandum, & quia responsio debet interrogationi congruere. *§. quoties plures.*17.*de inutilibus stipulationibus.l.quod dicitur.*80.*l.Titio.*134.*§.idem respondit, D.de verb. oblig.* hac responsione respondet quæsito, An Sacramentum sit iterandum, secus abs re interrogationi non respondendo, locutus fuisset Pontifex.

613 Oppositæ sententiæ DD. satisfacit.

Ex quo jam evanescit responsio Suarii, Castri Palai *loc.cit.num.*4. Arrag.*loc.cit. num.* 13. de Marinis *loc.cit.num.*3. Serræ 3.*p. qu.*72. *art.*2. & aliorum dicentium ibi: *Supplendum est Sacramentum Confirmationis, omissis solemnitatibus publicè adhibitis.* Evanescit inquam, quia non fuit Pontifex interrogatus de solemnitatibus, sed de Sacramento Confirmationis repetendo. Suadeturque, quia eodem modo de Sacramento Subdiaconatus respondit unico verborum contextu.

Secunda pars, scilicet balsamum esse partem integralem Jure Divino, non verò requiri solo Jure Ecclesiastico, mihi ex eo liquescit. *634 Secūda pars probatur.* Primo, quia nequit assignari præceptum Ecclesiasticum, quo primitus fuerit tale onus introductum immiscendi, scilicet balsamum; ergo Divino Præcepto de inregritate introductum.

Confirmatur ex eodem *cap.*1.*de Sacramentis non iterandis*, ubi supplendum est balsamum omissum, quod autem suppletur, integrat naturam illius, quam supponit, & sequitur; & ideò Summus Pontifex non poterat in hac parte dispensare. Nec novum in Sacramentis dari partes essentiales & partes integrales, ut patet in multis formis Sacramentorum Eucharistiæ, Pœnitentiæ. *615 Et Confirmatur.*

Satisfit etiam Concilio Florentino, requirenti oleum, & balsamum: ultrà enim id damus: sed oleum essentialiter, balsamum integraliter. *616 Objecta diluit.*

Replicabis, Chrisma significat oleum, & balsamum inter se immixta; ergo utrumque est essentiale.

Negat antecedens D.Augustinus *Serm.*47. *de Verbis Domini*, appellans Chrisma solum oleū, ibi: *In montem fructuosum, in montem unguenti, in montem Chrismatis, &c.* Christi enim nomen à Chrismate dictum est. *Chrisma* enim græcè, latinè *Unctio* nuocupatur, ideò nos unxit, quia luctatores contra diabolum fecit.

Quanta debeat esse immixtio balsami cum oleo?

617 Non taxanda quantitas Balsami, sed sufficit quælibet immixtio ejus.

QUælibet quantitas balsami, qua dici moraliter potest balsamum immixtum esse oleo, etiamsi modica sit quantitas balsami, sufficit: nec requiritur ut balsamum suo odore alteret totam massam olei, ut vult Hurtadus, sed satis est, ut verificetur moralis mixtio, ut rectiùs docet Arriaga *loc. cit. num.*13. Sic enim aqua dicitur mixta vino, licèt totum non perundat vinum.

An Apostoli pro materia hujus Sacramenti pro libito potuerint uti Chrismate, vel impositione manuum?

618 Apostoli pro libito, aut Chrismate, aut manuū impositione utebantur.

AFfirma: Suarius *disp.* 31. *sect.* 4. Arriaga *tom.*7.*disp.*27.*num.*8.contra plures, ajentes Apostolos confirmantes impositione manuum, adhibuisse Chrisma. Palaus *tom.*2.*tr.*22. *disp.un.puncto* 4.*num.*3.

Probatur primo ex D.Augustino *lib.*3.*de Baptismo contra Donatistas cap.* 16. ubi hoc Sacramentum appellatur manuum impositio.

Probatur secundo ex Concilio Florentino in *Decreto Eugenii IV.* dicente: *loco impositionis manuum datur in Ecclesia Confirmatio;* ergo impositio manuum non erat cum unctione; nam si tunc adfuisset unctio, Confirmatio non successisset loco manuum impositionis; enim verò licèt dicamus, quòd una persona succedat loco alterius personæ similis, non tamen dicimus, quòd una res succedat loco alterius rei similis; nam in personis attenditur individualitas, in rebus similitudo; sic Baptismus præsens non

suc-

succedit loco Baptismi anno præterito exhibiti; licèt distincta numero materia, forma, & intentio. Nec Ecclesia præsens dicitur succedere loco Ecclesiæ, quæ existebat anno præterito; ergo si tempore Apostolorum etiam Chrismate ministrabatur Confirmatio, non diceret Concilium Florentinum unctionem succedisse loco impositionis manuum; ergo si dicit Florentinum unctionem Chrismatis succedisse loco impositionis manuum, nulla erat similitudo rerum, sed sola impositione manuum conferebant Sacramentum Chrismatis Apostoli.

Liberum ergo erat Apostolis manuum impositione, vel Chrismatis, unctione confirmare, idque ex privilegio ad tempus concessum Apostolis, ut post D.Tho. Sotum, Gabrielem, concludit Arriaga *loc.cit.num.7.*

Idque ex eo etiam suadetur, quia Patres, & Theologi probant institutum hoc Sacramentum Confirmationis à Christo Domino ex illa manuum impositione. Actuum 8. ibi: *Miserunt ad eos Petrum, & Joannem, qui cum venissent oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum Sanctum, nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantùm erant in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum*; ergo tunc manus impositio erat materia, aliàs non rectè probaretur ex illo actu existentia Sacramenti Confirmationis.

An Chrisma essentialiter debeat esse benedictum?

639 Benedictio Chrismatis est essentialis. AFfirma: Concilium Florentinum *loc. cit.* ibi: *ab Episcopo benedictum*. Concilium Toletanum VIII. *can. 7.* Concilium Wormatiense *Can.2.ibi: Chrisma conficere nullus præter Episcopum præsumat: Nam illi soli hoc dignitas concessa est. Can. Presbyteris. de consecr. dist. 4.* Idque probat perpetuus Ecclesiæ totius usus. *cap.quanto.de consuetudine*; qui Episcopus debet

640 Et à solis Episcopis consecratus facta esse consecratus; nam est actus Ordinis. S.Tho. *3.par.qu.72. art.3.* ubi de Marinis *cap. 4.* Malletus *malleatione 3. bracteа 5.* Bonac. *disp.3.qu. un.puncto 3.* Tamburrin. *loc.cit.num.15.* Arriag. *loc.cit.num. 15.* Contra Cajetanum *3.par.qu.72. art.3.* Valeotiam *tom. 4. disp.5. qu.1. puncto 2.* Palodanum in *4.dist. 7. qu.1. num. 19.* ajentes valere Sacramentum sine Chrismate ab Episcopo benedicto. Contra Molphesium in *Summa tract. 4. num.21.* ajentem oleo non benedicto validè confirmari.

Fateor tamen prædicta loca intelligi de Ministro ordinario hujus Sacramenti, qui est Episcopus. Trident *sess.23.Can.4.& 7.*

Sed difficultas est:

An Minister delegatus à Papa ad benedicendum Chrisma possit esse simplex Sacerdos?

641 Ex delegatione Papæ potest simplex Sacerdos Chrisma benedicere. AFfirma: Valentia *tom.4. disp.5. qu.1. puncto 2.* Cajetan. *loc. cit. art.3.* & probabile ait Suarez *disp. 33. sect. 4.* Sotus *4. dist.7. qu.1 art.3.* plures apud Leandrum *loc.cit. qu.6.* Diana *par.8.tr.1.res.12.* citans Amicum, & Sotum. Escobar *tr.7. examine 7.c.2.n.17.* Barbosa *par. de potest. Episcopi alleg.30. num.14.* & etiam ad mentem D.Thomæ *3.par. qu.72. art.3.* tuetur Gabr. à S.Vinc. *de Sacram. Confirmationis disp. 2.qu.2. §.nostra sententia.* Contra sexdecim Doctores, quos sequitur, & dat Leander *loc.cit.q.6.* Pontium *de Sacram.Confirmationis par.2.cap.4.* de Marinis *3.par. qu.72.art.12. cap.4.* Arriagam *loc. cit. num.15.* dicentem nostram sententiam nullatenus probabilem, in quo decipitur.

Probatur primo ex Concilio Toletano I. *can. 20.* ibi: *placuit ex hac die nullum alium, nisi Episcopum Chrisma conficere, & per Diœcesim destinare*; ergo ante illam diem simplex Sacerdos poterat conficere ut delegatus Sommi Pontificis, saltem tacita ratificatione, & mandato tacito. Idem patet ex Concilio Carthaginensi III. *can.36.* & ex Concilio Bracharensi I. *Can.37.* ubi prohibetur simplici Sacerdoti conficere Chrisma. Vide Thomassinum *tom.1. Disciplinæ par. 1. lib.2. cap.23. num.6.*

Probatur secundo, quia pro administrando hoc Sacramento potest delegari simplex Sacerdos à Papa. *can. pervenit. dist. 95.* ergo etiam pro præparanda materia benedictione. Consequentia patet; nam ejusdem est conferre, & materiam Sacramenti præparare, ut patet percurrendo alia Sacramenta.

Quomodo Chrisma consecrandum?

642 Chrisma in singulis annis in Cœna Domini est consecrandum. SIngulis annis in die Cœnæ Domini. *can. literis. de consecr. dist. 3. can. omni tempore. de consecr. dist. 4. cap. quoniam. de sentent. excommun. in 6.* Id tamen non est de essentia materiæ; sed circumstantia accidentaria temporis, undè conficeretur Sacramentum, sed delinqueret Episcopus utens alterius anni Chrismate. *can. si quis de alio. de consecrat. distinct. 4.* Concilium Carthaginense IV. *can. 12.* Suar. *disp. 33. sect.1.* Arriag. *loc. cit. num.14. in fine.* Decem Doctores apud Leandrum *loc. cit. qu.7.* de Marinis *3.par.qu.72. art.12. cap. 5.* Castrus Palaus *tom.2 tract.2. disp.un.qu.2.num.10. & puncto 9. num 9.* citans quatuor Doctores. Sà v. *Confirmatio num. 6.* Peccaret Episcopus id non faciens.

Materia Proxima Confirmationis.

§. III.

643 Materia proxima Confirmationis est unctio Chrismatis in forma Crucis in fronte ab Episcopo facta. EST unctio in forma Crucis in fronte Confirmandi facta manu Episcopi consecrati. Concilium Florent. in *Decreto de Armenis. can. Presbyteris. de consecr. dist. 4. can. numquid. de consecr. dist. 5.* Ità ut ipsa unctio fit in forma Crucis, qua monemur, atque firmamur ad palam Christi Crucem profitendam. D. Thom. *3. par. qu.72. art.4. ad 3.* Arriaga *loc. cit. num.9.* probans ex perpetuo Ecclesiæ usu. Gabr. à S.Vinc. *loc.cit.qu.3.* triginta quatuor Doctores apud Leandrum *qu. 11.* Contra Aureolum in *4.dist. 7. qu.1.* Vivaldum *de suscipienda Confirmatione num. 5.* Scutrinium Sacerdotale *tract. 2. §.de Sacramento Confirmationis, v. quot sunt de substantia*; Debet namque forma verificari, qua dicitur: *signo te signo Crucis*, & Cruce non formata, non verificatur. Doctores triginta apud Caram. *Fundam.num.3058.*

644 Essentialiter in fronte facienda Unctio. Debet fieri in fronte essentialiter, & si Confirmandus careat fronte, in loco, quæ pars sit pro fronte: id probante usu Ecclesiæ. Palaus *loc.cit. par.3.num.3.* Arriag. *loc.cit.num.19. & 20.* Gabr. à S.Vinc. *loc. cit.* & triginta sex alii apud Leandrum *tom. 1. tract. 3. disp.3. qu. 10.* Contra Victoriam *de Confirmatione qu. ultima.* Fillucc. *tract.1. num.11.* Ledesmam apud Suarium *disp. 33. sect. 3.* ajentes etiam Juris Ecclesiastici, ut in fronte fiat.

Tertio, facienda est pollice dexteræ manus

645 Et immediatè pollice dexteræ manus Episcopi

Episcopi immediatè, ratione cujus specialiter consecratur pollex Episcopi. Durandus in *Rationali lib.6.cap.84.* idque non ex Divino Præcepto. Suarius *disp. 33. sect. 3. in fine.* S. Bonaventura *dist.3.qu.un.puncto 3.num.4.* Arriaga *loc.cit.num.*20. Serra 3.*par. qu.72. art.4.* Undè validum esset Sacramentum alio digito, etiam manus sinistræ collatum, vel alio medio instrumento. Antonius à Sp.S.*n.*22. Fitq; pollice dexteræ, quia commodior; & sic concludit Arriaga quemlibet digitum sufficere; nam verificatur forma. Imò etiam licitè alio digito posse fieri cum Nugno. Videas apud Dian. *de Confirmatione ref.* 22. quatuor Doctores, contra novem, quos sequitur Leand. *loc.cit.qu.*13.

646 Aliqui dicũt posse fieri aliquo instrumento.

Posse fieri medio alio instrumento, quia verificatur forma. Arriag. *loc.cit. num.70.in fine.* Gabr.à S.Vincent. *loc.cit.* §.3. septem Doctores contra quatuordecim, quos dat, & sequitur Leand. *qu.*12. Serra *loc.cit.*

Quanta debeat esse Unctio?

647 Quantitas Unctionis.

SUfficit tanta, ut digitus dicatur unctus, & unctus ungat in formam Crucis frontem Confirmandi. Suarius *loc.cit.* Bonac.*loc.cit.*Palaus *loc.cit. puncto 3.num.5.* Arriaga *loc.cit.n.*20. Gabr.à S.Vinc.*loc.cit.q.*3. Nam gratis plus exigeremus.

An præter Unctionem requiratur manuum impositio?

648 Præter Unctionem nõ requiritur manuũ impositio.

NEga: ex Concilio Florentino, ajente unctionem successisse loco impositionis manuum. Arriaga *loc.cit.num.*21. licèt hæc impositio manuum accedat. *can.de his.3. can. manus 4.de consecr.dist.5. Actuum* 8.

De Forma Confirmationis.

CAPUT III.

649 Forma Confirmationis adducitur, & cõprobatur.

EST: *signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Concilium Florentinum in *Decreto Eugenii. can.nunquam. can.de his.3.can. 4.de consecr.dist.5.* S.Tho. 3.*par.qu.72. art.4.ad* 1. ubi Serra, Arriaga *loc.cit. num.*21. Itaut tota sit essentialis. Sexdecim Doctores, quos dat, & sequitur Leander *loc.cit qu.*17. citans plures pro opposita sententia. Contra Amicum *tom.7. disp.13. sect.3.* Pontium *de Confirmatione par.2. cap.7.* ajentes apud Dianam *par.8.tract.1.ref.*8. 9.& 10. invocationem Sanctissimæ Trinitatis non esse essentialem, quia in forma Græcorum non invenitur.

650 Mutatio verborũ formæ accidentaria, illam nun corrumpit.

Si pro ly *Confirmo*, dicat *corroboro, perficio*, & pro ly *Chrismate*, dicat *unguento*, & pro ly *salutis*, dicat *sanctificationis*, aliqua esset culpa, sed valeret Sacramentum. D.Tho. 3.*par.qu.72. art.4.ad 2. & ad 3.* Sotus in 4.*dist.7. quæst. un. art.* 4.

651 Ly *Signo* nõ videtur necessarium.

Signo non est necessarium, nam satis exprimitur per ly *signo te Cruce*, & idem dicere *signo te signo Crucis*, ac *signo te Cruce*. Arriag. *loc. cit. num.*21. ajens posse dici, signetur servus Christi signo Crucis, & confirmatur Chrismate salutis: ut validè confertur Baptismus, dicendo Baptizetur servus Christi, cum Henriq. *lib.3. cap.2. num.5* Suario *disp.33.sect.5.* Serra *loc.cit.* Leand. *loc. cit. qu. 18. & 19.* citans plures pro nostra sententia.

Dicens: *signo te signo Crucis, & Chrismate salutis in nomine Patris, &c.* verum conficit Sacramentum; nam signans Chrismate ungit, & exprimit signum Crucis, & unctionem Chrismatis. Gabr.à S.Vinc. *loc.cit.qu.4.* §.3.

De Ministro hujus Sacramenti.

CAPUT IV.

652 Minister Cõfirmationis duplex Ordinarius, & Delegatus.

EST duplex: Unus ordinarius, alter delegatus. Ordinarius est Episcopus consecratus, *can.Presbyteris. de consecr.dist.4. cap.quanto. de consuetudine.* Trid.*sess* 7. *can.*3. & *sess.23. cap.4.* Contra Wiclephum dicentem à quolibet Presbytero confirmari posse.

653 Episcopus hæreticus, degradatus, aut excom. validè confirmat.

Et Episcopus hæreticus, degradatus, excommunicatus validè, sed illicitè confirmat ob Characterem Ordinis non amissum illis pœnis. Suarius *disp.* 36. *sect.* 3. Bonac. *disp.* 3. *puncto* 3. *num.*7. Henriq.*lib.*3. *qu.*6. *num.*2. Coninck. 3. *par. qu.72.art.*11. Arriag. *loc.cit.num.25.§.circa Ministrum.* Palaus in *to.2.tr.22.disp.un.puncto 9.n.2.* Barbosa *de potestate Episcopi alleg.30. num.* 2.

654 Non requiritur ut Episcopus sit jejunus.

Episcopus tamen non debet esse jejunus, ità probante usu, abrogante textu in *can.ut jejuni*, in *can.ut Episcopi.de consecr.dist.*5. ubi debebat esse jejunus. Tolosanus *lib.2. Partitionum cap.* 14.*num.*9.

An teneatur Episcopus sub mortali ministrare Sacramentum Confirmationis suis ovibus.

655 Tenetur Episcopus sub gravi Confirmationem suis ovibus ministrare.

AFfirma: nam ad id ex officio obligatur. Suarius *disp.*38. *sect.* 2. Angelus v. *Confirmatio num.*7. ubi Sylvest. *num.*2. Serra *loco cit.* Reginald. *lib.*28. *num.*21. Palaus *loc.cit. nu.*13. Trullench *lib.2. de Confirmatione num.* 5. ajentes læthale multum differre ministrare hoc Sacramentum.

An verò possit in sua confirmare subditos alterius Diœcesis?

656 Et eidem licet in sua subditus alienæ Diœcesis confirmare.

AFfirma: id probante usu, quo Episcopi confirmant omnes confluentes indiscriminatim, nec præsumitur proprius Episcopus invitus. Genuensis in *praxi cap.54. num.*7. Barbos. *de potestate Episcopi par.2. allegat.30. num.* 12. Diana *par.3. tract.4. resol.24.* & à v. *Confirmatio num.* 1. Henriq. *lib.3.cap.6. num.*6. Quintanaduenas *tom.1.sing.13. num.*15. Antonius à Spiritu Sancto *num.* 37. Palaus *loc. cit. num.* 16. Contra Bonacinam *de Confirmatione qu.un.puncto 2. num.*11. Toletum *lib.2. cap. 24. num.* 5. Reginaldum *lib.* 28. *num.* 21. ajentes mortale confirmare non subditum.

Sed difficultas est:

An in aliena Diœcesi possit confirmare sine licentia Diœcesani expressa?

657 Episcopus in aliena Diœcesi non potest confirmare absque expressa licentia.

NEga: idque sub mortali, & pœna suspensionis ab exercitio Pontificalium. Trid. *sess.6.de reform.cap.*5. Camerota *de Confirmatione cap.7. dub.*3.

An

An Episcopus possit licitè Confirmare Ordinandum cum Dimissoriis proprii Episcopi?

658 Et licitè cōfirmat alienum Ordinandum cū Dimissoriis proprii Episcopi.

AFfirma: nam concesso uno, sunt concessa omnia illa, quæ conducunt ad decentèr exequendum id, quod conceditur. Diana citans plures *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 24. & *par.* 10. *tract.* 11. *resol.* 14.

An Episcopus possit confirmare in quolibet tempore, & extra Ecclesiam in loco decenti?

659 Non limitatur tempus, aut locus Episcopo ut confirmet, etiam tēpore interdicti

AFfirma: etiam tempore interdicti. *can. de his. can. ut jejuni. de consecr. dist.* 5. Navarr. *cap.* 27. *num.* 178. Hurtad. *difficul. ultim.* Diana *par.* 4. *tract.* 4. *Miscellaneo. resol.* 50. Sancius 40. *selectarum num.* 4. Paludanus in 4. *dist.* 7. *qu.* 3. *art.* 3. & sic posset confirmare in proprio Palatio. Barbosa *de potestate Episcopi alleg.* 30. *num.* 13. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. qu.* 5.

De Ministro Delegato.

§. I.

660 Simplex Sacerdos ex Delegatione Pōtificis potest Confirmationē ministrare.

DElegatus à Papa potest esse simplex Sacerdos. *can. pervenit. dist.* 95. & licèt Durandus in 4. *dist.* 7. *qu.* 4. *num.* 9. videatur insinuare errasse S. Gregorium id concedendo; tamen factum Gregorii approbatum invenimus in Concil. Florent. in *Decreto Eugenii*, ibi: *legitur tamen aliquando per Apostolicæ Sedis dispensationem ex rationabili urgente admodum causa simplicem Sacerdotem Chrismate per Episcopum confecto, hoc administrasse Confirmationis Sacramentum*, & deindè sæpius practicatum in India simplici Sacerdoti à Gregorio XIII. commissum conferendum hoc Sacramentum. D. Tho. 3. *par. qu.* 72. *art.* 11. Tolosanus 1. *Syntagmatum cap.* 5. Covarr. 1. *variarum cap.* 10. *num.* 6. Layman. *lib.* 5. *tract.* 3. *cap.* 6. Bonac. *disp.* 5. *qu. un. puncto* 2. *num.* 3. Pilaja 2. *Canonicarum dec.* 2. *num.* 6. Cotonius 2. *controversiarum c.* 2. *num.* 32. Arriag. *loco cit. num.* 18. Aureolus in 4. *dist.* 7. *qu.* 2. & alii triginta sex Doctores, quos sequitur Leander *loc. cit. qu.* 2. contra Divum Bonaventuram in 4. *dist.* 7. *in litera*. Sotum *ibidem qu.* 1. ajentem Papam hoc non posse committere, & contra Aureolum in 4. *dist.* 7. *qu.* 2. Abbatem, & Innocentium in *cap. quanto. de consuetudine*. Glossam in *can. munus. de consecr. dist.* 5.

661 Et aliquādo practicatum.

662 An possit cōmitti Diacono?

ajentes posse à Papa Diacono committi. Ad tale namque munus non circa Corpus reale Christi Domini, sed circa Corpus mysticum elevari potest à Summo Pontifice habente plenitudinem potestatis, qui in Corpus reale Christi Domini jus consecrandi habet; qualis est Sacerdos, non Diaconus. Dian. *par.* 8. *tr.* 5. *res.* 5. (2)

An ex commissione Episcopi simplex Sacerdos possit conferre Confirmationem.

663 Non potest Episcopus delegare hāc potestatem simplici Sacerdoti.

NEga: quia Episcopus non habet plenitudinem potestatis, ex qua, ut rectè D. Tho. promanat hanc facultatem delegandi habere. sex Doctores apud Bonac. *disp.* 3. *qu. un. punct.* 2. alii duodecim apud Leandrum *loco cit. qu.* 3. Contra Cajetanum 3. *par. qu.* 72. *art.* 11. Basilium *de Sacramen. Confirmationis puncto* 4. citantem quatuor Doctores, ajentes posse Episcopum delegare, nisi Papa prohibuisset, quia est actus jurisdictionis ordinariæ delegabilis, in quo ratio claudicat, quia potestas ordinandi est ordinaria, non tamen delegabilis simplici Sacerdoti.

An Summus Pontifex possit delegare illam facultatem duraturam post mortem suam?

664 Papa potest hanc potestatem delegare, etiam post suam mortem duraturam.

AFfirma: nam nulla in hoc est repugnantia, & talis præsumitur in Sacerdote misso ad Confirmandum inter infideles, ubi nullus est Episcopus, nisi aliud appareat.

Et concessa usque ad mortem Summi Pontificis, intelligitur usque ad mortis notitiam, nè Sacramentum exponatur periculo nullitatis in bona fide operandi. Arriaga *loc. cit. num.* 24.

De Confirmando.

CAPUT V.

665 Omnis baptizatus est capax Confirmationis.

OMnis Baptizatus est capax Confirmationis. *can. omnes fideles. de consecr. dist.* 4. Marchantius *loc. cit. sect.* 2. *lect.* 5. Arriag. *loc. cit. num.* 25.

Etiam infans valide cōfirmatur.

Et sic primo, infans confirmari valet validè, etiam ante usum rationis, ad instar Baptismi, non requirentis actum suscipientis. D. Tho. in 4. *dist.* 7. *qu.* 3. *art.* 2. Diana *par.* 3. *tr.* 4. *res.* 19. Tanderus *to.* 4. *dist.* 4. *qu.* 4. *dub.* 2. Bonac. *disp.* 3. *puncto* 4. *num.* 5. Marchantius *loco cit.* post D. Thomam, & D. Bonaventuram in 4. *dist.* 7. *art.* 3. *qu.* 1. Genuensis in *praxi cap.* 54. *num.* 3. Antonius à Spiritu Sancto *n.* 82. dicens convenientiùs infantibus ministrari ob Baptismi sequelam. Contra Durandum in 4. *dist.* 25. *qu.* 2. *num.* 8. negantem validè Confirmationem conferri ante usum rationis. Contra Sà v. *Confirmatio num.* 5. negantem infantes capaces Confirmationis, & alii duodecim Doctores, quos dat Leander *loco cit. qu.* 3. citans pro contraria sententia unum, & viginti Doctores. Gabrielem à S. Vincent. *loc. cit. qu.* 2. dicentem convenientiùs expectari septennium, quod ob majorem Sacramenti reverentiam, ex Catechismo Pii V. modò arguit Arriaga *loco cit. num.* 25.

666 Et Adultus cūm suo cōsensu.

Adulti etiam confirmari possunt. Trident. *sess.* 7. *de Confirm. Can.* 1. D. Thom. 3. *par. qu.* 72. *art.* 8. Quæ sententia requirit in adultis, saltem interpretativum consensum, ut de Baptismo. Arriaga *loc. cit.* (3)

An amentes perpetuò possint confirmari?

667 Perpetuò amentes valent confirmari.

AFfirma: idque ad augmentum gratiæ, quæ dat vim adversus Fidei tentationes. D. Thom. *loc. cit.* ubi Coninck *num.* 83. Suar. *disp.* 35. *sect.* 2. Henriq. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 3. Gabr. à S. Vincent. *loc. cit. qu.* 2. Bonac. *disp.* 3. *puncto* 4. *num.* 6. Barbosa *de potestate Episcopi alleg.* 30. *num.* 21. Contra Marsilium in 4. *qu.* 5. *art.* 4. Sà v. *Confirmatio n.* 5. Sotum in 4. *dist.* 7. *qu. un. art.* 8.

(2) Parochos administrasse antiquitùs hoc Sacramentum probat Thomassinus *tom.* 1. *Disciplinæ p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 33. vide adnotationem 2. ad *tit.* 14. *Libri Primi*.

(3) Suscepturi hoc Sacramentum necesse est, ut rudimenta Fidei sciant. Synodus Neap. Card. Pignatell *par.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. & Synodus Card. Cantelmi *hoc tit. num.* 9.

668 Nisi peccaverint ante amentiam, *art.* 8. Nisi sint in statu peccati, contracti ante amentiam; nam tunc sunt incapaces ob obicem. Si verò habeant lucida intervalla, tunc debent disponi non solùm voluntate, ut consentiant saltem interpretativè, sed per contritionem, vel attritionem putatam, si sint in peccato mortali; tunc enim vi Sacramenti ex illa contritione putata disponente Sacramentum, confert gratiam. S.Thom. 3.*part.qu.*72. *art.* 7. Hurtadus *de Sacram. in genere disp.* 3. *diffic.* 4. citans Suarium, & Conlock. Tunc enim per accidens Sacramenta vivorum causant primam gratiam. Contra Meratium *de Sacram.Confirmationis disp.*6.*num.*8.

669 Surdi, aut muti sunt confirmandi. Surdi, muti, etiam sunt confirmandi, possunt namque Fidem profiteri, & pro illa mori. Serra 3.*par.qu.*72.*art.*8.

Dubius an sit Confirmatus?

670 Dubius de Cõfirmatione, sub conditione confirmetur. CONfirmari sub conditione potest, & si scienter Confirmatus purè reconfirmaretur, esset quidem peccatum mortale, at nulla contraheretur irregularitatis pœna, non extendenda de Baptismo ad Confirmationem. *l. interpretatione,D.de pœnis.* Sotus in 4.*dist.*7. *q.*2. Sexdecim Doctores dati à Leandro *qu.* 11. citante pro contraria quatuor.

De Patrino.

CAPUT VI.

671 Patrinus nõ est essentialis in Confirmatione. PAtrinus est dux, ut ducat tyronem, & in via spirituali dirigat.
Non est essentialis huic Sacramento.

An autem sit de Præcepto?

672 Esse de Præcepto multi affirmant. AFfirmat cum multis Leander *tom.* 1. *tr.* 3. *disp.*5.*q.*1.motis ex *c. si quis.*2.ex *c.dictum est.*4. ex *can.de his.*6.30.*qu.*1. Caram. *Fundam. num.* 2112. In quibus juribus id non habetur; Nam in *dict. can. si quis.* 2. tantùm præcipitur separandum ab uxora virum in Confirmatione tenentem filiastrum, vel filiastram, & in *can. dictum est.*4. solùm statuitur non separandam à viro uxorem, quæ fraudolenter, scilicet, ut separetur à viro, tenet in Confirmatione suum filium, & in *d. can. de his.* 6. non separatur vir ab uxore tenens filiastrum inscienter, ubi de præcepto nihil.

An Patrinus possit esse idem, qui in Baptismo?

673 Sine necessitate non potest esse idẽ Patrinus Baptismi, & Cõfirmationis. NEga sine necessitate. *can. in Catechismo; & in Baptismo, & in Confirmatione unus Patrinus fieri potest, si necessitas cogit. Non est tamen consuetudo Romana, sed per singulos singuli suscipiant.* 98. *de consecr. dist.*4. Esset enim inutilis assumptio, si jam cum Baptismo fuit Patrinus. Doctores apud Dianam *par.*3.*tract.*4. *resol.*21. Toletum *lib.*2. *cap.*24. *num* 6. contra Sylvestrum v.*Confirmatio num.*4. Quintanaduenam *tr.*4.*singul.ultimo.* Gabrielem à S.Vinc.*loc. cit. disp.*4. *qu.*5. ajentes probabile eundem posse esse Patrinum in Confirmatione, & Baptismo, etiam præcisa necessitate.

An in Confirmatione possit esse duplex Patrinus?

NEga: *can.cum plures.*99.*de consecr. dist.* 4. D.Tho. 3. *par. qu.*72. *art.* 10. Caram. & alii, Et in correctoris non valet arguere à Baptismo, in quo duo possunt esse Patrini, ad Confirmationem, in qua id non invenitur sancitum à Tridentino *sess.* 24. *cap.* 2. *de reform.* Contra Toletum *lib.* 2. *cap.*24. *num.* 6. volentem posse esse duos Patrinos, etiam in Confirmatione. 674 Unus, non duplex sit Patrinus in Cõfirmatione.

Quòd si plures adhibeantur, tanquam contra juris dispositionem, nemo contrahit cognationem spiritualem, restringendam ad suscipientem, secundum juris statuta, ob impedimentum matrimonii restringendum. Quintanaduenas *dict. singulari ultimo*. Contra Sà v. *Confirmatio in fine*. 675 Si sint plures Patrini nemo contrahit cognationem spiritualem.

An non Confirmatus valeat esse Patrinus Confirmationis.

NEga: *can.in Baptismate, vel Confirmatione non potest alium suscipere in filium ipse, qui non est baptizatus, vel confirmatus.* 100. *de consecr. dist.*4. 676 Non Confirmatus non est Patrinus.

Itaut mortaliter peccet non confirmatus, exercens munus Patrini. Henriq. *lib.* 3. *cap.*2. *num.*3. licèt contradicat D.Tho. 3.*par. qu.* 72. *art.*10. ajens esse venialem. 677 Qui peccat.

Et Inconfirmatus admissus loco Patrini, cognationem non contrahit; nam hæc contrahitur solùm à legitimo susceptore, qualis non est inconfirmatus. Sanch.7.*de matrimon. disp.*6. *num.* 19. Pontius *de impedimentis matrimonii cap.*24. Diana pro utraque parte citans Doctores 3.*par. tract.*4. *resol.*21. facit etiam Leander *loc. cit. qu.*5. 678 Et non contrahit cognationem.

An vir in necessitate possit esse Patrinus sui filii, vel uxoris suæ?

NEga: nam non posset petere debitum. *can. si quis.*2.30.*qu.*1.Sotus in 4.*dist.*42.*art.*1. Contra Sà v. *Confirmatio num.* 16. licèt in *can. dictum est.*8. 30. *qu.*1. dicatur peccare, sed non separandam à viro uxorem tenentem fraudolenter suum filium, ut separetur scilicet à viro. 679 Vir nequit esse Patrinus sui filii, aut Uxoris in necessitate.

Et tandem tenens inscienter suum filiastrum non separatur à sua uxore. *can.de his.*6.30.*qu.*1.

An Monachus possit esse Patrinus?

NEga: *can. Monachi.* 102. ibi. *Monachi sibi Compatres, commatresve non faciant, nec osculentur fœminas. de consecr. dist.*4. Itaut nec Mendicantes valeant esse Patrini. Nam non expedit istos curitare per domos. Et ratio in Monacho currit etiam in Mendicante. Layman.*lib.*5.*tract.*2.*cap.*9.*n.*3. Henriq.*lib.*3. *cap.*2. *num.* 4. Vide Busembaum contra Camerotam *tract.de Sacramentis cap.* 4. *dub.*8. Gabrielem à S.Vincent.*loco cit.* Leand. *loc.cit.qu.*8. volantes Mendicantes posse esse Patrinos; Idque vel maximè, quia non hic, sed Baptismi Patrinus debet instruere in fide, & hic tantùm deficiente Patrino Baptismi. Layman *lib.*5. *tract.*3. *cap.*7. *num.*1. Gabr.à S.Vinc. *qu.*5. §.*quintus casus.* 680 Neque Monachi, etsi sint Mendicantes.

Con-

Contrahitur Cognatio spiritualis.

681 Inter quos contrahatur cognatio.

INter Confirmantem, Patrinum ex una parte, & Confirmatum, ejusque patrem, & matrem ex altera, dummodo Patrinus Confirmatum tangat. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 2.*

Caremonia.

CAPUT VII.

682 Grave est solemniter Cõfirmare sine vestibus. Sacris.

EPiscopus delinquit graviter solemniter confirmans sine vestibus sacris, ob scandalum, & deformitatem: & si unam, vel alteram vestem omitteret, venialiter delinqueret, ob parvitatem materiæ: ut omittens manipulum in Sacro, vel ministrans Extremam Unctionem cum stola, sine cotta, ait Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. §. tertius ritus*, rectè dicens in necessitate sine vestibus præscriptis à Rituali ministrans non peccare, ut nec peccaret mortaliter ministrans privatim sine vestibus sacris. Candidus *disp. 1. art. 10. dub. 27.* Nugnus *3. par. q. 72. art. 12.*

683 Non peccat Episcopus omittens orationes ante, & post.

Episcopus omittens orationes ante, & post Sacramentum non peccabit. Nugnus *loc. cit.* Gabr. à S. Vinc. *loc. cit.* Idem dicentes de Episcopo omittente osculum pacis non peccare, scilicet mortaliter.

Quid denotet Impositio manuũ.

Manus impositio indicat sub Dei protectione nos esse, & specialiter à Deo attingi, & spontaneas victimas nos ei offerri.

Quid alapa ab Episcopo data.

Alapa ostendit nos paratos debere esse ad profitendam fidem inter adversa, & milites debere agere pro ampliando Christi Domini Regno. Marchantius *loc. cit.* Henriq. *lib. 3. cap. 3. num. 2.* Hurtad. *difficul. 14.* Palaus *loc. cit. puncto 10. num. 9.*

Omissio verò alapæ non est peccatum. Caram. *Fundam. num. 3095.* citans quatuor Doctores, ajentes nec esse veniale licèt Sà velit esse veniale; Sicuti nec omissio Cerei præ cilo contemtu. Sotus in *4. dist. 7. art. 12.* Valent. *tom. 4. disp. 5. qu. 1. puncto 3. in fine.* Contra Sà v. *Confirmatio num. 10.* dicentem veniale omittere alapam.

684 Balsamum putandum singulis annis, & quid in Cõfirmatione denotet.

Balsamum singulis annis putandum ad instar vitis, ne degeneret. Bellonios *lib. 2. itinerarium observationum*: Septembri folia deponit. Sailgniacus *tom. 10. cap. 6.* Significat Christianum bona fama debere omnes ad Christum trahere. Nam bonus odor, bona fama est. D. Augustinus *lib. 3. de Doctrina Christiana cap. 12.* D. Thom. *3. par. qu. 72. art. 2.* Proximiorum enim consulendum est oculis, & pessimarum suspicionum tollendæ occasiones. Enim verò si constantis est animi despexisse vituperia, cùm audet invidia, tamen non debemus malè audire benefaciendo. Dio *oratione 47.*

Effectus Confirmationis.

CAPUT VIII.

685 Confirmatio dat gratiam sanctificantem, & ad resistendum hostibus Fidei.

PRimus est gratia sanctificans, ordinata ad firmandum militem Christi in fide, contra hostes Fidei, ad differentiam gratiæ Baptismalis procreantis ad vitam spiritualem. Marchantius *loc. cit. lect. 4. propositione 1.* Suarius *disp. 34. sect. 1.* Arriaga *loc. cit.*

Imprimit etiam Characterem.

Secundus effectus est impressio Characteris inaterabilis. *can. dictum est. 8. de consecr. dist. 5.* Arriaga *loc. c. n. 24.* Alii effectus sunt communes Sacramentis, cùm de Sacramentis in communi satis.

De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

TITULUS VI.

OPerosum est supremum Christi Domini opus, inopes ingenio nos exponere, sed Sanctissima Trinitate divinitatis thesauro divites, rem exponemus non expolitam.

Nominis significatio.

686 Variæ Eucharistiæ significationes, & acceptiones.

PRimò, Eucharistia Græcè, Latinè Bona gratia sonat: si significatum inquiras, multiplicem significationem usurpat.

Secundò, per Methonimiam significat Pixidem, in qua Corpus Domini conservatur.

Tertiò, indicat Gratiarum actionem, & benedictionem. Nazianzenus *oratione 19.*

Quartò, Antonomasticè sumitur pro Sanctissimo Christi Domini Sacramento, quo gratias Deo debitas exhibemus. D. Augustinus *lib. 1. contra adversarios legis. c. 8.* Alanus *lib. de Eucharistia. c. 2.* Cabasilas *in expositione liturgiæ. c. 52.* D. Chrysostomus *homil. 26. in Matthæum.*

Quomodo dicitur Eucharistia cõfici, ministrari, manducari.

Qua ratione dicitur Eucharistia confici, ministrari, offerri, manducari, scilicet offertur, ut Sacrificium, manducatur ut Sacramentum. D. Hieronymus in *c. 3. Sophoniæ*. Quæ Eucharistia dicitur *Bona gratia*, quia à Deo amicis datur. Canticorum 3. ibi: *comedite amici, & bibite.* Turrecremata *de Eucharistia. c. 4.*

Dicitur etiam hoc Sacramentum, *Cibus credentium.* Hieronymus in c. 8. Oseæ. *Cibus grandium.* Blesensis *sermon. 17.* *Ex adipe frumenti*, hoc est ex optimo, & lectissimo frumento. Adeps enim, & medulla hæbraicè, optimum latinè indicat. Genesis 4 ibi: *de adipibus gregum.* Dicitur etiam *firmamentum in terra, in summis montibus*, hoc est robur panis, & vini: firmamentum enim pro tritico usurpatur in sacris literis. Isaiæ 3. ibi: *omne robur panis contrivit.* ubi Cyrilius.

Est maximum mirabilium Dei, undè dicitur Deus absconditus. Ubertinus de Casalis *lib. 4. c. 4.* ex Isaiæ *c. 45.* ibi: *dabo tibi thesauros absconditos, ut scias, quia ego sum Deus.*

Dicitur etiam mensa Domini 1. ad Corinth. 10. Trid. *sess. 22. c. 1.* in qua Dominus comedit, & comeditur, juxtà Divum Augustinum: *non ego mutabor in te, sed tu mutaberis in me.*

Unde dicatur Missa.

Dicitur Missa ex liturgiæ S. Jacobi, hebraicè secundum plures, licèt alii velint esse nomen latinum à dimittendo, ut idem sit Missa, ac missio populi. Cicero *Philippica 5. legiones bello confecto missas fieri.* Bona. *lib. 1. rerum liturgicarum cap. 1. num. 6.* Et ità apud Romanos absolutis funeralibus, Præfica clamabat *Ilicet*, hoc est abire, ire licet. Franciscus Pomeus *libitina*, sivè *de funeribus cap. 3. §. reliquiarum collectio*, & iy *ilicet*, erat novissimum verbum, ultimum funerum, alta voce prolatum. Æneidos 6. v. 229. ibi:

Idem ter socios pura circumtulit unda
Spargens rore levi, & ramo felicis olivæ;
Lustravitque viros, dixitque novissima verba.

Vide Pitiscum V. *Ilicet*, & *adnotationem 7. tit. 4. Libri 1.*

Di-

687 Quid sit Missa, & dimittere. Dicitur ergo Missa etiam sacrificium, quod in Missa offertur Deo, & dicitur à mittendo, quia oblatio illa ad Deum mittitur. Hugo *de potestate Episcopi. c.9.§.1.n.4.* Petrus Cluniacensis *lib.2.de miraculis. c.28.* sed de hoc suo loco.

Quid sit Sacramentum Eucharistiæ?

CAPUT I.

688 Eucharistiæ variæ definitiones. EST *signum sensibile, &c. constans Christo Domino, & speciebus, significans gratiam sanctificantem nutritivam animæ in vita spirituali* dixi *nutritivam animæ*; nam illos effectus, quos facit cibus corpori, hoc facit Sacramentum animæ, ut infra; sivè, est *Sacramentum Corporis, & Sanguinis Christi Domini sub speciebus panis, & vini, institutum ad refectionem spiritualem animæ*, sivè, *est signum Sacramentale gratiæ alimentativæ*. Caram. *Fundamentali. fundamento 67.*

Quæ sint constitutiva hujus Sacramenti?

§. I.

689 Cōstitutiva hujus Sacramēti inquiruntur. HOc est Sacramentum permanens; & sic constitutiva debent esse permanentia, sensibilia. Esse Sacramentum permanens, est de fide. Trid. *sess.13.c.3.* esse sensibile patet, quia Sacramentum est signum sensibile.

Ex his patet actiones transeuntes, & insensibiles, non posse constituere hoc Sacramentum.

Hinc dico primo, sumtio non est constitutiva hujus Sacramenti, nec sola, nec simul cum specie panis, & vini. Contra Aureolum in *4.dist.18.qu.1. art.1.* Contra Gabrielem *ibidem art.3. dub.1.* ajentem tria Sacramenta conficere unum, scilicet Consecrationis unum, Specierum consecratarum alterum, Manducationis tertium: Patet, quia ante sumtionem adest Sacramentum perfectum. Trid. *sess.13.c.3.& Can.4. & c.1.* ibi: *In Alma Sanctæ Eucharistiæ Sacramento post panis, & vini consecrationem Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum atq; hominem verè, realiter, ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibilium contineri*; ergo ante sumtionem adest Sacramentum Eucharistiæ; idem constat ex Trident. *sess.13.cap.3.* ubi hoc Sacramentum non consistit in usu, & *cap.4. & 6.* ubi ante sumtionem debet adorari hoc Sacramentum latria in processionibus, & alibi.

Dico secundo, actio consecrativa non constituit hoc Sacramentum; nam consecratio, seu transubstantiatio non est signum sensibile constitutivum Sacramenti, ut rectè arguit Suar. *tom.3.in 3.partem disp.42.sect.2.* Secundo, quia actio illa transit, & Sacramentum remanet. Tridentin. *sess.13. cap.3.* S.Tho. *3. par. qu. 78. art.3.* Contra Lugonem *disp.1. sect.6.* ajentem consecrationem unà cum Corpore Christi Domini, & speciebus panis constituere hoc Sacramentum. 690 Consecratio non est constitutivum hujus Sacramenti.

Dico tertio, verba Consecrationis efficiunt, non constituunt Sacramentum. Patet, quia hoc Sacramentum est permanens. Trid. *sess.13.c.3.* & verba sunt transeuntia. Secundo patet verba efficere hoc Sacramentum ex Concilio Florentino in *Decreto Eugenii IV. de Unione Armenorum, §. tertium est*, (t) ibi: *forma hujus Sacramenti sunt verba Salvatoris, quibus hoc conficit Sacramentum. Sacerdos enim in persona Christi loquens hoc conficit Sacramentum, nam ipsorum verborum virtute substantia panis in Corpus Christi, & substantia vini in Sanguinem convertuntur*. Verba ergo conficiunt hoc Sacramentum: & ità solvitur objectio ex eodem Concilio Florentino, ubi dicitur in *§. tertium est*, formam Sacramenti Eucharistiæ esse verba Salvatoris; intelligitur inquam in hoc Sacramento, de forma extrinseca effectiva, non constitutiva: Et ità docent duo, & viginti Doctores, quos dat, & sequitur Henaus hic *disp. 1. sect. 3. num. 23.* Scotus in *4.dist.8. qu.1.* ubi Major, *qu. un.* Serra, & alii. 691 Verba Consecrationis efficiunt, nō constituunt hoc Sacramentum.

Dico quarto, solæ species non sunt Sacramentum, nam hoc Sacramentum adoratur latria, & præcisè species sine Christo Domino non adorantur latria. Hoc Sacramentum est cibus spi- 692 Solæ species non sunt Sacramentum.

(t) Doctrina Decreti Unionis Armenorum Eugenii IV. circa Sacramentum Eucharistiæ hæc est: „ Tertium est Eucharistiæ Sacramentum. Cujus „ materia est panis triticeus, & vinum de vite, cui „ ante Consecrationem aqua modicissima admisceri „ debet. Aqua autem ideo admiscetur, quoniam „ juxta testimonia Sanctorum Patrum, ac Docto- „ rum Ecclesiæ pridem in disputatione exhibita, „ creditur, ipsum Dominum in vino aqua permixto „ hoc instituisse Sacramentum. Deinde quia hoc „ convenit Dominicæ Passionis repræsentationi: „ Inquit enim Beatus Alexander Papa quintus à „ B.Petro (*Ep.1.Decretalis in can.In Sacramento I.de Consecrat.dist.2.*) *In Sacramentorum oblationibus, quæ in- „ tra Missarum solemnia Domino offeruntur, panis tan- „ tùm, & vinum aqua permixtum, in Sacrificium offe- „ rantur: non enim debet in Calicem Domini, aut vinum „ solum, aut aqua sola offerri, sed utrumq; permixtum: quia „ utrumque, idest sanguis, & aqua ex latere Christi pro- „ fluxisse legitur*. Tum etiam, quod convenit ad si- „ gnificandum hujus Sacramenti effectum, qui est „ unio populi Christiani ad Christum. Aqua enim „ populum significat secundum illud: *Aquæ multæ „ populi multi (Apocalypsis 17.)* Et Julius Papa secun- „ dus post Beatum Sylvestrum ait (non invenitur „ in Epistola Julii, sed *de Consecrat. dist.2. Can. cùm „ omne crimen*) *Calix Dominicus, juxta Canonum præ- „ ceptum, vino, & aqua permixtus debet offerri, quia vi- „ demus in aqua populum intelligi, in vino verò ostendi „ Sanguinem Christi*. Ergo cùm in Calice vinum, & „ aqua miscetur, Christo populus adunatur, & fide- „ lium plebs ei, in quem credit, copulatur, & jun- „ gitur. Cùm ergo tam Sancta Romana Ecclesia à „ Beatissimis Apostolis Petro, & Paulo edocta, quàm „ reliquæ omnes Latinorum, Græcorumque Eccle- „ siæ, in quibus omnis sanctitatis, & doctrinæ lumi- „ na claruerunt, ab initio nascentis Ecclesiæ sic ser- „ vaverint, & modo servent; inconveniens admo- „ dum videtur, ut alia quævis regio ab hac univer- „ sali, rationabili discrepet observantia. Decer- „ nimus igitur, ut etiam ipsi Armeni se cum uni- „ verso Orbe Christiano conforment, eorumque Sa- „ cerdotes in Calicis oblatione paululum aquæ „ (prout dictum est) admisceant vino.

„ Forma hujus Sacramenti sunt verba Salvatoris, „ quibus hoc conficit Sacramentum. Sacerdos enim „ in persona Christi loquens, hoc conficit Sacramen- „ tum. Nam ipsorum verborum virtute, substantia „ panis in Corpus Christi, & substantia vini in San- „ guinem convertuntur; ità tamen quòd totus „ Christus continetur sub specie panis, & totus sub „ specie vini, sub qualibet quoque parte hostiæ „ consecratæ, & vini consecrati, separatione facta, „ totus est Christus. Hujus Sacramenti effectus, quē „ in anima operatur dignè sumentis, est adunatio „ hominis ad Christum. Et quia per gratiam ho- „ mo Christo incorporatur, & membris ejus unitur; „ consequens est, quòd per hoc Sacramentum in su- „ mentibus dignè gratia augeatur, omnemque effe- „ ctum, quem materialis cibus, & potus, quoad vitā „ agunt corporalem, sustentando, augendo, repa- „ rando, & delectando, Sacramentum hoc quoad „ vitam operatur spiritualem: *In quo* (ut inquit „ Urbanus Papa) *gratam Salvatoris nostri recensemus „ memoriam, à malo retrahimur, confortamur in bono, „ & ad virtutum, & gratiarum proficimus incrementum.*

ſpiritualis. Trident.*ſeſſ.*13.*cap.*2. & ſpecies ſine Corpore, & Sanguine Chriſti non ſunt cibus animæ. Joannis 6.*ver.*48.

693 Corpus, & Sãguis Chriſti ſine ſpeciebus nõ eſt Sacramentũ.

Dico quinto, Corpus, & Sanguis Chriſti Domini ſine ſpeciebus non eſt Sacramentum; nam non eſt quid ſenſibile, & viſibile; cùm Chriſtus Dominus exiſtat in hoc Sacramento inſenſibiliter, Angelico modo, totus ſcilicet in toto, & totus in qualibet parte. *Can. hoc eſt*. 48. *de conſecr. diſt.*2.

694 Sacramentũ Euchariſtiæ conſtituitur ſpeciebus panis, & vini, & Corpore, & Sãguine Chriſti Domini.

Dico ſexto, Sacramentum hoc eſſentialiter conſtituitur ſpeciebus panis, & vini, & Corpore, & Sanguine Chriſti Domini per ſe. Patet ex *Can. hoc eſt*. 48. *de conſecr. diſt.*2. ibi: *Sacrificium Eccleſiæ duobus confici, duobus conſtare, viſibili elementorum ſpecie, & invisibili Domini noſtri Jeſu Chriſti carne, & ſanguine. Sacramento, & re Sacramenti idem Corpore Chriſti, ſicuti Chriſti perſona conſtat, & conficitur Deo, & homine.* S. Irenæus *lib.*4. *contra hæreſes cap.* 34. ibi: *qui eſt à terra panis, percipiens invocationem Dei, jam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia ex duabus rebus conſtans terrena, & Cœleſti.* Sanctus Damaſcenus *lib.*4. *de Fide cap.*14. ibi: *quia ex duplici natura compoſiti, atque concreti ſumus, ità compoſitus cibus neceſſe erat: cibus autem panis, ipſe vita, hoc eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui de Cœlo deſcendit.*

Solet hìc controverti:

Quomodo Sacramentum conſtituant Chriſtus Dominus, & ſpecies panis, & vini.

695 Ex ſpeciebus Corporis, & Sanguinis Chriſti Domini conſtituitur Sacramentũ.

Quidam fatentur cùm Lugone Chriſtum Dominum in recto, ſpecies in obliquo conſtituere hoc Sacramentum.

Alii cum D. Tho. 3.*par. qu.*73. *art.*6. ajunt, ſpecies in recto, & Chriſtum Dominum in obliquo Sacramentum conſtituere. Nobis placet ex ſpeciebus, & Corpore, & Sanguine Chriſti ſimul in recto conſtitui, nam utraque pars requiritur. Nec eſt major ratio cur una, non altera in recto ſumatur, maximè quia recti, & obliqui acceptio eſt mera intellectus: & nos loquimur de rebus extantibus ſepoſita intellectus conſideratione: & ità colligitur ex *Can. hoc eſt*.48. *de conſecr. diſt.* 2. ubi pariformiter dicitur Sacramentum hoc componi viſibili elementorum ſpecie, & inviſibili Domini noſtri Jeſu Chriſti carne. Et ità docet Arriaga *tom.*7. *diſp.*9.

An ſubſtantia panis, & vini in hoc Sacramento includatur?

696 Subſtantia panis, & vini nõ remanet.

Nega: nam hoc Sacramento exiſtit, ſubſtantia panis, & vini remota. *cap. firmiter. de Summa Trinit. & Fide Cathol.* Trid. *ſeſſ.*13. *cap.*3.

An ſit hoc Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum?

697 Eſt inſtitutũ à Chriſto Domino.

Affirma: *cap. cum Marthæ. de celebr. Miſſ. Can. in ſacrum. de conſecratione diſt.* 2. *cap. firmiter. de Summa Trinit. & Fide Cathol.* Trid. *ſeſſ.*7. *cap.*1. & *ſeſſ.*13. *cap.*2. 3. & 6.

Quotuplex ſit hoc Sacramentum?

698 Quælibet ſpecies totũ Chriſtũ continet.

Duo hìc diſcuti valent. Primum, quotuplex ſit ſpecie. Secundum, quotuplex ſit numero: in quo aliqua certa, aliqua adhuc in ancipiti pendent. Certum eſt enim quamlibet ſpeciem, & partem minimam cujuſcumque ſpeciei, ſivè vini, ſivè panis integrum Chriſtum Dominum continere, & gratiam conferre non ponenti obicem, ſivè ſola, ſivè cum aliis ſpeciebus ſumatur. Trid. *ſeſſ.*21. *cap.*3. ibi: *ſub altera tantùm ſpecie totum, atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi.*

Ex quo reſolvitur:

An ſola ſpecies panis, vel vini ſint Sacramentum?

Affirma: Trid. *loc. cit.* ibi: *verumque Sacramentum ſumi*, Et patet, quia cuilibet ſpeciei convenit definitio Sacramenti, ſignum ſenſibile, &c. ergo cuilibet ſpeciei competit eſſentia Sacramenti. 699 Species panis, & vini ſunt Sacramentum.

An iſtæ duo ſpecies ſint duo Sacramenta, an unum ſpecie atoma adæquata?

Affirma eſſe unum Sacramentum in ſpecie atoma, conſtans duplici ſpecie partiali; Patet, quia eſt Sacramentum inſtitutum per modum convivii. Joannis 6. *Caro mea vere eſt cibus, ſanguis meus vere eſt potus.* 1. ad Corinth. 3. *v.*20. ibi: *Dominicam Cœnam manducare.* Iſaiæ 25. *v.*26. Convivium autem eſt unũ ſpecie atoma, licèt conſtet pluribus diverſis ſpecie ferculis, & ſaltem panis, & vini. Nec mirum duas diverſas ſpecies componere tertiam; nam anima, & corpus diverſæ ſpeciei unum conſtituunt hominem: & ità docet D. Tho. 3.*p. qu.*73. *art.*2. ubi Serra, undecim Doctores, quos dat Leand. *tom.*2. *tr.*7. *diſp.*1. *qu.*3. Gabr. à S. Vinc. *de Sacramento Euchariſtiæ diſp* 1. *qu.*1. Et ità intelligitur textus in *can. in Chriſto ſemel.* 13. *de conſec. diſt.* 2. ibi: *una hoſtia, non multæ*; ſicut enim quod ubique offeratur, unum eſt corpus, & non multa corpora, ità & unum ſacrificium: & approbaverat Pius V. in Catechiſmo *par.* 2. §. 10. *de Euchariſtia*, ibi: *non plura, ſed unum tantùm Euchariſtiæ Sacramentum Eccleſiæ auctoritate docti confitemur*: unum Sacramentum, unitate ſcilicet atoma convivii, ſignificantis animæ refectionem. 700 Et conſtituũt unum Sacramentũ in ſpecie atoma.

Hinc reſolvitur:

An recipiens unam ſpeciem, recipiat totum Sacramentum.

Diſtinguitur, quoad effectum, & rem ſignificatam, ſcilicet gratiam, affirma in ſententia illorum docentium cum Arriaga *loc. cit. num.*8. non plus gratiæ recipi per duas, ac per unam ſpeciem. Quoad ſigna verò gratiæ recipit totum; ſed non totaliter Sacramentum, totum quia ſignum ſenſibile recipit, non totaliter, quia non utramque ſpeciem. Totum recipit, quia quando denominatio totius verificatur de parte, recipiens partem recipit totum; & ratio Sacramenti verificatur de utraque, & ſingula ſpecie: ſic dicitur bibere aquam, licèt totam amphoram nõ exhauriat, quia aqua dicitur pars aquæ, & tota aqua. Et integrè dicitur prandere, qui ex prandio edit quantum ſibi ſufficit, licèt non omnes epulas trajiciat: ſic quia ex qualibet ſpecie quilibet recipit gratiam, quantum ſufficit ut dicatur verè convivaſſe, 701 Recipiens unã ſpeciẽ, totum effectum Sacramenti recipit.

& integrum prandium Euchariſticum ſumpſiſſe.

An ſint plura numero Sacramenta plures numero particulæ conſecratæ?

702 Plures particulæ conſecratæ ſunt plures numero Sacramenta inadæquatè.

AFfirma: ità ut hoc Sacramentum inadæquatè, hoc eſt ſecundum unam partem multiplicatam, multiplicetur numero, prout ſpecies multiplicantur: ſecundum verò quod continet Chriſtum Dominum numero unum, non ſit multiplex numero. Arriaga *loc.cit.n.*10. Contra Lugonem, ajentem unum numero Sacramentum ob Chriſti Domini numericam unitatem. Contra etiam Vaſq. *diſp.* 168. *cap.*2. Henriq. *lib.*1. *cap.* 8. Gabriel à S. Vinc. *de Sacramento Euchar.diſp.*2. *qu.*2. Meratinm *diſp.*2. *ſect.*2.*&* 3.Henaum *de venerab.Sacr.Euchar.diſp.* 2. *n.*15.*&* 24. & alios: ajentes multiplicari numero Sacramentum multiplicatis ſpeciebus diſcontinuis,ex eo quia ita pronunciamus in phyſicis, in quibus res diſcontinuatæ ſunt plures numero, & quia multiplicata materia, multiplicatur individuatio; cùm principium individuationis ſit materia, ex Ariſtotile 5. *Metaphyſic.textu* 12. Salmanticenſes *tom.*1. *de principio individuationis diſp.*1.*dub.*2.*num.*43.At materia ſunt ſpecies, ergo multiplicatis numero ſpeciebus, multiplicatur Sacramentum numero. Verùm nos contrariis inſiſtentes principiis,quibus unaquæque res individuatur à ſe ipſa, ſivè ſit materialis,ſivè ſpiritualis,ſicuti per ſe ipſam diſtinguitur ab alio, ità concludimus Sacramentum Euchariſtiæ inadæquatè numero multiplex ob ſpecierum multiplicitatem numericam. Eſſe verò unum numero ob identitatem Chriſti Domini ſub omnibus, & ſingulis ſpeciebus.

703 Plures hoſtias ſumens dicitur unū Sacramentū ſumere ob Chriſti unitatem.

Dicitur autem qui plures hoſtias ſumit, unum Sacramentum ſumere,ob unitatem Chriſti Domini, & ob unitatem effectus gratiæ.

De Neceſſitate Euchariſtiæ.

C A P U T II.

Quotuplex ſit Neceſſitas?
§. I.

DUplex, una Medii: altera Præcepti. Medii eſt, quo medio omiſſo etiam inculpabiliter, puta ab amente, quis non ſalvatur,ſic ſine Fide, ſine Caritate nemo ſalvatur.

Præcepti eſt, ſine cujus obſervantia inculpabili ſalvari poteſt.

An Euchariſtia ſit de Neceſſitate medii?

704 Quænam ſit neceſſitas medii, & Præcepti.

DEbemus diſtinguere infantes ab adultis, & Euchariſtiam in re, & in voto ſuſceptam.

Infantibus, & Adultis Neceſſitate medii nec in re, nec in voto eſt neceſſaria Euchariſtia.

705 Euchariſtia infantibus, & adultis non eſt de neceſſitate medii.

PRobatur, quia Euchariſtia per ſe ſupponit Baptiſmum;ergo per ſe ſupponit gratiam, & jus ad gloriam; ergo non eſt medium neceſſarium; nam illud eſt medium neceſſarium ad gloriam, quod eſt neceſſarium ad gratiam; ergo ſicuti ſine Euchariſtia poteſt quis obtinere gratiam per Baptiſmum,per Confeſſionem, ità obtinere gloriam.

Probatur ſecundo, ſpecialiter de Infantibus. ex Trid. *ſeſſ.* 21. *Can.*4. ibi: *ſi quis dixerit parvulis antequam ad annos diſcretionis pervenerint neceſſariam eſſe Euchariſtiæ communionem; Anathema ſit*;& *ſeſſ.*5.*Decreto de originali Can.*3. ubi peccatum originale ſolo Baptiſmo tollitur. Si ergo infantibus non eſt medium neceſſarium, quia gratiam conſequuntur per Baptiſmum, ità nec adultis, quia gratiam amiſſam conſequuntur per pœnitentiam.

Nec votum hujus Sacramenti eſt neceſſarium neceſſitate medii, quia ut Sacramentum, ità ejus votum per ſe gratiam ſupponit per Baptiſmum, vel per Confeſſionem jam quæſitam; & ità docet D.Tho. 3. *p. qu.* 65. *art.* 7. ubi Serra. Henaus *loc.cit.diſp.*3.*num.*117. citans ſexdecim Doctores. Martinon *diſp.* 28. *ſect.*8. Arriaga *loc. cit. num.*29.*&* 31. Amicus *diſp.*10. *ſect.*2. Raynandus in *Onomaſtico Euchariſtico v. nervus noſtræ ſalutis*. Durand.in 4.*diſt.*4. *qu.*2. ubi Paludanus *qu.*1. Gabriel.*qu.*2.*art.*2. Contra Gabrielem à S.Vinc. citantem tres Doctores, dicentes in voto eſſe neceſſarium neceſſitate medii. 706 Nec ejus votum eſt neceſſariū neceſſitate medii.

An ſit neceſſarium medium ad perſeverandum in gratia?

DIſtinguas: & ad ſimpliciter perſeverandum nega; ad facilius perſeverandum, affirma. 707 Eſt tamen neceſſaria ad facilius, non ad ſimpliciter perſeverandum.

Probatur non eſſe neceſſarium ad ſimpliciter perſeverandum. Primo, quia nec ante adventum Chriſti requirebatur, & poſt adventum Chriſti Domini ſi adultus moriatur immediatè poſt Baptiſmum, vel poſt Confeſſionem ſalvatur, & ſi diuturnius vivat, non caret Deus aliis auxiliis, quibus abundanter ſuccurrit humanæ caducitati: & de facto etiam cum ſuſceptione Sanctiſſimæ Euchariſtiæ multi labuntur, poterit ergo Deus, & de facto facit aliis ſpecialibus auxiliis perſeverantiam largiri. Trident. *ſeſſ.*6. *cap.*13. *Can.*13.

Secunda pars, ſcilicet conducere ad faciliùs perſeverandum; probatur ex Trident. *ſeſſ.* 13. *cap.* 2. ubi antidoto hujus Sacramenti firmatur ad reſiſtendum lethalibus,& venialibus;& Joannis 6. Ibi: *qui manducat me, vivet propter me.* Et ità docent Doctores citati contra Granadum *de Euchariſtia controv.*6. *tr.*1.*diſp.*7. Beccanum *de Sacramen. Euchar. cap.*15.*qu.*6. Turrianum. *lib.*2.*de Euchariſtia cap.*10. Nugnum 3. *par. qu.* 73. *art.* 3. ajentes requiri ut medium ad perſeverandum. 708 Antidotum eſt ad reſiſtendum lethalibus culpis,& venialibus.

Solvuntur Argumenta.

DIces primo cum Granado,ſine cibo nemo ſubſtentari valet, ſed hoc Sacramentum eſt cibus animæ; ergo ſine illo nemo poteſt ſubſtentari, & perſeverare in gratiam. 709 Euchariſtia eſt cibus animæ.

Reſpondetur cum D.Tho.*loc.cit.ad ſecundum* eſſe cibum convertentem in ſe, non convertendum in ſubſtantiam aliti, in quo differt à cibo corporali convertendo in ſubſtantiam aliti; & ſic ſine ipſo poteſt perſeverare, quia eo non indigemus, ut ſubſtentemur. Accedit eſſe cibum in ordine ad robuſtiùs percurrendam viam mandatorum, & perveniendum uſque ad Montem Oreb, non verò ſimpliciter requiri 710 Sed differt à cibo corporali,qui convertitur in ſubſtantiam aliti, non ſic Euchariſtia.

ad

ad vitam spiritualem, aliàs parvulis, ut cibus naturalis, etiam esset necessaria Eucharistia.

711 Caput 6. Joannis adducitur.

Dices secundo, obstat text. Joannis 6. ibi: *nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*; ergo requiritur ad instar Baptismi in re, vel in voto, de quo dicitur Joannis 3. *nisi quis renatus fuerit.*

Quod explicatur.

Respondetur primo, hinc inferri infantes, ut sine Baptismo, ità sine Eucharistia non salvari, quod est falsum.

712 Ly *sine* hic præceptum tantum arguit.

Respondetur secundo, ly *sine* in re nostra arguere præceptum cum Arriaga *loc. cit. num.* 32. Suario, Henno *loc. cit. num.* 21. ut arguit in restitutione, de qua dicit D. Augustinus *Epist.* 54. *non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum*: & firmatur ex textu Joannis 13. ibi: *nisi lavero te, non habebis partem mecum.*

713 Can. nulli objicitur.

Dices tertio, obstat text. in *can. nulli.* 131. *de consecr. dist.* 4. & est Divi Augustini *Epist.* 106. & *lib.* 1. *contra duas Epistolas Pelagianorum cap.* 22. & Innocentii in *Epistola Decretali* 93. ubi videtur dici Eucharistiam necessariam ut medium.

Qui explicatur cum D. Thoma, & Arriaga.

Respondetur primo cum D. Thoma in 4. *dist.* 9. *qu.* 2. *art.* 1. *qq.* 2. & 3. *par. qu.* 73. *art.* 3. ubi Serra, textum, & Doctores citatos intelligi de Eucharistia mystica, quæ fit incorporatione in corpus Ecclesiæ Catholicæ; per Baptismum enim quis Christo Domino incorporatur. Secundo respondet Arriaga *loc. cit. num.* 34. intelligi de implicito voto recipiendi Eucharistiam in susceptione Baptismi; qua susceptione dicuntur credentes, non ore proprio, sed baptizantium etiam infantes.

An sit Præceptum hoc Sacramentum?

Affirma: Joannis 6. ibi: *nisi manducaveritis.* 714 Eucharistia renatis est præcepta.

An, & quando sit institutum?

Affirma: institutum à Christo Domino in ultima Cœna. Matth. 26. v. 26. Marci 14. Lucæ 22. 1. ad Corinth. 11. *Clem.* 1. *§. transituris. de Reliquiis, & veneratione Sanctorum.* Trident. *sess.* 13. *cap.* 1. Contra Græcos schismaticos ajentes institutum die Lunæ 13. quo tempore non azymis, sed fermentatis Judæi utebantur.

715 In ultima Cœna Christus Dominus hoc Sacramentum instituit.

Dices pro Græcis, Joannis 13. *ver.* 1. dicitur Dominum celebrasse Cœnam ante diem festum Paschæ; ergo celebravit in fermentato.

716 Græci in fermentato, nō in azymo dicunt Christū Dominū Eucharistiam instituisse.

Respondetur ly *ante*, indicare diem festum post vesperas; at in primis vesperis etiam Azymis Judæi utebantur.

Replicabis, Christus Dominus antequam pateretur, instituit Sacramentum; ergo ante diem Paschatis; ergo ante diem Azymorum.

Respondetur ex D. Joanne 18. *ver.* 28. Judæos in ipso die Paschatis noluisse intrare Prætorium, ne contaminarentur, & possent edere Pascha, & ly *Pascha* ex D. Thoma 3. *par. quæst.* 73. *art.* 5. *ad* 3. intelligitur pro cibis Paschalibus, qui edebantur per omnes septem dies. (a)

De

(a) Eruditis omnibus non latet quàm sit difficillimum in Historia Evangelica inquirere tempus, quo celebrarit Christus Dominus Pascha legale, & ipsum Agnum Paschalem comederit eodem die cum ceteris Judæis, ad definiendum scilicet diem, quo fuit institutum Eucharistiæ Sacramentum, & an in Azymo, aut Fermentato illud instituerit. Etenim non solùm Græci, ut Auctor innuit, ut defendant suum Fermentum pro materia Eucharistiæ, commenti sunt Christum Pascha non celebrasse, seu Agnum Paschalem non comedisse eo anno, quo fuit cruci affixus, die XIV. juxta Legis præscriptum cum ceteris Judæis, sed diem antevertisse, idest die XIII, & Pascha celebrasse, Agnumque Paschalem comedisse, atque Eucharistiam instituisse, in quo autem die adhuc pane fermentato vesci licitum erat. Commiserandos potiùs, quàm refutandos Græcos istos schismaticos arbitratus aram, utpote quia à communi sensu Ecclesiæ alieni, & variis erroribus implicitì sunt, in quibus pertinaciter vivunt, & Latinis vitio vertunt: nil mirum si ab Ecclesiæ & Theologorum ferè communi sensu discesserint; Quo docetur Christum anno quo morti occumbuit, Pascha, seu Agnum Paschalem comedisse die XIV. idest die Jovis ad Vesperam cum ceteris Judæis, & Sacram Eucharistiam instituisse; quibus vestigiis insistens Tridentinum *sess.* 22. *cap.* 1. perhibet quòd Christus *celebrato veteri Pascha* (*quod in memoriam exitus de Ægypto multitudo filiorum Israel immolabat, novum instituit Pascha, se ipsum ab Ecclesia per Sacerdotes sub signis visibilibus immolandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad Patrem, quando per Sanguinis sui effusionem nos redemit.* Et ante Ecclesia in Hymno per D. Thomam concinnato, sic canebat:

Noctis recolitur Cœna novissima
Qua Christus creditur agnum, & Azyma
Dedisse fratribus, juxta legitima
Priscis indulta Patribus.
Post Agnum typicum expletis epulis,
Corpus Dominicum datum discipulis, &c.

Verùm notanda quorundam Theologorum dicendi prurigo, & ut dicam audacia, qui arbitrantes quæsitum hoc potiùs ad Historicam disquisitionem, quàm ad fidem pertinere, multa opinati sunt, quæ post longum lectionis laborem penè nil certi eruisse reor. Quapropter eruditionis ergo Tyroni indicabo tantùm recentiorum quorundam Systemata, quibus magno eruditionis apparatu annati sunt ad conciliandam Evangelistarum Antilogiam, contra communem fere Theologorum consensum novum aliquod procedere. Bernardus Lamy in *Concordia Evangelica*, & in *Tract. Historico de Veteri Judæorum Paschate*, aliisque in Opusculis, asseruit Christum morte præventum ultimo suæ vitæ anno non celebrasse Pascha legale, sed tantùm Eucharistiam instituisse die XIII. in secundis Vesperis, quia juxta legis præscriptum debeat celebrari Luna XIV. ad Vesperam, quo autem anno mortuus est, Luna XIV. incidit in diem Veneris, quo fuit cruci affixus; & si in Evangelio legatur Christum sero facto cum discipulis cœnasse, interpetrandum de Cœna communi, non legali. Quam sententiam secuti sunt doctissimi viri Nicolaus Toinardus in *Harmonia quatuor Evangeliorum*, & Augustinus Calmet in *Commentario literali in Matthæum*, fuitque Hugonis Grotii in *cap.* 26. *Matth. v.* 18. & Petavius *lib.* 12. *Doctrinæ temporum cap.* 15. ex Chronico Alexandrino laudat Hyppolitum Portuensem, Apollinarem Hierapolitanum, Clementem Alexandrinum, & alii laudantur Græci, & Latini per infra citandos Theologos. Contra Systema hoc Bernardi Lamy quamplurimi calamum acuerunt, ut Piè Nud, Tillemontius, Joannes Harduinus speciali dissertatione. P. Mauduit, seu Auctor Analyseos *dissert.* 29. & 30. P. Pezron Abbas Cisterciensis. Leo de Modena. Bellinus. D. Witasse Doctor Sorbonicus. D. Aoquetio Parochus, aliique Theologi infra citandi. P. Mauduit in suis *Analysibus dissert.* 30. adstruit Judæos eo anno, quo Christus fuit crucifixus, distulisse celebrationem Paschatis ad diem XV. primi mensis, idest ad Vesperam feriæ sextæ, variis momentis, quæ refellit P. Graveson *dissert.* 19. *de Mysteriis Christi.* P. Paulus Pezron in *dissert.* quam subjecit suæ *Historiæ Evangelicæ*, novum procudit Systema, nempe duplicem distinguit Lunam, seu diem XIV. ob variam rationem auspicandi primam diem mensis, aut à congressu Solis, & Lunæ, aut à prima Lunæ phasi, seu apparitione; Quapropter concludit Christum non celebrasse Pascha legale eodem die, cum Judæis. Joannes Harduinus in *dissert. de Supremo Christi Paschate anno* 1691. In medium adduxit aliud Systema ad concilianda varia Evangelistarum loca & admissa nuper dicta distinctione Lunæ, asseruit hoc tantùm spectasse ad Galilæos, & Hierosolymitanos, qui alternis vicibus primi Pascha celebrabant. Ideoque Christus utpote Galilæus eo suæ vitæ anno ultimo cum Galilæis Pascha celebravit Luna XIV. se-

De Materia hujus Sacramenti.

CAPUT III.

717 Materia Eucharistiæ remota, & proxima.

DUplex, una Remota, altera Proxima. Remota una, ex qua remanent species panis, altera, ex qua remanent species vini, utramque distinctus edat sermo. Et primò:

De Pane.

§. I.

718 Panis triticeus est materia hujus Sacramenti.

SOlus panis triticeus ex aqua dulci, vel salsa maris confectus, est materia, sivè azymus, quo Latini. *cap. fin. de celebr. Missarum*, sivè fermentatus, quo Græci utuntur; uterque namque est panis usualis ex tritico. Trident. *sess.* 13. *Can.* 2. *& sess.* 21. Florentinum in *literis Unionis* §. 2. ibi: *Definimus in Azymo, sivè, fermentato pane triticeo Corpus Christi Domini veraciter confici. cap. firmiter. cap. sicut. de Summa Trin. & Fide Cathol. cap. literas.* 14. *de celebr. Missarum.* Innocentius III. *lib.* 4. *de mysteriis Missæ. cap.* 4. Rupertus *lib.* 2. *de Officiis Divinis cap.* 22. Algeros *lib.* 2. *de Sacram. Altaris cap.* 9. S. Tho. 3. *par. qu.* 74. *art.* 1. *&* 4. Suar. *disp.* 43. *sect.* 3. Diana *par.* 9. *tr.* 9. *ref.* 68. Bonacina *tom.* 1. *de Eucharistia disp.* 4. *qu.* 2. *puncto* 1. *num.* 1.

719 Qui debet esse coctus.

Et panis debet esse coctus igne, in furno, sub cinere, vel in alio vase; nam hic est panis usualis. Doctores citati.

720 Qui non sint panes usuales.

Undè pasta, oleo, butyro frixa, ut placenta, lagana, pastilli, pultes, & dulciaria non sunt materia, quia non est panis usualis. D. Tho. *loc. cit.* ubi Serra, Dicastill. *disp.* 2. *dub.* 2. *num.* 26. Arriaga *loc. cit. num.* 7. Suarius *disp.* 44. *sect.* 2. Bonac. *loc. cit. num.* 4. *&* 5.

Panis ex leguminibus, an sit materia?

721 Panis ex leguminibus est ineptus ad conficiendum hoc Sacramentum.

NEga: quia non est usualis, nec illa dicuntur triticum, ex quo fit materia hujus Sacramenti. Florentinum *loc. cit.*

Undè panis ex fabis, castaneis, millio, lentibus, ciceribus, amigdalis non est materia. Doctores citati. Hurtad. *de Eucharistia disp.* 2. *diffic.* 2. Arriaga *loc. cit. num.* 2.

Superest modò, ut de quinque aliis speciebus disputemus; & sic:

De Hordeo, Avena, Farre, Tipha, Centeno, Spelta, Siligine, an sint materia?

722 Gabriel impugnatur.

AFfirmat ex quacunque specie prædicta veram materiam confici pro Sacramento Eucharistiæ Gabr. *lect.* 35. *in Canonem*, & in 4. *dist.* 11. *qu.* 2. *art.* 2. *concl.* 2. Cujus sententia post Florentinum, declarans triticum pro vera necessaria materia, amplius substineri non potest, ut rectè Suarius *disp.* 44. *sect.* 1. Vasqu. *disp.* 70. *cap.* 1. *sect.* 2. Arriaga *loc. cit. num.* 2. Et sic singulas species explicemus. Et primò:

Hordeum.

723 Panis hordeaceus nō est apta materia Eucharistiæ.

Non est materia, nam non est cibus, nisi bestiarum, nec facit panem usualem humano generi. D. Tho. *loc. cit.* Non enim hordeum tritici est species. Suarius, & Arriaga *loc. cit.*

Avena.

724 Sic Avena.

Non est materia, nec tritici species, licèt triticum in avenam terræ vitio quandoque degeneret. Plinius *lib.* 18. *Historiæ naturalis cap.* 17. Et licèt indigentes alicubi eo vivant, nō est tamen panis communis usualis homini. D. Tho. *loc. cit. ad* 2. Henriq. *lib.* 8. *cap.* 9. *num.* 1. *litera* F.

Far.

725 Similiter Far.

Nec est materia, cùm non sit tritici species. Arriaga *loc. cit.* Henaus *loc. cit. num.* 6.

Tipha.

Et Tipha.

Hodiè rem incognitam ait Calepinus. Et cum Centeno Tipham confundit Vasq. Undè:

Centenum, seù Germanum.

726 Quid Centenum, seu Germanum.

Est Italicè *Germano*, ut observat Arriaga, dicens, quòd in Germania est panis usualis, etiam in mensis nobilium, & dicitur ibi: *Siligo*, undè fortè apud nos Germanum appellatur. Fit enim ibi panis ut ordinarius, granum est oblongius, & subtilius, quàm triticum, farinam facit nigriorem.

727 Germanum est apta materia Consecrationis.

Et hæc est materia hujus Sacramenti; nam est panis usualis, ubi abundat. D. Tho. 3. *part. qu.* 74. *art.* 3. *ad* 2. D. Bonaventura, quem sequitur Arriaga *loc. cit. num.* 3. Tanderus *disp.* 1. *qu.* 2. *dub.* 3. Argentina in 3. *dist.* 11. *qu.* 2. *art.* 2. Armilla v. *Eucharistia num.* 1. Sotus in 4. *dist.* 9. *qu. un. art.* 3. Bonac. *disp.* 4. *qu.* 2 *puncto* 1. *num.* 1. contra Suarium *disp.* 44 *sect.* 1. Cooinck 3. *part. qu.* 74. *art.* 3. *num.* 23. absolutè negantes, & dicentes esse materiam dubiam cum Henao *disp.* 4. *num.* 5. contra Vasq. *disp.* 170. *cap.* 3. *num.* 21. Pesantium 3. *par. q.* 74. *disp.* 1. Hurtadum *disp.* 2. *diffic.* 2. ajentes esse materiam nullam.

728 Accidentaliter differt à vero tritico.

Differt namque tantùm accidentaliter à vero frumento in bonitate, & figura, & ubi abundat ut in Germania, est panis usualis simpliciter, & alius panis melior non appellatur panis, sed semella, & in aliis locis ubi non abundat, est panis usualis, sed cum addito de Germano.

Spelta.

729 Spelta si pro Avena sumatur non est apta materia. si verò sit species tritici est apta.

A multis confunditur cum Avena. Bonac. *loc. cit. num.* 2. & tunc non est materia.

Si verò non sit Avena, sed sit alia species veri tritici, erit materia, cum Valentia *tom.* 4. *disp.* 2. *puncto* 4. & latinè non dicitur Spelta, sed Zea, ut ait Arriaga *loc. cit. num.* 5. qui desideratam diuturniùs quæsitam adinvenisse peregrinando se dicit Speltam in quodam prædio ità nuncupatam, ità ut ejus grani forma sit media inter triticum, & hordeum sub folliculis hordeo similis, sed habet geminata grana, quæ excussa facilè nudantur, ad differentiam hordei innudabilis sine gravi difficultate, & habet formam tritici, sed tantillo minorem; panis colore triticeus, sapore ad Siliginem vergit, sivè ad Centenum: Undè clarè patet esse materiam, ut Centenum, ut affirmat, & nasci in partibus Galliæ ait Hurtadus *disp.* 2. *diffic.* 2.

Si-

feria quinta, Judæi verò Hierosolymitani etiam Luna XIV, sed incidente in feriam sextam, quando Christus morti fuit traditus, Pascha peragerunt. Hæc indicasse tibi optime Tyro sufficiat, vide tamen Gasparem Juvenin in *Dogm. Hist. dissert.* 4. *quæst.* 2. *art.* 4. §. 1. *& seqq.* Simonnet *tom.* 3. *de Eucharistia.* Honoratum Tournely *de Eucharistia qu.* 5. *art.* 1. *concl.* 1. Graveson *cit. dissert.* 19. *de Mysteriis Christi*, aliosque, apud quos legere est rationum momenta uniuscujusque sententiæ.

Siligo.

710 Siligo est apta materia. Est materia, nam est triticum selectum laudatissimi panis materia, ut ait Plinius *lib.* 18. *Historiæ naturalis cap.* 8. *&* 9. S. Isidorus *lib.* 17. *originum cap.* 3. Calepinus v. *Siligo.* D. Thomas 3. *par. qu.* 74. *art.* 3. *ad* 2. Pesantius 3. *par. qu.* 74. *art.* 1. *disp.* 1. Henaus *loc. cit. num.* 3.

Et est materia, licèt confundatur cum Centeno, nam Centenum Hispanicè, Siligo dicitur apud Germanos. Arriaga *loc. cit. num.* 2. *&* 3.

Lolium.

711 Lolium est inepta materia Consecrationis. Non est materia; nam revera non est triticum, sed tritici monstrum ex defectu materiæ. Nascitur enim ex vero tritico in terris aridis, teste Theophrasto *lib.* 8. *de causis plantarum cap.* 6. Matthiolus in *caput* 93. *libri* 2. *Dioscoridis.*

Oryza, Maisio.

712 Sic Oryza, & Maysio. Non est materia; nam non est triticum, nec species tritici, licèt Oryza sit panis ordinarius Japponiæ. Arriaga *loc. cit. num.* 4. & Maisio ordinariè utantur Indi. Henriq. *lib.* 8. *cap.* 9. *lit.* P.

Amydum.

713 Et Amydum Non est materia; nam frumentum maceratione est corruptum, transmutatum, nec indè panis usualis. D. Tho. 3. *par. qu.* 74. *art.* 4. *ad* 4. Scotus in 4. *dist.* 11. *qu.* 9. Suarius *disp.* 44. *sect.* 2. *in fine.* Vasq. *disp.* 190. *art.* 4. *num.* 25. Arriaga *loc. cit. num.* 7. Henaus *loc. cit. num.* 7. & alii decem, & novem Doctores apud Leandrum *to.* 2. *tr.* 7. *disp.* 8. *qu.* 9. contra Paludanum in 4. *dist.* 11 *qu.* 1. *art.* 4. *concl.* 5. Henriq. *lib.* 8. *cap.* 9. *art.* 1. *lit.* C. Macadum *lib.* 3. *par.* 1. *tr.* 6. *documento* 2. *num.* 5. & materiam dubiam ait Villalobos *tr.* 7. *diffic.* 5. *num.* 3.

Panis triticeus immixtus tantillo farinæ alterius speciei:

714 Parva mixtio non mutat materiã. Est materia, nam remanet triticeus usualis panis. D. Tho. *loc. cit. art.* 3. *ad* 3. Arriaga *loc. cit. num.* 8. Coninck *loc. cit. num.* 55.

Panis triticeus, ovis, zaccaro, lacte factus.

715 Obsonium non est apta materia. Non est materia, nam non est panis communis humanus, & illis est species obsonii non panis. Arriaga *loc. cit. num.* 7.

Panis triticeus aqua rosacea, vel alia non naturali factus.

716 Aqua rosacea, vel non naturalis immixta tritico reddit ineptum panem ad Cõsecrationem Non est materia, quia non usualis, & est aliud mixtum, ut esset, si ova immiscerentur. D. Tho. 3. *par. qu.* 74. *art.* 7. *ad* 3. Suar. *disp.* 44. *sect.* 2. alii viginti duo Doctores apud Leandrum *loc. cit. qu.* 15.

Scio oppositum docere Cajetan. 3. *par. qu.* 74. *art.* 7. Pesantium 3. *par. qu.* 74. *art.* 1. *disp.* 2. Arriagam *loc. cit. num.* 7. *&* 8. scilicet esse materiam sufficientem, si panis ordinario pinsatur more, licèt loco aquæ ad piniendum lac, vel aqua rosacea adhibeatur; nam hæc compaginat tantùm, & evanescit in furno calore absumta, & sic remanet major, & vera pars panis.

Si color putà cinabrum admisceatur?

Remanet materia, si mixtio sit tenuis, quia remanet panis usualis. Lugo *disp.* 4. *n.* 4. Henaus *loc. cit. num.* 8. Gabr. à S. Vinc. *de Euchar. disp.* 5. *qu.* 2. dicens in §. *dico* 4. *in fine*, esse mortale celebrare in hostia rubra, etiam in parva quantitate ob scandalum, nisi maxima urgeret celebrandi necessitas. Modica namque mixtio speciem non solvit, & semper cum tritico moritur quid extranei, non tollens rationem tritici, nec panis; ergo modica immixtio coloris panis speciem non solvit, & in necessitate uti tali materia licet. S. Tho. *loc. cit. art.* 3. *ad* 3. 717 Cinabrũ in parva quantitate pani admixtum illum non reddit ineptum.

Massa cruda.

Non est materia hujus Sacramenti, quia non est panis usualis. D. Tho. 3. *par. qu.* 74. *art.* 3. *ad* 3. Suar. *disp.* 44. *sect.* 2. Henaus *loc. cit. num.* 8. contra Majorem in 4. *dist.* 11. *quæst.* 2 idque sivè specie differat à pane, ut sentit post D. Tho. Cajetanus 3. *par. qu.* 74. *art.* 3. Sotus in 4. *dist.* 9. *art.* 3. D. Tho. in 4. *dist.* 11. *qu.* 1. *art.* 1. *qq.* 3. *ad* 3. sivè non differat specie, ut docet Sotus in 4. *dist.* 11. *qu.* 6. semper namque non est panis usualis. 718 Massa cruda non est materia.

Panis madefactus.

Est materia, quia est usualis, sic nec desinit Christus in ore, saliva hostia madefacta; ergo signum est quòd retinet rationem panis, cùm Christus Dominus inibi existat, quamdiù panis species conservantur. Sotus in 4. *dist.* 9. *qu.* 1. *art.* 3. Suar. *loc. cit.* Arriaga *loc. cit. num.* 8. Diana *par.* 9. *tr.* 9. *res.* 58. *in fine*; contra Fagnndez *præcepto* 3. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 12. Trullench *de Sacramentis lib.* 3. *cap.* 2. *dub.* 1. *num.* 8. 719 Panis madefactus est materia.

Jusculum Panis cocti, vulgò Pane grattato.

Non est materia secundum Dianam *par.* 9. *tr.* 9. *resol.* 68. Henaum *loc. cit. num.* 8. 720 Jusculum rejicitur pro Consecratione.

Sed priùs optarem, demonstrarent solutam speciem panis usualis, quòd absolutè non crediderim, nisi aliquid aliud addatur, ratione cujus amittit panis speciem.

An sit licitum sine necessitate celebrare in materia dubia?

Nego: nam exponeretur Sacramentum periculo nullitatis, quod non licet. Arriaga *loc. cit. num.* 6. 721 Non licet consecrare in materia dubia.

An valeat celebrari in Spelta, & Siligine, vel in alia materia probabili ob solam devotionem, deficiente tritico?

Affirmo: præciso scandalo. Arriaga *loc. cit. num.* 6. §. *rogabis.* Henaus *de Eucharistia disp.* 4. *sect.* 2. *num.* 18. *in fine.*

Probatur, quia non fit injuria Sacramento, quando probabiliter, & sic prudenter operatur. Et celebrans licèt nihil accipiat gratiæ ex speciebus fortè non veri tritici, accipit ex specie vini, quam solam consecrare non potuisset. 722 In materia probabili sunt qui asserunt posse celebrari.

Nec officit Sacrificium fortè imperfectum bona fide operantis, nec Deo, cui melius est im-

yer-

perfectum, quàm nullum Sacrificium offerre. (1)

De Materia Calicis.
§. II.

743 Vinũ quotupliciter considerari potest.

VInum considerari valet suo ordine, antequam sit, quando est, & postquam desinit esse vinum, intra uvas expressum, acetum, & sic primo antequam uva sit matura, scilicet quando est agresta, ex qua exprimitur Omphacium, vulgò *Agrestata*. Secundo, quando uva est jam matura, & tunc adhoc intra folliculos appellatur Botrus. Tertio, quãdo ex uva matura exprimitur succus, & appellatur Mustum. Quarto, quando est jam, non amplius ebulliens, sed defęcatum, & tunc sine aqua appellatur Merum, cum aqua appellatur Vinum, & dicitur Vinum lymphatum. Quinto, dicitur Vinum congelatum, acetosum, acetum, coctum, spiritus ardens, &c.

An, & quod Vinum sit Materia Calicis.

744 Vinũ usuale ex vite sivè album, sivè rubrum est materia Calicis.

EST Vinum usuale de vite, sivè album, sivè rubrum, sivè nigrum, sivè merum, sivè lymphatum retinens vini quidditatem. Concilium Florentin. in *literis Unionis*. Concilium Trident. *sess*. 22. *cap*. 9. Concilium Carthaginense II. *Can.* 24. *cap. firmiter. de Summa Trinit. & Fide Catholica. can. cum omne*. 6. *de consecr. dist*. 2. & Matth. 26. ibi: *Non bibam amodo de hoc genimine vitis*. D.Tho. 3. *par. qu*. 74. *art*. 5. post Magistrum in 4. *dist*. 11. licèt album convenientiùs ob munditiem. Vasq. *disp*. 175. Contra Ebionistas consecrantes solam aquam apud Epiphanium *haresi* 30. Aquarios consecrantes solam aquam apud D. Augustinum *lib. de haresibus cap*. 64.

Hinc nequit Sacramentum hoc fieri ex vino malorum granatorum, morum, etiam urgente necessitate, nec ex quolibet alio, nisi ex vite, aut essentialiter vinum vitis sit, licèt miraculo creatum. *can. cum omne*. 6. *de consecr. dist*. 2. D.Tho. 3. *par. qu*. 72. *art*. 5. *ad* 2.

An intra Uvas extans, sit materia?

745 Vinum extans in uvis non est materia.

NEga: non quia non potabilis, nam vinum congelatum nec potabile, nec quia non demonstrabile per ly *hic*, ut post Lugonem ait Leand. *qu*. 30. nam ut intra corticem castaneæ, intra dolium vinum, etiam posset intra uvas demonstrari per ly *hic*, sed non est materia ex eo quia non est potus, sed cibus. *can. cum omne*. 6. *& sequenti. de consecr. dist*. 2. Arriaga *loc. cit. num*. 10. & 11. Vasq. *disp*. 270. Lugo *disp*. 4. *num*. 10. Bonac. *disp*. 4. *quaest*. 2. *puncto* 2. *num*. 9. Sotus in 4. *dist*. 9. *qu. un. art*. 5. contra Riccardum in 4. *dist*. 11. *art*. 2. *qu*. 5. *ad* 3.

Mustum?

746 Mustum est apta materia.

EST materia certa, nam est verè vinum. Actuum 2. ibi: *Musto pleni sunt. can. cum omne*. 6. ibi: *Sed si necesse sit, botrus in Calice comprimatur, & aqua misceatur, quia Calix Dominicus juxtà Canonum pracepta vino, & aqua permixtus debet offerri. de consecr. dist*. 2. Idque in usu apud quasdam Ecclesias in die Transfigurationis Domini. D.Tho. 3. *par. qu*. 74. *art*. 5. *ad* 3. ubi Serra, & viginti quinque Doctores apud Leandrum *loc. cit. qu*. 32. Gabr. à S.Vinc. *de Euchar. disp*. 5. *qu*. 3. §. *secunda conclusio*.

Et esset veniale in ipso sine necessitate consecrare, ob immixtas fęces, quibus perfectè excussis per densissimum linteum, non esset peccatum, simpliciter verò veniale esset consecrare in Musto purificato aliquantisper. Hurta. *de Sacramento Euchar. disp*. 2. *diffic*. 9. plures apud Dianam *par*. 10. *tract*. 11. *resol*. 37. Coninck 3. *par. qu*. 74. *art*. 5. Sotus in 4. *dist*. 9. *qu*. 1. *art*. 5. cum D.Thoma 3. *par. quaest*. 74. *art*. 5. *ad* 3. ubi Serra. 747 Est tamen veniale illo uti sine necessitate.

Succus ex uvis passis expressus.

EST materia Consecrationis, nam est vinum amabiliùs. Amicus apud Dianam *part*. 7. *tr*. 12. *resol*. 8. Gabr. à S.Vinc. *de Euchar. disp*. 5. *quaest*. 3. *in fine*. 748 Vinum expressum ex uvis passis est apta materia.

An Vinum congelatum sit materia?

AFfirma: nam est revera vinum, ut aqua, & oleum congelatum, est vera aqua, verum oleum; nec officit actu non potari, nam potest potari sorbendo. Et cum Sacramentum hoc non consistat in usu, non requiritur ut actu potetur, ad differentiam Baptismi consistentis in usu requirentis actualem ablutionem. D. Tho. 3. *par. qu*. 74. Lugo *disp*. 4. *sect*. 1. *num*. 13. Arriaga *loc. cit.* & novem Doctores apud Hurtadum *de Euchar. disp*. 2. *diffic*. 9. alii undecim apud Leandrum *loc. cit. qu*. 36. Gabr. à S.Vinc. *loc. cit.* §. *tertia conclusio*. Et Rubricæ Missalis Romani *de defectibus tempore Missa occurrentibus*. Contra Alanum *lib*. 1. *de Euchar. cap*. 11. Henriq. *lib*. 8. *cap*. 12. Nugnum 3. *par. qu*. 74. *art*. 5. Et contra Fagundez, ajentem esse materiam dubiam. *pracepto* 2. *lib*. 2. *cap*. 3. *num*. 10. 749 Vinũ congelatum potest cõsecrari

Et hoc ut nec sit peccatum consecrare vinum gelatum. Vasq. & Hurtad. *loc. cit.* Gabr. à S.Vinc. *loc. cit. in fine*. Contra Suarium *loc. cit.* Villalobos *tr*. 7. *diffic*. 7. *nu*. 2. Sed veriùs est esse peccatum.

An Vinum coctum, vel mulsum sit materia.

NEga: quia non potus usualis naturalis, & amissa parte spiritosa desinit esse vinum, compositum ex parte spiritosa, & crassa; sic fęces cibi non sunt cibus illius, cujus sunt fęces. Granadus *de Euchar. tr*. 2. *disp*. 2. *num*. 5. Hurtadus *disp*. 2. *diffic*. 8. Palaus *tr*. 4. *puncto* 4. *n*. 4. 750 Vinum coctum, vel mulsũ rejicitur.

Si verò aliqua decoctio vini adhibeatur adhoc ut conservetur, & dulcescat, est materia; nam non extrahit, nec destruit rationem vini ex vite usualis. Gabr. à S.Vinc. *loc. cit.*

An verum Vinum non ex vite, sed miraculo creatum, ut in Cana Galilea, sit materia?

AFfirma: nam est ejusdem speciei, ac ex vita genitum, & quoad substantiam est naturale, licèt supernaturale quoad modum. Hen- 751 Vinum miraculo creatum est apta materia Calicis.

(1) Sed attendenda est Propositio L. damnata ab Innocentio XI. *Non est illicitum in Sacramentis conferendis, &c.*

Henriquez *lib.8.de Euchar.cap.12.§.1.*Fagundez *lib.2.in 3.præceptum Ecclesiæ cap.3.num.2.* Henaus *de venerabili Sacramento Eucharist. disp.4. num.13.in fine.* Arriaga *tom.7.disp.31.n.1.*

Dices, non est vinum ex vite; ergo non est materia Consecrationis.

Respondetur cum Arriaga *loc. cit.* iy *vinum ex vite* esse idem, ac vinum verum, ut est vinum ex vite natum, quale est vinum miraculo genitum, essentialiter conveniens vino naturali, ut homo genitus, & Adam creatus.

An Vinum in offa, vulgo la Zuppa, *sit materia?*

752 Vinum in offa valet consecrari. AFfirma: ut vinum in spongia; quia separari valet, & si quis sorberet offam rejecto pane, non frangeret jejunium: imò si quantitas panis non esset in tanta quantitate, ut frangeret jejunium, neque jejunium frangeret, etiam si pondus cum vino excederet. Arriaga *loc. cit.* Lugo *loc. cit.* Dicastili. *loc. cit. dub. 5. num. 42.*

Lora, vulgò l'Acquata.

753 Nõ sic Lora. NOn est materia, quia non est vinum, sed aqua cum acinis, vel racemis; nisi magno vino admisceatur parva aqua, vel vino debili admisceantur racemi, vulgo *la Raspata*, tunc enim est verum vinum, materia habilis. Serra *loc.cit.* Palaus *tr.21.puncto 4.in fine.*

Vinum acescens.

754 Vinum acescẽs est materia apta. EST materia, nam est potus communis, nec amisit formam vini. Rubricæ Missalis Romani *de defect.lib.num.4.* Serra *loc.cit.* In dubio tamen materiæ, non consecrandum sine necessitate. D.Tho. *3.par.quæst.74.art.5. ad 2.* Soar. *disp.45.sect.1.* Gabr.in *Canone lectione 25.* Innocentius III. *lib.4. de Mysteriis Missæ cap.80.*

755 Si tamen sit notabilis defectus, est mortale illo usi. Non est tamen mortale in vino acescente celebrare, nisi notabilis sit defectus. D. Tho. *loc. cit.* ubi Serra, Gabr. à S. Vincen. *loc. cit.* sicuti nec celebrare in vino acri est mortale, quia est vinum usuale, nec acredo destruit vini essentiam.

Acetum.

756 Acetũ omninò rejicitur. NOn est materia, nam non est vinum verum, sed putridum, sivè translatum in aliam rerum formam. Viginti Doctores apud Leandrum *loc.cit. quæst.34.* contra Glossam in *can.2. v.Calix. de consecr. dist. 2.* quam Gregorius XIII. præcepit deleri.

Spiritus ardens, vulgo Acquavita.

757 Similiter Spiritus ardens. NOn est materia, quia est pars vini, non vinum. Vinum namque nec est pars crassa, ut in vino cocto, densato, nec est pars subtilissima, ut in aquavita, sed est utrumque simul, ut confectum est apud Spargiricos, & Democraticos, & certè non est vinum usuale vitis. Dicastili. *tr.4. disp.2. dub.5. num.13.* Pesantius *4.par.qu.74. art.5. disp.1.*

De Commixtione Aquæ in Vino.

§. III.

758 Aqua vino miscenda. AQua vino commiscenda est. *can.1. can. in Sacramento. 3. can. cum omne crimen. 6. de consecrat.dist.2.cap.cum Marthæ. 6. §.requisisti. cap. perniciosus. 13.* ibi: *plus ipse sit de vino, quàm de aqua. de celebratione Missarum.* Trid. *sess.22.cap.7.* ibi: *Præceptum esse ab Ecclesia Sacerdotibus, ut aquam vino in Calice offerendo permiscerent.* D. Tho. *3.par. qu.74. art.6.* Contra Armenos, Lutherum, & Calvinum, teste Bellarmino *lib.4.de Eucharistia cap.10.*

Cur Aqua immiscenda Vino?

OB multiplicem finem. Primo, quia aqua designat populum, vinum designat Sanguinem Christi, & sic per unionem aquæ vino designatur fluxisse aquam veram, & sanguinem. Tertio ad imitationem Christi Domini aquam vino miscentis; ità ex Florent. *loc.cit. §.tertium est.* Quarto, ut exprimatur unio naturæ humanæ in aqua Verbo Divino in vino. Trid. *sess.22. cap.7. can.cum omne 6.de consecr.dist.2.cap.cum Marthæ.6. cap.in quadam. 8. §. neque per hoc. de celebratione Missarum. can.non oportet.3.de consecr. dist. 2.* — 759 Rationes adducuntur, quibus aqua sit miscenda vino.

An sit obligatio sub mortali?

AFfirma: nam habet graves fines, & districtè præcipitur in *can.1.3.6.8. de consecr. dist.2.* Catechismus Romanus *cap.4.§.17.* — 760 Obligat sub gravi.

An omissio benedictionis Aquæ sit lethalis?

NEga: ob parvitatem materiæ. Bernal *de Euchar.disp.28. sect.3.num.42.* Henaus *de Euchar. disp.4. sect.2. num.20.* — 761 Omittere ejus benedictionem nõ est lethale.

An in gravi necessitate, puta si consecrato pane recordetur aquam non fuisse immixtam, possit pergere ad consecrationem Sanguinis, si aqua inveniri nequeat?

AFfirma: quia perfectio Sacrificii est Juris Divini, & hæc immixtio Juris humani, ut infrà. — 762 In necessitate potest omitti.

Imò plus cum Ledesma ait Martinon *disp. 29.sect.6.num.51.* idem si non ante, sed incępto Canone advertat non immisisse aquam, scilicet posse prosequi celebrationem, si aquam nequeat invenire.

Plus addit Henaus *loc.cit.num.18.* scilicet in Civitate obsessa, deficiente aqua, posse celebrari in vino sine aqua; quia leges non obligant cum tanto onere, & onus gravissimum esset omittere Sacrificium in tanta necessitate ob defectum aquæ. Contra Leandrum.

Nec dicas, Sacerdos in tali casu nequit celebrare sine vestibus sacris; ergo nec sine aqua. — 763 Objecta diluuntur.

Negat antecedens Martinon; nam ut testatur Baronius *tom.3. anno 311. num. 8.* Sanctus Lucianus Presbyter, & Martyr celebravit sine vestibus sacris in necessitate. Addas majorem indecentiam ob publicitatem esse, celebrare sine vestibus, quàm sine aqua.

An Aqua debeat esse naturalis?

AFfirma: *cap.in quadam.8. de celebrat.Missarum.* D.Tho. *loc.cit.art.7.ad 3.* nam nomine Aquę venit principale analogatum, & sic naturalis. — 764 Aqua sit naturalis.

An

An, & à quo debeat fieri mixtio in Missa?

765 Immixtio à Sacerdote, vel à Subdiacono facienda.

AFfirma: itaut non sufficiat, si antea fiat in dolio, ambulla, sacristia. Est enim sacra ceremonia Sacrificii solemniter, & sic in Missa facienda post oblationem hostiæ. (præscindo ritus quarumdam Religionum) D.Tho. 3.*par. qu.*74.*art.*8.*ad* 3. Vasq. *disp.*177.*cap.*2. Henaus *loc.cit. num.*20.

In Missis privatis fit à Celebrante. In solemni à Subdiacono imponente aquam, & Diacono imponente vinum Sacerdote benedicente, ut patet ex Rubricis Missalis Romani. Arriaga *loc. cit.num.*15.*in fine.* Henaus *loc.cit.*

Quanta debeat esse Aqua immiscenda?

766 Modica admisceri debet.

SUfficit una gutta sensibilis. Lublinus v. *Eucharistia nu.*7. Dicastillus *de Euchar.disp.*2. *dub.* 8. *num.* 124. Aversa *de Eucharistia qu.* 2. *sect.*6. *in fine*. Gabr. à S.Vinc. *de Euchar. disp.*5. *qu.*4. *in fine.*

767 Variè DD. opinantur circa quantitatē aquæ.

Alii taxant, ut sit tertia pars respectu vini ex Concilio Triburiensi, sed non est generale, & à Florentino in hoc correctum, requirente modicissimam aquam; Alii octavam partem aquæ posse poni ajunt cum Coninck 3.*par. qu.* 74. *art.*8. *num.*140. Aversa *loc.cit. in fine.* Alii quintam partem aquæ respectu vini, cum Lugone *disp.*4.*num.*38.

768 Arbitrio prudentis remittitur.

Putaverim contra Leandrum *loc. cit. qu.* 48. rem arbitrio prudentis Celebrantis decidendam, considerata non solùm quantitate, sed vini qualitate, ità ut semper vinum usuale dici valeat, secùs scrupuliis vexabitur Celebrans an excesserit, & quis ponderare in Altari valebit, aut mensurare vinum, & aquam. Suar. *disp.*45. *sect.*3. Vivaldus *de Eucharist.qu.*10.*num.*13.

Pœna non miscentis Aquam.

769 Pœna non miscentis aquam.

ESt ut privetur beneficio, & officio. *cap. literas.*16.*de celebrat. Missarum. can. cum omne crimen.* 6. *in fine. de consecr. dist.* 2. Aversa *loc. cit.* §.4.

De necessitate mixtionis Aquæ.
§. III.

QUatuor quæstiones agitandæ sunt. Prima, an sit de essentia Sacrificii. Secunda, an sit Præceptum Divinum, an Ecclesiæ. Tertia quando incœpit tale Præceptum. Quarta, an aqua immediatè transeat in sanguinem, an potiùs priùs in vinum, deindè in sanguinem. Ad primum:

An sit de essentia Sacrificii immixtio Aquæ?

770 Aqua in Sacrificio non est essentialis.

NEga. D.Tho.3.*par. qu.*74.*art.*7. ubi Serra, Arriaga *loc. cit. num.* 13. Aversa *loc. cit.* contra Armacanum *lib.* 9. *de quæstionibus Armenorum. cap.* 9. putantem non posse consecrari vinum sine commixtione aquæ.

Patet ex *can. scriptura. de consecrat. dist.* 2. ubi dicitur posse veniam concedi prædecessoribus, qui propter simplicitatem aquam vino non miscuerant; & sic supponit validum Sacrificium. Secundo patet ex Rubricis Missalis, ubi immixtio facienda ante consecrationem, si omittatur, non potest fieri post consecrationem, ergo remanet consecratio sine aqua, aliàs ex integro de novo consecrandum vinum cum aqua, nè Sacrificium sit mutilum.

An sit Præceptum Ecclesiæ, non Divinum?

AFfirma: *can. cum omne.* 6. *de consecr. dist.*2. ibi: *Calix Dominicus juxtà Canonum præcepta vino, & aqua permixtus debet offerri.* Trident. *sess.*22. *cap.* 7. ibi. *Præceptum esse ab Ecclesia Sacerdotibus, ut aquam in Calice offerendo miscerent.* Scotus in 4 *qu.*11.*& qu.*6. Vasqu. *disp.*172. *cap.*2. Suar. *disp.*45.*sect.*2. Aversa *loc. cit.* Henaus *loc.cit.num.*16. Gabr. à S.Vinc. *de Euchar. disp.*5. *qu.*5. Arriaga *loc. cit. num.* 14. viginti tres Doctores apud Leandrum *loc. cit. qu.*41. post D.Thomam *loc.cit.art.*6. contra Sotum in 4. *dist.*9. *qu.* 1. *art.*6. Castrum adversus hæreses, v. *Eucharistia, hæresi* 6. Henriq.*art.*8.*de Sacramentis cap.*12.*num.*3. 771 Est tamen de præcepto Ecclesiæ.

Et Præceptum ab Ecclesia fuit inductum ad imitationem Christi Domini instituētis in vino aqua permixto; ut loquitur Florentinum. Undè mixtio faciēda est ex præcepto Ecclesiæ ad imitationem Christi Domini, & sic dicitur Præceptum Divinum imitativè. Concilium Carthaginense III.*c.*24.*c.scriptura.de consecr.dist.*2. Non verò præceptivè, sic Christus Dominus in azymo consecravit, sed non præcepit. Suar.*disp.* 45. *sect.* 2. Vasqu. *disp.* 176. *cap.* 1. & consequenter Summus Pontifex in tali Præcepto ex causa dispensare potest. Amicus *tom.*7. *disp.* 16. *sect.* 4. *num.*1. Henaus *loc.cit.num.*17.

Quando, & à quo incœpit hoc Præceptum?

LIcèt consuetudine ante receptum, incœpit tamen ab Alexandro I. *Epist.* 1.*cap.* 4. & habetur in ejus Vita 3. *Maii lectione* 9. Durandus *lib.* 8. *Rationalis Divinorum Officiorum cap.*30. Arriaga *tom.*7. *disp.*30. *num.*15. *in fine.* Contra Leandrum *loc.cit.qu.*42. 772 Antiqua cōsuetudine servatur in Ecclesia.

An Aqua ante Consecrationem debeat immediatè converti in vinum, ut convertatur in Sanguinem Christi Domini?

NEga: Alanus *lib.*1. *de Eucharistia cap.*13. Lugo *disp.*4. *sect.*3. Raynaudus in *Onomastico Eucharistiæ*, v. *Missa*. Henaus *de Eucharistia disp.*4. *num.* 38. citans viginti unum Doctores. Diana *par.*3.*tr.*4.*resol.*49. citans novem Doctores. Bassæus v.*Eucharistia* 1. *num.*14. Dicastill. *de Euchar.disp.*2.*dub.*9. *num.* 133. Baronius *tom.*12.*anno* 1288.*num.*27. ajens esse sensum Romanæ Ecclesiæ, scilicet aquam simul, & vinum transubstantiari in Sanguinem Christi Domini. Et *anno* 1142. *num.* 24. Innocentius III. qui est auctor textus in *cap. cum Marthæ* idem docet *lib.* 6. *de mysteriis Missæ cap.* 11. ibi: *in Sacramento Corporis est trinitas specierum, videlicet panis, vinum, & aqua*; ergo signum est, quod non transeat in vinum, aliàs remaneret dualitas vini, & panis, non trinitas specierum, & alii. contra Granadum *tr.*2. *de Eucharistia disp.*4.*sect.*2. citans viginti unum Doctores Leand. *qu.*52. citans viginti tres Doctores Gabr. à S. Vinc. *de Euchar. disp.*5. *qu.* 5. Arriagam *to.*7. *disp.*31.*n.*18. dicentem *num.*21. etiam probabilem nostram opinionem. Aversam *loc.cit.sect.*7.§.*magis.* 773 Aqua non priùs debet converti in vinum, sed simul cum vino in Sanguinē Christi transit.

Pro

764 Auctoritates SS. Patrum. Probatur primo, ex Sanctis Patribus. D. Algerus *lib.1. de Sacram.Corporis Domini cap.16.* ibi:*cum cnim vinū pro Christo,aqua sanctificatur pro populo, & utrumque unus sanguis fiat*; ergo non tantùm vinum, sed utromque, vinom, & aqua transit in sanguinem. S. Justinus *Apologia 2. pro Christianis in fine*, ibi: *vinum,& aquam, quæ cum gratiarum actione consecrata sunt.*

S.Ambrosius *lib. 4. de Sacramentis cap. 5.* & refertur in *cap. panis.55. §. accipite*, ibi: *quia sermo Christi creaturam mutat, & sic ex pane fit Corpus Christi, & vinum cum aqua in Calice missum fit Sanguis*; ergo non solum vinum fit sanguis; ergo vinum, & aqua; nam vinum, & aqua dicitur mixtum, non vinum tantùm: & sicuti non dicitur vinom mixtum ex iis, quæ desinunt esse, ità est mixtum ex extantibus; & si conversio verificatur de vino mixto, verificatur de vino, & aqoa.

Et clariùs ibidem infra, ibi: *Ante verba Christi Calix est vini,& aquæ plenus.Ubi verba Christi operata fuerint, ibi Sanguis efficitur, qui plebem redemit;ergo videte quantis generibus potens est sermo Christi universa convertere*; in quibus verbis clarè patet ante consecrationem non esse tantùm vinum,sed etiam esse aquam,aliàs falsò diceretur Calix vini, & aquæ plenus. Rursus consideranda sunt ly *universa convertere*, quæ non de uno, scilicet de vino, sed de pluribus, scilicet de vino, & aqoa verificantur.

Et Canonū. Secundo probatur ex textu Concilii Martini Bracharensis in *can. non oportet aliquid aliud in Sacramento offerri, præter panem, vinum, & aquam, & quæ in typo Christi benedicuntur, quia dum in Cruce penderet, de corpore ejus Sanguis effluxit, & aqua. Hæc tria unum sunt in Christo Jesu hæc hostia, &c. 4. de consecr. dist. 2.* Ergo aqua non convertitur in vinum; nam tunc non tria, sed duo, scilicet panis,& vinum esset unum in Christo Domino.

Tertio probatur ex *cap. cum Marthæ. 6. §. quæsivisti*, ibi: *Verùm inter opiniones prædictas illa probabilior judicatur, quæ asserit aquam cum vino in Sanguinem transmutari. de celebr. Missarum*, ubi expressissimè textus ait aquam cum vino; ergo non tantùm vinum in Sanguinem transmutari.

765 Argumenta in oppositū refutantur. Nec dicant aquam mediatè transire in sanguinem, hoc est aquam converti in vinum, & vinum transire in sanguinem; nam hinc non verificator aqua cum vino transire in sanguinem, aliàs in sanguinem etiam converterentur præcedentia mixta, scilicet pinguedo, & alimentum, qua vitis crescit; nam mediatè etiam in vinum transeunt, & sicuti nequit dici ignis fit ex aqoa cum ligno, licèt jam aqua conversa fuerit in lignum,quia jam desinit forma aquæ: ità non potest dici quòd aqua transeat in Sanguinem Christi, destructa forma aquæ mutatæ in vinum.

Nec dicant vinum cum aqua non esse idem ac vinum,& aquam transmutari in sanguinem. Nam contra est: primo, quia in textu dicitur aquam cum vino, & consequenter principaliter etiam venit aqua, sicuti principaliter vinum, quia dicitur vinum cum aqoa.

Contra secundo, quia idem est dicere vinum cum aqua, & aqua cum vino, ac vinum,& aqua simul transmutari. *l. Titiæ textores. 36. §. nihil distat utrum ità legetur Titio, & Mævio, ac ità Titio cum Mævio; utrobique enim conjunctum legatum videtur, D.de legatis 1.* Sanctus Cyrillus in *Scholiis de Incarnatione Unigeniti. cap.26.* ibi: *Cum si in significatione unitatis, quæ est per compositionem ponantur duo omninò cogit intelligi.*

Quarto probatur, quia communis notio est, ut quæ miscentur remaneant, secùs non mixtio, sed interitus rerum esset ex Aristotele dicente: *Mixtio est alteratorum unio*; ergo non corruptorom. Cùm ergo vinom aqua mixtum convertatur; ergo aqua remanet, non abiit. 766 Aliæ rationes afferuntur.

Quinto probatur, quia vinum usuale est materia, & usuale est, & lymphatum, sivè purum.

Sexto probatur, quia ex vino extrahitur humor, qui non est vinum, sivè sit aqua vera, sivè non. Qui humor solus non est materia Consecrationis, licèt vino mixtus sit materia; Ergo licèt non sola, tamen vino mixta aqua erit materia Consecrationis, ut pars hordeacea non sola, sed mixta tritico sequitur naturam tritici, & est materia Consecrationis, ex D. Tho. *3. par.qu.74.art.3.ad 3.* (4) 767 Ex vino humor aliquis extrahitur.

Septimo probatur, quia si aqua non conversa in vinom, non converteretur in Sanguinem Christi Domini: puta quando immediatè ante Consecrationem infunderetur, omissa suo loco infundi. Dicastill. *disp.2. dub.8. num.25.* Coninck *3.par.qu.74. art.7.n.142.* Henaus *loc.cit. num.14.* sequeretur, quòd facta Consecratione remaneret substantia aquæ etiam, & sic non esset spiritualis tantùm cibus, sed etiam esset corporalis, contra textom in *can.qui manducat. 57.& can credere.58.de consecr.dist.2.* Nec posset post primam sumtionem iterum communicare, ut rectè arguit D. Tho.*3.par.qu.74.art.8.* 768 Facta Consecratione aqua non remanet.

Octavo probatur, quia Ecclesia ordinans Acolythos, orans ait ad suggerendum vinom, & aquam ad conficiendum Sanguinem Christi; ergo non magis vinum, quàm aqua convertitur in Sanguinem Christi.

Nono probatur, quia facta commixtione, remanet immutatus color, odor, sapor vini; ergo signum est, quòd aqua non destruatur.

Decimo probatur, dicens hoc est ità in re, decipit, & decipitur, si illud potest esse, & non esse tale, etiamsi credat rem ità esse. Ità deciperet Ecclesia, & deciperetur, si diceret aquam conversam in vinom, converti in Sanguinem, quia talis res potest esse, & non esse. Quod cùm non sit dicendum, concludamus evidenter aquam semper converti in Sanguinem, sivè conversa, sivè non conversa in vinom,& istum esse sensum Ecclesiæ, quia sic nec decipit, nec decipitur. 769 Ecclesia non decipit. neq; decipitur.

Undecimo probatur, quia prudentis est res omninò certas, ut est transmotatio aquæ in Sanguinem apertè sancita à Sacris Canonibus in *can.1. 2. & 3. de consecr. dist. 2.* facere indepen-

(4) S. Thomas non ait, materiam hordaceam mixtam tritico esse materiam consecrationis, sed solùm hæc habet: quòd modica permixtio non solvit speciem, quia id, quod est modicum, quodammodo assumitur à plurimo; ideò si sit modica, admittit alterius frumenti ad multo majorem quantitatem tritici, poterit exindè confici panis, qui est materia hujus Sacramenti. Numquid docet S. Doctor modicum materiæ illius hordaceæ immediatè consecrari, & verti in Corpus Christi?

Verbis Lin. II.

pendentes à rebus omninò incertis, maximè si incertitudo sit philosophicæ veritatis, ut concedit Arriaga *tom. 7. disp.31. num.* 26. At quid incertiùs quàm conversio aquæ in vinum; ergo conversio in Sanguinem non debet pendere à conversione aquæ in vinum.

770 Aqua in vinũ non converti multi affirmant.

Duodecimo probatur, quia aqua nequit in vinum converti, ut est physicorum sententia. *cap.cum Marthæ.6. §.quæsivisti*, ibi: *licet physici contrarium asseverent, qui aquam à vino per artificium posse asserunt separari. de celebrat. Missarum*. Et non converti in vinum, ut docet Aristot. 1.*de generatione cap.5. textu* 34.& *lib.4. Metheororum textu* 37. Plinius *lib.* 16. *Historiæ naturalis cap.*30. Nemesius *lib.1.de anima c.*3. D.Bernardus *tract. de diligendo Deo*. Et sic post commixtionem posse extrahi aquam à vino ait Plinius, ibi: *Edera mira proditur natura ad experienda vina, si vas sit ex ligno ejus vina transfundere, & remanere aquam, si aqua fuerit mixta.* Rursus per immixtionẽ medullæ jungi, aut per sponceam oleo imbutam attrahi à vino aquam, quæ illi admixta est; ergo signum est, quòd aqua non convertatur in vinum: & quidem id experimento comprobari valet; quia si non convertitur in ignem, sed illicò evaporat, qua ratione in vinum, & tam citò converti valet absq; ulla excrementorum ejectione, contra omnem rationem naturalis transmutationis.

771 Quomodo aqua à vino extrahatur.

Id ipsum confirmatur, quia augetur virtus activa aucto agente, non minuitur; sic ignis transmutatis lignis in majorem ignem crescit, non deficit in activitate; ergo si vinum converteret aquam in vinum, deberet augeri non minui vini robur, sicuti augetur, non minuitur activitas ignis, & ità sine vite ex solo vino possent dolia infinita vini generari guttatim addita aqua, nam si parum vini in Calice convertit tantillum aquæ, multum vini, multum aquæ convertet.

772 Absurda adversæ sententiæ.

Concludamus ergo aquam remanere, nec posse converti in vinum, & vino immixta intersecare, intercidere vini partes, & in exilissimas particulas divisa, distincta locula occupare, licèt sensu imperceptibiles; & ità docet non solùm Aristot. Plinius, sed etiam Empedocles, Anaxagoras, Leucippus, Democritus, cæterique doctiores, quibus subscribit doctissimus Cassendus *sect.1.physices lib.7.cap.2. §.cum priorum autem*.

Solvuntur Argumenta.

773 In contrariũ objecta diluuntur.

Dices primo, vinum est materia Calicis. Tridentinum *sess.13. cap. 3. Can.* 2. ergo aqua non est materia, ergo non convertitur in Sanguinem, nisi priùs convertatur in vinum.

Respondetur, vinum ibi, & in aliis locis sumi pro usuali, quale est lymphatum, vel merum. Proverbiorum 6.*ver.*9. ibi: *Bibite vinum, quod miscui vobis*. S.Cyprianus *Epist.*63. S.Augustin. *lib.*17. *de Civitate Dei cap.*20. sic Christus Dominus simpliciter lymphatum vinum appellavit dicens: *non bibam amodò, de hoc geniminc vitis*. Adde Tridentinum loqui adversus hæreticos post consecrationem admittentes substantiam panis, & vini. Remanent ergo species vini usualis, scilicet lymphati.

Nec obstat, vinum ex vite esse materiam; ergo non est aqua immixta vino, quæ non est ex vite. Nam id probaret neque aquam conversam in vinum esse materiam, quia tale vinum non esset ex vite; sufficit ergo vinum usuale vitignum.

Dices secundo, aqua debet esse modicissima vino immixta ex Florentino; ergo ut convertatur in vinũ, nam ad quid modicissima exigeretur.

Respondetur, modicissimam exigi, tum ne vinum desinat esse usuale, tum ad ostendendum defectum populi parva aqua denotati. *can. cũm omne crimen.*6. *de consecr.dist.*2. Undè Innocentius III. *lib.4.de mysteriis Missæ*, ait, aquæ quantitatem vini species non solventem sufficere. *cap.cum Marthæ.* 6. *§.quæsivisti in fine. de celebrat. Missarum.* 774 Cur aqua modicissima adhibetur in Missa.

Ergo inquies tertio, si species aquæ solverentur, hoc est separarentur à speciebus vini, remaneret in illis Sanguis Christi, qui remanet sub speciebus etiam divisis. Trid.*sess.*13.*Can.*3. At id absurdum, nam sequeretur solam aquam esse materiam Eucharistiæ.

Respondetur, aquam separatam non esse vinum usuale, ut est vino immixta, & sic immixta non separata est materia, & species immixtæ, non separatæ, retinent rationem Sacramenti, sicuti partes lolii immixtæ tritico non separatæ sunt materia, & ejus species immixtæ non separatæ retinent Corpus Domini. Nec mirum, nam si elementa resolverentur ex illo mixto, nec remaneret Sacramentum; Tridentinum ergo dicens species separatas, & unitas retinere rationem Sacramenti, & sic Christum Dominum, loquitur de speciebus vini usualis, panis usualis, non de aliis corporibus resolutis deperdita vini, & tritici qualitate. 775 Sola aqua nõ est materia Eucharistiæ.

Replicabis quarto, Ecclesia non immutat materias, & formas Sacramentorum. Trident. *sess.* 21.*cap.* 2. Sed vinum, non aqua est materia Eucharistiæ; ergo nequit facere ut aqua transeat in materiam immixtam vino.

Respondetur concedendo majorem, concedendo minorem, & nego consequtionem; procedit enim à distributivo ad collectivum, & à non usuale ad usuale; aqua enim sola non est vinum, nec merum, nec lymphatum, at aqua immixta vino est vinum usuale. Porrò Christus Dominus noster instituit pro materia hujus Sacramenti indifferenter vinum usuale, sivè lymphatum, ut album, vel nigrum vitignum. Ex quo Ecclesia non mutavit materiam, sed solùm determinavit unam, scilicet vinum usuale lymphatum. Sic nec mutasset, si decrevisset adhibendum album, non nigrum vinum. Sic panis triticeus usualis est materia; & tamen Latinis taxavit azymum, Græcis fermentatũ permisit. 776 Vinũ usuale est mixtum parva aqua.

Instabis quintò; ergo etiam alii liquores immixti vino convertebuntur in Sanguinem Christi Domini.

Concedit consequentiam Alanus *lib.* 5. *de Euchar. cap.* 17. si cum tali liquore vinum remaneat usuale.

Negat Henaus *loc. cit. num.* 60. quia aqua, non isti liquores sunt partes vini usualis, & sic quamvis non destruant vini quidditatem, non spectant ad constitutionem vini usualis, ideò non convertuntur in Sanguinem Christi Domini. Et sic quia cum vino non componunt quid usuale, in Sanguinem Christi non transubstantiantur. 777 Alii liquores immixti vino non convertuntur in Sanguinẽ, quia non faciunt vinũ usuale

Urgebis iterum sexto Catechismum Romanum *par.2.cap.4. num.*17. ubi aqua debet converti in vinum.

Respondetur, converti in vinum, quatenus tra-

778 Doctrina Catechismi Romani adducitur, & explicatur.

trahitur à vino, & redditur vinum usuale, non verò trahit ad se vinum, reddens vinum aquam usualem. Et si respoosio non arrideat, scias Catechismum legem non facere, sed doctrinam continere à tribus Dominicanis Episcopis doctissimis Theologis, quibus non magis standum est, quàm doctrinæ Angelici Doctoris nuoquam despiciendæ, dummodò veritas, & veritatis amor sit antiquior. (5)

Sed supponamus aquam converti in vinum, & inquiramus;

An si non conversa in vinum, nisi dum proferuntur ultima syllaba Consecrationis, convertatur in Sanguinem Christi Domini?

779 Aqua non conversa in vinum, nisi in ultima prolatione verborum non convertitur in Sanguinem.

NEgat Suarius *disp.*45.*sect.* 4. Gabr. à S. Vincent. *de Euchar. disp.* 5. *qu.* 5. Bonac *qu.* 2. *puncto* 4. *num.* 10. Leand. *loc. cit. qu.* 53. Granadus *tract.* 2. *disp.* 6. *n.* 2. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 51. *num.* 29. Lugo *disp.* 4. *sect.* 20. Aversa *loc. cit.* §. *hoc supposito*, ajentes materiam debere extare aptam à primis verbis formæ in hoc Sacramento, ut verificetur quando exprimitur ly *hoc*, ly *hic est Calix*, &c. sic ajunt non esse baptizatum, qui prolata medietate formæ resuscitaretur, vel veniret, licèt præsens in ultimis verbis formæ.

Affirmant alii.

Affirmat Nugnus 3. *par. qu.* 74. *art.* 8. Vasqu. *disp.* 201. *cap.* 4. *num.* 42. Tanderus, quia Ministri intentio fertur in ultimis verbis pro illo instanti, quo completur significatio. Hæc ultima placet, quia ly *hoc*, ly *hic* fertur immediatè in Corpus, & Sanguinem Christi Domini præsentis in ultimo instaoti: & pro primo instanti, ut ibi non est Christus Dominus, ità pro illo primo instanti, non est Sacramentum nec pro illo instanti, sed pro ultimo instanti debet verificari forma Sacramenti; & consequenter satis est pro illo ultimo instanti materiam esse habilem ad verificandam formam. Forma enim est materiæ, forma ergo si pro primo instanti non debet verificari forma, nec materia.

Materia Circumstantia.
CAPUT IV.

780 Circumstantiæ materiæ.

SUnt post quidditatem explicandæ circumstaotiæ specierum sensibilium, ut est quantitas, qualitas, sensibilitatis, præsentia, distantia, certitudo.

Quantitas.
§. I.

781 Sive magna, sive parva materia est apta.

OMnis quantitas sivè magna, sivè parva sensibilis est materia habilis. D. Tho. 3. *par. qu.* 74. *art.* 2. Durandus in 4. *dist.* 11. *quæst.* 6. Suar. *disp.* 43. *sect.* 8. Vasq. *disp.* 171. Lugo *disp.* 4. *num.* 120. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 30. *num.* 21. Aversa *de Euchar. qu.* 2. *sect.* 2. Contra D. Bonaventuram in 4. *dist.* 10. *par.* 2. *art.* 1. *qu.* 4. Majorem in 4. *dist.* 11. *qu.* 11. *conclus.* 1.

782 Sufficit ut sit sensibilis.

Probatur, quia semper ac materia est sensibilis præsens, potest verificari ly *hic*, ly *hoc est Corpus*; ergo est sufficiens: nec Christus Dominus aliud expressit; cùm enim fideles possint esse plures, & plures, aut pauciores, materia taxanda non fuerat. Et si sit minima, sufficit, quia habet rationem cibi spiritualis; nec debet habere naturam cibi corporalis, ut pro quantitate aliti augeatur, vel minuatur.

Sensibilitas.
§. II.

An particula in se sensibilis detinens substantiam panis, sed fugiens omnem sensum tactus, visus, &c. possit consecrari?

783 Materia sensibilis, sed non demonstrabilis à Ministro, vel ab alio nequit consecrari.

NEga; nam nunc à Ministro, nec per se, nec alterius adjotorio nequit ostendi per ly *hoc*, per ly *hic*, quæ demonstratio non miraculosa, sed naturalis, rem sensibilem demonstrans, est necessaria ad verificandam formam naturaliter prolatam. Septem Doctores apud Leandrum *tom.* 2. *disp.* 8. *qu.* 81. Henaus *de Euchar. disp.* 5. *num.* 11. Aversa *de Euchar. quæst.* 2. *sect.* 2. §. 3. Contra Sotum in 4. *dist.* 9. *quæst. un. art.* 1. Valentiam *tom.* 4. *disp.* 6. *qu.* 2. *puncto* 2. Henriq. *lib.* 8. *cap.* 14. §. 4. Tanderus *disp.* 5. *qu.* 2. *dub.* 2. *num.* 53.

Nisi elevatur oculus ad id videndum.

Sufficeret tamen ad consecrandum, si oculos Ministri à Deo elevaretur ad videndum illam particulam; nam posita elevatione, naturaliter posset demonstrare materiam, dicendo: *hoc est Corpus*, &c. Dicastill. *disp.* 2. *dub.* 13. *num.* 123. Hurtadus *disp.* 2. *diffic.* 7.

784 Sat est ut sit præsens licèt non videatur à cœco, vel tangatur.

Non est tamen necessum, ut tangatur, aut videatur à Ministro, sed satis est, si sit præsens, etiamsi Minister sit cœcus, aut mutilus, nam sine tactu, & visu poterit verificari ly *hic*, *hoc*. Suarius *disp.* 43. *sect.* 3. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 30. *n.* 21. Contra Granadum *tract.* 2. *disp.* 6. *n.* 2. Nec factum Christi Domini accipieotis in manu Calicem indicat necessitatem præcepti, sicuti nec elevatio oculorum ad Cœlum. Dicastillus *disp.* 2. *dub.* 11. *num.* 195.

Sed difficultas est;

An particula insensibilis, post Consecrationem separata ab aliis consecratis, remaneat Sacramentum, & consecrata.

785 Particula insensibilis, separata ab aliis post Cōsecrationem nō remanet consecrata.

NEga: nam non ampliùs est species panis, & sensibilis. Maior. in 4. *dist.* 15. *quæst.* 3. Vasq. *disp.* 171. *cap.* 2. *num.* 12. Meratius *de Eucharistia disp.* 4. *sect.* 4. Amicus *de Euchar. disp.* 16. *sect.* 8. *num.* 178. Henaus *loc. cit.* Contra Dicastillum *disp.* 2. *dub.* 13. *num.* 129. Arriagam *to.* 7. *disp.* 30. *num.* 21. motum, quia remanet panis, licèt ab initio non potuisset consecrari, quia non potuisset ostendi: & subdit, Sacramentum quando fit debere esse signum sensibile, at postquam factum est remanere Sacrameotum, licèt,

Alii affirmant.

indemonstrabile, & sic non signum seosibile: ut patet, si inter multas non consecratas immisceatur particula consecrata; tunc enim remanet Sacramentum, licèt noo sit signum demonstrabile. Martinon *disp.* 29. *sect.* 3. *num.* 25. Leandrum *loc. cit. qu.* 84. Aversam *loc. cit.* §. *sed motos*, quia plus requiritur in fieri, quàm in conservari.

Mul-

(5) Catechismi doctrina omnibus aliis præponenda videtur. Vndè exponendam, non impugnandam æquum censetur, nam jussu Concilii Tridentini fuit compositus à tribus doctissimis viris à Leonardo Marino Archiepiscopo Lancianensi, ab Ægidio Foscario Episcopo Mutinensi, & à Fratre Francisco Forerio primo Indicis Secretario, cuique operam suam locavit Paulus Manutius, illum donans puriori latinitate, ac elegantia.

Ysana Lib. II.

Multò magis dicta currunt in fragmento grandiori, in quo indubiè remanet Christus Dominus. Trid. *sess.* 13. *Can.* 3.

An particula non Sacerdoti, sed alteri acutioris sensus sensibilis, sit consecrabilis?

786 Materia nō Sacerdoti, sed alteri demonstrabilis, valet consecrari.

AFfirma: nam ex aliorum notitia sufficit, ut verè possit quis dicere *hoc*, *hic*. Sotus in 4. *dist.* 9. *q.* 1. *art.* 2. Lugo *disp* 4. *sect* 4. *n.* 116. Amicus *disp.* 16. *sect.* 8. *num* 140. Coninck 3. *par. qu.* 74. *art.* 2. *dub.* 1. *num.* 11. Henaus *loc. cit. n.* 31. Contra Vasqu. *disp.* 171. *cap.* 2. *num.* 13. Meratium *disp.* 4. *sect.* 3. Præpositum 3. *par. quæst.* 74. *art.* 2. *dub.* 1. *num.* 6. Hurtadum *disp.* 3. *diffic.* 17. Leandrum *loc. cit. qu.* 82.

De Præsentia materiæ.
§. III.

787 Materia sit præsens Sacerdoti.

HÆc materia debet esse præsens sacrificanti, nam debet verificari, *hoc est Corpus*, *hic est Sanguis*, & si sit absens non verificatur *hoc*, sed *ille*.

788 Præsentia aut physica, aut moralis.

Præsentia autem debet esse vel physica, vel moralis; nam id sufficit ad verificandum ly *hoc*, ly *hic*.

Et sic non est necesse ut videatur, nam etiam de re non visa, & cooperta potest verificari *hoc*, *hic*, etiamsi à cœco proferatur talis forma. Vasq. *disp.* 171. Hurtadus *disp.* 2. *diffic.* 2. Bonac. *qu.* 2. *puncto* 6. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 30. *num.* 16. concludens in vase clauso posse consecrari.

789 In Pyxide operta valet consecrari.

Et sic valet Consecratio, licèt Pyxis sit cooperta, sicuti particulæ aliis particulis coopertæ consecrantur, quia verificatur ly *hic*, ly *hoc*.

790 Præsentia intellectualis non sufficit.

Non tamen valet præsentia intellectualis, qua res absens, intellectu præsens, nequit consecrari; nam non est præsentia sensibilis moralis, nec physica. Henriq. *lib.* 8. *cap.* 14. Contra Marsilium in 4. *dist.* 11. *art.* 2. Majorem in 4. *dist.* 11. *qu.* 2. §. 2.

Ad præsentiam moralem, an sufficiat ut res videatur?

791 Non sufficit ut res videatur, sed sit demonstrabilis.

NEga: nam res, quæ videntur non semper ostendi valent per ly *hoc*, ly *hic*; ergo non semper sunt præsentes. Antecedens patet in vidente montes longè positos, quos ostendere valet per *ille*, & *illa*, non per *hic*. Arriaga *to.* 7. *disp.* 30. *num.* 16.

An satis sit, ut totum secundum unam, non secundum alteram partem sit præsens, ut consecrari valeat?

792 Non sufficit ut aliqua pars videatur, non totum.

NEga: Arriaga *loc. cit. num.* 17. Aversa *de Euchar. qu.* 2. *sect.* 2. Suar. *disp.* 43. *sect.* 5. *in fine*. D. Tho. *opusc.* 59. Contra Vasqu. *disp.* 171. *num.* 25. Valentiam *qu.* 2. *puncto* 3. ajentes posse consecrare absentes partes continuatas præsentibus.

Probatur, quia nemo dicitur præsens toti terræ, toti pelago, quia est præsens huic parti: & sic non potest consecrare totum, de quo non potest dicere *hic*, & *hoc*, sed tantùm partem præsentem.

An volens consecrare præsentes, & absentes particulas, consecret tantùm præsentes?

DIstinguas: vel intentio indivisibiliter fertur in omnes partes, itaut nolit unam sine altera consecrare; & tunc nihil consecrat. Non absentem, quia non est præsens moralitèr: Non præsentem, quia deest intentio, dum non vult illam solam consecrare. 793 Si aliquis simul præsentes, & absentes particulas velit cōsecrare, non cōsecrat, secùs si divisim.

Si verò velit consecrare, prout potest; tunc consecrabit præsentem, nam nihil deest ad verificandam formam. Bonac. *loc. cit. qu.* 2. Dicastillus *dub.* 11. *num.* 202.

An possit consecrari contentum in continenti præsenti?

AFfirma: nam verificatur forma, sumpto continente pro contento. Vasq. *disp.* 171. Diana *par.* 10. *tract.* 16. *resol.* 40. *in fine*. 794 Contentum in continēti præsenti est consecrabile.

Hinc resolvitur:

An possit consecrare rem existentem intra domum clausam?

NEga: quia in communi acceptione non sumitur pro contento. Arriaga *loc. cit.* 795 Non sic res intra domū clausa.

Secundo solvitur:

An particulæ intra Sacrarium clausum valeant consecrari?

NEga: nam secundum communem acceptionem non sumitur, ut continens. Palaus *disp. un. puncto* 6. *num.* 5. Diana *par.* 7. *tr.* 10. *resol.* 7 & *par.* 9. *tract.* 8. *resol.* 65. Henaus *disp.* 5. *num.* 34. Contra Leandrum *loc. cit. qu.* 43. 596 Nec intra Sacrarium.

An Sacerdos possit consecrare panem à tergo existentem prope?

AFfirma: nam potest verificari *hoc est Corpus*: sic etiam non convertendo oculos quis verè potest dicere, hic est meus servus, & multò magis si manu rem à tergo teneat, digito indicet. Major. in 4. *dist.* 11. *qu.* 2. *art.* 2. Bonac. *disp.* 4. *qu.* 2. *puncto* 6. *num.* 6. Vasq. *disp.* 171. *cap.* 4. *num.* 22. Henriq. *lib.* 8. *cap.* 14. §. 1. Amicus *loc. cit. sect.* 7. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 30. *nu* 17. Contra Sotum in 4. *dist.* 15. *qu. un. art.* 2. Granadum *tr.* 2. *disp.* 6. *num.* 3. 796 Res existens à tergo, sed propè valet consecrari.

Nec dicas cum Coninck *loc. cit. num.* 2. à forma Sacramenti per se debere exprimi rem significatam per ly *hic*, *hoc*. At in re nostra non exprimeret sine indicatione digiti, vel nutus rem à tergo existentem; ergo non consecraret.

Nam non repugnat formam aliquo signo applicari materiæ, ut conditio *sine qua non*; sic Sacerdos digito, vel aliter designare potest unam ex pluribus formulis, quam consecrare intendit. Martinon *de Euchar. disp.* 29. *sect.* 2. *num.* 8.

Distantia materiæ.
§. IV.

DIstantia physica, quæ non tollit præsentiam moralem, non officit; nam non tollit verificationem formæ per *hoc*, & *hic*. 797 Distantia sat est ut sit moralis.

Aliqui putant esse præsens per decem passus distans. Bonac. *disp.* 4. *qu.* 2. *puncto* 6. *num.* 10. 798 Quanta sit distātia variè à DD. determinata.

Alii,

Alii, exiſtens intra vigeſimum paſſum, dicunt præſens, ut Palaus.

Alii, exiſtens intra trigeſimum paſſum, ut Leand. *loc. cit. qu.* 47. cum Henriq. *lib.* 8. *cap.* 14. *num.* 2.

Alii ad centum extendunt cum Bernal, itaut dicatur præſens ex janua Eccleſiæ aſſiſtens Sacrificio Altaris majoris.

Alii quouſque ſe extendit ſfera viſus hominis, cum Lugo *diſp.* 4. *ſect.* 7. *num.* 125.

799 Auctoris judicium. Nos ſpatium non taxamus, & ſecundum rei qualitatem hic, & nunc poteſt eſſe præſens magis, vel minus diſtans; nam illa diſtantia, intra quam res magnæ molis dicitur præſens, nequit dici præſens formica: & conſequenter prudenter præſentia iſta menſuranda variè pro rerum varietate. Arriaga *tom.* 7. *diſp.* 30. *num.* 16.

800 Non requiritur ut ſonus verborũ pertingat materiam. Non tamen requirimus propinquitatem, ut ſonus verborum pertingat materiam, nec ut alitus ſubſtantiam, ut conſpurcatè quidam faciunt, dummodò verificetur forma *hic, hoc*, &c. Suar. *diſp.* 43. *ſect.* 5. Granadus *tr.* 2. *diſp.* 6. *num.* 4. Dicaſtill. *diſp.* 2. *dub.* 11. *num.* 194. Contra Viguerium *cap.* 16. §. 3. *verſu* 2.

An formulæ collocatæ in Altari extra Corporale ſint conſecratæ.

801 Hoſtiæ extra Corporale in Altari non conſecrantur. NEga: quia non præſumitur Sacerdotem ſacrificando velle peccare; ergo præſumitur nolle conſecrare particulas exiſtentes extra corporale, nam peccaret ſi vellet conſecrare exiſtentes extra corporale: & intentio eſt conſecrandi more ſolito Eccleſiæ ſine delicto. Suar. *diſp.* 43. *ſect.* 3. Dian. *par.* 3. *tract.* 6. *reſol.* 103. Averſa *loc. cit.* §. *quarta conditis*. Contra Tanderum *diſp.* 5. *qu.* 2. *dub.* 2. *num.* 67. ajentem conſecratas eſſe iſtas particulas, ſi in Sacriſtia habuit intentionem conſecrandi illas, & ex errore, vel inadvertentia fuerunt poſitæ extra corporale. (Tanderus aliter ſentit.)

Cum hoc tamen ſtat eſſe conſecratas omnes particulas ſupra corporale, vel in Pyxide etiam clauſa, poſita ad conſecrandum: licèt tempore Conſecrationis prorſus illarum obliviſcatur. Novem Doctores apud Bonac. *diſp.* 4. *qu.* 2. *puncto* 5. *num.* 6. Dicaſtillus *diſp.* 2. *dub.* 12. *num.* 216. Leand. *loc. cit. qu.* 72.

De Certitudine Materiæ.

§. VI.

802 Materia ſit certa, & determinata à Miniſtro. CUm forma ſit certa, & determinata debet afficere certam, & determinatam materiam; forma namque materiæ forma, & cùm Miniſter agat ex electione libera, fertur circa materiam liberè electam determinatam. Octo Doctores apud Bonac. *diſp.* 4. *qu.* 2. *puncto* 5. *n.* 3. & alii ſeptem Doctores apud Leandrum *loc. cit. qu.* 68. Arriaga *tom.* 7. *diſp.* 30. *num.* 18. Averſa *de Euchar. qu.* 2. *ſect.* 2. §. *quarta conditis*. Nec ſatis eſt ſi à Deo, vel à tertio ſit determinata ignoranter, vel diſſentiente Miniſtro, nam ſemper ac res eſt indeterminata, nequit verificari ly *hoc*, ly *hic*. Suar. *diſp.* 43. *ſect.* 6. Arriaga *loc. cit. art.* 20. Martinon *diſp.* 25. *ſect.* 7. *num.* 13. Henaus *diſp.* 9. *num.* 140. Corneus 3. *par. quæſt.* 74. *art.* 7. *dub.* 2. ajens aliquo ſenſu debere Miniſtro conſtare materiam præſentem, licèt rectiùs Henriquez *lib.* 8. *cap.* 14. *num.* 2. Sotus in 4. *diſt.* 9. *qu. un. art.* 2. velint ſufficere innoteſcere materiam eſſe præſentem ex relatione alterius. Et Coninck 3. *par. qu.* 74. *art.* 2. *dub.* 3. *num.* 37. velit poſſe conſecrari materiam Miniſtro ignotam ab alio anteà deſignatam.

An poſſit conſecrari materia indeterminata, puta una ex decem & ex decem medietas hoſtiæ pars minor, & minor?

NEga; nam in omnibus iſtis deeſt certa, & determinata materia capax tantùm determinatæ formæ. Suar. *loc. cit.* Doctores citati. Durand. in 4. *diſt.* 10. 803 Materia indeterminata nequit conſecrari.

An hoſtiæ exiſtentes in Corporali, inſcio Sacerdote ſint conſecratæ?

NEga; nam intentio, ut voluntas, non fertur in incognitum, niſi adſit generalis voluntas conſecrandi omnia, quæ ſunt in corporali, ut ſemper expediret ad tollendas ambiguitates. Sex Doctores apud Leandrum *loc. cit. quæſt.* 74. Contra Nugnum apud Bonac. *diſp.* 4. *quæſt.* 2. *puncto* 5. *num.* 8. 804 Hoſtiæ exiſtentes in Corporali, inſcio Sacerdote, non cõſecrantur.

An ſi multis formulis conſecratis intermiſceatur una non conſecrata, itàut nequeat interdiſcerni amplius, poſſit illa formula conſecrari ſola?

NEga: quia nequit deſignari per *hoc*, Lugo *de Euchar. diſp.* 4. *n.* 136. Dicaſtill. *loc. cit. num.* 227. Arriaga *tom.* 7. *diſp.* 3. *num.* 18. Diana *par.* 9. *tract.* 8. *reſ.* 64. Ut enim eſt impoſſibile inter mille homines deſignare illum, quem ignoras per *hoc*, per *hic*, ità deſignare particulam dicendo *hoc eſt Corpus*; Enim verò res omninò ignota, nec ſimul cum aliis deſignari valet, cùm aliæ ſint conſecratæ; & ſic concludunt omnes hoſtias ſimul conſecrandas ſub conditione, ſi non ſint conſecratæ; nam tunc illa conſecratio conditionalis afficeret particulam non conſecratam. Idque licere ait Arriaga *loc. cit. num.* 19. ſi alia via nequeat ſine ſcandalo occurri petentibus Euchariſtiam. 805 Una formula immixta aliis conſecratis nequit conſecrari ſola.

Sed mihi tantiſper inſiſtendum, & altiùs perſcrutandum; nam quotieſcumque materia certa determinata eſt præſens, idque ſit notum Miniſtro conſecranti, non videtur neceſſarium, ut in particulari oſtendatur, ſed tantùm quòd in communi non deſit in præſenti talis determinata materia. Non enim requiritur ut illam videat, ut illam in particulari cognoſcat, ut illam in particulari tangat, & ſic verificatur forma, per ly *hoc*, per ly *hic*, dicendo, quod non eſt conſecratum, & eſt hic præſens, *hoc eſt Corpus meum*; & eſt ſignum etiam ſenſibile. Enim verò Deus, Angeli, Beati cognoſcunt eſſe Sacramentum ſignum gratiæ. Averſa *de Euchar. qu.* 2. *ſect.* 2. §. *dubitatur*. 806 Auctor contrarium docet.

An guttæ Vini ſeparatæ à toto, in fundo Calicis exiſtentes, ſint conſecratæ?

AFfirma; niſi alia expreſſa ſit intentio conſecrantis. Enim verò nihil deeſt ad valorem Sacramenti, & intentio generalis conſecrandi vinum exiſtens intra Calicem totum afficit, nihilque indeterminatum continet. Bonac. *diſp.* 4. *quæſt.* 2. *puncto* 5. *num.* 1. Averſa *de Euchar. qu.* 2. *ſect.* 2. Dicaſtill. *diſp.* 2. *dub.* 1. *n.* 223. 807 Guttæ vini ſeparatæ ſed Calici adhærentes videntur conſecratæ.

Con-

Contra Coninck *loc. cit. art. 2. dub. 3. num. 43.* Layman. *lib. 5. tract. 4. cap. 2. num. 14.* Dian. *p. 3. tract. 6. res. 3.* Suarium *disp. 43. sect. 5.* Nec est undè Leander arguat *tom. 2. tr. 7. disp. 6. qu. 76.* Sacerdotem solùm debere consecrare vinum in fundo, non separatum existens per guttulas ad latera Calicis. Quo cum tamen certum est existens extra Calicem, Calici annexum, consecrari non posse.

Figura Hostiæ.

588 Hostiæ sint rotundæ, undè Coronæ appellatæ.

Debet esse rotunda ex more Ecclesiæ: undè coronæ nomen accepit, & si talis figura in formulis pro Sacerdore omittatur sine necessitate, est veniale, & cum scandalo est mortale; pro laicis verò talis figura, nec sub veniali. S. Gregorius *lib. 4. Dialogorum cap. 55.* Raynand. in *Onomastico Eucharistiæ v. Corona pagina 459.* (6)

De Substantia Panis, & Vini.
De Christo Domino, & de Speciebus sensibilibus.

CAPUT V.

Tria hæc exigunt orationem: enim verò singulæ species doctrinis dotandæ. Et primo:

De substantia Panis, & Vini.
§. I.

An desinat tota substantia Panis, & Vini in instanti perfectæ Consecrationis?

589 Substantia Panis, & Vini desinit peracta Consecratione.

Affirma: Concilium Florentinum in §. 3. *cap. firmiter, §. uno verò. de Summa Trinitate.* Trident. *sess. 13. cap. 4. Can. 2.* Ibi: *si quis dixerit in Sacramento remanere substantiam panis, & vini una cum Corpore, & Sanguine Domini nostri Jesu Christi; Anathema sit.* D. Tho. *3. par. qu. 75. art. 2.* Sancti Patres apud Suarium *disp. 45 sect. 2. conclus. 1.* Vasq. *disp. 180. conclus. 3.* contra Wiclephum damnatum in Concilio Constantiensi *sess.* 8. ajentem remanere substantiam panis, & vini. Et ratione id suadetur, quia vi positionis Christi Domini debet panis desinere ob impenetrabilitatem, qua nequeunt esse simul, & debet desinere substantia panis, quia carens propriis accidentibus nequit existere naturaliter: mitto rationem Divi Thomæ *loc. cit.* ajentis debere desinere substantiam panis, quia contra venerationem Sacramenti faceret periculum idololatriæ, si in illo Sacramento adorando latria, illa existeret, quæ ratio demonstrat aquã etiam converti in Sanguinem immmediatè.

590 Non remanet ut unita hipostaticè.

Hinc primo, non remanet substantia panis hypostaticè unita Christo Domino, contra Picum Mirandolanum *in Apologia qu. 6.*

Se-

(6) Panis pro conficienda Eucharistia, qui nunc ex farina, aut simila confectus in nitidam, tenuem, ac rotundam formam est redactus, antiquitùs nomine *Oblatæ* designabatur, eo quia à fidelibus in Missæ solemnitate offerebatur: ut probat Cardinalis Bona *Rerum Liturgicarum lib. 1. cap. 23. num. 10. & 11.* ex Concilio Arelatensi V. *Can. 1.* & ex Responsione Cardinalis Humberti ad *Michaelem Cærularium*, dum Constantinopolitana Legatione fungeretur anno 1054. ubi contra Græcos disputans de iis Ecclesiasticæ Disciplinæ Capitibus, quæ Latinam inter, & Græcam Ecclesiam disceptabantur, refert, quòd Ecclesia Hierosolymitana cum Latina conveniebat, offerebatque *Oblationis tenues ex simila*. Quam *Oblatam* idem Bona *loc. cit.* notat semper forma rotunda fuisse, ut optimè Auctor ex Raynaudo docet dictas Oblatas Coronas appellatas fuisse. Et aliquando *Hostiæ* vocatæ sunt dictæ formulæ, ut notat Dominicus Macri *in Hierolexico v. Hostia*; vel ab hoste devicto, vel quia Christus Æterno Patri Hostia pro nobis offertur, & immolatur. In Præparanda autem materia pro Eucharistia sedulò curavit semper Ecclesia, ut panis diligenter præpararetur, & ab ipsis Presbyteris, aut à Clericis in eorum præsentia conficeretur, ut probas Thomassinus *tom. 3. Disciplinæ lib. 1. cap. 14. & 15.* ex Theodulpho *cap. 5. Panes quos Deo in Sacrificium offertis, aut à vobis ipsis* (idest Presbyteris) *aut à vestris pueris coram vobis mundè, & studiosè fiant.* Et cit. Humbertus. *A Ministris Sacris Altaris in Secretario confectum offert Azymum.* Et apertè colligitur ex Toletana Synodo XVI. *can. 6.* an. 693. Ubi Hispanos Presbyteros perstringit „ Eò quod „ non panes mundos, & studio præparatos supra „ mensam Domini in Sacrificio offerunt, sed passim de panibus, suis usibus præparatis, crustulam in rotunditatem auferant, eamq; super Altare, cum vino, & aqua pro sacro libamine offerant. Subdens panem debere offerri integrum, nitidum, ac in tenuem formam redactum. „ Ut non aliter „ panis in Altari Domini Sacerdotali benedictione sanctificandus proponatur, nisi integer, & nitidus, qui ex studio fuerit præparatus, neque „ grande aliquid, sed modica tantùm Oblata, secundum Ecclesiastica consuetudo retineat: „ Subjungens panem tenuem debere esse “, quia non „ corpus, sed animam alimonia spirituali reficiat. „ Quando autem ad hanc, qua nunc utimur, formam fuerit redactus, liquidò non constat. Gaspar Juvenin in *Dogm. Hist. dissert. 4. quæst. 2. cap. 1. art. 3. in fine*, asseverat labente undecimo Seculo panem Eucharisticum ad præsentem formam efformatum fuisse, ex Bernardo Constantiensi Presbytero circa annum 1089, qui Ordinem Romanum notis illustravit, ex Ernulpho Episcopo Roffensi circa ann. 1124. in Epistola ad Lambertum, relata *tomo 2. Spicilegii*, ubi: *Illi* (idest Apostoli) *panes quotidianos comederunt, nos in forma nummi panem accipimus.* Verùm circa tempora Honorii III. colligere licet invaluisse præsentem consuetudinem efformandi panem ex liquida simila intra duo calida instrumenta ferrea confectum, in cujus altera superficie Crucifixi imago impressa videretur, ut præcepit Honorius III. anno 1220. relatus à cit. Macri *v. Hostia*; & Aloysius Novarinus in *Agno Eucharistico cap. 69.* refert olim fuisse impressas in Hostiis varias effigies, utpote Christi ad columnam alligari, vel è sepulchro emergentis, aut resurgentis. Vide insuper dictum Novarinum *lib. 5. Electorum Sacrorum.* Demùm Honorius Augustodunensis, qui similiter anno 1220. florebat *lib. 1. Gemmæ Animæ cap. 66.* à Christiano Lupo *tomo* 4. Venetæ editionis in *Dissertatione de Simoniæ crimine cap. 11.* relatus, rationem affert cur ad formam denarii formulæ istæ pro conficienda Eucharistia sint nunc efformatæ. „ Fertur, *inquit*, quòd olim Sacerdotes à „ singulis domibus, vel familiis farinam accipiebant, quod adhùc Græci faciunt, & indè Dominicum panem faciebant, quem pro populo offerebant, & consecratum eis distribuebant. Nam singuli farinam offerentium Missæ interfuerunt, „ & pro his in Canone dicebatur: Et omnium circumstantium, qui tibi offerunt hoc Sacrificium „ laudis. Posquam autem Ecclesia numero quidam augebatur, sed Sanctitate minuebatur propter carnales, statutum est, ut qui possent singulis Dominicis, vel tertia Dominica, vel summis „ Festivitatibus, vel ter in anno communicarent, & „ quia populo non communicante non erat necesse tam magnum panem fieri, statutum est eum „ in modum denarii formari, ut populus pro oblatione farinæ denarios offerret, pro quibus traditum Dominum recognoscerent, qui tamen denarii in usum pauperum cederent, vel in aliquid, „ quod ad hoc Sacrificium pertineret. „ Notans insuper in hoc denario Imaginem Christi cum literis efformari, quæ fieri nequirent, nisi panis Eucharisticus hac, qua nunc utimur, forma fuisset efformatus. „ Ideò Imago, *inquit*, Domini cum literis „ exprimitur, quia in denario Imago, & nomen „ Imperatoris scribitur, & per hunc panem Imago „ Dei in nobis reparatur, & nomen nostrum in Libro Vitæ notatur.

Nec ut unita Corpori, & Animæ Christi.

Secundo, nec remanet unita Corpori, & Animæ Christi Domini; contra Durandum in 4. *dist.* 11. *qu.* 3.

Tertio, nec remanet existentia panis, & vini, nam vel eadem cum essentia, vel substantialis est, contra Bandez *part.* 1. *quæst.* 4. *art.* 2. *dub.* 2.

Nec remanet potentia passiva materiæ.

Quarto, nec remanet potentia passiva materiæ destructa materia, nam hæc vel est idem cum materia, vel substantialis, nec est accidens, in quo subjectatur quantitas, & alia accidentia, contra Aversam.

De Desitione substantiæ Panis, & Vini.
§. II.

Quotuplex Desitio sit?

811 Tripliciter res potest desinere.

DEsitio triplex: Prima corruptione, qua forma materialis desinit in subjecto. Secunda est desitio totius per corruptionem in aliud totum ex vi actionis, & ista appellatur Transubstantiatio, qua res desinit in aliam rem subrogatam loco ipsius, non tanquam in subjecto. Tertia est desitio per annihilationem, qua res desinit in purum nihil, ità ut nec ejus remaneant accidentia, nec aliud subrogetur loco ipsius. Argentina in 4. *dist.* 11. *qu.* 1. *art.* 2.

An Desitio substantiæ Panis sit annihilatio?

812 Desitio substantiæ panis non est annichilatio

NEga: D. Tho. 3. *par. qu.* 75. *art.* 3. Argentina *loc. cit.* Arriaga *tom.* 7. *disp.* 35. *num.* 27. dicens magis philosophicè desitionem istam nominandam annihilationem, contra Scotum in 4. *dist.* 11 *qu.* 4. Gabrielem, & Majorem *ibidem qu.* 1. Ochamum *qu.* 6. *dub.* 7. putantes, & quidem probabiliter posse dici annihilationem totius substantiæ, remanentibus dumtaxat speciebus.

Probatur, nam substantia panis, & vini non annihilatur. Consequentia est bona, aliàs etiam formæ corruptæ, quæ desinunt in materiam, annihilarentur.

Antecedens probatur ex Trid. *sess.* 13. *Can.* 2. de transubstantiatione ubi: *conversionem fieri totius substantiæ panis in substantiam Corporis Christi Domini*; ergo non in nihil, sed in aliud desinit; & sic actio illa transubstantiativa tendit ad ponendum Christum Dominum, quo posito supernaturali reproductione, naturali incompossibilitate desinit substantia panis, & vini, impotentes remanere sine suis accidentibus.

Igitur non annihilatur, quia non desinit purum omninò nihil. Argentina *loc. cit.*

An vi verborum pereat substantia Panis, & Vini?

813 Vi verborũ non perit substãtia Panis, & Vini, sed unio accidentium cum substãtia.

NEga: quia verba id non significant, & licèt panis alibi conservaretur miraculosè, & sub speciebus illius Christus Dominus poneretur, adhuc verificaretur significatio verborum; solùm ergo vi verborum perit unio accidentium cum substantia naturali ipsorum panis, & vini: & ipsa desinit non vi verborum, sed quia nequit conservari naturaliter sine accidentibus. Arriaga *loc. cit. num.* 33.

An potuisset Deus conservare substantiam Panis, & Vini simul cum Corpore Christi Domini?

NEgant aliqui. Mihi Deus inops nunquam, & accidentia valerent respicere Christum Dominum, & subjectum proprium, possentque simul penetrari cum substantia panis, & vini cũ Corpore Christi Domini, & tunc dici posset, hoc est meum Corpus, & panis, in quo cùm nulla contradictio, nulla impossibilitas. Henaus *de Eucharistia disp.* 6. *num.* 18. 814 Substãtiã Panis & Vini potuisset Deus cõservare cũ Corpore Christi.

De substantiæ deficientis Reproductione.
§. III.

SIcuti præsente Christo Domino desinit substantia panis, & vini, ità recedente Christo Domino, ut producatur nova forma substantialis, debet creari materia prima. De qua quærimus: 815 Christo recedente producitur nova forma substantialis

An eadem numero materia prima, quæ desierat recreetur?

AFfirma: ex probabili conjectura: nam Divina beneficentia in omnes diffundit suæ bonitatis argumentum, cùm ergo desierit materia ex se perpetuò duratura, ut cederet Christo Domino locum, ità reintegratur in purissimum esse Christo Domino recedente, nè perpetuò desinat, quæ ob Christum desiit, & hoc modo veluti elargitur materiæ gratias, esse dando. Lugo *disp.* 10. *sect.* 2. *num.* 21. Bernal *disp.* 36. *sect.* 5. *num.* 30. Arriaga *tom* 7. *disp.* 38. *num.* 15. Aversa *de Euchar. qu.* 5. *sect.* 5. contra Henaum *de Euchar. disp.* 7. *num.* 17. *in fine.* 816 Eadem materia, quæ desiit recreatur.

De Christo Domino Sacramentaliter præsente.

CAPUT VI.

HIc plura remanent addenda, quæ properantem gravant orationem. Et primò, disquiramus, quomodo per conversionem Christus sit in hoc Sacramento. Secundo, quæ per se, quæ concomitanter. Tertio, qualis præsentia. Quartò quantùm possit agere, & quomodo possit agi sensibilibus mutationibus. Ad primum.

De conversione substantiæ Panis, & Vini in Corpus, & Sanguinem Christi Domini.
§. I.

UT penitissimè veritas abdita elucescat, ante oculos ponamus.

Quid sit, & quæ requirantur ad conversionem?

ESt transitus unius in alteram rem; ità sine notitia Sanctissimæ Eucharistiæ loquuti quidam Philosophi; Itàut semper ac est naturalis mutatio, qua destructa una re, altera generatur, dicta fuerit conversio; sic lignum dicitur converti in ignem, quia destructa forma ligni producitur ignis, itàut si nihil destruatur, & solùm producatur res nova, tunc non dicitur conversio, sed vel creatio, ut in Adamo, vel generatio, ut in illuminatione aeris, in qua producitur lumen, & nihil destruitur. 817 Quid sit cõversio substantiæ Panis, & Vini in Corpus, & Sanguinẽ Christi.

Ad

818 Tria requiruntur ad conversionē.

Ad conversionem ergo requiruntur tria. Primo terminus à quo, qui destruitur. Secundo terminus ad quem, qui producitur. Tertio terminus qui transit, & erat in termino à quo, & transit ad terminum ad quem, ut in mutationibus naturalibus est materia, vel si destruatur materia, debent esse accidentia, quæ debebant adesse in termino à quo, & termino ad quem.

Hinc quando ex homine fit cadaver, non dicitur anima rationalis converti in cadaver, quia anima remanet, licèt separata.

Hinc nec dicitur alimentum converti in animam rationalem, quia anima rationalis non producitur, quando informat portiones transmutatas in substantiam aliti. Arriaga *loc. cit.* contra Vasqu. & Lugonem, non requirentes novam termini ad quem productionem. Qui impugnantur ex eo quia sine destructione termini à quo non datur conversio; ergo nec sine productione termini ad quem. Hinc solvitur:

An quodlibet possit converti in quodlibet.

819 Quodlibet nequit converti in quodlibet.

NEga: Argentina in 4. *dist.* 10. *qu.* 1. *art.* 1. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 357. nam res indestruibilis essentialiter, & improducibilis ut est Deus, non potest esse terminus conversionis à quo, vel ad quem; & sic licèt omnis creatura possit converti in omnem creaturam, quia potest destrui, & produci; tamen Deus non potest converti in creaturam, quia indestruibilis, nec creatura in Deum potest converti, quia Deus improducibilis essentialiter. Cæterum Deus, ut potest ex nihilo producere, & ad nihilum deducere omnes creaturas, ità potest inter se illas ipsas convertere. Argentina *loc. cit. §. secunda conclusio.*

An quando species consecratæ corrumpuntur, valeat dici Christum converti in vermes?

820 Corruptis speciebus Christus nō convertitur in vermes.

NEga: quia tunc Christus Dominus non destruitur, licèt desinat esse sub speciebus. Arriaga *loc. cit. num.* 14.

Secundo idem Arriaga satisfaciens clarè Lugoni, docet, Christum converti in vermes; quia est mera quæstio vocum, cùm non sit aliud, quàm Christum desinere, & vermes generari sub eadem quantitate, licèt id inter indoctos non dicendum.

An si panis reproduceretur, posset dici Christum converti in panem?

821 Si panis reproduceretur, non dicitur Christum cōverti in Panem.

NEga: nam Christus Dominus non destrueretur, sicuti nec destruitur, sed recedit quando ex hostia fiunt vermes. Contra Cajetanum 3. *par. qu.* 75. *art.* 4. *ad* 2. Capreolum, Paludanum, & alios apud Suarium *disp.* 54. *sect.* 3.

An conversio transubstantiativa Panis, & Vini in Corpus, & Sanguinem Christi Domini sit productiva Christi Domini in hoc Sacramento?

822 Conversio Panis, & Vini in Corpus, & Sanguinē Christi producit Christū Dominum.

AFfirma: sivè vocetur reproductio, sivè replicatio. D. Tho. & alii apud Suarium *disp.* 50. *sect.* 5. undecim Doctores, quibus subscribit Arriaga *tom.* 7. *disp.* 35. *num.* 1. Gabr. à S. Vinc. dicens esse D. Thomæ *disp.* 8. *qu.* 5. *§. his ergo*, contra Sotum in 4. *dist.* 11. *qu.* 3. & 4. Bellarminum *lib.* 3. *cap.* 18. Lugonem *de Euchar. disp.* 7. *num.* 89. ajentes esse transubstantiationem adductivam, vel introductivam Corporis Christi Domini in speciebus panis, & vini sine descensu locali de Cœlo. Contra Henriq. *lib.* 8. *de Euchar. cap.* 28. & alios, ponentes terminum conversionis esse modum substantialem, quo Christus Dominus est præsens speciebus.

Qui modus omninò displicet; nam inter composita accidentalia, ut est hoc Sacramentum, modus nequit esse nisi accidentalis. Contra Suarium *disp.* 50. *sect.* 4. ajentem terminum transubstantiationis esse conservationem Christi Domini sub speciebus, contra quem facit, quia conservare sub specie supponit productionem sub specie, & sic Sacramentum antea factum.

Probatur ergo per conversionem istam attingi productivè Christum Dominum sub speciebus; itàut eadem actio, ut primo instanti attingens sit productio Christi Domini, in secundo instanti deinde illius conservatio; prout dicimus Sacramentum fieri, & conservari ex *can. nunm sub figura. de consecr. dist.* 2. ibi. *veritat dum Corpus Christi, & Sanguis virtute Spiritus Sancti, & panis, & vini substantia efficitur. can. panis*, ibi: *ubi accessit consecratio de pane fit caro Christi*, & ibi: *dixit, & factum est, ipse mandavit, & creatum est. de consecr. dist.* 2.

Et talem cooversionē creativam dicit S. Cyprianus *Sermone de Cœna Domini* post medium, ibi: *qui usque hodie hoc veracissimum, & Sanctissimum Corpus suum creat.* Et Bessarion. *lib.* 1. *de verbis Consecrationis*, ibi: *tota Trinitas hoc Corpus Altaris creat.* Ubi vides Sanctos Patres hanc conversionem appellare creationem, productionem, factionem, quia hoc est essentiale conversioni producere, scilicet rem novam, vel de novo pereunte antiqua præexistenti, ut patet in omni conversione naturali, ad cujus similitudinem, hæc ineffabilis appellata est conversio à Tridentino. 823 Conversio appellatur creatio.

Confirmatur contra Lugonem, quia si hæc conversio esset introductio in species, non esset transubstantiatio, sed translocatio, sivè transaccidentatio.

Dices primo, nemo potest producere seipsum; ergo nec Christus seipsum sub speciebus. 824 Objecta diluuntur.

Respondetur distinguendo antecedens, naturaliter concedo antecedens, supernaturaliter subdistinguitur: per modum primæ productionis concedo antecedens, per modum secundæ productionis nego antecedens. Nequit enim per modum primæ productionis, quia non existens produceret seipsum. Potest per modum secundæ, quia præexistens ex vi primæ seipsum reproduceret per secundam productionem, ut docebamus in philosophia.

Dices secundo, destructo pane, & posito Christo Domino sub speciebus habetur conversio; ergo productio Christi Domini sub speciebus ad nihil deservit.

Respondetur cum Arriaga *loc. cit. num.* 2. non facere conversionem, quia ut conversio exigit destructionem termini à quo, nec satis si alio in loco conservetur; ità exigit productionem termini ad quem, aliàs omnis exclusio etiam localis alterius diceretur conversio exclusi in inclusum.

An

An omnia, quæ veniunt etiam per concomitantiam, veniant vi conversionis?

825 Omnia, etiã cõcomitantia veniunt vi verborũ.

AFfirma: si saltem per conversionem sint producibilia, & veniant in hoc Sacramentum; nam alia ratione venire, intelligi nequeunt. Præpositus 3. *par. qu.* 76. *art.* 2. *dub.* 2. *n.* 8. Lugo *disp.* 8. *num.* 87. post D. Thomam 3. *par. qu.* 75. *art.* 4. *ad* 3. Contra Vasq. *disp.* 185. *cap.* 2. Coninck 3. *par. qu.* 76. *art.* 2. *num.* 3. Martinon *disp.* 31. *sect.* 5. *num.* 51. Henaum *disp.* 8. *num.* 90.

Ex quo jam pertingit novum difficultatis punctum oratio.

De Christo Domino in hoc Sacramento, prout est per se vi verborum, & Concomitanter.

§. II.

826 In Eucharistia est Humanitas, & Divinitas Christi.

IN hoc Sacramento permanenti est totus Christus Dominus noster, Humanitas scilicet, & Divinitas. Sed aliqua veniunt ex vi significationis verborum, aliqua vi unionis. Trident. *sess.* 13. *cap.* 3.

Quid sit venire vi verborum: Quid venire concomitanter.

827 Quæ significant verba, veniunt vi verborum, quę vi unionis, concomitanter.

VEnire vi verborum est venire, ut res significata à verbis formæ. Venire concomitanter est venire vi unionis cum re significata à verbis. Trid. *sess.* 13. *cap.* 3.

Quæ veniant ex vi verborum in hoc Sacramento, quæ concomitanter.

828 Vi verborũ venit Corpus, & Sanguis, concomitanter, quod est unitum eis.

COrpus, & Sanguis venit ex vi verborum; nam Corpus significatur quando dico, *hoc est Corpus*; Sanguis quando dico *hic est Calix Sanguinis*. Concomitanter verò venit quidquid est unitum Corpori, & Sanguini. Trident. *loc. cit. cap.* 3. Ibi: *Corpus quidem sub specie panis & Sanguinem sub specie vini ex vi verborum. Ipsum autem Corpus sub specie vini, & Sanguinem sub specie panis, animamque sub utraque vi naturalis illius connexionis, & concomitantiæ, qua partes Christi Domini, qui jam ex mortuis resurrexit, non amplius moriturus, inter se copulantur.*

Per se ergo vi verborum veniunt Corpus, & Sanguis. De singulis distinctiùs, ac uberiùs.

Quid nomine Corporis veniat in hoc Sacramento?

829 Quid nomine Corporis veniat in hoc Sacramento.

NObis placuit nomine Corporis significari materiam primam partibus solidis organizatam cum Arriaga *tom.* 7. *disp.* 36. *nu.* 28. Bonac. *qu.* 3. *de Euchar. puncto* 5. *proposit.* 4. & pro parte Lugo *disp.* 8. *sect.* 4. *num.* 78. quidquid mussitet Gabr. à S. Vinc. *de Euchar. disp.* 9. *qu.* 1. Cujus sententiam, scilicet ab anima rationali constitui corpus, impugnavimus Philosophi.

830 Corpus non est mera materia.

Nec placet corpus esse meram materiam, ut ponit Gabr. in *Canone lect.* 42. Marsilius in 4. *qu.* 8. *art.* 1. *dub.* 2. Major. in 4. *dist.* 10. *quæst.* 5. Aversa *qu.* 4. *sect.* 1. §. *dicendum ergo*. Henaus *disp.* 8. *num.* 35. & 46. ajens esse materiam primam in ordine ad animam. Nam sola materia non facit corpus humanum, & iy *ordo ad animam*, nequit fundari, nisi in organizatione, quod est coincidere in nostram sententiam.

Ergo inquies panis conversus in corpus Christi Domini, est conversus etiam in accidentia constituentia Corpus.

Concedit consequentiam Vasq. & Arriag. *loc. cit. num.* 30. Nec per hoc conversio diceretur transaccidentatio, sed nuncupatur transubstantiatio, sumpta denominatione à nobiliori, scilicet à substantia materiæ. Insuper Arriaga *loc. cit.* ait non dici transubstantiari accidentia, nec transaccidentari, quia repugnantia non est inter accidentia Corporis Christi cum substantia panis destructi.

831 Hic nomine Corporis veniunt partes solidæ, non liquidæ.

Nomine autem Corporis hìc veniunt partes solidæ cum carne, non fluidæ, aliàs veniret sanguis: & tamen Trident. *sess.* 13. *cap.* 3. ait venire vi verborum Corpus, & Sanguis concomitanter, quando dicitur *hoc est Corpus*. Arriaga *loc. cit. num.* 35. qui *num.* 38. ait præputium Christi Domini non venire, quia non corpori unitum. Aversa *l. cit.* §. 4.

Quid veniat nomine Sanguinis?

832 Nomine Sãguinis venit materia organizata accidentibus Sanguinis.

VEnit materia organizata accidentibus sanguinis. Arriaga *loc. cit. num.* 35. & non veniunt aliæ partes fluidæ, atræ, flavæ bilis, pituitæ; nam sunt omninò à sanguine diversæ. Gabr. à S. Vinc. *disp.* 9. *qu.* 2.

833 Venit totus Sãguis, etiã fortè auctus.

Venit totus sanguis, non solùm præsens tempore Consecrationis Christi Domini, sed etiam deindè fortè auctus, qui modo invenitur intra venas Christi Domini in Cœlis: non tamen venit aliqua guttula in terris fortè relicta, quia non ampliùs est pars, nec integralis, nec actualis Christi Domini, sicuti nec etiam veniunt partes sanguinis, & carnis, quæ per annos vitæ mortalis Christi Domini transpiratione effluxerunt, ac deperditæ, non ampliùs Christo Domino unitæ sunt. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 36. *num.* 1. & 36. Henaus *disp.* 8. *num.* 50.

834 Tempore Passionis venisset Sãguis tam intra, quàm extra venas effusus.

Si tempore Passionis Domini fuisset facta Consecratio, benè venisset Sanguis, tum intrà, tum extra venas effusus adhuc Verbo unitus; nam est theologicum effatum: *quod Deus assumsit, nunquam dimisit*, intelligendum de partibus essentialibus, ac integralibus, quibus constituitur perfectus Christus Dominus.

An venisset divisus vi Consecrationis Sanguis intra, & extra venas, si tempore Passionis fuisset Consecratio facta?

835 Tunc non divisus Sanguis venisset, quod Auctori non arridet.

NEgat, affirmantibus aliis, Soar. *disp.* 51. *sect.* 3. v. *sed quæres*. Tanderus *disp.* 5. *q.* 5. *dub.* 2. *num.* 25. Bernal *disp.* 26. *sect.* 5. quia partes liquidæ in eodem loco positæ illicò uniuntur, ut si intra venas poneretur aqua, & sanguis illi counitetur. At mihi oppositum arridet, quia ratione continentis venæ nequit uniri, licèt partes liquidæ.

An vi verborum veniant spiritus naturales, vitales, animales?

836 Vi verborũ nõ veniunt spiritus naturales, vitales, animales.

NEga; nam isti non significantur voce Sanguinis, licèt sint purissima Sanguinis portio. Henaus *disp.* 8. *num.* 52. Veniunt ergo concomitanter hujusmodi spiritus, ut uniti corpori, & sanguini.

An, & quæ veniant concomitanter ?

837 Quæ ſunt unita Corpori, & Sanguini veniunt cõcomitanter.

COncomitanter veniunt nmnia, quæ ſunt unita Sanguini, & Cnrpori Chriſti Domini. Trid.*ſeſſ.*13.*cap.*3. & ſic primo venit anima rationalis, quæ eſt unita Corpori,& Sanguini;Undè ſi in triduo mortis Chriſti fuiſſet facta Conſecratio, tunc non fuiſſet ibi anima Chriſti Domini, quia non unita. D.Tho. 3.*par.qu.*76.*art.*1.*ad primum*,ubi Serra *dub.un.* Amicus *qu.*19.*ſect.*6.*num.*92. Henaus *diſp.*8.*num.*51.

838 Et unio hypoſtatica.

Secundn veniſſet unio hypoſtatica. Suar.*diſp.*51.*ſect.*6. Arriaga *loc.cit.n.*43. contra Averſam *qu.*2. *ſect.*1.*§.inde.* Suarez *ibid.* volentem unionem hypoſtaticam venire vi verborum, expreſſam per ly *Corpus meum*. ex *Can. neceſſaria. de conſecr. diſt.* 2. Cui benè ſatisfacit Arriaga *loc. cit. num.* 42. ſcilicet ly *meum* ſignificare corpus: nec requiritur unin, nec perſonalitas, ut quis dicat *meum*,ut patet ſi anima ſeparata diceret de ſuo cnrpore, *hoc eſt Corpus meum.*

839 Et Perſonalitas Verbi.

Tertio,concomitanter venit perſonalitas Verbi, nam eſt unita humanitati. Vaſqu. *diſp.*185. *num.*14. Arriaga *loc.cit.num.*41.43.46. Henaus *diſp.*8. *num.* 72. contra Bellarminum *lib.* 4. *de Euchar. cap.*23. *in fine.* Bernal *diſp.*37. *ſect.*1. & 2. Raynaudum in *Candelabro ſeptiluſtri ſect.* 3. *cap.*4.*num.*12.Lugnn.*diſp.*8. *ſect.*6. ajentes,perſnnalitatem venire vi verborum per ly *meum*, nam non quodlibet, ſed Chriſti Domini Corpus venit; ergo venit perſonalitas. Quæ ratio omninò evanuit ex dictis, quia *meum* verificari poteſt etiam de corpore ſine perſonalitate,ut ſi anima ſeparata dicat, *hoc eſt Corpus meum.*

840 Atque Divinitas.

Quarto venit Divinitas.*Can.neceſſario.*80. *de conſecr. diſt.*3. Trid. *ſeſſ.*13. *cap.*3. ibi: *Divinitatem porrò propter admirabilem illam ejus cum corpore,& anima hypoſtaticam unionem.* D.Thomas 3.*par.q.*76.*art.*1. ubi Serra.

841 Et tota SS. Trinitas.

Quinto venit tota Sanctiſſima Trinitas;nam totum id ſine quo non poteſt venire, venit concomitanter,ſivè nb immediatam unionem, ſivè quia eſt idem cum re unita; ſic natnra Divina licèt non unita immediatè per ſe, ſecundum prædicata communia venit,quia venit perſonalitas Verbi humanitati unita; ergn licèt Pater, & Spiritus Sanctus non ſint uniti humanitati, ſunt idem cum natura Divina, quæ adeſt concomitanter, concomitanter etiam venient. Et ita docet D.Thn. *opuſc.*63.*cap.*2.*par.*3. *§.eſt*, ibi: *Quoties à Sacerdote oblatum fuerit hoc ſacrificium, toties Deus Pater cum Filio, & Spiritu Sancto ſe totum ad fruendum exhibet.* Gabr.*lect.*42. *in Canone.* Lugo *diſp.*8.*num.*126.Vaſq.*diſp.*185.*num.* 15. Arriaga *loc. cit. num.*46. Averſa *qu.*4.*ſect.*1. *in fine. de Euchariſtia.* Leand. *to.*2. *tract.*7. *diſp.*8. *qu.* 11. Contra Granadum *tr.* 4. *de Euchar. diſp.*4.*num.*8. Nugnum 3 *par.qu.*76. *art.*2.*diffic.*3. Serram 3.*par.qu.*76.*art.*1.*dub.un. concl.*4. ajentes non concomitanter, ſed ex ſpeciali titulo venire, quatenus in Sacramento operatur mirabilia: & quatenus ibi eſſet, ſi per impoſſibile alibi, vel immenſus Deus non fuiſſet;& ſic non eſt tantùm ibi ex generali Divina immenſitate per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, ſed iſtis etiam ſpecialiſſimis titulis.

An Sanctiſſima Trinitas poſſit dici in hoc Sacramento manducari ?

AFfirmat Vaſq. *diſp.*183.*cap.*2.*num.*18.Hurtadus *de Euchar. diſp.* 5. *diffic.* 4. Gabr. à S.Vinc.*diſp.*9. *qu.*4.dicens eſſe doctrinam Divi Thnmæ *l.cit.opuſ.*63.ita ajentis: *Deus Pater,Corpus, & Sanguinem Unigeniti Filii ſui Domini noſtri Jeſu Chriſti ſub ſpecie panis, & vini ad delectabilem refectionem animarum tam continuè miniſtravit, in quo totum quod ipſe eſt, & habet cum Spiritu Sancto in ſummo dedit.* Hæc D.Thn. reclamante Turriano in *Cenſuris Theologicis centuria* 1.*dub.*4. Henan *diſp.*8. *num.*75. 842 Dici poteſt in Euchariſtia manducari Trinitas

An totus Chriſtus Dominus in hoc Sacramento ſit per concomitantiam ?

AFfirma: nam vi verborum veniunt tantùm Cnrpus, & Sanguis, quibus cum Chiſtus Dominus eſt unitus. Trid.*ſeſſ.* 13. *cap.* 3. Arriaga *tom.*7.*diſp.*36.*num.*1. 843 Totus Chriſtus eſt per cõcomitantiam.

An concomitanter veniant quæ complent perfectum hominem,dentes, capilli,ungues,&c.

AFfirma: nam perfectus Chriſtus Dominus venit,& ſic omnes hujuſmodi partes perficientes, ſivè animentur, ſivè non, anima ratinnali. Arriaga *loc.cit. num.*2. ſic venit quælibet qualitas, etiam ſupernaturalis animæ Chriſti Domini unita, ut claritas, beatitudn, intuitio Divinitatis. Martinon *diſp.*32.*ſect.*1.*n.*40. 844 Dentes, capilli,ungues concomitãter veniunt.

An veniant excrementa,ſaliva,cibus ?

NEga, quia nec hujuſmodi nnita humanitati, nec ad nrnamentum, nec ad perfectionem, niſi ſaliva neceſſaria ſit pro functionibus humanitatis; tunc enim venit, ut etiam venit aer neceſſarius pro exercitin operationum vitalium naturalium. Suar. *diſp.*51. *ſect.*1. *in fine.* Arriaga *loc. cit.* Tanderus *diſp* 5.*ſect.* 5. *dub.* 2. *num.* 23. Contra Henaum *de Euchariſt. diſp.*8. *num.*49. 845 Non tamen excremẽta, ſaliva,cibus, &c.

An veniat quantitas Chriſti Domini ?

QUi putant quantitatem eſſe accidens exigitivum impenetrabilitatis, vel extenſionis in nrdine ad ſe, vel ad locum, fatentur remanere quantitatem cum D. Thom. *loc. cit. art.* 4. 846 Quid nomine quantitatis Chriſti, & an veniat in hoc Sacramẽto affirmantibus aliquibus.

Qui defendunt quantitatem eſſe idem cum ſubſtantia materiali, adhuc dicunt remanere quantitatem cum Arriaga *loc.cit.*

Qui tuentur quantitatem eſſe extenſionem ipſam localem, debent dicere Chriſtum Dominum in Euchariſtia ſine extenſinne locali,& ſic ſine quantitate exiſtere ut defendunt Ochamus in 4.*qu.*4.Gabr. in 4.*diſt.*10.*qu.un.art.*2.Major. in 4. *diſt.* 10. *qu.*2. & ſententiam nulla cenſura dignam ait Henaus *diſp.*8. *de Euchar. num.* 83. gratis nbmurmurante Sotn in 4. *diſt.* 10. *qu.* 1. *art.*4. *§.quo circa.* Quaſi liceat deficiente ratione, & ſcriptura, cenſuris invadere aliorum rationabiliores meditationes. (6) 847 Si quantitas ſumatur pro ipſa extenſione locali, in Euchariſtia non admittenda.

An

(6) Sed an opinio hæc digna ſit cenſura, vide probatos, & doctiores Auctores.

An accidentia constitutiva organizationis veniant concomitanter ?

348 Accidentie veniunt cōcomitanter.

AFfirma: D.Tho. 3.*par.qu.*76.*art.*4. putans rationem communicari ab anima.

At dicentes rationem corporis constitui à materia cum organizatione, sicuti vi verborum venit corpus, ità vi verborum constitutiva, ut tuetur Vasqo. *disp.*187. *cap.*4. Meratiue *de Euchar.disp.*22.*sect.*5. Bonac.*de Euchar.qu.*3. *puncto* 5.*propositione* 4. Aversa *de Euchar.qu.*4.*sect.*2. §.*nihilominus*. Quidquid clamitet Gabr. à S.Vincent. *loc.cit.qu.*3. §.*nostra*.

An in triduo mortis Christi Sanguis effusus venisset concomitanter in Corpore ?

349 In triduo mortis non venisset cōcomitanter Sanguis effusus.

NEga: sicuti nec tunc venisset Corpus in Calice; nam defuisset unio. Aversa *de Euchar.q.*4.*sect.*1. Arriaga *loc.cit.num.*34. §.*ad illud*. Nisi velis venere Corpus in Sanguinem, quia venit personalitas unita Sanguini, & Corpori.

De Domini Nostri existentia modali ;

§. III.

Quomodo Christus Dominus sit in hoc Sacramento ?

350 Christus est totus in toto, & totus in qualibet parte permanenter.

ESt totus in toto, & totus in qualibet parte permanenter. Trident. *sess.*13. *cap.*3. ibi: *Totus enim, & integer Christus sub panis specie, & sub quavis ipsius speciei parte, & totus item sub vini specie, & sub eius partibus existit.* & *sess.*21. *cap.*3. *Can.*3. *Clem.un.de Reliquiis, & veneratione Sanctorum. cap.firmiter. de Summa Trinit.* Concilium Florentin. §.*tertium est.* VII. Synodus *act.*8. Concilium Ephesinum III. *sess.*4. *cap.cum Marthæ. de celebrat.Miss. cap.*1. *de Custodia Eucharistiæ.Can.ego Berengarius.*41.*de consecr. dist.* 2. Contra Calvinum, & alios Sacramentarios, ajentes cum ipso, fideles communicantes sumere Christum Dominum existentem in Cœlis, & non in hostia; contra Lutherum, ajentem Christum esse non permanenter, sed in usu apud Bellarminum *lib.*4. *de Euchar. cap.*1. Est ergo Christus Dominus totus in toto, & totus in singulis partibus permanenter. *can.singuli.* 96. *can. ubi.* 77. *de consecrat. dist.* 2. Suarius *disp.* 52. *sect.*2. Sed est, quod ultra inquiramus.

An sit totus in qualibet parte, quando una pars est ab alia separata ?

351 Etiam facta separatione partis ab alia.

AFfirma: Trid. *loc. cit. Can.*3. ibi: *facta separatione*. Florentinum in *Decreto de Unione Armenorum*, §. *tertium est.*

Sed major est difficultas:

An partibus inter se continuis sit totus in toto & totus in qualibet parte ?

352 Et in partibus cōtinuis.

AFfirma: Trid. *sess.*13.*cap.*3. & esset res fidei si in Canone 3. desumpto ex *cap.*3. non adessent illa, *facta separatione*, veluti explicandu caput tertium; & sic res proxima fidei est, ut ait Henaus *disp.*8. *nu.*4. Contra Albertum in 4. *quæst.*13. *art.*11. volentem ad instar speculi partes simul, & semel exprimere separatæ singulæ totum.

Patet etiam, quia in materia homogenea non est assignabilis una potius, quàm altera pars, in qua sit pes, non caput. Secundo, quia cum Christus Dominus sit modo indivisibili, & inextenso, necessariò debet esse totus in singulis partibus etiam conjunctis; cùm quælibet pars sit capax totius: nec sit major ratio de una, quàm de altera parte. Tertio, quia nequit intelligi esse in toto indivisibiliter, nisi in singulis partibus sit etiam totus Christus Dominus, ut patet in anima rationali, quæ tota etiam in singulis partibus conjunctis invenitur. Quarto, quia id erat expediens, ut sine novo miraculo in divisione specierum totus inveniretur. D. Tho. *loc.cit.* Arriaga *loc.cit.* Vasqu. *disp.*188. *cap.* 2. post Innocentium *lib.*4.*de Mysteriis Missæ cap.*8. & est totus Christus Dominus etiam in partibus indivisibilibus, continuativis, terminativis, compositivis, sub quibus erat substantia panis. Cùm enim Christus Dominus indivisibiliter existat, poterit esse sub indivisibili specie. Gabr. *lect.* 9. *in Canone*. Capreolus in 4. *dist.*10. *qu.* 4. *art.*3. ubi Sotus *qu.*1. *art.* 3. contra Scotum in 4.*dist.*10.*qu.*1. Vasq. *disp.*188. *cap.*4.

An Christus Dominus sit semel totus in toto, & totus in qualibet parte totius, & non bis, sed semel in toto, iterum in qualibet parte totius ?

AFfirma: nec enim in una parte est pes, in alia caput, igitur semel totus in toto, & totus in qualibet parte, & dicitur in toto totus, quia est in qualibet parte totus, ut Angelus totus in sphæra, quia totus in qualibet parte. Arriaga *tom.*7.*disp.*33.*num.*22.*in fine*. 353 Et est semel totus in toto, & in qualibet parte, non bis.

Hinc resolvitur:

An Christus Dominus in Eucharistia habeat figuram localem ?

NEga: quia caret extensione locali exigita à figura extensa. 354 Christus in Eucharistia nō habet figuram localem.

An habeat figuram in ordine ad se ?

AFfirma: quia ista non pendet ab extensione locali, & tantùm consistit in unione partiū inter se, qua caput immediatè collo, mediatè pectori, & sic aliis partibus non confusè, sed ordinatim unitur: licèt enim caput sit in eodem puncto loci, in quo est pes; tamen non est unitū pedi, sed collo immediatè, & sic proportionaliter de aliis partibus componentibus Dominicum Corpus, quę extensio in ordine ad se appellatur; & hanc extensionem in ordine ad se substantia non emendicat à quantitate, ut Philosophi docebamus, & reclamantibus aliis tuetur Henaus *disp.*8.*num.*85. 355 Habet tamen figurā in ordine ad se circa unionem partium.

An ista præsentia sit definitiva ?

DIstinguitur: si esse definitivè sit idem ac esse totus in toto, & totus in qualibet parte, & tunc est definitivè, sicuti definitivè potest dici esse in quantum per præsentiam suam modalem nequit poni in aliam hostiam. Lugo *disp.*3.*num.*183. Aversa *de Euchar. qu.*4. *sect.*4. §.*aliter dici*. Si verò idem intelligas defini- 356 Definitivè, idest totus in toto, & in qualibet parte est Christus in Eucharistia.

857 Non tamen definitivè, idest in uno loco, & non in alio loco. finitivè esse in uno loco, ac non esse in alio loco; tunc dicas non esse definitivè cum D.Tho, *3.par.qu.76.art.5.ad 1.*

An præsentia Christi Domini in Sacramento supponat per se aliam præsentiam Christi Domini, saltem naturalem?

858 Præsentia Christi in hoc Sacramento supponit ejus præsentiam naturalem. AFfirma: nam cùm Christus Dominus in Sacramento supponat sui causam, & verba Christi Domini, in cujus personam loquitur Sacerdos, sequitur Christum Dominum in hoc Sacramento supponere seipsum extrà Sacramentum causam productivam.

An Christus Dominus causet species Sacramentales?

859 Species non causantur à Christo. NEga: nam species in priori naturæ intelliguntur existere ad Christi Domini existentiam; ergo nequeunt à Christo Domino causari effectu. Consequutio est bona, quia priùs nequit causari à posteriori, pro illo signo, pro quo est priùs, ut causa nequit causari ab effectu. Antecedens probatur; nam si accidentia non existant, Christus non ponitur, & Christus desinit, quia accidentia desinunt: non verò accidentia desinunt esse, quia Christus Dominus desiit, & sic pro illo priori species conservantur à Deo.

De Christo Domino in hoc Sacramento secundum se.
§. IV.

CHristus Dominus in hoc Sacramento, est perfectus homo personæ Verbi unitus, ideò inquirendum remanet.

Quæ Christus Dominus exercere valeat in hoc Sacramento?

860 Potentias intellectus, voluntatis, & sẽsus externos valet Christus exercere in hoc Sacramento. CHristus Dominus habet potentias intellectus, voluntatis, sensus externos, & internos, & certum est supernaturaliter omnes hujusmodi potentias exercere posse, nam in hoc nulla contradictio.

An autem naturaliter possit intelligere, & velle memorari?

861 Et naturaliter valet intelligere, velle memorari. AFfirma: nam hujusmodi potentiæ indivisibiliter operari valent, nec à corpore pendent, & de facto Christus Dominus ibi intelligit, cognoscit, vult existere, & etiã actus visionis, & amoris Dei eligit supernaturaliter, Arriaga *tom.7. disp.37. num.19.* Henaus *de Euchar.disp.10.num.58.*

An possit exercere potentias sensitivas internas?

862 Et exercere potẽtias sensitivas internas. AFfirma: nam sicuti ibi potentia indivisibiliter existit tota, ita vis operativa tota, nec est ratio, ut in operari pendeat ab extensione.

An Christus Dominus naturaliter possit exercere operationes inextensas?

863 Atque operationes inextensas. AFfirma: quia illo modo essendi, indivisibiliter non amittit vim operandi naturaliter. Vis enim operandi extensionem non exigit, & eo fortior, quo magis unita in puncto. Sic Christus Dominus indivisibiliter in hostia existens posset naturaliter operari circa res divisibiles extensas, externas, & miraculo impeditur, ad occultandum mysterium, ut sentit Ocham. in 4. *dist.* 4. Gabr. *lect.* 45. *in Canone*, Major. in 4.*dist.*10. *qu.*1. Suarius *disp.53.sect.2.* Henaus *disp.10.num.48.*

An Christus Dominus oculo corporali possit videre seipsum in Eucharistia?

AFfirma: nam indivisibilis localiter pupilla indivisibiliter existens coloratum videre potest, licèt modus, quo est in speciebus non videatur, quia talis modus non est sensibilis. D.Tho. *3.par.qu.76.art.7.ad* 2. ibi: *oculus corporalis Christi videt seipsum sub Sacramento existentem.* Sotus in *4.dist* 10 *qu.1.art.7.* 864 Christus valet seipsum videre oculo corporali in Eucharistia.

An possit videre naturaliter, & audire circumstantes?

NEga: quia species objectorum extensæ nequeunt afficere pupillam Christi Domini punctualiter existentem, & cum in eodem puncto sint omnes Christi Domini colores, licèt in ordine ad se extensi, confunderentur species per dictos colores, ut naturaliter per medium rubrum res visa apparet rubra. D.Tho. Arriaga *tom.7.disp.37. num.56.* dicens tantùm id probabilius. Verùm, quia non negatur objectum, licèt confuso colore videri per medium coloratum, ideò ex hoc non probatur Christum naturaliter non videre, imò potiùs probatur videre, licèt colore per medium mutato, nec videtur absurdum in nostris principiis, quibus species non extensæ, sed indivisibiliter repræsentant totum objectum, itaut in quolibet puncto aeris sit tota species, sicuti ex quolibet puncto aeris potest videre oculus objectum, & ità Nominales ajunt Christum Dominum oculis corporeis videre circumstantes in Sacramento Eucharistiæ. 865 Naturaliter nequit videre, aut audire circumstantes.

An oculus corporeus possit videre Christum Dominum in hostia existentem?

DIstinguas: & naturaliter nega. *can. hoc est.* 47. ibi: *invisibili Domini nostri Jesu Christi Carne, & Sanguine.de consecr.dist.2.* Ecclesia etiam cauente: 866 Naturaliter oculus corporeus nequit videre Christum in Eucharistia, Secùs supernaturaliter.

Præstet Fides supplementum
Sensuum defectui.

Nequit enim Christus Dominus suas species emittere. D.Tho: *3.part. qu.* 76. *art.*4. Henaus *disp.* 10. *num.*20. Licèt si emitteret species sui possit videri. Major. in *4.dist.10.qu.5.* Non enim est undè potentia tali specie non immutetur. Martinon. *de Euchar.disp.32.sect.4.*

Supernaturaliter concedas, nulla contradictione urgente, & Christus Dominus coloratus est, & sic objectum potentiæ visivæ. Contra D.Bonaventuram in *4.dist.10.par.2. art.2.qu.2.* ubi Aureolus *qu.3.art.3.* Argentinam *quæst.* 1. *art.*4. Suarium *disp.53.sect.4.* docet Vasq. *disp.* 191.*cap.2.* Lugo *disp.* 9. *sect.2.* Arriaga *tomo* 7. *disp.37. num.21.* post D.Thomam in 4. *dist.*10. *qu.1.art.4.qu.1. ad 1.& 2.*

An

An intellectus Angeli, vel hominis possit cognoscere Christum Dominum in hoc Sacramento?

867 Intellectus Angeli, aut hominis intuitivè nequit cognoscere Christum in Eucharistia, sed abstractivè, à

DIstinguas: intuitivè nega, abstractivè concedas posse cognosci, quod supernaturale est; ut in hac vita cognoscimus Deum substantiam essentialiter supernaturalem abstractivè. Id tamen, quod naturale est, puta Christum Dominum esse, etiamsi non cognoscatur, ubi supernaturale cognosci potest, sicuti possum cognoscere Petrum, etiamsi non cognoscam ubi sit. Lugo *disp.9.sect.ult.* Arriaga *tom.7. disp. 37. num.25.*

An Christus Dominus possit calefieri, & frigefieri in hoc Sacramento?

868 Christus in hoc Sacraméto nequit calorem, aut frigus pati.

NEga: quia nec in Cœlis gloriosus pati hujusmodi potest: & licèt valeat dici species sunt calefactæ, non valet dici Christus est calefactus; nam nequit communicari Idioma absque eo quod sit commune suppositum: & calor, & frigus Christi Domini impassibilitati opponitur.

Dices, motis speciebus Christus Dominus dicitur moveri; ergo calefactis speciebus calefieri.

Nego consequentiam, quia non motus opponitur impassibilitati, sed calor, frigus, &c.

De Christo Domino in ordine ad species Sacramentales.

§. V.

869 Christus revera existit in hoc Sacramento,

CHristus Dominus est in hoc Sacramento, itaut sit vera propositio substantiva *Hoc est Corpus meum*. Hinc explicandum quid plus Christus Dominus habeat supra esse penetratum cum illis speciebus; neque enim verificatur *Hoc est Corpus meum*, quasi illa accidentia subjectentur in Christo Domino, cùm accidentia illa sint sine subjecto.

Nec quia est ex decreto Domini inseparabilis ab accidentibus, ut docet Scotus. Nam etiam Angelus ex Divino decreto addicitur Cœlo, nec valet dicere de Cœlo, hic est Angelus.

870 Quid requiritur, ut verificetur *Hoc est Corpus meum*.

Arriaga *tom.7. disp.33. num. 24. in fine* tria exigit, ut verificetur *Hoc est Corpus meum*. Primo, ut penetretur Christus Dominus cum illis speciebus. Secundo, ut ibi deficiat substantia panis vi conversionis. Tertio ut species contineant Christum Dominum aliqua alligatione.

Alii ponunt in speciebus qualitatem attractivam, veluti magneticam supernaturalem, secum semper trahentem Christum Dominum. Ratione cujus attractionis potest dici *Hoc est Corpus*, non potest dici *Hoc est Deus*, quamvis Deus sit penetratus cum omnibus rebus; quia ab illis non trahitur.

Sed ut magis innotescat, Inquirimus:

An Christus Dominus uniatur speciebus Sacramentalibus?

871 Quas uniones Theologi excogitarunt specierum cum Christo.

TRiplicem Theologi excogitarunt unionem. Primam effectivam ex parte Christi, & attractivam ex parte specierum, qua unione ex parte Christi species conservantur, ut conservabantur à substantia panis, & ex parte specierum est illa attractio magnetica, quam ponit Suarius *disp.49.sect.3.conclus.2.* Lugo apud Arriagam *loc.cit.num.14.§.jam.*

Quæ displicet, nam Christus Dominus primo est sub speciebus ex vi formæ Consecrationis, sufficientis ad ponendum Christum Dominum, aliàs esset forma insufficiens; ergo non requiritur illa attractio. Confirmatur, nam alia accidentia non attrahunt substantiam; ergo nec species attrahunt Christum Dominum. Tertio si Christus Dominus esset vi attractionis, foret violenter, ut ferrum à magnete violenter attrahitur. 872 Christus est sub speciebus vi formæ.

Secunda est unio moralis, quam ponit Hennaus *disp. 6. sect.3. num.34.* sed non exprimit, quid sit, & undè trahat.

Tertia est unio realis physica supernaturalis. Et hic quærimus:

An Christus Dominus physicè sit unitus speciebus?

AFfirma: D.Tho. in *4.dist.11. qu. 1. art. 1. qq. 1. ad 1.* Ibi: *ad species, quibus Christi Corpus Divinitati unitum modò ineffabili conjungitur*. Corneus *de Sacramentis disp.2. dub. ult.* Gabr. à S.Vinc. *de Sacramentis disp.6. q.3. §.unic.* Amicus *disp.23.sect.2.num.33.* 873 Christus physicè unitur speciebus.

Patet, quia Christus Dominus subrogatur loco substantiæ panis: ergo debet facere totum id, quod faceret substantia panis, si nullum sequatur absurdum; At ex ista unione reali Corporis Christi Domini cum speciebus, nullum omninò sequitur absurdum, & facillimè explicatur motus Christi Domini speciebus motis; ergo, &c. Minor patet, quia per istam unionē etiam species remanent sine subjecto, & consequenter non subjectantur Christo Domino. Nec mirum posse uniri absque eo, quod inhæreant species Christo Domino; nam de facto anima unitur, & non inhæret corpori, humanitas unitur, & non inhæret Verbo; poterunt ergo species uniri Christo Domino, nec inhærere ei, sed altiori modo specialiori, ac perfectiori manuteneri, ut rectè Aversa *qu.2.sect.2.* Quòd si quæras:

Qualis sit hujusmodi unio?

ASseras esse unionem non receptionis per modum formæ, quia species non informant Christum Dominum: nec inhæsionis, quia non inhærent species Christo Domino: nec adhæsionis, quia non trahuntur à Christo Domino, sed coexistentiæ; itaut intimè Christus coexistat speciebus, & species coexistant intimè Christo Domino unitæ, constituentes unum physicum, hoc est reale Sacramentum, quæ coexistentiæ unio invenitur etiam in naturalibus inter continua, quarum una pars alteri non adhæret, non inhæret, non recipitur, sed coexistit, quæ sublimiori modo sine continuatione invenitur inter Christum Dominum, & species intimè coexistentes unitas in hoc ineffabili Sacramento, in quo nulla naturalis compositio, ubi omnipotentia absolutè operatur, ut optimè D.Tho. in *4.dist.10. qu.1. art.3.qq.1. ad 1.* ibi: *comparatio Christi ad species, sub quibus est, non est similis alicui compositioni naturali*, & verificatur Trid. *sess.13. cap.1.* ibi: *ea existendi ratione, quam etsi verbis exprimere vix possimus, possibilem tamen esse Deo, &c.* Est ergo unio rea- 874 Unione coexistentiæ species Christo uniuntur, & Christus coexistit speciebus.

lis

his inter ſpecies, & Chriſtum Dominum ſine ſubſtentatione ſpecierum. Contra Henaum *de Euchar. diſp. 7. num.* 23. Arriagam *tom. 7. diſp.* 35. *num.* 8.

Dices, accidentia non poſſunt recipi in Chriſto Domino; ergo non poſſunt illi uniri.

875 *Species non uniuntur Chriſto, ut forma ſubjecto, ſed coexiſtentia.*

Reſpondetur negando conſequentiam, quia non uniuntur, ut forma ſubjecto, ſed tantùm coexiſtentialiter.

Replicabis, ſpecies ſunt extenſæ; ergo non poſſunt uniri Corpori Chriſti Domini inextenſo.

Reſpondetur, etiam in naturalibus extenſum uniri inextenſo, ſic corpus extenſum unitur animæ rationali inextenſæ, & materiale unitur ſpirituali. Cur ergo non poterit Deus unire ſpecies extenſas Corporis Chriſti Domini ibi inextenſi. Secundo cùm Chriſtus Dominus ſit in quolibet puncto ſpecierum totus, quodlibet punctum indiviſibile poterit uniri Chriſto indiviſibiliter exiſtenti.

Aliæ objectiones diluuntur.

Inſtabis tertio cum Henao *diſp. 7. ſect. 3. num.* 29. *&* 30. ſi ſpecies unirentur Chriſto Domino, denominarent Corpus Chriſti, cui uniuntur album, liquidum, odoroſum: nam forma denominat ſubjectum, cui unitur. At id abſurdum.

Reſpondetur, ſpecies hìc non uniri ſubjecto unione formæ cum ſubjecto, ſed unione coexiſtentiæ, ex qua una pars non denominat alteram unitam, ſic duæ partes aquæ, quia uniuntur unione non formæ in ſubjecto, una pars alteram non denominat. Sic in re noſtra ſpecies non denominant Chriſtum, quia informant Chriſtum, ſed Chriſto Domino coexiſtunt.

Replicat quarto Henaus *num.* 30. ſi accidentia unirentur Chriſto Domino phyſicè, eſſent etiam intra Cœlum, & in omnibus aliis hoſtiis, nam accidens eſt ubi invenitur ſubjectum, cui unitur.

Reſpondetur, falſum eſſe rem unitam eſſe ubi eſt altera pars, cui unitur. Nam manus eſt unita animæ, nec eſt ubicumque eſt anima in capite, & in pede; Humanitas eſt unita Verbo, nec tamen humanitas eſt ubique, licèt Verbum ſit ubique.

De Motu Chriſti Domini in iſtis ſpeciebus.
§. VI.

An Chriſtus Dominus moveatur motis ſpeciebus?

876 *Chriſtus movetur motis ſpeciebus.*

AFfirma Trid. *ſeſſ. 13. cap. 6. can. 6.* ibi: *ſolemniter circumgeſtandum. & can. 7.* ibi; *Sacram Euchariſtiam deferri ad infirmos.*

An movens accidentia, moveat immediatè Chriſtum?

877 *Et movens accidentia Chriſtum movet.*

AFfirmat Arriaga *tom. 7. diſp.* 33. *num.* 41. *&* 42. Itant ſicuti quis poterat movere Chriſtum in via, quo moto moverentur ſpecies: Ità modò ſub ſpeciebus, in quibus eſt loco ſubſtantiæ panis, itaut Deus utatur potentia naturali motiva pro motu ſpecierum, & Chriſti Domini. Nec eſt abſurdum motum recipi in Chriſto Domino, quia Chriſtus Dominus ibi etiam eſt Corpus perfectum, capax motus; ità ut punctum impulſus motus in Chriſto Domino punctualiter exiſtente recipi valeat, qua ratione propriè Chriſtus dicitur moveri, quieſcere in ſe, non ſolùm ad motum ſpecierum. Arriaga *loc. cit. num.* 44. ut mota ſubſtantia dicuntur etiam moveri accidentia. Præpoſitus *qu. 67. art. 8. dub. 1. num.* 41. Nemo enim dicitur tantùm movere ſaporem, colorem.

An motus intrinſecè recipiatur in Chriſto Domino?

AFfirma: Arriaga *loc. cit.* Gabr. à S. Vinc. *diſp. 10. qu. 1. §. noſtra.* ex D. Tho. 3. *part. qu. 76. art. 6. in corpore, & ad primum.* Contra Scotum in 4. *diſt. 10. qu.* 6. ubi Gabr. *qu. un. art.* 2. Majorem *qu.* 6. ajentes, motis ſpeciebus Corpus Chriſti moveri à Deo ſupernaturaliter. Henaum *diſp. 7. num.* 33. *&* 34. ajentem Sacerdotem movere ſpecies naturaliter, & à Deo miraculosè moveri Chriſtum Dominum intuitu motus ſpecierum. Arriagam *tom. 7. diſp.* 37. *num.* 2. ajentem non poſſe movere Chriſtum Dominum, quæ neſcio quomodo cohæreant dictis ab ipſo *diſp.* 33. *num.* 42. *&* 43. ſcilicet hominem immediatè movere Chriſtum Dominum, idque conformiùs; & contra alios ajentes animam Chriſti movere Chriſtum ad motum ſpecierum.

878 *Et motus intrinſecè recipitur à Chriſto Domino.*

Probatur, Chriſtus Dominus dicitur moveri motis, non frangi, nec conteri fractis, & contritis ſpeciebus; ergo ſignum eſt motum, non fractionem, & contritionem recipi immediatè in Chriſto Domino. Secundo, Chriſtus Dominus verè tranſit de loco ad locum, quando moventur ſpecies; ergo movetur. Nam moveri eſt tranſire de loco ad locum, non enim ſolæ ſpecies, ſed etiam Chriſtus Dominus eſt ubi priùs non erat, ſicuti ſubſtantia cum ipſis ſpeciebus tranſit de loco ad locum, & anima rationalis moto corpore intrinſecè movetur. Nec eſt major ratio, cur anima ſpiritualis moto corpore intrinſecè moveatur, & non moveatur Chriſtus Dominus.

Tertio poſſunt moveri ſpecies ſine Chriſto, & Chriſtus ſine ſpeciebus; ergo etiam Chriſtus, & ſpecies.

An Chriſtus Dominus in Euchariſtia naturaliter moveatur?

879 *Naturaliter in Euchariſtia multi affirmant moveri.*

AFfirmat Gaſpar Hurtadus *diſp. 6. diffic.* 2. Caſpenſis *diſp. 5. ſect. 3. num.* 28. Idque fortiùs ſi moveatur Euchariſtia ab Angelo. Amicus *diſp. 20. ſect. 1. nu.* 13. Martinon *diſp.* 32. *ſect. 4. num.* 40. Contra Henaum *diſp. 4. num.* 65. nam cum Chriſtus ſit unitus ſpeciebus, movens ſpecies, ſine miraculo movat Chriſtum. Nec obſtat Chriſtum Dominum non exiſtere extenſum, ſed indiviſibiliter; nam punctum ſpeciei continet totum Chriſtum, & punctum ſpeciei moveri valet.

An Chriſtus Dominus poſſit movere ſeipſum progreſſivè in Euchariſtia?

880 *Non tamen movetur progreſſivè.*

NEga: nam ad motum progreſſivum requiritur extenſio localis, qua una pars alteram præcedat, & Chriſtus Dominus ibi non eſt extenſus localiter. Suar. *diſp. 43. ſect.* 1. Amicus, Serra, & alii.

An

An possit se movere motu simplici, puta descendendo vi gravitatis?

881 Sed motu simplici.

AFfirma cum speciebus, nam Christus Dominus gravitatem non deserit. At sine speciebus ob unionem cum illis non movetur.

Denominationes, quæ competant Christo Domino in hoc Sacramento.

§. VII.

882 Denominationes ratione motus Christo competunt.

OMnes denominationes ratione motus competunt propriè Christo Domino in hoc Sacramento, quia ut supra dicebamus, propriè Christus Dominus movetur, licèt non posset dici stare, aut sedere, quia hæc requirunt extensionem localem Corporis, qua Christus Dominus caret. D.Tho. 3. *par. qu.* 76. *art.* 6. & 7. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 33. *num.* 44. Aversa *sect.* 4. *de Euchar. sect.* 5.

883 Non verò illæ, quæ dantur à forma subjecto.

Ceteræ verò denominationes, quæ dantur à forma subjecto, non tribuuntur ab accidentibus Christo Domino, quia Christus Dominus non est subjectum accidentium; & sic non dicitur albus, niger, liquidus. Enim verò nec Christo inhærent, nec in Christo tanquam in subjecto recipiuntur, sed tantùm intrinsecè penetratæ cum Christo Domino unitæ coexistunt.

An Christus Dominus dividatur, conteratur, comprimatur dentibus?

884 Christus in Eucharistia dentibus nõ teritur, non dividitur.

NEga: D. Tho. *loc. cit. art.* 7. Argentina in 4. *dist.* 12. *qu.* 2. *art.* 3. Arriaga *loc. cit.* Aversa *loc. cit.* Nam Christus Dominus indivisibiliter existens, ut punctũ nequit in partes secari. nec dentibus comprimi, concinente Ecclesia:

Nulla rei fit scissura
Signi tantùm fit fractura
Qua status, nec statura
Signati minuitur.

Et ibi:

Non concisus, non divisus
Integer accipitur.

Denominativè verò dicitur atteri, conteri dentibus, ut conteruntur species. D. Chrysostomus *homilia* 83. *can. ego Berengarius.* 42. *de consecr. dist.* 2. ibi *profiteor verum Corpus, & Sanguinem Domini Nostri Jesu Christi esse: nec posse sensualiter nisi in solo Sacramento manibus Sacerdotum tractari, vel frangi, aut fidelium dentibus atteri.*

Imò in uno sensu propriè verificari valet metaphoricè, quatenus divisione, & attritione specierum, totus à se toto dividitur, divisis speciebus, ut ait Granadus *tract.* 6. *disp.* 1. *sect.* 1.

De Desitione Christi Domini sub speciebus.

§. VIII.

885 Dum durant species, durat Christus Dominus.

DUrantibus speciebus, durat Christus, & Sacramentum, ut duraret substantia panis sub illis speciebus.

An desinat Christus Dominus antequam corrumpantur species, si à mure species comedantur?

886 Christus nõ desinit antequam species corrumpantur.

NEga: nam nec substantia panis destrueretur; ergo nec Christus Dominus, qui successit in locum substantiæ panis. D. Tho. 3. *part. qu.* 80. *art.* 3. *in corp.* Henaus *de Euchar. disp.* 7. *num.* 51. Contra Magistrum in 4. *dist.* 13. D. Bonaventuram in 4. *dist.* 12. *art.* 2. *q.* 1. *ad primum*, ajentes non descendere Christum in ventrem muris comedentis hostiam consecratam.

Quamdiù species sint in stomacho incorruptæ?

887 Non taxanda diuturnitas temporis Christi in stomacho.

ABrogato, jam usu contrario jejunio, observando per multas horas post communionem, in *dicto cap. tribus gradibus.* 22. *de consecrat. dist.* 2. D. Thom. 3. *par. qu.* 80. *art.* 8. nequit determinari diuturnitas temporis existentiæ Christi Domini in stomacho, quia nequit taxari stomachi activitas: & tamen pro minuto horæ durare in stomacho formulam parvam datam laico ait Lugo *disp.* 10. *sect.* 3. *num.* 53. At quatuor minutos exigit Leand. *tom.* 2. *tract.* 7. *disp.* 16. *qu.* 23. Pro hostia grandiori, quam recipit Sacerdos, quadrantem exigit Leand. *loc. cit.* semiquadrantem Bernal *de Euchar. disp.* 38. *sect.* 6. *n.* 63. At minùs spatium, scilicet tempus quo possunt dici quinque *Pater, & Ave*, etiam in Sacerdote exigit Arriaga *tom.* 7. *disp.* 39. *num.* 24. & subdit in Sacerdote species consumi postquam sacras exuit vestes; sed quid si morosus sit exuens, recitans, quid si velox: omnes ergo divinant: Incidenter nunc discutiamus sequentem.

Doctores variè opinantur.

An sit peccatum spuere post communionem?

888 Meditandũ potiùs non spuendum post communionem.

NEga: nam nulla lege prohibitum, nec species sputo etiam vi ex stomacho extractę ejiciuntur, licèt decens sit meditari, nõ spuere, aut comedere statim. Granad. *tract.* 31. *de Euchar. disp.* 1. *num.* 6. Leand. *loc. cit.* Henaus *loc. cit. disp.* 7 *num.* 92. *in fine*, sed fortè cautior redibit sermo.

An Christus Dominus desinat commixto extraneo humore speciebus consecratis?

889 Admixto alio humore speciebus, non desinit Christus ibi esse.

NEga: *cap. cum Marthæ.* 6. §. *quæsivisti. de celebratione Missarum*, ibi: *si post consecrationem.* Confirmatur, nam illa commixtio ad summum dividit species consecratas: at divisio non est satis, ut Christus Dominus desinat sub speciebus; ergo nec commixtio, quæ species non destruit; maximè quia nunquam minima, in quibus ut antea substantia panis, nunc est Christus Dominus dividit, naturaliter namque indivisibilia sunt. Scotus in 4. *dist.* 12. ubi Durandus *qu.* 3. *num.* 6. D. Bonav. Valent. *to.* 4. *disp.* 6. *qu.* 5. *par.* 5. Lugo *disp.* 10. *sect.* 3. *num.* 41. Henaus *disp.* 7. *num.* 74. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 34. *num.* 7. Aversa *de Euchar. qu.* 5. *sect.* 6. licèt oppositum doceat D. Tho. 3. *par. qu.* 76. *art.* 8. dicens ex commixtione cum omnibus speciebus desinere in totum, ex commixtione cum parte specierum desinere pro rata rei commixtæ Christum Dominum. Bernal *disp.* 36. *sect.* 6. *n.* 54. Imò Argentina in 4. *dist.* 12. *qu.* 2. *ar.* 2. *concl.* 2. ait desinere Christum Dominum etiamsi una gutta extranei liquoris commisceatur. Doctrina Divi Thomæ esset vera, si etiam minima dividerentur specierum ex commixtione; nam tunc ut in minimo diviso non manuteneretur substantia panis, ità nec Christus Dominus, ut sentit Granadus *tract.* 7. *disp.* 4. *a.* 5. Verùm, quia minimum nunquam naturaliter dividitur,

tur, nunquam desinit substantia Christi ex commixtione.

An liquor admixtus Sanguini evadat Sacramentum?

890 Humor Sanguini admixtus non fit Sacramentum.

NEga: nam Sacramentum fit forma, materia, & intentione Ministri, non accessione, non commixtione. in quo differt à benedictione, & à consecratione ceterarum rerum, qua non benedictæ, & consecratæ trahuntur à digniori parte majori benedicta, & consecrata. *cap. quod in dubiis.* 3. *de consecr. Eccles. vel Altaris.* D.Bernardus *epist.* 69. S.Tho. 3. *part. qu.* 67. *ad tertium.*

An species vini non consecrati uniantur cum consecratis?

891 Videtur gutta vini non consecrati uniri cum consecratis.

NEgat Arrisga *tom.* 7. *disp.* 39. *num.* 17. quia nequeunt uniri, nisi ratione subjecti hìc deficientis.

At nobis oppositum veriùs, quia accidens cum accidenti unitur, etiam deficiente subjecto in unione continuativa, quæ non requirit commune subjectum, ut patet in partibus aquæ separatis, quæ continuantur etiam si sint in distinctis subjectis.

An si gutta vini consecrati commisceatur dolio vini non consecrati, fit totum consecratum?

892 Gutta vini consecrati admixta dolio vini non consecrati non fit totũ Sacramentũ

NEga: ex superiori ratione, qua Christus Dominus decrevit Sacramenta non commixtione, sed materia, forma, & intentione Ministri fieri.

Non tamen per hoc gutta illa desinit esse Sacramentum; nam ut usus Romanæ Ecclesiæ habebat, multo vino non consecrato infundebatur parum vini consecrati, & deindè ministrabatur populo Romano; Joannes Migrologus *lib. de Ecclesiasticis observationibus cap.* 19. Baronius *tom.* 12. *anno* 1192. *num.* 24. Suarius *disp.* 57. *sect.* 4. Contra Sotum in 4. *dist.* 11. *qu.* 2. *art.* 8. Henriq. *lib.* 8. *cap.* 27. *num.* 4. Sà v. *Eucharistia num.* 52. Lugo *disp.* 10. *sect.* 3. ajentes desinere Christum Dominum; licèt Bonac. *de Euchar. q.* 3. *puncto* 6. §. 3. *num.* 8. Aversa *de Euchar. qu.* 5. *sect.* 6. *in fine* velint tale vinum servandum, nisi necessitas, vel ejus copia urgeat, ut convertatur ad usus communes.

At non video hujus rationem, nam si Christus Dominus ibi est, nunquam converti valet ad usus communes, si nõ est, statim converti valet; & in dubio non debes præjudicare reverentiæ debitæ Deo; & si velis opinionibus ductus operari ab initio prudenter poteris.

An Christus Dominus desinens in Sacramento ascendat ad Cœlum?

893 Christus Dominus in Sacramento non dicitur ascendi ad Cœlum, sed desinit defectu conservationis.

NEga: nam desinit ibi defectu conservationis in speciebus, qua desitione posita, non aliò commigrat; nam quod desinit esse, non discedit ibi vi consecrationis, sicuti de replicatione corporum. Algerus *lib.* 1. *de Sacramento Euchar. cap.* 15. D.Tho. 3. *par. qu.* 75. *art.* 2. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 37. *num.* 3. & 4. Licet impropriè possit dici discedare. *can. quid sit sanguis.* 72. *can. tribus gradibus.* 22. *can. non iste panis.* 55. *de consecrat. dist.* 2. ubi dicitur, sed impropriè descendere de Cœlo.

An semper ac recedit Christus Dominus, succedat alia substantia?

894 Recedente Christo alia succedit substantia.

AFfirma: nam non recedit Christus, nisi destructis speciebus, quæ non destruuntur, nisi ponantur dispositiones ad aliam formam substantialem, exigentem materiam illicò à Deo, ut Auctore naturæ creandam.

An Christus Dominus desinens dicatur converti in substantiam, quæ creatur loco ipsius?

895 Christus nõ convertitur in substantiam creatã loco ipsius.

NEga: nam non dicitur converti in alium, quod simpliciter non desinit, ut est Christus Dominus, qui absolutè remanet in Cœlo, & in aliis speciebus.

An desinat Christus in hoc Sacramento, quando accidunt aliquæ apparitiones in speciebus?

896 Apparet Christus in hostia aut ob incredulitatem, aut ad firmandã fidem.

REdundat Christianus Orbis apparitionibus factis, vel in pœnam incredulitatis, ratione cujus sanguis effluxit vulnerata, vel frixa particula; vel in lapidem versa in ore sumentis fuit: vel ad firmandam fidem species carnis pueri lucis in hostia apparuit transeunter, vel permanenter. Algerus *lib.* 1. *de Sacramentis cap.* 13. Gammacheus 3. *par. qu.* 76. *cap.* 6. Raynaudus in *Candelabro septilustri sect.* 3. *casu* 4. *num.* 26. Henans *disp.* 11. *num.* 2.

897 Si appareat transeunter fit per species immissas miraculo

Fit autem in apparitionibus transeuntibus pueri lucis carnis per species miraculosè immissas, ratione quarum potest videri ab uno, non ab alio.

Si verò fit realis mutatio, tunc desinit Christus.

Quando verò fit realis immutatio, puta ex speciebus panis fit verus lapis; tunc revera desinit Sacramentum, & fit miraculosè alia species permanens rerum.

Sed major difficultas est:

An remaneat Christus Dominus immutatis speciebus quoad odorem, colorem, saporem, figuram, puta si appareat caro, sanguis in hostia?

898 Immutatis speciebus quoad odorem, &c. remanet Christus.

AFfirmat D.Tho. 3. *part. qu.* 76. *art.* 8. ubi Cajetanus & in 4. *dist.* 10. *quæst.* 1. *art.* 4. *qq.* 2. Capreolus in 4. *dist.* 12. *qu.* 1. Itaut mutatis speciebus, naturaliter desinat, non verò mutatis miraculosè. Suar. *disp.* 55. *sect.* 3. Lugo *disp.* 10. *sect.* 3. *dub.* 3. Aversa *de Euchar. qu.* 4. *sect.* 8. §. *sed priùs.* Quia hujusmodi apparitiones non sunt ad destruendum, sed ad probandum Christum Dominum ibi manere; & immutat Deus accidentia panis in carnem, & sanguinem, ut ostendat ibidẽ adesse Christi Domini carnem, & sanguinem. Cùm ergo ibi non sit extranea caro, & sanguis, & accidentia appareant, consequenter ibi est verus Christus Dominus, ut priùs sub speciebus panis, & vini, aliquantisper immutatis; Nec mirum, nam solo illo colore, & sapore poterit fieri immutatio, retentis aliis speciebus panis, & vini, & sic à fidelibus adorantur, ut anteà, particulæ, stantibus talibus apparitionibus.

899 Si sanguis copiosissimus affluxerit illum nõ esse verũ Sãguinem DD, dicunt.

Sed quid si sanguis copiosissimus, ut narratur in quibusdam, effluxerit. Nunc angimur graviori difficultate, & non esse verum sanguinem,

nem, docent Theologi communiter in 4. *dist.* 10. sed esse apparitionem per immutationem specierum intentionalium.

Cujus oppositum placuit Alensi 4. *par. Summa qu.* 11. *membro* 2. *art.* 4. §. 3. Gabr. *lect.* 51. *in Canone Missæ*. Majori in 3. *disp.* 37 *quæst.* 25. Palatio in 4. *dist.* 10. *qu.* 3. Coninck 3. *par. qu.* 76. *art.* 8. *dub.* 1. *num.* 128. Palao *tract.* 21. *disp. unic. puncto* 8. *num.* 30. Martinon *disp.* 32. *sect.* 4. *n.* 45. Bressero *lib.* 6. *de conscientia cap.* 24.

Deo nil officere: at de facto quid verum, viderit ipse, qui fecerit.

900 Quod superest adorandum ut reliquia.

Certum est, quòd si aliquid supersit obstensi hujusmodi, sit adorabile, veluti reliquia rei miraculosæ. Durandus in 4. *dist.* 10. *qu.* 4. *num.* 10.

An apparens sub specie carnis, & sanguinis sit sumendum?

901 Sub specie Carnis, & Sanguinis Christus nō sumendum, sed denuò consecrandum.

NEga: *Can. de hac.* 76. *de consecr. dist.* 2. Sanctus Tho: 3. *par. qu.* 72. *art.* 4. *ad* 3. consulens tunc ut Sacerdos consecret iteratò Corpus, & Sanguinem; & si una species sit immutata, consecret alteram, ut compleat Sacrificium. *Can. relatum. de consecr. dist.* 2. Si verò remaneat aliqua portio prioris speciei, vel cesset apparitio, sumat. Henans *disp.* 11. *num.* 7. Si verò non cedeant ad pristinas species panis, & vini, serventur. D. Tho. *loc. cit.* & sic si utraque species immutetur permanenter, potest ex integro desistere, vel de novo utramque speciem consecrare. Si verò una solùm immutetur, illam suppleat ad perficiendum Sacrificium. Henaus *loc. cit.* Aversa *loc. cit. in fine*. D. Antoninus 3. *par. tract.* 16. *cap.* 6. §. 5.

De Speciebus Eucharisticis.
§. IX.

An remaneant sine subjecto substantiali facta consecratione?

902 Species Eucharistiæ remanent sine subjecto.

AFfirma: contra Wiclephum, & Hus. *cap. firmiter*, §. *una verò. de Summa Trinitate.* Trident. *sess.* 13. *can.* 2. ibi: *manentibus duntaxat speciebus panis, & vini.* Suarez *de Euchar. disp.* 56. *sect.* 1. ajens remanere accidentia sensibilia, quæ veniunt nomine specierum, non verò insensibilia. Nam ly *duntaxat* in Concilio est ad excludendam substantiam; At etiam esset de fide illa alia remanere, ait Vasqu. *disp.* 194. *cap.* 1. Lugo *disp.* 10. *sect.* 1. cujus argumentis satisfacit Arriaga *tom.* 7. *disp.* 38. *num.* 2. Unio tamen accidentium cum substantia, cùm sit modus, non remanet. Aversa *de Eucharistia qu.* 5. *sect.* 1.

Et hanc veritatem posse defendi in principiis Peripatheticis, & Democraticis ostendit, quam meditemus, philosophia fidei obsequente, quidquid quidam præjudicati mussitent in oppositum; reales enim ponuntur hujusmodi species.

A quo conserventur dictæ species?

903 Species istæ à Deo conservantur.

A Deo supra exigentiam naturæ causalitate distincta ab illa, qua conservabantur à subjecto; causalitas namque, qua producitur res in subjecto, non est satis, ut conservetur extra subjectum, sed requiritur fortior: Henaus *de Euchar. disp.* 7. *num.* 22. Contra Amicum *de Euchar. disp.* 23. *sect.* 2. *num.* 33. dicentem conservari eadem actione numero, qua conservabantur in subjecto; nullam tamen admittimus superadditam perseitatem accidentibus. Nam nullatenus necessariam. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 38. *num.* 11. Contra Suarium, Vasq. & Lugonem apud eundem.

Quomodo accidentia existant in Eucharistia?

904 Modo supernaturali existunt: at quomodo variè Doctores opinantur.

EXistere modo supernaturali positivo superaddito, ait Cajetan. 3. *par. qu.* 77. *art.* 1. Existere per se vi unionis Sacramentalis cum existentia corporis, & sanguinis, ait Aversa *qu.* 2. *sect.* 2.

Existere, & conservare per se vi actionis terminatæ ad quantitatem per se existentem, videtur docere Suarius *disp.* 57. *sect.* 2. Vasq. *disp.* 194. Lugo *disp.* 9. *sect.* 1. *dub.* 3.

Nobis placet existere actione supernaturali conservativa, qua conservantur extra subjectum, nam aliud necessarium non videmus.

De Actione, & Passione specierum.
§. X.

905 Species possunt effectus naturales producere.

SPecies Sacramentales possunt naturales effectus producere, quos producebant innixæ substantiæ. Nam non amiserunt vim activam separatè, sed potiùs in illa conservantur. S. Tho. 3. *par. qu.* 77. *art.* 3. Arriaga *to.* 7. *disp.* 37. *num.* 13. Henaus *disp.* 7. *num.* 45.

An possint ab agente naturali pati, puta calefieri, & frigefieri?

906 Nequeunt tamen ab agente naturali pati.

NEga propriè, quia non sunt subjectum aliarum sensibilium qualitatum. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 38. *num.* 13. Verùm si supponamus omnia accidentia subjectari in quantitate, vel in alio communi subjecto, tunc alterare possunt illam quantitatem.

Sed si dicatur, omnia accidentia sine subjecto conservari, itaut nec in quantitate recipiantur, tunc miraculum est, & creatur calor ibi, & frigus exigente agente in distanti, nec parcendum miraculis, si aliundè non sit probata quantitatis existentia, & subjectum accidentium non sit demonstratum. Arriaga *loc. cit. num.* 14. Henaus *loc. cit. num.* 46. (7)

A quo producantur accidentia, si species deturbatæ recuperent naturalem temperiem?

907 Ab ipsis speciebus, vel à Deo producuntur accidētia, si species mutentur.

AB ipsis speciebus, vel à Deo exigentibus speciebus; idque ad celandum mysterium; nam causa naturalis nequit educere ex substantia, quæ ibi deest, nec ex quantitate, quam multi negant. Suar. *disp.* 57. *sect.* 1. Lugo *disp.* 9. *sect.* 2. Aversa *loc. cit. sect.* 5. *num.* 6. (8)

De

(7) Quantitas in Sacramento miraculosè existens gerit vices materiæ.

(8) Quantitas neganda non est. Vide D. Thomam aliosque Doctores.

De Corruptione specierum.

§. XI.

908 Species Eucharisticæ corrumpuntur à contrario, & tunc desinit Christus Dominus, & creat novam materiam.

Corrumpuntur species adveniente contrario, quibus corruptis desinit Christus Dominus, & Deus exigentibus novis dispositionibus, ut Auctor naturæ, creat materiam, ex qua agens naturale educit formam.

Ex quo resolvitur:

An species nutriant?

909 Solæ species nō nutriūt, sed recedente Christo eadem materia creatur.

Distinguas: & de solis speciebus nega, quia cùm accidentia sint, non possunt converti in substantiam aliti, nec nutrire. At recedente Christo Domino, tunc creatur eadem materia, ex qua agens naturale educit formam substantialem, quæ deindè convertitur in substantiam aliti, & ut projecta in ignem fieret ignis, ità transit in substantiam aliti sumpta à vivente. D.Tho. 3.*par. qu.77. art. 5.* Aversa *de Euchar.disp.6.sect.5. §. dico secundo.* Contra Algerum *tom.2. de Sacramentis cap.1.* vide D.Bonav.in 4.*dist.13.art.2.qu.2.*

De Forma effectiva Eucharistiæ.

CAPUT VI.

910 Forma Consecrationis Corporis, & Sanguinis.

Christus Dominus usus est forma verbali: *Hoc est enim Corpus meum: Hic est enim Sanguis meus*, Concilium Florentinum in *Decreto Unionis*, §.3. ibi: *forma hujus Sacramenti sunt verba Salvatoris, quibus hoc Sacramentum confecit. Sacerdos enim in persona Christi loquens, hoc conficit Sacramentum*, quæ auctoritas rem ex fide decideret, si legeretur, *quibus hoc conficit Sacramentum*. Verùm alii legunt *conficitur*, alii *conficit*. Trid. *sess.13.cap.1.* ibi: *Redemtorem nostrum instituisse cum post panis, vinique benedictionem se suum ipsius Corpus illis præbere, ac suum Sanguinem disertis, ac perspicuis verbis testatus est*. Et *sess.* 22. *cap. 4. can.* 6. ibi dicens: *Hoc est enim Corpus meum.* Matth.26.D.Thom. 3.*par. qu.78.art.1. ad* 1. Arriaga *tom.7.disp.10.num.2.* dicens sententiam certam. Aversa *de Euchar. qu.6.sect.1. §. dicendum est*. Quindecim Doctores apud Leandrum *tom.2.disp 9. qu.1.* citans tresdecim Doctores, ajentes Christum Dominum consecrasse sine verbis.

An benedictio Panis, & Vini facta à Christo Domino fuerit consecratio?

911 Benedictio à Christo facta non fuit consecratio.

Nega: sed consecratio postea facta fuit. Trid. *sess. 13. cap. 1.* ibi: *Instituisse cum post panis, vinique benedictionem.* Matth. 26. *ver.* 26. ibi: *benedixit, ac fregit, dedisque discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite, hoc est Corpus meum.* Arriaga *tom.7.disp.40 num.2.*

An Sacerdos proferat verba recitativè, & assertivè, significativè simul?

912 Forma profertur recitativè, & simul assertivè, & significativè.

Affirma: D.Tho. 3.*par. qu.78. art.5.* Soar. *disp.58. sect.4.* Bonac.hic.D.Bonavent. in 4.*dist.8. qu.2. art.1. qu.1.* Lugo *disp. 11. sect.5.* Arriaga *tom.7. disp.40. num.38.* Aversa *de Euchar. qu.6. sect. 4.* & decem, & septem alii Doctores, quibus subscribit Leand. *loc. cit. qu.29.* Contra Innocentium *lib. 4. de mysteriis Missæ cap.16.* Glos. in *can.timorem. de consecr. dist.2.* Durandum in 4.*dist.8. qu.2.ad primum.* Salmeronem *tom.9.in Evangelio tract.13.* ajentes proferri recitativè, hoc est historicè, referendo dictum alterius, quia Sacerdos historicè recitat gesta Christi Domini, quam opinionem ab omni calumnia liberat Lugo *loc.cit.sect.5.* Contra Marsilium in 4. *qu.6. art.1. qu.1. dub.6.* Vasquium *disp.200. cap.2,* ajentes proferri non recitativè, sed assertivè.

Probatur proferri assertivè, significativè; nam sunt verba operativa producentia rem significatam, & verè Sacerdos dicit hoc est Corpus induendo Christi personam, quæ forma esset falsa, si tantùm historicè narraret aliàs factum, & non faceret; nam significaret fuisse, non esse Corpus Christi .*can.panis.55. can.quia corpus. 35. de consecrat. dist. 2.* & Sacerdos non indueret ut induit Christi personam, ex Trid. *sess.13. cap.1.* Legens namque historicè non induit personam illius, cujus gesta legens narrat.

Recitativè etiam proferri patet, quia Sacerdos recitat Christi gesta dicendo, *qui pridie quam pateretur, &c.* ergo simul recitat historiam, & conficit Corpus Domini; ergo profert verba recitativè, & effectivè, & assertivè. D.Tho. *loc.cit.* Nec repugnantiam implicat aliquid assertivè, & recitativè pronunciari, ut si dicam hanc, quam didici, docui, tueor nunc sententiam, recitat quid fecerit antea, & facit.

Pro quo instanti verificetur forma Consecrationis hoc, hic, *&c.*

Verificatur forma verbalis Consecrationis pro illo ultimo instanti, pro quo completur significatio, & completur in ultimo instanti prolationis significatio, & sic causatio, ac productio rei significatæ. Forma namque, & propositiones practicæ non debent supponere rem causandam, sed debent illam causare, & consequenter causant quando habent vim causandi. Vim autem causandi habent, quando significant, & significant quando complentur propositiones formæ, non ante: ut si dicam: *ecce nunc taceo.* Hæc propositio verificatur in ultimo instanti: sic *hoc est Corpus, hic est Sanguis*, est propositio vera, quia in ultimo instanti invenitor Corpus, & Sanguis Christi Domini. D.Tho. 3.*par.qu.76. art.5.* & in 4.*dist.8. qu.2. art.1. qq.4. ad* 1. Capreolus in 4. *dist. 8. qu.3.ad* 1. Ferrariensis *lib.4. contra gentes cap. 63. §. circa sextum.* 913 Forma verificatur pro illo ultimo instanti.

Propositio namque practica tria continet. Primo, ut significet ex libito hominum. Secundo, ut efficiat rem significatam ex voluntate Dei. Tertio, ut sit vera. Efficere supponitur ad veritatem, ut causa præcedit effectum. Veritas namque habetur ex existentia Christi Domini, quæ existentia est effectus formæ, & sic posterior natura formæ; unde propositio in priori naturæ, in quo est causa, præscindit à veritate, & falsitate: at in posteriori naturæ, in quo est effectus, tunc est vera. Scotus in 4. *dist.8.qu.2.* ubi Major.*qu.un. ad secundum.* Arriaga *tom. 7. disp.40. num. 67.* Ex quo solvitur argumentum, forma est causa; ergo existit ante productionem effectus; nam causa est prior effectu; ergo erit vera in priori signo naturæ 914 Propositio practica tria continet.

ante-

antequam ad existentiam Christi Domini. Solvitur inquam præexistere ut effectiva, non ut vera.

Hinc ly *hac*, ly *hic*, exprimit Corpus, & Sanguinem Christi Domini, prædicatum de illo subjecto effectivè. Trid. *sess.* 13. *cap.* 4. ibi: *Corpus suum id, quod sub specie vini offerebat, verè esse dixit.*

Habemus formam transubstantiativam corporis, & formam transubstantiativam sanguinis; de singulis distinctiùs. Et primo:

De Forma transubstantiativa Corporis.

§. I.

An sit: Hoc est Corpus meum?

915 *Forma transubstantiativa Corporis est: Hoc est Corpus meum.* AFfirma: D. Tho. 3. *par. qu.* 78. *art.* 1. *ad* 4. & *art.* 3. Lugo *disp.* 4. Suarez *disp.* 59. *sect.* 1. Dicastill. *disp.* 3. *dub.* 3. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 40. *num.* 5. & 13. Montesinus 3. *par. qu.* 78. *art.* 2. *qu.* 3. Henaus *disp.* 12. *num.* 24. Aversa *de Euchar. qu.* 6. *sect.* 2. Bernal *disp.* 39. *sect.* 3. §. 1. Coninck 3. *par. qu.* 78. *art.* 3. *dub.* 1. licèt Scotus in 4. *dist.* 8. *q.* 2. Angelus v. *Euchar.* 1. *num.* 24. exigant etiam illa verba: *qui pridiè, quam pateretur*, quia secùs non significaret Sacerdos se loqui in personam Christi Domini, cui jam satisfecit D. Tho. *loc. cit. ad* 4. dicens sufficere Sacerdotis intentionem, sicuti Angelus loquens Moysi in persona Dei, non opus habebat dicere in persona Dei se loqui, sed absolutè dixit Exodi 3. *ver.* 9. *Ego sum Deus Patris tui.*

Probatur, nam forma sunt verba Salvatoris, ex Concilio Florentino *loc. cit.* etiam illa verba: *qui pridiè, quam pateretur*, non sunt verba Salvatoris, sed Evangelistæ. Secundo illa verba: *hoc est Corpus meum*, significant transubstantiationem; ergo alia non requiruntur. Tertio patet Lucæ 21. Matthæi 26. Marci 14. Joannis 10. 1. ad Corinth. 11. *cap. cum Marthæ.* 6. *de celebrat. Missarum. can. panis. can. quia corpus. can. re vera. can. accesserunt. de consecr. dist.* 2.

An ly enim *sit essentiale?*

916 *Enim* nõ est essentiale. NEga: nam retinetur sensus formæ, & Græci illam non apponunt particulam. D. Tho. 3. *par. qu* 78. *art.* 2. *ad* 5. Suarius *de Euchar. disp.* 59. *sect.* 1. Henaus *de Euchar. disp.* 12. *num.* 13. Aversa *de Euchar. q.* 6. *sect.* 2. §. *denique.* Arriaga *tom.* 7. *disp.* 40. *num.* 18.

An sit venialis tantùm illius omissio?

917 Veniale est illud omittere. AFfirma: ex parvitate materiæ, etiamsi nolit illam dicere, quia res levis: dummodò non spernat præceptum formaliter. Sotus in 4. *dist.* 11. *qu.* 1. *art.* 1. Bonac. 3. *par. puncto* 1. *nu.* 10. Henaus *disp.* 12. *num.* 31. Aversa *de Euchar. qu.* 6. *sect.* 2. §. *saltem.* Diana *par.* 10. *tract.* 16. *res.* 31. Arriaga *loc. cit.* D. Bonav. *qu.* 3. *puncto* 10. *nu.* 10. Gabr. à S. Vinc. *disp.* 12. *in fine.* quatuordecim Doctores, quos dat Leand. *loc. cit. qu.* 5. citans quindecim Doctores ajentes esse mortale. Vasq. *disp.* 149. *cap.* 4. *num.* 29.

An valida sit forma non additis verbis ly quod pro vobis tradetur?

AFfirma contra Græcos, nam omittitur in Ecclesia Latina, quæ errare nequit. *cap. ad abolendam. de hæreticis.* Suar. *disp.* 59. *sect.* 1. Amicus *de Euchar. disp.* 24. *sect.* 1. 918 Prætermittere *quod pro vobis tradetur*, non invalidat formam.

An conficiat Sacramentum, dicens: Hic est Corpus meum?

DIstinguas: vel ly *hic* sumitur adverbialiter pro loco, & non conficit Sacramentum: vel sumitur pro corpore, & tantùm est error grammaticæ, & tenet; nam error grammatices communiter non tollit sensum, & sic nec significationem, nec validitatem Sacramenti, sicuti esset validum, si dicat, hic est corpus meum, hoc, hæc, hunc est corpua meus, vel corpum meum, vel istud est corpum meũ, nam communiter retinetur significatio. Suarez *disp.* 59. *sect.* 2. Diana *par.* 5. *tract.* 14. *resol.* 77. Aversa *de Euchar. qu.* 6. *sect.* 1. Bonacina *qu.* 3. *puncto* 1. *num.* 7. sicuti etiam in consecratione Calicis tenet dicens, hic est Calix, hic est Calix Sanguinis. Sotus in 4. *dist.* 1. *qu.* 1. *art.* 8. Henaus *disp.* 12. *num.* 21. idem dicentes si pro *m*, pronunciaret *n*, dicens, hoc est corpus meun. 919 *Hic* si sumatur adverbialiter invalidet formam, secùs si pro Corpore usurpatur.

Non verò consecraret, si diceret, illud est corpus meum; nam variaretur significatio; tenet autem si diceret, hæc res est meum corpus, vel hic cibus est corpus meum, non verò si diceret, hic est cibus meus, hæc est substantia mea, nam cibus, substantia non significat corpus organicum. Granadus *tract.* 8. *disp.* 6. *num.* 2. Vasq. *disp.* 159. *cap.* 4. *num.* 31. Bonac. *loc. cit. num.* 7. Dian. *par.* 2. *tract.* 16. *res.* 16. Henaus *loc. cit.* teneret etiam dicens, hic est poculus sanguinis mei. Suarius *loc. cit.*

An teneat dicens in persona Christi, ecce Corpus meum?

920 Dicens: *Ecce Corpus Christi* non videtur mutare sensum formæ. AFfirma: quia non mutatur sensus, & idem est dicere, ecce corpus, ac hoc est corpus meum. Vasqu. *disp.* 201. *cap.* 5. *num.* 41. Lugo *disp.* 11. *num.* 155. Henaus *de Eucharist. disp.* 12. *num.* 19. Contra Fagundez *præcepto* 1. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 15. Arriagam *tom.* 7. *disp.* 40. *num.* 51. *in fine.* Gammachæum 3. *par. qu.* 78. *cap.* 2. Suarium *disp.* 59. *sect.* 2. dicentem nostram probabilem.

An sit valida forma, hæc est Caro mea?

921 Sicut illa: *Hæc est Caro mea.* AFfirma: nam retinetur sensus, cùm caro sit idem ac corpus. Joann. 1. *Verbum caro factum est.* Joan. 6. *v.* 55. ibi: *qui manducat meam carnem.* Psalmo 50. ibi: *caro mea requiescet in spe.* S. Athanasius in *Symbolo*, ibi: *anima rationalis, & caro, unus est homo*: licèt enim propriè caro non includat partes solidas communiter, tamen includit, & dicitur emere carnes, licèt sint ossa inclusa, & apud Christianos Montis Libani, teste Lugone *disp.* 11. *sect.* 4. *num.* 61. Christiani utuntur, ex Liturgia S. Matthæi, *Pastoris hæc caro mea est*; & sub ista forma Christum Dominum consecrasse dicendo, *hæc est caro mea*, ait S. Cyprianus *Sermone* 1. *de Cœna Domini.* Vasq. *disp.* 199. *cap.* 4. Henriq. *disp.* 8. *cap.* 16. *num.* 2. Bonac. *loc. cit. num.* 8. Aversa *de* Eu-

Euchar. qu. 6. *sect.* 2. Gransdus *tract.* 8. *disp.* 5. *n.* 5. contra Suarium *disp.* 59. *sect.* 2. & septem Doctores apud Dianam *par.* 5. *tract.* 14. *resol.* 76. Henaum *disp.* 11. *num.* 24.

Non tamen potest consecrari, dicendo, hæc est anima mea, quia ex communi impositione, & significatione hominum, anima non significat corpus; nec dicat Gammachæus 3. *par. qu.* 78. *cap.* 2. in scripturis animam sumi pro corpore. Genesis 36. ibi: *non interficiamus animam ejus.* Job. 7. *animæ esurienti*; nam ibi sumitur pars pro toto, quomodo hìc non sumitur.

An sufficiat dicere accipite, & comedite hoc Corpus meum?

922 Forma debet exprimere confectionem, nō usum Sacramenti.

NEga: nam verba illa non exprimunt confectionem, sed usum Sacramenti. Suarez *disp.* 59. *sect.* 2. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 40. *num.* 23.

An valeat, hoc Corpus meum, *subintelligendo* est?

Relinquere *Est*, subintelligitur.

AFfirma: nam retinetur sensus. Lessius 3. *par. qu.* 78. *art.* 2. *num.* 9. Bernal *de Sacramentis disp.* 39. *sect.* 2. *num.* 6. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 4. *num.* 23. ajens contra Suarium ly *est*, non esse essentiale. Et contra plures apud Disnam *par.* 1x. *tract.* 16. *res.* 34. Henaum *disp.* 12. *n.* 29.

An valeat, hoc est Corpus Christi?

923 Dicere *Hoc est Corpus Christi*, non est valida forma.

NEgat Henaus *disp.* 12. *num.* 27. contra Leandrum *tract.* 7. *de Sacramentis disp.* 9. *qu.* 7. Caspensem *disp.* 7. & 8. Aversam *quæst.* 6. *sect.* 3. ubi dicit, nec valere formam, hæc est substantia mea; nam forma sunt verba Salvatoris, in cujus personam loquitur Sacerdos. Florentinum *loc. cit.* Christus verò non dixit hoc est Corpus Christi.

Sed adhuc anceps est animus, nam quis nomine Francisci de suo corpore, potest dicere: hoc est corpus Francisci.

An valeat, hoc contentum sub istis speciebus est Corpus Christi?

924 Neque dicere *contentum sub istis speciebus est Corpus Christi.*

AFfirma: nam non variatur forma practica. Suar. *disp.* 59. *sect.* 2. v. *unde infero.* Contra Henaum *loc. cit.*

An teneat, hic panis est Corpus meum?

925 Neque, *hic panis est Corpus meum.*

NEga: nam esset falsa forma, cùm panis non sit Corpus Domini. Aversa *de Euchar. qu.* 6. *sect.* 2. Nec esset valida forma, si diceretur, hoc erit Corpus Christi. Nam non exprimeretur existentia Christi Domini completa oratione. Aversa *loc. cit.*

Transpositio.

926 Transpositio si mutet sensum, formam invalidat, secùs si non mutat.

SI non mutet sensum, non tollit formam, & validitatem Sacramenti, sivè dicatur hoc est meum corpus, sivè meum est hoc corpus, sivè meum corpus est hoc. Pitignanus in 4. *dist.* 8. *qu.* 2. *art.* 5. Aversa *loc. cit.*

De Forma Calicis.
§. II.

An sit: hic est Calix Sanguinis mei, *vel* hic est Sanguis meus.

AFfirma: hæc enim exprimit conversionem vini in sanguinem, & hæc verba perpetuò inveniuntur in omnibus Liturgiis; cùm alia verba inveniantur variata, vel deleta in diversis Liturgiis. Græci enim non utuntur illis verbis: *æterni, & mysterium Fidei.* Quæ forma fuit in Liturgia S. Basilii: & in Liturgia S. Jacobi, & S. Marci omittuntur illa, *Novi Testamenti*, & *in remissionem peccatorum*. Et in Liturgia S. Isidori, qua utebatur Ecclesia Toletana, non aderant, *æterni, & mysterium Fidei*; & Clemens *lib.* 8. *Constitutionum cap.* 12. tantùm ponit, *hic est Sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum*. Durandus in 4. *dist.* 8. *quæst.* 2. *num.* 16. duodecim Doctores apud Granadum *tract.* 8. *disp.* 4. *num.* 3. S. Justinus *Apologia* 2. *in fine.* S. Cyprianus *Sermone de Cœna Domini.* S. Ambrosius *lib.* 4. *de Sacramentis cap.* 5. Albertus Magnus *de Sacrificio Missæ cap. fin.* viginti Doctores, quibus subscribit Henaus *disp.* 12. *num.* 51. 52. & 61. Aversa *qu.* 6. *sect.* 1. citans vigintiquinque Doctores. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 40. *nu.* 24. Leand. *loc. cit. qu.* 21. citans pro contraria D. Tho. 3. *par. qu.* 78. *art.* 7. exigentem pro forma saltem integrali usque ad verba: *Hæc quotiescumque feceritis*; ubi Serra, & novem alii Doctores apud Suar. *disp.* 60. *sect.* 1. Corneum 3. *par. qu.* 78. *art.* 3. *dub.* 1. Thomam Hurtadum *tom.* 2. *tract. ult. res.* 8. *num.* 388. Satis abs re loquentem, & mihi nec de integritate ex Jure Divino requiri illa alia verba, sed tantùm ex præcepto Ecclesiæ; Inde suadetur, quia non est verisimile tot Ecclesias tanto tempore non cognovisse tantum Divinum Præceptum. Et sic cùm illa verba non concurrant ad effectum Sacramenti, & in multis Liturgiis non serventur, non erunt pars integralis. Non enim eadem significatione informantur, nec erit pars integralis illa, quæ ad nihil deservit. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 40. *num.* 31. *in fine.* Erunt ergo tantùm de jure positivo Ecclesiæ. Magister in 4. *dist.* 8. Vasqu. *loc. cit. cap.* 4. Aversa *loc. cit.* Contra Nugnum, Serram, Sotum, Gabriel. à S. Vinc. &c. 927 Forma Calicis.

An teneat, hic est Calix Novum Testamentum in meo Sanguine?

AFfirma: nam non mutatur sensus, & habetur Lucæ 22. 1. ad Corinth. 11. Henriq. *lib.* 8. *cap.* 17. *num.* 3. Suar. *loc. cit.* Bonac. *loc. cit. num.* 7. Hurtad. *disp.* 3. *diffic.* 7. 928 Alia forma Calicis adducitur.

De Ministro hujus Sacramenti.

CAPUT VII.

DUplex est: unus efficiens, alter distribuens jam confectum Sacramentum. Nos agamus primo. 929 Minister aut efficiēs, aut distribuens est.

De Ministro efficiente.
§. I.

SOlus Sacerdos etiam degradatus, excommunicatus, hæreticus, depositus validè conficit hoc

930 Sacerdos licet censuris irretitus validè cōficit, non tamen licitè.

hoc Sacramentum. Licitè tamen Sacerdos Jure Divino, vel humano non prohibitus. Ad Hebr. 5. ibi: *noc quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Trid. *seß.22.cap.1.* & *can.2.* & *seß.23.cap.1.* & 4. Florent. in *Decreta Armenorum. cap. firmiter. de Summa Trinit.* & *Fide Cathol.* Concilium Lateranense sub Innocentio III. *cap.1.* Concilium Nicenum *can.18.* contra Lutherū *lib. de abroganda Missa privata*, & Wiclephum ajentes etiam laicos confecrare posse, licèt tantùm à deputatis Ministris conficiendum hoc Sacramentum, teste Bellarmino *lib.4. de Euchar. cap.10.*

An plures possint consecrare unam particulam?

931 Plures possunt onam particulam consecrare.

AFfirma: si simul proferant, & terminent verba. Sic enim in Ecclesia Romana Cardinales Presbyteri simul cum Papa consecrabant, teste Innocentio *lib.3. de myster. Missæ c.19.* & *l.4.c.25.* D. Tho. *3. par. qu.83. art.2.* Idem fortè dicens, si successivè proferant, relata intentione ad unum instans consecrationis morale, quo verba omnium complentur. Palndanns in *4. dist.15. qu.4. art.2. num.21.* (9)

Si simol verba proferāt.

Sed proferentes postquam alii verba dixerunt non consecrare ait Cajetan. *3. par. qu.87. art.2.* Suarius *disp.61. sect.* 4. Vasqu. *disp.218. cap. 3.* Lugo *disp.11. sect.* 8. Aversa *qu.10. sect.* 2. quia jam consecratio invenitur completa à primo proferente; non enim potest consecratio, nec ejus vis suspendi.

Nobis certum videtur non posse sequentes transubstantiare, nec convertere panem, & vinum in corpus, & sanguinem; nam non inveniunt vini, & panis substantiam jam destructam per aliorum præcedentia verba consecrativa completa. Si tamen duret sonus verborum, durat etiam tunc significatio, & simul substantia panis, & vini, quando habetur completa significatio omnium simul transubstantiatur in Corpus, & Sanguinem Christi.

Sed quid:

De noviter Ordinatis consecrantibus cum Episcopo.

932 Noviter ordinati cum Episcopo consecrant.

ILlos debere omnes proferre verba intentione consecrandi, si simul cum Episcopo proferant, non verò si ante, vel post verba perficiant; idque ne exponant Episcopum periculo non consecrandi, aut ne unus consecret hostiam, alter sanguinem, uno absolvente verba ante alterum; & sic non consumeret faciens sacrificium, vel unus unam, alter alteram sacrificii partem conficeret. Victoria in *Summa. de Sacramentis num.68.* Suar. *disp.61. sect.4.* Aversa *de Euchar. qu 10. sect.2.*

Contra Sotum in *4. dist.13. qu.1.* Vasq. *disp. 218. cap.4.* Lugonem *disp.11. sect.8. num. 172.* Amicum *disp.24. sect.5. num.210.* ajentes consecrantes debere proferre animo consecrandi cum Episcopo; quæ opinio non evitat absurdum, scilicet Episcopum consumare à se non consecratum, alio præveniente in prolatione verborum, & unum corpus, alterum sanguinem consecrare, & periculum esse morale sequentem proferre verba in materia fortè non obstante, ut rectè Martinon *disput. 33. sect.6. num. 47.* quibus rationibus non tam clarè, ut putat, satisfacit Henans *de Euchar. disp.15. num.21.*

Contra Riccardum in *4. dist.13. art.3. qu.1.* & alios ajentes ordinatos noviter tantùm proferre verba materialiter sine intentione consecrandi; quòd est contra usum Ecclesiæ, nam in Pontificali dicitur noviter ordinatos celebrare, & hortantur simul cum Episcopo verba proferre; ergo ordinati habeant intentionem, quando celebrant cum Episcopo, consecrandi, ut Christus Dominns, & Ecclesia intendit omni meliori modo; tunc enim averruncatis scrupulis, res leria est, ut rectè Cajetan *loc. cit.* Layman *lib.5. tract.2. cap.7. num.2.* Diana *part. 3. tract.4. resol.50.*

An plures consecrantes cum Episcopo se habeant ut plures causæ totales?

AFfirma: ità ut quævis producat totum Sacrificium, sivè sola, sivè cum aliis concurrat. Enim verò aliis deficientibus etiam vi unius Sacrificium poneretur. Vasqu. *disp. 271. cap.6. num.40.* Suar. *disp. 23. sect. 3.* & *disp.61. sect.4.* Henaus *disp.15. nu.25.* Meratius *disp.27. sect.2.* Granadus *controv.4. de Baptismo tract.2. disp.3. num.4.* Martinon *disp. 24. sect.2. num.12.* Raynaudus in *Candelabro septilustri sect.3. cap.3. num.4.* Enim verò nulla contradictio apparet, ut aliàs præmonstrabimus in causis totalibus. 933 Et habentur ut plures causæ totales.

An plures cum Episcopo sacrificantes possent Sacrificium pro libito offerre?

AFfirma: posse pro se, & pro aliis applicare; nam omnes consecrant. Vasqu. *disp. 231. cap.6. num.33.* Gaspar Hurtadus *de Sacrificio Missæ difficultate 7.* Meratius *de Euchar. disp.38. sect.8.* Henaus *disp.15. num.22. 23. 24.* 934 Et possunt pro libito offerre.

Con-

(9) Ignorantia quorundam Rituum veteris Ecclesiæ, quæ, salva semper fide, eos aliquandu rationabiliter mutat, occasio fuit ut moderni aliqui Scriptores turpiter sint lapsi in varios errores, quamplurima fingentes, aut negantes, quæ facili negotio perspecta antiquitate resolvuntur: ut accidit in hac, qua versamor, materia, scilicet de Consecratione Eucharistiæ à pluribus simul facta, quæ teste Innocentio III. suo ævo adhuc vigebat, & etiam nunc viget in Ecclesia Orientali. Hinc Cardinalis Bona in perscrutandis Ecclesiasticis Ritibus eruditissimus, collectis undique veterum Scriptorum auctoritatibus *lib. 1. Rerum Liturgicarum cap. 18. num.9.* hæc habet: „ Constanter assero, hunc fuisse „ Ecclesiæ morem per plura secula, qui in Eccle- „ sia Orientali adhuc viget. „ Et Christianus Lopus *tom.2.* Venetæ edit. in *Appendice ad Synodum Chalcedonensem Actione XI. pag.237.* ex ore Bassiani Episcopi refert. „ Crastina die Missas celebravimos omnes si- „ mul. „ Quapropter rectè subjungit laudatus Bona *loc. cit.* „ Improbat audacter, ac temere hanc „ consuetudinem Durandus in *4. dist.13. qu.3.* quem „ multi ex Scholasticis secuti sunt, rem clarissimam „ intricatissimis difficoltatibus implicātes, quorom „ aliqui multa fingunt in ea incommoda, & peri- „ cula, alii negant unquam fuisse ab Ecclesia Ro- „ mana usurpatam, & quæ prolata sunt priscorum „ Patrum testimonia aliò detorquent, ac si in Ec- „ clesia nihil unquam factom sit, nisi quod fieri „ nunc vident, illos nimirum in varia absurda „ præcipites egit antiqui Ritus desuetudo, & ex de- „ suetudine ignorantia. „ In quo Ritu nihil timendum, ut Doctores fingont, si actionem illam à pluribus factam, moralem esse consideremus, ut advertit Gaspar Juvenin in *Dogm. Hist. dissert.5. qu.4. de Ministro Sacrificii Missæ cap.3.*

Contra Bernal *disp.15. sect.1. §.1. num. 12.* putantem offerendum pro illo, pro quo offert Episcopus principalis offerens.

Sed cur?

An noviter ordinatus possit accipere stipendium pro Missa cum Episcopo dicta pro oblatione Sacrificii?

935 Et accipere stipendium si dans illud sciat Ordinatum non peragere integrum Sacrificium.

AFfirma: si dans sciat ordinatum non peragere integrum ex se Sacrificium, cùm non consumat sanguinem, & posse fortè non sacrificare, alio in prolatione verborum præveniente: Et decreta de celebratione Missarum, nè pro una Missa detur multiplex stipendium, istum casum non comprehendunt, cùm quilibet sciente dante pro sua applicatione Sacrificii acciperet, Henaus *disp.15.num.24.in fine.*

De Ministro distribuente Eucharistiam.

§. II.

936 Minister distribuēs Eucharistiam ordinarius est Sacerdos aut ex officio, aut ex delegatione

MInister distribuens Eucharistiam aliis duplex: unus Ordinarius, alter Delegatus.

Ordinarius est Sacerdos. *Can.pervenit.de consecr. dist. 2.* Trid. *sess.13. cap.8.* D.Tho. *qu.82. art.3.* Suar. *disp.72.sect.2.*

Et hic est duplex: Unus, qui tenetur ex officio ministrare suis ovibus, ut Parochus: Alter, qui non tenetur ex officio ministrare, ut simplex Sacerdos; nam & hic ex officio Ordinis habet celebrare, & sic sibi, & aliis à se confectum ministrare Sacramentum, undè canit Ecclesia:

Sic Sacrificium istud instituit,
Cujus officium committi voluit
Solis Presbyteris
Quibus sic congruit
Ut sumant, & dent cæteris.

Idque sivè ex tacita licentia Parochi, cujus sunt oves, semper tamen nomine proprio. Amicus *disp.31.sect.1.num.3.* sivè etiam sine licentia præsumpta, consuetudine universali prævalente. *l.de quibus, D.de legibus.cap.fin.de consuetudine*, qua omnibus Sacramenta indiscriminatim dispensant, ut simplices Confessarii omnes ad se accedentes Pœnitentiæ Sacramentum ministrant.

Igitur absque scrupulo ex officio ministrant nomine proprio. D.Tho. *loc.cit. art. 3.* Idque sivè ex tacita licentia Superiorum, ut vult Navar. *cap.21.num.52.* Suar. *disp.72.sect.2.* sivè sine omni licentia, ut universalis obtinuit consuetudo, & colligi valet ex Trid. *sess.13.cap.8.*

Delegatus.

937 Delegatus est Diaconus cum licētia Sacerdotis.

DElegatus Minister hujus Sacramenti est Diaconus, qui ex officio suæ ordinationis assistit Celebranti, & distribuit Eucharistiam nomine Sacerdotis. *can.Diaconos.13.can. præsente.17.can.pervenit.14.dist.93.* Clemens I. *lib.8. Constitutionum Apostolicarum cap.18.*ibi: *Diaconus oblationem à Presbytero factam det populo non tanquam Sacerdos, sed tanquam qui Sacerdoti ministrat*, Arriaga *tom. 7. disp. 48. num. 2.*

Vide Juvenin *dissert.4. de Euchar. quæst. 5. cap. 3. art.1. & 2.*

Cùm autem sit delegatus debet de licentia Sacerdotis, qui est Minister ordinarius, aliqua necessitate urgente, distribuere Eucharistiam. *can.præsente. 18.* ibi: *præsente Presbytero Diaconus Eucharistiam Corporis Christi populo, si necessitas cogit, jussus eroget.dist.93.can. Diaconos. 13. in fine*, ibi: *Sacri Corporis erogationem sub conspectu Episcopi, seu Presbyteri, nisi his absentibus jus non habeant exercendi. can.pervenit ad Sanctum. 14.* ibi. *in locis quibusdam, & Civitatibus Presbyteris Sacramenta Diaconi porrigant. dist. 93.*

De licentia ergo Sacerdotis urgente aliqua necessitate, vel Sacerdote absente, ex præsum- 938 Aut Sacerdote absēte.
pta licentia, possunt Diaconi Eucharistiam ministrare. *d.can.Diaconos.13.in fine.can.præsente Presbytero.18. dist.93.* Non verò sine necessitate. *can.non oportet Diaconos panem dare.17.dist. 93.* S.Thom. *loc.cit.art.3.ad 1.* Vasqu. *disp.219. cap.1.* Arriaga *loc.cit.num.9.* Aversa *de Euchar. qu.10. sect.3.*

Non tamen requiritur extrema necessitas, sed satis est rationabilis, ut valeat hoc committi à Presbytero Diacono. Amicus *de Euchar. disp. 31. sect.1. num. 17.* Præpositus *de Euchar. qu.82.art.3.dub.1.num.10.*

Si Parochus sit præsens, & injustè deneget 939 Et si injustè licentia denegetur.
Eucharistiam moribundo, tunc est ita ac si non esset, nam irrationabiliter operans non censetur homo operans, sed comparatur jumentis insipientibus; & tunc licet Diacono deferre Eucharistiam, ità ac si esset absens Parochus, ex licentia alterius Superioris præsumpta, scilicet Episcopi, vel Papæ. *d.can. Diaconos. 13. in fine.* D.Tho. in *4.dist.13.qu.1.art.2.qq.2.* Aversa *loc. cit.sect.3.* Lugo *loco cit.cap.19.* Valentia *disp.6. qu.10.puncto 1.* Nugnus *3.par.qu.82.art.3.dub.1. num.18.* Diana *par.9. tr.6. res.39.* Contra Possevinum *cap.8.qu.39.num.68.*

Ex necessitate ergo non solùm potest ministrare Eucharistiam, sed etiam Corpus Christi Domini committente Sacerdote, vel illo irrationabiliter denegante, aut absente. D.Tho. *loc. cit.art.3. ad primum.* Sotus in *4. dist. 14. qu.1. art.3.* Ledesma *par.1.qu.23. art.3.* licèt S.Tho. *loc.cit.* velit Diacono posse committi dispensationem Sanguinis, non Corporis Christi Domini absque necessitate, ut legitur in vita S.Laurentii, ajentis ad S. Xystum, *cui commisisti Dominici Sanguinis dispensationem*; ubi de necessitate nulla fit mentio. Aversa *loc.cit.quæst.10. sect. 3.*

Hinc Diaconus potest ministrare Eucharistiam infirmis absente Parocho, vel irrationabiliter denegante, vel ejus licentia. Concilium Nicænum I. *can.18.* Toletus *lib.2.cap 28.* Vasq. *disp.219. cap.1.* Lugo *disp.18.num.27.* Suar. *disp. 72. sect.1.*

Cujus verba habes *lib. 1.tit.14.adnotatione 6.*

Secundo infertur, multò fortius in tali necessitate Sacerdotem etiam invito irrationabiliter, vel absente Parocho posse deferre Viaticum moribundo. Suar. *disp.72.sect.2.* Vasq. *disp. 219.num.33.* Valentia *de Euchar.q.10.puncto 1.* Lugo *disp.18.sect.2.*

An Subdiaconus, vel Laicus valeat ministrare hoc Sacramentum de licentia Sacerdotis?

DIstinguas: vel urget extrema necessitas, 940 Subdiaconus, aut laicus non potest, nisi urgente necessitate.
vel non.

Si non, nequit ministrare. *c.pervenit ad notitiam nostram, quòd quidam Presbyteri in tantum parvipendant Divina mysteria, ut laico, vel feminæ Sacrum Corpus Domini tradant ad*

de-

deferendum infirmis, & quibus prohibetur ne Sacrarium ingrediantur, nec ad Altare appropinquent, illis Sancta Sanctorum committuntur, quod quam sit horribile, quàmque detestabile omnium religiosorum animadvertit prudentia; Igitur interdicit per omnia Synodus, ne talis temeraria præsumptio ulterius fiat. Sed omnimodè Presbyter per semetipsum infirmum communicet. Quod si aliter fecerit, gradus sui periculo subjacebit. de consecr. dist.2. Suar. *disp.72.sect.1.* Vasq.*disp.219. cap.1.num.12.*

Si verò sit extrema necessitas; Tunc subdistinguas: vel vult communicare seipsum, vel alterum.

Si seipsum, adhuc affirmat Suarez; nam nullo Jure Divino, humanove id invenitur prohibitum, extrema necessitate à legibus regulariter excepta. Cajetan.in *cap.26.Matthæi.* Suar. *disp.72.sect.3. in fine.* Laynian *lib.5. tr.4.cap.7.* Filliucc. *tom.1. tr.4. cap.9.* Leand. *tom.2. tr.7. disp.4.qu.12.*Diana *tr.4.de Sacram.resol.47.* Arriaga *tom.7.disp.48.num.6.*

Vel alium moribundum, & adhuc affirmandum. *can.capit.24.qu.1.*

Hinc fortiùs Diaconus poterit seipsum communicare in extrema necessitate. Concilium Nicænum *can.14.* Vasqu. *disp.219.cap.1.*Dicastill. *tr.4.de Eucharist. disp.11. dub.6.num.103.* Contra Sà v. *Euchar.num.32.*

Ut autem clariùs constet prædictorum veritas, sequentes Analyticè differimus quæstiones.

An laici debeant à Sacerdotibus communionem accipere?

941 Laici à Sacerdotibus debent Cõmunionem accipere.

AFfirma: Trid. *sess.13. cap.8.* ibi: *semper in Ecclesia Dei mos fuit, ut laici à Sacerdotibus communionem acciperent, Sacerdotes autem communicantes, seipsos communicarent, qui mos tanquam ex traditione Apostelica descendens jure, ac meritò retineri debet.*

Accipiat ergo à Sacerdote Laicus Eucharistiam, quam tamen urgente necessitate absque culpa potest è ruto auferre. S.Tho. *3.par.qu.82. art.3.* Henriq.*lib.8.cap.54.num.3.* Navarr. *cap.25.num.72.* Bonac.*disp.40.qu.6.puncto 2.n.2.*

An olim Laici accepta à Sacerdote Eucharistia seipsos communicaverint opportuno tempore?

942 Olim Laici accepta à Sacerdote Eucharistia seipsos communicabãt.

AFfirma: *d.can.pervenit.29. de consecr.dist.2. cap. nec debet. de consangu. & affinit.* Et masculi accipiebant in manibus, feminæ in orario nitido, velo obvolutis manibus, adeò tunc fervebat caritas, reverentia eminebat, ut etiam per Laicos ad infirmos Eucharistia mitteretur, ut fuit missa ad Serapionem, & ad alios. Metaphrastes 10.Novembris. Et heremicolæ secum in capsula servatam tolebant Eucharistiam. Sanctus Hieronymus *Epistola ad Pammachium*. Baronius *anno 57. num.* 149. Eusebius *lib. 6. Historiarum cap. 44.* Tertullianus *lib. 2. ad uxorem cap. 5.* Nicephorus Callistus *lib.6.cap.9. & lib. 13. cap.7.* Clemens Alexandrinus *lib.1. stromatum.* S. Cyprianus *Sermone de lapsis*. S.Basilius *Epist. ad Cæsariam patritiam.*

Modo tamen id prohibitum est. *d. can. pervenit.* (10)

An Laicus in extrema necessitate possit seipsum communicare?

AFfirmant decem, & septem Doctores apud Leandrum *loc.cit.qu.12.* Arriaga *loc. cit.* Aversa *loc. cit.* Suar. & alii, contra quindecim Doctores apud Leandrum *loc. cit.* Gabrielem à S. Vincentio *disp. 15. de Eucharist. sect. 1.* Henaum *de Eucharist. disp. 5. num. 42.* Nam in tali casu non habent locum jura, nec loquuntur de tali casu: Et Preceptum Divinum sumendi Eucharistiam in extremis non potest aliqua lege humana abrogari. Totumque confirmatur exemplo Mariæ Reginæ Scotiæ martyrio proximæ, sumentis Eucharistiam servatam, ut sumeret eam morti proximam; non enim alio titulo retinere valebat, ratione cujus corruunt excogitatæ responsiones à Lugo, ab Henao, ut rectè convincunt Arriaga, & Aversa. 943 Et si urgeat extrema necessitas.

Imò in casu necessitatis, deficiente Ecclesiastico, posse à Laico etiam aliis ministrari urgente Caritatis præcepto, cui non invenitur derogatum, aut derogari nequit. Dian.*par.3.tract.5. res.47.* & quindecim Doctores, quibus subscribit Leand. *disp.4.qu.13.* Contra septem Doctores. Lugonem *disp.17.num.21.*

Ego subscribo potentiori Superioris auctoritati.

An Laicus moribundus in lethali existens, carens Confessario, conatus elicere contritionem, possit recipere Eucharistiam propria, vel alterius Laici manu?

944 Laicus in lethali, sed contritus in necessitate potest per se, aut per Laicum Cõmunionem accipere.

AFfirmat Amicus *de Euchar. disp. 31. sect.2. num.30.* posse, & teneri urgente Caritatis præcepto succurrendi aliter perpetuò perituro, vel in periculo æternæ damnationis.

An Sacerdos ex sola devotione possit communicare seipsum extra Sacrum, præsente Sacerdote, vel Diacono?

AFfirma: Suar. *disp.72.sect.3.* Vasq.*disp.219. cap.1.* Bonac. *qu.5. puncto 1.num.12.* Henaus *disp. 15. num. 41. in fine.* Arriaga *tom. 7. disp.48. num.14.*Diana *par.3. tract.14. resol.53.* citans plures. Aversa *de Euchar. qu. 10. sect.3.* citans plures id afferentes, si desit Sacerdos, & nequeat ipse celebrare, cum Leandro *loc. cit. qu.14.* limitationem tamen istam non probantes. Contra Villalobos *tom. 1. tract. 7. diffic.48. num.1.* Armillam v.*communio num* 8.

Probatur, quia potest aliis ex devotione ministrare; ergo & sibi: cùm non sit deterioris conditionis, ac Laicus. Secundo, quia non sunt prohibitiones in jure non expressæ a Doctoribus confingendæ, nullibi autem prohibitum invenitur. Tertiò potest vi Ordinis etiam non celebrans Eucharistiã tangere, & transferre de loco ad locum, de ciborio ad ciborium; ergo etiam sumere. Arriaga *loc.cit.num.15.* rectè monens non debere seipsum communicare præsente alio, à quo potest accipere, si adsit scandalum, at scandalo præciso nullibi id prohibitum.

Imò

(10) Vide Adnotationem decimamtertiam *Libri Primi tit. IV.*

Imò si Viaticum Sacerdoti deferretur à Diacono; tunc propriis manibus deberet acceptum à Diacono sibi ministrare Sacramentum. *d. can. præsente. dist.* 93. Durandus in 4. *dist.* 13. *qu.* 4. *num.* 6. contradicente Vasquio *loc. cit. num.* 19. & arbitrarium dicente Aversa *loc. cit.* §. 4. *in fine*.

Dices obstat Clementina *Religiosi. de privilegiis*; ubi sunt excommunicati Religiosi ministrantes Eucharistiam Clericis, aut Laicis; ergo multò minùs poterunt Sacerdotes ministrare sibimetipsis extra Sacrificium.

Respondetur, illud sancitum, nè Religiosi se intrudant in Parochorum jurisdictionem, quæ ratio cessat in Sacerdote, maximè seculari seipsum communicante, qui tunc Parocho non officit, nec compræhenditur in illa pœnali dispositione, licèt ministret aliis sine licentia Parochi. Pœnales namque leges coarctandæ, non ampliandæ ad personam non expressam. *cap. odia. cap. in pœnis. de reg. jur. in* 6. *l. interpretratione, D. de pœnis. l. fin. C. qui bonis cedere.*

An Diaconus possit seipsum communicare non urgente necessitate, absente Presbytero?

945 Vasquez afirmat Diaconum posse seipsum cõmunicare sine necessitate absente Presbytero.

945 Affirmat Vasqu. *disp.* 219. *cap.* 1. Dicastill. *tr.* 4. *de Euchar. disp.* 11. *dub.* 6. *num.* 103. ex Concilio Nicæno *can.* 18. contrà Sà v. *Eucharistia num.* 32.

Mea sententia est, ut subscribas voluntati legitimi Superioris.

An possit communicare seipsum, vel alios jejunos etiam post meridiem?

946 Jejunus etiã post meridiẽ potest communicari.

946 Affirma: nam celebratio, non communio est interdicta post meridiem, & sic in qoacumque hora diei posse Sacramentum hoc ministrari jejuno, nam nulla hora à lege determinata invenitur, ut asserit Arriaga *to.* 7. *disp.* 48. *num.* 18. Aversa *de Euchar. qu.* 8. *sect.* 3. Sylvest. v. *Eucharistia.* 3. *qu.* 15. *conclus.* 5. Bonac. *qu.* 7. *puncto* 1. *num.* 14. (11)

An Parochus communicans infirmum possit ablutionem digitorum cum reliquiis Sacramenti infirmo dare ad purgandam pyxidem?

Affirma; nam continuatur sumtio moraliter reliquiarum cum hostia. Marchin. *de Sacramen. Ordinis tr.* 3. *par.* 3. *cap.* 3. *num.* 16. Gabr. à S. Vinc. *disp.* 15. *q.* 2. §. *quæret octavo.*

An requiratur licentia saltem præsumpta Parochi illius, cui Eucharistia administratur?

947 Parochus potest fragmenta infirmo dare ad purificandã pyxidem.

947 Distinguas: & in Paschate affirma: in aliis temporibus nega, prævalente universali consuetudine, qua oves cibandæ à proprio Prælato in necessitate observandi præcepti humani, & Divini; non verò quando liberè possunt communicare, & non communicare; tunc enim possunt à quolibet Sacerdote Eucharistiam recipere. Nec videtur necessaria licentia; quidquid excogitaverit Lugo *disp.* 18. *sect.* 3. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 48. *num.* 19.

An Religiosi possint invitis Parochis ministrare Eucharistiam?

948 Religiosi urgẽte Paschatis præcepto nequeũt ministrare Eucharistiam, secùs si non currat tale præceptum.

948 Distinguas: vel adest præceptum recipiendæ Eucharistiæ, ut in Paschate, & in articulo mortis: vel non adest. Si non currit tale præceptum, possunt administrare ex propriis privilegiis. Si vero currit tale præceptum, nequeunt administrare Eucharistiam. Clem. *Religiosi. de privileg.* Sà v. *Euchar. n.* 10. Suar. *disp.* 72. *sect.* 3. Portella *de dubiis Regular. to.* 1. v. *Sacramentorum administratio*. Et nomine Paschatis non venit sola dies Paschatis, ut gratis voluit Navar. sed venit totum tempus Paschale; nam privilegia Religiosorum odiosa, exorbitantia à jure communi, sunt coarctanda.

Cum hoc tamen stat, quòd qui communicavit in propria Parochia infra tempus Paschale, possit intra idem tempus iterum communicare in Ecclesiis Religiosorum; sicuti in illis Ecclesiis communicare valent vaghi, peregrini, advenæ, non subditi Parochiæ. Arriaga *loc. cit. num.* 21. *in fine*.

Advenis, fugitivis, Laicis infirmis casu intra Monasterium existentibus Religiosi administrant Viaticum monito Parocho. Aversa *de Euchar. qu.* 10. *sect.* 4. *in fine*.

Si verò Parochus abesset per longum tempus, tunc ex præsumpta rationabili voluntate, deficientibus secularibus Ministris, quibus Deus demandavit, in subsidium ex præsumpta voluntate Pastoris possent Religiosi ministrare Eucharistiam in Paschate. Arriaga *loc. cit. n.* 22. Aversa *de Eucharist. qu.* 10. *sect.* 4. citans Bordonum, & Lugonem.

Non tamen extat in Bollario Privilegium, ut rectè observavit Arriaga *loc. cit. num.* 21. *in fine*, relatum à Rodriq. *to.* 1. *Regularium qu.* 56. *art.* 3. quo Nicolaus V. concessit cuidam Monasterio de Qoadalupe, ut tempore Pascharis ministrarent Laicis Eucharistiam, non enim invenitur, & si fuit motus proprius Nicolai V. jam est revocatus ab Urbano VIII. revocante omnes motus proprios.

Qui, & quomodo teneantur hoc Sacramentum ministrare?

Parochi ex justitia per se, vel per alios in Paschate, & in articulo mortis, & quoties oves discretè rationabiliter petunt, tenentur. *cap. omnis utriusque sexus. de pœnit. & remiss.* Et moribundus Deo disponente à Beato recipiens, 949

949 Parochus ex justitia debet Eucharistiam ministrare.

(11) Quæsitum hoc eruditè examinat Joi Clericatus *de Eucharistia decis.* LX. per totam, ubi propositis ex antiquitate variis communionis acceptionibus, & divisionibus, firmat posse communio dari jejuno qualibet hora diei, relatis pluribus DD. id asserentibus. Licèt Morinus *de Pœnitentia lib.* 8. *cap.* 14. *n.* 2. asserat quòd extra Sacrificium tantùm infirmis data fuerit Eucharistia. „ Nec enim (inquit) in Ec„ clesia conservabatur Corpus Christi alium in fi„ nem, quàm propter infirmos, scilicet ex pane „ consecrato particula. Quocirca sanis non erat ex„ tra Sacrificii actionem communicandi locus. „ Consuetudo hodierna Corporis Christi propter „ fidelium communionem reservandi recens est, & „ à Monachis Mendicantibus primùm introducta, „ deinde ab aliis plerisque usurpata, quæ non diu „ tamen Romani Ritus Rubricas expungere potuit. Vide Thiers in *Tract. Expositionum cap.* 2.

piens, adhuc tenetur à proprio Parocho recipere, nisi constet Deum dispensasse in illa lege. Lugo *lib. 1. responsorum dub.* 16. *num.* 8. Amicus *disp.* 15. *num.* 59.

An lumen debeat esse accensum ante Eucharistiam?

950 Lumen accensum debeat ordere ante Eucharistiam. Affirma: *cap. sanè cum olim*. 10. *de celebr. Missarum*. Sà v. *Eucharistia num.* 34. Henaus *disp.* 16. *num.* 8. Et esset mortale pro notabili tempore omittere. Contra Marchinum *tr.* 4. *cap.* 5. 4. 4. ajentem tantùm esse laudabilem, non obligatoriam ad lethalem consuetudinem. Contra Granadum *tr.* 13. *de Euchar. disp.* 3. *n.* 3. Dianam *par.* 10. *tr.* 16. *resol.* 80. ajentes non esse lethale ministrare Eucharistiam sine lumine, nec esse lethale in ministratione hujus Sacramenti omittere *Confiteor*, quod probabile ait Leander *loc. cit. qu.* 28. dicens oppositum æquè probabile.

In quo habitu, & solemnitate sit ministrandum hoc Sacramentum?

951 Cum stola, & superpelliceo administranda Eucharistia. Debet ministrari in habitu Sacerdotali cum Cotta, & stola. Et Diaconus in habitu Diaconali cum stola transversa: sed quærimus circa hoc ulterius.

An Sacerdos peccet mortaliter ministrans sine superpelliceo, & stola?

953 Secùs peccatur mortaliter. Affirma: *cap. sanè. de celebr. Missarum*. Rituale Romanum Pauli V. *tit. de Sacra Eucharistia in fine*. Torrecremata in *can. Ecclesiastica num.* 5. *dist.* 24. Suarez *disp.* 72. *sect.* 4. Lugo *disp.* 18. *nu.* 53. Sed excusat à mortali Ministrum cum cotta sine stola ministrantem Philibertus *tr. de Ordine cap.* 8. *num.* 6. alii apud Sà v. *Eucharistia num.* 31. Suarez *disp.* 68. *sect.* 1. Navar. *cap.* 21. *num.* 54. & alii undecim Doctores, quibus subscribit Leander *loc. cit qu.* 30. Contra Angelum v. *Sacerdos num.* 4. & alios apud Dianam 2. *par. tr.* 14. *ref.* 20. Imò nec sub veniali stolam gestare tenetur extra Missam recipiens Eucharistiam. Doctores citati.

953 Nisi necessitas urgeat. Tempore necessitatis, puta tempore pestis, si urgeat necessitas, non tenetur cum stola, cotta, lumine incedere, si nequeat inveniri. Leaod. *loc. cit. qu.* 24. urgente præcepto communicandi in extrema necessitate, intelligas si aliundè decenter deferatur: cui contradicit Possevinus *cap.* 5. *num.* 39. Bonac. *disp.* 4. *qu.* 5. *puncto* 2. *n.* 8. Diana *par.* 10. *tr.* 11. *res.* 40.

An ministrans Eucharistiam infirmo debeat currere?

954 Gradum grandire nō debet, qui infirmo Eucharistiā defert. Nega: Imò nec valdè debet festinari indecenter, sed decenter: licèt tantisper celeriùs ambulare debeat. Barbosa *de potestate Parochi cap.* 10. *num.* 46. Aversa *de Euchar. qu.* 10. *puncto* 5. licèt teneatur illam deferre, etiamsi causa devotionis infirmus communicare velit semel, atque iterum. Quintanadueñ. *sing.* 7.

An tempore pestis ad evitandum contagium possit ponere Sanctissimum in vaso argenteo, undè moribundus propria lingua attrahat?

955 Tempore pestis licet infirmo Eucharistiā dare non propria manu, sed in vase argenteo. Affirma: nam revera dicitur accipere de mano Sacerdotis, licèt mediatè, ut Dominus de manu servi ferculum accipit, & manducare dicitur: nec leges possunt obligare cum majori, & tanto periculo. Cajet. in *caput* 26. Matthæi *num.* 26. Venerus *de examine Episcoporum lib.* 4. *cap.* 46. *num.* 41. Gavantus in *Enchyridion Episcoporum*, v. *pestis num.* 7. Henaus *disp.* 15. *num.* 46. Leaod. *loc. cit. qu.* 20. Bernal. *de Euchar. disp.* 45. *sect.* 1. §. 1. *num.* 37. repugnante Diana *par.* 4. *tr.* 4. *resol.* 114.

An præbens Eucharistiam debeat esse in gratia?

956 Distribuens Eucharistiā non debet esse in gratia. Nega: nam non conficit, sed confectum ministrat Sacramentum, per se ordinatum ad sanctificandum. Barbosa *de officio Parochi cap.* 20. *num.* 17. Lugo *de Sacram. in genere disp.* 8. *sect.* 9. *num.* 155. Vasq. *disp.* 136. *num.* 38. Diana *par.* 3. *tract.* 14. *resol.* 23. Aversa *de Euchar. qu.* 10. *sect.* 5. Henaus citans quindecim Doctores *de Eucharist. disp.* 15. *num.* 60. dicens *num.* 63. esse veniale, quod rectiùs negat Vasq. *loc. cit. nu.* 45. Est contra Suarium *disp.* 72. *sect.* 4. Bonac. *qu.* 5. *puncto* 2. *num.* 1. *de Euchar.* Reginaldum *lib.* 29. *num.* 56. Villalobos *part.* 1. *tract.* 4. *diffic.* 14. *num.* 2.

An possit Sacerdos partem suæ hostiæ majoris dare Laico communicanti ob solam devotionem ipsius Laici?

957 Partem suæ majoris hostiæ potest Sacerdos laico dare ob ipsius devotionem. Affirma: nam nulla Sacramento irreverentia, nullibi id prohibitum. D. Antoninus 3. *par. tit.* 13. *cap.* 6. *num.* 3. Sylvest. v. *Eucharistia. num.* 15. Sà v. *Euchar. num.* 15. Angelus v. *Missa num.* 27. Sancius 22. *Selectarum num.* 21. Bonacina *de Euchar. qu.* 5. *puncto* 5. *n.* 13. Camerota *de Eucharist. cap.* 9. *num.* 7. Henaus *disp.* 15. *num.* 50. *in fine*. Gabr. à S. Vinc. *de Euchar. disp.* 15. *sect.* 2. §. *quæres quartò*. Dicastillus *tom.* 1. *de Sacramentis tract.* 4. *disp.* 11. *dub.* 6. *num.* 115. Leander *tom.* 2. *tract.* 7. *disp.* 4. *qu.* 17. citans plures. Possevinus *de communione Sanctorum cap.* 8. *num.* 13. Diana *par.* 3. *tract.* 4. *res.* 34. & *part.* 10. *tract.* 11. *resol.* 70. Aversa *de Euchar. qu.* 10. *sect.* 5. §. 3. Contra Zanardum *par.* 1. *de Euchar. cap.* 9. *qu.* 15. Zambranum *cap.* 3. *dub.* 6. *n.* 7. Graffium in *decis. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 38. *n.* 31. & alios apud ipsum.

An Parochus teneatur ministrare tempore pestis hoc Sacramentum?

958 Parochus pestis tempore tenetur hoc Sacramentū ministrare. Negat Gabr. à S. Vinc. *loc. cit.* Villalobos *tom.* 1. *tract.* 14. *difficul.* 6. *num.* 7. Diana *par.* 3. *tr.* 4. *resol.* 174. & *par.* 5. *tr.* 4. *resol.* 53. Dicastill. *de Euchar disp.* 11. *dub.* 7. Molfesius *to.* 1. *tr.* 4. *cap.* 3. *num.* 91. moti, quia non est Sacramentum per se necessarium, nisi aliàs dubitetur de salute spirituali ægroti. Urtiz in *Summa cap.* 19. Major in 4. *dist.* 7. *qu. fin.*

Sed oppositum rectiùs docet Toletus *lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 5. Suar. *disp.* 72. *sect.* 2. Navar. *cap.* 24. *num.* 30. quos dat, & sequitur Leaod. *loc. cit. qu.* 28. Et meritò, quia salus moribundi nun- Eee quam

quam in hac vita est certa; & quia non solùm Parochus tenetur succurrere extremè periclitanti, sed etiam indigenti auxilio, & volenti adimplere præcepta, quale est communicandi in extrema vitæ periodo.

An Parochus possit ministrare hoc Sacramentum in die Parasceve, feria sexta majoris Hebdomadæ?

959 An in die Parasceve possit Eucharistia ministrari,

AFfirmat etiam stante contrario usu posse privatim ministrari Candidus *tom. 3. disquisit.2.art.8.dub.12.* Joannes de la Crux *de Sacrificio Missæ quæst.2. dub.2. concl.1.* Gabr.à S.Vinc. dicens communem *de Euchar. disp. 15. qu.2.§.quæres tertio.* Diana citans quinque Doctores *par.4.tract.4.resol.237.* Aversa *de Euchar. qu.8. sect. 3. in princip.* quia tunc celebratio ex *can.Sabbato.13.dist.3.* non communio est interdicta: Et doctos Sacerdotes seipsos communicare in illa die ait Henaus *disp.13. num.43.* licèt deindè *disp.14. num.79.* dicat probabile non licere communicari in tali die, cum Leandro *tract. 8. disp.5. qu. 24.* ex duplici declaratione Sacræ Congregationis.

Mea sententia est, ut Superiori pareas, & in dubio ab ejus voluntate regulam sumas. (12)

An possit in nocte Nativitatis in prima Missa Laicus communicare?

960 In prima Missa noctis Nativitatis non licet Laicos communicare.

NEga: cum Bordono *tom.2. res.56. num.61.* Contra Gabr.à S.Vinc. *loc.cit.disp.15.q.2.* ex decreto Sacræ Congregationis.

An Parochus Cathedralis in die Paschatis, & tempore Paschali possit ministrare Sacramentum omnibus ex Diœcesi?

961 Parochus Cathedralis tempore Paschali potest omnibus ex Diœcesi Eucharistiam præbere,

AFfirma quia censetur Parochus totius Diœcesis, usu ità probante. Genuensis in *praxi cap. 76. num. 22.* Possevinus *de officio Curati cap.7. num.57.* Barbosa *de officio Parochi part.2. cap.20. num.12.*

An sit deferenda Eucharistia ægroto, ut illam veneretur, si nequeat sumere ob vomitum?

962 Eucharistia non est deferenda infirmo tantùm venerationis ergo.

NEga: Sacra Congregatio ad Trid. *sess. 13. cap. 7.* Lugo *lib. 1. responsorum dub. 11. num. 3.* Henaus *disp.15. num. 53.* Contra Henriq. *lib.8. Summæ cap.55.num.3.*

An Sacerdos ad evitandam infamiam, & mortem aliter indignè suscipientis, liceat ei scienti, & consentienti ministrare particulam non consecratam?

963 Non licet hostiam nõ cõsecratam præbere, etiã scienti illam non esse cõsecratam.

NEga: Sancius 25. *Selectarum nu.6.* citans tredecim Doctores. Arriaga *tom.7. disp. 21.num.29.* Palaus *tom.1.tr.2. disp.1. puncto 13.* Bonac. *qu.6. puncto 4. nu.15.* Diana *par.3. tr.6. res.82.* Aversa *de Euchar.qu.10.sect.5. §.sed tamen,* citans plures Leand. *tom.2.tract.7. disp.7. qu. 60.* Contra D. Bonaventuram in 4. *dist. 9. art.2.q.4. in fine,* ibi: *non debet dare hostiam non consecratam; nam si daret, peccaret ille, & ipse simulando, nisi fortassis ipse peccator hostiam peteret ad evitandam infamiam, & in Dominici Corporis reverentiam.* Albertum Magnum in 4. *dist.13. art. 20.* Altisidorensem *lib. 4. Summæ tr.5.cap.5. qu.40.* Ludovicum de S.Joanne *to.1. Summæ tr.de Euchar. qu.7. art.8. dub.4.* Villalobos *tom.1, tract. 7. diff. 38. num.7.* Javellium *tom.1. Philosophiæ Christianæ par. 5. tr.4. cap.6.* Franciscum Lugo *par.2. cap.6. qu.7.* Angles in *Floribus Theologicis, de susceptione Eucharistiæ diffic.4.* & alios.

Probatur ex eo, quia actus ille tradendi reverenter particulam non consecratam est actus cultus exterior, qui nequit, nisi Deo exhiberi, licèt enim evitaretur adoratio proponendo hostiam consecratam adorandam, tamen quia non traditur hostia consecrata, & actus ille tradendi est usus Religionis, publicè merens cultum, ideò omninò prohibetur.

Non tamen placet ratio deducta ex *cap. de homine.7.* ibi *cum falsa sint abjicienda remedia, quæ veris sunt periculis graviora de celebr. Missarum.* Quia indignus celebrans sine intentione consecrandi graviùs peccaret, quia illudit Deum, & decipit populum, cùm verè consecrans Deum tantùm offenderet.

Hæc inquam ratio non convincit; nam in re nostra esset verum remedium ad evitandam infamiam, & mortem, & evitaretur utrumque absurdum. Deus namque non offenderetur, cùm sacrilegè non reciperet, populus non deciperetur, quia adoraret veram hostiam consecratam, occultata non consecrata. Nec daretur Idololatriæ occasio, nam nõ adoraretur species non consecrata occulta, sicuti nec adoratur musca in calice, sed Sanguis Christi Domini. Gabr.à S.Vinc. *de Euchar.disp.5.qu.5.§.ad ultimum.* Remanet ergo non posse tradi ex sola ratione, quia traditio illa palam reverenter facta est exterior cultus Deo exhiberi solitus, quæ ratio si elumbetur, probabilis erit Divi Bonaventuræ sententia. 964 Vitanda est omnino occasio idololatriæ.

Numquam tamen licet ignorante illo, cui præbetur, tradere hostiam non consecratam; quidquid quibusdam contrarium placeat, quia non evitatur sacrilegium ex conscientia putantis se verum Sacramentum indignè recipere, nec cultus tendens ad Deum.

An liceat ex communi consensu fingere se dare, & non dare hostiam ad evitandum sacrilegium, & scandalum?

AFfirma: si evitetur exterior actionis cultus, ut ex loco, quo præbetur Eucharistia, undique muris circumsepto per foramen, itaut videri nequeat, an Eucharistia sit tradita, vel non. Henriq. *lib.6.cap.22.n.4.* Diana *par.4.tr.4. res.47.* Leand. *loc.cit.qu.61.* Cavendum tamen est ne indignus ista circumventione tutus indurescat in malum; tunc enim aperiretur via delictis, & ut indignus resipiscat, deneganda est Eucharistia, nisi corrigatur. 965 Cum cõsensu utriusque licet, si evitetur exterior cultus.

An

(12) Vide Decretum Sac.Congregationis Concilii *de quotidiana Communione* 12.Februarii 1679. ubi præcipitur servari Rubricas Missalis, & Ecclesiæ Romanæ in illa die præscriptas.

An in domibus privatis liceat conservare Eucharistiam ?

966 Non licet in domibus privatis servare Eucharistiam.

NEga: ex *cap.1 & 2. de custodia Eucharistię*, & de consuetudine totius Ecclesiæ. Tanderus *disp.5.puncto* 8.*num*.8. (13)

An liceat unam speciem dare communicaturo ?

967 Una species nempe panis licite ministratur.

AFfirmas 1. ad Corinth.15. ibi: *quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit Calicem*. Actuum 2. ubi fideles in sola panis fractione communicabant. Trident. & alii. Et quidem Ecclesia prohibuit, & prohibere poterat ne in specie vini laici communicarent, ut de facto prohibuit, ne bis in die communicarent, periculum namque erat effusionis, & timor ne idiotæ crederent Christum Dominum in qualibet specie dimidiatum.

Dices, Calix est necessarius ad salutem. Joan. 6. ibi: *nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*.

968 Non obstant adductæ Scripturæ.

Respondetur, ly &, esse idem, ac vel. *l.sæpè, D.de verb.signif.* Actuum 3. ibi: *Argentum, & aurum non est mihi*. Levitici 20.ibi: *Qui patri, matrique maledixerit*.Joann.4 *nisi signa, & prodigia videritis*, in quibus ly &, est idem ac *vel*. Arriaga *tom.7.disp.41.num.1*.

Dices secundo, obstat text. Matth. 26. ibi: *Bibite ex hoc omnes*. 1. ad Corinth.15. ibi: *de pane solo edat, & de Calice bibat*.

Respondetur ad Matth. Christum Dominum ibi allocutum solis Apostolis. Ad Paulum etiam respondetur, & sumi pro *vel*.

De Suscipiente hoc Sacramentum.

CAPUT VIII.

EX Ministro ad suscipientem se extendat oratio.

Duo sunt genera personarum, de quibus hìc. Primò sunt non baptizati. Secundò baptizati. Et baptizati carent, vel habent rationis usum; à primis exordiamur.

De non Baptizatis.

§. I.

An non baptizati, etiam catechumeni sint capaces in re hujus Sacramenti ?

969 Non baptizati excluduntur à cõmunione.

NEga: nam nemo sine Baptismo est capax Sacramentorum. D. Augustin. in *tr.15.in Joannem*. Arriaga *tom.7. disp.43. num*. 2. Lugo *de Euchar.disp.13.num.3*. Leand. *tom.2.tract.7. disp.6. quæst*. 9. Contra Marsilium in 4. *dist*.96. *art*. 2. ajentem in casu necessitatis posse Catechumenum fructuosè recipere in re hoc Sacramentum.

Nec oppositum suadet text. in *cap.veniens.3. de Presbytero non baptizato*. Nam ibi etiam dicitur, nec non baptizatum posse ordinari, & loquitur textus disputando, proponendo rationes pro utraque parte, non decidendo. Lugo *disp*.13. *sect*.1. Arriaga *loc.cit.*

De Baptizatis.

§. II.

An infantes, & perpetuò amentes baptizati, sint capaces hujus Sacramenti ?

AFfirma: & ità servabatur olim. Dionysius *de Ecclesiastica Hierarchia cap. 3*. Vgo de Sancto Victore *lib. 1. de Sacramentis cap*. 20. Trid. *sess.21.cap*.4. Enim verò gratia hujus Sacramenti non pendet à voluntate suscipientis, & est capax gratiæ augmenti infans baptizatus, nec alia probatio ab Apostolo requiritur, nisi ut non sit in peccato, nec recipiendo peccet, talis est infans, & perpetuò amens. Suarius *disp.62.sect*. 4. Vasqu. *disp*. 212. *cap*.2. Arriaga *tom. 7. disp. 22. num*. 1. & *disp*. 43. rectè dicens peccare Ministrum, sed non peccare qui recipit. Nam peccatum Ministri, aut prohibitio non tollit vim Sacramento collato infanti, ut si baptizaretur, aut confirmaretur contra prohibitionem. Aversa *de Euchar. qu.8.sect*. 1. rectè dicens posse, sed non expedire ministrare hoc Sacramentum amentibus. Tanderus *qu*. 8. *dub*.6. Henaus *de Euchar.disp*.14.*num*.68. Amicus *de Euchar.disp*.28.*sect.2.num*.5. citans octo Doctores. Gabr. à S. Vinc. *de Euchar. disp*. 14. *qu*. 2. referens puerum propè Mediolanum assuetum comedere fragmenta, accessisse ad Sacrum, & aperta Custodia omnes formulas consecratas comedisse, ut rectè asserit cum Lugone, & aliis, puerum illum recepisse gratiam Sacramenti. Contra Catherinum *Opusculo de Communione parvulorum*, & alios, ajentes non esse infantibus fructuosam Eucharistiam. 970 Infantes, & perpetuò amentes sunt capaces Eucharistiæ.

An prohibita sit communio parvulorum, & amentium ?

AFfirma: Trid. *sess.21. cap.4. can.4.* ubi debet tribui hoc Sacramentum habentibus annum discretionis. *cap.omnis utriusque sexus. de pænit. & remiss.* D.Tho.3.*par.qu*.80.*art*.9. 971 Hodiè prohibita communio infantium, & amentium.

An amens non perpetuus possit recipere hoc Sacramentum in articulo mortis, si habuit ante amentiam usum rationis ?

AFfirma: nisi contraxerit amentiam in statu damnationis æternæ. Lugo *disp*. 13. *num*.24. Diana *par.2. tr.14. resol*.78. undecim Doctores apud Leandrum *loc. cit. qu*.11. Suar. *disp*.69. *qu*.2. Aversa *de Euchar qu.8.sect*.1. §.4. Arriaga, dicens communem, præciso periculo irreverentiæ, vomitus, sputi, *tom.7. disp*. 43. *num*. 8. Sà v. *Eucharistia num*. 3. Catechismus Romanus *de Eucharistia*, §. *sed ne fortè*. Enim verò saltem in mortis periculo; ut frenetico, ità amenti, non invenitur prohibitum ministrari. Sed difficultas est: 972 Amentes si aliquando ratione usi-tur, sunt communicandi in articulo mortis.

An extra mortis articulum possit amenti Eucharistia ministrari ?

NEgat Henaus *de Euchar. disp.14. num*. 72. Diana *par.2.tr.14. resol*.79. Leander *loc. cit. qu*. 13. ob reverentiam, & venerationem tanto Sacramento debitam, & devotionem in illius 973 Secùs si fit extra articulum mortis.

(13) Antiquitùs Laicis id indulgebatur, ut adnotavi *Lib.I. tit.4. admon.12.*

Vsada Lib. II.

illius receptionem requisitam. Contra Sancium 26. *Selectarum num.* 5. & *disp.* 38. *Selectarum num.*9. Ludovicum à S. Joanne *tom.*1.*tr.*1.*qu.*7. *de Eucharist.art.*12. *diffic.* 1. Villalobos *par.* 1. *tr.*7. *diffic.*40. *num.*3. ajentes aliquoties pluries in vita posse hujusmodi amenti ministrari tale Sacramentum.

An amens casu manducans Eucharistiam recipiat gratiam?

974 Amens casu manducans hostiam gratiam recipit.

AFfirma: Lugo *disp.*13. *sect.*5. *num.*28. Martinon *disp.*35. *sect.*1. *num.* 10. Henaus *de Euchar. disp.*14. *num.*71. ex virtuali petitione, qua quivis Christianus tacitè petit sibi utilia. Septem Doctores apud Leandrum *loc.cit. q.*12. itaut non requiratur expressa illius petitio tempore usus rationis, gratis exigita à Sancio 48. *Selectarum num.*10. Angelo v. *Eucharistia.*3. *num.*15. Armilla v. *communio num.*25.

Sed ut id pleniùs Sacramentum innotescat, disquiramus:

An adultus mentis compos, sumens casu, inadvertenter hoc Sacramentum, recipiat gratiam sanctificantem?

975 Idem dici videtur de adulto mãducante Eucharistiã inadvertẽter.

AFfirmat ut valdè probabile Arriaga *to.* 7. *disp.*22. *num.*13. & *disp.*43. *num.*6. & 10. *in fine.* Contra Henaum *disp.*14. *num.* 71. Aversam *de Euchar. qu.*8. *sect.*1. §. *adverte*, & Lugonem, in quo nescio quomodo sibi cohæreat cum dictis de amente manducante Eucharistiam recipiente gratiam.

Ratio, quia non desinit Sacramentum, & sic est signum gratiæ in recipiente; & cùm recipiat Sacramentum, non est, cur gratiam non recipiat justus adultus. Nam datio Sacerdotis in Sacramento isto permanente non reddit Sacramentum. id ipsum suadet, quia voluntariè abstractus, puer freneticus justus recipit Sacramentum, & Sacramenti gratiam. Cur ergo non etiam adultus ignoranter, vel inadvertenter recipiens Sacramentum?

Si verò velis substinere oppositum, dicas Christum Dominum per collationem gratiæ ex Sacramento recepto exigisse religiosam actionem receptivam, vel collativam Sacramenti, quæ cessat in casu illam recipiente.

An adulti habentes debilem rationis usum sufficientem ad peccandum, sine spe ulterioris perfectionis, valeant hoc Sacramentum recipere?

976 Adulti capaces peccãdi, sunt admittendi ad Eucharistiã, etsi non speretur major capacitas.

AFfirma: si valeant distinguere Sacramentum à profanis cibis, & aliqua devotione illud recipere. S.Tho. 3. *par. qu.*80. *art.*9. ibi: *quia habentes debilem usum rationis, possunt aliquam devotionem hujus Sacramenti concipere, non erit eis denegandum*, idque non solùm in hora mortis, ut ait Arriaga *tom.* 7. *disp.* 43. *num.*26. *in fine.* in quo differunt isti ab infantibus, sed etiam in Paschate, ut rectiùs ait Henaus *disp.*14. *num.*79. non enim est major ratio de Divino, ac humano in hoc implendo præcepto; utrumque namque præceptum exigit Sacramenti reverentiam, & ut probet confessione se illud recipiens. Gabr. à S. Vinc. *de Euchar. disp.*14. *qu.*2. *in fine.*

An semifatuis possit ministrari hoc Sacramentum?

DIstinguas: vel valent, vel nequeunt discernere inter istum Divinum, & alios cibos profanos. 977 Semifatuis, si valẽt Eucharistiã discernere, & devotè recipere danda Eucharistia, secùs si nequeant.

Si nequeunt distinguere, & reverenter recipere. Nega posse ministrari. Sancius 26. *Selectarum num.*3.

Si valent distinguere, & reverenter recipere tantum Sacramentum, affirma, ut supra de habentibus debilis rationis usum dictum est; nam sunt capaces peccati, pœnitentiæ, & sic etiam fructus hujus Sacramenti: & semifatui, sicuti dementes, possunt circa unum, non circa alterum desipere, & consequenter benè, & rectè sapere de hoc Divino Sacramento, eique debitam reverentiam exhibere. S.Tho. 3. *par. q.*80. *art.*9. *in corpore.* Henriq. *lib.*8. *cap.*42. *num.*3. Angel. v. *Eucharistia.*3. *num.*15. Angles *qu.*2. *de Euchar. art.*7. *concl.*1. Bonac. *disp.*4. *q.*6. *puncto* 1. *num.*3. Aversa *de Euchar. qu.*8. *sect.*2. §. *insuper.*

Licèt tantùm in articulo mortis, Paschate, & Jubilæo velint Eucharistiam istis ministrandam Henriq. *loc.cit.* Bonac. *loc.cit. num.*7. Leander *loc.cit. qu.*14. Diana *par.* 2. *tr.*14. *resol.* 29. Lugo *disp.*13. *num.*51. Villalobos *par.*1. *tr.* 7. *difficultate* 40. *num.* 1. Non tamen video cur habens usum rationis sufficientem pro una vice, non habeat pro altera vice, semper enim, vel nunquam sufficit.

In dubio, an sit capax quis hujus Sacramenti possit ministrari?

POsse, sed non teneri ait Lugo *disp.*13. *num.* 42. sed utrumque negat Vasqu. *disp.* 214. *cap.* 4. *num.* 40. 978 In dubio de capacitate receptionis hujus Sacramẽti, potest, sed non debet dari.

Sed major difficultas est;

An ligetur præcepto dubius an sit capax Sacramenti?

NEgat Lugo *l.cit.* Idq; ne imponatur obligatio existenti in pacifica possessione libertatis à lege, & quia factum in dubio non præsumitur, talis est sufficientia usus rationis, cognitionis, reverentiæ requisitæ ad tantum Sacramentum. Contra Arriagam *tom.* 7. *disp.* 43. *num.* 21. & 22. ajentem istum obligari, quia talis obligatio ad recipiendam Eucharistiam est amabilis, proficua, non onerosa, nec odiosa recipienti. 979 Non ligatur præcepto dubius de capacitate hujus Sacramenti.

Quæ ratio mihi nihil probat, nam etiam favorabilia in dubio non præsumuntur: & factum in dubio, etiamsi sit favorabile, non præsumitur, nisi quando quis tenetur, & potest illud facere, ut fusè demonstrabamus 12. *Selectarum*; sic nec præsumitur in dubio advenisse dies Dominica, licèt grata, expectata à jejuno pro esu carnium.

An Energumeni sint capaces Eucharistiæ?

AFfirma etiam teneri Parochum illis ministrari præciso periculo sputus, blasphemiæ, irreverentiæ. Concilium Eliberitanum *can.*37. (14) Nulla namque est Ecclesiæ prohibitio, & quondam extans tempore D. Dionysii *de* 980 Energumeni sunt capaces hujus Sacramenti.

(14) Vide ibi Albaspinæi, & Gonzalez adnotationes.

de Celesti Hierarchia cap. 3. modò sublata est. S. Tho. 3.*part. qu.*80. *art.* 9. Sotus 4. *de justitia dist.*12.*qu* 1. *art.*9. Vasq. *disp.* 212. *cap.* 4. Henaus *disp* 14. *num.*74. Sancius *disp.* 38. *num.*3. & 6. Leand.*loc.cit. qu.*15. & 16. Gaspar Hurtadus *disp.*9. *diffic.*21. Aversa *qu.* 8. *sect.*1. §.5. Lugo *disp.*13.*sect.*5. Arriaga *tom.*7.*disp.*43.*n.*27. *in fine.* Contra Rosellam v.*Eucharistia.* 3. *n.*19. Urtiz. *cap.*19. §.4.

An surdis, & mutis à nativitate possit ministrari Eucharistia?

981 Surdi, & muti à nativitate sunt admittendi Sacræ Synaxi, si possint instrui.

DIstinguas: vel possunt, vel nequeunt instrui sufficienter. Si nequeunt, nega. si possunt, affirma, ministrandum hoc Sacramentum, patet ex dictis. Layman *lib.*5. *tr.*4. *cap.*4. *qu.*5. Abbas in *cap.cum apud.num.*6. *de sponsalib.* Tanderus *disp.*5.*qu.*8.*dub.*1.*num.*20. Diana *par.*5.*tr.*6.*res.*6. Henaus *disp.*14. *num.*75. Contra Bauni absolutè negantem.

An mentis hebetes, ætate provecti, ut aliqui Indi, possint recipere hanc Eucharistiam?

982 Idem dicas de mentis hebetibus, & ætate provectis.

AFfirma: si aliquam concipere valeant tanti Sacramenti reverentiam, & notitiam. Idque saltem in articulo mortis, quando nequit expectari major capacitas. D. Tho. 3.*par. quæst.* 80. *art.* 9. licèt enim pro tempore vitæ expectari valeat major rationis usus, tamen ista spes in morte cessat, & consequenter non debet defraudari tanti Sacramenti auxilio, & gratia. Bonac. *qu.*6. *puncto* 1.*num.*3. Henriquez *lib.*8.*cap.*42.*num.*3. Aversa *qu.*8.*sect.*2.

An damnati ad mortem sint capaces hujus Sacramenti?

983 Damnatis ad mortem danda communio.

AFfirma: idque etiam in ipsa die mortis. Imò per horam ante mortem, etiamsi non sint jejuni, nam urget Divinum preceptum Viatici. Motus Pii V. *anno* 1589. Sancius *disp.* 40. *Selectarum num.*2. Sà v.*Eucharistia num.*2. Dicastillus *tr.*4. *disp.*10. *dub.*2. *num.*28. Diana *par.*3. *tr.*6. *res.*59. citans septem Doctores. Et Judex tenetur dare tempus communicandi sub lethali. Suar.*disp.*69.*sect.*3. Bonac. *disp.*4.*sect.*7. *puncto* 1.*num.*5. Contra Covarruv. 2. *variarum cap.*1. *num.*11. Sotum 5. *de justitia qu.*1. *art.*3. nisi periculum sit in mora. Dicastill. *loc. cit. num.*30. Contra Sylvestrum v.*Judex.*1.*quæst.*11. *num.*6. (15)

Non tamen tenetur Judex differre, etiamsi possit commodè, ut jejunus communicet Reus. Lugo *disp.*15.*num.*72.

Et Judex non tenetur liberare Reum nolentem converti, & consequenter perpetuò damnandum; nam est spontanea ejus necessitas, & miseria, cui se exponit. Sotus 5.*de justitia qu.*1. *art.*2. Reginald. *lib.* 29. *num.*71. Bonac. *disp.*4. *qu.*7. *puncto* 1.*num.*7.

An Sacerdos possit indignis ministrare hoc Sacramentum?

984 Nè indignis Sacramenta præbeantur. Vide supra *de Sacram. in genere.*

DE hoc satis supra: & publico peccatori semper denegandum. *can. pro dilectione. de consecrat. dist.* 2. occulto verò denegandum occultè petenti, non verò petenti publicè, si inde infametur. *can. si tantum. can. si placuit.* 6. *qu.*2. & in dubio an sit peccator, non denegandum. Villalobos *tr.*7.*diffic.*38.*num.*5.

An Eucharistia possit dari alicui ad probationem delicti?

985 Eucharistia non est danda ad probandum delictum. Vide *Lib. III. num.* 918.

NEga. Vasq.*disp.*210. *cap.*3. quidquid olim permissum fuerit. *can. si Episcopo. can. sæpè contingit.*2.*qu.*5.

Sacerdos communicans more Laicorum?

986 Sacerdos ad decentiam tenetur accedere cum stola ut se comunicet.

NOn tenetur, nisi ob decentiam accedere cum stola. Bonac. *qu.*6. *puncto* 2. *num.*2. Aversa *qu.*8.*in fine principii.*

De Frequentia Communionis.
§. III.

987 Semel in die licet comunicare, aut celebrare.

NOn licet plusquam semel in die communicare, aut celebrare in memoriam Dominicæ passionis, consuetudine etiam id comprobante. *cap.consuluisti.* 3. *cap.te referente.* 12. *de celebr. Missarum. can. sufficit.* 53. *de consecr. dist.*1. D.Tho.3.*par.qu.*80.*art.*10.

Sed difficultas est:

An fuerit præceptum semel in die communicare?

988 Præceptum erat semel in die communicare, postea ter in anno, nunc saltem in Paschate.

QUondam erat preceptum quotidie communicandi, itaut non communicans ingressu Ecclesiæ privaretur. *can. Episcopus. de consecr. dist.*1. Clemens Romanus *lib.*2. *Apostolicarum Constitutionum cap.*57. D.Dionysius *de Hierarchia cap.* 3. Deinde ad ter in annum à Fabiano Papa, scilicet in Nativitate Domini, Paschate, & Pentecoste. *can. si non frequentius. de consecratione dist.*2. Tandem semel in anno in Concilio Lateranensi præcepta fuit communio. *cap.omnis utriusque sexus. de pænit. & remiss.* Sed tota difficultas est.

Vide Van-Espen ex Cardinali Bona *p.*2 *Juris Eccl tit.*4. *cap.*3. *num.*1. & 3.

An possit semel in die Laicus communicare?

989 Laici si devote vivūt, possūt quotidiè communicare, secùs si indevotè.

DIstinguas: vel aliquo devotionis calore fervent, vel indevoti, distracti existunt. Si indevoti sunt, atque distracti; tunc in tali statu actualis distractionis non licet, vel illis con-

(15) Non eadem semper fuit Ecclesiæ disciplina in ministranda sacra Synaxi reis ultimo supplicio damnatis. Nam Gaspar Juvenin in *Dogmat. Histor. de Sacram. dissert.*4. *qu.*6.*cap.*4. asserit primo, per quatuor priora secula non fuisse administratam Eucharistiam reis ultimo supplicio plectendis, eo quia sicuti Sacramentalis absolut o tunc denegabatur peccatoribus publicis, & gravioribus delictis gravatis, licèt fuerint occultissima, si eam petiissent in exitu vitæ, pari disciplina Ecclesia damnatis ad mortem ob delicta, per Judicis sententiam jam publica, denegavit Eucharistiam; tamen asseverat quoque tam in Italia, quàm in Germania reis ultimo supplicio damnatis fuisse administratam Eucharistiam, tum ex vi consuetudinis in Germania, quam ex Concilio V. Mediolanensi sub S. Carolo *tit.* 9. Tandem probat in Galliis, atque in Hispaniis exclusos fuisse, & nunc excludi hujusmodi reos à sacra Communione, quodque evincit plurimis momentis, quæ apud ipsum videre est. Cui subscribit Honoratus Tournely *de Eucharistia quæst.*5. *art.*3. *quæres* 5. sequiturque Van-Espen *Juris Eccles.par.*2. *tit.*4.*de Sacram. Euchar. cap.*2.*num.*24.& 25.

consulere susceptionem actualis peccatoris saltem venialiter: Si aliquo verò devotionis calore fervescant, tunc licet illis recipere quotidie, nam nullibi hoc prohibitum, & communionis Sacramento magis accenduntur, & hoc Sacramento gratia augetur. D.Tho. 3. *par. quæst.*80. *art.*10. Sancius 22. *Selectarum*. Lugo *de Euchar. disp.*17. Martinon *disp.* 35. *sect.* 6. Leander *loc. cit. qu.* 39. Gaspar Hurtadus *disp.* 9. *diffic.* 22. Gabr. à S.Vinc. *de Euchar. disp.*14. *quæst.*3. facit Trid. *sess.*13. *cap.*8. & *sess.*22. *cap.*6. D.Ambrosius *lib.*5. *de Sacramentis cap.*4. D. Augustinus *Sermone* 28. *de tempore*, ibi: *quotidie accipe, quod quotidie tibi prodest: sic vive quod quotidie merearis accipere*. Non me latet Sancium, Leandrum, aliosque velle indistinctè posse quotidie communicare Laicos sine mortali. (16)

De Præcepto, quo fideles obligantur ad recipiendam Eucharistiam.

CAPUT IX.

990 Fideles tenentur Præcepto Divino sacram Synaxim recipere.

EXplicuimus capaces Sacramenti, indigitemus qui Præcepto communicandi adstringantur.

Adulti omnes baptizati ratione utentes, etiam hæretici, hoc ligantur Præcepto. Verùm quia Præceptum hoc geminatum, Divinum, & humanum, geminatas proponamus dissertiones.

De Divino Præcepto communicandi.

§. I.

991 Non baptizati non ligantur isto Præcepto.

DIvino tenentur Præcepto, etiam noviter ad fidem conversi. 1. ad Corinth. 11. Lucæ 22. ibi: *hoc facite in meam commemorationem*. Joannis 10. ibi: *nisi manducaveritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis*. Trid. *sess.*13. *cap.*2. ibi *in illius sumptione colere nos sui memoriam præcepit*. D.August. *tr.*26. *in Joannem in fine*. S.Tho. 3. *par. qu.*80. *art.*11. retractans oppositam ipsiusmet doctrinam, in 4. *dist.*9. *qu.*1. *art.*1. *qq.*2. & *dist.*12. *qu.*3. *art.*2. *qq.* 1. Suarez *disp.* 69. *sect.* 1. Vasqu. *disp.* 213. *cap.* 2. Sancius 40. *Selectarum num.* 3. Arriaga *tom.*7. *disp.*47. *num.*1. Durand. in 4. *dist.*9. *qu.*2. *num.*7. Gabr. à S.Vinc. *de Euchar. disp.*14. *qu.*8. *in princip. & quæres* 5. Aversa *de Euchar. qu.* 8. *sect.* 2. *num.*7. citans decem. & novem Doctores Leand. *tom.*2. *tract.*7. *disp.*2. *qu.*1. citans prò viginti Doctores, & contra octo.

Isto tamen Divino Præcepto non ligantur non baptizati, quia natura hujus Sacramenti est ad instar cibi. Trid. *sess.*13. *cap.*2. ibi: *spiritualem animarum cibum*, cujus est vitam, & gratiam supponere: & sic Christus præcipiens hoc Sacramentum recipi, præcepit juxta naturam Sacramenti, supponendo scilicet Baptismum: & sicuti non recipit non baptizatus, ità non præcepit non baptizato. Nec dicendum esse præceptum hujus Sacramenti, quo simul obligetur quis ad suscipiendum Baptismum; nam non sunt cumulanda præcepta sine evidentia; ergo sicuti infidelis nequit recipere, & recipiens etiam Catechumenus, gratiam non recipit, ità nec præceptum esse non baptizato à Christo Domino latum communicandi, aut Pœnitentiæ Sacramentum recipiendi. Et ità docet Sotus in 4. *dist.*18. *quæst.*1. *art.*3. Candidus *tom.*3. *disq.*2. *art.*26. *num.*6. Bonac. *de Euchar. disp.*4. *qu.*2. *puncto* 3. *num.*4. Gabr. à S.Vinc. *loco cit.* Aversa *de Euchar. qu.*8. *sect.*2. §. *potius*. Leand. *loc. cit. qu.*2. Diana *par.*8. *tract.* 7. *res.*81. Contra Suarium *disp.*69. *sect.*2. Vasq. *disp.*214. *cap.*4. Lugonem *disp.*16. *num.*17. Arriag. *tom.*7. *disp.* 47. *num.* 7. motos ex Christi Domini verbis universalibus, etiam comprehendentibus non baptizatos.

992 Hoc Præcepto ligantur sani, & moribūdi multoties recipiendi Eucharistiam.

Divinum hoc præceptum obligat non tantum moribundum, sed etiam sanum, multoties in vita; nam est ad instar cibi. Triden. *sess.*13. *cap.* 2. etiam sanis necessarii inter hujus vitæ perturbationes. D.Tho. 3. *part. qu.* 80. *art.* 11. Suar. *disp.*69. *sect.*2. Vasq. *disp.*114. *cap.*4. Lugo *disp.* 16. *num.* 23. & non semel in vita, ut ait Baunius *tr.*5. *de Euchar. qu.*14. post Paludanum in 4. *dist.*9. *qu.* 1. Cajetan. v. *communio*. Et probabile dixit Arriaga *tom.* 7. *disp.* 47. *num.* 14. & sic tertio, vel quarto quoque anno debere Jure Divino communicare ait Gabr. à S.Vincen. *qu.*14. *disp.*8. §. *ego dicam*.

993 Communicans in Paschate satisfacit huic Præcepto.

Communicans tamen semel in anno in Paschate satisfacit huic præcepto, ex *cap. omnis utriusque sexus. de pænit. & remissionibus*. Suarius *disp.*70. *sect.*7. Bonac. *qu.*7. *puncto* 1. *num.*7. Valentia *disp.*6. *quæst.*8. *puncto* 4. Lugo *disp.*16, *num.* 25.

Et non communicans in Paschate facit unum peccatum, contra utrumque præceptum ad idem tendens. Gabr. à S.Vinc. *loc. cit.*

An obliget ubi primum quis attingit annum discretionis?

994 Nō videtur obligare ubi primum attingit annū discretionis.

NEgat Dicastill. *tract.*4. *disp.*10. *dub.*4. *n.*26. Nam nec tunc dicitur perfectè discretionis jura potitus puer.

An in articulo mortis Divinum Præceptum obliget?

995 Obligat tamen in articulo mortis.

AFfirma: etiamsi violenter à Judice, vel in prælio infligenda mors fit. *can. de his.*26. *qu.*6. Concilium Nicænum *can.* 13. Sotus in 4. *dist.*12. *qu.*1. *art.*11. Durandus in 4. *dist.*9. *qu.*2. Suar. *disp.*69. *sect.*3. Vasq. *disp.*214. *cap.*2. Lugo *disp.*16. *num.*27. Diana *par.*5. *tr.*3. *resol.*38. Arriaga *tom.*7. *disp.*47. *num.* 16. Leander *loc. cit. qu.*4. citans decem prò, & decem contra, ut est D.Bonaventura in 4. *dist.*10. *art.*3. *qu.*1. Camerota *de Euchar. cap.*10. Gabr. à S. Vinc. *disp.*14. *de Euchar. qu.*8. §. *quæres tertio*; ajens, sed gratis, tantùm ligari hoc præcepto morbo naturali laborans.

An

(16) Te non pigeat optime Tyro Propositiones in hac materia à Summis Pontificibus damnatas cum Auctoris assertionibus conferre. Prima est Innocentii XI. numero 56. *Frequens Confessio, & Communio, etiam in his, qui gentiliter vivunt, est nota prædestinationis*. Altera Alexandri VIII. 22. in ordine: *Sacrilegi sunt judicandi, qui jus ad Communionem percipiendam prætendunt, antequam condignam de delictis suis pænitentiam egerint*. Tertia ejusdem Pontificis 23. in ordine: *Similiter arcendi sunt a sacra Communione, quibus nondum inest amor Dei purissimus, & omnis mixtionis expers.*

An communicans Sanus manè, incidens in articulum mortis, teneatur iterum communicare?

996 Sanus communicans mane, incidens in articulum mortis tenetur iterùm cõmunicare.

AFfirmat Vasqu. *disp.*214. *num.*54. Gaspar Hurtad. *disp.* 10. *diffic.* 2. Leand. *tom.* 2. *tr.*7. *disp.*2.*qu.*5. id asserens etiam si paulò ante ex devotione, quàm incideret in mortis articulum, communicavèrit. Et *qu.*6. Diana *par.* 8. *tract.*5. *resol.*83. *par.*10. *tr.*51. *ref.*40. *part.*7. *tr.*6. *ref.*18. citans sex Doctores *par.*4. *tract.*4 *ref.*197. Gabr. à S.Vinc. *de Euchar. disp.*14.*q.*7. *§. sed quid*; ajens posse ex privilegio, at non teneri eo communicando uti. Caramuel.

Probant, nam licèt satisfaciat oneri intra tempus currentis præcepti recitandi Officium, ante Ordinem, vel Professionem. Sic audiens manè Sacrum in loco ubi non obligat præceptum, transiens intra diem præcepti ad locum, ubi præceptum obligat, non tenetur iterum Sacrum audire, ut communiter Doctores. Id tamen verum est, quia actus ponitur intra tempus obligantis præcepti. At in re nostra ante morbum non est tempus obligationis Viatici, sicuti nec hodiè pro jejunio crastino.

997 Quodque alii negant teneri iterùm cõmunicare.

Negat Suar. *disp.*69.*sect.*3. Lugo *qu.*56.*sect.*2. citans septem Doctores. Arriaga *tom.*7.*disp.*44. *num.*33. & 36. Bonac. *quæst.*7. *puncto* 5.*num.*6. Amicus *disp.*27. *sect.*2. *num.*13. Beroal *disp.*44. *sect.* 5. §.3. Martinon *disp.* 35. *sect.* 6. *num.* 68. Henaus *disp.*14.*num.*77. Aversa *de Euchar. qu.*8. *sect.*3.§.8. moventur, quia periculum mortis, & ut articulus mortis potest esse in illo, qui est sanus, ut est damnatus ad mortem; ergo non est necesse, ut incipiat morbus.

998 Periculum sit tamen proximum.

Rursus periculum debet esse proximum; & sic si in eadem die repentè incidat in gravem morbum, ex prævia indispositione præsumitur ante fuisse in proximum mortis periculum, & longiùs tempus tollit proximum mortis periculum: & sic damnatus ad mortem post mensem moriturus, non censetur à prima die in proximo mortis periculo, ut possit non jejunus communicare; licèt aliqui velint quatuor dies ante mortem constituere illum in proximo mortis periculo.

Hinc concludunt communicantem manè, & serò incidentem in morbum, non teneri iterum communicari; nam censetur communicasse in mortis sibi ignoto articulo, nec ad satisfaciendum præcepto subditus debet scire se illo teneri. Sed satis est rem ponere intra tempus obligationis præcepti.

Idipsum secundo probatur, quia Viaticum est institutum à Christo Domino ad armandum pro hora mortis. At ad armandum satis est in eadem die, & eadem durante infirmitate recepisse Eucharistiam.

Sed quid?

Si post receptam Eucharistiam iterùm peccaret?

999 Peccans post Eucharistiã, confessus, potest iterùm communicare.

TUnc Sacramentum reviviesceret confessione sequenti, vel iterum posset communicare, quia communio reviviscens non adeò armat, cum non reviviscat, nisi ad infimam gratiam, quam infanti etiam conferret. Arriaga *loc. cit.* Tabiena v. *communio num.*16. ubi Armilla *num.*51. Sotus in 4.*dist.*12. *qu.*1.*art.*11. contra Leandrum *loc. cit. quæst.*7. citantem tresdecim Doctores.

An non jejunus infirmus durante eadem infirmitate, cum eodem mortis periculo, possit iterum communicare?

AFfirma: nam nullo jure prohibetur, & infirmus indiget tanti Sacramenti auxilio pro ultimo terribilissimo mortis instanti, & jejunium pro sanis ab Ecclesia exigitur. Undè non est necessum mutari mortis periculum, ut iterum communicet, ut quidam volunt, vel ut prima vice jejunus acceperit, ad hoc ut alia vice non jejunus communicare valeat. Tabiena v. *communio num.* 48. ubi Armilla *num.*18. Sà v. *Eucharistia num.* 5. Granadus *tr.*50. *disp.*8. *num* 9. Gaspar Hurtadus *loc. cit.* Suar. *disp.* 68. *sect.* 5. Lugo *disp.* 55. *sect.* 3. *num.*64. Toletus *lib.*6. *Summæ cap.*15. Bonac. *disp.*4. *qu.*6. *puncto* 2.*num.* 23. Coninck 3. *part. qu.*80. *art.*3. ubi Nugnus. Tanderus *de Euchar. qu.*8.*num* 85. Arriaga *tom.* 7. *disp.*44. *num.*39. Leander *tr.*7. *disp.*6. *qu.*39. citans pro opposita sententia octo Doctores. 1000 Infirmus nõ jejunus durãte eadem infirmitate potest iterũ recipere Eucharistiam.

Quantum temporis possit intercedere inter unam, & aliam communionem in articulo mortis?

POsse quotidiè communicare infirmum moribundum non jejunum, ut poterat jejunus sanus, nam oppositum non invenitur jure expressum docet Layman *lib.* 5 *tract.* 4. *cap.*6. *num.*20. Leand. *tom.*2. *tr.*7. *disp.*4.*qu.*40. Palaus *tom.*4. *tr.*21. *puncto* 13.*num.*14. Bassæus v. *communio num.* 45 Escobar *tr.*6. *examine* 6. *cap.*5. *num.*62. Dicastill. *tract.*4. *disp.*9. *dub.*16. *qu.*6. *n.*323. 1001 Variæ DD. sententiæ adducuntur in determinãdo tempore intra quod possit infirmus iterùm cõmunicare

Alii requirunt, ut interponantur tres dies, alii quatuor, alii quinque, alii septem, alii octo, alii triginta.

Alii alternis diebus posse communicare cum Busembao *de Euchar. disp.*4. *art.* 2. *num.* 7. Et quatuor dierum, vel septimanæ interstitium exigit Arriaga *tom.*7. *disp.*44.*num.*40.

Nobis meditantibus nemini licere præcepta imponere, nisi Superiori placet: semper ac quotidie devotus infirmus moribundus exigit, posse ministrari tanti Sacramenti auxilium, in æternum amplius non recepturis.

An infirmus graviter non ægrotans possit non jejunus recipere Eucharistiam?

NEga: etiam in Paschate, nam quantum ad jejunium hìc non invenitur exceptus à generali lege jejunii. Diana *p.*4.*tr.*4.*ref.*104. Leander *loc. cit. qu.*41. Contra Toletum *lib.* 2. *cap.*28.*num.*6. 1002 Infirmus, sed nõ graviter ægrotans nõ potest non jejunus Synaxim recipere.

An non jejunus infirmus possit communicari etiam ex devotione in eadem infirmitate periculosa multoties?

AFfirma: nam præceptum ut jejunus communicet est pro sanis, exceptis infirmis. Concilium OEcumenicum Constantiense *sess.* 13. ibi: *Hoc præsens Concilium Sacrum generale Constantiense in Spiritu Sancto legitimè congregatum adversus hunc errorem saluti fidelium,* pro- 1003 Si tamen sit graviter ægrotans in eadem infirmitate multoties communicare valet.

providere volens, matura plurium Doctorum tam Divini, quàm humani juris deliberatione præhabita, declarat, decernit, definit, quòd licèt Christus post Cœnam instituerit, & suis Discipulis administraverit sub utraque specie panis, & vini hoc Venerabile Sacramentum, tamen hoc non obstante Sacrorum Canonum auctoritas laudabilis, & approbata consuetudo Ecclesiæ servavit, & servat, quòd hujusmodi Sacramentum nec debeat confici post Cœnam, nec à fidelibus recipi non jejunis, nisi in casu infirmitatis, vel alterius necessitatis à jure, vel Ecclesia concesso, vel admisso. Id currit etiam si recepit Viaticum, quia sequenti die iterum poterit communicari non jejunus ex devotione. Et ità consulente Eminentissimo Everardo Nidardo practicavit Sacra Majestas nostri Domini Philippi IV. Serenissimi Hispaniarum Regis. Et ità probat, & testatur Eminentissimus noster Brancacius in *dissertationib. de Sacro Viatico, §. nos autem, fol.* 153. & *§. hæc igitur*, probat, quia ægrotus, & valdè corporis morbo agitatus, quotidiè juvatur

1004 Rationibus roboratur, & auctoritatibus.

Medicis præsidiis in corpore, cur non in anima? asseritque non esse differendum ad duos, vel plures dies. Refertque Ludovicum Pium in extremis per quadragiota dies commnoicasse quotidiè: post Hyeronimum Romanum *to.* 1. *de Republica Romana lib.* 2. *cap.* 14. excluditque in *§. non annuimus* cum D. Ambrosio in *Psalmo* 118. favore Animarum rigorem opinionum relaxandum. Et respondet Rubricam Missalis requirentem aliquos dies, esse directivam, non præceptivam; de quo Diana *par.* 9. *tr.* 9. *ref.* 11.

1005 Auctoris sententia est graviter, non leviter ægrotans, posse quotidie communicare ex devotione.

Mea sententia primo puto, ægrotum leviter non posse non jejunum communicare ex devotione; nam talis ægrotatio oon computatur inter morbos, potestque talis ægrotus remedia differre post commonionem, & sic ad implendum Paschale præceptum non potest non jejunus communicare leviter ægrotus. Parum enim pro nihilo reputatur. Diana *par.* 4. *tr.* 4. *ref.* 14. Leand. *tom.* 2. *tr.* 7. *disp.* 4. *qu.* 41. Si verò continuet mortis articulus, vel urgeat gravis infirmitas, tunc quotidiè communicare posse non jejunum ex sola devotione cum Eminentissimo Brancacio decerni potest, cum à lege jejunii casus infirmitatis excipiatur in dicto Concilio Constantiensi *sess.* 13. Et ità docet Layman *lib.* 3. *tr.* 4. *cap.* 6. *num.* 20. Leand. *loc. cit. qu.* 40. Palaus *tom.* 4. *tr.* 21. *part.* 13. *num.* 14. Bassæus *v. communio qu.* 45. Excobar *tr.* 6. *examine* 6. *cap.* 5. *num.* 62. Dicastillus *tract.* 4. *disp.* 9. *dub.* 16. *qu.* 66. *num.* 333. Gobat. *tr.* 4. *num.* 317.

An quis Præcepto Divino satisfaciat communione sacrilega?

AFfirmat Gabr. à S. Vincent. *disp.* 14. *qu.* 8. *§. quæres secundo.*

1006 Cõmunione sacrilega no satisfit Divino Præcepto.

Negat Arriaga *tom.* 7. *disp.* 47. *num.* 10. Primo, quia Jure Divino debet ad communionem præmitti confessio. Secundo, qoia est Sacramentum per se collativum secundæ gratiæ; ergo per se supponens primam; ergo non satisfacit communicans in peccato. Tertio, quia sumitur per modum cibi spiritualis. Trident. *sess.* 13. *cap.* 2. ergo debet recipi in statu gratiæ; ergo non satisfacit iodignè recipiens, sivè baptizatus, sivè Catechumenus.

Sed hujusmodi rationes claudicant in aliis Sacramentis vivorum Extremæ unctionis, Ordinis, Matrimonii per se supponentibus primam gratiam.

Nec dicat *num.* 11. id fieri, quia Sacramentum Ordiois, & Confirmationis esse initerabiles; nam id noo currit in Extrema unctione, Eucharistia, & Matrimonio iterabili mortua uxore. Secundo, quia jam recedit à ratione gratiæ per se supponentis primam.

De Præcepto humano Ecclesiastico.
§. II.

1007 Semel in anno saltem fideles tenetur communicare adepta discretione.

ECclesia præcipit semel in anno fidelem saltem in Paschate discretione adepta debere recipere Eucharistiam. *cap. omnis utriusque sexus. de pœnit. & remiss.* nisi prudentiæ Confessarii differendum videbitur. Trid. *sess.* 21. *cap.* 4. *can.* 4. *sess.* 13. *cap.* 9.

1008 Duo dicit non differre ultra annũ, & saltem in Paschate cõmunicare.

In hoc præcepto duo includuntur. Primo, ut non differatur communio ultra annnos. Secundo, ut saltem in Paschate quis communicet. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 9. *qu.* 47. *n,* 2. post Suarium

1009 Quod tẽpus veniat nomine Paschatis.

Nomine Paschatis venit tempus à die Palmarum, usque ad Dominicam in Albis inclusivè, ex declaratione Eugenii IV. in Bulla: *Fide digna* 20. in Bullario Romano, & apud Navar. *cap.* 21. *num.* 45. (17)

1110 Omnes ligat.

Hnjusmodi præcepto ligantur omnes etiam Summus Pootifex directivè, non verò carentes usu rationis. Trident. *sess.* 21. *cap.* 4. *can.* 4. Pagnndez *præcepto* 3. *lib.* 1. *cap.* 6. *num,* 11.

1011 In propria Parochia, aut in Catedrali adimplendum.

Quod præceptum adimpleri debet in propria Parochia, vel alibi de licentia Parochi, vel in Cathedrali, si talis sit consuetudo. Navarrus *cap.* 21. *num.* 52. Suarius *disp.* 71. *sect.* 2. Azorius *lib.* 7. *cap.* 30. *qu.* 6. Granadus *tr.* 12. *disp.* 12. *n.* 4. Mecadus *tom.* 1. *lib.* 2. *par.* 4. *tr.* 3. *documento* 1. *num.* 3. contra Trullench *lib.* 3. *Decal. cap.* 5. *dub.* 2. *num.* 12. negantem satisfieri posse in Cathedrali.

1012 Sacerdotes non tenẽtur in Parochia celebrare, ut satisfaciant huic Præcepto.

Sacerdotes tamen pro implendo tali præcepto non tenentur celebrare in propria Parochia, quia caput *Omnis utriusque sexus*: loquitur de communicantibus aliena manu. Henriq. *lib.* 8. *cap.* 55. *num.* 1. Sà v. *Eucharistia num.* 33. Bonac. *disp.* 3. *qu.* 7. *puncto* 2, *num.* 7.

An indignè communicans, externè reverenter in Paschate satisfaciat tali Præcepto?

1013 Indignè cõmunicans non satisfacit Ecclesiæ Præcepto, ex *Prop.* 55. Innoc. XI.

DIstinguas: vel præceptum Paschale est Divinum, & tunc non satisfacit præcepto, licèt indignè communicans evitet censuras jure humano latas, ut confitens sine dolore interno non recipit Sacramentum, licèt pœnas non contrahat, secundum Arriagam *tom.* 7. *disp.* 47. *num.* 25. *§. dices, & §. dico tertio.*

Si verò Præceptum Paschale est merè Ecclesiasticum, ut asserunt ajentes Divinum obligare semel, vel in vita, vel in morte, ut sentit Vasqu. Cajetan. Paludan. Et tunc satisfacit sacrilegè communicans præcepto, ut sacrilegè Missam audiens; nam Ecclesia præcipit actum ex-

(17) Tempus adimplendi præceptum in hac Civitate, & Diœcesi extenditur à Dominica Palmarum, usque ad Ascensionem Domini inclusivè, ex facultate concessa à Sac. Cong. Concilii die 20. Martii 1694.

externum revereoter recipiendi, & ità recipieos, verum recipit Sacramentum Eucharisticum. Nec peccatum, aut malus finis impedit receptionem Sacramenti. Sotus 2. *de iuflit. q.*3. *art.*10. Azorius *tom.*1. *lib.*7. *cap.*30. *quæſt.* 12. Vasq. *diſp.*214. *cap.*4. Suar. *diſp.*70. *ſect.*2. Gabr. à S. Vinc. *de Euchar. diſp.*12. §. *tertia difficultas*; duodecim alii Doctores apud Leandrum *loc. cit. quæſt.* 28. Contra Durandum, Capreolum, Adrianum, & alios. (18)

An non communicans in Paſchate teneatur communicare intra annum poſt, anno non adhuc elapſo?

1014 In Paſchate nō communicans, tenetur intra annum cōmunicare.

AFfirma: quia adhoc currit obligatio præcepti pro toto aono, decem & ſeptem Doctores apud Leandrum *loc. cit. qu.* 27. Arriaga *loc. cit.* Contra Sà v. *Euchariſtia cap.*7. Sotum in 4. *diſt.*18. *qu.*4. *art.*4. Sylveſtrum v. *Euchariſtia qu.*15. Ortiz *cap.*19. §.39. Dianam *par.*3. *tract.*4. *reſ.*41. Toletum *lib.*4. *cap.*18. fortè loquutos, si cum Paſchate labatur etiam annus currentis præcepti. (19)

An prævidens impedimentum teneatur prævenire?

1015 Prævidens impedimentum Cōmunionis Paſchalis, tenetur illam prævenire.

DIſtinguas: vel communicavit, vel oon communicavit ex devotione ante Paſcha. Si jam communicavit, non tenetur ad aliud. Si verò non communicavit tenetur prævenire, quia præcepto præſenti ligatur pro toto anno. Vaſq. *to.*4. *de pænit. qu.*90. *art.*3. *dub.*2. *num.*13. Nugnus 3. *par. qu.*80. *art.*11. *diffic.* 3. ubi Sylvius *qu.*3. Arriaga *tom.*7. *diſp.*47. *n.*21. Diana *par.*3. *tr.*4. *reſ.*42. & 69. Contra Leandrum *loc. cit. qu.*30. citantem pro ſe duodecim Doctores cum Suario *diſp.*70. *ſect.*2.

An qui communicavit ante ob prævisum impedimentum, illo deinde non adveniente teneatur iterum communicare in Paſchate?

1016 Communicans ante tempus Paſchale ob prævisum impedimentum, illo nō adveniente, tenetur intra dictum tempus cōmuoicare.

AFfirma: nam præceptum eſt virtualiter duplex, ſcilicet communicandi in anno, & in Paſchate. Lugo *diſp.*16. *num.*71. Hurtadus *diſp.*10. *diffic.*3. Arriaga *tom.*7. *diſp.*47. *num.*32. Contra Dianam 2. *par. tr.*4. *reſ.*42. citaos duos Doctores.

An communicans ex devotione ante Paſcha, ſatisfaciat præcepto, ita ut ſi culpabiliter non communicet in Paſchate, nec teneatur poſt communicare?

1017 Qui cōmonicavit ex devotione ante tempus Paſchale, ſatiſfacit annuæ Cōmunioni.

AFfirma: nam ſatisfecit præcepto communicandi ſemel in aono, etiam ex devotione communicans, & ſic non eſt præceptum quo teneatur poſt Paſcha confiteri. Nec requiritur inteotio ſatisfaciendi præcepto io comonicaote ex devotione. Arriaga *tom.*7. *diſp.*47. *num.*19. *in fine*, poſt Soarium, Vaſqu. & Laymao. (20)

An ſatisfaciat præcepto dignus, caſu recipiens Euchariſtiam?

1018 Caſu recipiens Euchariſtiam, ſatisfacit præcepto.

AFfirma: nam recipit gratiam, & intentio ſatisfaciendi præcepto non requiritur. Arriaga *loc. cit. num.*24. §. *quod item*, & *num.*25. contra Suarium. (21)

Quando pueri teneantur præcepto?

1019 Pueri tenentur communicare cùm diſcretionē adepti ſint.

QUando habent annum diſcretionis conſummatæ. *cap. omnis utriuſque ſexus*, ibi: *poſtquam ad annos diſcretionis pervenerint*. Obſerva ly *poſtquam ad annos*; nam non eſt idem, ac ubi primum pertingent annum diſcretionis.

1020 Quando adipiſcatur quis annum diſcretionis.

Annus diſcretionis hìc, ſecondom multos ſumitur pro eodem, ac pro tempore, pro quo peccare poteſt mortaliter, & ſic quando obligatur præcepto confeſſionis, ajuot obligare præcepto communionis, cùm pro confeſſione requirantur plura requiſita, quæ judicium plenius exigunt, ut examen, actus ſupernaturalis doloris, quæ non ità facilè dignoſcuntor, ſicuti cognoſci valet reverentia Sacramento debita, quæ poteſt aſſequi ex reverentia ab aliis publicè exhibita; & ità docet D. Antoninus 3. *part. tit.*9. *cap.*8. §.2. Paludan. in 4. *diſt.* 12. *quæſt.*1. *num.* 25. Sancius in *Selectis diſput.* 26. Palaus *tom.*1. *tract.*3. *diſp.*1. *puncto* 24. §.2. Diana *par.*3. *tract.*6. *reſol.*70. Leand. *tom.*2. *tract.*7. *diſp.*3. *qu.*5. & 6.

1021 Priùs ad cōfeſſionem, quàm ad cōmunionem tenentur.

Sed priùs teneri præcepto coofeſſionis, quàm communionis; & ſic pro communione maturiorem diſcretionem exigi affirmaot Suarez *diſp.*70. *ſect.*1. Vaſq. *diſp.*214. *cap.*4. *num.*4. & alii ſexdecim Doctores, quibus ſubſcribit Averſa *de Euchar. qu.*9. *ſect.*2. §.3.

1022 Quo anno diſcretio habeatur.

Aliqui annum diſcretionis, pro commonione dicunt eſſe annum pubertatis, ſcilicet decimum quartum. Viguerius *de Inſtitution. cap.*16. §.3. v.20. Rodriqu. in *Summa cap.*64 *concluſ.*2. Capeavilla *de modo adminiſtrandi Sacramenta tempore peſtis cap.* 4. *qu.* 9. & probabile ſatis de præcepto Eccleſiæ ait Gabr. à S. Vinc. *de Euchar. diſp.*14. *qu.*9. §. *prima difficultas*, ſcilicet feminas anno duodecimo, maſculos anno decimoquarto obligari.

Alii annum duodecimum cum Soto in 4. *diſt.* 9. *qu.*1. *art.*11. Corrad. *par.*1. *qu.* 58. Valentia *diſp.* 6. *qu.*8. *puncto* 4. Alii ad decimum recurrunt annum cum Cajetano 3. *par. qu.* 80. *art.*9. Suar. *diſp.*70. *ſect.*1. Granad. *tr.*10. *diſp.*4. *num.*2. Diana *par.*3. *tr.*6. *reſ.*70. Dicaſtillo *tr.*4. *diſp.*10. *dub.*5. *num.*104.

A decimo uſque ad annum decimumquartum ſe extendit Averſa *de Euchar. qu.* 8. *ſect.*2. §. *ad prabendam*.

In tanta rerum, & opinionum contentione tu prudens rationabili circumſpectione utaris, & ſecundum majorem, & minorem capacitatem, inſtructiooem, ad Sacramentum admittas; oec enim omnes eadem fruuntur perſpicacitate. Quidam namque tardiſſimè, alii citatiſſimè, alii mediocriter res fidei attingunt; tanquam

(18) Verùm hodie non licet iſtis rationibus præceptum hoc infringere, poſt Propoſitionem 55. In ordine Innocentii XI. *Præcepto Communionis annuæ ſatisfit per ſacrilegam Domini manducationem.*

(19) Sed veriùs eſt, quòd etiam elapſo anno teneatur, quia annus præfixus eſt, non ad finiendam, ſed ad non dilatandam obligationem.

(20) Non ſatisfecit præcepto, quod eſt virtualiter duplex.

(21) Ad minùs neceſſaria eſt intentio communicandi.

quam lucernæ in caliginoso loco. Arriaga *to.7. disp.43. num.13.*

An pueri, qui non tenentur in Paschate, teneantur in mortis articulo communicare?

1023 Poeri tenentur in mortis articulo cõmunicare.

AFfirma: si percipiant Sacramenti dignitatem; nam hoc est præceptum Divinum: & sicuti in mortis articulo confiteri, ità Eucharistiam recipere tenetur, maximè quia nunquam amplius tantum vitæ, & mortis erit recepturus subsidium gratiæ. Suar. *disp.10.sect.1.* Lugo *disp.13.sect.4.* Arriaga *to.7. disp.43. n.17. in fine.* Aversa *de Euchar.qu.8. sect.2. §.attamen,* citans undecim Doctores.contra Vasq.*disp.214. cap.4.* Meratium *disp.35.sect.4.* Gasparem Hurtadum *disp.10. diffic.4.* plures apud Dianam *par. 5. tr.3. res.44.* Gabr. à S.Vinc. *de Euchar. disp. 14. sect.9. §.prima difficultas,*

Pœna non communicantis in Paschate?

1024 Qui non cõmunicat in Paschate privatur sepultura, & interdicitur ab ingressu Ecclesiæ.

EST privatio Ecclesiasticæ sepulturæ, & interdictum ab ingressu Ecclesiæ ferendæ sententiæ. *cap. omnis utriusque sexus. de pœnit, & remiss.* Filliucc. *tr.3. res.60.* (22)

An pueri ante pubertatem non communicantes in Paschate, dictis pœnis ligentur?

1025 Pueri ante pubertatem his pœnis nõ ligantur.

NEgat, etiamsi præcepto communicandi teneantur, si ante discretionem consequantur, & peccent non communicando, Vasqu, *tom.4. de pœnit. qu.90.art.2. dub.2.* Sancius 26. *Selectar.n.16.* Leand.*loc.cit.qu.9.* Contra Hurtadum *disp.7. de pœnitent. diffic.9.* quia Ecclesia suis pœnis non vult impuberes ligare, nisi ex percussione Clerici. *cap. 1. de delictis puerorum.* (23)

Mea autem sententia aliter dijudicat, ut cùm de Legibus.

De Requisitis ad percipiendum hujus Divini Sacramenti fructum.

CAPUT X.

EXplicuimus præcepto communicandi adstrictos, dispositionem modò perquiramus geminatam; primam ex parte corporis; alteram ex parte animæ,

De Dispositione ex parte Corporis.

§. I.

1026 Quæ requirantur ex parte Corporis.

EX parte corporis duæ requiruntur dispositiones: prima jejunium: secunda nè conspurcato accedat, atque fœdato corpore. De quibus hìc discriminatim. Et primo:

De Jejunio naturali requisito ad communicandum.

1027 Jejunium in sanis requiritur ad receptionem Eucharistiæ.

QUicunque sanus extra mortis articulum debet jejunus naturaliter Eucharistiam recipere ex Ecclesiæ præcepto. *can.nihil.7.qu.1. can.liquido. can.tribus. de consecr.dist.2. cap.ex parte.de celebrat.Miss.* Concilium Carthaginense III. *can.29.* Toletanum VII. *can.2.* VI.Synodus *can. 29.* Concilium Constantiense *sess. 13.* D.Tho. *3.par.qu.80. art.8.* Amicus *tom.7. disp. 27 sect.3.* rectè inde asserens Papam posse in illo dispensare. Camerota *de Euchar. tr.4.cap.10. §. primum dubium.* Contra Lutheranos, & Calvinistas, ajentes tale jejunium ad nihil deservire, vel non esse adhibendum, quia Christus post Cœnam communicavit: Sed non omnia à Christo gesta nobis præcepta fuerunt.*can.Sacramenta Altaris.de consecr.dist.1.*

Quodnam jejunium naturale exigatur?

1028 Quænam constituant naturale Jejunium.

ABstinentia à cibo, & potu, & quidquid per modum medicinæ recipitur, potando, edẽdo,*cap.ex parte.de celebr.Miss.* Conc.Toletan. VII. *can.2.* Ad differẽtiam jejunii Ecclesiastici, quo abstinemus à cibis tantùm, non à potu, & medicinis. S.Tho. *3.par.qu.80.art.7.ad 4.* Sotus in *4.dist.8. qu.4.* Durand. in *4.dist.8. qu.4.* Camerota *loc.cit. §. nonum dubium.* Arriaga *to.7. disp.44. num.9.*

An detur parvitas materiæ in tali jejunio?

1029 In naturali jejunio non datur parvitas materiæ.

NEga: *can.nihil. 7. quæst.1.* D.Tho. *loc.cit.* Bernal *de Sacramentis disp.44. sect 1.n.8.* Caspensis *tom. 2. tr. 32. disp. 9. sect.4. num.44.* Arriaga *loc.cit.num.10.* Aversa *de Euchar.qu.8. sect.8. §.2.* Diana *par.10. tr.16. resol.48.* Leand. *loc.cit. disp. 5. qu.3.* Contra Palchaligum *de jejunio disp. 325.* asserentem non frangere jejunium tantillum aquæ, quantum posset includi medietate nucis avellanæ, quia tanquam res minima pro nihilo reputatur.

Patet ex *d. can. nihil*, & quia parvitas materiæ etiam tolleret significationem gravem à præcepto intentam. Et significatio est ostendere Christum Dominum primum animæ cibum, & in omnibus Regnum Dei primo quærendum: & Ecclesia concedit communionem sub conditione, si aliud non est trajectum, etiam parvum per modum cibi, & potus; & sic est res gravis communicare non servata tali conditione. Sic potest talis Testator sub levi conditione relinquere rem gravem, ut relinquo mille, si domum adeas, & amittit mille non servans conditionem. Sic Ecclesia præcipit, & dat communionem sub conditione, si prorsus sit jejunus, unde est indignus communione non jejunus ob rem levem,

An, & quando violetur jejunium naturale?

1030 Si quid deglutiatur frangit jejunium, etsi evomatur.

SEmper, & solùm quando aliquid deglutitur per modum cibi, potus, medicinæ.*can. illud. 7. qu.1.* Arriaga *tom.7. disp.44. num. 12.* Etiamsi deindè evomatur. Aversa *de Euchar. qu.8 sect.8.§.3.* Henriq.*lib.8.cap.49. num.4.* Bonac.*disp.4.qu.6. puncto 2, num.10.*

Quæ materia frangat hoc jejunium?

1031 Materia comestibilis, aut potabilis frangit jejunium.

SOla materia comestibilis, potabilis; nam istis solùm frangitur Ecclesiasticum jejunium,

(22) Hæc interdicti pœna ipso facto incurritur, ut habent nostratum Synodorum Constitutiones.

(23) *Ante decimum quartum completum ætatis annum neminem confuris bisce, & casibus comprehendi volumus.* Synod. Diœces. Neap. Cardin. Francisci Pignatelli *par.2.cap.6. de cas.reserv.*

nium, ergo etiam naturale. Lugo *disp.* 15. *num.* 4. Diana *par.* 5. *tr.* 13. *res.* 1. Leand. *disp.* 5. *qu.* 14. In quo nihil relevat intentio trajicientis, nam intentio non mutat, nec constituit rationem cibi, & potus.

An lingua degustare, dentibus frangere, atterere, os abluere, & deinde projicere, frangat jejunium naturale?

1032 Degustare, frangere, abluere os non frangit jejunium.

NEga: nam non deglutitur, & si aliquid immixtum salivæ descendat, non descendit per modum potus, sed per modum salivæ, & sic jejunium non frangit. Aversa *loc. cit.* Arriaga *loc. cit.*

Deglutire sanguinem, vel alium humorem descendentem ex capite, non frangit jejunium. D. Tho. 3. *part. qu.* 80. *art.* 8. *ad* 3. viginti duo Doctores apud Leandrum *disp.* 5. *qu.* 9. Aversa *loc. cit.*

Naribus attracta, ut fumus, tabacchum, aqua, etiam descendentia usque ad stomachum.

Non frangunt jejunium, nam non sumuntur per modum cibi comedendo, & bibendo; idque etiamsi per nares aqua attrahatur. Fagundez *præcepto* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 14. Lugo *responsorum lib.* 1. *dub.* 9. Leand. *loc. cit. qu.* 10. citans quatuor Doctores. Diana *part.* 5. *tr.* 13. *res.* 1. & *par.* 10. *tr.* 16. *res.* 23.

An odor, & vapor aquæ, suffictus rerum, panis, carnium, &c. frangat jejunium naturale, etiamsi adhibeatur ad reparandam macerationem, & ad vires restaurandas?

1033 Odor, aut vapor rerũ non frangit jejunium.

NEga: D. Tho. in 4. *dist.* 18. *qu.* 4. *art.* 4. *qq.* 1. *ad* 4. Abulensis in *caput* 6. *Matthæi qu.* 167. Pignatellus dans octo Doctores *tom.* 1. *consult.* 154. *num.* 3. Contra Antonium de Leone *de chocolate par.* 2. §. 4. *num.* 10. Ratio est, quia hujusmodi non restaurant potando, & edendo, quæ prohibita sunt jejunio naturali.

Reliquiæ Cibi.

1034 Reliquiæ cibi in ore, si deglutiantur, vidẽtur non frangere jejunium

NOn impediunt communionem, etiam voluntariè deglutitæ; quia cum saliva, & sic ad instar salivæ degluntiuntur: & saliva spontè deglutita, etiam immediatè post oris ablutionem, non frangit jejunium naturale. Secundo, quia Ecclesia non videtur de istis sollicita, & non censetur angustiare conscientias, & tollendæ sunt anxietates. Henriq. *lib.* 8. *c.* 10. §. 4. Camerota *de Sacram. tr.* 4. *cap.* 10. *n.* 9. Coninck 3. *par. qu.* 80. *art.* 8. *num.* 47. Pitignanus in 4. *dist.* 18. *qu.* 3. *art.* 3. Tabiena v. *communicare*, §. 49. Leand. *disp.* 5. *q.* 8. citans octo Doctores. Diana *par.* 3. *tr.* 4. *resol.* 37. & *part.* 4. *tr.* 4. *resol.* 104. Paschaligus *de jejunio dec.* 322. Aversa *de Euchar. quæst.* 8. *art.* 8. §. 7. Gabr. à S. Vinc. *de Euchar. disp.* 14. *qu.* 6. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 44. *num.* 12. Anton. à Spir. Sancto *tomo* 1. *Directorii tr.* 7. *num.* 138. dicens posse deglutiri data opera, etiamsi reliquia sit magna proportionaliter. Gobat *tr.* 4. *num.* 268. Caram. *Fundam. num.* 3571. ajens tantùm attendendum, nè ab extrinseco sumatur. Contra Lugonem *disp.* 15. *sect.* 2. Suarium *disp.* 68. *sect.* 4. Vasqu. *disp.* 212. *cap.* 3. ajentes advertenter, data opera, non casualiter trajectas jejunium frangere. Ex dictis solvitur:

An violetur jejunium naturale trajectione rei non comestibilis, ligni, capilli, ossiculi fructus, cretæ, unguis, ferri, plumbi, pecuniæ, lapidis, &c.

NEga: nam nec cibus, nec potus, nec medicinæ sunt. *can. illud.* 7. *qu.* 1. ibi: *cibum, potumque quemlibet minimum. can. liquido*, ibi: *cibi. de consecr. dist.* 2. Diana *par.* 5. *tr.* 13. *resol.* 1. & *tr. de celebr. Missarum resol.* 52. Lugo *disp.* 14. *sect.* 2. *num.* 30. Bussembans 6. *Medulla tr.* 3. *c.* 2. *art.* 2. §. 2. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 44. *num.* 45. Sancius 42. *Selectarum nu.* 23. Ledesma *de Euchar. par.* 1. *Summa cap.* 23. *conclus.* 4. Caram. *Fundam. num.* 3575. Aversa *de Euchar. qu.* 8. *sect.* 8. §. 7. Leand. *loc. cit. qu.* 13. citans alios. Licèt *quæst.* 15. velit contra Lugonem, ossiculum fructus, & avellanam cum cortice sumptam frangere jejunium, quia in stomacho materia inclusa alteratur. Contra Layman *lib.* 5. *tr.* 4. *cap.* 6. *num.* 18. Reginaldum *tom.* 2. *lib.* 29. *num.* 118. Henriq. *lib.* 8. *cap.* 49. *num.* 2. Granadum *tr.* 10. *dub.* 8. *num.* 6. 1035 Trajectione rei nõ comestibilis non frangitur jejunium.

Imò nec papirum frangere ait Leand. *loc. cit. qu.* 14. Paschaligus *de jejunio dec.* 315. quia non est res comestibilis; licèt oppositum doceat Lugo, Arriaga *loc. cit.* Diana *par.* 2. *tr.* 14. *res.* 52. quia papirus nutrit multa animalia.

An sanguis proprii vulneris, puta digiti vulnerati, trajectus frangat jejunium?

AFfirma: ut etiam lac ex mamilla absortum, & trajectum frangeret jejunium. Aversa *de Eucharist. qu.* 8. *sect.* 8. §. 3. Nugnus 3. *par. qu.* 80. *art.* 8. Leander *loc. cit. qu.* 11. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 44. *num.* 16. dicens oppositum improbabile. Contra Gabr. à S. Vinc. *de Euchar. disp.* 14. *qu.* 6. §. *quæres tertio.* ajentem non frangi jejunium sorbitione sanguinis ex proprio digito, quia non est res comedenti extrinseca. 1036 Sanguis ex vulnere emanans trajectus frangit jejuniũ.

Quinam non sit cibus?

QUidquid integrum emittitur non est cibus, nec frangit jejunium naturale. Lugo *disp.* 14. *sect.* 2. *num.* 3. Arriaga *loc. cit. num.* 16. *in fine.* Diana *par.* 2. *tr.* 15. *res.* 52. Sancius 42. *Selectarum num.* 23. Aversa *de Euchar. quæst.* 8. *sect.* 8. §. 7. Et ratio est, quia cibus est alimentum. Et alimentum transmutatur in substantiam aliti; At quod integrè ejicitur non est transmutatum in substantiam aliti; ergo non est cibus. 1037 Quod integrè ejicitur nõ est cibus.

An guttæ aquæ immixtæ salivæ deglutitæ post oris ablutionem, frangant jejunium naturale?

NEga: nam confusione sequuntur naturam salivæ, nec amplius habent rationem potus, in quo non est scrupulis agendum. Divus Tho. 3. *par. qu.* 80. *art.* 7. *ad* 4. ubi Serra, Arriaga *loc. cit. num.* 18. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit.* Leand. *loc. cit. qu.* 12. citans decem, & septem Doctores. Contra Sancium 42. *Selectarum n.* 21. Esset enim res valdè scrupulis obnoxia, si quis post oris ablutionem semper teneretur spuere, usquequo ex ore ejiceret omnem frigiditatem, & odorem aquæ, vel vini, alteriusve rei, qua os abluitur. 1038 Guttæ aquæ salivæ inhærentes non frangunt jejunium.

An musca, paleola, pulvis casu respirando attracta, & trajecta violent jejunium?

1039 Musca, paleola, &c. casu deglutita non frangit jejunium.

NEga: nam respirare non est comedere, aut potare, licèt res respiratione attracta nutrire possit. Quidquid enim ordinaria respiratione attrahitur, non sumitur bibendo, comedendo, nec jejunium violat. Suar. *loc. cit. sect.4. §.quares rursus.* Arriaga *loc.cit. num.* 18. Aversa *loc.cit.* §.6. Leand. *loc.cit.qu.*16. Dicastill. *tr.4. de Euchar. disp.*9. *dub.* 17.*qu.*3. *num.* 279. Diana *par.*5.*tr.*5.*resol.*12.

Dixi ordinaria respiratione, ut occurrerem difficultati, in qua valdè defatigatur Arriaga, cur scilicet non musca, sed aqua violenter respiratione attracta ab illo, qui corruit in flumen, frangat jejunium? Et concludit etiam muscam respiratione attractam frangere jejunium, ut aqua violenter respirando attracta ab illo, qui submergitur.

1040 Frangitur verò si attrahatur aqua à demerso in flumen.

Enim verò musca est communi respiratione attracta, ut quævis res immixta aeri; nam respiratio est aeris refrigerantis cor per se: at demersus in flumen, non aerem, sed aquam attrahit, & intrat non jure respirationis, sed suffocationis, ideò aqua illa non dicitur respirando attracta; non sic esset si ex pluvia minutim decidente respirando aliqua guttula attrahatur, nam tunc est idem, ac de musca, & paleola.

Nolo tamen te ignorare Bossium docere *tomo* 1.*par.*2.*tit.*1.§.16. *num.*173a. nec impedire jejunium naturale aquam violenter trajectam à demerso in flumen, quia non trajicitur per modum cibi, & potus, ut trajicienda esset ad frangendum jejunium. Tabiena v. *communicare. num.*51. adeas Dianam *part.*10. *tract.*16. *resol.*48. §. *notandum hic obiter.*

An edens, bibens, dubitans an sit transacta media nox, vel dubitans an abluendo, masticanda aliquid trajecerit post mediam noctem, possit communicare?

1041 Dubitans an sit transacta media nox, & edat, potest communicare.

AFfirma: nam factum in dubio non præsumitur, & trajectio, ac lapsus mediæ noctis est facti in dubio non præsumendi, & in dubio nemo libertatis possessione privandus. Sancius 42. *Selectarum.* Layman *lib.*1. *tract.*1. *cap.*5. §.4. *num.*16. Diana *par.*3. *tr.*4. *resol.*26. Lugo *disp.*15. *num.*42. Gabr. à S. Vinc. *de Euchar. disp.*13.*qu.*6. *in fine.* Leander *loc.cit.disp.*5. *qu.* 4. citans septem Doctores. Dicastill. *tom.* 1. *tract.*4. *disp.*9. *dub.*17. *qu.*4.*num.*297. Busembaus 6.*Medulla tr.*2. *cap.*2. *art.*2. §.3.*non licet.* Contra Sanch. 2.*de matrimon. disp.*41. *num.*40. Fagundez *præcepto* 3. *Ecclesiæ lib.*3. *cap.*5. *n.*18. Villalobos *tom.*1.*tr.*1. *diffic.*21. *num.* 8. ajentes non licere in tali dubio communicare.

Quando incipiat tale Jejunium?

1042 Jejunium incipit à media nocte.

SAtis est si jejunus sit post mediam noctem, ut celebret etiam in die Nativitatis, licèt sit indigestus, non dormierit, aut immediatè ante mediam noctem comederit. D. Tho. 3. *par. qu.*80.*art.*8. *ad* 5.

Nec obstat textus in *cap. si constiterit. de accusationibus*; nam ibi punitur pernoctans, comedens, & vinolentus post mediam noctem in taberna, & mane celebrans, ut notarunt Sotus, Sylvester, Navarr. & Camerota.

Incipit autem jejunium transacta media nocte immediatè, & ubi semper dies, semper nox est, sequatur usus Regionis; nam hoc est de jure positivo, consuetudine interpretandus, & interpretatus in dictis Regionibus; quidquid deludent Lugo, & Arriaga *cit.num.*20. 1043 Ubi semper est dies, aut nox sequendus est usus Regionis.

An Zaccharum ante sumptum, & trajectum post mediam noctem, frangat jejunium?

AFfirma: quia est continuata comestio frangens jejunium, ut principium, ità in medio, & fine. Nec officit ab extrinseco non venire post mediam noctem; nam comestio est rei intra, non extra os existentis. Et positio ab extrinseco est conditio initii, non durationis comestionis; Imò si Deus intra os crearet cibum diceretur comestio, absque eo quod ab extrinsecu poneretur. Suar.*disp.*58.*sect.*5. Vasq. *disp.*211.*cap.*5. *num.*21. Sancius 42. *Selectarum num.*21. Diana *par.*2. *tract.*14. *res.* 59. Arriaga *loc.cit.* Aversa *de Eucharistia quæst.*8.*sect.*8.§.5. Contra Bartholomæum ab Angelo in 4. §. 214. Tabienam v.*communio.* Leandrum *loc.cit.q.*17: inde inferentem posse post mediam noctem deglutiri buccellam in os impositam ante mediam noctem, & *qu.*18. ajentem posse post mediam noctem deglutiri quod ante mediam noctem est impositum ad liniendas fauces, ad corroborandum caput, cum Bauni *part.*1. *tr.* 10. *quæst.* 22. Non rectè id probantem paritata reliquiarum cibi advertenter trajectarum, nam illæ reliquiæ, non hic cibus, per modum salivæ deglutiuntur. 1044 Zaccharum sumptũ ante, sed trajectũ post mediam noctẽ frangit jejunium.

An media nox incipiat à primo, vel ab ultimo ictu horologii?

INcipere à primo ictu horologii vult Sanchez *lib.*2.*de matrimon.disp.*41. *num.*4. Arriaga *tom.*7. *disp.*44. *num.*10. Sancius 42. *Selectarum.num.*19. Lugo *disp.*25. *num.*37. Aversa *de Euchar. qu.* 8. *sect.*8. §.10. itaut teneatur bolum ex ore ejicere, ubi primum comedens horologii ictum audit, si velit communicare. 1045 Media nox incipit à primo ictu horologii.

Sed posse comedere usque ad ultimum ictum rectiùs docet Trullench *lib.*3.*Decal. cap.*2.*dub.* 4.*num.*8. Brasserus *lib.*4. *de conscientia cap.* 11. *num.*107. Leand. *disp.*5. *qu.* 7. Narbona *tom.*2. *hora* 12.*num.*13. Diana *par.*6.*tr.*6.*res.*34. Gabr. à S.Vinc. *disp.*14.*de Euchar. qu.*6.§.3. quia ultimus ictus, non primus facit cognoscere horam præteritam. Audito namque ultimo, non primo ictu cognoscis quæ hora jam sit elapsa; ergo ultimus, non primus ictus horam complet. 1046 Alii asserunt incipere ab ultimo ictu.

Verùm quia trutinatores horologiorum non sunt adeò diligentes, & perspicaces, ut in numero, & mensura valeant horologiis assistere, & temporum mutatione tardiùs, aut celeriùs rotæ currunt, ut experimentis comprobatum videmus, quo idem horologium modò tardiùs, modò celeriùs motum absolvit.

Hinc per semiquadrantem post ultimum ictum posse adhuc comedere ait Verricelli *tr.*1. *qu.* 7. *num.* 13. Imò etiam per quadrantem ait Caram. in *Regulari. disp.*101. *num.*1320. & meritò approbari à Paschaligo *dec.* 338 *num.* 6. ut ait Gabriel S.Vinc. *loc.cit.* semper enim probabiliter dubitari potest horologium errare, saltem per unum quadrantam, & celeriùs, vel tar- 1047 Alii per semiquadrantem extendunt post ictum horologii.

tardiùs moveri, & in tanto dubio non tenetur se spoliare possessione, & libertate comedendi, pro qua semper in dubio respondent jura.

1048 *Auctorem cum ule in Opusculo de Legibus.*

Ego meam sententiam reponam cum *de Legibus*; hic alienis laboribus eruditum, & ditatum te volo.

An si plura sint horologia ordinata inæqualia, liceat pro libito modò unum, modò alterum sequi?

1049 *Licet sequi horologia ordinata, sed inæqualia.*

AFfirma ad instar opinionum probabilium, etiamsi varient per horæ dimidium, dummodò horologium regulariter non sit erroneum, tunc enim ut opinioni erroneæ, ità horologio erroneo standum non est. Sancius 42. *Selectarum num.* 18. Sanch. *2. de matrim. disp.* 42. *num.* 18. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 44. *num.* 21. Gabr. à S.Vinc. *loc. cit. §. sed quid.* Caram. *loc. cit.* Vercicelli *loc. cit.* Paschaligus *loc. cit.* Diana *part.* 2. *tr.* 4. *resol.* 30. citans plures. Leand. *loc. cit. qu.* 5. citans septem Doctores.

An liceat sequi modò unum, modò alterum horologium?

1050 *Et sic modò unum, modò alteru sequi.*

SI licet modò unam, modò alteram probabilem opinionem amplecti, & favore unius unam, vel alteram sequi, cur etiam non ità in horologiis? & gratis desudat Arriaga *tom.* 7. *disp* 44. *num* 27. dicens, duas propositiones, seu opiniones contradictorias non posse esse simul veras; nam id currit in absolutis, non in modalibus propositionibus, quæ simul possunt esse veræ, ut probabile est Petrum nunc currere, sedere, scribere, & ex diversis motivis probabile est nunc non currere, non sedere, non scribere.

An autem hinc eruatur licere pro primo horologio comedere, & deinde absoluto cibo, audito alio horologio sonante per mediam horam post primum, posse communicare, & consequenter audita media nocte à primo horologio posse comedere carnes, & absoluta commestione per mediam horam posse audito secundo horologio communicare.

Displicet quod gratis fugientes vim difficultatis afferunt Lugo *disp.* 15. *sect.* 2. Diana *par.* 10. *tract.* 15. *res.* 29. Arriaga *loc. cit.* Leand. *loc. cit. qu.* 6. & Analyticam hujus difficultatis discussionem exhibui 8. *Selectarum.*

Quando liceat non jejuno communicare?

1051 *Concurrente Divino, cessat humanu præceptum.*

QUando concurrit Divinum communicandi Præceptum, & humanum communicandi in jejuno, tunc si utrumque observari nequeat, Deo magis, quàm homini obtemperandum.

1052 *Non jejunus accipere valet Viaticu.*

Hinc quis accipit Viaticum, etiam non jejunus; nam Viaticum accipere est Juris Divini, cui cedit Jus humanum. *can. Presbyter. de consecr. dist.* 2. Concilium Constantiense *sess.* 13. ibi: *Sacrorum Canonum auctoritas, & approbata consuetudo Ecclesiæ servavit, & servat, quòd hujusmodi Sacramentum non sumatur à non jejunis, præterquam in infirmitate.*

1053 *Et damnatus ad mortem.*

Hinc secundò. Damnatus ad mortem non jejunus Viaticum recipit, etiamsi non sit infirmus, etiamsi die præcedenti ex devotione communicaverit. Quintanaduenas *tr.* 4. *singulari* 14. *num.* 5. Escobar *tract.* 3. *examine* 6. *cap.* 5. *num.* 62. Bassæus v. *communio sacra num.* 25.

Tertio. Sacerdos moriturus potest celebrare non jejunus, ut communicet; nam jejunium non pro celebratione, sed communione exigitur in Sacerdote. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 44. *num.* 41. 1054 *Atque Sacerdos moriturus.*

Sed major difficultas est:

An ad dandum Viaticum moribundo possit non jejunus celebrare?

AFfirmat Major. in 4. *dist.* 19. *qu.* 4. Zanardus in *Directorio par.* 1. *tract. de Euchar. cap.* 7. Philiarchus *de officio Sacerdotum tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. Fernandez *de Eucharistia disp.* 2. *puncto* 8. *dub.* 2. *num.* 8. Suar. *disp.* 68. *sect.* 5. Lugo *disp.* 15. *sect.* 4. Filliucc. *tom.* 1. *tract.* 4. *num.* 242. Layman *lib.* 5. *tr.* 4. *cap.* 6. *num.* 20. Granadus *tract.* 10. *de Euchar. disp.* 8. *num.* 12. Torreblanca *lib.* 2. *practicarum cap.* 7. *num.* 32. Thomas Hurtadus *tomo* 2. *tract.* 11. *cap.* 9. *resol.* 8. *num.* 206. & probabile dicit Arriaga *tom.* 7. *disp.* 44. *num.* 41. referens *num.* 45. *in fine* practicatum non jejunum celebrasse, ne graves personæ optantes sacrificium, sine illo manerent. Moventur, nam si licet infirmo non jejuno recipere, licebit etiam non jejuno celebrare. Secundo, quia contritus non confessus deficiente Confessario potest celebrare, ut detur Viaticum; ergo etiam non jejunus; quia magis requiritur confessio, quàm jejunium ad celebrandum, cùm ad reverentiam tanti Sacramenti magis conducat confessio, quàm jejunium. 1055 *DD. qui asserunt non jejunum posse celebrare ad dadum Viaticum.* *Motiva afferuntur.*

Negant tamen communius cum Vasq. *disp.* 211. *cap.* 5. *num.* 62. Gaspar Hurtadus *diffic.* 17. Lugo *loc. cit.* Arriaga *loc. cit. num.* 42. sexdecim Doctores apud Dianam *par.* 2. *tr.* 14. *resol.* 66. *par.* 3. *tr.* 4. *res.* 33. *par.* 4. *tr.* 4. *res.* 104. Leander *loc. cit. quæst.* 20. Bonac. *disp.* 4. *quæst.* 5. *puncto* 2. *num.* 24. 1056 *Communius negatur.*

Moventur, quia non tenetur communicare qui nequit, & nequit qui caret hostia consecrata; Et Sacerdos non jejunus nullo præcepto nec Divino, nec humano cogitur celebrare, ut alius communicet, nisi sit extrema necessitas, aliàs damnandi moribundi, nisi communicent. Non tamen placet ratio, qua utuntur communiter, scilicet nequit celebrare in fermentato, vel sine vestibus sacris, ut det Viaticum; ergo nec non jejunus; Nam Ecclesia multoties dispensat, ut non jejunus celebret, non verò ut carens vestibus sacris. *Rationes producuntur.*

Sed difficultas est:

An possit non jejunus celebrare ad dandum Viaticum infirmo, si secus sequatur scandalum?

AFfirma. Coninck 3. *par. qu.* 73. *art.* 3. *dub.* 3. *num.* 120. Tho. Hurtadus *loc. cit. num.* 217. Leand. *loc. cit. qu.* 20. *in fine.* Enim verò scandalum proximi Jure Divino vitandum, cui cedit omne jus humanum. 1057 *Ad evitandu scandalum licet non jejuno celebrare.*

An ad dandum Viaticum infirmo possit consecrare solum panem?

NEga: quia sacrificium Jure Divino perficiendum. *can. comperimus. de consecrat. dist.* 2. 1. ad Corinth. 11. ibi: *quotiescumque manducabitis panem hunc, & Calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis.* Suar. *disp.* 66. *sect.* 5. Vasqu. 1058 *Nequit solus panis consecrari, ut infirmo Viaticum præbeatur.*

Vasqu. *disp.*211. *cap.* 5. Contra Majorem in 4. *dist.*19. *qu.*3. *ad* 5. apud Ludovisium à S. Joseph in *Summa parva art.*4. *de communione infirmorum.dub.*19. citantem Sotum in 4. *dist.*12. *art.*4. *in fine*, ajentem, Sacerdotem ne moriatur sine Viatico carentem Confessario posse contritum consecrare, & sumere. Philibertum *tr.*3. *par.*3. *cap.*3. *num.*13. Vivaldum *de Euchar.* *n.*156.

An sint alii casus, in quibus non jejunus communicat?

1059 Sacerdos sumês acetum pro sanguine, non jejunus valet celebrare.

AFfirmo esse plures. Primo si Sacerdos consecrans bibat acetum, vel aquam, quam putabat sanguinem; tunc enim de novo tenetur consecrare, & consumere non jejunus, & in tali casu aquam, vel acetum trajicere tenetur, nec tenetur aquam evomere in Calice, vel extra spuere ob circumstantium scandali, & quia in illo liquore erat particula immixta. D.Tho. 3. *par. qu.*83. *art.*6. *ad* 4. Lugo *disp.* 15. *num.*75. octo Doctores apud Leandrum *loc.cit.* *qu.*23. Contra Thomam Hurtadum *to.*2. *tr.*11. *cap.*9. *num.*271. Angelum v. *Missa num.*7. ajentes, quòd teneatur evomere, spuere. Imò si particula adhæreat Calici potest novum vinum, vel aquam infundere, ut decentiùs disjunctam à Calice particulam sumat. Bonac. *de Sacram.* *disp.*4. *quæst.*6. *puncto* 2. *num.*12. Satis enim est actionem à jejuno esse inceptam, ut deindè continuetur omni decentiori modo, etiam à non jejuno.

1060 Utraque species reperta inepta à Celebrante, debet desistere à celebratione.

Si autem utraque species deprehendatur nulliter consecrata, puta ex defectu materiæ: tunc debet desistere à celebrando; nam cessat necessitas perficiendi Sacrificium, & urget præceptum non communicandi post cibum.

1061 Axioma notandum.

Animo tamen retinendum est, supplendum quidquid deest ad Sacrificium, si possit sine scandalo, sine sui gravi nota, aut populi admiratione; nam cum tanto onere jure naturæ vitando, præceptum integritatis Sacrificii non obligare ait Major. in 4. *dist.*19. *qu.*3. Suarius *disp.*43. *sect.*4. Azorius *lib.*10. *cap.* 19. *quæst.* 2. Hurtadus *disp.*4. *de Sacrificio Missæ disp.*13. Dicastill. *tract.*5. *disp.*4. *dub.*15. *num.* 280. Diana *par.*10. *tr.*12. *res.*14. Contra Corneum *tract.*4. *qu.*74. *disp.*1. *dub.*6. *num.*1.

1062 Non jejunus celebrat, ut evitet infamiam.

Secondo, potest non jejunus celebrare, & communicare ad evitandum scandalum grave, infamiam, legibus cum tanto onere non obligantibus. Suar. *disp.*68. *sect.*5. *in fine.* Vasquez *disp.*211. *num.*48. Lugo *disp.*15. *num.*70.

1063 Sicuti si recordetur post consecrationem non esse jejunum.

Tertio, si peracta consecratione quis recordetur se non jejunum, debet perficere Sacrificium; & etiam si recordetur ante consecrationem, & nequeat absque nota desistere, tunc potest prosequi, consecrare, & consumere, legibus tunc non obligantibus, cùm debeant esse humanæ fragilitati accommodatæ. *can.erit.dist.*4. D.Tho. 3. *par.qu.*85. *art.*6. *ad* 2. Azorius *lib.*10. *cap.*33. *quæst.*2. D. Bonaventura in 4. *dist.* 13. absolutè dicens Missam inceptam perficiendam.

1064 Deficiente Sacerdote, non jejunus valet sumere, & perficere Sacrificiũ.

Quarto, Sacerdote celebrante decedente, vel deliquio perturbato post consecrationem, alius etiam non jejunus, & excommunicatus potest, & tenetur Sacrificium perficiendo Sacramentum consumere. D.Tho. 3. *par.qu.*83. *art.*3. *ad primum.* Lugo *disp.*15. *num.*75. Dicastillus *tr.*4. *disp.*9. *dub.* 17. *num.*277. Navarr. *cap.*25. *num.*86. Vasq. *disp.*211. *cap.*5. Imò si in tali casu non inveniatur Sacerdos, poterit laicos sumere speciem consecratam, si nequeat conservari absque periculo corruptionis, aut ignominiæ, scilicet timore deveniendi ad infideles. Vasq. *to.*3. *disp.*216. *cap.*4. *num.*47. Diana *par.*5. *tr.*3. *res.*34. Contra Navarrum *cap.*25. *num.*86.

Quinto, fragmenta, & particulæ, quæ deprehenduntur à celebrante post sumptionem ablutionis, possunt ab eodem Sacerdote sumi; nam durat moraliter idem Convivium, Sacrificium consummandũ, & hujusmodi particulæ sumuntur ut partes cum suo toto. Idque sivè sint consecratæ à se, sivè ab alio Sacerdote, nam conficiunt unum Convivium, unam communionem. Arriaga *tom.*7. *disp.*44. *num.* 49. Navarr. *cap.*25. *num.*89. Cajetan. *tom.*2. *opusc. tract.* 33. *qu.*4. Sotus in 4. *dist.*12. *qu.*1. *art.*8. Bonac. *qu.*6. *puncto* 2. *num.*13. 1065 Fragmenta etiam post sumtionem sumi valent.

Imò Vasq. *disp.* 211. *cap.*5. Angelus v. *Missa num.*17. Lugo *disp.*15. *num.* 76. Bonac. *disp.* 4. *qu.*6. *puncto* 2. *num.*14. & alii viginti Doctores apud Leandrum *quæst.* 30. ajunt post ablutionem posse accipere particulam, quæ superest. contra Sotum in 4. *dist.*12. *qu.*1. *art.*8. Arriagam *loc.cit.nu* 50. motos, quia talis particula commodè conservari potest ministranda populo, quæ asservatio nequit locum sibi vendicare in fragmentis populo non ministrandis, & sic nec servandis in pyxide ex intentione Ecclesiæ. 1066 Et particula post ablutionem.

Fragmenta possunt etiam post ablutionem, & orationes à Sacerdote in Altari existente sumi. Arriaga *loc.cit. num.*51. non tamen in Sacristia. Diana *par.*3. *tr.*4. *res.*45. citans quinque Doctores, si possunt conservari. Verùm quia facilè possunt deperdi oblivione, inadvertentia, & regulariter nequeunt decenter servari. Et jejunium exigitum ob reverentiam Eucharistiæ non debet in tanti Sacramenti irreverentiam cedere, absolutè in Sacristia possunt consumi ab eodem Sacerdote vestibus sacris induto. Arriaga *loc.cit.* Aversa *qu.*8. *sect.*8. *§. secundum*: & absolutè posse in Sacristia consumi ab eodem Sacerdote, qui celebravit vestibus sacris induto, docet Granadus *tract.*10. *de Euchar. disp.*8. *num.*11. Diana *par.*5. *tract.*14. *resol.* 143. Leand. *quæst.*31. citans quinque Doctores, ex eo quia censetur durare Sacrificium: quæ ratio mihi non probatur. Nam si duraret Sacrificium manentibus reliquiis, populus deberet adhuc persistere, donec Sacrificium in Sacristia perficeretur consumptis reliquiis. Secundo, quia non dicitur durare Sacrificium, etiam si remaneant particulæ repositæ in pyxide; ergo nec Sacrificium perseverabit quousque consummantur reliquiæ repertæ in patena, vel in calice. 1067 Sacerdos sit in Altari, nõ in Sacristia.

Particulæ verò consecrationis factæ ab alio Sacerdote debent sumi ante ablutionem, quia non sunt partes hujus Sacrificii. Diana *part.*6. *tract.*6. *resol.*23. & *par.*9. *tract.*6. *resol.*37. & post ablutionem si possint, debent reverenter conservari, aliàs idem ac de particulis dicendum, ne introductum pro reverentia præceptum irreverentiam promoveat. Cessat enim tunc præceptum contrariè, nam debet esse ad bonum publicum, & ad reverentiam Sacramenti, & sic non obligat; quando illo servato irreverentia irrogaretur Sacramento. Lugo *loc.cit.* Arriaga *loc.cit.num.*51. & 52. Aversa *loc. cit.* 1068 Particulæ verò ab alio consecratæ sumi debent ante ablutionem.

Sexto, ad evitandam irreverentiam Sanctissimæ

1069 Non jejunus sumit Eucharistiã ad evitandam ejus irreverentiam.

simæ Eucharistiæ aliàs comburendæ, conspurcandæ, ad manus improborum deveniendæ, tunc non jejunus potest, & tenetur Eucharistiam recipere, deficiente jejuno. Lugo *loc. cit. disp.15.num.*70. Dicastill. *loc.cit.num.*372. leges namque, ut dicebamus, introductæ pro Divino cultu, cessant, si istis servatis Divinus cultus deturbatur, decrescit, perit. Tandem hostia palato hærens, potest ablutione, etiam secunda, & tertia trajici, nam omnes moraliter faciunt unum. Sylvest. v. *Eucharistia.3.qu.*8.

An Sacerdos post morosam Laicorum communionem possit consumere reliquias Sacrificii à se facti finita Missa?

1070 Sacerdos post longam communionem potest sumere reliquias sui Sacrificii.

AFfirma. Leander *loc.cit.qu.*33. Suar. *disp.*68. *sect.*6. Lugo *disp.15.num.*81. Bonac. *disp.*4. *quæst.6. puncto 2.num.*14. Fagundez *præcepto* 3. *lib.3. cap.5. num.*30. Contra D. Antoninum 3. *par.tit.13. cap.*6. §.7. quia censetur pars Sacrificii quidquid remanet ab eodem Sacerdote vestibus sacris induto consumibilis.

1071 Ægroto potest dari ablutio, & purificatio pyxidis.

Laicis etiam posse dari illicò, si non susceperunt ablutionem, ait Leand. *loc. cit. qu.* 34. & ægroto communicanti, etiam ex devotione potest dari ablutio, & purificatio pyxidis. Lugo *disp.15.num.80.in fine.* Dicastill. *tract.4. disp.9. dub.17.num.*389. Imò Baucius in *Casibus singularibus, casu* 136. cum Diana, & Dicastillo. Crux *qu.5.de Euchar.dub.4. conclus.*3. ait dicta fragmenta, etiam post ablutionem posse dari laicis, quia spectant ad idem convivium.

Pergamus ex jejunio ad aliam corporis puritatem, quæ in animam etiam refunditur.

An corporis pollutio impediat receptionem Eucharistiæ?

POtest pollutio esse voluntaria, & involuntaria.

CANON.

1072 Pollutio peccaminosa impedit receptionem Eucharistiæ.

POllutio, quæ impedit collationem gratiæ, impedit receptionem hujus Sacramenti, nam peccat, qui ponit obicem Sacramenti gratiæ. Trid. *sess.13. cap.*7.

Secundo, ubi tollitur obex gratiæ, ibi licitè quis recipit Sacramentum, nam non est undè indigna lethalis arguatur tunc Sacramenti receptio. Hinc solvitur:

An actus commissus contra castitatem, sed legitima pœnitentia purgatus, impediat receptionem hujus Sacramenti?

1073 Peccans contra castitatẽ, sed pœnitẽtia peccatũ purgans, valet Eucharistiã recipere.

NEga: nam tollitur, & deest obex gratiæ. S. Tho. 3.*p.qu.80.art.*7. Suar. *disp.16.sect.* 2. Lugo *disp.15.sect* 1. Hurtadus *disp.9.diffic.*13. Arriaga *tom.7. dip.34. num.*1. Gabr. à S. Vinc. *disp.14.qu.*6. Aversa *de Euchar.qu.8.sect.8.§.jam circa primum.* Sancius 23. *Selectarum num.*30 ajens nec venialiter peccare confessum post quemlibet illicitum actum verè dispositum eadem die. Et text. In *can.1. dist.*6. ubi pollutus abstinet à sacris: intelligitur de consilio, & macula per confessionem non deleta. D. Tho. *loc.cit.* Arriaga *loc.cit.num.*2. Sed

An hic venialiter saltem peccet, licèt verè confessus Eucharistiam recipiat?

1074 Qui nec venialiter peccat.

NEga: nam confessus Dei amicus, & alba stola indutus, non est indignus cœnam ingredi Agni. Arriaga *loc.cit.num.*3. Lugo *loc. cit.* Hurtadus *loc. cit.* Sancius *loc. cit.* citans D. Thomam. Azorius *lib.10.cap.3.qu.*14. Leand. *tom.2.tract.7. disp.6.qu.*3. Bernal *de Sacramen. disp.43. sect. 1. num.* 1. Doctores apud Dianam *par.10.tract.16.ref.*34. & alii contra Tanderum 3.*par.qu.8.dub.4.num.*64. Lugonem, gratis ajentem nostram sententiam singularem, & falsam *disp.15.num.*4. Bonacinam *disp.4.qu.6.puncto 2. num.*4. Granadum *tract.10.disp.9.num.*8. Aver-

1075 Contra plures DD.

sam *qu.8.sect.*8. citans quinque Doctores, ajentes esse veniale. Contra Navarr. *cap.21. nu.*51. ajentem esse mortale communicare post fornicationem, & pollutionem confessam. Contra Paludanum in 4. *dist.9. qu.*3. ajentem esse mortale post copulam conjugalem accedere ad Eucharistiam. Contra Sanch. 9. *de matrimonio disp.* 13.*num.*2. Henriq. *lib.8.cap.51.num.*31. ajentem esse veniale post conjugalem copulam accedere ad Eucharistiam. Contra quos stat Sancius 23. *Selectarum num.*13. Coninck 3.*par. qu.80.art.* 7.*num.*44. Hurtad. *disp.9. de Euchar. diffic.* 13. Navar. *loc.cit.*

1076 Peccata eodem die cõmissa, & confessa nõ impediunt recipere Eucharistiam.

Cetera namque peccata eadem die commissa, & confessa absoluta, non impediunt hoc Sacramentum; ergo cur confessione amicus Dei arcebitur. Concilium Trident. *sess.13.cap.*7. tantùm requirens, ut lethali careat. An licet Doctoribus leges nova usurpatione jurisdictionis Divinæ, vel humanæ condere, & ibi peccatum affigere, ubi nullum præceptum.

An si hic distractionibus perturbatus agitetur, illis non sedatis distractus, actu volens, accedat, peccet venialiter?

1077 Voluntariè distractus, accedẽs, peccat venialiter.

AFfirma: nam volens distractus irreverenter accedit. At contritus, & pro viribus intendens ad ea, quæ aguntur, confessus, sine scrupulo accedere potest.

Congruit tamen, ut aliis mortificationibus, ità privatione delectationis conjugalis, se præparare ad majorẽ gratiæ intensionem. At si non se abstineat ægrotus, sine lethali devotus, non est à tanto immortalitatis, & continentiæ farmaco arcendus. Certa namque ista medicina congruit ægroto. Sancius *loc.cit.* Leand. *loc.cit.qu.*5. Dicastill. *tom. 9. tract.8. dub. 15. num.*245. ex textu in *can. cur cum propria uxore.33.qu.*4.

Imò post susceptam Eucharistiam nullibi invenitur interdictum reddere, & petere. Navar. *cap.21.num.*51. Tabiena v. *communicare qu.*37. §.42. Sanch. 9. *de matrimonio disp.13. num.* 17. Diana *par.6.tr.6.ref.*14.

Hinc multo minus abstinendum tempore menstrui, aut fluxus. Lugo *de Eucharistia dis.*15. *sect.1.num.*15.

An sit culpa communicare facie non lota?

1078 Communicans facie nõ lota, non peccat. Sacerdos nõ lotis manibus celebrãs peccat venialiter.

NEga: dummodo lota sit anima, & non sit conspurcatio vomitum generans.

Sacerdos tamen peccat venialiter, si non lotis manibus celebret. Granad. *tract. 10. de Euchar. disp.9.num.*13. Diana *par.10. tr.12.ref.*19. Suar. *disp.82.sect.*1. excusans à mortali deferens

lo-

lotionem manuum ante Missam, licèt post Missam omittere lotionem nullum sit peccatum. Diena *loc.cit.in fine*. Vide D.Augustinum *Sermone* 144.

De Dispositione ex parte Animæ?

§. II.

NOn solùm corporis, sed etiam animæ summam exigit purissimus omnium puritatem, & sic:

An exigat gratiam sanctificantem per se?

1079 Gratia sanctificans exigitur ad receptionem Eucharistiæ.

AFfirma: Trid. *seß*.13. *cap*.7. *can*.11. 1. ad Corinth. ibi *probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat*. Est enim Sacramentum vivorum, & cibus. Trid. *seß*.13.*cap*.2. cibus autem vivis ministratur. Trident.*loc.cit*. D.Tho. 3.*par.qu*.80.*art*.4. Contra Lutherum, ajentem existentem in peccato mortali posse cum sola fiducia accipiendæ gratiæ Sacramentalis accedere ad Sacramentum hoc; itaut sit lethale accedere sine mortali, & asserit indignè accedere se disponente confessione, contritione.

An peccatum indignè accedentis sit gravissimum sacrilegii flagitium?

1080 Indignè cõmunicãs sacrilegè peccat.

AFfirmat: itaut sit majus peccatum, quàm homicidium, ratione virtutis Religionis respicientis Deum immediatè superioris ordinis respectu justitiæ, D.Tho.3.*par. qu*.80.*art*.5. Vasq.*disp*.207. *cap*.1. Aversa *de Eucharist.qu*.8. *sect*.5. §.3. contra Suarez *disp*. 66. *sect*. 1. Durandum in 4.*dist*. 9.*qu*.8. Arriegam *tom*.7. *disp*.45. *num*.9. Enim verò virtus superioris ordinis est Religio, & sic transgressor graviùs delinquit, ex regula: maximum quod sic non excedit minimum quod non ordinis superioris.

Dices cum Arriaga, homicidium affert damnum irreparabile, essentialiter est malum, non verò communio sacrilega, cùm Deus potuisset instituere Eucharistiam posse recipi ab existente in mortali sola attritione.

Respondetur argumentum non concludere, virtutem Religionis esse inferioris ordinis respectu justitiæ, & sic nec sacrilegam receptionem inferioris ordinis respectu homicidii. Et si quid convinceret, probaret etiam mendacium jocosum esse graviùs peccatum, quàm sacrilegium, quia secundum ejus principia intrinsecè malum; malitia ergo non sumitur ex irreparabilitate damni, nec ex intrinsecitate, sed ex persona offensa; Et in Eucharistia offenditur Deus immediatè, cui infinita debetur reverentia, & sic transgressio meretur, ut gravissima, execrabilissima, gravissimam pœnam.

Indignè communicans quot peccata committat?

1081 Indignè cõmunicans unum peccatum committit.

DIfficultas est, quia transgreditur duplex præceptum: unum pœnitendi, alterum sacrilegè non communicandi; quis enim tenetur non solùm sacrilegè non communicare, sed etiam ante communionem pœnitere. Rursus quis nequit communicare, vel quia est in peccato, vel quia est in gratia, & non est jejunus, vel censura est innodatus. Nunc quærimus quot peccata committet indignè communicando.

Unum, quia unum præceptum est propter alterum, & prohibetur non jejunus, in peccato existens, censura innodatus communicare ob reverentiam Christo Domino debitam, undè committit sacrilegium indignæ susceptionis. Vasq.*disp*.208.*num*.24. Avers *de Euchar.qu*.8. *sect*.5. §.4.*in parte*. Bonacina *quæst*. 6. *puncto* 1. *num*.33. contra Sotum in 4.*dist*.18.*qu*.1. *art*.4. *conclus*.6. Camerota *de Euchar.cap*.10. *dub*.12. Divinum namque præceptum arcet omnes indignos, & sic comprehendit etiam ab Ecclesia interdictos.

Et sic satis est confiteri se indignè communicasse. Lugo *disp*.14.*sect*.1.*dub*.3. Diana *par*.2. *tract*.14.*resol*.22. Vasqu.*disp*.208. *num*.5. Suar. *disp*.66.*sect*.1.*concl*.1. Hurtadus *disp*.9.*de Euchar*. *diffic*. 5. Est enim multiplex præceptum ex eodem motivo reverentiæ debitæ Sacramento, & tunc unum est peccatum præceptorum transgressio, sicuti unum peccatum committit sacrificio non assistens in die festivo, licèt in eodem die concurrant multæ Festivitates præceptæ. Contra Arriagam *tom*.7. *disp*.45. *num*.6. Bonac.*loc cit.num*.34. Molphesium *tom*.1.*Summa tract*.3.*cap*.8. *num*.88. Raynaudum *part*.2. *de monitoriis cap*.2. *num*.17. Aversam *loc. cit*. §. *sed videtur*. Licèt sit multiplex præceptum.

An sit multiplex peccatum communicare cum multiplici peccato?

NEga: sed est unum, licèt graviùs ob majorem recipientis indignitatem. Omnia namque peccata eandem Sacramenti gratiam impediunt, & ità unum, quàm multiplex, in quo malitia consistit. Est tamen major irreverentia, quia qui est sordidior, vel in sordidiori loco Regem vult, eò irreverentiùs agit: quæ major irreverentia non mutans, sed aggravans in eadem specie, non est in confessione explicanda. Arriaga *tom*. 7. *disp*. 45. *num*. 5. 1082 Communicans cũ pluribus peccatis unum committit, licèt graviùs.

An sit aliquis casus, in quo non sit peccatum communicare scienter in lethali?

AFfirma; & est si periculum irreverentiæ sit in mora, & desit tempus eliciendi actum contritionis, puta si celebrans impotens elicere contritionem, recordetur lethalis ante consecrationem, & nequeat recedere sine scandalo populi, tunc potest sine novo peccato, si nequeat elicere contritionem, communicare, secundum Vasq. *disp*.207. *cap*.1. *num*.3. Hurtadum *disp*.9. *diffic*.1. Lugo *disp*.14.*sect*.3. Aversa *de Euchar.qu*.8.*sect*.5.§.2.*tamen*. Secundo idem dicunt si hostia deveniret conculcanda ad manus infidelium; tunc enim Catholicus conatus conteri, impotens contritionem elicere, potest Eucharistiam sumere. Idemque de laico in lethali ante Altare immediatè communicaturo nequeunte conteri, & sine scandalo recedere, ajunt DD.citati. Contra Suar.*disp*.66.*sect*.1. Arriagam *tom*.7.*disp*.45. *num*.1. dicentem probabilius oppositum, motum quia sine contritione non salvatur quæsitus ad mortem, licèt 1083 Casus in quibus potest quis cõmunicare etsi sit in lethali.

con-

conteri se nequeat, & confiteri in lethalibus existens. (24)

Sed disparitas est, quia peccatum non tollitur, nisi contritione, aut confessione: at Eucharistia potest recipi ab indigno tanquam à materiali recipiente, ut poneretur in alio loco tuto ad evitandam majorem irreverentiam. Idque nè præceptum introductum ob reverentiam Sacramenti, cedat in illius majorem irreverentiam: ut hic cederet, si qualitercumque se disponens, ut potest reverenter, non posset recipere Sacramentum, ceteroquin ab infidelibus conculcandum, conspurcandum.

De Communicante in veniali.

§. III.

An peccet venialiter?

1084 Communicans in veniali habituali, novū veniale non committit.

DIstinguas: vel accedit in veniali habituali, vel in veniali actuali.

Si in veniali habituali non est novum veniale, nam nec impeditur gratia, nec positiva irreverentia fit; nec adest præceptum tale veniale tollendi, cùm non reddat indignum recipientem. Suar. *disp.* 66. *sect.* 1. Toletus *lib.* 2. *cap.* 27. Fagundez *præcepto* 3. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 6. Vasq. *disp.* 207. *cap.* 2. Hurtadus *disp.* 9. *de Euchar. diffic.* 3. Granadus *tr.* 10. *disp.* 6. *num.* 5.

1085 Secùs in actuali veniali.

Si verò accedat in actuali veniali positivè, puta communicans ob vanam gloriam, jactantiam, & tunc committit novum veniale; nam irreverenter positivè accedit. D. Bonaventura in 4. *dist.* 12. *par.* 2. *art.* 1. *qu.* 1. D. Anselmus 1. ad Corinth. 11. ibi: *indignè manducat, & bibit, qui vel aliquod grave peccatum, vel multa levia committit, & non confitetur ea, priusquam ad communionem accedat*. Suarius *loc. cit.* Lugo *disp.* 14. *sect.* 1. Villalobos *tract.* 5. *diffic.* 36. *n.* 2. & ut probabilius sequitur Arriaga *tom.* 7. *disp.* 45. *num.* 15. Contra Vasqu. *loc. cit.*. Sancium 22. *Selectarum num.* 9. & 23. *Selectarum n.* 20.

An venialiter delinquens in receptione Sacramenti, recipiat gratiam Sacramentalem?

1086 Delinquens venialiter in receptione Sacramenti non excluditur ab ejus gratia.

AFfirma: nam hæc à solo lethali impeditur, licèt impediatur major fructus Sacramenti, conferentis majorem gratiam magis disposito. Suarez *disp.* 63. *sect.* 3. Henriq. *lib.* 8. *cap.* 52. Valentia *tom.* 4. *disp.* 6. *qu.* 7. *puncto* 3. Coninck 3. *par. qu.* 79. *art.* 3. Schirlogus *tom.* 1. *in Cantica antiloquio* 4. *sect.* 10. *num.* 7. Busembaus 6. *Medullæ tr.* 3. *cap.* 2. *dub.* 2. §. *dixi primo.*

Ex parte etiam animæ requiritur:

Ut præmittatur confessio ab existente in lethali.

§. IV.

An indignus lethaliter existimans se contritum, teneatur præmittere confessionem, antequam recipiat Eucharistiam?

1087 Existens in lethali debet præmittere confessionē, & non sufficit contritio ut recipiat Eucharistiā.

AFfirma: Trid. *sess.* 13. *cap.* 7. ibi: *Ecclesiastica autem consuetudo declarat eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa Sacramentali confessione ad Sacram Eucharistiam accedere debeat: quod à Christianis omnibus, etiam ab iis Sacerdotibus, quibus ex officio incumbuerit celebrare, hac Sancta Synodus perpetuò servandum esse decrevit, modò non desit illis copia Confessoris: Quòd si necessitate urgente, Sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quamprimum confiteatur*. Et Can. 11. ibi: *Si quis dixerit solam fidem esse sufficientem præparationem ad sumendum Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum, anathema sit; & ne tantum Sacramentum indignè, atque ideo in mortem, & condemnationem sumatur; statuit atque declarat ipsa Sancta Synodus illis, quos conscientia peccati mortalis gravat, quantumcumque etiam se contritos existiment, habita copia Confessoris, necessariò præmittendam esse confessionem Sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publicè disputando defendere præsumpserit, eo ipso excommunicatus existat*. Contra Cajetanum 3. *part. qu.* 80. *art.* 4. & in *Summa* v. *Communio*. Armillam v. *Communio*, §. *fin.* Adrianum *de confessione qu.* 3. Abbatem in *cap. de homine. de celebratione Missarum*, ajentes tantùm præmittendam contritionem.

Cur in hoc, non in aliis Sacramentis præmittenda confessio, etiam ab illis, qui putant se contritos.

1088 Ob Sacramēti excellentiam differt hoc ab aliis Sacramentis in præmittenda confessione, etiā ab iis, qui putant se cōtritos.

REspondetur, ex voluntate Christi Domini, de qua Apostolus 1. ad Corinth. 11, ut declarat, & statuit Trident. *loc. cit. can.* 11. ibi: *declarat, & statuit*. Et hoc ex specialissima hujus Sacramenti excellentia, de qua Trident. *sess.* 13. *cap.* 3. & *can.* 11. ibi: *nè tantum Sacramentum.*

An præceptum præmittendæ confessionis sit Divinum?

1089 Divino præcepto præmittenda est cōfessio ante Eucharistiæ susceptionē.

AFfirma: Trid. *sess.* 13. *cap.* 7. & *can.* 11. ibi: *statuit, atque declarat*, & sic supponit præceptum Divinum, quod declarat; maximè quia in *cap.* 7. deducit illud ex Apostolo 1. ad Corinth. 11. dicente: *probet seipsum homo*; & Tridentinum concludit consuetudine declaratum probationem per confessionem fieri, & Apostolus ait se accepisse à Domino tale præceptum, ibi: *ego autem accepi à Domino, quod & tradidi vobis*. Vasq. *disp.* 207. *cap.* 4. Suarez *disp.* 66. *sect.* 3. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 46. *num.* 8. Aversa *de Euchar. qu.* 8. *sect.* 6. alii tresdecim Doctores apud Leandrum *disp.* 7. *qu.* 12. citans pro contraria octo Doctores. Dianam 2. *part. tract.* 14. *resol.* 63. ajentes esse humanum præceptum latum ab Apostolo dicente: *probet autem seipsum homo*.

Nec dicas esse præceptum Apostoli, non Christi Domini, ex Trid. *loc. cit. cap.* 7. ibi: *revocandum est in memoriam ejus præceptum.*

1090 Præceptū Apostoli Christi Domini est.

Nam dicitur Pauli tanquam promulgatoris præcepti, sicuti dicitur lex Moysis à Christo Domino, ibi: *nonnè Moyses dedit vobis legem*, cùm tamen lex Dei sit à Moyse promulgata.

Du-

(24) Tenetur elicere contritionem, aliter graviter peccabit. Nam illi contritio non est impossibilis. Vide Doctores de hac re fusè agentes, itemque in materia de Gratia, & libero arbitrio: Itaque contritio est in nostra potestate, posito Divino auxilio, quod semper est paratum ad eam eliciendum. Octavius à S. Joseph *tom.* 1. *tit.* 34. *num.* 244.

Dubitans se habere lethalia, an teneatur confiteri.

1091 Dubitās habere lethalia teneatur confiteri.

PEndet ex illa controversia inter Doctores satis controversa. An peccata dubia sint confitenda: & obtinuit plures negativa cum Henriq. *lib.8.cap.45.num.3.* Granado *tract.10. qu.7.num.15.* Sà v. *Eucharistia num.23.* Navar. dicens probabile *cap.21. nu.34.* Aliì affirmant, & rectiùs, ut cùm de *Pœnitentia.*

An necessitate coactus ad communicandum, carens Confessario, teneatur conteri?

1092 In necessitate carens Confessario tenetur conteri.

AFfirma: Laicus ante communionem, Sacerdos ante consecrationem. Lugo *disp. 14.n.134.* Arriaga *tom.7.disp 46.n.34.* Aversa *de Euchar.q.8.sect.7.§.3.* Quam cōtritionem elicere non tenetur ritè confessus de oblitis, vel de omissis ex justa causa, quia satisfecit præcepto, se confitendo ante receptionem Eucharistiæ, Granadus *tr.10. disp.7. num.14.* Diana *part.5. tract.13.resol.5.* Arriaga *tom.7.disp.46.num.34* negans etiam teneri de oblito confiteri ante communionem, quia satis se disposuit ad communionem valida confessione. De qua sententia discutio in *Anacephaleosi tit. 14.* Aversa *loc.cit. §.a. recti, & §.quare.*

Quando contritus non confessus communicari valeat?

1093 Cùm adsit necessitas communicandi, & desit copia Cōfessarii, tunc contritus nū confessus cōmunicare valet.

QUoties concurrunt duo. Primo, necessitas communicandi. Secundo, quando deest copia Confessarii. Trid. *sess.13. cap.7.* ibi: *modò non desit copia Confessoris, quòd si necessitate urgente, &c.* & *can. 11.* ibi: *habita copia Confessoris necessariò præmittendam esse confessionem Sacramentalem.* Duo ergo hujusmodi distinctè differenda. & sic Primo, quando dicatur deesse copia Confessarii. Secundo, quando dicatur adesse necessitatem communicandi.

Carentia Confessarii.

§. V.

1094 Carentia Confessarii verificatur, si desit ipse, aut multùm distet.

PRimo, dicitur Confessarii copia deesse, si desit Confessarius, vel distet, itaut nequeat sine gravi incommodo adiri, vel vocari, quam trium milliarium distantiam sufficere ait Canus *relect. de pœnitentia par. 5. §. ad tertium.* Urtiz *cap. 19. §. 5.* Vega v *Communio casu 14.* Tu verò prudenter rem expendas pensatis circumstantiis loci, temporis, scandali, personarum. Lugo *disp. 14. num.83.* Bonacina *disp. 4. quæst.6. puncto 1. num. 30.* Aversa *quæst.8. sect.6. § deindè.* Arriaga *tom.7. disp.46. num.12.* Vasqu. *disp. 208. cap.2.* Suar. *disp. 66. sect. 4.*

1095 Si præsens nolit audire confessionē.

Secundo, si præsens Confessarius nolit audire confessionem, vel careat jurisdictione, sit excommunicatus, irregularis, mutus, alieni idiomatis indigens interprete.

1096 Si timeatur à Confessario grave damnum inferri.

Tertio, si à Confessario timeat prudenter sibi, vel alteri grave damnum in vita, bonis, fama, puta si timeat à Confessario infamandum, sollicitandum, sigillum frangendum. Dicastillus *tract.2. disp.9. dub.61.num.102.* Aversa *qu.8. sect.6.§.certa.*

1097 Si sit pœnitenti inimicus.

Quarto, si Confessarius præsens sit inimicus pœnitenti. Philibertus *tract.3. part. 3. cap. 1. num.7.* Leander *disp.7.qu.30.*

Quinto, si Confessarius nequeat absolvere, quia pœnitens reservatis tenetur, & difficilis est Superioris præsentia, aditusve; tunc enim nequit à præsenti absolvi; & sic ità est ac si non esset. Lugo *disp.14. sect.3. num. 76.* plures apud Dianam *par.9.tr.2.resol.11.* 1098 Si nequeat absolvere à reservatis, & distet superior.

Sed si habeat reservata, & non reservata; tunc difficultas est an teneatur confiteri non reservata omissis reservatis, ut sic absolvatur directè à confessis, indirectè ab omissis. Arriaga *tom.7.disp.46. num.13. 15. 19.* Diana *par.2. tr.4. resol.104.* Palaus *par.1.tract.4.disp.4. puncto 2.§.6.* Leander *qu.36.* 1099 Habens reservata, & non reservata, an possit illa indirectè, ista directè absolvi?

At mihi placuit contritum communicari tanquam carentem Confessario, quia præceptum integrandæ confessionis est Divinum, & reservatio humana. Etsi Confessarios posset audire omnia, non potest ab homine prohiberi, ut absolvat integrè confessum, si potest absolvere à parte; plures apud Dianam, ajentes contritum non confessum posse communicare in tali casu, *par.3. tr.4.resol.194. par.9. tr.3. resol.11.* Hurtadus *disp.12. diffic.12.* Vasq. *disp. 208.cap.2.num.7.* Macadus *lib.4. part.1. tr.10. documento 7.* Ego putaverim inter difficultatum involucra tibi indigitandum principium satis notum, ex quo contra omnes novam, sed veram deprehendes Analyticam rei, & est: Concurrentibus duobus præceptis Divinum integritatis, humanum reservationis, & necessitate coactus debes operari, tunc videas cui obtemperandum. 1100 Et posse cōmunicare contritum, ut carens copia Confessarii Auctor assumit. 1101 Notandum Principium.

An dicatur carere copia Confessarii carens illo, quo cum devotiùs confitetur?

NEga: si habeat alios etiamsi cum illis tam devotè non confiteatur; imò assuefactio timorem, ac devotionem aufert, nam ponit confidentiam. Suar. *disp.66. sect.4.* Vasq. *disp.208. cap.1.* Lugo *disp.13.num.108.* Diana *par.9.tr.3. resol.13.* contra Riccardum in 4. *dist.17. qu.6. art.3.* Sylvestrum v. *Eucharistia.3.quæst.14.* Armillam v. *Communio in fine.* Azorium *to.1. lib.1. cap.31. qu.8.* Philibertum *tract. de Missa par.3. cap.1. num.7.* 1102 Si careat quis cū quo devotiùs cōfitetur, non dicitur carere Cōfessario

Necessitas communicandi.

§. VI.

EStex duplici fonte haurienda. Primo, ad evitandum malum suum, vel proximi. Secundo, ad acquirendum necessarium bonum suum, vel proximi. Arriaga *loc.cit.* 1103 Quādo quis est in necessitate communicandi.

Ex quibus primo dicitur in necessitate communicandi constitutus, si aliàs occidatur, dummodò id non redundet in opprobrium fidei, nisi celebret. Arriaga *loc. cit.* Busembaus 6. *Medulla tr.3. cap.2.dub.2.§.1.*

Secundo, si scandalum, vel infamia sequatur non communicando. Lugo *disp.14.nu.112.* Camerota *tr.4. cap.10. dub.13.* Arriaga *tom.7. disp.46.num.31.& 33.in fine.* Suar. *disp.66.sect.4.* Aversa *qu.8.sect.6. §. posset.* Bussembaus *loc.cit.* indè concludentes puellam posse dimidiare confessionem, si secus ex longa confessione infamaretur. 1104 Ad evitandum scandalum.

Tertio, si non communicando adesset periculum gravis admirationis aliorum, murmurationis, detractionis. Suar. *loc. cit.* Sylvest. v. *Eucharistia 1.§.7.* Corduba in *Summa q.142.* 1105 Et murmurationem.

Gra-

Granadus *tr.*10.*disp.*7. *num.*15. Dicastill. *tr.*4. *disp.*9. *dub.*6. *num.*54. dicens Religiosum posse contritum communicare, si deficiat Confessarius potens absolvere à reservatis, si secus sequeretur admiratio. Contra Coninck 3. *part. qu.*80.*art.*4.*num.*15. Reginaldum *lib.*29., *cap.*6. *num.* 105.

1106 Et incœpta Missa recordetur Sacerdos lethalis.

Quarto, si Sacerdos cœpta Missa recordetur lethalis, non debet cœptam Missam interrumpere confitendo; & sic potest pergere, etiamsi absque nota, aut scandalo confiteri possit. Henriquez *lib.*8. *cap.*46. *num.* 3. Dicastill. *tract.* 4. *disp.*9. *dub.*6. *num.*79. Sotus in 4.*dist.* 13. *qu.*2. *art.* 6. duodecim Doctores, quibus subscribit Leander *loc.cit.qu.*16. qui *qu.*17. idem dicit, si sit ad Altare, etiam Missa non incohata, & *qu.* 18. idem ait de laico ad linteum, etiamsi possit sine nota, noo teneri confiteri, & posse communicare contritum, quia noo decet recedere ab actione communicandi incohata. Henriq. *lib.*8. *cap.*46. *num.*3. Lublinus v. *Communio num.* 7. Diana *par.*3.*tract.*4.*resol.*77.& *par.*9.*tr.*3. *res.*8. citans sex Doctores, contra decem, & septem Doctores apud Leandrum *loc. cit.* Lugo *disp.* 54.*num.*113. Aversam *qu.*8.*sect.*6.§.*rursus.*

1017 Non infamatur, qui confitetur.

Sed mihi persuadere nequeo infamandum qui confitetur, si recedat à loco communionis, nonne ex scrupulis potest recedere. Et licuti non infamatur qui confitetur, ità occ qui à linteo proximè commuoicaturus confessionem petit. Imò malè vivens petens confessionem, reiotegratur in fama; ergo multò fortiùs non infamabitur, qui ex communione Confessarium petit.

1108 Ad dandum Viaticum infirmo.

Quinto, pro dando Viatico infirmo, deficiente Coofessario, dicitur constitutus in necessitate soccurrendi proximo. Suarius *disp.*66.*sect.*4. Lugo *disp.*14.*num.*107. Granadus *tract.* 10. *disp.*7. *num.*13. Tanderos *tom.*1.*disp.*5.*quæst.*8. *dub.*2. *num.*36. Diana *par.*9.*tr.*9. *resol.*17. Dicastillus *loc.cit.num.*92. Aversa *qu.*8.*sect.*6. §.4. Arriaga *tom.*7.*disp.*46. *num.* 29. Contra Ocagaviam *tr.* 20.*de Euchar.qu.*1.*num.*5.

Dices, nequit tunc celebrare sine vestibus sacris juris humani; ergo nec sine coofessiooe juris Divini.

Respondetur, in tali casu cessare Divinum præceptum confitendi, Trid.id declarante, non verò cessare preceptum celebrandi sine vestibus sacris. Et reverentia contritione obtineri valet, quæ nequit obtineri sine vestibus sacris. Insuper id factum est, ne vilescat tantum mysterium.

1109 In articulo mortis.

Sexto, necessitas communicandi in articulo mortis. Arriaga *tom.*7.*disp.*46.*num.*29.

1110 Necessitas celebrandi in Parocho die festivo.

Septimo, necessitas Parochi celebrandi in die festivo; nam Parochus ad id tenetur. Non enim tantùm debet curare nè peccet, sed etiam nè oves priventur fructu spirituali, aliàs posset Parochus die festivo primo manè celebrare, & abire se excusando, quòd oves noo peccent non interessentes sacro, quo carent. Insuper populi ægrè ferunt ooo audire Missam in die festivo; ergo etiamsi sine nota possit omittere, dicitur ex necessitate celebrare, oè oves careant sacro in die festivo. Suarez *disp.*66.*sect.*4. Heoriq.*lib.*1. *cap.*45.*num.*5. citans sex Doctores. Bonac.*disp.* 4. *qu.*6. *puncto* 1.*num.*23. Leand.*loc.cit.* *qu.*24. citana octo Doctores. Arriaga *to.*7.*disp.*46.*n.*32. contra Vasqu. *disp.* 208. *num.*8. Lugo *disp.*14. *num.*114.

1111 Sacerdos ut Missam audiat, aut in magno populi cócursu.

Octavo, etiam Sacerdos simplex, ut audiat Missam, ceteroquin omitteodam in festo, potest cootritus celebrare deficiente copia Confessarii, ut observet præceptum audiendi sacrum. Henriq. *lib.*8. *cap.*46. *num.* 5. citans sex Doctores. Toletus *lib.*2. *Summa cap.*25. Diana *par.*9. *tract.*3. *resol.*9. citans quinque Doctores, Leand *loc.cit.qu.*25. citans octo Doctores, qui *quæst.* 26. ait posse celebrare simplicem Sacerdotem, ut in die festo alii Missam audiant. Diana *loc.cit.* cootra Lugonem *loc.cit. nu.*215. quod in magno populi concursu, non verò ut uoua, vel alter Missam audiat, qui sibi imputare deberet sacro carere, concedit Arriaga *to.*7. *disp.*46. *num.*30. *in fine.*

1112 Necessitas communicandi in Paschate.

Nono, est necessitas communicandi in Paschate, ut impleatur præceptum secundum aliqoos Divinum communicandi ab Ecclesia determinatum. Paludanus in 4. *dist.*9. *q.*1. *art.*2. Toletus *lib.*2. *cap.*25. Lugo *disp.* 14. *num.*116. decem Doctores, quos dat Leander *loc.cit.qu.* 27. Arriaga *tom.*7. *disp.*46.*nu.*33. dicens etiam laicum posse tunc communicare. Contra Suarium *disp.*66. *sect.*4. Aversam *de Euchar. qu.*8. *sect.*6.§.6. citans undeciɱ Doctores.

1113 Ut suffragetur Animabus Purgatorii.

Decimo, ut suffragium detur animæ in Purgatorio valdè indigenti, Sacerdotem ex necessitate celebrare ait, post Sylvestrum v. *Eucharist.* 2.*n.*6. Henriq.*lib.*8.*cap.*46.*n.*6. Fagondez *lib.*3. *cap.*9. *num.*7. Philibertus *loc.cit.num.*3. Leand. *loc.cit.qu.*30. quibus rectiùs contradicont Suarez *disp.*66.*sect.*4. *in fine.* Bonac. *disp.*4.*quæst.*6. *puncto* 1. *num.* 26. Filliucc. *tract.* 4. *num.* 218. Aversa *de Euchar.qu.*18.*sect.*6.§.5.

1114 Quodque nõ probatur.

Idque quia si id verum esset, semper liceret celebrare pro Animabus Purgatorii graviter indigentibus, quæ ounquam desunt.

1115 Est in necessitate Sacerdos pauper celebrãs pro dãte stipem, vel Capellania.

Undecimo, dicitor ex necessitate celebrare Sacerdos pauper pro dante eleemosynam, vel qui tenetur jure Capellaniæ secundom Leandrum *tom.*2.*tract.*7.*disp.*7.*qu.*32. Henriq. *lib.*8. *cap.*46.*num.*6.

Quodque improbatur.

Contra quos rectiùs loquitur Booac. *loc. cit. num.*23. Philibertus *loc.cit.nu.*8. Diana *par.*9. *tract.*3.*resol.*13. Enim verò evaoesceret Tridentini dispositio, & laxaretur via celebrandi caroleoi lucro.

Hinc oon sufficit, nec dicitur ex oecessitate celebrare celebrans, nè amittat lucrum, & majorem gratiam spiritualem, quo ergo jure dicatur ex necessitate celebrare celebrans nè amittat lucrum temporale.

1116 Si speretur magnum juvamen spirituale.

Scio Leandrum *loc.cit. qu.*34. Sylvestrum v. *Eucharistia* 2.*nu.*9.*in fine* Fagundez *præcepto* 3. *lib.*3. *cap.*9. *num.*7. velle esse in necessitate lucri spiritualis, & sic posse deficiente copia Confessoris contritum communicare, si speret magnum juvamen contra peccata.

1117 Pro adimplendo voto, vel præcepto nõ licet contrito, non cõfesso cõmunicare.

Nequit pro expleoda obligatione voti, vel præcepti Superioris carens Confessario contritus commonicare, & celebrare; nam præceptum Superioris intelligitor si non existat in lethali, & salvis præceptis altioris potestatis. Arriaga *tom.*7.*disp.*46.*num.*33.

An necessitas sufficiens ut communicet contritus non confessus, sufficiat ut communicet etiam sine absolutione à censuris?

AFfirmat Vasqu. *disp.*208. *num.*13. Arriaga *disp.* 46. *num.* 20. contra Coninck *de pœ-*

1118 Eadem necessitas, quæ sufficit ad communicandum nō confessum, sufficit in eo qui non est absolutus a censuris.

nit. disp. 8. *num.* 107. ajentem majorem necessitatem requiri ad communicandum cum censura inabsoluta, quàm sine confessinne. Quod displicet, nam confessio est Juris Divini, prohibitin commonicandi in censurato contrito, & sine mortali est juris humani.

De Præcepto quamprimum confitendi.
§. VII.

1119 Qui nequit confiteri carentia Confessarii, quāprimum cōfiteri debet.

EX Trid. *sess.* 13. *cap.* 7. ibi: *quamprimum confiteatur*: ubi Sacerdos celebrans contritus nb necessitatem, & defectum Confessarii, tenetur qoamprimum confiteri.

1120 Est juris humani obligans sub mortali.

Quod præceptum est humanum, & non Divinum. Navar. *cap.* 2. *num.* 20. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 46. *num.* 35. contra Glossam in *cap. de homine. de celebratione Missarum*. Scotum in 4. *dist.* 9. *num.* 1. *ad* 2. obligat sub mortali. Suarez *disp.* 66. *sect.* 7. Hurtadus *disp.* 9. *de Euchar. diff.* 7. Sancius 32. *Selectarum num.* 12. contra Petrum Ledesmam in *Summa cap.* 71. Tamburinum *cap.* 1. *Methodi expedita communionis*, §. 6. *num.* 49. Villalobos *tr.* 7. *diffic.* 37. *num.* 7.

1121 Obligat tantùm Sacerdotes.

Obligat tantùm Sacerdotes, de qnibus inquitur Tridentinum, non laicos, cùm sit pœnale præceptum. Suar. *disp.* 66. *sect.* 7. Bonac. *disp.* 4. *qu.* 6. *puncto* 1. *num.* 17. Arriaga *loc. cit. num.* 38. Vasq. *disp.* 208. *num.* 23. Lugo *disp.* 14. *nu.* 138. Aversa *qu.* 8. *sect.* 7. §. 9. contra Sà v. *Communio num.* 5. Navar. *cap.* 2. *num.* 10. Fagundez *præcepto* 3. *lib.* 5. *cap.* 8.

1122 Non verò communicātem in die Parasceves.

Non comprehendit communicantem in die Parasceves, nam propriè nnn dicitur celebrare, nec est ordinaria celebratio, sed perrara, ad quam leges non se extendunt, cùm respiciant casns communiter accidentes. *l. nam ad ea, D. de legibus.* Lugo *disp.* 14. *n.* 138. contra Suarinm *disp.* 66. *sect.* 7. Aversam *qu.* 8. *sect.* 7. *in fine.*

1123 Nec celebrantem ex malitia absque necessitate.

Secundo, nec comprehendit celebrantem ex malitia sine necessitate, aut habentem copiam Confessarii, nec illum qui celebrando delinquit; nam Sacerdoti carenti Confessario necessitate coacto celebranti, non aliis, est impositum pœnale illud præceptum non extendendnm. Suaraz *loc. cit.* Arriaga *loc. cit. num.* 35. Aversa *loc. cit.* §. *ulterius.* Sancius 32. *Selectarum n.* 12. Granadus *tract.* 10. *de Eucharistia disp.* 7. *nu.* 15. Leand. *loc. cit.* citans novam Doctores *qu.* 50. & 51.

1124 Nec obligat dimediatè confessum, aut oblitum peccati in confessione.

Nec comprehendit dimidiatè ex causa confessum, vel oblitum peccati in confessione, nec bona fide perfecta communione reminiscentem peccati, nam ille revera confessus hìc non dicitur conscius peccati ex necessitate celebrasse. Arriaga *loc. cit. num.* 37. Aversa *loc. cit.* §. 6. post Bonac. *qu.* 6. *puncto* 1. *num.* 39. Nec comprehendit bona fide celebrantem, sed ante consecrationem recordatur peccati; nam hic tenetur conteri, sed non quamprimum confiteri. Idque ut onera restringantur. *cap. odia de reg. jur. in* 6. Et sic Tridentini verba sunt accipianda in plena significatinne de illo, qui ante inceptam Missam conscius peccati celebrat contritus carens copia Confessarii: & patet ex Rubricis in *cap. de defectibus dispositionis animæ*: ubi dicitur istum debere conteri cum proposito confitendi. Vasq. *disp.* 208. *num.* 19. Lugo *disp.* 14. *n.* 146. Aversa *loc. cit.* §. 7. citans prò sex, contra quinque Doctnres: est contra Arriagam *tom.* 7. *disp.* 46. *num.* 32.

Nec comprehenditur tali præcepto, qui præmissa confessione recordatur alicujus peccati, nam revera confessus est. Arriaga *loc. cit. nu.* 21. Tamburr. *loc. cit.* §. 8. Busembaus 6. *Medulla tr.* 3. *cap.* 2. *dub.* 2. *art.* 1. §. 6. qui dicit id pro scrupulosis servire. Contra Leanda. *loc. cit. qu.* 52. Aversa *loc. cit. sect.* 8. §. 2. *addendum*. Lugonem *disp.* 14. *num.* 126. 1125 Neque illum qui facta cōfessione alicujus peccati recordetur.

Ly *quamprimum* est idem ac statim finita Missa moraliter secundum Sancium 32. *Selectarum num.* 14. Suarinm *disp.* 66. *sect.* 7. Arriagam *loc. cit. num.* 39. (25) 1126 Quantum temporis includat ly *quamprimum*

Alii dicunt non esse idem quam primnm, ac statim, illicò, sed ac citò, citiùs, & sic posse tantisper differre ait Aversa *de Eucharist. qu.* 8. *sect.* 7. §. *sed neque*, & sic non teneri intra eandem diem, si possit sequenti intra triduum Confessarium invenire, non abs re docet Zanardus in *Directorio part.* 1. *tract. de Euchar. cap.* 7. Lugo *disp.* 14. *sect.* 7. *num.* 163. Diana *de celebrat. Missarum resol.* 60. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 46. *num.* 38. 1127 Intra triduū extendunt.

An ante sumtionem Eucharistiæ sit implenda pœnitentia Sacramentalis.

NEga. Abelly in *Medulla par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. §. 3. nam nullo jure id præcipitur. (26) 1128 Satisfactio non est implenda ante communionem.

De Effectibus Sacramenti Eucharistiæ.

CAPUT XI.

EXplicitis causis materiali, finali, effectiva, subjectiva, finalem, quæ continet effectus, edamus. Hoc namque omnium excellentissimum uberrimos, ac excellentissimos causat effectus. Trid. *sess.* 13. *cap.* 2.

De Gratia sanctificante.
§. I.
An causet per se primam Gratiam?

NEga: nam est vivorum, non mortuorum Sacramentum. Contra Lutherum, & Calvinum, ajentes primarium effectum esse gratiam reconciliationis, & remissionis lethalium; contra qnos Trident. *sess.* 13. *can.* 5. ibi: *si quis dixerit, vel præcipuum fructum Sanctissimæ Eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus provenire, anathema sit.* 1129 Eucharistia non causat per se primam gratiā

An hoc Sacramentum conferat augmentum gratiæ uberiùs, quàm ex aliis Sacramentis per conjunctionem ad Deum.

AFfirma: Concilium Florentinum in *Decreto Eugenii*, ibi: *hujus Sacramenti effectus, quem in anima operatur dignè sumentibus, est adunatio hominis ad Christum.* Concilium Trid. 1130 Cōfert augmentū gratiæ uberiùs, qoàm ex aliis Sacramentis.

(25) Inter Propositiones damnatas ab Alexandro VII. 15. Martii 1666. 38. est „ Mandatum Tridentini „ factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum „ peccato mortali, confitendi quāprimùm, est con„ silium non præceptum. 39. „ Illa particula *quam„ primum* intelligitur, cùm Sacerdos suo tempore „ confitebitur. „ Vide Auctorem in *Anacephalæosi tit.* 14. *à num.* 435. *ad* 452.

(26) Meritò itaque Alexander VIII. damnavit Propos. in ordine 22. „ Sacrilegi sunt judicandi, „ qui jus ad communionem pretendunt, antequam „ dignam de delictis pœnitentiam egerint.

Trident. *sess.13. cap.2. cap. firmiter. de Summa Trinit. & fide Catholica. cap. cum Martha. de celebratione Missarum.* Ludovicus Abelly in *Medulla Theologia par.2.tit.1.cap.4.sect.6. §. atque in primis.* Contra Armenos, dicentes prodesse corpori, non animæ, & contra alios apud Castrum *adversus hæreses, v. Eucharistia hæresi* 8.

Ly *per conjunctionem hominis ad Deum*, est ad differentiam gratiæ aliorum Sacramentorum aliò tendentium, sic gratia Confirmationis tendit ad resistendum impugnationibus contra Fidem.

Quando causet Gratiam?

An causet Gratiam quando est in ore?

1131 *Et gratiam causat dum manducatur, non quando est in ore.*

NEga: Arriaga *tom. 7. disp. 41. num.2.* Henaus *de Eucharistia disp.13.num.9.* Aversa *de Eucharistia qu.7. sect.4. §. secunda difficultas*, undecim Doctores, quibus subscribit Leander *tom.2.tr.7.disp.11.qu.13.* contra Vasq. *disp. 203.num.17.* Beccanum *de Sacramentis cap.22. qu.2. num.2.* Majorem in 4. *dist.2. qu.1.* Enim verò causat gratiam manducanti. Joannis 6. ibi: *qui manducat me, & ipse vivet propter me.* Mandocare autem propriè non dicitur, qui non trajicit cibum; Nec requiritur ut dentibus atteratur, ut patet in volatilibus, aliàs non diceretur jejunus os abluens, dentibus cibum conterens. Quod alienum est à veritate, nam ore gustare non est bibere, neque manducare. Matth.27. ibi: *cùm gustasset, noluit bibere.*

Hinc non recipit gratiam, qui receptam in os hostiam expuit, vel moritur antequam illam deglutiat. Corneus 3. *par. qu.79.disp.un. dub.2.* Leand. *loc.cit.qu.22.* Gabr. à S. Vinc. *de Eucharistia disp.13.qu.1.*

Sed major est difficultas:

An causet gratiam in ipsa deglutione, an transacto gutture, an quando stomachum primò devenit?

1132 *Atque cùm verificatur bibitum, comestum esse*

MIhi certum est causare gratiam, quando verificatur bibitum, comestum est; sivè id verificetur dum descendit ad stomachum, sivè transacto gutture, sivè ubi primò stomachum pertingit, quod incertum omninò.

Patet Joannis 6. v.52. ibi: *si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum.* Et v.55. *qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.* Mandocare autem non est manducasse, & consequenter quando consummatur actualis manducatio, gratia confertur, sicuti cibus naturalis, etiam vi attractionis nutrit, ubi manducatur. Suarez *disp. 63.* Lugo *disp.12.n.2.* Coninck *q.79.art.1.dub.2. num.27.* Henaus *disp.13. num.2.* Arriaga *to. 7. disp.41.num.3.§.communis*; rectè asserens *nu.4.* conferre gratiam, etiam si revocaretur ex stomacho, cum Dicastillo *tr.2.disp.8.dub.2. nu.19.* nam re vera fuit manducatum, ut dicitur Gallina manducasse intestinum, cujus extremitas pervenit ad stomachum, licèt extra os sit alia pars intestini, qua extracta extrahatur etiam quod devenit ad stomachum.

Non immoror in impugnandis illis præfigentibus terminum manducationis, ut sunt Suarez, & alii, ajentes verificari, quando transit gutturis superiorem terminum: vel requirentibus cibum pertingisse stomachum, ut Henriq. *lib.8. de Sacramentis cap.43. num.1.* Fagundez *de præceptis Ecclesiæ præcept. 3. lib.4.cap.1. num.3.* Diana *par.3.tr.6.ref.96.* licèt enim omnes probabiliter, nemo in hac re certè discurrit.

An Sacramentum causaret gratiam, si poneretur in stomachum sine manducatione miraculosè?

AFfirma: Lugo *disp. 12. num. 58.* Amicus *disp. 25. sect.7. num. 40.* Arriaga *loc. cit.* Leander *tract.7. disp. 11. qu.16.* Contra Suarez *disp.63. sect.7.* Coninck *qu.79. art.1.dub.2.n.43.* Raynaudum *in Candelabro septilustri art.4.cap. 4.num.2.* Henaum *disp.13. num.5.* Cibus enim nutrit etiam miraculo in stomachum receptos: & manducatio requiritur, ut nutriat naturaliter ad trajectionem cibi, non verò ut sit cibus, quo supernaturaliter posito ex se nutrit. 1133 *Eucharistia gratiam daret, etsi absque manducatione in stomachum poneretur.*

An tantùm pro primo instanti, non pro toto tempore, quo permanet in stomacho causet gratiam, sivè ponatur, sivè desit major dispositio?

AFfirma: D.Tho. 3. *par.qu.80. art. 8. ad 1.* Vasq. *disp.203. cap.2.* Bonac. *qu.4. de Eucharistia puncto 2.* Tanderus *disp.5. qu.7. dub.2.* Hurtadus *disp.8. difficultate 1.* Arriaga *tom. 7. disp. 41. num. 9. & 11.* Henaus *de Eucharistia disp.13.num.6.* contra Cajetanum 3. *par. qu.79. art.2.* Suarium *disp.63.sect.7.* Lugonem *loc.cit. sect.2.* Aversam *de Eucharistia qu.7. sect.4. §.3. denique*, ajentes dari majorem gratiam perfecta dispositione majori. Gabrielem à S. Vinc. *de Eucharistia disp.13.qu.1.* 1134 *Et pro primo instanti gratiam causat dum est in stomacho*

Probatur primo, quia cibus iste Divinus digestione non indiget, & sic illicò operatur quantum potest, aliàs debilioris stomachi majorem gratiam reciperet, & pium esset recipere grandiorem, vel plures hostias, quod est damnatum ab Inquisitione. Henriq. *lib.8. cap. 43. §.2.*

Probatur secundo, quia certum est causare gratiam, ubi valet dici *manducatum est*, Joannis 6. & incertum omnino si toto tempore continuato causet, & sic non debet dici pro continuatione temporis causare, nam sine auctoritate, & ratione non debet nova causalitas dari Sacramentis.

Nec ratio cibi aliquid suadet, nam sequeretur hoc Sacramentum causare gratiam postquam est transmutatum, & Christus Dominus recessit: sicuti cibus per Galenistas nutrit corrupta substantia cibi, & post varias conversiones chilificationis, humorificationis, sanguinificationis convertitur in substantiam aliti. Secundo, quia hic Divinus cibus non transmutatur, sed in se transmutat.

Sed quid:

Si accedat nova dispositio, an causet majorem gratiam ex opere operato?

NEga: Hurtadus *disp. 8. difficult. 2.* citans sex Doctores. Diana *par.4.tr.6. resol.96.* Dicastillus citans plures *tr. 4. disp. 3. num. 8.* Contra Aversam *loc.cit.* Gabr. à S.Vinc. *loc.cit.* Leandrum *loc.cit.qu.15.* 1135 *Nova dispositio nō causat majorem gratiam ex opere operato.*

Patet

Patet ex Apostolo 1.ad Corinth.11. *qui manducat, & bibit indignè, judicium sibi manducat, & bibit*. Non autem dicitur, qui manducat, & manducavit: qoamdiù autem est in stomacho dicitur manducasse; ergo qui manducavit non ponit obiçem gratiæ, aliàs judicium sibi manducaret, nt qui manducat indignè; ergo postqoam manducatum est gratiam ooo causat.

Secundo, omnia Sacramenta semel causant gratiam ubi primò recipiuotur; ergo etiam Eucharistia, quæ licèt sit Sacramentum permanens, tamen gratiam causat quando est in osu, ut rectè concludit Arriaga *loc.cit.*

Tertio suadetur, quia aova dispositio ooo est nova applicatio, & receptio Sacramenti, & Tridentinum ait dispositionem in receptione, non post, spectare ad Sacramenti gratiam.

Quarto probatur, quia indè fieret injuria laicis dimidiatam, vel parvam in pari dispositione dando hostiam. Fraudarentur enim gratiæ augmento à diuturniori duratione hostiæ percipiendæ, nec superstitiosns esset quærens majus gratiæ augmeotum, à pluribus particulis simul diuturniori duratione conferendum.

An, si quis sit in peccato voluntariè, vel invincibiliter ubi primum rccipit, at contritione peccatum tollat durante Christo Domino sub speciebus, consequatur Sacramenti gratia?

1136 Indignè cõmunicans, si conteratur durantibus speciebus in stomacho, gratiam nõ consequitur.

NEga: ità post Lugonem Arriaga *tom.7. disp.41.n.22.* quia Sacramentum hoc dum est in uin primò causat, quæ applicatio prima deest, com perseverantia alimenti non fit maoducatio.

1137 Sacerdos indignè sumẽs unam, contritum alteram speciẽ, in secunda gratiam reciperet.

Sacerdos verò sumens unam io peccato, sed seqoentem speciem contritus reciperet ex applicatione secuodam gratiam, qoia verificatur quod tunc comedat; idemque in laico recipieote socceffivè plures formulas, nam io ultima, non in prima recipit gratiam, si io ultima noo in prima inveniatur dispositus. Nec revivisсit gratiæ primæ, quæ non est amissa, sed collata tota per ultimam speciem, sicuti nec secuoda causat gratiam, si inveniatur caosata prima. Arriaga *loc.cit.num.*23.

Hinc solvitur:

An plures formulas successivè recipiens, recipiat gratiam in prima?

1138 Plures formulas recipiens, in prima gratiam recipit.

AFfirma: si non sit obex, & secunda sequens species non producit effectum, quem invenit tributum à prioa, sicuti causa formalis oon dat effectum jam tributum: & secundus gradus caloris ut uoum non calefacit subjectum, in quo invenit jam gradum caloris ut unum, ex effato. Simile noo agit in simile. Arriaga *loc.cit.* Aversa *de Eucharistia qu.7.sect.4.* Contra Bernal *lib.4. de Eucharistia cap.2. ad 4.* ajentem causari in sequenti manducatione. Contra Salmeronem *tom. 9. in Evangelio tract. 36.* ajentem partem gratiæ ab una, partem ab alia conferri.

An manducans indignè recedente obice accipiat gratiam?

1139 Indignè cõmunicans recedente obice gratiã recipit.

AFfirma cum D.Thoma, Serra, & aliis. Arriaga *tom.7.disp.41. num.16.* Contra Henaum *de Eucharistia disp.13. num. 9.* Aversam *de Eucharistia qu.7.sect.1.§.absolutè*; de quo suprà satis.

An conferat primam gratiam per se?

NEga: Trid.*sess.13.c.4.can.5.* D.Tho. 3.*par. qu.79.art.3.* cootra Lutherum. Vide supra num.1129.

An conferat primam gratiam per accidens?

AFfirma: D.Tho.in 4.*dist.22. qu.2. qq.2.* 3. *par. qu. 79. art.3. ad 2.* Suarez *disp. 62. sect.1.* Scotus in 4.*dist.9. quæst.1.* ubi Durandus *quæst.4. num.7.* Bonac. *disp.4. quæst.4. puncto 1.* Leander *loc.cit. quæst. 4 & 5.* Heoaus *disp.13. num.20.* citans quatuordecim Doctores. Aversa *de Eucharistia qu. 7. sect. 5. in fine*, & *sect. 1. §. affirmandum*, citans viginti septem Doctores. Contra D.Bonaventuram in 4.*dist.12.par.2. art.1. quæst. 2.* Vasq.*disp.205. cap.4.* Lugonem *disp.12. sect.1.* Villalobos *tom.1.tr.4.difficul.7. num.4.* Abelly *loc.cit. §. quærunt*. Meratium & alios. 1140 Primã gratiam per accidens conferre valet.

Probatur ex Trident. *sess.13.can.5.* damnante dicentem præcipuum fructom Sanctissimæ Eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex eo non alios effectus provenire; ergo Tridentinum supponit remissionem peccatorum esse effectum Sacramenti non præcipuum, oec solum: & loquitur de mortalibus, nam loquitur contra Lutherum, ajentem primarium effectum esse remissionem letnalium. Bellarminus *lib.4.de Eucharistia cap.18.* Quaodo autem tollit mortalia conferendo primam gratiam per accidens, verificatur remissionem letnalium esse effectum, sed non præcipuum, nec solum tanti Sacramenti, & verificatur etiam, quod det gratiam noo ponenti obicem. Trid. *sess.7. can.6. & 8.* Io quantum recipiens attritus potat se contritum, & sic aversum à peccato ponit majorem dispositionem pro Sacramentis vivorum, ac requiritur pro Sacramentis mortuorum, io quibus est satis attritio supernaturalis cognita, ut beoè Heoaus *de Eucharistia disp.13.num.11.*

Probatur ex Sancto Cyrillo io Joannem *cap. 17.* ibi: *non mortem solùm, verum etiam morbos omnes depellere*.

Bona ergo fide attritus supernaturaliter putans se contritum, vel ignorans se peccasse, vel existimans se absointum contritione illa putata, non caret peccato, sed vi tanti Sacrameoti deletur peccatum per accidens; Christus eoim Dominus, ut instituit pœnitentiam per se ad dandam primam gratiam, & per accidens ad illam aogendam, si ioveniat; ità instituit hoc Sacramentum ad augendam gratiam per se, & si illam non inveoiat ad conferendam primam supernatoraliter attrito potanti se contritum, in quo hoc Sacramentum excedit cibi significationem noo daotis vitam, nec semper augentis, at hoc Sacrameotum ex se semper habet augere, & etiam per accidens vitam conferre. Nec mirum, quia mortuus spiritualiter revivisсere valet ordinariis viribus gratiæ; oec tempore gratiæ deperditur, ut deperduntur vires naturales cibo reparandæ, à quo cibo naturali etiamsi esset ex ligno, non posset vita primo conferri.

An

An utraque species Panis, & Vini majorem conferat gratiam, quàm una.

1141 Eâdem gratiam recipit, qui unam, quam utrâque speciem sumit.

NEga: D.Tho. 3.*part. qu.* 80. *art.*12. *ad* 3. Suar. *disp.*63.*sect.*6. citans duodecim Doctores. Bellarminus *lib.*4.*cap.*23. Henriq. *lib.*8. *cap.* 44. referens sed aliter sententiam Patrum Tridentini, ac refertur à Lugone. Arriaga *to.*7. *disp.*42. *num.*20. citans triginta Doctores, quorum plerique ajunt de fide post Tridentinum. Aversa *disp.* 7. *sect.* 3. §.*dicendum tamen*, citans triginta unum Doctores. Concilium Moguntinum *can.* 32. licèt non universale addens pondus ait, nostram sententiam certam inter fideles. Sotus, qui interfuit Tridentino. Contra Vasquez *disp.* 205. *cap.*2. Lugonem *disp.*52. *sect.*3. *num.* 68. referens hanc fuisse mentem Patrum Tridentini, tunc non expressam, ad tollendam vociferandi occasionem hæreticis: sed gratis, & erroneè, ut rectè ostendit Arriaga *loc.cit.num.*9. contra Dianam *par.*5. *tract.*53.*resol.*29. Leandrum *tom.* 1. *tract.* 7. *disp.*11. *qu.* 25. citantem viginti quinque Doctores. Martinon *disp.* 34. *sect.*3. Bernal *disp.*41. *sect.*2. Henaus *de Eucharistia disp.* 53. *num.* 37. Ex quo volunt motum Clementem VI. ad concedandum Regi Galliæ communionem sub utraque specie certis festivitatibus ad gratiæ augmentum, teste Suario *disp.*63.*sect.*6. Cui satisfacit Arriaga *tom.*7.*disp.* 42. *n.*10. quia ob majorem devotionem in applicatione potarat majorem gratiã accipere, & subdit loqui meritò ex opere operantis. Est contra Lutherum ajentem sub utraque specie communicandum, ut major conferatur gratia.

Probatur primo, quia unum Sacramentum faciunt ambæ species simul unam significationem, atque eandem perfectam explicitè, quæ invenitur completa in una specie, ergo eandem gratiam ex alterutra, & ex utraque.

Nec facit disparitas Henai *loc. cit. num.* 38. ajentis diversam significationem in speciebus vini, ac panis. Species enim panis confirmant, vini letificant, nam diversa significatio non multiplicat gratiam, ut patet in unctionibus extremi Sacramenti. Et una gratia utrumque facit, ut infrà, & implicitè in alterutra habetur utriusque speciei significatio.

Probatur secundo, quia utraque species unum finem respicit, clarius applicans per modum unios, quod singulæ implicitè tacitè continent, & sic eandem gratiam simul, ac singulæ distributivè causant, ex principio: taciti, & expressi eadem est virtus.

Tertio probatur ex Canone *Ubi part.* 78. *de consecr. dist.* 2. ibi: *non enim quantitas visibilis in hoc æstimanda mysteria, sed virtus Sacramenti spiritualis.*

1142 Probatur ex Tridentino, quod afferatur, & interpretatur.

Quarto probatur ex Tridentino *sess.*21.*cap.*3. ibi: *quoad fructum attinet, nulla gratia ad salutem necessaria eos defraudari, qui unam speciem solam accipiunt*; ergo tantum gratiæ recipit qui unam, quàm qui utramque recipit speciem.

Nec te tueri vales per ly *nulla gratia ad salutem necessaria*, quasi altera specie detur augmantum gratiæ ad salutem non necessarium.

Nam nulla gratia hujus Sacramenti vivorum per se est necessaria ad salutem, nec sub una, nec sub utraque, nec sub alterutra specie. Florentinum §.*tertium est*, ibi: *digne sumentibus*. Trid. *sess.*13.*cap.*7.*can.*9.

Nec valet Concilium intelligi de necessitate præcepti; Primo, quia non adest præceptum, nec in Sacerdote, nec in laico assiduè communicandi. Secundo, quia præceptum non poterat reddere gratiam Sacramenti necessariam ad salutem, ut patet in illo, qui invincibiliter communicat in peccato, attritione naturali, vel hostia non consecrata. Implet enim tunc præceptum, gratiam non obtinet Sacramenti; ergo gratia non dicitur necessaria vi præcepti: ergo aliud Concilium voluit definire, quàm unius speciei communione, quàm præcepto satisfacera. (27)

Cum ergo Concilium non loquatur de gratia simpliciter necessaria, quæ est per se prima gratia, sed de gratia hujus Sacramenti, quæ per se est secunda, sequitur loqui de gratia necessaria ad majus meritum, & gloriam, in qua non defraudatur laicus: ergo laicus nullo gratiæ augmento privatur sub una specie communicans, quod habens Sacerdos communicans sub utraque.

1143 Laici non defraudantur privatione alterius speciei.

Accedit, Concilium definiens laicos non defraudari gratia necessaria hujus Sacramenti definire contra hæreticos, qui asserebant laicos defraudari augmento; ergo ait laicos non defraudari augmento gratiæ necessariæ ad majorem gloriam.

Idipsum convincit ratio Tridentini dicentis laicos non defraudari gratia, quia Christus Dominus est totus in qualibet specie: quæ ratio esset impertinens, si major gratia daretur ab utraque, quàm ab altera specie.

Ex qua ratione colligit Arriaga *tom.* 7. *disp.* 42. *num.*25. in triduo mortis Christi majorem gratiam ab utraque, quam ab alterutra collatam, quia in utraque non in alterutra totus sanguis namque à corpore fuit separatus.

Quinto probatur ex Arriaga *loc.cit. num.*17. quia non credendum Christum Dominum pro omnibus mortuum voluisse majorem Ecclesiæ partem laicorum communicantem sub una specia, voluisse defraudari specialibus utilissimis auxiliis ad expellendas tristitias spirituales hujus vitæ, quibus laici magis anguntur, diverberantur, quàm Sacerdotes.

Nec dicas, ergo omnes deberent recipere Ordines sacros, quia augmento illius gratiæ magis juvarentur in via salutis; Nam gratia Ordinis est ad succurrendum non omnibus hominibus, sed tantùm necessitatibus Ordinatorum, & consequenter illis tantùm succurrendum gratia Sacramentali, ut de auxiliis gratiæ Sacramenti Matrimonii dicitur. At necessitates, tristitias hujus vitæ, omnes maximè laici sentiunt; ergo omnes deberent utramque speciem recipera, vel majorem suæ Ecclesiæ partem, dicendum Christum deseruisse angustiis jactatam, nec consuluisse tam profiguis auxiliis, quod alienissimum est à Divina amante Bonitate. Et non de solis Sacerdotibus, sed de tota Ecclesia concinimus:

Dedit fragilibus corporis ferculum,
Dedit & tristibus sanguinis poculum.

Scilicet sub una specie eandem affluenter gra-

(27) Hic non implet præceptum in re: sed quia invincibiliter putat se illud implere, excusatur à peccato, transgressionis præcepti. Quòd si conscius rei deindè fieret, illud implere teneretur.

gratiam conferens juxtà mensoram majoris, aot minoris dispositionis.

Quid ergo operatur utraque species?

1144 Utraque species idem operantur. UNnum, & est, si non recipit gratiam à prima, recipit à secunda, nbi primum manducatur. Suar. *disp.*63. *sect.*4.

Dices, diversæ species habent diversam significationem, & fines; ergo debent geminam gratiam causare à geminis diversis speciebus significatam. Consequentia bona; nam signum debet habere rem significatam; ergo signum gratiæ gratiam significatam. Antecedens probatur, quia species panis ad roborandum, vini ad letificandum ordinantur. Psalmo 103. ibi; *Panis cor hominis confirmat, vinum letificat cor*, & canit Ecclesia:

Dedit fragilibus corporis ferculum,
Dedit & tristibus sanguinis poculum.

Respondetur primo, etiam diversas extremi Sacramenti unctiones, diversas significationes habere, & tamen gratiam non causant diversam, omittonturque frequenter duæ in feminis, & in viris urgente vitæ periculo.

Respondetur secundo, duas partiales illas significationes unam conflare per modum convivii, ut plures unctiones, plures particulæ, quæ licèt explicatiùs exprimant gratiam, eadem tamen significatio implicitè habetur in qualibet specie, & sic eadem virtus taciti, & expressi.

Accedit, ex parte rei significatæ significari eandem gratiam, nec plus est in una, quàm in altera specie in ordine ad rem significatam; licèt sit duplex signum ejusdem rei. Aversa *de Eucharistia qu.*3 *sect.*7.

Una ergo gratia omnia animi vulnera sanat, letificat, ac vivificat, corroboratque: & sicuti clarior diversa significatio non arguit diversam gratiam, ità nec distinctam. S. Paschalius *lib. de corpore Christi Domini cap.*14. ibi: *si ergo in figura unicum alimentum omnia præstabat, quanto magis ipsum Christi Corpus sanguine plenum unica specie sumptum omnia perficiet.*

Et paritas cibi est contra adversarios, quia cum pane sine potu homo moritur, & sic potus est simpliciter necessarius ad vitam naturalem; non sic Calix, quia gratia Sacramentalis ex una specie idem, ac ex utraque operatur, consolidando, reparando, letificando, &c.

Hinc solvitur:

An sit utilius recipere grandiorem, & pluras hostias?

1145 Non est utilius grandiorem, aut plures hostias recipere. NEga: *cap. ubi pars* 78. *de consecrat. dist.*2. D. Tho. *loc. cit. art.*7. Suarez *loc. cit.* Aversa *de Eucharistia qu.*7. *sect.*3. Vasqu. *disp.* 203. *num.*23. Hurtadus *disp.*8. *difficult.*2. Turrianos *centuria* 3. *dub.*29. Henriq. *lib.*8. *cap.*43. *num.*2. Contra Leandrum *loc. cit. qu.*20. affirmantem causare majorem gratiam ratione majoris dispositionis, qui *quæst.* 21. ait non esse illicitum plures formulas dare, nisi satione periculi, & superstitionis circa valorem Sacramenti, quod absolutè optimè negat Henriq. *loc. cit.*

Hinc patet:

An recipiat gratiam indignè recipiens, & se conterens, dum adhuc durant species?

1146 Indignè cõmunicans, & cõterens durãtibus speciebus, gratiam recipit. V. n.1136. PEr nos recipit gratiam, quia reviviscit recedente obice. At negantes reviviscere, negant recuperare gratiam, ut Lugo *disp.* 12. *num.*62. Hurtadus *disp.*8. *difficult.*3.

Qui ergo ajunt conferre gratiam toto tempore, quo est in stomacho, affirmant contritum recipere gratiam cum Suario *disp.* 63. *sect.* 7. Leand. *loc. cit. qu.*18. qui *qu.*19. ait sub mortale debere conteri quamdiù durant species in stomacho, nè impediat gratiæ effectum.

An ad causandam gratiam requiratur actualis attentio, & devotio?

1147 Ad causandam gratiã Sacramenti, non requiritur actualis attentio, aut devotio. NEga D. Tho. 3. *par. qu.*76. *art.*8. *ad* 1. obi Serra, recedens ab opposita, quam docuerat in 4. *dist.*12. *qu.*2. *art.*1. *qq.*3. Arriaga *to.*7. *disp.*45. *num.*16. Suarez *disp.*63. *sect.*3. Vasqu. *disp.* 206. Lugo *disp.* 14. *sect.* 3. Bonac. *disp.* 4. *quæst.*5. *puncto* 1. *num.*3. Aversa *de Eucharistia qu.*7. *sect.* 5. citans tresdecim Doctores, & ut probabiliùs defendit Leander *tom.* 2. *tract.* 7. *disp.*11. *qu.*1. Gabr. à S. Vinc. *de Eucharistia disp.* 12. *q* 2. *in fine*, contra requirentes actualem devotionem. Alenlem *par.*4. *quæst.*10 *membro* 8. *art.*3. §.2. D. Bonaventuram in 4. *dist.*12. *qu.*2. Durandum in 4. *dist.* 12. *qu.*4. *ad* 2. Cajetanum 3. *par. qu.*79. *art.*1. Sylvestrum v. *Eucharistia in fine*. Contra Marsilium in 4. *qu.*6. *art.*4. requirentem nè sit in actuali veniali communicans, ut recipiat gratiam.

Patet quia nulla oppositio est inter gratiam sanctificantem, & carentiam devotionis, aut peccatum veniale ex natura rei, vel Divina institutione, quam non assignant.

Tertio, quia ad causandam gratiam satis est si deiit mortale. Apostolus 1. ad Corint. 11. Trid. *sess.*13. *cap.*7. Et peccatum veoiale, aut actualis devotionis carentia, gratiæ conservationem, & aogmentum non tollit vi Sacramenti.

1148 Olim Eucharistia infantibus dabatur. Quarto patet non requiri actualem devotionem, & attentionem, quia quondam Sacramentum hoc infantibus ministrabatur. Trid. *sess.*21. *cap.*4.

Certum autem est istum minorem gratiam recipere, nam sicuti magis dispositus majorem gratiam, & minus dispositus minorem recipit.

Dices, plores Sacerdotes quotidiè communicantes semper tepidi, & magis in sequentibus, quàm in celebratione primæ Missæ; ergo angmentum gratiæ quotidie non recipiunt. Si enim ex consortio cum Deo indevoti gratiam reciperent, illominati illuminarent, igoiti accenderent Divino amore nniversum, cùm nesciat tarda molimina Spiritus Sancti gratia.

Respondetur non parum succumbere inter undique invadentes tentationes assiduas; undique namqoe diabolos tendit laqueos, urget undique mundus, inter quæ non parum subsidii ex hoc Sacramento, si non sordescat lethaliter, & spiritus sauciatus non depereat.

Dices secundo, Sacramentum hoc operatur per modum cibi. Trident. *sess.*13. *cap.*2. At cibus non nutrit, nisi cooperetur nutriendus; ergo hoc Sacramentum nisi recipiens cooperatur actuali devotione, tanquam actuali calore.

Re-

Respondetur ex sæpè dictis, non univocè hoc Sacramentum cum cibo convenire, nam cibus naturalis etiam magis dilectus nocet, non sic Eucharistia.

1149 Cibus naturalis convertitur in substantiam aliti non sic Eucharistia. Secundo, disparitas est, quia naturalis cibus convertendus in substantiam aliti, debet transmutari, & sic qui alimentum suscipit, deberet agere in cibum, introducendo propriam formam; non sic Divinus iste cibus, qui non convertitur, sed in se convertit creaturam metaphoricè. Trid. *sess.* 13. *cap.* 2.

Verùm tamen est, indevotum, distractum, licèt gratiam sanctificantem recipiat, non fœcundari ineffabili Salvatoris dulcedine, nec refectione actuali, quibus bonis solent abundare devotè accedentes. D.Tho. 3. *par. qu.* 79. *art.* 8.

Hinc solvitur:

An gratia impediatur, si ex fine venialiter malo quis recipiat Eucharistiam?

1150 Gratia hujus Sacramenti non impeditur à fine venialiter malo. NEga: nam peccatum veniale non est obex gratiæ sanctificantis, & sic non impeditur gratia Sacramentalis à vanagloria levi, qua quis movetur ad communicandum. Henriq. *lib.* 8. *cap.* 45. *num.* 2. Gaspar Hurtadus *disp.* 8. *diffic.* 3. Tander. *disp.* 5. *qu.* 8. *lib.* 3. *nu.* 62. Lugo *disp.* 15. *de penit. sect.* 9. *num.* 189. Ripalda *de ente supernaturali tom.* 1. *disp.* 50. *sect.* 2. *num.* 101. Henans *de Eucharistia disp.* 13. *num.* 46. Villalobos *tom.* 1. *tract.* 7. *diffic.* 30. *num.* 1. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. qu.* 2. *in fine.*

De Effectu Remissionis peccatorum.

§. II.

DUo sunt hìc discutienda. Primo de venialibus. Secundo de mortalibus.

An remittat venialia ex opere operato?

1151 Eucharistia remittit venialia ex opere operato. AFfirma: præcedente aliquo supernaturali dolore, ut in aliis etiam Sacramentis, ad quem dolorem hoc Sacramentum excitat. Trid. *sess.* 13. *cap.* 2. ibi: *Sacramentum Eucharistiæ sumi tanquam antidotum, quo liberamur à culpis quotidianis. cap. literarum. de consecr. dist.* 2. Catechismus Romanus *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 50. S.Tho: 3. *par. quæst.* 79. *art.* 4. *in corpore*, ibi: *competit huic Sacramento, ut remittat peccata venialia.* Granadus *controv.* 6. *tr.* 9. *disp.* 5. *num.* 5. Durandus in 4. *dist.* 12. *qu.* 4. Lugo *disp.* 12. *n.* 83. Arriaga *loc. cit.* Gabr. à S. Vinc. *de Euch. disp.* 13. *qu.* 2. Isambertus 3. *par. qu.* 79. *qu.* 1. *art.* 6. Abelly *loc. cit. §. quartus.* Contra Leandrum *loc. cit. qu.* 8. ajentem cum novem Doctoribus remitti venialia ex opere operato sine ullo recipientis actu.

An remittat mortalia?

1152 Mortalia tantùm per accidens. AFfirma: modo quo supra per accidens.

An præservet à mortalibus?

1153 Præservat à mortalibus. AFfirma: excitando actus amoris, spei, fidei, pietatis, quibus cooperantes, elongamur à malo. Psalmo 22. *Parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me.* Trid. *sess.* 13. *cap.* 2. ibi: *& à peccatis mortalibus præservamur.* S. Bernardus de Cœna Domini, ibi: *duo in nobis hoc Sacramentum operari, ut & sensum minuat in minimis, & in gravioribus tollat omninò consensum.* D.Tho. 3. *par. qu.* 79. *art.* 6. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 42. *num.* 31. Granad. *tract.* 9. *disp.* 4. *num.* 1. Abelly *loc. cit. §. quintus effectus.* Roborat enim, accendit, ac passionis signo munit, quo jam victi expavescunt dæmones.

De Effectu Remissionis pœnæ.

§. III.

CUm culpa etiam remittit pœnam. 1154 Remittit pœnam remissa culpa. *can. panem de Altari. can. cum omne. de consecr. dist.* 2. D.Tho. 3. *par. qu.* 79. *art.* 5. *in corpore.* Argentina in 4. *dist.* 12. *qu.* 3. *art.* 1. *conclus.* 1. duodecim Doctores apud Henaum *de Euchar. q.* 13. *num.* 54. *in fine*; licèt id neget Arriaga *tom.* 7. *disp.* 42. *num.* 32. vi Sacramenti.

An possit ut Sacramentum ex opere operato aliis prodesse?

NEga: licèt prosit ut *Sacrificium.* Est enim signum respectu suscipientis, & habet vim Analogicè convivii, tantùm recipienti proficuí. 1155 Ut Sacramentum aliis non prodest. S.Tho: 3. *par. qu.* 79. *art.* 7. *ad* 3. ibi: *non accrescit aliis aliquod juvamentum*; & in *cap.* 6. *Joannis lect.* 6. ibi: *non tamen prodest aliis si laicus sumat hoc Sacramentum, quantum est ex opere operato*; & ibi: *ex quo patet, quod laici sumentes Eucharistiam pro his, qui sunt in Purgatorio, errant.* & in 4. *dist.* 45. *q.* 2. *art.* 3. *qq.* 1. *ad* 3. ubi: *ut Sacrificium, non ut Sacramentum aliis prodest.* Cajet. *Opusc. tr.* 3. v. *Sacrificium igitur*, quatuordecim Doctores, quibus subscribit Henaus *disp.* 13. *n.* 54. *in fine.* Theophilus Raynaudus *tract. de errore populari*, & *tom.* 6. *tract.* 6. *de Communione pro mortuis*, ubi ait esse omnium SS.PP. Bardi *par.* 4. *in Bulla Cruciatæ tr.* 3. *cap.* 3. Aversa *de Eucharist. qu.* 7. *sect.* 2. *in fine.* Gabr. à S.Vinc. *de Euchar. disp.* 13. *qu.* 2. *§. quæres tertio.*

1156 Ex opere operantis defunctis prodesse potest. Cum hoc tamen stat ex opere operantis communio posse pro defunctis applicari.

Illuminat intellectum,

§. IV.

1157 Intellectum illuminat. DIvus Tho. *Opusc.* 58. *cap.* 1. ibi: *mel Corpus Christi dulce significat, hoc bonum est, quia tenebras mentis illuminat.* D. Ambrosius in *Psalmo* 118. *Sermone* 17. ibi: *Candor lucis æternæ illuminavit ejus mentem scientiæ fulgore cognitionis Divinæ. Et sic de hoc Sacramento verum Psalmo* 33. *accedite ad eum, & illuminamini*, ut ibi observat Lorinus. Hoc namque Sacramentũ continet splendorem salutis æternæ, illuminat omnem hominem. Et sic verum illud Isaiæ *cap.* 56. ibi: *implebit splendoribus animam tuam.*

De Effectu Unionis hominis ad Deum.

§. V.

1158 Unit hominem ad Deũ. HOc Sacramentum specialiter habet ineffabiliter unire dignè, suscipientem Christo. Joannis 6. *in me manet, & ego in illo.* Florentinum *in Decreto Eugenii, §. tertium est*, ibi: *effectus, quem in anima operatur dignè sumentis, est coadunatio hominis ad Christum. can. Christus panis. can. quod est Christus. can. qui manducat. can. credere. can. commendavit. can. hoc Sacramentum. can. revera. §. ista autem esca. can.*

omnia, v. cum dignè. can. in Christo. de consecrat. dist. 2. D. Augustinus *lib. 7. Confessionum cap. 10* ibi: *manducabis me, nec tu mutabis me in te, sicuti cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me:*

Suscipiens enim Eucharistiam amans, reamatur specialiùs à Deo. Arriaga *tom. 7. disp. 42. num. 32.* Abelly *loc. cit. §. octavus effectus.*

An autem talis unio sit realis moralis?

1159 Est unio realis moralis.

AFfirmant Vasq. Suar. Lugo *disp. 12. sect. 5. num. 179.* Gabr. à S. Vinc. *de Eucharist. disp. 13. qu. 3.*

Perseverantia in Gratia.
§. VI.

1160 Facit perseverare in gratia, auxilia impetrãde.

ESt effectus hujus Sacramenti, quatenus impetrat auxilia, quibus correspondens perseverabit. Joan. 6. ibi: *si quis ex ipso manducaverit, non morietur.* Chrysostomus *hom. 61. ad populum,* ibi: *hic sanguis dæmones procul pellit.* Florent. *loc. cit.* Trid. *sess. 13. cap. 2.* Abelly *loc. cit. §. sextus effectus.*

Consequutio Æternæ Gloriæ.
§. VII.

1161 Et Æternam Gloriam cõsequimur.

ESt specialis effectus hujus Sacramenti, impetrando speciales gratias ad percurrendam viam mandatorum finaliter. Trid. *sess. 13. cap. 2.* Jo. 6. ibi: *qui manducat hunc panem, vivet in æternum;* & ibi: *qui manducat me, ipse vivet propter me.* Abelly *loc. cit.*

Resurrectio Corporis glorificati.
§. VIII.

1162 Efficit resurrectionẽ corporis glorificati.

ESt specialis effectus hujus Sacramenti. Joannis 6. ibi: *ego resuscitabo eum in novissimo die.* Et sic illi, qui dignè recipiunt Eucharistiam, vi unionis cum Christo, specialiter resurgent. Abelly *loc. cit. §. octavus.* Aversa *qu. 7. sect. 2. de Euchar.* Undè meritò tale Sacramentum dicitur pignus futuræ Gloriæ. Trid. *sess. 13. cap. 2.*

Moderatio fomitis, & cæterarum passionum.
§. IX.

1163 Fomitẽ moderatur, cæterasque passiones.

ESt specialis effectus hujus Sacramenti, augendo Caritatem, & applicando mentem ad Divina. S. Bernardus *Serm. de Cœna Domini,* ibi: *dum enim illud Sacramentum operatur in nobis, ut & sensum minuat in minimis, & in gravioribus peccatis tollat omninò consensum;* & ibi *moderare motus libidinis, iracundiæ.* S. Cyrillus *lib. 4. in Joannem c. 17.* ibi: *sedat enim cùm in nobis maneat Christus sævientem membrorum nostrorum legem: pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit, ægrotos curat, collisa reintegrat.* D. Tho. *loc. cit. art. 6. ad 3.* Abelly *loc. cit. §. tertius effectus.*

Est medicamentum Animæ, & Corporis.
§. X.

1164 Medetur Animæ, & Corpori.

HIc etiam effectus experientia constat, qua post receptum hoc Sacramentum, etiam moribundi vires recuperant, regulariter ad sensus redeunt vegetes, ut consulant animæ. S. Gregorius Nyssenus ad Catechumenos *cap. 37,* ibi: *salutare medicamentum veneni damnum, quod corpori fuerat inditum, per contrariam repellens affectionem.* S. Chrysologus *Sermone,* ibi: *audiant Christiani, qui quotidie Corpus Christi attingũt, quantam de ipso Corpore sumere possunt medicinam, quando mulier totam rapuit de sola Christi fimbria sanitatem;* apud Engelgrave *par. 2. Emblematum, emblemate 30. §. 6.* Abelly *loc. cit. §. tertius effectus.*

Effectus Cibi.
§. XI.

HOc Sacramentum habet omnes cibi effectus, substentando, augendo, reparando, delectando, conservando, Florentin. *loc. cit.* Itaut in vita spirituali proportionaliter illos efficiat. Accenditur enim anima ad Deum cum spe salutis, unde dulcedo interior in corpus refusa: & sic de hoc verificatur Genesis 49. *pinguis est panis ejus, & præbebit delicias Regibus.* D. Tho. *3. par. qu. 79. art. 1. in corpore.* Arriaga *tom. 7. disp. 42. num. 25.* Suarez *disp. 63. sect. 9.* Catechismus Romanus *2. pars. cap. 4. num. 47.*

1165 Ut cibus Corpori, ità Eucharistia in Anima effectus operatur.

Undè Bernal *de Euchar. disp. 24. sect. 1. §. 1. & 2.* definit hanc Eucharistiam sic: est Sacramentum novæ legis reficiens animam instar alimoniæ; & Sotus in *4. dist. 8. qu. un. art. 1.* definit: est Sacramentum novæ legis, quo vita spiritualis nutritur.

Abjicit Dæmones à Domibus.
§. XII.

1166 Dæmones à domibus expellit.

HIc est etiam tanti Sacramenti effectus; D. Augustin. *lib. 22. de Civitate Dei cap. 8.* Nicephorus, Callistus *lib. 16. cap. 36.* Pachimeres *in Ecclesiastica Hierarchia Divi Dionysii Areopagitæ cap. 3.*

Ad gloriam Sanctissimæ Trinitatis satis, quæ nos illuminet assiduè, usquequo tantis constipati auxiliis, pertingamus nunquam desituram quietis, & felicitatis perennantem Beatitudinem.

De Sacrificio Missæ.

TITULUS VII.

1167 Sacrificium semper in supremum Dei dominiũ oblatum.

IN quocunque humanæ naturæ statu, sivè integræ, sivè lapsæ, sivè reparatæ, Sacrificio supremum Sanctissimæ Trinitatis dominium vitæ, & mortis recognitum; Nos, ut certum teramus iter. Primo de Sacrificio in communi. Secundo de Sacrificio Altaris, in quo Christus Dominus in hostia.

De Sacrificio in communi.

CAPUT I.

Quid sit?
§. I.

1168 Sacrificii publici definitio.

DEfinitur Sacrificium publicè institutum: *Est oblatio publicè constituta facta Deo in signum supremi dominii vitæ, & mortis.* Sivè: *Est signum publicè constitutum supremi Divini*

Do-

Dominii vitæ, & mortis oblatum. Gabriel in *can. Missæ lect.*2.

In signum supremi Dominii, indicat differentiam Sacrificii ab aliis oblationibus, non respicientibus Deum ut Dominum supremum vitæ, & mortis: sic decimæ, primitiæ, oblationes non sunt Sacrificium, quia non indicant Deum esse Dominum vitæ, & mortis.

Oblatio est genus ad cetera.

Ex quo constat ad essentiam Sacrificii ut sic, non esse necessariam rei sacrificatæ destructionem, vel mutationem; nam sine illa mutatione potest haberi ratio differentialis Sacrificii: verùm ut id penitùs dignoscatur, sit:

An de essentia Sacrificii sit destructio, vel immutatio rei oblatæ?

1169 Ad essentiã Sacrificii nõ requiritur destructio, vel immutatio rei oblatæ. NEga: Probatur, quia Sacrificium est signum ad placitum supremi dominii vitæ, & mortis, & subjectionis creaturæ respectu Dei, sed totum id haberi potest sine destructione, & immutatione rei. Igitur destructio, & immutatio rei non est de essentia Sacrificii. Major patet ex D. Augustino 10. *de Civitate Dei cap.*19. D. Tho. 2.2.*qu.*85.*art.*1. ibi: *offerens eas Deo in signum debitæ servitutis*. Suar. *tom.*3. *in* 3.*par. disp.*73.*sect.*1. *v. atque hoc*. Minor patet, quia recognoscere Deum Dominum vitæ, & mortis pendet ex cognitione, & affectu offerentis aliquid in recognitionem supremi dominii, quod non exigit rei immutationem; nam pendet ex libera ad placitum utentis impositione non coarctata, secùs non libera, sed necessaria esset signi, & significationis impositio. Arriaga *tom.*7. *disp.*49. *n.*21. *in fine*, & 20. citans D. Tho. 2.2.*qu.*85.*art.*2. *ad* 3. probans etiam, quia multa Sacrificia sine immutatione in usu fuerunt, sic Numerorum 5. Sacrificium Zolotipiæ sine immutatione. Erat enim oblatio decimæ partis farinæ hordei. Sic etiam Sacrificium panis propositionis erat sine immutatione. Levitici 24. & Levit. 21. ibi: *panes propositionis offerunt*; nec immutatio coctionis facta

1170 Panis propositionis erat Sacrificium sine immutatione. per Laicos ingrediebatur Sacrificium à Sacerdotibus tantùm faciendum: & non panis, sed pasta fuisset sacrificata, si immutatione coctionis sacrificabatur, ut gratis coctione immutari ait Vasqu. 3.*par. disp.*220. *cap.*3. *num.*28. & *disp.*222. *cap.*4. *num.*29.

Et fuga est dicere cum Lugo hic *sect.* 5. Henao, Panes illos non fuisse propriè sacrificatos; Nam Sacrificium, vocatur Levit. *cap.*24. *ver.*9. ibi: *eruntque Aaron, & filiorum ejus, ut comedant eos in loco sancto, quia Sanctum Sanctorum est de Sacrificiis Domini jure perpetuo*.

1171 Sacrificium Melchisedec nõ constat factum cum immutatione. Idem constat ex Sacrificio Melchisedech, ubi de mutatione non constat, nec satis clibano facta immutatio, secùs non Sacerdotes, sed pistores sacrificarent.

Nec D. Tho. 2.2. *qu.*85. *art.*3. *ad* 3. est in oppositum; nam ibi solùm dicitur Sacrificium proprium esse, quando res fit sacra benedicendo, comburendo, &c. intuitu supremi Divini dominii, quod essentialiter immutationem non exprimit.

1172 Communiter tamen requirunt essentialiter mutationem. Fateor communem esse in oppositum essentialiter mutationem rei sacrificatæ requirendo.

An in Sacrificiis jam Deo exhibitis, essentialis fuerit immutatio?

NEga: tantùm enim ex libertate instituentis signum pendebat. 1173 Et ista ex libertate instituentis, non ex natura rei.

An de facto Sacrificium cum immutatione institutum sit?

CErtum est potuisse institui cum immutatione, & sine immutatione; nam est signum ad placitum indicativum supremi dominii vitæ, & mortis, & sic pendens à libera voluntate Instituentis. 1174 Incertum an cum immutatione sit institutum.

Quonam autem modo ex istis institutum fuerit, sub Judice lis est; certumque in quibusdam immutationem, & in multis non fuisse immutationem, ut ex dictis constat.

Quæ mutatio requiratur?

QUibusdam placet immutatio physica destructiva: quibusdam immutatio moralis: quibusdam immutatio, quæ destructione, vel productione fiat in signum supremi dominii. Less. *lib.*2. *de justitia cap.*38. *dub.*2. *num.*14. Coninck 3. *par. qu.*83. *art.*1. *dub.* 1. *num.*15. & *dub.*5. *num.*96. Aversa *qu.* 11. *sect.* 4. *§. dicendum ex parte*. Arriaga *disp.* 50. *num.* 35. Granad. *controv.* 6. *de Eucharistia tract.* 14. *disp.* 3. *sect.*2. *num.*6. Contra Henaum *tom.*1. *de Sacrificio Missæ disp.*1. *sect.*1. *num.*7. motum, quia secùs homo generans posset dici sacrificare, cùm prodocat. Sed deviat, quia debet res prodoci in signum Divini supremi Dominii vitæ, & mortis. 1175 Alii physicã, alii moralē, immutationem requirunt.

Quotuplex sit Sacrificium?

§. II.

SAcrificium nomen analogum dividitur primo in proprium, seu strictè sumptum, & in latè, sive impropriè sumptum.

1176 Sacrificium dividitur in propriè. *Propriè sumptum*, est signum sensibile institutum in protestationem supremi dominii vitæ, & necis, & in professionem nostræ subjectionis erga Deum vitæ, & mortis auctorem. D. August. 10. *de Civitate cap.*5. ibi: *sacrum signum est*. D. Tho. 2.2. *qu.*85. *art.*3. Valent. 2.2. *disp.*6. *qu.* 4. *puncto* 1.

1177 Et impropriè sumptũ. *Latè, & impropriè sumptum*, est quicquid Divinum respicit cultum. Sic cor contritum dicitur Sacrificium, Psalm. 50. *Sacrificium Deo, spiritus contribulatus, cor contritum*. Sic laudis Sacrificium. Psalm. 46. *Sacrificium laudis honorificabit me*. D. Ambrosius *lib.*5. *epist.*40. Sic Oratio Sacrificium. Ad Hebræos *ult. offeramus hostiam laudis semper Deo*. Sic omne opus bonum Sacrificium. Ad Hebræos 13. ibi: *talibus enim hostiis promeretur Deus*. Ut est castigatio corporis. Ad Romanos 12. ibi: *corpora vestra hostiam sanctam Deo placentem*. D. August. 10. *de Civitate cap.*6. ibi: *verum sacrificium est omne opus bonum, quod agitur, ut sancta societate Deo inhæreamus*.

II. Dividitur proprium Sacrificium in Cruentum, & incruentum. Cruentum sanguinis effusione, Incruentum sine sanguinis effusione. 1178 In Cruentũ, & Incruentum.

III. Dividitur tripliciter. Primo in Imperfectum signans rem futuram, ut sacrificia legis veteris indicantia etiam Passionem Christi fu- 1179 Et Imperfectum,

Perfectum, Et Perfectissimum. turam. Secundum est Perfectissimum, ut Sacrificium Crucis, actu merens remissionem peccatorum, nec indicans aliud, & continet pretium Redemtionis infinitum. Tertium est Perfectum, quod offertur non ad acquirendum pretium, sed ad illud applicandum jam existens, ut Sacrificium Missæ; quod non efficit pretium, sed applicat meritum Redemtionis, qua ratione Sacrificium Missæ non derogat Sacrificio Crucis, sed applicat meritum infinitum Sacrificii Crucis.

1180 In propriũ absolutum, & relativũ. IV. Dividitur Sacrificium proprium in absolutum, & relativum; seù commemorativum. Absolutum non respicit aliud, ut Passio Christi Domini. Relativum respicit Passionem Christi Domini, ut Sacrificium Missæ. Vasqu. *3.par.disp.*220. *cap.*3. *num.*26. & *disp.*223.*cap.*3. *num.* 26. asserens absolutum, non commemorativum iminutandum.

1181 In publicũ, & privatum. V. Dividitur in publicum, & privatum. Privatum institutione privati dominii existebat. Poterat namque homo privatus privatum sibi instituere signum in recognitionem supremi Divini dominii vitæ, & mortis; non enim id implicat contradictionem. Publicum instituebatur à publica auctoritate, ut à Civitate, à Republica in signum subjectionis creaturæ respectu supremi domini, necis, & vitæ. D.Tho. 2.2.*qu.*85.*art.*1.*ad* 1. Lugo *disp.*10.*sect.*1.*nu.*10. Franciscus Lugo *lib.*5. *cap.*1.*qu.*2.*num.*13.Bernal *disp.*21.*sect.*7.*num.*43.

Privatum cum publico conveniebat in fine recognoscendi Divinam dominantem potentiam, sed disconveniebat primo ratione causæ instituentis, & ratione solemnitatis tota Republica offerente publicum per destinatum Ministrum Sacerdotem, quæ deficiebant in privato. 1.ad Corinthios 5. ibi: *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.*

1182 Ante legem scriptã fuere in usu Sacrificia privata. Quod Sacrificium privatum ante legem scriptam in usu fuisse, suadent Abelis *cap.*4. Genesis 5. Noè. Genesis 5. Abraham Sacrificia, quæ nõ poterant esse publica, deficiente Communitate: & tunc non erat Abel Caput familiæ, sicuti & multi alii, ad quod recurrit Arriaga, sed poterat esse Caput familiæ. Qua ratione quivis diceretur persona publica, quia potest esse Caput familiæ, etiam femina; quod alienum à veritate, nisi velis dicere Abelem sacrificasse Divino instructum præcepto, de quo nullibi constat.

Hæc ante legem scriptam; nam in lege scripta, & gratiæ Deus sacrificiis à se institutis coli vult, itaut amplius, nec Communitas, nec particularis instituere sacrificium valeat. 1.

1183 Communitas, aut particularis nõ valet Sacrificium instituere. ad Corinth. 5. ibi: *nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Et libro Levitici. Trident.*sess.*22.*cap.*1. Leo Papa *Sermone* 7.*de Passione*. Irenęus *lib.* 4. *contra hæreses cap.*32.

1184 Dividitur Sacrificiũ pro lege naturæ, scriptæ, & gratiæ. VI. Sacrificium dividitur ratione status, ut aliud in statu naturæ, aliud in lege scripta, aliud in lege gratiæ.

1185 Et in Propitiatorium. Satisfactoriũ, & Impetratorium. VII. Dividitur ratione effectus in propitiatorium, satisfactorium, impetratorium.

Propitiatorium pro peccatis, & reddebat Deum propitium, hoc est placabilem peccatori.

Satisfactorium satisfaciebat pro pœnis luendis. Impetratorium impetrabat beneficia.

Ac pro gratiarũ actione. Quartum erat pro gratiarum actione ob beneficia recepta, de quibus suis infrà locis.

Delibata divisione, alia percurramus.

An Sacrificium debeat esse sensibile externum?

1186 Sacrificium debet esse sensibile. AFfirma: Tridentinum *sess.* 22. *cap.* 1. ibi: *visibile sicut hominum natura exigit, relinquere, sacrificium.* Est enim signum hominis sensibilis, & sic sensibile. D. August. 5. *de Civitate cap.*5. *& lib.*10. *cap.* 5, *&* 6. ibi: *Sacrificium visibile, invisibilis Sacrificii sacrum signum est.* Et *cap.*19. ibi: *visibile Sacrificium.* D.Tho. 2.2.*qu.*85. *art.*1. Bernal *disp.*21. *sect.*8. *num.*47. Henaus *de Sacrificio Missæ disp.*1.*sect.*1.*num.*14. Bellarminus *lib.*1.*de Missa cap.*2.*v.*7. *diximus.*

An sit signum sensibile ad placitum?

1187 Et est signũ sensibile ad placitum. AFfirma. D.Tho.2.2.*qu.*85.*art.*1. D.August. *loc. cit. & epist.*49. Pendet enim ex Christi libera voluntate præscribentis tale signum, indigitans dominicam supremam potestatem vitæ, & mortis, & creaturarum subjectionem: sicuti si hominum placito institueretur, aut institutum quandoque fuit ab humana Republica.

Quid significet?

1188 Sacrificium significat supremum dominium in vitam, & necem. SIgnificat primo supremum Divinum dominium in vitam, & mortem. Secundo creaturæ subjectionem, quæ appellatur invisibile Sacrificium à D. August.5.*de Civitate c.*5. ibi *Sacrificium visibile, invisibilis Sacrificii signum.* Suarez *tom.*3.*disp.*73.

Finis Sacrificii.
§. III.

1189 Finis principalis Sacrificii est cultus Dei, ut supremus Dominus. EST colere Deum, ut supremum Dominum mortis, & vitæ, & exhibere creaturam ei subjectam, in quo differt ab Oratione respiciente Dei potentiam, valentem nobis succurrere petentibus auxilium: ab Adoratione, qua Deo subjicimur, ut excellentissimum bonum adoratione dignum: à Juramento, quo subjicimur Deo tanquam primam veritatem.

1190 Habet etiam fines minus principales. Finis tamen minus principalis est quidquid aliud Sacrificio intenditur, ut reddere Deum nobis placatum, benefactorem, condonatorem. Sic Sacrificium pro expiandis peccatis dicebatur Holocaustum pro peccato, sivè hostia pro peccato. Ad agendas gratias appellabatur Hostia pacifica; undè ex istis diversis finibus diversa sortiebantur nomina. Holocaustum, quia totum cremebatur in Dei honorem, resolvendo rem sacrificatam in vaporem. Holocaustum enim idem Græcè exprimit, ac *accendens totum incensum*. Hostia dicebatur pro peccato, si pars Sacrificii resolvebatur, pars cedebat in usum Sacerdotum. Dicta Hostia, quia in ostiis basilicæ mactabatur; vel quia mactabatur quando adversus hostes erat pergendum belligerantibus, & tunc Victima dicebatur, quia offerebatur pro victoria. Si verò sacrificabatur ad referendas gratias, dicebatur Sacrificium laudis, hostia pacifica, gratiarum actionis. Divus Tho.1.2. *qu.*102. *art.*3. & si aliquod à Deo imperandum erat, Impetratorium Sacrificium nominabatur.

Cui

Cui Sacrificium offerri valet?

1191 Tãtùm Deo offerri valet.

TAntùm Deo. Exodi 22. ibi: *qui immolat Diis occidatur.* Judicum 13. ibi: *si vis holocaustum facere, offer illud Domino.* 1. ad Corinth. 10. ibi: *gentes dæmoniis immolant, non Deo.* D. August. 8. *de Civit. cap.* 28. & *epist.* 43. ibi: *nonnisi uni Deo vero offerri debere.*

An autem possit Sacrificium offerri Christo Domino?

1192 Etiam Christo Domino offerri potest.

AFfirma: nam includit Divinitatem, ratione cujus possit recognosci ut supremus Dominos. Suarez *disp.* 53. *sect.* 4. Lugo *disp.* 43. *sect.* 2. *num.* 45. Averla *disp.* 25. *de Incarnatione sect.* 1. *v. nono dominum.* Martinon *disp.* 16. *sect.* 67. *num.* 24. Amicus *disp.* 23. *num.* 28. Arriaga *disp.* 51. *num.* 42. Heoaus *disp.* 16. *num.* 6. ajentes posse Christo, ut Deo, & homini Sacrificium offerri, itaut offeratus humanitati ratione Deitatis, cui unitur; ut offertur personis Divinis ob identitatem cum natura Divina domina vitæ, & mortis. Contra Vasqu. 3. *par. disp.* 109. *num.* 25. Meratium *disp.* 53. *de Incarnat. sect.* 2. dicentes posse adorari latria, non verò Sacrificium offerri; quia Sacrificium Divinæ dominationis supremæ est protestativum, quod creatæ naturæ non competit, latria autem fit in solum honorem, etiam rebus extrinsecis, & tactu, &c.

Humanitati tantùm Christi nullatenus offerendum, nam Christus ut homo est offerens ministerio Sacerdotis, & sic distinctus ab illo, cui offertur. Enim adorans in Sacrificio distingui debet à persona adorata. D. Tho. 2. 2. *qu.* 84.

Qui, & cujus virtutis sit actus?

1193 Sacrificium est actus latriæ.

ESt latriæ, & sic Religionis actus, consequenter soli Deo debitus. D. August. *lib.* 20. *contra Faustum cap.* 21. ibi: *sicut Sacrificium soli Deo offertur, ità ex Altare solum ad Divinum honorem erigi, quia nonnisi ad sacrificandum congruitur.* Et 10. *de Civit. cap.* 15. S. Tho. 2. 2. *qu.* 85. *art.* 2. Valentia 2. 2. *disp.* 6. *quæst.* 4. *puncto* 1. §. *etsi.* Busembaus 6. *Medullæ tract.* 2. *cap.* 3. Henaus *disp.* 1. *sect.* 2. *num.* 18. Soarez *tom.* 3. *in* 3. *par. disp.* 73. *sect.* 6. v. *ut autem.* Gabriel in *Canone Missæ lect.* 22 & 85.

Patet, quia Sacrificium antonomasticè appellatur Adoratio Dei. Genesis 22. ibi: *postquam adoraverimus, revertemur ad vos.* Joann. 4. Actuum 8.

An Sacrificium prosit Deo?

1194 Sacrificium nobis, non Deo prodest.

NEga: sed prodest homini. D. August. 10. *de Civit. cap.* 8. ibi: *quis enim ità desipiat, ut existimet aliquibus usibus Dei esse necessaria, quæ in Sacrificiis offeruntur, ne ipsa quidem justitia hominis Deum agere credendum esse, idque totum, quo rectè colitur Deus, hominique prodesse non Deo. Neque enim fonti se quisquam dixerit profuisse, si biberit, aut luci si viderit.* Psalm. 46. ibi: *numquid manducabo carnes taurorum, &c. Immola Deo Sacrificium laudis, &c. Invoca me in die afflictionis, invoca me in die tribulationis.* Igitur quantum in nobis est, Dei gloriam promoveamus, nobis non Deo profuturi.

An Sacrificia Deo sint grata?

AFfirma; Genesis 4. 8. 15. 22. sed in illis solùm non fidendum malè operantibus: 1195 Grata tamen Deo sunt.
bonis enim operibus etiam studendum. Psalm. 39. *Sacrificium, & oblationem noluisti.* Psalm. 50. *holocaustis non delectaberis.* Isaiæ 1. *sanguinem hircorum, & taurorum nolo.* Hieremiæ 7. Ezechiæ 20. Oseæ 6. ibi: *misericordiam volo, non sacrificium;* Enim verò cetera bona opera magis necessaria, licèt Sacrificium meliùs. Lactantius *lib.* 6. *de vero cultu cap.* 1. ibi: *nihil sancta, ac singularis illa majestas ab homine desiderat, nisi solam innocentiam, quam si quis obtulerit, satis piè religiosè litavit, homines neglecta justitia, cùm sint omnibus sceleribus inquinati, religioses se putant, si templa, & aras bestiarum sanguine cruentaverint.* Clemens Papa *lib.* 6. *Constitutionum cap.* 22. ibi: *recusabat Sacrificia Populi sæpè numero in eum peccantis, & existimantis eum Sacrificiis, & non pœnitentia placatum iri;* Ergo dicamus cum Davide: *si voluisset Sacrificium, dedissem utique, holocaustis non delectaberis, Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c. tunc acceptabis Sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta.*

In Sacrificiis quid Deo gratiùs productio, an destructio?

PRoductio, ut fumus incensi, ignis, &c. Levitici 1. ver. 13. ibi: *oblata omnia adolebit Sacerdos super Altare in holocaustum, & odorem suavissimum Domino.* Et *ver.* 17. *holocaustum est, & oblatio suavissimi odoris Domino.* Arriaga *tom.* 7. *disp.* 50. *num.* 29. *in fine.* 1196 Productio, non destructio gratiùs Deo.

Ex his ad Sacrificium Missæ convertamus orationem, à Christo Domino in ultima Cœna institutum. Trident. *sess.* 22. *cap.* 1. & 2. & *can.* 1. & 2.

De Sacrificio Missæ.

CAPUT II.

Undè nomen Missæ?

§. I.

VEtustissimum Missæ nomen, licèt hæreticis invisum, retinendum cum Concilio Carthaginensi II. *can.* 3. Concil. Carthag. IV. *can.* 84. Milevitano II. *can.* 12. Agathensi *can.* 21. & 47. ubi de loco, & tempore Missæ. *can. omnes de consecr. dist.* 1. S. August. *Serm.* 92. *de tempore,* ibi: *in lectione, quæ nobis in Missa legenda est.* Vasqu. *disp.* 225. *cap.* 1. De cujus antiquitate agunt Doctores triginta septem apud Henaum *disp.* 2. *num.* 4. 1197 Missæ nomen variæ interpretatur.

Missa dicta à *Missah*, Hebraicè indicat spontaneam oblationem, secundum Baron. *tom.* 1. *Annalium, anno* 34. *num.* 51. Navarrum *cap.* 25. *num.* 111. Marchinom *tract.* 3. *de Sacrificio Missæ cap.* 4. *num.* 3. Græcè dicitur Liturgia, vel Synaxia. Apud Latinos dicta Missa à mittendo Oblatio namque Sacrificii ad Deum mittebatur, & à Deo nobis effectus remittebantur, ut exprimitur in Canone, *Jube hæc perferri per manus Sancti Angeli tui in sublime Altare tuum.* Innocen. *lib.* 3. *de mysterio Missæ cap.* 12. Bellarmin. *lib.* 1. *de Missa cap.* 1. Caram. *Fundament. num.* 3496. Hogo *lib. de potestate Episcopi*

cap.

1198 A populi dimissione Missa dicta Vide Card. Bona *lib.* 1. *Rerum liturg. cap.* 1. §. 6. Nō est retinēda acceptio Missæ Gabrielis Alhaspinæi pro festo, aut ad festū congregati o, ut accipitur apud Septentrionales, & notat Du Gāge in Gloss. v. *Missa*. Nam isti nono, deinmove seculo Christo nomen dederunt, & ante fuit dicta Missa à S. Ambr. cit. & à S. Leone *Epist.* 88. ut notat Juvenin *de Sacrificio in principio.*

cap. 9. §. 1. *num.* 4. Petrus Cluniacensis *lib.* 2. *de Missa cap.* 28. vel dicta est Missa à dimissione populi; Enim verò bis populus dimittebatur, semel dimittebantur Catechumani, & dicebatur Missa Catechumenorum usque ad Offertorium ante oblationem. Concil. Carthagin. IV. *can.* 84. Gloss. in *can. Episcopus. de consecr. dist.* 12. D. August. *Sermone* 237. *de tempore*. Sequens appellabatur Missa Fidelium dimittendorum absolutis omnibus, indicaturque per ly *Ite Missa est*, hoc est ite, est tempus dimissionis, vel ite, jam ad Deum oblatio est missa, nec populus fidelis recedebat ante. Caramuel *loc. cit.* Sic antiquis absolutis Sacrificiis, exequiis, sacrificus clamabat *Ilicet*, hoc est abire licet. Pater Franciscus Pomey *libitinæ*, sivè *de funeribus cap.* 3. §. *reliquiarum collectio*, ibi: *quibus rite absolutis* (hoc est pompa funebri, inclusis reliquiis in urna, aspersa aqua lustrali) *Sacerdos idem ac Præfica solemni, ac novissimo illo verbo alta voce prolato* Ilicet, *idest ire licet, funebrem solvebant pompam, statimque recedebant omnes.* Virg. Æneidos. *lib.* 6. ibi

Ossaque lecta cado texit Chorineus aheno:
Idem ter socios pura circumtulit unda
Spargens rore levi, & ramo felicis olivæ;
Lustravitq; viros, dixitque novissima verba.

Aliqui emanasse volunt à Messia, scilicet Christo Domino, cui offertur.

1199 Tota actio Sacrificii Missa dicitur.

Modò tota actio unà appellatur Missa. S. Ambros. *lib.* 5. *epist.* 33. ibi: *Missam facere capi.* Henaus *de Sacrificio Missæ disp.* 2. *num.* 3. Isidorus *lib.* 2. *etymologiæ cap.* 19. Joann. Durandus *lib.* 2. *de Ritibus Ecclesiæ cap.* 1. Bonac. hic *disp.* 4. *qu. fin. puncto* 1. *num.* 1.

An in Missa sit verum Sacrificium?
§. II.

1200 In Missa est verum Sacrificium.

AFfirma: nam ut quivis status, ità status præsens gratiæ Ecclesiæ militantis non erat Sacrificiis orbandus: & ità suadet perpetua Ecclesiæ traditio in Missa offerri verum, & proprium Sacrificium. Nec erat signatè exprimendum in Evangelio; cùm exercita expressio sufficeret, ut fuit verum Sacrificium Christi Domini Crucifixi, ipsis fatentibus hæreticis, licèt Evangelium signatè non exprimat Christū Dominum se sacrificasse. Et ità decisum in Concilio Niceno *can.* 14. Carthagin. II. *can.* 4. Constantiensi *sess.* 8. Tridentin. *sess.* 22. *cap.* 1. & *sess.* 21. *cap.* 1. *cap. firmiter. de Summa Trinitate, & fide Catholica.* 1. ad Corinth. 10. ibi: *gentes dæmoniis immolant, & non Deo;* Igitur Sacerdotes Catholici Deo immolant in Missa, non dæmoni. Malachiæ 1. ibi: *magnum est enim nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda;* Quæ tantùm de Missæ Sacrificio verificantur. *can. illud.* 7. *qu.* 1. *can. ut illud. de consecr. dist.* 1.

1201 Est commemoratio Sacrificii cruenti.

Est ergo Sacrificium Missæ Commemoratio cruenti semel facti. Ad Hebræos 7. & simul est Sacrificium incruentum. Nec novum unum alterum respicere Sacrificium, ut patet in Sacrificiis legis naturæ, & scriptæ, exprimentibus Sacrificium Crucis. 1. ad Corinth. 10. ibi: *omnia in figura contingebant illis.*, & Sacrificium Abelis commemorationem egit Dominicę Passionis Adamo revelatę, & Abeli notificatæ. Genesis 4. S. Leo Papa *Serm.* 2. *de Nativitate*, ibi: *inter ipsa mundi primordia præsignavit, prænuncians serpenti futurum semen mulieris.* S. August. *lib. de mirabilibus Sacræ Scripturæ cap.* 5. & *lib.* 10. *de Civitate cap.* 5. D. Tho. 2. 2. *qu.* 102. *art.* 3. Ergo etiam Sacrificium Missæ poterit esse Sacrificium, & commemoratio Sacrificii: nec erit mera commemoratio, ut est commemoratio nativitatis, quæ non est nativitas, sed erit cōmemoratio practica, ut simul sacrificando commemoret: sic cognitio cognitionis est imago, & cognitio. Sic Immolatio Agni Paschalis apud Hebræos verum Sacrificium, & commemorativum primi Agni Paschalis in egressu ab Ægypto. Nec est novum, quem seipsum repræsentare sub diversa ratione, sic Rex triumphans representat se ipsum bellatorem.

Nec officit primo Sacrificium Passionis perfectissimum suo infinito merito absorbuisse cetera Sacrificia. Nam Christus Dominus in perpetuum SS. Trinitatis obsequium perpetuo Sacrificio voluit se immolari. Et sicuti Passio Christi Domini, Sacramenta, ità Sacrificia non tollit.

Nec officit 1. ad Hebræos 9. ibi: *Christus autem unam pro peccatis offerens hostiam.*

Nam intelligitur primo de Sacrificio cruento Crucis. Secundo de re principali oblata, quæ una est, sed multoties offertur diversificata ratione offerendi.

An Christus Dominus in ultima Cœna sacrificaverit?

AFfirma: ad Hebræos 7. ubi Christus Dominus est Sacerdos secundum ordinem Melchisedech offerentis panem, & vinum, quod non in Cruce, sed in Cœna gestum. Psal. 109. Trident. *sess.* 22. *cap.* 1. Illud in Cœna Sacrificium, licèt infiniti valoris, non fuit ordinatum ad redemtionem Christi Domini morte decretam. Quam mortem Christi Sacrificium esse, nec adnegant hæretici. Isaiæ 53. ibi: *oblatus est, quia ipse voluit.* Ad Romanos 8. ibi: *qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Ad Galatas 1. *tradidit semetipsum pro nobis.* 1202 Christo in ultima Cœna sacrificavit.

Quæ Cœna Domini fuit Sacrificium commemorativum Passionis Christi futuræ, sicuti nostra Passionis Christi præteritæ, per quæ corruunt hæreticorum figmenta, negantium Christum Dominum in Cœna sacrificasse. Tunc autem Apostoli communicarunt more laico, nam postea effecti Sacerdotes, quando eis dictum à Domino: *hoc facite in meam commemorationem.*

In quo consistat hoc Sacrificium?
§. III.

SAcrificium Missæ est consecratio oblata Corporis, & Sanguinis Christi Domini principaliter in signum supremi dominii vitæ, & mortis, commemorativum Passionis Christi Domini: ut autem cognoscamus in quo consistat, nobis proponimus sequens:

Principium:

SAcrificium certò institutum à Christo Domino, in illo debet poni essentialiter, quod certum est à Christo Domino factum. Cyprianus *epist.* 63. Patet, quia res certa non potest constitui à dubio, vel probabili constitutivo. Cùm enim constitutivum det esse, sitque idem ac 1203 In quo consistat inquiritur.

con-

constitutum: si dubium, vel probabile est constitutivum, dubium, vel probabile erit constitutum. Et consequenter omnia, quæ sunt dubia, vel probabilia à Christo Domino gesta non sunt hujus Sacrificii constitutiva. Ut nunc pedetentim attingamus essentiam Sacrificii, disquiramus:

In quo consistat Sacrificium?

1204 Plura includit Sacrificis. Sacrificium essentialiter includit. Primo rem Sacrificii. Secundo actionem, qua sacrificatur, quæ appellatur sacrificatio. Tertio, cui fit Sacrificium. Quarto Ministrum Sacrificantem.

Res Sacrificii.

1205 Quæ sit res Sacrificii. Est panis, & vini substantia, ut terminus à *quo* destruendus in Dei honorem, ut terminus *qui* principalis, est Christus Dominus, minus principalis, sunt species panis, & vini, reddentes sensibile Sacrificium. Trident. *sess.* 22. *cap.* 1. ibi: *Corpus, & Sanguinem suum sub speciebus panis, & vini*; & *cap.* 2. ibi: *ille Christus continetur, & incruentè immolatur. can. hoc est. de consecrat. dist.* 2. Suarea *tom.* 3. *in* 3. *par. disp.* 75. *sect.* 6. §. 2. *infero.* Aversa *de Sacrificio Missæ qu.* 11. *sect.* 3.

Igitur res Sacrificii ex tribus habetur, ex substantia panis, & vini, ut terminus *à quo* ex Christo Domino, ut terminus *ad quem* fit transubstantiatio, & ex speciebus Sacramentalibus reddentibus rem sacrificatam sensibilem. Trid. *sess.* 22. *cap.* 1. *can. hoc est. de consecr. dist.* 2. ibi: *Sacrificium Ecclesiæ duobus confici, duobus constare, visibili Sacramentorum specie, & invisibili Sacramentorum Carne, & Sanguine.* D. August. 17. *de Civit. cap.* 6. Tota ergo difficultas versatur, quænam sit illa actio essentialis, qua ista res dicitur sacrificari. Circa quod ex prajacto principio res facilè elucet, ut tamen distinctiùs aliorum opinamenta rejiciamus.

An oblatio in Offertorio sit Sacrificium?

1206 Oblatio in Offertorio non est Sacrificium. Nega: nam certò non constat, ut constare deberet à Christo Domino factam, estque tantùm Ecclesiæ statuto introducta, nec Christus Dominus in ea offertur, Alanus *lib.* 3. *de Sacramentis cap.* 18. Suar *tom.* 3. *disp.* 75. *sect.* 3. Vasqu. *disp.* 222. *cap.* 1. Hurtadus *de Sacrificio Missæ disp.* 6. *difficult.* 4. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 50. *num.* 5. 7. & 8. Henaus *disp.* 3. *num.* 1. Leand. *hic qu.* 11. Contra Scotum in 4. *dist.* 13. *qu.* 2. ibi: *respondeo, quod oblatio non pertinet ad rationem consecrationis, nec necessariò requiritur: quod offeratur; offertur enim hostia non consecrata, & tunc est Sacrificium, non Sacramentum.*

An Sacrificium consistat in oblatione facta post consecrationem, ibi: offerimus præclaræ Majestati tuæ, *&c.*

1207 Neque consistit in oblatione facta post Consecrationem. Nega: nam non constat à Christo Domino institutam, nec est facienda, si deprehenso vini defectu novum apponatur; nam illicò omissa illa oblatione post consecrationem sumitur; ergo non est illa oblatio sacrificativa. Arriaga *loc. cit.* Philibertus *tract.* 3. *de Sacrificio Missæ par.* 2. *cap.* 3. *num.* 12. Leand. *loc. cit. qu.* 12. citans septem Doctores. Contra tres Doctores apud Vasq. *disp.* 222. & alios quinque apud Suarez *disp.* 75. *sect.* 3. Ludovicum à S. Joanne *de Eucharistia qu.* 9. *art.* 2. *dub.* 1. *conclus.* 2.

Oblatio autem necessaria ad Sacrificium non est illa verbalis, sed ipsa exercita positio Christi Domini sub speciebus panis.

An consistat in fractione hostiæ?

1208 Neque in fractione Hostiæ. Nega: quia à Christo Domino non instituta, qui tantùm divisit ut distribueret Sacramentum, nec species Calicis dividuntur. Et in Liturgia S. Basilii non fit divisio. D. Tho. 3. *par. qu.* 83. *art.* 6. *ad* 6. Ubi licèt hæc sit mystica actio ab Ecclesia instituta, significans Christi Domini Passionem, *can. cum frangitur.* 37. *de consecr. dist.* 2. ubi Durandus *lib.* 4. *cap.* 51: tamen ejus fractionis omissio non redderet Sacrificium imperfectum, nec aliquod iterandum.

Imò in Rubrica *de defectibus num.* 10. si hostia non fracta cadat in Calicem, nihil est iterandum; ergo fractio non est essentialis sacrificio. Suarez 3. *par. disp.* 75. *sect.* 3. *v.* 5. *dicendum.* Lugo *disp.* 16. *num.* 40. Arriaga *loc. cit. num.* 10. *v. quarta conclusio.* Contra Canum *lib.* 12. *de locis Theologicis. cap.* 13. Valentiam *disp.* 6. *qu.* 9. *puncto* 1. §. 2.

An consistat in distributione à Sacerdote facta populo communicante?

1209 Nec in distributione populo facta. Nega: nam potest haberi Sacrificium, etiamsi populus non communicet. Trid. *sess.* 22. *cap.* 6. *can.* 8. & *can.* 1. Undè quando dicitur per manducationem etiam à Laicis factam, mortem Domini annunciari. 1. ad Corinth. 11. id non est, quia tunc sacrificatur, sed quia vult nos memores illius Passionis, cujùs Agnum immolatum sumimus. Trid. *sess.* 13. *cap.* 2.

An consistat in Communione Sacerdotis.

1210 Neque consistit in communione Sacerdotis. Nega. Primo ex *can. relatum.* 11. *de consecr. dist.* 2. ubi est participatio Sacrificii. Et 1. ad Corinth. 10. ibi: *qui edunt hostias, participes sunt Altaris: non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum*; ergo supponitur Sacrificium, quod participant.

II. Sacrificium essentialiter imbibit oblationem. Trid. *sess.* 22. ibi: *ut offerrent, præcepit*, qui autem sumit, non offert.

1211 Incertum an Christus sacrificando consumsisse. III. Patet, quia Christus sacrificavit, nec est certum consumsisse; ergo consumtio, licèt probabilis, nequit constituere certum Sacrificium. Antecedens suadetur, quia non constat consumsisse Scriptura, Traditione, definitione Sacrificii, & probabile esse non consumsisse docet Arriaga *loc. cit. num.* 13. & solvens argumenta, satis probabile ait Henaus *de Sacrificio Missæ disp.* 2. *sect.* 3. *num.* 25. & etiam probabile ait Suarez, oppositum dicens probabilius *tom.* 3. *disp.* 75. *sect.* 2. §. 6. Idque fortè ex eo, quia Christus Dominus non poterat Sacramenti effectum recipere, licèt id per accidens fore velit Suarez *tom.* 3. *disp.* 75. *sect.* 2. *in fine.* Ad quid enim frustrare vim Sacramenti, cujus effectus impediri scienter non debet; Dicitur ergo in Scriptura Christum Dominum manibus, non dicitur ore accepisse.

Nec obstat Lucæ 18. ibi: *non bibam de genimine*

1212 Objecta diluuntur. *mine vitis*: Nam plures Patres intelligunt de vino Cœnæ legali, non de vino consecrato. Videsis Maldonatum Matthæi 26. *ver.* 29. Nec mirum, nam Christus Dominus, nec de Sacrificio Crucis participavit, & ex multis Sacrificiis legis antiquæ non participabat Sacerdos, ut Holocaustum, quod totum resolvebatur. Et Melchisedech non consumsit panem. Genesis 14. & ex Sacrificio pro Sacerdote oblato, Sacerdos nihil sumebat.

Nec obstat *can. nec Moyses.* 87. *de consecr. dist.* 2. ubi videtur dici, quòd Christus se ipsum comedit; Nam ex eodem D. Hieronymo Oseæ *cap.* 11. Christus dedit eis esum Corporis. Quo sensu dicitur cibus, & conviva, quatenus convescebat, ut canit Ecclesia.

Convescens in edulium.

Ad quod non requiritur ut se ipsum, sed aliam ederit D. Tho. 3. *par. qu.* 79. *art.* 5. dicens habere rationem Sacrificii ut offertur, Sacramenti, ut sumitur. Arriaga *loc. cit. num.* 13. Leander dicens certissimum *q.* 54. Henaus *disp.* 3. *num.* 9. & 33. Contra Sotum in 4. *dist.* 13. *qu.* 2. *art.* 1. Escobar *tom.* 3. *lib.* 25. *sect.* 2. *problema* 7. Bellarmin. *lib.* 1. *de Missa cap. fin.* Crux in *Summa qu.* 1. *de Sacrificio Missæ* Gabr. à S. Vinc. *de Sacrific. Missæ disp.* 1. *qu.* 4.

Nec obstat D. August. 17. *de Civit. cap.* 5. & *epist.* 23. Nam solùm dicitur ibi sub speciebus panis esse Sacrificium, hoc est rem sacrificatam, de qua participant Christiani.

Nec officit Ecclesiam præcipere districtè sumtionem. Nam id est ut consumant Sacramentum participando rem sacrificatam, quæ est ad perfectionem accidentalem, ut ait D. Th. 3. *par. qu.* 83. *art.* 4. dicens sumtionem supponere, & consequi Sacrificium.

Dices cum Soto, & Gabr. à S. Vinc. *loc. cit.* consumtio quia destruit, non Consecratio representat Sacrificium Crucis; ergo consumtio, non Consecratio est essentialis Sacrificio.

Respondetur consumtionem supponere Sacrificium, nec representare passionem Christi, sed ex Ecclesiæ statuto ejus sepulturam.

An consistat in Consecratione, & Consumtione?

1213 Non in Consecratione, & Sumptione. NEga: nam Sacrificium certum, certis constare debet constitutivis; qualis non est consumtio incerta, an à Christo Domino facta fuerit. Contra Bellarmin. *lib.* 1. *de Eucharistia cap.* 27. Scortiam *lib.* 1. *de Sacrificio cap.* 5. Lugonem hìc *disp.* 49. *sect.* 5. Aversam *de Sacrificio Missæ qu.* 11. *sect.* 2. §. *tertia sententia.* Contra Henaum *disp.* 3. *num.* 61. Leand. *loc. cit. q.* 15. citantem decem, & novem Doctores, ajentes sumtionem integrare Sacrificium.

An Sacrificium consistat in Consecratione?

1214 Sacrificium in Consecratione consistit. AFfirma: *can. multi. can. Sacrificium dictum.* 1. *qu.* 1. Patet quia in illo actu reponenda est actio sacrificativa, quam certum est à Christo Domino factam, & non in illa, de qua non constat à Christo Domino factam, sed consecratio certum est, quod sit facta à Christo Domino, non verò consumtio; ergo in Consecratione reponenda est.

II. Quia potestas consecrandi per se respicit Sacrificium. Trid. *sess.* 23. *cap.* 1. & 4.

III. Quia in illa actione debet reponi Sacrificium, quæ competit Christo principali offerenti. Talis est consecratio, quæ fit in persona Christi principaliter, *Hoc est. Corpus meum*, &c. & non consumtio, quæ potest esse communis, etiam non Sacerdotibus. Et non fit in persona Christi, ut patet ex illis verbis: *Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat.*

IV. Ex *can. Sabbato. de consecr. dist.* 3. ubi dicitur in die Parasceve Sacramenta non celebrari, hoc est Sacrificium, & tamen tunc consumitur; ergo consumtio non est Sacrificium, sed erit Sacrificium Consecratio, qua ponitur, & offertur Christus Dominus sub speciebus panis, & vini. Trident. *sess.* 22. *cap.* 2. quæ Consecratio ratione verborum est sensibilis. Meratius *disp.* 36. *sect.* 4. Vasq. *disp.* 223. *cap.* 4. *num.* 31. & consequenter habet omnia requisita ad essentiam Sacrificii, cùm sit sensibilis, & in signum ad placitum Christi Domini, commemorativum Passionis Christi. Et ità docet D. Ambrosius Psalm. 38. Isidorus *lib.* 6. *etymologiarum cap.* 19. Magister in 4. *dist.* 13. S. Thom. 3. *part. qu.* 83. *art.* 4. Suarius *tom.* 3. *disp.* 75. *sect.* 4. §. *dico*, & *sect.* 5. citans novem Doctores. Busembaus 6. *Medullæ tract.* 2. *cap.* 3. Henaus *disp.* 3. *num.* 20. citans tresdecim Sanctos Patres. D. Bonavent. in 4. *dist.* 14. *art.* 1. *qu.* 4. Cyrillus Alexandrinus *Catechesi* 5. Caram. *Fundam. num.* 3512. Doctores decem, & septem, quos dat Leand. *loc. cit. qu.* 16. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 50. *num.* 37. alii tresdecim Doctores apud Aversam *de Sacrificio Missæ qu.* 11. *sect.* 2. §. *secunda sententia.*

Dices cum Nugno, actio præparans Sacrificium non est Sacrificium; actio consecrativa præparat Sacrificium: ergo non est Sacrificium. 1215 Objectionibus fit satis.

Respondetur dist. maj. præparans tantùm conc. præparans, & exercitè offerens, neg. Porrò actio consecrativa consecrando præparat, & offert, ac conficit Sacrificium. Enim verò producit rem, & offert in signum supremi dominii; Ex quo corruit, quidquid congerit Nugnus 3. *par. qu.* 83. *art.* 1. dicens rem indubiam. Ludovic. de S. Joanne *de Eucharist. qu.* 9. *art.* 2. *dub.* 1. *concl.* 1. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit.* dicens non posse eadem actione rem produci, & destrui. Ergo nec eadem Consecratione produci, & sacrificari, & sic destrui Christus Dominus potest. Nam primo non requiritur destructio in re sacrificata, sed satis est si ponatur in signum supremi dominii, & Passionis Christi. Et si destructionem velis, satis est destructio substantiæ panis, & vini, quæ eadem actione, qua Christus Dominus ponitur sub speciebus, verificatur. Ut enim supra dicebamus, satis est quævis immutatio sive destructiva, sivè productiva; Et in Sacrificio Missæ habetur desitio substantiæ panis, & vini, & Christi Domini reproductio. Aversa *de Sacramentis qu.* 11. *art.* 4. §. *dicendum.* Sed de hoc iterum:

Objicies secundo cum Soto, Gabr. à S. Vinc. Ludovico de S. Joann. In die Parasceve est verum Sacrificium sumtione solius hostiæ sine consecratione; ergo consecratio non est de essentia Sacrificii.

1216 In die Parasceve non adest Sacrificium. Respondetur negando antecedens; patet, quia deberet fieri sub utraque specie; & tunc consumitur una species, & consequenter esset mutilare Sacrificium, quod excedit Ecclesiæ potestatem. Non ergo in illa die fit Sacrificium, quia Ecclesia representat Christum mortuum, & sic in ejus persona non vult Sacerdotem consecran-

ſecrando loqui ; in propria autem perſona conſecrare non poſſet. Et ità docet D.Th.3.*par. qu.*83.*art.*2. *ad* 3. dicens non conſecrari, ne repreſentetur expreſſa Paſſio Chriſti; ergo Divus Tho. vult Conſecratione, non ſumtione Chriſtum morientem repreſentari ; Ergo non ſumtio , ſed Conſecratio eſt commemorativa Paſſionis Chriſti. Et ſic Hugo de S.Victore ait non ſacrificari in die Paraſceve *lib.* 3. *Miſcellaneorum cap.*43. ibi: *non ſacrificent amici, dum trucidant inimici.* Riccard.in 4.*diſt.*13.*art.*2.*qu.*2. Et ità non eſſe tunc ſacrificium , habes in *can. Sabbato* 13. *de conſecr.diſt.*3 . & docet Suar. *tomo* 3.*diſp.*72. *ſect.*4. §. *in confirmatione.* Averſa *qu.*11. *ſect.*2. §.*reſpondetur*, cum communi. Et certiſſimum dicit Leand.*loc.cit.qu.*30. Henaus *diſp.*3.*num.*15. & 35. dicens ideò tunc omitti illa verba , *Placeat tibi Sancta Trinitas* , *&c.* Gavantus in *rubr.Miſſæ par.*4.*tract.*9.*num.*20. Unde tunc fideles etiamſi dies feſtiva non tenentur intereſſe ſacro.

Dices III. In Conſecratione nulla immutatio rei ſacrificatæ; ergo nullum Sacrificium.

Reſpondetur primò ex dictis , in Sacrificio mutationem non requiri , ſatiſque ſit ſignum inſtitutum ad indicandum ſupremum dominium vitæ, & mortis.

1217 In Conſecratione adſunt mutationes tres.

Reſpondetur ſecundo. In Conſecratione adeſſe tres mutationes, una de non eſſe ad eſſe, altera de eſſe ad non eſſe . Panis tranſit de eſſe ad non eſſe , Chriſtus Dominus tranſit ex non eſſe ad eſſe ſub illis ſpeciebus : & tertia eſt ſpecierum , quæ ex inhærentibus remanent non inhærentes , quæ mutationes inductæ ſunt in ſignum ſupremi dominii ; & ſic ſufficiunt ad Sacrificium , ratione cujus non ſunt Sacrificium ceteræ mutationes , quæ non ſunt inductæ, nec conſtitutæ in ſignum ſupremi dominii .

Reſpondetur tertio, ipſam tranſubſtantiationem eſſe deperditivam ; nam ex ſe tendit ad ponendum Chriſtum Dominum hominem, ſed ſine functionibus humanis, eſtque productiva, ut tendens in Chriſtum Deum hominem , eſſe verò deperditivam , quia non ponit Chriſtum Dominum ſecundum omnia , quæ competunt, cùm ponat Chriſtum Dominum ſine extenſione locali, ſine functionibus humanis , quo jure dicitur deperditiva , & meritò ſacrificativa , immutativa.

Simplex ergo poſitio Chriſti Domini cum tali diminutione , ac deperditione in ſignum Divini ſupremi dominii optimè ſalvat rationem immutationis , & productionis in *re* producta , & ſic rationem communem Sacrificii oblati in ſignum ſupremi dominii , qua explicatione poſita, corruunt ſpontè coacervata contra ab Arriaga *tom.*7. *diſp.*50. & 53. & 31. ab Averſa *de Sacrific. Miſſæ qu.*11. *ſect.*4 ab Henao *diſp.*3.*num.*44. Bernal *diſp.*22.*ſect.*2. Gabriel à S. Vinc. *loc. cit.* ſcilicet Conſecrationem dare novum eſſe , & nihil tollere in Cœlo , & ſic non eſſe deſtruere primum , ſed producere de novo eſſe . Corruunt inquam , quia datur novum, ſed diminutum , & veluti deperditum eſſe , & ſic immutatum à primo eſſe vi actionis ſacrificativæ , quo ſenſu ſi loquatur , recipio Lugonem *diſp.* 19. *ſect.* 5. *num.* 65. Martinon *diſp.*38.*ſect.*1.*num.*7.

Non tamen placet aliquorum reſponſio dicentium immutationem conſiſtere , quia vi verborum deberet ſeparari Corpus à Sanguine, ut vult Leſſius *de perfectionibus Divinis lib.* 12. *num.*95. Nam revera non adeſt iſta ſeparatio , mutatio, mactatio, nec ovis, cui eſſet ſacrificata non occiſa, licèt ictu gladii poſſet occidi , ut rectè arguit Bellarmin.*tom.*2.*lib.*1.*de Miſſa cap.*27. Arriaga *loc. cit. num.* 28. poſt Lugon. & Tanderum .

Ex dictis ergo ſola Conſecratio eſt Sacrificium ; itaut Sacerdos conſecrans non conſumens, dicatur ſacrificaſſe . Sed

Cur debeat conſumere ?

1218 Conſumtio non ſpectat ad Sacrificii ſubſtãtiam , ſed requiritur de Jure Divino.

NOn quia id ſpectet ad Sacrificii ſubſtantiam, aut naturalem integritatem, ſed ex præcepto Divino, vel Eccleſiæ inſtituto, ut Sacrificium, & Sacramentum cedat in utilitatem ipſius Sacerdotis , ſaltem ità oſtendentis ſe diſpenſatorẽ illius, de quo participat. Trid.*ſeſſ.*13. *c.*8. ibi: *qui mos, tanquam ex traditione Apoſtolica deſcendens, jure, ac meritò retineri debet.* 1. ad Corinth.11. ibi: *qui edunt hoſtias, participes ſunt Altaris. can. relatum. de conſecr. diſt.*2. ibi: *quale Sacrificiũ, cujus nec ipſe ſacrificans particeps eſſe dignoſcitur.* Et ſic eſt immane ſacrilegium, ſi Sacerdos non conſumat Sacrificium. *can. comperimus. de conſecr. diſt.*2. *can. illud. can. nihil.*7. *q.*1. D.Tho.3.*par. qu.*82. *art.*4. Suarius hìc *diſp.*75. *ſect.*5. §.*quia potiùs.* Coninck *de Sacrificio Miſſæ qu.*83. *art.*1. *dub.*5. *num.*95. ajens id eſſe de ratione Sacramenti, non Sacrificii.

Sed difficultas eſt :

An hoc ſit Præceptum Divinum ?

1219 Sumtio non eſt Præcepti Divini ſecũdũ aliquos.

NEgant multi, quia Trident.*ſeſſ.*13. *cap.*8. ait id eſſe ex traditione Apoſtolica, & conſequenter humano præcepto. Major. in 4.*diſt.*9. *quæſt.*3. Et ut incertum relinquit Suar. *diſp.*75. *ſect.*5. Henaus *diſp.*3.*num.*55. v. *quapropter.* Granadus *to.*5. *controverſia* 6. *tract.*14.*diſp.*3.*ſect.*4. *num.*14. Dicaſtill. *tract.*5. *diſp.*1.*dub.*9. *nu.*163. Martinon *diſp.*38.*num.*60.

Eſſe Præcepti Divini alii aſſerũt.

At præceptum eſſe Divinum ait Averſa *qu.* 11. *ſect.*5. §.*adhuc.* Caram. *Fundam. num.*3512. Azor. *lib.*10. *cap.*19. *quæſt* 4. poſt D.Tho. 3.*par. qu.* 82. *art.* 4. licèt id non conſtet verbis , *hoc facite in meam commemorationem*, quæ de ſola Conſecratione verificari valent , itaut ſatis ſit conſumere alterutram ſpeciẽ, ut patet in noviter Ordinatis, conſumentibus tantùm panis ſpeciem. At id tantùm probabile ait Coninck *loc. cit. num.*102.

An debeat conſumere ex Sacrificio à ſe conſecrato ?

1220 Debet Sacerdos conſumere à ſe cõſecratum.

AFfirma , quia dicitur ejus particeps , quod præcipitur in *can. relatum . de conſecrat. diſt.*2. ibi : *quale Sacrificium , cujus nec ipſe ſacrificans particeps eſſe dignoſcitur . can. illud . can. nihil* 7.*quæſt.*1. & ſic nequit relicto proprio conſumere ex ſpeciebus ab alio conſecratis ; undè non poſſet ſumere aſſervata propria hoſtia ex particulis alterius . Idque tam ſeverè , ut ſi poſt Conſecrationem diſpareat , vel venenatam dignoſcat hoſtiam , debet aliam conſecrare , illamque ſumere ; ergo non ſatis eſt ſumere ex particulis ab alio conſecratis . Lugo *diſp.*19. *num.*76. Barboſa *de officio Parochi c.*20.

*num.*45. Henaus *disp.*3.*num.* 57. citans novem Doctores. Præpositus *qu.*85. *art.*1.*dub.*7.*nu.*50. Aversa hìc *qu.*11.*sect.*2.*v.*6.Leand.*loc.cit.qu.*22. Diana *par.*5.*tract.*13.*resol.*96.Contra Fagundez *præcepto* 1.*lib.*3.*cap.*40.*nu.*26. Ledesmam *par.*4. *qu.*24.*art.*2.*dub.*3. Bonac.*disp.*4.*quæst.fin. dub.*2. *num.*5. Henriq. *lib.*9. *cap.*9. §. 2. ajentes licere repooere à se coosecratam, & sumere ab alio consecratam, fortè fundatos licere alterutram consumere ex utraque à se consecratam,& hìc consumit speciem sanguinis à se consecratam, licèt reponat speciem panis; verificatur enim quod sit particeps Sacrificii.

1221 Sufficit partem suæ hostiæ sumere.

Satis tamen est ex specie panis partem aliquam consumere, sivè sit panis hostiæ magnæ, sivè sit alia tunc simul consecrata particula. Marchinus *tract.*4.*cap.*5.*qu.*3.

1222 Sacerdote deficiente alius consumere debet, poteftq; partem, aut aliā hostiam ei infirmo dare.

Si verò Sacerdos, qui consecravit, nequeat consumere, puta morbo correptus: tunc alius supplens partem sacrificii sibi sumere, partem infirmo dare debet, si desit alia hostia consecrata, ex Rubrica Missalis *tit. de defectibus*. §. 10.*num.*3. Henaus *disp.*3.*num.*57.contrà Tamburrinum *de communione cap.*6. ajentem ex eadem omninò hostia portionem infirmo dandam.

Ex quo duo colligo: Primum, consumtionem non spectare ad essentiam Sacrificii; nam ex Rubricis in isto casu alius consumere valet. Secundum,consecrantem debere consumere,sed idque non jure Divino certum,cùm Ecclesia in ista Rubrica permittat particulam ab alio consecratam, si adsit, posse dari consecranti impotenti consumere, ut observat Henaus *loc.cit.*

An ad essentiam hujus Sacrificii requiratur Consecratio utriusque speciei?

Distinguas: vel sermo est de possibili, vel de facto.

1223 De possibili nō est de essentia consecratio unius speciei.

De possibili, nega; nam satis est consecratio unius speciei in signum supremi dominii, nec aliqua implicantia est assignabilis,cùm in unius speciei consecratiooe omnia essentialia Sacrificio inveniantur, ut patet speculanti. Suar.*disp.* 75.*n.*6. Bellarmin. *lib.*1. *cap.*22. Lugo *disp.*19. *num.*18. Contra Vasq.*disp.*223.*cap.*7.

1224 De facto tamen requiritur essentialiter ad Sacrificium cōsecratio utriusque speciei.

Si sermo sit *de facto*, tunc utraque species requiruntur, nam explicatiùs Passio Christi exprimitur, & Sacrificii effectus confirmandi, ictificandi utraque specie explicatur, & institutio Christi, quæ nostra debet esse instructio. *can. semel.*51. *can.*52.*can.in Christo.*53. *de consecrat. dist.*2. 1.ad Corint.2.Trident.*sess.*23. *cap.*1. ibi. *sub earundem rerum symbolis*. D. Tho.3. *part. qu.*80.*art.*12.*ad* 3. Vasq. *disp.* 223. *cap.*4. Lugo *disp.*19.*art.*8. Suar. *disp.*75.*sect.*6. §.20. Arriaga *disp.*50. *num.* 41. Aversa *de Sacrificio Missæ qu.* 11.*sect.*5.§.*dico secundo*. Henaus *disp.*4.*num.*22. citans vigioti quinque Doctores. Leander *loc. cit. quæst.* 17. citans viginti Doctores. Contra Nugnum *loc.cit. art.* 1. *dub.*1. Cassalium *lib.* 1. *cap.*26. Ruard.*ar.*16. *Contra Lutherum*. Bonac. *disp.* 4. *quæst. fin. puncto* 2. *num.*2. Pitignan. in 4.*dist.*23.*qu.*2.*art.*3. Philibertum *tract.*3.*par.*2. *cap.*1.*num.*15. ajentes per unam speciem compleri Sacrificium, sic in die Parasceve consomtione uoius speciei Sacrificium perfici volunt, & si Consecrationem inspiciamus, una species continet quidquid utraque continet.

An sub una specie consecrari possit?

1225 Validè potest cōsecrari sub una specie.

Distinguas: vel validè, vel licitè. *Validè*, affirma; nam Christus Dominus consecrata specie paois, existit, & adoratur antequam species vini consecretur.

Licitè nequit nisi sub utraque specie.

Licitè, nega; cùm sit contra præceptum Ecclesiæ. *can.cum omne crimen. de consecr. dist.*2. Trident.*sess.*22. *cap.*1. Lucæ *cap.* 22. *can. nihil contra.* 7. *qu.*1. *can. relatum.* 11. *can. comperimus.*12.*de consecr.dist.* 2. D.Tho.3.*par.quæst.*74. *art.*1.*ad* 2. D.Cyprian.*epist.*63.*ad Cæcilium*.Arriaga *loc.cit.num.*13. (1)

Intelligas nisi ioadvertenter, vel ex post facto id accidat: puta si loco vini loveniatur aqua, vel acetum. Tunc enim defuit ob involuntarium defectum, & qualiter supplendum, infrà.

An validè data opera consecret sub una specie?

1226 Data opera validè consecrat sub una specie.

Affirma; nam non constat in isto casu Christum Dominum abstulisse potestatem consecrandi nequiter ageoti, & in Ecclesia cooservatur panis obvius solus consecratus à nequam Ministro. Arriaga *loc.cit. num.*45. Contra Lugonem *loc.cit.num.*103.

An consecrandum sit sub utraque specie ex Præcepto Divino?

1227 Consecrare sub utraque specie est præcepti Divini.

Affirma: Trident.*sess.*22. *cap.*1. ibi: *præcepit*. Lucæ 22. ibi: *hoc facite in meam commemorationem, similiter, & Calicem*. D.Tho. 3.*par.qu.*74.*art.*1. Suar. *tom.*3. *disp.*75. *sect.*6. Vasq.in 3.*par.tom.*3. *disp.*223.*cap.*3. Coninck *de Sacramentis disp.*83.*art.*1.*dub.*5.*conclus.*3. Lugo *disp.*19. *sect.*8. Arriaga *tom.*7.*disp.* 50.*num.*43. Nugous 3. *par. qu.*24.*art.*1. Gabr. à S.Vinc. *de Sacrificio Missæ disp.*1. *qu.*6. Aversa *qu.*11. *sect.*5.§.*dici*. Leand.citans viginti Doctores *loc.cit.qu.*18. Diana *par.*8.*tract.*1.*res.*23. Bonac. *disp.*4. *qu.*2. *puncto* 4.*num.* 5. citans sex Doctores. Cajetanus 3.*par.qu.*8. *art.*12. Contra Adrianum in 4.*q.*6.*de Eucharistia*. Majorem in 4. *dist.*9. *qu.*3. Navarrum *cap.*25. *num.*91. Nugnum, & alios ajentes esse juris humani, qoia Christus Dominus Lucæ 24. cognitus in fractione panis, consecratione solius panis; Cui respoodet Dicastill. *tract.*5. *disp.*2. *dub.*2. *num.* 238. illud actum potestate excellentiæ, quam Christus Dominus nobis non contulit.

An Ecclesia possit dispensare, ut quis unam speciem consecret?

1228 Ecclesia in hoc dispensare nequit.

Nega: si sit Jus Divinum consecrare sub utraque specie, quia jus Divinom nullo jure humano tolli valet.

Si habeatur ut Jus humanū affirmant aliqui fuisse dispēsatum.

Affirma, si sit jus humanum. Dicastill. *tr.* 5. *dub.*11.& 12.*num.*247. Arriaga *tom.*7.*disp.*50. *num.*43. Aversa *qu.*11.*sect.*5. §.*sed dico*. Leand. *qu.*19.citans vigiuti Doctores. Hurtadus *de Sacrificio Missæ disp.*1. *difficultate* 9. Lugo *de Eucharistia disp.* 19.*sect.*8. dicentes noo fuisse dispensatum cum Norvegiis: maximè quia ibi dicitur datam fuisse facultatem consecrandi in alio liquore. Contra Angelum v. *Eucharistia num.*20.

(1) Imò contra Præceptum Divinum, ut infrà.

num. 20. Tolosan. 2. *syntagm. cap.* 6. *num.* 6. Amicom *tom.* 7. *disp.* 16. *sect.* 9. *num.* 158. Palaum *to.* 1. *tract.* 3. *disp.* 6. *puncto* 1. *num.* 6. Fagundea *praecepto* 2. *Ecclesiæ lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 5. dicentem probabilius apud Dianam *par.* 8. *tract.* 1. *resol.* 23. *in fine*. Gabr. in *Can. lect.* 23. Henriq. *lib.* 8. *c.* 14. *num.* 1. Camerota *de Eucharistia cap.* 6. & alios apud Leandrum *tom.* 2. *tract.* 1. *disp.* 1. *quæst.* 19. ajentes de facto dispensatum ab Innocentio VIII. ut Norvegii sub una specie consecrarent, ut testatur Raphael Volaterranus *lib.* 7. *Geographiæ cap.* 4. *anno* 1490. Honuphrius in *Cronica* ejusdem anni. Et dispensavit etiam Innocentius IV. teste Sainctesio *de Euchar. repetitione* 10. *cap.* 3. tenente hoc præceptum esse Ecclesiasticum. Isambert. *de Sacrific. Missæ disp.* 4. *art.* 2. Ex parte Henaus *disp.* 4. *nu.* 17. Gabr. à S. Vinc. *de Sacrificio Missæ disp.* 1. *qu.* 6. ajentem posse dispensare, etiamsi præceptum esset Divinum, quia Trident. *sess.* 21. *cap.* 2. ait salva substantia Ecclesiam posse dispensare in Sacramentis pro utilitate suscipientium, & in una specie salvatur substantia Sacrificii, ut satis probabiliter ait Bonac. Cassalius, Ruard. Philibert. *supra cit.* (a)

1229 Sūmus Pontifex in Jus Divinū non dispensat.

Si hæc ultima sententia sit sustinenda. Dicas Summum Pontificem non dispensare; nam facultas dispensandi superioritatem quandam indicat, quam non habet in Jus Divinum; qui enim dispensat, supponit obligationem legis, in quam dispensat, & nequit Summus Pontifex tollere obligationem Juris Divini, sicuti non potest Jus Divinum ponere; res enim per causas, per quas nascitur, dissolvitur.

An Summus Pontifex possit declarare casum istum Jure Divino non comprehensum?

1230 Declarare tamen potest casū istū ob defectum vini in aliqua Provincia, nō comprehendi in Jure isto Divino.

AFfirma posse declarare Jus Divinum consecrandi sub utraque specie non comprehendere hujusmodi specialissimum casum, in quo Regnum, vel Provincia careret Sacrificio, in omni loco celebrandum vaticinantibus Prophetis. Malachiæ *cap.* 1. quomodò enim verificabitur *In omni loco offertur oblatio munda*, hoc est Sacrificium Missæ, si perpetuò in aliquo Regno, vel Provincia non sacrificaretur. Ergo signum est Jus Divinum celebrandi sub utraque specie non comprehendere istum casum specialissimum. Et sic videmus legem Divinam integritatis Confessionis non comprehendere casum necessitatis. Et in re nostra urgente necessitate: puta imminente morte, si consecret alteram, potest enim tunc sumpta consecrata specie fugere. Similiter si post consecrationem panis non inveniatur vinum, nec sine gravi scandalo, vel mortis periculo haberi possit; Ergo etiam urgente necessitate Provinciæ, Regni poterit declarare Jus Divinum consecrandi utramque speciem non comprehendere singularissimum casum istum, nè integra Provincia Sacrificio, & Sacramento tam necessariò perpetuò privetur.

An consecret validè quamvis illicitè habens voluntatem consecrandi, non sacrificandi?

Distinguas: vel sequimur opinamentum consumtione Sacrificium perfici. Et concedas, quia Sacramentum habetur Consecratione, qua in ista sententia non habetur Sacrificium. 1231

Volens consecrare non sacrificare, illicitè, sed validè consecrat.

Vel substinemus Consecratione sacrificari; & tunc erit Sacramentum non Sacrificium, si noluit consecrando in signum supremi dominii offerre, ut probabile ait Suar. 3. *par. tom.* 3. *disp.* 76. *sect.* 3. §. *secunda difficultas*, dicens probabilius oppositum Arriaga *loc. cit. num.* 48. putans duas illas intentiones consecrandi, scilicet & sacrificandi esse separabiles, & sic posse nolle uti ut signum supremi dominii.

Verùm mihi etiam placet oppositum; nam eo ipso ac in persona Christi vult consecrare, intendit quod Christus, & Ecclesia intendit, cujus mutare nequit institutionem, consequenter intentione ista generali corrigitur ejus error specialis non sacrificandi. Est contrà Aversam *de Sacrific. Missæ qu.* 11. *sect.* 1. §. 6. *in fine*. ajantem, nec Sacramentum, nec Sacrificium perficere, quia nequit existere intentio faciendi Sacramentum sine intentione sacrificandi, quæ ratio est falsa, ut patet in illis, qui consumtione Sacrificium constituunt.

An si Christus Dominus esset mortuus, ut in triduo, Sacerdotes possent consecrare?

AFfirmat D. Tho. 3. *par. qu.* 76. *art.* 1. *ad* 1. Arriaga *loc. cit. num.* 49. Henaus *disp.* 3. *num.* 38. & 39. Amicus *disp.* 25. *sect.* 6. *num.* 283. Contra Lugonem *disp.* 19. *sect.* 6. *nu.* 86. Coninck *art.* 1. *dub.* 4. *num.* 19. quia potestas tunc principalis offerentis Christi Domini residens in anima, satis esset ad consentiendum, cùm sit Sacerdos in æternum. Psalm. 109. Et gratis dicitur non esse datam potestatem consecrandi, nisi sub qualibet specie Christus totus ponatur. 1232

In triduo mortis Christi potuisset sacrificari.

In quo distinguatur Sacrificium à Sacramento?

Distinguitur primo, quia Sacrificium consistit in actione transeunti, duratque durantibus verbis consecrativis, quibus absolutis desinit actio sacrificativa; Sacramentum verò Eucharistiæ remanet, cùm sit parmanens. Henaus *de Sacrificio Missæ disp.* 3. *num.* 47. 1233

Sacrificium est in actione transeunti, Sacramē-tum in permanenti.

Conveniunt, quia eadem actio, quæ Sacramentum, conficit etiam Sacrificium, & idem Christus est principalis causa Sacrificii, & Sacramenti.

II. Differt, quia priùs habetur fructus Sacrificii, quàm Sacramenti, cùm Sacrificium existat completum, producatque suos effectus, antequam consumetur. At Sacramentum sumtione effectus producit. 1234

Aliæ differentiæ adducuntur.

Esset tamen aliquis casus urgentissimæ necessitatis, in quo ante completum Sacrificium,

posset

(a) Doctores, qui asserunt Pontificem posse dispensare circa hoc præceptum consecrandi in sola specie panis, fundantur in dispensatione Norvegis facta ab Innocentio VIII. ut refert Volaterranus. Verùm ab eruditis exploditur hæc historia, utpotè nullo alio documento vallata, ideòque potiùs asserendum Jure Divino Sacerdotem teneri utramque speciem consecrare: ut optimè notat Juvenin *Com. de Sacram. disp.* 5. *cap.* 3. *qu.* 2. licèt non sit Fide Catholica certum hoc esse de essentia Sacrificii. Si pro utraque parte velis rationes expendere, vide P. Morales in *Ultima Dogmatico tract.* 7. *de potestate Papæ circa Eucharistiam resol.* 2. qui utriusque sententiæ colligit Theologorum rationes.

posset ut Sacramentum tradi: puta si consecrato pane sit moribundus ibi communicandus ante vini consecrationem, tunc jam effectos Sacramenti ante Sacrificii perfectionem existeret in moribundo illo.

Sed antequam ad alia procedamus non erit inconveniens hic, ubi de Consecratione agimus, disquirere;

An Sacerdos licitè valeat consecrare oblatas particulas post Præfationem?

1235 Post Præfatione oblatas mente particulas licet cõsecrare

AFfirma: oblatione mente concepta; nulla enim lege oppositum decernitur, nec oblatio verbalis est essentia Sacrificii, & Sacramenti. Leand. *de Eucharist. disp.* 3. *qu.* 23. Philibertus *de Sacrificio tract.* 3. *cap.* 4. *in fine*. Possevinus *de officio Curati cap.* 2. *nu.* 27. Contra Bonac. *disp.* 4. *qu. fin. puncto* 2. *num.* 6. Contra Dianam *par.* 2. *tract.* 14. *resol.* 71. ajentem ante, non post Præfatium posse novas particulas admitti. At non video quid officiat Præfatium. Videtis Dianam *par.* 6. *tract.* 6. *resol.* 7. (3)

Quotuplex sit Sacrificium Eucharisticum?
§. IV.

1236 Cruentum in Cruce, Incruentum in Cœna fuit Sacrificium.

CHristus Dominus duo Sacrificia exhibuit: Primo Incruentum in Cœna. Secundum Cruentum in Cruce, nullius alterius Sacrificii commemorativum. Trid. *sess.* 23. *cap.* 2. Algerus *lib.* 1. *de Eucharistia cap.* 16. Quæ duo specie, non numero conveniunt; Specie ratione principalis offerentis Christi Domini. Numero differunt ob diversas circumstantias, ac accidentia.

1237 Nostrum ab illo Crucis solùm ratione offerendi diversum.

Nostrum Sacrificium Eucharisticum est etiam idem cum illo Crucis, ratione Christi Domini offerendi ratione diversum. Trident. *sess.* 22. *c.* 2. ibi: *una, eademque hostia. cap. firmiter, §. una verò. de Summa Trinitate, & Fide Catholica.* Et Sacrificium Missæ applicat merita Sacrificii Crucis. Vasq. *disp.* 204. *cap.* 1. Suar. *disp.* 76. *sect.* 1. Henaus *disp.* 5. *num.* 2.

1238 In quo differant.

Differt autem numero Sacrificium Missæ à Sacrificio Cœnæ Domini, & Crucis; nam ut ex dictis constat accidentia, & verba, quæ ingrediuntur, constituuntque sensibile Sacrificium, sunt diversa numero, ut ex se patet, non enim verba, species, quæ fuerunt heri, sunt hodie eodem numero in Sacrificio. *can. hoc est. de consecr. dist.* 2. Rursus Sacrificium Missæ non acquirit meritum, sed applicat meritum acquisitum per Sacrificium cruentum. Suar. *disp.* 76. *sect.* 1. Et nostrum Sacrificium est commemorativum Sacrificii Crucis, & Cœnæ Domini. D. Dionysius *de Ecclesiastica Hierarchia cap.* 3. *puncto* 3.

1239 Plures Missæ sunt plura Sacrificia, sed unus Christus, & una res principalis oblata.

Hinc plures Missæ sunt plura numero Sacrificia, licèt res oblata principalis, & offerens principalis sit unus Christus Dominus. Leo Papa *Epist.* 81.

An in Missa sint plura Sacrificia?

1240 In Missa est unum Sacrificium.

NEga: sed est unum conflatum principaliter ex actione consecrativa Christi Domini principali, speciebus panis, & vini, & definitione panis, & vini. Trid. *sess.* 22. ibi: *unum, & verum, ac singulare Sacrificium.* Concilium Toletanum XII. *cap.* 5. ibi: *verum, ac singulare.* S. Leo *Sermone* 7. *de Passione*, ibi: *uno expletur Sacrificio variarum differentia victimarum.* Patet ex Collecta, ibi: *Deus, qui legalium differentia victimarum unius Sacrificii perfectione sanxisti.* Est contra Cassalium *lib.* 1. *de Sacramentis cap.* 26. Ruard. *art.* 16. *contra Lutherum*, ajentes esse duo Sacrificia. Primum oblationis panis, & vini durans usq; ad Consecrationem. Alterum Corporis, & Sanguinis Christi Domini durans à Consecratione, usque ad Communionem.

An in Ecclesia sit aliud Sacrificium præter Eucharisticum?

NEga: nam Eucharisticum omnium perfectionem per excessum continet. 1241 In Ecclesia unũ tantùm est Sacrificiũ Eucharisticũ

An Ecclesia possit instituere aliud Sacrificium præter Eucharisticum?

NEga: nam vana esset institutio carens fine, cùm Deus noluerit, nisi hoc recognosci Sacrificio Eucharistico infinitè superans omne aliud. Lugo *disp.* 17. *num.* 35. Suar. *disp.* 79. *sect.* 4. §. *hinc addo.* 1242 Ecclesia nequit aliud Sacrificium instituere.

An Christo instituente in sola ratione Sacramenti, potuisset Ecclesia instituere in ratione Sacrificii?

AFfirma: nam nulla implicantia retardaretur ad colendum Deum, ut omnium principium. Lugo *loc. cit.* Leand. *tom.* 2. *tract.* 8. *disp.* 1. *qu.* 7. & 8. 1243 Si Christus illud instituisset solùm in ratione Sacramenti, Ecclesia potuisset in ratione Sacrificii.

De Persona sacrificante.

CAPUT III.

DUplex: prima Principalis, ut est Christus Dominus. Altera Ministerialis, & est Sacerdos. Ad Galatas 5. ibi. *omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & Sacrificia pro peccatis.* Trident. *sess.* 22. *cap.* 1. ibi: *Sacerdotes constituebantur.* Nos ut rem distinctè tradamus. Primo de principali, ut est Christus Dominus. Secundo de Sacerdote. Tertio de popolo. 1244 Persona sacrificans, est Christus Dominus Principalis, Ministerialis Sacerdos.

De Christo Domino Principali offerenti.
§. I.

CHristus Dominns seipsum obtulit in Ara Crucis, & in ultima Cœna, & quotidie se principaliter offert ministerio Sacerdotum, nam est Sacerdns in æternum. Psalm. 109. *can. Sacerdos.* 89. ibi: *Sacerdos Dei Patris dicitur Filius Dei secundum humanitatem, in qua se pro nobis acceptabile Sacrificium Deo obtulit, ut sit ipse Sacerdos, qui est Sacrificium. de consecr. dist.* 2. *cap. firmiter*, ibi: *idem ipse Sacerdos est Sacrificium Jesus Christus. de Summa Trinit. & Fide Catholica.* Trident. *sess.* 22. *cap.* 2. ibi: *eademque hostia, idem nunc offerens Sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in Cruce obtulit, sola offerendi* 1245 Christus hodiè est Principalis offerens, sicut fuit in Cœna, in Cruce.

(3) Consultiùs erit si Sacerdos Rubricæ se accommodaverit, quæ servanda est, accedente tot Doctorum consensu.

rendi ratione diversa. S. Chrysostomus *homil.* 83. ibi: *ipse nunc quoque operatur, ipse perficit, ministrorum nos originem tenemus: qui verò hæc sanctificat, & transmutat ipse est.* D. August. 10. *de Civit. cap.* 20. Gregorius Nissenus *oratione* 1. *Paschatis*, ibi: *arcano Sacrificii modo idem est Sacerdos, ac Agnus.* Irenæus *lib.* 4. *contra hæreses cap.* 32. *&* 34. Cyprian. *Epist.* 63.

An Christus Dominus sit proximè physicè actu, scilicet voluntatis elicito offerens principalis?

1246 Et est proximè physicè actu voluntati elicitu principalis offerens.

AFfirma: Suar. *disp.* 72. *sect.* 1. Dicastill. *tr.* 5. *disp.* 2. *dub.* 1. *num.* 12. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. qu.* 5. §. *difficultas est.* Contra Vasq. *disp.* 225. *cap.* 3. Henriq. *lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 4. Lugonem *disp.* 19. *num.* 90. Aversam *qu.* 11. *sect.* 8. §. *hoc tamen totum*; ajentes Christum Dominum mediatè offerre per potestatem à se concessam Sacerdotibus, ut sacrificent, etiamsi desit omnis actus voluntatis de novo offerendi. Contra Henaum *disp.* 11. *num.* 12. utramque sententiam defendentem.

Patet primo, quia Sacrificium Crucis fuit per actum voluntatis Christi Domini; ergo etiam Sacrificium Missæ pendet ex voluntate Christi, seipsum offerentis per manus Sacerdotis.

II. Christus Dominus de facto se offert principaliter; ergo per actum voluntatis, quo verè dicitur se offerre, cùm idem nunc offerens eadem hostia, ac Crucis fuit. Trid. *sess.* 22. *cap.* 2.

III. Quia modus iste physicus offerendi aptiùs exprimit rationem principalis offerentis, & nullum involuit absurdum, & sicuti dicitur orare pro nobis non serviliter, sed ad instar Advocati in Cœlis; nam *Advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum.* Joannis *epist.* 1. *cap.* 2. *ver.* 1. ità etiam habet voluntatem se offerendi, & se offert pro nobis. S. Gregorius *lib.* 1. *Moralium cap.* 24. S. August. in *Psal.* 85. *& Serm.* 4. *de Sanctis.*

IV. Probatur, quia Christi Domini Sacerdotium est perpetuum, ut sacrificet quotidiè. Ad Hebræos 5. Trident. *sess.* 22. *cap.* 1. *&* 2. At si satis esset sola traditio potestatis sine nova Christi Domini voluntate, non requireretur duratio Sacerdotii Christi Domini.

Concluditur Christum Dominum physica voluntate se offerre ministerio Sacerdotum, non oblatione, sed oratione offerendi diversa, qua ratione Sacerdos dicitur *Coadiutor Redemtoris* à Blesensi *serm.* 47.

De Sacerdote Ministro.
§. II.

EX Principali ad ejus Ministrum, qualis est Sacerdos inflectamus orationem.

Qui, & quales Sacerdotes Ministri?

1247 Sacerdos ritè ordinatus est Minister Sacrificii.

SOli, & omni Sacerdoti ritè ordinato competit hoc Sacrificium ministrare. Trident. *sess.* 22. *cap.* 1. *can.* 2. *sess.* 23. *cap.* 1. *&* 4. *& can.* 1. Concilium Nicænum *can.* 14. Laodicense *can.* 19. *&* 26. Lateran. *can.* 1. relatum in *cap. firmiter. de Summa Trinit.* Concil. Florentinum in *Instructione Armenorum, cap. ex literis. de Cleric. non ordin. can. perlectis. dist.* 25. *can. tertio quæritur.* 15. *qu.* 3. Clemens VIII. in *Constit.* 81. incipit: *Et si alios.* Urbanus VIII. *Constit.* 79. incipit: *Apostolatus officium.* Gregorius XIII. in *Constit.* quæ incipit. *Officii nostri partes*, ubi non Sacerdotes celebrantes, puniendi morte. Contra hæreticos id concedentes omnibus Christianis. Quæ veritas lumine etiam naturali innotuit Platoni *lib.* 10. *de legib.* ibi: *Sacerdotibus hostias, quibus sanctè harum rerum Cura demandata est, præbeto.* Arist. *lib.* 7. *de Republica cap.* 9.

An non Sacerdos putans se Sacerdotem validè consacret?

NEga; nam deficiente causa, deficit effectus, & Character Sacerdotalis est causa necessaria instrumentalis consecrationis sacrificationis, quo deficiente effectus tanquam sine causa produci nequit. Sotus in 4. *dist.* 1. *qu.* 5. *art.* 8. *v. gravi tamen.* Barbosa *de potestate Episcopi allegat.* 2. *num.* 9. Contra Joannem de Lapide *de celebrat. Missæ cap.* 2. *art.* 1. Angelum v. *Baptismus* 7. *num.* 12. & v. *Eucharistia.* 2. *num.* 2. ajentes tunc suppleri à Christo Domino summo Sacerdote defectum potestatis in mala fide celebrante, Ecclesia ignorante defectum. 1248 Nō Sacerdos etsi se putet Sacerdotem, validè non consecrat.

Est contra Pinedam Franciscanum *par.* 3. *lib.* 18. *cap.* 23. *anno* 854. ajentem ordinatos à Papa femina, revera non ordinatos, sed ministrasse veram absolutionem, nè culpa carentes privarentur gratia Sacramentali. (4) Contra D. Tho. in 4. *dist.* 6. *qu.* 1. *art.* 2. *quodlibeto* 1. *ad* 2. & 3. *par. qu.* 74. *art.* 8. *ad* 2. ubi putat verè baptizatum Deo supplente intētionem mali Ministri nolentis baptizare. Quod docuit Alex. Alens. 4. *par. quæst.* 8. *membro* 3. *art.* 5. §. 1. v. *sed dubitatur.* Durandus in 4. *dist.* 6. *qu.* 2. *art.* 12. Gabr. in 4. *dist.* 6. *qu.* 1. *art.* 1. *dub.* 2. alii apud Dianam *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 17. Tabiena v. *Baptismus.* 6. *nu.* 10. Valent. *tom.* 4. *disp.* 3. *qu.* 5. *puncto* 3. Virgers *Instit. cap.* 16. *v.* 6. Et opinionem ex defectu intentionis Ministri non esse præcipitanter damnandam ait Henaus *de Sacrificio Missæ disp.* 10. *num.* 8. *qu.* 10. *&* 11. quia Trident. *sess.* 7. *can.* 11. Florentin. in *Decreto Eugenii* requirens intentionem Ministri loquitur pro conficiendo Sacramento, non pro habendo effectu gratiæ ex Dei benignitate sine Sacramento, & Charactere. 1249 Fabula est feminā fuisse Papam. De quo vide supra de *Sacram. in Genere.*

Displicet ulteriùs dicta doctrina, quia bona fides recipientis nequit facere, ut detur gratia non contrito, non attrito putanti se esse contritum, nec Deus supplet talem defectum; ergo nec bona fide putans se ordinatum, se absolutum, se baptizatum obtinebit gratiam, non est major ratio unius, ac alterius.

An Sacerdos censuratus, hæreticus, peccator validè consecret?

AFfirma: nam culpa, aut pœna non tollitur Character, & sic nec potestas validè consecrandi. Trident. *sess.* 23. *cap.* 4. & *sess.* 7. *cap.* 12. *de Sacramentis in genere*; ubi mali Ministri etiam Sacramenta conficiunt. *can. unum* 72. ibi *in ministerio Corporis, & Sanguinis Domini nihil à bono majus, nihil à malo minus perficitur* Sa- 1250 Sacerdos licèt censura ligatus, hæreticus, aut peccator validè consecrat.

(4) Fabula est de Papa femina, quam supra *tit.* 1. *tit.* 9. *nota* 5. confutavimus.

Sacerdote de consecr. dist. 2. Consonante Trident. *sess.* 22. *cap.* 1. ibi: *nulla indignitate offerentium inquinari potest. can. non nocet. can. multi secularium* 1. *qu.* 1. D. Tho. 3. *par. qu.* 82. *art.* 7. Suar. *disp.* 61. *sect.* 3. Vasqu. *disp.* 226. *cap.* 1. Covarruv 1. *variar. cap.* 10. *num.* 8. Leand. hìc *disp.* 3. *qu.* 2. Arriaga, Aversa, & alii. contra Magistrum in 4. *dist.* 13. *cap.* 1. Gratiao. in *Can. manus. in can. quod quidam.* 1. *qu.* 1. Ginff. in *cap. degradatio. de pœnitent. in* 6. negantes istos consecrare. Contra Scotum in 4. *dist.* 13. *qu.* 2. *num.* 4. ajentem istum consecrare, non sacrificare.

An Sacrificium boni, impetrando, plus prosit, quàm mali Sacerdotis?

1251 Sacrificium boni Sacerdotis plus impetrat, quàm mali.

AFfirma: nam plus impetrat amicus, quàm inimicus, & à justo est magis gratum, quàm ab iniquo oblatum Sacrificium. *can. ipsi Sacerdotes*, ibi: *quanto digniores fuerint, tanto faciliùs in necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur.* 1. *qu.* 1. Ecclesiastici 34. *ver.* 23. ibi: *dona impiorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine Sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis*, scilicet prout sunt ab iniquo Ministro. Henriq. *lib.* 9. *cap.* 18. §. 5. Granadus *tom.* 5. *controv.* 6. *tract.* 14. *disp.* 9. *num.* 2. Dicastill. *tract.* 5. *disp.* 3. *dub.* 8. *num.* 193.

Cum quo benè stat non minui, quod intuitu Christi principalis offerentis, & rei oblatæ datur. *can. vestra. can. quæsitum. can. nullus. can. præter hoc. dist.* 32. D. Thom. 3. *par. qu.* 82. *art.* 6. D. Bonav. in 4. *dist.* 13. *art.* 1. *qu.* 4. In istis enim intentio Sacerdotis se tantùm habet ut conditio *sine qua* non applicatur Sacrificium.

Hinc resolvitur:

An magis prosit Missa probi, quàm improbi?

1252 Magis prodest Missa probi, quàm improbi Ministri.

AFfirma: quia quo sanctiores sunt in Ecclesia offerentes, plus Deo placent, plus impetrant. Et nomine Ecclesiæ oblatum magis placet, quo sanctior Ecclesia offerens per Sacerdotem sanctiorem. Scotus in 4. *dist.* 13. *qu.* 1. *art.* 6. Fagundez *præcepto* 1. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 20. Bartholomæus à S. Fausto *lib.* 1. *de indulgentiis quæst.* 51. Aversa hìc *qu.* 11. *sect.* 8. Sacrificium enim involuit offerentis personam, cùm sit oblatio. Genesis 4. ibi: *respexit ad Abel, & ad munera ejus*, scilicet ad personam offerentem, & ad rem oblatam.

An Orationes Sacerdotis excommunicati in Missa prosint?

1253 Orationes excommunicati tolerati prosunt in Missa.

DIstinguas: vel excommunicatus est *toleratus*, vel *non*.

Si *toleratus*, affirma prodesse, quia cum isto Ecclesia communicat. Bonac. *disp.* 4. *qu. fin. puncto* 6. *nu.* 7. Aversa *de censuris par.* 2. *cap.* 6. *disp.* 4. *puncto* 5. Henriq. *lib.* 9. *cap.* 18. §. 6. Azorius *to.* 1. *lib.* 10. *cap.* 21. *quæst.* 6. Dicastill. *tract.* 5. *disp.* 3. *dub.* 8. *num.* 211. Henaus *disp.* 72. *num.* 22.

1254 Secùs Sacerdotis non tolerati.

Si non toleratus, nega; nam cum illo Ecclesia non communicat, nec nomine Ecclesiæ offerre valet. Licèt enim remaneat cum potestate, tamen Ecclesia non vult illum offerre, nec censetur Ecclesiæ Minister inter Deum, & homines, ab Ecclesia excommunicatione præcisus. D. Tho. 3. *par. qu.* 82. *art.* 7. *ad* 3. Hurtadus *disp.* 5. *de excommunicatione difficultate* 2. *n.* 5. Gibaiin. *disquisit.* 7. *de censuris qu.* 5. *proposit.* 2. *num.* 5. Contra Biel *lectione* 27. *in Canone Missæ*, ajentem etiam prodesse.

Intelligas, nisi excuset ignorantia invincibilis, necessitas vel consumendi, integrandi Sacrificium, vel dandi Viaticum moribundo: tunc enim cùm non peccet Jure Divino prævalente, validè, & fructuosè offert. Henaus *loc. cit. num.* 25. *in fine.*

An malus Minister toleratus celebrans, teneatur restituere stipendium?

NEga; nam non impeditur fructus Sacrificii, & quo ob peccatum caret, non tenetur operantis fructus offerre. Suar. *tom.* 3. *in* 3. *par. disp.* 79. *sect.* 8. *v. tertia differentia.* Meratius *de Euchar. disp.* 40. *sect.* 2. Aversa *qu.* 11. *sect.* 8. *v. undè rursus.* Bonac. *disp.* 4. *qu. fin. puncto* 6. *n.* 1. Pellizzarius in *manuali tract.* 5. *cap.* 9. *sect.* 3. *num.* 60. & alii Doctores decem & novem, quos dat, & sequitur Henaus hìc *disp.* 12. *num.* 27. ajens, accipiens pecuniam ad celebrandum non teneri quærere probum Sacerdotem. Contra Busemb. 6. *Medullæ tract.* 3. *cap.* 3. *dub.* 1. Et contra Tamburr. *lib.* 3. *de Missa cap.* 1. §. 3. *nu.* 40. Less *lib.* 12. *de perfectione Divina cap.* 10. *nu.* 105. ajentes applicandum etiam opus operantis à Sacerdote stipendiario. 1255 Sacerdos excommunicatus toleratus celebrans, non tenetur restituere stipendium.

An excommunicatus vitandus celebrans teneatur applicare fructum Sacrificii ex Orationibus nomine Ecclesiæ, aliàs restituere stipendium?

NEga: ex justitia applicandum fructum Ecclesiæ precibus respondentem; nam satis est fructus respondens principali offerenti, & Sacrificio essentiali, & stipendium non datur tantùm pro applicatione, sed in obsequium Deo præstitum, ut reddit Ministrum Altaris, ità dat jus ut juvat ex Altari, quia stipendium cum sit temporale, nequit esse pretium applicationis spiritualis. Lugo *disp.* 19. *sect.* 9. *n.* 247. Dicastill. *tract.* 5. *disp.* 3. *dub.* 8. *num.* 203. Aragon. 2. 2. *qu.* 85. *art.* 3. Hurtadus *disp.* 3. *difficultate* 8. *in fine.* Coninck *de censur. disp.* 14. *num.* 35. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 52 *sect.* 7. *num.* 32. Pallavicin. *lib.* 8. *num.* 173. Aversa *qu.* 11. *sect.* 18. *v. imò* Contra Suar. *disp.* 86. *sect.* 1. Vasq. *disp.* 231. *c.* 5. *num.* 26. Meratius *disp.* 40. *de Eucharist. sect.* 3. ajentes applicandum fructum Sacrificii, & impetrationis Ecclesiæ, cui excommunicatus non communicans, non satisfacit petenti. 1256 Excommun. vitandus nõ tenetur applicare fructum Sacrificii ex Orationibus nomine Ecclesiæ, sed satis est fructus respondens principali offerenti, ut non restituat stipendium.

An maleficus Sacerdos validum conficiat, conficiens Sacrificium pro maleficiorum usu.

AFfirma: intendens facere quod Christus instituit; nam iniquitas Ministri Sacrificium non tollit, ut non commaculat. Trident. *sess.* 22. *cap.* 1. ibi: *oblatio est, quæ nulla indignitate, aut malitia offerentium inquinari potest.* S. Tho. 3. *par. qu.* 64. *art.* 10. Vasq. *disp.* 171. *c.* 3. *num.* 17. Contra Columbum *lib.* 4. *de Angelica, & humana Hierarchia cap.* 57. *num.* 6. 1257 Maleficus Sacerdos validè conficit Sacrificium, etsi sacrilegè sacrificet pro uso maleficiorum.

An Anima separata possit consecrare?

1258 Anima separata non potest cõsecrare.

NEga; nam non est homo. Ad Hebræos 5. ibi: *ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, ut offerat dona, & Sacrificia.*

An homo Sacerdos Beatus possit consecrare?

1259 Homo Sacerdos Beatus potest consecrare.

AFfirmat Mayronius in 4. *dist.*8. *quæst. un. art.*2. Sotus in 4.*dist.*1.*qu.*5. *art.*7.Suar. *tom.*3.*disp.*13. *sect.*1. v.*atque ex his*.Lugo *disp.*8. *num.*2. post D.Tho.3.*part.quæst.*64.*art.*7. Nam Sacrificium in via non repugnat fieri à non viatore, & hic ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, ut offerat doua, & Sacrificia. Id autem Deus non permittit, volens à Ministris militantibus Ecclesiæ militanti provisum.

De Applicatione faciendâ à Ministro Sacerdote?

§. III.

1260 Sacerdos sui personam, Ecclesiæ, & Christi gerit.

SAcerdos triplici fungitur nomine. Primo pro se. Secundo nomine Ecclesiæ. Tertio nomine Christi, sub quo Christi nomine, Ecclesiæ non subditur; tum quia nec Christus, tum quia applicatio interna nomine Christi est extra jurisdictionem Ecclesiæ, judicantis de externis. Nos discriminatim multa tractaturi hic. Primo:

An sufficiat applicatio Missæ habitualis?

1261 Habitualis applicatio sufficit.

AFfirma; nam habitualis applicatio non retractata sufficit pro aliis operibus meritorris; ergo etiam pro applicatione Missæ. In quo differt intentio conficiendi Sacramentum ab intentione applicandi Sacrificium, quia ad conficiendum Sacramentum Sacerdos concurrens effectivè gerit se ut homo, ad quod requiritur saltem virtualis intentio, quando actu ut homo conficit Sacramentum. At in applicatione Sacrificii supposito quod semel applicaverit, tunc fructus actualiter à Deo, veluti effectivè producuntur, nec aliam Sacerdotis applicationem exigunt, satisque est applicationem præteritam non esse retractatam, ut Deus Sacrificii fructus concedat illi, cui Sacrificium applicatum fuit.

Conducit text. in *cap.majores,§.item quæritur*, v. *dormientes. de Baptismo*; ubi ad recipiendum Baptismum sufficit etiam intentio habitualis; ergo etiam ad applicandum Sacrificium: quæ habitualis potest esse etiam ante Sacerdotium pro tempore, pro quo erit Sacerdos, ut quis potest donare, quod deindè acquisiturus erit. Lugo *disp.* 8. *sect.* 6. *num.* 99. Hurtad. *disp.* 4. *de Sacramentis difficultate* 5. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 53. *num.* 1. Tamburrin. *lib.* 3. *de Missa cap.*2. §.10.*num.*3. Dicastill. *tract. de Sacramentis disp.*3.*dub.*6. *num.*138. Aversa *q.*11. *sect.*10.§.*rectè tamen*. Bordonus *tom.*1.*variarum resol.*25.*qu.*5. Bonac. *qu.*3.*puncto* 2.§.3.*num.*11. Diana *par.*5. *tract.*14.*resol.*65.& *par.*2.*tract.*14. *resol.* 47. Suar. *disp.* 79. *sect.* 9. Videtur contra Vasq.*disp.*138.*cap.*6.*num.*47. Granadum 3.*par. controv.*3. *tract.*5. *disp.*4. *sect.*2. *num.* 14. Fraxinellum *de obligationibus Sacerdotum sect.*4.*conclus.*4.§.7.Bojam *par.*1.*casu* 23.

An Sacerdos possit applicare alteri, quàm illi, cui ex obedientia, vel justitia tenetur?

DIstinguas: vel *licitè*, vel *validè*.

Licitè, nega, quia operatur contra obedientiam, vel justitiam.

Validè, concedas; nam obligatio illa non aufert characterem, nec vim consecrandi; & ut potest validè consecrare, quando non tenetur consecrare, ità contra id, quod tenetur, consecrare poterit; Et ut nulliter consecrat, si nolit, licèt superior velit consecrare: ità validè applicat, licèt superior nolit applicare: ut enim Sacerdotis est consecrare, sacrificare, ità applicare ex Christi Domini auctoritate, non ex voluntate Superioris; itaut etiam degradatus, excommunicatus invita Ecclesia etiam sacrificet validè. Lugo *disp.*19.*sect.*10.*num.*211. Garzias *tract.*3. *difficultate* 3. *dub.*5. *puncto* 2.*n.*16. citans viginti novem Doctores. Diana *par.* 2. *tract.*14. *resol.*72. Arriaga *disp.*53.*num.*1. Vasq. *disp.*231.*cap.*6. Henaus *disp.*13.*num.*6. Contra Scotum *quodlibeto* 20.*art.*2. Gabr.in *Can.Missæ lect.*26.*litera G.* Martinum Ledesmam *par.*2.4. *qu.*16.*art.* 14. 1262 Sacerdos potest applicare alteri, quàm illi, cui tenetur, sed illicitè, etsi validè.

Nec refert Regulares carere velle, & nolle *c.*2. *de testamentis in* 6. nam intelligitur quo ad licitam, non quo ad validam applicationem.

An liceat applicare pro anima consanguinei postea decedentis?

NEga: nam applicatio non potest esse suspensa ex voluntate Sacerdotis, ut etiam nec gratia Sacramentalis. Suar.*disp.*69. *sect.*9. Vasq. *disp.*234. Contra Aragon. 2.2.*qu.*85.*art.*3. Navarram 2.*de restit.cap.*2.*qu.*9.*num.*369. 1263 Nõ licet applicare Sacrificia pro anima consãguinei postea decedentis.

An possit absolutè hodie applicari pro anima hodie purgante, pro qua Deus scit, quod deindè dabitur eleemosyna?

AFfirmant: quia tunc non suspenditur fructus Sacrificii. Corduba *lib.*1.*q.*4.*dub.*6. plures apud Dian. *par.*2.*tract.*14.*resol.*15. Amicus *disp.*33.*sect.*6.*num.*286. Arriaga *tom.*7. *disp.* 50.*num.*18. Henriq.*lib.*9.*cap.*31.§.2. Vasq.*disp.* 234.*cap.*3.*num.*22.& alii ajentes in præcedenti, non in isto casu correre decisionem Sacræ Congregationis. Henaus *disp.*13.*num.*16. *in fine*. Et Meratius *disp.*38.*sect.*7.v.*dicendum*. cum Vasq. putat validè hodie applicari pro necessitate, vel persona hodie capaci, pro qua Deus scit cras dandam eleemosynam. 1264 Potest tamen applicari absolutè hodiè pro anima purgãte, pro qua Deus scit quòd dabitur eleemosyna.

Sed habeo difficultatem, quia potest non peti ab aliquo in futurum, potestque ipse Sacerdos mori antequam petatur, qua ratione Sacrificium non applicaretur, & sic docet oppositum Suar.*disp.*79.*sect*.9. Laym. *lib.*5. *tract.*5. *cap.*2. *num.*13. & ita tenendum est: (5)

An

(5) Opinio asserens, quòd Sacerdos pauper possit Missam celebrare, & illam applicare pro offerente stipendium, quem Deus scit futurum primum, tam periculosa, scandalosa, & à vetusto more Ecclesiæ abhorrens damnata fuit à S. C. de mandato Clementis VIII. 15.Novemb.1605.

An possit hodie applicari pro defuncto, pro quo cras tenetur?

1265 Potest applicari pro defuncto pro quo cras tenetur.

AFfirma: nam prodest, non nocet anticipatè solvendo, nisi institutor inspiceret etiam favorem diurnum Populi, & commoditatem quotidianæ Missæ iotereffendi. Bonac. *disp.4.qu.fin.puncto 7. §.5.num.4.* Lugo *disp.21. sect.2. num.44.* Vasqu. *disp.234. cap.3. num.23.* Marchin. *de ordine tract.3. par.2.cap.9.num.11.* Diana *par.2. tract. 14. resol. 16.* Heoaus *de Sacrificio Missæ disp. 13. num.14.* idem ex identitate rationis concludens, si quis hodie celebret pro jam defuncto, pro quo scit cras daodam eleemosynam, & petendam Missam.

Quæ Henai assertio eandem patitur difficultatem futuræ incertitudinis; nam potest esse ut vel Sacerdos moriatur antequam alias ab eo petat eleemosynam, vel alter moriatur antequam petat, vel uterque; & sic Sacrificium remaneret applicatum, & non applicatum. Applicatom ut supponitur: non applicatum, quia non impleta voluntate applicandi pro illo, quem scit cras datutum eleemosyoam,

An Sacerdos possit applicare Missam pro illo, quem Deus, aut alius eligit?

1266 Sacerdos potest applicare Missam pro illo, quẽ Deus, aos alius eligit.

AFfirma: nam Sacerdos debet applicare, non cognoscere personam, cui applicatur, & sic ille tertius non applicat, sed determinat personam, cui applicatur Sacrificii fructus. Suar. *disp. 43. sect. 6. v. & hinc sequitur.* Trullench *lib.3. de Sacramentis cap. 8. dub. 6. num.8.* Gabr. à S.Vinc. *disp. 2. qu.5. §. secunda difficultas,* Bonac. *disp.4.qu.2. puncto 5. nu.10.* Dicastill. *tract.4.disp.2. dub.12.num. 220.* Contra Vasq. *disp.141.cap.1. num.7.* Meratios *disp. 38. sect. 8.* ajentes personam determinandam à Sacerdote.

Si autem Deus, vel alius personam non determinet; tunc meritum non extrahitur à thesauro Passionis Christi. Suarez *disp.79. sect.9. §. tertio inquiri potest.*

Quando Sacerdos debeat applicare Missam?

1267 Antequam Sacrificium perficiatur, est illud applicandum.

ANtequam Sactificium perficiatur, non postquam perfectum est. Suar. *disp. 79. sect. 9.* Coninck *3. par. quæst. 83. art.1. dub. 9. num.167.*

Et sic ante consecrationem, non ante consumtionem, secundum nostra principia applicari debet. Diana *par.10. tract.12. resol.27.* Sufficeret tamen applicare ante Coosecrationem Calicis, licet non foerit applicatum ante Consecrationem paois; quia Sacrificium perficitur ipsa Calicis Consecratione; & tunc suos effectus producit. Tamburr. *lib.2. de Missa cap.2.§.10.num.5.* Imò tunc posset mutare intentionem, & applicare pro alio. Dicastill. *tract.5. disp.3. dub.7. num. 175.* & sequens applicatio revocat primam, licèt oblitam, secundum Henaum *de Sacrificio disp.13.nu.31.* Contra Tamburr. *loc.cit.num.5.* Bernal *disp. 17. de Sacrificio sect.2.§.7.num.38.*

Nobis autem placet utrique prodesse. Primo cujus oblitus fuit; nam oblivio non tollit applicationem sufficieotem habitualem pro illo facta; nec applicatio pro secundo est incompossibilis cum prima, cum Missa possit prodesse non solùm primo, & secundo, sed multis aliis nisi taliter applicet secundo, ut virtualiter retractet primam, vel non applicat secundam, si scivisset primam; tunc enim prodest illi, cui applicat, non alteri. Aliter absolutè applicans, utrique prodest; non enim sumus in testamentis, quorum sequens tollit primum.

Si unus consacret panem, alter vinum, secundus perficiens applicat, nec tenetur se conformare intentioni prioris Sacerdotis. Vasqu. *disp.231. cap.6. num.41.* Hurtadus *de Sacrificio disp.3. difficultate 10.* Meratius *disp. 38. sect. 8.* Caspens. *tract.22. disp.2.sect.2.num.21.* Contra Suar. *disp.79. sect.12. §. sed nunc occurrit,* ajentem sub ievi debere sequi intentionem prioris consecrantis panem. Et sic stipendium spectat ad posteriorem, etiam consumantem Sacrificium. Amicus *de Sacrificio Missæ disp.33. sect.7. num.276. & sect.3. num.70.* 1268 Unus consecrans panẽ, alter vinũ, secũdos applicat Sacrificium.

Et si prior stipendium habuit, debet supplere alio Sacrificio, nisi onus addictum sit diei, cui sine culpa, puta morbo satisfacere, nequivit. Henaus *disp.13. num.32.*

Si secundus coosumat Sacrificium speciebus à priori tamen consecratis, priori consecranti, non posteriori consumenti stipendium debetur. Amicus *loc.cit.num.70.*

Si verò veiis Sacrificiom consistese in consumtione. Tunc stipendiom coosumanti debetur; & sic Henriquez *lib.9.cap.9.§.4.* Amicus *de Sacrificio disp.33. sect.3. num.7.* absolutè ajunt posse applicari ante consumtionem; quia tamdiù moraliter Sacerdos representat Christi personam, & moraliter censetur Sacrificium durare. (6)

Quando

(6) Sed cum res dubia sit, an consumtio sit pars Sacrificio essentialis, ne applicatio in dubio eventu ponatur, fieri debet ante consecrationem. Verùm non te prætereat optime Tyro Joannis Clericati Præpositi Patavini hac in re examinare sententiam, qua *Decis. XXXVI. de Sacrificio Missæ num.9.* docet applicationem Sacrificii Missæ faciendam esse ante Consecrationem si pro Vivis Missæ Sacrificium offeratur: Si verò pro Defunctis, consentire haud potest applicationem Sacrificii omninò faciendam esse ante Consecrationem, his ductus momentis. Primo ex usu ferè communi omnium Sacerdotum celebrantium pro Defunctis, qui vel pauci, aut nulli ante Consecrationem applicant Sacrificium pro eis, sed singuli de applicatione cogitant cùm ad *Memento* pro Defunctis deventum sit. Quique usus improbandus non videtur, fulgitur enim Ecclesiæ patrocinio, quæ instituit utrumque *Memento* pro Vivis, ac pro Defunctis, distinctis in locis in celebratione Missæ: In primo ut Sacerdos celebrans mentem colligat, reflectat ad eos, pro quibus in primis Missam ex Justitia tenetur, aut ex Caritate inducitur offerre. In secundo pro Defunctis, ubi Rubrica adnotat: *Jungit manus, orat aliquantulum, pro quibus orare intendit: hoc est,* inquit Clericatus, *intendit applicare Sacrificium.* Quodque us validiùs confirmet laudatus Clericatus recenset ex Card. Bona locis infrà citandis antiquissimum morem legendi in Ecclesia alta voce ex ambone inter Missarum solemnia Sacra Diptyca, in quibus præcipue scripta erant nomina eorum, pro quibus Sacrificium offerebatur, in quorum loco nunc habetur utrumque *Memento*, Vivorom scilicet, & Mortuorum. Ut autem vis argumenti appareat, Tyroni morem gerendo, quid, qualisque osus essent in Ecclesia Sacra Diptyca breviter reponam. Et primo Diptycum si græcum nomen inquiras à *dis*, bis, *& ptysso*, plico deducit Du Mortier in *Etymolog. Sac. Græco-Latino, V. Diptyca*: hoc est erant tabulæ, duas habentes plicas in modum libri. Ecclesiastica erant membranacei, aut Chartacei Codices, licet eboreis operculis, aut pretiosis coopertoriis inclusi, in quibus descripta erant nomina Episcoporum, aliorumque fidelium; Distinguebantur ista à prophanis Diptycis, in quibus nomen Consulis

fulis scribebatur aureis literis in puro Ebore, non autem in membranis, ut patet ex Rescripto Valentiniani, & Theodosii in *Cod. Theodos. lib. 15. tit. 9.* anno 384. ubi „ Illud etiam Constitutione solidamus, ut, exceptis Consulibus ordinariis, nulli prorsus alteri auream sportulam, Diptycha ex ebore edendi facultas sit „ ut ex aliis monumentis probat Eruditissimus Cardin. Noris in *Dissert. Historica de V. Synodo cap. 5.* Quæque Diptycha magno labore conquisita publicavit Alexander Withelmius, ea illustrans perdocto Commentario.

Ecclesiastica autem Diptycha, quæ inter sacra vasa servabantur à Cimiliarcha, ut *lib. 1.* ubi de Cimiliarcha aliqua adnotavimus, triplicis erant generis, ut probant Viri de observationibus Ecclesiasticis eruditissimi, Cardinalis Bona *Rerum Liturgicarum lib. 2. cap. 8. & 12.* Joannes Mabillonius *de Liturgia Gallicana lib. 1. num. 11. & 12.* Du Gangius in *Glossario Latino v. Diptycha.* Cardinalis Noris loco laudato. Christianus Lupus *tom. 2. in Dissert. de V. Synodo.* Joannes Cabassutius in *Notitia Conciliorum Dissert. XV. ad sæculum II.* aliique, qui horum virorum vestigia secuti, fusiùs de Diptychis sermonem instituerunt. In primo igitur Diptycho, seù Catalogo inscribebantur nomina Sanctorum, maximè Martyrum, atque Episcoporum, eorum præsertim, qui illam Ecclesiam rexerant laudabili pietate, ac sanctis moribus; nam scelesti, aut hæretici è Sacris Diptychis eradebantur. In hocque Catalogo nonnisi Sanctos Martyres legebantur primis Ecclesiæ seculis, ut notat Innocentius III. *lib. 3. cap. 10. de Mysteriis Missæ,* postea Sancti Confessores adnexi sūt, quorum primus fuit S. Martinus, & unaquæque Ecclesia suorum tutelarium Sanctorum peculiarem Catalogum efformabat, ut infrà patebit. In Altero descripta erant nomina eorum, qui adhuc viventes, aliqua dignitate, vel beneficiis illi Ecclesiæ collatis benè meriti erant. Sic Primo loco Romanus Pontifex, Patriarchæ, proprius Episcopus, ac reliqui Clero adscripti recensebantur, tum alii Episcopi in hoc sibi invicem gratificantibus: Insuper Imperator si fidelis, ac Catholicus esset, Principes, Magistratus, Laici denique, ac mulieres in Diptychis eorum nomina recensita habebant, non tamen indiscriminatim, sed ut observat citatus Noris, in una pagina Episcopi, in altera Presbyteri, in altera Diaconi, atque in diversis Diptychis Laici, ac feminæ consignabantur. Et hæc Diptycha Vivorum dicebantur. Demùm Diptycha Mortuorum erant, in quibus consignata erant nomina eorum, qui in Catholica communione è vita migrarunt, quique vel Principatu temporali, vel Episcopali dignitate aut aliis in Ecclesiam meritis, ac beneficiis spectabiles fuerant, dùm in vivis degerent: Insuper perpetua memoria agebatur insignium Benefactorum, uti erant Fundatores illius Ecclesiæ, ut ex Concilio Emeritensi *Can. 19.* infra patebit. Diptycha Vivorum distinguebantur à Diptychis Defunctorum, ut clarè patet ex *Literis* Attici Patriarchæ Constantinopolitani ad Cyrillum Patriarcham Alexandrinum de restituto Diptychis Ecclesiasticis Jo: Chrysostomi nomine, ubi: „ Mentio namque ejus (idest Chrysostomi) fit cū defunctis, nō solùm Episcopis, sed & Presbyteris, Diaconis, & Laicis ipsis, mulieribusque, &c. Magna est enim inter Defunctos, & superstites differentia, ut etiam libri propter differentiam eorum, quorum conservatur, statum, discreti sint. „ Tria hæc Diptycha publicè in Missæ solemniis alta voce ex ambone recitabat Diaconus, postquam ex thure suffierat, ut habetur in Liturgiis SS. Basilii, ac Chrysostomi. Non tamen nomina omnium Vivorum, atque Defunctorum legebantur, præsertim post auctum fidelem populum, sed delectus habebatur, uti notat Cardinalis Noris: Sicque nomina tam Vivorum, quàm Defunctorum recitabantur, qui præ aliis aliqua speciali nota præexcellerent, de reliquis facta generali commemoratione. Quando autem hæc Diptycha legebantur, & quam ob causam, potissimùm hic inquirere oportet, ut prælibus propositæ difficultati occurramus. Aut tempore oblationum, præcipuè in Galliis, ut ex Mabillonio cit. observat P. Pogget in suo Catechismo auctoritate Joachimi Golbert Episcopi Monpessulani edito *part. 3. sect. 2. cap. 7. §. 22. num. 17.* recitabantur nomina Summi Pontificis, Patriarcharum, Episcoporum, Principum, Magistratuum, atque fidelium, qui aliquid ad Altare obtulerant, & hoc colligitur ex more, qui adhuc viget recensendi nomina Summi Pontificis, Episcopi Diœcesani, Regis, Principum, atque præsertim fidelium offerentium, ubi adhuc oblatio fit, pro quibus omnibus Sacrificium Deo offertur. Confirmatur mos ista ex Divo Hieronymo *in Comment. ad cap. 18. Ezechielis,* ubi hæc habet „ Diaconus publicè in Ecclesia offerentium nomina recitat, tantum offerre ille, tantum ille pollicitus, placentque sibi ad plausum populi torquente conscientia, damusque materiam nuseris, ut gaudeant ad ea, quæ tribuunt, & non lugeant ad ea, quæ rapuerant „ : Itaut graviter animadvertat Innocentius I. in percelebri Epistola ad Decentium *cap. 2.* eos, qui recitabant nomina antequam oblatio fieret. „ De nominibus verò recitandis antequam preces Sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendet, quam superfluum sit, ipse per tuam prudentiam recognoscis: ut cujus hostiam necdum Deo offeras, ejus ante nomen insinues: quamvis illi incognitum sit nihil. Prius ergo oblationes sunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum sunt oblationes, edicenda, ut inter sacra mysteria nominentur, nec inter alia, quæ ante præmittimus, ut ipsis mysteriis viam futuris precibus aperiamus „. Vel statim completa Missa Catechumenorum legebantur Diptycha Vivorum; ut fieri mandat S. Clemens *lib. 8. cap. 13.* Constitutionum Apostolicarum, quæ sub ejus nomine circumferuntur, ubi exclusis Catechumenis Diaconus ex ambone recitabat: „ Pro pace, & tranquillitate, &c. Pro Episcopo nostro Jacobo, & Paræciis ipsius orate, Pro Episcopo nostro Clemente, & Paræciis ipsius orate. Pro Episcopo nostro Evodio, & Paræciis ipsius orate „ : Jacobus erat Jerosolymitanus Episcopus, & Apostolus; Clemens erat tunc Romanus Pontifex: Evodius Petro in Antiochena Cathedra successerat. Ex Actis etiam Synodi Constantinopolitanæ anno 518. celebratæ liquidò constat Diptycha recitari post Missam Catechumenorum. Cum enim populus conclamasset: „ Diptycha amboni, qui non loquitur Manichæus est. Diptycha amboni: „ Joannes populo expostulanti satisfecit: „ Post lectionem Sancti Evangelii „ prosequuntur Acta „ ex more sacra Missa finita, & januis clausis „ (idest completa Missa Catechumenorum, postquam Catechumeni excludebantur, & januæ claudebantur) „ lectione juxta consuetudinem facta, tempore Diptychorum concurrit omnis multitudo cum magno silentio circa Altare, & audiebat, & cùm solùm lecta fuissent nomina prædictarum Sanctarum quatuor Synodorum, & Sanctæ memoriæ Archiepiscoporum Euphemii, Macedonii, & Leonis, voce magna universi clamaverunt, gloria tibi Domine „. Nomina hæc S. Leonis Papæ, atque Euphemii, & Macedonii Antistitum Constantinopolitanorum restituta fuere Sacris Diptychis mortuo Anastasio hæretico Imperatore, qui ea è Sacris tabulis eraserat. Quapropter in Libro Cleri Apameæ inserto in Synodo Constantinopolitana sub Menna, hæc nominum recitatio dicitur: „ Salutatio Beatissimorum Episcoporum „ Post recitata Diptycha jubet Clemens loc. cit. populi salutationem: „ Salutate vos invicem in osculo sancto, & salutent Clerici Episcopum, & viri laici laicos, & mulieres salutent mulieres, &c. „ licet Auctor *Ecclesiasticæ Hierarchiæ cap. 3.* quem Dionysium Areopagitam dicunt, priùs salutationem, postea recitationem Diptychorum ponat: „ Et cùm se, inquit, mutuò omnes salutaverint, mystica sacrarum tabularum recitatio fit. „

Romana Ecclesia Ecclesiasticarum observationum fidelis custos, cujus ritum etiam nunc sequimur, non uno in loco Missæ Diptycha legebat. Diptycha Vivorum recitabat post oblationem, & propriè initio Canonis, ubi adhuc recensentur nomina Pontificis, Episcopi Diœcesani, & Regis. Primus ille Catalogus legebatur post illa verba: „ Memento Domine famulorum, famularumque tuarum „ Et ideò moram aliquam facit Sacerdos, ut specialiter oret pro peculiaribus necessitatibus fidelium, & pro dante stipem. In recolenda memoria Sanctorum, quibus uniebatur Ecclesia in Sacrificii oblatione, illis verbis: „ Communicantes, &c. „ Romæ recitabantur Diptycha Sanctorum. Sicque in illis peculiariter, uti etiam hodie, nominabatur B. Virgo Maria, SS. Apostoli, & Martyres in Diptychis adscripti. Itaque habentur nunc in Canone nomina Sanctorum, qui inscripti erant in antiquis Diptychis Romanæ Ecclesiæ: Et ideò Martyres, qui ibi nominantur, aut Romæ passi sunt, & in ejus viciniis, aut illi, quos Romana Ecclesia semper speciali honore prosecuta est. In Galliis verò, ut supra diximus ex Mabillonio, (quod de aliis Ecclesiis licet asserere) huic Diptycho Sanctorum adjungebatur peculiaris Catalogus præcipuorum Sanctorum, qui recensiti erant in propriis Diptychis cujusque Diœ-

cefis, qui mos usque ad feculum XI. perseveravit.

Deinum recitabantur in Ecclesia Romana nomina inscripta in Diptychis Defunctorum, in illo Sacrificii loco, ubi etiam nunc pro Defunctis peculiaris commemoratio facienda est, seu in secundo *Memento*. Patet hoc non solùm de Romana, sed etiam de Græca Ecclesia, hæc ex supra dictis, ubi ex Literis Attici Patriarchæ Constantinopolitani ad Cyrillum Patriarcham Alexandrinum probatum est Diptycha Defunctorum fuisse distincta à Diptychis Vivorum, etiam distinctis in locis ea recitari colligi videtur; Tum etiam ex Cyrillo Jerosolymitano in *5. Catechesi Mystagogica* apud Christianum Lupum *tom. 2. in dissert. de V. Synodo cap. 8.* ubi apertissimè habetur Diptycha Defunctorum recitari post Consecrationem, & tunc Sacrificium pro eis offerri à Sacerdote per orationes inibi fusas: ,, Postquam, *inquis*, confectum est illud spirituale Sacrificium, ipsum offerimus, ut meminerimus etiam ipsorum, qui ante nos obdormierunt. Primùm Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, ut Deus orationibus illorum, & deprecationibus suscipiat preces nostras. Deinde pro Defunctis Patribus, & Episcopis. Denique pro omnibus oramus, qui inter nos vita functi, maximum credentes esse animarū juvamen, pro quibus offertur precatio Sancti illius, & tremendi Sacrificii. ,, Defunctis igitur offerebatur Missa ad eorum juvamen, Sanctis pro nostra intercessione, ut rectè S. Augustinus inquit, *tract. 84. in Joann.* ,, Non sic Martyres commemoramus, quemadmodum alios, qui in pace requiescunt, ut etiam pro iis oremus; sed magis ut orent ipsi pro nobis. ,, Unde Cardinalis Bona rectè asserit Græcos post recitationem nominum statim offerre Sacrificium tam pro Vivis, quàm pro Defunctis. Tamen de omnibus Ecclesiis certa figi non potest regula, cùm eorum Liturgiæ varias passæ sint mutationes. In Romana verò Ecclesia distinctis in locis recitari nomina Vivorum, & Defunctorum patet, tum ex antiquitate Canonis, cujus institutio cum primis Ecclesiæ seculis certat, ut innuit Trid. *sess. 22. cap. 4.* & probat Card. Bona *Rerum Liturgicar. lib. 2. cap. 11. n. 2.* aliique communiter de eo contra hæreticos disputantes; ubi ante Consecrationem, & in *Memento* Vivorum recitabantur Diptycha Vivorū, post Consecrationem in *Memento* Defunctorum recensebantur nomina Defunctorum, in Diptychis Defunctorum inscripta, ut sine ulla ambiguitate de Romana Ecclesia testatur Alcuinus *de Officiis Ecclesiasticis cap. de celebr. Missæ*, qui floruit tempore Caroli Magni, ubi exponis verbatim totum Canonem, ibique docet nomina Vivorum recitari antiquitùs, ubi nunc in Canone dicitur: *Memento Domine, &c.* & signantur literæ N. N. Nomina Defunctorum recitari post illa verba: *in somno pacis*, in altero *Memento*. ,, Post ergo illa verba, ,, inquit, citatus Alcuinus ,, quibus dicitur *in somno pacis*, usus fuit antiquorum, sicut etiam usque hodie Romana agit Ecclesia, ut statim recitentur ex Diptychis nomina Defunctorū. ,, Unde Concilium Emeritense *Can. 19.* etiam distinguit locum recitationis nominum Vivorum à Defunctis, his verbis: ,, Proinde salubri deliberatione censemus, ut pro singulis quibusque Ecclesiis, in quibus Presbyter jussus fuerit per sui Episcopi ordinationem præesse, pro singulis diebus Dominicis Sacrificium Deo procuret offerre, & eorum nomina, à quibus Ecclesias constat esse constructas, vel qui aliquid his Sanctis Ecclesiis videtur, aut visi sunt contulisse, si viventes in corpore sint, ante Altare recitentur tempore Missæ. Quod si ab hac luce discesserint, nomina eorum cum fidelibus recitentur suo in ordine ,, idest in proprio *Memento* Defunctorum. Quapropter jure optimo asserere licuit Cardinali Bona *loc. cit. lib. 2. cap. 8. n. 7.* ,, Latini in Canone distinctis locis Vivorum, & Mortuorum memoriam agunt, quod olim fieri solebat recensitis nominibus ,,: videlicet Vivorum in primo *Memento*, Defunctorum in secundo.

Ex dictis apparet recitationem Diptychorum in Ecclesia Romana, & alibi aliam ob causam non fieri, nisi quia pro inscriptis in eis Missæ Sacrificium offerretur; nam inutilis aliàs fuisset recitare Diptycha in Missæ solemniis, si pro eis specialis applicatio Sacrificii non fieret. Tum quia in Diptychis præcipuè legebantur nomina offerentium panem, vinum, aut alias res ad Altare, pro quibus specialiter erat orandum, ut præcepit Innocentius I. supra laudatus, ubi: ,, De nominibus verò, *inquit*, recitandis antequam preces Sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendet . . . . . ut cujus hostiam necdum Deo offeras, ejus ante [illegible] insinues, ... Prius ergo oblationes sunt commendandæ, ac tum eorum nomina, quorum sunt oblationes, edicenda, ut inter sacra mysteria nominentur. ,, Nam sicut hodie pro dante honorario, seu stipendio specialis applicatio fit, ita pro offerentibus tunc, ac pro singulis benefactoribus Vivis, ac Defunctis specialis oratio, seu applicatio Sacrificii facienda erat, ut ex Concilio Emeritensi mox cit. patet. Adeoque si Canon distinctis in locis orationes distinctas habet, pro Vivis, ut oremus pro eis in primo *Memento*, pro Defunctis, ut pro eis oremus in secundo *Memento*, ut Rubrica adhuc indicat ibi Sacerdotem debere orare *pro iis Defunctis, pro quibus orare intendit*. Consequens est posse Missæ Sacrificium applicari pro Vivis ante Consecrationem, pro Defunctis in secundo *Memento*, ubi specialiter Ecclesia Romana de Defunctis mentionem facit, & pro eis peculiariter orat ac Dominū deprecatur, ut eis indulgeat *locum refrigerii, lucis, & pacis*.

Neque elevat vim argumenti asserere Ecclesiam pro omnibus in Sacrificio Missæ orare per Sacerdotem, qui est publicus Ecclesiæ Minister: & sic communis, & generalis tunc erat commemoratio, non specialis applicatio pro inscriptis in sacris Diptychis. Secundo quando Diptycha recitari solebant, seu primis Ecclesiæ seculis, Sacerdos celebrans non videtur fuisse adstrictus pro aliquo in particulari Sacrificium offerre, quia Honorarium, seu stipendium tunc pro particulari Missæ applicatione non dabatur Sacerdoti: et si aliquid Ecclesiæ legabatur, non proinde aliquo speciali onere Missarum Ecclesia gravabatur, ut probat Joannes Baptista Thiers in suo *Tract.* magis necessariarum omnium Devotionum *tom. 2. cap. 24.* fundationes esse fuisse quarti, & quinti seculi, & S. Remigius suæ Ecclesiæ Remensi ex testamento unam fecit, & patet ex pluribus formulis apud Marculphum septimo seculo; tamen discrimen esse inquit citatus Thiersius inter antiquas, & recentes fundationes; nam primæ nullum speciale requirebant officium ab Ecclesia, ut postea seculo XII. per fundationes requiri ceperunt ab Ecclesia celebrationes Missarum, Officiorum, Funeralium, Suffragiorum, quæ ita postea numero excreverunt, quin opus fuerit illa reducere. Non elevat, inquam, Primo, quia ut observat Eruditissimus Joannes Cabassutius in principio *cit. Dissert. XV. de Diptychis*. Etsi Ecclesia pro omnibus Christi fidelibus communes preces ageret in Missæ Sacrificio, tamen pro inscriptis in Diptychis Vivorum, & Mortuorum specialem, ac peculiarem orationem, ac commemorationem agebat tam pro Vivis, quàm pro Defunctis, pro eis Missæ Sacrificium offerendo: ut patet ex Innocentio I. laudato in *Epistola ad Decentium*, & ex Concilio Emeritensi *Can. 19.* loco quorum successit in Romana Ecclesia utrumque *Memento*; ut ex Alcuino probatum est. Insuper Ecclesia pro aliquo Defuncto in particulari Sacrificium offerebat, licet Sacrificium pro omnibus Vivis, & Defunctis quoque offerret, ut patet ex Concilio Carthaginensi IV. *Can. 79.* ex Tertulliano *lib. de Monogamia cap. 1.* ex S. Cypriano *Epist. 66.* ex Eusebio *lib. 4. Vita Constantini cap. 71.* ex S. Ambrosio in *Orationibus funebribus pro Valentiniano, Theodosio, & Satyro*, ex S. Augustino *lib. 9. Confess. cap.* 13. aliisque. Insuper speciale Sacrificium offerebatur in die obitus præsenti cadavere. Tertullianus *lib. de Anima cap. 51.* Eusebius, & Augustinus *locis citatis*; Aut tertio die post obitum. *Constitutiones Apostolicæ* per S. Clementem *lib. 8. cap. 42.* Alcuinus *de Divinis Officiis*. Aut septimo die. S. Ambrosius *in Oratione de fide Resurrectionis*. Amalarius *lib. 3. Offic. Eccl. cap. 44.* Aut trigesimo. Amalarius *loc. cit.* aut recurrente anniversaria die. Tertull. *de Corona Militis cap. 3.* *Constitutiones Apostolicæ*, & Amalarius *locis citatis*. Ad secundum plana est Responsio ex dictis, quia Ecclesia specialiter orabat, & offerebat Sacrificium pro inscriptis in sacris Diptychis, & præcipuè pro offerentibus aliquid ad Altare, quod cedebat in utilitatem Ministrorum Ecclesiæ, & pauperum. Et hæ oblationes erant veluti Honoraria, seu stipendia. Nam sciendum est, licèt Eruditis non lateat, Honoraria, seu stipendia ex sublatis fidelium oblationibus ortum ducere, ut probat Christianus Lupus *tom. 4. in Dissert. de Simoniæ crimine cap. 11.* & *tomo 6. in V. Synodo Romana Can. 13.* Mabillonius in *Actis Benedictinis seculo III. in præfatione num. 62.* ,, Ut videtur, *inquit*, seculo VIII. saltem in Missis privatis, non tamen ubique passim ante seculum XII. ,, Probatur insuper ex Honorio Augustodunensi *lib. 1. Gemmæ Animæ cap. 66.* cujus verba *Titulo* superiori *Adnotatione VI.* integrà retulimus, ubi asserit quòd Ecclesia specialiter offerebat Sacrificium pro offerentibus, his verbis: ,, Nam singuli farinam offerentium Missæ interfuerunt, & . . . . .

pro

Quando plures sacrificant simul, qui applicat Sacrificium?

1269 Plures simul sacrificantes possunt omnes illud applicare.

Quilibet potest applicare Sacrificium, ità ac si solus esset; nam licèt una res oblata, plures tamen sunt sacrificantes, oblationes adæquatè concurrentes: sic licèt unus, idemque Christus in multiplici Missa, multiplex meritum ob multiplicem oblationem. Ergo licèt sit idem Christus Dominus, quando plures celebrant, erit multiplex meritum, quia multiplex oblatio; nec unus alterius consortio minùs meretur: aliàs fugienda essent Sacrificia, quibus multi assistunt, quasi minùs reportassent lucrum. Vasqu. *disp.*231. *num.* 40. Meratius *disp.* 38. *sect.* 8. §. *superest.* Diana *par.* 5. *tract.* 14. *resol.* 112. Dicastill. *loc. cit. num.* 173. Suar. *disp.* 79. *sect.* 12. §. *hic verò potest.* Hurtadus *disp.* 3. *difficultate* 10. Lugo *disp.* 19. *sect.* 12. Aversa *quæst.* 11. *sect.* 9. §. 7. Henaus *disp.*13.*num.*34. citans quinque alios Doctores. Contra Arriagam *tom.*7.*disp.*52.*num.*36. *&* 37. ajentem fructum Sacrificii non multiplicari multiplicatis offerentibus.

1270 An possit accipi stipendium, dubitatur.

Nec adest præceptum, ut Sacerdotes se conforment intentioni Episcopi. Contra Bernal *de Euchar.disp.*45.*sect.*2.§.2.*num.*24.

Et potest etiam stipendium accipere si non constet Episcopum, vel alterum ante absolvisse verba Consecrationis, maximè quia præsumitur simul absolvere cum Episcopo, & consumit partem Sacrificii. Quintanaduenas *tom.* 2. *tract.*2.*singulari* 3.*num.*7. Henaus *disp.*13.*n.*40. dicens probabile oppositum, cum Aversa *de Sacrificio Missæ q.*11.*sect.*9. *v.*7.*demum.* De Leone *de officio Capellani qu.* 7. *sect.* 8. ob incertitudinem simultaneæ Consecrationis.

Verùm si placeat Sacrificium consistere in consumtione, indubitanter asseras posse accipere stipendium, quia Neopresbyter revera consumit Sacrificium recipiens particulam consecratam. Et sicuti Sotus, Nugnus, Gabr. à S. Vinc. in die Parasceve dicunt Sacerdotem sacrificare, licèt consumat species solius panis; ità fortiùs noviter Ordinatus consumens species fortè à se consecratas, poterit dici sacrificare. (7)

An quis possit applicare Sacrificium pro alio ignorante, vel invito?

Affirma: nam solutione sufficienti extinguitur debitum ignorantis, vel inviti debitoris. *l. manifesti*, 17. *C. de solution. l. solutionem. D. de solution.* & notavi 3. Panton. *num.* 2895. Bonac. citans quatuor Doctores *disp.*4. *qu.fin. punct.* 7. §. 1. *num.*4. Lugo *disp.*19.*num.*199. Aversa *qu.*11.*sect.* 10. §. 5. Henaus *disp.*13. *num.*41. dicens cum Francisco Lugone *lib.*5. *par.*11. *qu.*3. *num.*36. posse etiam stipendium accipi, si debitor acceptet deindè Sacrificium se ignorante celebratum, veluti negotiorum gestor, potest accipere stipendium. Quòd si etiam quando fecit, repugnat, adhuc liberatur applicatione Sacrificii pro ipso facta. Et si ab initio sciente contradicente alio celebret; tunc cùm nec sit mandatarius, nec negotiorum gestor, caret actione pro stipendio Sacrificii, censetur enim tunc donasse, vel projecisse stipendium. Contra Lugonem *loc. cit.* 1271 Sacrificium applicari potest pro ignorante applicationem, vel invito.

An Sacrificium non applicatum redundet in ipsum Sacerdotem?

Affirma: quia quisque præsumitur jure velle sibi, & suis quantum potest prospicere, & hæc est interpretativa cujuslibet voluntas. *l. cum acceptissimi, C. de fideicommissis. l. si unquam, Cod. de revocand. donat.* Et Christus Dominus fecit Sacerdotis veluti proprium suæ Passionis meritum. Sicuti ergo opus operantis satisfactorium alteri non applicatum prodest ope- 1272 Sacrificii fructus non applicatus videtur redundare in ipsum Sacerdotem.

„ *pro his* in Canone dicebatur: Et omnium circum„ stantium, qui tibi offerunt hoc Sacrificiū laudis. „ Sublatis oblationibus cœptum est inquit offerri denarios: „ qui tamen denarii in usum pauperum „ cederent, vel in aliquid, quod ad hoc Sacrificium „ pertineret. „ Tandem oblati denarii cessere in utilitatem Sacerdotis Celebrantis pro ejus sustentatione, requirendo ab eo specialem applicationem. Demùm si vellem Thiersio absolutè concedere, quod jure negari potest, ut infra, fundationes antiquas non requisisse speciales applicationes Missarum pro Defunctis, negari tamen nequit Ecclesiam, veluti grata Mater, pro eis speciales orationes in Sacrificio non effudisse, ut de Constructoribus Ecclesiarum, & de insignibus Benefactoribus imposuit Sacerdotibus celebrantibus Concilium Emeritense *Can.* 19. quamvis non fuerit adstricta ipsa Ecclesia per ipsius fundatores preces in Sacrificio fundere, ut legenti patet. Tamen S. Remigius à Thiersio laudatus inter Legata, quæ in suo Testamento leguntur, de quo vide supra *lib.* 1. *Tit. IV. Adnotat. VII.* legavit suo ex fratre nepoti Lupo Episcopo Suessionensi vineam cum oneribus Missarum: „ Vineam, quam Bebrunoodus facit, tibi eatenus de„ relinquo, ut diebus festis, & omnibus diebus Do„ minicis inde mea sacris Altaribus offeratur obla„ tio, atque annua convivia Remensibus Presby„ teris, & Diaconibus præbeantur. „ Igitur Ecclesia semper in Sacrificio non solùm pro omnibus generaliter orat, sed etiam in particulari, ut probatum est ex usu recitationis Diptychorum in Missæ solemniis, ex oblationibus, atque ex speciali applicatione pro Defunctis, insuper ex peculiaribus fundationibus. Hæc dicta sint tantùm pro illustrando argumento Joannis Clericati ex usu Diptychorum petito, ut firmet suum assertum, applicatio-

nem scilicet Sacrificii pro Defunctis posse, & debere fieri post Consecrationem in proprio *Memento* Defunctorum. Firmat quoque suam sententiam Clericatus auctoritate Doctorum, qui docent posse in secundo *Memento* fieri applicatio Missæ pro Defunctis, ut docuit Coccopercius *de Canonicis lib.*3.*num.*183. & iis Crassius *lib.*3.*cons.num.*14.*de celebr.Missar.tom.*1. & objectionibus circa essentiam Sacrificii ubi consistat faciendo satis, refert Tamburrinum *de Sacrificio Missæ lib.*2. *cap.*2.§.10.*num.*7. dicentem hanc opinionem probabilem. Albertum Magnum, Ledesmam, Victoriam, & alios per Dianam relatos in Coordinato *tom.*9.*tract.*7. *resol.*111. Demùm adducit Decretum Sac. Congr. Concilii, quæ explicando Tridenti, in *caput* 4. *sess.*25. *de reformat.* ibi: *Commemoratio fiat*; censuit posse satisfieri per intentionē applicationis Missarum, per preces in secundo *Memento*, ut refert Fagnanus in *c. cum creatura. de celebr. Missar. num.*19. & habes apud Gallemart in declarationibus S. C. C. prætermissis ad dictum *cap.*4. *sess.*25. Hæc etsi aliqua probabilitate non videantur carere, judicio tamen, & censuræ Sapientum subjecta volo. Et cum ipso Clericato *num.* 17. moneo Sacerdotem celebrantem; ut in Præparatione ad Missam applicet illam, pro quibus vult, aut tenetur applicare, & in Collectis, & in Offertorio reflectat ad eos, pro quibus vult applicare; Demùm in utroque *Memento* eliciat actum applicationis Sacrificii tam pro Vivis, quàm pro Defunctis, ut certa sit applicatio, & absque scrupulo adimpleat suum munus; nē pro certa stipe incertam, aut probabilem applicationem reddat.

(7) Cum probabile sit consumtionem utriusque speciei spectare ad perfectionem Sacrificii, non potest noviter Ordinatus stipendium pro Missa, quam cum Episcopo celebrat, recipere; quia non est certum, quòd Sacrificium perficiat.

operanti, ità opus operatum hujus Sacrificii alteri non applicatum proderit Sacerdoti capaci. Idque mihi ex eo persuadetur, quia in Missa est oblatio pro Sacerdotibus, & fidelibus, illis verbis. *Offero tibi pro innumerabilibus peccatis meis, & pro omnibus fidelibus.* Arriaga *tom.* 7. *disp.* 53. *num.* 8. Contra Suar. *disp.* 79. *num.*9. Vasq. *disp.*231. *cap.*3. *num.*10. Martinon *disp.* 39. *sect.*4.*num.*35. Gabr. à S. Vinc. *de Sacrificio Missæ disp.*2. *qu.*5. §. *quinta difficultas*; ajentes Sacrificii fructum non extrahi tunc à thesauro Ecclesiæ. Henaum *de Sacrificio Missæ disp.* 13. *num.* 47. gratis ajentem generalem intentionem intendentis suum bonum non sufficere sine speciali applicatione Sacrificii.

An applicatio pro incapace, puta pro damnato, redundet in Sacerdotem?

1273 Applicatio Sacrificii pro incapace redundat in Sacerdotem.

AFfirmat Gabr. à S. Vinc. *de Sacrificio Missæ disp.*2. *qu.*5. §. *quarta difficultas*: ex Lucæ 10. ibi: *si fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra, sin autem, ad vos revertetur.*

Negat Henaus *loc. cit. disp.*13. *num.*48. consulens Sacerdoti, ut habeat habitualem intentionem sibi applicandi, & Dicastill. *tract.*5. *disp.*2. *dub.*9. *num.* 86. ait animam beatam impetrare à Deo, ut Missa aliis applicetur.

Nobis utraque opinio displicet; quia dans stipendium sibi, & suis quantum potest, intendit prospicere: & hæc est rationabilis præsumpta voluntas. Igitur si incapax detur, applicari debet pro ejus conjuncto, juxtà interpretativam dantis stipendium voluntatem; & sic malè faceret sibi applicando contra voluntatem dantis stipendium.

An Ecclesia fidelium militantium offerat Sacrificium per Sacerdotem, ut per præcipuam ejus partem?

1274 Ecclesia militans offert Sacrificium per Sacerdotes, ut per præcipuam ejus partem.

AFfirma; Trident. *sess.*22. *cap.*1. ibi: *seipsum ab Ecclesia per Sacerdotes signis visibilibus immolandum*; & *cap.*5. Exodi 3. ibi: *dimitte populum meum, ut sacrificet mihi in deserto* Numerorum 28. ibi: *hæc sunt Sacrificia, quæ offerre debetis*. Levitici 23. *offeretis holocaustum Domino.* D. August. 10. *de Civit. cap.*20. D. Damianus *Epist.* 12. Leo Papa *Epist.* 81. *cap.* 2. D. Tho. 3. *par. qu.*81. *art.*6. & 7. Aversa *qu.*11. *sect.*9. §. 4. Enim verò tota Ecclesia offert per Sacerdotes, ut exprimunt verba illa Canonis: *Hanc igitur oblationem servitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ.* Et ibi *quam tibi offerimus, vel quæ tibi offerunt.*

Et quanto magis Ecclesia sanctitate fulget, eò Deo gratior, & fructus Sacrificii uberior. Scotus *quodlibeto* 20. *art.* 2. v. *sed sic est*. Suar. *disp.*79. *sect.*11. v. *dico tertio*. Ex illo Genesis 4. v. 4. *respexit Deus ad Abel, & munera ejus.* Arriaga *tom.*7. *disp.*52. *num.*22. Contra Vasq. *disp.* 229. *num.* 10. dicentem impetrationem, non satisfactionem ex Ecclesiæ sanctitate arguendam.

1275 Beati, & Purgantes non possūt offerre Sacrificiū.

Ex eo autem, quòd Sacrificium sit Ecclesiæ militantis, à militantibus offerēdum: excluduntur regulariter ab offerendo Beati, & Purgātes, translati jam in alium statum. Trid. *sess.*22. *c.*1. ibi: *dilectæ sponsæ suæ Ecclesiæ visibile, sicut hominum natura exigit, relinqueret Sacrificium.* Scotus *quodlibeto* 20. *art.*2. v. *sed sic est*. Amicus *disp.*33. *sect.*6. *num.*234. Suar. *disp.*77. *sect.*3. §. *sed difficile.* Vasqu. *disp.*226. *cap.*2. *num.*10. Valet tamen Deus in hoc dispensare. Judic. *cap.* 6. ubi Angelus sacrificavit in corpore assumto.

Et Sacrificium prout oblatum est nomine Ecclesiæ, ejus intuitu meretur speciales effectus, ut sponsa grata à viro specialem exigere valet favorem, etiamsi Sacerdos sit voluntariè distractus; nam id non reddit oblationem, & Ecclesiam ingratam; ità contra Meratium sentit Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. disp.*2. *qu.*2. §. *tertia difficultas*, qui ulterius contra Lugonem sentit id verum, etiamsi celebrans excommunicatus, aut degradatus esset, quia licèt nolit istum celebrare, si tamen celebret, vult Sacrificio Deum placare, & offerentem converti.

An omnes offerentes æqualiter præmium reportent?

1276 Non omnes offerentes æquale præmiū reportant, sed juxta eorum dispositionem.

NEga, sed magis concurrentes, magis merentur; magis autem concurrunt inservientes Sacerdoti, consulentes, intervenientes, rogantes, mandantes, jubentes, afferentes materiam Sacrificii, eleemosynam dantes. Durand. *lib.*2. *de Eccles. Cathol. ritibus cap.*26. *art.*7. Lugo *disp.*10. *sect.*11. *num.*238. Excipias defunctos relinquentes mercedem; nam cùm sint extra Ecclesiam militantem, offerre non dicuntur. Amicus *loc. cit. num.*190. Contra Sotum in 4. *dist.*13. *qu.*2. *art.*1. §. *offerentes*.

Ex quo illud colligas, Sacrificium magis prodesse viventibus, quàm defunctis, quia viventes etiam concurrunt ad illud, ut offerentes cum Ecclesia militante. Trullench *lib.*3. *de Sacram. cap.*8. *dub.*7. *num.*11.

Ex dictis resolvas:

An offerentes dispositi simul per Sacerdotem, percipiant aliquem fructum ratione præcisæ oblationis ex opere operato?

1277 Offerentes simul per Sacerdotem recipiūt aliquem fructū ratione oblationis ex opere operato

AFfirma; nam non est major ratio de Sacerdote, ac de aliis offerentibus proportionaliter. D. Tho. 3. *par. qu.*79. *art.*5. ibi: *effectum Sacrificii in eo, qui offert, vel in iis, pro quibus offertur.* Et in fine corporis ibi: *hæc oblatio est satisfactoria illis, pro quibus offertur, vel etiam offerentibus.* Suar. *disp.*79. *sect.*8. Bonac. *quæst. fin. puncto* 4. *num.*2. Henriqu. *lib.*9. *cap.*20. *num.*2. Canus *lib.*12. *de locis cap.*13. Sotus in 4. *dist.*13. *qu.*2. *art.*1. Contra Vasq. *dis.*231. *num.*12. Lugonem *disp.*19. *num.*233. Coninck *art.*1. *n.*262. putantes effectus ex opere operato tantùm concedi illis, pro quibus offertur. Nostræ sententiæ etiam arrident verba Canonis Missæ, ibi: *pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt.* (8)

Cui

(8) In pluribus antiquis Missalibus verba ista: *Pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt*, non habentur simul conjuncta: Sed in aliquibus notantur tantùm ista: *Pro quibus tibi offerimus*, in aliis solùm: *qui tibi offerunt*. Hoc indicat cùm primùm simul conjuncta sunt, Sacerdotis esse, quæ vellet eligere ob variam lectionem antiquorum Missalium, cùm utraque lectio eundem sensum componat, ut notat Mabillonius: & Claudius de Vert Thesaurarius Abbatiæ Cluniacensis demonstrat, quòd in Missalibus PP. Recolletorum verbum illud *Vel* fuisse appositum in Rubrica, ad ostendendam alternam lectionem. Hæc dicta sint eruditionis ergò, cùm adstricti simus omnia in Canone pronunciare.

Cui competat major fructus Sacerdoti, an illi pro quo offertur?

1278 Cui cōpetat majoe fructua Sacrificii DD. disputant.

PRo Sacerdote stat Bordonus *tom.1. var. resol.25. quæst.8.*

Pro illis, pro quibus offertur, stat Filliuc. *to.1. tract.5. cap.6. num.18.*

Rem ignotam ait Aversa *de Sacrificio Missæ qu.11. sect.9. §.comparendo.*

Nobis placet rem mensurandam à devotione, ut intrà.

An quivis possit suum meritum ex opere operato in alterum transferre?

1279 Quivis potest suū meritum ex opere operato in alium traosferre.

AFfirma; nam non est major ratio, cur Sacerdos, non verò alii valeant in alium transferre meritum sibi acquirendum. Ad Hebræos 7. *ver.26.* ibi: *Sacerdos priùs pro suis delictis bostias offerre, deinde pro populo.* Gabr. à S.Vinc. *disp.2.qu.4. §. quarta difficultas.* Aversa, citans septem Doctores *loc. cit. §. dicendum.* Contra Scotum *quodlibeto* 20. Gabr. in *Canone lect.*26. Suar. *disp.* 76. *sect.* 9. Contra Arriagam hìc *disp.53.sect.3.* Meratium *disp.38.sect.5.* ajentes meritum personale non posse, ut nec indulgentia lucranda, in alium transferri. In quo est disparitas, quia Sacrificium est pro aliis, indulgentia non item ex propria institutione.

Sed eadem difficultas magis enucleaoda:

An Sacrificium prosit Sacerdotibus ex opere operato, si pro se Sacrificium non offerant?

1280 Sacrificium prodest ex opere operato Sacerdoti, etsi pro se oō offeratur.

AFfirmat Suar. *disp.* 79. *sect.8.* v. *quarto de ceteris.* Henriq. *lib.4.cap.20.§.2.* Navarra *de restitut.cap.2. difficult.5.* Bonac. *disp.4.qu.fin. puncto 4.num.2.* Amicos *disp.33.sect.6.num.131.* Toletus *lib.2. cap.7. num.1. & 14.* Aversa hìc *qu.11.sect.9.* v. *& hac.* Contra Vasqu. *disp.* 231. *cap.3. num.2.* Cooinck *3.par.qu.83.art.1.dub.9. num.152.* Caspens. *tract.23.dub.2.sect.3.num.24.* Garziam *tr.3. diffic.1.* Arriagam *disp.53.sect.3.* qui *num.9.* ait fructum ex opere operato, licèt competat Sacerdotibus, quia exercet actionem consecrativam, non competere aliis. Meratium *disp.38.sect.5.* Henaum *disp.15.num.14.* Patet ex Canone Missæ ibi: *pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt,* ex D.Tho: *3.par.qu.79. art.5.* Enim verò non debent esse deterioris conditionis offerentes, ut ex hoc ipso nihil mereantur ex opere operato, sed tantùm ex opere operantis; maximè quia oon solùm sunt offerentes fideles; Sacrificium namq; ipsa oblatiooe meretur pro tota Ecclesia, qua ratione etiam offerentes debent participare fructu, sicuti participant Sacrificio. Canon Missæ, ibi: *ut quotquot ex hac Altaris participatione sacrosancti Filii tui Corpus, & Sanguinem sumserimus, omni benedictione cœlesti, & gratia repleamur.* Trident. *sess.25.cap.6.*

An magis prosit assistenti, quàm aliis fidelibus?

1281 Juxtà cujusque devotionem prodest assistentibus, aut aliis.

REgulatur à devotione, quæ si major sit in assistente, magis ei proderit. Sà v. *Missa num.* 42.

An satisfaciat pro fidelibus, pro quibus generaliter offertur Sacrificium?

1282 Sacrificium satisfacit pro fidelibus in corū generali applicatione.

AFfirma: Vasq. *disp.231.num.25.* volens prodesse quoad impetrationem, & satisfactionem toti Ecclesiæ. Amicus *disp.33.sect.6.n.225.* Valent. *tom.4.disp.4.qu.11. puncto 1. §.25.* Meratius *disp.40.sect.4. v.antequam.* Bonac. *disp.4. quæst.fin. puncto 4. §.9.* Henaus *disp 15.num.36. & 37.* Contra Suar. *disp.78. qu.2. v.sed quæres.* Lugonem *disp.19. sect.10.num.* 220. Arriagam *disp 53. sect.2. num.5.* Aversam *qu.* 11. *sect.* 10. *in principio*; voleotes non satisfacere, nisi specialiter applicetur, & solùm prodesse omnibus quoad impetrationem.

Patet ex Trid. *sess.22.c.2.* & 2. ad Hebr. *5.v.1.* ibi: *debet quemadmodum pro populo, ità & pro semetipso offerre,* ergo prodest ut sibi, etiam populo, pro quo offert.

II. Quia eadem est ratio, qua prodest specialis pro generali applicatione.

III. Quia oratio generalis prodest; ergo etiam generalis applicatio Sacrificii,

Tandem impetrat, ergo etiam satisfacit; nam in hoc communi Sacrificio non est major ratio de impetratioue, ac de satisfactione.

An possit Sacerdos aliquem excludere à generali fructu Sacrificii?

1283 Sacerdos validè, licèt illicitè potest aliqoem excludere à generali fructū Sacrificii.

DIstinguas: Et validè, affirma. Licitè, nega. Non licitè, quia contra Ecclesiæ prohibitionem sub gravi, secundum Avers. hìc *qu.11. sect.10. §.in primis.*

Validè, quia ut potest non applicare pro illo specialiter, pro quo tenetur specialiter applicare; ità nec potest oon applicare pro illo, pro quo tenetur generaliter applicare. Arriaga *to.7. disp.* 53. *num.* 6. *in fine.* Lugo *disp.* 16. *sect.* 10. *num.224.* Gibalin. *de censur. disp.7.qu.2.nu.15.* Martinon *disp.29. sect.4. num.34.* Contra Suar. *disp.* 78. *sect.* 2. ajentem nec validè, nec licitè posse excludere aliquem à participatione fructus generalissimi.

Quot modis fructus Sacrificii applicari valeat?

1284 Sacrificii fructus & generaliter, & specialiter applicari valet.

DUplici modo. I. generaliter, & sic pro omoibus fidelibus, & etiam pro aliis, ut infrà, vivis, & purgantibus satisfactivè, & impetrativè. Vasq. *disp.* 231. *num.35.* Suar. *disp.78. sect.* 2.

II. Specialiter pro certis personis ad electionem Sacerdotis, etiam pro ipsomet Sacerdote, & puto applicari virtualiter semper, quaodo aliud Sacerdos non exprimit pro oneribus gravioribus, ad quæ tenetur; nam unosquisque præsumitur propriis velle oneribus satisfacere.

Hinc triplicem assignant satisfactionem.

1285 Specialissimus Celebrantis, specialis dantis stipem, generalis pro omnibus.

I. Specialissimam, atque privatam personalem celebrantis. II. Specialem, quæ prodest tantùm illi, pro quo in specie offertur. III. Generalem pro omnibus capacibus satisfactione, vel impetratione, de quibus mox. Suar. *disp.79.sect.9. v. secundo inquiri.*

Pro quibus offerri valeat Sacrificium?

§. IV.

1286 Christus nō potest pro se sacrificiū offerre.

PRimo: Christus Dominus principalis offerens non potest pro se offerre, sed suum me-

meritum reliquit applicandum arbitrio Sacerdotis. Ad Hebræos 7.v.26.ibi: *talis decebat, ut nobis esset Pontifex Sanctus, &c.* D.Tho. *qu.* 22. *art.*4. Lugo *disp.*19. *num.*102.*&* 228.

1287 Sacerdos potest pro se, & pro populo offerre.

II. Sacerdos potest offerre pro se ipso, pro populo. Ad Hebr. *v.*26. & *cap.*5.*v.*1. ibi: *debet quemadmodum pro populo, ita etiam, & pro semetipso offerre pro peccatis.*

Quales debeant esse illi, pro quibus valeat hoc Sacrificium offerri?

1288 Quales sint pro quibus valet Sacrificiũ offerri. Qua satisfactorium prodest in gratia existentibus.

HOc Sacrificium est satisfactorium, impetratorium, & in gratiarum actione.

Qua satisfactorium solùm offerri valet, & certè prodest existentibus in gratia sanctificante, licèt non dum plenè liberati à debito pœnarum temporalium. Trid. *sess.*22.*cap.*2. & *cap.*6.ibi: *pro omnibus fidelibus, qui ad Corpus Christi pertinent, celebrentur.* Ad Hebræos 5. & 7. *can. visum est. de consecr. dist.* 1.

1289 Qua impetratoriũ etiã pro non baptizatis.

Qua impetratorium potest etiam offerri pro non baptizatis, pro infidelibus, petendo eorum conversionem.

Patet primo in oblatione Calicis. ibi: *offerimus tibi Domine Calicem salutaris tuam deprecantes clementiam, ut in conspectu Divinæ Majestatis tuæ pro nostra, & totius mundi salute cum odore suavitatis ascendat.*

II. Quia Passio Domini ad omnium salutem in conversionem tendit, cujus est commemorativum hoc Sacrificium.

III. Quia Sacrificia legis antiquæ etiam pro infidelibus offerebantur. Jeremiæ *cap.*29.*v.*7.1. Machabæorum 12. ubi offerebatur pro Spartiatis; ergo etiam Sacrificium Missæ omnium perfectissimom, & omnia complectens. Trident. *sess.*22.*cap.*2. D.August. *epist.* 59. *ad Paulinum.* Arriaga *disp.*52.*num* 10.Gabr. à S.Vinc. *disp.*2. *qu.*4. §. *quod si loquamur*. Aversa *loc. cit.* §. *similiter*.

Nec officit Trid.*loc.cit.cap.*6. ibi: *prò omnibus fidelibus, qui ad Corpus Christi pertinent, celebrentur*. Nam intelligitur satisfactoriè.

Hinc solvitur:

An pro Energumenis fidelibus offerri valent?

1290 Pro Energumenis offerri valet.

AFfirma: *can. audi denique. can. omnis Christianus.* 1. *qu.*3. Gabr. à S.Vinc.*loc.cit.* §. *secunda difficultas*, dicens in Concilio *can.* 29. Energumenis prohiberi ministrare, & celebrare Sacrificium.

An pro Catechumenis fidelibus offerri valeat?

1291 Et pro Catechumenis.

AFfirma: licèt non permitterentur sacro interesse. *can. Episcopus* 67. *de consecr. dist.* 1. idque etiam, ut desiderium regenerationis Deus inspirando conservet. D. August. *epist.* 107. *ad Vitalem*. Per fidem enim sunt Christo mysticè incorporati, & sic capaces, ut pro eis offeratur, *cap. veniens. de Presbytero non baptizato.* Vasq. *disp.*227.*cap.*4.*num.*33. Aversa *loc.cit.*§.6. citans sex Sanctos Patres. Idque non solùm impetrativè, ut ait Suarez *disp.*78.*sect.*2. v.*dico secundo.* Aversa *loc.cit.*§.*dicendum.* Gabr. à S.Vincent. *loc.cit.*§.*de vivis*, sed etiam satisfactivè si sint in gratia, ex *cap. ad Apostolicam.* 2. *de Presbyt. non baptizato*; ubi pro non baptizato Sacerdote offertur hostia, quæ solùm ad satisfactionem prodest. D.Tho.3.*par.qu.*79.*art.*7.*ad* 2. ibi: *non habet effectum, nisi in illis, qui conjunguntur huic Sacramento per Fidem, & Caritatem*. Qua ratione etiam indulgentias Catechumenis applicari ait Diana *par.*5.*tract.*12.*resol.*9. Contra Arriag. *tom.*7. *disp.*57.*num.*2. Aversam *loc.cit.* & contra decem, & octo Doctores, quos dat Henaus *de Sacrificio Missæ disp.*17. *num.*19. ajentes non posse offerri Sacrificium satisfactivè pro Catechumenis.

An pro infantibus baptizatis possit offerri Sacrificium?

Distinguas: & satisfactivè nega; quia carent culpa, & onere pœnarum. Impetrativè, concedas; nam indigent auxiliis, ut ad perfectam cum timore Dei ætatem deveniant, & sine culpa transeant hujus vitæ miserias. S. Clemens Papa *lib.*8. *Apostolic. Constitutionum c.*10. Arriaga *tom.*7.*disp.*52.*num.*11. 1292 Pro infantibus impetrativè tantùm.

An pro peccatoribus fidelibus offerri valeat?

AFfirma: nam indigent impetratione. Aversa *de Sacrificio Missæ qu.*11.*sect.*10. §. 7. est enim propitiatorium Sacrificium: non autem prodest satisfactoriè resistente peccato: verùm an recedente peccato reviviscat Sacrificium quoad satisfactionem, infrà. 1293 Et pro peccatoribus ad impetrationem.

Pro quibus offerri nequeat?

§. V.

PRimo pro damnatis, & sic pro mortuis in peccato, desperatione. *can. placuit.*16.*qu.*5. *can. pro obeuntibus.*13.*qu.*2. Est enim pœna irremissibilis, atque æterna. D.Gregor. *lib.*4.*Dialog.cap.*44. Amicus *disp.*33.*sect.*5.*num.*105. Dicastill. *tract.*5.*disp.* 2. *dub.*4. *num.* 113. Arriaga *disp.*52.*num.*4. Gabr. à S.Vinc. *disp.*2. *qu.*4.*in fine*; à qua sententia non abest D.August. *Enchyridion cap.* 110. loquens de pœna Purgatorii. *cap. cum marthæ*, §. *tertio loco de celebrat. Missarum*. Contra Glossam in *can. tempus* 13. *qu.* 2. ajentem Sacrificium oblatum damnatis prodesse quoad minuendam pœnam; & inter fabulas numeranda, qua historia censetur de anima Trajani liberata ab Inferis precibus D.Gregorii; nam in Inferno nulla redemtio. 1294 Pro damnatis nequit offerri. V. Bellarm. *lib.*2. *de Purgat. c.* S. Allatium in *Prolegom.* & Michaelem le Quien *dissert.* 5. *ad* D. Damascenum.

II. Nec pro infantibus non baptizatis, de quibus loquitur D.August. *lib.*3.*de anima c.*12. ibi: *noli dicere, noli docere Sacrificium Christianorum pro iis, qui non baptizati de corpore exierint offerendum, si vis esse Catholicus.* 1295 Aut pro infantibus nõ baptizatis.

III. Nec pro baptizatis infantibus decedentibus, Beatis, Angelis, & hominibus; nam istis nec impetrativè, nec satisfactivè prodest. *can. Baptismi vicem.*32.*de consecr. dist.*4. D.Tho. in 4.*dist.*12.*qu.*2.*art.*1. *qq.*2. *ad* 2. Aversa hìc *q.*11. *sect.*11.§.3. Arriaga *tom.*7.*disp.*52.*num.*2. Gabr. à S.Vinc. *loc.cit. in principio.* 1296 Neque pro infantibus baptizatis decedẽtibus.

At pro Beatis, ac Sanctis offerri potest in gratiarum actione, quatenus Sacrificio gratias Deo agimus, pro beneficiis collatis Sanctis, & ut Sancti nobis intercessione prosint, & rogent Deum pro nobis. *c. Marthæ. de celebrat. Missar.* Cyprian. *lib.*4.*epist.*34.*&* 36. undè in Missa dicitur: *illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem.* Trident. *sess.*22.*cap.*3. ibi: *quamvis in honorem, & memoriam Sanctorum, &c.* 1297 Pro Beatis, ac Sanctis in gratiarum actionem.

Sed hìc est difficultas:

An

An pro excommunicatis vitandis offerri potest Sacrificium?

1298 Pro excommunicatis vitandis nomine Christi, & Celebrantis offerri valet, secùs nomine Ecclesiæ.

DIstinguas; nomine Christi, nomine proprio, nomine Ecclesiæ.

Nomine Christi, & proprio, concedas; nomine Ecclesiæ, nega.

Nomine Christi offerri potest, quia Ecclesiæ prohibitione non ligatur.

Nomine proprio etiam potest, quia pro excommunicato prohibentur orationes publicæ, non privato nomine factæ; imò cùm applicatio sit actus internus, de illo facto nomine proprio, & Christi Domini, Ecclesia non judicat, & sic proderit satisfactivè si capax sit, & impetrativè. Aversa *de Sacrificio Missæ sect.* 11. *qu.* 10. §. 10. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 52. *num.* 12. Enim verò satisfactio non ab Ecclesia, sed ex Christi Dominica Passione pendet.

Si verò consideretur Sacrificium nomine Ecclesiæ; tunc subdistinguendum est: vel excommunicatus est toleratus, vel non toleratus. Si toleratus adhuc prodest, quia Ecclesia cum illo communicat. (9) Extravagans *ad evitanda*; undè etiam pro illo offerre valet. Diana *par.* 5. *tract.* 9. *resol.* 74. Leand. *part.* 2. *tract.* 8. *disp.* 2. *quæst.* 10. Lugo *disp.* 19. *sect.* 10. *num.* 187. Palaus *par.* 6. *disp.* 2. *punct.* 6. *num.* 10. Martinon *de censuris disp.* 59. *sect.* 4. *num.* 43. Aversa *loc. cit. sect.* 10. §. 10. Suar. *tom.* 5. *disp.* 9. *sect.* 2. Sanch. 10. *de matrimon. disp.* 9. *num.* 13. Arriaga *loc. cit. disp.* 52. *num.* 16. qui non est favor excommunicati, sed alterius, ut liberè indiminuta libertate communicet in Civilibus, & Sacris cum excommunicato non evitando.

Si verò excommunicatus sit evitandus; tunc nequit Sacrificium pro eo offerri nomine Ecclesiæ; quia Ecclesia ei nullatenus communicat. *cap. à nobis.* 28. *cap. sacris.* 38. *de sentent. excommunic. can. si quis Episcopus.* 3. 11. *qu.* 3. Idque etiamsi talis excommunicatus contritus, & sic in gratia decedat, itaut nec indulgentiæ pro ipso recipi valeant, nisi priùs à censura absolvatur: quæ conditio nisi absolvatur, supponit excommunicatum in Purgatorio, secùs si in Inferno, nec absolutus, pro ipso Ecclesia celebraret. *d. cap. à nobis.* 28. *d. cap. sacris.* Suar. *disp.* 9. *de censur. sect.* 3. rectè dicens nec generaliter offerri posse nomine Ecclesiæ pro excommunicatis; nam nec generaliter Ecclesia cum illis communicat.

1299 Licèt possit offerri impetrativè pro eis.

Fateor, quòd sicut impetrativè pro non baptizatis, cum quibus non communicat, ità etiam pro excommunicatis non toleratis posse offerre Sacrificium impetrativè, scilicet ut resipiscat donec. D. Thom. in 4. *dist.* 18. *qu.* 2. *art.* 1. *qq.* 1. Ibi: *Oratur, ut detur eis spiritus pœnitentiæ, ut ab excommunicatione solvantur.* Henriqu. *lib.* 9. *cap.* 21. §. 6. Dicastill. *tract.* 5. *disp.* 2. *dub.* 3. *n.* 69. Avila *par.* 2. *de censur. cap.* 6. *disp.* 9. *dub.* 3.

Si verò injusta, & invalida sit excommunicatio, tunc potest pro eis offerri; nam nequit effectus prohibitionis nasci sine causa; & sic ubi nulla est excommunicatio, nullæ ejus passiones. Hinc solvitur:

An nomine proprio possit offerri pro excommunicato evitando in Memento?

1300 Potest Sacerdos offerre pro excommunicato vitando in Memento privatim.

AFfirma: nam oratio publica nomine Ecclesiæ, non hæc privata est prohibita. Suar. *de censuris disp.* 9. *sect.* 5. *num.* 4. D. Bernardus *tract. de gradibus humilitatis, in fine.* Avila *p.* 2. *de censuris cap.* 6. *disp.* 9. *dub.* 5. §. *hæc opinio.* Leander *de censuris tract.* 2. *disp.* 3. *qu.* 16. & *to.* 2. *de Sacrificio Missæ disp.* 3. *qu.* 11. citans decem Doctores

An Sacerdos excommunicatus vitandus licitè celebrans urgente necessitate, vel ad evitandum scandalum possit applicare pro se licitè, & validè Sacrificium?

1301 Sacerdos vitandus ob necessitatē Celebrans potest pro se Sacrificium offerre.

AFfirma: quia non secum, sed cum aliis prohibita communicatio, & necessitas excusans à peccato, excusat à pœna, tollitque impedimentum lucrandi fructus Sacrificii. Suar. *loc. cit. num.* 8. Henaus *loc. cit. num.* 66. *in fine.*

An prosit Defunctis in Purgatorio?

1302 Sacrificium Defunctis in Purgatorio prodesse, de fide est exceptis excom. non absolutis.

AFfirma: (exceptis excommunicatis non absolutis) non solùm impetrativè, ex gratuita voluntate Dei, ut gratis ait Canus *lib.* 12. *de locis cap.* 13. *ad* 9. Sotus 4. *dist.* 19. *qu.* 2. *art.* 4. Corduba *lib.* 1. *qu.* 3. *opin.* 4. Sed satisfactivè infallibiliter per modum pretii. *can. non extimemus. can. animæ.* 13. *qu.* 2. Trident. *ses.* 22. *cap.* 2. ibi: *pro defunctis in Christo nondum ad plenum purgatis, juxtà Apostolicam traditionem offeruntur, & sess.* 25. *in Decreto de Purgatorio.* D. August. *Serm.* 34. *de verbis Apostoli.* D. Cyrillus Hierosolymitanus *Catechesi* 5. D. Thom. in 4. *dist.* 45. *quæst.* 2. *art.* 1. 2. & 3. Suar. *disp.* 79. *sect.* 10. v. *nihilominus.* Vasqu. *disp.* 228. *cap.* 4. *num.* 29. Lean. *de Sacrificio Missæ loc. cit. qu.* 15. citans novem Doctores, & magis prodest illi, cui specialiter applicatur. D. August. *lib. de cura pro mortuis cap.* 4. D. Tho. in 4. *dist.* 45. *qu.* 2. *art.* 4. *qu.* 5. Et tantùm prodest Missa de Requie, quàm de Sanctis, ratione Sacrificii. Et meritum orationum incertum ex opere operantis, fortè indigni Sacerdotis: & licèt esset Sacerdos dignus, tamen majori devotione Sacerdotis petentis Missam, & intercessione Sancti suppleri posset orationum meritum. D. Tho. *loc. cit. art.* 3. *qq.* 1. *ad* 5.

An prosit Animæ, quæ in hoc Mundo non adjuvit purgantium Defunctorum Animas?

1303 Prodest etiā animabus, quæ in vita alias purgātes animas non adjuvarunt.

AFfirma: nam Sacrificii meritum desumitur ex meritis Passionis Christi, non ex gratitudine. Henaus *de Sacrificio disp.* 17. *num.* 67. dicens communem. Contra Cajetan. *tom.* 1. *Opusculorum tract.* 16. *de Indulgentiis qu.* 5. asentem communibus; & particularibus juvari suffragiis illos, qui dum viverent, juvarunt purgantes, non verò si non juvarunt, juxtà illud: *Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur;* ex D. August. in *Enchyridion cap.* 109. Verùm tamen est magis prodesse illis, qui misericordes fuerunt; nam ideò magis devoti, magis dispositi ad fructus Sacrificii recipiendos.

An

(9) Ecclesia cùm excommunicato tolerato communicat, non ipsum ad communionem admittendo, sed non prohibendo aliis cum ipso communicare, si velint. Vide Doctores, & paulò inferiùs.

An liceat pro vivis celebrare Missam Defunctorum?

1304 Nequit pro vivis celebrari Missa Defunctorũ.

NEga: nam inverteret ordinem orationum, dicendo pro vivis orationes mortuorum, & consequenter contra intentionem, & ritum Ecclesiæ. Octo Doctores apud Henaum *de Sacrificio disp.* 17. *num.* 524. Diana *part.* 5. *tract.* 13. *resol.* 2. Contra Navarrum *lib.* 3. *de celebrat. Missarum cons.* 6. Marchinum *de ordine tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 24. *num.* 1. Leand. *tract.* 8. *disp* 4. *qu.* 23.

Nec officiunt historiæ Curantium Missas Defunctorum celebrari pro se, dum viverent, ut de Carolo V. narratur. Nam sunt casus speciales, non trahendi ad consequentiam, & fortè non mortuorum, sed pro vivis Missa recitata, cogitantibus tamen se defunctis.

An recedente incapacitate, reviviscat fructus Sacrificii?

1305 Recedente Incapacitate reviviscit fructus Sacrificii.

AFfirma. Marchinus *de ordine tract.* 3. *par.* 2. *cap.* 11. *num.* 9. Navarr. *de oratione cap.* 19. *nu.* 74. Gabr. à S. Vinc. *de Sacrificio Missa disp.* 2. *qu.* 4. *§ tertia difficultas.* Leand. *loc. cit. qu.* 14. Philibertus *tract.* 3. *par.* 2. *cap.* 11. *num.* 4. citans tres Doctores. Henriqu. *lib.* 9. *de Missa cap.* 13. Granados apud Dianam *par.* 11. *tract.* 6. *ref.* 40. Contra Lugonem *disp.* 19. *sect.* 10. *num.* 209. Bonac. *disp.* 4. *qu. ultima, puncto* 5. *num.* 5. Hurtadum *disp.* 3. *difficultate* 13. *in fine*. Arriagam *tom.* 7. *disp.* 52. *num.* 18. Henaom *de Sacrificio disp.* 18. *num.* 9. Patet, quia Sacrificium est opus vivum Deo gratum, nulla indignitate offerentis, & illius, pro quo offertur conspurcandum, delendum; ergo sicuti alia opera viva recedente impedimento prosunt, ità & meritum Sacrificii. Undè etiam multi putant indulgentias etiam reviviscere recedente fictione, apud Lugonem *disp.* 28. *de Sacramen. pœnitentia sect.* 6. *num.* 84.

Nec officit solutionem esse ante debitum, sicuti nec officit gratiam à Sacramento produci recedente obice; cùm majus sit recuperare gratiam Sacramentorum, cui correspondet major gloria in Cœlis, quàm recuperare meritum satisfactorium Christi, ratione cujus tantùm Anima jam Deo grata liberatur à pœnis. Nec datur ansa ad delinquendum: nam cùm incertum sit tempus pœnitendi, non potest sibi consulere, nisi totis viribus flagitia abominetur, & malè vivens, malè moritur. Nec satisfacit ante debitum, sed colligit bona viva, quibus recedente peccato suo tempore satisfaciat pœnis.

De Dispositione illius ex parte, pro quo offertur, requisita?

CAPUT IV.

1306 Pro quibus offertur debet esse capax.

DEbet primo habere capacitatem modo explicato, ut prosit satisfactivè, debet esse intra corpus Ecclesiæ, & in gratia; nam durante peccato debetur pœna. D. Tho. *par.* 3. *qu.* 79. *art.* 7. *ad* 2. Vasq. *disp.* 231. *cap.* 7. *num.* 44. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 52. *num.* 17.

An verò ratione majoris devotionis illius, pro quo offertur, Sacrificium magis prosit?

1307 Magis dispositus plus fructus percipit.

PRimo, negat Suar. *disp.* 79. *sect.* 10. gratis citans pro se Cajetan. & Durandum.

Secundo, alii volunt cum Vasqu. *disp.* 231. *num.* 49. ex majori devotione circa hoc Sacrificium causari uberiorem fructum.

Tertio, alii dicunt magis devotis, magis prodesse hoc Sacrificium, sicuti magis dispositis, magis prodest Sacramentum. D. Thó: 3. *part. qu.* 79. ubi Cajetan. *art.* 5. Lugo *disp.* 19. *sect.* 10. *num.* 196. Aversa *de Sacrificio qu.* 11. *sect.* 10. § 8. citans sex Doctores. Gabr. à S. Vinc. *de Sacrific. disp.* 2. *qu.* 4. *§ quinta difficultat.* Et nobis placet ex Canone Missæ, ibi: *quorum tibi fides cognita est, & nota devotio*. Licèt enim quolibet prædictorum modorum potuisset à Christo Domino institui: nec valeat argumentum necessariò à Sacramentis ad Sacrificium, ut vult Arriaga *tom.* 7. *disp.* 52. *num.* 10. Tamen ab ordinario modo operandi prævia dispositione, & excitandi ad bonum Christum Dominum non recessisse evincitur; quia ad specialia non declinandum, nisi exprimantur.

Fateor absolutè satis esse non ponere obicem satisfactioni peccato, verùm pro majori devotione magis remitti, tanquam subjecto magis disposito, videtur colligi ex Trident. *sess.* 6. *cap.* 7. ibi: *secundum propriam dispositionem*. Vasq. *disp.* 231. *n.* 46. Aversa *qu.* 11. *sect.* 10. *v. octavo stante* Amicus *disp.* 33. *sect.* 7. *num.* 260. Martinon *de Sacrificio disp.* 39. *sect.* 4. *n.* 28.

De Valore Sacrificii.

CAPUT V.

EX valore Sacrificii ejus effectus emanantes meliùs comprehenduntur; ideò hic ejus valorem disquiramus.

Exposuimus in Missa adesse Sacerdotem, Ecclesiam, Christum, Offerentes.

An valor Sacrificii correspondens Personæ Sacerdotis, & Ecclesiæ offerentis sit infinitus?

NEga: nam finitum est meritum creaturæ puræ, sivè sit persona Sacerdotis, sivè nomine Ecclesiæ, cui nequit valor infinitus respondere. Suar. *disp.* 79. *sect.* 11. *§. dico tertio* dicens hunc augeri, vel minui ex majori, vel minori Ecclesiæ sanctitate. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 52. *num.* 25. Gabr. à S. Vinc. *disp.* 2. *qu.* 6. 1308 Valor Sacrificii respondēs personæ Sacerdotis, & Ecclesiæ est finitus.

An valor Sacrificii correspondens Christo Domino Principali offerenti per Sacerdotem sit infinitus secundum se?

AFfirma: Probatur, quia res oblata, & principalis offerens est infinitæ dignitatis, & nihil aliud requiritur ad infinitum meritum. 1309 Secũdum se est infiniti valoris.

II. Quia Passio Christi Domini fuit infiniti valoris; ergo etiam hoc Sacrificium; cùm sit cum illo, una, eademque hostia, & offerens. Trident. *sess.* 22. *cap.* 1. Inde probans, sicuti Passione, ità hac hostia ingentia peccata dimitti, quæ ratio non convinceret, si valor non esset infinitus.

III. Patet, quia valor non correspondet instrumento, sed causæ principali infinitæ dignæ; ergo sicuti sine Sacerdote immediatè offerens infinitè meretur, ità etiam ministerio Sacerdotum, quo nequit hæc hostia, & dignitas principalis offerentis minui, aut inquinari. Trident. *sess.* 25.

seß.22.cap.1. ibi: *hanc mundam oblationem nulla indignitate, vel malitia offerentium inquinari*.

IV. Quia applicans activa passivis, non auget, nec minuit causæ vim, ut applicans ignem ligno. Ergo Sacerdos applicans per Sacrificium meritum Passionis, non auget, nec minuit Passionis meritum hoc Sacrificio applicabile. Meritum autem Passionis est infinitum; ergo hoc Sacrificio applicatur meritum secundum se infinitum Dominicæ Passionis.

V. Probatur, quia Sacrificium Missæ habet vim impetrandi infinitam, ut testantur Suar. *loc.cit.* Arriaga *disp. 52. num.30.* & docent omnes; Ergo etiam vim satisfactivam, nam ejusdem infinita dignitas principalis offerentis, & rei oblatæ.

VI. Patet, quia multoties Summus Pontifex dispensat, reducens numerum Missarum, itaut una satisfiat pluribus oneribus; ergo eadem Missa non minùs prodest quando offertur pro pluribus specialiter, ac quando offertur pro uno; ergo habet infinitum valorem. Hæc consequentia est bona. Et prima consequentia probatur, quia injustè agit, & malè qui facit contra legem naturalem: at particulares habent jus, ut celebretur propria Missa, & solvunt stipendium; ergo injustè agit, qui accipit stipendium, & non vult, ut applicetur Missa contra juris naturalis regulas: *Qui sentit commodum, sentit incommodum*. Cùm ergo dispensando Summus Pontifex non faciat contra jus naturale; sequitur una Missa applicata pro pluribus, pluribus satisfacere æquè, ac si pro uno, & non pro alio applicaretur: secùs vellet ut non satisfaceret oneri, accepto stipendio, quod esset velle aliquid contra justitiam: at hoc esse nequit, cùm superet humanam potestatem, cui non subditur jus naturale, ergo signum est ab Ecclesia recipi nostram sententiam infiniti Missæ valoris.

Roboratur, & declaratur magis, quia nequit Summus Pontifex, ut acceptis multis stipendiis, nullum applicetur Sacrificium, potest velle ut acceptis plurimis stipendiis, unum applicetur Sacrificium; ergo signum est unico Sacrificio satisfieri plurimis stipendiis æqualiter, ac si pro singulis stipendiis singula applicarentur Sacrificia, sicuti enim nequit contra jus naturale defraudare omnes, nullo applicato Sacrificio; ità nequit defraudare aliquos aliquo omisso Sacrificio; ergo signum est nullum amitti fructum singulorum, quando una applicatur pro pluribus, ac quando singula Sacrificia applicantur pro singulis.

Nec praxis Ecclesiæ est in oppositum, ut gratis ait Arriaga *tom.7.disp.52.num.31.* Nam applicat Ecclesia pro omnibus vivis, & defunctis, nec refugiunt fideles omnes audire Missam unius, timore ne minus participent; imò praxis est multorum, ut omnes assistant Missæ Parochi, nec timent diminui in singulis satisfactionem. Ergo quo plures, & plures assistunt, applicatur magis, & magis valor Sacrificii, juxtà capacitatem singulorum.

Nec absurdum est Missas iterari, ut gratis timet Henaus *de Sacrificio disp.17.num.58.* & Arriaga *loc.cit.num.33.*

1310 Licèt secundum se sit infiniti valoris, tamen finitè applicatur juxta devotionis mensuram.

Nam licèt valor sit infinitus, cùm sit idem ac valor Passionis, tamen finitè applicatur juxtà mensuram devotionis. D.Tho: *3.par.qu.79. art.5.ad 4* ubi Cajet. Lugo *disp.19.sect.10.n.196.* Sotus *lib.9.de just.quæst.2. art.2.* & Canon Missæ, ibi: *quorum tibi fides cognita est, & nota devotio*: quæ devotio cùm sit finita, replicatur Sacrificium, ut paulatim participet. Rursus Sacrificium per se tendit in Divinum cultum assiduè Deo exhibendum, ideòque meritò à creaturis incessanter replicandum.

Tandem facit text. in *can. non mediocriter. 24. de consecr. dist.50.*

Et ita docet D.Tho: *par.3. qu.79. art.3.* Ibi: *oblationem sufficere ex sui quantitate ad satisfaciendum pro omni pœna*; ubi Cajet. & *art. 7. ad 2.* æquiparat Sacrificio Crucis, & asserit applicari juxtà mensuram devotionis. Suar. *loc.cit. disp.79. sect.11.§.dico ergo.* Coninck *par.3.q.83. art.1.dub.10.num.180.* Cajet. *tom.2.Opusc.tr.3. qu.2.* Vasq. *disp.231.cap.2.* Gabr. à S.Vinc. *disp.2. quæst.6.* Montagniunus *lib. 1. de valore Missæ cap.3.* Hurtad. *de Sacrificio Missæ disp. 3. difficult. 8.* Leand. citans tredecim Doctores *tom.2. tract. 8. disp. 3. qu. 10.* Philibertus citans duodecim Doctores *tract.3. part. 2. cap.12. num.3.* Dicastil. *tract. 5. disp.3. dub. 4.* Contra Arriag. *tom.7.disp.52.num.30.* Averlani *quæst.11.sect.7. §.media sententia*, citantem novem Doctores, ajentes esse infinitum quoad impetrationem, non quoad satisfactionem. Lugonem *disp. 19. sect. 12.* Henaum *de Sacrificio disp. 7. à num. 9.* citans *num.13.* Doctores decem, & septem ajentes non esse valorem infinitum, nec quoad sufficientiam, nec cathegoricè, nec synchategoricè.

Dices I. Sacrificium Crucis fuit infiniti valoris, quia oblatum immediatè à Christo Domino, quæ ratio cessat in Missa, quæ est mediante ministerio Sacerdotum.

Respondetur primo ex dictis, Christum Dominum actu immediatè se offerre, cooperante Sacerdote.

II. Quia medium non diminuit, non infirmat meritum causæ principalis, ut servus, quo eleemosyna à Domino datur, non minuit meritum eleemosynæ ratione Domini, imò fortè auget ob plures cooperantes ad bonum. Applicat ergo Sacerdos activa passivis, scilicet meritum Dominicæ Passionis fidelibus.

Dices II. cum Arriaga *loc.cit.* si hæc sententia esset vera, unico Sacrificio posset quis satisfacere pro infinitis dantibus stipendium.

Respondetur primo cum Vasq. dantes stipendium certum velle certa satisfactione, certa applicatione satisfieri, qualis non est pendens ex probabilitate opinionum.

Respondetur secundo, id non posse fieri, quia prohibitum à Summo Pontifice. Primo, quia statuit Summus Pontifex unico stipendio unicam applicari Missam se conformans voluntati dantis, certo stipendio requirentes certum Missæ valorem. Secundo ad tollendam in Sacris aviditatem, qua ratione Tridentinum voluit patrimonio Sacerdotibus provisum, ne inhiarent lucro ex sacris ministeriis magna Ecclesiæ offensione.

An in actu secundo infinitè prosit cuilibet?

1311 In actu secundo non prodest infinitè cuilibet.

NEga: nam nec infiniti homines, nec infinita pœna temporalis luenda, nec dispositio devotionis infinita, ut etiam Passionis infinitus valor finitè applicatur. D. Tho: *loc.cit.*

art.7. ad 2. Suar. *disp.*79. *sect.*11. §. *dico secundo.* Gabr. à S. Vinc. *disp.*2. *qu.*6. §. *nostra*. Ex se tamen posset delere infinitam pœnam, ut delet Sacrificium Crucis vi Sacramenti Pœnitentiæ, & Baptismi, & posset prodesse infinitis hominibus, si adessent. D. Tho. 3. *par. qu.*79. *art.*5. ibi: *sufficeret ad satisfaciendum pro omni pœna*, ubi Cajetan.

An oblatum pro pluribus prosit uni, ità ac si pro uno tantùm esset oblatum?

1312 Sacrificium oblatum pro pluribus prodest uni, ac si pro uno tantum esset oblatum.

AFfirma: ad instar Solis æquè illuminantis omnes, & singulos; est namque infiniti valoris ditantis omnes, & quoslibet: & non exhauriendi à devotione unius, alterius, omnium.

II. Patet paritate impetrationis omnibus, & singulis prospicientis. Suar. *disp.* 79. *sect.*12. §. *dico tertia*. D. Tho: in 4. *dist.*45. *qu.*2. *art.*4. *qq.*2.

III. Quia hic ast sensus Ecclesiæ, nam Parochus pro omnibus ovibus offert, nec censetur minus prodesse, si plures sint oves: & nemo quærit Missam sine circumstantiis, ut plus lucretur.

IV. Nam Sacrificium oblatum pro uno, & pro omnibus, non minus placet, ergo non minus prodest uni, quàm reliquis, pro quibus specialiter offertur.

V. Quia non minoratur dispositio, quando offertur pro multis, ac quando offertur pro uno tantùm, ergo nec debet minorari meritum dispositionem respiciens; Sic eadem hostia data pluribus confert gratiam, nec minorem dat secundo æquè disposito; licèt jam communicaverit gratiam primo recipienti, & evomenti; ergo nec Sacrificium confert auxilia minora uni, licèt alteri contulerit.

Patet etiam ex *can. mediocriter. de consecrat. dist.*5. & docet Cajet. 3. *par. qu.*79. *art.*5. dicens minus lucrari tanquam minus devotum petentem pro se, non pro alio offerri. Sotus in 4. *dist.*11. *qu.*2. *art.*5. Corduba *lib.*1. *qu.*3. Sylvest. v. *Missa*. 1. *qu.* 9. Gabr. à S. Vinc. *de Sacrificia disp.*2. *qu.*7. §. *nostra*. Canus 12. *de locis cap.*13. *ad* 10. Leand. *loc. cit. qu.*11. dicens probabiliùs contra Arriagam *to.*7. *disp.*52. *n.*31. & tredecim alios Doctores apud Leand.

Unica Missa non satisfit pluribus dantibus plura stipendia.

Non tamen licere unica missa satisfacere pluribus dantibus stipendium: patet ex dictis: maximè quia eleemosyna non datur pro fructu, sed pro parte substentationis, lege, vel consuetudine taxata.

Sed si Sacerdos extrema prematur egestate, nec aliundè sibi consulere valeat; tunc currunt regulę: *omnia communia. Necessitas non habet legem*, ut in *Anacephaleosi n.*389. Et semper aliundè sibi consulat; nam passione fovante abusus nascitur, & grandęvus deinde serpit in Animarum perniciem, & detrimentum rerum spiritualium. Deo ergo propter Deum serviamus, ut Inveniatur saltem inter Sacerdotes, qui velit Deo servire gratis.

Si verò plures absque eleemosyna Sacrificium petant, unico Sacrificio omnibus satisfieri fatentur multi apud Dianam *par.*5. *tract.*14. *resol.* 80. ubi ait unica Missa Sacerdotem posse satisfacere danti eleemosynam, & voto celebrandi, nec contradicit Gabr. à S. Vinc. *loc. cit.*

De Obligatis ad offerendum Sacrificium?

CAPUT VI.

SAcerdotes Ministros esse hujus Sacrificii, Fide docente didicimus, hic disquirimus.

Usquequò duret obligatio celebrandi in communi.

USque ad finem Mundi, & docet quotidiana oblatio. *can. quid sit.*73. *can. in Christo semel.* 53. *de consecr. dist.*2. & sub præcepto offerenda. Trid. *sess.*22. *cap.*1. ibi: *ut offerrent præcepit*. Ingruente tamen Antichristo per aliquot dies tale Sacrificium impedietur. Schiriogus *tom.*3. *in Cantica vestigatione* 36. *sect. un. n.*43. 1313 Semper usque ad Mundi finem celebrandum.

Qui Sacerdotes teneantur offerre?

DUplex hic controversia. Primo an Sacerdos in particulari: Secundo an status Ecclesiasticus teneatur in communi offerre tale Sacrificium. 1314 Sacerdos in particulari, aut status Ecclesiasticus considerari debet.

An Sacerdotes in communi teneantur sacrificare?

AFfirma: quia id est præceptum Sacerdotibus. Lucæ *cap.*22. *ver.*19. Trident. *sess.*22. *cap.*1. *can.*2. *cap. dolentes. de celebr. Missarum.* 1. ad Corinth. 6. Doctores omnes. 1315 Sacerdotes in communi tenentur celebrare.

An singuli ut singuli teneantur celebrare?

NEga: nam tale onus jure non expressum, non imponendum. Secundo si jure Divino teneretur celebrare, non posset Ecclesia perpetuò inhabilitare Sacerdotem adimplendo tale Jus Divinum; illum suspendendo: ut nec impedit Viaticum Jure Divino recipiendum. Tertio, quia si Sacerdos reverentia teneratur, omnis implens Ecclesiæ præcepta, communicans more laico, non scandalum, sed devotionem ingereret laicis circa tantum Sacrificium, nec tunc contemneret Sacrificium, sed magnificaret; undè nec venialiter peccaret, & cessat Machabæorum 2. *cap.*4. *ver.*14. ubi peccant contemnentes Sacrificia. Suar. *tom.*3. *disp.*80. *sect.*4. dicens in praxi probabile. Henriq. *lib.*9. *cap.*23. §. 2. Castrus Palaus *tract.*22. *disp. unic. puncto* 12. *num.* 2. Henaus *de Sacrific. disp.* 19. *num.*111. & *num.*114. citans viginti Doctores, & concludens non constare jussu Pii V. expunctam à Commentariis D. Thomæ. Cum potuerit alterius voluntate expungi. Sanch. 7. *select. num.*16. Arriaga *tom.*7. *disp.*54. *num.*4. & alii plures. 1316 Non autem singuli, ut singuli.

Scio tamen Victoriam in *Summa num.* 94. docere esse veniale nunquam velle celebrare, & asserit esse opinionem D. Thomæ. Sed D. Tho: velle debere celebrare sub læthali 3. *par. qu.*83. *art.*10. docet Serra, & tuetur Amicus *disp.* 33. *sect.* 9. & debere celebrare Jure Divino quarto quoque anno ait Gabr. à S. Vinc. *disp.*3. *qu.*1. §. *quæres primo*, ad instar aliorum præceptorum Divinorum, quorum tempus non est taxatum. (10)

DI-

(10) Magis pia, securior, & in praxi consulenda est sententia asserens, quemlibet Sacerdotem ratione muneris Sacerdotalis præcisè teneri sub gravi culpa aliquoties in anno celebrare. Salmantic. *to.*1. *tract.*5. *cap.*5. *puncto* 2. *num.*43. & vix posse fieri oppositum sine gravi scandalo, ait Suarez apud eosdem. In quibus diebus anni teneatur, non conveniunt Doctores. Vide citatos Salmanticenses. Religiosi, vi juris communis, saltem singulis mensibus celebrare tenentur. Vide Salmantic. *loc. cit. num.*44.

Dices primo, Sacerdotum officium est celebrare. Lucæ *cap.22.ver.19.* Trid. *loc.cit.*

Respondetur id convincere currente necessitate propria, vel aliorum indigentium Sacrificio, puta si secùs die festivo deesset Missa, tunc Sacerdos, ut tenetur audire, ità tenetur celebrare, & cultum promovere Divinum populo indigenti, nè in vanum gratiam Dei dicatur recepisse. 1. ad Corinth. 1. Petri 4. *ver.* 10. Moure *par.3. cap.5. §.8.num.1.* Rodriqu. *tom.1. cap.* 247.*num.*6. Pelliz. in *Man.tract.5. cap.9.sect.1. num.* 8.

Dices secundo, præceptum est Sacerdotibus, ut celebrent. *cap.dolentes. de celebr.Missar.* Tridentin. *loc.cit.*

Respondetur, præceptum esse in communi, itaut non debeat deesse Sacrificium, & consequenter ex Trident. *sess.23.de reform.cap.*14.ab Episcopis monendi sunt Sacerdotes, ut celebrent saltem festivis diebus.

Hinc Neopresbyter sine omni scrupulo pro primo anno potest non celebrare, volens se præparare ad celebrandum. Lugo *disp.*20.*sect.1. nu.* 32. Francisc. Lugo *lib.1.cap.5.qu.1.n.*11. Filliuc. *tom.1.tract.5.cap.4.n.*95. Arriaga *tom.7.disp.*54. *num.* 9. dicens Divum Ignatium anno cum dimidio se præparasse ad primam Missam.

An Neopresbyteri teneantur sub lethali celebrare tres Missas indictas ab Ordinante?

1317 Sacerdos noviter ordinatus nō tenetur sub lethali tres Missas ab Episcopo impositas celebrare.

NEga: nam non præceptiva, sed hortativa sunt verba, ut patet ex Pontificali Romano commonente Episcopū, ut hortetur à se ordinatos ad illas celebrandas, si eis placuerit facere illis verbis: *Post primam vero Missam in tribus immediatè tunc sequentibus diebus, videlicet: unam de Spiritu Sancto, alteram de Beata Maria Virgine, tertiam pro fidelibus defunctis dicite, &c.* Idque in omnibus, & præcipuè in non subditis ordinatis locum habet, nam & si velit, hos ligare nequit. Palaus *tract.22. disp.un. puncto 14.num.1.* Henaus *de Sacrificio disp.19.num.* 121. dicens nec offerendas pro intentione Episcopi, imperantis qualitatem, non applicationem Missæ, ut nec alii ordinati in minoribus tenentur ad Litanias, ad Psalmos Pœnitentiales; cùm eodem modo loquatur Pontificale Romanum. Sanch. 7.*Opusc.cap.2.dub.2.num.*6. Tanderus *tom.3. disp.5. qu.1.dub.5.num.*13. Palaus *tract.7.disp.2.puncto* 2.§.1.*num* 5.

Ex quo infertur, dato quòd teneretur ad qualitatem, non tamen teneretur applicare secundùm intentionem Episcopi, & non celebrans primam, non tenetur ad illas dicendas post primam, & si dies sequentes incapaces, ut dicantur votivæ, possunt differri usque ad dies capaces. Tamburr. *lib.2.de Missa cap.6.§.7.num.*3.

An Ecclesiæ Collegiales teneantur quotidie Conventualem saltem celebrare?

1318 Ecclesię Collegiales ex cōsuetudine sub lethali quotidiè tenentur celebrare Missā Conventualem.

AFfirma: consuetudine sub lethali ad id adstringente, secundum Dianam *par.* 10. *tract.12. resol.* 76. licèt non agnoscat constare, nec ex consuetudine, nec ex lege de gravi hujusmodi obligatione, post Victor. in *Summa num.* 95. Tamburr. *lib.1. de Missa cap. 7. §. 2. num.* 4.

De Obligatione Parochi ad celebrandum?

§. I.

1319 Parochus propter bonum Parochianorum tenetur frequentiùs, nō quotidiè celebrare.

PArochus frequentiùs celebrare per se, vel per alios tenetur, ut Parochiani jure exigente Sacrum audiant: etsi non desint aliæ Ecclesiæ, ubi Sacro assistere valerent: nè defunctus sine Missa tumuletur: ut Nuptiæ benedicantur & necessaria suis ovibus minueret. Trident. *sess.23. de reform.cap.*14. quotidie tamen celebrare non adstringitur, nisi ex fundatione hujusmodi onus constet. Suar. *tom.3. in 3.part. disp.*80. *sect.2. §.dico tertio.* Hurtadus *de Sacrificio Missæ disp. 4. difficultate* 1. v. *nihilominus.* Henaus *de Sacrificio disp.19. num.*12.

1320 In die Nativitatis non tenetur tres Missas celebrare, nisi consulēdum sit devotioni populi.

In Domini autem Nativitate, nec teneri tres Missas celebrare, quia est privilegium, quo nemo uti cogitur, ait contra Vasq.*disp.142.cap.1. num.12. & 13.* Malietus, citans D.Tho. *tom.1. malleatione 44. bractea* 31. Leand. citans octo Doctores *tom.8. tract.7. disp.9.quæst.*38. Diana *par.4.tract.4.resol.*236. Henaus *disp.19.num.*15. & 19. dicens sententiam plurium; plures apud Barbosam *de officio Parochi cap.*11.*num.*8. idque licèt Parochiani, qui nec tunc tenentur tres audire Missas. Naldus v. *Missa num.* 20. ex devotione petant tres celebrari, & velint eis assistere; quod displicet Vasq.*loc.cit.* Aversa *de Sacrificio qu.11.sect.9.§.quia.* Benac.*qu.fin.puncto* 3. *num.*10. Henriq.*lib.9.cap.30.num.*6. aientes debere tunc celebrare, vel petenti populo prospicere de tali celebratione. Licèt enim populus tunc non teneatur nisi uni assistere Sacrificio, tamen ejus devotioni Parochus consulere debet, ut similiter tenetur ministrare Sacramenta populo ex devotione petenti.

An Parochus pro suis ovibus applicare debeat, quando celebrare tenetur?

1321 Sunt qui asserunt Parochum non teneri ex justitia applicare pro ovibus quando tenetur celebrare.

NEga ex justitia ad id teneri, nisi exprimatur in fundatione, vel aliter. Uterque Lugo Cardinalis, & Franciscus *lib.5.cap.11.qu.2.* Tamburr. *lib.2.de Missa cap.2.§.16.num* 4. Gaspar Hurtadus *disp.4.difficult.* 16. Vasq.*disp.*234. *cap.4.num.*27. Bauny *tr. 10. de Parochis qu.*13. Aversa *quæst.11.sect.17. §. alii tamen.* Coninck *qu.83. art.1. dub.11. num.*199. Henaus *loc. cit.* Suar.*disp.86.sect.1.* Layman *lib.5.tract.5. cap. 4. num.*3. Contra Sotum 9.*de justit.qu.3.art.1.* Sà v. *Missa num.*44. Leand.*tract.8.disp.5.qu.5.* Marchinum *tr.3.de ordine p.2.cap.30.num.1.*

Nam nullo jure constans, non est contra libertatem onus imponendum; & ad Apostolum 5. ad Hebræos 11. ibi: *pro hominibus constituitur, ut offerat dona, & Sacrificia.* Trid. *sess.23. de reform.cap.*1. ibi: *ut offerrent præcepit.* S. Laurentius Justinian.*de regimine Prælatorum cap.*1. satisfit generaliter applicando pro ovibus, sicuti enim pro se, ità pro ovibus specialiter offerre non tenetur; nam Apostolus ait: *pro populo, ità & pro se offerre.*

1322 Et posse accipere stipēdium. Vide adnotationē

Onus autem ex Caritate applicandi pro ovibus, non tollit quin possit eleemosynam accipere, ut ex dictis. Henaus *loc.cit.num.*18. & 23. respondens ad declarationem Cardinalium non posse eleemosynam accipere, scilicet si aliam habuit, teneaturque jure Capellaniæ celebrare. Contra Leand. *tom.8.tract.7.disp.9.qu.*42.

Et si adsit consuetudo specialiter offerendi pro ovibus, nec obligari in conscientia, si de-

ſit talis oneris certitudo. Nec ex tabulis Ecclesiæ, aut Episcopi justo præcepto constet tale onus. Possevinus *de officio Curati cap. 2. num. 4.* Diana *par. 2. tract. 14. resol. 24.* (11)

De Obligatione Capellani ad celebrandum.

§. II.

1323 Unde Capellaniæ, & Capellani nomen ortum ducat.

CApellaniæ nomen originem debet pellibus caprarum, quibus itinerantes Reges Capellas efformabant, vel ortum debet Cappæ Sancti Martini, quæ Reges Francorum præliaturi deferebant ad victoriæ adjumentum, quam ferentes custodes dicebantur Capellani, ut testatur Strabo *lib. 3. de rebus Ecclesiæ c. 31.* (12) Durand. in *rationali Divinor. Officiorum c. 10. num. 8.* ex *can. concedimus. 29. de consecr. dist. 1.* de istis ergo Capellanis, & obligationibus eorundem orationem instituentes, multa perquirendo. Et primo:

An Capellanus per se obligatus quotidie celebrare, possit cessare à celebrando quandoque ex præsumpta rationabili primi instituentis voluntate?

1324 Capellanus obligatus quotidiè celebrare potest quandoque cessare, ex præsūpta instituentis voluntate.

AFfirma: ità exigente devotione, honestate, & æqua, non dura voluntatis ultimæ interpretatione, *cap. significatum. 11 de præbendis,* ibi: *nisi infirmitate corporis fuerit impeditus, assiduè debeat obsequium suum impendere Ecclesiæ memoratæ, & quantò frequentiùs potest (salva honestate sua, & debita devotione) Missarum solemnia celebrare, nec sibi liceat hoc illi subtrahere, sivè causa voluptatis, sivè se ad ad aliam Ecclesiam transferendo.* Occupationes namque, aliaque necessaria ad fovendam vitam reddunt continuam celebrationem commodè valdè difficilem. Quis enim inter mundi procellas fluctibus hinc indè jactatus, vorticibus absortus assiduam devotionem manutenere valebit. Et hoc licèt testator expresserit se velle quotidie à Capellano celebrari collato stipendio, & Capellanus acceptaverit. Potest namque tunc Capellanus revocare suum consensum; non enim Testatorem irrationabilia statuisset. Henaus *loc. cit. qu. 3. num. 32.*

An possit causa devotionis semel vacare in hebdomada?

1325 Causa devotionis potest vacare semel in hebdomada.

AFfirma: *d. cap. significatum. 11. de præbendis.* Navarr. *lib. 3. de præbendis cons. 7. n. 2.*

An causa itineris, oblectationis possit semel non celebrare in hebdomada?

1326 Etiam causa itineris, aut oblectationis.

AFfirmat Leander *tom. 2. tract. 8. disp. 5. q. 17.* post Hurtadum *disp. 4. difficultate 1. v. &* *Capellanus.* Diana *par. 2. tract. 14. resol. 28. & par. 10. tract. 14. resol. 37.* Contra Fraxinellum *de Sacerdotum obligationibus sect. 4. conclus. 4. §. 3. num. 1.* Riccium, Lugonem apud Henaum *disp. 19. num. 29.* Navarrum *consiliorum tom. 1. lib. 3. de præbendis cons. 6. num. 3.* Bonac. *de Sacram. disp. 4. quæst. ultima puncto 7. §. 2. num. 16.* probat, quia id consuetudine receptum, Sed ubinam hæc consuetudo?

An illa die vacationis possit recepto stipendio pro alio celebrare?

1327 In die licitæ vacationis sunt, qui dicūt posse accipere stipēdium, & celebrare pro alio.

AFfirmat Marcus Widal. in *Arca vitali tit. de justitia inquisit. 1.* Aversa *qu. 11. sect. 18. §. insuper;* dicens consuetudine fortè ità receptum; sicuti enim intolerabile esset non posse semel in hebdomada desistere ex causa devotionis, vel honestatis, ità esset intolerabile non posse alteri applicare recepto stipendio; esset enim tunc irrationabiliter invitus Testator nolens sine suo damno alterius lucrum.

Et oppositū est sequendum.

Sed oppositum docet Bonac. *loc. cit.* Diana *loc. cit.* Henaus *loc. cit. num. 36.* Leand. *loc. cit. qu. 18.* tamen dicentes pauperem Sacerdotem posse tunc recepto stipendio applicare pro alio. Tu stis consuetudini tuæ Patriæ. (13)

An possit semel in hebdomada vacare, si per annum debeat celebrare manuali stipendio?

1328 Potest quoque semel in hebdomada vacare, etsi per annum celebrare debeat manuali stipendio.

AFfirma: nam eadem hìc, ac in superioribus ratio, & currit text. in *d. cap. significatum. 11. de præbendis.* Tamburr. *lib. 3. de Missa cap. 3. §. 1. num. 4. & 7.* Pellizz. in *Man. tract. 5. cap. 9. sect. 4. num. 109. & tract. 6. cap. 3. num. 37.* Henaus *loc. cit. num. 40.* idem docentes etiamsi onus celebrandi sit per hebdomadam, quod altiùs dijudicandum reservamus.

An teneatur supplere Missas Capellanus infirmus obligatus quotidiè per se celebrare?

1329 Capellanus brevi infirmitate ægrotans, non tenetur supplere Missas. Secùs si diuturna.

DIstinguas: vel infirmitas brevis, vel diuturna.

Si brevis, nega; nam talis præsumitur rationabilis Testatoris voluntas.

Si diuturna, affirma; nam cessat dicta præsumptio. Leand. *loc. cit. qu. 19.* dicens esse omnium Doctorum. Sed

Quæ infirmitas brevis, quæ diuturna?

1330 Infirmitas brevis aliquis dicunt esse decem dierum, alii ad mensem protrahunt, aut ad duos menses.

BRevem putant morbum decem dierum. Barbos. Fraxinellus, Riccius, Molphesius, apud Dian. *loc. cit.* qui extendit ad quindecim dies, *1. par. tr. 14. resol. 57.* Ad mensem verò exten-

(11) Parochi pro ovibus suis Sacrificium offerre, & applicarè tenentur, ut pluries decrevit S.C.C. si reditus pingues sint, quotidiè, si tenues, saltem diebus festis. Synod. Cardin. Franc. Pignat. *par. 4. cap. 4. num. 8.* ex quo deducitur non posse eleemosynam accipere.

(12) Valafridus Strabo loco ab Auctore citato, hæc habet de origine nominis Capellani: „ Quemadmodum sunt in Palatiis Comites Palatii, qui „ secularium causas ventilant; ita sunt, & illi, „ quos Summos Capellanos Franci appellant, Cle„ ricorum causis Prælati, Capellani minores ita „ sunt, sicut hi quos Vassos Dominicos Gallica „ consuetudine nominamus. Dicti sunt autem pri„ mitùs Capellani a Cappa B. Martini, quam Reges „ Francorum ob adjutorium victoriæ in præliis so„ lebant secum habere: quam ferentes, & custo„ dientes eum ceteris Sanctorum Reliquiis, Clerici „ Capellani cœperunt vocari „. Vide Thomassinum *tom. 1. Disciplina lib. 2. cap. 109. num. 1. & 2. & cap. 111. num. 16.*

(13) Decreto S.C.C. cautum est, ne qui ratione Capellaniæ, Beneficii, Legati, aut stipendii quotidie per se ipsos celebrare tenentur, in diebus licitæ vacationis Missas pro seipsis celebrent, aut pro aliis gratis, aut accepto stipendio: sed omninò pro Fundatoribus, aut Benefactoribus. Qui verò quotidiè tenentur, sed non per seipsos, nunquam à celebratione vacare possint, ut in Synod. Provinc. Cardin. Cantelmi.

tendunt Hurtadus, & Layman apud Dianam *par.4.tract.4. resol.*238. Thom: Hurtadus *tr.2. cap.4. resol.* 8. *num.*95. Ad duos menses extendunt Cardinalis Lugo *disp.* 21. *sect.*2. *num.* 49. Dicastill. *tr.*5. *disp.* 4. *dub.*21. *num.* 411. Aversa *qu.*11.*sect.*18.*§.secundo Sacerdos*, citans sex Doctores. Henaus *disp.*19.*num.*38. Quintanadueñas *tom.*2.*tr.* 2. *singulari* 18.*num.*3. & probabile ait Leand. *loc. cit. qu.*19. dicentes idem, licèt Capellanus aliundè substentare se valeat; itaut nec teneatur Capellanus sanitatem procurare, secundum Tamburr. *lib.*3.*de Missa ca.*6.§.2.*n.*8.

1331 Vel ad totũ tempus infirmitatis.

Imò quod plus est, Castrus Palaus *tr.*3.*disp* 1. *puncto* 6.*num.*21. & Henaus *loc.cit. num.*39. *in fine*; id extendunt ad tempus infirmitatis quantumcumque sit, itaut non teneatur supplere Sacrificia; nam non est major ratio de infirmitate bimestri, ac longiori. Et fructus Capellaniæ non dantur ob Sacrificia, sed ob onus sacrificandi. Sic fructus præbendæ dantur infirmo pro toto tempore infirmitatis. *cap.unic. de Clericis non residentibus in* 6. ibi: *qui verò aliter de distributionibus ipsis quicquam receperit (exceptis illis, quos infirmitas, seu justa, & rationabilis corporalis necessitas, aut evidens Ecclesiæ utilitas excusaret), rerum sic receptarum dominium non acquirat*. At id valdè laxum, nisi aptetur ad Capellanias perpetuas ad instar beneficiorum, tunc enim sicuti infirmus sine recitatione Officii, ità etiam sine celebratione Missæ capit fructus, ut etiam debentur distributiones quotidianæ. (14)

1332 Quod ut laxum rejicitur, nisi sit Capellania perpetua ad instar Beneficii.

1333 Nisi Testator expressè voluerit tunc per alium suppleri.

Putat tamen Thomas Hurtados *loc. cit.* Testatorem posse hoc prohibere, & velle, ut tunc per alium celebrat, nam cessat tunc præsumpta ejus voluntas, in qua prædicti Doctores fundantur.

An idem sit in impedimento alio, puta carceris, vel alterius negotii involuntarii?

1334 Detentus carcere, aut alio negotio involuntario non tenetur supplere.

AFfirmat Leand. *loc.cit.* Henaus *loc.cit. n.*38 *§. est etiam consideratione dignum.* Castrus Palaus *loc.cit.*

An Capellanus addictus quotidianæ celebrationi, teneatur pro intentione Fundatoris applicare tres Missas in die Nativitatis Domini, & in die Omnium Defunctorum?

1335 Capellanus adstrictus quotidie celebrare non tenetur tres Missas celebrare in die Nativitatis, aut in die Omniũ Defunctorum pro eis applicare.

NEgat: satisque est si applicet unam in die Nativitatis. Aversa *de Sacrificio qu.* 11 *sect.*18. *§.item posse.* Henaus *loc. cit. num.*4. De Leone apud Dianam *par.*4.*tr.*4.*resol.*86.

In die Omnium Defunctorum posse ut pro libito non celebrare, ità pro libito applicare cui voluerit, etiam accepto stipendio ab illo, Patet primo ex usu fidelium dantium stipendium pro celebratione illius diei applicanda particulari. Secundo, quia Missa Omnium Sanctorum potest offerri in honorem unius Sancti determinatè; ergo etiam Missa Omnium Defunctorum poterit applicari pro uno Defuncto, suscepto stipendio. Tamburr. *lib.*3.*de Missa cap.*3. §.1.*num.*9. Aversa *qu.*11.*sect.*18.*§.item posse.* Possevinus *de officio Curati num.* 29. Henaus *loc.cit. num.* 4. indè concludens, Capellanum teneri tunc applicare juxtà intentionem Fundatoris. Contra Fraxinellum, & Gavantum apud Dianam *loc.cit.* volentes Missam applicandam generaliter pro Defunctis, postposita particulari obligatione.

1336 Sed potest pro particulari applicare accepto stipendio.

Sed non video cur; cùm semper generaliter offeratur juxtà intentionem Ecclesiæ, cui generali applicationi non nocet specialis applicatio pro dante eleemosynam, & si tantùm applicaretur generaliter, deficeret fructus major ille ex speciali applicatione, ex Concilio Constantiensi *sess.* 18. contra Wicleph sine utilitate majori Defunctorum omnium. (15)

Missa celebranda in festivis diebus, de quo die festivo intelligatur?

1337 Missa festiva intelligitur de festo in quo ex præcepto audiendum est Sacrum.

INtelligitur de festivis ex præcepto audiendi Sacrum, nisi aliud Fundator exprimat. Nam hic est communis usus loquendi, in dubio attendendus. Lugo *lib.*1.*responsorum dub.*34. Dicastill.*tr.*5.*disp.*9.*dub.*11.*num.*411. Henaus *loc. cit. num.*41.

An obligatus ad celebrandum in aliqua die determinata hebdomadæ, possit illam mutare?

1338 Addictus celebrare in determinata die, potest illam mutare, nisi aliter notetur.

AFfirma: nisi aliter expressè, vel claris conjecturis de voluntate disponentis; nam levis esset mutatio nemini præjudicialis, non minuens Sacrificii fructum. Lugo *disp.*21.*sect.*2. *num.*43. Henaus *loc.cit.num.*43. Aversa *loc.cit. §.item si.* Tamburrin.*lib.*3.*de Missa cap.*1. §.3. *num.* 43. rectè concludentes diem designatum ad bonum publicum, puta ut fideles Missam audiant in die festivo, vel ad cultum sacrum mutari non posse.

An omittens celebrare die præfixa, sine sua culpa, puta quia Ecclesia est interdicta, teneatur alia die supplere?

1339 Obligatus celebrare die determinata, & sine sua culpa nequeat, nõ tenetur alia die supplere.

NEga: nam res perit illi, qui est in culpa. Lugo *disp.*21.*sect.*2.*n.*47. Intelligitur, si desit alia Ecclesia, in qua celebrare valeat, ut deest in generali cessatione à Divinis, & quando Ecclesia una tantùm in patria est interdicta, vel violata, vel si non inveniantur claves Ecclesiæ; si deficiant necessaria ad celebrandum; tunc enim esset onus, si deberet pergere ad celebrandum extra patriam, vel si deberet supplere, cui nemo sine culpa debet supponi. Castrus Palaus. *tr.*13.*disp.*1.*puncto* 6.*nu.*26. Lara *lib.*1. *de anniversariis cap.*11. *num.* 39. Lugo *loc. cit. num.*44. Henaus *loc.cit.num.*45. id concludentes, etiamsi per duos menses nequeat celebrare ex tali impedimento, ut de ægritudine bimestri ratiocinabatur. Ponens tamen impedimentum, ad omne damnum tenetur, ut culpa suum teneat Auctorem; Et sic puto sua pecunia illum supplere debere non solùm, ut Missæ integrè ce-

(14) Potest Capellanus, qui est ad instar Beneficiati, Missas in eo casu supplere per alium, ideò tenetur, non autem Officium.

(15) Ex concessione facta ab Innocentio XI. 30. Septembris 1679. deducit P.Felix Potestas *to.*2 *par.* 1. *de Sacrificio Missæ cap.*2.*num.*223. posse applicari Missa pro particulari defuncto in die Commemorationis Omnium Defunctorum, quia Innocentius concessit Sacerdotibus omnibus in illa die celebrantibus in quocunque Altari liberationem Animæ, pro qua Sacrificium offerrent, ac si in Altari privilegiato celebrassent; Ideoque supponit Summus Pontifex posse applicari Missa pro particulari defuncto in dicta die Cõmemorationis Omnium Defunctorũ.

celebrentur, sed omne aliud damnum. *l. qui potest facere.* 174. *D. de regul. juris. cap. bis quibus.* 60. *de electione.*

An possit anticipando in primo celebrare Missas à Fundatore in duos menses divisas?

1340 Anticipare Missas licet, si illis proficiant.

DIstinguas: vel illis proficiunt, pro quibus sunt applicandæ, vel non proficiunt.

Si proficiunt, affirma; nam est anticipata solutio creditori grata, citiùs liberans Animas à debito luendi pœnas: ut si Testator pro Anima sua & suis jam defunctis velit Sacrificium offerri. Lugo *disp.* 21. *num.* 44. Bonac. *puncto* 7. §. 5. *num.* 4. Aversa *qu.* 11. *sect.* 18. §. 7. Petrus Navarra 2. *de restitut. cap.* 2. *qu.* 9. *num.* 366.

1341 Secùs si non erunt profuturæ.

Si verò Missæ non sint profuturæ illis, pro quibus ex intentione Testatoris sunt applicandæ, puta si velit applicari pro successivè morituris, vel nascituris, vel ob prorogandum Divinum cultum, vel ut populus in qualibet hebdomada intersit sacro; & tunc, nega posse anticipare; nam servanda voluntas instituentis in hac re; in qua anticipando defraudaretur jus habens, & culpa esset levis, vel gravis, prout Testatoris finis levis, vel gravis non impleretur; videsis Marchin. in *tract.* 3. *de ordine par.* 2. *cap.* 34. *num.* 10. Bard. *par.* 4. *Cruciata cap.* 1. *sect.* 3. §. 2.

Semper tamen est levis materia, si absque speciali ratione Missæ sint affixæ diei. Aversa *loc. cit.* §. *item si.*

An valeant Missæ postponi?

1342 Missæ pro Defunctis possunt postponi.

DIstinguas: vel institutor respicit Animas purgantes, omnesve viventes, ut sic; vel Animas hìc, & nunc purgantes, viventes.

Si primum, affirma posse postponi, quia nullum resultat alterius præjudicium: cùm etiam Animabus postpositæ Missæ prosint.

Secùs si fundator respiciat Animas nunc purgantes.

Si verò Fundator Capellaniæ respiciat hìc, & nunc Animas purgantes, viventes. Tunc sine rationabili causa nequeunt Missæ differri, quia indè diuturniùs pœnis affliguntur.

1343 Et veniale erit, nisi pro necessitate urgenti petatur.

Et sine rationabili causa esse culpam venialē postponere, nisi Missa petatur pro necessitate tunc urgenti. Henaus *loc. cit.* & dilationem per mensem venialem putat Lugo *loc. cit. num.* 45.

1344 Pro Defunctis an sit lethale ultra XV. dies differre.

At severiùs loquitur Arriaga *tom.* 7. *disp.* 56. *num.* 20. dicens dilationem supra quindecim dies esse lethalem ob ingentes pœnas, quibus affliguntur Animæ purgantes.

Sed hæc ratio nil probat in Sacrificiis applicatis pro vivis, & plus probat in Sacrificiis applicatis pro defunctis, scilicet nec per horam, vel diem posse differri; quia cremari igne per horam, vel diem est gravissimum malum.

In dubio declinandum, ut onus sit mitiùs favore Sacerdotis, cùm debitori in dubio semper favendum.

1345 Potest accipi numerum Missarū intra LX. dies celebrandas.

Ad obviandum autem scrupulis posse aliquem accipere pro numero Missarum stipendium intra paucos dies celebrandas, scilicet intra sexaginta dies asserit Lugo *disp.* 21. *num.* 34. Villalobos *tract.* 8. *dub.* 18. Diana *part.* 2. *tr.* 14. *resol.* 25. Ledesma in *Summa cap.* 18. *concl.* 17. nisi Missa petatur pro imminente necessitate, puta pro lite tunc decidenda, pro tunc agonizante, periclitante, &c. Aversa *de Sacrificio qu.* 11. *sect.* 8. §. 5.

1346 Vel ad tres menses alii extendunt.

Sed modicum tempus ad tres menses extendit Leander *tom.* 2. *tract.* 8. *sp.* 4 *disp.* 18. & in expositione regulæ 45. in fine, si petentes non exigant celeriorem satisfactionem. Imò ad tres annos extendit Peyerinus *tom.* 3. *Privilegiorum in Constitutione Urbani VIII.* At id improbabilitatis nota inuritur à Diana *part.* 9. *tract.* 6. *resol.* 55.

1347 Reprobatur si ad triennium.

An Capellanus varians Ecclesiam, vel Altare præfixum à Testatore, teneatur restituere stipendium?

1348 Varians Ecclesiam, vel Altare præfixum non tenetur restituere, si sola celebratio intendatur.

DIstinguas: vel stipendium est constitutum ratione loci, puta, quia est Ecclesia distantior, Altare incommodius, vel tantùm pro celebratione Missarum.

Si pro celebratione sola Missarum commune stipendium sit constitutum, non tenetur Celebrans ad restitutionem, nam jam sacrificavit, qui est finis Fundatoris, & applicatio æquè prodest sivè in uno, sivè in alio loco celebrata sit Missa. Bonac. *disp.* 4 *qu. ult. puncto* 7. §. 4. *n.* 5.

1349 Si verò Ecclesia, vel Altare, aut concursus populi respiciatur, tenetur restituere illud, quod excedit commune stipendium.

Si verò ratione talis Ecclesiæ, vel Altaris, vel ob concursum populi, honoremve Capellæ majus stipendium sit constitutum, illud plus à communi stipendio restituendum, nam sine titulo retineretur. Dicastill. *tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 21. *num.* 392. Diana *par.* 9. *tract.* 2. *ref.* 15. & *par.* 10. *tract.* 12. *resol.* 23.

An obligatus ad celebrandum per se in tali loco, valeat alium substituere?

1350 Obligatus per se in tali loco, potest per alium celebrare.

AFfirma: secùs esset grave nimis onus, si nequiret quandoque alium substituere. Bonacina apud Henaum *loc. cit. num.* 50.

Si in fundatione dicatur Capellanum debere cantare, Ecclesiæ inservire.

1351 Etiam per alium satisfacit inserviendo, cantando determinatæ Ecclesiæ.

SAtisfacit Capellanus per alium serviendo, cantando: idemque est si dicatur, ut adjuvet Parochum in cantando. Henaus *loc. cit. num.* 66. *in fine.* Contra Doctores apud Dianam *par.* 9. *tract.* 2. *resol.* 14. apud Lugonem *loc. cit. num.* 28. apud Laram *lib.* 2. *de anniversariis cap.* 7. *num.* 6. volentes personaliter debere servire: quod intelligas, si electa fuerit industria personæ, quia idonioris in cantando, serviendo, vel si in fundatione exprimatur, ut personaliter inserviat, celebret, cantet; tunc enim personaliter debet suum munus exequi, nisi legitimo excusetur impedimento. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 56. *num.* 20. quale impedimentum est mala valetudo. Navarra 2. *de restitut. cap.* 2. *num.* 212. & quodlibet aliud legitimum impedimentum. Franciscus Lugo *lib.* 5. *cap.* 11. *quæst.* 3. *num.* 34. Tamburr. *lib.* 3. *de Missa cap.* 5. §. 1. *num.* 3. & 6. Quintanadueñas *tom.* 4. *tr.* 2. *singulari* 25. *nu.* 1. ubi alii.

Si in fundatione dicatur, ut Missæ celebrentur.

1352 Capellanus potest per aliū celebrare, nisi fundator velit per se.

TUnc Capellanus per alium celebrare potest, nisi addatur ut per se celebret; idque nè onera sine fundamento imponantur. Henaus *loc. cit. num.* 67.

Quando

Quando non exprimitur Capellanum debere esse Sacerdotem.

1353 Capellania potest dari Clerico, quādo non exprimitur debere esse Sacerdotem.

POtest Capellania conferri Clerico, qui per alium celebrabit, nè onus gratis imponatur. Gomez, quem sequitur Palaus *tract.13.disp.1.puncto 6.num.4.* Henaus *supra num.67.*

Si in institutione Capellaniæ dicatur, ut per se celebret.

1354 Capellania fundata, ut per se celebretur, adhuc Clericus obtinere potest, si intra annū Sacerdos fiat.

ADhuc Clericus potest illam Capellaniam obtinere, & intra annum ordinetur Sacerdos; nam censetur etiam tunc habilis ad curam suscipiendam. *cap. licet Canon. de electione in 6.* Tamburrin. *lib. 3. de Missa cap. 4. §. 2. num. 7.*

Et claris verbis, non conjecturis majus onus inducendum, sicuti non debet obligari ad celebrandum per se, nisi id exprimatur; nam onus in dubio minuendum, non augendum. Sacra Congregatio Trident. 1640. 29. *Maii*, quam refert Henaus *supra num.7.* Lugo *lib.5. responsoriorum dub.25.*

1355 Capellania habens quotidianas distributiones, exigit personalem celebrationem

Si verò Capellania habeat quotidianas distributiones; tunc personalem celebrationem exigit Marchinus *tract.3.de ordine par. 2. cap. 29. num. 76.* Tamburr. supra *§. 1. num.2.* Barbosa in *cap.significatum. 11. de præbendis*. Henaus *loc.cit. num.69.*

An Episcopus possit compellere ad celebrandum per se, qui ex justitia celebrare non tenetur?

1356 Episcopus nequit compellere ad celebrādum pro se illum, qui ex justitia non tenetur celebrare.

NEga: ne onera sine ratione imponantur, & consequenter pro libito per alium celebrare valet. Cardinalis Lugo *loc. cit. num. 9.* Diana *par.2.tr.14.resol.18. par.4.tr.4.resol.87. par.9.tract.2.resol.14.* Henaus *loc.cit.num.71.*

An recipiens manuale stipendium, per alium celebrare valeat?

1357 Accipiēs stipendiū manuale, potest per alium celebrare.

AFfirma: nisi aliud à dante stipendium exprimatur. *cap.qui per alium. de reg. juris in 6.* Henaus *loc.cit.num.72.*

An obligatus ex fundatione celebrare in tali loco, vel Ecclesia, peccet celebrando alibi?

1358 Obligatus tali loco, aut Ecclesia celebrare, non peccat, si tātùm fructus Sacrificii intendatur.

DIstinguas: vel Fundator intendit tantùm fructum Sacrificii, vel aliquid aliud.

Si tantùm fructum Sacrificii, nega peccare; nam hic ex sola celebratione percipitur, nec locus aliquid immutat.

Secùs si exigatur honor familiæ, sui memoria, populi commoditas.

Si verò Fundator aliquid aliud exigat, puta honorem familiæ, sui memoriam, Populi commoditatem, &c.

Subdistinguas: vel semper, vel aliquando mutatur locus.

Et erit mortale si sēper.

Si semper, erit mortale; nam in materia gravi acceptatæ obligationi non satisfacit, nec paret voluntati disponentis, servandæ ad instar legis, *§.disponat, Auth.de nuptiis.* Aversa *de Sacrificio quæst.11.sect.18. §.8.* quam nec hæres valet mutare. Bonac. *disp.4.qu.7. §.4. num. 3.* Hic enim debet servare, non destruere voluntatem defuncti, & mutatio esset injuriosa patrono, ac Capellæ habentis jus, ut inibi celebretur.

Si verò aliquoties mutetur, puta una, aut altera vice in mense, secundum Tamburr. *lib.3. de Missa cap.2. §.1. num.3.* vel ter in anno, secundum Henaum supra *num. 51.* tunc erit veniale ob materiæ parvitatem. Aversa *loc. cit.* Diana *part.4. tract.4. resol. 40.* Dueñas *regula 154.* Lupus *allegat.33.num.4.* Gratian. *cap.37. num.5.* Philibertus *tract.3. par.2.cap.24. nu.1.* Contra Fagundez *præcepto 1.lib.3.cap.9.num.2.* Diana *p.2. tr.14.resol.29.* cum pluribus ajentes esse mortale taliter variare. 1359 Veniale si aliquoties, & nō adsit rationabilis causa.

Imò nec erit veniale, si ex rationabili causa, tunc nequiret inibi celebrare. Lugo *disp. 21. num. 36.* puta si urgeret negotium, & Capella esset impedita, non enim tam rigorosus censetur Fundator. Et si rarissimè fieret, nec esset veniale ex præsumpta æqua, non severa disponentis institutione. Dicastill. *tract. 3. disp. 40. dub.21.num.385.* Henaus suprà.

Hinc si Altare designatum sit occupatum ab alio celebrante, vel aliter impeditum, poterit etiam sine veniali celebrare in eadem Ecclesia, vel in alio Altari, si urgens negotium moram non patiatur; non enim sunt leges, & præcepta, quæ fragilitati non accommodantur humanæ. *can. erit. dist.4.* Aversa *loc. cit.* Henaus *loc.cit.num.55.* Lugo *loc.cit.num.40.*

Si autem celebratio sine culpa Sacerdotis omittatur in illa Capella aliūde impedita, tunc non teneri alibi celebrare ait Leand. si principaliter in obsequium illius Capellæ sit instituta celebratio.

At mihi tunc alibi celebrandum suadetur, quia Sacrificium principaliter est in Dei cultum; qui præsumitur semper intentus, & non cessat etiam deficientibus aliis inspectis ab instituente Capellaniam; Et sic non cessat onus celebrandi, quia existente principali, licèt deficiant accessoria, non corruit dispositio, ut notavi a. *Pantonomod. num.2268.* Licèt enim cessante fine principali adæquato, corruat accessorium. *cap.accessorium. de reg.jur.in 6. l.ex parte.40. §.duos filios, D. familiæ erciscundæ*; tamen semper ac remanet finis principalis, dispositio substinetur; ergo licèt sit impedita Capella, vel Ecclesia, in cujus honorem instituta Capellania, tamen celebrandum alibi est, si sine gravi incommodo possit; cùm principalis finis Divini cultus intenti non cesset, nec cessare possit. Sà v. *Missa num. 47.* Bonac. *loc. cit. puncto 7. §.4. num. 3.* Et Fundator magis Divinum cultum, ex fructu Sacrificii, quàm honorem Capellæ accidentarium sentit. 1360 Impedita illa Capella adhuc est celebrandum, quia semper intenditur cultus Dei.

Hinc resolvitur:

An peccet Capellanus relinquens Altare assignatum, celebrans in Altari ejusdem Ecclesiæ æque privilegiato?

NEga: nam nulla censetur injuria; & nec peccaret, si celebret in privilegiato, omisso designato à Testatore non privilegiato, præcisis aliis circumstantiis, cùm nulli injuriam irroget. Henaus *loc.cit.* 1361 Celebrans in Altari æque privilegiato, sed nō suo, non peccat.

An omittens celebrare in privilegiato, celebrans in non privilegiato cum calculo, continente Indulgentiam plenariam pro Defuncto, peccet?

NEga: nam æquipollentibus idem valor causatur, & non refert quid ex æquipollentibus

1362 Item celebrans in Altari nō privilegiato, sed cum calculo, continēte Indulgētiam plenariam.

bus fiat. *l.si modum, C.de instit. & substit. l.fin. C.de donationibus,quæ sub modo*. Megala *tom.2. resol.187.num.29.* Diana *par.4.tract.4.resol.40.* & *par.9. tract.2. res.12.* quidquid dixerit *par.2. tr.14. resol.29. §.hinc à fortiori.* Henaus *loc.cit. num.* 55. Contra Lugonem supra *num.* 39. Aversam *qu.11. sect.18.v. specialiter*, motos ex incertitudine Indulgentiæ Calculi.

Sed est contra suppositum, scilicet Indulgentiam calculi moraliter certam.

An celebrans in privilegiato valeat duplex stipendium accipere, unum pro applicatione fructus Missæ, alterum pro applicatione Indulgentiæ?

1363 Celebrans in privilegiato nequit duplex stipendium accipere pro celebratione,& Indulgentia.

NEga: Henaus *loc.cit. num.*78. Tamburr. *lib.3.de Missa cap.1.§.5.num.*49 Nam id prohibitum, & novum in Dei Ecclesia pro applicanda Indulgentia recipi stipendium; videsis Dianam *par.9.tract.2. resol.*24. & *par.10.tract.26. resol.* 70.

An celebrans in privilegiato quando non tenetur, possit Indulgentiam applicare pro aliis?

1364 Privilegiū Altaris si fuerit concessum ut Celebrans liberet Animam, potest pro alio applicare, quādo non tenetur. Secùs si applicanda sit Missa pro Anima, pro qua celebratur.

DIstinguas: vel privilegium est, ut celebrans liberet Animam à Purgatorio, vel ut liberetur Anima, pro qua celebratur.

Si primum, potest applicare Indulgentiam pro alio.

Si secundum, tantùm applicat pro illo, pro quo celebratur. Suar. *tom. 4. in 3.part. disp.*58. *sect.* 4. *num.* 3. in hoc enim nihil relucet absurdi.

An obligatus celebebrare sola præsentia, non celebrans in loco prefixo, teneatur restituere stipendium?

1365 Obligatus sola præsentia celebrare, si non celebrat in loco præfixo, tenetur, restituere stipendium.

AFfirma:, nam pro præsentia stipendium datur, quam non exhibuit, & sic sine titulo stipendium retineret. Dicastill.*tr.5.disp.4. dub.21.num.*385.Henaus suprà *num.*89.

An unica Missa satisfacere quis possit petentibus, si unus petat impetrationem, alter satisfactionem Missæ?

1366 Unica Missa nequit satisfacere duobus, si unus petat impetrationem, alter satisfactionē recipiendo duplex stipendium.

NEga: si recipiat duplex stipendium; est enim id prohibitum à Sacra Congregatione. Navarra *2.de restit.cap.2.dub.6.num.*243. Diana *par.6.tr.9.resol.*19. contra plures.

An qui tenetur celebrare sola præsentia pro commoditate populi, possit applicare pro aliis recepto stipendio?

1367 Obligatus sola præsentia celebrare potest aliud stipendium accipere pro aliis applicando.

AFfirma: quia nulli injuriam facit; enim verò satisfacit celebrando dantibus stipendium pro commoditate audiendi Missam, & satisfacit pro exigente satisfactionem. Henaus *de Sacrificio Missæ disp.* 19. *num.* 75. ex declaratione Sacræ Congregationis 1630. 13.*Julii.* Leand. *tom.2.tract.8. disp.4. quæst.*12. citans Suar. Vasqu. & alios. Dicastill. *tract.* 5. *disp.4.dub.23.num.*436. Lugo *disp.*21. *num.*19. ostendens id non esse contra Decretum Sacræ Congregationis. Contra Bonacin. *loc. cit. num.* 3. Barbosam *de potestate Parochi cap.* 11. *n.*11. Dianam *par.2. tract.14. resol.*80. qui mutavit sententiam *par4.tract.4. resol.*16. & *p.*11. *tract.8.resol.*67.

Nec per hoc pro una Missa lucraretur duplex stipendium contra Decreta de Celebratione Missarum; nam unum stipendium reciperet pro applicatione Missæ, alterum non pro Missa, sed pro obligatione celebrandi in tali loco, quod est pretio æstimabile. Sic Parochus, Canonicus, statuto tempore Choro assistens, obligatus celebrare ratione præbendæ, applicat pro aliis accepto stipendio. Henaus *loc.cit.n.*24. Arriaga *disp.56.num.*13. asserentes tunc stipendium dari ex liberalitate; sed rectiùs dicas dari stipendium pro onere celebrandi in tali loco.

Nec contradicit declaratio Sac. Congregationis 1625. ubi unica Missa nequit satisfieri duplici stipendio; nam intelligitur de stipendio dato pro applicanda Missa, non verò de dato alio ex diverso titulo, puta pro onere celebrandi. Henaus *loc. cit. num.*77. dicens dictam declarationem non obstare, nec aliam relatam à Diana *par.* 11. *tract.8. resol.*62. Widal.in *Arca vitali num.*278 & 346. Ut infrà in Decretis Urbani VIII.

An sit lethale non celebrare accepto stipendio unius Missæ?

1368 Non celebrās accepto stipendio peccat graviter, si res accepta sit gravis.

DIstinguas: vel stipendium satis est ad lethale furti, vel non.

Si primum, affirma peccare mortaliter, non verò in secundo casu; nam in primo, non in secundo retinet rem gravem invito Domino; enim verò hic consideratur damnum passum, non fructus Sacrificii inæstimabilis; & licèt Missa sit res gravis, è materia præcepti, juramenti, aut voti; tamen stipendium leve dans pro una Missa, rem gravem non dat. Tamburrin. *lib. 3. de Missa cap.* 2. §. 8. *num.* 16. Pellizzar. in *Manuali tract.* 5. *cap.* 9. *sect.*1. *num.* 20. Dicastill. *tract.3. disp.4. dub.*22. *num.*415. Sanch. *1.de matrimonio.disp.*5. *num.* 25. Fagundez *præcepto 1.Ecclesiæ lib.3.cap.8.num.*11. Henaus *de Sacrificio disp.19.num* 81.84.& 90. satisfaciens Sacræ Congregationi, dicens loqui de restitutione, & peccato plurium Missarum omissarum. Contra Aversam *qu.11.sect.13.§.censetur.* Navarram *2.de restitutione cap.2. nu.*382. Aragon. 2.2 *qu.85.art.* 5.Bonac. *puncto 7.§.2.nu.6.* Alphonsum de Leone *de officio Capellani qu.* 8. *num.* 191. ajentes lethale ob grave damnum spirituale. Cui motivo jam satisfactum est.

1369 Alii dicunt graviter peccare, si respiciatur damnum spirituale.

An promittens Missas sine stipendio, obligetur ad mortale?

1370 Promittens Missas absque stipendio, nō obligatur ad mortale.

NEga: quia homines non intendunt ex simplici promissione se graviter obligare; pluresque Doctores putant ex simplici promissione in quavis materia neminem sub lethali teneri. Marchin. *tom.3. de ordine part.* 2. *cap.* 18. *num.* 5. Leand. citans septem Doctores *tract.* 8. *disp.* 4. *quæst.* 16. dicens ad summum esse veniale, si promittens voluerit se obligare. Tamburrin. *loc.cit.num.*13.18.20. & 22. ajens promissionem etiam juratam de celebranda una Missa factam homini obligare sub levi, quia juramentum promissorium in re levi, cui non acquiescit Henaus *loc.cit. num.*43.

Contra Navarram 2. *de restitutione cap.* 2. *dub.6. num.241.§.tertio colligitur.* Rodriqu. in

Summa

Summa v. Missa cap. 250. *num.* 10. Bonac. *loc. cit. puncto* 7. §. 2. *num.* 6. ajentes sub mortali teneri promissam Missam celebrare.

1371 Tot sunt dicendæ Missæ, quot sunt accepta stipendia licet exigua.

An tot sint dicendæ Missæ, quot stipendia recepta, licèt exigua?

AFfirma: ex declaratione Sacræ Congregationis id præcipientis sub obtestatione Divini judicii, & stipendium exiguum debet esse justum juxtà taxam lege, vel consuetudine limitatam, licèt minimam. Tamburr. *loc. cit.* Pellizzar. *loc. cit.* Henaus *loc. cit. num.* 90. Leges enim justum, non injustum decernunt. (16)

dante, si illa præscripserit, & fuerint accepta, secùs si non præscripserit, quia tunc dicitur juxta taxam Ordinarii. Vide infra Resp. S. C. C. ad *secundum*.

An

(16) Tres Propositiones ab Alexandro VII. 24. Septembris 1665. damnatas, habemus in hac materia de Celebratione Missæ, & præcipue de Stipendio, videlicet VIII. IX. & X. quarum prima est: „ Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licitè accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsiusmet Celebranti correspondentem, idque post Decretum Urbani VIII. „. Altera: „ Post Decretum Urbani VIII. potest Sacerdos, cui Missæ celebrandæ traduntur per alium satisfacere, collato illi minori stipendio, alia parte stipendii sibi retenta. „ Tertia: „ Non est contra Justitiam pro pluribus Sacrificiis stipendium accipere, & Sacrificium unum offerre. Neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam promissione etiam juramento firmata, danti stipendium, quòd pro nullo alio offeram „. Quas omnes doctè confutavit Auctor in sua *Anacephalæosi* anno 1672. atque propositis pluribus quæsitis eas explicavit à *num.* 368. ad 408. Quæque omnia collata cum præsenti titulo nonnulla elucidantur. Verum quia hæ Propositiones respectum habent ad Decreta de Celebratione Missarum ab Urbano VIII. edita, & super quibus cùm essent plura dubia proposita, resoluta fuere à S. C. C. Ideò per extensum ea omnia ob oculos exhibeo, ad illustrandam istam, in qua versamur, materiam.

DECRETA SAC. CONGR. CONC. URBANI VIII.

De Celebrat. Missarum, edita 21. Junii 1625.

„ 1 CUm sæpè contingat, &c. *Et infrà.* Ac primò districtè prohibet, atque interdicit, ne Episcopi in Diæcesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, aut alias quomodocumque reducant onera Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur, quæ re diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur. Alioquin deductiones, moderationes, & commutationes hujusmodi, si quas contra hujus prohibitionis formam fieri contingerit, omninò nullas, atque inanes decernit.

„ 2 Deinde, ubi pro pluribus Missis etiam ejusdem qualitatis celebrandis, plura stipendia quantumcumque incongrua, & exigua sive ab una, sive à pluribus personis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Monasteriis, Conventibus, Congregationibus, Domibus, ac Locis piis quibusque, tam sæcularibus, quàm Regularibus, Sacra Congregatio sub obtestatione Divini Judicii mandat, ac præcipit, ut absolutè tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint, itaut alioquin ii, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciant, quinimò graviter peccent, & ad restitutionem teneantur.

„ 3 Id verò ut deinceps observetur exactiùs, Sacra Congregatio, eadem auctoritate, revocat privilegia, & indulta omnia quibusvis personis, Ecclesiis, ac Locis piis, tam sæcularibus, quàm Regularibus cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti, quamcumque ob causam concessa, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

„ 4 Ac similiter omne damnabile lucrum ab Ecclesia removere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eandem Missam alteri, parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

„ 5 Præterea, ne in Ecclesiis, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis, ut par est, adimplendis, eò tepidiores, ac segniores reddantur, quòd onera hujusmodi, cum nulla, aut parva sunt utilitate conjuncta; statuit eique decernit, ut pecuniæ, ac bona mobilia Ecclesiis, Hospitalibus, Congregationibus, Monasteriis, Conventibus, ac locis omnibus, tam sæcularibus, quàm Regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum, ab iis, ad quos pertinet, sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda à die realis acquisitionis, statim deponi debeant penes ædem sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum illa, seu illorum pretium quamprimum investiendi in bonis immobilibus fructiferis, cum expressa, & individua mentione oneris, quod illis annexum reperitur: ac si eadem bona immobilia auctoritate Apostolica deinceps alienari contingerit, eorumdem pretium sub eadem pœna ut suprà, deponi, atque in aliis bonis stabilibus itidem fructiferis, cum ejus oneris repetitione, atque annexione, converti debent.

„ 6 Ad hæc Sacra Congregatio, quibusvis Capitulis, Collegiis, Societatibus, & Congregationibus, nec non omnibus, & singulis Ecclesiarum, ac Piorum locorum, tam sæcularium, quàm Regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet, districtè prohibet, nè in posterum onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum, sæculares quidem sine Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii, Regulares verò sine Generalis, vel Provincialis consensu, & licentia in scriptis, & gratis concedenda: alioquin sæcularis, qui hujus prohibitionis transgressor extiterit, ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eo ipso: Regularis verò, pœna privationis omnium Officiorum quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cetero obtinenda, vocisque activæ, & passivæ, absque alia declaratione incurrat.

„ 7 Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ità demùm iidem accipere possint, si oneribus anteà impositis ità satisfecerint, ut nova quoque onera suscipere valeant; alioquin omninò abstineant ab hujusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis, in futurum recipiendis: & capsulas auferant ab Ecclesiis cum inscriptione illa *Eleemosyna pro Missis*, vel alia simili, sub iisdem pœnis ipso facto incurrendis, nè fideles hac ratione frustrentur.

„ 8 Episcopus verò seu ejus Vicarius, aut Generalis, vel Provincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, diligenter inquirans de singulis Missarum celebrandarum obligationibus, cuique Ecclesiarum, Monasterio, aut loco pio incumbentibus; nec anteà assensum hujusmodi, aut licentiam præbeant, quàm eis legitime constiterit, illius Sacerdotes, tam novo oneri suscipiendo, quàm antiquis jam susceptis satisfacere posse, præcipuamque rationem habeant, ut redditus, qui Ecclesiis, aut Locis piis relinquuntur, omninò respondeant oneribus adjunctis, secundùm morem cujusque Civitatis, vel Provinciæ; intelligantque, si in re tanti momenti desides, aut negligentes fuerint, in novissimo die se hujus prætermissi muneris rationem esse reddituros, &c.

„ 9 Postremò superiores existentes intra fines Italiæ, & Insularum adjacentium, computent in primo congregando Capitulo redditus Conventuum, eorumque summam ad Sacram Congregationem mittant, ut &c.

Dubia super præmissis Decretis Sacræ Congregationi proposita.

„ SUper primo Sacræ Congregationis Decreto de Celebratione Missarum, quo prohibetur, ne Episcopi in Diæcesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel aliàs quoquomodò,

reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis.

Quæritur. Quòd si legatum sit ita tenue, ut non sit, qui velit onus illi injunctum subire; & si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut ferè totum insumendum sit pro expensis ad id necessariis?

Et quid, si permittatur Episcopo in fundatione, ut possit hujusmodi onera moderari?

Secundò, super secundo ejusdem Congregationis Decreto, quo cavetur, ut celebrentur tot Missæ, quot ad rationem tributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint.

Quæritur: An verba illa, *præscriptæ fuerint*, intelligenda sint de præscriptione facta ab Offerente, vel ab Ordinario?

Tertiò, an cùm Ordinarius præscripserit eleemosynam congruam juxta qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipiantes stipendium minus congruũ, teneantur Missas ab Offerente præscriptas celebrare?

Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Capellaniæ, Legati, aut Salarii, possint etiam manualem eleemosynam pro Missis votivis, aut Defunctorum recipere, & unico Missæ Sacrificio utrique oneri satisfacere?

Quintò, posito, quòd Testator relinquat, ut celebrentur pro ejus anima centum Missæ, absque ulla præscriptione eleemosynæ.

Quæritur: An liberum sit hæredibus, eleemosynam sibi benè visam præscribere, an verò eadem eleemosyna præscribenda sit ab Ordinario?

Sextò, super tertio Congregationis Decreto, in quo eadem Congregatio revocat privilegia, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu Orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Quæritur: An verba, *in futurum suscipiendis*, intelligenda sint de oneribus suscipiendis post privilegium?

Septimò, super quarto ejusdem Congregationis Decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui suscepit Missam celebrandam cum certa eleemosyna, ut eamdem Missam alteri, parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

Quæritur: An permittendum sit administratoribus Ecclesiarum, ut retineant aliquam eleemosynarum portionem pro expensis manutentionis Ecclesiæ, Altarium, Inservientium, Paramentorum, Luminum, Vini, Hostiæ, & similium?

Octavò, an hoc Decretum habeat locum in Beneficiis, quæ conferuntur in titulum, ideft, an Rector Beneficii, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem reddituum Beneficii?

Decimò, an Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna major solita pro celebratione Missæ, debeant dare eamdem integram eleemosynam iis, quibus Missas celebrandas committunt. An verò satis sit, ut dent celebrantibus eleemosynam consuetam.

Undecimò, super quinto ejusdem Congregationis Decreto, quo inter cetera statuitur in hæc verba: *Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ità demùm iidem accipere possint, si oneribus antea impositis ità satisfecerint, ut nova quoque onera subire valeant. Alioquin omninò abstineant ab hujusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis, in futurum recipiendis, & capsulas auferant, &c.*

Quæritur: An hoc Decretum prohibeat absolutè, quo minùs accipiant novas eleemosynas ii, qui acceptis non satisfecerunt; & quid, si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

Duodecimò, quid si offerens eleemosynas, audito impedimento consentiat, ut Sacerdos Missam celebret, cum primùm poterit?

Decimotertiò, an pœna interdicti, & aliæ appositæ in eodem Decreto afficiant tam eos, qui accipiunt eleemosynas contra formam sibi præscriptam, quàm eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesiis, ut ibidem præscribitur.

Decimoquartò, an in hoc Decreto comprehendantur illæ capsulæ, quæ apponi solent in Ecclesiis in die Commemorationis Omnium Defunctorum, & vulgò dicuntur, *casse de' Morti*.

Decimoquintò, an Administratores Ecclesiæ magnæ devotionis, & concursus, possint eleemosynas pro Missis celebrandis accipere, si iisdem Missis, non nisi post longum tempus, satisfacere valent, ne aliàs cultus Ecclesiæ, & devotio, ac concursus Fidelium, ut aiunt, minuantur?

Decimosextò, quia prohibitio dicti Decreti videtur aliquibus directa solis Capitulis, Collegiis, Societatibus, Congregationibus, nec non omnibus, & singulis Ecclesiarum, & piorum Locorum, tam sæcularium, quàm Regularium Superioribus, de quibus fit expressa mentio, non autem privatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videtur sub clausula generali, *& aliis ad quos pertinet*, supplicatur pro opportuna declaratione.

Decimoseptimò, super septimo ejusdem Sacræ Congregationis Decreto, quo cavetur, ut in singulis Monasteriis Religiosorum præfigatur numerus, qui ex consuetis redditibus, aut eleemosynis commodè possit sustentari.

Quæritur: An ubi hæc præfixio facta jam fuit in vim similis Decreti sanctæ memoriæ Pauli V. absque tamen computatione reddituum cujusque Religiosi, sit denuò facienda, necne?

Decimoctavò, an Novitii ad habitum regularem admissi, possint admitti ad professionem in Monasteriis, in quibus habitant, ut suprà, præfixione numeri, commodè ali non possent?

Decimononò, super ultimo, quo cavetur, ut nullibi recipiantur Conventus Regularium, nisi præter alia ad id requisita, duodecim saltem Fratres in eis degere, & competenter sustentari valeant, itaut alioquin subsint jurisdictioni ordinariæ?

Quæritur: An hoc Decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Missarum, comprehendat eas Religiones, quæ non consueverunt onera Missarum recipere, ut sunt Religionis Capuccinorum, ac Societatis Jesu?

Ultimò: An idem Decretum, ubi disponit, ubi nullibi recipiantur Monasteria, nisi, &c. habeat locum in Italia duntaxat, ad quam est restrictum Decretum proximè antecedens, an verò etiam extra Italiam?

Declarationes, seu Responsiones ad supradicta Dubia.

SAcra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, auctoritate sibi à Sanctissimo Domino nostro attributa, ad singula dubia superiùs proposita, ad hunc modum respondit, videlicet:

Ad primum, etsi legatum sit adeò tenue, nihilominus pro reductione oneris, ut suprà impositi, ab iis, ad quos pertinet, Sedem Apostolicam esse adeundam; quæ absque ulla impensa id statuet, quod magis in Domino expedire judicaverit. Verumtamen si in ipsa Beneficii erectione expressè cautum fuerit, ut liceat Episcopo injunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam Decreta hac de re edita non sustulerunt, esse validam, & observandam.

Ad secundum, esse intelligenda de præscriptione facta ab eo, qui eleemosynam tribuit, non autem ab Ordinario. Quòd si tribuens eleemosynam numerum Missarum celebrandarum non præscripserit, tunc tot Missas celebrari debere, quot præscripserit Ordinarius, secundùm morem Civitatis, vel Provinciæ.

Ad tertium, teneri.

Ad quartum, Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Capellaniæ, Legati, aut Salarii, si eleemosynas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, nõ posse eadem Missa utrique obligationi satisfacere.

Ad quintum, censuit, ubi nullam certam eleemosynam Testator reliquit, esse ab Episcopo præscribendam eleemosynam congruam, quæ respondeat oneribus Missarum celebrandarum, secundùm morem Civitatis, vel Provinciæ.

Ad sextum, ita esse intelligenda.

Ad septimum, respondit, permittendum non esse, ut Ecclesiæ, ac Loca pia, seu illorum Administratores ex eleemosynis Missarum celebrandarum, ullam, utcumque minimam portionem retineant ratione expensarum, quas subeunt in Missarum celebratione, nisi cùm Ecclesiæ, & Loca pia aliàs non habent redditus, quos in usum earumdem expensarum erogare licitè possint; & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quæ pro ipsomet tantùm Missæ Sacrificio necessariò sunt subeundæ; & nihilominus eo etiam casu curandum esse, ut ex pecuniis, quæ supersunt expensis, ut suprà deductis, absolutè tot Missæ cele-

bren-

An obligatus ad Missam votivam Sancti, vel Defunctorum, peccet alia celebrando currentem?

1372 Obligatos celebrare Missam votivam, vel Defunctorũ, peccat si expresse se obligavit, secùs si expresse se non obligavit.

DIstinguas: vel recipiens stipendium expresè se obligavit: vel non.

Si non se obligavit nega, potestque aliam celebrare, cui magis afficitur, sivè currat duplex, sivè simplex festum; nam idem Sacrificii valor: nec tenetur dicere Collectam Missæ requisitæ, nec tenetur meritum precum offerre danti eleemosynam. Hurtadus *disp.* 3. *difficult.* 8. Pallavicin. *lib.*8. *num.*175. & si teneretur sua devotione compensare, possat celebrando aliam Missam devotius. Suar. *disp.*83. *sect.*3. Lugo *disp.* 21. *num.*35. Azor. *Instit. moral. tom.*1. *lib.* 10. *cap.* 32. *qu.*5. Bordon. *t. var. resol.* 25. *qu.*3. Sà *verbo Missa num.*48. Aversa dans alios duodecim Doctores *qu.*11. *sect.*18. §.1. Leand. *tom* 2. *tr.*8. *disp.* 7. *qu.*65. cum D. Tho. in 4. *dist.*45. *qu.*1. *ad* 5.

1373 Et an expresse, aut simpliciter se obligavit.

Si verò se obligavit ad Missam specialem. Subdistinguas: vel voluit se ad lethale obligare, & tenetur: vel simpliciter se obligavit: & peccat venialiter contra fidelitatem ob variationem illam materiam levem. Imò nec venialiter peccaret mutando in aliam, cui majori afficitur devotione; nam esset mutare in melius; idque etiam si ex voto petens teneretur Missæ celebrationem procurare. Hiniosa, & Leander *loc. cit. quæst.* 66. qui *qu.* 67. ait non peccare, etiam si accepto stipendio se obligaverit ad talem Missam, si devotiùs aliam celebrare velit.

An Sacrificium sit offerendum secundum intentionem fundantis Capellaniam?

1374 Sacrificiom offerendum juxta intentionem fundatoris.

AFfirma; nam omne agens, ut est fundator, agit propter finem, cui se debet uniformare Capellanus. Franciscus Lugo *lib.* 5. *cap.* 11. *qu.*1. *num.*13. Henaus *loc. cit. num.*73. nisi instituatur tantùm pro cultu Ecclesiæ, populive commoditate. Aversa *qu.* 11. *sect.* 18. v. *quodnam*: Si verò adsit scriptura Capellaniæ, nec exprimatur Sacrificium applicandum; tunc non debet applicari; qoia non censetur talis voluntas, quæ sicuti unum, ità expressisset alterum; & onera in dubia non imponenda. *l. quidquid adstringenda, D. de verb. oblig.* Si verò desit scriptura, tunc applicandum est Sacrificium secundum intentionem instituentis Capellaniam; quia hic est communis usus instituentium, à quo non præsumitur recessisse fundator. Videlis Marchinom *tr.*3. *de ordine part.* 2. *cap.*27. Tamburr. *lib.*3. *de Missa cap.*1. §.3. *n.*13. Diana *par.*6. *tr.*6. *resol.*23. (17) 1375 Si in scriptora Capellaniæ nõ exprimatur Sacrificiom qu.d tunc potest facere

De Numero Missarum celebrandarum?

CAPUT VII.

Quot Missas quotidiè Sacerdos celebrare possit?

OLim plures ab unoquoque in qualibet die celebrabantur. Strabo *lib. de rebus Ecclesiasticis cap.* 21. referens Leonem III. una die septies celebrasse. Micrologus *cap.*58. referens binas sæpè celebratas. *can. relatum est.* 11. *de consecr. dist.*2. 1376 Olim plures Missę in quolibet die dicebantor ab unoqooque.

Modò una Missa, ut onum fuit Sacrificium Crucis, celebrator. *can. sufficit Sacerdoti.* 53. *de consecr. dist.*1. ibi: *sufficit Sacerdoti unam Missam in die unam celebrare, quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit: nam modica res est, unam Missam facere, & valdè felix est, qui unam dignè celebrare potest. cap. consuluisti.* 3. *cap. te referente.* 12. *de celebrat. Missar.* usu interpretante sub mortali. Suar. *disp.*80. *sect.*3. §.1. *certum est.* 1377 Nunc una tantùm permittitur.

Cujus transgressor arbitrariè puniendus. Bonac. *disp.* 4. *quæst. fin. puncto* 7. *in fine*. Aversa *qu.* 11. *sect.* 15. §. 3. Diaz *in practica Criminali Canonica cap.* 30. ab Ordinario, ut ait Garzias *tract.*3. *de excellentia Sacerdotum diffin.*2. *dub.* 5. *num.* 1. & ab inquisitoribus, ut ait Quintanadueñas *tom.*1. *tract.*4. *sing.*10. *num.*5. Et in Civitate Neapolis in Synodo anni 1644. *de vita, & honest. Cleric. Decret.*1. est pœna triremium ad septennium, cùm olim fuerit pœna carcerum. (18) 1378 Et pluries in eadem die celebrans, graviter ponitur. Sub Cardin. Philamarino.

Casus, in quibus pluries in die celebrat.

UNdecim refert Sylvest. v. *Missa* 1. nos præcipuos.

I. Pri-

„ brentur, qoot præscriptæ fuerint ab Offerentibus
„ eleemosynas.
„ Ad octavum, non habere locum, sed satis esse, ut Rector Beneficii, qui potest Missam per aliom celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemosynam congruam, secundùm morem Civitatis, vel Provinciæ, nisi in fundatione ipsios Beneficii aliud cautum fuerit.
„ Ad decimum, debere absolutè integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti; nec ullam illius partem sibi retinere posse.
„ Ad undecimum, respondit, non prohibere absolotè. Ac propterea, etsi oneribus jam susceptis non satisfecerint, posse tamen nova etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodò infrà modicum tempus possint omnibus satisfacere.
„ Ad duodecimum, qoamvis onera suscepta, infrà modicum tempus adimpleri nequeant; si tamen tribuens eleemosynam pro aliarum Missarum celebratione, id sciat, & consentiat, ut illæ tunc demùm celebrentor, cùm susceptis oneribus satisfactum fuerit, Decretum non prohibere, quòminùs eo caso eleemosyna accipiator pro iisdem Missis, juxtà Benefactoris consensom celebrandis.
„ Ad decimumtertiom, has pœnas non habera locum, nisi in suscepturis onera perpetua Missarum celebrandarum sina licentia Episcopi, vel

VARDA Lib. II.

„ ejos Generalis Vicarii, aut Generalis, vel Provincialis.
„ Ad decimumqoartum, comprehendi.
„ Ad decimumquintum, non posse, nisi de consenso eorom, qoi eleemosynas tribuunt, ut supra in responsiooe ad duodecimum.
„ Ad decimumsextum, comprehendi etiam privatos Sacerdotes.
„ Ad decimomseptimom, numeri præfixionem esse iterum faciendum, servata forma ultimi Decreti hac de re editi.
„ Ad decimumoctavum, esse admittendos ad professionem, si aliàs habiles existant, ac deindè in aliquo alio Monasterio ejusdem Religionis esse collocandos, obi commodè ali possint.
„ Ad decimumnonum, censuit comprehendere.
„ Ad ultimum, habere locum extra Italiam.
„ COSMUS CARD. DE TORRES.
„ *Prosper Fagnanus Sacr. Cong. Secretarius.*
„ Quæ Decreta novissimè confirmata fuere per eamdem Sac. Congr. 23. Novembris 1697. Et roborata per Bullam Innoc. XII. incip. *Nuper* 22. Decembris 1697.

(17) Quamvis in Scriptora expressum non sit, præsumitur tamen: cùm quilibet suum commodum velle præsumatur.

(18) Imò ipso facto suspensus est. *Syn.* Diœcesana Neapol. Eminentiss. Cardin. Francisci Pignatelli *par.*3. *cap.*1. *num.*10.

1379 Ex privilegio tamen plures dici possunt ut in Nativitate Domini.

I. Primo ex privilegio, ut in Nativitate Domini. *cap. te referente. 12. de celebr. Missar.* Et prima significat Nativitatem æternam tenebris Divinis luminosissimis inaccessibilem, & ideò noctu celebratur. Secunda indicat Nativitatem spiritualem, qua Christus nascitur in cordibus nostris. Tertia in corpore, in tempore. D. Tho: 3. *par. qu.* 83. *art. 2. ad* 2.

1380 Quando dicendæ, & quomodo?

Omnes tres Missæ jure communi possunt noctu, vel die celebrari. Suar. *disp.* 83. *sect.* 4. *§. tertio inquiri potest.* Lugo *disp. 20. sect. 1. n.* 25. Aversa dicens practicari Romæ, *qu. 11. sect.* 11. *§. admittitur.* Leand. *loc. cit. qu.* 32. citans decem, & novem Doctores, contra quindecim apud Dianam *par. 2. tract. 14. resol.* 35. & contra decem alios apud Leand. *loc. cit.* Serra 3. *par. qu. 83. art. 2. §. quia hora.*

Sed modò ex declaratione Sacræ Congregationis una tantùm noctu celebrari valet, & quando dicerentur omnes tres noctu, vel die, nihil ex verbis immutandum; nam non significant tempus, quo celebratur Missa, sed tempus, ad quod refertur: sic in Missa Sabbati Sancti die nunc celebrata, dicitur *nocte*, quia respicitur nox sequens. Suar. *loc. cit.*

1381 Si velit Sacerdos unā dicere quàm debet?

Sacerdos in Nativitate Domini volens unam Missam, potest pro libito celebrare primam, vel secundam, vel tertiam. Leand. citans quatuor Doctores *tom. 2. tr. 8. disp. 5. qu.* 33. Contra Gavantum in *Rubrica Missali par. 4. tit. 3. n.* 6. ajentem debere dicere primam, vel tertiam, quia Officio concordem. (19)

1382 Sacerdos cōmunicans tunc more laico, non potest celebrare, quia est tantùm privilegium celebrantis.

Insuper communicans more laico nequit celebrare, quia est privilegium non communicanti, sed celebranti pluries concessum. Lugo *disp. 20. sect. 20. num.* 43. Leand. *tract. 8. disp. 5. quæst.* 31. Pellizzar. *tr. 5. man. cap. 3. num.* 120. Tamburr. *lib. 1. de Missa cap. 6. §. 3. num.* 6. Diana. *par. 11. tr. 4. resol.* 43. Imò si semel, vel bis sacrificavit, nequit more laico tertio communicare; nam id absolutè prohibitum, tali tempore concessum non invenitur. Quintanaduenas *tom. 1. tract. 4. sing.* 9. Pellizzar. *tract. 3. man. cap. 1. num.* 23.

1383 Ex speciali concessione.

II. Secundo, est privilegium concessum multis, sic in Regno Valentiæ bis celebratur in die Commemorationis Omnium Defunctorum. Lugo *disp. 20. num.* 43.

1384 Et causa necessitatis.

III. Tertio, causa necessitatis. *cap. consuluisti.* 3. *cap. te referente.* 12. ibi: *nisi causa necessitatis suadeat, sufficit Sacerdoti semel in die unam Missam solummodò celebrare. de celabrat. Missarum.*

1385 Quæ non est paupertas Sacerdotis, nec advētus magni Principis.

Necessitas autem sufficiens ad celebrandum multoties, non est paupertas Sacerdotis, non adventus magni Principis, *d. cap. sufficit Sacerdoti*, ibi: *pro adulationibus secularium, nec adventus privati, secùs in festo non auditurus Missam.* Contrà Sà v. *Missa* 24. Sylvest. v. *Missa* 1. *quæst. 7. §.* 7. Major. in 4. *dist.* 12. Beccan. *de Sacram. cap. 25. par. 2. qu. 3. num.* 2. Nec si Parochianus petat Missam pro defuncto. Contra Doctores citatos, nec defunctus sepeliendus, aut nuptiæ benedicendæ, et consuetudine cum Missa. Henaus *disp. 22. num.* 28. Contra Leand. *loc. cit. qu. 36. & 37.*

1386 Sed ut consulatur vehementi devotioni Populi.

Sed necessitas est ardens populi affectus volentis Missam audire in aliqua gravi solemnitate. S. Leo Papa I. *epist. 81. ad Dioscorum cap.* 2. Henaus *loc. cit. num.* 31.

II. Necessitas est sufficiens, si Porochus habeat duas Ecclesias; nequeatque habere coadjutorem. *can. unio nostræ. 10. qu. 3. can. qui plures. 21. qu. 1. cap. dudum. de elect.* Leand. *loc. cit. qu.* 38. & 39. Lugo *disp. 20. num.* 46. Et in Cœna Domini in una celebrat, & servat hostiam in Parasceve consumenda; nam nequit in utraque consumere, & Ecclesia debet esse principalior. Si verò sint æquè principales, celebrat uno anno in una, altero anno in alia Ecclesia. Leand. *loc. cit. qu.* 40. Verùm si sequenda sit opinio admittens Sacrificium fieri in Parasceve; tunc posset in utraque Ecclesia, & in Cœna Domini, & in Parasceve sacrificare, cùm in Parasceve non sit mera communio more laico, sed Sacrificium. 1387 Si Parochus duas habeat Ecclesias, & nequeat habere coadjutorem.

III. Necessitas sufficiens ad bis celebrandum est Viaticum dandum Infirmo. *can. si quis. can. de his verò. 36. qu.* 6. nam ex eadem causa, ut seipsum communicet, quia celebrare potest. Lugo *disp. 20. num.* 41. Contra Henriq. *lib. 9. cap. 30. n.* 7. Difficultas est: 1388 Et ad dandū Viaticum licet bis celebrare.

An debeat esse jejunus secundo celebrans ad dandum Viaticum infirmo?

AFfirmant communissimè Navarr. *cap. 25. num.* 93. Leand. citans decem, & septem Doctores *qu.* 34. Lugo *disp. 20. num.* 44. 1389 Celebrās secundo in dicta necessitate debet esse jejenus.

Optarem, redderet rationem, cur necessitas Viatici tollat unam legem, scilicet semel celebrandi, & non alteram celebrandi jejunè. Certè necessitas Viatici Juris Divini omnem tollit oppositam legem humanam. Actuum 4. v. 19. ibi: *si justum est in conspectu Dei, vos potiùs audire, quam Deum.* Et si necessitas prævalet uni, cur non utrique? cùm humanæ leges faciles observatu debeant esse *can. erit dist.* 4. Igitur sicuti necessitas facit, ut bis possit celebrari. Contra Vasq. *disp. 232. num.* 50. Hurtad. *disp. 4. difficultate* 3. ità debet facere, ut etiam non jejunus celebrare valeat, maximè in domo moribundi, in locis hæreticorum, si nequeat asservari, ac deferri moribundo Catholico Viaticum, ut docet Franc. Lugo *loc. cit. num.* 48. Tamburr. 1. *de Missa cap. 6. §. 3. num.* 3. Diana *par. 11. tract. 7. resol.* 21. quos sequitur Henaus *disp. 22. num.* 35. Verùm quia Doctores in oppositum contendunt, rem altiùs aliis meditandam relinquo. 1390 Quòd Auctori non arridet.

An possit reinchoari Missa, si superveniat Episcopus, vel alius ante Offertorium?

NEga: quia esset species servitutis aliena à Sacerdote Christi personam repræsentante. Granadus *tr. 14. disp. 10. nu.* 4. contra Leand. *loc. cit. qu.* 35. Gavantum *par. 3. tit. 10. num.* 17. Possevinum *de officio Curati cap. 2. num.* 12. ajentes ante, non post Offertorium posse reinchoare Missam. Et nostra sententia est decisa in Synodo Provinciali Neapolitana sub Mario Carrafa anno 1576. *cap. 24. §. Missa Sacrificium.* 1391 Missa in adventu Episcopi, aut alliorem, etsi sit ante Offerentium nō reinchoāda.

Missa

(19) In ordine ad Missæ Sacrificiū servando Neap. impresso. *Qui aliqua de causa, unam tantùm celebrat Missam, dicat tertiam, cujus Oratio cum Officio concordat.*

Missa XXX. Divi Gregorii lib. IV. Dialog. cap. 55. *qualiter, & quando celebranda?*

1392 Missæ XXX. D. Gregorii licitè dici possunt, & ab eodē celebrante, aut ab alio continuatè, aut interruptè.

POssunt licitè dici. Joann. Baptista de Fabris *in man. Ordinandorum cap.* 11. *num.* 162. Claudius Arnaudus in *Epitome Thesauri sacr. rit. tract.* 1. *par.* 1. *tit.* 5. *n.* 10. refereotes ità decretum à Sac. Rit. Congreg. 28. Octobris 1628. celebrari tamen qoeunt ab eodem, à pluribus, de Sancto, de Requie, continuatè, ioterruptè; nam aliud non apparet. Fueruntque introductæ à D. Gregorio *lib.* 4. *Dialogi cap.* 55. qui fecit celebrare pro mortuo triginta Missas. Possevinus *lib. de officio Curati cap.* 2. *num.* 41. Diana *tr.* 14. *de celebr. Missar. resol.* 32. Gavantus in *Rubrica Missalis par.* 1. *tit.* 5. *num.* 3. Pellizzar. *tract.* 5. *man. cap.* 9. *sect.* 3. *num.* 82. Tamburr *lib.* 2. *de Missa cap.* 6. §. 7. Heoaus *disp.* 19. *num.* 25. Aver-

1393 Aliqui requirunt continuationem ut citiùs liberetur à pœnis Aoima.

sa *qu.* 11. *sect.* 18. §. 1. *in fine*, D. Antonin. 2. *part. histor. tr.* 12. *cap.* 3. §. 1. licèt continuatis citiùs liberetur à pœnis, ut etiam si simul dicantur pluries Missæ. Contra Leand. *tom.* 2. *tr.* 8. *disp.* 7. *qu.* 68. ajentem continuatim celebrandas cum Gavaoto *par.* 1. *tit.* 5. *num.* 3. Claud. Arnaud. *loc. cit.* de Fabris *loc. cit.* ajentes oon discontinuari ob tridoum majoris hebdomadæ.

An Episcopi possint reducere onera Missarum?

1394 Antiquitùs Episcopi in Synodo reducebant onera Missarum.

OLim in Synodo Diœcesaoa Episcopi poterant reducere onera Missarum. Trident. *sess.* 25. *cap.* 4. *de reformat.*

1395 Hodie tantùm fuodatæ ante Trid., vel noo in limine fundationis.

Hodie non possuot reducere Missas, oisi ante Concilium, vel non io limioe fundationis ex *Decretis de celebr. Missarum*, §. 1. ibi: *ne Episcopi in Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulo generali reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis, sed pro his omnibus ad Apostolicam Sedem recurratur*; & sic concludit Aversa *de Sacrificio qu.* 11. *sect.* 18. §. 3. non esse ablatam potestatem reducendi Missas non in limine foodationis, vel aote Concilium

1396 Nisi data fuerit hæc potestas Episcopis, vide *Adnotat.*

constitutas, & etiam in limine fundationis, si data fuerit talis facultas reducendi Episcopis. Licèt olim in Synodo Diœcesana Episcopi reducere poterant: Trident. *sess.* 25. *cap.* 4. *de reformat.* (20)

De Tempore celebrandi Missam.
CAPUT VIII.

1397 Quotidie, & validè celebratur.

LUtherani solummodò celebrandum ajunt populo conveniente ad communionem recipiendam: contra staot Catholici quotidiè validè, licitèque offereotes. Trideot. *sess.* 22. *cap. consuluisti* 3. *cap. te referente.* 12. *de celeb. Missar. can. sufficit.* 52. *de consecr. dist.* 1. *cap. cum creatura non habeat, quod pro meritis respondeat Creatori*, & infrà: *Mandamus quatenus nullum in vos torporem negligentiæ obrepere permittatis.* 11. *de celebr. Missar.*

Sunt tamen aliqoi dies specialem exigentes Orationem, scilicet tres ultimi dies majoris Hebdomadæ. De quibus distinctiùs; & primo:

De Feria V. §. I.
An in Feria V. majoris Hebdomadæ possit celebrari publicè, & privatè?

AFfirma: Jure communi, ratione, & auctoritate. Ratione, quia obsequiom Deo semper præstari potest, juxta illud: *Incessabili voce proclamant Sanctus; & semper laus eius in ore meo*; sed Sacrificium est maximum, & perfectissimum obsequium, & nullo jore prohibitum; ergo præstari puterit in omni tempore, nisi inveniatur ex rationabili causa prohibitum. At Feria V. non invenitur prohibitum; ergo nullo jure esse pruhibitum testatur Cardinalis Lugo *disp.* 20. *nu.* 14. Garzias *in Summa tract.* 3. *difficultate* 2. *dub.* 3. *puncto* 1. *num.* 3. itaut nec opposita prævaluerit consuetudo, quæ tantùm ex devotione introducta, & alicubi opposita invenitur; & ità docet Suar. *disp.* 80. *sect.* 2. §. *superest*. Quintanadueñas *tom.* 1. *tr.* 4. *sing.* 5. Vasq. *disp.* 223. Arriaga, dicens certissimum *tom.* 7. *disp.* 54. *num.* 13. Sà v. *Missa num.* 23. Navarrus *cap.* 21. Philibertus *tract.* 3. *cap.* 8. De LosHuortas *qu.* 13. Dian. *par.* 6. *tract.* 6. *resol.* 19. Guttierez 1. *Canonicarum cap.* 3. *num.* 16. Layman *lib.* 5. *tr.* 2. *cap.* 4. *num.* 8. Macados *tom.* 2. *lib.* 4. *parte* 1. *tract.* 11. *documento* 11. *num.* 1. Avetta *qu.* 11. *sect.* 15. Leand. *tom.* 2. *tract.* 8. *disp.* 5. *qu.* 20. Præpositus 3. *par. qu.* 83. *art.* 2. *dub.* 2. *num.* 128. diceos praxi receptum pluries celebrari Missas. Franciscus Lugo *tom.* 1. *de Sacram. lib.* 5. *cap.* 5. *qu.* 3. *num.* 26. Caspensis *tom.* 2. *tract.* 23. *disp.* 3. *sect.* 2. *num.* 44. concludens servari à doctis, & piis. Gabr. à S. Vinc. dicens esse praxim Ecclesiæ *de Sacrificio disp.* 4. *qu.* 1. §. *quæres secundo*, & esse omnium, ait Henaus *disp.* 20. *num.* 29. & *num.* 32. ait se ità fecisse practicare. 1398 Jure communi inspecto licet celebrare Feria V. majoris Hebdomadæ.

Idque oon solùm ante Missam solemnem, ut volunt plerique ex dictis, sed etiam illa completa, ut docet Præpositus *loc. cit.* Dicastill. *to.* 1. *de Sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 2. *num.* 24. Enim verò prohibere istam celebrationem est impedire Divioum cultum, damnificare vivos, & mortuos, quod videtur contra naturalem inclinationem propendentem in Divinum obsequium. 1399 Non solùm ante Missam solemnem, sed adhuc ea completa.

Neapoli fertur extare Synodalem prohibitionē celebrandi Fer. V. ab anno 1627. die 18. Maii sub Ascanio Cardinali Philamarino *de Sacrosancto Missæ Sacrificio Decreto* 7. ibi: *Pluries à Sacra Rit. Congregatione Decretum est, Feria V. in Cœna Domini non licere plures Missas celebrare, sed unam tantùm; sed quia latiùs, quam par est id alii interpetrantes in qualibet Ecclesia celebrari posse contendunt; nos Decreto præfato inhærentes, mandamus in ipsis tantùm Ecclesiis celebrari* 1400 Hic prohibetur per variss Synodos.

(20) SS. PP. Benedictus XIII. Indoitum concedit Eminentiss. Archiepisc. nustro, subdelegata facultate Vicario Generali, potestatem reducendi onera Missarum quotidianarum ad rationem scutorum sexaginta monetæ Romanæ pro qualibet Missa quotidiana, etiamsi onera nulla passa sint redituum diminutionem. Quoad Missas cantatas, seu Anniversaria, si habeant sufficientes reditus, ad rationem eleemosynæ currenlis Missæ cantatæ, juxta morem Regionis applicandas esse juxta præscripta in legatis, aut fundationibus, sin minùs reducendas esse ad numerum, qui celebrari possit, attenta ratione eleemosynæ pro Missis cantatis de præsenti vigentis: facta reductione, si quid ex reditibus supersit, erogandum esse in celebrationem tot Missarum lectarum, juxta intentionem eorum, qui Missas cantatas reliquerunt. Si verò legatum complectatur Missam cantatam, & Missas lectas, si reditus non sufficiant pro utroque onere, reditus erogandos esse in Missas lectas, deleto onere Missæ cantatæ. S.C.C. die 6. Julii 1726.

lebrari posse, in quibus sepulcra fieri consueverunt pro significatione mysterii: Sepulcra autem in iis verò Ecclesiis fieri permittimus, in quibus Sanctissima Eucharistia asservatur, & non alias, sub pœna interdicti Ecclesiæ absque nostra expressa licentia. Et quia accidit aliquando in prædicta die festum Sanctissimæ Annunciationis de præcepto, pietati fidelium, & commoditati consulentes, mandamus pro eo anno in omnibus Ecclesiis, in quibus Sanctissimum asservatur celebrari posse duas Missas, unam de mane, alteram solemnem; in aliis verò Ecclesiis unam tantùm, &c. & anno 1669. die 9. in. 11. Junii sub Ininicn Cardinali Caracciolo *de Missa, ejusque celebratione cap.* 3. ibi: *ex Decreto Sacræ Rit. Congregationis non liceat Feria V. majoris Hebdomadæ plures Missas in singulis Ecclesiis celebrare*: ex Synodo verò anno 1662. cautum insuper est, *ut quæ una Missa permittitur, in iis tantùm Ecclesiis celebretur, in quibus Hebdomadæ Sanctæ mysteria peraguntur; quæ rursus ibi solùm peragi possunt, ubi permittitur Sacratissimam Eucharistiam asservari: atque hæc omnia sanctissimè constituta inviolabiliter observari volumus. Stabilientes pœnam interdicti in terminis quibus ibidem fertur contra Ecclesiam, in qua istarum ordinationum transgressio facta fuerit. Sin autem in prædictum diem festum Annunciationis Beatissimæ Virginis inciderit, ut pietati fidelium, & opportunitati consulatur; permittimus pro eo anno in Ecclesiis servantibus Sanctissimum Sacramentum duas Missas, alteram privatam, solemnem alteram; in aliis verò Ecclesiis, tantummodò privatam celebrari.* (21)

De Parasceve. §. II.
An in die Parasceve liceat celebrare Missam?

1401 **In die Parasceve omninò prohibetur celebrare.**

NEga: id consuetudine inviolata probante. Llamas 3.*par.methodi* §.18. gratis tamen dicens esse irregularem celebrantem. Belettus *de Divinis Officiis cap.*67. ajens, nec coram cadavere licere celebrare. Durandus in *rationali lib.*7. *cap.*35. *num.*17. Martinon *disp.*40. *sect.*1. *num.*4. Sotus in 4.*dist.*13. *qu.* 2. *art.*2. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 54. *num.* 13. Contra plures apud Leandrum *loc.cit.qu.* 22. apud Scortiam *lib.*2. *de Sacrificio Missæ cap.*5. *num.*9. apud Sà v.*Missa num.* 23.

Patet ex Innocentio I. in *can.Sabbato*, ibi: *in isto biduo Sacramenta penitùs non celebrari. de consecr. dist.* 3. Concilium Arausicanum I. *Can. ult.* ibi: *in biduo isto, idest Parasceve, & Sabbato, Sacramenta penitùs non celebrari.*

An pro dando Viatico infirmo liceat celebrare in die Parasceve?

1402 **Sed pro dando Viatico dubitāt DD. Auctor inspecta necessitate non dubitat.**

NEgat Henaus *de Sacrificio disp.*20. *num.*5. Amicus *disp.*33. *sect.*10. *num.*207.
Affirmat Pegna, & alii apud Henriqu. *lib.* 9. *quæst.*6. *lit.S.*

Nos Divinum in concursu humano præcepto præponimus, & sicuti licèt ministrare infirmo Viaticum, ità conficere, si aliter moribundo succurri nequeat. Sed quid

Si in tali die occurrat præceptum audiendi Sacrum, puta festum Annunciationis?

1403 **Si occurreret festum Annūciationis in die Parasceve, tunc transfertur, vide *Advertit.***

POsse Episcopum tunc licentiam celebrandi concedere, ait Homobonus apud Barbosam *de potestate Parochi cap.*11. *num.*48.

Sed non video necessitatem dispensandi, cum nec populus tunc teneatur interesse illi Missæ, quæ nunc pro consumendo celebratur. D.Tho: 3. *part. quæst.* 83. *artic.* 2. *ad* 2. Leand. citans tredecim Doctores *loc. cit. quæst.* 23. Sancius 32. *Selectarum num.*13. Contra Vasq. *disp.*232. *num.*18. (22)

An Sacerdos in die Parasceve compleat Sacrificium præcedentis diei?

1404 **Sacerdos in die Parasceve non complet Sacrificium præcedens.**

NEga: quia secùs Sacrificium præcedens fuisset imperfectum, nec satisfactum muneri audiendi Sacrum. II. Quia secùs posset non jejunus sequenti die perficere, ut non jejunus potest Sacrificium complere. III. Quia secùs semper ac Sacerdos cōmunicaret sine consecratione, posset dici Sacrificium perficere. IV. Quia jam fuit completum Feria V. Sacrificium cùm nihil desit. Aversa *qu.*11. *sect.*2. v.*respondetur*. Dicastill. *tract.* 4. *disp.* 5. *dub.* 17. *num.*269. Henaus *disp.*3. *num.* 36. Contra Lugonem *disp.*15. *sect.*4. *num.*83. & *disp.*19. *sect.*5. *num.* 68.

An pro illa Missa possit accipere stipendium?

1405 **Et nequit pro illa Missa stipendiū accipere.**

NEga: in nostris principiis, quia non est Sacrificium, nisi sciens, volens, det petens pro illa stipendium. Amicus *disp.*33. *sect.*3. *nu.*7. Henaus *disp.*3. *num.*37. v. *& ideò alim.*

An teneatur in die Parasceve consumere, qui in præcedenti consecravit illam hostiam?

1406 **Non tenetur idē qui consecravit Hostiam in illa die sumere illam.**

NEga: nam nullibi id præcipitur. Henaus *disp.*3. *num.*56.

Cur dicatur Sacrificium quotidianum, si cesset in die Parasceve?

1407 **An dicatur cessare Sacrificiū pro illa die.**

REspondetur, hoc Sacrificium esse juge, ac quotidianum. Daniel. *cap.* 12. Matthæi *cap.*7. *can.visum* 72. *de consecrat.dist.*1. *can.iteratur.* 71. *de consecr. dist.*2. Primo, quia in tali die est opinio, quòd conficiatur. II. quia pro Viatico necessario infirmo posset fieri. III. quia generalis loquutio specialia non comprehendit. *l.item apud Labeonem, D.de injuriis*, & speciale

(21) Nulli liceat Missam celebrare sine speciali privilegio Feria V. in Cœna Domini, in qua una tantùm Missa celebretur ad reponendum Venerabile Eucharistiæ Sacramentum in Sepulcro, ut decrevit S.C.C. Synod.Diœc. sub Eminentiss. Cardin. Franc. Pignat.

(22) Servandum est nunc Decretum Alexandri VIII. 14. Junii 1692. quo cautum est si Festum Annunciationis B. V. inciderit in Feriam sextam Parasceve, vel Sabbatum Sanctum, tunc transfertur post octavam Paschæ, & præponitur cæteris Festis æqualis ritus, licet temporis ordine illis in Kalendario sit posterius. Si tamen inciderit in Feriam V. tunc fideles ad Missam obligantur, & celebrantur aliquæ Missæ ante sollemnem, licet Officium transferatur post Octavam Paschæ.

ciale est non celebrari in una die anni. Henriq. *lib.9. cap.9. num.6.* (23)

An autem in tali die liceat communicare Laicis?

1408 In die Parasceve sût qui admittunt posse dari Communio Laicis, quod nunc prohibetur, vide *Adnotat.*

AFfirma: quia nullo jure prohibitum, Suar; *disp.80. sect.2.* Vasq. *disp.232.cap.2.* Sancius 22. *Selectarum.* Diana *par.9. tract.7. resol.* 27. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 54. *num.* 13. ajens ità servari in Germania. Et alii Doctores undecim dati à Leandro *tom.2.tract.8.disp.5.qu.64.* contra plures ab ipso relatos. Tu sta Ecclesiæ consuetudini. (24)

De Sabbato Sancto.

§. III.

An in Sabbato Sancto liceat celebrare?

1409 Olim in Sabbato Sancto nocte celebrabatur.

OLim celebrabatur post occasum Solis Sabbati Sancti. *can. solent. de consecr. dist.* 1. ibi: *in Sabbato Sancto circa noctis initium Missarum solemnia sunt celebranda*; modò autem anticipata Missa est. Lugo *disp.20.num.16.*

Tota difficultas est:

An quilibet Sacerdos possit in Sabbato Sancto celebrare Missam?

1410 Videtur licere tali die celebrare à quolibet Sacerdote, licèt fuerit prohibitum tunc celebrare.

AFfirma: inspecto jure communi, nam olim non poterat, ut in *can.Sabbato.13.de consecr.dist.3.* quia celebrabatur post occasum Solis noctis venturæ: at modo anticipata Missa solemni, idem de omnibus Missis praxi prævalente receptum, cessante fine dispositionis in *d.can.Sabbato.13. de consecr. dist.* 3. qui erat ne in illo biduo, quo Christus mortuus repræsentabatur, quis consecraret, qua consecratione repræsentaretur vivos principalis offerens.

At modo cessat dicta repræsentatio ante Sabbatum Sanctum; Et in Sabbato solemniter gaudens Ecclesia Christum Dominum repræsentat viventem è mortuis resurrexisse. Arriaga *tom.* 7. *disp.*54. *num.* 14. dicens ità servari Romæ à doctis, & Piis. Lugo *disp.*20. *num.*23. Sotus in 4.*dist.*12. *qu.*2.*art.*2. §.*hic primum adnotato.* Martinon *disp.*40. *num.*5. dicens veniale celebrare ante Missam solemnem, cum Henao *de Sacrificio disp.* 20. *num.* 14. post Majorem in 4.*dist.* 12. *qu.*5. §. *dubitatur.* Hurtadus *de Missa disp.*4. *diffic.*3. Francisc. Lugo *loc. cit. num.*36. Garzias *loc.cit.num.*17. Idque sivè ante, sivè post Missam solemnem. Diana *part.*2. *tract.*14. *resol.*21. Sylvium 3.*par. qu.*83. *art.*3. Ledesma in *Summa tom.*2. *de Sacram. cap.* 19. *conclus.*5. Molphes. *tom.*1. *Summa tract.*3.*cap.* 17. *num.*41. & alios contra Navarrum *cap.* 25. *num.*88. Nicolium *de horis Canonicis par.*1.*c.*3. Vasq. *disp.*232.*cap.*2. *num.*24. Palaum *tract.*22. *disp.un. puncto* 6 *num.*4. Bonac. *disp.*4. *quæst.*7. *puncto* 2.*num.*17. (25)

Et licèt desit Introitus, id non officit; quia in multis solemnitatibus deest, & sic Bustamante in *Cæremoniali lib.4.cap.16.num.13.* ait Missam privatam posse incipere à Confessione, qua finita Sacerdos dicet *Kyrie eleison* cum reliquis, & Vesperæ usque ad finem. Nec debet dici Introitus Missæ Resurrectionis, ut aliqui ajunt, nec potest dici alia missa votiva de Sancto, aut B. Virgine, ut rectè contra Leandrum *loc. cit. qu.* 27. citantem septem Doctores Hurtadum, & alios probat Henaus, quia in illa die currit festum duplex, videsis Dianam *par.11.tract.* 5. *resol.*32.& *tract.*8.*resol.*66.

1411 Etsi desit Introitus Missa incipit à Confessione, & statim devenitur ad *Kyrie eleison.*

Hinc I. si in tali die incidat festum Annunciationis, populus tenetur à *Kyrie* adesse Sacro; Itaut non teneatur assistere Prophetiis, quæ prælegunter. Arriaga *tom.*7.*disp.*54.*num.*14. (26)

II. In tali casu fortiùs celebrari possunt plures Missæ, practicatum ait Leand. *loc.c.q.*25. citans octo Doctores, contra Villalobos *tr.*7. *diffic.*20.*n.*4. Diana *par.*2. *tract.*4.*resol.*21.

III. Licet etiam Missa coram defuncto post solemnem, vel ad communicandum infirmum. Gavantus *par.1.rubric.tit.*15. *num.*2. Azorius *tom.*1. *lib.*10. *cap.*14.*qu.*4. Leand. *tom.*2.*tract.*8. *disp.*5.*quæst.* 25. Franciscus Lugo *lib.* 5. *cap.*5. *quæst.*5. *num.*35.

1412 Post solemnem licet aliam celebrare præsente cadavere.

IV. Præciso scandalo, ac turbatione potest matutino tempore celebrari in Ecclesiis, & etiam in Oratoriis privatis ante solemnem, & post *Gloriam* absolutè celebrari valet, etiam sine veniali. Henaus *loc. cit. num.*24. Coninck *qu.*83. *art.* 2. *ad* 2. *dub.* 2. *num.* 231. Hurtadus *disp.*4.*de Sacrific.difficul.*2. *in fine.* Leander *loc. cit.* citans plures *quæst.*28. dicens à piis, & doctis celebrari ante solemnem. Contra Lugon. *disp.*20.*num.*23. Dian. *part.*9. *tract.*7. *resol.* 21. ajentes veniale ante solemnem celebrare. Sed cur? Si enim transgreditur præceptum, est lethale; Si desit præceptum, nullum peccatum.

Hinc solvitur:

An Capellanus obligatus celebrare quotidiè, non celebrans in istis duobus diebus debeat deinde supplere?

1413 Capellanus adstrictus quotidiè celebrare non tenetur supplere Missas in istis diebus non celebrans.

NEga; nam Fundator se accommodare præsumitur consuetudini, & per Sacerdotem non stat. Henaus *disp.*20. *num.*34. Pellizz. *tr.*3. *ma n.cap.*9. *sect.*4. *num.*170. Lugo *disp.*20. *sect.*2. *num.*46. Aversa *qu.*11.*sect.*8. §.*jam posset.* Tamburr. *lib.*3.*de Missæ cap.*3.§.2.*num.*3. Franc. Lugo *lib.*5.*cap.*11.*qu.*6.*num.*61.

An nocte celebrari valeat?

1414 Non licet nocte celebrare excepta nocte Nativitatis Domini.

NEga: excepta nocte Nativitatis Dominicæ *can.nocte* 47. ibi: *Nocte Sancta Nativitatis*

(23) In Festis, ac Dominicis diebus videtur semper antiquitùs fuisse celebratum Sacrificium, in diebus autem ferialibus non una fuit Ecclesiarum praxis. Nam S. Augustinus *Epist.*54. *seu* 118. *ad Januarium*, asserit in aliquibus Ecclesiis quotidie, in aliis Sabbato, & Dominica, in aliis tantum die Dominica Sacrificium celebrari solitum, licèt Ecclesia Romana frequentiùs celebraret, aut quotidie ad Eucharistiam recipiendam fideles admitteret. In Ecclesia Græca tempore Quadragesimali Sabbato tantùm, ac Dominica, etiam nunc celebratur Synaxis, sicut eodem tempore Mediolani omnibus Feriis VI. Sacrificium non offertur. Vide Cardin. Bonam *Rerum Liturg.lib.*1. *cap.*14.& 18. Bocquillot *in Tract.Histor. super Liturgiam lib.*1. *cap.*3.

(24) Excepto Viatico Eucharistia aliis nec publicè, nec privatim danda est sub pœnis Eminentiss. reservatis. Ordo Officii Neapol. in Feria 6. in Parasceve. Et ex Declarat.S.C. 22. Augusti 1620.

(25) Sed standum est consuetudini loci, & specialibus Constitutionibus.

(26) Decreto Alexandri VIII. superiùs relato transfertur tunc Festum Annunciationis in Feriam secundam post Octavam Paschæ; & sic corruit tradita doctrina.

lis Domini Salvatoris Missas celebrent Presbyteri. Et infrà: *Reliquis verò temporibus Missarum celebrationes ante horam diei tertiam minimè sunt celebrandæ, quia & in eadem hora, & Dominus crucifixus est, & super Apostolos Spiritus Sanctus legitur descendisse. de consec. dist.* 1.

In Sabbato Sancto etiam olim poterat celebrari circa noctis principium. *can. solent. de consecr. dist.* 1.

1415 Et in necessitate dandi Viaticum.

Modò die celebrandæ sunt, excepto currente necessitate dandi Viaticum infirmo; prævalet enim tunc Jus Divinum humano non celebrandi tempore noctis. Trid. *sess. 22. in Decreto de observandis, & evitandis in celebratione Missæ*. Et sic noctu celebrari valet. Vasquez *disp. 232. num.* 31. Lugo *disp. 20. num.* 26. Hurtad. *disp. 4. diff.* 4. Diana *par. 10. tract. 12. resol.* 26. & alii octo Doctores, quos dat Leander *tom. 2. tr. 8. disp. 6. qu.* 5. citans pro contraria sententia tredecim Doctores cum Bonác. *disp. 4. qu. fin. puncto 9. num.* 3.

1416 Episcopi iter agentes possunt celebrare ante auroram.

Episcopi etiam iter agentes possunt celebrare ante auroram. Navar. *cap. 28. num.* 85. Hurtad. *disp. 4. diff.* 1. Narbona *hora 1. num.* 16. Henriqu. *lib. 9. cap. 24. num.* 5. extendens etiam ad simplices Sacerdotes, cum Sà v. *Missa num. 27. edit.* 1. ajens ex necessitate itineris, vel alia, licere præciso scandalo celebrare ante auroram. Contra Leandrum *loc. cit. qu.* 7.

De Horis diei celebrandi.
CAPUT IX.

Aurora. §. I.

1417 Ante ortam auroram nõ celebrandũ.

Non licet celebrare ante auroræ principium ex *Rubr. Missalis*, & ex *can. nocte.* 48. *de consecr. dist.* 1. ibi: *ante horam diei tertiam*. D. Tho. *3. par. qu. 81. art. 2. ad* 4. Eminentiss. Brancaccius dans quinque Doctores *dissert. 1. §. & quidam*. Narbona *tom. 2. de horographia juris, hora 1. num.* 13. & auroræ principium est, non Sol in Cœlo inspectus. D. Thom. *loc. cit.* Brancaccius *loc. cit. §. ut autem*. Sed primus radius luminis nostri Hemispherii. Scotus in 4. *dist. 13. qu. 2. art.* 4. Candor enim lucis æternæ in luce offerendus. D. Tho. in 4. *dist. 13. quæst. 11. art.* 2. maximè quia die crucifixus est. *can. 2. can. nocte sancta. de consecr. dist.* 1. & est hora cum dimidio ante ortum Solis. Henaus *disp. 21. n.* 4. vel hora cum quadrante cum Scoto in 4. *dist.* 13. *qu.* 2. vel duplex hora ante ortum Solis cum Suar. *disp. 80. sect. 4. §. secundo inquiri potest*. Lugone *disp. 20, num.* 32. & alii octo Doctores, quos dat Leand. *disp. 6. quæst.* 2. Eminentissimus Brancaccius *dissert. 4. §. asseritur*, dicens, carentes privilegio posse celebrare per duas ferè horas antequam Sol conspiciatur in Cœlo, dans sex Doctores, quibus duabus horis aliam medietatem ex parvitate materiæ addit Gabr. à S. Vinc. *de Sacrificio Missæ disp. 3. qu. 2. §. quæres primo*, quia satis est si Missæ finis sit incipiente crepusculo, ut probat Brancaccius *loc. cit. §. quid autem*. Undè habentes privilegium celebrandi per horam ante auroram, posse celebrare per tres horas ante ortum Solis, ait Narbona *tom. 2. de horographia juris hora* 1. Diana *par. 10. tract. 12. resol.* 26. Leand. *loc. cit. qu.* 3.

Et alicubi adest consuetudo celebrandi ante auroram, ut operarii famuli possint sacro interesse. Unde resolvitur: (27)

An sit mortale celebrare per duos quadrantes ante auroram?

1418 Non est lethale per duos quadrantes celebrare ante auroram.

Nega: ex parvitate materiæ. Henaus *de Sacrificio disp. 21. num.* 3. subdens nec veniale esse celebrare per quadrantem ante auroram, quia censetur minima, & sic nulla materia. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit.*

An licitè incipiat quis ante auroram, finiens Sacrificium in principio auroræ?

1419 Incipiẽs Missam ante, sed finiens in principio auroræ.

Affirma: Suar. *disp. 80. sect. 4. v. secundo inquiri*. Lugo *disp. 20. sect. 1. num.* 32. Barbosa *lib. 1. de jure Ecclesiastico cap. 11. num.* 25.

Quando liceat celebrare ante auroram?

1420 Aliqui ex privilegio dicunt Missã ante aurorã.

Aliqui Religiosi, ut Benedictini fruuntur privilegio celebrandi Missas per duas horas post mediam noctem. Sylvest. v. *Missa. 1. qu.* 6. Leand. *loc. cit. qu.* 4. cui contradicit Fagundez *præcepto 1. lib. 3. cap. 17. num.* 3. dicens privilegium revocatum.

1421 Et in necessitate dandi Viaticum.

II. Patres Societatis Jesu habent privilegium celebrandi per horam ante auroram. Gregorius XIII. incipit: *Quanta in Vinea*.

III. Ut detur Viaticum infirmo. Lugo *disp. 20. sect. 1. num.* 26. Vasq. *disp. 232. cap. 3. num.* 29. Diana *par. 2. tract. 14. resol.* 23.

1422 Aut cõtrarie cõsuetudine

IV. Vigente opposita consuetudine Regionis, ut in Septentrionalibus, ob diei penuriam. Amicus *de Sacrific. disp. 33. num.* 328. Arriaga *tom. 7. disp. 54. num.* 15. Dicastill. *tract. 5. disp. 4. dub. 4. num.* 56. Navar. *cap. 25. num.* 85.

1423 Atque Episcopi itinerantes, aut Cardinales.

V. Episcopi iter agentes, ut dictum est. Glossa in *cap. fin. de privilegiis in* 6. Henaus *loc. cit. disp. 21. num.* 9. Suar. *disp. 80. sect. 4. §. tertia exceptio*. Et idem de Clericis, ut commodè iter agant, ait Henriq. & Sà *loc. cit.* Sotus in 4. *dist. 13. q. 2. art.* 2. Et de non gravi anticipatione intelligit Aversa *de Sacrificio qu. 11. sect. 15. v. deinde*. Et de Cardinalibus in propriis Capellis, vel itinerantibus, concludit Eminentissimus Brancaccius *dissert. 1. §. quod autem*. Posse celebrare per duas horas, & tribus quadrantibus ante ortum Solis per se, vel per suos Capellanos coram se dans, §. *his tam* quinque Doctores. Capellani enim in Officio, & Missa valent Dominis Cardinalibus se conformare. Villadiegus in *Clem. 2. de celebr. Missarum*.

Meridies. §. II.

1424 Usque ad meridiẽ potest Missa celebrari.

Usque ad meridiem celebrare licet. Pius V. Constitutione *Sanctissimus*. Et meridies moraliter sumitur, ita ut, nec veniale sit celebrare per duos quadrantes post meridiem. Henaus *de Sacrific. disp. 21. num.* 22. qui *num.* 23. ait esse tantùm veniale inchoare celebrationem in tertio quadrante post meridiem, si desit

causa

(27) Si quis Missam ante auroram, & post meridiem sine privilegio celebraverit, excepta Missa solemni in nocte Nativitatis Domini, etiamsi Regularis sit, auctoritate Tridentinæ Synodi, & Apostolicarum Constitutionum pœnis, & censuris arbitrio nostro subjaceat. Synod. Diœces. sub Eminentiss. Franc. Cardin. Pignat. *par. 3. cap. 1. num.* 11.

causa. Quoad horam extendit Gabr. à S. Vinc. *disp.7.quæst.2. §. quæres secundo.* Et cum causa posse etiam inchoari post meridiem per unam horam, & fortè aliquantisper plus, ne populus Missa careat. Sylvius 3.*par.qu.*83. *art.*2. Diana *par.*10.*tr.*12. *resol.*22. Bonac. *puncto* 9. *num.*6. Leand. *loc. cit. qu.* 11. Imò sine scrupulo posse incipere hora integra post meridiem Missam, commune, & consuetudine receptum ex Leandro, & aliis, ait Eminentissimus Brancaccius *loc.cit.§. hanc mensuram, §. in hoc opinionum.*

Quando liceat post meridiem celebrare?

1425 Nisi in magna Festivitate sit protractum Officium, Concio, etiam post duae horas.

IN magna festivitate, protracto Officio, Concione, potest etiam per duas horas post meridiem celebrare, maximè ut populus Missæ interlit. Leo Papa *epist.*81.*cap.*1. Vasq *disp.*232. *cap.*4.*num.*27. Suar. *disp.*81.*sect.*4. *§.quo circa.* Brancaccius *loc.cit. §.si exempli.*

II. Ratione itineris potest post horam à meridie celebrari. Suar. *loc. cit.* Palaus *tract.* 22. *disp.unic.puncto* 7.*num.*14. Tamburrin.*lib.*1. *de Missa cap.*6. §.4. *num.* 23. Brancaccius *loc. cit.* dens septem Doctores.

1426 Aut ex privilegio.

III. Ratione privilegii; & sic ait Cardinalis Brancaccius *loc.cit. §.& ut privilegiatos*, posse incipere per horam cum dimidio, vel per duas horas post meridiem, nisi privilegium aliter disponat.

1427 Si Ordines conferendi protrahantur.

IV. Pro conferendis Ordinibus, puta si Ordinationes protrahantur, tunc etiam post Vesperas potest Missa Ordinandorum inchoari. *can. quod à partibus.*4. *can.Ordinationes.*7. *dist.* 74.D.Tho. 3.*par.quæst.*83.*art.*2. *ad* 3. Layman *lib.*5. *tract.*5.*cap.*4.*num.*4. Fagundez *præcepto* 1. *lib.*2. *cap.*17. *num.* 19. Brancaccius *loc.cit. §.si exempli*, idem ibidem dicens, si Concio Missam intercipiat.

1428 Ratione Officii funebris.

V. Si protrahatur Officium funebre, post quod Missa celebranda, potest celebrari etiam per quatuor horas post meridiem, ut accidit in funere Regis. Brancaccius *loc.cit.*

1429 Durãte Missa solemni.

VI. Durante Missa solemni usque ad Nonam, scilicet per tres horas post meridiem, iterum Missæ privatæ possunt celebrari. Diana *par.*10.*tract.*12.*resol.*26. Leand. *loc. cit. qu.* 12. Narbona *loc.cit.hora* 7.*num.*14.

1430 Pro dando Viatico.

VII. Pro dando Viatico infirmo potest Missa inchoari per tres horas post meridiem. Lugo *disp.*20. *num.*42. Vasq. *disp.*233.*cap.*2.*num.*25. Cardinalis Brancaccius *loc.cit.* citans Aversam *de Sacram.Eucharistiæ qu.*11.*sect.*15.

VIII. Religiosi ex privilegio possunt celebrare post meridiem per tres horas ratione itineris. Diana *par.*2. *tract.*14.*resol.*34. Lugo *disp.* 20. *num.* 42. Sed tale privilegium revocatum à Pio V. anno 1567. ait Azorius *tom.* 1. *lib.* 10. *cap.*25.*qu.*3.

An possint omnes celebrare usque ad Nonam, scilicet tertiam horam post meridiem?

1431 Olim Missæ hora Nona celebratæ præsertim in Jejunio.

OLim Missæ celebrabantur hora nona post meridiem. *can. solent. de consecr. dist.* 1. & id nullo jure revocatum ait Navarrus *cap.* 25.*nu.*85. ajens se ita practicasse, dum iter ageret, videtur consentire Serra 3.*par.qu.*83.*art.*2. *§. post meridiem.* Sequitur Sà v. *Missa num.* 27. Vivaldus in *Candelabro par.*1. *num.*154. *de Sacram.Eucharistiæ.* Tannerus *tom.*4.*disp.*5. *qu.*9. *dub.*4.*num.*61. Ovandus in 4.*dist.*13. *propos.*11. docuit Sotus in 4. *dist.*13. *qu.*2.*art.*3. *§.tertium principale*; alii apud Dianam *part.* 11. *tract.* 1. *resol.*10. apud Leandrum *loc.cit.qu.*9.

At hujusmodi eliminanda ad principia de Legibus, & tu serves Ritos, & consuetudinem Ecclesiasticam tuæ Patriæ. *argum.cap.*2.*de consuetudine.*

De Loco ubi celebrandum.
§. III.

1432 Primis Ecclesiæ seculi in privatis domibus celebrabatur.

IN Ecclesiæ incunabilis in domibus privatis licebat sacrificare, & inde ab infestatione dæmonis liberare domus, refert Baronius *to.*4. *anno* 377. D. Augustin. *lib.* 22. *de Civitate Dei cap.*85. S.Gregorius *lib.*2.*epist.*9.& viguit etiam tempore Justiniani. Eminentissimus Brancaccius *dissert.*1.*§.adeò rectè.* dicens etiam vix privilegium id Episcopis, & Cardinalibus permissum, ut in Altari Portatili celebrare valeant in itinere, & domi. (28)

1433 Et quondam erat lethale celebrare in Ecclesia non consecrata.

Quondam lethale consecrare extra Ecclesiã ab Episcopo non consecratã. *c. sicut.* 11. ibi. *Missarum solemnia non ubique, sed in locis ab Episcopo consecratis, vel ubi ipse permiserit celebranda esse censemus. can.nullus.*15. ibi: *nullus Presbyter Missas celebrare præsumat, nisi in consecratis ab Episcopo locis, qui sui particeps de cætero voluerit esse Sacerdotii. de consecr.dist.*1.

1434 Hodie sufficit ut sit benedicta.

Modò satis si Ecclesia sit benedicta, non polluta, non interdicta, non effecta cessatione à Divinis; Imò satis Oratorium ab Ordinario destinatum. Trident. *sess.*22. *in Decreto de observandis, & evitandis in celebrat. Missarum. can. hic ergo.*14. ibi: *in aliis locis sacrificari, & Missas celebrari non licet, nisi in his, in quibus Episcopus jusserit. can.tabernaculum.*2.*can.Missarum.*12. *can.unicuique.*33*can.Clericos.*34. *de consecr.dist.*1. *§.si quis in sua domo, Authent. de Ecclesiasticis titulis.* D. Tho: *par.*2. *quæst.* 102. *art.*4. Suar. *disp.*81. *sect.*1. non enim alii loci ratio negligenda, cùm conducat ad Divinum cultum. S.Basilius *Sermone* 2.*de Baptismo c.*8.

Requiritur non minor necessitas ad celebrandum in aliis locis non deputatis, quàm olim requirebatur ad celebrandum extra Ecclesiam consecratam. *d. §. si quis in sua domo.*

Hinc resolvitur:

An remoto scandalo, & contemptu licitè quis valeat celebrare extra Ecclesiam in loco decenter ornato, omni præcisa necessitate?

1435 Absque necessitate non licet celebrare extra Ecclesiam, etsi desit contemptus.

NEga: sine dispensatione Summi Pontificis. Trident. *sess.*22.*in Decreto de evitandis in celebrat.Missarum*, ibi: *Nevè patiantur privatis in domibus, atque omninò extra Ecclesiam, & ad Divinum tantùm cultum dedicata Oratoria, ab eisdem Ordinariis designanda. can. sicut. can.Missarum.can.nullus.de consecr.dist.*1. Leand, *tom.*2. *tract.* 8. *quæst.* 15. citans viginti unum Doctores. Henaus *tom.*2.*de Sacrificio disp.* 23. *num.*8. Contra Scotum in 4.*dist.*13. *quæst.*2. *art.*3.

(28) Sed id intelligendum juxta Decretum Clementis XI. supra *lib.*1.*tit.de Episcopis* relatum.

art.3. Ludovicum Lopez *tom.3. cap.* 70. v. *ceterum.* Sà v. *Missa num.* 20. in hoc non expunctum, teste Leandro *loc. cit.* asserentes non esse mortale celebrare extra Ecclesiam, remoto scandalo, & contemtu: respondentes ad text. in *can.nullus.de consecr.dist.*5. currere in Ecclesia primitiva.

Quando liceat celebrare extra Ecclesiam benedictam?

1436 In necessitate licet celebrare extra Ecclesiã benedictam.

LIcet primo urgente necessitate, puta tempore persecutionis fidelium: si Ecclesiæ sint combustæ: si non capiant populum confluentem: si aliter Viaticum dari nequeat infirmo, nisi celebretur in ejus domo. *can. concedimus.*30. *de consecr. dist.*1. Amicus *de Sacrific. disp.*33.*num.*332. Diana *par.*9. *tract.*1. *resol.*46. Henaus *disp.*23. *num.*94. Lugo *disp.*20.*num.*48. dummodò adhibeatur consecrata tabula, nec in tanta necessitate est requirenda Episcopi, non facilè adeundi, licentia. Fagundez *pracepto* 5. *Ecclesiæ lib.* 3.*cap.* 3. *num.* 14. Henaus *loc. cit. num.* 112. *in fine*, suadens petendam, si facilè possit obtineri ab Episcopo licentia.

Et tempore pestis potest dispensante Episcopo Missa dici in campo, vel viis publicis coram multitudine, nè invicem se inficiant. Henaus *loc.cit.num.*155. post Marchin. ex *can. concedimus.*30. *de consecr.dist.*1.

An celebrari valeat sub dio?

1437 In bello licet celebrare in tentoriis.

AFfirmant in bello licere celebrare in tentoriis, vel sub dio. Doctores communiter; sicuti licet celebrare in campo, si conveniat multitudo, quæ vult, vel tenetur Sacro assistere. Sylvest. v. *Missa.*5.*qu.*5. Serra *loc.cit.*

An liceat celebrare in mari?

1438 Et in Mari, si adsit dispensatio Papæ, remoto periculo effusionis.

AFfirma: dispensante Summo Pontifice, remoto periculo; cessat enim tunc ratio prohibitionis. Fagundez *pracepto* 5. *Ecclesiæ lib.*3.*cap.*1.*num.*15. Granadus *controv.*6.*de Eucharist.tract.*14.*disp.*53.*num.*6. Mendozza *lib.*5. *Regum cap.*4. *vers.*3.*num.*40. Henaus *de Sacrific. Missæ par.*2.*disp.*23.*sect.*8. *num.*97. dicens *num.* 552. etiam Eucharistiam deferri posse in mari in loco decenti pro ministrando Viatico. Diana *par.*5. *tract.*3. *resol.*40. Lugo *disp.* 20. *sect.* 3. *num.*82. Leand. *loc.cit.disp.*5. *qu.*18. citans pro se quindecim, contra sexdecim Doctores. Henriqu. *lib.*9. *cap.* 27. §.3. Contra Llamas 3. *par. methodi cap.*5.§.17. dicentem Jure Divino non posse in mari celebrari. At de facto Summum Pontificem dispensasse, ut in medio Oceano à Lusitanis hoc Sacrificium offerretur, fundatis carinis, erectis Altaribus; itant omnes navigantes communicaverint. Quod privilegium est concessum à Clemente VIII. vivæ vocis oraculo, & à Paulo V. Societati Jesu Indias Orientales petenti. Et ad evitandum periculum potest unus semper Calicem manutenere, & in magnis navigiis est facile. Si enim licet comedere, & bibere in navibus sine metu effusionis, licebit etiam celebrare sine tali metu.

An sit licitum celebrare quandoque extra Ecclesiam in Altari portatili, ex licentia Episcopi?

1439 De licentia Episcopi dicuns aliqui posse celebrari in Altari portatili. Vide tamen *Adnotat.*

AFfirmant multi ex *c. Missarum.de consecr. dist.*5. & Trid. *sess.*22. *in Decreto de observandis, & omittendis in celebratione Missarum.* Et Serra *loc. cit.* ait, hanc facultatem restrictam non sublatam; & sic ex juxta causa, puta ad celebrandum coram nobili ægrotanti, eique communicandum, Episcopum posse dispensare, ait Bonac. *disp.*4. *quæst.fin. puncto* 9. *num.*55. Aversa *qu.*15.*sect.*14.§.4. Ego sto usui.

Ratione privilegii Missa celebrari valet extra Ecclesiam in Altari portatili: tale privilegium competit Episcopis, ut in itinere quovis die in Diœcesi, & extra Diœcesim ipsi, & coram ipsis in Altari portatili celebrari valeant. *cap. fin. de privilegiis in* 6. Eminentissimus Brancaccius, idem etiam dicens de Cardinalibus *dissertatione* 5. §. *& quod*, citans Barbosam *de potestate Episcopi par.* 2. *allegat.* 23. *num.* 5. Azor. *tom.*1.*lib.*10. *cap.*25. *quæst.* 5. Coninck *de Sacram. qu.*83.*art.*2.*dub.*4.*n.*217. Valerus *difficult.utrinsq; fori diff.* 2. v. *Missa*; non enim est actus contentiosæ, sed voluntariæ jurisdictionis extra Diœcesim ministrabilis. Diana *par.*4.*tr.*4. *resol.*55. Portella *par.* 5. *respons. moral.casu* 20. *num.*7. Ugolin. *de potest. Episcopi lib.* 1. *cap.* 2. §.2.*num.*4. Aversa *loc. cit.* §.*item.* Contra Sà v. *Episcopus num.*24. exigentem licentiam Episcopi, in cujus Diœcesim transiens vult celebrare. (28)

1440 Privilegium de Altari portatili in *cap.fin.de privileg.in*6. fuit revocatum per Clementem XI. 15. Decembris 1703.

Etiam quidam Religiosi habent privilegium celebrandi in Altari portatili; & primitus fuit concessum Mendicantibus, revocatum deindè à Trident. *sess.*22. *in Decreto de evitandis in celebratione*, ibi: *non obstantibus privilegiis.* Sed deindè iterum concessum quibusdam Religionibus, quo jure communicationis ceteræ Religiones gaudere non pauci Doctores Religiosi, & sic suspecti, firmant apud Aversam *loc. cit.* §. *quarto.* si Episcopus non contradicat.

At in istis privilegiis lædentibus jus commune, uniformitatem Ecclesiæ, strictissimè interpretandis, nihil asseras; nisi de illis evidentissimè constet: non enim Doctoribus, maximè in hac re suspectis, facultas reconvalidandi privilegia competit. (29)

An sit lethale celebrare in Ecclesia violata, sivè polluta?

1441 Lethale est celebrare in Ecclesia violata, vel polluta.

AFfirma: nam contra præceptum Ecclesiæ. *can. Ecclesiam. de consecr. dist* 1. *cap.consuluisti.*4. ibi: *cœmeteria, in quibus excommunicatorum corpora sepeliri contingit, reconcilianda*

(28) Non solùm Episcopis interdictum extra Diœcesim uti Altari portatili, ibique celebrare, vel coram ab alio Sacerdote, ut supra adnotatum est, sed inhibitum quoque Religiosis uti Altari portatili ut diximus *lib.*1.*tit.de Episcopis.Adnotat.*31.& mox adnotabitur.

(29) Clemens XI. die 15. Decembris 1703. declaravit nec Cardinalibus ullo modo licere extra domum propriæ habitationis in domibus laicis vel in propria, vel in aliena Diœcesi, etiam accedente Diœcesani consensu, erigere Altare, ibique celebrare Missam, aut celebrari facere. Ubi vide prohibitionem factam Regularibus potissimùm quoad Altare portatile, & privilegia revocata. Apud Cardin. Petram *tom.*2. *Comment.ad Constit.Apost. pag.*144. *num.*6. Malthæucci *Offic. Curia cap.*10.*num.*85.

da erunt aspersione aquæ solemniter benedictæ, sicut in dedicationibus Ecclesiarum fieri consuevit. cap. proposuisti. cap. si Ecclesia. 10. ibi: *si Ecclesia non consecrata, cujusque semine fuerit, aut sanguinis effusione polluta, aqua protinus exorcizata lavetur, ne Divinæ laudis organa suspendantur. de consecrat. Ecclesiæ, vel Altaris.*

1442 Ecclesia violatur injusto homicidio.

Ubi etiam assignantur modi, quibus Ecclesia violatur. I. Injusto homicidio, etiam citrà sanguinis effusionem, non verò inculpato. Bassæus in *Floribus v. Sacrilegium. 1. num. 7.* Sylvest. v. *consecratio. 2. qu. 7.*

1443 Effusione sanguinis.

II. Effusione sanguinis.

1444 Ex omni publica, & voluntaria seminis effusione.

III. Voluntaria publica effusione seminis: Sotus in *4. dist. 13. qu. 2. art. 3.* Aversa *qu. 11. sect. 24. §. violatur.*

1445 Sepultura excommun. infidelis, nō baptizati.

IV. Si sepellatur excommunicatus denunciatus, infidelis, non baptizatus, nisi fuerit in utero matris fidelis. Sylvester supra.

1446 Consecratione ab Episcopo excōmunicato.

V. Alii dicunt pollui, si consecretur, vel benedicatur ab Episcopo excommunicato, paritate sepulturæ excommunicati: quod displicet multis, quia nequit violari antequam consecretur; & in pœnalibus extensio ad non expressa non tenet.

1447 Destructione Ecclesiæ amittitur cōsecratio, aut benedictio.

VI. Si Ecclesia destruatur, tunc amittit consecrationem, nisi successivè ruat, & reparetur; nam tunc remanet semper consecrata, vel benedicta, ex regula: *magis dignum*; & sic consecratum *trahit ad se minus dignum*, non consecratum. *c. quod in dubiis. de consecr. Ecclesiæ, vel Altaris*. Hæc delibasse satis hic, acturi fusiùs, cùm de Consecratione, & Execratione Ecclesiarum.

1448 Violata Ecclesia, violatur Cœmeterium, non è contra.

Violata Ecclesia, ut principalis, est etiam pollutum Cœmeterium, non verò violato Cœmeterio est violata Ecclesia: accessorium namque sequitur principale. *cap. accessorium. de regul. juris in 6. Auth. de imperfectis testamentis.* Aversa *de Sacrific. quæst. 11. sect. 14. §. violatur, in fine.*

1449 Oratoria privata non subsunt violationi.

Oratoria privata violationi non subsunt. Aversa *loc. cit. §. 10. in fine.* De quibus Oratoriis privatis hic.

De Oratoriis privatis.

CAPUT X.

1450 In Oratoriis privatis licet tantùm orare, non celebrare, nisi accesserit licentia Episcopi.

IN Oratoriis privatis orare, non celebrare licet. *c. unicuique. 33. de consecr. dist. 1. c. in Oratorio. 6.* ibi: *In Oratorio præter orandi, & psallendi cultum, penitùs nihil agatur. dist. 42.* At ex licentia Episcopi inibi celebrari poterat. Trident. *sess. 22. de omittendis in celebratione Missarum.*

1451 Quæ nunc est reservata Sedi Apostolicæ.

At hodie res est reservata Sedi Apostolicæ à Paulo V. anno 1615. & ab Urbano VIII. teste Garzia *tract. 3. de excellentiis Sacerdotii diffic. 8. dub. 2. puncto 2. nu. 15.* Gavantus in *rubr. par. 1. tit. 20.*

1452 Oratoria publica potest concedere Episcopus.

Cum quo tamen stat posse Episcopum concedere Oratoria publica conjuncta privatis domibus, habentia tamen aditum in publicis plateis. Aversa *loc. cit. §. 5. in fine.* Nullo namque jure facultas hæc ex officio competens limitata.

De Oratoriis ergo privatis primo:

An satisfaciant præcepto assistendi Missæ, qui non sunt de familia habentis Oratorium privatum?

1453 Ei qui non sunt de familia dicunt aliqui satisfacere præcepto audiendi Sacrum in Oratoriis privatis.

AFfirmat cum Homobono, & aliis, Pellizarius *tom. 2. Manuali tract. 8. cap. 2. nu. 151.* asserens declarationem, & prohibitionem esse secundum formam antiquam, quando Missæ erat assistendum in Parochiis; & præceptum audiendi Missam in *c. si quis etiam. 34. c. Missas. 62. de consecr. dist. 1. c. conquestus. de feriis*, non arctat fideles ut tali loco, nisi Parochiæ intersint: quod jus commune nequit coarctari, nisi à Papa suprema auctoritate legislativa, qualis non videtur communicata Sacræ Congregationi.

1454 Tamen oppositus est usus Romanæ Curiæ.

Nos stamus pro usu Romanæ Curiæ opposito, cum Diana *par. 9. tract. 1. resol. 7.* Cardinalis Brancaccio *dissertat. 1. §. tum, & in fine.* Quaranta v. *Missa.* Tamburr. *de Sacrific. Missæ lib. 1. cap. 3. §. 4. num. 34.* quia est ità, ac locus aliis interdictus.

Nec dicas, præceptum est de audiendo Sacro, & Sacrum est, sivè in privatis, sivè in publicis Oratoriis celebretur; & sic quoad substantiam satisfacit præcepto, quovis loco assistatur Missæ; nam hoc non est præcipitanter asserendum.

Quid veniat nomine Domus privatæ.

§. I.

An veniant Domus magnorum Dominorum?

1455 Domus magnorum Dominorū dicuntur publicæ.

NEgat: quia hujusmodi Domus dicuntur publicæ, ut etiam Domus Episcopi, Arriaga *tom. 7. disp. 54. num. 27.* nec esse improbabile ait Henaus *de Sacrificio disp. 23. nu. 219. in fine.*

1456 Non tamen sequitur dispensationē, ideò nō esse obtinendam

Verùm si id semel obtineant, actum est de dispensationibus à Curia Romana obtinendis; omnes namque Barones jactabunt Domos publicas, ubi imperant, & consequenter à solo Episcopo licentiā inibi celebrandi obtinebunt. Nec confugiat ad ly *magnorum Dominorum*; nam ratio est, Domus publica non comprehensa sub nomine privati Oratorii, & privatæ Domus; quæ ratio æquè in personis publicis, licèt magni Domini non sint, militat.

Meritò ergo respectu omnium usus est in oppositum.

An in Septentrionalibus etiam pro celebrando in privatis Oratoriis requiratur licentia Summi Pontificis?

1457 Ubi non est receptū Tridēnt. non requirunt dispensationē, sed licentiā Episcopi.

NEgat: nam ibi, nec Tridentini, nec Summi Pontificis prohibitio fuit recepta, & ità servatur jus commune, ut ex Episcopi licentia celebretur. Arriaga *tom. 7. disp. 54. num. 37. §. 2.*

An habitantes non commensales, non familiares, possint audire licitè Missam in Oratoriis privatis?

1458 An tantùm habitantes possunt audire Sacrum

AFfirmat Pellizzar. & probabile ait Gabr. à S. Vinc. *de Sacrificio Missæ disp. 3. qu. 5.* ut favores extendantur. *l. cum quidam, D. de liberis, & posthumis.*

Negat Diana *par. 9. tract. 1. resol. 6.* volens familiares debere subdi habenti Oratorium privatum.

An in Oratoriis privatis Episcopi, Cardinalis, & Regularium omnes satisfacere valeant præcepto audiendi Sacrum?

1459 **In Oratoriis privatis Episcopi, Cardinalis, & Regulariũ potest à quolibet Missa audiri. Vide Fagnanũ in** ***cap. nonnullis. de privilegiis num. 8. & 10.***

AFfirma: ex declaratione Sacræ Congregationis 22. Septembris 1640. loquens de Episcopali Capella apud Brãcaccium *differt. 1. §. unde*, quia non veniunt nomine Oratorii privati in illis correctoriis juris communis. Suar. *to. 3. disp. 81. sect. 3. in fin.* ajens etiam exteros plures eadem die posse celebrare in Capellis Societatis Jesu, quod loco, non personis concessum privilegium. Scortia *de Sacrificis Missæ lib. 2. cap. 13. num. 3.* Naldus in *Summa*, v. *Missa num. 33.* Gabr. à S. Vinc. *de Sacrificio disp. 3. qu. 5. §. prima difficultas.* Brancaccius *dissertatione 1. §. & ut*, dicens, posse in Capella Cardinalis, etiam absentia, ut in Parochiali Ecclesia, plures eadem die celebrari, & etiam ab exteris non familiaribus præcepto audiendi Sacrum satisfieri: qui cùm non sit prohibitum, censetur concessum. *cap. inter corporalia. 2. de transl. Episcopi.*

An habens Oratorium possit illud mutare, & celebrare sine nova Ordinarii licentia?

1460 **Mutans locũ Oratorii privati, requirit novã licentiam Episcopi.**

NEga: nam requiritur visitatio, & loci approbatio. Contra Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. §. secunda difficultas*, motum, quia est privilegium personale, personam sequens.

An mutans Domicilium, & Civitatem possit in alia Civitate ex vi ejusdem Brevis celebrare, visitato loco ab Ordinario?

1461 **Mutans domiciliũ, aut Civitatẽ potest ibi Oratorio privato uti, sed priùs ab Ordinario visitato.**

AFfirma: nam privilegium datur personæ, non loco, ut demonstrant requisita in concessione Brevis; & locus inibi nominatus venit demonstrativè, non taxativè; quæ autem veniunt demonstrativè, non vitiant actum: & sic error in tali nomine, & in loco non vitiat actum, dispensationem, ut in *l. si in nomine, C. de testamentis. l. quoties. 9. D. de hæredibus instituendis, §. si quis in nomine. 29. de legatis.* Taxeda *tom. 2. lib. 4. tract. 3. num. 51.* Amicus *to. 5. disp. 6. sect. 8. num. 145.* & notavi in *lib. I. Pantonomod. num. 11.* & in *II. num. 291.* Et in puncto docent Navarrus in *Summa Bullarum tract. de Oratoriis privatis num. 6.* Diana *par. 4. tract. 4. resol. 208.* Megalins *tom. 2. resol. 67.* Aversa *de Sacrificis qu. 11. sect. 14. §. sexto quando.* Gabr. à S. Vinc. *disp. 3. qu. 5. §. secunda difficultas.*

1462 Si per dimidium anni habitat in Civitate, & pro altera medietate in Rure, utrobique Oratorio utitur.

Quintanaduenas. *tom. 1. tract. 7. sing. 31.* Henaus *de Sacrificio disp. 23. num. 107. in fine*, citat Pellizzarium, & Tamburrin. dicens posse erigere Oratorium in Civitate, & in Rure pro tempore, quo inibi habitat, scilicet pro una medietate anni in Civitate, pro alia medietate in Rure: non autem simul in Rure, & in Civitate; itaut in eadem die ipse assistat Missæ in Oratorio Civitatis, ejus familia in Oratorio Ruris; nam tunc non esset unum, sed duplex Oratorium: ut rectè contra Pasqualigum *Canonicarum quæstionum centuria 1. qu. 84. num. 3.*

docet Diana *par. 11. tract. 5. resol. 34.* & *parte 9. tract. 1. resol. 22.* Bardi *lib. 10. Selectarum qu. 10. §. 9. num. 46.*

An habens privilegium Oratorii privati teneatur, potens ibi Missam audire tempore, quo non tenetur adire Ecclesiam, puta tempore morbi?

NEga: etiamsi adsit Sacerdos, gratis volens domi Missam celebrare; nam privilegio ei favorabili renunciare valet. Suar. *de Sacramentis disp. 88. sect. 6.* Petrus Ledesma *tract. de Eucharistia cap. 27. conclus. 16.* Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. §. quinta difficultas.* Bonac. *qu. ultima puncto ultimo n. 14.* Aversa *loc. cit. §. quinto etc.* Diana *par. 4. tract. 4. resol. 60.* 1463 **Habens Oratorium privatum non tenetur audire Missam in eo statu, quo nõ posset Ecclesiam adire.**

An privilegium dicens, ut celebretur in sui, & familia præsentia, operetur ut Dominus sine familia, & familia, vel aliquis ex familia sine Domino, valeat inibi Missam audire?

AFfirma; nam ly *ac, &*, valet *vel. l. sæpè, D. de verb. signif.* Diana *par. 4. tract. 4. resol. 13.* Henaus *de Sacrific. Missæ disp. 23. num. 163.* Aversa *de Sacrificio quæst 11. sect. 24. §. 7.* Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. qu. 5. §. prima difficultas.* Ludovilius de la Crux *disp. 1. cap. 5. dub. 3. num. 5.* 1464 **Dominus sine familia, & familia, absque Domino potest in Oratorio privato Missam audire. Si id ex Brevi colligatur.**

Quot Missæ possint celebrari in Oratorio privato?

SI in licentia non exprimatur una, potest etiam duplex celebrari; nam quæ non exprimuntur, censentur omissa. *cap. nonne. de præsumpt.* Henaus *loc. cit. num. 165.* (30) 1465 **Si non sit expressa una Missa, plures dici possunt. Vide Adnot.**

An quando dictum est in licentia, ut celebretur una Missa, posset duplex celebrari?

NEgat Tamburrin. *loc. cit. num. 15.* Pellizzar. *loc. cit. num. 155.* Henaus *loc. cit. n. 165.* At affirmat posse celebrari duas Missas ex gravi causa Quintanaduenas *cit. num. 61.* & gravis causa est, si Dominus Oratorii non interfuit Missæ, putans interesse posse Missæ in Ecclesia, ubi deindè non adest Missa. De cujus probabilitate dubitat Henaus supra. At mihi videtur ex aliis principiis discurrendum, si enim sine sua culpa in Ecclesiis assistere nequeat, non obligatur in Ecclesia Missæ interesse, nec in Oratoriis, cùm sit privilegium. An autem possit, ex epickia concludendum. 1466 **Si licẽtia sit pro una Missa, ex gravi causa plures dici valent.**

An mortuo habente privilegium, familiares valeant inibi Missæ interesse?

NEga: quia desinunt esse familiares mortui capitis familiæ, sed fuerunt; videsis Dianam *par. 11. tract. 5. resol. 34.* 1467 **Mortuo privilegiato familiares non possunt ibi Missam audire.**

An

---

(30) Celebrantes, quantumvis exemti, si quovis prætextu privilegiorum, aut exemtionis plures, quàm una Missa in Oratoriis privatis, etiam recognitis, & approbatis eodem die celebraverint, sunt ipso facto suspensi, & Oratoria ipso facto interdicta. Constit. nostræ Synod. & Decretum S. C. C. ut in appendice Conc. Provinc. Card. Cantelmi.

An Episcopi in necessitate, licèt non extrema, valeant dispensare, ut semel atque iterum celebretur in loco decenti?

1468 Episcopi in necessitate possunt dispensare, ut celebretur in loco decenti.

AFfirmat Franciscus Lugo *lib.5.cap.6.qu.3. num.27.& 29.* Tamburr. *loc.cit. §.2.num.* 113. quia cessat finis prohibitionis Trident. *sess.22.* & Urbani VIII. qui lecit evitare abusus in celebratione Missarum, qui non tenetur in una, aut altera celebratione urgente causa rationabili: puta ut senes, infirmive antiquo impedimento irretitus, Ecclesiam adire impotens, Missam coram se honesto, & devoto loco celebrandam excipiat. Imò Quintanad. *tom.1. tract.7.sing.32. num.6.* vult Episcopum dispensare, ut integro mane erectis Altaribus celebrentur Missæ domi Defuncti magnatis, & servari in Hispania testatur Henaus *loc.cit. n.*114. non in Italia, teste Diana *par.9.tract.1.resol.*44.

De Oratorio Episcopi.

§. II.

1469 Episcopus etiam Titularis potest Oratorium tantùm in domo propriæ habitationis intra, & extra Diœcesim celebrare, ut ex Decreto Clemen. XI.

EPiscopus etiam titularis, non alius, utens jure Episcopali intra, & extra domum, intra, & extra Diœcesim, per se, & per alios coram se, absque transgressione interdicti fortè extantis celebrare valet, etiam nulla urgente necessitate, *cap. fin. de privileg. in* 6. cessat enim tunc coram Episcopo finis prohibitionis evitandi indecentias in celebrando. Arriaga *to.7. disp.54. num.* 26. idque etiam quando Episcopi sunt itinerantes. Henaus *de Sacrificio disp.* 23. *num* 105. Aversa *de Sacrific. qu.11. sect.14.§.5. in fine.* (31)

Possunt etiam in propriis Palatiis locum ad celebrandum destinare per se, vel per alios, idque etiam Rurali Oratorio, in quo commorantur recreationis ergo. Portella, Pellizzar. Aversa apud Dianam *par.9. tract.1. resol.* 38. Tamburr. *lib.1.de Missa cap.4.§.2.num.*13. Imù Pellizzar. *tract.8.nau. cap.4.subsect. 4. num.* 133. ait licere Episcopis duo Oratoria, unum pro se, alterum pro usu familiæ; idque practicari à multis ait Franciscus Lugo *lib.5. cap. 6. qu. 3. num.* 25.

1470 In Capella Palatii Episcopi, etiam eo absente celebrari valet.

In dictis Capellis Palatii, etiam absente Episcopo moltoties celebrari potest, sicuti in Capellis publicis; cùm palatium sit locus publicus personæ publicæ. Tamburr. *lib.3. de Missa cap.4. §.2.num.*13. Francisc. Lugo *loc.cit.n.*23. Pellizz. *loc.cit.cap.2.sect.2.nu.*163. Diana *par.9. tract.1. resol.* 41. Contra Aversam *de Sacrificio qu.11.sect.14.§.5.* Si enim potest Episcopus dedicare, & erigere locum ad celebrandum, *can. Missarum.12.can.hic ergo Clericos.34.de consecr. dist.1.* Cur non in propriis Palatiis, in quo omnes satisfacere præcepto assistendi Missę valent, etiam non familiares. Diana *par.6.tract.8.resol.* 48. Gabr. à S. Vinc. *disp.3.quæst.5. §.prima difficultas.*

Et durat etiã mortuo Episcopo.

Durat facultas inibi celebrandi, ut in aliis publicis Ecclesiis, mortuo etiam Episcopo. Henaus *loc. cit. disp.* 23. *num.* 109. idque intelligas in sua, non extra suam Diœcesim, in qua nequit Ecclesias consecrare; sed tantùm privatim vi privilegii, in *d. cap. fin. de privilegiis in* 6.

(31) At nunc non posse, cùm de Privilegiis Episcoporum *lib.1.* ageretur, adnotavimus. Et hoc *tit. Advocat.* 28. & 29.

An Electus confirmatus non consecratus, fruatur privilegio Altaris portatilis?

AFfirma: nam non est actus ordinis, sed dignitatis, jurisdictionisve voluntariæ privilegium competentis, etiam non consecrato. Diana *par.* 12. *tract. de Consecratione Episcopi resol.*102. Henaus *loc. cit. disp.23. num.*116. v. *porrò*, contra Tancredi. 1471 Episcopus electus Confirmatus nõ consecratus potest uti privilegio Altaris portatilis juxta Decretum Clem. XI.

An in Urbe valeant erigere Altare?

NEgat ob reverentiam Papæ debitam. Diana *par. 9. tract.1.resol.*34. 37. & 48. cui dissentit Mendus *disquisitione 7. quæst. 12. num.*129. Navarrus, & Tamburr. apud Henaum *loc.cit.num.*116. 1472 Episcopi in Urbe nõ solent erigere Altare.

De Privilegio Religiosorum.

§. III.

REligiosi fruuntur privilegio erigendi domesticum Oratorium in Monasteriis, Grangiis, Prædiis, in quibus morantur etiam causa recreationis. Lezzana *tom.1.Summæ cap. 22. num.15. v. Altare:* asserens (sed gratis) id posse etiam Episcopo invito. Joann. de la Crux *lib. 2. de statu religioso cap. 5. dub. 7.* Rodriqu. *tom.2.Regular.qu.75.art.1.* Gabr. à S. Vincen. *loc.cit. §.sexta difficultas*, qui in *§.sed inquies*, putat posse erigere Altare portatile, nisi Episcopus sit invitus. 1473 Religiosi possunt erigere Oratoriũ Domesticũ in Monasteriis, Grangiis, Prædiis.

Societas Jesu pro Missionibus fruitur privilegio celebrandi in quovis honesto loco. Arriaga *loc.cit. num.*28. (32)

A quo Oratorium visitandum?

AB Ordinario, ejusque Vicario, & Sede vacante à Vicario Capitulari: & licentia concessa revocari valet, si indecorum sit ibi celebrare, etiamsi locus sit exemptus; in hoc enim ut Delegatus Sedis Apostolicæ procedere valet. Trident. *sess.21.cap.8. de reform.* & *sess. 22. de observandis in celebratione.* Et si locus fuit prophanatus, denuò visitandus. Tamburrinus *loc.cit.num.*10. Henaus supra *num.*216. 1474 Oratoriũ est visitandũ ab Episcopo, ejusque Vicario, vel à Vicario Capitulari.

De Altari.

CAPUT XI.

PRoperet, & propinquiùs Oratio disquirat principaliorem celebrandi locum; & est Altare. Et Altarium dictum 1. ad Corinth. 9. ibi: *qui Altario deserviunt, cum Altario participant.* Ad Hebræos 7. ibi: *Altario*, ab *altitudine*, quasi *alta res*, vel *alta ara*, seù *Area*; & quia sacrificantes manus in altum porrigebant. Statius ad 4. *Thebaid.* Magri in *Notitia Vocab. Ecclesiast.* v. *Altare.* Servius ad *lib.* 2. Virgilii. Macrobius *lib.3.Saturnal.cap.3.* Vitruvius *de Architectura lib.4.cap.5. Vocabul. Ecclesiast.* v. *Altare.* 1475 Unde Altare denominetur.

Hinc ad illud *Æneid.*2. ibi:

Nequicquam Altaria circum.

ait Servius, Aras superis, inferisque, Altaria solis cœlestibus dicata Diis, quibus sacra cremabantur

(32) De Capellis, & Oratoriis Religiosorum vide Matthæuci *Offic.Curia cap.10.§.3.à num.79.ad* 83.

bantur in locis altis; at inferis effossa terra, sacrum offerebatur. Macrobius *lib. 3. Saturnal. cap. 3.* Beyerlinch in *Theatro Vitæ humanæ*, v. *Altare*.

Multiplex Altaris acceptio.

§. I.

1476 Multiplex Altaris acceptio. I. ALtare dicitur *Ara*, quia in eo totum Sacrificium reducebatur in aridos cineres. *c. de fabrica. de consecr. dist.* 1. ult Archidiaconus. Macrobius 3. *Saturnal. cap.* 3. Vitruvius *lib. 4. cap. 5.* Raynaudus *de virtutibus lib. 4. sect. 3. cap. 1. num.* 312.

1477 Altare Christum significat. II. Altare significat *Christum* Caritatis Auctorem. *c. in scripturis.* 8. *qu.* 1. *Vocab. jur. v. Altare*, & ideò antiquitùs in ona Ecclesia unum tantùm Altare, indicans Christi Domini unitatem. D. Ignatius Martyr *Epist. ad Philadelph.* Magri v. *Altare*. Constituendi in eminentiori parte Ecclesiæ. Gemin. *lib. 1. de Ritu Missæ cap.* 122. Valaf. *de rebus Ecclesiæ cap.* 6. Beda *lib. de Tabernaculis*. Rupertus *lib. 5. de Divin. Offic. cap.* 30. deindè verò regente Ecclesiam D. Gregorio *lib.* 50. *epist.* 50. multiplex in eadem Ecclesia construi cœpit Altare. Magri v. *Altare*.

1478 Dicitur Ara. III. Dicta *Ara*, quia Orationes ibi exhibebantur; pietas namque, & precatio græcè ara sonat. Valaf. *de Rebus Eccles. cap. 6. Vocab. Ecclesiast. v. Ara.* Magri v. *Altare*; sicque Ara dicta etiam à devotis Victimis pro Sacrificio oblatis. Cerda *lib. 12. Æneid. versu* 496.

1479 Metallum. IV. Dicitur *Metallum* Altare lapideum; nam hæc vox significat quicquid ex terræ visceribus effoditur. Magri v. *Altare*.

1480 Artimensia. V. *Artimensia*. Balsamon. apud Magri *loc. c.*

1481 Viaticum. VI. *Viaticum*. Bonifacius VIII. in *cap. fin. de privileg. in* 6. Gobat *Theolog. experiment. tr.* 3. *casu* 9. *num.* 273.

1482 Tabula Sacra. VII. *Tabulasacra*, sivè tabula itineraria, *c. fin. de privil. in 6. cap. ligneis. 6. cap. quod in dubiis. 3. de consecr. Eccles. vel Altaris. can. concedimus. de consecr. dist.* 1.

Licèt enim quandoque urgente necessitate Martyrii, Sanctus Lucianus sacrificaverit supra suum pectus. Nicephorus *lib. 4. Histor. Ecclesiasticæ cap.* 31. Baron. *anno* 311. Magri v. *Altare*: & Theodoretus sacrificaverit super manos Diaconorum, ut ipsa testatur. *cap. 20. de Historia Religiosa.* Magri *loc. cit.*

1483 Altare debet esse lapideum. Hodie requiritur ad celebrandum Altare lapideum ex Decreto Sancti Sylvestri Papæ, & ex *c. concedimus. 30. c. Altaria. 31. de consecr. dist.* 1. Rubrica Missali *tit. de præparatione Altar.* nam Christus mysticè Petra dicitur 1. ad Corinth. 10. Itaut nequeat Altare fieri ex ligno, vel ex metallo, etiam aureo. D. Thomas 3. *par. qu. 3. art.* 3. *ad* 5. Philibert. *tract. 3. par. 3. cap. 12. num.* 1.

Ex his deducitur;

Quid, & quotuplex sit Altare?

§. II.

1484 Altaris descriptio. ESt lapis pro sacrificando legitimè destinatus.

1485 Unum fixũ, mobile alterum. Duplex Altare, unum fixum, immobile, basi affixum, & dicitur simpliciter Altare; alterum portatile de loco ad locum, dictum Ara, quæ vox propriè ex Rubricis indicat mobilem lapidem sacrum. *c. concedimus.* 35. *de consecr. dist.* 1. Dicastill. *tract. 5. disp. 4. dub. 8. num.* 137. Magri v. *Altare*. Dicitur etiam Ara subductilis. Maff. *Histor. Indic.* Vocab. Eccles. v. *Ara*, & ligno includitur, ne frangatur. Dicastill. *loc. cit.* Serra, Claudius Arnaud. in *Epitome Thesauri Sacrorum Rituum par. 1. tit. 20. num.* 3.

Altaris figura.

DEbet esse quadrangularis, continens in medio Reliquias Sanctorum. *c. placuit.* 25. *de consecr. dist.* 1. unde ascendens ad Altare orat Sacerdos, *Oramus te Domine per merita Sanctorum tuorum, quorum Reliquiæ hic sunt.* 1486 Altare quadrangularis figuræ sit.

Quæ Reliquiæ hodie non requiruntur, opposita consuetudine prævalente. Vasq. *disp.* 233. *n.* 6. Suar. *disp. 81. sect.* 5. apud Arnaudum *loc. cit. n.* 2. vel quia non erat præceptum. Coninck 3. *p. disp. 83. art. 3. n.* 241. itaut nec sit peccatum illas omittere, nec sit ponenda pars Corporalium, nec pars Hostiæ consecratæ, ut gratis dixerat Joannes Andreas in *d. can. placuit*; idque sivè Altare sit fixum, sive portatile. Difficile namque esset tot Reliquias invenire. Sexdecim Doctores, quos dat Leander *tom. 2. tract. 8. disp. 7. quæst.* 6. citans contra alios sexdecim. 1487 Reliquiæ in Altari non requiruntur

Et tunc vel possunt omitti illa verba, *quorum Reliquiæ hic sunt*, vel dici sub conditione si in Ecclesia, vel ibi sint. Diana *par. 11. tract.* 6. *resol.* 25. Palaus *tract. 22. disp. unica puncto* 9. *n.* 5.

Latitudo.

DEbet esse sufficiens, ut capiat oblata. Et si consecrandæ sint plures particulæ, debent etiam supra Altare poni: quod si sit valdè angustum, debent propè super corporale reponi, & in casu necessitatis Viatici ministrari valent moribundo post consecrationem; satisve est, si Sacerdos partem Sacrificii sumat. Imò posse populo ministrari, & transferri in alio loco ad ministrandum, nè diuturniùs detineatur longiori solemnitate, ait Dicastill. *tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 8. *num.* 148. Gabr. à S. Vinc. *disp.* 3. *quæst.* 3. § *sed quæres*. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 55. *num.* 7. Henaus *loc. cit. disp.* 24. citans Tamburrin. contra Lugonem *disp.* 20. *num.* 69. Dianam *part.* 3. *tract.* 13. *resol.* 72. Leand. *loc. cit. qu.* 9. Aversa *loc. cit. sect.* 13. § *super*; ajentes, omnes particulas reponendas in eodem Altare, nec distribuendas ante quam Sacerdos consumat. 1488 Sit latum, ut capiat oblata.

Altaris situs.

ANtiquitùs Altare majus Orientem versus constituebatur: sed ita, ut orantes Orientem respicerent. D. Thom. 3. *par. qu.* 84. *art.* 3. *ad* 3. Suar. *disp.* 81. *sect.* 5. Vitruvius *lib.* 5. *cap.* 4. deinde superstitionum Gentilium vitandarum ergo, in desuetudinem abiit mos ille. Sanctus Leo *Sermone* 7. *de Nativitate*. 1489 Altare majus versus Orientẽ constituebatur.

An possit construi ex duobus lapidibus complicabilibus ad instar libri, uno pro Calice, altero pro Hostia?

NEga: *c. concedimus. c. nullus. de consecr. dist.* 1: nam debet repræsentare Christi Domini unitatem. Vasq. *disp.* 233. *n.* 16. Bonac. *disp.* 4. *de Sacrificio quæst. ult. puncto* 9. *num.* 13. Amicus *disp.* 33. *num* 355. Sylvester v. *Altare qu.* 2. & 3. Henaus *de Sacrific. disp.* 24. *n.* 31. Leander citans octo Doctores *q.* 5. Contra Pasqualigum *dec.* 56. 1490 Unus sit lapis, nõ duo, uno pro Calice, alter pro Hostia.

Tho.

Thom. Hurtadum, & Llamas 3. par. *Methodi cap.* 5. §. 16. putantes consuetudinem unius lapidis non obligare.

An habens privilegium Altaris portatilis, possit in illo celebrare intra Ecclesiam execratam?

1491 Utens privilegio Altaris portatilis potest celebrare in Ecclesia execrata.

AFfirma: nam Ecclesia execrata tunc est idem, ac Ecclesia nondum sacrata ad instar alterius loci honesti non sacri, in quo celebrari valet. Amicus *de Sacrificio disp.* 33. *num.* 352.

An habens Altare portatile possit consecrare in Ecclesia polluta, interdicta?

1492 Non tamen in Ecclesia polluta, vel interdicta.

NEgat: quia tunc afficitur jure nota, qua posita, non dicitur locus honestus, in quo differt à loco execrato; nam execrationa tantùm amittit consecrationem, nec moraliter afficitur illa nota indecentiæ, ut locus pollutus, interdictus. Henaus *loc. cit.* Amicus *loc. cit.* Agendum hic esset de consecratione, & execratione Altaris, de quo satis cùm de Consecratione Ecclesiæ.

De Ornamentis Altaris.
CAPUT XII.

AD Altaris ornatum spectant Corporalia, Mappæ, Crux, Lumen.

Corporalia.
§. I.

1493 Corporalia sint linea, nõ serica, aut ex panno.

COrporalia ex Pelusiota *lib.* 1. *Epist.* 123. & ex Sylvestro in *libro Pontificali*, non ex serico, nec panno tincto, sed ad memoriam sindonis lineæ, & mundæ, qua Dominus involutus sepultus fuit, debet esse ex lino albo, mundo, benedicto ab Episcopo, indelegabiliter. *can. reliqui.* 2. *de custodia Eucharistiæ.* Clemens VIII. *tit. de defectibus Missæ*, §. 10. *num.* 1. D. Hieronymus in *cap.* 27. *Matthæi.* Beda in *cap.* 17. *Marci*; quamvis Papa decernente, aliis ex privilegio competere possit jus benedicendi Corporalia, cùm sit juris humani.

1494 Cujusque speciei, quæ sub nomine lini comprehenditur.

Posset etiam fieri ex Cannabe, Gassiplo, de quo Plinius *lib.* 19. *cap.* 6. ex Cambraja, & tela de Olanda; omnia namque morali acceptione nomine lini comprehenduntur, usu ita probante. Azorius *tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *qu.* 8. Francisc. Lugo *lib.* 5. *cap.* 7. *quæst.* 4. *num.* 42. Villalobos *tract.* 8. *difficultate* 26. *num.* 1. Trullench *lib.* 1. *de Sacramentis cap.* 8. *dub.* 17. *num.* 8. Henaus *de Sacrificio disp.* 25. *num.* 6. citans novem Doctores. Gavantus *par.* 2. *tit.* 1. *litera* T. apud Gobat *Thelogia experimentalis tract.* 3. *casu* 10. *num.* 314.

1495 Olim totum Altare tegebatur.

Olim latiùs se extendebat, itaut totum Altare eo tegeretur, ut posset continere oblata pro toto populo, eoque etiam Calix tegebatur, ut modo Carthusiani servant ex ordine Romano. Bona 1. *Liturgicarum cap.* 25. Suar. *disp.* 81. *sect.* 6. Rodriq. in *Summa cap.* 249. Gavantus in *Rubrica Missalis part.* 2. *tit.* 1. & Azorius apud Gobat *loc. cit. num.* 317.

1496 Sine Corporali Celebrãs peccat graviter.

Celebrans sine Corporali, vel cum Corporali non benedicto, peccat graviter. Henaus *loc. cit. num.* 14. *in fine.* Dicastill. *de Sacrificio disp.* 4. *num.* 359.

Laventur Corporalia à Sacerdote, vel Diacono. *c. nemo per ignorantiam.* 40. *de consecr. dist.* 1. *c. sacratas.* 25. *dist.* 23. *c. omnis Presbyter.* 106. *de consecr. dist.* 4. Itaut ex tunc non poterint lavari à Subdiacono, quia tunc Subdiaconus non erat Ordo Sacer, nec lege castitatis constringebatur. *c. quicumque.* 3. *dist.* 77. *c. Ministri.* 19. *dist.* 81. Quæ lex Castitatis imposita fuit à S. Gregorio Papa I. *lib.* 1. *Epist.* 88. ab Innocentio III. in *c. à multis.* 9. *de ætate, & qualitate Ordin. præficiend. c. miramur.* 7. *de servis non ordinandis*, ab Urbano II. *c. nullus in Episcopum.* 4. *dist.* 60. *c. ante triennium.* 1. *dist.* 32. *c. erubescant.* 11. *dist.* 32. Baron. *anno* 1090. *num.* 3. & 1095. *num.* 26. & sic modo elevato Subdiaconatu lege Castitatis inter Sacros Ordines, Subdiaconus potest lavare Corporalia ex Concilio Remensi apud Burcardum *lib.* 3. *cap.* 48.

1497 A Sacerdote, vel Diacono prius lavanda. Et nunc etiã à Subdiacono.

Lotio mittitur in piscinam. *c. nemo per ignorantiam.* 40. *de consecrat. dist.* 1. *c. sacratas.* 25. *dist.* 23.

Et facta prima ablutione, potest lavari etiam ab aliis. Tamburr. *lib.* 1. *de Missa cap.* 2. §. 2. *n.* 3. Sà v. *Missa n.* 16. Amicus, *disp.* 33. *n.* 378.

Quod si laicus, vel laica primo lavaret, ob parvitatem materiæ, peccaret venialiter. Villalobos *tract.* 8. *difficult.* 28. *num.* 3. Tamburr. *loc. cit.* dicens, nec esse veniale, cui contradicit Diana *par.* 11. *tract.* 3. *resol.* 16. Henaus *loc. cit. num.* 18. 1498 Laicus primo lavans Corporale peccat venialiter.

Mappa, vel lamina, operimenta, palla, mantilia Altaris.
§. II.

1499 Mappæ sint tres, & lineæ

DEbent esse tres lineæ albæ mundæ: *c. si per negligentiam.* 27. *de consecr. dist.* 2. idque tres ex decentia, non ex necessitate ait Amicus *tom.* 7. *disp.* 33. *sect.* 2. *num.* 362. Alii volunt tres esse de necessitate cum Henao *de Sacrificio disp.* 25. *num.* 43.

Alii de necessitate requirunt duas. Vasqu. *tom.* 3. *disp.* 233. *cap.* 3. *num.* 21. Suar. *tom.* 3. *in* 3. *par. disp.* 81. *sect.* 6. Scortia *lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 8. Sylvest. v. *Missa* 1. *qu.* 2.

Alii unam duplicatam sufficere ajunt, etiam si non tegat totum Altare. Layman *lib.* 5. *tr.* 5. *cap.* 6. *num.* 11. Bonac. *de Sacramentis disp.* 4. *qu. ult. part.* 9. *num.* 24. post Henriq. *lib.* 9. *cap.* 28. Suar. *loc. cit.* & plures innominatos apud Gobat *loc. cit. num.* 289. dicentem id tantùm in conscientia ex usu, & auctoritate reddi, contra Gavantum *par.* 1. *tit.* 20. *litera* O. Pax-Jordanum *lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 222.

1500 Quid in necessitate.

Et in necessitate sufficere unam cum Corporali, ait Tanderus *disp.* 5. *qu.* 10. *n.* 48. post Suar. Azor. *tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *quæst.* 8. Tamburr. *lib.* 1. *de Missa cap.* 5. §. 1. *num.* 1. Gobat. *tract.* 3. *num.* 299. Itaut sit veniale celebrare cum una mappa sine necessitate, excepta die Parasceve, in qua cum una celebratur. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 55. *num.* 8. Claudius Arnaudus in *Epitome Thesauri Sacrorum Rituum tract.* 1. *par.* 4. *tit.* 9. *n.* 2. & necessitas est onus celebrandi in die festivo, fervor devotionis, opportunitas eleemosynæ, aliàs non habendæ à Sacerdote inope, tentatio superanda.

1501 Est mortale celebrare cũ solo Corporale, absque mappis.

Celebrare verò cum solo Corporali sine omni mappa esse lethale ait Suar. *loc. cit. & secundo prater*: videsis Mouram in *Medulla par.* 3. *c.* 5. §. 11. *num.* 11. Leandrum *tom.* 2. *tract.* 8. *disp.* 5. *quæst.* 15.

An

An Mappæ debeant esse benedictæ sub pœna peccati mortalis?

1502 Non est lethale uti mappis non benedictis.

NEgat secluso scandalo, & contemtu. Amicus *tom. 7. disp. 33. sect. 2. num.* 362. Henaus *de Sacrific. disput. 25. num.* 54. Doctores apud Dianam *par. 10. tract. 11. resol.* 5. fortè quia non constat Rubricas in hoc esse præceptivas, ut probabile ait Suarius *disp. 81. sect. 6. v. dico ergo.* Vasq. *disp. 233. cap. 3. num.* 23. Palaus *tract.* 22. *disp. un. puncto* 10. *num.* 11. Henaus *loc. cit. n.* 56. citans decem, & octo Doctores. Oppositum docet Lugo *disp. 20. sect. 4. nu.* 46. Gavantus *par. 1. rubrica tit.* 20. ex Rubrica Missali §. 20. *de præparatione Altaris.* (33)

An in necessitate possit Sacerdos uti lineis prophanis, & reddere Dominis absoluto Sacrificio ad pristinum usum applicandos?

1503 In necessitate utens lineis non benedictis, valet ad pristinos usus destinare.

AFfirmat Sà v. *Missa num.* 7. Sylvest. v. *Benedictio qu.* 5. Tamburrin. *lib. 1. de Missa cap. 5. §. 2. num. 3.* Less. *3. par. qu. 88. art. 2. nu.* 87. Layman. *lib. 5. tract. 5. cap. 6. num.* 11. Bonacin. hìc *disp. 4. qu. fin. puncto* 9. *num.* 25. Aversa hìc *qu. 11. sect. 13. §. rursus.* Tanderos *loc. cit.* Azorius *loc. cit.* post Sylvestrum v. *Benedictio qu.* 5. Pax-Jordan. *loc. cit. num.* 225. citans Tamburrinum, & alios apud Gobat *loc. cit. num.* 290. quia Rubricæ in oppositum fortè non sunt præceptivæ. (34)

De Cruce;

§. III.

1504 Crucis in Altari usus antiquissimus ostenditur.

CRucis usus, revocans in Celebrantis memoriam Dominicam Passionem, ab antiquis in Sacrificio Missæ receptus. Concilium Turonense *can. 3. anno Domini* 570. & ante Fortunatus *lib. 1. de officiis Ecclesiasticis cap.* 14. Beda *lib. 2. de Historia Anglica cap.* 20. Gretserus *lib. 2. de Cruce cap.* 13. Scortia *lib. 3. de Sacrific. c. 3. n.* 1. Unde Crux Caravacæ ab Angelis allata Sacerdoti sine Cruce nolenti sacrificare, de cujus Crucis Caravacensis origine agit Ciacconus, apud Gretserum *lib. 2. de Cruce cap.* 13. quem refert Gobat *Theologia experiment. tr. 3. casu* 10. *num.* 286. & 287. Herrera *de origine, & progressu Missæ lib. 1. cap. 31. num.* 9. Requiritur ex Rubricis generalibus Missæ §. 20. ut ei caput Sacerdos inclinet. Non debet esse benedicta, & potest esse ex quavis materia, etiam ex duobus lignis casu repertis. Henaus *de Sacrific. disp. 25. num.* 63. (35)

1505 Sat est, si sit depicta.

Satisque est si Crux, vel Crucifixi imago sit depicta saltem in pariete, aut tabula. Tambur. *lib. 1. de Sacrificio cap. 15. §. 6. num.* 2. Trimarchi, & Agnitolius, quos sequitur de Nigro ad *Cæremonialem Ruis par. 1. præsumpt. 3. num.* 2. Gobat *loc. cit. nu.* 299. dicens facilius permittere solam Crucem in Tabernaculo, aut chartam aliquam depictam, quàm nullam. Contra Gavantum ad *Rubricas par. 1. tit. 20. litera D.*

An Crux sine Crucifixo sufficiat?

AFfirma: nam solùm de Cruce loquitur Missale, ut etiam Tamburr. de Nigro, Ruiz, *loc. cit.* Suar. Vasquez, Dicastill. aliique apud Gobat *loc. cit.* ajentem, quòd Crux Caravacensis Crucifixo carebat. 1506 Cruci an erigenda Crucifixi Imago.

Negat ex Cœremoniali Episcoporum Pax-Jordanus *lib. 4. tit. 1. num.* 234. Gavantus *tit.* 20. *litera V*, & Layman.

Quodnam peccatum sit celebrare sine Cruce, vel imagine Crucifixi?

ESse præciso scandalo, & contemtu tantùm ad summum veniale; etiamsi commodè haberi posset, cùm de gravi præcepto non constet: Fagundez *præcepto 1. lib. 3. cap. 21. num. 31. par.* 10. Diana *tract. 5. Miscellaneo. resol.* 28. Leander *de Sacramentis tom. 2. 8. disp. 7. qu.* 23. Gobat *loc. cit. num.* 296. dans alios. 1507 Sine Cruce, vel Imagine Crucifixi celebrare veniale est.

A quo veniali excusat, si Crux nequeat facilè inveniri, vel alia adsit necessitas. Franciscus Lugo *lib. 5. cap. 7. qu. 6. puncto* 48. Suarius *de Sacrificio disp. 81. sect. 8. §.* 5. Vasq. *disp. 233. cap. 3. num.* 27. Faber in *4. dist. 14. disp. 54. cap. 2. nu.* 17. Arriaga *tom. 7. disp. 55. num.* 9. Henaus *de Sacrificio disp. 25. num.* 95.

An Crux, vel Imago Crucifixi requiratur in Altari, in quo est expositus Christus Dominus?

NEga. Pax-Jordanus *loc. cit. tit. 1. num.* 236. nam dari nequit locus, in quo tunc commodè Crux collocetur, ait ità in Lateranensi Ecclesia, & in multis aliis celebribus servari. Tamburr. *lib. 1. de Missa cap. 5. §. 6. num.* 1. dicens certum apud Gobat *loc. cit. num.* 300. Contra Gavantum *loc. cit.* & alios. 1508 Crux, vel Crucifixi Imago ubi est expositũ SS. vel asservatur, requiritur in Altari

Imò aliqui volunt non requiri Crucem in Altari, in quo est Christus Dominus in Custodia. Lugo *disp. 20. sect. 2. num.* 79. Aversa hìc *qu. 11. sect. 13. v.* 3. licèt utrumque displiceat Henao *loc. cit. num.* 90. quia etiam Crux præcedit quando Christus Dominus per vias incedit. (36)

De

(33) Rerum ad sacros usus destinatarum benedictio ad Episcopum spectat, & de licentia Eminentissimi ad Canonicos nostri Capituli, ut ex Indulto S. Pii V. 4. Martii 1570. & Benedicti XIII. 18. Aprilis 1725. Abbates, & Superiores regulares hac facultate uti possunt solùm in suis, & pro suis Ecclesiis: si quis præsumpserit aliquid ab eis benedictum adhibere, vel consecratum extra aliorum Ecclesias, sciat rem sic benedictam, aut consecratam esse ipso facto suspensam. Synod. Cardin. Caraccioli.

(34) Noverint omnes, nihil ad Sacros usus in Ecclesiis adhibendum, quod vel peculiari, vel generali benedictione ad hoc non fuerit destinatum. nostra Synodo Diœces. anno 1726.

(35) Crucis usus in Altari optimè probatur ab Auctore ex Concil. Turonensi *Can. 3. Seculi VI.* ubi: „ Ut corpus Christi non in imaginario ordine, sed „ sub Crucis titulo componatur „. Hinc elucet non parum à veritate aberrare, qui Thiersium sequuntur in *tract. de Altarib.* docentem Seculo X. in Altari cœpisse poni Crucem, Flores, Candelabra. Vide tamen Ludovicum Bail *tom. 2. Summa Concil. p.* 216. Cabassutium *dissert. 15. ad Seculum II.* Juvenin *de Sacrificio qu. 8. de Ritibus cap. 4. art. 3. concl.* 2. Sarnellium in sua *Basilicographia.*

(36) At hodie ex declaratione Cong. Sac. Rituum requiritur Crux in Altare, ubi Venerabile expositum habetur, & ubi adest Custodia cum SS., quod est intelligendum, dum celebratur.

De Lumine.

§. IV.

1909 Lumina in celebratione requisita.

Humanitas indigena inter hujus vitæ densissimas tenebras ardore, & lumine, quærendum Deum infinitum, purissimum, substantiale lumen, quousque ipse se in patria revelabit. Apocalypsis 21.v.23.ibi: *Et Civitas non eget Sole, neque Luna, ut luceant in ea. nam claritas Dei illuminavit eam, & lucerna ejus est Agnus, & ambulabunt gentes in lumine ejus*, & cap.22. ver.5. ibi: *Et nox ultra non erit, & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine Solis, quoniam Dominus Deus illuminat illos.* Joannis 1.v.7. ibi *ut testimonium perhiberet de lumine.* Psalm.35. v.10. ibi: *& in lumine tuo videbimus lumen.* Psalm.88.v.17.ibi: *Domine in lumine vultus tui ambulabunt*. Et canimus in Hymno laudum Feriæ II. ibi:

Splendor Paternæ gloriæ
De luce lucem proferens
Lux lucis, & fons luminis
Diem dies illuminans.

Unde cecinit Boetius *metro 10.lib.3.* ibi:

Hanc quisquis poterit notare lucem
Candidos Phœbi radios negabit.

Humanitas inquam obsequens lumine Divinum Numen honorabat, olim ut in Tabernaculo, in Templo, & Sacrificiis; nunc in Ecclesia, & Sacrificiis.

1910 Lucernas accendi jussit Dominus filiis Israel.

In Tabernaculo Exodi 25. v.6.ibi: *Oleum ad luminaria concinnanda*: & v.31. ibi: *facies, & candelabrum ductile de auro mundissimo*, & v.37. ibi: *facies, & lucernas septem, & pones eas super candelabrum, ut luceant ex adverso*, & cap. 27. vers. 29. ibi: *præcipe filiis Israel, ut afferant tibi oleum de arboribus olivarum purissimum, piloque contusum: ut ardeat lucerna semper in Tabernaculo testimonii, extra velum, quod oppansum est testimonio. Et collocabunt eam Aaron, & filii ejus, ut usque mane luceat coram Domino*; & cap. 30. v. 7. ibi: *quando componet lucernas, incendet illud*, & cap.31.v.8. ibi: *mensamque, & vasa, ejus candelabrum purissimum cum vasis suis*; & cap.35.v.8.ibi: *oleum ad luminaria concinnanda*; & v. 14. ibi: *candelabrum ad luminaria sustentanda, vasa illius; & lucernas, & oleum ad nutrimenta ignium*; & v.28. ibi: *& oleum ad luminaria concinnanda*; & cap. 37. v. 17. ibi: *fecit & candelabrum ductile de auro mundissimo*; & v.23. ibi: *fecit & lucernas septem cum emunctoriis suis, & vasa ubi ea, quæ emuncta sunt, extinguuntur, de auro mundissimo*; & cap. 39. v.36. ibi: *candelabrum, lucernas, & utensilia earum cum oleo*; & cap.40. v.5. ibi: *candelabrum stabit cum lucernis suis, & Altare aureum, in quo adoletur incensum coram Arca testimonii*; & v. 22. ibi: *posuit & candelabrum in Tabernaculo testimonii è regione mensæ in parte Australi, locatis per ordinem lucernis, juxtà præceptum Domini*. Levit. 24. v.1. ibi: *Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: præcipe filiis Israel, ut afferant tibi oleum de olivis purissimum, ac lucidum, ad concinnandas lucernas jugiter extra velum testimonii in tabernaculo fœderis: Ponetque eas Aaron à Vespere, usque ad mane coram Domino, cultu, rituque perpetuo in generationibus vestris. Super candelabrum mundissimum ponentur semper in conspectu Domini.* Malachiæ 1.v.10. ibi: *quis est in vobis, qui claudat ostia, & incendat Altare meum gratuito?*

In Templo, & Sacrificiis. Machab.*lib.2.c.10.* v. 3. ibi: *Et purgato Templo, aliud Altare fecerunt: & de ignitis lapidibus igne concepto, Sacrificia obtulerunt post biennium, & incensum, & lucernas, & panes propositionis posuerunt.* Machab. *lib.1.cap.4.v.49.* ibi: *& fecerunt vasa sancta nova, & intulerunt candelabrum, & Altare incensorum, & mensam in Templum. Et incensum posuerunt super Altare, & accenderunt lucernas, quæ super candelabrum erant, & lucebant in Templo.* 1911 In Templo, & in Sacrificiis.

Celebrare sine lumine est mortale. *cap. literas.14.* ibi: *idem sine igne sacrificabat, & aqua, cum igitur, vel ex apta malitia, vel nimia desipientia peccasse probetur: mandamus quatenus Officio, & Beneficio perpetuò ipsum prives. de celebr.Missar.* Graffius *dec.aurearum par.1.lib.2. cap.43.num.* 1. Actuum 20. v.8.ibi: *erunt lampades copiosæ*. Rubrica Missalis generalia 520. Baronius *anno 58.num.10.* 1912 Celebrare Missam sine lumine mortale est.

Si inter celebrandum lumen extinguatur, nec reaccendi possit, consecratione non incœpta desistendum ait Fagundes *lib.3.in 1.præcepto Ecclesiæ cap.22.num.19.* Lugo *disp.20.sect.2. num.77.* Henaos *de Eucharistia disp. 25.nu.98.* Garzias *tract.3.difficultate 8. dub.3.par.3.n.17.* Idem asserens etiam, ut desistendum sit à deferendo infirmo Viatico, si lumen desit. Quod mihi durum, quia prævalere debet Divina præceptio, ac proximi necessitas extrema legi humanæ, maximè si alia via cultus Sacramenti reverentia, timore suppleri valeat. Imò satis esse Sacerdotis devotionem, ut non omittatur Sacrificium defectu luminis, docet Arriaga *disp.55. n.9.* Et Leander *t.2.tract 8. disp.7. qu. 20.* ait posse prosequi etiamsi lumen ante Consecrationem, sed post Offertorium deficiat. Imò absolutè ait prosequendam incœptam ad dandum Viaticum, cum Lugo *disp.20. num.77.* 1913 Si deficiant lumina ante consecrationem desistendum à celebratione.

Duobus saltem luminibus celebrandum, indicantibus illuminatam à Christo Domino gentem Hebraicam, & Gentilem. Magri in *Notitia Vocab.Eccles. v.candela*. (37) 1914 Saltem duo lumina in celebratione adhibenda.

Uno autem celebrare lumine veniale: & necessitate urgente, nec veniale videtur; maximè si reverentia suppleat defectum exteriorem luminis. Henaus *loc.cit. disp.25. num.99.* Aversa *de Sacrificio Missæ qu.11. sect. 13. §. requiritur*, post Layman *lib.5.tract. 5. cap.6. num. 17.* non requirentes valdè gravem causam. 1915 Cum uno lumine veniale est, nisi necessitas urgeat.

Cujus materiæ lumen?

Olim oleum Nardinum in Templi lampade adhibitum ex libro Pontificalis Damasi apud Binium *tom.1. Concilior. par. 1.* in vita Sylvestri, ibi: *Pharum Cantharum ex auro purissimo ante Altare, in quo ardeat oleum Nardinum pisticum cum Delphinis octoginta*, refert Scirlogus in *Cantica tom.1. vestigatione 2.cap.1, num.5.* & *vestigat.13. cap.1.num.2.* 1916 Oleum Nardinum adhibebatur.

Hodiè verò lumen debet esse ex cera. *c. Cleros. 1. dist. 21.* ibi: *à reportandis cereis*, undè Acholyti, Ceroferarii nuncupati. 1917 Hodie ex cera fiunt lumina.

Non

(37) Sine speciali licentia Sedis Apostolicæ nulli licitum est Missam privatam cum quatuor candelis celebrare ex Decr. S.R.C. 20. Julii 1660.

Non est lethale præciso scandalo, & contemtu uti lumine olei secundum Franciscum Lugo *lib.7.cap.7. qu.5. num.*46. & Graffium *decisionum aurearum par.*1.*lib.*2.*cap.*43.*num.*1. excepto lumine ex sevo, adipis Balenæ, olei lini ob gravissimum odorem, fœtorem. Suarius *disp.* 81.*sect.* 6. v. *tertio quæritur.* Vasqu. *disp.* 232. Quod si malè non oleant, nec esse lethale putat Palaos *tract.* 22. *disp.un. puncto* 10. *num.*3. Diana *par.*2. *tr.*14.*res.*45. Francisc. Lugo *lib.*5.*c.*7. *q.*5.*n.*47. Tamburr. *lib.*6.*de Missa cap.* 5.§.4.*n.*2. Henaus *loc. cit. num.* 106. nec non esse lumen consuetum, gravem arguit indecentiam. Et ex sevo non esse mortale, etiam præcisa gravi necessitate, quia malè non olet, tuentur Doctores citati. Imò Graffius *loc.cit.* absolutè ait posse adhiberi; & stante necessitate, nec esse veniale ait *Serra.*

Pallium Altaris.

1518 Pallium Altaris debet esse coloris festi.

ALtare ante debet habere pallium coloris festi, excepta Cœna Domini, in qua denudatur in signum mœroris. *Rubrica de ritu servando,* §.20. Scortia *lib.*2.*cap.*40.*n.*8.

De Ornamentis Celebrantis.

CAPUT XIII.

DEbent esse in Rubricis præscripta, non deformia, conspurcata, sive sit Amictus, Alba, Manipulus, Stola, Planeta. Hic agamus.

De Vestibus Sacris Celebrantis.

§. 1.

1519 Celebrans speciali ornamento sit indutus juxta Apostolorum morem

SAcrificaturum speciali decoro ornamento sacro uti oportere usurpatissimum ab Apostolis ipsa altissimi mysterii dignitas suadet. Sanctus Hieronymus *cap.* 44. *Ezech.* ibi: *Religio Divina alterum habitum habet in ministerio Altaris, alterum in usu, vitaque communi.* Quarum vestium reverentiam Deus miraculis tutatus, improvisa morte mulctavit saltatorem in theatralibus utentem veste sacra. Theodoretus *lib.*2.*Historiarum cap.*27.

1520 Sine vestibus sacris celebrare est lethale.

Unde mortale est celebrare sine vestibus sacris, aliisque necessariis ad Sacrificium ex consuetudine, nisi invincibilis excuset habitualis, vel actualis ignorantia.

1521 In necessitate sine vestibus minoribus licet celebrare.

In necessitate licere Sacerdoti celebrare sine aliqua ex sacris vestibus minoribus Stola, Manipulo, docent aliqui. Quod se nemini consulturum cum Sylvestro ait Serra 3. *par. quæst.*88. *art.*3. *dub.un.*§.*addis,* putans cum Divo Antonino 3. *par. tit.*23. *cap.* 6. §. 6. majus inconveniens omittere aliquid ex prædictis in celebratione, quàm omittere sacrum in die festivo, etiamsi alinndè populus nequeat sacro interesse. Arriaga *tom.*7.*disp.*55. *num.*17. ajens in vestibus minoribus non benedictis probabiliùs non esse mortale celebrare. Moure 3.*par.cap.*5. §. 13. *num.* 2. Philibertus Machadus, & alii apud Leandrum *tom.*2. *tract.*8. *disp.*7.*quæst.*43. dicens probabiliùs esse mortale, cum quindecim Doctoribus.

Singula explicaturi ordine, quo adhibentur, agamus Primo de Amictu. Secundo de Alba. Tertio de Cingulo. Quarto de Manipulo, Quinto de Stola. Sexto de Planeta.

I. *Amictus.*

NUncupatur etiam Humerale, *Superhumerale.* Gemma animæ *lib.*1. *cap.* 201. & apud Hebræos in lege veteri dicitur *Ephod.* S.Hieronym. *epist.*220. *ad Fabiol.* Græcè dicitur *Anabole,* sivè *Anaboladium.* Isidorus *lib.*19.*originis cap.* 25. & etiam *Analiolagium, Anagolagium, Anabolaum.* S.Germanus. *Vocab.Ecclesiast.* v.*Amictus.* 1522 Amictus quomodo vocetur, & onde ortum ducat.

Quo caput primo, humeros deindè cingendo collum, utimur. Amalarius *lib.*2.*cap.*17. Rupertus Abbas *lib.* 1. *de officiis cap.* 19. Gemma animæ *lib.*1.*cap.*201.

II. *Alba.*

DIcta *Alba* à colore albo, est vestis Sacerdotalis talaris, dicta græcè *Poderis.* Concilium Carthaginense sub Anastasio I. *can.* 41. & de hac veste intelligi illud Apocalypsis 1. *v.* 13. ibi: *vestitum podere,* ait ibi Joannes Gagnæjus in *Schola,* v.*vestitum podere.* Dicitur etiam *Linea,* quia ex lino fit. Dicitur *Camisia* ab Amalario *lib.*2.*cap.*18. ibi: *Camisiam induimus, quam albam vocamus.* Isidorus *lib.*19.*originis c.*21.*&* *c.*22. ubi ait ita dictam, quia in Camisiis dormimus in Camis, scilicet in stratis, nam Græci strata humilia propè terram *Camas* dicunt. D.Ambrosius *de officiis.* 1523 Alba ex lino fit, & talaris

III. *Cingulum.*

QUandoque pro administratione sumitur: *Auth. ut liceat matri, & aviæ,* §. *quia verò quædam,* ibi: *si verò Judex fuerit non habens Cingulum,* ubi Glossa *litera D,* ibi: *Cingulum, idest administrationem:* quandoque pro Ense. *l.fin.* ibi: *Cingulo uti, C. de propositis sacri cubiculi lib.*12. ubi Glossa *litera D.* Vel pro titulo dignitatis. Bart. in *Summa d. l. fin.* Græcè dici *Strophium,* ait Vocab. Ecclesiast. v. *Strophium:* dictum *Balteus* Exod.28. *ver.*4. *Zona.* Ecclesiast. 45. Hic sumitur Cingulum pro re, qua stringitur Alba, nè defluens gressum retardet. Isidorus *lib.*19.*originis cap.*33. 1524 Cingulum pro administratione, pro ense, aut pro titulo dignitatis usurpatum

Deficiente Cingulo.

POsse quem loco Cinguli uti Stola, & loco Stolæ uti Manipulo putat Navarrus, post Paludanum *cap.* 25. *num.* 82. Arriaga *tom.* 7. *disp.*55 *num.*18. 1525 Quid si deficiat Cingulum.

Celebrare sine Cingulo.

OB parvitatem materiæ, veniale docent multi cum Henriquez *lib.*9. *cap.* 29. *num.* 5. post Paludanum in 4.*dist.*13. *quæst.*2.*art.*5. ubi Riccardus *qu.*4. *art.*3. Scotus *qu.*2. & alii apud Dianam 2.*par. tract.*14.*resol.*68. Aversa *de Sacrificio Missæ qu.*11. *sect.*13. §.*communior.* Lugo *disp.* 20. *num.*102. dicens non improbabile. Arriaga *tom.*7.*disp.*55.*nu.*17. dicens probabiliùs in vestibus minoris momenti non benedictis non esse mortale celebrare, & licèt Cingulum debeat esse benedictum, non esse peccatum cum Cingulo non benedicto celebrare ex justa causa, scilicet nè Sacerdos pauper careat eleemolyna Missæ, vel ut devotiùs celebret. Diana *loc.cit.* Fagundez *præcepto* 1.*lib.*3.*cap.*23. *nu.*12. 1526 Sine Cingulo celebrare, veniale erit. 1527 Cingulū sit benedictum.

Phi-

Philibertus *tract.3. part.3. cap.14. num.* 2. Alii contra plures, dicentes veniale cum Ledelma, & Leandrum, probabiliùs dicentem esse mortale *loc.cit. qu.*44. citantem Dicastili. Veniale namque ex rationabili causa tollitur: & posse etiam licitè fractum Cingulum simul connecti, & illo uti docent plerique: Sed si fractum sit, & alterutra pars servire valeat, vel utraque etiam separata, adhuc remanere benedictum, & licere alterutra parte uti, docent multi cum Sà v. *Missa num.*12. Diana *par.*2. *tract.*14.*resol.* 57. & *tract.*15.*resol.*4. Contrà Aversam *loc. cit.*
1528 *Et fractione benedictionem amittit.* §.*deperditur*, citantem quinque Doctores, ajentes fractione benedictionem amitti, ut in Planeta, etiam in Cingulo, licèt fateatur, si non requiratur benedictum, ut supra, nec usum fracti Cinguli esse peccatum.

IV. *Manipulus*.

1529 *Manipuli origo, & hodiernus usus.* DIcitua etiam *Linostima* à Gavanto. Olim erat Mappula alligata brachio sinistro, cum qua lacrymæ, sudor, excrementa abstergebantur. Amalarius *lib.* 2. *cap.* 24. Cujus loco hodiè successit Manipulus ad ornatum, anno 1000. post Domini Nativitatem; nam seculo nono, quo scribebat Alcuinus, Mappulæ erant in usu.

1530 *An sit proprium ornamentũ Subdiaconi.* Non est proprium Subdiaconi ornamentum; nam eo Laici Monachi utebantur. Lanfrancus *epist.*13. licèt deinde eis inhibitum. Concilium Pictaviense *can.* 5. Bona 1. *Liturgicarum. cap.* 24. *num.* 5.

V. *Stola*.

1531 *Stola Orariũ dicebatur.* ORarium etiam dicitur. Gemma *lib.*1.*c.*204. Rabanus Maurus *lib.*1.*c.*19. Alcuinus *de Divin. Offic. cap.*39. dicta *Linostima* à Magri in *Notitia Vocabulor. Ecclesiastic.* v. *Stola*; & Concilium Bracarense III. *can.*3. decernit, ut ante pectus ducatur in modum Crucis, est veluti torques à collo per humeros pendens ante pectus, usque ad genua. Et sic non sumitur, ut usurpabatur apud prophanos, primo pro linteo ad tergendum os, & faciem sudantem, magis longo, quàm lato circa collum posito, alligato sub mento, ut est sudarium, strophium. D.Ambros.*epist.*54. D.Augustin.*lib.*22.*de Civit. Dei cap.* 8.

1532 *Vera Stolæ acceptio.* Nec sumitur secundo pro veste talari matronarum honestarum. Cicero *Philipp.* 2. Ibi: *muliebrem Stolam.* Ferrarius *lib.* 2. *de re vestiaria cap.*17. Tertullianus *lib.de pallio cap.*9.

Tertio, nec usurpatur pro quovis vestium genere. Genesis *cap.*41. *&* *c.*45. ubi Joseph suis fratribus dedit binas Stolas, & Filius Prodigus reversus, indutus est Stola. 1.Xenophon. *lib.*8. ibi: *elegit Stolam Medorum, & ipse ferre.*

Et apud Christianos Stola erat vestis tegens totum corpus, præter caput, & collum. Theodoretus *lib.*2. *Historia cap.*27.

1533 *Non est propriè nũc vestis, sed torques per humeros patẽsa.* Nunc apud Christianos non est vestis, sed veluti torques per humeros pendens ante pectus usque ad genua.

VI. *Planeta*.

ULtimum Celebrantis operimentum olim circularis, modò pro faciliori motu ad latera decurtata.

Planeta olim circularis erat, nũc decurtata. Planeta, quæ dicitur casula, pendola Bulengerius *de sacris vestibus cap.*20. olim erat figura circularis unica scissura in medio, in quam Sacerdos immittebat caput, ut hodie servant Græci; hodie apud Latinos est decurtata ad latera ob majorem commoditatem, Rasponus *lib.*1. *de Basilica Lateranensi cap.*14.

De Calice, & Patena.

§. II.

1534 *Sub lethali Calice, Patena, & Corporali utendũ.* SAcerdos sub lethali consecrare debet in Calice, cum Patena, & Corporali benedicto. D. Thomas 3.*par.qu.*83. *art.*3.*ad* 3.

1535 *Non sint ex ære, vel auricalco, aut ligno, vel vitro.* Patena, & Calix non debet esse ex ære, nec auricalco, ne vomitum provocet, & ærugine conspurcetur; æs enim, & auricalcum virtute vini æruginem parit; nec esse valet ex ligno, ut nimis, nec crystallo, nec vitro; cum lignum sanguinem attrahat, vitrum frangi valeat, quæ ratio etiam in lapide convincit. *c.ut Calix*, 44. *c. vasa*. 43. ibi: *statuimus, ut deinceps nullus Sacerdos sacrum Mysterium Corporis, & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi in ligneis vasculis ullo modo conficere præsumat, nè unde placari debet, inde irascatur Deus. de consecr.dist.*1. Tertullianus *de pudicitia cap.*10. Pius V. & Clemens VIII. *in rubrica de defectibus in celebratione*. Damianus *opusculo* 23. *cap.*1.

1536 *Cuppa sit aurea, vel argento aurata.* Potest Calix esse stamneus intus auratus, & pes post esse ex ære, vel auricalco, si cuppa sit aurea, vel argentea. Leander 2.*par. tr.*8. *disp.*7. *qu.*30. Si verò totus æneus, vel ex auricalco, tunc in parte interiori debet aurari; nam illa inauratione ærugo, impeditur, & sic evitatur vomitus periculum. Leander *disp.*7.*qu.*26. Aversa *de Sacrificio qu.*11.*sect.*13. Lugo *disp.*20.*sect.*4.*num.*9. rectè dicentes pedem Calicis posse esse ex quovis metallo.

1537 *Si Calix fit deaurandus an denuò benedicendus.* Calix argenteus si deauretur, non est iterum consecrandus, nam non est mutata forma, & remanet Calix. D. Tho. *loc.cit.ad* 3. At reconsecrandus est secundum Sylvestrum v.*Calix q.*2. Si Calix consecratus de novo inauretur, nec amittit consecrationem, nam moraliter non est mutatus. Lugo *disp.*20.*num.*95. Arriaga *tom.*7. *disp.*55. *num.* 14. dicens oppositum etiam probabile contra sex Doctores apud Dianam *par.*2. *tract.* 15. *resol.* 3. & contra duodecim Doctores apud Leandrum *tom.*2. *tract.*8. *disp.*7. *sect.* 34. ajentes nova inauratione amittere consecrationem; enim verò inauratio accessoria totius Calicis naturam non alterat; & sic remanet consecratus Calix amissa, vel renovata deauratione, ut etiam remanet consecrata Ecclesia amissa, vel renovata dealbatione, quia non est mutata forma Ecclesiæ.

Sed recrudescit difficultas:

An Calix evadat consecratus bona, vel mala fide facto Sacrificio in eo?

1538 *Calix consacratur celebratione ibi facta.* AFfirma: nam magis valet contactus specierum, quàm Chrismatis: & intuitu Christi Domini locus contactus tanquam sacer, est radendus, si casu cadat Hostia, vel Sanguis; ergo moltò magis ipsa Calix erit sacratus: secùs ad quid corrasio loci contactus, si sacrarum specierum contactus rem non sacret. Diana *par.*2.*tract.*14.*resol.*69.& *par.*5. *tract.*13. *resol.*60.

*resol.*60. Cœlestinus in *Compendio tract.*8.*cap.*5. *qu.*9. contra plures.

Si scyphus à pede separetur, Calicem exacrari ait Sylvester *loc. cit.* qui à multis rejicitur, quia revera Calix non est fractus. Serra *loc.cit.* Armilla v. *Calix num.*2.

Imò si scyphus ità sit fabrefactus, ut solus commodè servire valeat Celebranti, potest in illo celebrari; quia pes est ad benè esse, & scyphus est per se Calix; ità ex Sylvestro docet Serra *loc.cit.*

Ornamenta Calicis sunt Palla, Bursa, purificatorium, Velū.

Calicis ornamenta sunt parva palla linea in parte interna, tegens Hostiam in Patena, in Calice. *Rubrica de Ritu servando*, §.1.*num.*1. non debet esse benedicta. Gavantus *par.*2.*num.*1.

Bursa non debet esse benedicta, & debet esse coloris paramenti, prout fieri valet, & etiam velum Calicis.

Purificatorium debet esse mundum, album, lineum. *Rubrica de Ritu servando*; nec enim invenitur præceptum, ut debeat esse benedictum, sicuti nec adest ejus benedictio; nam non tangit per se Christum Dominum, ad cujus fit benedictio, & consecratio. D.Tho.3.*par.qu.*12. *art.*3. Suar.*disp.*81.*sect.*8.*lib.*4.Lugo *disp.*24.*sect.* 2. *num.* 76. licèt conveniat benedictio secundum Palaum *tract.*22.*disp.un.puncto* 10.*num.*2.

Ad extergendos digitos Sacerdotis post Offertorium debet dari manutergium; quo deficiente posse abstergi digitos, in extremitate mappæ superioris, ait Scortia *lib.*4. *cap.*2. vide *Rubricas generales* §.20.

De Ministro assistente Celebranti.

CAPUT XIV.

1539 Saltem unus Minister requiritur.

Est necessarius Minister, olim duplex. *can. hoc quoque.*59. *de consecr. dist.*2.

Nunc est necessarius saltem unus totius populi personam gerens, & parum refert si erret in respondendo, usu ità probante. Possevinus *lib. de officio Curati cap.* 2. *num.* 9. argumento *can. retulerunt.*86. *de consecr. dist.*4.*cap. ut quisquis. de vita, & honestate Clericorum*, ibi: *ad Missam respondeat. can. Episcopus.*59. *de consecr. dist.*1. *can. illud Divini.*7.*qu.*1. ubi saltem unus respondere debet, ut docent Rubricæ Missalis *tit. de defectibus* §.10. *num.*1. D.Tho.3.*par.qu.* 83.*art.*5.*ad* 2.Suarez 3.*par.qu.*87.*sect.*2.Fagundez *præcepto* 1. *lib.*3. *cap.*2.*num.*4. Contra Glossam in *can. quoque. de consecr. dist.*2. Sà v. *Missa num.* 17. Navarrum *cons.* 6. *de corpore vitiato.* Zerolam *par.*2. *praxis Episcoporum*, v. *Missa*, §.3. volentes non requiri respondentem, sed licere Sacerdoti sibi respondere.

Quando hic Minister non sit necessarius?

1540 Dispensatione nō requiritur Minister, aut consuetudine.

In multis potest excusari sine Ministro celebrans. I. Dispensante Summo Pontifice.

II. Consuetudine ità usu comprobante; nam potest leges ut corrigere, etiam abolere. *cap. fin. de consuetudine. l. de quibus. D. de legibus. l.*2.*C. quæ sit longa consuetudo*; Et ità in quibusdam Germaniæ locis consuetudinem receptam testatur Layman *lib.* 5. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 13. Tanderus *tom.*4.*disp.*5.*qu.*10.*dub.*6. *num.*91.

1541 In necessitate dādi Viaticum.

III. Si sit dandum Viaticum infirmo. Leand. *tom.*2. *tract.*8.*disp.*7. *qu.*53. Præpositus 3.*parte qu.*183.*art.*3. *dub.*7. *num.*170. Trullenck *lib.*3. *de Sacramentis cap.*8. *dub.*23. *num.* 3. Amicus *tom.*7.*disp.*33.*sect.*11.*num.*369. Serra 3.*par. qu.* 83. *art.*5. Aversa *de Sacrificio Missæ qu.*11.*sect.*9. §. *quod si contingat*. Dicastillus *disp.*4. *dub.* 12. *num.* 234. Henaus *disp.* 14. *num.* 15. Divinum namque præceptum dandi infirmo Viaticum, jure humano Ministri adhibendi retardari nequit.

1542 Si urgeat persecutio.

IV. Idem est, ut carceratus sibi sumeret, maximè in persecutione Ecclesiæ.

Nè populus Missa careat.

V. Ut celebretur in die festivo, nè populus Missa careat remoto scandalo; nam prævalere debet publicum bonum præcepti Religionis Sacrificii Divini præcepto, vel consuetudini adhibendi Ministrum, qui requiritur loco populi jam præsentis. D.Thom.3.*par.qu.*85.*art.*5. Dicastill. *tom.*1.*tract.*5.*disp.*4.*dub.*12.*num.*234. Leand.*loc.cit.qu.*54. Henaus *loc.cit.* Aversa *loc. cit.* Contra Vasq. 3.*par. qu.*83. *art.*5. Hurtadus *disp.*4.*diffic.*12.

1543 Si Minister recedat ab Altari, prosequenda Missa.

VI. Potest Sacerdos prosequi Missam, etiam si Minister recedat ab Altari, nec amplius reaccedat. Dicastill. *loc.cit. num.*139. Diana *par.* 10. *tract.*5. *Miscellaneo resol.*26. idque maximè post consecrationem Jure Divino perficiendam, & consumandam. Tamburr. *lib.*1.*de Missa cap.* 7. §.5. *num.*6.

1544 Ut satisfaciat auditioni Sacri.

VII. Ad satisfaciendum præcepto audiendi Missam, secùs amittendam, potest celebrare sine Ministro, secundum Aversam *quæst.*13.*sect.*9. §. *quod si contingat*, citantem undecim Doctores, dicentes pro libito tunc posse celebrare, & non celebrare; quia unum alterum præceptum non vincit, & utrumque servari nequit. Suar. *disp.*87. *sect.* 1. contra Bonac. *qu.fin. puncto* 9. *num.*33.

An autem possit quis solitariam ingredi vitam, & celebrare sine Ministro?

1545 An Solitarius possit celebrari absque Ministro. De his Solitariis, eorumque Cōmunione vide Jo: Clericatu *decis.*62. *de Eucharist. d num.*22.

Negat Henaus *disp.* 14.*num.*14. Suar. *disp.*87. *sect.*1. *num. finali*, quia nequit instituere novam vitam incompatibilem cum observantia legum.

Sed quidquid sit de conclusione, cujus decisio ex dictis deducitur; & Sà v. *Missa num.*18. post Navarrum, & Zerolam *loc. cit.* ait Sacerdotem posse respondere sibi deficiente Ministro, ut quando solus recitat Horas Canonicas. Ratio illa non convincit, quia potest quis assumere statum vitæ cum jejunio incompatibilē, ut patet in illis, qui exercent artes laboriosas mechanicas; lex enim obligat potentes, & quosdam solos celebrasse in deserto, ait Zerola *loc. cit.* Tu rem remittas legitimo Superiori decernenti.

An possit celebrare cum Ministro ignorante respondere, sed sciente ministrare?

1546 Minister inscius respondere, sed idoneus ministrare.

Minor causa ad hoc requiritur, quàm ut prorsus celebret sine Ministro. Suar. *disp.*87.*sect.*2. v. *de alio Ministro.* Lugo *disp.*20. *sect.*6. *num.*103.

Imò Possevinus *de officio Curati cap.*2.*num.*9. putat etiam sine necessitate licere sibi respondere, si alius tantùm sciat ministrare urceolos, vel si sciat respondere, & non possit ministrare ob Chiragram, nam tunc adest Minister. Contra Henaum *de Sacrificio Missæ disp.*14.*n.*25.

Qua-

Qualis debeat esse Minister?

1547 Minister Celebrantis sit masculus, nõ femina; vide Epistolã 26. tom. 6. Pompei Sarnelli, & Epist. 44. tom. 5.

DEbet esse masculus, non femina, nisi hæc à longè respondeat, ut patet in Monialibus. *cap. inhibendum* 1. *de cohabitatione mulierum*, ibi: *prohibendum quoque est, ut nulla femina ad Altare præsumat accedere, aut Presbytero ministrare, aut intra cancellos stare, sive sedere.* Aversa *qu.*11.*sect.*9. §.*si verò nullus*. Doctores octo apud Dianam *par.*2.*tract.*14.*res.*45. Leand. *tom.*2. *tract.*8. *disp.*7. *qu.*56. Henriquez *lib.*9. *cap.*30. §.1. Arriaga *tom.*7.*disp.*55.*n.*27.

Et in casibus dictis, in quibus licet celebrare sine Ministro, debet potiùs respondere sibi ipsi, quàm admittere feminam; magis namque prohibetur ministerium feminæ, quàm sibimet respondere. Arriaga *loc. cit.* rectè dicens, nec ablutionem ministrare posse. Henriqu. *loc. cit.* Aversa *loc. cit.* Tamburrin. *de Sacrificio Missæ lib.*1. *cap.*7. §.5. *num.*3. Trullenck *lib.*3. *cap.*8. *dub.*22. *num.*2. adesis Dianam *par.*2. *tract.* 14. *resol.*44. & *part.* 10. *tract.* 15. *resol.* 26. Contra Nugnum 3. *par. qu.*83. *art.*6. *dub.*1. ajentem à femina posse immediatè ministrari urceolus, ablotionem, &c. Contra Thomam Hurtadum *to.*1.*tract.*2.*cap.*2.*resol.*2. Sylvium 3.*par. qu.*83. *art.*5.*ad* 12. ajentes non esse lethale immediatè ministrare. Contra Vasq. 3.*par. disp.*83. *art.* 5. ajentem nec mediatè ministrare licere.

Difficultas est:

An Pater Sacerdos possit uti in Missæ ministerio filio illegitimo?

1548 Filio illegitimo Pater Celebrans non utatur in Missa.

NEga: licèt possit uti legitimo, & quovis laico; est enim indecens incontinentiæ exemplum, licèt nullo jure prohibitum, cùm à Trid. *sess.*25.*de reform.cap.*15. & *cap.cum decorem.de filiis Presbyterorum*, prohibeatur à legitimo ministrari more laicali, non quod potest æquè per laicum præstari; tunc enim legitimus potest paternæ inservire Missæ, excluso illegitimo, ad arcendam incontinentiæ memoriam.

Minister serviens Missæ.

1549 Minister perquirens necessaria, satisfacit præcepto audiendi Sacrum.

SAtisfacit præcepto recedens, etiam tempore consecrationis, perquirens necessaria ad Missam, etiam extra templum, vel pulsans campanis, adhuc enim tunc Missæ servit, & sic est præsens moraliter. Scortia *lib.* 2. *cap.*20. *num.* 3. citans septem Doctores. Dicastillus *tract.*5.*disp.*5.*dub.*3. *nu.*45. citans quinque Doctores. Henans *disp.*14. *num.*32. Lugo *disp.* 22. *sect.*1. *num.*6. Diana *par.*5. *tract.*13. *resol.*611. & *par.*10. *tract.* 14. *resol.*46. Aversa *de Sacrificio qu.*11.*sect.*19. *v.rursus.*

An tempore interdicti potens celebrare vi cap. alma; possit adhibere non privilegiatum, puta laicum loco Ministri?

1550 Valens celebrare tempore interdicti, potest uti Ministro non privilegiato.

AFfirma: nam non esset privilegium, sed onus, si deberet celebrare, & alium privilegiatum inquirere. Cùm ergo id privilegium sit ut liberè celebret, sicuti celebrabat ante interdictũ, potest ut ante solebat quolibet Ministro uti. Imò & idem dicas, si ad renovandum Sacramentum, Missa celebretur tempore cessationis à Divinis; valet enim tunc uti Ministro etiam laico. Henaus *disp.* 14. *num.*21. Sà *v.interdictum.* Bardus in *Bulla Cœnæ par.*2.*tr.*2. *cap.*3.*sect.*2.*num.*18. & sic etiam ex privilegio potens recitare Officium, potest recitare cum socio laico carente privilegio. Suarez *lib.* 8. *de legib.cap.*11.*num.*7.

Hinc disquiramus oportet:

An liceat Ministris, & aliis, etiam feminis tangere vasa, & vestes sacras?

ALiquæ res sacræ, & benedictæ immediatè tangunt Dominicum Corpus, aliquæ sunt ad Sacrificii, & Sacerdotis ornatum. 1551 Quando liceat, & à quibus tangere vasa sacra.

Quæ spectant ad ornatum, valent etiam à feminis tangi, ut Planeta, Amictus, Stola, Palla Calicis, &c. *can. vestimenta.* 42. *dist.*1. Layman *lib.*5. *tract.*5.*cap.*6. *num.*19. & Corporale lotum, ac Reliquiam Sancti. Azorius *tom.* 1. *lib.*9.*cap.*9.*qu.*5.

Quæ verò continent Christi Corpus, ut Calix, Corporale, dum illud continent, tantùm à Sacerdote, & ex ejus commissione à Diacono contingi, & asportari valent. Deficiente verò Dominico Corpore à Subdiacono. *can.non oportet Subdiaconus.*24. *dist.*26. *can. nullus Catholicorum.*1.*dist.*25.*can.non oportet in Sacratos.* 30. *can.liceat.*31.*dist.*23.

Clerici in minoribus, etiam primæ tonsuræ possunt illa contingere extra sacrum ministerium. Suar. *disp.*81. Dicastillus *tract.* 5. *disp.*4. *dub.*11. *num.*226. Petrus Ledesma *de Eucharistia cap.*22. Palaus *tom.*8. *disp.*1. *puncto* 6.*n.*24. Tamburr. *lib.*1.*de Missa cap.*2. §.1.*num.*9. sunt enim Deo dicati, quod requiritur in *can. sacratas.*25.*dist.*23. & probat usus.

Religiosis minoribus laicis concessum fuit privilegium tangendi reverenter Calicem à Callisto III. & Sixto IV. quod modo cessasse ait Henaus *disp.*25.*num.*32.

Nequit laicus etiam infirmus deosculari Eucharistiam. Pius V. Lugo *lib.* 1. *responsorum dub.*11. (38)

Quodnam sit peccatum, si femina tangat Corporalia non lota?

VEniale ob materiæ tenuitatem secluso scandalo, & contemtu, secundum Vasq. *disp.*233.*num.*37. Bonac.*qu.fin. puncto* 9.*nu.*20. imò nec veniale ait Bartholomæus ab Angelo *Dialogo* 5.§.321. Aversa *de Sacrific.Missæ qu.*11. *sect.*13. §.*ratione autem*; rectè dicens lethale adhibere vasa, & vestes sacras ad usus prophanos; puta bibere in Calice, nec potest Sacerdos paratus ire allò, nisi esset causa benedicendi. 1552 Femina tangens Corporalia nõ lota peccat venialiter.

An vestes, & vasa sacra converti valeant in usus prophanos?

DIstinguas: vel retinent formam, vel illam amiserunt. 1553 Quando vestes, & vasa sacra valeãt converti in usos prophanos.

Si retinent formam, nega; nam jam sunt adhuc sacra in usos prophanos non convertenda. *can.ligna. can.Altaris dist.*1.

Si verò forma fuerit amissa; tunc est amissa etiam

(38) Vide *Monit.*13.*lib.*1. *tit.*IV.

etiam consecratio, & benedictio; remanetque materia indifferens, imò prophana: & sic usibus prophanis inservire valet, ut lapides Ecclesiæ dirutæ, argentum Calicis, &c. Palaos *to. 2. tract. 8. disp. 1. puncto 6. num. 25.* Aversa *de Sacrificio Missæ qu. 11. sect. 13. §. 5.* Diana *part. 5. tract. 13. resol. 76.*

De Ceremoniis, & Ritibus hujus Sacrificii.

CAPUT XV.

1554 Ceremoniæ benedictæ.

Catholici sacrificantes utuntur sacris Ceremoniis, dictis à Cere oppido, ut ait Valerius Maximus *lib. 1. cap. 1. de Religionis observatione n. 8.* ibi: *Inde enim institutum est, sacras Ceremonias vocare, quia Ceretani eas, in fracto Reipublicæ statu, perinde ac florente, coluerunt.* (39)

1555 Juxta Ritum Romanæ Ecclesiæ Missa celebranda.

Missa celebranda, prout Ecclesia Romana præscribit, præmissis ex consilio, non ex præcepto orationibus appositis in Missali, dum se induit Sacerdos: & sic illas amittens graviter non peccat, quia non est præceptum, & etiamsi esset præceptum, quia materia est tenuis. Lugo *disp. 20. num. 106.* Fagundez *præcepto 1. lib. 3. cap. 21. num. 9.* Dicastillus *tract. 5. disp. 4. dub. 12. num. 241.* Arriaga *tom. 7. disp. 55. num. 22.* Contra Navarr. *cap. 25. num. 85.* Sylvestrum *qu. 83. art. 6.*

1556 Missa non recitanda lingua vulgari.

Nequit recitari vulgari lingua anathemate damnatis oppositum sentientibus à Trident. *sess. 21. can. 7. &* 9. D. Tho. *3. par. qu. 8. art. 5.*

An teneatur præmittere recitationem Matutini, & Laudum ad Missam sub mortali?

1557 Recitatio Matutini ante Missam non est sub lethali. Vide tamen Joan. Clericatum *decis. 50. de Sacrificio Missæ d num. 1. ad 28.* qui cum quadraginta DD. defendit sub mortali obligare.

Nega: quia de tali præcepto non constat, & licet constaret, contraria consuetudine fuit aboletum; nisi Missa sit solemnis, quæ semper supponit Matutinum, & Laudes in Choro compleata, docent Suarez *disp. 82. sect. 1.* Bonac. *qu. fin. puncto 9. num. 7.* Camerota *de Sacramento Eucharistiæ dub. 14.* decem, & septem Doctores dicentes tantùm esse veniale apud Aversam *de Sacrificio Missæ qu. 11. sect. 12. §. 8.* citantem contrà decem Doctores.

Non servans Rubricas Missalis.

1558 Rubricæ circa substantiã Sacrificii obligãt sub lethali, secùs si sint directivæ, & desit cõtẽtus.

Peccat mortaliter, si concernant substantialia Sacrificii, nam hujusmodi sunt præceptivæ Sacris Canonibus sancientibus, quales non sunt aliæ Rubricæ, quæ sunt directivæ. Sera *3. par. qu. 83. art. 5.* Amicus *tom. 7. disp. 33. sect. 12. num. 369.* Marchinus *de Sacramento Ordinis tract. 1. par. 3.* Si verò ex contemtu, vel cum scandalo etiam non præceptivæ, non serventur, lethale.

Sacerdos non recitans submissa voce Epistolam, vel Evangelium in Missa solemni, quando cantatur à Diacono, vel Subdiacono, non peccat; nam nullum extat hujusmodi præceptum; essetque parvitas materiæ ad summum. Arriaga *tom. 7. disp. 55. num. 22.*

Quodnam peccatum sit omittere aliquid illorum, quæ in Missa dicuntur?

1559 Omissio rei parvæ non essentialis, venialis est secluso scãdalo, & contemtu.

Omittere rem parvam non essentialem præciso scandalo, & contemtu numquam est lethale; nam culpa gravis supponit materiam gravem. Arriaga *loc. cit.*

Hinc omittere aliquam Crucem, genuflexionem in Canone, non est lethale; nam materia parva. Aversa *qu. 11. sect. 12. § quarto.*

1560 Omittere nomen Sancti in Canone, an lethale.

II. Omittere unum, aut alterum nomen Sancti in Canone, non est lethale, est enim materia levis. Arriaga *loc. cit.* Leand. *tom. 2. tract. 8. disp. 7. qu. 61.* Diana *par. 2. tract. 14. resol. 49.* Suar. *3. part. tom. 3. disp. 83. sect. 3.* Imò etiam omittere tria nomina, levem materiam ait Garzias *tract. 3. disp. 1. dub. 6. puncto 2. num. 20.* Diana *par. 10. tract. 16. resol. 36.* ex doctrina Soti *lib. 8. de justitia qu. 2. art. 1.* docentis veniale omittere Salutationem Angelicam recitandam ex voto. Aversa *loc. cit.* Contra Nugnum *art. 4. dub. 2. conclus. 2.* ajentem lethale omittere, vel unum Sanctum in Canone.

Ex his patet excessisse Bernal *de Sacramen. disp. 6. sect. 4. num. 93.* ajentem materiam parvam omittere in Canone octo, vel decem nomina Sanctorum; aperit enim viam ulteriorem.

1561 Quid omittere, quæ aliquando adduntur ad *Communicantes*, & *Hanc igitur*.

III. Est levis materia omissio illius, quod superaddi solet in *Communicantes*, & *Hanc igitur*.

(39) Antiquos Ritus, & Ceremonias hîc recolere, & cum præsentibus comparare, literalem, historicam, aut mysticam significationem, Vestesque sacras, earumque origines, mutationes, & præsentem in Sacrificio usum investigare, etsi ad gustum, & ad earum rectum usum percipiendum foret accommodatum, loci, ac temporis pressura non sinit. Ne tamen Tyronem vacuum dimittere videar, selectos Auctores indicabo, quos pro rei opportunitate consulere posset, nõ sine sui immani profectu. Non eandem tamen viam omnes inierunt, ideò delectus habendus est; nam aliqui hæreticos susceperunt impugnare, qui Ritus, & Ceremonias præsertim in Sacrificio adhibitas, ferè omnes respuunt, reliquas erroris ac superstitionis arguunt: Aliqui non aliam, quam mysticam significationem propugnant, & sæpè arbitrariam proferunt: Alii tantùm literalem, ac historicam, rejecta rationabili mystica explicatione, inquirunt; Alii demùm temperare nituntur, & historicam significationem acceptant, & mysticam æqua lance non respuunt. Hæreticos impugnant quotquot contra Novatores calamum acceperunt, & ex Trid. *sess. 22. cap. 5. & can. 7.* Ritus, Sacrasque Ceremonias in Sacrificio adhibitas à suspicione erroris, ac superstitionis immunes reddunt. Vide Bellarminum *lib. 2. de Missa cap. 14. & seqq.* & ex eo Honoratum Tournely *art. 13. de Sacrificio Missæ*. Plura mysteria in Celebratione Missæ exponunt tum antiqui ut Alcuinus, Rabanus, Amalarius, Rupertus, Innocentius Papa *de Mysteriis Missæ*, & alii relati per Bellarminum *loc. cit.*, tum moderni innumeri, qui Sacros Ritus Missæ exposuere, mysticum sæpe nomero sequuntur sensum. Literalem tantùm, ac Historicam significationem acceptant recentiores non pauci, ut Claudius de Vert Religiosus Ordinis Cluniacensis in opere gallico: Explication simple, litterale, & historique des Ceremonies de l'Eglise, Parisiis 4. tomis in 8., quem non rarò castigat Tournely *loc. cit. & quæst. ultima de Sacramentis in Genere.* M. Bocquillot in suo tractatu Historico super Liturgiam, aliique. Mysticam, & literalem, ac historicam simul componunt significationem earum præceteris Doctissimus Cardinalis Bona in suo *Rerum Liturgicarum* opere, & eruditissimus Joannes Mabillonius tum in *Commentario* in Ordine Romano, quàm in eruditissimo opere de *Liturgia Gallicana*. P. Martene, P. le Brun, & P. Pouget in *3. par. sui Catechismi.* Juvenin *de Sacrific. Missæ q. 8.* Calalius, Vicecomes egregiam navarunt operam hac de re tractantes. Mitto Collectiones veterũ Liturgiarum per Pamelium aliosque editas, & innumera Opuscula specialem Liturgiæ partem respicientes, de antiquis ac variis Liturgiis specimen dedit Jo: Clericatus *dec. 9. de Sacrificio Missæ* ex laudatis Auctoribus.

igitur in certis solemnitatibus, Doctores citati. Suar. *disp*.83.*sect*.3. Aversa *loc. cit*. septem Doctores apud Leandrum *loc.cit*. Diana *loc.cit*. Granadus *tract*. 14. *disp*. 14. *num*. 3. Filliucc. *tract*.5.*cap*.5. *num*.155. Arriaga *tom*.7.*disp*.55. *num*.22. excusans omittentem Evangelium, & Epistolam, quia est pars levis, & remotè spectat ad Sacrificium. Intelligit de Epistola, & Evangelio parvo, cujus oppositum docet Suarez *disp*.83.*sect*.3. Ideò videtur non idem dicendum, quando omitteretur Passio, quæ non est parva materia, nec levis.

1562 Et *Gloriam* & *Credo*. Omittere *Gloriam*, & *Credo* esse levem materiam docet Arriaga, & Leand. *loc.cit*. In Canone apponitur nomen proprii Antistitis, itaut sit grave apponere Prælatum Religionis loco Antistitis, ex declaratione Sacræ Congregationis apud Rodriq. *tom*.4.*Summæ cap*.51.*num*.13. quod veniale ait Bordonus *tom*.1.*ref*.25.*qu*.14.

Quis Canon Missæ.

§. I.

1563 Undè incipit Canon Missæ. Quidam ajunt incipi ab Offertorio. Quidam ajunt incipi à ly *Te igitur*.

Alii incipi à *Qui pridiè* cum Innocentio, Imola in *cap. nuper. de sentent. excommunicat*. Decio in *cap. cum & plantare*.*num*. 25. *de privilegiis*.

Multi ajunt esse formulam Consecrationis cum Abbate in *cap. cum Martha. in princip. de celebratione Missarum*. Decio *loc. cit. num*. 29. Et Innocentius etiam ait esse communionem Sacerdotis; Quo Canone non incepto desistendum, si superveniat vitandus, qui nolit recedere. *can.nihil*.7.*qu*.1.

Missa autem incepta nequit ex superventu alicujus Principis de novo reincipi. Tamburr. *lib*.2. *cap*.7. §. 8. *num*.2. Christum enim Sacerdos representat, & servire esset reincipere. Contra Dicastiilum *tom*.1.*de Sacram.tract*.5.*disp*.4 *dub*.13. *num*.253. id afferens usque ad oblationem exclusivè. Diana *par*.10.*tract*.12.*resol*.11.

An Celebrans debeat esse calceatus ex præcepto?

1564 Celebrans sit calceatus. NEgo: sed tantùm est ex decentia. *Rubrica Missalis de præparatione Sacerdotis num*.2. non enim adest præceptum etiam in dubio non imponendum. *cap.odia. de regul. jur. in* 6. Suar. *disp*.82. *sect*.3. Bonac. *disp*.4. *quæst. fin. puncto* 9. *num*.28. Gabr. à S. Vinc. *de Sacrific Missæ disp*.3. *q*.3. §. *an autem*. Aversa *qu*.11. *sect*.13.§.7. Arriaga *tom*.7.*disp*.55.*nu*.18. Leand. *loc.cit.qu*.48. asserens non esse veniale sine calceis ex necessitate celebrare; & Arriaga *loc.cit*. ait indecentiam usu superatam, cum multi non scandalizentur, si Religiosi nudis pedibus in Ecclesia incedant. Contra Sylvestrum v. *Missa*.1.*qu*.2.*dicto* 1. Vasq. *disput*.233. *cap*.4. *num*.34. Scotus in 4. *dist*. 23. *quæst*.1. Filliucc. *tract*.5.*cap*.5.*num*.151. ajentes lethale.

An Celebrans possit piliolo caput tegere?

NEmini licet capite tecto. *can. nullus Presbyter ad Missarum solemnia præsumat velato capite Altari Dei assistere. de consec.dist*.1. & dispensatio tantùm conceditur à Summo Pontifice. Declaratio Sacræ Congregationis in Missali reformato ab Urbano VIII. Arriaga *tom*.7.*disp*.55.*num*.18.*in fine*. illam intelligens, si desit causa rationabilis. Aversa *qu*.11.*sect*.13. *in fine*. Gavantus in *Rubrica Missali tom*.1.*par*. 2.*tit*.2.*litera F*. (40) 1565 Sacerdos absque pileolo celebrare debet.

An, & quod peccatum sit, celebrare capite cooperto?

UT video pauci rem introspiciunt, & unusquisque scribit juxtà mores propriæ Regionis. 1566 Quodnam peccatum sit cum eo celebrare.

I. Ob parvitatem materiæ esse veniale tecto capite piliolo celebrare ait Petrus Ledesma *de Euchar.cap*.21.*conclus*.7. Diana *par*.2. *tract*.14. *resol*. 58.

Hic loquitur etiam deficiente causa, fundatus in parvitate materiæ.

Nec esse veniale, si manifesta sit causa rationabilis, etiam sine dispensatione celebrare tecto capite, putat Henriq. *lib*.9. *cap*.16. *num*. 3. Angelus v. *Missa*.§.85. Sylvest. v. *Missa*. 1. §. 2. ubi Tabiena *num*.18. Navarrus *cons*.7.*lib*.3. *de celebratione Missarum*. Zerola 2.*par.praxis Episcopalis*, v. *Missa*, §.11. & tantùm requirunt dispensationem Episcopi in casu dubio. Zerola, Navarrus *loc. cit*. Sà v. *Missa num*. 17. Scortia *lib*.3.*cap*.4. Vasq. *disp*.233. *cap*.4.*num*.38. Hurtadus *disp*.4.*diffic*.11.*in fine*.

Hodie cessare omnem irreverentiam piliolo habere tectum caput; quia nec coram principibus piliolus tollitur, & quia est ad tutamen capitis, & dispensationem Pontificis exigit deficiente causa, ut Cardinales habent.

Sed fallitur primo, quia servi etiam hodie piliolum deponunt coram Domino, licèt non deponant coram aliis; ergo & coram Deo sacrificans immediatè deponere debet.

II. Quia piliolo uti est coram hominibus, non coram Deo, & dicitur soli Deo illo piliolo reverentia exhibenda detegendo caput.

III. Peccatum esse mortale, etiam cum necessitate sine dispensatione Pontificis tegere caput, ut ait probabiliùs Leand. *tom*.2.*tract*.8. *disp*.7. *qu*.49. *in fine*. Bordonus *tract*. 14. *disp*.12. *num*.8. citans tres Doctores. (41)

Ut meam mentem aperiam.

Distinguas ergo: vel Sacrificium omitteretur, si esset faciendum detecto capite, essetque in Regionibus, in quibus irreverentia est detecto

(40) Reverentia debita tremendo huic Sacrificio exigit, ut omni honoris signo, etiam externo, Christum Dominum veneremur; quapropter nil mirum si Ecclesia semper Sacrificium offerre præceperit aperto capite: quem morem undique petitis antiquorum monumentis probant Theophilus Raynaudus *de Pileo*, & eruditissimus Jo: Baptista Thiers in sua Historia, vulgò *des Peruques cap*.4. per totum: Et occasione controversiæ motæ Parisiis, in cujus Ecclesia mos est hiberno tempore capite cooperto, scilicet Amictu supra caput posito, nec declinato celebrare, Joannes du Tuor Doctor Sorbonicus Archidiaconus, & Canonicus Suessionensis peculiarem librum edidit, in quo ostendere nititur ex præcepto Pauli Apostoli 1. *ad Corinth*. 11. Viris licitum nusquam esse capite cooperto in Ecclesia orare, multoque minus Sacerdotibus Sacrificium offerre, Amictu in capite hærente.

(41) Decreto S.R.C. sub die 11. Februar. 1623. & 20. Novemb. 1628. prohibitum est celebrare cum annulo, vel operto capite, sub variis statutis pœnis, aliisque ad arbitrium Episcopi.

ﬅo capite loqui, vel non omitteretur, sed valeret ab alio æquè benè fieri.

1667 In Regno Sinarum celebratur detecto capite. Si sumus in Regionibus, ubi irreverentia est caput detegere, ut est in Regno Sinarum, aut in Regionibus, in quibus nequit celebrari ob Cœli intensissimam inclementiam humanatiùs detecto capite non ferendam, & sic Sacrificium esset omittendum. Tunc non est peccatum celebrare tecto capite. Imò si reverentiæ inibi esset celebrare detecto capite, esset peccatum irreverentiæ non celebrare tecto capite. (42)

1668 Vel ob Cœli inclementiã. Si verò Sacrificium omittendum esset ob tantem Cœli inclementiam. Tunc ne Regio illa Sacrificio privetur, & quia piliolus tunc non esset actus irreverentiæ, sed remedii, posset celebrari tecto capite; non enim tunc Deus, nec Ecclesia vult omitti tam necessarium Sacrificium, nec homines in illo celebrando infirmari. Cessat enim tunc præsumtio, de qua in *d. can. nullus*, & finis legis contrariæ, & quia lex non obligat cum gravi onere.

Si verò simus in illis locis, in quibus Sacrificium fieri per alios valet; tunc in puncto juris *d. can. nullus*, nec peccet ex rationabili causa piliolo celebrando utens; nam non dicitur præsumens, nec irreverenter agere, qui rationabili causa movetur; & sic intelligitur Henriqu. Arriaga, & alii. At secundum decretum non est ità celebrandum, quia cessat omnis necessitas, cùm æquè per alios Sacrificium haberi valeat.

Scio in Polonia Sacerdotes celebrare operto capite usque ad Offertorium, ut testatur Arriaga *loc. cit.*

Si ergo est particularis, non totius Regionis defectus salutis, melius est justus abstinere ad evitandam notam apud circumstantes, ignorantes defectum, nec dispensationi fidant, quæ non innotescit.

Quantum verò attinet ad dispensationem.

1669 Dispensatio tenet si tollat irreverentiam. Distinguas: vel dispensatio tollit irreverentiam, vel non tollit. Si tollit irreverentiam, concedi potest, & tenet. Si irreverentiam non tollit, concedi nequit, quia potestas est in ædificationem, nec datur potestas, quæ posset promovere Dei irreverentiam.

Cùm ergo dispensatur, tollitur lex humana, quæ prohibet, & remanet, quod durante irreverentia nequit dispensatus ea uti: Sicuti dispensatus ad legendos libros prohibitos; si periculo subversionis prematur, nec possit legere jure Divino obligante.

Sensus illorum verborum in Missa Defunctorum,
libera à pœnis Inferni, de ore Leonis, ne
absorbeat eas tartarus, ut mereantur
evadere judicium ultionis, ne
cadant in obscurum, *&c.*

1670 Explicantur verba Missæ Defunctorum. Est relativus per Prosopopejam ad tempus mortis, in quo animæ judicantur. II. Intelligitur, nè diù permaneant in Purgatorio; & sic evadant judicium ultionis in actu secundo, hoc est liberentur ab ultione judicii. Ly *ne cadant in obscurum, nè absorbeat eas tartarus*: Intelligitur nè diuturnius sint in Purgatorio pœnis absortæ animæ, ut judicant sequentia: *Sed signifer Sanctus Michael, &c.*

Tandem in Canone nullum esse errorem, est certum. Trident. *sess.* 22. *can.* 6. ibi: *si quis dixerit Canonem Missæ errorem continere, ideòque abrogandum; Anathema sit.*

Occurrendum defectibus Missæ.

§. III.

Accuratissimè Sacerdos cavere debet, nè defectus committantur in Missa, & ut cummissi reparentur. 1671 Defectus vitandi in celebratione.

Semper ac defectus est essentialis, est necessariò reparandus, nè Sacrificium essentialiter imperfectum remaneat. D.Tho. *art.* 6.

Et in dubio an talis sit defectus, est sub conditione reparandus, pota si dubitet an sit verum vinum, an amiserit aliquid formæ essentiale. D.Tho: in 4. *dist.* 8. *qu.* 2. *art.* 4. ubi Sotus *quæst.* 2. dicentes tunc posse Sacerdotem etiam apponere novam materiam, & hanc purè, antiquam sub conditione, si non est consecrata, consecrare; licèt quoad prolationem verborum possit deponere dubium putans protulisse, sed oblitum dubitare, an aliqua pronunciaverit verba. Aversa *qu.* 11 *sect.* 16. §. 2. (43) 1672 In dubio an adsit defectus, sub cõditione reparandũ est.

Si post Consecrationem deprehendet venenum immissum in Calice, non potest illud sumere ex præcepto Divino, *non occides*, sed debet aliud vinum apponere, & sumere, resumendo à consecratione Calicis, nec etiam hostiam apponere tenetur, cùm moraliter continuetur Sacrificium cum priori hostia. Si Sacerdos post sumtionem corporis dignoscat vinum non fuisse positum in Calice, debet etiam hostiam apponere, & iterum simul consecrare cum sanguine, secundum D. Tho. dicentem non servari debitum ordinem ex Concilio Toletano *can.* 1. si verba sola Calicis pronuncientur: Nec obstat non esse Sacerdotem jejunum, sumta jam aqua; quia perfectio Sacrificii Juris Divini præponderat jejunio juris humani. 1673 Deprehenso veneno in Calice novũ vinum imponendo.

Aliqui autem dicunt tunc etiam licere consecrare; & sumere solum vinum; quia est una actio moralis cum priori consecratione, sicuti posset fragmenta inventa soper Patenam etiam in Sacristia; Idque maximè ad evitandum scandalum, si publicè fieri deberet. Scotus in 4. *dist.* 8. *quæst.* 2. §. *respondeo.* Naverrus *cap.* 25. *num.* 91. Angelus v. *Missa num.* 17. Henriq. *lib.* 9. *cap.* 37. *num.* 14. Diana *par.* 2. *tract.* 14. *resol.* 10. Suar. *disp.* 85. *sect.* 1. Sotus in 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 6. Sufficit ergo supplere, quod deest, argumento *c. Pastoralis de Sacramentis non iterandis.* Nec sunt repetenda alia jam dicta, & facta in Canone; nam non sunt essentialia Sacrificio; Ordo porrò ut Sanguis consecretur post Corpus, cùm nec sit essentialis Sacrificio, non obest. Aversa *qu.* 11 *sect.* 16. Essentialia ergo reparanda aliis, ut dicta sunt, remanentibus. Sic enim turbatio, & scandalum evitatur.

Defectus verò circa non essentialia supplendi non sunt, & omissa non repetenda; nam esset maior ordinis inversio, si symbolum oblivione omissum esset repetendum alio loco. Sic etiam debet prosequi si post consecrationem recordetur 1674 Quæ non sunt essẽtialia, si omittantur, non supplentur.

(42) Sacerdotibus celebrantibus in Regno Sinarum permissum est à Paulo V. in celebratione Sacrificii uti Bireto, sed diverso à communi, ut refert laudatus Thiers *loc. cit.* §. 9. cùm ibi inurbanitas sit caput detegere.

(43) Tutius est repetere verba sub conditione.

tur aquam non immixtam fuisse vino, vel hostiam esse fermentatam (44): vel si post consecrationem hostia labatur in Calicem, & tota madescat, potest illam relinquere in Calice, & prosequi, & utrumque simul sumere, dicens, *Corpus, & Sanguis*, &c. At si potest partem non madefactam extrahere, extrahat, & prosequatur solitas ceremonias.

1575 Sacrificans deficiēs, aut impeditus ab alio suppleri debet, si sciat unde defierit, secùs ab initio inchoanda Missa.

Celebrans si moriatur, aut aliter impediatur, alius Sacerdos debet supplere inchoatum Sacrificium, & si ignoretur undè debeat incipere, incipit ab initio sub conditione formam in materia dubia, D.Tho. in 4.*dist*.8. *quæst*.2. *art*. 4. *quodlibeto* 2. *can.nihil* 7.*qu*.1. Sed si impeditus Sacerdos consumsit Corpus, non verò Sanguinem, tunc qui dicunt utramque speciem esse essentialem Sacrificio, vel integralem de Jure Divino, tenent supplendum quod Sacrificii superest ab alio Sacerdote. Aversa *qu*. 11. *sect*. 16. §. *quare*. Licèt Bonacina *quæst*. *fin*. *puncto* 10. *num*.21.

(44) Optimè Auctor superiùs *num*.718. docuit tam in Azymo, quàm Fermentato validam esse Consecrationem Corporis Christi, ut definivit Concilium Florentinum in *Decreto Unionis Græcorum* „ §. Item „ in Azymo, sivè Fermentato pane triticeo, Corpus „ Christi veraciter confici: Sacerdotesque, in altero „ ipsum Domini Corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suæ Ecclesiæ, sive Occidentalis, sivè Orientalis Consuetudinem „. Illicitè tamen, ac lethaliter peccaret Sacerdos Latinus utens pane fermentato, & Græcus Azymo, ut patet ex *cap.literas.de celebr. Missarum*, ubi privatur Sacerdos Latinus officio, & beneficio, quia in fermentato celebraverat, & ex Constit.12. S.Pii V. incipit: *Providentia Romani Pontificis*. Adeoque si Latinus Sacerdos adverteret hostiam consecrandam esse fermentatam, illam omittere debet sub gravi, & azymum panem accipere: Si verò post Consecrationem advertat, ut notat hic Auctor, hostiam esse fermentatam, quia valida ex dictis existit Consecratio, non tenetur fermentatam hostiam rejicere, & denuò panem azymum consecrare. Hæc tamen utriusque Ecclesiæ Disciplina nè scrupulum aliquem nostro Tyroni creet, omissam suo loco adnotationem propter impressoris importunitatem, operæ pretium duxi hic ex parte in medium adducere, ut addiscas quare Ecclesia Latina, & Græca, salva fide, suam servet nunc consuetudinem, prima in Azymo, secunda in Fermentato consecrandi Eucharistiam. Et primo prænittendum puto, hac de controversia primis Ecclesiæ seculis nullam fuisse motam litem: Græci duce Michaele Cærulario Patriarcha Constantinopolitano, & cum eo Nicetas Abbas Pectoratus XI. seculo anno 1053. ducentis ferè annis ab ortu schismatis per Photium inducti, vitio verterunt Latinis, quòd in pane azymo consecrarent; contendentes azymum non esse panem, & Consecrationem ex eo factam invalidam, ac irritam esse, quam ob causam Latinos ad probrum *Azymitas* vocabant. Fundamentum erroris erat, quia falsò opinabantur Christum Dominum consecrasse suum Corpus in pane fermentato, utpote quia id egerit non decimaquarta Luna in Vespere, quando comedebatur Agnus Paschalis cum Azymis, sed Luna decimatertia; itaut non fuerit passus Luna decimaquinta, quæ erat prima dies Azymorum, sed die præcedenti: ut testantur S. Leo IX. *Epist*. 6. Innocentius III. *lib*. 4. *de Myst*. *Missæ* S. Thomas in 4.*dist*.11. *quæst*.2. *art*.3. De quo fundamento vide supra *num*. 715. & *Adnotat*. ubi de Institutione Eucharistiæ actum est. Ut autem Latini Scriptores usum azymorum probent, non eandem viam ingressi sunt. Igitur rejectis antiquorum Scriptorum opinionibus, quæ nunc Patronis destitutæ videntur, præsens facti controversia de antiquitate usus Azymi apud Latinos, & Fermentati apud Græcos, inter Eruditos in tres divisa est sententias. Prima est eruditissimi Jacobi Sirmondi in *Disquisitione de Azymo* inserta *tom*.4. ejus Operum postremæ editionis Regiæ, ubi totis nervis contendit usum fermentati in Ecclesia Latina octingentis, & amplius annis viguisse, Azymo vero uti ceptum esse medio illo intervallo, quod à schismate Photii, usque ad turbas Michaelis Cærularii effluxit, idest ab anno 886. ad 1053. Altera est Patris Joannis Mabillonii inter Eruditos facilè princeps; tum in *Dissert. de Pane Eucharistico azymo, & fermentato*, tum in *Præfatione* ad seculum III. Benedictinum, ubi Sirmondi rationes solvere nititur, tum variis in Epistolis, & Opusculis, quæ habentur *volum*.1. Operum posthumorum Mabillonii, & Ruinart *lib*.2. Sequitur Christianus Lupus in eruendis Ecclesiasticis observationibus laboriosissimus *tomo* 3. Lovaniensis editionis, Venetæ *tomo* 4. in *Dissert. de Actis* S.Leonis IX. *cap*.5. *& seqq*. Cardinalis Bellarminus *lib*.4. *de Eucharistia à cap*.4. *ad* 12. P.Macedo in *Disquisitione de Azymo*. Ciampinus *tract. de Azymo*, aliique communiter contendunt usum Azymi in Ecclesia Latina perpetuum fuisse à temporibus Apostolicis, & numquam receptum fermentum. Quam sententiam propugnarunt S.Leo Papa IX. Cardinalis Humbertus Legatus Pontificis ad Græcos in Opusculo adversus Græcos, quod extat in *Bibliotheca Patrum tom.XI*., & apud Baronium *tom. XI*. Innocentius III. aliique. Demùm mediam viam ingressi sunt Cardinalis Bona anno 1672. *lib*.1. *Rerum Liturgicarum cap*. 23. ubi asserit fermenti usum apud Græcos semper viguisse, & numquam fuisse immutatum: apud Latinos verò promiscuum extitisse usum fermenti, vel azymi, prout loci, ac temporis opportunitas exquirebat, & usum azymi ubique non fuisse receptum ante initium decimi seculi: ubi adverte Bonam à Sirmondo tantùm discrepare, quia ille admittit etiam usum azymi, quem Sirmondus explodit. Huic sententiæ plures adhærent, quia facilior est in solvendis Sirmondi, & Mabillonii oppositarum sententiarum argumentis; & ipse Mabillonius non dubitavit tandem suam sententiam Cardinali Bonæ subjicere, ut patet ex Epistola ipsius ad Cardinalem Bonam *vol*.1. *lib*. 2. ejus Operum posthumorum. Eandem sequitur M.Bocquillot in *Tract. Hist. super Liturgiam lib*.1. *cap*.12. Gaspar Juvenin in *Dogm. Histor. de Sacram. Dissert*.4. *qu*.3. *de Materia Eucharistiæ art*.4. §.5. ubi per sex secula tantùm admittit in Ecclesia Latina promiscuum usum azymi, vel fermentati: & *Concl*.2. docet circa seculum septimum solum panem azymū in quibusdam Ecclesiis adhiberi ceptum esse; tandem *Concl*.3. asserit ante Photii tempora fermentatum panem ab omnibus Ecclesiis Occidentalibus fuisse exclusum. In hoc opinionum conflictu tantorum Virorum, ut vides optime Tyro, refugit animus unam, aut alteram sententiam certò propugnare, tum propter allatorum Theologorum auctoritates, tum propter antiqua documenta in medium adducta, quæ aliqua ex parte graves patiuntur difficultates, & non semper certam, ac demonstrabilem faciunt conclusionem, ut conferentibus patet. Mihi tamen videtur propiùs veritati adhærere assertio Honorati Tournely Professoris Sorbonici Viri in re Theologica, ac Ecclesiastica eruditione doctissimi *de Sacramento Eucharistiæ quæst*.4. *art*.5. ubi propositis aliorum Theologorum assertionibus, per tres Conclusiones rem totam facilè videtur componere, & cujusque opinionis robur suum, aut defectum aperit; in quarum prima docet, probabiliter tantùm, non tamen certò posse demonstrari Græcos interdùm usos fuisse azymo pane in consecranda Eucharistia primis seculis: In altera, probabile esse antiquum fuisse, & à primis temporibus usum fermentati apud Græcos: nullum tamen extare ante finem sexti seculi invictum, ac evidens ea de re testimonium. Tandem concludit probabile esse Latinam Ecclesiam primis seculis azymo, & fermentato pane promiscuè, & indiscriminatim usam fuisse: neque certò posse demonstrari, in ea, excluso fermento, azymum ante nonum seculum ubique, & communi lege fuisse receptum. Igitur hos consule, ut eorum perpendas rationum pondera, & addiscas quare salva fide Latina Ecclesia suo utatur azymo, & Græca fermentato pane? Et nè admireris si ego humilitatis meæ memor proprium non proferam judicium, & relator tantùm, de meo nil reponam; cùm sit nunc crambem recoquere, ut dicunt, post tot doctissimos conatus summorum Theologorum: inter quos te non pigeat consulere P. Honoratum à S. Maria in Sacra Critice æquissimus, ac doctissimus Censor, qui totam controversiam tam doctè, tam dilucidè, ac solidè discutit, quàm nemo; ita ut rem acu tetigisse videatur in suo doctissimo, ac celeberrimo Opere Gallico, cui titulus: *Reflexions sur les regles, & sur l'usage de la Critique vol*. 2. *dissert*.4. *&* 5.

*num.*21. velit tunc alium Sacerdotem integram Missam posse celebrare, & simul cum à se consecrato sumere Sanguinem à priore consecratum.

1576 Completa actione nihil supplendum.

Si defectus essentiales, vel non essentiales memoriæ occurrant completa actione, tunc nihil est supplendum; nam non continuaretur moralis una actio, sed esset nova: & idem est si post longum tempus recordetur, & Sacerdos similiter prosequi potest, si desit materia, undè supplere valeat defectum. Coninck *art.*6.*num.*280. Bonacina *quæst. ultima puncto* 10. *num.* 3. post Adrianum, idem asserens contra Vasq. *disp.*223. *num.* 19. si adsit scandali probabilis timor in quærende nove materia.

1577 Imperfectū Sacrificium non supplēdum à laico

Si Sacerdos supplens inveniri nequeat, quando requiritur, non licet laico Sanguinem, & Hostiam sumere, quia hic nequit perficere Sacrificium: licèt non desint ejentes tunc licere laico sumere species consecratas non ad perficiendum Sacrificium, sed ob reverentiam Sacramenti, nè species putrescent.

1578 In supplēte nō obstat nō esse jejunū.

Sacerdos non jejunus deficiente jejuno potest perficere Sacrificium, cujus integritas est Juris Divini, prævalentis juri humano jejunandi.

Sed si Sacerdos altero die inveniatur?

1579 Potest suppleri etiam sequenti die.

ADhuc posse Sacrificium perficere die superiori inceptum, putat Sà v. *Missa*. Henriq. *lib.*9. *cap.* 40. *num.* 1. Fagundez *de præceptis Ecclesiæ præcepto* 1. *lib.*3. *cap.*13. *num.* 4. Tamburrin. *de Sacrificio Missæ lib.*2. *cap.*8. §.1. *num.*6.

Sed si id esset verum, deberet ipsemet Sacerdos etiam Missæ properante ad finem, vel absoluta, supplere defectus essentiales; Nec verum est in Parasceva continuari Sacrificium præteritum, ut aliàs dicebamus.

Non ergo est supplendus defectus, nisi durante eadem actione morali, esset enim nova, non prior Missa. Aversa *qu.* 11. *sect.* 16. Tanderus *tom.*4. *disp.*5. *qu.*10. *dub.*7. *num.*110.

1580 Ante consecrationem reminiscens Sacerdos se non esse jejunum, vel censuratum, deserat Missam præciso scandalo.

Si Sacerdos ante consecrationem reminiscatur se bibisse, vel censura innodatum, debet deserere Missam præciso scandalo, secundū D. Tho. 3. *par. qu.* 83. *art.*6. *ad* 2. licèt oppositum velit Sotus *loc. cit.* cum Victorie in *Summa num.*78. docens posse prosequi, etiamsi sit in Introitu Missæ.

De Auditione Sacri.

CAPUT XVI.

1581 Fideles omnes diebus festis debent interesse Sacro, nō verò Missæ siccæ.

CHristiani tenentur in festis præceptis interesse Sacrificio, non verò Missæ siccæ, deficiente ibi Sacrificio, ut assolet in navigationibus, etiam si commodè ei interesse possint. *c. qui die*. 64. *c. Missas*. 62. ibi: *Missas die Dominico secularibus tota audire speciali ordine præcipimus: ità ut ante benedictionem Sacerdotis, egredi populus non præsumat, quod si fecerint, ab Episcopo publicè confundantur. c. omnes fideles*, 60. *de consecratione dist.*1. Arriaga *tom.*7. *disp.*47. *nu.*e. Suarez 3. *par. disp.*88. *sect.*6. Aversa *de Sacrificio Missæ qu.*11. *sect.*19. §. *omnes fideles*. Gobat *tract.* 5. *num.* 21. Dicastillus *disp.* 5. *num.* 18.

Quid sit Missam audire?

§. I.

1582 Missam audire est esse præsens devotè moraliter humano modo.

DE quo in dicto *can. Missas. de consecratione dist.* 1.

Est esse præsentem devotè moraliter humano modo, ut possit dici unus ex circumstantibus. D. Antoninus 3. *par. tract.* 3. *cap.* 10. §. 2. Sylvest. v. *Missa*.2. *qu.*6. Bassæus *tom.*1. v. *Missa*.8. *num.*1. Et sic cœcus, surdusque tenetur interesse Sacro, quia potest exhibere moralem corporalem devotam præsentiam. Diana *par.*5. *tract.*4. *resol.*8. Filliucc. *tract.*5. *n.*209. licèt Gobat *tract.*5. *n.*30. velit cœcum, surdum, mutum à nativitate excusari, quia nequit instrui de obligatione, & Sacrificio; & etiam excusat, qui postquam eis quoties audivit Sacrum contrexit eam calamitatem, quia nequit habere requisitam intentionem audiendi Sacrum, nam de Sacro, quod dicitur, nequit moneri.

1583 Cœci, & surdi etiam hoc præcepto ligantur.

Cui Præcepto satisfaciunt.

1584 Sacerdotes huic præcepto satisfaciunt celebrando.

SAcerdotes celebrantes perfectiùs. Arriag. *lit.* itàut non teneantur Missæ interesse, qui celebrarunt, & tenentur hoc præcepto, ità ut si nequeant ab alio audire, teneantur celebrare. Bassæus *tom.* 2. v. *Miss.* 3. *num.* 2. Gobat *tract.* 5. *num.* 41. ut etiam tenetur celebrare carens à quo Eucharistiam recipiat in Paschate, nisi innodatus letheli carens Confessario; nam Juris Divini confessio præponanda prævalet juri humano communicandi, & audiendi Sacrum. Dicastill. *tract.* 4. *de Eucharistia disput.* 9. *dub.* 6. *num.*79.

1585 Sacerdos nō tenetur tres Missas celebrare in die Nativitatis.

Non tamen tenentur, licèt possint tres celebrare in Die Nativitatis, possuntque pro libito ex tribus celebrando eligere unam. Leand. *tom.*2. *tract.*8. *disp.*5. *quæst.*29. & *quæst.*33. etiam si sit Parochus. Fagundez *præcepto* 1. *lib.*3. *cap.*2. non enim tenentur nisi cavare ovibus, ut Sacro assistant pro satisfaciendo præcepto Ecclesiæ, cui unica Missa satisfaciunt. Diana *part.*4. *tract.*4. *resol.*255. & *part.*10. *tract.*12. *resol.*39. Ut ergo non tenentur oves in die Dominicæ Nativitatis omnes tres audire. Doctores apud Leandrum *loc. cit. quæst.*30. Gobat *tract.*5. *num.* 56. ità nec Parochus tenetur tres Missas celebrare. (45)

1586 Ubique Missa potest audiri, aut quocumque Ritu.

Præcepto satisfit interessendo Missæ ubicumque dicatur (46) & quæcumque, aut quocumque Ritu Latino, Græco, Ambrosiano, sivè de Requie, dicatur in Parochia, vel extra Parochiam; nam aliud, & qualitatis Sacri non adest præceptum. Sotus 4. *dist.*13. *qu.*2. *art.*1. Suarez *disp.*88. *sect.*e. Bonac. *quæst. fin. puncto* 4. *num.*12. Gobat *tract.*5. *num.*160. & 161. dans Azorium *par.*1. *lib.*7. *cap.*3. *quæst.*5. Aversa *quæst.*11. *sect.*19. §.5. itàut non sit necessum, nisi ex decentia illam audire in Parochia. Lugo *disp.*22. *sect.*4. *num.* 2. Busembaus 3. *Medullæ tract.*3. *cap.*1. *dub.*4. dicens nec Episcopum posse censuris cogere, ut unusquisque audiet Missam in sua Parochia. Contra quem rectè discurrit Marchantius in *Candelabro mystico tract.*4. *cap.*7. Enim verò Pastoris est oves cognoscere, & dies festos, ac jejunii promulgare. Et modo Parochiæ sunt desar-

1587 Missa en in Parochia audienda.

tæ,

(45) Vide supra *num.*1322.

(46) At non satisfacit, si intersit in Oratoriis privatis, modo non sit de comprehensis in Brevi.

tæ, & tamen Tridentinum instat, ut oves in diebus, saltem festivis, Parochias frequentent *sess.24. cap.4. & sess.22. in Decreto de Observandis.* (47)

Satisfacit etiam quandocumque audiens intra diem festivum, ut satisfacit audiens Missam, quæ celebratur in nocte Nativitatis. Gobat *tract.5. num.* 56.

1588 Missa à quocumque Sacerdote potest audiri, nisi sit degradatus.

Et Missæ interesse potest fidelis; & in die festivo debet à quocumque Sacerdote non denunciato, licèt publico peccatore, concubinariove celebretur, modò talis non inducatur; ex Extravaganti Martini V. *Ad evitandum*, absoletis sancitis oppositis in *can. nullus, in can. præter, dist.* 32. ubi concubinarii Missæ non erat interessendum. Suarez *tom.5. de censuris disp.* 31. *sect.* 9. Sotus 4. *dist.*22. *qu.* 1. *art.* 4. Durandus in *cap. omnis disp.5. sect.5. num.*6. Et licet interesse Missæ etiam personaliter interdicti, non excommunicati; nam ei non est excommunicatio inhibita. Fagundez *præcepto* 1. *Ecclesiæ lib.*2. *cap.*5. *n.*4. Filliucc. *tract.*18. *cap.*3. *num.*77. Diana *part.*5. *tract.*10. *resol.*63. Marcerus *de interdicto* 3. *parte qu.*24. contra Azorium *tom.*1. *lib.*7. *cap.*7. *n.*15.

Sub quâ culpa quis teneatur interesse Missæ diebus festivis?

§. II.

1589 Hoc præceptũ obligat sub lethali.

SUb veniali præciso scandalo, & contemptu ait Angelus v. *Feria num.* 42. Riccardus *quodlibeto* 1. *qu.*19. Turrecremata in *can. Missas de consecratione dist.* 1. ajunt peccare mortaliter omittentes ex contemptu, vel frequenter.

Sed nos dicimus teneri sub mortali, quia videtur expressum in dicto *can. Missas*, ibi *speciali ordine præcipimus*, usu ità interpretante. *l. de quibus, D. de legibus. cap. conquestus. de feriis.* Suar. *tom.*3. *in* 3. *par. disp.*88. *sect.*2. Arriaga *loc. cit. num.*9. Aversa *loc. cit.* Azorius *tom.*1. *lib.*7. *cap.* 1. *quæst.* 2. Gobat *tract.* 5. *num.* 50. ajens *num.*54. contra Coninck *tom.* 2. *par.* 3. *disp.* 7. *num.* 47. unum esse peccatum, licèt in eodem die plura præcepta coincidant, ut si dies festivus incidat in die Dominico, ut unum est peccatum furti, licèt quis furando plures leges transgrediatur naturalem, Gentium, Canonicam, Civilem: nam tendunt ad eundem finem.

An impotens assistere majori, teneatur adesse minori, cui potest assistere?

1590 Impotens assistere majori parti Missæ, non tenetur minori assistere

NEga; nam major pars trahit ad se minorem. Major autem pars hìc censetur illa, in qua consistit essentia Sacrificii; nam illa est præcepta per se primo; indè adventans ante consecrationem tenetur illi assistere usque ad finem; quia adest Sacrificium. Suar. *disp.* 88. *sect.*2. Bonac. *de legibus disp.*2. *quæst.*8. *puncto* 1. *num.*8. Sanch. 1. *Decalogi lib.*1. *cap.* 19. *num.* 6. Diana *part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 69. Gobat *tract.* 5. *num.*139. Lugo *disp.*21. *num.* 6. Aversa *qu.* 11. *sect.*19. §. *si quis.* Contra Sancium *Selectarum* 15. *num.* 5. ajentem non teneri perseverare, si ad-

1591 Si non sit peracta essentia Sacrificii, illi tenetur assistere.

veniat dum Præfatio dicitur, & non adsit alia Missa. Molphesium *tract.* 3. *Summæ cap.* 17. *num.*47. ajentem individuam Missæ præceptæ auditionem, & sic non teneri perseverare.

Et ità in nostra sententia, adveniens post consecrationem non tenetur assistere reliquo, quia jam Sacrificium fuit perfectum, ut nec in die Parasceve, licèt coincidat festum Annunciationis, quia deest Sacrificium. Lugo *disp.*20. *nu.*14. Diana *par.*2. *tract.* 14. *resol.* 64. Gobat *tract.* 5. *num.*140. Naldus v. *Missa num.*20. Sancius *Selectarum* 32. *num.* 13. Contra Vasqu. *disp.* 232. *num.*18. Molphesium *tract.*3. *cap.* 17. *num.*41. ajentes in die Parasceve illi actioni esse loco Missæ assistendum; Cui satisfit, quia præceptum est assistendi Missæ, non alteri actioni loco Missæ.

Qui verò docent, ut Gabriel à S. Vinc., Sacrificium consistere in sumtione, tenentur asserere adventantẽ post consecrationem debere permanere, quia jam adest maxima, & principalior pars, scilicet Sacrificium. (48)

Parvitas Materiæ.

§. III.

1592 Parvitas materiæ desumitur à cõmunione ad finem.

I. SEcundum aliquos est omittere totum id, quod superest à communione Sacerdotis exclusivè usque ad finem Missæ. Henriq. *lib.*9. *de Sacrificio Missæ cap.* 25. *num.*27. Suar. *disp.* 88. *sect.*2. Reginaldus *lib.*19. *num.*24. Sotus in 4. *dist.* 13. *qu.*2. *art.*1.

1593 Alii asserũt ab initio usque ad Epistolam.

II. Alii volunt esse parvitatem materiæ, si quis omittat à principio Missæ, usque ad Epistolam inclusivè. Sotus in 4. *dist.*13. *qu.*2. *art.*1. Suar. *disp.*88. *num.*2. Leander *tom.*3. *tract.*2. *disp.* 1. *qu.*33. citans supra quindecim Doctores. Dicastillus *de Sacramentis tract.* 5. *disp.*5. *dub.* 3. *num.* 35.

1594 Alii ab initio usque ad Evãgelium inclusivè.

III. Alii volunt esse materiam levem à principio, usque ad Evangelium inclusivè, si reliquo assistat usque ad finem. Hurtadus *de Sacrificio Missæ disp.*5. *difficultate* 1. Lugo *disp.*22. *sect.*1. *num.*2. Gobat *tract.*4. *num.*135. Henriq. *lib.* 9. *cap.*26. *num.*7. Bussembaus 3. *Medullæ tract.* 3. *cap.*1. *dub.*3. §. *sexto peccat.* Bonacina *quæst. ultima puncto* 11. *cap.* 17. citans Azorium, Nuguum *qu.*83. *num.*3. Navarr. *de Oratione notabili.* 10. *num.* 45. & in *Manuali cap.* 21. *num.* 2. Jodocus *tom.*1. *Thesauri v. Missæ auditio nu.*49. Bassæus v. *Missa* 8. *n.*5. Grassios *lib.* 2. *cap.* 34. *num.*3. *in fine*, Suar. *disp.* 88. *sect.* 2. Trullench 3. *Decalogi cap.*1. *dub.*5. *num.*11. Rodriqu. in *Summa cap.*223. *num.* 1. Fagundez *præcepto* 1. *Ecclesiæ lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 7. Sà v. *Missæ auditio num.*2. Faustus *lib.*2. *de Eucharistia quæst.* 386. Martinon *de Sacramentis disp.*40. *sect.*9. Gesualdus *de Sacramentis tract.*17. *cap.*7. *num.*15. Pallans *tom.*4. *tract.*22. *disp. unic. puncto* 16. Gavantus *par.*1. *rubrica tit.*13. Diana *par.*5. *tract.*14. *resol.*70. Aversa *loc. cit. ver.* 6. *constat*, *& alii* Gabr. à S. Vinc. *de Sacrificio Missæ disp.*3. *qu.*8. §. *sed petes*, dicens nec peccare mortaliter omittens

(47) Tuentur plures Theologi etiam nunc fideles adstringi Missæ interesse diebus festis in propria Parochia, & in hoc non esse immutatum antiquæ disciplinæ rigorem, ut fideles alibi, quàm in propria Parochia debeant Missam audire: quodque probant pluribus propositis argumentis, quæ præceteris proponunt Gaspar Jevenin in *Dogm. Histor. de Sacram. dissert.* 5. *quæst.*7. *cap.*2. *art.*2. Van-Espen *Juris Eccles. Univers. par.*2. *tit.*5. *cap.*2. Habert de *Euch. p.*3. *c.*12. aliique, quos evolve, ut tibi veritas innotescat.

(48) Docendum potiùs teneri ad id, ad quod potest, quia obligatur ad assistendum Missæ, cujus nomine venit totum id, quod peragitur in Sacrificio Missæ, aliter obligaretur ad solam Sacrificii assistentiam, quod non est verum.

tens intereſſe ſoli conſecrationi, licèt ſit pars principaliſſima; putat enim conſecrationem non eſſe Sacrificium, ſed adductionem victimæ.

1595 Alii tertiam partem Miſſæ.

IV. Ajunt parvam materiam eſſe omittere tertiam partem Miſſæ. Bauni *tract.6.de Sacrificio Miſſæ qu.* 8. ubi vult eſſe parvam materiam omittere, quod ſequitur poſt communionem, & ab introitu, uſque ad Offertorium. Quod diſplicet multis, quis aliàs eſſet parva materia omittere tertiam partem Officii Canonici, quod dici nequit. Sylveſt. v. *Miſſa*.2. *num.* 1. Baſſæus v. *Miſſa*.8.*num*.3.

V. Quibuſdam placuit eſſe parvam materiam omittere quartam partem Miſſæ. Geſnaldus *de Sacramentis tract.*17.*cap*.2.*num*.13 quod etiam rejicitur paritate officii Canonici, cujus eſt gravis materia quarta pars.

1596 Alii quartã.

VI. Placuit Bauni *tract*.6. *de Sacrificio Miſſæ q*.4. Llamæ 2.*par.methodi c*.5.§.8. *diſp*.8.parvam materiam eſſe omittere Introitum, & Epiſtolam, & quæ ſequuntur poſt conſummatum Sacrificium; quam nimiam eſſe licentiam cum ſcrupulo lethali ait Suarez *diſp*.88.*ſect*.2.v.*ſecundò ſequitur*.

1597 Alii Introitum, Epiſtolem, & quæ ſequuntur poſt peractũ Sacrificium.

Si verò omitteret uſque ad Epiſtolam excluſivè, materia eſſet levis. Suar.*loc.cit.* Fagundez *lib*.2. *cap*.6. *num.* 4. Contra Leandrum *loc. cit. qu*. 41. Enim verò nullatenus gravitas materiæ arguitur, & ultimum Evangelium, vel non debet audiri vi præcepti, ut vult Trullench *lib*.3. *Decalogi cap*.1.*dub*.5.Ledeſma 1 *par.Summa cap*. 27. *concluſ*. 3. Vel ſi debet audiri, ut ajunt aliqui cum Dicaſtillo *de Sacram. tract*. 5. *diſp*.5. *dub*. 2. *num*. 18. gravem materiam conſtat.

Non tamen tenetur privatè Evangelium legere; nam privata lectio Evangelii non eſt pars Miſſæ. Suarez, & alii apud Gobat *tract*.5.*n*.137. Averſa *loc.cit.*Contra Sà v.*Miſſæ auditio num*.2. Navarrum *cap* 21. *num*.2.

1598 Omiſſio tẽpore prolix *Memento*, nec lethalis.

Omittere pro tempore *Memento* valdè prolixi Sacerdotis, nec eſt veniale, quia Eccleſia non obligat ad inſueta. Gobat *tract*.5.*num*.149.

Omittere ultimum Evangelium nec eſſe veniale.

Omittere ultimum Evangelium, nec eſt veniale, ſi primo interfuit. Gobat *tract*.5.*num*.138. cum Dicaſtillo *tract*.5. *diſp*.5. *num*.38. Eſcobar *lib*.42.*ſect*.2.*dub*.20. quia nim omittebatur, nec conſtat de præcepto intereſſendi duobus *c.Miſſas de conſecrat. diſt*. 1.

Difficultas eſt:

An non aſſiſtens Conſecrationi, & conſumtioni, ſatisfaciat præcepto, ſi interſit reliquo Sacrificio?

1599 Non aſſiſtẽs Conſecrationi, & ſumtioni præcepto non ſatisfacit.

I. NOn aſſiſtens Conſecrationi, & conſumtioni, præcepto non ſatisfacit, quia Sacrificio non aſſiſtit, & præceptum eſt, ut Sacrificio aſſiſtat. Gobat *tract*.5.*Theologia experimentali num*.132. dans Baſſæum *tom*.1. v. *Miſſa*. 8. *num*. 3.

Variæ DD. opiniones referuntur circa eſſentiam Sacrificii.

II. Gabriel à S. Vinc. *loc. cit.* ait ſatisfacere præcepto præſentem conſumtioni, licèt non ſit præſens Conſecrationi.

III. Satisfacere præcepto abſentem tempore conſumtionis Sacrificii, ait Diana *par*.10. *tract*. 14. *reſol*.46. Leand.*tom*.3.*tract*. 11.*diſp*.1. *qu*.44. quia eſſet levis materia.

IV. Abſentem tempore Conſecrationis non ſatisfacere præcepto, quia non aſſiſtit Sacrificio, quod Conſecratione conſtituitur, ait Lugo *diſp* 22.*ſect*.1. *num*.4. Candidus *diſquiſitione* 25. *art*.26.*dub*.6. Dicaſtill. *de Sacramentis tract*. 5. *diſp*. 5. *dub*. 3. *num*. 36. & Doctores duodecim quos citat, & ſequitur Leand. *loc.cit.quæſt*.43.

V. Averſa *loc.cit.* §.*rurſus*, cum Caſtropalao *tract*. 22. *par*. 16. *num*.6. docet non ſatisfacere præcepto ſivè abſit à Conſecratione, ſivè à conſumtione ſolùm, quia ſaltem alterutra pars eſt integralis Sacrificio, ſubdit tamen contra Bonacinam *loc.cit.num*.14. & Fagundez *lib*.2. *præcepto* 1. *Eccleſiæ cap*. 6. *num*. 14. non ità eſſe de oblatione.

Certum eſt non ſatisfacere præcepto omittens eſſentialia Sacrificio, cui tenetur intereſſe, ut ſecundum noſtram ſententiam Conſecratio eſt eſſentialis,

An parans, quærens aliquid pro celebratione ipſius Miſſæ tempore Conſecrationis, vel conſumtionis in Sacriſtia, vel extra Eccleſiam, ſit præſens moraliter, & præcepto ſatisfaciat?

AFfirma: nam moraliter dicitur præſens abſens citò reverſurus, maximè pro re ipſius Sacrificii. Lugo, Dicaſtill. *tract*.5.*diſp*.5. *num*. 24. & 43. Palaus, Eſcobar, quos dat, & ſequitur Gobat *tract*.5.*num*.141. 1600 Inſerviens Miſſæ, etſi fuerit abſens pro re Sacrificii paranda tempore conſecrationis, dicitur præſens.

An eodem tempore valeat quis intereſſe Sacrificio a duobus Celebrato medietatem, vel tertiam, vel quartam partem, vel Conſecrationem, vel conſumtionem ab uno, & medietatem, vel tertiam, vel quartam partem, vel Conſecrationem, vel conſumtionem ab aliis audiens.

NEga: quia præcipitur intereſſe Miſſæ, ut communiter recitatur. Secundo, quia Miſſa eſt ens ſucceſſivum non ſimultaneum. Tertio quia aliàs etiam horæ Canonicæ poſſent ſimul perſolvi recitando, & audiendo ſimul. Lugo *de Sacramento Eucharistiæ diſp*.22. *ſect*.1. *num*.10. Averſa *de Sacrific. Miſſæ qu*.11.*ſect*.19. §. *& ſanè*. Suar. Reginaldus, & alii contra affirmantes non peccare mortaliter, poſt Bonacinam *tract*.1. *diſp*.4. *qu.ult.puncto* 11. Hurtadus *tom*.2. *de Sacramentis diſp*.5.*de Sacrific.diffic*.4. Dianam *tom*. 1. *tract*. 3. *reſol*. 18. *Miſcellaneo*. Gabr. à S.Vinc. *de Sacrificio Miſſæ diſp*.3. *qu*.8. v.*ſecunda difficultas*, citantem Molphesium, & Dianam *par*.5. *tract* 14. *reſol*. 52. Buſembaum 3.*Medullæ tract*.3.*cap* 1.*dub*.2.§.*ſeptimo non peccat*. Leand. *loc. cit. qu*.56. citantem ſupra decem Doctores, & *qu*. 57. Piſtachium *par*. 1. *de voto tract*.2. *cap*.6. *num*.11. citantem Rodriqu. Graffium, & Azorium, motos, quia revera, eſt præſens Sacrificio integrè, & Miſſam totam audit, nec modus rei præceptæ obligat ad lethale. (49) 1601 Simul nequit intereſſe pluribus Celebrantibus, & ab unoquoque unam partẽ audire.

An

(49) Innocentii XI. *Propoſ*. 53. „ Satisfacit præcepto Eccleſiæ de audiendo Sacro, qui duas ejus partes, imo quatuor ſimul à diverſis Celebrantibus „ audit.

An satisfaciat Præcepto si intersit Sacrificio audiens medietatem, vel tertiam, vel quartam partem, vel &c. ab uno, & medietatem, vel tertiam, vel quartam partem, vel &c. à pluribus Sacerdotibus successivè.

1602 Unam, vel tertiam, aut quartã partem Missæ audiens à pluribus successivè videtur præcepto satisfacere.

AFfirma: primo quia non adest Ecclesiæ præceptum interesse Missæ unius celebratis. Secundo, quia revera adest toti Sacrificio, & Missæ; & unum est moraliter Sacrificium, & Dei cultus ab Ecclesia exigitus sivè à pluribus, sivè ab eodem sacrificetur, ut patet si post Consecrationem decedat Sacerdos, & alius suppleat, isto alio mortuo, alius subrogetur, per quæ corruunt in oppositum adducta à Lugo *disp.* 22. *sect.* 1. Modus namque non est substantia rei præceptæ, & ita docet Navarrus *cap.* 21. Bonac. *loc. cit. puncto* 11. Leand. *loc. cit. qu.* 51. Azorius *par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 3. *qu.* 3. Hurtad. *loc. cit.* Diana *tom.* 1. *tract.* 3. *sect.* 18. Sotus, Sà, & alii. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit.* §. 2. Busembaus *loc. cit.* §. *septimo non peccat.* Contra Lugonem *disp.* 22. *num.* 8.

Et idem dicunt probabile si successivè à tribus, quatuor, &c. Sacerdotibus partes audirent Missæ; integrarent enim unam. Dicastilius *loc. cit.* Escobar, Henriqu. & alii; etiamsi uni in Consecratione, alteri in consumtione assisteret. Leand. *loc. cit. qu.* 54. Diana *par.* 8. *tract.* 7. *res.* 89. Contra Aversa *q.* 11. *sect.* 19. Esset autem ad summum veniale sine causa, ob omissionem modi rei præceptæ. Candidus *disquisit.* 25. *art.* 5. *dub.* 5. Imò nec veniale esse ait Joannes Henriquez in *Compendio cap.* 15. *num.* 2. Medina *Instruct. lib.* 1. *cap.* 14. §. 9.

1603 Omittens notabilem Missæ partẽ, eam deinde suppliens, nõ tenetur integrã audire

Et sic omittens notabilem partem Missæ satisfacit, & suppleat: nec tenetur integram de novo audire. Fagundez *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 17.

An quantum possit distare auditio unius ab alterius Missæ parte?

1604 Una pars Missæ audita nõ multum distet ab alia, licèt intra diem alii velint posse suppleri.

NOn debere multum distare unam ab alia parte, ut servetur unitas moralis ait Turrianus, & Diana apud Gobat. *tract.* 5. *num.* 146.

At Tamburrio ait satis si intra eundem diem suppleatur prior pars Missæ omissæ, & probabile ibidem ait Gobat, quia præcipitur totam Missam audiri, non verò continuè, & totam constituunt plures, & omnes partes.

An inverso ordine assistens Sacrificio, scilicet prius fini, secundo principio Missæ à duplici Sacerdote celebratæ, satisfaciat præcepto?

1605 Inverso ordine audiẽs Missã videtur præcepto satisfacere.

AFfirma: quia revera assistit toti Missæ, nec ordo est essentia rei præceptæ. Sà v. *Missa auditio num.* 2. Henriq. *lib.* 9. *cap* 25. *num.* 8. Bonac. *quæst. fin. puncto* 11. *num.* 13. Gobat *tract.* 5. *num.* 14. dicens tutum. Diana *par.* 2. *tract.* 17. *resol.* 18. Molphesius *tom.* 1. *Summa tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 36. Navarrus *cap.* 21 *num.* 2. Major. in 4. *dist.* 42. *qu.* 3. Sotus in 4. *dist.* 13. *qu.* 2. *art.* 1. Arriaga *loc. cit. num.* 16. Aversa *loc. cit.* §. *fané.* Leand. *loc. cit. qu.* 51. Scortia *lib.* 2. *de Sacrificio Missæ cap.* 20. *num.* 3. Toletus *lib.* 6. *cap* 7. *in fine.* Contra Suarium 3. *par. tom.* 3. *disp.* 88. *sect.* 2. v. *sed tunc inquiri.*

An simul præsens tribus Missis, satisfaciat præcepto pœnitentiæ, & voto?

AFfirmat Sanch. Ledesma, quos sequitur Amicus *tom.* 8. *disp* 26. *sect.* 5. *num.* 113. Leand. *loc. cit. qu.* 58. & 59. citans alios. Bonac. *punct.* 11. *nu.* 15. Major. in 4. *dist* 12. *qu.* 8. Marcerus *art.* 4. *dub.* 4. Hurtadus *loc. cit.* Molphesius *tom* 1. *tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 36. Contra Lugonem *disp.* 22. *num.* 8. & 10. qui dicit nostram probabilem. Gobat *tract.* 5. *num.* 148. dicentem nostram probabilem. Turrianum in *Selectis par.* 2. *disp.* 26. *dub.* 8. Aversam *loc. cit.* §. *fanè.* putantem non posse simul audire plures partes Missæ. 1606 Simul assistens tribus Missis probabile censetur satisfacere posse præcepto, voto, & pœnitentiæ.

Undè obligatus interesse ex pœnitentia pluribus Missis, satisfacit simul illis assistendo; nam sumus in odiosis strictè interpretandis, & revera assistit tribus, nec ei expressum, ut successivè assistat. Bonac. *disp.* 4. *quæst. fin. puncto* 11. *num.* 13. Gesualdus *de Sacramentis tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 17. Diana *par.* 10. *tract.* 15. *resol.* 3. & *par.* 4. *tract.* 14. *resol.* 71. Leander citans alios *loc. cit. quæst.* 60.

An loquens de prophanis, ridens in Missa, satisfaciat præcepto?

AFfirma: si loquutio, risus non impediat debitam devotam moralem attentionem; nam nihil aliud præcipitur. 1607 Loquens, ridẽs in Missa, si non impediat devotã moralem attentionem præcepto facit satis, licet venialiter peccet.

Et non impediri, sed tantùm venialiter minui à risu, & à colloquiis, nisi de re seria, gravi, ait Suarez 3. *par. disp.* 88. *de Eucharistia sect.* 6. Dicastilius *de Eucharistia disp.* 5. *num.* 199. Bassæus *tom.* 2. v. *Missa.* 3. *num.* 6. Medina *Codice de confessione quæst. de pœnitentia.* Sotus in 4. *dist.* 13. *qu.* 2. *art.* 1. Gobat *tract.* 5. *Theologiæ experimentalis num.* 288. asserens colloquia de re non seria, etiam in longum protracta, non solvere attentionem debitam præceptam. Bassæus *loc. cit.* ajens cum Dicastillo, Suario, & Soto risus, & colloquia etiam prophana non impedire debitam attentionem, idemque si abrupta sit loquutio præciso scandalo. Gobat *loc. cit. num.* 290. post Bassæum, Azorius *par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 5. Gobat *loc. cit. num.* 289. probans, quia non peccatur mortaliter exercendo actiones externas indifferentes, quæ non impediunt omnem attentionem, ut videre viridarium, Cœlum. Navarrus *de oratione, & horis cap.* 13. *num.* 47.

Impedire autem debitam attentionem ait Nugnus 3. *par. qu.* 83. *art.* 6. *conclus.* 6. Palaus *tract.* 22. *puncto* 56. *num.* 4. Llamas *par.* 3. *Summæ cap.* 5. §. 9.

Tu licèt subscriberes primæ, scias pro ratione scandali, & irreverentiæ peccare sic colloquentes, & ridentes. Nam domus Dei est orationis, non risus. Matthæi 21. *cap. decet. de immunitate Ecclesiarum in* 6. Trident. *sess.* 22. *in Decreto de observandis, & evitandis in celebratione Missarum.* S. Chrysostomus *homilia* 40. *ad Populum*, dicens dignos fulmine esse cachinnantes, quem concionatoriè, non theologicè loquutum ait Gobat *loc. cit. num.* 291. 1608 Templũ Dei est Domus Orationis, & sic inibi colloqui, aut ridere ob scãdalum, & reverentiam peccatur.

An satisfaciat præcepto, qui confitetur, vel examen facit tempore, quo celebratur Sacrificium?

AFfirmat Castrus Palaus *tom.* 4. *de Sacramentis tract.* 22. *disp. un. puncto* 2. *num.* 4. 1609 Satisfacit præcepto qui tempore auditionis Missæ cõfitetur, vel facit examen.

Regi-

Reginaldus *lib.*29. *praxis num.*14. Moiphesius *tract.*7. *cap.*17. *num.*45. Diana *par.*5. *tract.* 14. *resol.*45. citans quatuor Doctores. Gabr. à S. Vincent. *de Sacrificio Missæ disp.*3. *qu.* 9. §. *secunda difficultas.* Gobat *tract.*5. *casu* 10. *num.*258. citans tredecim Doctores, & dicens communem; Moventur, quia potest quis attendere ad utrumque, & quia potest quis confiteri Christo Domino tempore Missæ; ergo etiam Sacerdoti gerenti Christi personam. Tertio, quia actus confitendi, etiam est actus ordinatus ad Deum, & si potest conteri tempore Missæ, etiam confiteri. Confessio enim, & cõtritio ad idem ordinantur: asseritque Gobat *loc.cit.num.*263. etiam audire Missam per modum orationis, qui confitetur, ut etiam qui conteritur, rogat enim pro peccatorum remissione, & concludit Gobat *loc.cit. num.*262. cum Escobar, Sacerdotem audientem confessiones, etiam satisfacere præcepto audiendi Sacrum.

1610 Alii negant id posse fieri, quia impedit tẽpus orationis requisitum in auditione Sacri.

Negat Suar. *disp.*88. *sect.*6. Lugo *num.*22. Bonac. *disp.* 4. *de Sacramentis quæst. ultima puncto* 11. *num.*23. Arriaga *tom.*7. *disp.*57. *num.*36. Aversa *qu.*11 *sect.*9. §. *requiritur.* Leand. *to.* 3. *tract.*2. *disp.*2. *num.*65. id asserens, nisi aliàs ex præcepto confiteri valeat; tunc enim si secùs confiteri nequeat, ait cum Suario *loc.cit.* confiteri, & Missam non audire, quia præceptum confessionis majoris ponderis est: Moventur, quia confessio non tendit ad honorem Dei per modum orationis, & attentionis ad Sacrificium, quod tamen negat Gobat *loc.cit.n.*263.

1611 Auctor distinguit, aut cõfessio, &c. impedit moralem assistentiam, & nõ satisfacit: aut non impedit, & tũc satisfacit.

Nos distinguimus, si vel locus ubi fit confessio tollit moralem assistentiam Sacrificio, vel non tollit. Si tollit, ut si locus sit circumcinsus, itàut secundum communem æstimationem ibi confitens non censeatur facere unum cum aliis Sacrificio assistentibus, tunc certum est Missæ Sacrificio non satisfacere; quia non censetur præsens moraliter; Si verò locus sit aliter expositus; tunc confitens simul cum aliis existens, qui Missam audiunt, puta si Confessarius, & pœnitens genuflexi simul Missæ assistant; tunc moraliter secundum commonem æstimationem censetur facere unum cum aliis, & Missæ assistunt.

Igitur confessio non est incompossibilis cum præcepto assistendi Sacro: Ut enim legere peccata sua ad finem conterendi non tollit præsentiam debitam Sacrificio, ità nec confiteri; locus ergo debet inspici, an ex illo tollatur moralis præsentia simul cum aliis secundum communem æstimationem.

An Musici vocales habeant attentionem sufficientem, & satisfaciant præcepto?

1612 Musici vocales Missæ interessẽtes, præcepto satisfaciunt.

AFfirma: nam Missæ etiam cooperantur, & spiritualia canunt, quæ non tollunt moralem præsentiam Divino Sacrificio debitam. Gobat *tract.*5. *num.*298.

Organistæ, Citharœdi, Tubædi, Tympanædi, aliis instrumentis utentes ad Sacrificium?

1613 Organistæ, Citharœdi, &c. in Sacrificio sonantes Missæ satisfaciunt.

SAtisfaciunt præcepto, quia Sacrificio intersunt; & sic nec eis deest moralis attentio, ut nec deest Clerico necessaria ad Sacrificium parante, etiamsi accedat ad Sacristiam pulsans campanam. Tanderus *tom.*3. *disp.*3. *qu.*2. *n.*35. Gobat *tract.*5. *num.*301.

An colligentes eleemosynam in Sacro satisfaciant præcepto?

AFfirma: quia consuetudo id habet; & quia moralis præsentia necessaria non deest. Lessius 1. 2. *in consilio morali*, v. *Missa casu* 3. Gobat *tract.*5. *num.*304.

1614 Item colligentes eleemosynas intra celebrationẽ Missæ.

An deambulans tempore Sacri satisfaciat præcepto?

AFfirma: nam deambulatio non tollit requisitam attentionem, & præsentiam moralem. Dicastillus *num.*109. quem citat, & sequitur Gobat *tract.*5. *num.*305. rectè dicens esse peccatum ob irreverentiam aliis scandalosam.

1615 Deambulans tempore Sacrificii videtur etiã præcepto satisfacere.

Intentio,

§. IV.

1616 Requiritur intentio audiendi Sacrũ licèt ob aliũ finem faciat

INtentio audiendi Sacrum requiritur, nam hæc facit attentionem humanam moraliter; & sic præcepto non satisfacit existens in Ecclesia, dum Missæ celebrantur, aliis implicatus actibus. Gabr. à S. Vinc. *de Sacrificio disp.* 3. *qu.*9. §. *ultra.* Licèt satisfaciat præcepto Missæ volens interesse ob vanam gloriam, vel metum sine intentione satisfaciendi præcepto, quia intentio satisfaciendi præcepto non requiritur ad satisfaciendum, ut etiam satisfacit ignorans diem esse festivum, vel assistens utrique non hac Missa, sed sequenti volens præcepto satisfacere; nam primæ Missæ satisfecit ponendo rem præceptam, itàut non teneatur secundam ex præcepto audire. Suar. *disp.*88. *sect.*3. Sanch. 1. *Decalogi cap.*13. *num.*2. Arriaga *loc.cit.num.*38. & 42. Gabriel à S.Vinc. *loc.cit.* Aversa *loc. cit.* §. *requiritur demum*. Contra Nugnum *de Sacrificio art.*6. *dub.*2. §. *hac tamen*, requirentem intentionem satisfaciendi præcepto.

Attentio,

§. V.

1617 Attentio etiam requiritur saltem exterior devota humana.

REquisita est saltem exterior devota humana audiendi Sacrum. Interior namque ab Ecclesia non præcipitur. Lugo *disp.* 22. *sect.* 2. Aversa *disp.*5. *diffic.*2. Arriaga *loc.cit.n.*38.

Qua intentione satisfaciendum sit?

1618 Qua intẽtione sit satis præcepto.

EA intentione satisfaciendum est, qua exterius humano modo censeatur Missæ assistere.

An nolens satisfacere præcepto, audiens Missam, adhuc satisfaciat?

1619 Nolens præcepto satisfacere, sed ponens rem præceptam, satisfacit.

AFfirma: Gerson *loc.cit.* Vasq. 2. 2. *disp.*100. *cap.*9. *num.*5. Bonac. *disp.*4. *de Sacramentis quæst. fin. puncto* 11. *num.* 2. Palaus *tract.* 3. *disp.*1. *puncto* 17. *num.*17. Gobat *tract.*5. *num.*201. Dicastillus *tract.*5. *de Eucharistia disp.*5. *num.*66. Contra Nugnum *quæst.*83. *art.*6. *dub.*2. nam Ecclesia non præcipit, ut quis habeat intentionem satisfaciendi præcepto, nec ut velit Missam audire, sed ut devotus audiat, & audiens nolens audire, nec satisfacere, præceptum non transgreditur, & nolens verberare, verberans, adhuc dicitur verberare: ità nolens audire, audiens, adhuc dicitur audire Missam;, peccabit tamen

ex

ex mala voluntate, & conſcientia erronea, qua putat ſe non ſatisfeciſſe præcepto. Gobat *loc.cit. num.*203. (50)

1620 Etſi voluerit ſe obligare ad alterum Sacrum audiendum.

Quod ſi dicat, volo me obligare ad alterum Sacrum, nec erit obligatus; nam nequit extendere legis obligationem; cùm non ſit Legiſlator. Si verò votoſe velit, poterit obligare, at ſolo propoſito non erit obligatus: nam voto, juramento, aut contractu, non verò propoſitn volet quis ſenbligare Gobat *tract.*5.*n* an3.

1621 Satisfit præcepto, etiam prava intetiune.

Satisfacit præcepto etiam qui mala intentiune audit, nam tantùm attentio præcipitur, ut Miſſam devotè audiat: & finis præcepti non eſt ſub præcepto. D.Tho. 1.2. *qu.*10.*art.*9. Gerſon *loc.cit.* nt etiam ſatisfacit, ſi aſſiſtat, & nè videatur malus, nè puniatur à patre. Dicaſtillus *loc. cit.*

1622 Et voluntariè diſtractus cum externa attentione.

Vnluntariè diſtractns cumattentione externa ſatisfacit præcepto; nam maior attentio nnn præcipitur. Palaus *tract.*22. *de Sacrificio par.* 6. *num.*2. Baſſæus v.*Miſſa.* 3. *num.*2.*diſp.*88.*ſect.*3. Suar. *diſp.*88 *ſect.*3. Tamburr. 4.*Decalogi.cap.*2. §.1. *num.* 19. Cnmitolus *lib.*1. *reſponſorum moralium qu.* 63. *&* 65. Lugo *de Eucharistia diſp.* 22.*ſect.*2. Sylveſt. v.*Miſſa.*2.*qu.*6. (51)

Qua ætate quis teneatur Miſſæ intereſſe?

§. VI.

1623 Habens uſũ rationis hoc præcepto ligatur.

BAptizatus ratinnis nſum habens, tenetur Miſſæ intereſſa eo tempore, quo legibus ligatur. Averſa *de Sacrificio Miſſæ qu.*11.*ſect.*19. §.*ſecundo*; omnes dicens pueros ante rationis uſum obligationis incapaces. Suar.*diſp.*88.*ſect.*4. Hurtadus *diſp.* 5. *difficult.*1. non autem Hurtadus putat, quòd quando poſſunt peccare venialiter contra Legem Divinam, etiam obligantur ſub veniali ad legem humanam.

Sed id rectiùs negat Arriaga *tom.* 7. *diſp.* 57. *num.*28. nam lex non obligare incipit, niſi ſecundum humanum procedendi morem, quandn quis pleno utitur uſu ratinnis.

1624 Catechumenus non ligatur præcepto audiẽdi Sacrum.

Non antem tenetur Catechumenus, quia legibus non dum ſubditus. Henriqu. *lib.*9.*cap.*25. *num.*1. nec carens nſu rationis, amens, furioſus, quia carent præſentia humana, qua moraliter quis tenetur Sacrificio aſſiſtere. Hurtadus *diſp.*5.*difficult.*1.

1625 Baptizatus tempore quo adſtringitur ad Communionem, audiendi Sacrũ ligatur præcepto.

Habentes ergo oſum ratinnis baptizati tenentur hoc præcepto, ſecundum Marchantium in *Candelabro tract.*4.*cap.*6.*qu.*2.§.*quæritur primo.* Diana *par.*5. *tract.*13. *reſol.*77 ab illo tempore, quo adſtringuntur præcepto communionis, qui ante non videtur percipere vim præcepti in Eccleſia abeuntes, redeuntes, ridentes, confabulantes.

1626 Vel nõ ante pubertatem.

Secundum Sotum in 4.*diſt.*18. *quæſt.* 1. *art.*4. Sà *editione* 1. v. *confeſſio num.* 3. D. Antoninus 3.*par. Summæ tit.*9. *cap.* 18. §.2. volentes non teneri legibus ante aonos pubertatis. Corduba in *Summa qu.*60. putat teneri maſculum in decimo anno, feminam nooo ad obſervaotiam diei feſti.

1627 Habẽs uſum rationis ſufficientem ad delinquendum mortaliter, certò hoc præcepto ligatur.

Sed ſtatim ac habent plenum uſum rationis ſufficientem ad lethala, præcepto teneri ait Martinon *de Sacramentis diſp.* 40. *ſect.* 9. Narbona *de ætate anno* 7. *qu.*5. Baſſæus v. *Miſſa.* 8. *num.*1. Fagundez *præcepto* 1.*lib.*2.*cap.*2.*num.*7. Lugo *diſp.* 22.*ſect.* 1. *num.* 1. Et nnn eſſe ante octennium ait Gobat *tract.*5. *num.* 210. Sed in feminis inter nctavum, & nnnum: In maſculis inter nonum, & decimum ætatis annum. Citiùs tamen in verſatis in Urbibus.

Quo tempore.

§. VII.

An quis teneatur audire Miſſam ante auroram, vel poſt meridiem ab illis, qui tunc ex privilegio celebrant?

1628 Quavis hora intra diem feſtivum poteſt Miſsa audiri, etiam à privilegiato.

AFfirma: nam quavis hora poteſt intra diem feſtivum Miſſa audiri, nec aliqoa lege id prohibetur. Et ſic ſi celebraretur, tenetur præcepto ſatisfacere. Nec officit celebrari ex privilegio; nam privilegium exigitur in celebrando, non io audiendn tali tempore. Soar. *diſp.* 88. *ſect.*6. Baſſæus v.*Miſſa.* 9.*num.*3. Gobat *tract.*5. *num.* 58.

1629 Sic in navi, ſub diu audienda ibi Miſsa eſt.

Sic etiam dnm Miſſa ex pelvilegio dicitur in Navi, ſub diu, eſt ex præceptu à nautis, & aliis Chriſtianis, & militibus in feſtis audienda; nam eſt privilegium in celebrandn, qun quis renunciare valèt. *cap.ſtatuimus. de regularibus*; nnn in audienda Miſſa.

Ubi.

§. VIII.

IN ſoco Sacro, vel benedicto publico. Sed

An ſatisfaciat præcepto etiam non familiaris præſens Miſſæ in loco privato?

1630 Non familiaris audiẽs Miſsã in Oratorio privato, præcepto non ſatisfacit.

AFfirmat Pelliazar. Homobonus, Palaus *tract.* 22. *puncto* 16. *num.* 13. apud Tamburrin. *lib.*1. *cap.*4 §.2. *num.*24. & prubabile ait Gobat *tract.*3.*num.*254. & *tract.*5.*num.*256.*in fine*, quia jam uſu receptum ſatisfacere præcepto quocumque loco Sacrum audiatur; nam abrogatæ ſunt leges de Sacro andiendn in propria Parochia. Sed non adhoc abrogatæ, ot in privatis locis ſatisfaciat præcepto careus privilegio.

An è feneſtra poſſit audiri Miſſa?

1631 Miſsa è feneſtra videtur poſſe audiri ſi verificatur moralis præſẽtia.

AFfirma: ſi moralis ſit præſentia, puta ſi alii etiam intermedia via ínterſint Miſſæ, vel è feneſtra valeat cognoſcere, videre, quæ à Sacerdote aguntur, etiamſi mediat ampla via, puta triginta paſſuum, ut ait Lugn *de Eucharistia diſp.* 22.*num.*21. Eſcobar *lib.*42.*num.*220. Gobat *tract.*5.*num.*174. Dicaſtill. *de Euchariſt. tract.*5. *diſp.*5. *num.*59. (52)

An

(50) Nec ut velit Miſſam audire, fortè quia non habet intentionem audiendi, & actio non erit humana; vel quia dicat ſe nolle audire, ſed nihilominus inteetionem audiendi habeat, & tunc audit volens audire.

(51) Voluntaria notabili diſtractione non impletur præceptum eſt unanimis conſenſus piorum, qui ſi ita diſtracti audirent, dolerent, & confeſſioni ſubjicerent.

(52) Veriùs dicendum non ſatisfacere, quia non facit unum cum aliis, adeoque non aſſiſtit Sacro, ſi verò concurrente multitudine populi, quæ tota in Eccleſia intereſſe nequit, quia illi, qui foris aſſiſtunt, cum illis qui intra Eccleſiam Miſſam audiunt, unum faciunt, præcepto ſatisfaciunt.

An sit audiendum in festo indicto à populo, & Magistratu seculari?

1632 Populus, vel Magistratus, nequit indicere festum, & obligare ad audiendū festum.

NEga: nam caret facultate in spiritualibus disponendi. *cap. tua. de decimis.* Barbosa *de potestate Episcopi allegat.* 105. *num.* 42. Jordanus *vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 1. *num.* 63.

An dies festiva indicta legitimè ab Episcopis sint servanda à Regularibus exemtis?

1633 Dies festivæ ab Episcopo indictæ etiā à Regularibus exemtis sunt servandæ.

AFfirma: Trid. *sess.* 25. *de regularibus cap.* 12. ibi: *dies etiam festi, quos in Diœcesi sua servandos idem Episcopus præceperit, ab exemtis etiam regularibus, serventur.* Barbosa *de potestate Episcopi allegat.* 105. *num.* 33. rectè dicens nec exemtos valere dispensare, ut sui famuli laborent in illis diebus.

In dubio an dies sit festivus facta diligentia; An teneatur quis Missæ interesse?

1634 In dubio festi facta diligentia non tenetur quis Missæ interesse.

NEga: quia in dubio pronunciandum est pro libertate à præcepto, quæ possidet. Barbosa *discept.* 6. *de conscientia cap.* 2. §. 9. Gobat *experimentalis Theologia tract.* 4. *casu* 2. *n.* 64. Contra Bresserum *de conscientia lib.* 4. *cap.* 3.

Causæ excusantes ab auditione Missæ,
§. IX.

1635 Causa rationabilis excusat ab auditione Sacri.

UT à ceteris legibus, ità à præcepto assistendi Sacro ex causa rationabili fidelis excusatur, ità ut excusatus non teneatur loco Missæ ad aliam orationem, Suar. *disp.* 88. *sect.* 6 §. *sed inquirimus.* Contra Scotum in 4. *dist.* 9. *qu.* 1. *art.* 2. apud Azorium, nec alia die illam Missam supplere. Bonac. *de Eucharistia disp.* 4. *qu. ultima puncto ultimo num.* 16.

An causa sufficiens, ut quis incumbat servilibus, sufficiat ut assistat Sacrificio in die festivo?

1636 Incumbens servilibus si non debet omittere laborem tenetur Sacro interesse, secùs si debeat illum omittere.

DIstinguas: vel debet omittere laborem, ut assistat Sacro, vel non.

Si non, affirma debere interesse Missæ; nam cessat omnis causa excusans ab observantia legis.

Si debeat omittere laborem, ut Missam audiat, tunc potest non interesse Missæ, nè impediatur labor ei licitus. Dicastillus *tom.* 4. *par.* 3. *tract.* 5. *disp.* 5. *num.* 178.

Quænam sint hujusmodi causæ excusantes,
§. X.

PLures. I. Impotentia, II. Onus grave. III. Consuetudo.

Impotentia.

1637 Impotens assistere Sacro excusatur.

IMpotentia excusat, quia ad impossibile nemo tenetur. *l. si stipuler, D. de verb. oblig. l. si quis in gravi, D. ad Syllan.* Impossibilium enim nulla obligatio, ut de fide etiam est, contra Jansenium.

1638 Et primo infirmi.

Impotentes autem sunt, primo infirmi, si nequeant Ecclesiam adire, vel inde magis damnificarentur, & excusantur etiam si negligant recuperare salutem. Cajetan. 2. 2. *qu.* 133. *art.* 4. Suar. *disp.* 88. *sect.* 6. Arriaga *tom.* 7. *disp.* 57. *n.* 29.

Convalescentes justam etiam habent excusationis causam, si nocumentum timeant grave. Dicastill. *disp.* 5. *num.* 164. qua excusatione fruuntur Custodes infirmorum, aliis nequeuntes infirmum custodia indigentem committere. Navarr. *cap.* 21. *num.* 3. Bassæus *v. Missa.* 9. *num.* 1. Arriaga *loc. cit.* 1639 Et Custodes infirmorum nequeuntes aliis ægros committere.

In dubio an infirmus possit adire sine gravi suo nocumento, petatur dispensatio ab Episcopo, & deficiente Episcopo, à Parocho, vel non tenetur adire; nam cum nascatur liber; & cum certo jure ad conservandam suam vitam; & ne exponat illam gravi periculo, non debet tali jure in dubio spoliari. 1640 In dubio infirmus an possit adire petatur dispensatio ab Episcopo, vel Parocho.

II. Impotentes censentur excommunicati, etiam absolutionem non procurantes, & interdicti ab ingressu Ecclesiæ, quia peccarent assistendo, & consequenter eis assistere est impossibile; quia in jure impossibile censetur, quod licitè fieri nequit. *l. nepos à Proculo.* 122. ibi: *cum salva dignitate mea potero, D. de verb. signif. l. generaliter., D. de verb. obligat.* Præceptum namque audiendi Missam obligat non impeditos, non autem obligat ad tollendum impedimentum censuræ, etiamsi faciliter auferri valeat. Suar. *disp.* 88. *sect.* 5. Bonac. *de censuris disp.* 2. *qu.* 2. *puncto* 3. §. 1. *num.* 9. Diana *par.* 5. *tract.* 9. *resol.* 88. Leand. dans decem, & novem Doctores *tom.* 3. *tract.* 11. *disp.* 2. *qu.* 4. *num.* 5. Gobat *tract.* 5. *num.* 48. Secundo excōmunicati, interdicti.

Non interdicti incolentes locum interdictum, tenentur adire extra Ecclesiam commodam, ut Missæ assistant. Azorius *tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 2. *q.* 4. Trullench *lib.* 5. *Decalogi cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 24. Contra Avilam *par.* 5. *de censuris disp.* 4. *sect.* 2. *dub.* 6. Llamas 3. *par. Methodi*, §. 11. ajentem non adesse obligationem audiendi Missam extra locum interdictum, etiam commodum. At non video qua causa à legis commoda observatione excusetur. 1641 Non interdictus degēs in loco interdicto tenetur extra adire Ecclesiam.

Interdicto tempore non tenetur privilegiatus uti privilegio assistendi Missæ, favori suo namque renunciare valet: non enim invito confertur. *l. invito.* 69. *D. de regulis juris. l.* 3. *D. de bonorum possessionibus.* Diana, referens plures *par.* 1. *tract.* 11. *resol.* 2. & *par.* 4. *tract.* 4. *resol.* 80. Contra Leandrum dantem triginta unum Doctores *loc. cit. qu.* 7. Sed

Si excommunicatus celebret?

FIdelis tenetur Missæ in die festivo, si possit, ut potest sine peccato celebrante tolerato. D. Tho: in 4. *dist.* 18. *qu.* 2. *art.* 4. *qq.* 3. *ad* 2. Suar. *de censuris disp.* 11. *sect.* 4. 1642 Missæ excōmunicati tolerati potest interesse.

III. Impotentes sunt detenti in vinculis domi loco carceris, etiam negligentes in procuranda liberatione à vinculis. Suarez *disput.* 88. *sect.* 6. Layman *lib.* 2. *tract.* 5. *puncto* 2. *cap.* 3. *num.* 3. Diana *par.* 5. *tract.* 4. *resol.* 88. Bassæus *v. Missa.* 9. *num.* 3. Henriq. *lib.* 9. *cap.* 25. *n.* 11. nisi domi, vel in carceribus celebretur. Llamas 3. *par. Methodi cap.* 5 §. 11. licèt non teneantur uti privilegio, maximè subministrando stipendium celebranti; & sic non teneatur procurare celebrantem, ut utatur privilegio. Suar. *loc. cit.* Filliucc. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 224. Diana *par.* 4. *tract.* 4. *resol.* 80. Villalobos *tract.* 8. *diffic.* 36. *n.* 4. Dicastill. *disp.* 5. *num.* 168. Contra Sotum in 4. *dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 1. Cœnedum *Canonicarum quæst.* 44. *num.* 15. Tertio detenti in vinculis, aut carcerati excusentur.

Ca-

Caritas.

1643 Caritas assistendi infirmo, illū cùm non possit derelinquere, excusat ab audiendo Sacro.

I. EXcusat assistentem infirmo, si nequeat alium substituere; licèt etiam ejus servitium non sit necessarium, nec teneatur ad illud officium: dummodò sit valdè utile ægro, ut si illo absentiæ tempore infirmos derelictus laborem, anxietatem animi gravem sentiat. Suar. *sect.*6. v. *quartum caput*. Dicastillus, Tanderus, Bonac. quos sequitur Gobat *tract.*5. *num.* 502. non enim Missæ præceptum actum caritatis impedit.

1644 Ut quis audiat confessionē ægrotantis non differēdam, vel ut quis confiteatur mortalia nō confitenda per multum tempus.

II. Excusatur omittens Missam, ut audiat confessionem ægrotantis non differendam.

III. Potest omittere Missam, ut quis confiteatur mortalia, deindè per multum tempus non confitenda, ob recessum Confessarii; nam licet omittere Missam ob non omittendum lucrum temporale grave, licèt non necessarium. Ergo multò fortiùs, ut se quis eximat à manu diaboli, & Dei gratiam recuperet; licèt tunc non sit confessio necessaria ex præcepto. Gobat *tract.*5. *num.*517. Per quæ corruunt dicta in oppositum à Suarez, Palao, Azorio, scilicet opus præcepti præferri operi consilii; nam currit quando præceptum existit; in re autem nostra cessat: nam non obligat cum tanto onere non recuperandæ gratiæ Divinæ, quod pro illius consequutione introductum est.

Grave onus.

1645 Grave onus excusat ab audiēdo Sacro.

GRave onus, ut excusat ab observantia legis, ità ab audienda Missa. *c. erit. dist.* 4. Et sic excusat I. magna difficùltas; cùm enim leges debent esse humanæ, non debent esse valdè difficiles, ut observentur; nam tunc ruinam transgressoribus difficultate territis, non viam sternerent ad salutem, & bonum publicum.

Sed ut principium magis clarescat:

An requiratur magna difficultas, ut quis excusetur à præcepto audiendi Missam?

1646 Non requiritur magna difficultas, ut ab audiēdo Sacro quis excusetur.

NEgat Marchantius *resolutionum Pastoralium cap.* 6. citans Cajetanum, Arriaga *tom.* 7. *disp.* 57. *n.*29. ità dicens non esse valdè scrupulizandum, *quia ea præsentia in templo sine ulla attentione interiori ad mysteria Missæ, satis ad satisfaciendum præcepto, non videtur esse res tanti momenti, ut magnam valdè requirat difficultatem, ad hoc ut sine peccato possit omitti.*

Hæc difficultas gravis potest promanare primo:

Ex Distantia.

1647 Distantia duarum leucarum excusat.

CIrca distantiam taxandam discrepant.

I. Aliqui exigunt distantiam sex milliarium, quæ sunt duæ leucæ. Tanderus, & alii apud Bonac. *de Eucharist. disp.*4. *puncto fin. n.*12.

Alii exigūt quatuor milliaria.

II. Exigunt quatuor milliaria cum dimidio. Ledesma *tom.* 1. *Summæ cap.*27. *conclus.*16. Ortiz *præcepto* 3. *Decalogi*, §.7.

Vel tria milliaria.

Tria milliaria, etiam à robustis rusticis operariis, exigit Suar. *disp.*88. *sect.*6. Gabr. à S. Vinc. *de Sacramentis disp.*3. *qu.*8. §. *difficultas*. Fagundez *præcepto* 1. *lib.*2. *cap.*9. *num.*10. Villalobos *tract.* 8. *disp.* 36. *num.*5. Leander *tom.* 3. *tract.*2. *disp.*2. *qu.*22. excusans *quæst.*24. etiam qui equo esset assuetus ire. Contra Dianam *par.*10. *tract.* 15. *resol.* 35. quia grave esset onus itineris per sex milliaria, tria eundo, & tria redeundo, satis ad excusandum etiam equo iter agens.

Vel unum milliare.

Milliare ad excusandum sufficere ait Marchin. *de Sacrificio Missæ tract.*3. *puncto* 3. *cap.*17. *num.*19. Arriaga *tom.*7. *disp.*57. *num.*30. ibi *itinere unius milliarii, maximè quando tempus est asperum valdè*. Marchantius *resolutionum Pastoralium cap.*6. §. *septimus casus*, non attendit distantiam, sed tempus: & sic excusat, qui pedibus teneretur itinerari per duas horas tempore pluvio; & ad unam horam tempore ventis, & tempestatibus agitato. Et sic non videtur curare de distantia; nam debilis per duas horas, fortè nec quadrantem milliarii superare poterit. Tot sunt hominum judicia, unusquisque existimans leve, vel grave aliis, quod sibi tale est.

1648 Rectè Auctor prospicit distantiā unicuique onerosā habito respectu personæ, loci, ac temporis, cōsuetudinis.

Nos ex onere gravi excusantes, & distantia æqualis etiam levis uni, non alteri, possit esse graviter onerosa, unum, non alterum excuset pensatis circumstantiis personæ, loci, temporis, consuetudinis, Patriæ. Putaverim tamen tempore etiam sereno iter per duo milliaria excusare; nam nemo per duo milliaria, nisi valdè devotus Missam celebrandam petit. Ceterum tempus caloris, frigoris, pluviæ, tempestatum potest excusare etiam intra proprium oppidum, si accessus ad Ecclesiam reddatur valdè difficilis, ut in quibusdam Samnii locis usus suadet. Et satis est imminens probabile periculum gravis pluviæ, nivis, damni, &c. Suar. *loc. cit.* Dicastill. *disp.*5. *num.*185.

An liceat die antecedenti pergere ad locum distantem, puta ad venandum, ut nequeat sequenti die festo accedere ad audiendum Sacrum?

1649 Die antecedenti pergēs quis ad locū ubi nequeat Missa audiri die sequenti, non videtur peccare.

AFfirma: nam tunc non prohibetur discessus. Gobat *tract.*5. *num.* 445. citans Bonac. Beccan. Palaum, Dicastill. Tamburin. 3. *Decalogi cap.*5. §.3. *num.*9.

Alia causa gravis oneris excusantes?

1650 Ut quis custodiat suas filias domi, ne cum periculo exeat, excusatur.

I. GRave onus relinquere cum periculo solas domi, nec posse ad Ecclesiam sine periculo filias ducere; & sic excusantur matres illas custodientes domi. Suar. *disp.* 88. *sect.* 6. Sylvest. v. *Missa*. a. *n.* 1. Vega *par.*1. *Summa c.*114. *casu* 4. Dicastill. *tract.*5. *de Sacramentis disp.*5. *num.* 117.

1651 Aliæ causæ respectu matrū, nutricis, famul.

II. Grave onus, & etiam periculosum est relinquere infantes, & matres, nutrices, servos, famulos Sacrificio assistere, aliis custodiam impotentes demandare, nec ad Ecclesiam valent illos traducere sine turbatione Divini Officii, plorando, ejulando. Et matres, nutrices, &c. ejulantes debent placare, ridentibus arridere filiolis, quibus etiam infensa est aura aspera. Layman *lib.*4. *tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 3. Llamas 3. *par. Methodi cap.*5. §.11. Diana *par.*10. *tr.*15. *resol.* 36. Arriaga *loc. cit.* Marchantius *loc. cit.* §. *unus casus*. Gobat *tract.*5. *num.*318. dicens debere intermittere Sacrum, nè turbet Sacra.

1652 Nè quis subeat grave periculum damni.

III. Grave onus est subire gravia damni periculum. Et sic prægnans excusatur, si ei valdè periculosum, & onerosum sit Ecclesiam petere. Llamas *loc. cit.* §.11. Azorius *lib.*7. *cap.* 7. *quæst.* 2. Et in dubio de tali damno etiam ex-

cuſatur prævalente Divino præcepto ſe non committendi periculo damni, & dubio damni periculo. nec adeſt lex humana obligans ad operandum in dubio vitæ periculo, prævalente Lege Divina de vita ſervanda, etiam à tali dubio, & periculo.

1653 *Nè quis ſe exponat periculo amittẽdi famam, honorem.*

IV. Grave onus eſt ſe exponere periculo amittendi famam, honorem; & ſic gravida, ſivè libera, ſivè conjugata ex clandeſtina fornicatione excuſatur, ſi ignominia propalaretur aſſiſtendo Sacro. Marchantius *reſolutionum Paſtoral. c.6. §. ſextus caſus.* Hurtadus *de Sacrificio Miſſæ diſp.5. difficultate* 6. Dicaſtill. *tract.5. de Sacramentis diſp.5.dub.*10. *num.*178. Arriaga *loc.cit.num.*30. Layman *lib.* 4. *tract.*7. *cap.*4. *num.* 3.

1654 *Ob vitandũ dedecus, ruborem.*

V. Grave onus eſt dedecus, irriſio, rubore ſuffundi, deſtimari auditione Miſſæ. & ſic excuſatur puella, vel vir, ſi in Miſſa debeat fieri denunciatio ejus matrimonii; Circumſtantes namque circumſpicerent præſentem nubendum graviſſimo rubore ſuffunendum. Marchantius *d.cap.*6. *§.hic etiam.*

1655 *Carentes habitu ſuo ſtatui neceſſario excuſantur.*

Hinc carens habitu ſuæ perſonæ, & ſtatui neceſſario, ſivè vir, ſivè femina, excuſatur, ſi illis carens Miſſam audiat vilependendus, deſtimandus impotens, vel valdè incommodum aliam Eccleſiam ſine deſtimatione petere, nec potens, ſecretè Miſſæ intereſſe; idque ſivè nobilis, ſivè vilis, ſivè pauper Agricola, carens illis veſtibus in ſua Patria conſuetis; quis enim etiam vilis ſine ſubucula nudus Eccleſiam peteret, vel rigente hyeme ſolis femoralibus, & ſubucula indutus. Sà v. *Miſſæ auditio num.* 3. Hurtadus *diſp.* 5. *de Sacrificio Miſſæ difficult.* 6. Arriaga *loc.cit.num.*30. Sylveſt. v. *Miſſa.*2. §.2. Bonac. *loc.cit.num.*8. Llamas *loc.cit.* §.11. Marchantius *reſolutionum Paſtoralium cap.*6. *§.tertius caſus.* Gobat *tract.*5.*num.*489.

1656 *Non obligatur illum ab aliis petere.*

Nec tenetur hujuſmodi commodatas ab aliis petere, quia id verecundum, nec de tali onere petendi adeſt præceptum, ut etiam ſi non poſſet audire ſine ſocio ab alio cum rubore petendo. Leand. *loc.cit. qu.*39. contra Bonac. *de Euchariſtia diſp.*4.*qu.fin.puncto fin.num.*8.

1657 *Ad vitandã domus turbationẽ, verbera, injurias excuſatur.*

VI. Grave onus eſt turbatio domus, verberari, verborum injurias pati, graviter rixari, aut ſuſpiciones mali ingerere zelotipo marito, etiam injuſtè, Domino, patri, matri. Undè excuſatur ſervus parans cibos Domino, uxor, filius, &c. ſi imminerent turbationes, incommoda prædicta à patre, Domino, &c. nolentibus Miſſæ illos intereſſe; non tamen in contemtum Religionis, & multò fortiùs excuſaretur, ſi adeſſet timor honoris amittendi in acceſſu ad Eccleſiam. Valentia *tom.* 3. *diſp.* 3. *quæſt.*18. *puncto* 4. Scortia *lib.*2. *de Sacrificio Miſſæ c.* 20. Sà v. *Miſſæ auditio num.*2. Palans *tom.*4. *tr.*22. *puncto fin. num.*3. Navarrus *cap.*21. *n.*5. D. Antoninus 2.*par.tit.*9.*cap.*10.§.2.

1658 *Si eſſet puella aliis occaſio ruinæ ſpiritualis, etiam excuſatur.*

Et excuſaretur fortiùs ſi ex acceſſu ad Eccleſiam eſſet, ab aliis concupiſcenda, illis occaſio ruinæ ſpiritualis. Marchantius *reſolutionum Paſtoralium cap.*6. §. *quintus caſus.* Imò tunc nec poſſet Miſſæ intereſſe, ſi eſſet ſcandalum puſillorum. Valentia *loc. cit.* ſed poſſe, & non teneri tunc audire ait Suar. Sotus 4. *diſt.* 13. *qu.* 2. *art.* 1. & utrumque ait probabile Gobat *tract.*5.*num.*505.

1659 *Item nè amittas vitã, honorẽ, bonam famam, &c.*

VII. Grave onus eſt ſubire periculum amittendi vitam, ſalutem, honorem, famam, bona, &c. & ſic nemo tenetur tempore peſtis, ab Inimicis, vel à latronibus, &c. inſidiatus Miſſæ intereſſe. Sotus 4.*diſt.*13.*qu.*2.*art.*1.*in fine.* Suarez *diſp.*88. *ſect.*6. Marchantius *loc.cit.§.octavus caſus.*

1660 *Nè amittat magnũm lucrum.*

VIII. Grave onus eſt amittere grande lucrum irrecuperabiliter, vel ſe exponere periculo gravis damni, incurſionis latronum, aberrandi à via, hoſpitium non habere, longo mœrore cruciari.

1661 *Milites vigiles, ſtationarii vinearũ, cuſtodes carcerũ nè incurrant in grave damnum, excuſantur.*

Hinc primo excuſantur milites vigiles, ſtationarii vinearum, carcerum, domos cuſtodes, ſi damnum eis immineat grave verberum, injuriarum, ſalarii, reſtitutionis, carcerum, Miſſæ aſſiſtendo. Jodochus *tom.*1.*Theſauri*, v. *Miſſa*, §.50. Hurtad. *diſp*5.. *diffic.*6. Boſſius v. *Miſſa.* 9. *num.*6. Martinon *de Sacramentis diſp.*40.*ſect.*9. Toletus *lib.*6. *cap.*9. *num.*4. Baſſæus v. *Miſſa.* 9. *num.* 3.

1662 *Si ſit domus cuſtodienda.*

Si domus ſit cuſtodienda alternatim, debent vir, & uxor illam cuſtodire, ſi aliis careant cuſtodibus. Gobat *tract.*5.*num.*494.

1663 *Mercator nè amittat magnũ lucrum.*

II. Excuſantur etiam mercatores, ſi tunc immineat negotium; ſecùs magni lucri amittendi: aurigæ, curſores, nautæ, ſi gravis incommoditas eſſet Miſſæ intereſſe, Agaſones, vectores iter onuſtis æquis agentes, ſi expenſæ, labores, timor ex Miſſæ aſſiſtentia imminerent. Gobat *tract.*5.*num.*9.

1664 *Habito reſpectu perſonæ vilis lucrum unius ducati magnum lucrũ eſt.*

Sed reſpectu hominis fortunæ tenuis lucrum unius ducati percipiendi, præcurrendo ad nunciandam nativitatem infantis, ſufficere ad excuſandum ab auditione Sacri; quia reſpectu talis pauperis cenſetur magnum lucrum, ait Gobat *tract.*5.*num.*492.

1665 *Iter faciens nè omittas ſociorum, & itineris ſecuritatem.*

III. Excuſatur iter faciens, ſi ſolus à ſociis relinqueretur; ondè amitteret itineris ſecuritatem, & levamen, quo frueretur ſociatus incedens; eſt enim grave incommodum longum iter ſolus conſummare. Henriqu. *lib.*9. *cap.*25. *num.*19. Navarr. *cap.*21. *num.* 3. Suar. *diſp.*88. *ſect.*6. *v.* 4. Trullench 3. *Decalogi cap.* 1. *dub.* 1. *num.* 9. citans Bonac. & alios. Toletus *lib.*6. *cap.* 9. *num.* 2. Scortia *lib.* 2. *de Miſſa cap.* 20. Gobat *tract.*5.*num.*496. Arriaga *tom.*7. *diſp.*57. *num.* 30. excuſans iter facientem impotentem mane Miſſæ intereſſe, ſi diù hærere deberet, & ſolus incedere, & cum magna incommoditate devenire ad ſerum hoſpitium. Molpheſ. *tract.*3. *Summæ cap.* 17. *num.* 61. & ſic ſi brevis puta eſſet peragenda via, non excuſaretur.

Conſuetudo.

1666 *Conſuetudo rationabilis excuſat ab audiẽdo Sacro.*

EXcuſat ſi ſit rationabilis, & legitimè præſcripta, *l.*2.*C.quæ ſit longa conſuetudo.c.fin. de conſuetudine.l de quibus, D.de legibus.*

1667 *Viduæ excuſantur per aliquot tempus poſt viri obitum.*

Qua ratione excuſantur primo Viduæ, quæ juxta mores patrios non interſunt Miſſæ per aliquod tempus poſt mortem viri. Leand. *tom.*3. *diſp.*2.*q.*58. citans quatuordecim Doctores. Arriaga *loc.cit.num.*30.

1668 *Puellæ nubiles ex conſuetudine.*

II. Nubiles puellæ Miſſæ non intereſſentes juxta conſuetudinem. Suar. *diſp.*88. *ſect.* 6. *v.*6. *caput.* Hurtadus *de Sacrificio Miſſæ diſp.* 5. *difficult.*6. etiamſi conſuetum ſit aliis etiam ludis, & choreis intereſſe. Bonac. *de Euchariſt.diſp.*4.*qu. fin. puncto fin.num.*26. Contra Leandrum *qu.*60. citantem octo Doctores, dicentes tunc eſſe irrationabilem conſuetudinem; ſed gratia, quia ſemper conſuetudo eſt rationabilis, ſi non oppona-

ponatur Juri Divino, & naturali, ut cum Cajetano 1.2. *qu.*97. *art.* 3. Navarro, & aliis doculmus 1. *Pantonom. num.*162.

1669 Mulieres post partum.

Mulieres etiam post partum non petentes Ecclesiam juxtà consuetudinem, excusantur. *cap.un.de purificatione post partum.* Arriaga *loc. cit. num*130. Menstruum taman non excusat. Marchantius *resolutionum Pastoralium cap.*6. *§. quartus casus*; nisi aliqua sequatur defectio virium, locive irreverentia, & nisi consuetudo oppositum obtinuerit. Navarr.*cap.*21.*num.*9. Vega *par.*2.*Summa cap.*41.*casu* 42.

Tandem:

An Peregrini teneantur interesse Missæ in loco, per quem transeunt, si inibi servetur dies festivus?

1670 Peregrini nõ tenetur Missam audire in loco ubi aranseunt, quia ibi tantùm festiva dies.

NEga: Arriaga *loc.cit.num.*32.Marchaotius *resolutionum Pastoralium cap.* 3. & 6. si non sit festivitas jure communi servanda, & idem est, si in sua patria sit dies festiva, qui enim extra patriam commoratur, legibus suæ patriæ non ligatur. *cap.* 2. *de constitutionibus*. Cetera resolvanda ex principiis cùm de Legibus.

Præsentia ad satisfaciendum Missæ præceptum.

1671 Præsentia ad Missã sit humana, moralis, devota.

DEbet esse humana, & moralis devota, nam hominibus præcepta est; & moralis verè dicitur præsentia satis in onaribus pro implendo præcepto. *can.Missa.de consecr.dist.*1. Et sic nèc requiritur, ut Sacerdos percipiatur, aut videatur. Id suadent surdi, cœci præcepto assistendi Missæ satisfacientes. Azorius *tom.*1.*lib.*2.*cap.*3.*qu.*4. D.Antoninus *par.*1. *tit.*9.*cap.*10. §.1. Sylvest. v.*Missa.* 2.*qu.*1. Navarrus *cap.* 21. *num.*8. Aversa *qu.*11.*sect.*19.§.8. Arriaga *tom.*7. *disp.*57. *num.* 32. & 33.

1672 Sacerdos nõ debet clamare, ut audiatur à circũstantibus.

Sic nec Sacerdos debet clamare, ut à circumstantibus audiatur. Et Sacerdotem ob multitudioem non videntes remoti, val post columnam, vel in Choro post parietem, satisfaciunt præcepto.; nam sunt per modum unius cum aliis moraliter præsentes, etiamsi extra Ecclesiam apertam distans valdè etiam per unum milliare, ut in exercitu; Facit enim unum cum ceteris. Gabr. à S. Vinc. *de Sacrificio dip.*3. *qu.*9. §.1. *difficultas.*

1673 An e domo assistens Sacrificio satisf. faciat, vide superiùs dicta.

Ex domo Sacrificio assistens moraliter Sacerdotem videns, satisfacit præcepto, etiamsi interjaceat platea non enormiter lata; nam aliud, quàm moralis humana devota præsentia non præcipitur. Lugo *disp.* 22.*sect.* 21. *num.* 21. taxans distantiam viginti passuum. Arriaga *loc. cit. num.* 35. *in fine.* Contra Aversam *de Sacrificio qu.*11. *sect.* 19. ajentem debere existere in loco spectante ad Ecclesiam. Nobis primo displicat limitatio spatii; nam cum moralis præsantia sufficiat, quæ non habet determinatum spatium, cùm in loco apto dicantur præsentes moraliter magis distantes, quam alibi existentes. Nec placet debere spatium spectare ad Ecclesiam, ut patet in illis, qui extra Ecclesiam incapacem Sacrificio assistunt una cum existentibus extra Ecclesiam. (54)

1674 A sensibus alienatus in cõtemplatione verè Sacro assistit.

Raptus in extasim in contemplatione ejusdem Sacrificii, dicitur moraliter devotè præsens, ut etiam alias orationes, etiam ex præcepto, pœnitentiam, horas Canonicas, &c. recitans, imò & libros spirituales devotè, attentè legans; non enim hujusmodi extrahunt à præsentia morali devota, qua carent ebrii, dormientes in Missa. Arriaga *loc. cit. num.* 39. Aversa *de Sacrificio qu.*11.*sect.*19. *§.requiritur.* Gabriel à S.Vinc.*loc.cit.§.requiritur.*

Actiones manuales, extrahentes hominem à præsentia exteriori morali devota, impediunt hujus præcepti implementum, ut pingere, fabulari, ludere at si non rapiant, sed ex consuetudine etiam sine attentione fiant, ut femina, quæ net, tunc in Missa fieri valet. Arriaga *loc. cit. num.* 37.

De Operibus licitis, vel illicitis in diebus festivis.

CAPUT XVII.

1675 Sublato veteris Testamenti Ceremoniali, remanet naturale præceptum aliquo die colendi Deum.

NOn solùm Sacrificio, sed etiam Auctora tempore libandum, obsequendum; id essentialis subjectio creaturæ suadet, idque naturę lumine dictante, etiam ex legibus Ethnicis patuit in lege veteri. Exodi 20. Deuteronomii 5. Levitici 16. Isaiæ 56. sancitum, quo Ceremoniali subiato quantum ad temporis limitationem. *can. penultimo. de consecr. dist.* 3. D.Augustinus *de tempore sermone* 251. naturale permansit, ut Deus aliquo colatur tempore. Tertullian. *lib.*2.*adversus gentes cap.*39.D.Tho. 2.2. *qu.*122.*art.*4.Bonacina *tom.*2.*disp.* 5.*quæst. unic. num.* 1. Caram. *Intentionali num.* 1853. Ecclesia autam liberè, & sic mutabile præfinit diem Dominicum. D.Tho.*loc.cit.ad quartum.* D.Bonaventura in 3.*par.dist.*37.

1676 An dies Dominica sit de Jure Divino.

Contra Sylvestrum v. *Dominica qu.* 1. ajentem diem Dominicum Juris Divini.

1677 Dies festos non tenetur Ecclesia Jure Divino instituere.

Non tenetur Ecclesia Jure Divino diem festum constituere; nam ut in aliis præceptia amandi Deum, credendi, sperandi tempus non taxavit, ità potuisset hìc non taxare, & tunc esset obligatio aliquoties, ut in dictis præceptis dilectionis Dei. Suarius *loc. cit. cap.* 2. Fagundez *lib* 1. *cap.*2.*num.*3. Contra Covarr. 4. *var. cap.* 19. *num.* 1. Leand. *tom.*3. *tract.* 1. *disp.* 1. *quæst.* 10.

A quibus abstinendum in diebus festivis.

1678 Ab operibus servilibus in die festo abstinendum.

IN diebus festivis, primo abstinendum ab operibus servilibus. Secundo à publicis negotiis. Tertio à compilandis, decernendis, exequendis actibus judicialibus. Et sic (55)

Ars servilis quænam?

1679 Disceptatur DD. in assignanda arte servili.

UT video in hoc multi currunt ab aliis rapti potiùs, quàm discurrunt; quæ enim actio servilis sit non satis constans; & difficultas est in constituenda quidditate artis servilis, cujus exercitium in diebus festivis prohibitum.

Quidam volunt opus exercitum ob lucrum esse servile, etiamsi sit studere, docere. Abbas in *cap.* 1. *de feriis num.* 4. ubi Butrius. Idque etiam

(54) Vide superiores *Adnotationes*.
(55) Abstinendum in hac materia à *Propos.* 2. Innocentii XI. quæ sic habet: „ Præceptum servandi festa non obligat sub mortali, seposito scandalo, si absit contemtus.

etism ſi incrum non ſit merces, ut eſt iucrari ex conjectura. Cootra quos ſtat Cajetanus 2.2. *art.4. dub. ult.* Soar. *de Religione lib.*2. *cap.*22. *num.*3. & *cap.* 39. *num.* 3. quia iogenuus labor ſpe lucri pecuniarii, honoris, gloriæ fieri valet, & nullibi opus ob lucrum prohibitum, eſtque non lucrum, ſed ſervile opus prohibitum.

II. Aliis placuit eſſe ſervile operari propter mercedem, etiamſi opus eſſet alioquin liberale. Angelus v.*Feriæ num.*9. ubi Tabiena *n.*39. Sylveſter v. *Dominica qu.*4.*&* 5.

1680 Ars ſervilis non eſt illa, quę operatur ob mercedē.

Contra quos eſt primo, quia hinc poſſet quis in ſuo prædio, vel ſibi laborare; non eoim ſibi mercedem deſerre poteſt, nec eſſet opus ſervile. Secundo, quia opus liberale poteſt etiam eſſe pretio æſtimabile, nec merces tollit materiam artis liberalis. Tertio uſus Catholicus eſt in oppoſitom, qua Cathedratici etiam in diebus feſtivis ob mercedem abſque ullo ſcrupulo docent. Quarto, quia quando licet ex cauſa ſervilia peragere io diebus feſtivis, licet etiam mercedem ſuſcipere. Quioto, quia aliod eſt opus mechanicom, aliud ſervile.

1681 Ars laborioſa ao ſervilis.

III. Alii volunt ſervile opus externum laborioſum pro vita homaoa ſobſtentanda, cum Abulenſi 12.*Exodi qu.*24.Sed hinc ſequitur ambulare eſſe ſervile.

1682 Quid affirmavit Divus Thomas.

IV. D.Tho. 2.2.*qu.*122.*art.*4. *& in* 3.*diſt.*37 *art.*5. *qu.*2. *ad* 2. ibi: *opera ſervilia propriè eſſe illa, ad quorum executionem ſervos deputatos habemus, & in quibus debent artes mechanicas dirigere*, ubi ait ſervile eſſe corpus corporeum, quo onus alteri ſervire ſolet; ſequitur Suarios *tom.*1.*de Religione lib.*2.*cap.*30. *num.*5. *& cap.* 18. *num.*10.

Auctori non arridet.

Sed hinc ſeqoltur, primo miniſtrare Miſſæ etiam opus ſervile, & tamen maximè apud nobiles, ab ingenuis nobilibus exercetur. Secundo, ſequeretur artes oon ſoiſſe ſerviles ante introductionem ſervitutis. Tertio, ars non eſt ſervilis, quia fit à ſervis, ſed fit à ſervis, quia eſt ſervilis. Quarto, qoia ſervis maxima pars non utitur, & ſic aliundè ſumenda denominatio. Quinto, artes mechanicæ exercentur ab ingenuis, & tamen oequeunt ut ſerviles exerceri in diebus feſtivis, ut exercitium medicom, licèt ingenuum, exercebatur à ſolis ſervis. *l. thais*, *§. Lucius*, *D. de fideiuſſoriis libertatibus*. *l. alimenta*. 16. *§.* 1. *D. de alimentis, & cibariis legatis*. *l. ſi duobus*. 9. *C. communia de legatis*. Et notavi in *Optica legali num.*253.

1683 Alia DD. placita proſequuntur.

V. Booacina *tom.*2. *diſp.*5. *quæſt. unica puncto* 2.*nu.* 4. citans plures ait, ſervile etiam opus ex ſe ſamularum habens.

Sed hæreo, oam ex natura ſua ad iſta opera non requiritur ſervitus, & jus ſervitutis non cadebat, ſed ſupponebat opus ſervile exercendum, & filius ex ſe opera exercet circa Patrem in Patris obſequium, nec tamen dicitur ſervile opus.

Servilia dicuntur, quæ corporali opificio corpori per ſe ſerviunt, ut ſarteriam, ſecundum Suarium *de Religione lib.*2.*cap.*30.

Sed cur ipſe repooit inter ſerviles pictoria, quæ non corpori, ſed famæ ſervit, cur militaria, cur gladiatoria, ſaltatoria, quæ famæ, gloriæ ſerviunt, ut vides anceps adhuc alea eſt, quæ & inde ſervilia diſcernenda ſint, maximè quia artem eſſe ſervilem eſt in mente hominum. Natura namque quivis liber; ſicque artem eſſe liberalem, vel ſervilem ex hominum ſumendum acceptione eſſe voluit. Caram. *Intentionali num.*1856.

An autem eadem ars poſſit eſſe modo ſervilis, modo liberalis, modo nec ſervilis, nec liberalis?

1684 Eadem ars modò ſervilis, modò nō poteſt eſſe ſecundum communem acceptionem.

AFfirmant plures, maximè illi, qui dicunt eſſe ſervile, ſi fiat ob lucrum, ob mercedem, ceſſante namque lucro, ceſſante mercede non erit ſervilis. At id negat Suarius 1.*de Religione lib.*2.*cap.*22.*num.*7.

Mihi perſiſtendum in communi acceptione, & in dubio opus non præſumitur ſervile; nam ſervilitas eſt facti oneroſi, in dubio non præſumendi. *l. altius, D. de ſervitutibus, & aqua.*

REGULA PRIMA.

1685 Quod exercetur internis potentiis animæ non eſt ſervile.

NUllum opus, quod exercetur potentiis internis animæ, eſt ſervile; quia nulla ſervitus afficit animam; & ſic ſervile non eſt ſtudere etiam ob lucrum, docere, diſputare, dicere, conſulere, legere, informare, eligere etiam Syodicum. D.Tho. 2.2.*quæſt.* 122. *art.*4. Caram. *Intentionali num.* 1856. oon enim iſti actus reſpiciunt alterum, aut Dominum. Palaus *tom.*2.*tract.*3.*diſp.*2.

SECUNDA REGULA.

1686 Opus externum ut ſuperiori factū eſt ſervile.

OMne opus externum reſpiciens alterum, ut ſuperiorem, eſt ſervile, nam ut ſervus Dominum, ità opus ſervile Dominum reſpicit, à quo juberi valet tale opus.

Hinc peccatum noo eſt opus ſervile, quia à Dæmone præcipi oequit, nec cootrahit ſpecialem malitiam io confeſſione exprimendam peccatum die feſtivo commiſſum. Cajetan. 2.2. *qu.*122.*art.*4. Sotus in 4.*diſt.*18. *quæſt.*2. *art.*4. Bonacina *tom.*1.*diſp.*5.*quæſt.un.puncto* 2.*num.*3. citaos ſex Doctores. Suar. 1. *de Religione lib.* 2. *cap.*18.*num.*3 citans decem Doctores.

Scio tamen D.Tho.2.2. *quæſt.*122.*art.*4.*ad* 3. D.Aotonioum *quæſt.* 2. *tit.* 9. *cap.* 7. D. Bonaventur. in 3.*diſp.* 37. in expoſitione literæ velle peccatum, jurgia, prohiberi in die feſtivo, ut ſervile.

CANON III.

1687 Opus ſervile non cognoſcitur ex natura rei.

OPus ſervile non poteſt cognoſci ex natura rei, quia ex natura rei naſcitur liber, & ſervilia jure poſitivo incœpere, & ſic jure naturali non datur res ſervilis.

CANON IV.

1688 Legibus ſtatuta opera ſervilia.

HÆc, & non alia eſſe ſervilia, legibus ſtatuta poſitivis, & etiam aliqua non opera externa corporalia prohibita diebus feſtivis. *c.* 1. *c. licet. c. conqueſtus. de feriis.* VI. Synodus *c.*8. ruſtica non exercenda.

CANON V.

1689 Communi hominū acceptione.

COmmunis hominum acceptio poteſt aliqua reddere ſervilis, nam ſicuti ſervitus, jura, ità uſu probante introduci valet, & ità etiam uſus poteſt aliqua ut noo ſervilia recipere, & quæ in uno loco ut ſervilia, in alio in-

co

co ut non servilia haberi possunt ex hominum communi existimatione; non enim est major ratio, cur lex possit reddere servum, ut patet in fictionibus postliminii. *l. si quis, D. de captivis, & postliminio reversis.*

CANON VI.

1690 In dubio opus nō habetur ut servile.

IN dubio, ut pronunciatur aliquem non esse servum, ità opus non esse servile.

Ex his regulis sequentia decidenda, non ex placitis Doctorum; quia in hac materia ad summum non probant, qui enim negat, asserit, & non probat officium servile, qui affirmat, asserit, & non probat officium; & sic ludimus placitis Doctorum: nè tamen illudamur à principiis præfixis respondeas; & dum illi inter se certantur, tu altiori principio pro possessione libertatis ab incunabulis sortitæ, pro libertate pronuncia.

Casus controversi.

1691 Scribere, & transcribere licitum in festis etiam ob lucrum.

I. SCribere licet in festis; imò etiam transcribere, & libros musicorum cum notis componere, non solùm causa discendi, sed etiam ob lucrum, & mercedem; non enim est opus hoc servile. D. Tho. *loc. cit. art.* 4. ubi Cajetan. Toletus *lib.* 14. *cap.* 24. *num.* 6. Caram. *Intentionali num.* 1856. dicens licere etiam observare sydera, & ducere lineas geometricas, easque exponere. Suar. *tom.* 1. *de Religione lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 3. dicens tutum, & verum. Bassæus v. *Festum* 2. *num.* 8. Leander *loc. cit. disp.* 4. *qu.* 10. citans tredecim Doctores, contra Azorium *par.* 7. *lib.* 7. *qu.* 5. negantem posse ob pretium transcribere. Sanch. *tom.* 2. *Opusculorum lib.* 5. *cap.* 2. *dub.* 10. *num.* 5. negantem licere transcribere libros cum notis musicis.

1692 Notarii valent scripturas scribere.

II. Notarii scribere valent omnes scripturas in die festo non prohibitas, ut testamentū, donationem; id namque non servile est, cùm rogati faciant, nec prohibitum invenitur. Navarrus *cap.* 9. *num.* 14. Lopez *lib.* 1. *Institutionum cap.* 52. contra Lublinum v. *Festum num.* 4.

1693 Itē reddere rationes, & exigere.

III. Non est servile etiam pro mercede rationes exigere, & reddere. Sanch. *loc. cit. dub.* 11. *num.* 22.

1694 Componere characteres.

IV. Componere characteres licet Typographis, quia est illis conceptum mentis manifestare, ad instar illius, qui scribit. Diana *qu.* 4. *tract.* 4. *resol.* 62. Caram. *Intentian. num.* 1856. Homobonus *vol.* 1. *responso* 34. contra Paschaligum *decis.* 149. *num.* 4.

1695 Imprimere opus servile, licet Auctori non omninò arrideat.

Impressoris servile mechanicum opus in festis non exercendum docent cuncti. Leander *loc. cit. qu.* 19. Caram. *loc. cit.* sententiam recipit; at rationem non video, cùm isti aliud non faciant, quàm transcribere paginas impressione, & conceptus mentis saluberrimè exprimere, magis quàm ordinatur hæc cum characterum compositione ad propalanda mentis doctissima arcana. Igitur pro ratione sit hoc esse servile opus ex communi hominum æstimatione.

1696 Pingere licitum ob lucrum.

V. Pingere etiam lucri gratia licitum, quia expressivum mentis ideæ, & transcribere, nec ordinatur in corporis subsidium, quod est proprium artium servilium. Sayrus *lib.* 7. *Clavis cap.* 2. *num.* 13. Layman. *lib.* 2. *tract.* 7. *c.* 2. *num.* 3. Paschaligus *dec.* 142. *num.* 3. Diana *p.* 4. *documents* 4. *resol.* 62. Caram. *Intent.* 1856.

1697 Dubitant alii DD.

Sed rem dubiam ait Suar. *de Religione lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 4. motus paritate statuam conflantis, quod est opus servile. Et absolutè negat Bonac. *tom.* 2. *disp.* 5. *qu. un. puncto* 2. *num.* 25. Leander *loc. cit. qu.* 20. citans viginti Doctores, qui *quæst.* 21. ait nec causa recreationis licere in festis pingere. Cui repugnat Angelus v. *Feria num.* 22. Sylvest. v. *Dominica qu.* 5. Armilla v. *Festum num.* 21. Rosella v. *Feria num.* 13.

Imò licere pingere ad discendam artem, & sic ad perficiendam mentem, docet Sanch. 2. *Opusculorum lib.* 5. *cap.* 2. *dub.* 6. *n.* 8. & 9. Sà v. *Festum num.* 5. dicentes fortiùs licere delineare, & exemplare. Paschaligus *dec.* 141. *num.* 2. contra Leand. *loc. cit. qu.* 23.

1698 Designare ædificiū licet in festo.

Hinc fortiùs isti docebunt licere designare chartis ædificium excitandum, nam est solius expressio ideæ, scripto docentis construendi structuram, & modum. Armilla v. *Festum n.* 21.

An possit ricamari?

1699 Licet ricamare.

OPus non servile, quia est acu mentis ideam exprimere, secundum Joannem de la Crux *par.* 1. *Summa precepto* 3. *art.* 1. *num.* 2. Azorium *tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 27. Armillam v. *Feria num.* 21. Filliucc. *tract.* 27. *cap.* 9 *quæst.* 8. *nu.* 169. Trullench *loc. cit.* Bonac. *loc. cit. num.* 25. vult id intelligendum cum grano salis, quia per se opus est servile. Contra Leandrum *loc. cit. q.* 25. negantem absolutè.

Venari, aucupari, piscari.

1700 Venari, aucupari, piscari.

NOn servile, sivè fiat causa recreationis, sivè lucri, in mare, in flumine, navigiis trahentibus retia; communis enim usus ista ut servilia non habet. Suar. 1. *de Religione lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 3. & 5. qui dicit ex se servile, sed licitum ob receptam consuetudinem. Trullench. *lib.* 3. *Decalogi cap.* 1. *dub.* 8. *num.* 8. Villalobos *tract.* 32. *difficultate* 2. *nu.* 8. Sà v. *Festum num.* 5. Caram. *Intentionali num.* 1857. Bassæus v. *Festum num.* 12. Paschaligus *dec.* 184. *num.* 4. Contra Abulensem 12. *Methodi quæst.* 24. Leandrum *quæst.* 31. negantem licere piscari in mari retibus, navigiis, citantem octo Doctores.

An liceat gladiari, ludere etiam pila, militare, choreas ducere, etiam in Quadragesima?

1701 Et gladiari, ludere.

LIcet in diebus festivis, non enim communi æstimatione inter servilia numerantur. Granadus 2. 2. *controversia* 3. *tract.* 12. *disp.* 4. *sect.* 6. *num.* 6. Sà v. *torneamentum* 1. & v. *Festum num.* 5. Bonac. *tom.* 2. *disp.* 5. *quæst. un.* Sylvester v. *ludus*. Suar. *loc. cit. cap.* 28. *num.* 7. dicens militare esse servile. Caram. *Intentionali num.* 1857. dicens militare ingenuam artem Principe dignam, afferitque posse duci etiam Instrumenta bellica, ex *l. omnes Judices, C. de feriis.* Et communis æstimatio inter ingenuas reposuit militarem artem.

Molere.

1702 Item molere

AQuis, vento, jumentis, non manu hominis in festivis absolutè, etiam sine necessitate licet diebus festivis; nam ibi parum, aut nihil laboris in reponendo frumento, molendo citiùs

tiùs vento, quàm jumentis; & quia id obtinuit consuetudo. Sà v. *Festum num.* 5. Azorius *to.*2. *lib.*1. *cap.* 27. Sanch. *lib.*5 *Opusc. cap.*2.*dub.*13. Contra Sayrum 7.*Clavis cap.*2.*num.*6. Cajetan. v.*Festum.* Sylvestum v. *Dominica qu.*5. Bonac. *pracepto* 3. *Decalogi disp.*5. *quaest. un. puncto* 3. *num.* 9. Abulensem *cap.* 12. *Methodi quaest.* 38. negantes aqua, vel vento molendum diebus festivis.

Itinerari.

1703 Itinerari. PEdester, equester, navigio, lectica, curru, motu laborioso, licet in diebus festivis, quia res omninò naturalis, & sic non servilis, sed communis servis, & ingenuis, quia ità consuetudo obtinuit, etiamsi onustis animantibus ducendum. Sanch. 2.*Opusc. lib.*5. *cap.*2. *dub.*9. *num.* 4. Sà *loc. cit.* Angelus v. *Feria num.* 15. Bassæus v. *Festum.*2.*num.*10. Suar.1.*de Religione lib.*2.*cap.*25. Navarrus *cap.*13. *num.*6. Contra Cajetanum 2.2.*qu.*122. *art.*4. dicentem licitum tantùm vi consuetudinis. Tabienam v. *Feria num.* 23. negantem licitum cum labore.

1704 Famulis onustis Dominis itinerantibus licet in festo servire. Licet etiam famulis onustis itinerantibus Dominis servire. Paschalig. *dec.*146.*nu.*6 *&* 7. Animantia onusta, & non onusta de loco ad locum trajicere licitum, & iter continuare, vel incipere etiam in die festivo, consuetudine docente. Cajetan. 2. 2. *qu.*122. *art.*4. Sylvester v. *Dominica qu.*5.*conclus.*4.Diana *par.*1.*tract.*15. *resol.* 36. Rodriquez *part.* 1. *Summæ cap.* 121. *num.*2.Paschaligus *dec.*192.*num.*10.Leand.*loc. cit. qu.* 10. etiam sine necessitate *num* 2. ex natura itineris. Trullench 3. *Decalogi cap.* 8. *dub.*8.*num.*2.gratia dicens cum Palao, & Sanch. non licere sine necessitate animantia onusta transcurrere de loco ad locum.

An puellis in diebus festivis licitum laborare.

1705 Puellis ad evitandum otiū, & alia peccata licet laborare. AD avitandum otium, occasiones vagandi, delinquendi ex Ecclesiæ epickia. Sylvest. v. *Dominica quaest.*5. §.4. Sà v. *Festum num.*6. Caram. *Intutisn. loc.cit.* dicens secundum aliquos etiam decisum, posse operari ad fugiendum otium. Joannes de la Crux *par.*1.*Summa pracepto* 3. *art.* 1. *dub.*1. *concl.* 4. Homobonus *vol.*1.*qu.*2.*responso* 35. Diana *par.*4 *tract.*4. *resol.*62. Henriq. in *Summa cap.*6.*num.*18.

Contra Leandrum *loc.cit. qu.*26. Maximè si laborare uterentur ad superandas tentationes; meliùs enim est feminæ in die festivo laborare, quàm si tota die saltaret.

Mercatura.

PRohibita in die festivo, ut patet in *cap.* 1. *& fin. de feriis*. At modò prævaluit consuetudo, ut maximè in diebus festivis publicè mercatorum negotia incohantur, & committuntur in illis feriis, quæ semel, vel bis in hebdomadis, & anno fiunt, non enim omittuntur, licèt tunc concurrat dies festivus. Sic Salerni incipiunt die festiva S.Matthæi. (56) Cajetan. 2.2.*qu.*122.*art.*4. Navarrus *cap.*13. *n.*8. Suarez *tom.* 1. *de Religione lib.*2. *cap.*29. *num.* 3. Sà v. *Festum num.*5. Sanch. 2.*Opusculorum lib.*5. *c.*2. *dub.* 25. *num.*7. Bonac. *tom.*2. *disp.* 5. *quaest.un. puncto* 2.*num.*10. 1706 Mercatura prohibetur in die festo.

Fortius licèt vendere res necessarias victui, esculenta, poculenta. Sanch.*loc.cit.num.*9. Bonacin. *loc.cit.* Cajetan.*loc.cit.* Angelus v.*Feria num.* 13. 1707 Licet vendere res necessarias.

Quæ nomine mercaturæ non veniunt, licent: ut licet locare, conducere, emere, vendere esum, nam mercatura pius dicit, & ex officio licet facere hujusmodi. Suar.*loc.cit.num.*2.Azorius *tom.*2.*lib.*1. *cap.*27. *quaest.* 10. nec est actio servilis, ut gratis voluit Leander *disp.* 5. *qu.* 5. fuit namque introducta loco permutationis, quæ nec est servilis, sed omnibus communis hominibus *l.*1. *D. de contrahenda emptione.l.fin. D.de rerum permutatione*, Genesis 25. *num.*31. & notavi *Ill.Pantenom*. Imò locatio, commutatio, venditio etiam voce præconis fieri valet die festivo, si aliis diebus desint emtores, conductores, undè res vili pretio locaretur, venderetur; non enim lex obligat, ut quis amittat bona sua. Suarez *loc.cit.cap.*29. *num.*5. Azorius *lib.*1.*cap.*27.*quaest.*10. 1708 Quę non veniunt rigorosè nomine mercaturæ licent.

In diebus festivis licet vendi calcei, candelæ. Navarrus *lib.* 2. Sanchez *lib.* 5. Sylvester. v. *Dominica qu.*5. (57)

Processus.

1709 Processus judicialis prohibetur in die festivo. IN diebus festivis prohibetur placitum, id est processus judicialis. *cap. fin. de feriis.* Et prohibetur à principio, usque ad axequutionem sententiæ, etiam coram arbitro. *cap. fin. de feriis.* Suar.*lib.*2. *de Religione cap.*29. *num.*6. idque etiam si sit decretum citationis, vel citatio; est enim actus judicialis. Palaus *tom.*2. *tract.*9. *disp.* 2.

Sen-

(56) Quare autem publicæ Nundinæ incipiant plerumque in diebus festis alicujus Sancti, inquirāmus oportet. Mihi videtur ideò in die festo Sancti incipere, quia cùm Populus fidelis tunc concurrens ad venerandum Sanctum cum Christo regnantem, occasionem dederit aliis merces aut ad victum necessaria, aut ad voluptatem illic afferre, ut concurrenti populo succurrerent, & eorum merces omnium oculis expositas faciliùs venderent. Tum etiam quia ut *Lib.I. tit.IV. Adnot. VII.* retulimus, in Natalitiis Sanctorum Martyrum, ut eos cultu publico venerarentur, præter Altaris erectionem super eorum Sancta Corpora, & Sacrificii celebrationem, aliasque Ecclesiasticas functiones; etiam publicum, & solemne Convivium fideli populo parabatur; ut non solùm spiritualibus gaudiis reficerentur, sed etiam corporalibus lætarentur. Justus Hennigius Bohmer in notis ad *Lib.II. tit. XXI.* Juris Canonici Arnoldi Corvini ab Encæniis Judæorum morem hunc deducit: „ More Judaico hoc die festo „ solemnia convivia sunt instituta, ad quæ cum „ frequentior hominum esset conventus, mox mercatus subiecuti, Choreæ, aliaque publicæ lætitiæ „ documenta „. Refrigescente igitur caritate, minui cœpit erga S. Martyres vera, & spiritualis devotio, & lucri aviditate auctæ sunt publicæ Nundinæ: Quapropter etsi nunc concurrant multi ubi speciali cultu Sanctorum Corpora venerantur, ut Salerni S.Apostoli Matthæi, Barii S. Nicolai, & alibi in hoc Regno, fere tamen omnes ad mercaturas faciendas concurrunt in die festo illius Sancti, non autem ad lætandum in lætitia spirituali de Sancto, eique cultum exhibendo, ut glorificent Deum in Sanctis suis.

(57) Nostris Constitutionibus Synodalibus tum Diœcesanis, tum Provincialibus habemus, quòd contractus per dies festos non celebrentur. Synod. Diœces.Cardin. Cantelmi hoc titulo *num.*3.& Provinc.ejusdem *num.*4., & ultima Synodus *cap.de festis colendis num.* 5. Quæ fieri prohibentur, & quæ pœnæ contra transgressores. Vide nostras Synodos, potissimum ultimam.

1710 *Sententia civilis, aut criminalis nulliter eo die exercetur.* Sententia civilis, criminalis, ejus exequutio exercetur nulliter in diebus festivis; est enim actus judicialis. *cap.* 1. *de feriis. l. in die, C. de feriis.* Baldus *dec.* 253. Novarius in *collectaneis ad Pragmaticas, rubrica de feriis num.*6. & 7. Ruta in *antiquis, dec.*95. Gratian. *dec.* 144. dicens *num.* 26. nec instrumentum exequi posse die festivo. Contra Abbatem in *cap. fin. de feriis*, ajentem posse exequi sententiam in diebus festivis. Excipias sententiam Inquisitoris Fidei, quia est actus pietatis. *cap. fin.* ibi *pietas suadeat. de feriis.*

1711 *Censuræ licitè feruntur die festivo.* Censuras ejus absolutionem, dispensationem licet ferre in die festivo ait Cajetan. 2.2. *quæst.* 122.*art.*4. Leander *loc.cit.qu.*37. cui opponitur Butrius in *cap.fin.de feriis*, quia sententiam ferre, & judicialiter tollere est actus judicialis. *l. fin. C. de feriis.*

1712 *Appellare licet.* Appellatur, nam ejus persequutio ad instar defensionis licitè interponitur in festo, nam levis actus sine strepitu judiciali, imò retardans strepitum judicialem exequutionis. Cajetanus *loc.cit.* Tabiena v. *Feria num.* 2. Bossius v. *Festum.* 2. *num.*18.

1713 *Et Judicem informare.* Advocato, Procuratori licet etiam ob lucrum informare Judices verbo, scripto in diebus festivis. Cajetan. *loc.cit.* contra Sylvestrum v. *Dominica qu.*5.

1714 *Atque jurisdictionē voluntariam exercere.* Jurisdictio voluntaria, ut dispensare, absolvere, visitare Ecclesiam, Indulgentias concedere, jurisdictionem in hoc casu exercere licitè valet in diebus festivis. *cap.fin.de feriis.* Bonac. *loc.cit.puncto* 2.*num.*12. Guazzinus filius.

Juramentum judiciale.

1715 *Nullum est juramētum judiciale die festivo.* Nulliter recipitur in die festivo. *cap.fin. de feriis*, imò nec recipi posse examen in die festivo, licèt juramentum sit factum ante diem festivum, quia depositio testium est actus judicialis prohibitus in diebus festivis. Suar. *loc.cit.cap.*30.*num.*7.

1716 *Extrajudiciale licitū.* Juramentum enim extrajudiciale licitum in festo, quia expressè non prohibitum. Cajet. 2.2. *q.*122.*num.*4. Bonacina *tom.*2. *disp.*5. *quæst.un.* Sanch. *loc.cit. dub.*30.*num.*1. Contra Filliucc. Suarium, & alios apud Leandrum *disp.*6.*qu.*28. ajentes prohiberi juramentum sub nomine mercatus, nam mercaturæ nomen non exprimitur in odiosis.

Causæ excusantes.

Doctoribus concertantibus, tu tem ad principia reducas, quibus quis excusatur à legis observantia, licet autem pro consuetudine legitima præscripta. *cap. fin. de consuetudine.*

1717 *Grave omne excusat.* II. Grave unus, quod quis subiret legem observando, vel amittendi immodici lucri, vel subeundi grave damnum.

1718 *Bonum publicum.* III. Majus bonum publicum; cessaret enim lex contraria utpotè damnosa Communitati.

IV. Ratione epyckiæ.

1719 *Parvitas materiæ.* V. Ob parvitatem materiæ: de quibus nunc hic sigillatim agendum. Et primò?

Parvitas materiæ excusat à lethali.

Res parva non potest humano jure sub gravi transgressione præcipi.

I. Quibusdam Canonistis apud Fagundez *lib.*1. *cap.*14. *num.* 2. placuit esse, laborare per tertiam partem diei viginti quatuor horarum, quam nimiam licentiam præcepto præjudicialem ait Suarez *lib.*2.*cap.*31.*num.*2. 1720 *Quænam sit res parva variæ DD. opiniones referuntur.*

II. Alii dixerunt parvam materiam esse tertiam partem temporis, quo quis solet laborare, deducta quiete. Paschaligus *decis.* 300. *num.* 6. quem malè impugnat Leander *disp.*6. *qu.* 4. dicens hinc sequi posse laborari per sex horas, nam laboratur à mane usque ad Vesperam, qui labor deductis morulis quietis, & itineris, nec in æstate ast novam horarum.

III. Laborare per tres horas esse parvam materiam ait Marchantius *resolutionum Pastoralium cap.*3.*qu.*2. citatus à Leandro *qu.* 5. qui tamen indè eum citat, nam dicit ad peccandum mortaliter ob gravitatem requiri tres horas ad minimum, verba ejus sunt scilicet: *Quæres quantum temporis requiratur, ut quis dicatur notabili tempore in die festo opus servile exercitasse. Respondetur: alii dicunt quatuor horas, alii verò duas, ego ut minimum requirerem tres ad peccandum mortaliter, quia censeri debet pars notabilis diei*; undè alii tertiam, alii quartam diei partem requirunt.

Meliùs posset pro hac sententia citari Suarius 1. *de Religione lib.*2. *cap.*28. *num.*5. dicens venationem servilem, sed excusandam si per duas, vel per tres horas exerceretur, qui *cap.*31. *num.*2. remittit arbitrio prudentis parvitatem materiæ inter horam, & tertiam partem diei.

IV. Duas horas esse parvam materiam, quia duodecima pars diei, ait Diana *part.*1.*tract.*15. Granadus 2.2.*controversia* 6.*tract.*2. *disp.*2. *sect.* 6.*num.*54. Henriqu.*cap.*7. *Summa n.*4. Bassæus v. *Festum.*3.*num.*4. Leand. *loc.cit.*

V. Laborem unius horæ esse parvam materiam, sed excedere horam esse gravem materiam ait Sanchez 1. *Decalogi cap.*4.*num.*18. Pataua *tom.*2.*tract.*9.*disp.*2.*puncto* 2.*num.*4. Suarez 1. *de Religione lib.*2.*cap.*31.*num.*2.

Alii dicunt laborare ad sexquihoram esse lethale. Layman *lib.*2.*tract.*7. *cap.*4.*num.*1.

Alii volunt infra duas horas esse levem, duas horas esse gravem materiam. Trullench *lib.* 3. *Decalogi cap.*1.*dub.*10.*num.*2.

VI. Infra horam esse parvam materiam, horam esse gravem ait Bonacina *tom.*2. *disp.*5. *qu. un. puncto* 3. *num.* 2. *in fine.* Villalobos *tom.* 1. *tract.*32.*difficultate* 4.*num.*1. quam nimiam esse restrictionem ait Suar. *loc.cit.*

Ego optarem istos Doctores assignare, vel principium, ex quo talem deducunt decisionem, vel à quo eis regulatum fuit, nè pro arbitrio conscientias illaquearent, vel relaxarent. Nolo tamen meam sententiam aperire, nè cum istis, & asseclis stomacho, non ingenio agam.

Qui verò laboravit ex causa excusante, puta ad evitandum, vel ad acquirendum lucrum grave, aut alia urgente necessitate, adhuc habet parvitatem materiæ, qua excusatur à mortale. Leand. *disp.*6. *qu.*40. sicuti per diversos dies festivos parum laborans, etiam excusatur. Sanch. *loc.cit.num.*2. Diana *par.*3.*tract.*5. *Miscellanea. resol.*8. Bassæus v. *Festum.*3.*num.*4. & etiam excusatur parum laborans, parum omittens sacri Officii Canonici, voti, &c. nam etiam materiæ incontinuabiles. Bonacin. *tom.*2. *disp.*5. *qu. un. puncto* 3. *num.*4. 1721 *Qui ex causa excusante laborat adhuc parva materia fruitur.*

Non

Non sic cessat, si discontinuè parum multoties laboraret, nam continuaretur labor in affectu, & tempore prohibito. Sanchez 1. *Decalogi cap.4.num.12.* Navarrus *cap.13.num.9.* Oviedus *par.2.tract.6.controverſ.3.num.129.*

Si autem quis magnum opus iniret, & compleret parvo tempore multiplicatis operariis, vel per totum diem, ità ut quilibet parum temporis operaretur, mandans, etiam ob lucrum, excusaretur à lethali. Sanch. *loc. cit. num.* 12. Bonacina *loc.cit.num.4.*

Epyckia.

1722 Excusatio ob epyckiā.

LIcet laborare in theatris in diebus festivis ob adventum Regis, imperatoris, Summi Pontificis, & ex pietate erga Religionem servientia peragere.

Majus bonum publicum.

1723 Propter majus bonum publicum,

PRævalet, lex enim ad bonum publicum debet esse, & sic si impediat bonum publicum, cessat: ut est decens licitum, flumina reparare, ac pontes, & vias; Si enim privata necessitas, multò magis communis excusat. Suar. *lib.2. cap.32.num.5.* Toletus *lib.4.cap.1.*

Grave onus, & necessitas.

1724 Et propter grave onus, & necessitatem.

EXcusat, lex enim humana cum gravi onere non obligat: & onus grave esset amittere lucrum, vel subire damnum grave. *can. erit. dist.4.* & necessitas lege caret. *cap.fin.de feriis.*

Undè excusantur primò, qui nisi laboret, non manducat, vel laborans, ut familiæ secùs inopia laboranti prospiciat. Marchantius *loc. cit. §.2.* Sylvester *v.Dominica qu. 5.* Suarez *tomo 2. de Religione lib.2.cap.32. num.4.* Caram. *Intentionali n.1852.* Bonac. *tom.2.disp.5.qu.un. puncto finali num.32.* etiamsi sit opus servile. Paschaligus *decis.298. num.3.*

II. Laborans, nè à statu cadat. Paschaligus *dec.303. num.4.*

III. Laborans, ut sibi faciat supellectilem necessariam, vel ut dotem necessariam filiæ lucretur. Bonac. *loc.cit.num.13.* Leander *loc. cit. qu.14.* Paschaligus *loc.cit. num.5.*

1725 Sarcire vestes.

IV. Sarciens vestes in diebus festivis, non potens prævenire, sivè tunc urgeant funera, nuptiæ, sivè quia in diebus aliis debet laborare, ut victum sibi procuret, sivè ut sartor mensuras capiat pro vestibus rusticorum, impotentium alio tempore superesse. Trullench *lib. 3. Decalogi cap.1. dub.10. num. 20.* Marchantius *loc. cit.*

1726 Coquere cibos etiā ad jactantiam.

V. Coquentes cibos pro quotidiano usu necessarios. Sanch. 2. *Opusculorum lib. 5. cap. 2. dub.18.num.5.* At nostra consuetudo obtinuit, ut etiam confici valeant sibi ad jactantiam, delectationem, commoditatem, etiam requirentes multam artem. Palaus *tom.2.disp.2.puncto 3. num. 2.* etiam facientes pastillos, pastones, fornarii laborantes. Sà *v.Festum num.7.* Contra Bonac. *loc.cit. puncto 3. num.9.* Palaum *loc. cit. puncto 10. num.2.* ajentes panes ante, si commodè possit, faciendos.

1727 Venā secare

VI. Venam secantes excusantur necessitate suadente. D.Tho. 2.2.*qu.122.art.4.ad 3.* Navarrus *cap.13.num.7.*

VII. Frumentum purgantes ob necessitatem Solis, venti fortè deficiendi, vindemiantes, seminantes, metentes, congerentes segetes in locum triturandæ, nè tempore damnificentur: Tempestatum namque timor, & maximè tempore messis frequens, postulat, ut quis sibi prospiciat, nec se exponat periculo damni, una enim dies Solis damnum grava; nam grana cadunt ex spicis calore laxatis; & si pluvia, grando, ventus superimmineant, insuperabile malum, nec lacrymis æquandum. Marchantius *loc. cit.* Necessitas namque evitandi damnum proximi imminans tunc sufficit ad excusandum. D.Thom. 2.2. *qu.122.art.4.ad 3.* 1728 Frumentum purgare, & metere.

VIII. Extimantes in festo onera, vineas excusantur, quia nec labor diuturnior, quia labor consuetus, quia secùs damnificaretur in lucro. Sanch. *loc.cit.dub.16.num.11.*

IX. Licet inceptum opus prosequi; & etiam incipere, si secùs grave damnum inferendum esset, ut in coquendo vitro, latare, ferro, calce, secùs in grave damnum tunc immineret. Navarrus *cap. 13. num.6. & 7.* Marchantius *loc. cit.* Bonac. *loc. cit.num.13.* Sotus 2. *de Justitia qu.4.art.4. ad 3.* 1729 Inceptum opus prosequi.

X. Gravis metus verberum, sævitiæ, injuriarum, si secùs filii, servi, uxores non laborarent, imminentium à Domino, patre, &c. excusat, nam lex non obligat cum tanto onere. Tabiana *v.Feria num.28.* Suarez *tom.1. de Religione lib.2. cap. 32.* dummodò non sit in contemptum Religionis. Marchantius *loc.cit. §.5.* excusat. 1730 Gravis metus verberū.

Necessitas.

TRiplex, propria, alterius, communis ab intrinseco, & extrinseco.

Propria ad evitandum malum grave, vel ad non amittendum lucrum. Matthæi 12. ibi: *si ceciderit Sabbato in foveam*. Leges enim non obligant cum gravi onere, & in necessitatibus leges silent. *cap.fin. de feriis. can.remissionem, §.fin.qu.1. cap.non est. de regulis juris in 6. c.erit. dist.4.* 1731 Ad evitandū grave damnum.

Excusantur laborantes nè amittant gratiam Principis, Superioris, nè ejiciantur à famulatu, nè subeant grave malum ex metu injusto. Bonacina *tom.2.disp.5.quæst.un.puncto fin.num.16.* citans sex Doctores. 1732 Nè amittant Principis gratiam.

Hinc excusantur Domini fundi rustici, vel urbani, qui faciunt alios laborare ad evitandum grave damnum, vel lucrum acquirendum irreparabiliter amittendum, ut si amitteret grave lucrum. Navarrus *cap.13.num.9.*

Qua ratione etiam excusantur tunc laborantes, nè Dominus fundi tunc amittat lucrum, est enim gravis necessitas proximi, sivè laborent in colligendis fructibus, sivè in reparando, nè magis damnificentur urgente alluvione.

III. Excusantur servi, filii, secùs incurrendum diuturnam gravem indignationem patris, Domini, Superioris, vel ad evitandam gravem necessitatem, vel domus turbationem. Paschaligus *dec.298.num.4.* dicens *num.3.* pro sumenda honesta causa laboris in præcipientibus laborem. 1733 Servi, filii, nè patrem indignentur.

IV. Barbitonsores in die festo petentes eorum officinam, aliàs amissuri non solùm lucrum, sed adventantes; præsumuntur enim antea occupati, ut rustici, & tunc advenire. Sanchez 2. *Opusculorum lib.5.cap.2.dub.21.num.2.* Joannes 1734 Barbitonsores

nes de la Crux 2.*par.Summa præcepto* 3.*art.*1. *conclus.* 3.

1735 Sartores ut compleant promissum opus. V. Sartores, ceterique ut compleant promissum opus, secùs graviter damnificandi in pretio, in quo ex pacto succumberent, nisi opus completum exhiberent, vel enormibus subjicerentur reprehensionibus, vel gravi nota fœdarentur. Paschaligus *dec.*290.*num.*4.

Necessitas alterius etiam excusat; puta pro defendendo illius vita, honore, pro igne extinguendo, naufragis subveniendo. Suarez 1. *de Religione lib.*2.*cap.*32.

1736 Calceatores, equos itinerantes. II. Calceatores æquos itinerantes, si secùs nequirent itinerari. Bonac. *tom.*2. *disp.*20. *puncto* 3.*num.*11.Clavis *lib.*7. *cap.*2.*num.* 6. Sanch. *loc.cit.num.*14.

Imò si sequenti die essent iter arrepturi, possent hodie die festivo calceari. Joannes de la Crux *par.*2. *Summa præcepto* 3. *art.*1. *concl.*3. & possent reficere vomeres, & aratra, ut sequenti die laborent. Vivaldus *par.*4.*Candelabri cap.* 5.*num.*25.

1737 Necessitas communis excusat. Necessitas communis, ut avertere flumina inundantia, pontes pro itinere impedito, & vias reficere, construere quæ conducunt ad decorem Civitatis, ut theatra, tabulata, etiam pro comediis in festo faciendis, si non possint antea perfici. Sanch.*lib.*5.*Opusculorum cap.*2.

Consuetudo.

1738 Consuetudo legitima excusat. EXcusat, si sit legitimè præscripta, & rationabilis. *cap.fin.de consuetudine. l.*2.*C.quæ sit longa consuetudo*; nam tunc tollit legem talis facere consueta servitia, etiam tota die festiva verrere domum, vendere esculenta, & poculenta, equos, & currus itinerantibus locare, tondere barbas, facere tabulata, theatra causa lætitiæ, vel funeris tunc incidentis, ornare Ecclesias, & cetera consueta, colligere fructus in Sylvis, in quibusdam locis tantùm consuetum, ut castaneas, nuces. Marchantius *resolution. Pastoralium cap.*3. §.*similiter.*

1739 Humeris portantes res venales. Excusantur etiam humeris portantes res venales, &c. diebus festivis, quia tunc inveniuntur emptores. Marchantius *loc. cit.* §.*similiter ex consuetudine.* Suarez *tom.*1.*de Religione lib.*2. *cap.*32. *num.*5. Sotus 2. *de Justitia qu.*4. *art.*4. *ad* 3. Bonac. *loc.cit.puncto* 3.*num.*13. Macadus *lib.*2.*Summæ præcepto* 3.*tract.*16. *documento* 5. *num.*2. Filliucc. *tract.*27. *num.* 228.Sayrus *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 21. Et independente à consuetudine etiam sine veniale. Navarrus *cap.* 13. *num.*9.Suar.*loc.cit.cap.*31.*num.*2.

Pietas.

1740 Pietas ex se non excusat ab observantia festorum. PRæcisa necessitate non excusat servilia in festis, quia ipsa cessatio à servilibus est pietas Religionis. Cajetan. 2. 2. *qu.*122. *art.*4. Suar. 1.*de Religione lib.*2. *cap.*21. *num.* 23. Navarrus *cap.*13. *num.*4. Sotus 2.*de Justitia qu.*4. *art.*4. Diana *par.*4. *tract.*4. *resol.*177. Bonacin. *loc.cit.puncto* 3.*num.*6.

Undè nec licet servilia agere in festis; ut ex lucro eleemosynas quis faciat; nisi opus, illud fit actus caritatis, reficere scilicet vestes necessarias indigenti pauperi, & lignis ignem accendere frigore trementi. Suar. *loc.cit. num.*14. Navarrus *loc. cit. num.* 10. Contra Sylvestrum v.*Dominica qu.*5. Angelum v.*Feria num.*9. volentes licere etiam arare pro Ecclesiis, inedia Ecclesiæ, Loci pii. Glossam in *cap. conquestum* v. *pietas. de feriis.* Marchantium *loc.cit.* §.*excusantur etiam, qui in pietate laborant in gratiam Templi*, licet tamen sepelire, vestire mortuos, servire infirmis; nam ex se est pietas jure non prohibenda. Cajetan. Suar. *loc. cit.* Bonac. *loc.cit.quæst.*3.*num.*4.

Licet etiam ornare Altaria timore furti antea non ornanda, ut Ecclesiam ornare, mundare, campanas, organa sonare; nam hæc provideri commodè nequeunt, nam hæc ex usu prævalente fiunt. Toletus *lib.*4.*cap.*25.*num.*2.Suarius *lib.*2.*cap.*21. Sotus 2.*de Justitia qu.*4.*art.*4. & excusat etiam à veniali, quia hæc nequeunt præveniri. 1741 In diebus festis licet Altaria ornare, Ecclesiam.

De Dispensatione.

§. I.

DIspensationem non indigemus quando causa necessitatis, boni publici, & privati est certa. *cap. fin. de feriis*; invito enim Episcopo tunc præciso scandalo potest quis sibi victum quærere. Tabiena v.*Feria num.*44.Bonac. *loc.cit.num.*18. 1742 Quando dispẽsatio petenda.

In dubiis verò, vel si causa non sufficiat plenè ad excusandum, tunc petenda dispensatio ab Episcopo, ejus Vicario, & deficiente, vel si non possit cõmodè adiri Episcopum, à Vicario; non enim officit esse legem communem; nam cùm hujusmodi frequenter occurreret, esset gravissimum onus, & in quibus recursus ad Summum Pontificem est difficilis: undè meritò inferioribus Pastoribus dispensandi hujusmodi censetur demandata facultas. Suar. 1. *de Religione lib.*2. *cap.* 33. *num.*2. Bonac. *punct. fin. num.* 14. & 21. citans septem Doctores. Marchantius *resolution. Pastoralium cap.* 3. §.*quæro quinto*, qui §.*quæro sexto*, ait absentem non teneri servare festa Pontificalia sui domicilii: (58) 1743 In causa dubia, aut insufficienti petenda dispẽsatio ab Episcopo, vel ejus Vicario.

Tandem quis potest imponere opera servilia illis, qui legibus non subduntur, ut sunt carentes usu rationis, amentes, fatui, jumenta, infantes, & etiam proximè infantiæ, nam illi ignorant etiam quæ vident. Layman *lib.* 1. *tract.*4.*cap.*10. Diana *par.*5.*tract.*14.*resol.*7. Paschaligus *dec.*309. & 310.

De Sacramento Pœnitentiæ.

TITULUS VIII.

1744 Homines lapsi post Baptismum, reparantur etiam per Pœnitentiam. HUmana labilis natura ab incunabilis prona ad ruinam, discens collabi, Christo Domino corroborante, ex communi emergit naufragio, Baptismo primam præbente tabulam: at misertima quando sublimia petebat, gratia elevante, præveniente, cooperante, con-

co-

(58) Artificibus, ut possint in officinis suis diebus festis opera servilia exercere, necessaria est licentia Episcopi, aut Vicarii Generalis in Urbe, in Casalibus Vicarii foranei, quæ dadnda non est, nisi in gravi necessitate; ad normam Constit. Urbani VIII. *Universa*, §.*ut verò.* Synod.Diœces. Gardin.Ganielmi *de festis celendis num.* 6.

VSAOS LIB. II.

comitante, sobsequenti, miserabili rationis abusu, qua Deo famulandum, præceps refractaria ruitur. Infinita autem bonitas secundam præstat pœnitentiæ tabulam, nè naufragus pereat, sed secunda aura felici naufragio Divinitatis consequatur portum; de qua tabula nobis agendum.

Pœnitentia considerari valet, & ut Virtus, & ut Sacramentum. Primo occurrit calamo Pœnitentia, ut virtus est. Secundo uberiori laconismo, ut Sacramentum.

Pœnitentia ut Virtus:

CAPUT I.

1745 Quid exprimat nomen Pœnitentiæ. LOgodedali vocum disquisitionibus discruciantur, & discruciant, quasi voces non essent ad placitum.

Pœnitentiæ vox exprimit retractationem malæ antea actæ vitæ, & pœnas sumendi. D. Ambrosius 2. *de pœnit. cap.* 10. Tertullianus *lib.* 2. *contra Marcionem cap.* 20. Lactantius *lib.* 6. *Institution. cap.* 24. Hieronymns *lib.* 2. *in Jovinianum in fine*. Antoninus *lib.* 8. *cap.* 8. ibi: *pœnitentia est reprehensio quadam sui ipsius propter bonum aliquod dimissum.* Vega in *Trid. lib.* 13. *cap.* 17. Raynaudns *de virtutibus lib.* 4. *sect.* 3. *cap.* 3. *num.* 347. Contra hæreticos, ajentes pœnitentiam esse cognoscere mala antea gesta, etiamsi non displiceant; & deinde velle sequi rationis ductum. Pœnitentiam esse virtutem docet Trid. *sess.* 6. & *sess.* 14. *can.* 4. Contra Lutheranos, dicentes esse hypocrisiam vituperabilem.

1746 Pœnitentia est virtus infusa in Baptismo. Pœnitentia est virtus infusa in Baptismo. Jeremiæ 31. *v.* 19. Trid. *sess.* 6. *cap.* 6. & potest esse etiam acquisita ex D. Tho. 3. *par. qu.* 84. *art.* 1.

An Pœnitentia sit specialis virtus, & quodnam ejus objectum?

1747 Est virtus specialis respiciens peccatum detestabile, ut offensa Dei. AFfirmat esse specialem virtutem respicientem offensam Dei detestabilem, ut sic D. Tho. 3. *par. qu.* 85. *art.* 3.

Patet, quia offensa Dei ut sic est malum detestabile, & non nisi à pœnitentia; ergo pœnitentia est specialis virtus ab omni alia distincta, nam per illam rationem specificam detestativam offensæ Divinæ, ut ab omni alia virtute distinguitur, ità constituitur per se primò.

Offensa namque Dei detestabilis est commune objectum attritionis, & contritionis.

Offensa Dei punientis in hac, vel in alia vita detestatur ab attritione.

Offensa Dei summi boni detestatur à contritione.

Quæ ratio specifica detestabilis mali, ut sic, specificat pœnitentiam, eamque distinguit ab omni alia virtute per ly *respicere detestabilitatem Divinæ offensæ in genere.*

1748 Pœnitentia non est aggregatum omniũ virtutum. Undè pœnitentia gratia poneretur aggregatum omnium virtutum, quarum quamlibet pœniteat, & aversetur flagitium contra proprium objectum; ut notavit Optice Juris *num.* 1228.

Caritas namque non detestatur odium Dei, ut offensa detestabilis est, sed ut tollens amorem Dei amabilis.

Ceteræ, & unaquæque virtus aversatur malum sibi oppositum, non in alia ratione sibi non oppositum; secus singulæ virtutes aversarentur quodlibet malum.

Ex quo fit offensam Dei detestabilem à nulla virtute respici, nisi à pœnitentia, prout transcendit per omne malum offensivum Dei.

Hæc virtus pœnitentiæ erit naturalis, si naturali lumine cognoscatur malum offensivum Dei detestabile; ut enim naturali lumine Deus Creator cognosci valet, ità naturali lumine cognosci etiam potest malum, quod displicet Deo, ut est blasphemia in Deum, Deum odisse. Vega ad *Trident. lib.* 13. *cap.* 25. Suarez *tom.* 4. *in* 3. *par. disp.* 3. *sect.* 7. *num.* 2. Ockam in 2. *qu.* 14. *ad* 3. *cap.* 4. Lactantius 6. *Institutionum cap.* 4. Tertullianus *lib. de pœnitentia cap.* 3. & hic dolor naturalis non sufficit ad salutem, nec solus, nec cum Sacramento. 1749 Pœnitentia virtus erit naturalis si detestatur malum lumine naturæ cognitũ.

Si verò lumine Fidei cognoscatur detestabilia offensa Dei placabilis, & viribus gratiæ anima eliciat actum pœnitentiæ detestativum mali. Tunc iste actus erit actus virtutis supernaturalis, disponens ad sanctificationem, prout infrà explanabimus, cùm de Dolore. 1750 Si lumine Fidei erit supernaturalis.

De Pœnitentia ut Sacramentum.

CAPUT II.

POenitentia ut Sacramentum non solùm dicit actum doloris, sed aliquid aliud sensibile: tantæ molis ast ab orco revocare hominem, qui facilè fuit factus, sed magno Divino nisu reparatus: & Dei offensa post Baptismum, ut gravior, ità graviori, ità acriori pœna, & satisfactione digna. Nam homo ante Baptismum tenetur etiam Deo Creatori, post Baptismum tenetur Deo in effectu Redemptori, & tot auxilia subministranti, ut evadat, vel nè vitiorum, & pœnarum æterno gurgite absorbeatur. 1751 Pœnitentia est Sacramẽtum.

Definitur: *Est signum sensibile, practicum, ad placitum gratiæ, tollens per se peccata post Baptismum commissa.* Trident. *sess.* 24. *c.* 7. 1752 Definitio Pœnitentiæ.

Signum sensibile est genus. *Remittens per se peccata post Baptismum commissa* est differentia à Baptismo remittente peccata ante Baptismum, & in Baptismo. Et differt ab aliis Sacramentis per se non remittentibus lethalia. Trident. *sess.* 14. *can.* 7.

Solet discuti:

In quo consistat essentia hujus Sacramenti?

EXigit hoc Sacramentum peccata confessa, Dolorem, Satisfactionem, Absolutionem. Trident. *loc. cit.*

Essentia non consistit in Satisfactione, nam hæc præsupponit gratiam collatam, & sic Sacramentum causam gratiæ.

Nobis placet, hoc Sacramentum essentialiter consistere in materia, & forma simul. Patet, quia totum constans essentialiter suis partibus, ut homo constat corpore, & anima. Secundò, quia hoc Sacramentum est sensibile signum gratiæ; ergo illud est Sacramentum, in quo consistit hoc signum. Et sola forma sine materia peccatorum non est signum remissionis peccatorum: Et peccata cum dolore confessa sine forma non significant gratiam tollentem peccata; ergo utrumque simul, scilicet materia, & forma signum gratiæ, erit Sacramen- 1753 Consistit in materia, & forma simul.

mentum. D.Thom. in *4.dist.4.* & *3.par. qu.*84. *art.*1.*ad* 3.& *art.* 2. Lugo *de pœnitent. disp.* 12. *num.*20.ajens, essentiam hujus Sacramenti constitui Contritione, Confessione, Absolutione.

1754 Scotus ponit ejus essentiā in Absolutione.

Contra Scotum in *4.dist.*14.*qu.*4. reponentem essantiam hujus Sacramenti in Absolutione, ceteraque prærequiri.

An detur hoc Sacramentum?

1755 De Fide est dari hoc Sacramentum Pœnitentiæ.

AFfirma: est de Fide. Concilium Nicænum *can.*8. Florentin. in *Decreto Eugenii.* (1) Trident. *sess.*14. *c.*1.& 2. *cap. ad abolendam. de hæreticis.* Joann.2a.Actuum 8. Patet Matth.18. ibi: *quæcunque ligaveritis super terram, erunt ligata & in Cælis, & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in Cælis.*

Ex istis patet institutam *exhomologesim*, scilicet confessionem auricularem peccatorum à Christo Domino.

1756 Non est instituta publica, sed secreta.

Patet, quia non est instituta publica ob scandalum; ergo secreta: debet solvere, & ligare; ergo debet judicare inter solvenda, & liganda; ergo debet reus illa fateri, secùs nō posset judicium ferri de incognitis. Et ità semper in Ecclesia servatum habes; ex D.Dionysio *Epist.*8. Ireneo *lib.*1. *cap.*9. Cypriano *lib. de lapsis.* Et; *Epist.* 10. Origenes in Levitico *homil.*2.ibi: *Sacerdoti Domini judicare peccatum.* Et in Psalm.38.*homil.*2. ibi: *cui debeas confiteri peccatum.* Itaut etiam tempore Decii in Ecclesia fuerint instituti Pœnitentiarii pro confessione secreta. Socrates *lib.* 5.*cap.*19. Sozomenus *lib.*7. *cap.*16. Sanctus Leo *Epist.*80. D.Augustinus *homilia* 49. & *homil.*50. Cœlestinus Papa in *can.cum debet.* 30.*quæst.*1. D. Ambrosius *lib.* 3. *de Spiritu Sancto cap.* 19. Baronius *anno Domini* 34. impressione Romana, *fol.*202.*litera A*, & *anno Domini* 156.§.*confessionem*, *fol.*414. & §.*ex his*, *fol.*418. D.Thom. 3.*par. qu.* 84. *art.*1. contra Calvinum, & Lutherum.

An, & quando institutum fuit à Christo Domino?

1757 A Christo Domino instituta post Resurrectionem.

FUit institutum à Christo Domino. Triden. *sess.*7. *can.*1. & *sess.*6. *can.*14. Post resurrectionem, quando dixit Apostolis. Joannis 20. *quorum remiseritis peccata remittuntur eis.* Trident.*sess.*14.*c.*1. licèt inchoativè fuerit institutum in *Cœna Domini*; nam tunc fuerunt instituti Sacerdotes, in quo charactere Sacerdotii est potestas absolvendi à peccatis. Bellarminus 1.*controversiarum lib.* 3.

An sit necessarium ad salutem lethaliter lapsis post Baptismum?

1758 Lapsis lethaliter post Baptismum est necessaria in re, aut in voto.

AFfirma: in re, vel in voto. Trident. *sess.*14. *cap.*7. Concilium Constantiense *sess.*8. & *sess.* 15.

Quid pœnitētia in voto

In voto est in actu contritionis, dilectionisve Sanctissimæ Trinitatis. Navarrus *cap.* 1. *num.* 30. qua ratione est medium necessarium ad salutem, exceptis Martyribus, qui salvantur etiam attriti. Vasq. *de pœnit. qu.*84. *art.*15. *dub.un.num.*44. Navarr.*cap.*1.*num.*30.

In re est Sacramentum re ipsa actu susceptum in illis, qui possunt Sacramentum recipere, in quo diradiat ut culpæ gravitas, ità Divinum consilium hoc Sacramento liberante à sordibus, & à pœnis æternis. 1759 Quid in re.

Requisita ad hoc Sacramentum?

1760 Requisita Sacramenti Pœnitentiæ.

PRimo requiritur *Materia.* Secundo *Forma.* Tertio *Minister.* Quarto *Recipiens Sacramentum.* Quinto *Satisfactio*, & *Sacramenti effectus.* De singulis; & primo:

De Materia.

CAPUT III.

1761 Materia Pœnitentiæ, aut remota.

MAteria hujus Sacramenti est duplex. Prima remota. Secunda proxima.

Remota sunt peccata delenda, non cum qua materia forma Sacramentalis componat totum. Nam cum totum Sacramentum sit sacrum, flagitiis non turpandum, essetque malum, si aliqua pars esset mala, ex regula: malum ex singulis defectibus; sed est materia destruenda per Sacramentum: ut dicitur lignum materia ignis, quia ab igne destruitur. D.Tho. 3. *par. qu.* 84. *art.*2. Esparza *tom.*2.*qu* 90.*art.*2. Gobat *Theologiæ experimentalis tr.*6.*casu* 1.*num.*7.

Proxima est confessio dolorosa peccatorum. Trid. *sess.*14. Nos primo agamus de materia remota, deindè de proxima. Aut proxima.

De Materia remota Pœnitentiæ.

§. I.

1762 Materia remota sunt peccata detestanda.

MAteria remota sunt peccata destruenda. Primò mortalia. Secundo venialia propriè dicta. Nam id indicat forma *Absolvo te à peccatis.* D.Thomas 3.*par.qu.*84. *art.*2. Ideòque imperfectiones, ut sint materia, debent habere culpam saltem venialem.

Qualia debeant esse peccata?

1763 Quid peccatum materiale.

DAtur peccatum materiale, & formale.

Materiale opus malum factum sine advertentia malitiæ, vel cum circumstantiis excusantibus à malitia theologica. Sic amens, infans occidens etiam suum parentem, facit malum materiale, non formale.

1764 Quid formale.

Formale est quando quis cognoscens, deliberatè vult malum cognitum exequi, quod continet malitiam theologicam. Et potest malum formaliter existere sine malo materiali, ut patet in delinquente ex conscientia erronea putante rem bonam esse malam.

Materia confessionis sunt peccata formalia, non materialia; nam formalia tollunt gratiam non

(1) In laudato Decreto habētur §. Quartum Sacramentum est Pœnitentia. Cujus quasi materia sunt ,, actus pœnitentis, qui in tres distinguuntur partes. Quarum prima est cordis contritio: ad quam ,, pertinet, ut doleat de peccato commisso, cum ,, proposito non peccandi de cetero. Secundo est ,, oris confessio: ad quam pertinet, ut peccator ,, omnia peccata, quorum memoriam habet, suo ,, Sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia est satisfactio pro peccatis: quæ quidem præcipue fit ,, per orationem, jejunium, & eleemosynam. ,, Forma hujus Sacramenti sunt verba absolutionis, quæ Sacerdos profert, cùm dicit: *Ego te* ,, *absolvo, &c.* Minister hujus Sacramenti est Sacerdos, habens auctoritatem absolvendi, vel ordinariam, vel ex commissione Superioris. Effectus ,, hujus Sacramenti est absolutio à peccatis.

1765 Formale est materia Cōfessionis. non materialia: sic infans, amens, occidens non amittit gratiam baptismalem per illam occisionem, quam amittit peccans formaliter. Hoc namque Sacramentum est institutum ad causandam per se primam gratiam, & consequenter ad tollendum peccatum destructivum gratiæ. Gratiæ verò destructivum est peccatum formale, non materiale. Ità Theologi omnes, quibus consentit Caramuel *tom. 2. Regularis num.* 2489. dicens, explicandas in confessione circumstantias malas cognitas, & volitas, non verò existentes à parte rei, non cognitas, nec volitas. Bordonus *Miscellaneorum dec.* 321.

1766 Corollariū. Ex quibus evidenter evincitur non esse confitenda commissa inadvertenter non cognita ut peccata, ut sunt plura prava desideria, quæ sunt motus primò primi carnis, furti, odii, & alia patrata ante usum rationis, vel in ætate puerili non cognoscendo esse mala à Deo prohibita, nec cetera invincibiliter non cognita ut mala. Undè caveas à Navarro, Sylvestro, Vasquio, Bonacin. quibus consentit Leander *tom. 1. de Sacramentis tract. 5. disp. 5. quæst.* 6. Ocagavia *de Sacramentis tract. 2. de confessione Sacramentali qu.* 31 *num.* 7. ajentibus cum Diana, quem teneri confiteri, quæ puer invincibiliter ignorabāt esse peccata; nam hoc esset ponere Sacramentum sine materia, scilicet sine peccatis,

An peccata alias confessa, & absoluta sint materia hujus Sacramenti?

1767 Peccata aliās cōfessa sunt materia voluntaria Cōfessionis. AFfirma esse materiam voluntariam, ut sunt etiam peccata venialia, in quantum non tenetur, sed potest pœnitens illa confiteri. Scotus in *4. dist. 19. qu. 1. in fine.* ubi Mastrius *disp. 5. de Sacramento Pœnitentiæ qu. 12. art. 1. n.* 336. ubi Faber *disp. 21. cap. 2.* Brancatus *disp. 17. art. 3.* Lugo *disp. 13. sect. 3. num.* 27. Gobat *Theologiæ experimentalis tract. 3. nu.* 170. Perez *de Sacramento Pœnitentiæ tract. 3. disp. 2. cap. 3. n.* 45.

Contra Gabrielem in *4. dist. 17. qu. 1. art. 3. dub.* 2. Rubionem in *4. dist. 15. qu.* 2. ajentes, frustra iterari Sacramentum super peccatis jam antea confessis, & absolutis, & illicitam iterationem ait Rubeo, nisi addatur peccatum novum.

1768 Rationes producūtur. Probatur I. ex Extravaganti I. *de privilegiis.*

II. Ex *Can. quem pœnitet. de pœnitentia dist.* I.

III. Quia peccatum remissum per contritionem est materia absolutionis Sacramentalis; ergo etiam peccatum remissum per primam confessionem, & absolutionem Sacramentalem erit materia secundæ absolutionis Sacramentalis. Antecedens est de fide. Consequutio se tenet à paritate, & ut in primo, ità in secundo casu Sacramentum habebit suum effectum juxta capacitatem subjecti. Ut enim deleto peccato præexistenti contritione, vel actu amoris Sanctissimæ Trinitatis absolutio causat gratiam per se primò deletivam peccati, licèt in actu secundo non deleat, quia non invenit subjectum peccaminosum, & delet pro rata pœnam, & reliquias peccatorum, scilicet propensionem ad peccandum, difficultatem ad benè operandum, ità secundum absolutionem Sacramentalem licèt supponat peccatum deletum à præcedenti Confessionis Sacramento, tamen ex se causat gratiam per se primò destructivam peccati, saltem in actu primo, minuit reatum pœnæ; & reliquias peccatorum paulatim abstergit intentioribus auxiliis gratiæ actualia, & auctis habitibus virtutis, quibus homo faciliùs operatur, quàm antea.

Probatur IV. quia materia destruenda non componit cum forma, nec debet cum illa existere. Sic forma ignis destruit, non componit unum cum ligno, ità cum sine materia destruenda non debent coexistere absolutioni, sed satis est, ut coexistat materia, cum qua forma componit totum, ut est dolorosa confessio.

Et sic non solùm auget tunc gratiam remissivam peccati, ut vult Mastrius post Scotum, ajens nam tollere reatum pœnæ sine nova pœnitentis dispositione, sed secundum D. Thomam gratiam auget, & pœnam minuit, nam non est major ratio cur possit delere æternam, & nequeat minuere temporalem pœnam. 1769 Augetur tunc gratia, & minuitur pœna.

Quando verificatur ly Absolvo à peccatis tuis, *si peccata jam fuerunt certe remissa contritione, aut confessione præterita.*

VErificatur primò; quia Sacramenta per se conferunt gratiam destructivam peccati, qui est effectus essentialis Sacramenti pœnitentiæ, & si invenit, tollit peccatum, si non invenit, adhuc quantum est ex se tollit: sicuti calor quantum est ex se tollit frigus, & si non invenit, adhuc magis calidum reddit magis removendo objectum calidum à frigore. 1770 Quando tūc verificatur Absolvo à peccatis.

Secundo, quia pluries absolutus habet multiplicem titulum remissionis peccatorum, sicuti enim multiplici titulo quis potest constituere debitorem ejusdem summæ, puta titulo hæreditario, titulo donationis, &c. ità multiplici titulo potest tollere eandem obligationem satisfaciendo, acceptilando, &c. ità quoties confitetur pœnitens, acquirit novum titulum remissionis peccatorum, & reconciliationis cum Deo, ità Lugo, & Gobat.

Tertio, quia hoc Sacramentum tollit culpam, si invenit, si non invenit, tollit effectus culpæ; & sic tollit paulatim pœnam.

Quarto abstergit reliquias peccatorum, scilicet inclinationem, facilitatem ad peccandum, & consuetudinem peccandi, difficultatem ad resipiscendum, & ad resistendum tentationibus. Enim verò qui confitetur pravas inclinationes facilitatur ad benè operandum, & vincit faciliùs pravas inclinationes, & tentationes; & in hoc sensu verificatur ly *Absolvo à peccatis*, in quantum datur gratia destructiva peccati. Secundo datur titulus reconciliationis. Tertio minuitur reatus pœnæ. Quarto tolluntur reliquiæ peccatorum.

Insuper quod non per hoc, ut forma non inveniat peccatum non remissum, non per hoc non verificatur *absolvo te à peccatis*; nam adhuc forma ipsa est destructiva peccati, si invenit, destruit: si non invenit, etiam habetur esse destructivum; sic albedo est disgregativa visus, tamen si aliquis non videt, vel non vult videre album, non per hoc albedo non est disgregativa visus: sic nigredo est congregativa visus, si videtur, congregat, si non videtur, non congregat, sed remanet congregativa. Ità Sacramentum Pœnitentiæ est destructivum peccati, si invenit, destruit, si non invenit, puta est remissum, adhuc est destructivum ex natura sua; & sic ergo etiam pœnitentia ipsa est destructiva peccati,

sicuti

ficuti albedo ex natura sua est disgregativa, nigredo congregativa, nec amittit suam naturam per non visum.

Et etiam verificatur in quantum tollit pœnam temporalem, reliquias peccatorum, scilicet recuperara virtutes amissas per peccatum, puta caritatem, &c. quæ virtutes amittuntur per peccatum, & per plures confessiones peccatorum, etiam aliàs confessorum magis habilitatur, & firmatur in bonis operibus, & virtutibus, quæ fuerunt amissæ per peccatum. Ergo ex dictis verificatur forma *Absolvo te à peccatis tuis.*

Quæ peccata sint materia?

1771 Peccata cõmissa ante Baptismum, nõ sunt materia confessionis.

PEccata possunt esse commissa *ante*, *in*, & *post* Baptismum.

Commissa ante Baptismum non sunt materia hujus Sacramenti. Trid. *sess.* 14. *c.* 2.

Difficultas est:

An peccata mortalia, & venialia commissa in actu receptionis Baptismi sint materia hujus Sacramenti?

1772 Neque commissa in Baptismo.

NEga: D. Thom. 3. *par. qu.* 69. *art.* 10. *ad* 2. ibi: *Baptismus aufert culpam peccatorum praecedentiam Baptismum, & etiam simul existentium cum Baptismo.* Scotus in 4. *dist.* 4. *qu.* 5. *ad* 3. ubi Mastrius *de pœnitent. disp.* 5. *quæst.* 12. *sect.* 1. *num.* 339. Gabriel à S. Vinc. *de pœnit. qu.* 1. *§. nostra sententia*. Gaspar Hurtadus *de pœnitentia disp.* 4. *difficultate* 3. Contra Lugonem *de pœnitentia disp.* 16. *num.* 10. Arriagam *tom.* 8. *disp.* 13. *num.* 5. respondentem ad Trident. *nu.* 7. Leandrum *de pœnitentia tract.* 5. *disp.* 8. Perez *de Sacramento pœnitentiæ cap.* 4. *num.* 17. Rhodes *tom.* 2. *de Sacramentis disp.* 2. *quæst.* 4. *sect.* 1. §. 6.

Probatur primo ex Trid. *sess.* 14. *cap.* 2. ibi: *si se postea crimine aliquo contaminaverint*; ergo non sunt materia peccata in Baptismo commissa; nam Tridentinum poterat dicere commissa in, & post, & tamen voluit explicando commissa post receptum Baptismum, nec dixit commissa in Baptismo; & in, & post Baptismum non significant idem; secùs idem esset venire post, ac venire simul.

1773 Objectio.

Nec satisfacit primo Perez *loc. cit. num.* 18. dicens: peccata postea commissa esse posterioritate naturæ non temporis, & sic etiam esse in eodem tempore cum Baptismo.

Diluitur.

Nam primo, Tridentinum non loquebatur tantùm Philosophis hircocerviantibus, sed omnibus Christi fidelibus etiam rudibus, quibus prioritas, & posterioritas naturæ inintelligibilis est; & cùm per modum legis loquebatur omnibus, ut ab omnibus facilè possit intelligi. *l. leges, C. de legibus*. Et facilis erat intelligentia posterioritatis temporis.

1774 Prioritas, & posterioritas naturæ, est inter res naturaliter cõnexas.

Secondò, quia prioritas, & posterioritas naturæ est inter res naturaliter connexas, puta inter effectum, & causam, ut est lumen effectus Solis, frigiditas effectus nivis, calor effectus ignis; quæ ratio connexionis deest inter peccatum, & Baptismum; ergo ibi deesse debet prioritas, & posterioritas naturæ.

Nec satisfacit secundo, dicens *num.* 19. Tridentinum loqui de baptizatis recipientibus gratiam Baptismi.

Nam voluntaria interpretatio; cum Tridentinum absolutè indistinctè loquens omnibus fidelibus, indistinctè intelligi debeat.

Probatur secundo, ante completum Baptismum non est ingressus Ecclesiam, nec characterem recipit baptizatus; ergo non est subditus, nec quoad personam, nec quoad culpam respectu Confessarii, qui Judex est subditorum. 1. ad Corinth. 5. ibi: *quid mihi de his, qui foris sunt.*

Probatur tertio, quia peccatum instante Baptismo commissa reddunt Baptismum fictum, hoc est sine gratia susceptum; ergo quando reviviscit Sacramentum Baptismi, ut à peccato evanescunt, ut evenescunt cetera ante Baptismum patrata.

Objicit Arriaga: qui baptizatur completè est Christianus, ergo subditus Ecclesiæ; ergo confiteri debet illa peccata. Antecedens constat, qua in instanti completi Baptismi recipit characterem, quo introducitur in Ecclesia; ergo tunc est Christianus, ergo debet confiteri tunc commissa, sic in primo instanti, in quo albedo informat parietem, paries est albus; ergo in illo instanti, in quo character veluti informat animam est Christianus, ergo subditus legibus Christianorum. 1775 Arriaga objectio.

Concedo antecedens, & primam consequentiam, & nego secundam consequentiam; non enim infertur est subditus, ergo peccata illa sunt materia confessionis; subditus namque debet obedire, quando adest materia; cùm ergo Arriaga aliunde non probet, sed falsò supponat peccata in Baptismo commissa esse materiam, meritò nihil concludit: aliàs etiam peccata commissa ante Baptismum remanentia post Baptismum essent materia, & tamen non sunt confitenda, quia ante Baptismum commissa; ergo peccata in Baptismo commissa nec sunt confitenda, quia Tridentinum asserit confitenda peccata commissa non in, sed post Baptismum. Et videtur sententia D. Augustini *tom.* 7. *lib.* 1. *de Baptismo contra Donatistas cap.* 12. Cui fit satis

Ex quibus fit, peccata commissa ante Baptismum non posse confiteri post Baptismum. Trident. *sess.* 14. *c.* 2. contra Angelom v. *Baptismus.* 6. Riccardum in 4. *dist.* 26. *art.* 2. *qu.* 2.

Fit secundo, commissa in actu Baptismi non posse confiteri, nisi actualis voluntas peccantis duret post Baptismom; tunc enim prout durat post Baptismum est materia pœnitentiæ.

Fit tertio, peccata commissa post Baptismum esse materiam remotam destruendam à Sacramento pœnitentiæ. Trid. *sess.* 14. *can.* 7.

De Peccatis post Baptismum commissis.

§. I.

1776 Peccata cõmissa post Baptismum sũt materia confessionis.

PEccata post Baptismum commissa sunt materia Sacramenti Pœnitentiæ. Tridentin. *sess.* 14. *can.* 7. quæ ut certiùs, & distinctiùs cognoscatur sunt tria discutienda. Primo an peccatum mortale verè commissum. Secundo an peccatum putatum. Tertio an peccatum dubium sit materia Confessionis.

An peccatum mortale certum verum commissum post Baptismum, sit hujus Sacramenti materia?

1777 Mortale certum post Baptismum est materia confessionis.

AFfirma; est de Fide. Trid. *sess.* 14. *cap.* 5. ibi: *Christi fideles ceciderint*; & ibi: *Deum*

summ

summe mortaliter offendisse meminerint; & *Can. 7.*

An peccatum putatum, revera non existens, sit materia confessionis?

1778 Peccatū putatum, sed non existēs, non est materia confessionis.

NEga: Lugo *de penitentia disp. 12. sect. 1. num. 22.* Gobat *Theologia experimentalis tract. 6. casu 1. num 8.* inde *num. 12.* concludens: Beatam Virginem incapacem hujus Sacramenti, quia post Christum summa Sanctitate fulgentem supereminentissimè puram omni prorsus labe originali, mortali, actuali, veniali, & quacunque imperfectione expertem. Contra Martinum Perez *de penitentia disp. 17. sect. 3.* & *disp. 21. sect. 6.*

1779 Plures rationes afferuntur.

Probatur primo, ex Trident. *sess. 14. c. 5.* & *can. 7.* sunt confitenda peccata commissa post Baptismum, quorum meminit se offendisse Deum, sed peccata putata non dicuntur commissa post Baptismom, Deum non offendunt, cùm gratiam non tollant; peccatum enim verum non putatom Deum offendit; ergo peccatum putatum non est materia absolutionis, ut panis, & vinum putatum non est materia Sacramenti Eucharistici.

Probatur secundo, de peccato putato nequit verificari forma; ergo nec est materia Sacramenti. Antecedens patet, quia non potest verificari *te absolvo*, cùm non adest id, quod absolvi valeat.

Probatur tertio, quia debitum putatum non reddit debitorem, nec capacem solutionis; ergo nec peccatum putatum. Antecedens patet, quia si redderet debitorem, creditor sciens indebitum, posset illud exigere, quod est falsum.

Probatur quarto, solvens debitum putatum revera indebitom non vult solvere. *l. 1. l. si is, 24. l. indebito. 15. D. de conditione indebiti. l. ea, qua. 4. C. de conditione indebiti.* Ergo dolens, confitens se commisisse peccatum putatom ignoranter, revera ipsum non pœnitet, non confitetur se commisisse peccatom.

Probatur quinto, error circa substantiam tollit voluntarium, *l. nihil consensui, D. de regulis juris. l. cujus per errorem. 54. D. de regulis juris.* Ergo tollit dolorem, qui non potest ferri circa rem non existentem, & debet esse voluntarius.

Probatur sexto, si pœnitens sciret se non commisisse peccatum, non posset se pœnitere, nec illud confiteri; ergo etiamsi ignoret, & putet se commisisse. Antecedens est verum. Consequentia probatur, quia scientia, & ignorantia non ponit, nec tollit materiam Sacramenti à Christo Domino institutam. ergo si non est materia peccatum non commissum in illo, qui scit, nec erit materia in illo, qui putat; secùs vinum, aqua, oleum, putata, essent materia Consecrationis, Unctionis; Immò sine attritione in illo, qui putat se illam habere, esset validum Sacramentum Pœnitentiæ.

Probatur septimo, materia est peccatum delendum per absolutionem, & peccatum putatum non est delebile, quia est nihil; ergo nec materia.

Probatur octavo, peccatum putatum non reddit reum, non tollit gratiam, nec jus ad gloriam; ergo non est res dolore digna; ergo non est materia doloris, nec confessionis.

Nec dicas peccatum confessum absolutum nec reddere reum, nec reddere ingratum; nec tollere jus ad gloriam, & esse materiam; ergo etiam peccatum putatum erit materia, licèt non constituat reum, nec tollat jus ad gloriam.

Nam peccatum commissum, etiam deletum, est materia doloris, nam est malum commissum; & semper quis potest dicere etiam in Paradiso se nolle illud commisisse, quæ ratio deest in peccato putato. Accedit, peccatum absolutum, post se relinquere reliquias dolore, & confessione dignas, ut est pœna solvenda temporalis, facilitas ad delinquendum, quæ per confessionem, & absolutionem peccati jam confessi minorantur, atque delentur.

Dices: Sacramentum Pœnitentiæ est institutum per modum judicii. In judicio autem forensi, etiam ob delictum putatum fertur sententia: ergo etiam in judicio Sacramentali. 1780 Argumentis in oppositū respondetur

Respondetor primo, hoc argumentum probare, quem scienter posse confiteri peccatum non commissum; imò quem sine ullo peccato nec vero, nec putato posse confiteri, nam innocens est materia sententiæ judicialis.

Respondetur secundo disparitatem esse; quia in judicio forensi sententia semper fertur absolutoria de innocenti, condemnatoria de nocenti. At in judicio Sacramentali semper debet esse nocens, ut absolvatur purè, & si dubiè sit nocens, absolvitur sub conditione.

Hinc patet palmaris disparitas, quia materia judicii forensis est innocentia, & nocentia. At materia Judicii Sacramentalis tantùm est peccatum commissum, nec peccatum putatum est peccatum commissum, quia esse putatum tenet se ex parte intellectus errantis, qui intellectus tantùm habet cognoscere, & judicare, non ponere peccatum, ad quod requiritur etiam actus voluntatis.

An lethalia dubia sint explicanda in confessione?

DAtur dubium positivum, & negativum. 1781 Quid dubiū positivum, quid negativum.
Positivum est quando habet rationes probabiles fecisse peccatum, & habet rationes probabiles non fecisse, & dubitat: sic si aliquis emittat sclopum igneum, & dubitat si illum occiderit, & habet rationes probabiles nō occidisse, quia vidit fugere, & dicunt testes non occidisse, & etiam habet rationes probabiles patrasse homicidium, &c. & sic dubitat; tunc istud dubium est positivum; & omnes Doctores conveniunt, quod hoc dubium positivum de peccatis commissis non esse materiam, nec ista peccata dubia positivè debent confiteri, nam potest sequi opinionem probabilam non fecisse:

Quæstio est de peccato dubio negativè, & sic dubium negativum est, quando non habet rationes probabiles fecisse peccatum, & non fecisse peccatum, & sic nullas habet rationes fecisse malum, & rationes non fecisse, & de isto dubio verificatur, quod neutri parti adhereat; tunc aliqui dicunt esse materiam confessionis, & esse confitenda peccata dubia negativè, nè se exponat periculo damnationis, & ferè omnes in hoc conveniunt. At aliter discurrit Celladeus Dominicanus, dicens esse certum, quod peccatum dubium negativè non esse confitendum, & in hoc est Doctor singularis, & mirabilis. 1782 Aliqui dicūt peccata dubia negativè esse confitenda.

Exemplum in dubio negativo est, stellæ in

Cœlo,

Cœlo, arenæ in mari nequeunt dici quod sint pares, vel dispares, nec habet rationes aliquas; ità in peccatis circa dubium non habet rationes fecisse, vel non fecisse, & sic dicitur dubium negativum.

Nos indistinctè dicimus, sivè positivum sit dubium, sivè negativum non esse confitendum, ut suadent infertæ verissimæ probationes.

Dubium positivum, ut supra explicatum, non esse verè dubium, sed esse conscientiam probabilem, ut docuimus in Theologia. Hinc ad quæsitum.

1783 Peccata dubia negativè, aut positivè non esse confitēda Auctor tenet.

Negant hoc ævo doctissimi recentiores. Præpositus *de pœnitentia qu.5. de integritate confessionis dub. 3. num. 117.* dicens speculativè probabile. Herinx *t.a. de pœnitent. disp.3. de confessione q.4.* solvens argumenta contraria Bancius in *Selectis quæritur.*102. Joseph de Januario *par.2. Selectarum n.69.n.6.* Amicus *to.8. de irregularitate. disp.13. sect.3. n.55.* Ferarntinus *de scandalo q.77.* Bossius *tom.1. n.1754.* Marchinus *de Sacramento Ordinis tr.2. puncto 2. cap 1. n.17.* Bauni *tom.1. tract.4. de pœnit. quæst.17.* Tamburrinus *lib.2. puncto 3. Methodi cap.1.* Palaus *tom. 4. de pœnitentia tract.10. disp. 17. quæst. 10.* Layman *lib.1. tract.1. cap.5. art.6. num.27.* Conimbricenses *tract.2. de Sacram. disp.7. dub.8. concl.7.* Amodeus Guimenius *de pœnit. proposit.2. n.3.* in impressione Valentina 1661. dicens quotidie defendi in Accademia Complutensi. Gesualdus *par.1. tract.17. de pœnitent. cap.10. num.1.* & præ aliis pietatis, ac doctrinæ laude major Caramuel *Fundam.66. num 1322.* & in *Mora'i lib.3. disp.4. n.1478.* cujus doctrina uti vera, ità vehementiùs per se probat. Lessius in *Auctario v. Confessio casu 7. num.10.* recentissimè Gobat *Theologia experimentalis tract.7. num.214.* dicens verè probabilem. Antonius à Spir. S. *a par. Directorii tract.5. disp.5. sect.2. num.* 270. dicens absolutè probabilem. Cardenas, qui licèt contendat enervare lacertosas nostras rationes, illarumque medullam, & ramos non tangens, veritate impulsus, tandem assentitur in Crisi Theologica. (2) Martinus à S. Joseph, Marchantius, Granadus, aliique, quos do 12. *Selectar. n.483.* dat etiam Diana *par. 10. tr.12. res.2. & par.11. tr.8. res.44.* & gloria, ac plausum excepit Academia Societatis Jesu Neapoli, post tot Doctores docens Paulucius, Tellinus, & Albertinus clarissimi primarii Theologiæ Magistri. Contra Arriagam *tom.8. disp. 21. sect.27.* Gabrielem à S. Vinc. *de Sacramento Pœnitentiæ disp.8. qu.3.*

Probatur primo, ex Tridentino *sess. 14. c.5.* ibi: *constat enim nihil aliud in Ecclesia à pœnitentibus exigi, quàm, ut postquam quisque diligentiùs se excusserit, & conscientiæ suæ sinus omnes, & latebras exploraverit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum, & Deum suum mortaliter offendisse meminerit.* 1784 Probatur ex Trident.

Expendas ly *meminerit*, & respondeas Interroganti. An dubitans se recitasse horas, restitutionem fecisse, recordetur se recitasse, se certè jam non pronunciantibus. Nam tenetur recitare, & restituere, qui dubitat, non qui meminit se recitasse, restituisse; ergo si ex Tridentino fatenda peccata, quibus meminit se Deum offendisse, dubia non erunt fatenda. Confirmat hoc D. Thomas ex Aristotele *lib. 1. de memoria, & reminiscentia lect.1.* ibi; *Semper ac anima memoratur pronunciasse, vel priùs audivisse, vel sentiisse, vel intellexisse, & dubius nihil homo pronunciare valeat.*

Secundo id corroboratur ex Tridentino ibidem, ibi: *omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Christi fideles ceciderint;* ergo non quæ dubitant Christi fideles an ceciderint; non enim idem est cadere, & dubitare an ceciderint. Idem suadent alia verba Tridentini loquentis per exi-

(2) Multos equidem dum viveret Auctor passus est Antagonistas, qui non tantùm ore assertiones suas impugnarunt, sed etiam vulgatis scriptis conati sunt eas elevare, & proscr ptionis obelo transfigere, ut in *Quæstionibus Selectis* accidit. Libenter ego prætermitto hìc præteritas contentiones, Auctorem inter, & suos adversarius recolere, ne consopitas jam lites ab orco revocare videar. Quæque profectò occasionem dederunt Auctori aut validiùs suas positiones confirmare, aut aliquod in lucem Opusculum emittere, ut fuere Ingenuæ Observationes Apologeticæ Physico-Legales anno 1664., quas, ob animadversas aliquas publicas Theses ab aliquo Revisore, opus fuit editis typis defendere, & Revisoris inscitiam ostendere in animadvertendis doctrinis, quas ne quidem e limine salutaverat. Inter suos Adversarios tamen non ultimum locum occupat P. Joannes Cardenas, cui consilio fuit ad trutinam expendere in sua Crisi-Theologica doctrinas Caramuelis, consequenter Illustrissimum Franciscum Verde perstringit, qui doctrinis Caramuelis fuit addictissimus, imò earum acerrimus defensor, præsertim in suo Opere, cui titulus: Theologiæ Fundamentalis Caramuelis positiones felicitæ novitatis, singularitatis, improbabilitatis frustrà appellatæ ab Illustriss. Dom. D. Ludovico Crispino à Borgia Episcopo Placentino, &c. Lugduni 1662. (licèt Auctor senex à lectione Caramuelis tandem abstinendum censuit). Itaq; Cardenas Caramueli bellum indicens, etiam contra Franciscum Verde calamum acuit: Et inter ceteras assertiones, hanc toto conatu videtur impugnare: An in Confessione sint necessariò explicanda peccata lethalia dubia? *Tract. VI. de Sacram. Pœnit. disp. XLVI. per tot. à n.1. ad* 316. Caramuelem exagitat, negantem esse necessariò confitenda peccata mortalia dubia, fulcitum auctoritate plurium Doctorum. Et ex utraq; parte propositis argumentis, ea examinat, quæ ut plurimum versantur in discutiendis frigidis illis regulis Dialecticæ circa efformationem argumentorum. Insuper *cap.3. num.170.* in medium adductis argumentis Francisci Verde ex Apologia supra citata contra Anti-Caramuelem *quæst. 12. num. 540.*, ea retorquendo, & impugnando elevare nititur. Verùm postquam contra Caramuelem, & Verde fuerit debaccatus *cap.5. num.258.* & alibi constanter asserit probabilem esse asserere peccata mortalia dubia non esse ex necessitate præcepti confitenda, ut Auctor hic adnotat; Suamque assertionem firmat eisdem ferè argumentis ex Trid. *sess.14. cap.5.* quibus noster Auctor suam fundat opinionem. Tandem Cardenas sibi ipsi inconstans 3. *parte suæ Crisis disp.74. cap.1.* denuò ad incudem trahit propositam quæstionem, & repetitis, quæ alibi dixit, *cap.2. & seq.* revocat probabilitatem à se assertam 2. *par. disp.46. cap.5.* Conclusionem suam fundat ex Christi præcepto confitendi mortalia dubia, tum ex praxi fidelium; quæ ab Apostolis devenire autumat confitendi lethalia dubia, & ex aliis, quæ his collineant. Quæque subordinatus Auctor ex inconstanti, & non unanimi DD. assensu non asserentium hoc Christi præceptum, & Apostolicam Traditionem, asseruit suam opinionem ex his everti non posse. Verùm enim verò meum non est hìc consilium in illis, similibusque probabilibus controversiis meum licèt tenue interponere judicium; summi enim DD. in hac re altercantur. Probabilior tamen, & in praxi tutior est contraria opinio, quam Auctor sequi non diffitetur. Demùm non opus fuisset hæc qualiacunque sint in præsentiarum adnectere, si ad manus meas pervenissent, quæ Auctor jam paraverat pro sui, & suæ doctrinæ defensione contra Cardenas, ut certò constat post sui obitum quamplurima folia reperta fuisse insertæ pluribus in locis Crisis Cardenas, quæ cum in imperitorum fortè manus devenerint, & ob difficultatem intelligentiæ sui characteris perviscerunt.

existentiam ibi: *& si occultissima illa sint, & tantùm adversus duo ultima Decalogi præcepta commissa*; ubi nota occultissima sint, commissa sint, quod non est idem, ac dubitare, an commissa sint.

Tertiò probatur ratione, quia onera in dubio
1785 Onera in dubio non imponenda. non imponenda. At in re nostra saltem res est dubia, cùm non sit certum oppositum; ergo non est imponendum onus confitendi dubia.

Quarto probatur; quia si peccatum dubium
1786 Innocens pœnæ non exponendus. esset materia, exponeretur innocens pœnæ; nam subderetur pœnitentiæ certæ ob delictum fortè non commissum; at innocens puniri non debet, nec debet exponi periculo, ut puniatur; ot innocens non debet mori, nec exponi mortis periculo, cùm in dubio potiùs nocens sit absolvendus, quàm innocens puniendus. *l.1. D. de ventre in possessionem mittendo. l. absentem, 5. l. respiciendum. 11. D. de pœnis. l. fin. C. qui bonis cedere l. favorabiliores, D. de regulis juris.*

Nec dicas cum quibusdam id currere in foro litigioso, non in foro Sacramentali,

Nam contra est; quia id contradicit juri naturali, quo innocens nec puniendus, nec pœnæ periculo exponendus. Sacramentum namque pœnitentiæ est pœnæ illativum; & pœna certa, delictum certum supponit, ut pro mensura delicti sit modus plagarum.

Nec dicas secundo, id institutum favore animæ.

1787 Nam contra primo, quia de tali institutione
An constet Jure Divino confitenda peccata dubia. non constat; undè est mera divinatio asserere Jure Divino institutum dubia confitenda. Secundo, quia nullum damnum patitur anima non confitendo dubia, sicuti nec confitendo oblita; cùm indirectè remittantur oblita, & dubia unà cum confessis. Trident. *sess. 14. c. 5.* dubia enim facta diligentià oblita censentur.

Ex quibus patet frustra Exparsam *tom. 2. qu. 90. art. 2.* timere damnationem non fatentis dubia, ut frustra timeret damnandum, non fatentis oblita.

1788 Probatur quintò, quia quilibet præsumitur
Quilibet præsumitur bonus. bonus. *cap. 1. de scrutinio*, præsumitur innocens, *l. absentem. 5. D. de pœnis*, æternæ salutis memor. *l. fin. C. ad l. Juliam repetundarum*; ergo præsumitur non peccasse; ergo non debet cogi ad fatendum; quia tunc non solùm dicitur peccatum dubium, sed deest peccatum ipsamet præsumptione innocentiæ in dubio, in quo reo favendum. *cap. cum sunt. de regul. juris in 6.*

1789 Probatur sexto ex dictis, quia obligatio con-
Certa obligatio confitendi supponit peccata certa. fitendi certa, supponit peccata certa, nondum confessa. Ex dubio enim peccato nequit argui certa obligatio, sic ex dubio peccato contra justitiam, nec arguitur obligatio restituendi in conscientia, nè in dubio quis privetur possessione rerum suarum: ità ex contractu dubio nequit nasci certa obligatio, & universaliter ex re dubia nunquam onus certum consurgit; ergo nec ex peccato dubio pullulabit certa confitendi obligatio; ut stet principium: *in dubio pro libertate pronunciandum, & onus non præsumitur, nisi probetur. l. altius, D. de servitutibus, & aqua.* Palaus *par. 2. disp. 4. puncto 7.*

1790 Probatur septimò; quia qui confitetur solùm
Peccato dubio absolutio sub conditione impartitur. peccatum dubium, nequit recipere absolutionem puram, sed ad summum sub conditione si commiserit, quod est idem, ac si certum fuerit peccatum commissum; ergo non peccata dubia ut dubia, sed peccata dubia ut certa sunt materia absolutionis.

Confirmatur, quia factum in dubio non præsumitur, tale est peccatum; ergo in dubio non præsumendum, sicuti in dubio non præsumitur lata censura, non præsumitur factum votum. Layman *lib. 1. tract. 5. cap. 5. §. 4. num. 3.* Sanch. *2. Decalogi cap. 56. num. 10.* Tancredi *tom. 4. disp. 6. tract. 3. de voto.* 1791 Factum in dubio non præsumitur.

Probatur octavo, quia de jure punibile est delictum probabile per indicia, per conjecturas, non delictum prorsus dubium; ergo confitendum esset peccatum probabile, & punibile, non prorsus dubium. At per adversarios peccatum probabile non est confitendum, ergò multò minùs peccatum dubium. 1792 Punitur delictum probabile, non dubium.

Probatur nono, peccata ignota non sunt confitenda durante ignorantia invincibili; ergo nec dubia. Antecedens est certum; nam esset, & non esset ignotum, si confiteretur esset ut supponitur: non esset, quia judicium de eo ferretur, & judicium est de re cognita. Consequentia patet, quia in jure parificantur ignorantia, & dubium, nam dubitans ignorat. *l. unus. 6.* ubi Baldus *num. 3. C. si pendente appellatione mors intervenerit.* 1793 Peccata ignota durante ignorantia non confitentur.

Solvuntur Argumenta.

EXcurramus modò contrariam sententiam, quæ magnam habet probabilitatem ex magnis Doctoribus, & sequentibus rationibus fundatur.

Objicies primo: In articulo mortis peccatum dubium est materia confessionis; ergo etiam extra articulum mortis. Antecedens patet, quia secùs fidelis fortè lethali fœdatus se exponeret æternæ damnationis periculo. Consequentia constat, quia eadem materia est in articulo, & extra articulum mortis. 179 Contrariis argumentis fit satis.

Hoc argumentum magno plausu fuit auditum in publicis Disputationibus, breviter ei satisfit dicendo, quòd multa quis ex caritate tenetur facere in articulo mortis, quæ non tenetur quando vivit sanus. Sed

Respondetur directè negando antec. quia satis est, si in tali articulo fateatur veniale, vel aliàs confessa, quibus absolutis tolluntur dubia, si fortè extant: sicuti peccata oblita in articulo mortis etiam non confessa tolluntur, & ut oblita, ità dubia non sunt confitenda. Rursus si eliciat actum amoris Dei super omnia, actum contritionis; tunc suæ saluti consulit.

Objicies secundo, ex Cajetano *tom. 1. Opusculorum tract. 18. qu. 2.* Exparsa *tom. 2. quæst. 9. art. 1. ad 3.* Illa, quæ Deo per contritionem, Confessario per confessionem sunt submittenda. At peccata dubia submittuntur Deo per contritionem; ergo etiam Confessario per confessionem.

Hoc argumentum supponit majorem veram; quæ tamen claudicat. Probaret namque primò peccata oblita confitenda expressè, nam contritione comprehensa. Secundo probaret peccata aliàs confessa iterum confitenda, nam contritioni supponenda ad occurrendum defectui intentionis, aut jurisdictionis Ministri. (3) 1795 Non quæ subjiciuntur contritioni, sunt submittenda confessioni.

Ter-

(3) Si constet de defectu intentionis, aut jurisdictionis Ministri, vel dubitetur, peccata confessa submittenda sunt iterùm confessioni, quia possessio est pro peccato, cum res dubia est, non secùs ac

cum

1796 Peccata cōmissa ante Baptismum nō sunt materia confassionis.

Tertio probaret peccata commissa ante Baptismum esse materiam confessionis, si non fuerint remissa in Baptismo resistente objice; quia hujusmodi sunt materia contritionis post Baptismum; falsa ergo major, cetera indè sponte labuntur, ut patet speculanti.

Objices tertio: illa peccata sunt confitenda; quibus non confessis quis damnatur; sed non confessis peccatis dubiis quis damnatur; ergo sunt confitenda.

1797 Absolutio certa, certā requirit materiam.

Respondetur, transeat major, nego suppositum minoris, scilicet absolutionem posse cadere in peccato dubio; cùm enim absolutio sit certa, exigit certam materiam, & si dicas posse absolvi sub conditione si existant, jam fateris non dubia, sed certa absolvi. Nam peccatum si existat est certum; dubia ergo peccata si existant remittuntur deletis certis indirectè, nec indigent absolutione directè, & remitti valent etiam per accidens receptione aliorum Sacramentorum.

Objicies quarto: fideles ex usu fatentur dubia; ergo signum est ex Christi Domini praecepto dubia confitenda.

1798 Non constat fideles fateri peccata dubia.

Respondetur antecedens non esse firmum; nam pro utraque parte est usus fidelium.

Dices quinto cum Lugone *disp.16.sect.2.n.67.* in Tribunali Sacramentali debet deferri, quod defertur in Tribunali Divino, sed peccata dubia deferuntur in Divino Tribunali; ergo etiam in Sacramentali.

1799 Divinæ cognitioni nil dubium.

Respondetur, hoc argumento demonstrari nostram conclusionem, sic evidenter: deferuntur in Tribunali Pœnitentiæ, quæ deferuntur in Tribunali Divino, sed peccata dubia non deferuntur in Tribunali Divino; ergo nec in Tribunali Pœnitentiæ. Min. est de fide, quia Divinæ cognitioni nil dubium; omnia enim aperta coram Deo.

1800 Retorquetur argumentū.

Secundo respondetur falsam esse majorem; quia peccata commissa ante Baptismum spectant ad Divinum, & non ad Sacramentale judicium.

Objicies sexto, usum fidelium in oppositum.

Respondetur primo, usum fidelium esse pro utraque parte. Secundo, D.Thomam, & Alensem non innixum usui fidelium, sed rationi; ergo usus fidelium à tempore D. Thomæ non erat in oppositum. Tertio, fideles quandoque confessos dubia, ut relevarentur ab onere confitendi, si in posterum peccata ut certa elucerent; nam tunc etiam si fuissent confessa ut dubia, non essent iterum confitenda, quando evadunt certa. Lugo *disp.15.sect.2.n.92.* Tamburrin. *lib. 2. de confessione cap. 1. sect. 4. num. 24.* Arriaga *disp.21.sect.6.*

Objicies septimo, unusquisque tenetur confiteri de peccatis, de quibus nisi confiteatur, se exponit periculo damnationis, sed nisi confiteatur de dubiis, se exponit periculo damnationis; ergo, &c.

1801 Peccata quæ memoriæ occurrunt fatenda.

Resp. dist. maj. tenetur confiteri de illis, quibus meminit se offendisse Deum, conc. maj. quibus meminit se non offendisse Deum, neg. major. negatur deindè minor cum sua consequentia.

Respondetur secundo, majorem indistinctè prolatam esse falsam; nam probaret peccata oblita, & commissa ante Baptismum confitenda, quia in illis homo est in periculo damnationis.

Onus ergo confitendi non nascitur ex periculo damnationis, sed ex Divino præcepto, cui parendum quando adest, etiamsi desit periculum damnationis: sic in contrito deesset periculum damnationis, & adest præceptum confitendi. Sicuti ergo oblita non confessa, ità dubia tolluntur, si adsint certa actu Divini amoris, & confessis aliis saltem venialibus; tunc enim gratia sanctificans omnem delet iniquitatem.

Objicies octavo, sunt confitenda omnia peccata exceptis venialibus; sed mortalia dubia non sunt venialia; ergo mortalia dubia sunt confitenda.

Respondetur primo, hoc argumento probari peccata invincibiliter oblita confitenda. Peccata invincibiliter oblita.

Respondetur secondo dist. maj. omnia peccata mortalia sunt confitenda, exceptis venialibus, quorum pœnitens conscientiam, memoriam habet, & cognoscit se commisisse, conc. maj. cum Trident. *sess.14.c.5.* quorum conscientiam non habet, nec scit se commisisse, neg. maj. dist. deindè min. dubia non sunt venialia, & pœnitens cognoscit se illam commisisse conc. min. & nego consequentiam. Non fatenda

Tertio respondetur, argumentum probare etiam in dubio positivo, scilicet quando habet rationes pro utraque parte, debere confiteri dubia, quod ab ipsis adversariis negatur. 1802 Aliis argumentis fit satis.

Replicabis: quivis ante receptionem Sanctissimæ Eucharistiæ debet moraliter saltem probabiliter esse in gratia; ergo debet confiteri dubia, quibus stantibus esset in dubio statu gratiæ.

Respondetur hoc argumento probari peccata oblita confitenda.

Secundo respondetur directè, confessione aliorum peccatorum etiam dubia deleri, ut oblita, & posse actu amoris Dei, & contritionis reponere se in statu gratiæ.

Tertio respondetur, præceptum præmittendæ confessionis ante Eucharistiam obligare etiam certò contritum, ut patet ex Tridentino; ergo est ad majorem dispositionem, & honorem tanti Sacramenti, non solùm ut sit in gratia.

An peccatum dubium confessum, ut dubium, deindè occurrens memoriæ sit iterum confitendum?

1803 Peccatum cōfessum ut dubium, si evadat certum non est confitendū.

NEgat Arriaga *tom.8. disp.21. num. 46.* Coninck, Lugo *de penitent. disp. 16. num. 78.* Vasq. *de penitentia quæst. 91. art. 1. dub.6.* Leand. Perez, Tancredi, Tamburrin. Caram. contra Sanch. *1. Decalogi cap.1. num.69.* & Gabrielem à S. Vinc. ac Martinon.

Patet, quia peccatum dubium confessum si existat est directè absolutum per absolutionem conditionalem; ergo non est cur iterum subjiciatur clavibus. Consequentia est bona; quia peccatum directè absolutum non est iterum confitendum.

Antecedens patet, quia pœnitens, qui solùm dubium

cum quis certò scit, se peccavisse, & dubius est de confessione peccati; Si verò constat de intentionis, vel jurisdictionis defectu idem omninò est, ac si peccata non essent Sacramentali confessioni submissa.

dubium peccatum fatetur, absolvitur sub conditione, si peccatum adsit; ergo absolvitur directè, quia forma absolutionis debet habere materiam, quam directè respiciat.

Probatur secundo, quia qui confitetur decies circitèr se furtum commisisse, si deindè cognoscat undecim commisisse, non tenetur undecimum flagitium fateri. Suarez, Vega, Ledesma, Villalobos, Sà, Arriaga, & tamen undecimum peccatum erat confessum ut dubium; ergo confessa ut dubia non sunt iterum confitenda, licèt deindè memoriæ occurrant ut certa.

An dubitans se omisisse ex verecundia peccatum, teneatur totam confessionem repetere?

1804 Dubitans reliquisse peccatum, non est repetēda tota cōfessio.

NEga: Bauni apud Dianam *par.10.tract.14. ref.12.* & probabilissimum contrà Dianam ibidem ait Gabr. à S. Vinc. *de Sacramento pœnitentiæ disp.8. quæst.4. §.hanc sententiam*; nam in dubio peccatum omissum in confessione non præsumitur, & factum in dubio præsumitur, quando quis tenetur, & potest illud facere, quia unusquisque præsumitur innocens. *cap.un.de servitiis non l.meritò, D. pro socio*; ergo præsumitur fecisse id, ad quod tenebatur, ut demonstro 12.*Selectarum*.

Hinc dubitans, an inter recitandum Officium omiserit Psalmum, non tenetur repetere, quia præsumitur diligens recitasse, ut tenetur.

An, & quot includat ly circitèr, plus, minusve?

1805 Variæ opiniones in taxando ly *circitèr*.

GLossa in *l. hæc adjectio, D.de verbor.signific.* ait comprehendere quartam partem totius summæ; undè confessus se centum patrasse homicidia circitèr, comprehendit vigintiquinque plus, minusve. Sancius in *Selectis, disp. 2. num. 13.* dicit ly *circitèr* importare duo, vel tria. Alii quintam partem.

Alii volunt comprehendi tertiam partem. Alii volunt includi quinque pro quolibet centenario. Gabriel à S.Vinc.putat *circitèr* supra centum comprehendere decem, supra decem comprehendere quatuor.

Nobis placuit rem remittere prudentis Confessarii arbitrio considerata pœnitentis, & ejus status qualitate, ità ut major summa majorem numerum importat.

Dicens peccavi decies furando, & confiteor omnia alia peccata oblita, quæ Deus scit me commisisse, an teneatur confiteri peccata memoriæ deinde occurrentia?

1806 Oblita si memoriæ occurrunt, sūt confitenda.

AFfirma: nam oblita non sunt directè clavibus supposita, ut supponenda sunt ex Tridentino, contra Vivaldum in *Candelabro aureo de confessione. §.6.num.3.*

An probabiliter putans se peccasse, & non peccasse teneatur confiteri?

1807 Probabiliter putans peccasse, vel nō, cōfiteri non tenetur.

NEga, sequens opinionem probabilem, quæ sibi suadeat non peccasse. Suarez 3. *par. tom. 5. disp.22. sect.9. num.6.* Aversa *de Sacramento pœnitent.qu.10.sect.3.§.asserendum.*Sanch. 1.*Decalogi cap.10. num.70.* Sylvester v. *Confessio Sacramentalis 2. par. num. 3.* Lugo *disp. 16. de pœnit.num.58.* Henriq. *lib.5. de pœnitent. cap.4.* alii apud Dianam *part. 3. tract.4. resol. 167.* & *par.5. tract.14. res.113.* contra Salas *cap.3. tr.8. qu.1. sect.5. num.6.* licèt enim sequi opinionem probabilem, ut demonstro in *Anacephaleosi num.1005.*

An validè confiteatur immiscens veris peccata non facta?

DIstinguas: vel bona fide, vel mala fide id facit. 1808 Bona fide miscens in confessione peccata non facta fueris, validè confitetur.

Si bona fide, validè, & licitè confitetur; quia nullum ponit obicem Sacramento bona fide operando, non peccans.

Si verò mala fide numerum augeat, putans se peccare, quod nunquam præsumendum; tunc novo peccato ponens obicem Sacramento, illud invalidat sacrilegio. Secùs si mala fide.

An sciens, volens augens numerum peccatorum peccet mortaliter?

CErtum est illicitè operari; quia mentitur; at hoc mendacium esse mortale, nulli nisi pœnitenti præjudiciale, non affirmaverim, nisi dictamen conscientiæ pœnitentis aliud exprimat præciso Sacramenti contemtu. Mendacium namque in confessione nulli perniciosum non esse mortale ait Bauni *de pœnit.tract.4. qu.12. assertione 2.* Henriq. *5.de pœnit.cap.4.n.1.* Diana *par.5. tract. 5. res.27.* Turrianus *tom. 2. de justitia disp. 50. dub.1. num. 3.* id asserens de augente numero venialium; nam si augeat numerum mortalium esse mortale ait Leander *tom.1.tract.5.disp.4.qu.15.* quia secùs evanesceret onus examinandæ conscientiæ; Totum pendet ex dictamine conscientiæ pœnitentis. 1809 Augens numerum peccatorum illicitè facit.

An si Confessarius ignoret lethale, & credat veniale, teneatur pœnitens iterum confiteri, & monere Confessarium de lethalitate peccati?

NEga: nam esset grave, nec decens monere Confessarium, undè à Christo Domino non exigitum. Arriaga *loc.cit.num.49.* Aversa *loc.cit.* Sanch.*loc.cit.num.69.* Ideoque asseras, si tempore confessionis Confessarius, & pœnitens dubitent de gravitate lethali, certa deinde reddita. 1810 Confessus mortale, quod Confessarius credit veniale, non tenetur illum monere.

An pœnitens teneatur explicare peccata fuisse aliàs confessa?

NEga: nam satis explicare valet speciem, & numerum peccatorum sine hujusmodi circumstantia, quæ nec species, nec numerus peccati est, & gratiæ productionem non impedit. Lugo *de pœnit. disp.16. num.13.* Diana *p.3. tract.4. resol.62.* Gabr.à S.Vinc. *de Sacramento pœnit.disp.8.quæst.2.* Aversa *de confessione Sacramentali par.10. quæst.2. §. non teneri, §. rursus.* Ideoque quamvis Confessarius putet pœnitentem aliàs non confessum. Suarez *disp.22.sect.9.* Coninck *disp.10.dub.8.num.69.* Arriaga *loc.cit. num.19.* Sanch. *1.Decalogi cap.10.num.17.* Contra Turrianum in *Opusculo centuria 4.dub.7.* 1811 Pœnitens non tenetur dicere peccata fuisse aliàs cōfessa.

An confitens generaliter teneatur explicare peccata non fuisse aliàs confessa?

NEga: licèt Confessarius putet aliàs fuisse confessa, aut id interroget, dummodò Con- 1812 In confessione generali videtur non teneri explicare peccata non fuisse aliàs cōfessa.

Confessarius valeat absolvere à dictis peccatis. Patet, quia talis circumstantia nec species, nec numerus peccati est. Bonacina *qu. 5. de pœniten. puncto 2. §. 3. difficultate 4. num. 5.* Arriaga *loc. cit. num.* 22. Aversa *loc. cit. §. Civiliter è converso*. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit.* docens, pœnitentem posse desiderare, ut Confessarius putet peccatum antiqnum, vel aliàs confessum. Contra Turrianum gratis dicentem nostram sententiam improbabilem. (4)

Nec refert decipi Confessarium credendo peccata non confessa, esse confessa; nam hæc deceptio est merè materialis, nec mutat peccati speciem.

Nec dicas minorem pœnitentiam pro non confessis apponi. Nam etiam pro circunstantia aggravanti augetur pœnitentia, & tamen non est confitenda. Poterit ergo pœnitens in confessione generali immiscere peccata non confessa, & idem est de qualibet alia confessione, nam peccatum revera remittitur à Sacerdote vim habente absolvendi.

An in confessione generali possit pœnitens aliqua jam confessa omittere?

1813 In generali cōfessione licet omittere aliqua peccata.

AFfirma: quia est materia voluntaria confessa iterum confiteri. Extravagans *Inter cunctas. de privilegiis*. Extravagans *Vas electionis. de hæreticis*. Dicens se velle confiteri generaliter, non potest mutare materiam ex voluntaria in necessariam; cùm id sit Juris Divini, decernentis Sacramentorum materias; Etsi diceret omnia velle peccata confiteri, peccaret venialiter peccato mendacii, nisi intendat in generali confiteri, dicendo omnia confiteor peccata ad captandum bonum nomen, bonamque famam, & opinionem; cùm aliàs supponantur ritè confessa, Lugo *de pœnit. disp. 19. num. 55.* Henriqu. *lib. 2. de pœnit. cap. 12. §. 2.* Diana *p. 3. tract. 5. res. 68.* Aversa *loc. cit. §. non teneri*. Arriaga *loc. cit. num. 23.* contra Victoriam in *Summa*. Ledesma *2. par. quæst. 8. tit. 2. dub. 15.*

An pœnitens valeat confiteri primo uni mortalia, alteri secundo venialia?

1814 Valet uni mortalia primo, secundo venialia cōfiteri.

AFfirma: nam explicat essentiam, & numerum, nec ponit obicem gratiæ, dummodò omnia mortalia primo loco confiteatur.

Nec officit secundum, Confessarium decipi credendo pœnitentem innocentem. Nam pœnitens tenetur tollere deceptionem Confessarii concernentem speciem, & numerum peccatorum mortalium, non verò minuentem suum bonum nomen, nec facit alicui injuriam, & sic nec venialiter peccat. Suarez *disp. 22. sect. 1. nu. 13.* Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. §. quæres secundo.* Hurtadus *disp. 8. difficultate 6.* Navarrus in *Manuali cap. 21. num. 40.* nisi per hoc se exponeret periculo iterum labendi. Doctores apud Dianam *3. part. tract. 4. resol. 122.* contra Sylvestrum, aliqualiter docentem oppositum in *v. Confessio qu. 6.*

De Circumstantiis peccatorum in confessione explicandis?

CAPUT IV.

1815 Unde dicta circūstantia.

CIrcumstantia dicta à circum stando, & supponit rem, cujus est circumstantia: ut passio, & accidens, supponit subjectum, & hæc propriè est circumstantia.

1816 Circumstantiarum divisiones.

Dividitur primo in circumstantiam ex se supponentem aliam rem, & per accidens alteri accedentem. Per se supponens aliam rem, est, quæ per se supponit rem peccaminosam: sic incestus cognitus supponit per se malitiam fornicationis, occisio hominis in Ecclesia supponit per se malitiam injustæ occisionis. Per accidens est, quæ potest per se esse sine malitia: Sic votum castitatis emissum à conjugatis reddit copulam sacrilegam, non fornicariam. Et potest dari votum rei ex se non præceptæ: puta non loquendi in tali tempore.

Secundo datur circumstantia, quæ addit diversam malitiam à prima, cujus est circumstantia. ut Sacerdotis occisio; nam malitia sacrilegii nata ex circumstantia Sacerdotii est diversæ speciei à malitia homicidii.

Tertio datur circumstantia, quæ non addit diversam speciei malitiam, sed intendit, hoc est auget præexistentem ut major cognitio malitiæ, major deliberatio.

1817 Duratio est etiam circumstantia peccati.

Duratio est etiam circumstantia actus, qua posita crescit actus malitiæ, quæ circumstantia durationis, deliberationis, cognitionis clarioris, ex se non est circumstantia mala, sed est indifferens, & auget bonitatem, si sit circumstantia actus boni, auget malitiam, si sit circumstantia actus mali.

1818 Aliæ divisiones circūstantiarum afferuntur.

Ex his patet dari primo circumstantiam impertinentem, quæ non auget, minuit, mutat flagitii essentiam, ut si occidat manu dextera, vel sinistra, manè, serò: & hæc circumstantia, cùm non sit peccatum, nec peccati species, aut numerus, non est materia confessionis.

Secunda circumstantia est, quæ minuit intra eandem speciem malitiæ, ut furari quinque carolenos.

Tertia aggravat intra eandem speciem: ut furari mille aureos; est enim lethale tam quinque, quàm mille furari: at quinque minuit, mille auget intra eandem speciem peccati.

Quarta datur circumstantia, quæ addit aliam speciem: ut votum castitatis si transgrediatur, supra speciem luxuriæ, addit speciem sacrilegii.

Quinta, aliæ circumstantiæ transferunt peccatum in aliam speciem; ut cognoscere sororem, transfert speciem fornicationis ad speciem incestus, & sic mutat speciem: ut accidentia in Physicis, in quibus superadditio alterius rei transfert rem in aliam speciem physicam, mulsi medicinæ.

Sexto, aliæ circumstantiæ dicuntur in infinitum augere, vel minuere, & sunt reddentes peccatum mortale veniale, & veniale mortale; prout explicabamus, cùm de malitia, & bonitate actuum.

An-

(4) Rectè Turrianus videatur. Idque specialiùs urget, quia oportet tempus præsens innotescere Confessario cùm pœnitens est in occasione proxima peccandi, ut scilicet, vel pœnitentem obliget ad eam removendam, vel si nolit, absolutionem non concedas. Lugo *de pœnitent. disp. 16. sect. 2. §. num. 47.*

An circumstantia mutans speciem sit in confessione explicanda?

1819 Circumstantia mutans speciem est in confessione explicanda.

AFfirma: est de fide. Trident. *sess.* 14. *cap.* 5. Nam hujusmodi præsupponunt gratiæ contradictorium, & inimicitiam inter Deum, & creaturas; & sic confessione delenda, quæ peccatum, & numerum peccatorum ponunt ex se æternam pœnam afferentes.

An circumstantia mutans speciem, debeat explicari simul cum peccato, cujus est circumstantia?

1820 Circũstantia mutans speciem est explicanda simul cũ peccato, si nequeat adæquatè explicari.

DIstinguas: vel; explicari potest adæquatè malitia circumstantiæ sine peccato, cujus est circumstantia. Vel explicari nequit. Si explicari nequit, tunc est explicanda circumstantia simul cum peccato, cujus est circumstantia; quia species malitiæ aliàs non explicaretur: Sic circumstantia incestus, adulterii nequit explicari, non explicata malitia fornicationis, quæ essentialiter imbibitur in incestu, & adulterio. Si verò possit explicari malitia specifica circumstantiæ, & malitia specifica rei, cujus est circumstantia; tunc etiam scienter potest quis fateri circumstantiam separatim à peccato cujus est circumstantia. Suarius *disp.* 22. *sect.* 3. *num.* 8. Valentia *qu.* 11. *par.* 1. Coninck *disp.* 7. *dub.* 7. *num.* 6. Navarr. in *Summa cap.* 6. Angelus v. *Interrogatio num.* 6. Sà v. *Confessio num.* 31. Reginaldus *to.* 1. *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 141. Filliuccius *tom.* 1. *tract.* 7. *num.* 80. Henriquez *lib.* 5. *de penit. num.* 4. Bonacina *de penit. par.* 5. *sect.* 1. *part.* 2. §. 3. *diffic.* 1. *num.* 9. Fagundez 2. *pracepto lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 11. Sanchez 4. *Decalogi cap.* 11. *num.* 24. Aversa *de confess. Sacram. qu.* 10. *sect.* 7. §. *oportere dicere*. Martinus Perez *disp.* 27. *sect.* 2. *num.* 4. & 9. Lugo *disp.* 16. *sect.* 16. Tancredi *tract.* 1. *de penit. quæst.* 22. Antonius à Spir. S. *tom.* 1. *Directorii tract.* 5. *num.* 696. dicens communem, & subdens *num.* 697. cum Perez *loc. cit. num.* 5. furantem ad fornicandum, posse fateri se fornicasse, se furtum commisisse, non exprimendo unum factum propter alterum; quia ille ordo medii ad finem, speciem non variat. Caramuel *Fundam. num.* 3166. Arriaga, Gabriel à S. Vincentio, & alii quos dedi 13. *Select.* Contra Sylvestrum v. *Confessio* 1. *qu.* 10.

Probatur: nam peccatũ quoad speciem, & numerum debet explicari, & conjunctio duorum peccatorum non est species, nec numerus. Ergo sufficienter se explicat, dicens fregi toties votum, & toties comedi carnes in die Sabbati.

An circumstantia faciens ex mortali veniale, & ex veniali mortale, sit explicanda?

1821 Circũstantia faciẽs ex veniali mortale, vel è contra est explicanda.

AFfirma: quia species peccati est explicanda. Et talis circumstantia faciens ex mortali veniale, & ex veniali mortale, dat novam speciem. (5)

An circumstantia minuens intra eandem speciem, sit explicanda?

1822 Circũstantia minuens intra eandem speciem non est explicanda.

NEga: quia minuit intra eandem speciem, & sic nec speciem, nec numerum multiplicat. Coninck *disp.* 7. *num.* 16. Molphesius *tract.* 7. *Summa cap.* 12. *num.* 61. Diana *tr.* 14. *resol.* 85. Perez *de penitent. disp.* 27. *sect.* 4. *num.* 2. Contra Nugnum *qu.* 9. *art.* 2. *dub.* 2.

Si verò pœnitens velit illam fateri, potest, licèt non mutet speciem; quia non est se excusare, sed fateri peccatum circumstantionatum, ut fecit.

Sed major difficultas est:

An circumstantia aggravans intra eandem speciem, sit in confessione explicanda?

NEga; D. Thomas in 4. *dist.* 16. *qu.* 3. *art.* 2. *quæstiuncula* 5. D. Bonaventura in 4. *dist.* 17. *quæst. ultima*. Novarius in *can. consideret. num.* 6. *de penitentia. dist.* 4. Lugo *de penitent. dist.* 16. *sect.* 3. *num.* 207. Diana citans quinquaginta Doctores *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 97. & *par.* 5. *tract.* 14. *resol.* 56. Leander citans plures *tract.* 5. *de penit. disp.* 8. *qu.* 4. Aversa citans triginta Doctores *de Sacram. Penitentia qu.* 10. *sect.* 8. §. *ex opposito*. Gabriel à S. Vincentio *de Sacram. Penitentia disp.* 8. *qu.* 5. Vasq. 3. *par. quæst.* 91. *art.* 2. *dub.* 2. Caramuel *Fundament. num.* 3166. Reginaldus, Valentia, Lessius, Scotus, Durandus, & alii quos citant dicti Doctores. Contra quatuordecim Doctores, quos dat Leand *loco cit.* Suarium *de penit. disp.* 22. *sect.* 3. Sanchez 2. *Decalogi cap* 11. *num.* 22. Arriagam *de penit. disp.* 32. *num.* 4. judicantem nostram esse probabilem. Perez *de Sacram. penit. disp.* 5. 1823 Circumstantia aggravãs intra eãdem speciem nõ est explicanda.

Probatur primo ex Durando in 4. *dist.* 16. *q.* 4. *n.* 5. Materia confessionis necessaria est illa ratio peccati, qua gratia ex se tollitur: nam per cõfessionem datur per se gratia, qua peccatum tollitur. Circumstantia autem aggravans ex se non tollit, sed supponit gratiam ablatam per principale peccatum. Ergo non est materia confessionis necessaria: auget enim culpam, & pœnam, sed supponit Cœlum clausum. 1824 Quæ per se tollit gratiã est materia confessionis.

Probatur secundo ex Trident. *sess.* 14. *cap* 5. ubi nihil aliud Fides Catholica exigit à pœnitente, nisi ut fateatur mortale, quoad numerum, & speciem, nihil aliud. Ergo requirentes aliquid aliud non consonant Tridentino. Tales sunt, qui exigunt confessionem circumstantiarum aggravantium. 1825 Ex Trident. numerus, & species sunt fatenda.

Insuper Tridentinum poterat, & noluit exprimere aggravantes circumstantias esse explicandas. Ergo omisit scienter. Nec enim Sanctissimi, ac doctissimi Patres Tridentini ignorabant hanc controversiam. Ergo scienter omiserunt, ut non necessariò explicandas circumstantias aggravantes in confessione. *cap. nonnul. de præsumptionibus*.

Tertio probatur: quia onus est à Christo Domino imponendum, obligare ad fatendum aggravantes circumstantias. Tale enim onus non est, ut deberet esse lege expressum. *Can. legatum.* 24. *qu.* 2. 1826 Onus nõ imponendum, nisi constet à Domino impositũ in confessione.

Quarto lex non obligat, nisi constet à Superiore latam, præceptum autem confitendi circumstantias aggravantes intra eandem speciem non constat, vel demonstrent ubi, & quando à Deo latum. Lex nõ obligat, nisi constet esse latã.

Quinto probatur ex D. Bonaventura in 4. *dist.* 17. *quæst. ult.* Si circumstantiæ aggravantes essent 1827 Confessio nõ faciẽda onerosissima.

(5) Vide Clericatum *de penitent. decis.* 25. *num.* 19. & ibi Mastrium *disp.* 5. *num.* 479. Gobat *tract.* 6. *n.* 372. & Salmanticenses *tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 10.

essent explicandæ in Confessione, confessio esset onerosissima; sed confessio non est onerosissima. Ergo circumstantiæ aggravantes non sunt explicandæ. Consecutio est bona. Minor est evidens, quia secùs confessio esset carnificina animarum, contra Trident. *loco cit.* Major demonstratur, quia difficillimum est, & onerosissimum numerare innumeras circumstantias aggravantes in genere, in specie, in individuo in cognitione magis, vel minus intensa; in judicio magis, vel minus claro; in deliberatione, & consensu voluntatis magis, vel minus intenso, in duratione majori, & minori, in loco, in instrumentis, in modo, in quando, in majori, & minori delectatione, & in aliis innumeris. Qua ratione Tridentinum noluit hujusmodi explicandas, nisi mutarent speciem, ad retundendas blasphemias dicentium Confessionem carnificinam.

1818 Circumstantiæ minuentes non sunt explicandæ.

Sexto probatur: Minuentes intra eandem speciem non sunt exprimendæ, licèt Confessarius inde non deprehendat totam malitiam. Ergo nec aggravantes, cùm hoc Sacramentum sit judicium misericordiæ, ut ait D. Bonaventura:

1819 Circumstantia aggravans supponit gratiam ablatam.

Dices: circumstantia aggravans non est explicanda in cōfessione, quia per se supponit gratiam ablatam, & reatum pœnæ æternæ incursum; Ergo nec secundum peccatum lethale est explicandum, quia per se supponit gratiam ablatam à primo, & reatum pœnæ æternæ.

Respondetur: concedo antecedens, & nego suppositum consequentiæ; non enim datur series peccatorum, nec datur secundum peccatum, quod non possit esse primum: & sic non datur secundum peccatum, quod non possit tollere per se primam gratiam. At circumstantia aggravans essentialiter supponit gratiam amissam, nec ipsa circumstantia gratiam auferre potest. Peccata autem illa sunt exprimenda, quæ per se sunt destructiva gratiæ, hæc ei contradicunt.

1820 An materia furti sit explicanda, vide infra num. 1830.

Dices secundo: ergo sufficit si quis dicat: commisi furtum, absque eo quod explicet in qua materia: an commiserit in mille, an in centum, quod dici nequit; quia aliud est judicium de illo, qui furatur mille, ut de illo, qui furatur centum.

Resp. Confessarium ex Trident. tantùm habere potestatem judicandi de numero, & de specie peccatorum, & consequenter si gravitas speciem non mutat, de gravitate non debet ferre judicium.

1821 Decies furtum faciens in mille, decies peccat, non qui unica vice mille furatur.

Dices tertio: Si quis furetur decies, pro qualibet vice committit decem peccata mortalia. Ergo si furetur unica vice centum, debet hoc explicare, quia tanta malitia est centum venire unico furto centenarii, quàm in illis decem.

Resp. decem furta esse explicanda, quia debet explicari numerus peccatorum; non sic est explicanda gravitas in eodem numero, vel specie.

Dices quarto: calor ut duo addit novum caloris gradum calori ut unum. Ergo circumstantia aggravans addit novum peccatum. Ergo necessariò explicanda. Probatur consequentia, quia major malitia est in furto mille aureorum, quàm in centum aureorum. Sed hæc major malitia auget peccatum. Ergo est novum peccatum, vel saltem pars nova peccati; sicuti augmentum caloris est novus calor.

Respondeo, non esse discurrendum in rebus physicis, ac moralibus aritmeticè, & secundum omnia, sed geometricè, & secundum aliquid. 1822 Circumstantia aggravās addit, nō ponit aliam malitiam.
Itaque sicuti calor, ut duo addit aliquid caloris calori ut unum, ità circumstantia aggravans addit novam malitiam, non novum peccatum, quia per se non gratiam tollit, sed ablatam supponit, & ideò nec novum jus fundat odii in Deo contra peccatorem, & contemtum, neque novum peccatum.

Ergo (instabis) qui committit incestum, non debet explicare, an cum consanguinea, an cum affine; nam est circumstantia aggravans in eadem specie, D. Thomas 2.2. *qu.* 159. *art.* 9. ubi Cajetanus.

Doctores pro nostra sententia concedunt totum, ajuntque non esse explicandum, an in primo, an in secundo gradu, quia hæc est circumstantia aggravans, non mutans speciem.

Ergo (iterum instabis) qui occidit uno ictu 1823 Aliis argumentis satisfit.
plures homines simplices, satis est si dicat commisi peccatum homicidii.

Hæc instantia petit, an unico ictu occidere plures, sit multiplex numero peccatum, & nos putamus esse multiplex, quia diximus in Philosophia posse in eodem subjecto esse multiplex numero accidens, præterquamquod concedunt contra aliquos Thomistas, qui volunt esse circumstantiam aggravantem tantùm, nec multiplicare numero peccatum: ità docet Gabriel à S. Vincentio. *de pœnitent. disp.* 8. *quæst.* 9. §. *hanc materiam*.

Dices quinto, *Canon consideret* 1. ibi: *omnis ista varietas confitenda est deflenda. de pœnitent. dist.* 5. ubi D. Augustinus ait explicandam circumstantiam aggravantem in loco, in tempore, perseverantia, in varietate personæ; ergo circumstantiæ aggravantes sunt explicandæ. 1824 Auctoritatibus in oppositum respōdetur.

Respondetur, ibi D. Augustinum loqui de consilio, non de præcepto.

Objicies sexto, Concilium Vormacense *Can.* 25. & Concilium Trullanum *Can.* 175.

Respondetur, ibi asseri circumstantias mutantes speciem esse explicandas necessariò, aggravantes esse materiam voluntariam.

Dices septimo, Sacramentum Confessionis esse judicium; ergo debet explicari id, de quo ferri debet judicium; nam rei incognitæ nullum judicium. Sed de circumstantiis aggravantibus debet ferri judicium, ergo circumstantiæ aggravantes sunt explicandæ. 1825 Rei incognitæ nullum judicium.

Respondetur primo, judicium Confessarii non exigere confessionem minuentium intra eandem speciem, ergo nec aggravantium.

Respondetur secundo, in materia voluntaria non necessariò omnia explicanda, sic nec quis tenetur explicare numerum venialium, licèt de venialibus judicium feratur, nec circumstantias aggravantes intra speciem venialium, ergo etiam nec aggravantes, quia aggravantes sunt materia voluntaria; satis ergo est si judicium feratur circa materiam jure exigitam à Tridentino *sess.* 14. *cap.* 5. *Can.* 7. & sunt numerus, species, & circumstantiæ mutantes speciem. 1826 In materia voluntaria nō sunt omnia necessariò explicāda.

Nunc illud indagandum primo, unde sumatur species, & circumstantia mutantis speciem. Secundo unde desumatur numerus peccatorum.

Res sin nosis difficultatum ambagibus explicanda magis, quàm decidenda, primo.

Qua-

Quanam sint circumstantia mutantes speciem?

1837 Quandu circumstantiæ mutant speciem.

ID explicuimus, cùm de malitia, & bonitate actuum egimus. Hic delibemus, quæ altissimas habent difficultates. Regeia illa: Circumstantia mutat speciem, quæ trahit peccatum contra aliam virtutem, mutat speciem, ut homicidium est contra justitiam, si addatur circumstantia patris, ut si quis occidat patrem; tunc non solùm est contra justitiam, sed ex ilia circumstantia paternitatis, est etiam contra pietatem.

Non valet regula affirmativa hoc modo: Vitia, qoæ sunt contra eaodem virtutem sunt ejusdem speciei. Nam omnes, & singulæ virtutes moraies habent duo vitia opposita, licèt virtus sit eadem: sic temperantia una virtus læditur ab inedia, & crapula.

Numerus peccatorum intra eandem speciem.

Principium.

1838 Quādu multiplicatur numeru peccatum.

S*Emper ac actus continuatur physicè, & moraliter est unum numero peccatum*; nam habet omnia constantia hecceitatem.

An autem sola interruptio physica, absque contraria voluntate multiplicetur numera peccatum?

1839 Absque contraria volūtate nō multiplicatur sola interruptione physica.

AFfirmat Suarius *disp* 22. *sect.* 4. *num.* 9. Lugo *disp.* 16. *sect.* 14.

Negat multiplicari numero sola interruptione phylica, nisi insuper accedat contraria voluntas Canus *relectione de penitentia dist.* 5. Joannes de la Crux *par.* 2. *Directorii de Sacramento penitentia qu.* 3. *dub.* 6. Petrus Fay *de Sacramento penitentia additione ad* 3 *part. qu.* 9. *art.* 2. *disp.* 5. *ad* 4. Pitignanus 4. *sententiar. to.* 2. *dist.* 17. *quæst. unic. art.* 5. Homobonus *part.* 1. *Examinis tract.* 5. *cap.* 13. *qu.* 83. & ex parte Salas 1. 2. *tom.* 2. *tract.* 13. *disp.* 5. *sect.* 8. *num.* 85. Diana *tract.* 4. *de Sacramentis resol.* 95. Gabr. à S. Vinc. Itàut semper ac continuatur idem actus voluntatis non retractatus, continuatur idem numero peccatum.

Quia ut peccatum, ità numerus peccatorum in specie, & individuo determinatur à voluntate, itàut sine voluntate desit peccatum, & eodem numero actus voluntatis sit idem numero peccatum.

Istis in signum positis jubeamus sudorum, & doctrinarum diffluere fontes singulos distinctis circumstantiis, ex D. Augustino *lib. de vera penitentia cap.* 10. & *Can. consideret* 1. *de peniten. dist.* 5. sequenti carmine expressis.

Quis, Quid, Ubi, Quibus Auxiliis, Cur, Quomodo, Quando.

§. 1.

Quis.

1840 Circūstantia conjugii est explicanda.

ERnitur primo esse explicandam circumstantiam conjugii, licèt libera à coojuge cognoscatur; quia mutat speciem, & lædit justitiam, & Sacramenti fidem.

1841 Qualitas personæ noo mutat speciem, nec explicanda.

Secūdo, qualitas personæ secularis, Ecclesiastici, Superioris, subditi, Prælati cujuslibet dignitatis, Religiosi non mutat speciem, nec explicanda. Satisque est explicare peccatum esse contra votum castitatis; nam nulla alia malitia est, quàm contra virtutem castitatis, & votum, Sanchez 6. *de matrimonio disp.* 27. *n.* 31. dans quatuor Doctores. Lugo *de penit. disp.* 16. *num.* 149. Arriaga *de penitent. disp.* 33. *num.* 25. Bonacina *quæst. ultima de matrimonio par. ultima num. ultimo*, rectè dicens nec esse explicandum statum Ecclesiasticum, maximè si pœnitens sit notus Confessario. Leander *de penitent. tract.* 5. *disp.* 8. §. 2. *qu.* 6. Gabriel à S. Vincentio *de penitent. disp.* 7. *qu.* 7. §. *Secunda difficultas.* Averia *de confessione qu.* 10. *sect.* 9. §. *circumstantia quis*, & §. *cujus alii*. Antonius Perez *de penitent. disp.* 5. *num.* 24. & 26. Antonius à Spiritu Sancto *tom.* 1. *Directorii tract.* 5. *num.* 410. rectè dicens contra Lugonem *loc. cit.* nec ratione scandali indè secuti aperiendam esse dignitatem personæ; nam circumstantia scandali valet fateri etiam tacita dignitate personæ. Contra Fagundez 2. *præcepto Ecclesiæ lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 5.

Tertio, votum explicandum, sed non ejus qualitas solemnitatis, simplicis, Sacerdotii, quia talis solemnitas noo transfert peccatum in aliam speciem, & sic non tenetur quis fateri se professum, se Sacerdotem, & satis est dicere se violasse votum castitatis. Sanchez 3. *de matrimonio disp.* 23. *num.* 27. Diana dans septem Doctores 3. *par. tract.* 7. *resol.* 63. Bonacina *loc. cit. nū.* 28. Castrus Palaus *tom.* 2. *tract.* 2. *disp.* 3. *par.* 3. *n.* 10. Leander dans quinque Doctores *loco cit. qu.* 6. quia ut rectè Arriaga contra Lugonem, Religio nuo habet jus in corpus Religiosi, & voto castitatis soli Deo, nou Religioni se subdit Religiosus. Ex quo disparitas inter virum cum offensione suæ uxoris committentem adulterium, & Religiosum non offendentem Religionis jus. Nam uxor habet jus in corpus viri quoad usum, non Monasterium in corpus Religiosi. 1842 Votum explicandum, sed qualitas solēnis, aut simplicis nō explicanda.

Quarto, eruitur adstrictum castitatis voto consulendo alteri, ut delinquat contra castitatem, non debere explicare suum votum, sed satis si fateatur consuluisse alteri fornicationem; nam aliud est vovere se castum, quod servat, inducens alios ad malum; & qui vovet se castum, non vovet aliorum castitatem. Sic vovens virginitatem, noo peccat contra votum inducens alios ad nubeodum. Arriaga *loco cit. num.* 20. Gabriel à S. Vincentio *loco cit.* §. *Secunda difficultas.* Docens nec teneri explicare votum à se inducti ad peccandum ex vi voti; nam suasio opponitur caritati, non castitati, cùm sit peccatum scandali. Dicastillius post Caramuelem *disp.* 9. *num.* 326. Tancredi *tract.* 1. *de penitent. disp.* 7. *q.* 12. contra Lugonem *de penit. disp.* 16. *num.* 152. Antonium à Spiritu Sancto *tom.* 1. *Directorii tract.* 5. *nu.* 384. ajentes debere explicare etiam suum votum, contra quod dicunt peccare illum, qui voto adstrictus castitatis, alterum inducit ad peccandum contra castitatem. 1843 An consulēs alteri cōtra Castitatem delinquat contra suum votum.

Quinto, deducitur scandalizantem alterum teneri tantùm dicere se scandalizasse proximum, non exprimendo peccatum ad quod induxit; nisi illud peccatum directè velit. Doctores citati cum Navarra, & Suario contra Lugonem, & Perez apud Antonium à Spiritu Sancto *loco cit. num.* 388. Et contra Sanchez 1. *Decalogi cap.* 6. *num.* 8. Vasquez *tom.* 2. *disp.* 102. *cap.* 3. *num.* 5. ajentes semper explicandum peccatum proximi scandalizati, sivè scandalizans illud intendat, sivè non. 1844 An tantùm scādalum sit explicandū, non peccatū ad quod proximum induxit.

Sexto,

1845 An loquens turpia corā pluribus, teneatur corā quibus locutus fateri.

Sexto, coram quibus quis turpia loquitur non esse exprimendum, sed satis est dicere toties scandalizavi, vel tot scandalizavi; nam diversitas personarum non diversificat peccatum scandali. Lugo *disp.* 16. *num.* 165. Dicastillus *disp.* 9. *num.* 351. contra Antonium à Spiritu S. *loco cit. num.* 392: Dianam *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 124.

1846 Multiplicās votum, juramētum nnū peccatū facit illud transgrediendo.

Septimo, multiplicans votum castitatis, juramentum, non tenetur hanc repetitionem exprimere; nam hæc non diversificat specie votum, juramentum; & sic in confessione satis est dicere fregi toties votum castitatis, toties juramentum, nec tenetur exprimere votum, & juramentum moltoties à se emissum. Dicastillus *disp.* 9. *num.* 305. Perez *de pœnit. disp.* 5. *n.* 25.

1847 Jurans servare votum dupliciter peccat illud nō servans.

Jurans tamen se servare votum castitatis, est perjurus etiam votum frangens, & sic tenetur talem circumstantiam mutantem speciem explicare. Dicastillus *loco cit. num.* 156. Sanchez 7. *de matrimonio disp.* 27.

1848 Virginitatis qualitas amissæ non explicanda.

Octavo, nec circumstantia virginitatis amissæ mutat speciem; nam est idem ac primum peccatum fornicationis, & primum non differt specie à secundo: auget tamen peccatum reddendo proniorem ad flagitium devastato illo pudoris munimento. Diana dans decem Doctores *par.* 1 *tract.* 3. *resol.* 11. Dicastillus *disp.* 9. *num.* 433. Caramuel, & alii. Contra Antonium Peraa *de pœnit. disp.* 5. *num.* 26. dicentem etiam nostram probabilem.

Nono, sponsa de futuro cognita non tenetur id aperire in confessione, quia non lædit virum carentem jure, matrimonio non secuto. Dicastillus dans sex Doctores *disp.* 9. *n.* 375. Contra Perez *loc. cit. num.* 26. *in fine*, gratis dicentem oppositum ex eo, quod deterioratur notabiliter res promissa. Nec obstat sponsum posse resilire, quia id ex eo argueretur, fidem nec servandam nuptiis secutis.

1849 Frigidus, vel eunuchus debet suum statum explicare fornicando.

Decimo, frigidus, eunuchus debet hanc circumstantiam explicare, quia trahit ad aliam speciem contra naturam. Arriaga *loco cit. n.* 24. Gabriel à S. Vincentio *loco cit.* §. *octava difficultas*. Leander *loc. cit. qu.* 11. Lugo *disp.* 16. *n.* 175. Caramuel, Perez *loc. cit. n.* 26. Antonius à Spiritu Sancto *tract.* 5 *num.* 408.

Quid. §. II.

1850 Quantitas furti nō est explicanda.

PRimo, non est explicanda quantitas furti: puta decem, viginti, mille, licèt spectent ad plures Dominos; satisque est fateri se lethaliter peccasse furando; nam magis, & minus speciem non variant: ut homo, infans, & adultus. Navarr. *cap.* 6. *num.* 5. Vasquez *tom.* 4. *in* 3. *par. quæst.* 91. *art.* 1 *dub.* 3. Hurtadus *de pœnitent. disp.* 9. *diffic.* 4. Granadus *tract.* 9. *disp.* 9. *num.* 13. Lugo *disp.* 16. *sect.* 3. Trullench *lib.* 4. *de Sacrament. cap.* 6. *dub.* 4. *num.* 7. Gobat *Theolog. experiment. tract.* 6. *num.* 378. Leander dans duodecim Doctores *loc. cit. quæst.* 2. contra Suarium *disp.* 22. *sect.* 3. *num.* 17. Antonium Perez *de pœnitent. disp.* 5. *num.* 21. ajentem esse explicandam quantitatem, quæ ex se addit malitiam gravem, quæ sola sufficeret ad constituendum aliud peccatum. In quo non rectè; quia Tridentinum ait speciem, & numerum esse explicandum; & talis major quantitas licèt separata posse constituere novum peccatum, alteri tamen continua nec numerum multiplicat, nec speciem mutat.

Ignis enim parvus, & magnus non est multiplex numero, nec specie differt, & quantitas, quæ informis est, non dat nec speciem, nec numerum.

1851 Diversitas injuriarum non est explicanda.

Secundo, non tenetur quis explicare diversitatem injuriarum, quia non diversificat speciem contumeliæ, detractionis: & unico impetu plures injurias effundens continuatas, satis est fateri gravem injuriam famæ dettrahendo, honori contumeliando feci. Doctores apud Dianam *par.* 1. *tract.* 7. *resol.* 25. & *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 67. dans sex Doctores Lugo *disp.* 16. *nu.* 265. Palaus citans Bonacinam *tom.* 1. *tract.* 2. *disp.* 3. *par.* 3. *num.* 6. Contra Antonium Perez *loco cit. num.* 40. ajentem lædi diversam specie famam, diversum specie honorem, diversa injuria.

1852 Temerè judicans non tenetur materiam, vel personā explicare.

Tertiò, nec temerè judicans tenetur explicare materiam, & personam, circa quam judicium eligit temerarium. Satisque est dicere toties temerè lethaliter judicavi, quia omnia judicia temeraria lethalia sunt ejusdem speciei. Lugo *disp.* 16. *num.* 268. Sancius 5. *sect.* *n.* 10.

1853 Desiderans proximo diversa mala, illam diversitatem non tenetur explicare.

Quarto, desiderans proximo ex odio diversa specie mala, mortem, infamiam, pauperiem non qua tale malum est, sed qua grave malum proximo, non tenetur diversitatem malorum explicare; nam est ejusdem modi species, & sic est malum solius odii, & diversitas malorum non diversificat odium, quia voluntas est inefficax, ut ponat illas malorum species: in quo differt à voluntate efficaci ponendi ejusmodi mala, quæ voluntas tunc est contra justitiam, nec est peccatum solius odii. Lugo citans sex Doctores *disp.* 16. *num.* 260. Dicastillus *disp.* 9. *num.* 498.

1854 Nisi efficaciter velit illa mala.

1855 Diversitas blasphemiarum nō aperienda, nisi sit reservata.

Quinto, diversitas blasphemiarum non est explicanda. Cajetanus v. *blasphemia*. Valentia *tom.* 3. *disp.* 3. *par.* 3. Diana dans quatuor Doctores *p.* 1 *tract.* 7. *res.* 50. Ut nec explicandum est votum, juramentum factum Deo, Beatissimæ Virgini, Sanctis, plures apud Dianam *part.* 5. *tract.* 13. *resol.* 21. Antonius à Spiritu Sancto *tom.* 1. *Directorii tract.* 5. *num.* 485. dicens probabile contra Sanchez 2. *Decal. cap.* 32. *num.* 39. Fagundez 3. *Decal. cap.* 3. *num.* 38. Dicastillus *loco cit. num.* 536. citans octo Doctores, & quidem probabiliter ajentes cum Lugone *disp.* 16. *num.* 276. blasphemiam in Deum differre specie à blasphemia contra homines, ut cultus Dei differt specie à cultu Sanctorum.

1856 Jactans se peccasse nō debet fateri diversitatem peccatorum, nisi de illis cōplitus sit.

Sexto, jactans se peccasse, non debet explicare diversitatem peccatorum, nisi de illis se complaceat; nam non diversificat lethale vanægloriæ flagitium. Sicque satis est dicere se toties graviter peccasse peccato jactantiæ, præciso scilicet scandalo, & ceteris. Navarr. in *præludiis, præludio* 9. *num.* 4. Tamburrin. in *Methodo cap.* 7. §. 3. Diana *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 161. Lugo *disp.* 16. *num.* 269. contra Sanch. 1. *Decalogi cap.* 3. *num.* 13.

1857 Consulens malum debet illud exprimere in confessione.

Septimo, consulens malum aliquod, exprimere debet speciem mali consulti, quia tale peccatum consilii habet duas species, unam scandali inducens alterum ad peccandum, alteram ejusdem peccati, quod consulit. Sic consulens furtum, homicidium, est fur, ast homicida; nam specificatur actus à fine; qua ratione magis peccat consulens homicidium, quàm homicida; nam homicida facit unum peccatum, consulens verò homicidium facit duplex peccatum, unum contra caritatem inducens proximum ad malum, alterum ejusdem speciei cum flagitio con-

consulto. Lugo *de penitent. disp.* 16. *num.* 275. Dicastillus *disp.* 9. *num.* 530. Tamburrinus *de penitent. cap.* 7. §. 3. Antonius à Spiritu Sancto *tract.* 5. *disp.* 8. *num.* 485. Salas *tom.* 2. *tract.* 15. *num.* 158. Gabriel à S. Vincentio *de Sacramen. penitent. disp.* 8. *quæst.* 7. §. *quinta difficultas*. Qui tamen potat non esse improbabile consulentem non teneri exprimere delictum consultum, satisque si fateatur, peccavi peccato scandali, sivè consului malum grave, quia consilium habet solam speciem scandali; enim verò solùm intendit ruinam proximi: ut jactantia est unius speciei intendens vanam laudem. In quo habeo difficultatem; quia sequeretur consulentes homicidium, furtum, non esse fures, nec homicidas; nam non peccarent contra justitiam, sed contra caritatem; & consequenter nec tenerentur restituere, nec consulens esset irregularis.

1858 Odio habens parentes debet illud explicare.

Octavo, odio habens suos parentes, tenetur illam circumstantiam parentum explicare; nam non solùm peccat contra caritatem ratione odii, sed etiam contra pietatem; nam filius ex pietate tenetur patri bonum velle.

1859 Cognoscens mortuã pollutionem facit, nisi intendat fornicationem.

Nono, cognoscens mortuam est ita ac cognoscere statuam, & solùm peccat pollutione, vel alia turpitudine contra naturam, nisi finis intentat fornicationem, incestum, &c. Nam tunc ratione talis finis dupliciter peccat, contra naturam se polluendo, & alio peccato, quod intentat. Diana *par.* 9. *tract.* 9. *resol.* 1. Antonius à Spiritu Sancto *tom.* 1. *Directorii tract.* 5. *disp.* 8. *num.* 466. Sanchez 3. *de matrimonio lib.* 10. *disp.* 4. *num.* 14. contra Pellizzarium *tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 3. *num.* 7.

1860 Christianus à Fide apostatans, sat est dicere peccavi cõtra Fidem.

Decimo, Christianus transiens ad alias sectas Paganismi, Judaismi, Lutheranismi, Calvinismi apostatando à Fide, satis fatetur dicendo, peccavi contra Fidem, non explicando sectam, ad quam transiit, nec apostasiam; nam omnia hujusmodi scelera eidem adversantur Fidei, ejusdemque speciei: & apostasia non est species diversa, sed genus ad illa flagitia; satisque exprimitur eo ipso, ac fatetur se deliquisse contra Fidem. Quinque Doctores, quos sequitur Dicastillus *disp.* 9. *num.* 191. Antonius à Spiritu Sancto *loco cit. num.* 191. Contra Cajetanum, Bandez, & alios.

1861 Nisi exerceat actus contra Religionem, & tunc est explicanda secta.

Esset tamen explicanda secta, ad quam transit apostata à Fide, si in illa exerceret actus contra Religionem; puta sic in Paganismo, Atheismo, coleret Idola, si lapsus in hæresim conculcat reliquias, Sacramenta; tunc enim contra Fidem, & contra Religionem delinqueret. Lugo *disp.* 16. *num.* 2. Palaus *tom.* 1. *tract.* 4. *disp.* 2. *par.* 1.

Hinc non tenetur dicere se fuisse Christianum. Palaus *loco cit. par.* 3. contra plures apud Dianam *par.* 1. *tract.* 7. *resol.* 54. nam eo ipso ac peccata confitetur, ostendit se fuisse Christianum, cùm peccata ante Baptismum non sint fatenda.

1862 Unico ictu, & actu plures occidens, sat est si dicat plures occidi.

Undecimo, unico ictu, unico actu occidens plures, non teneretur hanc circumstantiam aperire, satisque est si dicat, occidi plures, secundum Gobat *Theolog. experiment. tract.* 6. *nu.* 381. post Lugonem, vel feci homicidium, vel occidi, secundum Gabrielem à S. Vincentio *de pœnitent. disp.* 8. *quæst.* 5. §. *ex quibus*. Ubi asserit esse sententiam Divi Thomæ, & Thomistarum. Tamburin. *Opusc. de Confessione lib.* 2. *cap.* 1. §. 8.

Fundatur hæc sententia in principio philosophico, scilicet non posse multiplex enim accidens esse in eodem subjecto; quia accidens individuatur à subjecto, & unum subjectum unum numero recipit accidens, & consequenter unicus numero actus, unum numero peccatum; ità ut ab unitate actus, non à multiplicitate materiæ sumatur numerica peccati unitas.

Oppositum verò docet Vasquez *qu.* 91. *art.* 1. *dub.* 4. Trullenck *lib.* 5. *Decalogi cap.* 4. *num.* 8. Navarr. *cap.* 6. *num.* 18. plures apud Dianam *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 164. Antonius Perez *de Sacram. penitent. disp.* 5. *num.* 17. Fundatur hæc sententia in contrario principio, scilicet in eodem actu posse esse multiplicem numero malitiam; itàut volens occidere decem, decem contrahat malitias. Hæc ultima sententia secundum nostra principia arridet. 1863 Alii DD. huic non assentiuntur.

Non tamen placet ratio, qua illam probat Perez *loco cit.* scilicet, quia illæ sunt partes veluti quantitativæ peccati, & qui fatetur se occidisse, nisi explicet occidisse decem, non fatetur integrum peccatum, sed diminutum. 1864 Auctoris judicium.

Non inquam hæc ratio placet; nam Concilium tantùm exigit, ut exprimatur species, & numerus peccatorum, non verò ut exprimantur partes integrantes peccatum. Non potest tamen dicere se occidisse unum, quia tunc non exprimeret suum peccatum, sed alterum; sicuti qui furatus mille, potest dicere commisi furtum grave mortale, non tamen potest dicere furatus sum quinque carolenos, materiam ità determinando furatam, non fatetur furtum à se commissum, nec compendiosè. Lugo *disp.* 16. *num.* 660. Sancius 11. *Selectar. num.* 6. Hurtadus *de penit. disp.* 9. *diffic.* 4. Dicastillus *disp.* 9. *dub.* 2. *num.* 194.

Insuper non placet ratio Perez, quia partes augmentantes, non multiplicant speciem, & numerum; aliàs magnus ignis, magna aqua esset multiplex numero.

Tertio, non placet, quia ex illius doctrina; sequeretur singulos actus turpes antecedentes, concomitantes, consequentes congressum esse sigillatim explicandos; quia singuli per se lethalem augent malitiam. Quod licèt concedat *nu.* 31. *in fine*; ast alienum à praxi doctissimorum Confessariorum, & pœnitentium, & etiam indoctorum.

Quarto, sequeretur, quòd esset explicandus gradus intensionis; nam unus gradus auget lethaliter alterum. Et insuper esset explicandum duratio actus malis quod quamvis ipse concedat *num.* 73. & 76. est alienum ab usu fidelium; teneretur enim pœnitens explicare durationem temporis consumpti in comedendo carnes continuè, & quantitatem delectationis, si fuerit ut quatuor, ut quinque, ut sex. 1865 Gradus intensionis peccati non explicandus.

Rursus esset explicanda physica interruptio actus peccaminosi, quia quævis pars malitiam alteri addit: & sic deberet dicere, quot vices fuit distractus, quando carnes comedit, quot vices cum amicis collocutus fuerit, rixerit, quando perrexit ad patrandum flagitium, quod quamvis ipse concedat *de pœnitentia disp.* 5. *num.* 77. est alienissimum ab usu fidelium explicantium unitatem moralem, non physicam actuum; & moraliter non dicitur multoties comedere, qui inter comedendum distrahitur, surgit breviter reversurus: Sufficit ergo unitas moralis, non obstan- 1866 Physica interruptio an explicanda.

obstante physica interruptione, ut peccatum sit unum numero. Et unitas moralis sumitur ex communiter accidentibus: volens occidere Franciscum cum tota sua familia, unum committere peccatum, secundum Trullench 5. *Decalogi cap. 4. num.* 8. dicentem oppositum probabilitis *num.* 13. Actus concomitantes, antecedentes, consequentes peccatum, unum constant flagitium cum peccato, nec sunt distinctè explicandi à peccato. Sic plagans inimicum, plures ictus ei infligens, de occisione facta immediatè gaudens, unum committit flagitium. Aversa *de Sacramento pænitent. qu.* 80. *sect.* 13.

1867 *Partes peccati unum conflāt peccatum.* *§. cum aliqui*. Partes enim peccati unum constant numerò peccatum, quo peccato explicato, non sunt ejus partes explicandæ: unde plures ictus partes ejusdem homicidii, explicato homicidio, non sunt explicandi. Navarr. in *Cau. consideret. de pænitent. dist. 5. num.* 48. Sicuti pluries percutiens Clericum, unam contrahit excommunicationem, plores blasphemias eodem impetu dicens, unum committit blasphemiæ peccatum. Diana *par. 3. tract. 4. resol.* 162. post Molinam, & Covarruviam. Aversa *loco cit.* §2. Idque etiam si parumper inter blasphemandum, percutiendum quiescat, vel injuriis alium afficiens, lacessitus ab illo, iterum injuriatur: tunc licèt physicè actus sit interruptus, moraliter tamen est unus, ut accidit in Sacerdote excommunicato celebrante, qui unum committit peccatum, licèt Missa, Concione interrumpatur, aut tunc dormiat; nam physica interruptio actum moraliter non multiplicat. Aversa *loco cit.* post Lugonem *disp.* 16. *num.* 545. qui Lugo *ibidem num.* 551. ait retractationem voluntatis non multiplicare moraliter actum: & sic comedens carnes in die jejunii, volens desistere à comestione, sivè inde continuatè etiam comedat carnes, non facit novum numero peccatum. Sicuti nec volens desistere à percussione inimici, & deindè iterum percutiens continuatè, unam dicitur continuare percussionem. Et in die jejunii volens plus comedere, non frangit jejunium, si oblato novo cibo comedat, quia est moralis unica comestio, nec retractatio voluntatis illam multiplicat: & Sacerdos sacrilegus communicans, volens aliam hostiam sumere, non multiplicat peccatum, si deindè superstitem ignotam particulam monitus à Ministro sumat.

1868 *Transgressio plurium præceptorū ob eundem finem latorum unum peccatum efficit.* Duodecimo, transgrediens unico actu plura præcepta lata ob eundem finem, non debet præcepta in confessione explicare: ut si non jejunet, quando simul concurrit Quadragesima, & Vigilia, si non audiat Missam in die Dominico, in quo concurrat festum alterius Sancti. Aversa *t. 2. quæst. 72. sect.* 6. Antonius à Spiritu Sancto *loc. cit.* Gabriel à S. Vinc. *loc. cit.*

1869 *Materia non diversa, non facit votum diversū, nisi sit ex se mala.* Decimotertio, materia voti diversa, non reddit votum diversum, & sic non est explicanda, si aliundè non sit mala. Et latè pluribus docentibus ostendi 13. *Select. mearum*, & docet Suarez *disp. 22. sect. 3. num.* 8. Valentia *quæst.* 11. *par.* 1. Coninck *disp. 7. dub. 7. num.* 60. Navarrus in *Summa cap.* 6. Angelus *v. interrogatio num.* 6. Sà *v. confessio num.* 31. Reginaldus *tom.* 1. *lib. 6. cap. 4. num.* 141. Filliuccius *tom. 1. tract. 7. cap. 4. num.* 80. Diana *part. 1. tract. 7. resol.* 23. & 45. Henriquez *lib. 5. de pænitent. cap. 5. num* 4. Bonacina *de pænitent. qu. 5. p. 2. §. 3. diffic. 1. num.* 9. Sanchez 7. *Decal. cap.* 11. *num.* 24. & alii, quos citat, & sequitur Aversa *loc. cit. sect. 7. §. oportere.* citans pro contraria quatuor Doctores, contra Perez *de pænitent. disp. 5. num.* 46. asserentem, & non probantem votum castitatis differre à voto jejunii. Ut etiam assumit, & non probat *nu.* 48. diversitatem specificam incestus ex majori, vel minori reverentia inter consanguineos, & affines.

Ubi.

1870 *Circumstantia loci non explicanda, nisi sit sacrilegium, ut violatio immunitatis localis.* Circumstantia loci sacri nec in confessione explicanda, nisi reddat peccatum sacrilegum, & accidit in quatuor peccatis. Primo violatione immunitatis Ecclesiæ, extrahendo res etiam Ecclesiasticas ab Ecclesia. *S.C. in una Trapiens.* 29. *Januarii* 1617. Immunitas namque concessa est loco, non laicis, qua laici sunt, sed laicis, & etiam Clericis in Ecclesia. *Can. nullus Clericorum.* 17. *qu.* 4. Et notavi *l. Pantonomodidascal. num.* 237. In quo deceptus Antonius à Spiritu Sancto oppositum de Ecclesiasticis dicens *tom. 1. Directorii tract. 5. num.* 641.

1871 *In furto rei Sacræ, aut ad Ecclesiā pertinentis.* Secundo fit sacrilegium in furto rei sacræ in Ecclesia, vel deputatæ ad usum, ad custodiam, ad cautelam Ecclesiæ.

1872 *Ob effusionem sanguinis, vel homicidium in Ecclesia est explicandus locus.* Tertio, est sacrilega effusio sanguinis, vel homicidium publicum in Ecclesia. Suarez *disp.* 12. *sect.* 4. *num.* 20. Lugo *disp.* 16. *num.* 469. Et sic percussio gravis sine morte, & sanguinis effusione in Ecclesia facta, non est sacrilega. Lugo *loco cit.* Leander *loco cit. 5. 4. qu.* 6. Perez *de pænitent. disp. 5. num.* 59.

1873 *Sicuti voluntaria publica seminis effusio in Ecclesia.* Quarto, voluntaria publica seminis effusio in Ecclesia est sacrilega. Septem Doctores apud Dicastillum *disp. 9. num.* 646.

1874 *Non verò qui ex Ecclesia extra illam aliquē occidit.* Occidens ex Ecclesia extra Ecclesiam non est sacrilegus; quia peccatum consummatur extra Ecclesiam. Fagundez *præcepto 2. lib. 4. num.* 23.

Quibus Auxiliis.

1875 *Media ad peccandum non explicāda, nisi ex se mala.* Circumstantia mediorum, instrumentorum, quibus quis utitur ad peccandum, nisi ex se sint mala, ut furari ad occidendum, vel nisi sint specialiter prohibita, non est explicanda in confessione, quia tunc nec sunt peccata, nec species, aut numerus peccatorum. Fagundez *præcepto 2. lib. 4. c.* 5. Et utens ad peccandum persona parata, non tenetur id explicare, quia deest scandali peccatum. Fagundez *loc. cit. n.* 3. Perez *loco cit. num.* 66.

1876 *Inducens alium ad peccandum, peccat scandalo, secus si sit persona parata ad delinquendum.* At inducens ad peccandum secum non paratum, debet id explicare. Diana duos quindecim Doctores 3. *part. tract. 4. resol.* 114. contra Leandrum *loco cit. §.* 5. ajentem non esse explicandum, si inductio tendat ad idem flagitium; puta ad fornicationem, homicidium patrandum, quia inductio ad peccatum, & peccatum est ejusdem speciei, est etiam contra Fagundez *loco cit. num.* 2. ajentem colloquentem cum socio in Missa, non teneri se explicare induxisse alios ad alloquendum. Sed video istos confundere peccatum scandali inductionis contra caritatem, cum peccato alterius speciei, ad quod quis inducit cooperantes.

Cur.

1877 *Finis malus diversæ speciei est explicandus.* Hæc est circumstantia finis, specificantis actum, & finis malus diversæ speciei explicandus, ut furans propter patrandum homicidium, tenetur finem explicare, etiamsi deindè non committat flagitium.

Si verò omittat Sacrum præceptum, ut studeat; tunc finis non est explicandus; quia non est malus, & satis est fateri se omisse Sacrum in

die festivo. Antonius Perez *loco cit. num.64. & 65.* Martinus Perez *disp.32. sect.4. num.4.* Diana *par.1.tract.7.resol.13.*

Quomodo.

1878 Modus non explicandus si actum aggravat peccatum.

MOdus peccandi est circumstantia peccati, & potest esse aggravans, ut duratio, intensio; majus enim peccatum est magis persistens.

1879 Secus si specificat actū.

Si verò non solùm augeat, sed etiam specificet actum, puta si quis peccet contemnendo Divinam, vel humanam legem; tunc reponitur etiam peccatum in speciem contemtus, & sic est explicanda talis circumstantia.

1880 Peccare ignoranter, aut affectate non mutat speciem.

Peccare verò ignoranter affectatè est modus, sed non reponens peccatum in aliam speciem, nec in confessione explicandus: puta si ignoranter, culpabiliter, vel scienter omiserit Missam præceptam. Suarez *de pœnitent.disp.22. sect. 4.num. 4.* Sanchez 1. *Decalogi cap.17. num.22.* Lugo *disp.16.sect.4.* contra Antonium Perez *loco cit.num.70.*

1881 Surripiens rem suam, putans alienam, non debet suum errorem fateri.

Surripiens rem suam, putans ex errore alienam, non debet errorem fateri, sed satis est si fateatur se furtum commisisse; nam error non variat speciem furti. Tancredi *tract. 1. disp. 6. quæst.* 19. post Valentiam, & Sanchez. Antonius à Spiritu Sancto *tom.1. Directorii tract. 5. num.417.*

1882 Exponere se periculo peccandi nō explicandū, si illicò peccatum fuit commissum, secùs si non fuit commissum.

Nec est explicandum se peccando gestasse reliquias Sanctorum, nec Divinæ inspirationi restitisse, nec se exposuisse periculo peccandi, si statim peccavit, nam peccatum illicò commissum non est diversæ speciei à peccato, quo se exposuit periculo. Dicastillus *disp. 9. num.719. & 720.*

Quando.

1883 Tempus nō mutat speciem, sed aggravat, nisi sequatur scandalum.

TEmpus in quo fit peccatum non mutat speciem, sed aggravat, nisi sequatur scandalum; puta in Quadragesima, peccare more bacchanalium, in die Cœnæ Domini, in Sabbato Sancto. Suarez *tom.1. de Religione lib. 2. cap 18. num.3.* Vasquez *quæst.91. art.2. dub.4.* Lugo citans sex Doctores *disput.16. num.* 201. Diana *part. 3. tract. 7. resol.* 32. Hurtadus *disput.8.diffic.4.* Trullench 6.*Decal. cap.1. dub.7. num.11.*

Explicata materia remota peccatorum, ad proximam materiam deflectat oratio. Quæ est primo Confessio Sacramentalis. Secundo Dolor. Et sic agamus primo:

De Confessione Sacramentali.

CAPUT V.

1884 Essentia Cōfessionis explicatur.

DE hoc inquiremos essentiam, & necessitatem. Et primo:

Quid sit Confessio Sacramentalis?

§. I.

EST flagitiorum secreta externa propalatio, legitimo Sacerdoti facta, ad obtinendam absolutionem Sacramentalem: colligitur ex Tridentino *sess.14.cap.5.* Cathechismus Romanus *de pœnitent. num.33.* Magister in 4. *dist.17.* Canonistæ in *cap. omnis utriusque sexus. de pœnitent. & remiss.*

1885 Confessio à Christo Domino instituta.

An à Christo Domino instituta?

AFfirma: Trident. *sess.14.cap.1. & 5.can.6. & 7.* Concil.Constantiense *sess.18.cap.ad abolendam. de hæreticis.* D.Thom. *3.par.qu.84. art. 7.* D.Bonavent. in 4.*dist.17. qu.3.* Contra Glossam in *principio quintæ distinctionis*. Abbatem in *dicto cap. omnis*, ajentes ab Ecclesia institam?

Quando instituta?

POst Resurrectionem completa fuit institutio, initiata in Cœna Domini, quando Apostoli fuerunt instituti Sacerdotes. Joannis 20. ibi: *accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata.* Matth.16. Trident. *sess.14. cap.2.* ibi: *cum à mortuis excitatus insufflavit in Discipulos suos, dicens. Accipite &c.* — 1886 Post Resurrectionem cōpleta, sed initiata in ultima Cœna.

Confessio est de jure Divino, & humano, ex Trident. *sess.14. cap.5.* & ex *cap. omnis utriusque sexus. de pœnitent. & remiss.* — 1887 Confessio est de jure Divino, & humano.

De Præcepto Divino confitendi.

§. II.

An hoc Præceptum Divinum obliget ad fatenda mortalia solùm?

AFfirma; quia venialia sunt materia voluntaria. Trident. *sess. 14. cap. 5. cap. 1. can. 7.* — 1888 Et obligat fateri tantū mortalia.

Quos obliget?

OBligat baptizatos peccandi mortaliter capaces, & sic habentes plenum usum rationis; quia habentes semiplenum usum rationis, non peccant mortaliter. Vasquez *qu.90.art. 2. dub.1.* contra Riccardum in 4.*dist.17.art.2. qu.4.* Sylvestrum v. *Confessio qu.4.* ajentes obligare non baptizatos etiam. — 1889 Obligat baptizatos capaces delinquendi.

Quando Divinum hoc Præceptum obliget lapsos in mortali?

OBligat in vita, maximè urgente necessitate, & mortis periculo, & articulo. *cap.cum infirmitas.de pœnitent.& remiss.* ubi Medici tenentur monere ægrotos periclitantes de confessione. Bassæus *de confessione Sacram.num.*8. Suarez *disp.35.sect.3.num.4.* — 1890 Et obligat in vita, sed maximè in necessitate, & in periculo, aut articulo mortis.

Non tamen tenetur fateri illicò post patratum flagitium; nam de tali præcepto non constat. D.Tho.in 4.*dist.17.quæst.3.art.1.quæstiuncula* 4. Hurtadus *disp.7. de pœnit.diffic.*1. Navar. *cap. 2. num.* 8. Contra D. Bonaventuram in 4. *dist.17.art.4. qu.2.* — 1891 Non est illicò sub præcepto fatendum peccatum.

Tenetur fateri tempore ab Ecclesia determinato, quia determinavit tempus Divini Præcepti. Trident.*sess.15.cap.5.* Granadus *sect.14.* Cenedus *tom.1. de pœnit.disp.8.num.8.* — 1892 Tenetur verò tempore ab Ecclesia præfinito.

An existens in periculo oblivionis peccati, vel iterum labendi, teneatur huic Divino Præcepto?

NEga: quia nullibi extat tantæ obligationis præceptum. Valentia *disput.9. pur.4.* Turrianus *de pœnitent.q.6.art.2.disp.16.diffic.1.* contra Majorem in 4. *dist.12.qu.2.* — 1893 Qui est in periculo oblivionis, aut iterùm labēdi, non tenetur illicò confiteri.

Imò errore credens se aliter non posse peccatum evitare, hoc præcepto non ligatur; quia falsum est non adesse alia media ad evitanda peccata. Nec conscientia erronea valet ponere præceptum revera non existens. De Lugo *disp. 15.sect.4.* Reginaldus *lib.6.num.28.* Bauni *tr.4. qu. 4. de confessione assert.* 3, contra Suarez *disp. 35. sect.4. num.10.*

An

An volens recipere Sanctissimam Eucharistiam existens in lethali, Jure Divino teneatur præmittere confessionem?

1894 Recipiens Eucharistiã Jure Divino tenetur præmittere Cõfessionem, si in lethali existat.

AFfirma: Trident. *sess.13. cap.7. can.11.* (6) Primo ad Corinthios 11. *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & calice bibat.* D.Tho. 3.*par. qu.80.art.* 4. contra Cajetanum in *Summa v.Communio.*

An Divinum Præceptum obliget recipientem alia Sacramenta?

1895 Quodque nõ obligat recipientem alia Sacramenta.

NEga: & sic alia Sacramenta præmissa contritione recipi valent. D. Thomas *quodlibeto* 1. *art.*11. contra Marsilium in 4.*quæst.*12. *art.* 1.

De Præcepto Ecclesiæ confitendi.

§. III.

An Ecclesia præceperit Confessionem Sacramentalem?

1896 Ecclesia præfixit tempus adimplendi divinũ præceptum.

ONus confitendi quoad substantiam est Divinum, quoad temporis circumstantiam, est Ecclesiasticum. Trident. *sess.*14.*cap.*5. Et sic in tempore ab Ecclesia præfixo tenemur implere Divinum Præceptum confitendi etiam interna, & occulta. Suarez *disp.*36.*sect.*1. *art.*5. In quo non puto dissentire Durandum in 4. *dist.*17. *qu.*14. *num.*5. & 6. ajentem Ecclesiam non posse præcipere confessionem, intelligas si nullo fuisset, & esset Divino sancita præcepto; leges enim humanæ tantùm onus nequirent imponere. *Can.erit. dist.*4.

An Christiani in lethali adstringantur annuo confitendi Ecclesiæ præcepto?

1897 Fideles in lethali annuo hoc præcepto adstringuntur.

AFfirma: Trident. *sess.*14.*cap.*5.*Can.*8. & *cap. omnis utriusque sexus. de pœnit. & remiss.* Excepto Papa, qui legibus humanis non ligatur, licet Divino Jure comprehendatur in Ecclesiæ præcepto inclusus. Lugo *disp.*15. *nu.*144. Vasquez *qu.*90.*art.*1.*dub.*5.*num.*2.

An possit Ecclesia præcipere, ut quis bis confiteatur?

1898 An Ecclesia possit multiplicare hoc præceptũ in anno.

NEgant multi ex communi Theologorum sententia; quia præceptum non esset necessarium ad bonum commune.

Quo tempore pueri hoc arceantur Præcepto?

1899 Pueri hoc præcepto adstringuntur cùm lethaliter delinquere valent.

QUando possunt lethaliter delinquere; nam tunc prospiciendum de remedio, quando incidere potest in morbum; hoc enim prudentis est. Ergo quando lethalibus sauciari valent vulneribus, Ecclesia prudens Mater Divino debet remedio occurrere, & succurrere: Aureolus in 4.*dist.*17. *art.*2. Sanchez 1.*Decalogi cap.* 12. Doctores quinque apud Suárium *disp.* 36.*sect.*2.*num.*3. post Scotum in 4.*dist.*17.*qu.*1. *art.*3. contra Sancium *Select.*51. *num.*317. Castrum Palaum *tom.*1. *tract.*3.*qu.*1.*punct.*24.§.2. *num.*3. Dianam *par.*4. *tract.*3. *resol.*52. ajentes

1900 Contra plures requirẽtes septenniũ, aut annum XIV. in masculis, & XII. in feminis.

teneri post septennium Contra Sotum in 4.*dist.* 10.*quæst.*1.*art.*11. *in fine.* Sà v.*Confessio num.*13. Ancharanum in *cap.omnis utriusque sexus*, ajentes non obligari ante annum decimum quartum masculos, feminas ante annum duodecimum. Contra D. Antoninum *par.* 2. *Summæ tract.* 5. *cap.* 8. §. 2. ajentem ligari masculum quando pertingit decimum, feminam verò nonum annum: Sed hæc gratis.

An confitens venialia omissis mortalibus ex causa, vel ex oblivione, satisfaciat huic Præcepto?

1901 Confitẽs venialia omissis lethalibus ex causa, aut ex oblivione, huic præcepto nõ facit satis.

NEgat, & sic cessante impedimento intra annum debere iterum confiteri mortalia, tuetur Lugo *disp.*15.*num.*174. Trullench 3.*Decalogi cap.*4. *dub.*2.*num.*8.post Vasquez, & Suarium Antonius à Spiritu Sancto *tom.* 1. *Directorii tract.* 5.*num.*246.

Quod Auctori non arridet.

Sed si vera esset hæc sententia, inferretur etiam confessum mortalia teneri iterum confiteri intra annum oblita: quod licèt concedat Medina, negat Diana *tom.*2.*tract.*4.*resol.*24. & ait consequenter ipse Antonius à Spiritu Sancto *loco cit. num.*242. & usus fidelium, & finis præcepti reponendi in gratiam Christianum, indicat impletum esse præceptum, consecuta gratia confessione illa.

An habens solùm venialia, constringatur annuo confessionis præcepto?

1902 Habens solùm venialia hoc præcepto nõ adstringitur.

NEga: quia Ecclesiasticum præceptum confitendi est de implendo Divino confitendi Præcepto in tali tempore; nec reddere valet Ecclesia materiam necessariam illam, quæ voluntaria est. Sicuti nequit Sacramentorum materias constituere à Christo Domino jam constitutas. D.Tho. in 4. *dist.*17. *quæst.*3. *art.*1. *quæstiuncula* 3. *ad* 3. ubi Sotus, Paludanus, Major, & alii, quos dat, & sequitur Vasquez *qu.*90.*art.*2.*dub.*2. Suarez *disp.* 36. *sect.*2. Leander dans sexdecim Doctores *tract.*5.*de Sacram. Pœnitent. disp.*3.*qu.*31. Perez *de pœnitent. disp.*4. *num.* 5.

1903 Nec tunc tenetur quando ex causa nequit mortalia fateri.

Imò nec tenetur venialia confiteri, quando ex justa causa nequit mortalia confiteri. Suarez *loco cit. sect.*6. *num.*1. Lugo *disp.*15. *num.* 175. Diana *par.*3.*tract.*4.*resolut.*125. contra Granadum *tract.*9. *disp.*5. *num.*23.

Sed difficultas est:

An tunc habens venialia, teneatur adire confessarium, eique dicere se carere mortali?

1904 Nec tenetur se Confessario præsentare, dicens se carere lethali.

NEga: nam nullibi talis lex extat. Vasquez *loco cit.* Hurtadus *disp.*7. *difficult.*7. Lugo *disp.*16. *num.*133. contra Suarez *disp.*36. *sect.*2. *num.* 9.

An volens lucrari Jubilæum habens sola venialia, teneatur illa fateri?

1905 Nec ad lucrandum Jubilæum requiritur cõfessio venialium.

NEga: nam adest in gratia, ratione cujus est capax Indulgentiarum. Diana dans novem Doctores *par.*3. *tract.* 4. *resolut.* 160. & *par.*5. *tract.*13. *resol.*30. Henriquez *lib.*7.*cap.*6. *num.*10. contra Fagundez *præcepto* 2.*lib.*2.*cap.* 2.*num.*12. Granadum *tom.*5. *controversia* 12.*de Indulgentiis disp.*4. *num.*6.

An confessus intra annum teneatur iterum confiteri in Paschate?

1906 Confessus intra annum non tenetur confiteri in Paschate, nisi in lethali existat, ut Eucharistiã sumat.

NEga: cui præcepti annui jam satisfecit, sed tenetur existens in lethali vi præcepti de communicando, Eucharistiam recipiendi

(6) Trident. *Can.*11. *sess.* 13. ibi: „ Statuit, atque „ declarat ipsa S. Synodus, illis quos conscientia „ peccati mortalis gravat quantumcumque etiam „ se contritos existiment habita copia Confessoris, necessariò præmittendam esse confessionem „ Sacramentalem.

di in Paschate. Turrianus *de pœnitent. disp.* 25. Reginaldus *lib.* 3. *num.* 38. Lugo *disp.* 15. *n.* 154. contra Henriquez *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 2.

An non confessus anno currenti, ex justa, vel injusta causa, teneatur bis confiteri anno sequenti?

1907 Non confessus anno currenti, nō tenetur bis confiteri anno sequenti.

NEget S. Antoninus 3. *part. tit.* 6. *cap.* 6. Sylvester v. *Eucharistia.* 3. *qu.* 15. Tabiena v. *Communio num.* 16. Sic non tenetur confiteri transacto periculo, qui non confitetus in articulo mortis. Hurtadus *disp.* 7. *dist.* 12. Bonacina *disp.* 5. *de Sacramentis quæst.* 5. *sect.* 2. *punct.* 2. *num.* 28. Sic non assistens Sacrificio die festivo, non tenetur sequenti die festivo duas Missas audire.

An prævidens se anno venturo destitutum Confessario, tenetur hoc anno prævenire, & bis confiteri?

1908 Prævidens hoc anno nō posse confiteri, an teneatur prævenire.

NEge: nam nullibi tale præceptum extat. Sic prævidens se non posse jejunare, Sacrificio interesse tempore sequenti, non tenetur jejunare, Sacrificio interesse ante tempus præcepto præfixum. Bonacina *disp.* 4. *qu.* 7. *punct.* 2. *num.* 15. contra Suarez *disp.* 96. *sect.* 5. *num.* 3. At non ità est in illo, qui intra annum prævidet se in die Paschatis destituendum, & non habiturum Confessarium, tunc enim tenetur prævenire tempus Paschale, quia præceptum obligat toto anno: ut prævidens impedimentum audiendi Sacrum in ultima hora, prævenire tenetur. Lugo *disp.* 15. *num.* 180.

An satisfaciat præcepto annuæ confessionis sacrilegè confessus?

1909 Sacrilegè cōfessus nō satisfacit huic præcepto.

NEge: nam non implet præceptum Ecclesiæ, qui non implet Divinum; cùm præceptum Ecclesiæ sit ut in tali tempore impleatur Divinum præceptum. Est etiam pro hac sententia Constitutio Alexandri VII. de qua in *Anacephaleosi*. (7) Navarrus *cap.* 10. *num.* 4. Suarez *disp.* 36. *sect.* 7. *num.* 3. contra Sylvestrum v. *Confessio.* 4. *num.* 3. *in fine.*

1910 Pœna non confitentis intra annum.

Pœna illius, qui non confitetur in Paschate Jure communi est pœna ferenda interdicti ab ingressu Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ sepulturæ. *cap. omnis utriusque sexus*: ibi: *alioquin vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens christiana careat sepultura. de pœnit. & remiss.* Quæ pœna non afficit impuberes ex æquitate Ecclesiæ. Suarez *disp.* 36. *sect.* 8. Hurtadus *disp.* 7. *diffic.* 9. Granadus, Bonacina.

An autem meretrices hanc pœnam contrahant?

1911 Meretrices etiam pœnis subduntur.

NEgant Zerola, Vivaldus, Sà v. *Confessio.* Graffius *lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 8. Leander *tom.* 1. *tract.* 5. *disp.* 7. *qu.* 5. contra Lugonem, & Fagundez; quia hujusmodi jam permittuntur tanquam fæces, nec essent permissæ, si hac pœna punirentur.

Mihi videtur istas contrahere pœnas ferendas in dicto *cap. omnis*. Nam non est cur excipiantur, & permissio non est approbativa, sed reprobativa; cùm ignominia, infamia afficientur.

Qui excusentur ab annua Confessione?

Qui excusentur ab annua confessione.

EXcusentur primò carentes Confessario.

Secundo, si deberent confiteri per interpretem.

Tertio: si deberent confiteri per scripturam.

Per interpretem quilibet potest, sed non tenetur confiteri, ex *cap. omnis utriusque sexus*, ibi: *teneatur solus confiteri sua peccata*. Sed confiteri per interpretem non est confiteri solus. Ergo, &c.

Nunc scias ex Clemente VIII. & Paulo V. neminem posse confiteri, nec absolvere absentem per Epistolam: ut infrà.

Quæres: An possit dari hoc Sacramentum validum, & informe?

REsp. certum esse non posse informe esse, & validum, si pro forma sumantur illa verba absolutionis, nam nequit Sacramentum subsistere sine forma absolutionis. 1912 An detur Sacramentum validum, sed informe.

Difficultas ergo est:

An Sacramentum validum cum materia, & forma possit existere absque eo, quod producat gratiam sanctificantem?

AFfirmant aliqui, quos sequitur Gabriel à S. Vincentio *de Sacram. Pœnitent. disp.* 6. *qu.* 1. & Bonac. *de pœnitent. disp.* 3. *propos.* 5. *par.* 5. contra quos non posse (fatemur) dari hoc Sacramentum informe. 1913 Sacramentum validū cum materia, & forma an possit gratiam nō producere.

Probatur: quando adest hoc Sacramentum, debent adesse partes essentiales: et quando sunt partes essentiales, est etiam dolor supernaturalis contritionis, vel attritionis; ergo semper ac adest hoc Sacramentum, adest & dolor supernaturalis, sed dolor supernaturalis attritionis, vel contritionis sufficit ad hoc, ut Sacramentum causet gratiam; nam virtute Sacramenti ex attrito fit contritus; ergo, &c.

Quod autem dolor debeat esse supernaturalis, patet ex dicendis de Dolore ex Trident. ubi dolor est dispositio ad gratiam supernaturalem, & sic debet esse supernaturalis.

Secundo probatur, quia dolor debet esse ad destructionem peccati, & sic debet esse supernaturalis, nam dolor supernaturalis disponit.

Nonnulla hìc opponuntur argumenta ex Gabriele à S. Vincentio *loco cit.* & aliis; & quoniam nullius sunt roboris, ideò hìc prætermitto, vide infrà de Effectibus hujus Sacramenti.

De Integritate Confessionis.

§. IV.

DUplex potest considerari integritas, una formalis, seu essentialis, altera materialis; Essentialis constat materia, & forma, quæ si desint, nullum efficitur Sacramentum; nam sine forma essentiali constitutum deest: ut sine anima, & corpore deest homo. 1914 Integritas confessionis, aut formalis.

Integritas materialis est materia confessionis remota, ut sunt peccata; itàut integra sit confessio exprimens facta discussione mortalia, aliàs non confessa post Baptismum commissa: & si pœnitens careat lethalibus, confitetur unum saltem veniale, vel aliàs absolutum. Florentinum in *Decreto Eugenii*. Trident. *sess.* 14. *cap.* 5. *cap.* 7. D. Thomas in 4. *dist.* [illegible] *qu.* 3. *art.* 4. 1915 Aut materialis.

Quæ integritas Jure Divino requiritur. *cap. omnis utriusque sexus. de pœnitent. & remiss.* Trident. *sess.* 14. *cap.* 9. Et est contra Lutherum & Erasmum in *cap.* 9. Actuum Apostolorum volen- 1916 Integritas materialis requiritur de Jure Divino.

(7) In *Anacephaleosi pag.* 118. *n.* 494. *ad* 507. ubi Propositionem XIV. in ordine ab Alexandro VII. damnatam Auctor discutit, & est: *Qui facit confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ.*

volentes integritatem esse de Jure Divino in communi, non in individuo. Quod est contra Tridentinum *loco cit.* ubi: *ex institutione Sacramenti Pœnitentiæ jam explicata universa Ecclesia semper intellexit, institutam etiam esse à Domino integram peccatorum confessionem, & omnibus post Baptismum lapsis Jure Divino necessariam existere.* Idque ut Judici innotescant illa, circa quæ ferenda est sententia, ut loquitur Trident. *supra cit.*

Ex ipso Trident. eruitur hoc aliud: *ex his colligitur oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habent, in confessione recenseri, etiam si occultissima illa sint.* Igitur hac arrepta occasione utiliter inquiramus.

De Examine conscientiæ prærequisito ad Confessionem integrandam?

CAPUT VI.

1917 Examen cōscientiæ requiritur.

POenitens antequam confiteatur debet diligenter scrutari sinus conscientiæ sinus, ac recessus, & deindè flagitia memoriæ occurrentia confiteri. Trid. *sess.* 14. *c.* 5.

1918 Et sit diligens, ut solet fieri à diligentibus.

Examen debet esse diligens mediocris, ut fit à prudentibus, non diligentissimum requirimus scrutinium, ut solet à prudentissimis fieri. Suarius *disp.* 22. *n.* 11. Valentia *tom.* 4. *disp.* 7. *qu.* 11. Tanderus *qu.* 7. *num.* 37. Antonius Perez *disp.* 26. *de pœnitent. sect.* 1. *num.* 4. Gobat *tract.* 6. *num.* 487. Itaut facta meliori diligentia non tenetur ad exactiorem, etiamsi putet alia peccata occurrenda, quæ non occurrerunt memoriæ. Perez *loco cit. num.* 6. Dicastill. *disp.* 9. *num.* 889. Antonius à Spir. S. *tom.* 1. *Directorii num.* 323.

Hinc resolvitur:

An faciens diligenter examen, teneatur magis, & magis diligentiori modo discutere, si putet diligentiori examine occurrenda, quæ prius non occurrunt peccata?

1919 Diligenter se examinās, non tenetur magis, ac magis se examinare.

NEga: quia qui satisfecit præcepto examinandi conscientiam, non tenetur ad aliud; sed qui diligentiùs excutit conscientiam, satisfecit præcepto examinandi conscientiam; igitur non tenetur ad aliud. Maj. probatur, quia qui satisfecit præcepto, satisfecit oneri. Min. patet ex Trident. *sess.* 14. *c.* 5. ibi: *postquam quisque diligentiùs se excusserit*; ergo non tenetur ad pluries se excutiandum, nec ad majorem, & majorem diligentiam exhibendam. Et multò minus tenetur ad summam diligentiam, licèt sciat alia recordaturum, si summam, aut majorem diligentiam adhiberet. Ad implendum ergo præceptum examinandi conscientiam, satis est mediocri diligentia. Lugo *disp.* 16. *num.* 590. Sancius 31. *Selectarum num.* 18. *in fine.* Granadus *controversia* 7. *tract.* 9. *disp.* 15. *num.* 4. Navarrus in *can. fratres de pœnitent. dist.* 5. *num.* 750. Henriquez *lib.* 2. *de pœnitent. cap.* 5. *num.* 1. Vasqu. *qu.* 91. *art.* 1. *dub.* 6. Perez *disp.* 26. *sect.* 1. *num.* 4. & 6. requirens diligentiam mediocrem, ut fit à prudentibus, non requirit summam, ut fit à diligentissimis. Deus namque obligat ad discutiendam conscientiam, non ad diligentissimè discutiendam. Sancius *loc. cit.*

Hinc resolvitur:

An requiratur Examen generans fastidium, tædium?

1920 Non requiritur examē generans fastidium.

NEga: nam debet esse examen humanum, non generans tædium hujus Sacramenti; homines enim prudentes sine tædio operantur, ac nausea, & Deus hominibus prudentibus præcepit examen. Lugo *disp.* 16. *num* 594.

Hinc resolvitur:

An sit peccatum veniale nimium se examinare?

1921 Nimium se examinare veniale est.

AFfirmat Lugo *disp.* 16. *num.* 591. Leander *par.* 1. *tract.* 5. *disp.* 7. *qu.* 63. *in fine*; quia virtus prudentiæ est in medio, & contra ipsam per excessum, ut per defectum delinqui valet. Arist. 2. *Ethicorum* D. Thom. 1. 2. *qu.* 64. *art.* 1. quod peccatum committitur à scrupulosis. Leander *loc. cit.* & posset ascendere ad lethale, si processu quodam infinito magis, & magis vellet diligentius perquirere suam conscientiam, & se magis, & magis angustiare, ut accidit illi, qui se ipsum interfecit ob examen, narrante Lugone *disp.* 16. *num.* 591. Hinc resolvitur,

An teneatur scribere peccata habens memoriam debilem?

1922 Nō tenemur peccata scribere ad occurrendum defectui memoriæ.

NEga: licèt prævideat oblivioni danda, nisi scribat, quia ad scribenda Deus non obligavit. Anton. à Spiritu S. *tom.* 1. *directorii tr.* 5. *num.* 323. Perez *loc. cit.* contra Tancredi *tract.* 1. *de pœnit. disp.* 5. *q.* 3.

Hinc resolvitur.

An teneatur statim confiteri prævidens secùs oblivioni danda peccata?

1923 Prævidens oblivioni danda peccata, non tenetur illicò confiteri.

NEga: quia de tali præcepto non constat; enim verò solùm præceptum est, ut quando confitetur, examinet diligentius suam conscientiam. Anton. à Sp. S. *loc. cit.*

Hinc resolvitur:

An confessarius assumens in se onus examinandi, debeat diligentissimè examinare pœnitentis conscientiam?

1924 Confessarius assumens onus examinandi, non tenetur diligentissimè.

NEga: sed satis est si mediocriter examinet; quia nec ipse pœnitens ad exactissimam tenetur. Lugo *disp.* 16. *num.* 590.

Hinc resolvitur:

An Rudis, Rusticus, imperitus possit admitti sine examine ad confessionem, & absolvi?

1925 Rusticus potest admitti ad Confessionem sine examine.

AFfirma: dummodo juvetur mediocri diligentia à confessario, secundum illius capacitatem; quia isti, sequenti non magis, quàm præcedenti examine adjuvantur: imò potiùs confunduntur. Lugo *disp.* 16. *num.* 590. Arriaga *tom.* 8. *de pœnit. disp.* 43. *num.* 10. dicens: rudes non esse remittendos ad examen, quia isti vix recordari valent. Tancredi *tract.* 1. *de pœnitent. disp.* 5. *q.* 1. Dicastili. *disp.* 9. *num.* 867. Anton. Perez *disp.* 27. *sect.* 1. *num.* 10.

Hinc:

An timoratæ conscientiæ viri teneantur ad diligentiam?

1926 Viris timoratæ conscientiæ sufficit modicissima diligentia.

AFfirma: sed satis est modicissima, nam hæc respectu istorum est gravis, cùm istis palam semper sint lethalia. Tamburrin. *lib.* 1. *c.* 3. §. 8. *n.* 9. Gobat *tr.* 6. *n.* 487.

Hinc:

An examen requiratur in venialibus, & mortalibus aliàs confessis?

1927 Examen nō requiritur in venialibus, & mortalibus aliàs cōfessis.

NEga: quia ex Tridentino *sess.* 14. *cap.* 5. examen requiritur in peccatis aliàs non confessis, & quia est hæc materia voluntaria, & potest confiteri quæ vult. Granadus *controversia* 7. *tr.* 9. *disp.* 15. *n.* 1. Leander *tom.* 1. *tr.* 5. *disp.* 7. *q.* 62.

An

An sit interrogandus pœnitens, qui diligenter examinavit suam conscientiam?

1928 Non est interrogandus qui diligenter suam cōscientiam examinavit.

NEga: quia satisfecit præcepto Divino, nec confessarius ad aliud tenetur, quàm ut validum ponat Sacramentum pro salute pœnitentis, *c. omnis utriusque sexus*. 12. ibi: *ad salvandum ægrotum. de pœnit. & remiss.* Pallavicinus 1.2.*disp.9. de bonitate, & malitia. q.2. art.2. n.7.* Perez *de pœnit. disp.5. n.98.*

Hinc resolvitur:

An sit interrogandus pœnitens, qui diligentius examinavit suam conscientiam, etiamsi confessarius probabiliter credat se interrogando deprehensurum aliud peccatum oblitum?

1929 Licet probabiliter credatur inveniri aliud peccatum.

NEgat Vasq. *de pœnit. quæst.93. art.7. dub.7.* Lugo *disp.22. sect.2. nu.17.* Perez *loc. cit. num.*100. Probant primo, quia ex Tridentino pœnitens diligentius debet se discutere. Nec adest præceptum, ut iterum à confessario examinetur, nisi sit peccatum cum onere restituendi, cui satisfacere tenetur ex caritate respectu læsi, confessarius.

Nec obstat text. in *c. omnis. 12. §. Sacerdos.* ibi: *diligenter inquirens, & peccatoris circumstantias, & peccati, quibus prudenter intelligat, quale debeat ei præbere consilium, & cujusmodi remedium adhibere diversis experimentis utendo ad salvandum ægrotum. de pœnit. & remiss.*

Respondetur, namque ex eodem textu omnia illa debere inquirere ad sanandum ægrotum; & sic quando secùs Sacramentum nullum gratiam non causabit, qui finis cessat in re, conscientia discussa diligentius à pœnitente.

Hinc solvitur:

An Confessarius teneatur interrogare omnes circumstantias, & species peccatorum?

1930 Confessarius non videtur adstrictus interrogare omnes circūstantias, & species peccatorum.

NEgat Eminentiss. Pallavicinus 1.2. *disp.9. de bonitate, & malitia. qu.2. art.2. n.7.* quia vel pœnitens est doctus, vel rudis. Doctus illas cognoscit, & explicabit non interrogatus. Rudis non cognoscens, vel non advertens malitiam, illam non contrahit, & consequenter illam explicare non tenetur.

Nec officit si aliquando contingat oppositum; nam ex raró accidentibus non est perpetua confessariis imponenda interrogandi obligatio. (8) Ego de hoc alibi meditatius.

An confessarius teneatur monere pœnitentem de peccato confessario noto evidenter, cujus pœnitens est oblitus.

1931 Peccatum Confessario notum, & pœnitenti non notum, non tenetur illum monere.

NEgat Perez *loc. cit. n.*108. nam pœnitens diligentiùs excutiens suam conscientiam præceptò satisfecit, nec confessarius tenetur inquirere, nisi quando secùs non curatur pœnitens. *d. c. omnis. 12. de pœnit. & remiss.* Et hic supponimus Sacramentum validè conferri. Hinc iste càsus differt ab alio, in quo quis ex ignorantia non satisfacit suæ obligationi contrariæ, puta non restituit, quando tenetur restituere; nam tunc monendus, ut satisfaciat, ab illo, à quo docendus: ideò monendus, ut exprimat species, & numerum, quia ad id ex Tridentino obligatur. Immò addit Perez *loc. cit. n.103. in fin.* benè facere non interrogando, nè fortè oblitum inculpabilitèr monitus ex verecundia sacrilegè taceat.

Ego de hoc discussius alibi.

An memoria labilis obliturus certò, nisi quotidiè scribat, scribere teneatur?

NEga: quia præceptum latum pro scientibus, & ignorantibus scribere, & sic non obligat ad scribendum scientes, ut non obligat ignorantes scribere, maximè quia scriptura est obnoxia manifestationis, & infamiæ periculo. Tanderus *qu.7. num.21.* citans quatuor Doctores. Gobat *tract.6. num.*515. Anton. à Spiritu Sancto *tom.1. directorii. tract.5. num.*223. contra Vasq. *quæst. 91. dub. 5. num.4.* Dicastillum *disp.7. num.*239. Tancredi *tom.1. de pœnit. disp.5. qu.3.* 1932 Labilis memoria non tenetur scribere.

An qui facta diligentia recordatur se confessum esse in lethale, & facta diligentia manet dubius de singulis speciebus, an inquam teneatur confiteri, si deinde occurrat certa aliqua species?

NEga: nam de singulis speciebus est confessus sub dubio, & sub dubio confessa iterum non sunt confitenda, quando certè apparent: undè cognoscens se lethaliter peccasse in genere, dubitans de singulis speciebus, si ità fateatur, non est obligandus ad iterum explicandam in confessiona certam speciem postea cognitam. Perez *de pœnit. disp.5. n.*104. 1933 Qui post diligens examen recordatur se cōfessisse in lethale, sed est dubius de speciebus, si occurrat certa aliqua species post confessionē illam nō tenetur confiteri.

Idque prodest ad evitandas repetitiones confessionum habituatorum, vel recidivorum, meretricum, rusticorum, puerorum, ignorantium explicare speciem, & numerum, exponentium species, & numerum sub dubio; præsumuntur namque omnia confessa sub dubio, & sic iterum non confitenda.

Hinc resolvitur:

An diligentiùs examinans suam conscientiam possit hic & nunc confiteri, si nihil aliud memoriæ occurrat, & putet crastina die recordaturum?

AFfirma: nam satisfacit præcepto se examinandi diligentiùs; & examen, non illius repetitio, nec dilatio confessionis à Tridentino exigitur, estque defectus memoriæ, non diligentiæ: & oppositum consulere, & exigere esset inducere perplexitatem, & scrupulos anginosos contra tranquillitatem, pacem, & bonum hujus Sacramenti. Perez *de Sacramento pœnit. disp.5. num.88. & 98. in fine.* 1934 Post diligens examen potest confiteri, licèt crastina die alia memoriæ occurrerent.

Quomodo sit examinanda conscientia?

§. I.

FIt quærendo, & interrogando eò modo, quo responderet seriò confessario interroganti; nam est diligens examen, & quod tunc non occurrit, censetur oblitum; hoc enim modo testis respondet interroganti de veritate. 1935 Proponitur clara methodus cōscientiam examinandi.

Et sic primo interroget se, an recordetur lethaliter deliquisse.

Si recordetur, interroget se de specie, descendendo per singula Decalogi præcepta, nam ità cognoscuntur species, an scilicet blasphemarit, Deum,

(8) Sec usus piorum & prudentum Confessariorum suadet oppositum. Item non subderentur confessioni peccata; quoad speciem, quod exigit Tridentinum. Imo in Rituali Romano approbato à Paolo V. *in rubrica de Sacramento Pœnitentiæ,* inter alia hæc hebentur. „ Quod si pœnitens numerum, speciem, & circumstantias explicatu „ necessarias non expresserit, Sacerdos eum in„ terroget.

Deum, Sanctos, an perjurius, & devaniat deinde ad numerum.

Si occurrat dubium, examinet pro utraqua parte, ut deprahendat certitudinem.

Non tenetur se interrogare de speciabus flagitiorum sibi ignotis, nam in illis non peccavit, in quo non est habenda ratio de quibusdam interrogatoriis impressis, in quibus sunt aliquæ species tantùm doctissimia notæ.

Cognita specie, devaniat ad numerum, inspiciendo tempora, loca, personas interrogando, & respondendo. Nec ad plus tenetur, cùm illud examen probabiliter sit diligens, humanum. Non tenetur legere hujusmodi libros: nec consulere complicem, ut distinctiùs cognoscat numerum, & speciem; quia Tridentinum solùm exigit, ut scrutetur suam conscientiam. Perez *de pœnit. disp. 5. n. 98. in fine.*

Præditua memoria bona non eget tam longo examine, quàm qui tardiori laborat. Sanch. *1. selectarum disp. 4. n. 4. & 8.* Fagundez *præcep. 2. lib. 3. c. 2. num. 1.*

Facta diligentia mediocri unusquisque vivere potest quietus, sine acerrimis angi scrupulis: nam non tenetur iterum examinare suam conscientiam, nec de præterita vita disquirere, sed eam deferere, satisfecit namque suæ obligationi. Tridentinum *sess. 14. de confessione c. 5.* Sancius *41. selectarum n. 18. in fine.*

Expleta utili inquisitione circa examen conscientiæ, aliqua inquiramus circa confessionis integritatem. Et primo:

An peccans longo tempore ex consuetudine, satisfit non expresso numero, exprimere tempus improbi exercitii?

1936 Qui ex cõsuetudine per longum tempus peccavit, non exprimendo numerũ, sufficit explicare tempus.

Distinguas: vel facta morali diligentia potest dignoscere speciem, & numerum peccatorum, vel non potest. Si primum, explicare tenetur speciem, & numerum. Si secundum non tenetur, quia primum facile, non secundum valdè difficile obligat. Henriquez *lib. 3. de pœnit. cap. 5. num. 9.* Lugo *disp. 16. num. 573.* Granadus *tract. 9. disp. 10. num. 6.* Vasquez *de pœnit. qu. 91. art. 1. dub. 5. n. 3.* Hurtadus *disp. 9. diff. 5.* contra Navarrum in *manuali cap. 6. num. 5.* Cajetanum *t. 1. opusculorum tract. 4. qu. 3.* volentes tantùm explicandum tempus diuturnæ flagitiosæ vitæ; ut per decem annos fuit meretrix.

Debet tamen quantum fieri potest explicare diversas species, & numerum peccatorum certò commissorum: puta quot internè, vel externè, in die, hebdomada committere solebat. Tancredi *tract. 1. de pœnit. disp. 6. qu. 10.* Bassæus *v. confessio 4. num. 21.*

Si verò explicato tempore innotescit per se species, & numerus, ad nihil aliud tenetur: ut si non recitavi Officium per annum, non jejunavi per Quadragesimam. Navarrus *loc. cit.* Granadus *tract. 9. disp. 10. num. 7.*

An tali modo confessus tempus peccandi, teneatur deinde iterum confiteri speciem, & numerum clariùs, ac distinctiùs cognitum?

1937 Ita confessus non tenetur postea numerum, & species clariùs confiteri.

Nega: nam ità confessum, omnium directam obtinuit peccatorum absolutionem, & confessarius fecit conceptum sufficientem, æquivalentem omnibus, quorum in specia clarius deinde pœnitens reminiscitur. Lugo *disp. 16. num. 582.* Lopez *par. 1. Summa cap. 32. qu. 2.* Sotus *in 4. dist. 18. qu. 2. & 4.* Vasquez *q. 91. art. 1. dub. 5. num. 13.* Perez *de pœnit. disp. 5. num. 77. in fine*, contra Hurtadum *disp. 9. diff. 5.*

An valeat pœnitens confessario scienti ejus peccata confiteri uno verbo fateor, & me accuso de omnibus peccatis meis tibi notis?

1938 Confessario scienti omnia peccata licet fateri, dicens, confiteor omnia peccata tibi nota.

Affirmat Navarrus in *cau. consideret. nu. 62. de pœnit. dist. 5.* Sà *v. confessio num. 37.* Suarez *de pœnit. disput. 22. sect. 6. num. 5.* Vasquez *de pœnit. qu. 91. art. 4. dub. 4. & qu. 92. art. 3. dub. 3.* Layman *tract. 6. cap. 9. n. 6. de pœnit.* Lugo *disp. 18. num. 80.* Sà *v. confessio n. 8.* contra Vegam *par. 1. Summæ cap. 63. casu 41.* Quia satis innotescit hac confessione numerus cum speciebus peccatorum, & successiva confessio exigitur, quia pœnitens nequit se simul uno verbo explicare. Cum ergo in casu se explicet magis, quàm quando tempus confitetur, dicendo non recitavi per annum Divinum Officium, suo oneri satisfecit.

An, cur, & quando possit confessio peccatorum dimidiari?

§. II.

1939 Integritas non obligat cum gravissimo onere.

Principium. Lex Divina integritatis non obligat cum gravissimo onere; nam hoc præceptum est accommodatum humanæ fragilitati, quo Deus allexit, non deterruit Christianos, & quia confessio non est carnificina. Trident. *supra cit.* Unde quando integritas est valdè difficilis, tunc confessio potest dimidiari. Casus particulares possent proprio marte ex hoc principio decidi, facilitatis tamen causa, ut non genio, sed ingenio consulatur. Sunt

1940 Impossibilis est integritas cum ignorantia, & oblivione.

Primo ignorantia, & oblivio: hæc enim impossibilitant integritatem confessionis; nam nemo potest confiteri id, cujus non recordatur. Navarr. *cap. 9. num. 12.* Henriquez *lib. 2. cap. 12.* Intelligas si ignorantia, vel oblivio non sit graviter peccaminosa. Zerola *in praxi de pœnit. cap. 16. q. 31. v. dico secundo.*

1941 Et impotentia loquendi.

Secundo est impotentia loquendi, sive sit naturalis, ut in mutis, & in illis, qui sunt alieni idiomatis. Sive sit legalis, scilicet quando jus naturale prohibet aliquid manifestari, ut est peccatum, quod non potest explicari, nisi manifestetur complex peccati, puta incestum cum matre: Similiter confessarius non tenetur confiteri illud peccatum ex cujus confessione frangeretur sigillum confessionis, quod est de jure naturali, & divino. Sylvester *v. confessio num. 13.* ubi Cajetanus *conditione 10.*

1942 Peregrinus difficilis idiomatis nõ cogitur ad integritatẽ.

Hinc fit, peregrinos, quorum loquela non percipitur, non cogi ad integritatem confessionis; nam qui facit quantum in se est, non tenetur ad aliud; poterit ergo absolvi. Sà *v. absolutio n. 9.* Navarr. *consil. 10. de pœnit. & remiss.* Nec tenetur expectare articulum mortis, ut voluit Medina *lib. 2. cap. 7.* sed potest confiteri toties quoscumque ex non confessione pateretur valdè grava damnum. Navar. & Sà *ubi suprà.*

1943 Qui petiit Cõfessionem potest absolvi, licet inde loqui nequeat.

Fit etiam posse absolvi illum, qui postquam petiit Sacramentum pœnitentiæ cum signis doloris, non potest amplius loqui ob infirmitatem, vel aliquid aliud. Enriquez *de pœnit. cap. 9.* Et confessarius tenetur absolvere pœnitentem, si adstantes dicant illum petiisse confessionem ex præcepto caritatis. Non enim integritas confessionis tunc obligat. Et unusquisque debet succurrere proximo suo, qui fortasse indiget absolutione. Absolutio tamen sit conditionalis: scilicet *si capax es.*

Amens

1944 Amens, si ante amentiam doluit, absolvi potest.

Amens etiam absolvi potest, qui ante amentiam doluit. Sà *loc.cit.*

1945 Utilitas gravis, & notabilis excusat pœnitentem ab integritate.

Tertia causa excusans ab integritate est utilitas gravis, & notabilis pœnitentis, vel confessarii. Hæc utilitas potest esse vitare detrimentum notabile in vita, in honore, in bonis; quia ut diximus præceptum hoc licèt Divinum de integritate confessionis accommodatum est humanæ fragilitati, & non obligat cum tanto incommodo particularium, nisi redundet in bonum communitatis. Navarrus *cap.7.n.3.* Sotus *in 4.dist.18.dub.2.art.5.* Layman *supra cit. c.8. num.11.*

Hinc si pœnitens sibi, vel alteri timeat morbum corporalem, vel spiritualem. Et si femina timeat ex suo peccato confessarium peccaturum, vel se sollicitaturum, probabiliter non tenetur confiteri de illo peccato, sed tenetur adire alium confessarium, si potest. Coninck *disp. 7. dub.9. n.75.* Hinc sub mortali non potest confiteri de illo peccato, quia præceptum caritatis obligat ad succurrendum alteri, sine suo gravi incommodo.

1946 Et timor gravis infamiæ.

Ex dictis fit pœnitentem non teneri confiteri peccatum ex quo timet grave periculum infamiæ gravis, communiter Doctores apud Layman *loc.cit. n.11.*

1947 Sicuti contagioso morbo laborans.

Infirmus laborans morbo contagioso non tenetur ad integram confessionem, nec tenetur clamare, ut confiteatur à longe, si est probabile periculum, quod ab aliis audiatur: Sicuti nec tenetur fateri per interpretem, aut per scripturam. Reginaldus, Vasquez, Coninck.

1948 Et in naufragio, incendio, terremotu non exigitur integritas.

Hinc confessarius in naufragio, in incendio, terremotu, periculoso prælio, & ruina, potest absolvere absque integra confessione, si periculum sit in mora. Imò potest absolvere omnes simul, dicendo: *vos absolvo*. Suarez *disput. 23. sect.1.* Coninck *disp.7. dub. 9. num.74.* Layman *loc.cit.num.10.*

1949 In dubio, an infirmus possit complere confessionem, potest ante absolvi.

Etiam colligere poteris in dubio, an infirmus possit confessionem complere, quod possit absolvi: Imò si periculum sit in mora, etiam solo nutu pœnitentis; nam præceptum propalandi peccata esset cum gravi onere.

1950 Et si Confessio esset molestissima pœnitenti.

Similiter si pœnitens graviter defatigetur in explicatione peccatorum, confessio non est integranda. Enriquez, Sotus, Nugnus, Medina, & alii quos sequitur Bonacina *qu.5.disp.5.sect.2. par.2.§.4.propos.unica n.19.* Layman *n.9.*

In quibus casibus non tenetur statim pœnitens oblata opportunitate omissa fateri peccata. Sed potest differre usque ad præceptum confitendi. Ita contra Sotum docet Suarez *disput.27. sect.2.* Coninck *de pœnit.disp.5.n.66.* Reginaldus *lib.6.*

1951 Alii casus discutiuntur.

Periculum item in Sacerdote, vel in pœnitente omnes possunt dicere unum peccatum simul, vel dicere, se pœnitere, & velle absolvi. Sà *v.absolvo.*

Tertiò, scrupulosi, qui perpetuis anguntur angustiis ex peccatis oblitis, amplius confiteri non tenentur.

Similiter, qui non potest confiteri sine complicis diffamatione, excusari à confessione illius peccati, vel circumstantiæ voluit Dicastilius *tom.2.tract.8.de Sacram. disp.9.dub.11.num.88.* Bonacina. Suarez, & alii.

Volunt alii, etiam ratione reservationis dimidiandam confessionem, ità ut pœnitens si accedat ad habentem facultatem absolvendi à reservatis, & si ille nolit dare licentiam absolvendi, tunc inferior audita confessione omnium peccatorum, potest absolvere à non reservatis, & remittere pro reservatis ad Superiorem. Cajetanus *v.confessio. condit.10.* Sotus *in 4. dist.18. quæst. 2. artic. 5.* Gandavensis *quodlibeto 1. qu.27.* Durandus, Major, Gerson, & alii, sed hac de controversia alibi.

Mutus ergo, & Surdus, ignorans idiomatis, moribundus lingua destitutus, qui dedit signa doloris, & alii possunt absolvi.

Tamen, & si nullum dederit signum pœnitentiæ omnino sensibus destitutus, etiam absolvi valet. Sed quia multos oppositores habet hæc sententia, ideò prolixiùs examinandam censui.

An sensibus omninò destitutus nullum ostendens signum elicitum, possit sub conditione absolvi: Si capax est?

§. III.

1952 Sensibus destitutus, qui nulla dedit signa doloris, est absolvendus sub conditione.

DEcreveram præteritam facere hanc quæstionem, sed quia casus iste frequens est, & agitur de salute animarum, pro quibus Christus Dominus vitam dedit: ideò ad controversiam dicas posse absolvi, etiamsi confessionem non petat, nec aliquid signum eliciat. Ita docent plurimi mox citandi, & illam docuerunt tres Summi Pontifices. Paulus V. Clemens VIII. Clemens X., qui istam opinionem ad praxim traxerunt.

Pro quolibet Catholico fatetur Joannes Pontius *in cursu Theologico disp.46. conclus.4.* Marchinus *to.1.tract.4.tit.4.dub.6.* Martinus à S.Joseph *in monitis tom.1.lib.1.tract.58.num.2.* Remigius *in Summa tract.5.cap.5.§.1.* Ludovicus à Conceptione *tract.5. examinis. de pœnit. qu.1. num.9.* Lezana *tom.3. v.confessio.* Tamburinus *lib. 2. methodi confessionis cap.10. §. 5. num.18.* Antonius à Spiritu S. *tom.1. Directorii. tract.5. num. 717. & 710.* ait etiam posse absolvi sub conditione publicum peccatorum in actu etiam fornicario sensibus destitutum, quia tunc etiam præsumitur velle salvari, & petere, ut omnes alii Christiani, confessionem. Pelliz. *tract.8.c.3. num.215.* Tamen negat de illo in actu fornicario sensibus restituto. Bonagratia in *Summa quæstionum regularium editione 1. v.votum, & v. absolutio num. 3. & 4.* volens etiam nostram sententiam practicandam in homine malæ vitæ moriente. Gobat Societatis Jesu, etiam post Decretum inter ipsos in *Theolog. experim. tract.7. num.605.* dicens nostram opinionem practicam probabilem, & sequendam; & nostram sententiam ad praxim deduxisse Apii peste urgente, contra Suarez *disp. 23. sect.1. num. 12.* Vasquez *qu.91 art.2.dub.1.num.1.* Lugo *disp.17.num.39.* qui tamen veritate, & Religione urgente *disp.16. num.83.* dicit in praxim nostram opinionem sequendam. Arriaga *tom.8. de pœnit. disp.36.n.14.* qui tamen teste Caramuele in *fundam. n. 319.* Pragæ practicavit nostram sententiam, quam Leander, citans quatuordecim pro contraria sententia, ait se practicasse Romæ, & Lovanii practicatam in moribundis à piissimis, & doctissimis Patribus Societatis Jesu. Et mihi defendenti fassi sunt se paratos practicare sapientissimi, nec aliud de doctissima, ac animarum salute fragranto Religione sentiendum. Et ego, licèt nullius nominis, practicavi illam Neapoli, & aliis practicandum suadeo; extrema enim, & summa res agitur, anima secus perpetuò peritura. Et est etiam contra Anton. Perez *disp. 38. qu. 10.n.2.*

1953 Hucque ad praxim redacta à sapientissimis, & doctissimis viris.

Ne

Nè tamen aliqui sibi suadeant nos urgentissimis rationibus destitutos, sequentibus veritatis reguiis vobis illam degustandam proponimus.

Primò, an nostra sententia sit probabilis ab auctoritate?

Secondò, an nostra sententia sit ferè certa à rationa?

Tertiò, an opinio nostra consulat reverentiæ Sacramenti, & saluti animarum?

Quartò, an sententia nostra sit sequenda ab omnibus sub pœna peccati mortalis?

An totum hoc sit evidens?

An opposita sententia consulat reverentiæ Sacramenti, & saluti animarum?

An Patres Societatis Jesu nostram sententiam tueantur?

An pro praxi eorum Decretum obstet?

An aliqoid præjudicet probabilitati nostræ sententiæ?

Mihi sufficiat pleno laconismo, rem excipere, quam integro, & solo destinaveram Opusculo; de salute namque animarum agitur. Ad primum;

An nostra sententia sit probabilis ab auctoritate?

1964 Absolvere destitutum sensibus sub conditione, qui nulla dedit externa signa doloris, est probabile ab auctoritate.

AFfirma: nam probabilitas ab auctoritate pullulat ex auctoritate Doctorum, & latè ostendit nostra *Anacephaleosis*: Ubi est auctoritas gravium Doctorum, ibi probabilitas gravis: pro nostra sententia ast auctoritas gravium Doctorum. Ergo probabilis. Major evidens, minor evidens; nam illam docent supra triginta tres Doctores, & multi oppositum sentientes dicunt etiam probabilem. Nec dicas majorem numerum Doctorum non augere probabilitatem, nisi augeat pondus rationis; nam contra est, quia eadem varitas est magis probata pluribus, quàm duobus testibus contestibus, licèt assignent eandem rationem. Ergo quo plures sunt Doctores, licèt eadem ratione moti, eò veritas probabilior efficitur; difficilè namque plures, aut duo decipiuntur.

An nostra sententia sit à ratione ferè certa?

1965 Et est à ratione ferè certa.

AFfirma: probatur, semper ac adest materia dubia urgente necessitate, est administrandum Sacramentum sub conditione, si materia adsit; Sed in destituto moribundo omni sensu, adest materia dubia; ergo in moribundo destituto omni sensu ministrari valet hoc Sacramentum sub conditione, si materia adsit. Major est Catholicorum. Sic ministrat Ecclesia Catholica in necessitate Baptismum in materia dobia sub conditione, si materia adsit: sic sub conditione baptizat infantem, qoem dubitat mortuum, sic absolvit proximum infantiæ sub conditione, si adsit materia, confessarius dubitans.

Minor in qua vis est, probatur primo à loco extrinseco; Secundò à loco intrinseco. A loco extrinseco est evidens; nam quoties viri docti dubitant de existentia materiæ, tunc materia est dubia; Sed in re nostra plures doctissimi viri dubitant materiam existere. Ergo in ra nostra materia est dubia. A loco intrinseco demonstratur; quia agonia est sensibilis, & est materia hujus Sacramenti; sed in omni moribundo destituto, &c. adest agonia: ergo in omni moribundo destituto omni sensu adest materia hujus Sacramenti.

Major, in qua vis est patet, qoia omnis illa est materia hujus Sacramenti, quæ potest provenire ex dolore peccatorum: sic nutus, motus oculorum in moribundo est materia hujus Sacramenti sensibilis, quia provenire valet ex dolore peccatorum, & voluntate confitendi. Nunc sic: agonia mortis potest provenire, & dolore peccatorum, & voluntate se confitendi: ergo agonia mortis potest esse materia hujus Sacramenti. Enim varò illa certò non est materia hujus Sacramenti, quam certum ast non provenire, & dolore peccatorum, & voluntate confitendi: & non est certum agoniam non provenire ex dolore peccatorum: ergo non est certum non esse materiam Sacramenti. 1966 Quod valet exprimere dolorē peccatorum, est materia sensibilis hujus Sacramenti.

Si esset certum provenire ex dolore peccatorum, esset certa materia confessionis: ergo si non est certum non provenire, nec est certum provenire ex dolore peccatorum, erit materia dubia: ergo capax absolutionis sub conditiooe, si materia sit sufficiens.

Tota igitur difficultas est in probando agoniam posse causari à dolore peccatorum. Idqua patet primò, quia agonia potest causari ab amore SS. Trinitatis, qua morte migravit Immaculatissima Dei Mater, & multis Sanctissimis viris talis mors adscribitur. Ergo multò fortiùs ex dolore peccatorom. Secundo mortis agonia naturalitèr causari potest à vehementi mæstitia, timore imminentis mali temporalis; ergo fortiùs à malo æternæ gehennæ imminenti; in illo namque mortis instanti Deus illuminat., coadjuvat, Dæmon circuit quærens, ut rapiat, & anima polita inter æternam felicitatem, & pœnam in illo instanti consequendam, timore concutitur, gehennam aversatur, Dæmones horret; & sic undequaque contorta, hinc indè angustiis diverberata in sudore ultimum mortis nuncium liquescit in corpore, tremor, timor, palpitus cordis effectus animæ aversantis æterna mala. 1967 An agonia plerumque censeatur ex dolore peccatorū provenire.

Qui timor, & sudor, ut potest esse effectus naturalis separationis animæ à corpore, ità instantis immensæ molis mali, aut boni consequendi; anima namque tunc agitur, & agit, atque perturbatur pœnis imminentibus, pertorbet corpus.

Tertiò probatur, quia in multis historiis legimus vehementiam contritionis animas à corpore separatas, & testatur Lessius *de perfectionibus Divinis tit. de Misericordia Dei cap. 17. §. secunda difficultas*: ibi, *legimus enim, quosdam vehementia contritionis subito extinctos, & Heli dolore capta Arca retrorsum cecidit, & expiravit*. 1. Regum *cap.* 4. Cùm ergo non solum agonia, sed etiam ipsa mors possit pullulare ex dolore peccatorum, vel infanti horrore, & de facto provenerit, nec sit evidens hìo, & nunc indè non provenire, concludendum est esse saltem dubium, exindè provenerit.

Quartò probatur: qui verbo dicit se velle absolvi, potest absolvi, licèt ampliùs non loquatur, nec aliud signum det: puta si in amentiam labatur: ergo ille, qui facto dicit se velle morians absolvi, licèt aliod signum non det, sed per se vivens liberè ex Religione Christiana facto ipso sensibilis professionis Christianæ, dicit se velle absolvi: ergo licèt deindè omni sensu destituatur, valet absolvi.

Minor probatur, quia facto ipso vivens in Christiana Religione, expressè, exercitè vult salvari: ergo expressè, exercitè vult absolvi: ergo

expresſè ; & exercitè abſolutionem petit omni actu, quo Chriſtianè vivit; qui enim vult finem, vult & media : ergo ſi vult ſalvari profeſſione ſuæ Religionis, vult etiam expreſsè confiteri.

1958 Objectionibus fit ſatis.

Nec dicas hinc ſequi Turcam poſſe abſolvi, quia etiam vult ſalvari. Nam contra eſt, quia hoc Sacramentum ſupponit baptiſmum, quo Turca caret.

Nec inſurgas : ergo ſaltem poſſet baptizari, quia Turca vult ſalvari, & nequit ſine baptiſmo ſalvari. Nam contra eſt, quia Turca vult ſalvari in profeſſione Mahumetana, qua excluditur baptiſmus, & ſic non vult baptizari, ſed Mahumetaniſmo ſalvari.

Replicabis : ergo ſaltem Hæreticus poterit abſolvi ſenſibus deſtitutus, quia Hæreticus vult in Chriſtiana Religione ſalvari.

1959 Hæreticus ſi vult mori in hæreſi nequit abſolvi, ſecùs ſi dubitetur.

Reſpondetur : Hæreticum, vel certum eſt velle mori in hæreſi, & tunc non poteſt abſolvi; quia poſitivè eſt indiſpoſitus. Si verò dubitetur an eum pœniteat hæreſis, & tunc ſub conditione *Si capax*, abſolvi poterit ; quia adeſt tunc materia dubia.

Confirmatur. quia naturæ inſtinctu extremis preſſus calamitatibus vult juvari ; ergo vult ipſa vita ſenſibili Chriſtiana, & Catholica ſibi miniſtrari abſolutionem. Et eo fortius, quo magis ſenſibus deſtitutus ſibimet ſuccurrere nequit : ergo eſt danda abſolutio ipſa vita petente.

Vel ſi hoc neges, teipſum negantem interpello, velis ne mori inabſolutus an ſalvari? ſalvari : at hoc non eſt exercitè ipſa vita abſolutionem petere perenniter, & velle ſalutem pro extrema vitæ periodo, abſolvi, & pœnitere? id enim vel perditiſſimæ vitæ homines ſaltem moribundi nolunt.

1960 Confeſſarius poteſt abſolvere quem prudenter præſumit habere ſigna doloris.

Quinto probatur : Confeſſarius non videns, ſed prudenter præſumens pœnitentem habere ſigna ſenſibilia, poteſt illum abſolvere. Gobat *Theolog. experiment. tract. 7. num.* 601. At ſenſibus deſtitutus catholicus præſumitur habere tale ſignum, licèt Cōfeſſario ignotum; ergo poteſt abſolvi : Minor patet ex dictis, quia præſumitur velle ſalvari, & ſic aſſumere media neceſſaria pro conſecutione ſalutis, ut ſunt ſigna ſenſibilia.

1961 In dubio an dederit ſigna, ſub cōditione abſolvendus.

Sexto probatur : Confeſſarius dubitans an pœnitens dederit ſigna, poteſt illum abſolvere ſub conditione ; ſed cum ſenſibus deſtituto eſt dubius Confeſſarius, an dederit, vel det aliqua ſigna, ad quæ non advertit : ergo poteſt dare abſolutionem ſub conditione. Quod ut magis teneatur.

1962 Non omnes morbi tollunt omnem uſum ſenſuum.

Septimo probatur : quia multi morbi maximè violenti tollunt uſum, non omnium, ſed aliquorum ſenſuum ; atque adeò licèt non poſſit loqui, videre, movere manus, corpus, tamen audit, & petit, & Medici ſciunt. Inſuper licèt non percipiant, quæ ipſis dicuntur; percipiunt tamen quæ patiuntur mala, quæ imminent, & maximo dolore tanguntur ; & quamvis non dent ſignum à Confeſſario exigitum, dant aliud à Confeſſario ſignum doloris, cui Confeſſarius non advertit, vel ſaltem de hoc dubitat : ergo ſemper miniſtrari poterit abſolutio ſub conditione ſi capax: ſicuti poteſt conſecrari ſub conditione particulas, quas dubitatur eſſe conſecratas, immixtis conſecratis.

Ex quibus corruunt congeſta ab adverſariis in defectu ſigni ſenſibilis. Nec officit experientia, qua repentè morbo oppreſſi dicunt ſe nihil percepiſſe ex illis, quæ dicebantur.

Nam id non currit in omni morbo, & licèt non percipiant, quæ ab aliis dicuntur, percipiunt tamen ſeipſos, & ſenſibiliter horrent præſentem gehennam, alioſque dant motus ſenſibiles, quibus abſolutionem petunt.

Dices primo: quando dubitatur an actus ſenſibilis exiſtat, deeſt materia abſolutionis, quia actus ille ſenſibilis deberet certò exiſtere, & non dubitari an ſit materia ; quia ſententia Confeſſarii ſupponit certam exiſtentiam rei. 1963 Dices ibi deeſſe certam materiam.

Reſp. ex dubio an exiſtat non poſſe dari ſententiam abſolutam, ſed conditionalem. 1964 Ideo abſolutio nō pura, ſed conditionata danda.

Nec urgeas debere talem materiam innoteſcere Judici judicanti ; materia autem de qua dubitatur an exiſtat, Judici non innoteſcit.

Nam reſpondetur, ſatis eſſe ſi innoteſcat Judici ſub dubio, ut ſententiam proferat conditionalem; nec in hoc eſt analogia cum foro judiciali ; nam in foro judiciali ſententia fertur in invitum abſolutè, non conditionaliter, in foro autem conſcientiæ ferri poteſt ſententia ſub conditione, quando deeſt certa materia urgente neceſſitate. 1965 Differentia inter forum judicialē, & pœnitentialem.

An noſtra ſententia ſit ſequenda ſub onere peccati mortalis?

AFfirma : nam quis tenetur ſuccurrere ex caritate, quando poteſt extremè indigenti ſuccurrere licitè: at in re noſtra habemus extremè indigentem moribundum, & ei ſuccurri valet licitè : ergo, &c. Major eſt certa. Minor ex dictis eſt evidens ; nam noſtra ſententia, vel invitis adverſariis fatentibus, eſt probabilis ab extrinſeco, & ab intrinſeco, contra quam adverſarii carent nedum lacertoſo, verum etiam argumento topico, cùm toti ſint in eo : Sacramentum non eſt miniſtrandum ſine materia ſenſibili, cui jam ſatisfecimus. 1966 Si non ſuccurratur extremè indigenti dum licitè ſuccurri poteſt, peccatur mortaliter.

An noſtra ſententia conſulat reverentiæ Sacramenti, & ſaluti Animarum?

AFfirma: patet, quia conſulit ſaluti Animarum, aliàs fortè in æternum perdendarum ; conſulit etiam reverentiæ Sacramenti ; quia nulla irreverentia irrogatur Sacramento miniſtrato ſub conditione ; cùm non exponatur periculo nullitatis : ut patet in aliis Sacramentis, & etiam in hoc Pœnitentiæ Sacramento, in caſibus, in quibus ſecundum omnes ſub conditione confertur. 1967 Abſolvere ſub conditione ſenſibus deſtitutum, qui nulla dedit ſigna doloris, conſulitur reverentiæ Sacramenti, & ſaluti animarum.

An oppoſita conſulat reverentiæ Sacramenti, & ſaluti Animarum?

NEga : & non conſulere ſaluti Animarum, quia fortè talis moribundus ſalvaretur ſequendo noſtram ſententiam, & damnaretur, non miniſtrata abſolutione. Nec conſulit reverentiæ Sacramenti, nam cùm dicat Sacramentum eſſe nullum, nullum honore, & reverentia caret; non entis enim nullæ paſſiones. 1968 Et oppoſita ſententia nec ſaluti animarum, nec Sacramenti honori conſulit.

Nec dicas conſulere, nè exponatur periculo nullitatis, & fruſtrationis.

Nam contra, quia quoties ſub conditione miniſtratur, ceſſat tale periculum. Ergo non conſulit nec Sacramento, nec ſaluti Animarum, denegando abſolutionem conditionalem, fortè capacibus, & ſic ſine illo Sacramento damnandis.

An

An totum hoc sit evidens ?

1969 Evidens videtur totum hoc quod asseritur.

AFfirma: patet ex dictis, quia evidens est habere graves, & plures Doctores, rationes nervosas secundum me evidentes, & pro viribus promovere salutem Animarum.

An nostra sententia sit prohibita doceri à PP. Societatis Jesu ?

1970 Non id est prohibitum doceri à PP. Societatis.

NEga: quia solùm eis prohibitum doceri posse absolvi nullum, nec dubium, aut præsumptum signum dantem. At in re nostra adest signum sensibile, non solùm dubium, sed probabile, agonia, vita Christiana, & aliud signum fortè exhibitum, & non cognitum à Confessario, quibus moribundus exercitè petit absolvi.

An Patres Societatis possint, & teneantur practicare nostram sententiam ?

1971 Et dicti PP. possunt practicare dictã sententiam.

AFfirma: non potest dari præceptum contra Divinum caritatis, & sic non potest indici eis, nec aliis, nè succurrant fideli extremè indigenti absolutione conditionali. Secundo, quia eis prohibetur docere, non autem practicare nostram sententiam. Gobat *Theolog. experiment. tract. 7. num.* 605. 623. 624. *&* 625. contra Barghaber *centuria* 1. *casu* 81.

An per illud decretum Societatis aliquid detrahatur à probabilitate nostræ sententiæ?

1972 Ex decreto inter PP. Societatis non detrahitur aliquid à probabilitate nostra.

NEga: patet ex verbis ejusdem statuti, & ita in Indice sententiarum, quæ nequeunt doceri à Societate, hæc habentur: *prædictas propositiones omnes nulla afficimus censura, sed solùm prohibemus doceri in nostris gymnasiis ad majorem uniformitatem, & soliditatem doctrinæ inter nos.* Ubi nota ly *solùm*, ly *doceri*, ly *doctrinæ*. Secondo evidentius patet, quia nec Thomistæ docent opinionem Scoti, nec Scotistæ opinionem Angelici, nec per hoc aliqua ex illis improbabilitatis nota fœdatur. Gobat *loc. cit. num.* 605.

Verba ordinationis Societatis Jesu sunt: *moribundus, & si nullum signum det, aut dederit contritionis, adeout Sacerdos non sciat, nec prudenter possit putare præcessisse sensibilem aliquam confessionem, absolvi potest.* Quæ verba nullatenus contradicunt doctrinæ traditæ, quia ipsa Christiana vita, agonia, &c. faciunt prudentem præsumptionem adfuisse, vel adesse signum confessionis, si ex communiter accidentibus liceat inferre, & communiter omnes etiam perditissimæ vitæ clamitant, invocant confessionem. Ex his resolvitur primo:

An præsumatur datum signum sensibile ?

1973 Præsumitur datum signũ sensibile à moribundo.

AFfirma: nam præsumptio Juris est, ut talis eis præsumatur, qualiter communiter præsumi, & fieri solet. Communiter autem omnes moribundi impulsu Religionis confessionem petunt facto, vel verbo: & hoc in omnibus, quia non statim tota mens corripitur. Gobat *Theolog. experiment. tract. 7. num.* 613.

Secundo resolvitur:

An volens mori Christiano ritu, absolvi valeat, etiamsi inveniatur sensibus destitutus ?

1974 Volens mori ritu Christiano est absolvendus, licèt sẽsibus destituatur.

AFfirma: ut etiam post prædictum statutum Societatis tuetur Gobat *loco cit. nu.* 614. dicens se ita multoties resolvisse, & præsumitur Christiano ritu velle mori, si moribundos inveniatur cum Corona, cum Officio.

Tertio resolvitur:

An possit absolvi eductus è mari veluti mortuus ?

AFfirma: quia aqua non statim tollit vitam, & sic præsumitur se ad Deum convertisse. Gobat *loco cit. num.* 615. dicens *num.* 617. posse absolvi parans se ad confessionem, vel petens confessionale, quia præsumitur dedisse signa pœnitentiæ. 1975 Eductus è mari veluti mortuus absolvi valet.

Quarto resolvitur:

An dubitans aliquem esse mortuum, posset illum sub conditione absolvere ?

AFfirma: nam tunc dubitat adesse materiam, scilicet agoniam, vel signa confessionis, & semper ac brevi intervallo quis invenitur, potest ministrari absolutio sub conditione, quia semper tunc dubitatur an vivat; non enim illicò discedit vita, licèt appareat omninò mortuus. Idque tam constanter receptum, ut inde usus pullulaverit, quo Romana gens post mortem per septem dies non sepeliebant, sed unguentis delibutum detinebant cadaver, & aqua calida, & conclamationibus luctuosis circumstabant, nè fortè vivus sepeliretur. *Sicut enim*, scribit Pater Franciscus Pomei *Libitina, seu de Funeribus cap.* 3. §. *curatio cadaveris, sæpè soleat vitalis spiritus intus latens fallere oculos, adeout reperti fuerint, qui dum efferrentur, è feretro vivi surrexerint, ex quo manavit ille mos conclamandi mortuos, calida aqua lavandi, & per septem dies domi servandi.* 1976 Si dubitatur aliquem esse mortuũ, sub conditione absolvitur.

Ex dictis fit, quanta veritate, probabilitate nostra sententia constet; ità ut omnibus hujusmodi in unum congestis reddatur ineluctabilis, ac lacertosa, servanda, & docenda.

Solvuntur Argumenta.

DIces primo cum Arriaga, obstat textus in Concilio Arausicano 1. *can.* 12. ibi: *subito obmutescens baptizari, & pœnitentiam accipere potest, si voluntatis præterita testimonium aliorum verbis habet*, & in Concilio Carthaginensi III. *c.* 34. & IV. *c.* 76. Sed omni sensu destitutus caret hujusmodi testimonio. Ergo non potest recipere Sacramentum Pœnitentiæ. 1977 Obstat Conciliũ Arausicanum, & Carthaginẽse III. & IV.

Resp. argumentum à Conciliis tantùm probare posse ministrari illis, quos constat petiisse, licèt alieno testimonio. Non autem Concilium decernit non posse ministrari carenti alieno testimonio, aliàs nec posset ministrari propria voce clamans, vel dans proprium aliud signum. Quæ explicantur.

Secundo respondetur, in casu nostro constare de voluntate recipiendi pœnitentiæ Sacramentum, quia ità est communis præsumptio, quæ habet in probando eandem vim, ac unus testis; præsumptio namque semiplenè probat, ut etiam unus testis, dicens illum petiisse absolutionem.

Tertio respondetur, Concilio ad summum probari non dandam absolutionem puram, nisi illis, de quorum voluntate certo signo sensibili constat; & non negatur sub conditione ministrandam in dubio, & sic ministrandam asseruit D. Aug. *t.* 6. *lib.* 1. *de adulterinis conjug. c.* 28. ibi: *mortis periculo præoccupatũ, quamvis nulla dare possit suæ voluntatis signa, tamen baptizandum esse, si Cathecumenus erat: & si baptizatus, reconciliandus: tales enim tunc intra se pænitenter esse credendum.* Hactenus noster Augustinus, quibus nervosè, & in epitome nostram rationem comprehendit, ibi: *baptizatus reconciliandus*, quia baptizatus vult salvari, & ipso 1978 S. Augustini testimoniũ adducitur. Vide Morinum *de pænitent. lib.* 10. *cap.* 10.

baptiſmo, & religione petit Sacramentum neceſſarium ad ſalutem.

Dices ſecundo hoc Sacramentum eſt inſtitutum per modum judicii, cui reus voluntariè propalat ſua crimina: at in re noſtra deeſt hæc propalatio, ergo & judicium, & abſolutio.

Reſp. eſſe Sacramentum per modum judicii ſolùm reſpiciens reorum ſalutem, & ſic latie ſi reus ſua vita petat hoc Sacramentum, ut petit qui in Chriſtiana Religione vivit, ex Divo Auguſtino *loco cit.*

An dimidiari poſſit confeſſio, ſi Confeſſarius cognoſcat complicem pœnitentis?

§. IV.

1979 Cõfeſſio poteſt dimidiari, ſi cõplex cognoſcatur à Cõfeſſario.

AFfirma: Scotus in 4. *diſt.* 18. *qu.* 2. *art.* 5. *ad* 4. Marſilius in 4. *qu.* 12. *art.* 4. *ad* 3. Navarrus in *Can. ſi conſideret. diſt.* 5. *de pœnitent.* Armilla v. *confeſſio num.* 11. Bandez 2. 2. *quæſt.* 33. *dub.* 8. Diana dans octo Doctores 3. *par. tract.* 4. *de circumſtantiis reſol.* 46. Arriaga *tom.* 8. *de pœnitent. diſp.* 33. *num.* 14. *in fine*, dicens probabile. Valentia *de pœnitent. qu.* 11. *par.* 1. Petrus Sotus *de pœnitent. ſect.* 11. Victoria *de Sacramentis* §. 174. Martinus Perez *diſp.* 33. *ſect.* 3. *num.* 2. citans quinque Doctores. Antonius à Spiritu Sancto *tract.* 5. *num.* 548. dans quatuor Doctores, & alii Doctores decem apud Averſam *de pœnitent. ſect.* 15. §. *in quo tamen.* Layman *lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 12. §. *dico ſecundo*, contra Leandrum *ſupra cit. qu.* 67. Gabrielem à S. Vincentio *de pœnitent. diſp.* 6. *qu.* 45. §. *noſtra ſententia.* Antonium Perez *de Sacram. Pœnitent. diſp.* 5. *num.* 56. dicentem tantùm probabile, & contra quadraginta Doctores, quos dat, & ſequitur Averſa *loco cit.* § *ſed dicendum potiùs.*

1980 Non conſtat inſtitutum à hoc Sacramentum cũ onere explicandi complicem.

Probatur ex dicta 13. *Select.* Et hic nervoſo argumento, quo proſternuntur ſimul contraria. Chriſtus Dominus inſtituens hoc Sacramentum poterat imponere, & non imponere onus explicandi complicem: At de facto non conſtat tale onus impoſuiſſe: ergo declinando ad mitiora, tale onus dicendum non impoſitum fuiſſe; cùm onera non ſint, niſi de illis conſtet evidenter, imponenda. Sic ob alias cauſas quis peccata omittit, quia non conſtat Chriſtum Dominum ſtante tali cauſa impoſuiſſe onus explicandi tale peccatum, fortè ex regula: in generali obligatione ſpecialia non veniunt. *l. obligatione generali, D. de pignoribus. l. item apud Labeonem, D. de injuriis.* Imò cùm adſit obligatio juris naturalis complicem non infamandi, nec conſtet Chriſtum Dominum illi legi naturali diſpenſaſſe; Concludendum eſt complicem non propalandum, ut ſic ſervetur utrumque jus, quoad fieri valet. Accedit, complicem duriùs ferre diffamari apud Confeſſarium fortè ſuum Prælatum, à quo habebatur inter bonos: & præceptum non infamandi juris naturalis, ac Divini prævalet præcepto poſitivo Divino integritatis. Undè ſtante primo, ceſſat ſecundum.

1981 An jus integritatis prævaleat famæ conſocii.

Ex quo corruit cogitatio Antonii Perez *loco cit.* dicentis jus integritatis Sacramenti præponderare jacturæ famæ conſocii; Nam gratis ſupponit probare in concurſu adeſſe hoc præceptum integritatis, cùm non conſtet à Chriſto Domino pro illo caſu impoſitum ſecundo præponderare; jus namque naturale poſitivo præcepto prævalet. §. *ſed naturalia, Inſtitutionum lib.* 1. *de Jure naturali, Gentium, & Civili.*

Intelligas ſi pœnitens nequeat alium adire Confeſſarium; nam potens, tenetur; quia tunc urget præceptum integritatis potens ſervari ſine diffamatione condelinquentis. Communiter Doctores apud Layman *loco cit. num.* 12. 1982 Si tamen pœnitẽs poteſt adire alium Cõfeſſarium, tenetur.

Ex quibus evaneſcunt argumenta adverſariorum. Primo ajunt eſſe hoc Sacramentum per modum judicii, & ſic integrandum etiam diffamatione complicis. 1983 Objectionibus reliquis fit ſatis.

Hæc ratio probaret numquam licere dimidiare confeſſionem, quia ſemper eſt per modum judicii inſtitutum.

Secundo probant: quia eſt levis diffamatio complicis apud Confeſſarium, cui eſt ità, ac ſi non fuiſſet propalatum.

Primo optarem, ut conſulerent propriam conſcientiam, an ipſi vellent diffamari apud Confeſſarium eorum Prælatum. Secundo ipſi debent probare Chriſtum Dominum inſtituiſſe cum tali onere levis infamiæ, jure naturæ prohibitæ, confiteri.

Dicunt tertio, puritatem, & integritatem confeſſionis exigere complicis manifeſtationem.

Petunt principium; nam hæc eſt quæſtio, an in iſto caſu integritas obliget, ut diffametur complex. Non ergo Doctorum placito multiplicanda onera, ſola lege introducenda. Et rigor opinionum relaxandus, ut ait D. Ambroſius in *Pſalmo* 118. ſequiturque Eminentiſſimus Brancatius in *Diſſertationibus de Sacro Viatico*, *fol.* 153. §. *non annuimus.*

Nolo te prætereat Antonii Peretii *loco cit. num.* 58. inventum, quo poteſt quis exprimere ſuum peccatum explicando complicem, conſulendo ejus famæ, equivocè dicendo: cognovi feminam, quam credebam meam ſororem, ſed erravi, & verum nõ eſt, per ly *erravi*, intelligendo peccaſſe, & ly *non eſt verum*, ut Confeſſario propalet; nam manifeſtat totum peccatum; cùm idem ſpecie ſit peccatum factum à ſciente, & ab errante conſcientia. 1984 Nota inventum Antonii Perez.

At ℞ quo inſtruetur pœnitens hujuſmodi occaſionibus. Et in terrulis, ubi unus Confeſſarius eſt, ſingulorum habens notitiam, quomodo componentur.

An Confeſſarius denegans abſolutionem pœnitenti nolenti manifeſtare complicem, ſit denunciandus Inquiſitioni?

ADeo vera eſt noſtra ſententia complicem non diffamandum, ut tanquam ſententem licere infamare proximum, denunciandum Inquiſitioni voluerint Confeſſarium nolentem abſolvere, niſi pœnitens manifeſtet complicem, docuerunt Medina *lib.* 2. *Summa cap.* 4. §. 1. Lopez *par.* 1. *inſtruct. cap.* 27. §. *commendamus.* 1985 Non eſt denunciandus Confeſſarius ſi nolit abſolvere illũ qui nõ vult complicem manifeſtare.

Verum non eſſe denunciandum ob gravem auctoritatem Doctorum ſentientium oppoſitum, docuit Coriolanus *de caſibus reſervatis part.* 1. *ſect.* 3. *art* 9. *num.* 3. Villalobos *tom.* 1. *Summa tract.* 9. *diffic.* 29. *num.* 9. Del Bene *tom.* 2. *de officio Sanctæ Inquiſitionis par.* 2. *dub.* 195 *ſect.* 62.

Quando Confeſſio eſt iteranda?

COnfeſſio eſt iteranda ſemper ac eſt invalida defectu pœnitentis, vel Sacerdotis. 1986 Cõfeſſio iteranda eſt ob defectum eſſentialem.

Eſt invalida ſi quis voluntariè abſque rationabili cauſa non confiteatur omnia peccata, quorum recordatur.

Idem eſt ſi examen omittat, examen enim eſt de Jure Divino requiſitum. Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 5. *can.* 7. Nam ex præcepto, quo quis tene- 1987 Si omittetur examen.

cur

tur ad integritatem, tenetur ad examen; qui enim tenetur ad finem, tenetur ad media. De quo examine vide supra fusius.

1988 Si peccetur in confessione. Adest quoque regula generalis: Semper confessio est iteranda, quando quis peccat in confessione, quia tunc est sacrilega. Idem dicas si deficiat dolor de peccatis, & multo magis si deficiat propositum, & vitæ emendatio; quia tunc deficit pars essentialis Sacramenti.

1989 Si Sacerdos careat Jurisdictione, secùs si publicè sit expositus, & ignoretur Jurisdictione carere. Ex defectu Sacerdotis, si careat debita jurisdictione, & auctoritate necessaria ad absolvendum; quia tunc non potest absolvere, adeoque non conficit Sacramentum. Intelligas si facta sit Sacerdoti confessio, quem sciebat non habere jurisdictionem. Nam si facta sit ignoranti, qui publicè esset expositus, bona fide validum efficeret Sacramentum, Ecclesia supplente jurisdictionem.

An quis teneatur repetere omnia peccata, quando confessio fuit sacrilega?

1990 Quomodo repetenda Confessio sacrilega. EX alibi dictis sufficit dicere, accuso me de peccatis omnibus, & singulis tibi dictis: intelligas dummodo confessio fiat eidem. Granados, & Ferrandinus apud Dianam *part.* 2. *tract.* 7. *resol.* 41.

De aliis Circumstantiis Confessionis.

§. V.

1991 Confessio sit simplex. PRimo, debet esse simplex, scilicet quod non dicantur superflua. Quod requisitum non est necessarium. Henriquez *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 2.

Humilis. Secundo, debet esse humilis, hoc est flexis genibus, capite aperto, &c. Hoc si omittatur, est veniale ad summum, cum causa neque est veniale.

Pura. Tertio, debet esse pura, hoc est ad bonum finem. Potest tamen quis uni confiteri mortalia, alteri venialia ad servandam bonam opinionem, aut nomen, & hic est actus prudentiæ. Sylvester v. *Confessio* 1. *qu.* 7 *n.* 9. Victoria *de Sacrament. n.* 196.

Fidelis. Quarto, debet esse fidelis, intelligas nè mentiatur in re gravi, hoc est nè peccet mortaliter mentiendo: undè mendacium leve non tollit veritatem absolutionis. Coninck *de penitent. disp.* 6. *dub.* 2.

Frequens. Quinto, debet esse frequens. Sed hoc de consilio.

Nuda, idest clara. Sexto, debet esse nuda: hoc est clara, non palliata. Intelligas quantum sufficit, ut Confessarius cognoscat peccata

Discreta. Septimo, debet esse discreta: hoc est, ut eligatur Confessarius probus, & doctus, & ut peccata dicantur pudicè. Henriquez *cap.* 5.

Libens. Octavo, debet esse libens: hoc est cum intentione suscipiendi Sacramentum, & timor nè sit excommunicatus non impedit Sacramentum.

Verecunda. Nono, sit verecunda: hoc est cum dolore de peccatis; nam externa erubescentia non est necessaria.

Secreta. Decimo, debet esse secreta. Trident. *sess.* 14. *cap.* 5.

Lacrymabilis. Undecimo, lacrymabilis: intelligas de dolore peccatorum, nam externæ lacrymæ non sunt de præcepto.

Accelerata. Duodecimo, accelerata: idest currente periculo mortis.

Fortis. Decimotertio, fortis: hoc est nè relinquantur peccata timore, vel verecundia.

Parata parere. Ultimo, parere parata Confessario: intelligas in necessariis.

Undè versus:

Sit simplex, humilis Confessio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda,
Integra, secreta, & lacrymabilis, accelerata,
Fortis, & accusans, & sit parere parata.

De Dolore.

CAPUT VI.

1992 Dolor supernaturalis essentialiter requiritur. DOlorem supernaturalem esse partem materialem proximam hujus Sacramenti, patet ex Trid. *sess.* 14. *cap.* 4. D. Thomas 3. *part. qu.* 84. *art.* 1. *ad primum.*

De quo plura, & primo:

Quid, & quotuplex sit Dolor.

§. I.

1993 Doloris definitio. DOlor est detestatio peccati cum proposito non peccandi de cetero ex motivo supernaturali. Trident. *sess.* 14. *cap.* 4.

1994 Duplex est naturalis. Duplex est, naturalis, & supernaturalis. Naturalis est ex motivo naturali viribus naturæ elicitum: ut si quem pœniteat vulnerasse timore exhæredationis. Supernaturalis, si ex motivo supernaturali gratiæ cooperantis viribus, quem pœniteat peccasse.

Et supernaturalis. Supernaturalis est duplex. Primus perfectus, alter imperfectus. Perfectus est Contritio, & est detestatio peccatorum, prout sunt offensæ Dei summi boni, imbibit actum amoris Dei, nam debet esse talis, quo justificetur impius extra Sacramentum. Trident. *sess.* 14. *cap.* 4 Detestaturque omne peccatum, etiam originale Deo invisum. Antonius Perez *de penitent. disp.* 3. *num.* 2. (9)

1995 Contritio non est forma ex se sanctificans. Contritio non est forma ex se justificans peccatorem contra Vasquez; nam est actus transiens, & forma sanctificans est permanens. Est tamen ultima dispositio ad gratiam. Trident. *sess.* 6. *cap.* 3. & 7. sub præcepto elicienda. Lucæ 13. si alio actu justificari quis nequeat. Quod præceptum non obligat illicò post flagitium lethale, ut probat usus fidelium. Suarez *disp.* 15. *sect.* 15. Lugo *disp.* 7. *sect.* 11. In quo differt morbus spiritualis à corporali, deindè fortè insanabilis, nisi illicò occurratur. at obligat tale præceptum currente periculo, vel articulo mortis, ratione cujus, nè quis perpetuò pereat, sibi consulere tenetur. Vasquez, Valentia, Cajetanus apud Dicastillum *disp.* 7. *num.* 25. Antonium à Spiritu Sancto *tom.* 2. *Direct. tract.* 4. *num.* 102.

1996 Attritio quid? Imperfectus dolor dicitur Attritio, estque detestatio peccatorũ contra Deum cõmissorum ex supernaturali motivo, ut est turpitudo peccati, metus pœnarum æternarum, vel temporalium à Deo inflictarum, lumine Fidei cognitarum. Trident. *sess.* 14. *cap.* 4. Trullench *lib.* 6. *de Sacram. dub.* 1. post D. Thomam, Suarez, & Vasquez. (10)

Con-

(9) Longe distat Auctor à Propositione 19. in ordine Alexandri VIII. damnata, quæ sic habet: *Homo debet agere tota vita pœnitentiam pro peccato originali.* Quia non asserit dolendum esse de peccato originali, sed in ipso dolore perfecto, seu Contritione, uti detestatio peccatorum, prout sunt offensæ Dei summi boni, includitur detestatio peccati originalis.

(10) Hinc meritò damnata est Propositio ab Innocentio XI. 57. in ordine: *Probabile est sufficere attritionem naturalem, modò honestam.*

1997 *Contritio ex motivo supernaturali detestatur peccata appretiativè, non intensivè.*

Contritio autem debet ex motivo supernaturali Divinæ caritatis super omnia mala detestare peccata appretiativè, non intensivè. Suarez *tom. 4. in 3. par. disp. 4. sect. 2. num. 14.* Vasquez *qu. 85. art. 2. dub. 1. num. 45.* Lugo *de penitent. disp. 5. num. 10.* Hurtadus *disp. 2. diffic. 2.* Et consequenter semper est contritio, quæ elicitur propter Deum summum bonum offensum, cognitum lumine Fidei. Navarrus in *Summa cap. 1. num. 1. & 10.* Aversa *de Sacramen. penitent. qu. 2. sect. 14. §. secundo.* Gabriel à S. Vincentio *de penitent. disp. 2. q. 6. §. nostra sententia.*

Detestatio itaque in utroque dolore debet esse super omnia mala appretiativè, non intensivè. Appretiativè est, quando magis est abominanda offensa Divina, quàm omne aliud malum. Intensivè verò est, ut dolor sit magis acutus, magisque intensus, quàm sit dolor cujuscumque alterius doloris.

Ad verum itaque dolorem non requiritur intensivè, sed satis est, vel unus gradus doloris supernaturalis sufficiens ad recipiendum hoc Sacramentum, & hoc modo dolor debet esse super omnia appretiativè, non verò intensivè. Undè potest esse, ut quis intensivè magis doleat de morte patris, sed appretiativè magis debet dolere de peccato.

1998 *Non cõmittendum veniale etiam pro liberatione omnĩu damnatorũ.*

Hinc patet aliquem non posse committere unum veniale, etiam pro liberandis omnibus damnatis, etiamsi Deus secus vellet (quod impossibile est) damnare omnes Beatos, nisi quis venialiter peccaret, tunc veniale non est committendum; Imò nec pro impediendo mortali alterius, imò nec pro impediendis omnibus peccatis aliorum, quis nequeat committere unum veniale. Et ratio est, si id liceret, esset, & non esset peccatum, esset, ut supponimus, non esset, quia liceret, & quando licet non est peccatum.

An Sacramentum Pœnitentiæ requirat essentialiter dolorem supernaturalem?

1999 *Confessio essentialiter requirit dolorem supernaturalẽ.*

AFfirmat ex Trident. *sess. 14. cap. 4.* Nam est dispositio ad gratiam, & sic in eodem ordine supernaturalitatis. Undè attritio naturalis non est materia hujus Sacramenti, nam non disponit ad gratiam.

Quantitas doloris.

2000 *Dolor sufficit etsi sit intensus in minimo.*

SAtis est dolor, supernaturalis cujuscumque minimæ intensionis, puta ut unum: ità Theologi ferè omnes, contra Adrianum in 4. *de penit. qu. 2.* Sotum *dist. 17. de penit.* dicentes, requiri dolorem summè internum.

Probatur, quia peccatum mortale etiam minimi gradus sufficit ad delendam gratiam: ergo dolor minimæ intensionis est satis ad disponendam gratiam.

Duratio.

2001 *Non est necesse ut dolor actu duret semper, sed quoad effectum.*

DOlor iste supernaturalis non est necesse ut actu semper duret: licèt debeat durare quoad effectum, Ratio est, quia peccatum per unum instans deleri potest à Deo; ergo satis est, si per unum instans ponatur dolor disponens ad gratiam.

Differentia inter Contritionem, & Attritionem?

§. II.

Quænam differentia est inter Attritionem, & Contritionem?

2002 *Contritio est ultima dispositio ad gratiam, & ex amore nascitur, nõ sic attritio.*

COntritio, & attritio inter se differunt essentialiter. Primo, quia contritio est dispositio ultima ad consequendam gratiam, attritio non sic. Secundo, quia contritio nascitur ex amore, attritio verò ex timore.

Attritio sine Sacramento non sufficit. Contritio verò sine Sacramento sufficit. Contritio est ex imperio caritatis. Attritio verò non. 2003 *Attritio cũ Sacramento sufficit, Contritio absque eo.*

Hìc de utraque erit sermo.

De Attritione.

§. III.

ATtritio est *detestatio peccatorum contra Deum ex motivo præciso à Divino amore;* sivè *est actus, quo quis detestatur peccatum ex aliquo motivo non respiciente Deum summè amabilem.* 2004 *Quid sit Attritio ostenditur.*

Est duplex, naturalis, & supernaturalis. 2005 *Est duplex naturalis, & supernaturalis.*

Naturalis est ex motivo naturali. Supernaturalis est ex motivo supernaturali, ut si detestetur peccatum ob ejus turpitudinem notam lumine Fidei, ob pœnas à Deo peccato decretas. Trident. *sess. 14. cap. 4.* Trullench *lib. 6. de Sacramentis cap. 5. dub. 1.* post D. Thomam.

Attritio naturalis potest esse peccaminosa, si sit ex motivo peccaminoso, ut si quem pœniteat peccasse, quia turpiùs non peccavit. 2006 *Naturalis aliquando peccaminosa.*

Secunda potest esse naturalis non peccaminosa, si sit ex motivo non malo; ut si quem pœniteat patrem vulnerasse, quia dedit causam suæ exhæredationi, si quem pœniteat flagitium commisisse, quia indè degradatus fuit, irregularis fuit, &c. 2007 *Aliquando non, ex suo motivo.*

Secundo datur attritio negativa, & præcisiva. 2008 *Attritio negativa excludit gratiam, & Cõtritionem.*

Negativa, sivè exclusiva est, quæ excludit gratiam, contritionem: ut si quem doleat tantùm positivè, quia ex peccato degradandus est, non quia peccatum continet Dei offensam; & non doleret, si pœna degradationis deesset: & hic actus positivè excludit contritionem, cùm positivè excludat Divinum amorem: committeretque peccatum, nisi adesset illa pœna. D. Augustinus *de spiritu ad literam cap. ultimo,* ibi: *consensu est peccatum, quod utique fieret, nisi pœna terreret,* & *lib. de natura, & gratia c. 57.* ibi: *in ipsa enim voluntate reus est, qua mallet, si fieri posset, non esse, quod timet.* Et de isto dolore currit dictum Divi Augustini *lib. de spiritu, & litera cap. 8. cap. 19. cap. 32.* asserentis non fieri amore Dei, quod fit timore pœnæ.

Secundus actus attritionis est præcisivus, hoc est præscindens, non excludens Divinum amorem: ut si quem pœniteat peccatorum metu gehennæ, ob turpitudinem peccatorum dignam æternis pœnis, præscindens à Divina bonitate offensa, & præscindens ab eo, quod non doleret, si deesset turpitudo, malitia, pœna infinita peccati: Et hic actus non excludit positivè Divinum amorem, sed præscindit ab amore Dei super omnia, potestque cum illo conjungi, & potest esse supernaturalis, & vi Sacramenti reddere ex attrito contritum. Exemplo rem ante oculos ponamus: animal negans rationalitatem non potest ad rationalitatem contrahi, sed animal præscindens à rationalitate, potest ad rationalitatem contrahi, & constituere hominem; ità attritio excludens Deum amabilem, nequit contrahi ad Divinum amorem, nec talis attritio est materia Sacramenti, nec est supernaturalis, sed est timor malus, continens affectum peccandi, nisi esset pœna, & quantum est ex aliis motivis, puta ex Deo offenso non desi- 2009 *Attritio præcisiva præscindit, non excludit Divinum amorẽ, & potest ad eum referri.*

steret

fieret à peccando. De quo verificatur dictum Divi Thomæ 2.2. *qu.19. art.4.* talem timorem esse servilem malum, quia non amat justitiam, sed tantùm pœnam timet.

At attritio supernaturalis præscindens à Deo summè amabili, potest contrahi; nam non excludit Deum summè amabilem, & vi Sacramenti pœnitens fit ex attrito contritus, hoc est acquirit vi Sacramenti gratiam, & Divinum amorem. Caram. in *Regula Divi Bernardi num.* 284. *folio mihi* 268.

2010 Attritio secundum se non fit Contritio.

An actus Attritionis fiat actus Contritionis?

NEgant secundum se. D. Thomas in *4. dist.* 17. *qu.2. art.1. qq.3.* & in *supplemento tertiæ partis qu.1. art.3.* Arriaga *tom.8. disp.11. n.13.* Aversa *de Sacram. pœnitentia qu.11. sect.15.* Gabriel à S. Vinc. *de Sacram. Pœnitent. disp.2. qu.7. §. quarta difficultas.* Exparza *tom.2. qu.89. art.6.* sequuntur Magistrum in *4. dist.16. & 17.*

2011 Attritio, & Cõtritio differunt essentialiter in se, & in motivis.

Ratio, quia actus attritionis, & contritionis differunt essentialiter in se, & in motivis. Attritio enim non respicit Deum amabilem, contritio respicit; attritio sola non justificat; contritio justificat. Triden. *sess.6. cap.3. & 7.* & sicuti nequit una essentia in aliam transmutari, si consideretur secundum se; ità nec attritio in contritionem.

Quomodo ergo fit ex attrito contritus?

2012 Attritus fit contritus, si contrahas attritionem ad Deum sũmè amabilẽ.

PRimo, si dolor attritionis præscindens à Deo summè dilecto contrahatur, & attingat Deum summè dilectum; tunc ille dolor, qui antè erat imperfectus attritionis, perfecto motivo fit contritionis, nec repugnat, ut idem actus respiciat plura motiva, sicuti eadem visio, quæ videt unum, videt etiam aliud objectum, si proponatur, eritque perfectior visio ex perfectiori objecto.

2013 Tum attritus fit contritus virtute Sacramẽti retinendo gratiam.

Secundo, fit ex attrito contritus vi Sacramenti, hoc est, quoad effectum habet attritio cum Sacramento gratiam, quæ datur vi ipsius contritionis. Perseveranto ergo attritione, accedente Sacramento confertur gratia, habetque

2014 Quam ex contritione obtineret.

pœnitens idem ac si esset contritus. Aversa *loc. cit. §. sexto demum.* Exparza *tom. 2. quæst. 84. art.6.*

Qualis attritio supernaturalis, & ob quod motivum satis sit ad valorem Sacramenti?

2015 Attritio præcisiva afficiẽs omnia peccata, de eis dolens ob damna spiritualia, aut temporalia, ut à Deo inflicta, vel infligẽda, satis est ad valorem Sacramenti.

SAtis est attritio supernaturalis præcisiva afficiens omnia peccata, quæ sunt in anima pœnitentis, sivè ei nota, sivè ignota, sivè dubia ob metum pœnæ æternæ, vel temporalis, ut à Deo inflictæ, vel ob turpitudinem, & malitiam peccati; ità ut odio habeat peccatum turgidum tanta malitia, ut justè tot pœnis puniatur, nec satis esse odisse pœnas, non peccatum; nam tunc esset detestatio non culpæ, sed pœnæ. Trid. *sess.14. cap.4. & cap.9.* adeòque dolor peccatorum ob gehennæ, & Purgatorii metum, amissionis vitæ, honoris, famæ, salutis corporis, bonorum à Deo inflictæ ob peccati malitiam, sufficit ad valorem Sacramenti, ut pœnitens per Sacramentum fiat ex attrito contritus. Tridentin. *loc. cit.* Lugo *disp.5. num.133.* Suarius *disp.5. sect.3. n.15.* Fagundez *præcepto 2. cap.5. num.3.* plures apud Dianam *par.9. tract.9. res.51.* Hurtadus *disp.6. difficultate* 5. Llamas 2. *par. Methodi cap.2. §.6.* Perez *de Sacramento Pœnitentia disp.7. num.56.*

Sed modò recrudescit major concertatio.

An attritio supernaturalis ex solo metu gehennæ, & pœnarum à Deo infligendarum ob peccati malitiam, sufficiat ad Sacramentum sine inchoato actu Divini amoris?

AFfirma: ità communior Theologorum, contra aliquos ex Academia Lovaniensium, docentes ultima Maii 1662. non sufficere attritionem ex solo gehennæ, & pœnarum metu à Deo inflictarum; sed insuper requiri imperfectum, & inchoatum actum Divini amoris, benevolentiæ, ad hoc ut sufficiat cum Sacramento ad justificandum. 2016 Ista Attritio sufficit absq; actu inchoato amoris Dei.

Probatur nostra sententia ex Constitutione Alexandri VII. 5. Maii 1667. incipit: *Sanctissimus*, ubi hæc sententia dicitur inter Scholasticos communior, & nulla posse inuri nota, ut habes *Anacephaleosis tit.35. in calce.* 2017 Probatur ex Constit. Alexandri VII. cujus verba habes loco ab Auctore citato.

Probatur secundo, quia inchoata contritio est contritio, inchoatus actus amoris supernaturalis, est actus amoris, sicuti inchoatus homo, est homo; nam inchoari est incipere, & quod incipit est id, quod perseverat, & gradatim crescit, ergo si non requiritur absolutè contritio, & actus amoris, nec requiritur inchoata vera contritio, & verus actus amoris. Attritio cũ amore inchoato est contritio.

Confirmatur; nam ly *inchoatus*, ly *imperfectus*, vel est additus distrahens, vel tantùm restringens. Si restringens, jam habet perfectam naturam Divini amoris, & contritionis, quæ etiam extra Sacramentum justificat, saltem ut completa ultima dispositio. Vel est additus distrahens, & tunc revera non est actus amoris, contritionis, ut homo pictus non est homo. Cõfirmatio.

Tertio probatur, quia Sacramentum Pœnitentiæ est mortuorum; ergo ex se non debet supponere gratiam, sed peccatum delendum in anima; ergo ex se non debet supponere actum verum Divini amoris; nam tunc supponeret per se gratiam, adeòque non esset Sacramentum mortuorum. 2018 Pœnitentia est Sacramẽtum mortuorum.

Quarto, quia sine actu perfectæ contritionis, veri amoris Dei, potest haberi plena detestatio peccati prærequisita ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ; ergo ad attritionem supernaturalem non requiritur verus amor Dei benevolentiæ. Consequentia est bona. Antecedens patet, quia animus pœnitentis cooperante Divina gratiâ cognoscens malitiam peccati tantis dignam pœnis à Deo justissimo infligendis, & inflictis, temporalibus, & æternis, movetur ad fugam, & horrorem tanti mali, ità ut nollet illud antea commisisse, & in posterum nolit committere, quia peccatum tantum malum est, tot dignum pœnis, sitque malitia per se detestabilis, punibilis; adeoque fugienda. Qui actus supernaturalis elicitus gratia cooperante, fide illustrante, nullum continet actum benevolentiæ erga Deum, habetque solam aversionem à malo: quod exigitur à Tridentino, & appellatur attritio non justificans extra Sacramentum. 2019 Sine actu perfectæ Cõtritionis, vel amoris Dei, haberi potest detestatio peccatorum.

Quinto, patet ex Trid. *sess.14. c.4.* ubi prædicta attritio est donum Dei excludens voluntatem peccandi, & continens spem veniæ; nam non solùm aversatur pœnam, sed etiam culpam. 2020 Probatur ex Trident.

Objicies primo, cum Lovaniensibus. Trid. *sess.14. can.5.* ibi: *Si quis dixerit, eam contritionem, qua paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando* 2021 Objectionibus fit satis

pec-

peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incursum, cum proposito melioris vitæ, non esse verum, & utilem dolorem, nec præparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam, & magis peccatorem; demum illum esse dolorem coactum, & non liberum, ac voluntarium: anathema sit. Ergò attritio debet esse detestativa peccati, ergo debet habere amorem Dei, & metum æternæ damnationis, ergo non sufficit damni temporalis formido.

Confirmatur, quia dolet se amisisse beatitudinem; ergo dolat se amisisse Deum, qui est beatitudo; ergo amat Deum, quem dolet se amisisse: nam cum dolora non amittitur, nisi quod cum amore possidetur, ut ait D. Augustinus.

Respondetur, textum Tridentini probare nostram conclusionem: nam ibi non est amor benevolentiæ circa Deum, sed cognitio, & odium turpitudinis peccatorum, quæ eliciuntur ex bono beatitudinis æternæ amissæ, & ex malo æternæ pœnæ incurrendæ, quæ duo inducunt ad fugam, & detestationem peccatorum.

Ad Confirmationem patet, quia Tridentinum tantùm asserit ponderationem peccatorum, & detestationem illorum ex bono amisso, & malo imminenti, in quo non est amor amicitiæ Dei, sed fuga peccatorum.

Dices secundo, timor mali temporalis non est supernaturalis; ergo non sufficit ad Sacramentum.

2022 Attritio detestatur peccatú ob malum temporale viribus gratiæ à Deo inflictum.

Respondetur, timorem mali temporalis, & inde detestationem peccatorum viribus naturæ elicitam, non esse supernaturalem, nec materiam Sacramenti pœnitentiæ, sed esse materiam Sacramenti pœnitentiæ aversionem, & detestationem peccatorum viribus gratiæ elicitam modo explicato: nam tunc non est servilis affectio timore solius pœnæ, quæ non justificat. D.Tho. 2.2.*qu.*19.*art.*4. sed ipsam peccati malitiam detestatur lumine fidei cognitam, mediante beatitudine amissa, & pœna peccato decreta à Deo.

Dices tertiò, Sacramentum pœnitentiæ, & martyrium pari passu ambulant, sed martyrium sine caritate non justificat. 1. ad Corinth. 13. ibi: *si tradidero corpus meum, ità ut ardeam, caritatem non habuero, nihil mihi prodest.* D. Tho. 3.*par.q.*66.*art.*11. *ad secundum:* ibi: *effusio sanguinis non habet rationem baptismi, si non sit cum caritate;* ergo idem dicendum est de Sacramento confessionis; ergo attritio supernaturalis sine divino amore, saltem inchoato, non prodest.

Respondetur, non eodem modo in omnibus de martyrio, & de Sacramento confessionis discurrendum; cùm martyrium etiam justificet infantes, qui moriuntur pro Christo, & nullum eliciëntes actum. Non ita confessio; & martyrium non est Sacramentum: At pœnitentia est Sacramentum à Christo Domino institutum, & cùm sit Sacramentum mortuorum debet supponere per se, non gratiam, sed peccatum delendum, adeoque ex Trid. *sess.* 14. *c.* 4. satis si habeat attritionem etiam cognitam, præterquam quod quid de martyrio, & an martyrium receptum ab attrito ex Divina dispositione sufficiat ad salutem, explicabimus cùm de martyrio. 2023 Martyrium, & Pœnitentia non in omnibus cõparantur.

Dices quarto, quando concurrit materia certa, & materia dubia Sacramenti, tunc adhibenda est materia certa omissa dubia; sed contritio est materia certa Sacramenti, attritio est dubia; ergo est adhibenda contritio, non attritio pro materia Sacramenti pœnitentiæ. 2024 In concursu materiæ certæ, & dubiæ in Sacramẽtis conficiendis, certum omninò sumẽda est.

Respondetur, concedo majorem, nego minorem: nam hodiè post Tridentinum *sess.* 14. *c.* 4. attritio est materia certa. (11) 2025 Attritio habetur pro materia certa.

An attritio supernaturalis cognita sit materia sufficiens Sacramenti pœnitentiæ. 2026 Attritio est materia sufficiens Pœnitentiæ.

AFfirma. D.Thomas *in* 4. *dist.* 17. *q.* 3. *art.* 5. Scotus *in* 4. *dist.* 14. *quæst.* 4. *art.* 2. Suarez *disp.* 20. *sect.* 1. *n.* 20. Leander dans vigintiquinque Doctores *disp.* 7. *qu.* 9. contra Sotum *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 3. *art.* 2. volentem, attritionem debere esse saltem contritionem putatam. Idque etiam in articulo mortis, plures apud Dianam *p.* 5. *tract.* 3. *resol.* 76. Lugo, Palaus, & alii, contra Suarium *disp.* 15. *sect.* 4. *n.* 17. volentem eliciendum actum contritionis saltem urgente articulo mortis.

Patet primo, ex Trid. *sess.* 14. *c.* 4.

Secundo, quia aliàs Sacerdos non haberet potestatem absolvendi à peccatis, cùm semper inveniret peccata deleta per contritionem.

Probatur tertiò, quia Sacramentum pœnitentiæ est mortuorum; ergo per se supponit peccatum delendum; ergo per se potest ministrari illi, qui est in peccato, si illud supernaturali dolore attritionis detestetur.

An

(11) Si per otium liceret, & loci opportunitas requireret, libenter prosequerer reliqua argumenta, quibus propugnatur requiri amor Dei initialis in dolore ob turpitudinem peccati, aut gehennæ metum ex motivo supernaturali concepto, seu in contritione imperfecta, quæ nunc communiter dicitur Attritio. Et licèt de hoc Attritionis nomine apud antiquos Patres, & Scriptores ullum reperiatur vestigium; tamen vel ad faciendum discrimen inter dolorem perfectum, & dolorem propter peccati turpitudinem, & alia spiritualia damna conceptum, priori Contritionis nomen concreditũ est, posteriori Attritionis nomen est accommodatum, ut observat Guilelmus Estius *in* 4. *dist.* 16. §. 9. Vel ut notat Morinus *lib.* 8. *de pœnitent. cap.* 2. *nu.* 14. Cùm antiqui Scholastici statum haberent perfectam Contritionem Justificationis, & gratiæ gratum facientis esse pedissequam, ut exprimerent, quæ ad ipsam gratiam consequendam præparant, usurparunt nomen Attritionis: „ Itaque (concludit Morinus) nomen „ illud in Scholis vulgari cœpit post annum 1220. „ ceptum, & paucissimis annis post natam Scholasticam „. Tamen actum agerem si rimari vellem hujus celebris Controversiæ statum, & processum; ideo non te pigeat adire Gasparem Juvenin in *Dogm. Hist. de Sacram. Dissert.* 6. *de Sacram. Pœnitent. cap.* 4. *art.* 2. *per* 4. 5. ubi omni argumentorum genere tuetur Attritionem ex timore servili conceptam tantùm disponere, non sufficere ad gratiam recipiendam in Pœnitentiæ Sacramento: & istam non excludere voluntatem peccandi, ipsumque peccatum non aversari, ideoque requirit amorem Dei saltem remissum, & inchoatum. Eundem amorem requirunt in Attritione Contensonius *de pœnitent.* Christianus Lupus *Dissert. de Attritione, & Contritione,* & in *Epist. ad Card. Noris,* ejus *Operum tomo* XI. inserta. Sequuntur Honoratus Tournely *de pœnitent. quæst.* 5. per totam. Ludovicus Habert *de pœnitent. cap.* 8. § 3. & 4. & quamplurimi alii recentiores, vide tandem de hac controversia Balthassarem Francolinum *de Dolore ad Sacramentum Pœnitentiæ ritè suscipiendum necessario, & lib.* 3. *de Disciplina pœnitentiæ cap.* 6. & Joannem Launojum in suo *Opusculo de Mente Tridentini Concilii circa Contritionem, & Attritionem.*

An in articulo mortis pœnitens teneatur elicere actum contritionis pro materia Sacramenti pœnitentiæ.

2017 Etiam in articulo mortis.

NEga. Lugo *disp. 7. n. 272.* Palaus *tract. 23. punct. 5. num. 3.* Diana *p. 3. tract. 4. ref. 98. & p. 5. tract. 3. ref. 76.* Antonius Perez *de Sacramento pœnitentiæ disp. 3. n. 37.* contra Suarium *tom. 4. de pœnitentia disp. 15. sect. 4. num. 13.* Leandrum *p. 1. de Sacramentis tract. 5. disp. 1. qu. 87.* Coninck *disp. 3. dub. 2. num. 5. & 6.* Villalobos *p. 1. tract. 9. difficultate 21. num. 4.* Bonacinam *de pœnitentia disp. 5. qu. 1. punct. 2. num. 5.* Layman *lib. 5. tract. 6. c. 2. n. 7.* Aynchum *de casibus tempore mortis tract. 5. resol. 5. num. 4.* ajentes, tutius contritionem elici, & moribundum teneri conari ad contritionem eliciendam.

Probatur primo, ex Trid. *sess. 14. c. 4.*

Secundò, quia si in morte non sufficeret ad salutem, nec etiam sufficeret sine periculo mortis; quia semper quis tenetur ponere materiam certam, quando illam ponere potest, ex Bulla Innocentii XI. (12) Ergo attritio, vel est materia certa, vel nunquam poni valet: sed poni ex Tridentino valet; ergo est materia certa, ergo semper sufficit.

Probatur tertiò, quia pœnitentia est Sacramentum mortuorum, sivè recipiatur à sano, sivè ab agente animam; ergo semper satis est attritio supernaturalis cognita, nec requiritur contritio; nam nunquam deleret peccatum per contritionem deletum.

Fateor tamen non vi Sacramenti pœnitentiæ, 2018 Ob alia pericula tunc Contritionem elicere.
sed ad removenda alia damnationis pericula, puta defectum ministri, intentionis, baptismi, pœnitentiæ, eliciendum actum supernaturalem Divini amoris, vel contritionis; nam tunc cautiùs operatur, nec videtur res valdè difficilis, Anton. Perez *loc. cit.* Tunc enim est præceptum eliciendi actum contritionis, vel actum Divini supernaturalis amoris, benevolentiæ, etiam extra Sacramentum. Lucæ c. 13.

De Contritione.

§. IV.

COntritio, ut ab attritione specificè diversa, continet actum benevolentiæ Divini amoris, habens pro suo objecto detestationem peccatorum, quia sunt offensa Divini amabilis summi boni supernaturaliter cogniti. Definitur contritio: Est detestatio peccatorum, quia sunt offensa Dei summi boni supernaturaliter cogniti, & imbibit actum amoris Dei. Est tantæ efficaciæ, ut justificet impium etiam extra Sacramentum. Trident. *sess. 14. c. 4.* Joannis 8. Ezechiel. *cap. 18.* Detestaturque omne peccatum, etiam originale Deo summo bono invisum. Antonius Perez *de pœnitentia disp. 3. nu. 2.* Et detestari peccata est nolle illa commisisse; unde afflictio, & mœror. Psalmo 6. ibi: *laboravi in gemitu meo.* Isaiæ 38. ibi: *recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* 2019 Quid sit Contritio definitor, & quale ejus objectū.

Contritio non est forma per se justificans peccatorem, contra Vasq. nam contritio est actus supernaturalis intellectus, & voluntatis transiens, & gratia forma justificans est habitus permanens, ut patet in infantibus recipientibus gratiam sanctificantem sine actu proprio voluntatis, & intellectus. 2020 Non est forma per se justificans impium.

Est tamen contritio ultima dispositio ad gratiam sanctificantem; ut etiam est actus Divini supernaturalis amoris benevolentiæ, qui dicitur justificare extra Sacramentum dispositivè ultimò, quia sequitur post immediatè gratia sanctificans à Deo infusa. Trid. *sess. 5. c. 3. & 7. & sess. 14. c. 4.* (13) 2021 Contritio est ultima dispositio ad gratiam, justificatque impium etiam extra Sacramentum.

Contritio est elicienda sub præcepto, quando quis peccator est in periculo damnationis, nec habet copiam Confessarii. Lucæ *cap. 13.* & tale præceptum non obligat illicò post commissum lethale, nisi instet periculum, vel articulus mortis, ut probat usus fidelium. Suarez *disp. 15. sect. 5.* Lugo *disp. 7. sect. 11.* in quo differt morbus spiritualis à corporali intervenente, vel deinde insanabili, nisi illicò ei occurratur, quia morbo temporali illicò est occurrendum; quia postea 2022 In periculo damnationis est sub præcepto elicienda, si desit copia Confessarii. 2023 An obliget hoc præceptum illicò post commissum lethale peccatum.

(12) Inter Propositiones ab Innocentio XI. damnatas ordine prima hæc est: „ Non est illicitum in „ Sacramentis conferendis, sequi opinionem proba- „ bilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi „ id vetet lex, conventio, aut periculum gravis „ damni incurrendi. Hinc sententia probabili tan- „ tùm utendum non est in collatione Baptismi, Or- „ dinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

(13) Etsi Auctor appositè non instituat quæstionem illam, quæ disceptatur, an semper Contritio perfecta cum voto Sacramenti impium justificet ante realem Sacramenti susceptionem: tamen asserendo hic, & alibi Contritionem justificare peccatorem, esseque ultimam dispositionem ad gratiam, absque ulla restrictione; profectò cum communi Theologorum assensu semper impium Justificationem consequi per perfectam Contritionem cum voto Sacramenti, priusquam illud actu suscipiatur. A qua dissensere, qui ausi sunt docere, Contritionem etsi perfectam non ordinariè, sed aliquando, seu raro hominem peccatorem Deo reconciliare ante Sacramenti susceptionem, sed tantùm in casu necessitatis, quando nempe urget periculum mortis, & aliquibus in casibus, in quibus nequit Sacramentum suscipi: (cui assertioni conformis est Propositio 70. Michaelis Baii, ut infra) Ita cum aliis recentioribus docet Estius in 4. dist. 17. §. 2. acceptus præsertim in interpretatione Tridentini sess. 14. cap. 4. „ ibi: Docet præterea etsi Contritionem hanc ali- „ quando caritate perfectam esse contingat, ho- „ minemque reconciliare, priusquam hoc Sacra- „ mentum actu suscipiatur, &c. „ Ubi Estius interpretatur Concilium asseruisse Contritionem caritate perfectam hominem Deo reconciliare aliquando, idest raro, ut supra dictum est in casibus necessitatis. Cùm Concilium expressè doceat, Contritionem si aliquando contingat esse perfectam, tunc hominem Deo reconciliare cum Sacramenti voto ante realem Sacramenti susceptionem, ut legenti patet. Meritò itaque Estium impugnant doctissimi Theologi freti Sacra Scriptura, auctoritate Conciliorum & SS. Patrum, ac determinationibus Summorum Pontificum, præsertim S. Pii V. Gregorii XIII. Urbani VIII. quibus opposita sententia damnatur in nonnullis Propositionibus Michaelis Baii Doctoris Lovaniensis, quarum inter proscriptas 31. erat: „ Caritas „ perfecta, & sincera quæ est ex corde puro, & con- „ scientia bona, & fide non ficta, tam in Cathecu- „ menis, quàm in pœnitentibus potest esse sine re- „ missione peccatorum. 32. Caritas illa, quæ est ple- „ nitudo legis, non est semper conjuncta cum re- „ missione peccatorum. 33. Homo existens in pec- „ cato mortali potest habere verā Caritatem. 70. Per „ Contritionem etiam cum Caritate perfecta, ac „ voto suscipiendi Sacramentum conjuncta, non „ remittitur crimen extra casum necessitatis, aut „ Martyrii, sine actuali susceptione Sacramenti. „ Hæc tantùm præ loci pressura indicasse sufficiat. Qui itaque præ ceteris Estium impugnant; sunt Gaspar Juvenin in *Dogm. Hist. de Sacram. dissert. 6. de Pœnitent. quæst. 4. art. 1. §. 1. & 3.* Honoratus Tournely *de Pœnitent. quæst. 4. art. 2.* Ludovicus Habert *de Pœnit. cap. 8. §. 1.* Edmundus Simmonet *tom. 3. tract. 15 de Pœnit. disp. 5. art. 7.* & alii, quos cumulat doctissimus noster Adnotator ad laudatum Estii locum.

postea occurri non potest. At lethali animæ etiam postea occurri posse patet, quia non instat periculum, vel articulus mortis saltem probabilis ex frequenter accidentibus. Si ergo premat mortis periculum, vel articulus, ratione cujus quis se exponeret periculo æterni interitus; tunc eodem præcepto, quo tenetur à se avertere tale periculum, tenetur elicere actum contritionis. Vasq. Valentia, Cajetanus apud Dicastillum *disp.* 7. *num.* 25. Anton. à Spir. Sto *to.2. Directorii tract.4.num.*102.

An dolor contritionis debeat esse super omnia appretiative, non intensivè?

2034 Contritionis dolor debet esse super omnia appretiativè, non intensivè.

AFfirma: Suarez *tom.* 4. *in* 3. *partem disp.*4. *sect.*2.*num.*14. Vasq. *qu.*85. *art.*2. *dub.*1. *num.*45. Lugo *de pœnitentia disp.* 5. *num.* 10. Hurtadus *disp.*2. *difficultate* 2. Nam quicumque actus supernaturalis veri amoris benevolentiæ erga Deum summum bonum est sufficiens ad recipiendam gratiam sanctificantem. Lucæ *cap.* 13. & intensio scilicet major, & major actus doloris, amoris Dei auget majorem, & majorem dispositionem ad gratiam, ipsamque gratiam dispositivè, quæ à Deo infunditur major, & major, prout actus contritionis, & amoris Dei est major, & major. Navarrus in *Summa cap.*1. *num.*1. & 10. Aversa *de Sacram. Pœnitent. qu.*2. *sect.*14. §. *sumendo.* Gabr. à S. Vinc. *de pœnitentia disp.*2. *qu.*6. §. *nostra sententia.*

An hac materia doloris proxima Sacramenti sit facilis?

2035 Divina favente gratia hic dolor nõ est difficilis.

AFfirma: prævenìente, & cooperante Divina gratia.

Patet ex D. Thoma de materia Sacramenti sic ajente: *res, quorum usus est necessarius in Sacramentis, vel communiter habentur, vel parvo studio adhibito haberi possunt.* Hæc D. Thomas. Sed dolor supernaturalis attritionis, vel contritionis est per se necessarius essentialis Sacramento Pœnitentiæ; ergo præveniente, & cooperante Divina gratia, adhibita sufficienti diligentia, haberi potest; nec dubitandum de Divina gratia, quam Deus omnibus offert pulsans, nec derelinquit, nisi derelinquatur.

Quæres, an unus dolor sufficiat pro pluribus confessionibus?

2036 Unus dolor non sufficit pro pluribus confessionibus.

NEga: nam neminem latet novis flagitiis subnascentibus, novo dolore esse utendum in distinctis confessionibus.

Quæres, an de eisdem peccatis, quæ pœnituit, si denuò quis confiteatur, novus sit eliciendus dolor?

2037 Si quis denuò cõfiteatur peccata, quæ pœnituit, an elicere debeat novum dolorem.

NEga: atque adeo eodem dolore potest multoties, quis confiteri, si dolor non sit retractatus: Patet, quia peccata possunt esse materia multarum confessionum; ergo dolor ipse potest esse dispositio multarum confessionum, & absolutionum: dummodo dolor non sit retractatus. Ita docet Joannes de la Crux, Ledesma, quos citat Diana *de Sacrament. tract.*4. *resol.* 116. contra Bonacinam *de Sacramentis disp.*1. *pun.*4. Vasquez, & alios. (14)

An dolor de carentia doloris sit satis ad hoc Sacramentum?

AFfirmat Arriaga *loco supra cit. sect.* 5. *num.* 220. Tu tamen nega cum Hurtado *disp.* 6. *diff.* 44. & Vasquez. Nam quis debet dolere de peccato, sed qui dolet de carentia doloris, non dolet de peccato, quia carentia doloris non est peccatum, & Concilium requirit dolorem de peccato. Secus æquè quis posset dicere, sufficere dolorem, si quis dolet se non habere dolorem de carentia doloris. 2038 Dolor de carentia doloris non sufficit.

Fateor tamen difficile esse, quem non dolere de peccatis, quando dolet non dolere; nam signum est peccatum abhorrere, qui magis amat dolere. (15)

An contritio tollat reatum omnis pœnæ? 2039 Reatus culpæ per Contritionem tollitur.

TAntum est culpæ reatum tolli posita contritione. Ezechielis 9. *Revertatur à viis suis, & vivat.* Isaiæ: *convertatur ad Deum, & miserebitur ejus.* Trid. *sess.*6. *cap.*14. & 16. *cap. firmiter. de Summa Trinitate, & Fide Catholica.*

Reatus pœnæ æternæ etiam tollitur. Trident. *sess.* 6. *cap.* 14. & *sess.*14. *cap.*8. *can.* 12. At pœnam temporalem non tollit, nisi adeò intensa sit, ut id mereatur, ex Trid. *sess.*6. *cap.*14. 2040 Et pœnæ æternæ: temporalem autem non tollit, nisi sit intensa, ut id mereatur.

An dolor debeat præcedere confessionem?

ALiqui affirmant, voluntque confessionem à dolore imperandam, quia dolor secum fert propositum non peccandi. 2041 Satis est si dolor absolutionẽ præcedat.

Dicas, satis esse si dolor præcedat absolutionem. Nullibi enim oppositum præceptum invenitur. Vasquez *de pœnitent. q.*90. *art.*2. *dub.*1. *art.*17. Bonacina *disp.*5. *qu.*3. *punct.*2. *num.*18. Hurtadus *disp.*6. *diff.*10. Diana *quæst.*9. *tract.*4. *resol.*134. & *par.* 9. *tract.*9. *resol.* 27. Arriaga *de pœnitent. disp.*37. *num.*4. Suarez *disp.* 20. *sect.* 4. *num.*21. Contra Coninck *disp.*4. *dub.*4. *num.*44. Layman *lib.*5. *tract.*6. *cap.*4. *num.*4. Nam dolor ut dicebamus est dispositio ad gratiam; ergo debet præcedere absolutionem, qua gratia confertur. Omnis namque dispositio præcedit formam.

Imò potest in eodem instanti elici actus doloris simul cum absolutione. Sufficit namque si materia sit simul cum forma, ut probat usus fidelium, quos pœnitet quando absolutionem recipiunt. Meratius *disp.*21. *sect.*2. *in fine.* Granadus *tract.*3. *disp.*3. *num.*7. Antonius à Spiritu Sancto *tom.*2. *Directorii tract.*5. *n.*95.

An quem debeat dolere ad finem confitendi?

NEga: nam Trid. *sess.*14. *c.*4. solùm exigit dolorem, qui sit dispositio ad gratiam: & sic omnium mortalium, non venialium, quorum unum potest sine altero detestari. Arriaga *disp.* 37. *num.*17. Lugo *disp.*14. *num.*37. Reginaldus *lib.*5. 2042 Non est necesse dolere ad finem cõfitendi.

(14) Sed opposita sententia est verior, & in praxi consulenda.

(15) Sententia asserens in confessione mortalium non requiri formalem dolorem, sed sufficere virtualem à Suarez *de Pœnit. disp.*20. *sect.*1. post Tridentinum appellatur temeraria, à Vasquez *de Pœnitent. quæst.*91. *art.*1. *dub.*1. erronea. Unde in confessione mortalium satis non est adhibere detestationem virtualem inclusam in voluntate suscipiendi hoc Sacramentum, & ejus effectum, sine actuali displicentia peccati. Sed quid in confessione venialium? Communis sententia Theologorum est, requiri etiam dolorem explicitum. Tamburinus *Meth. Conf. lib.*1. *cap.*1. §. 1. *num.*2. putat probabile sufficere dolorem virtualem.

*lib.5.num.*54. Contra Suarez *disp.*20.*sect.* 4.*n* 29. Bonacinam *disp.*5. *q.*3. *punct.*2.*num.*115. Perea *loco cit. num.*59. dicentem tamen semper ex se, saltem implicitè respicere confessionem, tanquam medium ad consequendam remissionem.

Quæres, an semper pro singulis peccatis debeat eligi actus doloris?

2043 Sufficit dolor universalis de omnibus peccatis.

NEga: sed satis est dolor universalis omnium peccatorum.

Quæres, an sit peccatum mortale confiteri venialia sine dolore?

2044 Venialia cōfiteri absque dolore mortale est.

NEgat Philippus Faber in 4. *dist.* 17. *quæst. unica disp* 14. *cap.* 3. *num.* 51. Aitque esse veniale confiteri venialia sine dolore, quia est levis irreverentia, si in se levi frustaretur Sacramentum.

Nos dicimus esse peccatum mortale, quia est gravis irreverentia reddere nullum Sacramentum voluntariè; ut enim Sacramentum est dignissimum, ita res est gravissima voluntariè reddere nullum Sacramentum. Ita communissimè docent omnes Theologi.

An attritio universalis de omnibus mortalibus, & venialibus revocetur, si deinde quis committat peccatum veniale?

2045 Attritio universalis de omnibus mortalibus, & venialibus, revocatur per subsequens veniale,

AFfirmat Lugo, negat Gabriel à S. Vincentio *de pœnitent. disp.*4 *qu* 4. v. *quæres.*

Mihi prima sententia placet, si cum dolore universali sit propositum universale abstinendi etiam ab omnibus venialibus; nam pósito novo veniali, illicò revocatur propositum non peccandi, & sic revocatur dolor. Si verò adsit propositum abstinendi à mortalibus cum dolore illo universali; tunc sequens veniale, non tollit dolorem præteritum, & sic tenet sententia.

Concludamus ergo cum D. Thoma 3. *part. qu.*87. *art.*1. *ad* 1. in peccatis mortalibus debere esse dolorem cum proposito non committendi mortalia omnia, & singula; at non requiritur propositum vitandi omnia venialia, & satis est se abstinere si proponat ab aliquo veniali, non ab omnibus, nam hoc infirmitas hujus vitæ non patitur, ut loquitur ipse Angelicus.

De Proposito.

CAPUT VII.

2046 In dolore duplex propositum requiritur.

IN dolore non solùm debet esse detestatio peccatorum, sed duplex propositum requiritur, Primum de non peccando de cetero. Secundum confitendi.

2947 Primum nō peccandi.

Propositum non peccandi semper fuit requisitum, etiam ante legem gratiæ. Trident. *sess.*14. *cap.* 4. ibi: *quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum, &c.* Et hoc propositum potest esse implicitum, & expressum V.G. imposterum proponendo non peccaturum. Implicitum, ut si sit paratus pœnitens Deum non offendere, itaut rogatus an velit Deum offendere, respondeat se nolle ampliùs Deum offendere; nam per hoc propositum avertitur voluntas ab offensa Dei.

2048 Secundum confitendi.

Propositum confitendi impostetum est necessarium post legem gratiæ. Trid. *loco cit.* Et probavit Xystus IV. contra Petrum Oxomensem negantem requiri propositum. Quandoq; etiam potest esse implicitum, & explicitum.

An sufficiat implicitum propositum de cetero non peccandi, quod virtualiter continetur in detestatione peccati?

2049 Propositum inclusum in dolore sufficit.

AFfirma: Nec formale propositum est necessarium: dummodo ad futura non advertat, nam tunc formale propositum requiritur: ideoque occupatus in examinanda conscientia, vel detestando vitia præterita, vel petenda venia, vel excitando se ad dolorem de offensa Dei, si non cogitet actu, dicens intra se, volo abstinere in futurum, sed bona fide confiteatur, verè est contritus; nam in dicta pœnitudine virtualiter propositum de cetero non peccandi continetur. Petrus Sotus *de pœnitent. lect.* 17. Major, & Almainus in 4. *dist.*14 *qu.*1. Villalobos in *Summa tom.*2. *tract.*9. *diffic.* 19. *num.* 8. Coninck *disp.*2. *dub.*6. *concl.*3. Suarez *disp.* 4. *sect.* 3. & *disp.*20. *sect.*5. *num.*32. Layman *lib* 5. *tr.*6. *cap* 4 *num.*6. Sylvius in *addit. ad* 3. *par. qu.*1. Caramuel *Theolog. fundam. tom.* 1. *fundam.* 11. *num.*521.

2050 Prævisio futuri lapsus non impedit, quin sit sufficiens præsens propositum.

Potest stare dolor, & propositum sufficiens, & nihilominus pœnitens existimet non vitaturum omnia mortalia, vel certum aliquod peccati genus, quia antea voluntatis inconstantiam expertus fuit. Et hic pœnitens hoc casu est omninò absolvendus. Sylvester v. *Confessio* 1. *qu.* 21. Lopez *Instruct. p. tr.*1. *cap.*13. *qu.*3. Navarr. *cap.*7. *num.*23. & *cap* 9. *num.*18. Sà v. *absolutio n.*12. Henriq. *lib.*4. *cap.*24. *n.*24. Coninck *de Sacram. disp.*3. *dub.*2. *num.* 19. Bona *par.* 3. *cap.* 9. Diana *par.* 3. *cap.*4. *tract.*4. *resol.*117. & 384. Primus enim est actus voluntatis, & secundus actus intellectus judicantis, ut rectè ait Sylvester v. *Confessio* 1. *qu.* 21. Velle ac proponere est actus voluntatis, existimare autem se relapsurum est actus intellectus.

An habens propositum non peccandi, teneatur tollere occasionem peccati?

2051 In proposito non peccādi est quoque vitare occasiones peccati.

DIximus requiri propositum non peccandi, & confitendi, & in proposito non peccandi requiritur etiam propositum vitandi occasiones peccati, in quo debemus discutere.

An sit differenda absolutio in illo, qui habet consuetudinem peccandi?

2052 Manens in libera consuetudine peccandi, ut indispositus non absolvendus.

CErtum est in proposito non peccandi exigi, ut quis proponat tollere occasionem proximam peccandi, nam quamdiù hęc libera actio possit tolli, & non tollitur, est etiam peccaminosa; nam secum feret periculum peccandi, & liberè se exponere certo peccandi periculo esse peccatum, atque adeo tanquam indispositus nequit absolvi: Nec refert eum pœnitere; nam pœnitentia illa non est sufficiens, neque efficax, nam si esset efficax, pœnitens sumeret media ad non peccandum; cùm volens efficaciter finem, vult media conducentia ad finem. At medium in casu nostro conducens ad finem, est tollere occasionem proximam peccandi; ergo, &c. (16) Sed ut ulterius res intelligatur.

Affe-

(16) In hac materia præ oculis habendæ sunt Propositiones LX. LXI. LXII & LXIII. ab Innoc. XI. damnatæ: „ LX. Pœnitenti habenti consuetudinem „ peccandi contra legem Dei, Naturæ, aut Ecclesiæ, „ etsi emendationis spes nulla appareat, nec est ne„ ganda, nec differenda absolutio; dummodo ore „ proferat, se dolere, & proponere emendationem. „ LXI. Potest aliquando absolvi, qui in proxima „ occasione peccandi versatur, quam potest, & non „ vult omittere, quinimò directè, & ex proposito „ quærit, aut ei se ingerit. „ LXII. Proxima occasio peccandi non est fu„ gien-

Asseras pœnitentem debere tollere occasionem illam, quæ destruit propositum non peccandi; nam ex Trident. ad valorem Sacramenti exigitur dolor efficax cum proposito non peccandi.

2053 *Occasio remota nō destruit dolorem.* Hinc occasio remota non destruit dolorem efficacem; cùm occasio remota possit existere sine peccato.

2054 *Manens in occasione proxima dicitur carere proposito.* Debet tamen tollere occasionem proximam, cum qua ferè semper adest peccatum, & in ea manens, censetur carere proposito non peccandi, quia qui efficaciter non vult peccare, sumit media necessaria ad non peccandum, qualis est remotio occasionis proximæ.

2055 *Absolvitur qui relabitur non ex voluntaria occasione.* Hinc absolvi valet qui relabitur sine occasione peccandi, non verò qui relabitur ex occasione peccandi voluntariè retenta; nam in primo casu frequenter relabens censetur nolle in posterum peccare efficaciter, cùm nullum medium ad peccandum voluntariè teneat: non sic in secundo casu voluntariè arripiens, vel perseverans in proxima occasione peccandi.

2056 *Occasio necessaria non videtur destruere propositum.* Dixi medium, & occasionem voluntariam, nam si occasio sit necessaria, itàut nequeat sine gravi incommodo tolli, tunc medium, & occasio peccandi non dicitur voluntariè detineri, & sic potest stare cum proposito nō peccandi, ut demonstrat nostra *Anacephaleosis*.(17) Hinc primo

2057 *Exercens licitum officiū potest absolvi, si ex eo quandoque peccet.* absolvi volet exercentem licitum officium, licèt inde peccet. Thomas Hurtadus *tract.1. cap. 5. resol. 5. num. 55.* idem *num.* 66. Sed gratia dicens de Hystrione, & Parasito; non enim est ars illa honesta, cum sit infamis sibi, & aliis parans scandala.

2058 *Idem de Medico, Chirurgo, &c.* Secundo, idem dicas de Medico, Chirurgo, Tonsore, quibus ars licita, est incentivum quandoque delinquendi.

2059 *Quid de marito si derelinquat uxorem.* Tertio, idem est de Marito, qui non tenetur derelinquere suam uxorem, etiamsi inde sit in proxima innaturaliter peccandi occasione; quia non est voluntaria, & grave onus esset uxorem derelinquere.

2060 *Quis dicatur in occasione necessaria manere.* Quarto, idem dicas de filiis, ceterisque, qui nequeunt derelinquere Patriam, domum, nec personam indè dimittere, qua cum flagitiosè versantur, eo quod dedecus, scandalum, infamia pullulat. Tancredi *tom. 1. de pœnitent. disp. 3. quæst. 14.*

Quinto, alibi se substentare nequiens censetur in occasione non voluntaria, sed necessaria, & consequenter potest elicere cum dolore efficax propositum non peccandi de cetero. Sancius 10. *Select. num.* 9. At ità non est si valeat propriis laboribus sibi victum soppeditare; tunc enim censetur illa occasio voluntaria, nec absolvi valet, nisi discedat. Hinc sexto resolvitur.

An frequenter peccans, & confitens, non se emendans, debeat absolvi?

2061 *Frequenter peccans, & confitens nō est absolvēdus si peccet ex proxima occasione, secùs si ex fragilitate.* Distinguas: vel se non emendat ex occasione proxima voluntariè peccandi, vel casu, fragilitate. Si primum, nega: si secundum affirma: patet, quia aliàs non posset absolvi frequenter relabens in venialia, & qui semel in anno confitetur, & relabitur sine occasione, nequiret absolvi; maximè quia hic ostendit se non leviter alienum à Sacramento Pœnitentiæ sibi infrequentis: desudandum ergo Confessariis, ut verum dolorem Deo cooperante emungant, nam ut rectè Arriaga *de pœnitent. disp.* 38. *num.* 41. hujusmodi confessiones annuæ, ut plurimum sunt invalidè factæ ad evitandam infamiam, & nè cedulonibus ab Ecclesia publicè declarentur exclusi. Ergo prima Confessarius circumspectè inquiret an dolor sit legitimus cum proposito vero non peccandi.

An existens in habitu peccandi absolvi valeat?

Affinis occasioni est consuetudo, sivè habitus peccandi. Et sic de ea hìc:

De Consuetudine, sivè habitu peccandi.

§. I.

Consuetudo, sivè habitus peccandi inclinans ad delinquendum sequitur peccatum, ut effectus suam causam. Aristoteles 2. *Ethic.* ibi: *sicuti ædificando, ædificatores, citharizando, citharedi efficiuntur, ita quoque justa agendo, justi, temperantia temperantes, fortia fortes evadimus.* Seneca *epist.* 90. *Non enim natura dat virtutem, sed ars est bonum fieri.* 2062 *Consuetudo peccandi sequitur ipsū peccatum.*

An consuetudo sit altera natura?

Affirma: D. Augustinus *lib. 6. de musica*, ibi: *consuetudo quasi secunda, & quasi affabricata natura dicitur, & veluti ligata incurvanda ad malum.* D. August. *lib. 8. Confessionum cap.* 5. ibi: *ex voluntate perversa facta est libido: & dum servitur libidini, facta est consuetudo. Et dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas.* Jeremiæ 13. ibi: *si mutare potest Æthiops pellem suam, aut Pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere, cùm didiceritis malum.* D. Chrysostomos in *cap. 4. epist. 2. ad Corinthios*, ibi: *magna est consuetudinis Tyrannis, adeoque magna ut perindè cogat, ac natura.* Arnoldus Carnotensis, ubi Gilbertus in Psalmis, ibi: *voluntas consuetudinem, consuetudo facit necessitatem.* Ecclesiastici 23. ibi: *jurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in illa.* 2063 *Et est veluti altera natura.*

An consuetudo voluntaria minuat peccatum?

2064 *Consuetudo ad volūtaria non minuit peccatum.* Nega: quia ipsa ponit rem incitantem ad malum, & ipsamet liberè introducta est peccatum, peccati effectus: & consequenter quæ ex consuetudine mala prodeunt, sunt mala volita in causa, licèt inadvertenter hic & nunc ponantur. Sic assuetus furtis, rapinis delinquit furando, & magis delinquit consuetis actibus. D. Chrysostomus *homilia* 22. *ad Populum*, ibi: *cur non prætendit fur consuetudinem, & à suppliciis liberatur.* Inclinatio ergo illa, & necessitas peccandi, est voluntaria in causa; cùm

---

„ gienda, quando causa aliqua utilis, aut honesta
„ non fugiendi occurrit.
„ LXII. Licitum est quærere directè occasionem
„ proximam peccandi pro bono spirituali, vel tem-
„ porali nostro, vel proximi. „ Præter P. Dominicum Viva ad dictas Propositiones, vide P. Cardenas ibidem, ubi late hanc materiam examinat.

(17) *Tit. 17. de periculo, & occasione peccandi.* Ubi diserte de periculo, & occasione peccandi edisserit à *num.* 508. *ad* 539. occasione damnatæ Propositionis ab Alexandro VII. 41. in ordine, quæ sic habet:
„ Non est obligandus cōcubinarius ad ejiciendam
„ concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii, vulgò *regalo*, dum deficiente illa nimis ægrè ageret vitam, & aliæ
„ epulæ tædio magno concubinarium afficerent;
„ & alia famula nimis difficile inveniretur.

cùm ipsa consuetudo liberè fuerit posita. Divus Thomas 1.2. *qu.*78.*art.*4. *in corpore*, ibi: *habitus, quo homo ex malitia peccat, diuturnius peccat.*

Quando consuetudo minuat liberum, & culpam?

2065 Consuetudo detestata, minuit peccatum.

MInuit postquam detestata est, & proponitur extirpanda quantum potest; nam tunc amplius non est voluntaria, nec effectus malus deindè dicitur voluntarius in causa; & sic est minus peccatum, si sit volitus ob impulsum habitus, & si nihil sit volitus, nullum est peccatum. D. Tho. 1.2. *qu.*78. Suarez *de voluntario disp.*3.*sect.*3.*nu.*16. Encelgrave *Lux Evangelica, Dominica tertia Quadragesimæ*, §.4.

An consuetudo peccandi sit explicanda in confessione?

2066. Consuetudo voluntaria est explicanda in confessione.

DIstinguas; vel est consuetudo detestata, vel voluntaria. Si voluntaria puta pejerandi, blasphemandi, tunc ipsa est explicanda, & non actus, qui indeliberatè inde emanant; nam isti tantùm habent malitiam causæ. Tancredi *tract.*1. *de pœnit. disp.* 6. *quæsito* 18. Dicastillus *disp.*9.*num.*415. Lugo *disp.* 16. *num.*204. Antonius à Spiritu Sancto *tract.*5. *num.* 426. Si verò consuetudo sit jam plenè detestata, tunc posito quod prima vice fuerit subjecta clavibus, non est amplius explicanda in confessione, Dicastillus *disp.* 9. *num.*414. Et ita recipio Sanclum, & Caramuelem. (18)

Quomodò mala consuetudo tollatur?

2067 Media quibus tollitur consuetudo proponūtur.

PAulatim, ut paulatim crevit. D. Augustinus *lib.*8. *Confessionum cap.*11. & *Sermone* 10. *de Decollatione S. Joannis Baptistæ*. Secundò tollitur horrore pœnæ, & amore virtutis. Divus Chrysostomus *homilia* 7. *ad Populum Antiochenum*. D. August. *Sermone* 28. *de verbis Apostoli*, ibi: *veterrimissimam consuetudinem timore frenavimus*. Tum etiam cordis compunctione. D. Bernardus in *Floribus cap.*49.*in fine*: *abscindatur ferro acuto compunctionis ulcus inveteratæ consuetudinis.*

Hinc resolvitur:

An pœnitens, & quando in consuetudine peccandi absolvi valeat?

2068 Detestans consuetudinem pravā, & acceptans salutaria remedia, est absolvēdus.

DIstinguas: vel detestatur, & proponit accipere media necessaria ad salutem, & absolvi valet. Vel consuetudinem non detestatur: & tunc tanquam constitutus in proxima occasione voluntaria peccandi absolvi nequit; undè rectè cecinerat Ovidius *lib.* 2. *de remediis.*

Ut penè extinctum cinerem si sulphure tangas
Vivet, & ex minimo maximus ignis erit:
Sic nisi vitaris quidquid revocabit amorem,
Flamma resardescet, quæ modo nulla fuit.

De Forma hujus Sacramenti.

CAPUT VIII.

2069 Quænā sint verba formæ Sacramenti Pœnitentiæ.

EX materia breviter attingamus formam. Forma hujus Sacramenti sunt illa verba, scilicet: *Absolvo te ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti*. Trident. *sess.* 14 *cap.*3. D. Thomas 3.*par.qu.*84.*art.*3. Sotus in 4.*dist.*14. Navarrus *cap.*26.*num.*11.

Non tamen omnia sunt essentialia, ideo singula percurramus verba.

Ego non est de essentia, ut distinctè exprimatur; nam imbibitur in ly *Absolvo*. Sà verb. *Absolutio num.*1. Vasq. 3.*par. qu* 84. *art* 3. *dub.*4. Bonac. *de pœnitent. disp.*5 *quæst.*4 *punct.*1.*num.*1. Trullench *lib.*4.*de Sacram.cap.*1.*dub.*3.*num.*4. Menno in *Bulla Cruciatæ disp.*28.*cap.*12.*n.*120. ajentes esse veniale, contra Fagundez *præcept.*2. *lib.*2.*cap.*4.*num.*4. Becanum *de pœnitent.cap.*29. *qu.*3.*n.*3. ajentes esse mortale 2070 Ego non est de essentia.

Absolvo est essentiale, nam exprimit rem significatam per Sacramentum, scilicet effectum Sacramenti. Trid. *loco cit.* 2071 Absolvo est de essentia.

Te: an sit essentiale, affirmat D.Tho.3.*p.q.*84. *art.*3. Navarrus in *Manuali cap.*26.*n.*11.*disp.*19. *n.*24. Arriaga *tom.*8.*disp.*49.*n.*21. dicentes validam formam, si quis dicat absolvo à peccatis tuis, quia tunc subintelligitur te. At per ly *Absolvo* nō exprimitur reus absolvendus. Leander, dans decem, & septem Doctores *par.*1.*tract.* 5.*disp.*2.*qu.*15. 2072 Te an sit essentiale inquiritur.

Negat, dicens sufficere absolvo, Paludanus apud Caramuelem *Fundam.num.*3158. ajentem vi rationis probabilem, licèt non recedendum à contrario communi usu Ecclesiæ. Sotus in 4. *dist.*22.*art.*1.§.*postremum. in fine*, ibi: *Sanè cum unico verbo possit fieri absolutio ab utroque absolvo te ab excommunicatione, & à peccatis, imò verbum absolvo cum intentione absolvendi ab utroque sufficeret*: ubi ly *imò* plus exprimit quàm antecedens doctrina, undè si expresserat sufficere absolvo te ab excommunicatione, & à peccatis, videtur apertè velle sufficere, si dicatur absolvo. Henriquez *lib.* 2.*de pœnit.cap.*11.*nu.*13. P. Ignatius Tellinus *de Sacram.pœnitent. disp.*12. *qu.*1.*illatione* 1. ibi *ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ sufficit ut Sacerdos auditis omnibus peccatis, dicat, absolvo te, omissis verbis à peccatis tuis*, ut benè tuetur Lugo, contra quem tamen addes sufficere, ut Sacerdos dicat præcisè verbum *Absolvo*. Quod si urgeas, similiter si pœnitente rogante Sacerdotem, absolvis me à peccatis meis? Sacerdos respondeat *etiam*, ejusmodi vocem etiam suffecturam ad valorem Sacramenti, si inquam hoc urgeas, respondeo me cum doctissimo recentiore admisisse, atque iterum admitterem hanc consequentiam, salvo tamen meliori, & sano judicio.

Ratio, quæ hæc movet, est paritas, ut enim ex circumstantiis loci, temporis, loquentis, & confitentis peccata subintelligitur ly *à peccatis tuis*, ità subintelligi poterit *te*, etiam si verbis non exprimatur. Et sicut non obstante Trid. dicente formam esse *Absolvo te, &c.* potest omitti à peccatis tuis, ità poterit omitti *te*; nam ex circumstantiis absolutio in præsentem fertur, & sic afficit peccata confessa, ità personam confitentem, quamvis verbis signanter non exprimatur, exprimitur namque exercitè.

Ego autem non recedo à communi fidelium usu, quo cum malo sentire. (19)

A qua-

(18) Hinc meritò proscripta est Propositio LVIII. inter damnatas ab Innocentio XI. quæ sic habet. „ Non tenemor Confessario interroganti fateri „ peccati alicujus consuetudinem.

(19) Particula *à peccatis tuis* numquam à Confessario omittenda est, cùm rationabiliter omitti non posse videatur; quià nec moraliter evenire potest causa, quæ ad id cogat, nec in eo est aliqua utilitas, & aliunde illam apponendo vitatur quodcumque periculum, quia opposita sententia Gabrielis, Paludani, Petri de Soto asserentium expressionem peccatorum in absolutione necessariò requiri, non est improbabilis. Salmaticenses *tomo* 1. *Theol. Moral. tract.*6. *de Sacram. Pœnitent. cap.*3. *num.*2. post Suarez, Villalobos, Filliuccium, & alios.

A, quæritur an omittere ly A, ab sit saltem veniale?

2073 Omittere ly *A. Ab* non est veniale.

NEgationam latinè idem est absolvo te peccatis tuis, ac à peccatis tuis. Livius *lib.*2.ibi: *consulem regni suspicione absolverunt*. Cicero in *Verrem*, ibi: *veneni absolvit*. Cicero *ad Quintum fratrem*, ibi: *de prævaricatione à Tribunis ærariis absolutus*. Cicer. *pro Roscio*, ibi: *fundi judicio se absolvat*. Cicero *ad Herennium* 2. *absolvit injuriarum illum*. Ex quibus certè concludit Caramuel *Fundam. num.*3157. validam formam esse absolvo te peccatis tuis cum dativo, absolvo te de peccatis tuis, absolvo te à peccatis, absolvo te peccatis tuis, absolvo te peccatorum tuorum.

Omnibus peccatis tuis.

2074 *Omnibus peccatis tuis* nõ est essentiale in forma.

NOn est essentiale. Primo, quia ex subjecta materia determinatur à confessis peccatis, & censuris. Secundo, quia ab omnibus semper subintelligitur, nam nequit remitti unum sine alio ex pluribus, quibus pœnitens gravatur, saltem indirectè. D.Tho.3.*par.q.*84.*art.*3. Lugo *disp.*13.*n.*54. Arriaga *tom.*8. *disp.*49. *à n.*21. Reginaldus *lib.*28. *cap.*2. Diana dans quadraginta tres Doctores *par.*11.*tract.*6. *resol.*16. Antunius Perea *disp.*2. *num.*27. Caramuel *num.*3156. Et illa omittere esse veniale ait Granadus post Bonacinam *disp.*5.*qu.*4.*punct.*2.*num.*2.

Quæres: quodnam peccatum sit absolvere à peccatis ante absolutionem ab excommunicatione majori, & à censuris?

2075 Absolvere priùs à peccatis, & postea à censuris mortale est.

MOrtale, quia censura irretitus excommunicationis majoris delinquit mortaliter recipiendo Sacramenta. Suarez *de censuris disp.*10.*sect.*2 Gobat *Theol. experiment. tract.*7. *num.*163. Suspensio vero, & interdictum, quia non impediunt receptionem Sacramentorum, possunt tolli post absolutionem à peccatis, etiam licitè.

2076 Inadvertenter absolutus tantùm à peccatis, potest denuò à censuris absolvi.

Si verò Confessarius bona fide inadvertenter absolvat à peccatis, non ab excommunicatione, non tenetur pœnitentem bonæ fidei, & sic inculpabilem absolutum, iterum à peccatis absolvere, sed tantùm ab excommunicatione; nam excommunicatio non impedit directam absolutionem in pœnitente bonæ fidei, sed tantùm impedit, in quantum peccat excommunicatus recipiens Sacramentum. Navarr. *cap.* 9. *num.* 3. Suarez *de pœnit. disp.*31. Gobat *loco cit. num.* 168.

In nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti.

2077 *In nomine Patris &c.* non sunt essentialia.

NOn sunt verba essentialia, quia non præscripta à Christo Domino. D.Th. m.3.*par. qu.*84.*art.*3. Petrus Sotus *de confess. lect.*14. Navar. in *Manuali cap.*26.*num.*11. Granadus *tr.*1. *de pœnit.disp.*6.*sect.*1.*num.*5. Hurtadus *disp.*5. *de pœnit.diff.*4. Lugo *disp.*12.*num.*15. Trullench 1. *Decal.cap.*2.*dub.*3.*num.*3. Palaus *tract.*23.*par.*5. *num.*3. Antonius Perez *loco cit.num.*28. contra Durandum in 4.*dist.*22.*qu.*2.*art.*2.

2078 Ea omittere nec veniale est.

Itaut nec sic sit veniale illa omittere; nam non sunt de integritate. Unde illa relinquat in Sacerdotis arbitrium D.Tho. *loc.cit.ad* 3. Leander *par.*2.*tract.*8.*disp.*2.*qu.*12. Ludovicus *qu.*1. *de pœnit.art.*10. *dub.*1. *concl.*1. Valentia *tom.*2. *disp* 7.*qu* 1.*par.*3. Caramuel *Fundam. an.*3155. contra Camerotam *de Sacramentis tract.*7. *cap.* 5. *dub.*1. & alios, ajentes esse mortale. Contra Trullench *loco cit. num.*6. Palaum *loco cit.* Bonacinam *de pœnit.disp.*5.*qu.*4.*punct.*1.*n.*3. ajentes veniale.

2079 Sunt tamen exprimenda ex usu Ecclesiæ.

Licèt verò non sint essentialia, sunt tamen exprimenda, ità probante laudabili usu Ecclesiæ, cui se conformare Confessarius debet.

Misereatur tui, &c.

2080 *Misereatur tui* non est essentiale.

NOn est essentiale, nec veniale omittere præciso scandalo, & contemtu, nam nulli legi contrarium. Fagundez *præcepto* 2. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.*15. Sotus in 4.*dist.*14.*qu.*1.*art.*1. Vivaldus v.*absolutio num.*65. Lugo *disp.*13. *num.*8. contra Granadum *tract.* 1. *disp.*6. *sect.*1. *num.*2. dicentem veniale.

Dominus noster Jesus Christus, &c.

2081 Nec *Dominus N.J. Christus.*

NOn est quid essentiale, nam non invenitur à Christo Domino præscriptum. Joan.22. Et sic nec est venialis omissio illius. Imò in confessionibus ordinariis consultum est omittere præmente copia fidelium. Bonacina *de Censuris disp.*1 *punct.*5. *nu.*3. Coriolanus *par.*1.*sect.* 3.*art.*11.*num.*9. Et urgente necessitate sufficere absolvo te à peccatis, quia in ly *te* includitur *tuis*. Menno in *Bulla Cruciatæ disp.*23. *cap.*12. *num.*124. Sancius 6.*Selectarum num.*13. contra Granadum *tract.*1.*disp.*9.*sect.*1. *num.*2. ajentem esse veniale.

Passio Domini nostri, &c.

2082 *Passio &c.* non est essentiale, nec veniale illud omittere.

NOn est quid essentiale, & sic nec venialis illius omissio, nec ex præcepto Ecclesiæ illa adjungenda sunt. Trid *sess.*14.*cap.*3. Menno *loco cit.* Vivaldus *loco cit. n.* 99. contra Suarez *disp.*18.*sect.*6. *n.*2. ajentem veniale.

An possit post multum temporis separari absolutio à materia?

2083 Absolutio separari potest diù à materia, si perseverat pœnitentis dispositio.

AFfirma: dummodò pœnitens continuet in sua dispositione; nam tunc materia semper censetur præsens. Henriquez *lib.*2.*de pœnit. cap.*15.*num.*3. Reginaldus *lib.*8.*num.*11.

Quæres, an absolutio sit proferenda verbis?

2084 Absolutio omninò verbis proferenda.

AFfirma: patet ex Concil. Florentino, & docent communissimè Theologi, & Canonistæ. Suarez *disput.*19.*sect.* 1. Arriaga *tom.* 1. *disp.*19. *sect.*1.*num.*1. Medina in *cap.de confessione quæst.* 15. *de modo secretè confitendi*. Sotus *sect.*15. *de ratione secreti necessarii, & confessione*. Navarr. In *Summa cap.* 21. *num.*36. Licèt multi alii dicant in extrema necessitate vitæ Sacerdotem posse scripto, vel nuto absolutionem impartire, quia melius est cum dubio, quàm nullo Sacramento mori.

2085 Forma verbis indicativis proferenda.

Forma ergo est proferenda verbis indicativis, imperativis, non deprecativis. Nam sententia est judicialis definitio absolvens, vel condemnans meritò nequit fieri verbis deprecativis, nam Judex non deprecatur aliquem ad absolvendum, sed ex se absolvit decidendo; ergo imperativa, vel indicativa verba exiguntur.

2086 Forma absolutionis mire explicatur.

Fuit quæsitum à Reverendiss. D. Nuntio Apostolico in tempore Ecclesiæ Cathedralis vacantis in publico examine Confessorum. In forma absolutionis dicitur: *in quantum possum, & tu indiges*. Quid enim denotant ista verba; nam videtur quod Confessarius non habeat plenam potestatem absolvendi, quod est falsum.

Responsio est pulchra, & evidens; quod ly *in quantum possum, & tu indiges* non cadit super peccata, sed super censuras; nam unum peccatum non potest tolli sine alio, & omnia peccata confessa tolluntur per absolutionem directè, oblita indirectè.

Et sic cùm censuræ possint esse reservatæ Sum-

Summo Pontifice, aliquæ Episcopo, & aliquæ possunt quandoque absolvi ab ipsomet simplici Confessario; ideò dicit *in quantum possum, & tu indiges*; nam in illa censura, in qua potest absolvere, absolvit, non verò in aliis. Et vides etiam quando profertur forma: *absolvo te ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti in quantum possum, &c.* deindè *absolvo te à peccatis tuis, &c.* nota ordinem.

An, & quomodo possit absolvi à censuris, & peccatis?

2087 Absolutio à censuris, & à peccatis quomodo facienda. EX dictis satis est si dicat, absolvo te, intendens priùs absolvere à censuris, deindè à peccatis. Navarr. in *can. consideret*, *§. cautum num.* 32. *dist.* 5. Sotus in 4. *dist.* 14. *qu.* 1. *art.* 3. Coninck *disp.* 14. *num.* 31. Coriolanus *part.* 1. *sect.* 2. *art.* 14. *num.* 6. Granadus *tom.* 1. *de pœnit. tract.* 1. *disp.* 6. *sect.* 1. *num.* 2. Trullench *lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 3. *num.* 13. Antonius à Spiritu Sancto *tom.* 2. *Directorii tract.* 5. *num.* 35. Imò intendens primò absolvere à censuris, non officit si deindè dicat: absolvo te à peccatis, & censuris; nam antequam dicat à censuris, & peccatis, fuit facta absolutio per ly *absolvo te*.

Quæres, an absens possit absolvi?

2088 Absens nequit absolvi, nec absens confiteri. NEga: quia cùm requiratur dispositio actualis, de qua debet constare tempore absolutionis, meritò absenti dari nequit; cùm nunquam constare potest dispositum actu esse. Et ita decrevit Clemens VIII. die 20. Julii 1602. *Sanctissimus*, ibi re maturè, & diligenter considerata, hanc propositioné, scilicet licere per literas, sive per nuncium Confessario absenti peccata sacramentaliter cõfiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere, ad minus esse falsam, temerariã, & scandalosam damnavit, ac prohibuit. Præcepitque ne deinceps ista propositio publicis, privatisque lectionibus, concionibus, & congressibus doceatur, neve unquam aliquo casu tanquam probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quovis modo deducatur: hæc Clemens VIII. contra Sylvestrum v. *Absolutio*, & Medinam *cap. de confessione*, quos citat, & rectè impugnat Suarez *disp.* 19. *sect.* 3. Arriaga *loco cit. disp.* 10. *sect.* 4. Gabriel à S. Vincentio *de Sacram. pœnit. disp.* 5. *quæst.* 4. (20)

Absolutio ergo debet dari præsenti moraliter: ita ut valeat verificari *te absolvo*, non verò *illum absolvo*. Diana *par.* 5. *tract.* 3. *resol.* 57. Perea *tract.* 7. *de pœnit. disp.* 2. *num* 24. ajens esse præsentem quando potest audire. quod non debet transire sine difficultate.

Quæres, an possint plures simul absolvere unum?

DIstinguas: successivè, vel simul. Successivè, affirma validè, & licitè: ut patet in illo, qui bis confitetur cum eadem materia: Simul, dicas validam esse absolutionem. Suarez *disp.* 18. *sect.* 4. Lugo *loco cit. num.* 164. Arriaga *loc. cit num.* 27. contra Antonium Perez *loco cit. num.* 31. dicentem Sacerdotem carere facultate partialiter absolvendi dependenter ab alio, quia esset inhabilis. Et ad inutile Christus Dominus facultatem non dedit. 2089 Plures possunt simul absolvere.

Sed non video cur non sit adæquata facultas absol-

(20) In sua *Anacephalæosi tit.* 13. *num* 417. Auctor latè Decretum Clementis VIII. exponit, ac examinat congestis pluribus Doctoribus, hinc inde differentibus, quodque hic tantum indicasse contentus est. Verùm rei gravitas non sinit Tyronem nostrum summis labiis quæstionem hanc attingere, nonnulla enim scitu necessaria, ac utilia continet, quæ ignorare pudet: quæque inter sunt. Cùm Clemens VIII. asserere damnet, ac prohibeat sub censuris ipsi reservatis, & suis successoribus, licere Confessario absenti per literas, aut internuncium confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere, inquirunt Theologi, an Jure Divino sit irritum, seu sit contra naturam, & institutionem hujus Sacramenti absenti confiteri, & ab eodem absente absolvi, seu sola Ecclesiæ prohibitione. Secundo, an fuerit id aliquando licitum ante Clementis Decretum, & quid dicendum post ejus prohibitionem. Demùm an accipiendum sit dictum Decretum collectivè, quatenus non damnetur ab illo confessio absentis facta simpliciter per literas, aut per internuncium, sed quatenus illa jungitur cum absolutione, quam Sacerdos in absentem pœnitentem impartitur, an verò utrumque divisim, & collectivè vetitum sit. Circa primum, & secundum quæsitum non conveniunt Theologi; nam sunt qui asserunt non Jure Divino, nec ex natura Sacramenti irritum, ac invalidum illud inter absentes ministrari, ut asserit Honoratus Tournely *de Pœnit. quæst.* 6. *art.* 4. §. *de Confessione per literas, & absolutione absentibus data concl.* 1. Tamen docet accedente prohibitione Ecclesiæ illud irritum fieri, ac invalidum. Cui convenit Morinus cum aliis ab ipso citatis *lib.* 8. *de Pœnit. cap.* 25. ubi pluribus factis historicis probat ante Clementis Decretum Sacramentum Pœnitentiæ validè, ac licitè fuisse administratum inter absentes: Post verò Decretum Clementis ait omninò illud irritum, ac invalidum esse. Alii tamen rectiùs propugnant ex Divina Institutione, Apostolica traditione, ac universali Ecclesiæ praxi hoc Sacramentum Pœnitentiæ tantùm inter præsentes administrari posse; adeòque Clementem VIII. novam non induxisse doctrinam, sed antiquam, & communiter receptam declarasse optimè asserunt. Ita Isambertus *disp.* 18. *de Pœnit. art.* 6. ubi revocat priorem à se assertam sententiam. Juvenin in *Dogm. Hist. de Pœnit. quæst.* 7. *cap.* 4. *art.* 1. §. 2. Ludovicus Habert *de Pœnit. cap.* 9. §. 6. aliique innumeri, invictè factis historicis à Morino relatis faciendo satis, quos consule, ut appendas rationum pondera; cùm non sit hujus loci, ac instituti ea examinare. Ultimum, quod id præsens institutum magis pertinere videtur, explanare oportet: nempe Decretum Clementis VIII. non tantùm collectivè accipiendum est, sed etiam divisim, ita ut damnet aut confessionem absentis factam per literas, & internuncium, aut absolutionem datam absentibus, & utrumque simul. Hoc patet evidenter; nam cùm P. Franciscus Suarez in altera suorũ operum editione *tom.* 4. *in* 3. *par. disp.* 21. *sect.* 4. vellet speciosis expositionibus eludere Decretum Clementis, & suam antea doctrinam non fuisse eo telo confixam, asserui non divisim, sed collectivè esse accipiendum dictum Decretum, quatenus ibi damnetur, & confessio absenti facta, & simul absolutio ab eodem obtenta, atque corporalem præsentiam pœnitentis, & confitentis cum Sacerdote absolvente non esse essentialem Pœnitentiæ Sacramento: Ideò meruit secundum fulmen à Paulo V. in eum vibratum, jussumque est expungi dictam sectionem, aliamque non subrogari, uti refert Isambertus *loc. cit. art.* 9. Decretum verò Pauli V. sic habet: „ Feria „ quinta die 14. Julii 1602. in Generali Congrega- „ tione Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitio- „ nis, &c. Proposita causa Patris Francisci Suarez „ Jesuitæ, & consideratis his, quæ scripsit *tomo* 4. *in* „ 3. *par. S. Thomæ sectione* 4 *disp.* 21. interpretando De- „ cretum felicis recordationis Clementis Papæ VIII. „ die 20. Junii 1602. quo damnavit hanc Propositionem, videlicet: licere per literas, seu inter- „ nuncium Confessario absenti peccata sacramen- „ taliter confiteri, & ab eodem absolutionem obti- „ nere; ac etiam maturè discussis his, quæ idem „ P. Suarez adduxit in defensionem suæ interpre- „ tationis: auditis votis Illustrissimorum Domino- „ rum Cardinalium, Sanctissimus decrevit, dictam „ interpretationem non subsistere, & ideò amoven- „ dam esse ab ejus libris, juxta Decreta alias facta „ à felicis recordationis Clementis Papæ VIII. de „ quibus in actis Sancti Officii. Vide tamen Clericat. *decis.* 35. *de Pœnit. n.* 15. ubi admittit absolutionem præsentis, qui per literas antea fuerat confessus.

absolvendi, & ut eadem materia pœnitentis successivè, ità etiam simultaneè potest esse subjectum multiplicis formæ Sacramentalis; & sic puto contra Perez loco cit. n.33. multiplicem recipere gratiam, & multiplex esse Sacramentum, quando multiplex Sacerdos absolvit eum. de Lugo, & Arriaga locis citatis, qui Arriaga docet esse probabiliter etiam unum Sacramentum Eucharistia, quam plures consecrant.

Est etiam id licitum, si fiat urgente necessitate incendii, ruinæ, naufragii pluribus Sacerdotibus bona fida non ex condicto repentè absolventibus; nam cuivis indigenti debet succursi, & inter decernendum, à quo sit absolvendus, moribundos posset decedere.

Et gratis Perez loco cit. num. 38. ad novum Sacramentum novam exigit dispositionem, confessionem scilicet peccatorum, aut dolorem novum; nam ut rectè Recupitus in industriis bonæ mortis, multiplex valet ministrari absolutio moribundis eodem dolore, & confessione.

Quæres: An omnia verba: Absolvo te à peccatis tuis in nomine Patris, &c. *concurrant ad producendam gratiam?*

2090 Verba essentialia concurrunt ad producendā gratiam.

Dicas concurrere tantùm verba essentialia. Arriaga *tom.7. disp.40. num.25.* quia posita causa, ut sunt verba essentialia, producitur effectus. Contra Henriqu. *lib.4. de pœnit. cap 11.* volentem suspendi effectum, donec omnia verba proferantur.

Verba absolutionis non debent proferri modo deprecativo, nec verbis deprecativis, puta absolvat te Deus; quia est sententia Judicialis verè absolvens, non tantùm declarans peccata remissa, nec rogans ab alio remitti. Trident. *sess.14. can. 9.* Sententia verò non fertur deprecativè. D.Tho. *3 par.qu.84.art.3. ad 1.* Suarius contra D.Bonaventuram.

2091 Quomodo proferenda verba formæ.

Si feratur modo imperativo, ut *absolvaris à me*, vel *absolvatur Antonius præsens*, validam esse absolutionem ait Granados *disp. 6. sect. 1. n.24.* Hurtadus *disp.5. diff.30.* Vasq Bonac & Casam. putat semper tenere, si verba de præsenti exprimant absolutionem Judicialem activam, vel passivam, sivè id indicativè, sivè id imperativè exprimant, ut *absolvaris, volo ut sis absolutus, placet te à me absolvi*; nam semper exprimitur potestas Judicialis. Vasqu. Filliucc. contra Cajetanum.

De Absolutione conditionali.

§. I.

2092 Quando absolutio sub conditione valet.

Absolutio sub conditione de præterito, vel de præsenti valet, quia non suspenditur, & quandoque est necessaria, puta si dubitetur an subjectum sit capax, si confitetur peccata dubia, vel non sit certum habera plenum usum rationis. Nam tunc absolutio ministranda est sub conditione, si adsit materia saltem sufficiens, vel si subjectum sit capax. Arriaga, Sanclos, Cajetan. Bonacin. Aversa.

2093 Absolutio sub conditione de futuro non valet.

Sub conditione verò de futuro ministrari nequit, puta absolvo, si non peccabis, si per talem locum non ibis. Perez *de Sacram. Pœnit. disp.1. num. 7.* Palaus, Trullench, Bauni, Hurtadus, Navarrus; nam non est in libertate Ministri suspendere effectum Sacramenti. Arriaga *loco cit. n 4.* Lugo *disp.13. sect.6. n.109.*

Patet, quia conditio de futuro suspenderet; nam est suspensio actus in futurum eventum, & non potest suspendere nec gratiam, nec Sacramentum. Non gratiam, quia est effectus necessarius Sacramenti. Non Sacramentum, quia secùs absolutus sub conditione adhuc existeret in peccato ante purificatam conditionem; nam Sacramentum tollit peccatum, & pendente conditione adhuc non dicitur existere; & consequenter pendente conditione decedens, non esset nec damnatus, nec salvus, sed esset expectanda purificatio conditionis; quod absurdum est.

Secundo, si absolutio posset sub conditione de futuro ferri, exponeretur periculo absolvendi absentem, fortè tempore, quo impletur conditio, quod est reprobatum à Clemente VIII.

Id ipsum tandem decisit declaratio Sacræ Congregationis 6. Septembris 1604. & 18. Martii 1649. apud Pignatellium *tom. 2. consult. 59. num. 49.* scilicet absolutionem Sacramentalem sub conditione de futuro esse nullam.

De Ministro hujus Sacramenti.

CAPUT IX.

Explicuimus materiam, & formam hujus Sacramenti, itaque explicitis essentialibus, disquiramus nunc de Ministro.

Fide Catholica tenendum est contra Wiclephum seculares non posse, sed tantùm posse Sacerdotes esse hujus Sacramenti Ministros. 2094 Sacerdotes, nō laici Jure Divino sunt Ministri hujus Sacramenti.
Trident. *sess.14. cap.6.* & *Can.10.* ibi: *Si quis dixerit, Sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, potestate ligandi, & solvendi non habere, aut non solos Sacerdotes esse Ministros absolutionis, sed omnibus, & singulis Christi fidelibus esse dictum: quæcumque ligaveritis super terram, &c. Anathema sit.* Magister in 4. *dist. 18.* ubi D. Thom. *qu.18. & 3. par. qu.31. art.2.* Joann.20. Jacobi 5. D.Chrysostomus *lib.3. de Sacerdotio cap.5.* Ibi: *omne judicium à Deo filio Sacerdotibus traditum esse: & servorum sententiam Deus confirmat, cum dicit: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.*

Hinc feminæ nequeunt audire confessionem, nec à peccatis absolvere. Bonifacius VIII. *Epist.86.* contra Fraticellos, qui ad alliciendas feminas, ajebant illas posse administrare Sacramentum Confessionis. Verba Pontificis sunt: *Accepimus namque, quòd nonnullæ personæ se contra Sanctam Ecclesiam Catholicam Romanam erigentes, etiam sexus fœminei dogmatizant se ligandi, & solvendi Claves habere, pœnitentes audiunt, & à peccatis absolvunt.*

Hinc infertur Laicum nec in extrema necessitate posse verum absolutionis Sacramentum conficere, etsi Papa dispensante; quia Jure Divino Sacerdotalis character requiritur: 2095 Laicus nec in extrema necessitate absolvere potest à peccatis.
& licèt sit opinio quorumdam, quod in extrema necessitate, puta in articulo mortis possit laicus absolvere moribundum à censuris, maximè si sit excommunicatus, ut docet Sylvester, Armilla, Tabiena, Joannes de la Crux, Abbas, Avila, Albertus, Valerius, quos citat, & sequitur Diana *de Sacramentis resol. 363.* Glossa in *cap. nobis*, & in *cap. Pastoralis. de sent. excomm.* 2096 Quid de absolutione à censuris.
tamen nullatenus hinc inferri potest, quod possit absolvere etiam à peccatis; nam Jure Divino nequit à peccatis absolvere carens charactere Sacerdotali: quod character non requiritur in absolutione à censuris, & consequenter

rectè

rectè dici potest, Papam posse dispensare, ut laicus absolvat à censuris: & ex pietate materna Ecclesię ità præsumitur cum moribundo dispensare.

Quotuplex sit Minister.

§. I.

2097 Minister Pœnitentiæ aut Ordinarius, aut Delegatus est.

Duplex est, unus ordinarius, alter delegatus. Ordinarius ex officio absolvit, ut Episcopus, Vicarius, Parochus, qui Ordinarius dicitur Parochus proprius in jure. *cap. omnis utriusque sexus. de pænit. & remiss. cap. nuper. de sent. excomm.* Antonius Perez *de pænit. disp.* 41.*sect.*1.*num.*4. Delegatus non dicitur proprius Sacerdos, & est qui absolvit carens officio, ratione cujus teneretur ministrare absolutionem. Trid. *sess.*14. *cap.*7. *can.*7.

An Sacerdos non approbatus validè absolvat à lethalibus, aliàs non absolutis?

2098 Non approbatus non potest absolvere à lethalibus aliàs non absolutis.

Nega: defectu proximæ jurisdictionis impeditæ ante approbationem Ordinarii. Trident. *sess.*23. *cap.*15. Vasquez *disp.*93. *art.*1. Suarez *disp.*24. *sect.*2. Hurtadus *disp.*10. *diffic.* 2. cum D. Tho. in 4. *dist.* 17. & 19. Contra Armacanum *lib.* 11. *quæstionum Armenorum cap.* 4. Almainum in 4. *dist.* 17. *art.* 4. Durandum in 4. *dist.* 19. *qu.* 2. & alios apud Navarrum in *Summa cap.* 4. *num.* 4. & alios apud Dianam *part.* 6. *tract.* 6. *resol.* 52. ajentes quemlibet Sacerdotem posse absolvere à lethali in confessione voluntaria, non in necessaria, & ex præcepto; licèt dicant esse illicitam, sed validam absolutionem; quod speculativè probabile ait Bossius v. *Confessarius* 1. *num.* 4. quam severiori censura dignam esse hanc sententiam ait Diana *loco cit.* nàm Trid. *sess.* 14. *cap.* 7. ait nullius momenti esse dictam confessionem.

An à mortalibus, aliàs ritè confessis, & à venialibus, etiam aliàs non confessis valeat simplex Sacerdos absolvere?

2099 Simplici Sacerdoti prohibetur mortalia aliàs confessa, & venialia absolvere ex Decreto Innoc. XI.

Affirmat Arriaga *disp.* 39. *num.* 26. Diana *par.* 8. *tract.* 1. *resol.* 55. & 86. Henriquez dans duodecim Doctores *lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 8. Naldus v. *Confessio num.* 28. Mennus in *Bulla Cruciatæ disp.* 22. *num.* 2. Mecadus *tom.* 1. *lib.* 1. *par.* 1. *documento* 3. *num.* 4. alii apud Bonacinam *disp.* 5. *q.* 7. *punct.* 1. *num* 8. Petrus Ledesma in *Summa de pænit. cap.* 12. *concl.* 4. Logo *disp.* 18. *sect.* 3. Gobat *Theolog. experiment. tract.* 7. *num.* 52. & 79. Perez *de pænit. disp.* 5. *num.* 11. idem dicens *num.* 12. de peccatis nulliter confessis ob defectum non pœnitenti, sed soli Deo notum. Esparza *tom.* 2. *q.* 93. *art.* 7. dicens id esse independens à voluntate Superioris vi solius ordinationis nullibi impeditæ quoad illam materiam, contra Joannem Medinam apud Villalobos *tract.* 9. *diff.* 44. *concl* 4. Sotum in 4. *dist.* 18. *qu* 4. *art.* 2. *ad* 3.

Patet quia vi ordinationis est Judex nullibi, quoad prædictam materiam impeditus jurisdictionem exercere. (21)

Sed difficultas est:

An oblita mortalia valeant à simplici Sacerdote absolvi, si ad memoriam deinde veniant?

2100 Lethalia oblita nequeunt à simplici Sacerdote absolvi.

Affirmat Valerius v. *nullius diff.* 5. & probabile ait Mecadus *loc. cit. n.* 4. De qua probabilitate dubitat Gobat *loc. cit. num.* 79.

Nobis oppositum sustinendum, quia oblita ad memoriam redeuntia sunt materia necessaria, requirentia quoad judicium eandem jurisdictionis solemnitatem, ac cetera aliàs non confessa, & oblivio solùm efficit nè pœnitens peccaret, non autem nè essent confitenda. Aversa *de Sacram. pænit. qu.* 16. *sect.* 2. §. *excipit.* Thomas Hurtadus *tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 1. *dub.* 7. (22)

An confessus bona fide simplici Sacerdoti mortalia, & venialia, sit ab omnibus absolutus?

2101 Bona fide cōfessus simplici Sacerdoti mortalia, ac venialia ab illis est absolutus

Affirma: sed à venialibus directè, indirectè à mortalibus; quæ mortalia sunt iterum confitenda habenti jurisdictionem, ubi primum pœnitens cognoverit Sacerdotem caruisse facultate absolvendi. Ratio, quia Sacerdos circa venialia utitur legitima jurisdictione, & sic legitimè à venialibus absolvit dispositum bonæ fidei pœnitentem, & confertur gratia, quæ tollit omnia peccata mortalia. Suarez *disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 8. Fagundez 1. *Decal. cap.* 16. *num.* 12. Trullench 1. *Decal cap.* 13. *dub.* 7. *nu.* 7. Gabriel à S. Vincentio *de Sacram. pœnit. disp.* 9. *qu.* 2. §. *quæres primo.* Contra Candidum *disp.* 24. *art.* 66. *num.* 4.

An Sacerdos vi ordinis habeat completam potestatem jurisdictionis absolvendi sacramentaliter omnes Christianos ab omnibus peccatis?

2102 Completa potestas Sacerdoti traditur absolvēdi in sua Ordinatione

Affirma: Joannis 20. ibi: *accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata:* ubi Christus Dominus dedit potestatem completam ad omnia peccata, ut indicant verba universalia formæ; maximè quia nequit absolvi unum sine altero mortali. Trid. *sess.* 14. *cap.* 5. ibi: *quia Dominus noster Jesus Christus è terris ascensurus ad Cœlos, Sacerdotes sui ipsius Vicarios reliquit, tanquam Præsides, & Judices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Christi fideles ceciderint: qui, pro potestate clavium remissionis, aut retentionis peccatorum, sententiam pronuncient.*

2103 Est tamen subordinata legitimo Superiori.

Est tamen talis potestas subordinata legitimis Superioribus, id exigente hierarchico Ecclesię ordine; ut scilicet unus alteri subordinetur, ad evitandam confusionem, & turbationem unius in alterius jurisdictionem se immittentia. Et sic nulliter exercetur Superiore renuente.

Nec officit esse completam, & plenam jurisdictionem; nam etiam plenè, & completè Dominus nulliter donat lege prohibente, & plena facultas contrahendi residens in contrahentibus legibus subordinata, nulliter exercetur legibus contractum irritantibus. Amicus *tom.* 8. *disp.* 15. *de pœnitent. sect.* 1. *num.* 12. Bassæus v. *Confes-*

(21) Nunc à mortalibus ritè confessis, imo à venialibus simplici Sacerdoti absolvere inhibetur ex Decreto Innocentii XI. 12. Februar. 1679. Absolutio enim est actus jurisdictionis, quam simplex Sacerdos in actu secundo non habet, cùm non habeat proprias oves, nec sibi delegatas. Imò cum jurisdictio, quam ex vi ordinationis accipit, sit subordinata legitimis Superioribus, illis renuentibus, nulliter exercetur, ut num. 2103. fatetur Auctor. Graves pœnæ arbitrio Superioris contra simplices Sacerdotes absolventes à venialibus statuuntur in ultima Synodo Diœcesana.

(22) Vide Auctorē in sua *Anacephaleosi tit.* 14. *n.* 422. explicantem, & impugnantem propositionem in ordine 11. ab Alexandro VII. damnatam, quæ sic habet. „ Peccata in Confessione omissa, seu oblita ob „ instans periculum vitæ, aut ob aliam causam, „ non tenemur in sequenti Confessione exprimere.

fessarius 1.*num*.4. Exparza *tom*.2. *qu*.93. *art*. 7. & 8. Antonius Perez *de Sacram.Pœnit. tract*.3. *disp*.4.*num*.4. Antonius à Spiritu Sancto *tom*.1. *Direct.tract*.5. *num*.729.

An, & qui Confessarius possit absolvere à reservatis?

2104 Requiritur specialis facultas absolvendi à reservatis.

HAbens facultatem absolvit: nequeunt verò reservari venialia. Et Confessarius potest absolvere aliquem, si dubitet, an peccatum sit reservatum. Diana *de conscientia dubia resol*.4. Quia reservatio cùm sit odiosa, tantùm comprehendit casum certum.

Et si Confessarius nequeat absolvere à reservatis, & pœnitens sciat peccatum reservatum, Confessarius verò dum ignorat, absolvat pœnitentem bona fide, pœnitens remanet absolutus; nam esset grave onus, si pœnitens deberet perquirere à Confessario an sciat casum illum esse reservatum; & multi fideles, imò nullus hoc facit, & Confessarii plures ignorant casus reservatos specialiter Summo Pontifici. Unde credendum Papam ad bonum animarum concedere facultatem ab ipsis reservatis absolvendi validè, ut teneant confessiones factæ in bona fide ex parte pœnitentis, & Confessarii. (23)

Quæres hic: An ignorans reservationem possit absolvi à simplici Confessario?

2105 An ignorât reservationē, illam non contrahat.

NEgat Mazuchellus *de reservatis disp*.2.*qu*.2. *diff*.5. Distinguit Logo *disp*. 20. *sect*.2. *num*. 9. Et sic ait posse absolvi, si peccata sint reservata in pœnam, non verò si reservatio sit medicinalis. (24)

Communius alii absolutè affirmant cum Navar. *cap*. 27. *num*.8. Joseph de Januario *de casibus reservatis resol*.1. Gabriel à S.Vincentio *de Sacram.pœnit. disp*.9.*qu*.3. Qui putant omnem reservationem esse pœnalem, & sic casum reservatum non incurri ab ignorante. Quod verò sit pœnalis, constat; quia est in pœnam delicti: & sic inferunt, quod idem sit dicendum de illo, qui ignorat reservationem actualiter ex inadvertentia, ex inconsideratione, & oblivione, nec censuras, nec reservationem contrahere, dummodo non ignoret affectatè, supinè. *cap. ut animarum. de constit. in* 6. DD. apud Dianam *par*.9. *tract*.6.*resol*.18. Serta 2.2.*tom*.2. *qu*.79.*art*.3.*dub*.2. Quod verò ego sentiam, existimo opiniones prædictas esse valdè probabiles, & prout conducit ad animarum salutem esse observandas.

Diximus de simplici Confessario. Hîc agamus primò

De Parocho.

§. II.

PArochus triplex. Primus habens verum titulum, scilicet carens omni impedimento, & obtinens beneficium curatum. Secundus est Parochus coloratus, & est à legitimo Superiore obtinens beneficium, sed incapax obtinere beneficium Parochiale sine dispensatione. Tertius est errore communi, vel falsis Bullis gerens se ut Parochus, cùm à nemine obtinuerit Parochiale beneficium.

Verus Parochus ordinariam habet jurisdictionem ex officio, quo curam animarum exercet. Arriaga *loco cit.n*.31. Ripa *tr.de Peste c*.8.*n*.32. 2106 Verus Parochus habet Jurisdictionem ordinariam.

Nequit tamen post Tridentinum delegare aliis ab Episcopo non approbatis suam jurisdictionem. Suarez *disp*.28.*sect*.4.*num*.12. Sancius 48.*Select.num*.51. Lugo *disp*.21.*num*.6. Barbosa *de potestate Episcopi par*.2. *allegat*. 25. *num*.13. contra Petrum Ledesmam *de pœnit.cap*.12.*conclus*. 5. Thomam Hurtadum *tom*. 2. *tract*. 12. *cap*.1. §.2. *dub*.1. Gabrielem à S. Vincentio *de Sacram.Pœnitent.disp*.9.*qu*.2. §.*majori ergo*. Antonium à Spiritu Sancto *tom*.1. *Direct. tract*.5. *num*. 763. nam post Tridentinum requiritur approbatio Episcopi. (25) 2107 Nequit aliis delegare ab Episcopo nō approbatis.

Imò nec tempore Jubilæi Parochus potest delegare suam jurisdictionem non approbatis ab Ordinario. Trullench *loco cit.dub*.2.*num*.2. Menno in *Bulla Cruciata disp*.22.*cap*.10. *n*.30. contra Henriquez *lib*.6. *cap*.6. *num*.2. Ludovicum in *Bulla Cruciata disp*.1.*cap*.2.*dub*.10.*n*.2. Dianam *par*.10.*tract*.16.*resol*.75. 2108 Nec tempore Jubilæi.

An possit exponere alienum Parochum pro suis ovibus in sua Parochia?

AFfirmant Suarez *disp*.28.*sect*.2. *num*.18. Vivaldus *de confessione nu*.27. Hurtadus *disp*. 16.*diff*.17. Henriquez *lib*.3.*de pœnit.cap*.6. *nu*.7. Coninck *disp*.8. *dub*.7. *num*.53. Quia Parochus habet requisita à Trident. pro tota Ecclesia potens absolvere, si non contradicat Episcopus, vel ovium Parochus. (26) Sanc.44.*Select.n*.27. Bardus in *Bulla Cruciata tract*.5. *cap*. 2.*sect*. 1. *num*.14. Martinus Perez *disp*.51.*sect*.2. *num*.3. Antonius à Spiritu Sancto *tract*. 5. *num*. 863. idem *num*.864.dicens, etiam si renunciavit, vel privatus fuerit Parochiali beneficio, posset scilicet elegi per Bullam. Tancredi *tract*.1. *disp*.2. *quæst*.51. 2109 Potest alienū Parochū suis ovibus exponere.

Sed istis contradicunt Leo *de officio Confessarii*, apud Dianam *par*.3. *tract*.4. *resol*. 46. Gutierez 1.*Canonicarum cap*.17. Garzias *tom*.1.*de beneficiis par*.5.*cap*.8.*num*.87. referens declarationem Sacræ Congregationis, quam tamen non esse authenticam, ex Suario tradit Fagundez *præcepto*.*lib*.7.*cap*.2.*num*.35.

An Parochus possit admittere in sua Parochia ad excipiendas confessiones Sacerdotem approbatum extra jurisdictionem?

2110 Quid de approbato, sed extra Jurisdictionem?

AFfirmant Navarrus, Henriquez, Joannes de la Crux, Coninck, Trullench, quibus subscribit Leander *loco cit. quæst*.59. ajentes in alio casu locutam declarationem Sac.Congreg. relatam à Diana *par*.10.*tract*.16.*resol*.75.

Op-

(23) In hac re pœnitens à casu illo indirectè absolutus dici potest, si bona fide putavit Confessarium habere facultatem. At re comperta iterum subjicere tenetur Sacerdoti habenti facultatem, & hoc servandum in praxi.

(24) Hæc opinio tenenda est, quia reservatio est potiùs medicina, quàm pœna, ut scilicet fideles abstineant ab atrocioribus criminibus non inventa faciliter absolutione. Item reservatio est restrictio jurisdictionis facta Confessario, quæ à voluntate Superioris dependet; proindè scientiam pœnitentis non exigit. Tandem quia reservatio peculiarissimis de causis fieri solet; tum quia in quibusdam criminibus Superiores aptiora remedia sciunt, & adhibere possunt: tum ut Confessarii diligentiores fiant, & penitentes ob difficiliem absolutionem cautiores in illis committendis reddantur. Sub in ultima Synodo sub Eminentissimo Francisco Pignatelli *de Sacram. Pœnit. cap*.6. Confessarii quoad casus ibi reservatos, excepto mortis articulo, non censentur approbati; proinde non sunt legitimi Judices, & sic etiam posita ignorantia reservationis in pœnitente, nequeunt ab illis absolvere.

(25) Vide *Proposit*.16. Alex.VII. ubi Auctor *n*.475.

(26) Observandum, quod id apud nos non subsistit, cùm non sint Parochi approbati pro tota Diœcesi, sed tantùm pro sua Parochia, utque possint extra Parœciam suam confessiones audire, indigent peculiari facultate, ut in Diœcesanis Constitutionibus.

Oppositum post multos tuetur Vasqu. *qu.93. dub.4.* Menno in *Bulla Cruciata disp.22.cap.10. corol.6.nu.*107. Pendet veritas ex quæstione, an approbatus ab uno Ordinario valeat ubique confessiones audire non reluctante proprio Parocho: De qua mox.

An Parochus cum titulo colorato, verè nullo, absolvat?

2111 Parochus cũ titulo colorato absolvit verè.

AFfirma: *Can.infantis 3.qu.7.l.Barbarius, D. de officio Prætoris.* Errore namque communi supplet Ecclesia dat, & dare tenetur jurisdictionem, nè turbetur publicum bonum. Sanchez 3. *de matrimonio disp.22.num.*14. Candidus *disp.24.art.63.dub.7.* Antonius Perez *disp.41.sect.7.num.*1. & 4. Et tenet etiam respectu scientis collationem Parochiæ nullam; nam scientia particularis non tollit errorem communem, ratione cujus jurisdictio communicatur, nè bonum publicum damnificetur; Quot enim matrimonia nulla, quot inde scandala, si errore communi non esset consultum contrahentibus.

An carens titulo colorato ex errore communi, habitus ut Parochus, validè absolvat?

2112 Item si ex errore communi existimetur Parochus.

AFfirma: nam idem favor publici boni currit, sive sit titulus coloratus, sive error communis. Utrobique enim consulendum communitati existenti in bona fide, quia ignorat Parochum intrusum, vel falsis Bullis occupasse Ecclesiam Parochialem. Sanchez *de matrimonio disp.*22. *num.*48. citans sex Doctores Vidal *tit.de jurisdictione inquisit.*3.*num.*27. Diana *par.3.tract.4.resol.*122. Tancredi *tract.*1. *de penitent.disp.2.qu.*58. Hurtadus *tom.2.cap.*1. *num.* 2018.

Pullularet enim magna turbatio, & damnum animarum, si nulla essent matrimonia coram eo celebrata, si nullæ Sacramentales absolutiones, cui gravi incommodo Ecclesia tenetur, sicuti potest, succurrere, eo modo, quo tenetur bono publico, & paci fidelium prospicere. Sanchez citans decem Doctores 3. *de matrim. disp.*22. *num.*13. Innocentius in *cap. dudum. de electione.* Pellizarius *tract.*8. *cap.* 3. *num.*62. Tancredi, Diana, Vivaldus, Thomas Hurtadus, Baldus cum Pontio, Molphesio, Jason, & alii idem dicentes de quocumque Sacerdote audiente confessionem errore communi. Contra Candidum, Antonium Fabrum, & alios: Ut patet etiam ex *cap.ad probandum. de sentent. & re judic. l.Barbarius, D.de officio Prætoris.*

Caveas tamen à Mascardo *tom.1.de probationib.conclus.*649. *num.*14. volente non Sacerdotem habitum ut Sacerdotem errore communi, validè absolvere; nam tunc caret charactere, sine quo nulla est absolutio.

De Approbatione Ministri ad audiendas Confessiones?

§. III.

2113 Requiritur approbatio.

QUi non est Parochus exigit Ordinarii approbationem. Trid.*sess.*23.*cap.*15.

Confessarius etiam Regularis approbandus est ab Ordinario loci, etiamsi sit Generalis Religionis. Sacra Congregatio Concilii in *una Neapolitana* 14. *Aprilis* 1646. apud Pignatellum *tom.* 1. *consultatione* 279. Suarez *disp.* 28. *sect.4.n.*21. nam quicumque Confessarius ab Ordinario est approbandus: & Confessarios secularium, etiam Regularis ab Ordinario approbandus. Trid.*sess.*23.*cap.*15. contra Valerum, Hurtadum, Antonium à Spiritu Sancto, ajentes non requirere approbationem illum, qui assistit Ecclesiæ Parochiali Monasterio unitæ, ut Vicarius Abbatis.

Valida tamen est approbatio, & valida absolutio ante scripturam, etiamsi decedat Episcopus literis non expeditis. Tancredi duos sex Doctores *tract.1.disp.2.qu.*16. Antonius à Spiritu Sancto *tom.1.Direct.tract.5.num.*780. 2114 Est valida ante scripturam.

An hæc approbatio sit declaratio idoneitatis Ministri?

AFfirmat Aversa *de penitent. qu.16.sect.6. in principio.* Antonius Perez *de penit. disp.* 5. *num.* 14. ajens ab approbatione respici solam doctrinam, quia supponitur præcedens indagatio ætatis, & morum, & *num.*22. Bonac.*qu.7. pun.4. num.*16. volens esse sententiam declaratoriam sufficientiæ, & durare etiam post mortem proferentis, etiam dicentis, quandiù nobis placuerit; quia ly *placuerit* durat, nisi positivè revocetur, quæ positiva revocatio non fit per mortem. Dicastilius *disp.*10.*num.*291. Antonius à Spiritu Sancto *tract.5.num.*881. 2115 Approbatio est declaratio idoneitatis.

An approbatio sit actus Jurisdictionis?

AFfirma cum Aversa *loco cit.* Fabro *de pœnitent. disp.* 22. *num.*107. Pontio *lib.5. de matrimonio cap.17.num.*17. Bordono *tom.1.resol.*36. *num.* 68. Bonac. *loco cit.* Et est actus Jurisdictionis voluntariæ sententiantis illum esse idoneum, adeòque non tenet si sit facta ab Episcopo excommunicato vitando; nam excommunicatio suspendit jurisdictionem. Contra Bossium *de Jubilæo sect.* 3. *casu* 2. *n.*65. ajentem esse tantùm actum testificationis idoneitatis Ministri, & sic valere approbationem etiam factam ab Episcopo vitando; nam est sententia voluntariæ jurisdictionis, cùm supponat officium exercentis jurisdictionem. 2116 Estque actus Jurisdictionis.

An approbatio sit actus gratiæ, an actus justitiæ?

ESt actus justitiæ si concedatur prævio examine; & sic est actus justitiæ sententiantis juridicè idoneum causa discussa. Antonius à Spiritu Sancto *loco cit. num.*882. Itaut sit actus injustitiæ denegare approbationem dignis, & doctis. Gobat *Experim. tract.7. num.*43. Diana *par.4.tract.4.resol.*210. Layman, aliique. Si verò concedatur sine examine, est actus gratiæ. 2117 Et justitiæ prævio examine. 2118 Secus gratiæ absque examine.

Quotuplex sit approbatio?

DUplex est. Prima expressa. Secunda tacita. Expressa, si Episcopus te approbet ad audiendas confessiones verbo, scripto. Tacita, si Episcopus sciat te excipere confessionem, & non contradicat. Lessius l.2.v. *Confessarius, casu* 3. Gobat *tract.7.num.*44. 2119 Approbatio aut expressa, aut tacita

A quo Ordinario Minister sit approbandus?

§. IV.

DE hac quæstione satis uberè in mea *Anacephaleosi tit.*16.*à n.*466.*ad* 493. hic satis est si tibi tradam aliorum opiniones.

Habemus Ordinarium pœnitentis, Ministri, utriusque, neutriusque: & hic nomine Ordinarii venit Episcopale Jurisdictione utens: A quo ergo ex istis Ordinariis approbari debet Confessarius? 2120 Quotuplex Ordinarius circa approbationem.

2121 *Sunt qui requirunt approbationē cujuslibet Ordinarii.*

Plena difficultatum controversia; itaut in diversas traxerit magno opinantium divortio agitatas Doctorum mentes. Prima sententia tuetur satis esse cujuslibet Ordinarii approbationem. Ita docet Henriquez *lib. 7. de Indulgentiis cap.* 12. §. 4. *lib.* 9. *de punit. cap.* 6. *num.* 7. *editione* 5. Vivaldus *de confessione num.* 21. probabilem dicit Sanchez *lib.* 8. *de matrimonio disp.* 24. *num.* 16. Ledesma *de punit. cap.* 13. *concl.* 1. Si vigore Bullæ, vel Cruciatæ obligatur. Valerus v. *absolutio diff.* 1. *nu.* 7. Reginaldus *tom.* 1. *lib.* 6. *num.* 188. Sancius 48. *Select.* alii apud Trullench *lib.* 1. *in Bulla Cruciata*, §. 6. *cap.* 1. *dub.* 1. *num.* 6. *&* 7. & novissimè absolutè illam docet Gobat in *Theol. experimentt. tract.* 7. *num.* 57 & in *Theol. Judiciali morale cap.* 37. *num.* 164. refert Dicastillum, Baucium, & alios illam defendentes post Decretum Urbani VIII. & concludit approbationem ab uno Ordinario sine restrictione loci, & temporis, sufficere ad validè excipiendas confessiones in toto mundo, si Ordinarii expresse non repugnent, rejicitque censuram Lugonis *disp.* 21. *num.* 29.

Alii Ordinarii pœnitentis, aut Confessarii.

Secundo, alii volunt sufficere Ordinarium vel pœnitentis, vel Confessarii, vel utriusque, quæ coincidit ex parte cum priori sententia, & attento Tridentino sufficere ait Arriaga *to.* 8. *disp.* 42. *num.* 14.

Vel ubi cōfitetur.

Tertio, alii requirunt approbationem Ordinarii, ubi quis confitetur. Rodriquez, Bossius, & alii apud Dicastillum *disp.* 10. *num.* 243. Gutierez *lib.* 1. *Canonic. cap.* 27.

Aut pœnitentis.

Quarto, exigunt approbationem Ordinarii pœnitentis. Aversa *de penit. disp.* 16. *sect.* 8. §. *quartus ergo*. Trullench, Villalobos, Lopez apud Thomam Hurtadum *tom.* 2. *tract.* 2. *cap.* 1. *dub.* 62. *num.* 200. quia hæc approbatio respicit bonum pœnitentis.

Vel Confessarii.

Quinto, exigunt approbationem Ordinarii Confessarii. Suarez *disp.* 28. *sect.* 6. *num.* 10. Lugo *disp.* 21. Bassæus v. *Confessarius* 3. *num.* 9. Fagundez *præcepto* 2. *Ecclesiæ lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 92. Dicastillus *loco cit. num.* 244. Arriaga *num.* 17. Antonius Perez *de penitent. disp.* 5. *num.* 2. ajens approbatum à suo Ordinario, remanente subjectione respectu illius, posse ubique locorum excipere confessiones, si ei delegetur jurisdictio à Parocho, vel per Bullam: subditque deindè approbatum à non suo Ordinario tantùm posse confessiones excipere in Diœcesi approbantis.

Aut approbationē Ordinarii loci.

Sexta sententia exigit approbationem Ordinarii loci, ubi quis excipere confessiones vult. Gabriel à S. Vincentio *de penit. disp.* 9. *qu.* 6. §. *dicendum secundo*.

Aut cujuslibet Ordinarii, ut possit delegari in toto Orbe.

Septima sententia cujuslibet Ordinarii approbationes ait satis, ut possit delegari approbato jurisdictio in toto orbe, & jurisdictionem delegandam ab Ordinario pœnitentis. Diana dans octo Doctores *par.* 1. *tract.* 11. *resol.* 7. & *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 10. Dicastillus *par.* 10. *n.* 245. Tancredi *tract.* 1. *disp.* 2. *qu.* 52. Antonius à Spiritu Sancto *tom.* 1. *Director. tract.* 5. *num.* 867. dicens declarationes Cardinalium in oppositum non esse authenticas, & carere requisito Brevi, & Decretum Urbani VIII. apud Lugonem *disp.* 21. *num.* 29. tantùm requirit approbationem Ordinarii. Decretum autem Innocentii X. apud Dianam *par.* 10. *tract.* 16. *resol.* 75. tantùm adstringere pro Episcopatu Angelopolitano, ut ait Lezana *cons.* 4. *num.* 152.

In hac ultima sententia unum mihi displicet, quia imponit plura onera, quàm Tridentinum. Ad quid approbatio pro toto Orbe, & deindè delegatio; cùm Tridentinum velit ad audiendas confessiones sufficere approbationem Ordinarii sine alia delegatione; nisi velit pro delegatione, ut non contradicat Superior loci, ubi confessiones excipit. Quod est coincidere in sententiam Henriquez, & Gobat.

Judicium.

2122 *Auctoris judicium cujuslibet opinionis difficultates aperiendo.*

Excepistis sententiam, verùm tot Doctorum placitis implicatam, non explicatam, & ipsa magna partium contentione recrudescente; itaut plura sint opinamenta, quàm Ordinarii. Nec ego sum, qui desiderem contentiones fovere, nec tanta nominis auctoritate polleo, ut vel ipso nomine dissidium componere valeam, imò revirescent difficultates, non devirescant, si uni calculum apponam.

Illis ergo stare, vel corruere jussis lepidissimè absque alicujus injuria me expediam, etsi nodosis difficultatibus viam aperiam. Sic res ista decidenda est vi juris positivi Tridentini; nam jure naturæ indecisa. Si jus positivum in aliquo casu non pateat, standum est regulis juris: neminem in dubio à possessione libertatis excludentis, onera non multiplicantis, Superiorum à sua possessione non deturbantis; itaut juxta jus positivum lis dirimatur.

2123 *An extra Diœcesim possit absolvi Diœcesanus.*

Certum enim est legitimum Ordinarium approbare debere, & diversorum locorum diversi usus, & sic validè probabilem judica sententiam praxi receptam Confessarium posse extra Diœcesim absolvere suum Diœcesanum, cum Arriaga *loco cit. num.* 14. Aversa *loco cit.* §. *asserendum*. Lugo *disp.* 21. *n.* 20. Nugnus 3. *par. q.* 8. *art.* 5. *dub.* 8. Pajerinus *tom.* 1. *q.* 1. *c.* 2. Diana dans septem Doctores *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 144. Jurisdictio namque voluntaria, ut hæc, potest exerceri extra territorium, *l.* 2. *D. de offic. pro-Consulis*.

Quænam ex istis opinionibus sequenda?

2124 *Difficultates dictarum opinionum.*

Resp. quamlibet suis urgeri difficultatibus; nam si requires approbationem loci, in quo quis confessionem audit, sequitur extra Diœcesim non posse confessiones excipere sui Diœcesani, & adest declaratio Congregationis, de qua Suarez, & Arriaga *loco cit. num.* 17. exigens approbationem alterius Ordinarii.

Secundo; si requiras approbationem Ordinarii pœnitentis, sequitur Studentes non posse absolvi, nisi in sua Diœcesi, quod est alienum ab usu fidelium. Tu simili modo excurras per alias.

An Sacerdotes seculares habiles injustè rejecti remaneant ipso jure approbati?

2125 *Sacerdotes seculares injustè rejecti non, remanent approbati.*

Nega: nam ex Trid. *sess.* 23. *cap.* 15. *de reform.* requiritur approbatio Ordinarii, qua carent: licèt injustè denegetur. Suarez *disp.* 28. *sect.* 5. *num.* 6. Granadus *tract.* 10. *disp.* 5. *sect.* 1. *num.* 8. Floronus dans quinque Doctores *par.* 1. *de casibus reservatis, cap.* 4. §. 16. *num.* 1. contra Bossium *de Jubilæo sect.* 3. *casu* 2. §. 1. alios apud Fagundez *præcepto* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 58. motos, quia consensus, & approbatio injustè denegata, censetur concessa jure ipso, *cap.* 1. *de Regularibus*.

2126 *Perez opinio est examinanda.*

Putat tamen Antonius Perez *de penit. disp.* 5. *num.* 18. remanere approbatos manifestè injustè reprobatos, quia tunc manifestum est Episcopum mentiri, & consequenter Episcopum judicare illos esse idoneos, quod Judicium exte-

sius

rios non est revocatum, cùm non sit credibile, quòd Ordinarius mendaciter asserit revocatio. (27)

An approbatio semel concessa revocari valeat?

2127 *Approbatio semel concessa quãdo revocari valeat.*

DIstinguas: vel adest, vel deest causa justa revocandi. Si adest, affirma. Si deest, nega; & sic nulla est revocatio sine causa facta, tanquam facta sine jurisdictione; non enim est Superior, nisi rationabilis, nec datur jurisdictio ad injusta, & irrationabilia exercenda: Habetque requisita Tridentini, quæ ut non pendent in conservari ab Episcopo, ita nec amittuntur illius revocatione. *cap. accepimus. de ætate, & qualitate*. Suarez *disp.* 28. *sect.* 7. *num.* 7. Arriaga *tom.* 8. *disput.* 42. *sect.* 29. §. *quarta difficultas num.* 30. Henriquez *lib.* 14. *cap.* 6. *num.* 6. Tancredi *tract.* 1. *disp.* 2. *quæres* 53. Antonius à Spiritu Sancto *tom.* 1. *Directorii tract.* 5. *n.* 883. Lugo *disp.* 21. *num.* 64. Diana *par.* 3. *tract.* 2. *resol.* 22. contra Trullench *lib.* 1. §. 7. *cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 5. Hurtadum *disp.* 10. *diff.* 19. Est namque justa approbationis sententia, dans jus approbato, quo jure nequit spoliari sine causa: ut sententia justa sine causa revocari nequit. (28)

An peccet mortaliter sine causa revocans approbationem?

2128 *Sine causa revocãs approbatione peccat mortaliter.*

AFfirma: nam facit id, ad quod jus non habet, cum gravi damno Confessarii, fortè inde viventis; & lædit ejus honorem. Coninck, Layman, Lugo apud Dicastilium *disp.* 10. *n.* 297. Martinus Perez *disp.* 51. *sect.* 9. *n.* 5. (29)

***Si in approbatione adsit clausula*: ad nostrum beneplacitum?**

2129 *Requiritur quoque causa si sit ad beneplacitũ.*

ADhuc causam requiri, quia beneplacitum debet esse rationabile: nam emanat ex jurisdictione, quæ respicit bonum commune ad ædificandum, non destruendum. Arriaga *loco cit. num.* 30. dicens licitè non posse apponi ly *ad beneplacitum*, si subjectum sit absolutè capax approbationis. Aversa *de pœnit. qu.* 16. *sect.* 6. §. *seclusa autem*, citans septem Doctores. Lugo *disp.* 21. *num.* 64. Suarez *disp.* 26. *sect.* 7. *num.* 7. Capyc. *dec.* 116. & *dec.* 121. *nu.* 16. Anna *alleg.* 119. Mastrillus *singulari* 263. Campagna in *cap. Regni Cum bis. num.* 17. Adeòque concessio gratiæ ad beneplacitum est perpetua. Capyc. *dec.* 123. *num.* 4. Mascardus *de probationib. lib.* 1 *conclus.* 188. *num.* 8. Aversa *de pœnit. qu.* 16. *sect.* 6. §. *seclusa*. Et officialis ad beneplacitum est perpetuus. *l. Jurisperitus, D. de excusationibus tutor.* Jason in *l. centesimis*, §. *ità stipulatus. num.* 14. *D. de verb. oblig.* Guttierez 2. *Canonicarum qu.* 11. *num.* 4. idem dicens de Deputato ab Episcopo ad officium ad beneplacitum, puta ad Capellaniam.

Sed posse revocari tuetur Gaspar Hurtadus *disp.* 10. *diff.* 19. Bossius *loco cit. num.* 193. Bordonus *tom.* 1. *variarum resol.* 36. (30)

An licentia ad beneplacitum duret mortuo concedente?

AFfirma: quia exigit positivam revocationem, quæ mortua non habetur; & quia concessio favore particularis durat quandiù revocatur à successore. Dicastilius *disp.* 10. *n.* 291. Antonius à Spiritu Sancto *tract.* 5. *num.* 881. Del Bene *tom.* 2. *de offic. Sanctæ Inquisitionis par.* 2. *dub.* 195. §. 7. *num.* 50. Sic Judex creatus ad beneplacitum Principis, durat mortuo Principe. Molina *lib.* 1. *de primog. cap.* 10. *num.* 14. Anna *allegat.* 53. *num.* 26. Romanus *cons.* 342. *num.* 23. Perez, requirentes specialem revocationem. Ricc. *par.* 1. *praxis resol.* 65. Boerius, Caroccius, Lanarius *cons.* 13. *num.* 10. Et potest hæc sententia probari, quia approbatio præcedente examine est sententia justa, sententia autem facit jus quæsitum, & est perpetua, nec extinguitur morte ferentis. 2130 *Licentia ad beneplacitũ durat mortuo concedente.*

Ceterùm beneplacitum, & præceptum extingui mortuo mandante ad beneplacitum, & præcipiente, habet Decius in *rubrica Codicis de mandatis Principum num.* 11. Mascardus *de probationibus concl.* 188. *num.* 29. Soccinus junior *lib.* 2. *cons.* 83. *num.* 12. Beneplacitum autem est actus voluntatis morte interruptus. *cap. unico*, § *fin. ne Sede vacante. l. centesimis*, §. *fin. D. de verbor. oblig. cap. si gratiosa. de rescriptis in* 6. 2131 *Contraria opinio adducitur.*

An sola petitio licentiæ ad absolvendum sufficiat?

NEga: cum D. Thoma, Soto, Cano, aliisque penès Suarez *disp.* 27. *sect.* 3. *num.* 20. Petitio namque non obligat ad dandum: licèt fortè petens sit idoneus, quia potest non esse necessarius, nec utilis communitati. 2132 *Non sufficit sola licentia ut possit absolvere.*

De Scientiâ Confessarii.

§. V.

TAnta debet esse Confessarii scientia, quanta satis ut sine errore administret Sacramentum, inspecta pœnitentium qualitate. Tanderus *qu.* 9. *num.* 99. Et sic debet scire necessaria ad validè, & licitè ministrandum ex parte sua, Sacramenti, & pœnitentis. Lugo *disp.* 21. *num.* 70. Dicastillus *loco cit.* 2133 *Quanta requiratur scientia Cõfessarii.*

Secundo, debet scire quænam sint reservata, & discernere an veniale, an mortale sit flagitium ex communiter accidentibus.

Tertio, debet scire circumstantias mutantes species, licèt sufficiat ut prudenter valeat dubitare, ac consulere doctiores. D. Thomas in 4. *dist.* 17. ubi S. Bonaventura. Suarez *disp.* 28. *sect.* 2.

Non

(27) Quocumque modo injustè reprobatus nullam jurisdictionem acquirit: quia ejus jurisdictio à Superioris voluntate dependet, quæ in eo casu deest. Vide Proposit. XIII. damnatam ab Alexandro VII. *Satisfacit præcepto annuæ Confessionis, qui confitetur regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injustè reprobato.* Igitur injustè reprobatus jurisdictionem non habet: aut non est approbatus; ad confessiones autem audiendas necessaria est jurisdictio, & approbatio.

(28) Sine justa causa approbationem ab Episcopo absolutè alicui datam invalidè revocari satis probabile videtur Salmanticensibus *tom.* 1. *tract.* 6. *cap.* 11. *puncto* 7. *num.* 107. At iidem dicto *puncto* 7. fatentur, approbationem licèt requisitam ad jurisdictionis usum, tamen à jurisdictione differre. Nam jurisdictio est superioritas subditos respiciens, approbatio verò aptitudinem personæ approbatæ inspicit. Unde approbari Sacerdos potest, quin ullam jurisdictionem habeat. Vide *puncto* 7. *num.* 86. Quare licèt dictam opinionem probabilem putent quoad approbationem; tamen in fine dicti *num.* 107. hæc habent: „ Si tamen Episcopus Sacerdoti sibi sub„ dito, quamvis sine causa licentiam ministrandi „ revocet, hic non poterit ministrare; quia dicitur „ jurisdictionem ab eo auferri.

(29) Approbationem non injustè, sed justè ab Episcopo revocatam esse præsumendum est. Salm. *loco sup. cit. num.* 107. Auctor in *Anecdot. num.* 490.

(30) Quæ opinio tuenda est.

Non est tamen necessum ut illicò judicet, sitne mortale, an veniale. Imò in rarioribus non est necesse scire, an sit peccatum, satis est si consulat, petens peritiores, & libros. Lugo *de pœnit. disp.* 1.*num.*90. Bonacina *disp.*5. *qu.*7. *punct.*4. *§.*2.*num.*12. Dicastillus *disp.*10.*dub.*340.

Quarto, debet scire necessaria ad salutem, articulos fidei, & necessaria ad dignam, & validam Sacramenti receptionem; ut instruat pœnitentem, aut mittat perito ad instruendum. Tanderus *qu.*9.*num.*10. Gobat *loco cit. n.*190.

An teneat absolutio data ab indocto, ignorante distinguere inter mortale, & veniale, ex communiter accidentibus extra articulum mortis?

2134 Absolutio ab indocto data est valida, si adsint necessaria.

AFfirma: si adsint essentialia requisita; nam quod sufficit ad essentiam in articulo mortis, sufficit etiam extra necessitatem: cùm eadem sit essentia Sacramenti in, & extra necessitatem. Et in mortis articulo Confessarius etiam indoctissimus, si adsit materia, forma, & intentio sufficiens, conficit Sacramentum, non repetendum transacta necessitate. Et sic bona fide absolutus cognito illo Confessarii defectu, non tenetur confessionem repetere, cùm validè fuerit, & licitè absolutus. Dicastillus *de pœnit. disp.*10. *dub.*12.*num.*350. Gobat *loco cit. n.*191. Layman *lib.*5. *tract.* 6. *cap.* 6. Tanderus *lib.* 3. *disp.*4. *quæst.*9.*dub.*1. *n.*12. Lugo *disp.*16. *sect.*4. *num.* 1025. Peccaret tamen lethaliter perquirens indoctum Confessarium; nam se exponeret periculo indecentis ministrationis. Tamburinus *lib.*5.*de Sacramentis cap.*6.*§.*1.

Quotuplex scientia Confessarii.

§. VI.

2135 Scientia requiritur Jure naturali, & Divino.

DUplex scientia requiritur à natura Sacramentali judicii, adeòque jure naturali, & Divino, ex quo à Superiore est indispensabilis. Caram. *tom.*4.*Trismegistri art.*23.*sect.*1. rectè concludens cum Suario, Lugone, Vasqu. Navarro, Leandro, hanc eandem scientiam requiri in se offerente, ac Superiore præcipiente in Sacramentum administrante; nam est juris naturalis Divini indispensabilis.

2136 Duplex est, & ut sit valida, & ut sit licita absolutio.

Insuper datur scientia necessaria ut Sacramentum, & judicium sit validum. Secundo ut sit licitum. Ut sit validum debet scire aliqua in genere, aliqua in specie; adeòque debet scire necessaria, & essentialia primò in genere, secundò in specie Sacramentorum. Secundò debet scire specificè necessaria, primo ex parte Confessarii, secundo ex parte pœnitentis, tertio ex parte Sacramenti.

2137 Quæ ex parte Cõfessarii requiratur.

Ex parte Confessarii requiritur primò potestas Ordinis, secundò potestas Jurisdictionis, tertiò potestas exercitii jurisdictionis, scilicet non suspensi, non excommunicati.

Quæ ex parte pœnitẽtis.

Ex parte pœnitentis, primò ut sit baptizatus, secundò ut velit saltem habitualiter confiteri, tertiò ut confiteatur verè actualiter, vel virtualiter, vel præsumptè, & sic præsens moraliter; ità ut verificetur *te absolvo*, nam absentis absolvi nequit.

2138 Et ex parte Sacramenti.

Ex parte Sacramenti requiritur materia remota, & proxima, forma integra essentialiter, & intentio saltem virtualis Ministri, cum habitualis non sufficiat.

Ut licitè ministret Sacramentum.

MAjor scientia requiritur ut licitè; quàm ut validè Sacramentum ministret.

Ratio est, quia plura sunt necessaria non ad valorem, sed ad licitam susceptionem hujus Sacramenti, requisita scilicet jure homano circa denunciationes, reservationes, restrictiones, &c. Et debet scire censuras, inhabilitates, ultimas voluntates, contractus, & actus judiciales, ceteraque communiter contingentia, sivè lethalia, sivè venialia, & circumstantias mutantes species in ministrando hoc Sacramento, quibus ignoratis, peccat mortaliter se exponens periculo errandi, ac damnificandi alterum, licèt pœnitens verè contritus bona fide recipiens, validum suscipiat Sacramentum.

An de singulis peccatis in individuo debeat ferre judicium esse mortale, vel veniale?

2139 De communiter accidentibus in individuo ferri debet judicium.

DIstinguas: vel sunt communiter contingentia, vel difficiliora.

Si communiter contingentia, affirma. Si difficiliora, nega. D.Tho.in 4.*dist.*17. ubi D Bonaventura, Navarrus *cap.*4. *num.*18. Sylvester v. *Confessio* 3.*num.*13. Suarez *disp.*28. *sect.*2. Vasq. *qu.*93.*art.*3.*dub.*5. Bonac. *disp.*5. *qu.*7. *puncto* 4. *§.*3.*num.*12. Lugo *disp.*21.*nu.*71. Caram. *tom.*4. *Trismegistri art.*23.*sect.*1. concludentes non esse necessarium Confessarium judicare de omnibus, an sint levia, vel gravia, nec an sint peccata: sed tantùm de communiter accidentibus, ceteraque satis esse audire, intelligere, & absolvere.

2140 Sufficit saltem confusè judicare.

At nobis persuasum est de singolis saltem confusè judicandum, nam secùs cessaret finis confessionis, & natura judicii in illis. Nec enim judicare potest de re incognita.

Et facilè id cognoscet interrogans pœnitentem an cognoverit, & adverterit se peccare, & quemadmodum opus perpatravit; nam ut rectè meus dignissimus Caram. *loc.cit.* peccatum pendet non ab opinione Doctorum, sed à cognitione, & consensu operantis. Et Confessarius ut Judex indagare debet existentiam peccati, & conscientiam pœnitentis: & cognoscens illum errare, si proficiat, debet illum ut Medicus, & Magister dirigere, nè ex conscientia erronea peccet.

An eadem scientia requiratur in audiente confessionem moribundi, & sani?

2141 Non eadem scientia requiritur in audiendo cõfessionem sani, & moribundi.

NEga: adeòque peccans audiens confessionem sani, non peccat audiens confessionem moribundi ponens essentialia ad valorem Sacramenti. Thomas Hurtadus *tom.*2. *tract.*12. *c.*2.*§.*2.*dub.*4.*n.*2068. Caram. *tom.*4.*Trismegistri art.*23.*sect.*1. contra Vasq.3.*p.q.*93.*art.*3.*dub.*2. Occhagaviam *tract.*2.*de pœnitentia qu.*38.*nu.*4. Sancium 49. *Selectarum num.*8. ajentem nullam, & illicitam esse confessionem in articulo mortis factam indocto, nescienti de peccatis judicare.

Ratio est, quia leges urgentes in sano, non urgent in moribundo, ex regola: In necessitate leges humanæ, & positivæ silent, si ponantur constitutiva rerum.

Nec officit periculum restitutionis debitæ non ponendæ ob ignorantiam Confessarii.

Nam in moribundo destituto omni alio auxilio, sivè confitetur, sivè non confiteatur ignoranti, non ponitur restitutio; nam si non confitetur, non restituit; si confitetur, nec restituit dubio onere restituendi pœnitenti, & Confessario.

Si non confitetur, restitutio non ponitur, quia nemo suggerit.

Si confitetur, nec ponitur; quia tantum onus Confessario ignotum.

Si confitetur, salvabitur pœnitens cum auxilio gratiæ, faciens quantum potest, à Deo Domino nostro non derelinquetur; adeòque tunc excusatur à restitutione tanquam à re ei impossibili.

Si non confitetur, habemus duo mala, damnatur moribundus, & restitutio non fit. Hinc nequit conqueri de Confessario ille, cui debita restitutio non fit: quæ nec obtinuisset, etiamsi Confessarius ille confessionem non audisset.

Probatur secundo, quia moribundi impotentis non tenetur Confessarius audire in specie peccata, quæ explicare nequit; ergo in moribundo non requiritur scientia discernens judicativa peccatorum in specie ad valorem Sacramenti.

Sed quid? si non sit moribundus, sed penitens prævideat ampliùs non adfuturum Confessarium ob navigationem ad exteros, vel asportationem violentam, aut inclusionem desperatam, unde nunquam aliàs sit exiturus?

2142 Idem si sit in aliqua necessitate.

HIc enim moribondo assimilatur, spectatis circumstantiis, ex quibus aliàs ampliùs non sit evasurus.

Sed quid si penitens sit doctus, possitque supplere defectum scientiæ Confessarii?

2143 Nulla difficultas si pœnitens sit doctus.

TUnc cessat difficultas, nam judicabit de cognitis, supplente pœnitente. Petrus Hurtadus *disp.* 10. *difficult.* 15. Suar. *disp.* 8. *sect.* 2. *num.* 6. Lugo *disp.* 21. *num.* 73.

Sed quid in Pagis, ubi docti non accedunt ob defectum stipendii, vel ob aliam causam?

2144 In Pagis Superioris est providere de docto Cōfessario.

TUnc Superior Episcopus debet supplere talem defectum, si possit, nam est Pastor, non debet derelinquere oves lupis.

Si non possit; tunc licitè audit confessionem indoctus, quia nemini est injurius, & satiùs est cum tali Sacramento, quàm cum nullo decedere.

Ex his patet etiam in articulo mortis ab indocto cedendum locum docto, quia tunc consulitur pœnitenti, & aliis, quibus est satisfaciendum.

Quæ scientia requiratur in Confessario ad valorem Sacramenti.

2145 Scientia requisita ut sit validum Sacramentum.

JUdicium supponit cognitionem rei, nam judicium secundæ operationis actum essentialiter cognitionem includit res judicatæ, vel illam præsupponit in prima operatione; ergo nullum est judicium rei incognitæ; ergo qui judicat debet cognoscere rem, cujus judicium fert.

Principium.

TAnta scientia requiritur in Confessario, quanta requiritur in judicio, & sicuti nullum est judicium rei incognitæ, ità nullum est judicium Confessarii, si non cognoscat rem, cujus fert judicium; nam Sacramentum est institutum ad instar judicii.

Hinc non eadem pro omnibus requiritur scientia, nam diversa personarum conditio, majorem, vel minorem exigit in Confessario notitiam, loco, tempori, & personis congruam.

An Confessarius teneatur sequi opinionem probabilem contrariam penitentis?

AFfirma: Terillus *par.* 2. *regulæ morum qu.* 47. *num.* 2. *&* 53. Lumbier post Tappiam *propositione* 1. *num.* 1724. dicentes communem. 2146 Confessarius videtur teneri sequi opinionem contrariam pœnitentis.

Contra Celladeum *lib.* 3. *qu.* 15.

Patet, quia pœnitens dirigitur propria, non Confessarii conscientia; nam propria conscientia peccat, non peccat, errat, non errat; unusquisque enim sua cognitione dirigitur, non cognitione Confessarii sibi ignota.

Secundo, quia invincibilis ignorantia excusat penitentem à culpa, à qua culpa non excusatur Confessarius non ignorans invincibiliter, adeòque tunc injuriam faceret penitenti illum rejiciendo ut peccatorem, quando non peccavit, saltem ex ignorantia invincibili.

Tertio, quia potest Confessarii, non penitentis opinio esse falsa.

Quarto, quia probabilior potest esse opinio penitentis doctioris, rem examinantis, quàm Confessarii.

Quinto, quia mala opinio Confessarii non reddit malam conscientiam penitentis, nec bona opinio Confessari reddit bonam, jam malam penitentis conscientiam, cùm penitens jam fuerit à sua conscientia directus.

Sexto, si eadem sit Confessarii, & penitentis probabilis opinio, Confessarius illum absolvit; ergo etiam si sit diversa.

Probo consequentiam, quia diversitas non tollit probabilitatem, honestatem opinionis penitentis, nec reddit penitentem indispositum.

Septimo, rectè dispositus est absolvendus; sequens opinionem probabilem est rectè dispositus; ergo sequens opinionem probabilem est absolvendus.

Octavo, Confessarius tenetur sequi opinionem penitentis invincibiliter errantis contra suam certam, ut patet in pœnitente invincibiliter ignorante se contraxisse nuliter matrimonium, licèt Confessario innotescat nullitas; ergo etiam quando est opinio penitentis probabilis, quia tunc invincibiliter errat, vel lex opposita non est sufficienter promulgata. Audiat tunc, & sileat; nè irremediabilis sequatur turbatio.

Nec potest ponere malam fidem, ubi ab initio defuit, nam sua non interest, nè res irrecuperabiliter nimis turbetur; cùm matrimonium non sit in fieri.

Nono, si opinio Confessarii sit, penitentem non peccasse: tunc debet sequi opinionem penitentis judicantis se peccasse. D. Augustinus relatus in *can. si quis* 2. ibi: *si scirent ibi non prodesse, non te admonerem, nec te terrerem. de pænitent. dist.* 7. ergo è contra non potest judicare esse in malo statu pœnitentem ex conscientia probabili operantem.

Decimo tandem, quia esset grave onus ita dispositum pœnitentem non absolvere, cogendo illum iterum propalare alteri sua flagitia fortè non absolvendum.

Intelligas, nisi opinio sit circa valorem Sacramenti; nam tunc Confessarius nec pœnitentis, nec suam opinionem sequi potest, si adsit alia, cum qua certum Sacramentum ministratur, ex Propositione I. Innocentii XI. 2147 Limita si sit circa valorē Sacramenti.

Secundo, si pœnitens certò erraret, licèt invincibiliter in præjudicium alterius, puta virginis Et pœnitens certò erraret.

ginis defloratæ à se ducendæ, vel dotandæ, debet instruere de veritate, ut cohabitet ductæ in uxorem, & si nolit cohabitare, velitque illam potiùs occidere: tunc seriò instruendus est de veritate, & non absolvendus repugnans sequi veritatem; etiamsi pœnitens dicat, ut Confessarius id relinquat suæ conscientiæ, ut mihi contingit. Terillus *loco cit. num.* 38.

2148 Objectionibus fit satis. Dices. Confessarius est Judex, Medicus. *c. omnis utriusque sexus de pænit. & remiss.* Trid. *sess.* 14. *cap.* 6. ergo non debet sequi dictamen pœnitentis.

Resp. conc. antec. nego consequentiam; nam debet instrui, informari, & dirigi ex solo processu, & informatione, & testimonio pœnitentis in processu isto delictorum: Ità ut nequeat judicare innocentem ex propria conscientia, quando pœnitens judicat in conscientia se peccasse; debetque adhibere remedium juxta vires morbi propalati à conscientia Rei, cui debet consulere.

Dices secundo: pro foro externo Judex debet sequi suam, non Rei conscientiam; ergo etiam Confessarius pro foro conscientiæ debet sequi suam, non pœnitentis conscientiam.

Resp. nego consequentiam, & disparitas est, quia in foro externo Judex judicat de delicto, ut probatum in actis, non ut est in conscientia Rei, cui credere non tenetur, & considerat delictum ut lædens bonum Communitatis, vel alterius. *l. item vulneratus, D. ad legem Aquiliam.*

At in Sacramento Pœnitentiæ judicat Confessarios de delicto, ut est in conscientia pœnitentis probato confessione ejusdem pœnitentis; nam judicat de illo, ut est verum peccatum, etiamsi alteri non noceret.

Resp. secundo, etiam Judicem quandoque pro foro externo debere sequi conscientiam Rei non delinquentis, puta amentis, ebrii, dormientis, furentis, in cujus tamen probatione non statur judicio, & confessione Rei, sed aliis externis probationibus.

At in confessione statur judicio Rei dicentis inadvertenter, furendo, dormiendo malum perpatrasse.

Debes ergo duo distinguere circa conscientiam: nam vel Confessarius vult judicare de malitia peccati secundum se; & tunc non tenetur sequi conscientiã pœnitentis, sed ab illa præscindere considerando flagitium commissum.

Si verò velit judicare de peccato ut commisso à pœnitente; tunc debet sequi non malitiam secundum se, sed prout cognitam pœnitentis; adeoque in se malum, potest esse pœnitenti non malum, si pœnitens invincibiliter ignoret malum, vel probabiliter putet bonum, non malum.

Sic etiam Judex aliter judicat de homicidio in se aliter de homicidio commisso ab amente, furente, ebrio, dormiente.

2149 Quando tollenda est ignorantia à pœnitente. Ex dictis fit Confessarium non semper debere tollere ignorantiam, nec semper debere illam non tollere à pœnitente, debet tollere, si respiciat valorem Sacramenti, nam debet procurare Sacramenti valorem; ergo dare media, & tollere ignorantiam, ex qua Sacramentum esset nullum, puta si ignoraret necessaria necessitate medii, vel essentialia Sacramento.

Si verò Sacramentum possit esse validum etiam ab ignorante receptum, nec sit spes boni exitus, si instruatur, sed timor peccati, puta si velit instruere de nullitate matrimonii conjuge invincibiliter ignorante; tunc non tenetur tollere ignorantiam, nisi esset in præjudicium alterius, cui ignorantia non debet præjudicare, puta si fur ignoraret se teneri ad restitutionem; tunc debet illum instruere, & nisi restituat, non debet absolvere.

Confessarii Sanctitas.

§. VII.

Confessarius flagitiosus lethaliter sacrilegè, sed validè ministrat absolutionem, positis aliis essentialibus. *Can. Romanus. de Consecrat. dist.* 4. Trid. *sess.* 7. *de Sacram. in genere Can.* 12. ibi; *Si quis dixerit, Ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent servaverit, non conficere, aut conferre Sacramentum, Anathema sit.* 2150 Confessarius in peccato sacrilegè absolvit.

Non licitè, quia sancta sanctè sunt tractanda à Ministris deputatis, & consecratis. Genesis 19. D. Tho. 3. *par. qu.* 60. *art.* 6. ubi Cajetanus, contra quosdam apud Ludovicum de S. Joanne *de Sacram. in genere qu.* 3. *art.* 1. *dub.* 1. *concl.* 1. contra Franciscum Christopharum à S. Josepho v. *confessio part.* 4. *dub.* 14. *n.* 8. *in fine*, dicentem tantum esse veniale.

Si verò imminente extremo periculo pœnitentis nequeat conteri Confessarius, urgente caritate, & prævalente, non peccat non contritus absolvens constitutum in extremis secus periclitaturum. Patet ex principiis jactis, cùm de malitia, & bonitate actuum. Nam non peccat constitutus in statu, in quo non haberet libertatem ad non peccandum. Talis esset hic Sacerdos, qui deberet peccare ministrando, & non ministrando: Non ministrando contra præceptum caritatis, ministrando contra reverentiam debitam Sacramento. Coninck *de Sacram. qu.* 4. *art.* 6. *dub.* 1. Gaspar Hurtadus *disp.* 4. *de Sacram. diff.* 9. Lugo *de pænit. disp.* 21. *num.* 69. contra Cajetanum 3. *par. qu.* 64. *art.* 6. Suarium *disp.* 28. *sect.* 2. qui fortè in isto casu non loquntur. 2151 Secùs si immineat periculũ mortis pœnitentis.

Quando debet esse in gratia?

Satis est si sit in gratia quando absolvit; nam tunc Sacramentum conficiens sanctus debet esse. Henriquez *lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 6. Diana *par.* 1. *tract.* 7. *resol.* 47, Lugo *de Sacram. disp.* 8. *sect.* 9. Gobat *Theol. experiment. tract.* 7. *num.* 196. contra Suarium *disp.* 28. *sect.* 1. *num.* 3. ajentem debere esse in gratia, quando incipit audire confessionem: contra Leandrum *tract.* 5. *de Sacram. disp.* 11. *qu.* 117. volentem debere esse in gratia antequam imponat pœnitentiam. Qui *qu.* 118. cum Possevino *de offic. Curati cap.* 1. *num.* 40. ait non teneri elicere contritionem dubitantem peccasse mortaliter, quia fortè præsumitur in dubio innocens. At rectiùs in hoc ultimo contritionem exigit Fabius Incarnans in *Scrutinio tract.* 4. *septima partis.* 2152 Confessarius quando debet esse in gratia.

Immunis à Censuris.

Confessarius debet esse immunis à censuris aliàs absolvens fit irregularis, licèt contritus se reposuerit in gratiam. 2153 Sit immunis à censuris.

An autem plures confessiones excipiens in lethali successivè, committat multiplex lethale, an unum?

Sub Judice lis est: & aliqui arbitrantur adesse unum peccatum, ut asserit Gobat post 2154 Successivè plures absolvens an toties peccet.

Lugo

Lugo, & alios; Aliqui multiplicant peccatum multiplicata absolutione; itaut sacrilegium committat toties, quoties complet absolutionem. Quæ ultima sententia magis cohærens, & dissolvens difficultates in aliis materiis manutenenda est. Secùs paritas urgentissima est, si unum est peccatum in hac re ministrare malè multiplex Sacramentum successivè, erit etiam unum peccatum facere multiplicem actum completum in aliis materiis successivè: quod in materia castitatis à multis reprobatur communissimè, & etiam suis locis reprobabimus.

An autem malè absolutus, sed bona fide, sit monendus à Confessario, ut errorem corrigat?

Est gravior controversia.

2155 Quando Cōfessarius monere debeat suum pœnitentem, ut corrigat suū errorem.

PRoponamus practicè casus contingentes. Confessarius non advertens casum esse reservatum cum excommunicatione, vel sine, bona fide absolvit. Deinde post absolutionem absente, vel discedente pœnitente, advertit illum confessum reservatum, & se caruisse facultate absolvendi. Quid ergo tunc Confessario agendum.

Multi volunt debere adire iterum pœnitentem, si possit, & cum ejus licentia impetrata, & obtenta, loqui, & propalare ejus defectum, & iterum obtenta priùs facultate absolvendi à reservatis, illum absolvere.

Alii volunt quod absque eo quod propalet se defecisse in absolvendo, potest quando rursus pœnitens accedit, dicere, te accusas de omnibus peccatis in tua vita commissis, & censuris, & deinde præsenti absolutione impetrata legitima facultate, illum absolvere.

Nobis placet, remoto periculo alterius damni, vel ipsius pœnitentis fortè constituti in proxima peccandi occasione, & sic monendi, posse Confessarium bona fide absolutum suum pœnitentem relinquere; nam jam salus in tuto posita est, nec tenetur Confessarius se tanquam negligentem, vel ignorantem diffamare penès pœnitentem. (30)

Tertia difficultas est;

An Confessarius teneatur interrogare pœnitentem?

2156 Quando interrogandus est pœnitens, & monēdus. vide supra n. 1930.

DIstinguas, vel interrogatio tendit ad ponenda necessaria pro existentia Sacramenti, vel non. Si primum, affirma; nam sicuti tenetur dare esse Sacramento, ita tenetur exigere necessaria ad dandum esse Sacramento. Ergo tenetur perquirere si pœnitens habeat dolorem requisitum, si materia sit sufficiens, si sit dispositus.

Si secundum: tunc non tenetur interrogare pœnitentem sufficienter dispositum pro Sacramento: quia vel pœnitens cognoscit, vel ignorat. Si cognoscit, confitebitur ipse circumstantias, si ignorat, non peccat. Nec est unde multiplicemus onera sine evidenti ratione.

Illud hic observandum non teneri Confessarium notificare veritatem bona fide ignoranti, si inde nullam utilitatem, & potiùs damna emergant: puta si moniti de nullitate matrimonii conjuges, separentur, nec ampliùs vellnt contrahere: Unde infamia, inimicitiæ. Suarez *disp.* 32. *sect.* 4. Pontius *lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 23. *n.* 50. & *cap.* 25. Lugo *de pœnit. sect.* 22. *num.* 24. Sanchez *lib.* 2. *de matrimonio disp.* 38. Villalobos, Layman, Aversa, & alii.

Similiter Confessarius prævidens pœnitentem non restituturum, non debet illi detegere nullitatem sui tituli, & debet non plus monere quàm sit necessarium.

Si verò pœnitens interroget Confessarium de veritate: tunc respondeat de veritate. Coninck *disp.* 8. *dub.* 24. licèt si possit, dissimulet modo, quo ejus dissimulatio non sit peccatum. Thom. Hurtadus *disp.* 10. *diff.* 23. 2157 Confessarius à pœnitente interrogatus debet veritatem docere.

Hinc Confessarius Principis, & Prælati debet monere, si ex ignorantia malè non idoneis Ministris conferant officia, & beneficia; nam hoc esset in præjudicium Communitatis: quo præjudicio, & scandalo remoto, si ignorantia sit inculpabilis, nec speretur fructus, tenetur monere Principem. Eminentissimus Lugo *disp.* 22. *num.* 26.

Si Confessarius non imponat onus restituendi, non tenetur ipse restituere, quia non peccat contra justitiam commutativam: licèt peccet contra suum officium. Intellige, nisi ipse consulat pœnitenti, ut non restituat. Vide Dianam *par.* 1. *tract.* 1. *miscell. resol.* 1. Cardinalis de Lugo *disp.* 22. *sect.* 3. *num.* 61.

Tenetur Confessarius audire confessiones, quando pœnitens extremè, vel graviter indigeat.

Qui Confessarius teneatur audire pœnitentem? 2158 Parochus tenetur ex justitia confessiones audire.

DIstinguas: vel Confessarius est Parochus, vel alius.

Si Parochus, tenetur audire suas oves, non solùm ex caritate, sed etiam ex justitia; non solùm semel in anno, sed semper ac subditus in lethali existens absolvi petit; nam justè petenti petens se tolli à periculo damnationis, & justa petenti non est denegandus assensus. Satis est tamen ut tunc prospiciat de legitimo alio Confessario. Arriaga, & alii.

Immò Parochus tenetur absolvere pœnitentem etiam cum periculo vitæ corporalis. D. Th. 2.2. *qu.* 26. *art.* 5. Ayncho *de casibus occurrentibus tempore mortis tract.* 5. *resol.* 36. *num.* 7. Mendozza. 2159 Et cum periculo vitæ.

Tenetur tamen absolvere pœnitentem hærentem sententiæ probabili, si ceteroquin sit dispositus. Hinc Confessarius conditiones has debet habere, ut suum officium, & obligationem compleat.

Confessor dulcis, affabilis, atque suavis,
Prudens, discretus, mitis, pius, atque benignus.

Confessor in articulo mortis.

§. VIII.

OMnes Sacerdotes etiam censura innodati absolvere valent. Trid. *sess.* 14. *cap.* 7. Et eodem modo discurrendo de articulo, & periculo mortis. Glossa in *cap. Pastoralis. de off. Ordinarii*. Aversa *de Sacram. Pœnit.* citans septem Doctores *qu.* 16. *sect.* 3. §. *si verò pœnitens*. Tenetur namque pœnitens etiam in tali periculo constitutus confiteri de Jure Divino. Ergo ei dandus est Minister; contra Canum, Sotum, & alios. 2160 Omnes Sacerdotes etiā cēsura innodati possunt absolvere in articulo mort.

Quan-

(30) Id intelligendum est, servata posteriori opinione. Nam quæ negligentia tunc, vel quæ diffamatio Confessarii penès pœnitentem.

Quando non approbatus valeat absolvere pœnitentem?

2161 In articulo mortis simplex Sacerdos ex caritate absolvere cogitur.

SImplex Sacerdos tenetur in extrema necessitate ex caritate absolvere. Suar. *de caritate disp.*9. *sect.* 2. Lorca 2.2.*quæst.*3. *dub.*28. *num.*32.

2162 Etsi sit degradatus, hæreticus.

In articulo, vel periculo mortis valet omnis Sacerdos, etiam degradatus, hæreticus absolvere etiam à censoris, & reiervatis Papæ. (31)

Patet ex Trident. *sess.*14. *c.*7. ibi: *omnes Sacerdotes, quoslibet pœnitentes, à quibusvis peccatis, & censuris absolvere possunt.*

Secundo, ex *cap.eos,qui.de sentent.excommunic.in* 6.ubi confunditor articulus cum periculo mortis.

Tertio, quia in utroque casu articuli, & periculi mortis jure Divino quis confiteri tenetur ad avitandom damnationis imminens discrimen; ergo cessat jus homanum inobservabile tunc cum Divino præcepto.

Quarto, quia sicuti quis debet in articolo, ità in periculo avitare damnationis imminens discrimen; ergo Ecclesia tunc tenetur ai præbere Ministrum.

Quinto, quia in re tanti momenti, ex quo pendet æternitas gloriæ, vel pœnæ, improdentissimum est, & iic à lege alienom, expectare axtremom fortè improvisum rapiens periculum ad tartara; ergo in otroqoe articulo, scilicet & periculo mortis nun debet deesse Minister absolutionis. Glos. in *cap. Pastoralis*, §. *præterea. de officio Ordinarii.* Paludanus in 4.*dist.*17. *qu.*5.*art.*2. Adrianus in 4. *quæst.*3. *de confessione* Sylvester v.*Confessor.*1.*qu.*6. §.7. Navarrus *c.*28. *num.*31. Medina *Codice de restitutione quæst.*16. Suarius *tom.*4.*in* 3.*partem disp.*26.*sect.*4.*num.*3. Sanch.2.*Decalogi cap.*13.*num.*1. Diana *parte* 5. *tract.*3. *resol.*59. dans septem Doctores, & *par.*3. *tract.* 4. *resol.* 71. Aversa dans quatuor Doctores *de Sacram.Pœnit.qu.*16.*sect.*3, §. *si verò pœnitens.* Lugo *disp.*18. *num.*21. Hurtadus *disp.* 10. *difficultate* 9. Leander *loco cit. qu.*17. dans vigintiduo Doctores, contra Valentiam *tom.* 4. *disp.*7.*puncto* 2. Covarr.in *cap.alma.par.*1. §.11. *num.* 8.

Idque etiam si quis sciens, volens se conjiciat in discrimen mortis. Layman *lib.*5.*tract.*6.*cap.* 12.*num.*13. Diana *par.*3. *tract.*4. *res.*57. contra Sanch. *loco cit.num.*3.

Quis dicatur constitutus in tali periculo mortis?

2163 Recensentur qui dicantur esse in periculo mortis: & primo graviter infirmi.

PRimo, graviter infirmus potest absolvi à censuris, etiam reservatis Papæ à prima die infirmitatis, quia jam imminet grave pericolum mortis. Sanctus 12. *Selectarum num.*5. Celestinus in *Compendio tract.* 1. *cap.* 13. *qu.* 1. Diana *p.*5.*tract.*3.*resol.*69. Ayncho, dicens sufficere periculum amissionis usus rationis, vel loqueiæ.

2164 Parturientes in primo, vel in difficili partu.

Secundo, omnis parturiens partui vicina, vel sensiens dolores partus in primo, & in omni difficili partu, dicitur constitota in periculo mortis, etiamsi alios partus ediderit; nam res ast ex se periculosa, infantium transversione, geminatione, complexione, monstruositate, pinguedine, & ipse partus est gravis morbus: nec refert aliàs peperisse; quia etiam navis, quæ aliàs infidum felici aura verberavit pelagum, experitur naufragia, ubi minus timenda erant. Navarrus *cap.*2.*num* 9. Sotus in 4.*dist.*18.*qu.*1. *cap.*5. Hurtadus 2.2.*tract.de fide disp.* 84. *sect.*8. §.126. Grassius *par.*1.*lib.*1. *cap.*11. *num.*7. Bellochios *de casibus reservatis par.*1.*qu.*2.*nu.*128. Finallius *de casibus reservatis cap.*8.*num.*8. Diana *par.*5.*tract.*3.*resol.*63. Abbas in *cap. Pastoralis.num.*3. *de officio Ordinarii.* Contra Aversam *de pœnit. qu.*16.*sect.*3.

2165 Aggredientes periculosam navigationem.

Tertio, etiam spontè aggrediens navigationem periculosam, prælium: est enim res licita solita ad concessum vitæ usum, licèt periculosa. Dicastillus *tom.*2.*de Sacramentis tract.*8.*disp.* 10.*dub.*16.*num.*410. Diana *p.*11.*tract.*5.*Miscellanes resol.*29.

2166 Damnati ad mortem.

Quarto, damnati ad mortem absolvi valent ab omnibus censoris; itàut tunc licèt possint, non teneantur Reus, aut Confessarius Superiorem adire, ut nec tenetur moribundus. Mendozza *tom.*1.*de fide disp.*84.*sect.*8. §.125. Fioronus *de casibus reservatis cap.*8.*sect.*6. Diana *p.*5. *tract.*3.*resol.*61. Sed de hoc infrà.

2167 Et ad triremes.

Quinto, damnati ad triremes absolvi valent à reservatis, quia nequeoot Superiorem adire, & locus, ac victus, & exarcitium, constituit illos in periculo mortis, maximè navigatoros. Joannes Henriq. *p.*1. *sect.*5.*num.*1. Sà v. *Absolutio num.*4. Duardos *lib.*3.*Bullæ Cœnæ*, §.2.*qu.*2. *num.*6. Mazzucchellus *de casibus reservatis disp.* 1.*qu.*3. *diffic.*28.*num.*106. Diana *par.*11. *tr.*3. *Miscellaneo.resol.*2. Dicastilius *tom.*2.*de Sacramentis tract.*8. *disp.*10.*dub.*16.*num.*411. contra Sanch. 2.*Decalogi cap.*13.*num.*4.

2168 Existentes in loco pestilenti.

Sexto, existentes in loco pestilenti sunt in periculo mortis. Ripa *de peste tit.de privilegiis ultimarum voluntatum causa pestis num.* 8. Homobonus *par.*3.*examinis tract.*13. *qu.*25. & sic absolvi possunt à quovis Sacerdote ab omnibus reservatis. Marchinus *de bello Divino p.*3.*cap.*7. Aversa *de Sacram.Pœnit.disp.*10.*sect.* 3. §.*si verò*; nisi adeò cautè quis se moniat, ut periculum tollat. Aversa *loco cit.* licèt absolutè formidet Diana *p.*9.*tract.*7.*Miscellaneo.resol.*12.

2169 Forojudicati.

Septimo, forjudicati sunt in periculo mortis, nam ab omnibus occidi valent, maximè exlstantes in loco, & tempore insidiis patente; nec enim à propriis forjudicatis à periculo sont alieni; nam etiam consocii consociorum sanguine propriam vitam à periculis redimont. Naldus v. *Absolutio à censuris num.*5. Floronus *de casibus reservatis par.*1.*cap.*4.§.8.*num.*9. Bellochius *p.*1.*qu.*2.*num.*133. Diana *par.*5. *tract.*3. *Miscellanes.resol.*64. Aversa *loc.cit.*

2170 Febri quotidiana laborantes.

Octavo, laborantes febri quotidiana essa in periculo mortis, ut possint à reservatis absolvi. Narbona *anno* 80.*qu.*6. Cataneus, Aynchus.

An dubium mortis periculum satis sit, ut possit absolvi à censuris reservatis constitutus in tali dubio periculo?

2171 Idem asserendum in dubio mortis periculo.

AFfirmat Sanch.2.*Decal.cap.*13. *num.*8. Bonac. *disp.*1. *de censuris in communi qu.*3. *par.*3.*num.*6. Palaus *tom.*1. *tract.*4. *disp.*4. *puncto* 3.

(31) Fagnanus tam in *cap. quoniam. de Const. n.*28. quàm in *cap. nec est urbis. de sponsalibus* per totum, auctoritate plurium DD. ante Trid. & Declaratione Sac.Congr. Concilii totis nervis contendit Sacerdotem excommunicatum, & denonciatum non posse etiam in articulo, vel periculo mortis quemlibet pœnitentem absolvere, ipsum consule, & aapende ejus rationes.

lo 3. §. 9. num. 5. Ayncho *de casibus tempore mortis tract. 1. resol. 13.* Nam esset valdè durum, & periculosum esse in tali statu, & non posse absolvi ob periculum damnationis, morte fortè imminente.

Secundo, quia in tali dubio tenetur quis confiteri, nè se exponat damnationis periculo; ergo ei ab Ecclesia est consulendum de Confessario; nam non teneor ad id, quod exequi non possum: ergo si teneor confiteri, debet adesse Confessarius potens absolvere.

Hinc dubius Sacerdos an morbus sit lethalis, potest ægrotum absolvere. Secundo, dubitans an ægrotus moriatur ante adventum Parochi, potest illum absolvere. Tertio, dubitans an impedimentum sit perpetuum, valebit absolvere. Doctores *citati*.

Nunc est difficultas:

An absoluti in articulo, vel periculo mortis à reservatis, cessante tali articulo, vel periculo teneantur adire Superiorem?

2172 Absolutus in periculo, vel articulo mortis à reservatis sine censuris ad nil aliud, tenetur.

DIstingnas: vel reservatio est sine censura, vel cum censura.

Si reservatio sit sine censura, absolutus ad nihil aliud tenetur; nam revera est directè absolutus, nec iterum confiteri debet, quia nemo bis confiteri idem tenetur: nec absolutio fuit sub conditione resolutiva, ut scilicet reincidat in peccatum jam deletum; nam peccatum nequit poni sine nova voluntate.

2173 A censuris quis potest absolvi cum reincidentia.

At à censuris potest absolvi sub conditione, ut redeat censura; quia censura pendet à voluntate non pœnitentis, sed Superioris. Suarius *tom. 4. in 3. part. disp. 30. sect. 3. num. 6.* Sanch. *2. Decalogi cap. 13. num. 6.* Navarrus *lib. 5. de pœnitentiis, & remissionibus conf. 15. editione 1.* Sà v. *Absolutis num. 8.* Henriquez *lib. 6. de pœnitentia cap. 11. num. 4. in Commentario litera V, in fine.* Fagundez *1. Decalogi cap. 16. num. 14.* Diana *par. 5. tract. 14. resol. 59.* Paludanus *in 4. dist. 20. qu. 1. art. 2.* D. Antoninus *3. par. tit. 14. cap. 19. §. 17.* Angelus v. *Confessio 3. num. 2.* Sylvester v. *Confessio 1. qu. 11.*

2174 Absolutus in tali periculo ab habente facultate nullo onere gravatur.

Si verò sit reservatio cum censura. Subdistinguo: vel impertitur absolutio à Confessario carente facultate absolvendi à reservatis, & censuris: vel inquam hic absolvir ob impedimentum temporale, puta paupertatis, carceris ad tempus, mutationis aeris, ad evitandam infamiam: vel absolvit in articulo, & periculo mortis.

2175 Absolutus ob temporale impedimentum cū juramento, illo cessante, reincidit in eandem cēsuram si Superiorem nō adeat.

Si absolvit ob temporale impedimentum; tunc debet illum absolvere præstita cautione, saltem juratoria, de adeundo Superiore, cessante impedimento: & si tunc non adeat, reincidit in censuram. *cap. de cætero, cap. eos qui. de sentent. excommunic.*

Si verò absolvatur à censuris, etiam reservatis urgente articulo, vel periculo mortis.

Tunc magno divortio opinandi contendunt Doctores.

2176 Absolutus in periculo mortis à reservatis cum censura, illo cessante, an Superiorem adire debeat

Aliqui asserunt cessante periculo, vel articulo mortis Superiorem adeundum esse. Navarrus *cap. 26. num. 26.* Suarius *tom. 4. in 3. par. disp. 30. sect. 3. num. 6.* Sanch. *2. Decalogi cap. 13. num. 14.* Fagundez *1. Decalogi cap. 16. num. 14.* Zambranus *de casibus reservatis cap. 40. dub. 4. num. 21.* Cajetanus v. *excommunicatio n. 69.*

Sed in oppositum declinant, scilicet Superiorem non adeundum; quia urgente articulo, vel periculo mortis cessat reservatio, & ex Tridentino quilibet potest absolvere sine onere adeundi Superiorem, cum de tali onere in Tridentino non constet *sess. 14. cap. 7.*

Absolutus cum onere se præsentandi Superiori, si vi Jubilæi deinde iterum absolvatur, an liberetur ab illo onere jam contracto adeundi Superiorem?

2177 Absolutus cū onere se præsentandi, lucrans Jubilæum ab illo onere se liberare videtur.

AFfirma: Frater Cyprianus Crouses in *Regula Sancti Benedicti lectione 23. ad cap. 7.* Frater Carolus à Cremona *parte 2. disceptat. 1. cap. 8. §. 5. num. 17. & §. 18.* Nam tali facultate pœnitens vi Jubilæi uti valet faciens opera injuncta à Jubilæo, qua facultate valet absolvi sine onere; Immò vi Jubilæi non solùm valet liberari ab illo onere, sed ab aliis pœnis à jure, vel ab homine latis; idque etiamsi denovo non confiteatur illa peccata reservata, nec manifestet se ligatum tali onere adeundi Superiorem; nam illicò ac consequitur illud Jubilæum, saltem implicitè liberatur ab illis oneribus à Confessario absolvente quantum ipse potest, & pœnitens indiget. Coninck *de Sacram. disp. 8. dub. 12. num. 98.* Molphesius *tom. 1. Summa tract. 7. cap. 21. num. 25.* Reginaldus *tom. 1. lib. 8. cap. 7. num. 90.* Diana *par. 1. tract. 11. resol. 19.* Gesualdus *tom. 1. tract. 9. de casibus reservatis c. 4. num. 15.* Megala *p. 1. lib. 1. cap. 14. num. 7.* Carolus à Cremona *loc. cit. num. 34.*

An quilibet Sacerdos valeat tunc absolvere, non obstante præsentia proprii Parochi, Episcopi? &c.

2178 In articulo, vel periculo mortis quilibet Sacerdos potest absolvere, etsi adsit Parochus.

AFfirmat Navarrus, Sà, Petrus Ledesma, Rodriquez, Vega, Henriquea, Barbosa, Villalobos, Coriolanus, Corradus, & alii, quibus subscribit Diana *par. 1. tract. 5. resol. 5. p. 4. tract. 4. resol. 161. par. 5. tract. 2. resol. 65.* & probabiliorem ait Tanderus *de penit. disp. 6. qu. 4. dub. 2.* Arriaga *locs cit. num. 18.* Sancius *44. Select. num. 6.* Naldus v. *Confessio num. 32.* Exparza *tom. 4. qu. 93.* Antonius Perez *de Sacram. Penit. disp. 5. num. 1.* dicens *num. 3. in fine*, etiam Tridentino non tollente reservationem, per epikiam cessare; quia imprudens esset reservatio pro illo articulo mortis. Antonius à Spiritu Sancto *tom. 1. Direct. tract. 5. num. 848.* dicens etiam à prima die infirmitatis periculosæ id posse, nec expectandum ut morbus ingravescat, cum Tancredi *tract. 1. disp. 2. qu. 15.* qui dicit tertianam continuam malignam, partum, etiamsi mortis adeat periculum spontè, vel coactus, ut in bello, navigatione periculosa. Dicastillus *disp. 10. num. 366.* Contra tredecim Doctores, quos sequitur Sanchez *2. Decal. cap. 13. num. 7.* & Doctores septem apud Lugo *disp. 18. nu. 24.* dicentem sententiam oppositam probabilem, nec constare de opposita declaratione Gregorii XIII. Mennum in *Bulla Cruciata disp. 22. cap. 1. num. 7.* ajentem nostram sententiam tutam in praxi. Leandrum *loca cit. qu. 18.* Aversam *loc. cit. §. dici tamen potius.*

2179 Rationibus confirmatur

Probatur primo, quia ex Trid. supra nulla est reservatio in articulo mortis: ergo non tenetur adire habentem facultatem à reservatis; secùs pro tali articulo adesset aliqua reservatio contra Trident.

Probatur secundo, qui finis Tridentini est, ut pro illo instanti omnia flagitia liberè, & plenè possit quilibet Sacerdoti fateri, non ut simpli-

pliciter fateatur, sed ut liberè fateatur etiam reservata, & absolvatur. Enim verò si directè non potuisset absolvi, ad quid dicere nullam reservationem, & quemlibet Sacerdotem posse absolvere constitutum in mortis articulo.

Non solùm ergo finis Trid. fuit, nè pœnitens moreretur inconfessus, cùm potuisset à simplici Sacerdote absolvi directè à venialibus, indirectè à lethalibus. Sed ultra hoc finis Tridentini fuit, ut saltem pro tali periculo, vel articulo propalare possit, & confidenter suam conscientiam: undè omnes Sacerdotes pro illo tempore sunt approbati. Et esset gravissimum onus, & res periculosa, si saltem pro illo casu careret libera potestate confitendi; nam fortè verecundia, timore, nec tunc Superiori præsenti integrè fateretur, & sic occasione reservationis periret, contra Tridentinum *sess.14.cap.7*.

Probatur tertio, quia stante impedimento non tenetur adire Superiorem. Ergo nec stante mortis periculo. Consequentia patet, quia periculum mortis aliis impedimentis æquiparatur. *cap. eos qui. de sent. excommun.*

Probatur quarto, quia in Bulla Cœnæ, & in aliis reservatis semper indistinctè excipitur mortis articulus, nec dicitur Superior adeundus, si tunc possit: *cap. fin. de pœnit. & remiss. cap. Pastoralis. de off. Ordinarii. can. si quis suadente Diabolo. 17. quæst. 4.* Cum tamen in reliquis absolutionibus ob impedimentum dicatur adeundus Superior, si possit.

2180 Juribus in oppositum fit satis.

Objicies primo cum Aversa *loco cit. §. probatur*, ex textu *in can. Aurelius. can. Presbyteri. can. fin. 26. qu. 6.* Extravag. *inter cunctas, §. incendiarius. de privilegiis*. Extravag. 1. *§. decernimus. de sent. excomm.* ubi approbato præsente, non approbatus nequit absolvere. At Tridentinum nihil innovat, ibi: *piè in Ecclesia Dei custoditum semper fuit*. Ergo nec poterit nunc præsente approbato, non approbatus absolvere: ut etiam arguit Sanchez, & de Lugo.

Resp. primo ex Arriaga *loc. cit. num.* 15. dicta jura loqui de absolutione à censuris pro foro externo, fortè etiam contentioso, in qua est diversa ratio; nam cessat erubescentia pœnitentis, re jam nota: nec talis absolutio necessaria ad obtinendam salutem æternam, & sepultura sacra obtineri valet per absolutionem post mortem.

Resp. secundo cum Perez *loco cit. num.* 6. textum nolle absolutionem moribundo differri, sed ante mortem posse absolvi; & textus in *can. Presbyteri* 26. *qu.* 6. loqui de reconciliatione pro foro externo, quæ debet fieri ab Episcopo, si præsens adsit. Cessat enim tunc ruboris, & aversionis periculum imminens in propalatione flagitiorum.

Objicies secundò: Finis Trid. est, nè pœnitens decedat inabsolutus, qui cessat præsente approbato parato. Ergo cessat dispositio Tridentini.

Resp. cum Arriaga: finem esse ut absolvatur, & liberè, saltem pro illo tempore, pro sua electione Sacerdoti fateatur. Qui finis numquam cessat. Accedit pro illo tempore omnes æquè approbatos, & sic non concurrere approbatum, cum non approbato.

Ab magis si fit incœpta confessio.

Prædicta sententia indubiè tenenda est, si incepta jam confessione superveniat alter approbatus. Trullench 1. *Decal. cap.* 15. *dub.* 7. *num.* 7. Lugo *loc. cit. num.* 33. Granadus *tract.* 10. *disp.* 4. *num.* 15. Sanchez 2. *Decal. cap.* 37. *num.* 5.

De Satisfactione Sacramentali.

CAPUT X.

2181 De parte integrali confessionis, id est de satisfactione.

UT videtis hucusque definuit nos essentia, & causa effectiva hujus Sacramenti, modò declinemus ad partem integralem hujus Sacramenti, qualis est satisfactio necessariò imponenda à Sacerdote nequeunte mutilum reddere, quando valet integrum Sacramentum reddere. Florentinum in *Decreto Unionis*. Tridentinum *sess.* 14. *cap.* 3. *can.* 4. D. Thom. 3. *par. qu.* 90. *art.* 2. Arriaga *tom.* 8. *disp.* 47. *num.* 1. Et ex opere operato cum aliis partibus concurrit ad causandam gratiam, secundum Reginaldum *lib.* 7. *num.* 8. D. Thom. *quodlibeto* 3. *art.* 28. & Trullench, licèt non causare gratiam ex opere operato voluerit Lugo *disp.* 15. *num.* 2. Arriaga *tom.* 8. *disp.* 47. *num.* 3. Dicastillus, volentes partem essentialem, non integralem Sacramenti causare gratiam: adeòque volunt tantùm delere pœnam proportionaliter.

2182 Satisfactio definitur.

Definitur: Est opus pœnale à Confessario impositum, ut pœnitens satisfaciat pro pœna temporali secùs luenda in Purgatorio.

De qua pœna temporali inquiramus primo,

An sit pars integralis Sacramenti?

§. I.

2183 Est pars integralis pœnitentiæ.

AFfirma: Florentinum in *Decreto Unionis*, Trid. *sess.* 14. *cap.* 3. *can.* 4. Arriaga *tom.* 8. *disp.* 47. *num.* 1.

An satisfactio in lethali causet gratiam sanctificantem?

2184 Satisfactio in lethali facta non causat gratiam.

DOctores discrepant: Tu si vilis tantùm partes essentiales, non integrales Sacramenti causare gratiam, ut docet Arriaga *loco cit. sect.* 1. *num.* 4. Lugo *de pœnitentia disp.* 27. *sect.* 3. dicas, quòd satisfactio hæc Sacramentalis non causat gratiam, ut prædicti Doctores tuentur; quia per satisfactionem remittitur pœna, nec propterea pars integralis Sacramenti debet causare gratiam, cùm satis sit, si Sacramentum essentialiter causet gratiam, nec novam licèt essentiam Sacramenti contineat, ut docet quorundam Doctorum sententia.

Si verò velis totum Sacramentum, etiam secundum partes integrales gratiam causare, debes dicere etiam satisfactionem causare gratiam, quia pars integralis est Sacramenti. Trid. *loco cit.* Idque docent D. Thomas 3. *par. qu.* 90. *art.* 2. *ad* 2. ubi Cajetanus. Sotus in 4. *dist.* 17. *quæst.* 1. *art.* 2. Suarez *disp.* 38. *sect.* 1. *num.* 3. & alii.

Quæres, an satisfactio extinguat pœnam ex opere operato?

2185 Satisfactio tollit pœnam ex opere operato.

AFfirmant Doctores citati; nam hæc est ejus partis vis: aliàs nihil haberet ex ratione Sacramenti, si tantùm ex opere operantis pœnam deleret.

An satisfactio in lethali pœnam tollat?

2186 Satisfactio in lethali tollit pœnam remoto obice.

AFfirma: remoto obice, scilicet peccato. D. Thomas in 4. *dist.* 25. *art.* 3. *qu.* 2. Sotus in 4. *dist.* 19. *qu.* 1. *art.* 4. Riccardus, Rainaldus, Cajetanus, Durandus, Bonaventura, quos sequitur Suarius *de pœnitent. disp.* 35. *sect.* 2. *n.* 3. Nugnez *de pœnitent. qu.* 14. *art.* 3. Arriaga *tom.* 8. *disp.* 47. *num.* 30. & alii in *cap. Omnis. de pœnit.* contra Scotum in 4. *dist.* 35. *quæst.* 1. *art.* 4. Gabrielem *dist.* 17. *qu.* 2. *art.* 2. & alios dicentes durante peccato pœnam remitti opere injuncto exequendo.

Pro-

Probatur nostra sententia ex Trident. *sess.* 14. *cap.* 8. Pęnitens non solùm satispatitur, sed debet satisfacere, satisfactio à Deo non acceptatur, si satisfaciens sit indigous, ut est exiltens in peccato mortali. Facit ad idem cum Trident. *loco cit.* ubi satisfactio illa fit cooperante Deo, & sic ex opere operato Domini nostri Jesu Christi, & in Christo satisfacimua facientes fructua dignos pęnitentiæ, quos nequit facere existens in peccato mortali, sublato verò peccato mortali pęna deletor ex opere operato. Lugo *disp.* 23. *num.* 4. Suarez *disp.* 38. §. 5.

An teneatur aliam pœnitentiam facere, qui in statu peccati antea opus injunctum exercuit?

2187 Non tenetur aliam pœnitentiam facere, qui illă facit in lethali.

NEga: Doctores citati; nam non tenetur, nisi ad opua injunctũ, quod jam fecit, nec ei præcipitur finis, ut scilicet cum effectu tunc satisfaciat. Duardus in *cap. omnis de penitent. & remiss. disp.* 9. *sect.* 2. *num.* 4. Navarrus in *Manuali cap.* 3. *num.* 6. Suar. *disp.* 38. *sect.* 8. Baunius *tr.* 4. *de pęnitent. qu.* 17.

Quæret, an peccet implens opus satisfactionis existens in lethali.

2188 Non peccat qui ponit opus satisfactionia in peccato.

NEga. Arriaga *loc. cit. sect.* 2. *n.* 21. citans Lugo, Suarium *disp.* 18. *sect.* 8. *n.* 7. Dianam, & undecim alios Doctores; nam vel causat gratiam, vel illam non causat. Si causat, non ponit obicem, si non causat, nec est veniale, quia impedire augumentum gratiæ, non ast peccatum Secùs peccaret, qui intensiùs se, non disponeret ad Sacramentum recipiendum, peccaret etiam exercens jejunium, & alios actus pietatis in peccato veniali, quia impediret gratiam ponendo voluntarium, licèt leve impedimentum, quod dici non potest.

Quæres, an opus injunctum satisfaciat pro tota pœna temporali debita?

2189 Opus injunctum nõ est certũ satisfacere pro tota pœna.

ID pendet ex justitia, qua taxata est pęna peccati, quam certè Confessarina scire nequit; ondè semper pęnitens debet esse sollicitus, & assiduè pęnitentiam agere novis etiam pęnalibus exhibitis. Trid. *sess.* 14. *can.* 13. & 14. Et si pęnitentia semper esset æqualis pro tota satisfactione debita, ad quid deindè exercere alia opera pia satisfactoria, aut Indulgentias lucrari, quod cùm sit alianum à veritate, & usu Catholico, concludendum est exhibitione, & exequutione operis injuncti à Confessario non semper deleri pœnam luendam in loco tormentorum temporalium. Suarius *loco cit. num.* 14. Contra Gasparum Hurtadum *disp.* 14. *de pęnitentia diffic.* 15. ajens omnem pœnam deleri, si injunctam ei pœnitentiam Sacerdos proportionatam censeat.

Confessarius.

§. II.

2190 Confessarius tenetur imponere pœnitentiam.

COnfessarius ergo tenetur pro qualitate criminum prudenter pœnitentiam imponere; nam est Minister, & causa instrumentalis Sacramenti; ergo debet quantum est ex se perfectum Sacramentum, & omnes integrales partes illius ponere. Trident. *sess.* 14. *cap.* 3. & 8. *de pęnitentia*, ibi: *debent Sacerdotes Domini.*

2191 Sub mortali pro mortalibus, sub veniali pro venialibus.

Sub mortali pro mortalibus, & sub veniali pro venialibus; nam pro venialibus est levis materia, sub lethali non obligans. Lugo *de pęnitent. disp.* 25. *sect.* 4. *num.* 4. contra Tanderum *qu.* 8. *dub.* 14. ajentem lethale semper essa non injungere pœnitentiam.

2192 Quando non imponit pęnitentiam.

Sunt tamen aliqui casus, in qnibus potest non imponere pœnitentiam.

Primo, si impleri, & imponi nequeat, ut si pœnitens sit moribundua, sensibus destitutus. *can. ab infirmis.* 26. *qu.* 7. Cajetan. v. *satisfactio num.* 9.

Secundo, si Jubileo, vel Indulgentia plenaria satisfecerit; nam tunc impossibile est tollere pœnam jam ablatam per Indulgentias consequutas. Extravagans *Antiquorum. de pęnitent. & remiss.* Quod aliqui rectè intelligunt de pęnitentia satisfactiva, non de præservativa; nam præservativa implenda est. Dicastillua *disp.* 14. *num.* 19. Gobât *tract.* 7. *num.* 745.

2193 Consultiùs est semper imponere pœnitentiă.

Consultiùs tamen est semper pęnitentiam injungere, quia est incertum an quis ponat, quæ ponere tenetur, requisita ad lucrandas Indulgentias.

Tertio, si jam satisfecit dolore intensissimo, de quo tamen constare nequit.

Quarto, in scrupuloso, cui satia est reimponere primam pęnitentiam, licèt multoties eodem tempore confiteatur. Granadus *tom.* 5. *tract.* 12. *disp.* 4. Navarr. *cap.* 26. *num.* 21. Fagundez, & Caodidus *disq.* 24. *art.* 31. *dub.* 3. contra Leandrum *tract.* 5. *disp.* 9. *q.* 16.

Quæres, an Confessarius debeat pœnitentiam imponere?

1194 Confessarius tenetur satisfactionem imponere.

AFfirma: nam tenetur Sacrameotnm integrum ministrare; sed pœnitentia est pars integralia Sacramenti; ergo, &c. Trid. *sess.* 14. *cap.* 3. Arriaga *tom.* 8. *disp.* 47. *num.* 59. & in articulo mortis pœnitentia non est imponenda, sed tantùm sufficit si innotescat cui indicatur. *can. ab infirmis.* 26. *qu.* 7. nisi intentissimo doloris aculeo plenè satisfactum sit, & nisi Jubileo, vel alia plenaria Indulgentia sit extincta omnia pœna; tunc enim est superflua satisfactio pro pœna, quoniam jam deleta est in Extravaganti *Antiquorum. de penitentiis, & remissionibus*, ubi Bonifacius VIII. reprehendit Confessarios imponentes pœnitentiam tempore Jubilæi. Arriaga *loco cit. num.* 37. (32)

Si pęnitens velit in Purgatorio luere pęnas acriores, & scrupulosiùs sæpiùs eodem die confiteatur, non est nova injungenda pęnitentia. Bonacina *disp.* 3. *propos.* 6. *puncto* 12. *num.* 3.

Quæret, an peccet venialiter tantùm, si non imponat pœnitentiam pro venialibus confessis?

2195 Peccat venialiter si nõ imponat satisfactionem pro venialibus confessis.

AFfirmat Arriaga *loco cit. num.* 4. contra Reginaldum in *praxi tom.* 1. *lib.* 7. *nu.* 122. *disp.* 28. nam pars est levis, satisfactio debet esse levis; sed carentia pęnitentiæ levis injungendæ levem satisfactionem tollit; ergo, &c. quis enim diceret peccare mortaliter Confessarium, si pęnitentiam non imponat, ut dicat semel Jesus pro levi pęnitentia; ergo si opus injungendum est

(32) Hic notandum est quod habetur in Synod. Diœc. Neap. sub Eminentissimo Francisco Cardinali Pignatello *par.* 3. *cap.* 7. *num.* 2. Quorundam Confessariorum abusum damnamus, qui tempore Jubilæi cum plenariis Indulgentiis magnis, & enormibus peccatis leves imponunt pœnitentias, &c. In Extravaganti *Antiquorum, de pænit. & remiss.* Bonifacius nec verbum habet de eo, quod Auctor refert.

est leve, levis erit carentia satisfactionis, atque leve peccatum.

Quæres, an pro pœnitentia valeat imponi opus aliàs præceptum?

2196 Pro satisfactione potest imponi opus præceptum.

AFfirma. Navar. *cap.* 26. *num.* 14. Arriaga *tom.* 8. *disp.* 47. *num.* 52. Suarez, Vasquez, Henriquez, quos sequitur Diana *tract.* 4. *res.* 44. Layman *lib.* 5. *cap.* 27. *num.* 10. Villalobos *tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 1. *num.* 46. & alii contra Scotum in 4. *dist.* 15. *qu.* 2. Nugnez in *additione ad* 3. *partem qu.* 15. *art.* 5. *diffic.* 2. *concl.* 2. nam tunc opus aliàs præceptum vi Sacramenti elevatur ad specialem extinctionem pœnæ, puta ex opere operato, quam non extingueret, si non esset pars Sacramenti. D. Thomas *quodlibeto* 3. *art.* 8. Sanchez, Paludanus, &c. Imò elevatur etiam ad causandam gratiam sanctificantem, ut probabiliter docuit D. Thomas 3. *par. quæst.* 90. *art.* 2. *ad* 2.

Dices: Nequit unica solutione satisfieri pluribus creditoribus; ergo nec unica pœnitentia satisfieri duplici præcepto.

Resp. duplicem esse satisfactionem. Unam ex opere operato vi Sacramenti. Alteram ex opere operantis, & sic duplici præcepto posset satisfieri: addit Leander, quando ex justitia commutativa est satisfaciendum duplici debito, tunc requiri geminatam satisfactionem, & non sic, si obligatio nascatur ex duplicata alia virtute, scilicet ex pietate, religione, caritate, &c.

Hinc satisfaceret quis pœnitentiæ de danda eleemosyna, si illam daret extremè indigenti, cui ex caritate etiam tenetur. Sanchez 1. *Decalogi cap.* 14. *num.* 6. contra Sotum *disp.* 38. Imò licèt nequeat dare sibi ipsi, quamvis sit pauper, nam eleemosyna respicit alterum. Sancius 14. *select. num.* 10. Posset tamen dare suo filio pauperi. Henriquez *lib.* 2. *de pœnitent. cap.* 27. *num.* 24. Posset etiam dare patri indigenti, cui debet ex caritate, vel pietate; nam talis præsumitur Confessarii voluntas, quæ intendit eleemosynam dari pro sublevandis pauperibus, qualis est pater, filius, aliusve inopia laborans, vel extremè indigens. Sotus in 4. *dist.* 2. *art.* 2. Henriq. *lib.* 1. *cap.* 3. contra Amicum *to.* 8. *disp.* 16. *sect.* 5. *dub.* 9. *n.* 90. Suarium *disp.* 38. *sect.* 1. *num.* 5. Gasparum Hurtadum *disp.* 14. *de pœnitent. dist.* 8. licèt in aliis non præsumatur injungere opus præceptum, nisi exprimat, vel saltem tacitè pœnitentiæ injunctæ id imponat: sicquasi dicat: Die festo audias duas Missas, censetur in pœnitentia includere Missam præcepti, sicuti non debet audire in die festo duas Missas, si Confessarius imponat, ut quis per mensem Missæ intersit; nam hæc est verisimilis mens Confessarii; & in dubio ad mitiora declinandum. Victoria *de satisfactione qu.* 26. Reginaldus *lib.* 7. *num.* 3. Sanchez 1. *Decalogi cap.* 14. *num.* 6. & alii.

Confessarius non debet pœnitentiam publicam imponere pro peccato occulto, invito pœnitente, quia diffamaretur pœnitens.

Nunc est controversia:

An possit Confessarius imponere pœnitentiam applicandam pro defunctis?

2197 An possit imponi pœnitentia applicanda pro defunctis.

NEgat Vega *tom.* 2. *Summæ casu* 2. Sancius 16. *Selectarum num.* 1. Bordonus *tom.* 2. *resol.* 70. *qu.* 4. *num.* 26. Philippus de la Cruz, Tretazza, & alii plures. Contra Lugonem *disp.* 25. *num.* 65. Amicum, Aversam, Arriagam, Gobat, Leandrum.

Ratio est primo, quia satisfactio est pars integralis Sacramenti; ergo debet prodesse illi, cui prodest totum Sacramentum; ergo nequit imponi, ut prosit defunctis, aliisque vivis.

Secundo, quia satisfactio ex vi Divinæ institutionis est ad tollendam pœnam debitam peccatis pœnitentis. Trid. *sess.* 14. *cap.* 8. & Confessarius nequit mutare Divinam institutionem.

Tertio, quia injustitia est velle unum satisfacere pro debito alterius, cui non tenetur; ergo etiam esset injustitia cogere pœnitentem satisfacere pro aliis, & remanere pro se obligatum.

Quæres, an pœnitentia possit impleri tempore, quo implet aliud præceptum?

AFfirma: nam non sunt res impossibiles; Undè potest quis simul satisfacere præcepto Missæ, & recitare orationes injunctas pro pœnitentia. Navar. *cap.* 21. *num.* 8. Cajet. v. *Festum.* Ledesma *par.* 2. *quæst.* 6. *art.* 6. *dub.* 5. Henriquez *lib.* 9. *de Missa cap.* 25. *num.* 25. Sanchez 1. *Decalogi cap.* 14. *num.* 22. & alii contra Sylvestrum v. *Missa*, & Angelum v. *Feria num.* 46. & alios. 2198 Et impleri potest tempore quo implet aliud præceptum.

Quæres, an Confessarius possit injungere pœnitenti, ut faciat pœnitentiam, quam velit?

AFfirma: D. Thomas *quodlibeto* 3. *art.* 28. ubi docet duo. Primo Sacerdotem non debere onerare pœnitentem gravi pondere satisfactionis. Secundo illa verba (*quidquid boni feceris*) reddere opera satisfactoria ex opere operato, tanquam sint partes Sacramenti ad quod sunt multi apud Dianam *par.* 10. *tract.* 16. *resol.* 1. & *par.* 11. *tract.* 9. *resol.* 14. contra Lugum *loco cit. num.* 14. ajentem pœnitentiam debere determinari à Sacerdote, & *quidquid boni feceris* non elevare operam ad satisfaciendum vi Sacramenti: quod ultimum non displicet cum Arriaga *loc. cit. num.* 8. docente illa verba esse deprecatoria, ut Deus det auxilia ad benè operandum, secùs autem merita Beatæ Virginis causarent remissionem, & gratiam, nam etiam ibi dicitur: *Passio Domini nostri Jesu Christi, & merita Beatissimæ Virginis.* 2199 Potest injungi satisfactio pœnitenti quam velit.

Hinc patet, posse Confessarium dicere pœnitenti: fac hoc, vel illud. D. Thomas *loco cit.* Sanchez 4. *Decalogi cap.* 13. *num.* 39.

Potest etiam injungere pro pœnitentia aliquid in communi, ut si imponat pro pœnitentia quidquid hodiè benefeceris, vel per mensem. D. Thomas, Navar. in *can.* 1. *de pœnitentia dist.* 6. *num.* 36. Reginaldus *lib.* 5. *num.* 23. Bonacina *disp.* 5. *prop.* 3. *puncto* 9. *n.* 13.

Difficultas est:

An possit imponi pœnitentia sine onere per modum consilii: putà fac hoc, vel illud si volueris?

NEga: nam hoc esset partem integralem Sacramenti non conficere, & Confessarius sicuti totum, ità & partes Sacramenti conficere debet. Granadus *tract.* 12. *disp.* 4. *num.* 4. Fonseca *lib.* 4. *cap.* 5. *dub.* 2. *num.* 9. Baunius *de pœnit. tract.* 4. *qu.* 18. contra Villalobos *tom.* 1. *tract.* 9. *diffic.* 22. *num.* 1. Henriquez *lib.* 3. *de pœnitentia cap.* 21. *num.* 5. Filliuccium *tom.* 1. *tract.* 6. *cap.* 9. *num.* 37. 2200 Non tamen per modum consilii.

*num.*37. Suarium *tom.*4. *disp.*38. *sect.*1. *num.*2. citantem Paludanum, Ledesmam, & Victoriam.

Qua intentione pœnitentia sit satisfacienda.

§. II.

2201 Intentio ot quis fatisfaciat.

CArens intentione satisfaciendi actualiter, vel virtualiter satisfacit, si habituali non careat, quam habet go ipso, ac non retractavit intentionem recipiendi Sacramentum, & sic obitus pœnitentiæ, faciens opus iojunctum, satiafacit pœnitentiæ: in quo sensum non respuo Sanchez 1. *Decalogi cap.*12. *num.*11. *in fine.* Arriagam *tom.*5. *disp.*43. *num.*35. Lugo *disp.* 25. *num.*77. docentes, non requiri intentionem satisfaciendi, nam intentio requiritur in præcipiente, non in exequente; imò putat Arriaga *loco cit. num.*26. illud requiri ad valorem effeotiæ Sacramenti, ut satisfaciat voluntati Judicis, qui solvit id, ad quod condemnatur, nec debet iterum solvere, si solvit sine intentione solvendi.

Pœnitens.

§. III.

Quæres, an pœnitens teneatur acceptare, & acceptatam implere pœnitentiam.

2202 Pœnitena tenetur acceptare, & adimplere pœnitentiā.

AFfirma: secùs inanis esset jurisdictio, & onus imponendi pœnitentiam in Confessario esset inutile, si pœnitens posset nolle pœnitentiam. Arriaga *tom.*8. *disp.*43. *num.*35. D. Thomas 3. *par. q.*2. *art.*2. & peccaret pœnitens, quia redderet nullum Sacramentum, contra Cajetanum *tom.*1. *Opusc. tract.*6. *qu.*2. *ad* 3. Sotum, Joannem de la Crox, Villalobos, Leādrum apud Dianam *tom.*2. *tract.*13. *resol.*52. volentes, noǹ teneri acceptare, nec implere, & contra Scotum, & Sylvestrum apud Vasquea *p.*3. *qu.*94. *art.*1. *dub.*1. volentes posse non acceptare, sed acceptatam pœnitentiam esse adimplendam.

Quæres, an pœnitens omittens levem pœnitentiam peccet mortaliter?

2203 Omittere levem pœnitentiam non est lethale.

NEga, quia est levis transgressio. Arriaga *tom.*8. *disp.* 47. *num.* 4. Suarius *disp.* 38. *tract.*5. *num.*1. dicens, veniale esse non implere levem, & etiam gravem pœnitentiam injunctam pro venialibus, vel pro mortalibus aliàs confessis, item videtur docere Reginaldus *lib.* 7. *num.*37. Rodriquez *tom.* 1. *cap.*56. *num.* 9. & alii dicentes cum Vega esse veniale omittere levem pœnitentiam pro jam confessis, contra Sancium, & Leandrum *de Sacram. Pœnitent. disp.*9. *qu.*62.

2204 Etsi sit gravis pro peccatis aliàs confessis.

Difficultas est, si pœnitentia sit gravis pro peccatis mortalibus jam confessis, & adhuc peccare venialiter sentit Layman *lib.*2. *tract.*6. *cap.*26. *num.*7. Vivaldus, Granadus, Angelos, Medina apud Dianam *par.*4. *tract.*4. *resol.*102. licèt hoc displiceat Arriagæ *loco cit.* Henriquez, Fagundez, & aliis apud Leandrum *loco cit. quæst.* 60.

Quæres, an omittens partem majorem pœnitentiæ injunctæ, peccet mortaliter.

AFfirma. Sancius *loco cit. num.*24. & Nognez *loco cit. concl.*4. contra Cajetanum *tom.*4. *Opusc. tract.* 6. *qu.* 2. & alios apud Castrum Palaum, volentes non peccare mortaliter, omittens totam pœnitentiam gravem acceptatam, pro mortalibus jam aliàs confessis impositam, quæ opinio falsa est, ut rectè ait dictus Palaus *loco cit.* 2205 Omittere partem majorem pœnitentiæ est lethale.

Quæres, an omittens partem levem pœnitentiæ peccet tantum venialiter?

AFfirma, nam res levis sub gravi obligare nequit. Sanchez *disp.* 24. *num.* 14. Alvar. Henriquez, Ægidius, Layman apud Philippum de la Crux *tract.*2. *de Indulgentiis cap.*4. *tom.*2. 2206 Levem autē omittere veniale est.

Pœnitens impotens solvere totam pœnitentiam, tenetur partem implere, quam potest pœnitentiæ, si pœnitentia sit divisibilis. Sanchez 1. *Decalogi cap.*14. *num.*9.

An autem teneatur recitare Psalmos sine Lectionibus, quando nequit Lectiones recitare, & pœnitentia sit de recitando Officio Canonico.

AFfirma. Navar. *c.*10 *de Horis Canonicis n.*15. sed tu absolutè nega, etiamsi Officium sit de Feria. Leander *de pœnitentia disp.*9. *quæst.*65. *num.*2. quià sine Lectionibus, & Responsoriis, non datur Officium. Imò Leander *qu.*67. putat ad nihil teneri, qui non potest recitare omnes Psalmos, licèt possit aliquos, si pœnitentia sit, ut recitet septem Psalmos Pœnitentiales, quia est pœnitentia individua. Sanchez 1. *Decalogi cap.*19. *num.*4. (33) 2207 Pœnitentia de recitāndo Officio Canonico an implenda quādo nequis dici Lectiones.

Impotens recitare flexis genibus potest aliter recitare, quando pœnitentia imponitur, ut dicatur flexis genibus. Vega *par.*5. *cap.*64. *casu* 4. contra Dianam *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 15. Lugo *disp.*25. *num.*63. 2208 Impotēs flexis genibus potest aliter recitare.

Potest quoque cum socio Psalmos, Litanias, Officium injunctum ex pœnitentia recitare ad instar præcepti Ecclesiæ. Navar. *de oratione c.*10. *num.*19. Sanchez *lib.*4. *Decalogi cap.*22. *num.*37. Sà v. *Hora Canonica num.*22. 2209 Et cū socio.

Impotens tantùm solus, non tenetur cum socio recitare, ut patet de Divino Officio. Sanchez *disp.*15. *Selectarum num.*2. (34) 2210 Quid si non solus, sed cū socio recitare valeat.

Obligatus recitare Rosarium potest interrumpere, sicuti de Horis Canonicis dicemus infrà. Sanchez *tom.*2. *Opusc. lib.*7. *cap.*2. *num.*29. Navar. *de oratione cap.*10. *num.*37. 2211 An possit interrumpere.

Nota ex Leandro *loc. cit. qu.* 37. pœnitentiam posse mente recitari, si id proficiat pœnitenti ex tacita voluntate Confessarii, maximè in opinione, quæ habetur posse pœnitentem sibi propria auctoritate pœnitentiam in meliùs commutare, contra Dianam *par.*9. *tract.*9. *resol.*83. quæ Dianæ opinio magis placet. 2212 An commutare in melius.

Quæ-

(33) Omninò tenendum est, quod debeat recitare id, quod potest. Nam Officium est unum unitate compositionis, quod potest dividi in partes, & quilibet Psalmus est pars Officii, sicut quælibet Lectio. Idemque dicendum de pœnitentia septem Pœnitentiæ Psalmorum. Accedit admissæ opinioni Propositio damnata ab Innocentio XI. quæ est LIV. „ Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, „ potest autem reliquas Horas, ad nihil tenetur, „ quia major pars trahit ad se minorem, „ Officium autem sine Lectionibus, & Responsoriis est Officium, sed non integrum; sicut & recitare aliquos Psalmos de septem injunctis est implere pœnitentiam injonctam, sed non integram.

(34) Sed cur non potest, si socium commodè habere potest.

Quæres, an pœnitens, cui est præfixum tempus pęnitentiam implendi, possit aliquanter differre?

2213 Potest eam aliquanter differre. AFfirma: nam moderatè, non mathematicè, sed moraliter censetur tempus præfixum à Confessario, sed si multum differret ex negligentia, peccaret tantùm venialiter, quia impleret substantiam præcepti, non circumstantiam, quæ ex se gravis non est. Thomas à Jesu *cap. 2. dub.* 9. Rodriquea *tom. 2. cap.* 126. *num.* 32. Baunius *tract. 3. de penitentia qu.* 13. *in principio*, contra Sà v. *satisfactio*, & Sanchez 8. *de matrimonia disp.* 24. *num.* 57.

2214 An anticipare. Anticipare pęnitentiam, absque veniali peccato, potest pęnitens etiam per octo dies intuitu solemnitatis, & Jubilæi, nam ità præsumitur rationabilis voluntas Confessarii. Sancius 13. *Selectar.* Sanchea 4. *Decalogi cap.* 14. *num.* 26. nisi sit ob specialem suum animi cultum. Leander *loco cit. qu.* 31. Gabriel à S. Vincentio *de pęnitentia disp.* 12. *quæst.* 4. v. *decima difficultas.*

Potest ergo differre quoque per octo dies, etiamsi Confessarius dicat: confitearis in singulos menses, & non differas ultrà, licèt tunc ad tantùm tres dies extendat Arriaga *loc. cit.* Leander *loco cit. qu.* 32. & Granadus *tom. 1. tract.* 22. *num.* 9.

Quæres, quantum tempus detur pro implenda pænitentia, si tempus non sit taxatum à Confessario.

2215 Non præfixo tempore quãdo adimplere tenetur. REsp. dari annum, sicuti etiam ad peccatorum confessionem. *cap. omnis utriusq; sexus. de pęnitentiis, & remissionibus.* Thomas à Jesu *in Tribunali conscientiæ sect. 3. cap. 9. dub.* 9. Gabriel à S. Vincentio *loc. cit. quæst. 4. num.* 10. Arriaga *tom. 8. disp. 48. num.* 18. Diana *part. 2. tract. 15. resol. 13. & part. 10. tract. 12. resol.* 42. Leander *de Sacramento penitent. tract 3. disp. 9. quæst.* 84. ajens ità consulisse doctissimos Salmanticenses, contrà Suarium, Reginaldum, Bonacinam, Granadum, volentes teneri quam primum commodè possit. Hurtadus *disp.* 14. *difficult.* 1.

Quæres, an pœnitentia possit per alium adimpleri?

HIc est casus Bullæ, verba Bullæ: *Pœnitens propria auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius pœnitentiam adimpleat.*

Hæc Propositio damnatur; Nosque illam damnavimus, sequentibus doctrinis aditum facimus. (35)

2216 Per aliom adimpleri nequit. Negamus itaque pœnitentiam posse per alium impleri. Cajetanus v. *satisfactio num.* 2. Sotus, & Zerola, quos sequitur Bonacina *tom. 2. de pęnit. quæst. 5. proposit. 3. punct.* 3. Vasquez 3. *par. qu. 94. art. 2. du.* 1. *num.* 21. Suarius *de pęnitent. disp. 28. sect.* 9. Reginaldus *lib. 1. quæst.* 87. & alii contra Sylvestrum v. *satisfactio quæst.* 3. Divum Antoninum citantem D. Thomam 3. *part. tit. 4. c. 20. quæst.* 1. Paludanum *in 4. dist. 20. quæst.* 3. & alios distinguentes pœnitentiam medicinalem à satisfactoria, & dicentes, quod satisfactoria potest commutari in aliam personam, quia potest unus pro alio solvere pęnam, sed subdit id debere fieri authoritate Sacerdotis; Medicinalis verò ait, nec authoritate Sacerdotis posse per alium impleri.

Probatur ex Trident. *sess. 14. cap. 3. & 4. can.* 4. ubi partes hujusmodi Sacramenti sunt contritio, confessio, satisfactio, & actus pœnitentis; ergo debet esse actus pœnitentis, non alterius; ergo non debet fieri per alium.

Secundo, quia satisfactio est pars integralis Sacramenti, quod debet esse, ubi totum Sacramentum, Sacramentum autem est in pœnitente, non autem in extraneo; ergo nequit in pœnitente esse totum Sacramentum, nisi sint partes, quale est opus satisfactorium. Trident. *loco cit.*

Confirmatur, quia in onere injuncto à Confessario, est duplex ratio consideranda. Primo pœnalitas. Secundo satisfactio, quæ nascitur ex tali pœnalitate, quæ pęnalitas est ad cautelam in futurum, & sic nequit per alium fieri.

Dices: qui lucratur Indulgentiam non tenetur ad pęnitentiam; ergo satisfactio potest fieri per alium. Consequentia est bona, quia recipiens Indulgentiam satisfacit cum alieno opere, puta Domini nostri Jesu Christi, & Sanctorum. Antecedens probatur ex D. Thoma in 4. *dist. 2. qu. 1. art. 3. quæstiunc.* 1. Sylvester v. *Indulgentia num.* 23. Angelus, Armilla, Vasquez, Alex. de Ales. Bonaventura, quos citat, & sequitur Lugo *disp. 27. num.* 22. qui ait id verum etiam in pęnitentia medicinali. Tanderus, Granadus, & alii, quos refert Diana *par. 10. tract. 12. resol.* 46. docentes non teneri ad pęnitentiam, qui lucratur Indulgentias, contra multos DD. & præcipuè contra Suarium, Reginaldum, Granadum, & alios. 1217 Objectio.

Resp. antecedens non esse omninò certum, nam lucratus Indulgentiam, adhuc teneri ad pęnitentiam, docent Suarius *disp. 38. sect.* 10. *num.* 10. Valentia *tom. 4. disp. 7. quæst. 20. par.* 3. Henriquez *lib. 2. de pęnitentia.* 22. *num.* 5. & *lib. 7. de Indulgentia cap.* 17. *num.* 3. citando Rosellam, & Dianam *par. 10. tract. 12. resol.* 96. nec mihi displicet; nam ut patet ex dictis, in pęnitentia non tantùm consideratur satisfactio, sed etiam pęnalitas operis, qua instruitur pęnitens, ut caveat in futurum. Diluitur.

Respondetur secundo, dato antecedenti, nego consequentiam, quia tunc voluntas tacita Confessarii conformi voluntati Summi Pontificis, censetur commutata pęnitentia in illis operibus exercendis pro lucrandis Indulgentiis; idque licèt verum esset nullam imponendam satisfactionem pęnitentibus lucrantibus Indulgentias, ut docet Sà v. *satisfactio num.* 2. Lugo, & alii, vel levissimam tunc imponendam, ut vult Filliuccius *tract. 8. cap.* 10. Palaus *tom. 4. tract. 29. par. 2. num.* 20. (36)

Quæres, an impotens per se, teneatur per alium satisfacere?

NEga posse, aut teneri, quia pęnitentia est actus pęnitentis. Trident. *sess.* 14. *cap. 2. & 4.* qualis non est actus per alium factus. Cardinalis Lugo *de pęnitentia disp.* 38. *sect.* 45. *num.* 87. Tamburrinus *lib. 4. cap. 2. in fine.* Arriaga *tom. 8. disp. 48. num. 13. in fine*, contra alios docentes oppositum. 1218 Qui nequit per se non tenetur per alium satisfacere.

Quæ-

(35) Vide Auctorem in sua *Anacephaleosi tit.* 18. ubi latè de satisfactione tractat, explicando citatam Propositionem XV. Alexandri VII.

(36) Vide superiores Adnotationes, & Synodum nostram Diœcesanam supra citatam.

2219 Neque ex licentia Confessarii potest per aliū satisfieri.

Quæres, an saltem ex licentia Confessarii possit quis exequi opus iniunctum?

NEga: nam nequit Confessarius separare partes Sacramenti, nec potest velle, ut pars integralis, ut est satisfactio, sit in uno, & totum essentiale in alio; esset enim reddere Sacramentum in hoc mutilum, separando partem integralem à Sacramento in peniteote præceptam.

Secundo, quia pœnitentia debet esse actus penitentis recipientis Sacramentum. Trideot. *loco cit.*

Tertio, quia Sacramentum ab uno receptum, non prodest noo recipienti; ergo pars Sacramenti, ut est satisfactio, quæ esset io tertio, non prodesset suscipienti Sacrameotum. Ledesma *tom.2.qu.14.num.44.* Vasquez *quæst.42. dub.4.* Lugo *loco cit.disp.25. num.39.* Hurtadus *disp.14.diff.5.* Nugnus *qu.14.art.2.&c.* Gabriel à S.Vincentio *de penitentia disp.24.qu.4.*

Affirma verò cum Soto, Durando, Divo Bonaventura, Divo Tho. in *4.dist.20. qu.1. art.2. quæstiunc.3.* Armilla v.*satisfactio qu.3.* Granadus, Reginaldus, Booacina, Thomas à Jesu, Diana, quos citat, & sequitur Leander *loco cit.qu.4.* voleotes per alium posse satisfieri penitentiæ ex licentia Confessarii, quorum non respuerem seoteotiam; si vellem penitentiam esse actum pœoitentis petentis ab alio, ut opera injuncta, exequaotur, quos sequitur Arriaga *tom. 8. dist.48. num.21.* Ex eo quia Judices permittere possunt, ut pro reo alius satisfaciat, sed semper salvari debet opus injunctum esse actum penitentis, ut vult Trident. & ideo id non est affirmandum. Hinc patet.

An saltem ex licentia tacita Confessarii possit per alium satisfieri?

2220 Neq; ex licentia tacita ejusdem.

NEga: Lugo contra Cajetanum v.*satisfactio. num.* 65. Sylvestrum *ibidem*, & patet ex ratione jam dicta.

Visum est, an possit per aliam personam quis penitentiæ satisfacere: Conclusum est, nec Confessario volente posse; Inquiramus modò an possit per aliud opus ipsemet peniteos satisfacere penitentiæ injunctæ, sed priùs agamus:

An satisfactio necessariò ex Christi institutione implenda sit ante absolutionem, ut absolutio valida sit?

Satisfactio non est necessariò implenda ante absolutionē.

NEga: Est contra Petrum de Osma à Sixto IV. damnatum die 9. Augusti 1478. in Bulla: *Ligea oa*. ubi hæc Propositio damnatur: *Non sunt absolvendi penitentes, nisi peracta priùs pœnitentia eis injuncta.* (37)

De Commutatione penitentiæ.

§. V.

Quæres, an penitens possit sibi penitentiam commutare in meliùs?

AFfirma: ex tacita voluntate Confessarii, qui præsumitur velle penitentem implere opera satisfactoria; & si meliora multò magis; penitentis eoim bonum inspiciaodum est, quo ad penam, & satisfactionem, ratione cujus solvitur ratio opposita, scilicet aliquem requiri actum nempè judicii in se exercere, nec posse mutare materiam præcepti. Nam respondemus id esse ex rationabili voluotate tacita Confessarii, ratione cujus potest etiam commutare peoam in aliud opus æquale. In hoc enim tendit rationabilis voluntas tacita Confessarii, & finis. Martinus de S. Josepho *lib. 1. tract. 3. de penitentia.* Bossius v.*satisfactio num.10.* Portella v.*penitentia nu.16.* Villalobos *tom.1. tract.9. diff.29. num.1.* Celestinus io *Compendio tract.1. cap.24.num.8.* Leaoder *de Sacramento Penitentia disp.9.quæst.102.* Diana *par.3.tract.4. res.13. & par.10.tract.16.resol.28.* consonat Nugnus *3. par. quæst.18. dub.fin.* volens penitentem obligatum pœnitentiæ posse eligere aliud opus exequeodum proportionaliter pro peniteotia, contra Saochez *lib.4. Decalogi cap.11. num. 36.* Bonacinam *disp.15.prop.3.puncto 3.num.12.* Lugo *disp. 25. num. 95.* Reginaldum *lib. 7. cap. 8. num.85.* Sancium *14.Select.n.2.* Arriagam *to.8. disp.48. num.27.* Gabrielem à S. Vincentio *loco cit. qu.5.* Pallavicinum *lib.3. operationum cap. fin. num.337.* & alios. 2221 Pœnitentia in melius commutari potest à pœnitente.

Patet, quia duò considerantur in pœnitentia imposita à Confessario: Primum ratio formalis penitentiæ. Secundum ratio materialis.

Ratio materialis est hæc, vel illa actio satisfactiva.

Formalis est satisfactio, prout penitenti magis expedit, nihil aliud intenditur pœnitentia, quàm satisfacere pro penis temporalibus in Purgatorio luendis, prout penitenti magis expedit; quia finis specificat actum, nempè penitentiam; & sic dicitur penitentia formalis, quam semper ponit commutans penitentiam in æqualem, vel in melius.

Pœnitentia formaliter sumta numquam commutatur, qoia semper debet tendere ad satisfaciendum pœnæ reliquæ, in Purgatorio

secùs

(37) Errori Petri de Osma, seu Oxomiensis, quem ex animo inde ejuravit, ut testatur Cardinalis de Aguirre *tom.3.Concilior. um.Hispaniæ pag.* 682. adstipulatur de Dominis *lib.5.Republica cap.7.num.57.* Theophilus Brachet in libro, cui titulus: *Verax pacificus* à Sacra Facultate Parisiensi censura confixus anno 1644. aliique, quorum assertiones Alexander VIII. anno 1690. proscripsit, damnando tres propositiones, quarum prima in ordine XVI. hæc habet: „ Ordinem præmittendi satisfactionem absolutioni induxit, non politia, aut institutio Ecclesiæ, „ sed ipsa Christi lex, & præscriptio, natura rei id „ ipsum dictante. Altera ordine XVII. „ Per ipsam praxim mox absolvendi ordo pœnitentiæ „ est inversus. Tertia ordine XVIII. „ Consuetudo moderna quoad administrationem Sacramenti Pœnitentiæ, etiamsi eam plurimorum hominum sustentet auctoritas, & multi temporis „ diuturnitas confirmet, nihilominus ab Ecclesia „ nō habetur pro usu, sed pro abusu. „ In quem errorē lapsus est Quenellius propositione LXXXVII. inter centum & unam à Clemente XI. 10. Septemb. 1713. damnatas, quæ sic habet: „ Modus plenus „ sapientia, lumine, & caritate est dare animabus „ tempus portandi cum humilitate, & sentiendi „ statum peccati, petendi spiritum pœnitentiæ, & „ contritionis, & incipiendi ad minus satisfacere „ Justitiæ Dei antequam reconcilientur. „ Sitamen sciendi ardor te extimulat optimè Tyro inquirendi priscam Ecclesiæ disciplinam circa satisfactionem Sacramentalem; scilicet an prius pœnitentes exolvere fuerint coacti pœnitentiam, & postea fuerint Sacramentaliter absoluti: an absolutio illa à dictis publicis pœnitentibus fuerit tantùm Canonica, seu reconciliatio cum Ecclesia: an simul cum Canonica, Sacramentalis absolutio pœnitentibus fuerit impartita. Vide Morinum *de Penit. lib.9. c.1. & seqq.* Petavium in *animadversionibus ad S. Epiphanium hæresi 59.* Honoratum Tournely *de Pænit. qu.7. art.3.* Launojum in *Dissert. de mente Tridentini Concilii circa satisfactionem Sacramentalem.* Natalem ab Alex. *ad sec.III. dissert.9. sect.7.* Arnaldū *de Freq. Comm. p.2.c.3.*

fecùa iuendæ; idqoe prout pęnitenti expedit, qui finis intentua à Confeffario fempar adeft, fivè hoc, fivè illo medio æquali, vel meliori pęnitentiam ponat.

Materialis verò pœnitentia, fcilicet hæc, vel illa actio pęnalia pia mntari poteft eadem ratione formali retenta fatisfaciendi, prout expedit pęnitenti; Undè materialia pęnitentia non ingreditur rationem formalem, nec eft para Sacramenti, nifi pront in fe continet rationem formalem fatisfactivam pęnitenti confonam, quæ ratio formalia eft para integralis hujua Sacramenti incommutabilis à pęnitente, qui non poteft mutare partes Sacramenti.

Secundo probatur, quia hæc præfumitut rationabilia voluntaa Confeffarii, aliud non intendentis, quàm pęnitentis bonom per æqualem fatiafactionem, juxtà principium: Non refert, quid ex æquipollentibus fiat; & habeamus intentum, & non coremus de modo.

Tertio, quia inter tot opiniones acceptandi, exequendi acceptatam, mutandi pęnitentiam, debemus alleviare onus, juxtà Domini voluntatem, pęnitentem non angariare.

Dices: Subditua nequit mutare unam materiam præcepti in aliam; ergo nec pęnitens unum opua injunctum à Confeffario in aliud æquale.

Refpondetur, nego confeqnentiam; & difparitaa eft, qnia lex per fe tendit ad bonum publicum. *c.erit dift.4.* At pęnitentia tendit ad folum bonnm Sacramentale folius pęnitentia; & fic prout eidem pęnitenti expedit in melius, vel æquale commutatur.

Secundo, quia opus injunctum à Confeffario commutatur ex voluntate faltem præfumta Confeffarii, refpiciente folius pęnitentis commodum ex Sacramento. At opus injunctum à lege commutari non valet à particulari; nam pro folius commodo indictum non eft.

Quæres, an poffit alius Confeffarius pęnitentiam commutare?

2222 Pœnitentia commutari valet ab alio Confeffario, fed an extra, aut audita confeffione hic inquiritur.

AFfirma: poffe in æquali, & audita confeffione, etiam in minore, nam tunc abfque eo quod propalet peccata aliàs confeffa, poterit talia Confeffarioa æqualia exercere jurifdictionem in pęnitentem, & fecundum præfentem ftatum pęnitentia: & quoque tenetur, fi hoc expediat pęnitenti, eo quia hæc eft rationabilis voluntas prima Confeffarii, & fecundua Confeffariua non exercet jurifdictionem in fententiam primi, fed in pęnitentem hic & nunc, fe fupponentem Confeffario pęnitentia, & voluntate implendi per aliud opus. Navarr. *cap.* 26. *num.*22. Sylvefter v.*Confeffio q.*27.*n.*31. Layman *lib.*5. *tract.*8. *cap.*13. *num.*14. Suarius *difp.* 38. *fect.*10. Emmanuel Sà v.*Satisfactio num.* 5. Bonacina *difp.*3.*prop.*3. *puncto* 3.*num.*1. & alii innumeri apud Leandrum *qu.*100.& communem dicit Antonius à Spir.S. *tr.*5. *num.*1632. Tamburrinus in *Methodo lib.* 4. *cap.*3. §.2. *num.*17. 18. & 19. Contra Averfam *de Sacram. Penit. qu.*13.*fect.*8. Suarium *de penit. difp.* 38.*fect.*10. Lugonem, Arriagam, & alios volentes non poffe commutari. Et Suarius afferit non poffe, nifi de novo auditis peccatis. Et Sotus in 4.*dift.*10. *fect.*2.*art.*3. & Arriaga, non poffe etiam auditis de novo peccatis.

Probatur primo, quia tale onus repetendi confeffionem nullibi Jure Divino conftat. Secundo, quia directè Sacramentum eft inftitutum in bonum animæ, eftque judicium hoc pietatis, & mifericordiæ. Sic non eft fervandum, quod fervatur in judicio contentiofo ex fe tendente ad puniendum delinquentem confeffum, cùm judicium Sacramentale tendat ad abfolvendum.

Probatur tertio, quia fecundus Confeffarius non exercet jurifdictionem circa primum Confeffarium, nec mutat fententiam primi Confeffarii, fed exercet jurifdictionem circa pœnitentem, ejufque ftatum præfentem, prout magia judicat expedire ejua faluti.

Nec per hoc peccata remanent impunita; nam pœna æterna eft remiffa ex meritis Chrifti Domini, & temporalis commutata fufficit pro pœnis luendis in Purgatorio pro rata, cum reliquum pœnæ aliis operibus, & Purgatorio deleatur.

Quarto, quia onera repetendi confeffionem fine evidenti ratione non imponenda; fi ergo erit expediens pœnitenti, poterit Confeffarius commutare pœnitentiam etiam in minus, etiam medicinalem in non medicinalem, non audita confeffione, jam ritè facta alteri Confeffario. Itque ex eo, quia effet grave onus pœnitentis, & Confeffarii; & fic præfumitur à Chrifto Domino non impofitum.

Nec officit par in parem non habet imperium; ergo fecundus non poteft tollere pœnam impofitam à primo Confeffario.

Nam refpondetur, retorqueo argumentum: par in parem non habet imperium; ergo primus non poteft ligare manus fecundi Confeffarii, quin tollat commutando pœnam à primo impofitam, ficuti quia par in parem non habet imperium, fequens Pontifex tollere valet leges anteceffuris. Poterit ergo Confeffarius, ut reprefentans Chriftum Dominum, cujus eft Minifter, & officium abfolvendi exercet, commutare pœnitentiam etiam in minus, etiam medicinalem in non medicinalem. Et oppofitum effet grave onus, alienum à Chrifti Domini voluntate, qoia reficit, non opprimit fuo onere confitendi.

Hinc patet omnem pęnitentiam, etiam pro refervatis poffe commutari à fecundo Confeffario, etiamfi careat facultate abfolvendi à peccatis refervatis. Vafquez 3.*par.qu.*94 *art.*2. contra Lugo *difp.*16.*num.*20. Imò Leander *loco cit.qu.*99. putat id licere, etiam fimplici Sacerdoti, fi peccata jam fint confeffa habenti jurifdictionem, quia illa peccata jam confeffa funt materia voluntaria, quod docet etiam Sancius *lib.*14.*Selectarum num.*13. Diana *par.*3.*tract.*4. *refol.*13. (38)

Quæres, an Confeffarius poffit commutare pęnitentiam, non audita priori confeffione?

AFfirma: nam oppofitum effet graviffimum onus; & poteft pęnitentiam commutare confiderato pęnitentia ftatu, tamquam in fubditum. Navarr.*cap.*26. *nu.*20. Valentia *difp.*27. *q.*24.*punct.*4. Sà v.*fatisfactio n.*3. Henriquez *lib.*2. *de pęnitentia cap.* 22. *art.* 1. Valerus v.*Jurifdictio diff.*1. Coriolanus contra Sylveftrum v.*Confeffio qu.*23. Rofellam v.*Confeffio num.*19. Vafquez — 2223 Etiam non audita confeffione poffe commutare affirmatur.

(38) Quoad fimplicem Sacerdotem vide fuperiores Adnotationes.

quez *qu.94. art.2. dub.3. num.7.* Lugo *disp.25. num.107.*

Imò Confessarium posse commutare penitentiam, etiam extra confessionem Sacramentalem docet Valentia *tom.4.disp.7.quæst.& puncto 4.*Navar.*c.26.n.22.*& alii, qui docent satis esse, si propaletur penitentia, & cur is nequeat satisfacere, ut possit commutari in aliam æqualem. Martinus à S.Josepho *tom.1.lib.1.tract.26. de pœnit.num.*20. contra multos, quos sequitur Diana *part.2.tract.9.resol.54.& par.10.tract.12. resol.43.* (39)

Si commutatio sit facta in libertate penitentis, tunc penitens alterutram facere potest; nam in ejus favore commutatio facta est. Suarius *tom.4.disp 38.sect.10.num.7.in fine.* Reginaldus *lib.7.num.89.* Bonacina *disp.5.prop.3.n.37.*

Potest etiam commutare penitentiam præservativam in aliam penitentiam; nam in hoc versatur potestas Confessarii; Lugo *disp.21. in fine,* & alii; Esset modò agendum de illis penitentiis, & Indulgentiis, de quibus infrà, nunc de Purgatorio erit sermo.

De Purgatorio.

CAPUT XI.

POst excessum ab ærumnosa hac vita, supersunt in alia penis destinata loca: Decedentibus in lethali Orcum in æternum luendum, numquam satis. Decedentibus in veniali, vel sine veniali, gravatis pœnis temporalibus, destinatus locus Infernus, quem Purgatorium dicimus. Decedentibus ante usum rationis Limbum; Et tandem ante Adventum Christi Domini, Sanctis decedentibus assignatus erat locus moræ intra terram, usque ad Christi Domini descensum in illis locis: de quibus aliqua (omisso Orco) detineat Oratio: Et primo:

Locus Purgatorii an detur?

§. I.

2224 De fide est dari Purgatorium.

AFfirma: est de fide. Contra Aerium negantem pro mortuis orandum, apud Epiphanium *hæresi 75.* Augustin. *hæresi 53.* Waldenses apud D.Antoninum *4.par. tit.11. c.7. §.2.* Lutherum *lib. de abrogandâ Missa privata,* & Lutheranos Rigidos, quos Centuriatores dicimus *centuria 1.lib.2.cap.4.*& Molles, Brentium *c.de Purgatorio in confessione Wittembergia.* Calvinum *lib.3.Institutionum cap.5.*

2225 Ex scripturis veteris Testamenti probatur.

Patet I. Psalm.65. *versu 12.* ibi: *Transivimus per ignem, & aquam: & eduxisti nos in refrigerium,* scilicet per aquam Baptismi, & ignem Purgatorii, ut explicat D.Ambrosius *Psalm.36.* Origenes *homilia 25. in libro Numerorum.* Patet etiam ex Tobiæ *c.4.v.18.* ibi: *Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam justi constitue:* hoc est instrue convivium, & voca fideles pauperes, ut ipsi post acceptam eleemosynam orent pro anima defuncti.

II. Patet Isaiæ *4. v.4.* ibi: *Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Jerusalem laverit de medio ejus in spiritu Judicii, & spiritu ardoris,* quem locum de Purgatorio intelligit D. Augustinus *lib. 20. de Civitate Dei cap.25.*

III. Patet Malachiæ *3. v.3.* ibi: *Sedebit quasi ignis conflans, & purgabit filios Levi, & colabit eos.* Origenes *homil.6.in Exodum.*

IV. Patet Psalm.37. ubi incipit *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me:* Corripias, non in hac vita, ubi est tempus Militiæ, & afflictionis: non in Inferno ubi nulla est correctio; ergo in Purgatorio, ut ibidem concludit Carthusianus.

V. Patet secundo Machabæorum *c.12. v.46.* ibi: *Sancta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.* Quos libros Canonicos declaravit Concilium Carthaginense III. *c.47.* D.August.*lib.18.de Civitate cap.36.*ibi: *Libros Machabæorum, non Judæi, sed Ecclesia pro Canonicis habet.* Quidquid mugiant Hæretici.

Ex nova scriptura etiam probatur I. Matthæi 12. ubi aliquod peccatum remittitur in futuro seculo; ergo datur Purgatorium, locus remissionis peccati. S. Bernardus *homil. 66. in Cantica.* 2226 Et novi Testamenti.

Probatur II. Lucæ 12. *in fine,* ibi: *Dico tibi, non exibis inde, donec etiam novissimum minutum reddas.*

III. Probatur ex Epistola 1.ad Corinthios 3. *v.13.* ibi: *Et uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit:* & paulò ante, ibi: *Dies Domini* (dies examinis) *declarabit.*

IV. Actuum *2.v.24.* ibi: *Quem Deus suscitavit solutis doloribus inferni;* ubi D.Augustinus *ad Euodium Epistola 99.* & *lib.12.*Genesis *cap.39.* fatetur, Christum Dominum descendendo ad Inferos, plures liberasse à Purgatorii cruciatu.

Patet etiam ex Concilio Nicæno *can.65.**ibi: *Nuncietur de morte Episcopi omnibus Monasteriis, & Ecclesiis ipsius Diœcesis, ut fiat oratio pro eo.*Ex Concilio Constantiensi *sess.8.*Toletano I. *can.12.* Triburic.*can.31.* Florent. *sess.ult.in decreto de Purgatorio.* Concilium Carthaginense III. *can.29.&* IV.*c.79.* Concilium Bracharense I. *can.39.* Concilium Anrelianense II. *can.* 14. & Concilium Lateranense sub Innoc.III. *c.66.* 2227 Ex Conciliis, & SS. Patribus. *Hic canon est ex Arabicis.

Et etiam patet ex *c. visum præterea nobis est. 70.de consecrat. dist.1.* Trident.*sess.6. can.30.& sess.22.de sacrificio Missæ can.3.* & *sess.25. Decr. de Purg.* D.Cyprianus *lib.1.epist.9.* D.Dyonisius *de Ecclesiastica Hierarchia c. 7. p. 3.* Chrysostomus *homil.41. ad Corinth.1.* Tertullianus *cap.1. de Corona Militis.*

Ex quibus falsum est assertum Calvini *lib.3. Institutionum cap.4. §.10.* Patres incertos fuisse de Purgatorio, & malè negare hæreticos eventus exemplorum apud D.Gregorium *lib.4.Dialogi cap. 40.* Bedam *lib. 3. Historiæ Anglorum cap.19.* & stultè conclamare Glossatorem vitæ Sancti Martini ex illo tempore inceptum orari pro defunctis, & igne Purgatorii fratres se conflagrari.

Patet etiam adesse Purgatorium ex unanimi Sanctorum Patrum, & totius Ecclesiæ usu, quæ pro fidelibus defunctis orat, non pro illis, qui sunt in Cœlo; nam non egent: nec pro illis, qui sunt in Inferno, nam ibi nulla est redemptio; ergo orat pro defunctis, qui sunt in Purgatorio, ut à pœnis Divinæ Justitiæ debitis liberentur. Et hæc est tanti valoris consuetudo Ecclesiæ, ut etiamsi deesset testimonium Sacræ Scripturæ ad comprobandum Purgatorium, hæc sola

(39) Id defendendum non est; quia totam potestatem, quam habet Sacerdos, habet ut Minister Sacramenti Pœnitentiæ. Vide Clericatum *dec.34.de Pœnit. num.22.*

Vsapa Lib. II.

sola sufficeret, ut rectè docet D. Augustin. *de cura pro mortuis agenda c.2.* ibi: *& si nusquam in scripturis veteribus omninò hoc legeretur, non parva est universa Ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret auctoritas, ubi in precibus Sacerdotum, quæ Domino Deo ad ejus Altare funduntur, locum suum etiam habet commendatio mortuorum*, & *lib. 11. contra Donatistas*, ibi: *multa non inveniuntur in literis sacris, neque in Conciliis posterorum, & tamen quia custodiuntur per universam Ecclesiam, nonnisi ab Apostolis tradita, ac commendata creduntur.*

Adde, quòd D. Vincentius Ferrerius *Sermone 2. post Trinitatem*, quem refert D. Carolus Guadagni *in Thesauro devotionum, devotione Animarum Purgatorii*, scribit, Dæmones ipsos Divino impulsu ad quendam Heremitam apparuisse, sic illi dicendo: *Talis navis modò demersa est, ora pro animabus existentibus in Purgatorio.* Et de hoc ferè omnes Patres præcipuè S. Bernardinus Senensis *Serm. 64.* S. Paulinus Episcopus Nolanus, & alii cum D. Augustino.

Solvuntur Argumenta Hæreticorum.

2228 Objectionibus Hæreticorũ fit satis

INsurgit primo Lutherus. Ezechielis 18. ibi: *Cum conversus fuerit impius ab impietate sua, iniquitatum ejus non recordabor amplius.* Et c. 3. ibi: *impietas impii non nocebit ei quacumque die conversus fuerit.* Si autem adesset Purgatorium, post conversionem noceret.

Hoc Argumento tollit exercitium etiam virtutum in hac vita.

Ei satisfit cum D. Bonaventura 3. *dist. 31. qu. 3. ad 1.* intelligendo quoad pœnam æternam, conversione penitùs absolutam.

Urgebunt secundo, Deus obliviscitur peccatorum contriti. Jeremiæ 31. v. 34. ibi: *& peccati eorum non memorabor amplius.* Isaiæ 44. Ezechielis 18. Micheæ 7. Jeremiæ 50. Psalmorum 41. ubi dealbabuntur ut nix. Ergo non indigebunt aliqua dealbatione; ergo non datur Purgatorium. Dealbatis autem ut nix, nulla opus est ablutione, & nulla satisfactione.

Respondetur, nulla opus esse dealbatione culpæ jam deletæ, & non esse memoriam peccatorum quoad pœnam æternam remissam.

Nec tertio officit Calvinus 3. *Institutionum cap. 4. §. 25.* dicens, Christum Dominum plenissimè satisfecisse. 1. Petri 2. ad Romanos 18. ergo nihil remanet satisfaciendum fideli, pro quo Christus Dominus satisfecit. Trid. *sess. 14. c. 8.* ubi *can. 12. 13. 14.*

Nam nostra satisfactio est etiam per Christum Dominum nostrum; ideòque nihil detrahitur meritis Christi, volentis nos converti ad exercitium virtutum pietatis, & fidei, nos extimulans; Delevit ergo Christus Dominus culpam, & pœnam æternam, fragmentum temporalis pœnæ relinquens, nos excitans, & vigiles reddens ad opera bona exercenda; proportionatè namque Regnum Christi est Regnum virtutis, voluitque nos etiam virtuosè Divino auxilio cooperari ad reliquum satisfactionis.

Objiciunt quarto, Psalmum 126. v. 3. ibi: *Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hæreditas Domini, filii merces*; ergo post mortem Cœlum illicò petunt justi; ergo non detinentur in Purgatorio.

Respondetur cum D. Bonaventura in *Speculo Beatæ Virginis, lectione 16. & 17.* post mortem à justis adiri hæreditatem, in quantum sunt certi de hæreditate, & in re, si nulla sint præpediti, in spe, si reatu pœnæ purgandæ detineantur.

Nec quinto obstat, Lucæ 18. ibi: *Descendit hic justificatus in domum suam.* Et Lucæ 5. ibi: *Remittuntur tibi peccata tua*, ubi nihil de satisfactione.

Nam ly *justificatus*, ly *remittuntur*, indicat abrogationem culpæ, & pœnæ æternæ.

Nec insurgas sexto, Ecclesiastes 11. ibi: *Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, ibi erit*; ergo vel in inferno, vel in Paradiso; ergo non datur tertius locus purgationis.

Respondetur cum Divo Bonaventura ibi loqui de præmio, & pœna æterna, respectu cujus ceteræ pœnæ tanquam minimæ sunt ità, ac si non essent. Insuper ut non excludebatur ibi Limbus Sanctorum Patrum, ità nec Animarum purgantium.

Nec septimo obstat, Lucæ 23. v. 43. ibi: *Amen dico tibi hodiè mecum eris in Paradiso.* Apocalypsis 14. v. 13. ibi: *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* 2. ad Corinth. 5. ibi: *Habemus domum non manufactam æternam.*

Nam per hoc non tollitur Purgatorium pœnæ superstitis post mortem, quæ respectu gloriæ æternæ parva est, & pro nihilo habetur; quia temporale respectu æternitatis parvum, immò nihilum reputatur.

Ubi Purgatorium existat?

§. II.

INtra terram, nisi Deus alibi assignet ex speciali motivo exempli, vel terroris aliorum. 2229 Intra terram Purgatoriũ existit.
S. Gregorius *lib. 4. Dialogi cap. 40.* D. Tho. in 4. *dist. 21. art. 5. qq. 2.* D. Bonaventura in 4. *dist. 20. quæst. fin.* Durandus in 3. *dist. 22. qu. 4.* ubi Gabriel *art. 3. dub. 3.*

Patet primo Actuum 2. ibi: *Solutis Inferni doloribus.*

Secundo patet ex Symbolo Apostolorum, *descendit ad Inferos.*

Tertio patet ad Ephesios 4. ibi: *descendit in inferiores partes terræ*; ergo saltem duobus locis, ex quo etiam probatur adesse alium locum, idest Purgatorium; ergo intra terram detinebantur animæ, quas Christus Dominus descendens liberavit. Idque non solùm ex Limbo Sanctorum Patrum, sed etiam ex Purgatorio, ut vult D. Augustinus *Epist. 99. & lib. 12. Genesis cap. 39.*

Sed in qua parte terræ? in centrum, an circum circà Gehennam?

ET Beda *lib. 5. Historiarum cap. 13.* propè Gehennam ponit. 2230 Sed in qua parte terræ inquiritur.

Si tamen humana ratio aliquid conjicere valet, ex culpa argueret accessum, vel recessum à Gehenna: nam pro ratione culpæ, & pœnæ debet recedere proportionaliter à Cœlo: Undè in centro terræ erit Infernus in æternum damnatorum ob culpam lethalem personalem. Secundam occupabit stationem Infernus decedentium cum solo originali. Tertiam stationem habebit Purgatorium, quo detinentur Rei pœnæ temporalis, licèt justi. Quarto loco detinebantur Sancti Patres usque ad tempus, quo Christus Dominus captivam duxit captivitatem, descendens ad illos liberandos: ad Ephesios 4. D. Bonaventura in 4. *dist. 45. qu. 2.* Gaudentius *tom. 7. tract. de Purgatorio disp. 1. n. 95.*

Pa-

Pœna Purgatorii.

§. III.

2231 Duplex Purgatorii pęna sensus una, dãni altera.

DUplex pœna est, una *damni*, altera *sensus*.

Damni est non videre Deum.

Sensus est, non quia sensu patiantur; nam animæ separatæ à corpore sensu carent; sed quia agens sensibile est, ut ignis, frigus.

Damni pœna puniuntur; nam Deum ardentissimè amatum, & desideratum non intuentur.

An autem hæc propriè sit pęna damni?

2232 An verè detur pœna damni?

MOtivum difficultatis est, quia etiam nobis viatoribus hæc esset pœna damni; nam Deum non intuemur.

Firmant esse pœnam damni D. Bonaventura in 4. *dist.* 20. *art.* 1. *qu.* 2. ubi D. Thomas. Durandus in 3. *dist.* 22. *qu.* 4.

Negat esse pœnam damni Cajetanus *tom.* 1. *Opusculorum tract.* 3. *qu.* 4.

Nobis quæstio videtur de voce, an scilicet non videre Deum cum spe videndi, debeat appellari pœna damni.

2233 Igne, frigore torquentur animæ purgantes.

Secundo, Animæ purgantur igne, frigore vero. D. Cyrillus *lib.* 10. *in Joannem cap.* 14. Origenes *homil.* 6. *in Exodum.* Beda *lib.* 5. *Historiarum cap.* 13. D. Bonaventura in 4. *dist.* 20. *qu.* 1.

Patet 1. ad Corinth. 3. v. 13. ibi: *Opus quale sit, ignis probabit.* Actuum 2. v. 24. ibi: *Solutis doloribus inferni.* Ergo plusquam unus dolor, scilicet igne, & frigore. Isaiæ 4. ibi: *combustionis.* 1. ad Corinth. 13. v. 15. ibi: *Salvus erit sic tamen quasi per ignem.*

2234 Patienter tamen tolerantur.

Quæ pœnæ quamvis intensissimæ, uniformiter ad Divinam voluntatem patienter tolerentur, tanquam medium consequendi summum bonum, stant cum gravi mestitia; & desiderio, ut ab illis animæ liberentur. D. Bonaventura in 4. *dist.* 20.

Intensio pœnæ.

2235 Pœna damni non est intensissima.

POenam damni in Purgatorio non esse intensissimam nb bool possidendi securitatem, & gandium inde resultans; aliàs Sancti Patres Limbi gravissima pęna fuissent afflicti, orbati per tot secula Dei summè amati intuitione, & tamen ibi consolatione redundabant. Lucæ 16. ubi Lazarus in Limbo absque dolore, & pęna consolabatur: unde in Limbo Sanctorum Patrum fuisse requiem absque omni pęna ait S. August. *Epist.* 99. S. Gregorius 13. *Moralium cap.* 17. D. Bonaventura *loco cit.* Contra Suarium sequutum Divum Thomam *disp.* 46. *sect.* 3. ajentem pęnam damni in Purgatorio esse gravissimam.

2236 Pœna sensus superat omnem pœnam hujus vitæ.

Pęnam sensus pro rata intensissimam esse altioris ordinis superantem omnem hujus vitæ ærumnam, magis quàm si anima unita corpori in hac vita igne ustoletur. D. Gregorius in Ps. 3. Pœnit. ibi: *illum transitorium ignem omni tribulatione præsenti existimo intolerabilem.* Hilarius in Ps. 118. D. Bonaventura in 4. *dist.* 20. *ar.* 1. q. 2. D. August. *de Cura pro Mort. c.* 18. *Ignis Purgatorius etsi non sit æternus, miro tamen modo gravis est; superat enim omnem pęnam, quam homo unquàm passus est, vel pati potest in hac vita in lib. de vera, & falsa pęnitentia cap.* 28. quem refert Carthusianus *artic.* 1. *de novissimis;* & Divus Augustinus *lib.* 2. *contra Manichæos cap.* 24. ait: *excedit omnes pęnas, quas aliquis in hac vita passus est.* D. Tho. Sotus in 4. *dist.* 19. *qu.* 3. *art.* 3. *conclus.* 45. cujus verba apud Simonelli *par.* 1. *guida morit cap.* 38. *fol.* 593.

An in Purgatorio adsint dęmones tortores?

2237 In Purgatorio nõ sunt Dęmones tortores animarum.

NEga D. Tho. in 4. *dist.* 21. *qu.* 1. *art.* 1. *qq.* 3. D. Bonaventura in 4. *dist.* 20. *qu.* 5. Suarius *disp.* 46. *sect.* 3. *num.* 9. contra plures.

Ratio, quia sunt extra viam; & sic supra tempus tentationum, concessum Diabolo ad vexandos viatores pro exercitio virtutum viatorum.

Secundo, quia sunt filii Dei, magis paternè à Deo tractandi; & sic non subjiciendi Dęmoni, quem toties debellarunt.

2238 Angelorum consortio fruuntur.

Ab Angelis ergo saltem custodibus, vel ab aliis Angelis ducuntur ad Purgatorium, non ut ab illis crucientur, sed ut ab illis consolentur spe summi certi consequibilis boni, & uniformitate cum Divina voluntate.

Scio tamen Sotum velle Animas Purgatorii à Deo torqueri: quia citiùs eas expedire vult. Cùm non videatur congruum ab Angelis, quia sunt amici, nec à Dęmonibus, nam illos vicerunt in vita. Et ità asserit Carolus Guadagni in *Thesauro devotionum par.* 1. *devotione Animarum Purgatorii in fine.*

Duratio pęnæ Purgatorii.

2239 Pœna Purgatorii non durat ultra diẽ Juditii, sed pro diversitate culpæ pœna longior, aut brevior erit.

PUrgatorii pęna non durat ultrà diem Judicii; at cum pęnæ reatus ob diversitatem culparum sit inæqualis: tempus etiam inæquale; & nonnisi divinando taxari valet; meritòque gratis Sotus in 4. *dist.* 19 *qu.* 3. *art.* 2. asseruit non excedere decennium. (40)

An Animæ ex Purgatorio possint egredi?

2240 De lege ordinaria non possunt animæ pro libito egredi.

SEcundum legem ordinariam nega, quia Reus pro libitu nequit egredi locum pęnarum. At Deo Domino dispensante possunt apparere, vel alibi pœnarum reatum abolere. D. Augustinus *lib. de cura pro mortuis cap.* 11. Tertullianus *de Anima cap.* 57.

Quæ Animæ detineantur in Purgatorio?

§. IV.

2241 Decedentes in gratia detinentur in Purgatorio ad purgandum pœnæ reatum.

MOrtis Instanti consummato, decedentes in gratia confirmantur; ità ut de salute æterna sint certi. Apocalypsis 3. v. 12. ibi: *qui vicerit, faciam illum columnam in Templo Dei mei, & foras non egredietur amplius.* Ecclesiastes 11. v. 3. ibi: *si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit,* ubi D. Hieronymus, D. Bernardus *Sermone* 49. Contra Lutherum *art.* 38. ajentem, purgantes incertos salutis, & desperare. Contra Bayum *lib.* 2. *de merito cap.* 8. ajentem, incertos salutis, & non desperare.

2242 Explicantur verba in Missa Defũctorum: *libera eas de ore leonis, &c.* Vide supra num. 1570.

Dices: Purgantes absorberi valent tartaro, & cadere in obscurum; ergo non sunt certi de salute. Antecedens patet, quia in Missa Defunctorum dicitur: *libera eas de ore leonis, nè absorbeat eas tartarus, nè cadant in obscurum.*

Respondetur, nego antecedens, & ad probationem

(40) Quodque videtur fuisse fundamentum Propositionis XLIII. ab Alexandro Papa VII. damnatæ, quæ sic habet: „ Annuum legatum pro Anima relictum non durat plus, quàm per decem „ annos „. Vide Auctorem in sua *Antecpadrosi tit.* 32. *num.* 383. relatam Propositionem impugnantem.

tionem idem est nè absorbeat eas tartarus, nè cadant in obscurum, ac nè detineantur pęnis Purgatorii, quæ sunt ejusdem generis cum pęnis tartari.

2243 Decedentes in lethali non detinetur Purgatorii loco.

Hinc Purgatorio non detinentur decedentes in lethali, contra Origenam apud Epiphanium, ajentem, decedentem etiam in lethali purgari.

Patet Matthæi 25.v.41.ibi: *discedite à me maledicti in ignem æternum.* Apocalypsis 20.v.10. Ibi: *cruciabuntur die, ac nocte in secula seculorum.* ad Galatas 5.v.21.ibi: *qui talia agunt, Regnum Dei non consequentur.*

Deus namque ut hanc vitam pugnæ, & misericordiæ destinavit. Ad Romanos 11. v. 32. Ibi *ut omnium misereatur.* Psalm.76.v.10.ibi: *numquid obliviscetur misereri Deus?* Ità post hanc obliviscetur misereri Deus, & locus justitiæ erit bonis confirmatis, ut nequeant amplius amittere gratiam Dei, & malis exclusis; & sic obstinatis inflexibiliter, ut nequeant amplius ad Deum converti. Ecclesiastes 11. v. 3. ibi: *si ceciderit lignum, vel ad Austrum, aut ad Aquilonem, ibi erit.*

An Purgantes mereri, vel demereri valeant?

§. V.

2244 Animæ in Purgatorio non merentur, neque demerentur.

NEga: contra Lutherum.

Patet Ecclesiastes 9.v.5. ibi: *mortui verò nihil noverunt amplius, nec habent ultra mercedem;* & v. 10. ibi: *quodcumque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.* Joannis 9.v.4. ibi: *oportet operari opera ejus, qui misit me, donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari.* Origenes Psal.36.

An Reatus pęnæ in Purgatorio extinguatur satispassione, an satisfactione?

2245 Quid satisfactio.

SAtisfactio includit actum satisfacientis elicitum, vel necessarium: ità ut sicuti ad meritum, ità ad satisfactionem aliqua actio operantis satisfacientis exigatur.

2246 Et satispassio.

Satispassio est sine omni actu illius, qui satispatitur; ità ut merè passivè se habeat pęnas luendo, & tantas pęnas debet pati, ut ad æqualitatem quantum exigit reatus substineatur physica patientia. Aversa *de pęnitentia quæst.* 3. *sect.*14. *§. admitti tamen;* & *§. ut per modum.* Arriaga *tom.*8. *de pęnit. disp.*20. *num.*15. & *disp.*22. *num.*11. *in fine.*

Nunc ad controversiam.

2247 Animæ in Purgatorio satispati, nō satisfacere dicitur.

Affirma Animas in Purgatorio satispati, non satisfacere. Doctores citati, Gaudentius, & alii.

Patet primo, quia via à Deo constituta est pro theatro meriti, & satisfactionis. Secundo, quia in Purgatorio Animæ non merentur gratiam, & gloriam; ergo nec satisfactionem pro pęnis. Tertio, quia frigesceret exercitium virtutis in hac vita, si in alia intensissimo actu amoris, doloris, & acceptatione pęnarum posset abolere satisfaciendo totam pœnam. Ideoque ad excitandas mentes fidelium ad rectè, & citiùs, & fervorosiùs operandum, Sapientissimus Deus hanc vitam pro merito, & satisfactione præfixit: Purgatorium verò satispassioni destinavit, ut ibi patiantur pęnam culpis debitam ad pondus. Doctores citati.

An autem in hac vita etiam quis possit satispati, & minuere pœnam luendam in Purgatorio sola tolerantia flagellorum?

AFfirmant: si à Deo immittantur pœnæ ad istum finem. Aversa *de penitentia quæst.*3. *sect.*14. *§. admitti tamen;* asserens ità esse in afflicto morbis, quem dicimus Purgatorium in hac vita pati. 2248 In hac vita etiam satispati potest.

An autem in Inferno detur hæc satispassio pro pœnis temporalibus, non satisfactis à decedente deinde in lethali.

AFfirmant; D.Tho. in 4. *dist.*22. *qu.*1. *art.*1. *ad* 1. Aversa 1.2. *qu.*88. *sect.*3. & *de penitentia quæst.*3. *sect.*15. *§. & quidem.* Arriaga, Coninck *disp.* 10. *dub.*5. quia pœna temporalis satispassione ad æqualitatem tolli potest, aliàs pęna æterna remissa jam rediret; ergo ut non redit culpa jam remissa, ità nec pęna æterna remissa; idque etiam de venialibus non remissis damnati, concedit Arriaga, & Coninck *disp.*10. *dub.*5. & 6. Ità ut tempore in Inferno pęna temporalis, etiam venialis non condonati desinat, ut etiam in hoc Justitia Divina locum habeat, non puniens ultrà tempus præfixum venialia; cui repugnat in hoc Aversa *loco cit.* 2249 In Inferno etiam potest satispati pro pœnis temporalibus non satisfactis à decedente in lethali.

De Suffragiis.

§. VI.

ANimæ purgantes altissimis lancinantur cruciatibus ob reatum pęnarum, & ibi Justitia Divina exerit totas suas vires, ità ut nequeant, nisi solverint universum quadrantem, & plenè satisfecerint, liberari. Ideòque vel ipsæ debent pęnas perpeti, vel alii pro ipsis Deo pro rata pęnarum satisfactionem offerre; quæ satisfactio ab alio oblata, *suffragium* dicitur; de quibus suffragiis plura occurrunt. 2250 Quid sit suffragium.

Primo, an unus pro alio vivente. Secundo, an vivens pro defuncto possit, & quibus operibus satisfacere. Tertio, quibus Indulgentiis, & quomodo pro defunctis satisfiat.

De suffragiis collatis inter viatores.

§. VII.

UT unius corporis physici partes invicem se coadjuvant, ità unius Ecclesiæ partes invicem suffragari valent. 1. ad Corinth. 12. ad Ephesios 4. Psalm.118. v. 63. ibi: *particeps ego sum omnium timentium te.* Jacobi 5. v.16. ibi: *orate pro invicem, ut salvemini.* 2251 Viatores etiam inter se suffragari valent.

Vis boni operis.

NOn convenit inter Catholicos Theologos, quæ bona opera satisfaciant, quæ non; cui difficultati viam complanamus inquirendo:

Quanta sit efficacia operis moraliter supernaturaliter boni.

AD tria est efficax: primo meretur gratiam, ejusve augmentum, & præmium gloriæ. Secundo, impetrant beneficia pro se, & aliis. Tertio, satisfaciunt pro pęna sibi, & aliis debita: Est contra hæreticos recentiores denegantes vim satisfactivam bonis operibus, etiam pęnalibus, nè detrahatur satisfactioni Christi Domini. Trid. *sess.*14. *c.*8. & *can.*12. 13. & 14. 2252 Efficacia boni operis.

Requisita ad merendam gratiam, & gloriam sunt plura, præcipuè ut actus sit supernaturalis viribus actualis gratiæ factus; nam dispositio debet esse in eodem ordine supernaturalitatis 2253 Requisita ad merendam gratiam, & gloriam.

cum

cum gratia sanctificante, & gloria. Nos hìc agamus primo, qui actus bonus satisfaciat; nam habemus actus merè internos. Secundo, externos. Tertio, pœnales.

Secundo explicabimus, quæ requirantur ad hoc, ut actus satisfaciat. Ad primum:

Qui actus moraliter bonus sit materia satisfactionis?

2254 *Materiam satisfactionis aliqui dicūt esse omne opus bonum internū, externum, pœnale.*

HAbemus actum internum, externum, pœnalem.

Triplex est opinio. Prima asserit omnē actum bonum, sivè internum, sivè externum, sivè pœnalem, sivè non, satisfacere pro pœna temporali deb[ita] peccatis. Vasq. *de penitentia quæst.* 99. *dub.* 5. *num.* 3. Scotus, Gabriel, Victoria, Sotus, Ledesma, Medina apud Suarez *disp.* 37. *sect.* 6. Riccardus in 4. *dist.* 11. *art.* 1. *qu.* 4. Gabriel in 4. *dist.* 16. *qu.* 2. *art.* 3. *dub.* 1.

2255 *Alii negant actum internum esse satisfactivum.*

Secunda opinio asserit nullum actum internum satisfacere pro pœna. Arriaga *tom.* 8. *de penitentia disp.* 20. *num.* 18. & *disp.* 21. *num.* 19. qui asserit, nullum actum meritorium gratiæ, & gloriæ esse satisfactorium; quia adæquatur ejus vis merendi gratiam, & gloriam: Ideòque non satisfacere, nisi per alios actus, qui non merentur gratiam, & gloriam: subditque contritionem non satisfacere, prout meretur gratiam, sed satisfactionem nasci ex aliis actibus passivis doloris, agitationis corporalis, sicuti nascitur ex disciplina, & jejunio; & concludit *disp.* 41. *num.* 24. cum Lugo *disp.* 4. *num.* 56. contra Ripaldam *tom.* 2. *de ente supernaturali disp.* 68. *sect.* 3. actum internum mereri, externum non mereri, nec meritum augere, sed externum tantùm satisfacere.

2256 *Alii actum pœnale esse satisfactivū.*

Tertia sententia est, omnem actum pœnalem esse satisfactivum, ità ut ad satisfactionem requiratur actus aliquis internus, & passio externa. D. Tho. in 4. *dist.* 15. *qu.* 1. *art.* 4. & 5. *qq.* 2. Navarrus in *Summa cap.* 3. *num.* 4. Sylvester v. *satisfactio qu.* 9. Lugo *disp.* 24. *sect.* 5. Suarez *disp.* 37. *sect.* 6. citans D. Bonaventuram, Riccardum, Durandum, Majorem, Paludanum, Hurtadus *disp.* 13. *diffic.* 6. Arriaga *tom.* 8. *disp.* 23. *num.* 3. Coninck *disp.* 10. *dub.* 2. *conclus.* 2. Aversa *de penitentia qu.* 3. *sect.* 14. §. *& sane.*

2257 *Alii demùm omnia opera bona esse pœnalia, & satisfactoria.*

Quarta sententia docet omnia opera bona esse pœnalia, & sic satisfactoria. Suarez *disp.* 37. *sect.* 6. Coninck *disp.* 10. *dub.* 4. *conclus.* 2. Lugo *disp.* 24. *sect.* 3. §. 2. Aversa *de Sacram. penitent.* q. 3. *sect.* 14. §. *utramque sententiam.* Contra Arriagam *tom.* 8. *disp.* 20. *num.* 18. *disp.* 21. *num.* 19. Moventur, quia piè operari molestum est sensui, [e]tiamsi sit actus mentalis ob arcendam evagationem, otiositatem, & ob reprimendam sensuum oblectationem, & id ipsum facere opus pium jucundum, continet exclusionem vitiorum extremorum, in quo desudandum, & circumspectè, attentè agendum, nè in medio virtutis positi declinemus ad extrema vitiorum.

Sententia Auctoris.

2258 *Asseritur, omne opus bonū internum, externum, pœnale esse satisfactorium.*

AFfirma: omne opus bonum morale externum, internum, ex se pœnale, non pœnale esse satisfactorium.

Probatur primo, quia opus pium satisfacere non nascitur ex se, sed ex meritis Christi Domini, & acceptatione Divina, quæ ex scripturis, & traditione non magis inveniuntur in pœnalibus, quàm non pœnalibus, in externis, quàm in internis; ergo non magis pœnalibus, quàm non pœnalibus satisfacimus.

Secundo patet ex Trid. *sess.* 14. *c.* 13. ibi: *Si quis dixerit, pro peccatis, quo ad pœnam temporalem minimè Deo per Christi merita satisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis, vel à Sacerdote injunctis, sed neque sponte susceptis, ut jejuniis, orationibus, eleemosynis, vel aliis etiam pietatis operibus, atque ideò optimam penitentiam esse tantùm novam vitam: anathema sit*: En apertè Tridentinum asserit non solùm pœnalibus, sed etiam aliis pietatis operibus satisfieri.

Tertio ex eo prosternuntur omnia contraria; omnis actus pius per merita Christi Domini est talis. Trident. *sess.* 14. *c.* 8. ibi: *Neque verò ità nostra est satisfactio hæc, quam pro peccatis nostris exolvimus, ut non sit per Christum Jesum: nam qui ex nobis, tanquam ex nobis, nihil possumus; eo autem cooperante, qui nos confortat, omnia possumus: ità non habet homo, unde glorietur, sed omnis gloriatio nostra in Christo est, in quo vivimus, in quo meremur, in quo satisfacimus*; & can. 9. ibi: *apud Deum Patrem per Christum Jesum satisfacere valeamus*; & can. 13. *per Christi merita satisfieri*. Merita autem Christi includunt passionem Christi Domini; & sic omnis actus meritorius est ex passione Dominica, quæ satisfactiva est; ergo cùm includat merita satisfactiva, omnis actus plus satisfactivus erit.

Quarto probatur, Divina offensa, & pœna valet contrahi actu merè interno; ergo etiam deleri auxiliis gratiæ actu merè interno, & si actu amoris cum culpa tollitur pœna æterna, cur ejus replicatione, pœna, quæ superest, non poterit minui.

2259 *Vis argumenti explicatur.*

Non tamen placet argumentum aliorum. Omnis actus pius meretur gratiam, & gloriam; ergo etiam remissionem pœnæ.

Nam ut rectè Arriaga, hinc sequeretur primo mereri omnem abrogationem pœnæ temporalis, quia gratia, & gloria, etiam unius gradus est majus bonum, quàm remissio totius pœnæ temporalis.

Secu[ndo] deberet mereri, etiam accelerationem mo[rtis], sine qua gloria non consequitur. Tertio non valet: meretur mille; ergo meretur bismille. Similiter non debet valere, actus pius meretur gratiam, & gloriam; ergo etiam debet mereri abrogationem pœnæ; potest enim unum sine altero obtineri; potest enim consequi gloriam post passam pœnam, in quo differt à pœna æterna, quæ cum lethali remittitur; quia nisi remitteretur per gratiam, non posset à passuro in æternum consequi gloriam, ad quam per gratiam obtentam jus habet.

2260 *Objectiones proferuntur, & diluuntur.*

Dices cum Arriaga: opera pia ut satisfaciant debent esse pœnalia. Trident. *sess.* 14. *c.* 8. & 9. & *can.* 13. sed non omnia opera pia sunt pœnalia; ergo non omnia opera pia satisfaciunt pro pœnis.

Respondetur primo negando antecedens, quia Trident. *sess.* 14. *can.* 13. ait, etiam aliis pietatis operibus satisfieri.

Respondetur secundo, omnia opera pia esse per Christi Domini passionem; ratione cujus passionis meriti de condigno possunt, & de facto satisfaciunt.

Objicit secundo Arriaga: satisfactio tendit ad puniendum in se Divinam offensam; ergo per actus pœnales.

Re-

Respondetur negando antecedens, sed tendit satisfactio ad delendam pęnam debitam culpæ per media à Deo accepta, ut sunt omnia opera pia. Trid. *seſſ. 14. can. 13.*

Objicit tertio Arriaga *tom. 8. diſp. 21. nu. 19.* actus non pęnalis totus eſt in merito condigno gratiæ, & gloriæ; ergo non habet aliod unde satisfaciat pęnæ debitæ, cui satisfacit per pęnalitatem, si illam habeat.

Respondetur primo, ex meritis Christi Domini habere satisfacere. Secundo, nego antecedens; nam debet probari, non assumi, actum pium adæquari præmio gratiæ, & gloriæ, & non satisfacera, nec impetrare; igitur proportione Geometrica, non Arithmetica satisfacit etiam, & impetrat, ut meretur gratiam, & gloriam.

Objicit quarto: Dolor, & passio externa proportionatur pœnæ remittendæ; ergo ab actu doloris, & passionis, non ab alio actu pio tollitur.

Respondetur, vim satisfaciendi non nasci ex proportione operis dolorifici cum pęna delenda, nam *non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Ad Romanos 8. v. 18. ergo nec ad delendas pęnas: sed nasci ex opere pio Christi Domini passiona suffulto, à Deo acceptato in satisfactionem pœnæ. Sunt enim omninò diversi ordinis pęnæ hujus vitæ, à pęnis Purgatorii; & sic nisi dignificentur coadjutæ meritis Christi Domini, & gratiæ elevantis cum acceptatione Divina, satisfacere nequeunt.

Hinc fit ex æquè pœnalibus magis satisfacere, qui ex perfectiori motivo, & intensiùs interiùs operatur; quia tunc actus ille eſt magis bonus, magisque Christi Domini meritis fovatur.

An ſola paſſio pęnæ inflictæ à Deo ſit ſatisfactoria?

Distinguas: vel patiens tantùm patitur præcisivè se habens, vel pœna, quam patitur eſt objectum volitum patienter toleratum; sicque patiens habet actum voluntarium conformationis Divino beneplacito, non se indignaos, non erumpens in quætelas, & blasphemias?

2261 Passio inflicta à Deo, & patienter tolerata eſt satisfactoria.

Si hoc secundum, affirma illam passionem pęnæ esse satisfactoriam, quia non solùm habet pati, sed etiam facere actus bonos, qui merentur gratiam, gloriam, impetrationem, & satisfactionem per volitam tolerantiam. Sic Job *cap. 1.* meritum auxit tolerando, contra Deum nihil loquendo, & ità intelligitur Trid. *seſſ. 14. cap. 8. & 9.* ajens; patienti tolerantia pęnarum inflictarum à Deo satisfieri.

2262 Si præcisivè, aut negativè se habeat in passione pœnæ à Deo inflictæ non satisfit, licet satispatiatur.

Si primum, scilicet patiens nullum actum voluntatis eliceat, sed negativè, & præcisivè se habeat; nega passione pęnarum satisfacere, licèt satispatiatur. Aversa *de penitentia qu. 3. sect. 14. §. admitti*; etiam concedens tunc impatianter lethaliter tolerans satispati in ordine ad pęnam temporalem peccati antecedantis; eſt contra Sotum in *4. diſt. 19. quæſt. 2. art. 2.* Ledesmam *2. par. qu. 14. art. 2.* Joannem Medinam *de penitentia tract. 3. qu. 5. dub. 1. in fine*, ajentes, præcisa sola passione externa pęnæ inflictæ à Deo satisfieri.

Ratio eſt, quia illa eſt passio, non actio, & sic indicat satispassionem, non satisfactionem exigentem actionem facientis; satis tunc enim, ut in Purgatorio satispatitur: ità in hac vita Deus infligere valet pęnas pro peccatis, quas patiens nihil agens, satispati, non satisfacere dici debet.

Quod tantùm verum eſt in pęnis à Deo inflictis ad finem puniendi peccata; tunc enim illas passus dicitur pati satis: at si pęnæ, afflictiones naturaliter pullulent, vel ad alium finem à Deo infligantur: tunc illarum passio non eſt satis ad tollendas pęnas peccatorum, quia non acceptatur à Deo, cùm non inferatur pro pęna peccati.

Differt autem satisfactio à satispassione; quia satisfactio eſt opus virtuosum voluntariè elicitum, meritorium, impetratorium, satisfactorium. At satispassio non eſt actus voluntarius patientis, nec eſt actus moralis meritorius, & extinguitur solùm pœna passione pœnæ ad æqualitatem reatus pęnæ. 2263 Differentia inter satisfactionem, & satispassionē

An actus externus paſſionis augeat valorem ſatisfactionis actus interni?

Distinguas: vel eſt actus externus voluntarius, vel mera passio. 2264 Actus externus voluntarius auget satisfactionē

Si voluntarius affirma ab initio, quo elicitur esse meritorium, & satisfactorium; nam concurrit ad interiorem actum supernaturalem internum eliciendum; efficacior namque voluntas exigitur præsente pœna, ut superetur major repugnantia tendendi circa objectum pœnale.

Si actus externus consideretur ut mera passio pœnalitatis, ut eſt languor, dolor, lassitudo corporis, sitis, fames superstes ex peregrinatione, jejunio, maceratione corporis, quæ pœnalitas remanet, etiamsi cesset actus voluntatis per somnum; tunc talis pœnalitas non auget satisfactionem, quæ suum effectum jam obtinuit; & cùm non sit actio, sed sit mera passio, & satispassio, non satisfactio minorans pœnam, non augens meritum. Aversa *de penitentia quæſt. 3. sect. 14. §. videtur tantùm.* Contra Suarium *de penitentia diſp. 37. sect. 7.* Lugonem *diſp. 24. sect. 4.* Arriagam *tom. 8. diſp. 21. num. 30.* reponentes satisfactionem in opere externo pœnali, quam dicunt durare cum actu externo etiam cessante actu interno. 2265 Non autem si sit mera passio pœnalitatis.

An opus aliàs præceptum ſit ſatisfactorium?

Affirma: Cajetanus *to. 1. Opuſculorum tr. 6. qu. 1.* Suarez *de penitentia diſp. 36. sect. 7.* dans septem DD. Gabr. in *4. diſt. 16. qu. 2. art. 1. notab. 1.* Sotus in *4. diſt. 19. q. 2. art. 1. in fine.* Vasq. *de penitentia qu. 94. art. 2. dub. 6.* Tannerus *diſp. 6. qu. 8. num. 40.* Coninck *diſp. 10. dub. 4.* Lugo *diſp. 14. sect. 4.* Arriaga *tom. 8. diſp. 20. num. 22.* Aversa *de penitentia qu. 3. sect. 14. §. certum tamen.* Herinx *tom. 2. diſp. 6. de merito qu. 7.* Antonius à Spir. S. *tom. 1. Directorii tract. 5. diſp. 20. num. 1591.* Contra Scotum in *4. diſt. 15. quæſt. 1.* ubi D. Thomas *qu. 1. art. 2. ad 3.* Capreolus *qu. 1. art. 3. ad 4.* Paludanus *qu. 1. art. 2.* Major. *qu. 2. dub. 1.* Almaynus *qu. 1.* Gabrielem in *4. diſt. 16. quæſt. 2. notabili 1.* D. Antoninum *3. par. tit. 14. cap. 20. §. 1.* Sylvestrum *v. satisfactio qu. 8. §. adde*, ajentes non præcepto, sed supererogationis actu satisfieri. 2266 Opus aliàs præceptū eſt satisfactoriū.

Patet; quia opere præcepto meremur gratiam, gloriam; ergo etiam satisfactionem. Trid. *seſſ. 14. c. 9. & can. 11. & 13.* ubi tolerans flagella à Deo immissa satisfacit, & ex præcepto illa tolerare debemus. Martyr satisfacit martyrio pas-

passo, ex præcepto non negandi fidem, illamque fatendi jejunans, jejunio præcepto satisfacit.

Et ratio est, quia in opere præcepto sunt duo consideranda. Primo in genere actum esse bonũ morale. Secundo in specie esse talis virtutis, puta obedientiæ, abstinentiæ: ut bonus moraliter satisfacit, ut taliter bonus est actus illius speciei obedientiæ, abstinentiæ præceptæ.

Dices: una solutio non tollit duplex debitum; ergo unum opus bonum præceptum non tollit debitum præcepti, & reatus pœnæ.

Respondetur: opus bonum præceptum unum æquivalet pluribus; nam plures habet rationes bonitatis in genere, in specie, in individuo; præterquamquod secundum eandem rationem à Deo acceptatur, ut meritorium præmii, & satisfactionis.

An actus satisfactivus, & quomodò debeat esse supernaturalis?

2267 Actus satisfactivus sit supernaturalis.

AFfirma: Suarez, Perez *disp.* 55. *sect.* 3. *num.* 5. Antonius à Spir. S. *par.* 1. *Directorii tract.* 5. *disp.* 20. *num.* 1589. Aversa *de pœnitentia quæst.* 3. *sect.* 14. *§. secundo ergo.* Contra Arriagam *tom.* 8. *disp.* 20. *num.* 21. dicentem probabile actus naturales morales hominis justi satisfacere de condigno.

Patet ex Trident. *sess.* 14. *c.* 8. *&* 9. *& can.* 13. ubi satisfactio fit per Christum; ergo per gratiam; ergo est supernaturalis.

Dices cum Arriaga *loco cit. num.* 19. carentia pœnæ debitæ est naturalis; ergo potest satisfactione naturali actu moraliter bono fieri. Concludit deinde, omnem actum virtuosum justi operantis esse supernaturalem, & meritorium.

Respondetur carentiam illius doloris non esse naturalem, sed in superiori ordine, quo pœnæ sensibiles naturaliter nequeunt afficere spiritum, sed miraculo elevantur; unde nulla pœna naturali sunt compensabiles.

2268 Ex motivo supernaturali.

Supernaturales autem sunt semper, ac fiunt ex motivo supernaturali, sivè motivum sit theologicum, sivè non; nam non solùm virtutes theologicæ, sed etiam morales infusæ sunt supernaturales. Aversa *de pœnitent. qu.* 3. *sect.* 14. *§. secundo ergo.*

Et non debere esse formaliter supernaturales, sed vel supernaturales formaliter, vel ex intentione supernaturali, procedentes tamen ex homine Deo grato, ait Perez *disp.* 55. *sect.* 7. *num.* 3. & *sect.* 8. *num.* 2. Antonius à Spir. S. *par.* 1. *Directorii tract.* 5. *de pœnitentia disp.* 20. *n.* 1589.

An, & quomodo opus satisfactorium debeat esse liberum?

2269 Sit quoque liber, non coactus.

AFfirma: debere esse liberum electivè, vel imperativè, vel objectivè. Electivè, si voluntas eliciat actum amoris, contritionis. Imperativè, si imperet executionem actus boni, jejunii, peregrinationis, orationis. Objectivè, si velit acceptare, & de facto acceptet patienter pœnas à Deo immissas. Perez *disp.* 55. *sect.* 3. *n.* 1. Antonius à Spir. S. *tom.* 1. *Directorii tract.* 5. *disp.* 20. *num.* 1590.

Ratio, quia debet esse opus morale bonum, & moralitas à libertate operantis nascitur.

Opera communiter satisfactoria. Oratio, Eleemosyna, Jejunium.

2270 Opera satisfactoria Jejunium.

SUb jejunio comprehenditur omnis afflictio corporis, asperitas, maceratio, mortificatio, peregrinatio, etiamsi pœna sit à se assumpta, ab alio immissa, sed patienter tolerata ad finem satisfaciendi. Trid. *sess.* 14. *cap.* 8. *&* 9. Dignificatur enim supernaturali libera acceptatione, & patientia tolerantia in gratia. Idque in flagellis ab homine non solùm à Deo, sed etiam ex aliis causis naturalibus emergentibus Deo oblatis, & toleratis. Arriaga *tom.* 8. *disp.* 22. *num.* 9. 10. *&* 13. cum Lugone.

Oratione continetur omnis, & quivis actus Religionis tendentis in Divinum cultum, qui est actus satisfactorius. 2271 Oratio.

An autem Oratione possit etiam orans impetrare remissionem pœnæ sibi, vel aliis debitæ?

SUb Judice est iis, sed infrà redibit sermo. 2272 Eleemosyna

Eleemosyna continetur quodvis opus pium misericordiæ spiritualis, aut corporalis erga proximum, & omnis usus pius rerum externarum, quo satisfit. Danielis 4. *v.* 24. ibi: *peccata tua eleemosynis redime.*

Ex parte satisfacientis.

Plura requiruntur, primo:

Satisfaciens viator.

§. VIII.

TEmpus meriti, & satisfactionis est tempus hujus vitæ, quo continuò præliandum cum Dracone, & est timor lapsus, ut Dei auxilio victoriæ. Anton. à Sp. Sancto *tom.* 1. *Directorii tract.* 5. *disp.* 20. *num.* 1586. Lugo *de pœnitentia disp.* 24. *sect.* 1. Aversa *de pœnitentia quæst.* 3. *sect.* 15. *§. deinde.* 2273 In hac vita potest satisfieri.

An debeat opus fieri animo satisfaciendi?

NEga: Lugo *disp.* 24. *sect.* 3. *§.* 3. Suarez *disp.* 37. *sect.* 7. Herinx *tom.* 2. *disp.* 6. *de merito quæst.* 7. Anton. à Spir. S. *p.* 1. *Directorii tract.* 5. *disp.* 20. *num.* 1593. Aversa *de pœnitentia qu.* 3. *sect.* 14. *§. Henriquus.* Bassæus *v. satisfactio nu.* 2. Perez *disp.* 55. *sect.* 10. *num.* 3. contra Gandavensem *quodlibeto* 4. *qu.* 18. ajentem, non satisfacere carentem animo satisfaciendi Deo, & solvendi debitum pœnæ. 2273 Non requiritur animus satisfaciendi

Ratio est primo, quia meretur operans sine animo merendi; ergo etiam satisfacit carens animo satisfaciendi.

Secundo, ex Trid. *sess.* 14. *c.* 8. *&* 9. *& can.* 13. ubi satisfactio opere pio fit, nec de intentione satisfaciendi fit mentio: præterquamquod ut rectè Suarez, & Arriaga *loco cit.* tacita cuique inest voluntas semper se liberandi à debitis.

Tertio, quia satisfactio æqualitate, non intentione fundatur.

An expressè renuncians satisfactioni, & merito, piè operans supernaturaliter, adhuc mereatur, & satisfaciat?

AFfirma: Doctores citati contra Henricum Gandavensem *loc. cit.* 2274 Etsi expressè renunciet satisfactioni operans piè, adhuc meretur, & satisfacit.

Ratio est, quia posito opere, & acceptatione Dei creditoris, non est in potestate operantis non satisfacere, ut debitor solvens nolens satisfacere, satisfacit creditore acceptante satisfactionem.

Secundo, quia renunciatio non tollit ab operibus vim satisfactivam, nec satisfactionem Deo acceptante.

Tertio, quia quò operans renunciat suæ utilitati zelo justitiæ, & amore Dei, contentus tamen

men ei placere: eò virtuosius, & magis meritoriè, ac satisfactoriè operatur, & plus meretur, quia puriùs operatur, qui minus habet merendi, & satisfaciendi intentionem.

2175 In oppositū adducta. Dicea oum Gandavense. Debitor volens donare creditori non satisfacit; ergo Reus pœnæ nolens operibus suis piis satisfacere, nec satisfacit.

2176 Infringūtur. Respondetur dist. antec. Si creditor non acceptet intuitu satisfactionis, conc. antec. Si acceptet intuitu satisfactionis, nego anteced. nam tunc etiam debitor invitus liberatur, ut si alius pro ipso invito solveret. Idque maximè currit in re nostra, ubi Deus pro satisfactione acceptat etiam opera pia aliis titulis oblata.

An satisfaciens pro pœna culpæ jam remissa, debeat esse in gratia?

2177 Ut quis satisfaciat pro pœna culpæ jam remissæ debet esse in gratia. Affirma: D. Thomas in 4. *dist.* 15. *qu.* 1. *art.* 3. *qq.* 2. D. Bonaventura in 4. *dist.* 15. *art.* 1. *q.* 3. ubi Riccardus *art.* 1. *qu.* 5. Durandus *qu.* 2. Paludanus *qu.* 3. Adrianus *quæst.* 1. *de satisfactione.* D. Antoninus 3. *par. tit.* 14. *cap.* 20. §. 2. Sotus in 4. *dist.* 19. *qu.* 5. *art.* 4. Cajetanus *tom.* 1. *Opusculorum tract.* 6. *qu.* 2. Vasquez *de penitentia qu.* 94. *art.* 1. *dub.* 4. Suarez *de penitentia disp.* 37. *sect.* 2. Coninck *de penitentia disp.* 10. *dub.* 4. Lugo *de penitentia disp.* 24. *sect.* 2. Arriaga *tom.* 8. *de penitentia disp.* 20. *num.* 13. Aversa *de penitent. qu.* 3. *sect.* 15. §. *ex adverso.* Antonius à Spir. S. *par.* 1. *Directorii tract.* 5. *disp.* 20. *num.* 1587.

2178 Contra aliquos. Contra Scotum in 4. *dist.* 15. *qu.* 1. *art.* 4. Majorem in 4. *dist.* 15. *qu.* 2. Gabrielem in 4. *dist.* 16. *qu.* 2. *art.* 3. *dub.* 3. Navarrum in *cap.* 1. *de penitentia dist.* 6. *num.* 47. Joannem Medinam *de penitentia tract.* 2. *qu.* 5. *dub. ultimo.* Herinx *to.* 2. *disp.* 6. *de merito qu.* 7. ajentes satisfacere pœnæ temporali solvendæ in Purgatorio reum lethalis culpæ.

2179 Probatur ex Trident. Probatur primo ex Trident. *sess.* 14. *cap.* 8. ibi: *Neque verò ità nostra est satisfactio hæc, quam pro peccatis nostris exolvimus, ut non sit per Christum Jesum: nam quod ex nobis, tanquam ex nobis nihil possumus, eo autem cooperante, qui nos confortat, omnia possumus. Ita non habet homo, unde glorietur, sed omnis gloriatio nostra in Christo est: in quo vivimus, in quo meremur, in quo satisfacimus, facientes fructus dignos penitentiæ, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, & per illum acceptantur à Patre.*

Dicitur ergo satisfactionem nostram non esse, nisi per Dominum Jesum cooperantem; ergo à principio existente in gratia, ergo satisfactio non potest fieri ab impio.

Secundo, dicitur nos viventes in Christo Domino satisfacere; vivimus autem in Christo Domino per gratiam sanctificantem.

2180 Impius non meretur, nec videtur posse satisfacere. Secondo probatur, impius non meretur; ergo nec satisfacit; ut enim sine gratia, opera non merentur gratiam, & gloriam, ità nec remissionem pœnæ; nam ex Trident. *loco cit.* dicitur *in quo meremur, in quo satisfacimus*; ergo justitia prærequisita ad merendum, prærequiritur ad satisfaciendum.

2181 Opus satisfaciens non est meritorium sine gratia. Probatur tertio, opus satisfaciens est meritorium: sine gratia non est meritorium; ergo sine gratia non est satisfaciens. Major patet, quia ipsum satisfacere est mereri pœnæ remissionem. Minor est evidens, nam sine gratia deest meritum. Debet ergo satisfactio, & meritum esse in Christo Domino. Trident. *loco cit.* ergo in gratia.

Quarto probatur, quia non habet unde satisfaciens glorietur. Trident. *loco cit.* si autem impius posset satisfacere, posset gloriari se satisfecisse.

Nec sufficit gratia actualis illuminationis, & piæ affectionis, sed requiritur habitualis sanctificans; nam hac, non illa vivimus in Christo Domino: sed per Concilium requiritur gratia, qua vivimus in Christo Domino; ergo requiritur gratia habitualis sanctificans.

Dices: solvens quod debet etiam inimico creditori, extinguit debitum; sed impius opere pœnali solvit debitum pœnæ à Deo impositæ; ergo extinguit debitum. 2182 Solutio facta creditori etiam inimico extinguit debitum.

Respondetur conc. majorem, neg. minorem; quia solutio debiti debet esse supernaturalis, oblata à vivente in Christo Domino, à Patre acceptata, in qua non posset solvens gloriari. Tridentinum *loco cit.* quale non est opus pœnale impii indigni, in quo diversa est ratio debiti soluti ab inimico creditori, in quo solùm exigitur æqualitas, quæ existere valet sine auxilio, & acceptatione creditoris: unde creditori invito fieri valet solutio condigne, quæ fieri nequit Deo sine Divino auxilio supernaturali, & Divina acceptatione, qualee est impii opus. 2183 Solutio impii tamen à Deo non acceptatur.

Ad summum opus bonum morale impii prodest de congruo, ut Deus suppeditet auxilia, quibus cooperans liberetur à lethali. Anton. à Spir. S. *par.* 1. *Directorii tract.* 5. *disp.* 20. *n.* 1588. Christophorus à S. Joseph v. *Confessio, de satisfactione disp.* 1. *num.* 3.

Ex dictis fit, pro tempore, quo quis nequit mereri, non posset satisfacere, etiamsi jejunet, oret, eleemosynam det per se, vel per servum. Aversa *qu.* 3. *sect.* 5. §. *adeo.*

An opus factum in lethali, cessante culpa sit satisfactorium?

Nega: quia est opus mortuum, non reviviscens advento gratiæ, qua tantùm reviviscont opera olim viva, scilicet facta in gratia, mortificata per subsequens peccatum. 2184 Opus factum in lethali, ipso sublato nō est satisfactorium.

An satisfactio facta in gratia, advenienta peccata, extinguatur?

Nega: & sic ut non revertitur culpa, & pœna jam extincta per subsequens peccatum, ità remanet satisfactionis effectus, ut scilicet non puniatur pro peccato, & pœna jam remissa: In quo satisfactio differt à merito, nam satisfactio, non meritum jam mortificatum durat quoad effectum in Inferno. Aversa *de penitentia quæst.* 3. *sect.* 15. §. *nec etiam.* Antonius à Spir. S. *p.* 1. *Directorii tract.* 5. *disp.* 20. *n.* 1588. 2185 Satisfactio facta in gratia non extinguitur novo peccato.

An magis sanctus, magis satisfaciat ceteris paribus?

Nega: Aversa *de penitentia qu.* 3. *sect.* 15. §. *sed nec.* Contra Lugonem *disp.* 24. *sect.* 2. Arriagam, dicentem probabilem *tom.* 8. *disp.* 22. *num.* 31. Gabrielem à S. Vinc. *de penitentia disp.* 11. *qu.* 1. §. *sed quæres primo.* 2186 Magis Sāctos non plus satisfacit ceteris paribus.

Probatur primo, quia major gratia non auget meritum actus remissi ut unum; ergo nec satisfactionem; cùm æquè utrobique gratia requiratur.

Secundo, quia dignitas personæ non consideratur in justitia commutativa, vindicativa, sed consideratur æqualitas rei ad rem: aliàs magis mereretur fidelis cognatus Christo Domino

minus operans remissè, puta ut unum, quàm mereretur alius nunc conversus ad fidem, qui operaretur virtuosè exercendo actus bonos, ut octo.

Tertiò, quia dignitas personæ non auget meritum, & satisfactionem operis, nisi opus reddat magis laboriosum, & sic majoris valoris: ut mortificatio publica facta à Principe est magis meritoria, quàm alia similis facta ab ignobili, quia ceteris paribus est magis laboriosa, ardua mortificatio facta à prænobili, jejunium factum à debile, ab inope, magis prodest, quàm jejunium robusti, & divitis; quia est difficiliùs, & laboriosius: eleemosyna facta à paupere minoris quantitatis magis satisfacit, quàm majoris quantitatis facta à divite; quia magis patitur pauper illa tenui eleemosyna, quàm dives; nam in istis omnibus, qualitas personæ influit in opus, reddendo illud difficiliùs, laboriosiùs, & magis afflictivum.

Ceterum præcisa operis majori intensione, difficultate, pœnalitate, intentione, dignitas personæ creatæ, ut nihil meriti, nihil satisfactionis obtinet.

2287 An dignitas personæ dignificat opus.

Dices: Dignitas personæ dignificat opus, ut patet in Christo Domino infinitè dignificante; ergo auget meritum.

Respondetur, dignitatem personæ accidentaliam non dignificare opus ceteris paribus, nisi prout concurrit ad opus, & si concurrit ut unum dat dignitatem, & valorem ut unum: itaut gratia ut octo concurrens ad producendum actum ut unum, dignificet ut unum; nam si nihil concurreret, nihil dignificaret, nihil produceret; ergo si parum concurrit, parum producit, parum dignificat; In quo differt à Christo Domino, qui infinitè in qualibet actione Deifica operatus est.

2288 Arriagæ objectioni occurritur.

Dices cum Arriaga. Eò actio est satisfactior, quò laudabilior: at laudabilior est facta à sanctiori; ergo, &c.

Respondetur, falsum esse laudabiliorem esse actum ut unum factum ab habente gratiam ut octo, quàm sit actus intensior factus ab habente gratiam ut tria; nam in hoc laude dignus non est, quia magis sanctus minus intensè operatur.

Secundo, nec valet argumentum ab ista ad aliam vitam, ubi nobiles mitiùs puniuntur, quàm ignobiles, & magis merentur; Nam Deus non est acceptor personarum, & in alia vita nobiliores potenter puniuntur, quia magis ingrati.

Rursus, sequeretur in Purgatorio pro eodem pœnæ reatu sanctiorem mitiùs puniendum, quàm minus sanctum: quod est falsum.

2289 Ad summū dignitas personę prodest ad impetrādum.

Ad summum ergo dignitas personæ prodest ad impetrandum, non ad satisfaciendum de condigno; Unde licèt consanguinei Christi Domini ex hoc magis impetrare, non tamen satisfacere, nisi opus exerceant majoris valoris; quia in satisfactione de condigno non persona, sed qualitas rei ad rem debitam attenditur. Aversa *qu. 3. de penitentia sect. 12. § addit.* Contra Lugonem *disp. 8. num. 68.* ajentem ob cognationem contractam post Incarnationem inter Deum, & homines, contritionem magis satisfacere nunc, quàm ante Dominicam Incarnationem. Hinc enim sequeretur Judæum baptizatum magis satisfacere contritione, quàm alius Christianus.

Sed oratio tantisper degustet alia circa gratiam merentis.

An debeat esse in gratia ut satisfaciat operans in principio, vel in fine operis?

2290 Ex opere successive pio satisfit pro rata tēporis, & operis in quo est in gratia.

DIstinguas: vel opus est successivè pium, ut peregrinatio, jejunium, flagellatio, morbus, vel non est opus pium, nisi indivisibiliter simul totum existat.

Si primum, affirma: pro rata temporis, & operis, in quo est in gratia, pro illa rata satisfacere. Arriaga *tom. 8. disp. 41. num. 36. & 37.*

Ratio, quia tunc est veluti aggregatum per accidens partium, quarum una ab alia non pendet, & quævis est totum secundum se, licèt sit pars respectu alterius; ergo quævis, & illa, quæ fit in gratia, non verò, quæ non fit in gratia, erit satisfactoria.

2291 Secùs si sit indivisibile opus pium non factum in gratia.

Si verò partes nequeant sigillatim esse piæ, sed omnes simul collectivè, ut propositio continens orationem indivisibilem, quæ licèt componatur ex partibus, partes tamen, non orationem exprimunt, nisi omnes copulatim completæ sint; & tunc durante toto opere debet esse in gratia, ut satisfaciat; quia aliàs non dicitur opus factum in gratia, qua ratione oratio, quæ ut oratio non significat, nisi omnes partes sint expressè completæ, exigit orantem in gratia à prima, usque ad ultimam partem, significationem orationis completæ.

2292 Ministri intentio requiritur in principio, medio & fine administrationis Sacramenti.

Hinc patet in Sacramentis intentionem Ministri requiri in principio, medio, & fine verborum, quia singula, & omnia verba simul consignificant; ità ut prima sine ultimis, nec ultima sine aliis consignificent, & singula debent proferri Sacramentaliter; ergo omnia, & singula debent proferri animo conficiendi Sacramentum, non joco aliqua, aliqua seriò. Arriaga *loc. cit. num. 37. in fine*: Puta si joco diceret *Ego te baptizo*, & postea seriò subdat: *in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti*: non tenet Sacramentum, quia requiritur intentio ab initio usque ad finem Sacramenti.

An existens in gratia, offerens Deo omne opus pium, & pœnale; incidens deinde in peccatum, patiens, jejunans, orans, satisfaciat?

2293 Offerēs quis omne opus bonum in gratia, si incidat in lethale, & operetur bonū, nō satisfacit.

NEga: Arriaga *loc. cit. num. 36.*

Nam operans in peccato, ut est incapax meriti, ità satisfactionis, licèt quando in gratia obtulit opera, ille actua fuerit meritorius, & satisfactivus.

An mandans famulo dare eleemosynam, satisfaciat famulo dante eleemosynam Domino dormiente?

2294 Per eleemosynam à famulo datam jussu Domini, ipso dormiente, satisfacit.

AFfirma: Arriaga *loco cit. num. 38.* contra Aversam *de penitentia qu. 3. sect. 16. § nunc videndum.*

Ratio; quia etiam dormiens est capax, & habitualiter exercet actum dandi eleemosynam, & sic satisfaciendi, qui somnio non revocatur; ut non revocatur intentio habitualis: & actio servi adhuc habitualiter est dormienti libera imperativè.

2295 Satis est si Dominus sit in gratia quando famulus dat eleemosynā, non quando mandat, ut satisfaciat.

Si non fit in gratia quando mandat, sed quando famulus dat eleemosynam, an satisfaciat?

AFfirma: Aversa *de penitentia qu. 3. sect. 16. § 8.* Gabriel à S. Vinc. *de penitentia disp. 11. qu. 1. § quæres secundo*, dicens proponentem

jejunare quando est in peccato, satisfacere si jejunet quando est in gratia, etiam sine nova voluntate. Contra Lugonem, quia gratia dignificat totum, & singula opera grati.

Ratio, quia adhuc durat intentio virtualis, vel habitualis dandi eleemosynam, quando servus illam dispensat pauperibus; ergo si tunc est in gratia, in gratia habet actum pium satisfactorium.

An mandans servo, hæredi dare eleemosynam, satisfaciat deinde in Purgatorio existens, si tunc servus hæres det eleemosynam?

2296 Mandans hæredi dare eleemosynam, satisfacit in Purgatorio cum hærede tunc dante eleemosynam.

AFfirma. Arriaga *tom.8.disp.21.n.40.in fine*, cum D.Thoma, Gabriel à S.Vinc. *de pœnitentia disp.11.qu.6.§.vestra sententia.* D.Thomas in *4.dist.45.qu.2.q.3.* ibi: *si aliquis in caritate decedens præcipiat sibi suffragia fieri, illa suffragia valent defuncto, quamvis illi, per quos fiunt, in peccato existant.* Nugnus *qu.25. art.1. diffic.3.* Contra Aversam *loco cit.* Lugonem *disp.26.sect.3.* Suarium *disp.48.sect.8.n.16.*

Ratio est, quia opus illud est pium per famulum, per hæredem ex persona defuncti factum, tanquam per ipsum defunctum, nec mandatum ejus morte extinguitur, & durat in effectu illius mandati voluntas mandantis imperativa, capacis etiam in Purgatorio effectus satisfactionis. In quo differt à peccatore mandante, satisfactionis incapace.

Secundo, quia illa actio exequutoris, hæredis, mandatarii quando fit, est defuncti imperativè voluntaria; ergo per illam satisfacit, ità ac per alias actiones à se liberè imperatas.

Actus ergo, qui in Purgatorio fiunt, satisfactorii non sunt; at executio mandati extra Purgatorium fit, ubi satisfieri potest per actionem æquivalenter, quæ extra Purgatorium fit ab illo, qui in Purgatorio existit per mandatarium suum substitutum. Si enim fieret in Purgatorio, non satisfaceret: etiamsi ante mortem quis offerat Deo pœnas in Purgatorio luendas. At in te existens in Purgatorio, per suum mandatarium extra Purgatorium operatur. In Purgatorio ergo existens in suo mandatario exercet actiones viatoris; & sic in effectu satisfactionis illius adhuc censetur in via, quatenus in via est exequutio ejus mandati, in quibus adest vis mandantis, ut in instrumento adest vis causæ principalis, in fœtu est vis patris mortui

Dices, actio non est defuncti, sed exequutoris; ergo non meretur defunctus, sed exequutor.

Respondetur, illam actionem esse defuncti imperativè, exequutoris electivè.

An eleemosyna à Domino justo facta per famulum iniquum, sit satisfactoria?

2297 Opus pium à justo Domino factum per servum impium, est satisfactorium.

AFfirma: D.Thô. *loco cit.* Gabr. à S.Vincent. *loc.cit.§.probatur secundo*, contra Suarium. Patet, quia actio illa est principalis agentis, existentis in gratia.

An satisfaciat mandans servo, hæredi dare eleemosynam, illo non dante?

2298 Non satisfacit mandans servo, hæredi dare eleemosynam, ipso non dante.

NEga: Arriaga *loco cit. num. 42.* motus ex suo principio, non dari satisfactionem sine opere externo pœnali. Contra Gabrielem à S.Vinc. *de pœnitentia disp. 11. qu.6. §. sed hic*, ajentem satisfacere, nè Minister damnificet.

Ratio nostra est, quia revera opus pium datæ eleemosynæ deest, & servus, hæres semper tenetur rem dandam pauperibus restituere; unde cùm non sit sequutus effectus, non habebit satisfactionem, quam habuisset, si re ipsa fuisset eleemosyna data.

Et malè dicit Gabriel à S. Vinc. non esse attendendam irrationabilem Ministri voluntatem; nam attenditur mandatum non exequutum ex irrationabili voluntate.

Ex dictis solvitur;

An hærede, aliove non solvente legata pia, non restituente, quæ defunctus restituere tenebatur, anima defuncti diuturnius torqueatur in Purgatorio?

CErtum est primo, istum Ministrum peccare mortaliter, quia injustè detinet bona, aliis justè danda. 2299 Peccat hæres non solvens legata pia defuncti, nō restitoēs ipsius debita.

Certum secundo, non detineri igne ultra tempus à Deo præfixum pro eluendis pœnis, quibus absolutis, Cœlum illicò petere. Non enim detinetur amplius nec culpa, nec pœna luenda: & restitutio dilata currit periculo hæredis, vel alterius non restituentis, quando restituere tenetur. *cap.in literis.5.de raptoribus.* Arriaga *tom.8.disp.23.num.33.* 2300 Ultra tēpus à Deo præfixū quis non detinetur in Purgatorio.

Certum tertio, minorari pœnas defuncti exercitio actus virtutis mandati à defuncto; quia illis citiùs satisfacit pænæ debitæ, etiam restitutione debiti; nam licet sit actus ceteroquin præceptus, ex dictis non solùm satisfit supererogationis, sed etiam operibus præceptis & vel aliis piis, quibus impletis à mandatarils novæ satisfactionis oblatione, pęna minuitur, ut minuitur novis oblatis, & applicatis Sacrificiis, Indulgentiis; quo sensu purgantes dicuntur liberari à peccato, scilicet à pœna temporali peccati, & non facientes injuncta opera, dicuntur *necatores animarum*, in quantum illas derelinquunt, nec à pœnis conantur satisfactione eripere. Sancta Birgitta *lib.6. Revelationum cap. 66.* & ità intelligitur textus in *cap.in literis.5.* ibi *hæredes ejus moneas, & compellas, ut iis, quibus ille per incendium, vel alio modo damna contra justitiam irrogaverat, juxtà facultates suas, condignè satisfaciat, ut sic à peccato valeat liberari. de raptoribus.cap.finali. de sepulturis.c. qui oblationis.9.* & *can.oblationes. 10. 13.qu.2.* Arriaga *loco cit.n.35.& 37.* 2301 Pœnæ defuncti minorantur exercitio actos virtutis ab ipso mandati.

Quomodò bona opera mandata à defuncto, quando exequuntur ab hærede, prosint?

EX dictis, prosunt vi satisfactionis; quia in illorum exequutione durat mandatum bonum; & sic voluntas mandatarii est in suo effectu satisfaciens, patet ex dictis. Arriaga *to.8. disp.21 num.39 & 40.* 2302 Quomodo prosint opera pia defuncto, ab ipso mandata.

At Suarez *disp.48.sect.8. n.18.* Lugo *disp.26. sect.3.* Aversa *de pœnit.q.3.sect.16. §.non videtur*, ajunt, non prodesse vi satisfactionis, nec vi satispassionis: non satisfactionis, quia non est actio defuncti: non satispassionis, quia nihil patitur, sed tantùm prodesse in quantum recipiens eleemosynam orat pro defunctis, vel Sacrificia applicat, & dans aliquos actus bonos facit pro defuncto.

Cui satisfit ex dictis.

Requi-

Requisita ex parte Dei ad satisfactionem.

§. IX.

An requiratur acceptatio Dei ad satisfactionem?

2303 Requiritur ut Deus acceptet satisfactionem.

AFfirma: sivè satisfactio sit de congruo, sivè de condigno. Aversa *qu.3. sect.13. §.ità verò. §.sed sicut.* Arriaga *tom.* 8. *disp.*22. *num.*3. Gaspar Hurtadus *disp.* 13. *diffic.* 9. Antonius à Spiritu S. *par.*1.*Directorii. de penitentia disp.*20. *num.*1585.*&* 1594. Gabriel à S.Vincent. *de penitentia disp.*11.*qu.*3. ajentes acceptationem requiri in merito de condigno. Contra Vasqu. *de penitentia qu.*94. *art.*1. *dub.*3. *&* 1.2. *disp.*222. *num.* 3. ajentem, Deum non posse pœnam non remittere oblata æquali satisfactione.

Probatur, nec de congruo, nec de condigno satisfacere sine Dei acceptatione, quia Deus aliis titulis potest opera bona recipere, puta titulo supremi dominii, prælationis, creationis, conservationis, & aliorum beneficiorum: qua ratione etiam adstringimur benè operari; ut ergo satisfaciant, Divina requiritur acceptatio, ut scilicet Deus admittat, non alio, quàm satisfactionis titulo.

Secundo, quia Reus jure debet solvere pęnas, non pro suo libito, sed à Judice decretas, ergo aliis nequit satisfacere, nec de condigno, nec de congruo, Deo non acceptante.

Tertio, quia jure ipso naturali dictante Reus debet pati, non agere; ergo debet reatum pœnæ satispassione, non satisfactione abolere; ergo satisfactio non est sine Divina acceptatione.

Quarto, quia pęna afficit invitum, & satisfactio non fit ab invito, Deo non acceptante.

Quinto, quia ex defectu Divinæ acceptationis non sunt satisfactorii nec de congruo, nec de condigno intensissimi actus virtutis amoris Dei, patientiæ, conformitatis cum Divina voluntate eliciti ab Animabus Purgatorii; ergo idem in viatoribus piè operantibus.

Sed ut video titillat intellectum congrua, & condigna satisfactio, ut plena hujus notitia intellectus inquirendo veritatem pertingat, ideò.

Quid sit, & quæ differentia inter satisfactionem de congruo, & de condigno?

§. X.

2304 Differentiæ inter satisfactionem de congruo, & de condigno.

SAtisfactio de condigno est, qua ponitur tantum, quantum debetur, alio titulo non acceptabile.

2305 Quid sit satisfactio de congruo.

Satisfactio de congruo est, qua ponimus bona opera, vel non æqualia, vel aliis titulis acceptabilia, sine promissione Dei pro satisfactione admittenda.

Clariùs, satisfactio de condigno est solutio tanti quanti debetur, irrecusabilis ab illo, cui offertur.

Satisfactio de congruo est oblatio rei pro debito, recusabilis ab illo, cui offertur.

2306 Quid de condigno.

Satisfactio de condigno est duplex. Irrecusabilis independenter à pacto, & acceptatione, ut oblatio rei furto sublatæ Domino. Et irrecusabilis dependenter à pacto, & acceptatione, ut solutio pretii rei emptæ, quæ nequit recusari stante contractu.

Clariùs, satisfactio de condigno est duplex. Prima, quę ponens æquale, tollit debitum, etiam invito illo, cui satisfit; sic fur restituens quæ accepit unà cum damnis, & interesse ad æqualitatem damni illati, satisfacit suæ obligationi, etiam invito Domino rei furatæ, ut patet ex se.

Secunda, satisfactio de condigno rigorosa etiam est, qua ponitur res satisfactoria secundum se, sed non satisfacit, nisi præcedat pactum creditoris illam acceptandi titulo satisfactionis, quia fortè illam posset sibi velle aliis titulis gratitudinis, obsequii debiti.

Respectu Dei hoc secundo modo datur satisfactio de condigno, quia Deus potens infinitis titulis velle hominem benè operare, etiam sine pręmio, sine satisfactione: propria voluntate se adstrinxit pacto dandi pręmium, dandi gratiam, & acceptandi pro satisfactione. Trident. *sess.*14.*cap.*8.

Ex his patet etiam impetrationem posse esse de congruo, & de condigno. De condigno, si Deus se pacto obligavit dare petenti bona. De congruo, si ità se non obligavit. 2307 Impetratio potest esse de congruo, & de condigno.

Instabis: hoc argumento probari etiam præciso Dei pacto posse mereri de condigno, sic: Justum est condignum, sed satisfactio ęqualis est justa; ergo satisfactio ęqualis est condigna. Sed satisfactio condigna non potest recusari à Deo; ergo nec justa: sed justa independenter à Divina acceptatione; ergo est condigna independenter à Divina acceptatione.

Respondetur: distinguo majorem, justum irrecusabile concedo, recusabile nego. Distinguo minorem, est justa recusabilis concedo, irręcusabilis nego. Negatur deinde consequentia; nam justum secundum se est inter rem, & rem æqualem, ex qua ęqualitate, licèt sit justitia, non sequitur condignitas, si possit non acceptari. Sic licèt pretium sit ęquale rei, non est condignum ex se, quia præciso præcedenti pacto, potest recusari.

Condignum ergo includit justum, & superaddit irrevocabilitatem rei oblatæ, quæ nequeat alio titulo acceptari, vel nequeat respui, ut est pretium rei pręcedente contractu emtionis, quod nequit ab emptore recusari, & nequit alio titulo acceptari. At sine pacto est pretium justum, sed non condignum, quia potest recusari.

Sic in re nostra, satisfactio hujus vitæ est ęqualis cum pœna luenda in alia vita; & sic est justa, sed non est condigna, præciso Divino pacto; quia præciso pacto potest à Deo exigi aliis titulis Creationis, Conservationis, Redemtionis, & in signum supremi Dominii; & sic est recusabilis pro satisfactione, posito tamen pacto evadit condigna, quia est irrecusabilis, & sic de singulis. Hęc pręcedere oportebat subsequentia satisfactionem secundum se: modò agamus:

De satisfactione, & impetratione in specie.

§. XI.

COnstitit opera bona non solùm esse meritoria gratiæ, & gloriæ, sed etiam sanctificatoria, & impetratoria, modò in specie agamus. Et primo, de satisfactione pro se ipso. Secundo, pro alio viatore. Tertio, pro defunctis. 2308 Impetratio, & satisfactio in specie.

De satisfactione pro se ipso.

An sit de condigno?

AFfirma: D.Thomas in 4.*dist.*15. *qu.*1. *art.*2. *qq.*1. Durandus in 4. *dist.* 15. *qu.*1. *art.*2. ubi Riccardus *art.*1. *qu.*2. Suarez *de penitentia disp.*37.*sect.*1. Aversa *qu.*3. *de penitentiæ sect.*13. *§.communis.* Antonius à Spir. S. *par.*1. *Directorii* 2309 Satisfactio pro se ipso est de condigno.

*rii tract.5. disp.20. num.*1584. Dicastillus *de penitentia disp.* 13. *num.*2. Contra Joannem Medinam *de penitentia qu.* 1. *de satisfactione*. Et contra Michaelem Bayum damnatum à Pio V. & Gregorio XIII. *Propositione* 77.

Patet ex Trident. *sess.*14. *cap.*8. *&* 9. *can.* 13. ubi: *ex meritis Christi*, in quo vivimus, satisfacimus Deo acceptanti. Danielis 4. Ibi: *eleemosynis redime peccata tua*.

Secundo, quia à Gregorio XIII. in Bulla contra Bayum damnata fuit *Propositio* 77. scilicet: justos suis operibus bonis laboriosis, non expiare de condigno pœnam temporalem.

Tertio, quia opera justi de condigno merentur gratiam, & premium; ergo etiam remissionem pœnæ, nam quò magis fit gratus Deo, Deo intimiùs paterno amore, eò magis debet elongari à pœnis: quò enim magis est dilectus, eò minus punitur; ergo eò magis in satisfactionem opera acceptantur.

Pro aliis.

§. XII.

Qui pro aliis satisfacit, suffragari dicitur, hoc est, adjuvare; undè suffragia sunt, quæ pro aliis applicantur.

An de congruo quis valeat satisfacere pro vivis, aut defunctis?

2310 Potest satisfieri de congruo pro vivis, aut defunctis.

Affirma tanquam certum de fide, quia opus est bonum proportionatum ad satisfaciendum, & ad movendam Divinam voluntatem ad acceptandum, cui bona semper placent, & ad minus id probat ly *Communio Sanctorum*: ubi sermo est de Sanctis operantibus; & sic de satisfactione, quæ fit in gratia, non de precibus solùm, quæ etiam à peccatoribus fieri valent pro aliis etiam peccatoribus, ut observat Arriaga *tom.*8 *disp.*23. *num.*2. *&* 5.

Tertio, quia ad minus id demonstrat usus totius Ecclesiæ. Herinx *par.*2. *disp.* 6. *de merito qu.* 7. *num.* 116. Catechismus Romanus *de Sacramenta Penitentia num.*61. D.Thom. *contra gentes cap.*158. & in 4. *dist.*20. *art.*2. *qq.*3. *qu.*1. Durandus in 4. *dist.*20. *qu.*2. D.Bonaventura in 4. *dist.*20. *art.*1. *qu.*1. ubi Riccardus *art.*2. *qu.*3. Adrianus *quodlibeto* 8. *art.*2. Aversa *quæst.*3. *de penitentia sect.* 13. §. *certum*. Contra Coninck *disp.*10. *dub.*7. Victoriam in *Summa num.*206. ajentes non posse in aliam suam satisfactionem transferre solvendo debitum pro alio, sed tantum posse suffragari impetrando alteri remissionem pœnæ temporalis.

An possit de condigno unus pro alio satisfacere infallibiliter?

Decidenda controversia ex uno puncto, an adsit promissio, & acceptatio Dei se obligantis ad admittendam satisfactionem unius pro alio?

2311 Non adest promissio Dei acceptantis satisfactionē unius pro altero.

Talem promissionem, & acceptationem non extare certè asserunt omnes, etiam docentes ex condigno satisfacere. Ut enim est certum de fide, Deum acceptare satisfactionem pro satisfaciente. Trid. *sess.*14. *c.*8. *&* 9. & *can.*13. Danielis 4. ita non est certum, nec potest assignari Scriptura, aut Traditio Apostolica. Ità Suarez *disp.* 84. *sect.*3. De tali promissione dubitat Arriaga *tom.*8. *disp.*23. *num.*8. ibi: *non est unde possit suaderi omninò efficaciter*; & probabiliter tale pactum deesse ait Coninck *disp* 20. *dub.*7. & absolutè talem promissionem extare negat Corduba *lib.* 5. *de Indulgentiis qu.* 5. *ad* 8. Medina *tract.*3. *de satisfactione quæst.*2. *&* 3. Gabriel à S.Vinc. *de penitentia disp.*11. *qu.*5. §. *secunda difficultas*; & §. *probatur*, ibi: *nullibi constat de tali promissione*. Canus *lib.*12. *de locis cap.*13. *ad* 9. Cajetanus *tom.*1. *Opusculorum tract.*16. *quæst.*5. Sotus 4. *dist.*19. *qu.*2. *art.*4. Nugnus *qu.*25. *supplementi art.* 1. *difficultate* 2. *&* 3. Kellisonus *qu.*12. *dub.*7.

Nec infallibilitas colligitur ex Symbolo Apostolorum, ibi: *Communionem Sanctorum*.

Primo, quia ait Arriaga *loco cit. num.*9. ibi: *continetur satisfactio, & impetratio*; ergo sicuti impetratio, ità etiam satisfactio non erit infallibilis.

Secundo ex Herinx *loco cit. num.*16. quia satis est pro alio posse satisfacere de congruo, non verò de condigno.

Nec ex Indulgentiis certò probatur satisfactionem unius posse pro aliis applicari. Nam indulgentiæ sunt superfluæ pro satisfactione operantis, cujus satisfactio est reposita in Thesauro Ecclesiæ pro indigentibus. 2312 Neque ex Indulgentiis probari valet.

Ex his apparet:

An sit certo infallibilis applicatio satisfactionis pro aliis, etiam defunctis?

Nega: nam infallibilitas emanat ex certa Divina promissione, quæ certa Divina promissio hìc omnium sententia deest. 2313 Non est certò infallibilis applicatio satisfactionis pro aliis, etiam defunctis.

Nec posse nos applicare pro aliis indicat infallibilitatem satisfactionis; nam etiam dicimus posse, quæ contingentia sunt.

An sit certò probabile posse applicare pro aliis, etiam defunctis?

Res ergo tota applicationis satisfactionis pro aliis limitibus probabilitatis coercetur. 2314 Est tamen certò probabilis.

Et nos fatemur probabiliùs esse, satisfactionem posse pro aliis etiam defunctis applicari de condigno, cum Suario *disp.*48. *sect.*3. Lugone *disp.*26. *sect.*1. Aversa *de penitentia qu.*3. *sect.*16. §. *absolutè*. Arriaga *tom.*8. *disp.*23. *num.*8. Herinx *par.*2. *disp.*6. *de merito quæst.*7. *num.*116. Contra Cajetanum, Nugnum, Canum, quos dat, & sequitur Gabriel à S.Vinc. *loc. cit. difficultate* 1. *&* *diffic.*2. ajentes pro aliis, sivè vivis, sivè defunctis tantùm prodesse de congruo.

Ratio majoris probabilitatis colligitur ex pluribus, quibus pars opposita destituitur.

Primo, quia si persona pro se non indiget, satisfactio ei non prodest; ergo sicuti tunc in applicata alteri reponitur in Thesauro Ecclesiæ, deinde distribuenda, cur ab ipso operante nequibit applicari aliis vivis, aut defunctis.

Secondo, quia ex regula generali, bona opera Deo placent; at applicatio satisfactionis pro aliis est bonum opus; ergo Deo placens; ergo à Deo acceptatur.

Tertio, quia ex hoc non præjudicatur Divinæ Justitiæ; nam justè satisfit pro aliis, & tollitur pro rata satisfactionis pœna.

Quarto, quia id exigit paterna caritas erga dilectissimos filios, constrictos vinclis penarum.

Quinto, quia ut Deus vult liberari à peccatis, ità à pœnis, quæ sunt reliquiæ peccatorum, & peccata dicuntur. *cap. in literis.*5. *de raptoribus*. Machabæorum 12. ibi: *ut à peccatis solvantur*.

Dices primo cum Gabriele à S. Vinc. Judex

non

2115 Doctorum in opposituú argumenta redarguuntur

non tenetur acceptare unius etiam innocentia pœnam pro Reo; ergo nec Deus tenetur acceptare satisfactiones unius pro aliis.

Respondetur primo, hinc probari nec de congruo unius satisfactiones alteri prodesse, quia Judex nec de congruo tenetur admittere post sententiam, immò nec potest satisfactiones unius pro alio admittere.

Secundo, hinc nec teneretur acceptare indulgentias. Non enim valet argumentum à Judica creato ad Deum; nam non Judex creatus, sed Deus diligit amantissimè purgantes, eosque vult ut dilectissimos filios solvi vinculis pœnarum, ut vult esse immunes à culpa.

Dices secundo cum eodem, §. *probatur tertio*, mereri pro alio de condigno derogat meritis Christi Domini, cui tantùm pro aliis competit de condigno satisfacere.

Respondetur primo, ex Trident. *sess.* 14. c. 8. satisfactiones esse ex meritis Christi Domini.

Secundo, ut pro se satisfacere de condigno non officit gloriæ Christi Domini, ità nec pro aliis; nam utrobique Christus Dominus exaltatur, in quo vivimus, in quo meremur, & satisfacimus. Trident. *loco cit.*

Replicat: satisfacere pro alio de condigno est fovere negligentiam alterius non operantis, & curantis sibi applicari aliorum satisfactiones?

Respondetur, hoc argumento tollere etiam satisfactionem de congruo, quæ nec debet fovere alienam negligentiam.

Secundo, hoc ipsum curare aliena satisfactione frui, esse opus bonum, & supponere ipsum in gratia, sine qua nequit frui alieno suffragio, sicque cessat negligentia ob studium prærequisitum acquirendæ, & conservandæ Divinæ gratiæ inter continuas tentationes, quibus ut resistamus, vigilandum est. 1. Petri 5.

Tertio, argumentum tolleret applicationem sacrificii, quia Christi Domini satisfactione, & non propria frueretur; falsum ergo est reddere hominem desidem, si ei alienæ satisfactiones applicentur.

Dices quarto: nequit gratiam & gloriam quis alteri de condigno mereri; ergo nec satisfacere de condigno unus pro altero.

Nego consequentiam, & disparitas est ex Dei voluntate pro altero satisfactionem, non gratiam, & meritum, acceptante, idque usus totius Ecclesiæ suadet. Et disparitatis verisimilis ratio est primo, quia Dominus Deus voluit assiduo virtutis exercitio fideles pro salute sollicitos, & fortes; si autem aliena ope possent adipisci gratiam, & gloriam, virtutum exercitium evanesceret cum sollicitudine propriæ salutis; at nō evanescit continua dimicatione cum vitiis, ratione cujus de proprio, auxiliante Divina gratia, corona gratiæ, & gloriæ sit promerenda; cui sollicitudini, & exercitio virtutum non præjudicat fruitio alienæ satisfactionis.

Secundo, quia gratia, & gloria sunt æternum pondus mercedis, & gravissimum esset damnum illis orbari: at pro aliis pœnas subire temporales non est damnum, cùm inde pœnas luens magis mereatur gratiam, gloriam, & aliis applicat satisfactionem sibi supra abundantem, vel inapplicabilem.

Ex his distinctiùs resolvas:

An pro Animabus Purgatorii, quis valeat de condigno infallibiliter satisfacere?

2116 Probabiliùs quis potest pro Animabus Purgatorii de condigno satisfacere.

AFfirma: ut probabiliùs ex dictis. Arriaga *tom.* 8. *disp.* 23. *num.* 30. & 31. ibi: *licèt non omninò certum sit ex lege infallibili satisfactiones pro defunctis oblatas acceptari à Deo, esse tamen id longè probabiliùs*, post Suarez, Lugo, Aversam locis citatis. Contra Cajetanū *Opusculo* 16. *qu.* 5. Gabrielem à S. Vinc. *de pœnitentia disp.* 11. *qu.* 5. §. *secunda difficultas*, dicentem prodesse tantùm de congruo, non infallibiliter. Canum *lib.* 12. *de locis cap.* 13. *ad* 9. Sotum in 4. *dist.* 19. *qu.* 2. *art.* 4.

Ratio, quia omne opus pium factum viribus gratiæ est Deo acceptum; sed omnis satisfactio applicata pro defunctis est opus pium; ergo omnis satisfactio applicata pro defunctis est Deo accepta.

Probatur secundo ex *can. non æstimemus.* 19. & ex *can. tempus.* 23. ibi: *neque negandum est defunctorum animas pietate suorum viventium relevari, cùm pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosynæ fiunt in Ecclesia. can. pro obeuntibus.* 21. *can. animæ.* 22. 13. *qu.* 2.

2117 Non obstant adducta jura

Dices: obstat textus in *can. in præsenti.* 20. ibi: *in præsenti seculo scimus sivè orationibus, sivè consiliis invicem posse nos adjuvari: cùm autem ante Tribunal Christi venerimus; nec Job, nec Daniel, nec Noë rogare posse pro quoquam, sed unumquemque portare onus suum.* 13. *quæst.* 2.

Respondetur, ibi tantùm asseri in Divino judicio non esse locum precibus, quod ultrò fatemur.

Similiter respondetur, ibi sermonem esse de decedentibus in lethali; nam de illis verificatur: *non dabit Deo placationem suam, nec pretium redemptionis animæ suæ, & ideò frater non redimet eum, sed laborabit in æternum*, ut loquitur textus ibidem.

Dices secundo: negligentes orare pro defunctis diuturniùs torquentur, sicuti diligentes orare pro defunctis juvantur securiùs suffragiis. *can. non æstimemus.* 19. ibi: *quamvis enim non pro quibus fiunt, omnibus prosint, sed his tantùm pro quibus dum vivunt, comparantur ut prosint*; & *can. tempus.* 23. §. *neque*, ibi: *hæc eis prosunt, qui cùm viverent, hæc sibi, ut postea possent prodesse meruerunt.* Et ibi: *omne hic meritum comparatur, quo possit post vitam relevari quispiam, vel gravari.* 13. *quæst.* 2. ergo non est infallibilis applicatio satisfactionis pro defunctis.

Respondetur, nego consequentiam. Semper enim prodest applicatio satisfactionis, sed magis illis, qui misericordes fuerunt circa defunctos, quibus prosunt, ut citiùs liberentur; hoc modo, quia habent in Cœlis gratas animas, quas liberarunt à pœnis, quarum precibus Deus excitat alios ad satisfaciendum pro ipsis. Et secundo quia Deus stimulat, ut alii solliciti sint pro istis, ut misericordes misericordiam consequantur. Tertio, quia satisfactiones relictæ applicandæ ad arbitrium Dei, istis applicantur.

Dices tertio: satisfactiones non prosunt omnibus, pro quibus fiunt. *can. non æstimemus.* 19. ibi: *quamvis enim non pro quibus fiunt, omnibus prosint.* 13. *qu.* 2. ergo non sunt infallibilia suffragia.

Respondetur non esse infallibilia suffragia ut prosint; quatenus ille, cui applicatur, potest

esse

esse damnatus, vel beatus, non verò si sit in Purgatorio, & sic textus in *d. can. non æstimemus*, ait non prodesse damnatis; quia viventes non curaverunt bonis operibus salutis viam terere, ut respondet Arriaga *loc.cit.*

De Indulgentiis.

CAPUT XII.

Nominis acceptio.

2318 Varia nominis Indulgentiæ acceptio adducitur, & primo pro frœna laxare.

INdulgentiæ nomen æquivocum diversa significat. Primo significat frœna laxare, operam dare, ut indulgere gulæ, studio. *l. non distinguamus 37. §. Sacerdotio, D. de recep. arb.*

2319 II. tegere, delere.

Secundo significat tegere, delere, donare. *can. ille. 25.* ibi: *Peccatum aut donatur, aut deletur, aut tegitur. Donatur per gratiam: deletur per Crucis sanguinem: tegitur per caritatem. de pœnitent. dist. 3.*

2320 III. pro dispensare.

Tertio idem est indulgentia, ac dispensatio, *cap. dudum de elect. can. finali in fine dist. 76.*

2321 IV. gratiam concedere.

Quarto sumitur pro concessione gratiæ. *cap. fin. ut lite pendente. cap. dudum. de privilegiis.*

2322 V. pœnam remittere.

Quinto significat remissionem pœnæ. *causa 2. quæst. 3. in fine.* Doctores in *cap. fin. de pœnit. & remiss. in 6.* ubi Joann. Andr. Bologn. *tract. de Indulg. num. 103. tomo 5. tractat.* quæ remissio pœnæ potest esse à potestate prophana, & spirituali. A potestata prophana est, quando superior temporalis condonat subditis pœnas debitas pro delictis, ut contingit Indultis, abolitionibus, & gratiis. *l. 3. l. Lucius. 17. D. ad Sen. Conf. Turpill.* ibi: *Lucius Titius Sejum reum falsi fecit, & priusquam persequeretur indulgentia reorum crimina abolita fuat. l. Indulgentia 3. C. de generali abol. l. 9. Codicis Theodosii. 28.* ubi Indulgentia est solemnis remissio pœnæ delicti debita.

Spiritualis est, quæ emanat à potestate spirituali, à Christo Domino communicata Ecclesiæ, qua eximitur pœna temporalis debita peccatis, in hac, & in alia purgantium vita, applicando merita Christi Domini, & Sanctorum.

Quid sit Indulgentia?

§. I.

2323 Indulgentiæ definitio.

INdulgentia est, *extinctio pœnæ temporalis debitæ peccatis remissis, applicatis meritis Christi Domini, & Sanctorum, à legitima spirituali potestate ex Thesauro Ecclesiæ.* Trident. *sess. 25. de Indulg.* Extrav. *Unigenitus. de pœnit. & remiss.* Bologn. *tract. de Indulgent. num. 2. tomo 5. tractat.* Tanderus *tract. de Indulg. num. 8. tom. 5. tractat.* Calderinus in *cap. nostro. de pœnit. & remiss.* Majeronus in 4. *dist.* 20. Contra hæreticos negantes in Ecclesia dari Indulgentias.

2324 Explicatur.

Dicitur *extinctio*, quia amplius non est solvenda pœna, posita Indulgentia adepta. Dicitur *pœnæ*, quia per Indulgentiam non tollitur culpa, quæ supponitur remissa, sed tollitur pœna culpæ remissæ. *Clem. 1. de privileg.*

Dicitur *temporalis*, quo indicatur, pœnam æternam non remitti per Indulgentiam, sed cum remissione peccati recepto Sacramento, in re, vel in voto, contritionis, & amoris Dei. Secundo indicatur non remitti externam debitam pœnam, pro delicto in foro externo: nec pœnalitates contractas ab originali, sed tantùm pœnam temporalem reliquam post peccatum solvendam in hac vita, vel in Purgatorio, non pœnam temporalem luendam in Tartaro, ob peccatum ritè confessum, sed quoad pœnam, non adhuc deletum, quia non satisfacta decessit in alio lethali. *can. manet. can. quodcumque. 24. quæst. 5.*

Dicitur *peccatis remissis*, quia nequit tolli pœna etiam levis, culpa etiam levi non remissa.

Dicitur *applicatis meritis Christi Domini, & Sanctorum*, quia infinitum Christi Domini meritum, adjunctis etiam Sanctorum meritis sufficit superabundanter pro delendis infinitis pœnis.

Concluditur *ab habente potestatem*, quia hæc potestas, à Christo Domino est certis personis communicata in sua Ecclesia. D. Bonav. in 4. *dist.* 20 *par. 2. qu. 2.* Bellarm. *lib. 1. de Indulgent. cap. 2.* Gaudent. *tom. 7. de Indulgent. disp. 1. qu. 1. num. 6. 11. & 13.* ex Extravag. *Unigenitus*, ibi: *quem quidem thesaurum non in sudario repositum, non in agro absconditum, sed per B. Petrum Cœli clavigerum, ejusque successores suos in terris Vicarios commisit fidelibus salubriter dispensandum. de pœnit. & remiss.* Matthæi 18. ibi: *quæcunque solveritis super terram, erunt soluta, & in Cœlis.* 2. ad Corinth. 2. ubi Indulgentias concessit delinquenti Apostolus. *can. Deus. 78. de pœnit. dist. 1. cap. cum ex eo. cap. nova. de pœnit. & remiss.* Contra Hussitas, Wiclephum, Melanthonem in *Confessione Augustana art. 2.* Heshutium *de errorib. Pontificiorum litera 32.* Calvinum *lib. 4. Institutionis Christianæ cap. 3. & lib. 3. cap. 4. sess. 25.* Lutherum *assertionum cap. 5.* ajentes, cum peccato semper totam pœnam remitti.

2325 A Christo Domino habetur potestas in Ecclesia concedendi Indulgentias.

2326 Hæretici Indulgentias impugnantes.

Contra quos hæreticos stat veritas Catholica. Luc. *c. 7.* ibi. *cui autem minus dimittitur, minus diligit.* Ly *minus dimittitur*, nequit intelligi de culpa, & pœna æterna, quæ tota semper dimittitur; ergo debet intelligi de pœna alia non æterna, sed temporali. Persistit Trid. *sess. 6. c. 14.* ibi: *alia pia spiritualis vitæ exercitia, non quidem pro pœna æterna, quæ vel Sacramento, vel Sacramenti voto, una cum culpa remittitur, sed pro pœna temporali, quæ ut Sacræ literæ docent non tota semper dimittitur, & sess. 14. cap. 2.*

2327 Dogma Catholicũ probatur.

Quotuplex sit Indulgentia.

§. II.

2328 Triplex est Indulgentia Personalis, Localis, Realis.

PRimo Indulgentia est triplex: *Personalis, Localis. Realis. Personalis* est affixa personæ, cui prodest, *Localis* est affixa loco, cui conceditur: puta Ecclesiæ, Altari, ità solet concedi immunitas loco. *l. 1. D. de censibus c. Capella. cap. quoniam. de privileg. Realis* est affixa alicui rei, puta calculo, cruci, quæ cessat re destructa. Arriaga *tom. 8. disp. 25. num. 15.* Gaudent. *to. 7. tract. de Indulg. disp. 2. qu. 11. num. 69. & 70.* dicens non cessare mutato concedente, quia est gratia facta, sed cessare cessante causa. *cap. decet. de regul. jur. in 6.*

An autem duret Indulgentia localis, destructa, & reædificata Ecclesia, cui erat concessa.

2329 Durat Indulgẽtia localis si Ecclesia sit ex parte diruta, & reædificetur.

DIstinguas: vel *Ecclesia tota simul*, vel *per partes corruit, & reædificatur*: si simul corruit, & reædificatur, Indulgentiam durare ait Suarez *disp. 52. sect. 1. num. 9.* Gabr. à S. Vinc. *de Sacram. Pœnit. disp. 13. quæst. 6. §. circa Indulgentiam.*

Sed oppositum videtur docere Innoc. in *cap. cum ex injuncto. de novi oper. nunciat.* quia tunc cessat subjectum, & cum subjecto accidens.

Si

Si verò Ecclesia tota diruta non readificetur, an remaneat Indulgentia?

2330 Secùs si tota sit de jure diruta, & nō reædificetur.

DIstinguunt: vel est diruta de jure, vel de facto; Si de jure, affirmant extingui Indulgentias, nisi transferantur in alium locum. Bolognin. *tract. de Indulg. num.* 79. *tom.* 5. *tract.* Innoc. in *cap. cum ex injuncto*. 2. *de novi operis nunciat.*

2331 Si de facto ut terræmotu, invasione, Indulgentiæ remanent.

Si de facto, Ecclesia destruatur, puta terræmotu, invasione hostium: tunc Indulgentias perseverare ait Glossa in *can. ex hoc dicimus.* 16. *q.* 7. & in *cap. privilegium de regul. juris in* 6. Bologn. *loc. cit.* idem asserentes de privilegiis concessis Civitati, Collegio; Civitate diruta, Collegio destructo.

2332 Auctoris ponderatio.

Tu verò tam profundiùs perscruteris; nam ut non remanet Indulgentia personalis, persona extincta: ità nec debet remanare localis, loco non extante, sivè de jure, sivè de facto, nisi lege exprimatur.

Si Ecclesia per partes destruatur, & reficiatur; tunc remanet privilegium, & Indulgentia; nam moraliter censetur perseverare idem ædificium. Lugo *de Indulg. sect.* 4. *disp.* 27. *num.* 131. Arriaga *tom.* 8. *disp.* 25. *num.* 17.

2333 Insuper dividitur in plenam, plenariam, plenissimam, & Jubilæum.

II. Dividitur Indulgentia in *plenam*, *plenariam*, *plenariissimam*, & *Jubilæum*. Extrav. *Antiquorum*. Omnes significent extinctionem pœnæ in hac vita, vel in Purgatorio luendæ, & semper tota pœna remittitur, sivè plena, sivè plenaria, sivè plenariissima sit; & illi termini exprimuntur ad explicandam propensiorem Pontificis voluntatem. Suarius *disp.* 50. *sect.* 2. *num.* 7. Fret. Dominicus à SS. Trinitate *tract. de Jubil. controv.* 2. *cap.* 2. §. *quot.*

2334 Jubilæū habet quoque cōcedere potestatem absolvendi à reservatis, & alia.

Jubilæum supra remissionem pœnæ addit alias facultates, scilicet *absolvendi à reservatis*, *commutandi vota*, *electionis Confessarii*, Arriaga *loco cit. num.* 41. Sotus in 4. *dist.* 25. *qu.* 2. *art.* 1. Suarez *disp.* 50. *sect.* 4. Lugo *de pœnit. disp.* 27. *num.* 2. Bonacine *disp.* 6. *qu.* 1. *puncto* 2. *num.* 5. dans quinque Doctores. Dominicus à SS. Trinitate *tract. de Jubilæo controv.* 2. *cap.* 2.

2335 Quid per Indulgentiam ad modum Jubilæi.

Indulgentia concessa per modum Jubilæi, idem est ac plena, plenaria, plenariissima; ità ut non conferat potestatem absolvendi casus reservatos.

2336 Dividitur in totalem, & partialem

III. Dividitur Indulgentia in totalem, & partialem. Totalis tollit totam pœnam, & idem ac plena, plenaria, plenariissima. Extrav. *Unigenitus. de pœnit. & remiss.* Partialis remittit partem pœnarum, puta annum, mensem. Arriaga *loco cit. num* 44. Trullanck *lib.* 1. *in Bullam*, §. 1. *dub.* 14. Gaudent. *tom.* 7. *tract. de Indulg. disp.* 2. *q.* 5. *num.* 20. Morance *tom.* 3. *Theologia Catechistica*, *fol.* 337.

Thesaurus Ecclesiæ.

§. III.

2337 Ecclesiæ Thesaurum negāt Hæretici

PRimo Lutherus *assertionum art.* 3. Calvinus *lib.* 4. *Institut. Christiana cap.* 3. & *lib.* 3. *cap.* 4. *sect.* 25. Melanchthon *in Confessione Augustana art.* 2. Heshusius *de erroribus Pontificiorum tit.* 32. Putantes cum culpa semper remitti totam pœnam, ajunt Thesaurum istum esse figmentum.

2338 Fatentur Catholici.

At Catholici concedentes Thesaurum Ecclesiæ, in explicando, in quo consistat, non conveniunt.

2339 In quo consistat inquiritur à Theologis.

I. Mayeronius Catholicus in 4. *sententiarum qu.* 19. *art.* 2. negat Thesaurum, licèt concedat per Indulgentias remitti pœnas temporales judiciali auctoritate condonando pœnas, non applicando merita Christi Domini, quæ sententia rejicitur.

II. Durandus in 4. *dist.* 10. *qu.* 20. ait merita Christi Domini, non Sanctorum constituere Ecclesiæ Thesaurum.

III. Gammachæus 3. *par. disp. de Indulg. cap.* 2. Fr. Dominicus à SS. Trinitate *controv.* 5. *de Jubilæo c.* 2. asserit non esse de fide Thesaurum Ecclesiæ includere merita aliorum Sanctorum, quia nullibi id definitum in Ecclesia, in quo tantum id est receptum, ut probabiliùs ex Extrav. *Unigenitus. de pœnit. & remiss.* & ex Bulla Leonis X. contra Lutherum.

2340 Quæ merita comprehendat.

Tu teneas Thesauro spirituali Ecclesiæ comprehendi absolutè merita Christi Domini, merita Beatissimæ Virginis; nihil enim pro se ipsis satisfacere poterant. 1. Joannis 2. ubi Christus Dominus pro toto mundo passus est. D. Bonav. in 4. *dist.* 20. *par.* 2. *qu. e. cāa. quodcumque. can. manet.* 24. *qu.* 1. Extravag. *Unigenitus*, ibi: *Thesaurum. de pœnit. & remiss.* Bulla Leonis X. contra Lutherum. Merita verò satisfactorie aliorum Sanctorum remanent in Thesauro Ecclesiæ, in quantum pro se ipsis satisfactione non indigebant, non verò pro rata, qua resipiscentes pro se ipsis satisfecerunt; nam pro illa rata sunt satisfactoria, prodesse valent non operanti, non indigenti, ergo aliis, verificaturque dispositio Psal. 118. ibi: *particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.* 2. ad Corinth. 8. ibi: *abundantia vestra illorum inopiam suppleat.* Extravag. *Unigenitus. de pœnit. & remiss.* Thesaurus ergo spiritualis Ecclesiæ constituitur ex infinitis Christi Domini meritis, Beatissimæ Virginis, & Sanctorum, quorum opera plura satisfactoria non ipsis innocentibus, sed aliis profutura, in Thesauro servantur. D. Bonav. *loc. cit. d. c. quodcumq. c. manet.* 24. *q.* 1. 1. Joan. 2. ubi Christus Dominus est propitiatio pro peccatis totius mundi. Extrav. *Unigenitus*, ibi: *Thesaurum. de pœnit. & remiss.* & Bulla Leonis X. contra Lutherum. (41)

Nunc est difficultas:

An in tali Thesauro adsint merita alicujus eximii Sancti, & deindè lapsi, & damnati?

2341 In hoc Thesauro non sunt merita Sancti, deinde lapsi, & damnati.

NEgat Lugo hic *sect.* 4. *disp.* 27. Affirmat Arriaga *tom.* 8. *disp.* 25. *num.* 6. quia sunt res in gratia factæ, quæ non amiserunt bonitatem sequenti lapsu, asserit tamen contrarium probabiliùs. Totum pendet ex Domini voluntate, & augeat pœnam illius damnati, non sibi, sed aliis meritis illis profigui.

An Indulgentia prosit per modum solutionis vera extinctiva pœnarum?

2342 Prodest Indulgētia per modum solutionis pro pœnis.

AFfirma: D. Thomas in 4. *dist.* 2. *qu.* 1. *art.* 3. Durandus in 4. *dist.* 2. *q.* 3. *art.* 2. Paludanus *ibi.*

(41) S. Pius V. damnando plures Propositiones Michaelis Baji, istam quoque ordine LX. proscripsit: „ Per passiones Sanctorum in Indulgentiis communicatas non propriè redimuntur nostra delicta; sed per Communionem Caritatis nobis eorum passiones impartiuntur, ut digni simus, qui pretio Sanguinis Christi à pœnis pro peccatis debitis liberemur. „ Ex qua deducunt plures Theologi Indulgentias prodesse nobis per modum solutionis, ut probat Auctor mox *num. seq.* Habert *de Pœnit. in Appendice de Indulg.* §. 1. Tournely *de Pœnit. qu. ult. art.* 9. v. Ludovicum Bail *Summa Conciliorum tom.* 1. *pag.* 365.

*ibidem quæst.*4. Sylvester v. *Indulgentia num.*3. Arriaga *tom.*8. *disp.*25. *num.*9. Contra Cajetanum *tom.*8. *Opusculorum tract.*15.*cap.*2. Angelum v.*Indulgent.n.*1. Mayerounium in 4.*dist.*19. *qu.*2. ajentes indulgentiam applicari per modum solius absolutionis, seu remissionis pœnæ; adeòque esse actum solius jurisdictionis remittentis pœnam, vi potestatis à Christo Domino concessæ.

Contra Suarium *disp.*49.*sect.*4.Bellarm. *lib.*1. *de Indulg. cap.*5. Lugo *disp.*27. *n.*4. Gabrielem à S.Vinc.*de Indulg.* §. *sed modo*. Leandr. *de Sacram Pœnit.disp.*14. *qu.*5. dantem quinque Doctores.Fr.Dominicum à SS.Trinitate *controv.*6. *cap.*2. Gaudent. *tom.*7. *tract. de Indulg. disp.* 2. *num.*1. & 3. dantem D.Bonavent. in 4.*dist.*20. *par.*2. *qu.*5. ajentes Indulgentiam applicari per modum absolutionis, & solutionis.

Contrà Morance *tom.* 3. *Theologia Catechistica fol.* 345. ajentem, pro vivis esse absolutionem, pro defunctis solutionem, & id esse applicare defunctis per modum suffragii, scilicet offerre Deo pretium pro pœnis debitis à defuncto.

2343 Variis rationibus probatur. Probatur primo, quia ità facilè intelligitur dari Ecclesiæ Thesaurum, & ex bonis dicti Thesauri indulgentias distribui, hoc est bona dicti Thesauri distribui vivis, & defunctis ab habente auctoritatem.

Secundo, quia Summus Pontifex non habet jurisdictionem in Purgatorio; ergo nequit absolvere, hoc est tollere pœnas luendas ibi ab Animabus sola jurisdictione remittendo illas pœnas.

Tertio, quia fideles à Deo ad illas pœnas damnantur; ergo Deus, non Pontifex potest illas remittere, inspecta natura impositionis pœnarū juridicè tollenda ab habente jurisdictionem.

Quartò, quia ipse Pontifex lucrans Indulgentias, illas lucratur solutione, non absolutione; cùm non sibi subditus à seipso absolvi nequeat; ergo etiam quando alteri concedit Indulgentias. Navar.*de Jubil.notab.*2.*num.*9.

Quinto, quia si Pontifex potest solvendo dare indulgentias pro defunctis, cur non pro vivis? quænam necessitas absolutionis?

Nec dicas id currere in defunctis, qui non subditi Summo Pontifici, nequeunt ab eo absolvi, at viatores subditi rectè absolvi valent. Nam ut rectè Arriaga *loc.cit. num.* 14. Viatores quoad pœnam in Purgatorio luendam non sunt subditi Summo Pontifici, cùm illa pœna sit quid internum.

Sexto, quia applicatis meritis, est liberatus à pœna, ad quod ergo illa absolutio, si sola applicatione meritorum Thesauri Ecclesiæ pœnæ extinguuntur.

Si autem velis dicere esse actum etiam absolutionis, quia tantùm ab habente à Deo potestatem valet solutio fieri, id omnes fatemur, sed non plus in effectu est, quàm solutio pro pœna luenda. Et si vis dici per se solutionem, sed quia pendet à potestate clavium esse absolutionem, sed revera nil absolvi jam in re convenimus, & controversia erit de voce. Omnes enim Catholici convenimus requiri auctoritatem ad dispensandum Ecclesiæ Thesaurum, & auctoritatem dicimus esse jurisdictionis, non ordinis, hanc autem jurisdictionem circa Thesaurum Ecclesiæ, non circa personas, quibus applicatur, ut patet etiam ex usu fidelium applicantium pro aliis satisfactionem, in quibus jurisdictionem nullam habent; ergo non est necesse, ut applicetur subditis.

Tandem probatur, quia solutio, & absolutio opponuntur; nam absolutus nihil, solvens dat aliquid, absolutus à pœna, habet pœnæ remissionem, solvens pro pœna aliquid dat, ut pœnam extinguat, ut licet intueri in debitore, qui solvit, & in debitore, cui condonatur debitum, & ut repugnat debitum simul tolli absolutione, & solutione, ità videtur repugnare respectu eidem pœnas extingui solutione, & absolutione; nam esset extingui datione, & non datione rei. Tu tamen rem meliùs discutias, & semper collinees voluntati Summi Pontificis.

Quid sit Indulgentias applicari per modum suffragii.

2344 Quid sit Indulgentias applicari per modum suffragii explicatur. DEfunctis applicantur Indulgentiæ per modum suffragii. Et applicari per modum suffragii defunctis, esse applicari solvendo debitum defunctorum. Morance *tom.* 3. *Theologia Catechistica fol.* 345. Fr. Dominicus à Sanctiss. Trinitate *controv.*6.*cap.*3.

At hoc modo etiam pro vivis applicari dicta suadent, & concedit etiam Fr. Dominicus à SS. Trinitate; & ità contingit saltem Summo Pontifici lucranti indulgentias, solventi pro se ipso, non exercenti jurisdictionem in seipso.

2345 Variæ expositiones adducuntur. Mastrius *Theologia morali de Indulg. disp.*23. *qu.*4. §.1. *num.*58. Cum Brancato, & Fabro ait Indulgentias vivis concedi per modum absolutionis, mortuis per modum suffragii in hoc sensu, per modum absolutionis vivis, quatenus immediatè eis dispensantur bona ex Thesauro Ecclesiæ, liberando vivos à pœnis.

Per modum suffragii esse mediatè, indirectè solvi pro defunctis, quatenus Deo offeruntur pro defunctis merita Christi Domini, & Sanctorum, ut pretium condignum pro liberatione Animarum purgantium, eo modo, quo Princeps immediatè liberat suos subditos à pœnis intra suum districtum existens; per modum suffragii liberat non subditos, vel existentes extra suam jurisdictionem oblata solutione pro illis.

Sed etiam pro vivis oblatam solutionem Deus promisit se acceptare, nihilque diversum in hoc invenitur, ut enim Deus Dominus pro vivis, ità pro defunctis acceptare promisit oblatam solutionem.

2346 Cur mortuis Indulgentiæ per modum suffragii applicantur, non vivis. Tertio, aliis suadetur per modum suffragii applicari defunctis, & non per modum suffragii vivis, quia pro vivis applicatio, solutio, & acceptatio est certa infallibilis, pro defunctis verò non est infallibilis, quia Deus fortè non acceptat oblatam solutionem per Indulgentias, adeòque pro eodem defuncto semper posse applicari Indulgentias, quia non est certum à Deo jam oblatas fuisse acceptatas pro Anima pro qua indulgentiæ applicatæ fuere, ità Durandus, Cajetanus, Corduba.

Sed contra, quia pro defunctis etiam esse infallibilem acceptationem asserit Lugo *disp.* 17. *sect.*5. *de Sacram. Pœnit.* Suarius *disp.* 53. *sect.* 3. Mastrius *loco cit. qu.*3. *art.*3. *num.*47.

Requisita ad valorem Indulgentiarum.

§. IV.

2347 Plura requiruntur, ut Indulgentiæ valeant. PLura requiruntur, sed ordinatè procedendo: Primo aliqua requiruntur à parte dantis. Secundo, aliqua ex parte recipientis Indulgen-

gentias. Tertio, aliqua ex parte Indulgentiarum. D.Thom. in 4. *dist.* 20. de quibus omnibus discriminatim agendum. Et primo:

Requisita ex parte dantis.

§. V.

2348 Ex parte dantis requiritur jurisdictio saltem Episcopalis.

EX parte dantis requiritur potestas jurisdictionis saltem Episcopalis; itaut potestas sit jurisdictionis, non ordinis. D. Thom. in 4. *dist.* 20. *art.* 4. *qq.* 2. ubi Paludan. *qu.* 4. Arriaga *tom.* 8. *disp.* 24. *num.* 5. Per se ergo requiritur potestas jurisdictionis in Thesauro Ecclesiæ. *cap. accedentibus. de pœnit. & remiss.* Ordo verò requiritur secundum modum ordinariè procedendi, ut in rebus sacris Clericus tantùm se immisceat, & Christus Dominus ratam habet solutionem à suo Vicario prudenter factam. Extrav. *Unigenitus*, ibi: *per B. Petrum Cœli claviegerum, ejusque successores suos in terris Vicarios commisit fidelibus salubriter dispensandum. de pœnit. & remiss.* Caram. *Fundam. num.* 3436.

An Prælatus existens in lethali possit licitè, & validè Indulgentias concedere?

2349 Prælatus existens in lethali licitè, & validè cōcedere potest Indulgētias.

AFfirmo: nam est actus jurisdictionis per peccatum non extinctæ, non suspensæ; nisi sit peccatum excommunicatione, suspensione officii unitum. D.Tho. in 4. *dist.* 19. Ancharan. in *Clem. Abusionibus. de pœnit. & remiss.*

An concedens possit ipse lucrari Indulgentias?

1350 Ipse concedens valet Indulgētias lucrari.

AFfirmo: D.Thom. in 4. *dist.* 20. Bologninus *tract. de Indulgent. n.* 69. *tom.* 5. *tractatuum.* Ratio, quia potest frui beneficiis totius, cujus est pars, sicuti tenetur servare jura totius. *l. digna vox, C. de legibus*: aliàs deterioris esset conditionis, quàm ceteræ partes.

Nec officit dispositionem non comprehendere loquentem: *l. inquisitio. C. de solutionibus. l. si mercedem, §. fin. D. de actionibus emti. l. qui Insulam. §. fin. D. locati.*

Nam id cessat in favorabilibus, ut in pluribus aliis capitibus. *l. Paulus, §. fin. D. de pignorib.* Bart. in *l.* 1. *D. de Senatoribus.*

His delibatis:

Qui Prælati Indulgentias concedant?

2351 Pontifex in toto Orbe potest Indulgentias concedere.

PRimo, Pontifex in toto Orbe. *c. cum ex eo. c. nostro. de pœnit. & remiss.* D. Joannes *c.* 20. ibi: *pasce oves meas.* Matthæi 16. ibi: *quodcumque solveris super terram.* Concilium Lateranense *cap.* 62. Est enim Christi Domini Vicarius, cui est collata potestas, quam omnipotens Christus Dominus exercuit, dicens Latroni: *Hodie mecum eris in Paradiso.* Lucæ 23. *c. Baptismi dist.* 4. *c. ad liberandam. de Judæis. c. significasti. de elect.* Lugo *de pœnit. disp.* 29. *num.* 8. Idque habet eo ipso, ac est legitimè electus, ac confirmatus. *l.* 2. *D. de officio Proconsulis.*

2352 Et Conciliū Generale.

II. Concilium legitimum Generale. Navarr. *de Jubil. notab.* 31. *nu.* 2. Sotus in 4. *dist.* 21. *qu.* 1. *art.* 4. Duallius *tract. de Indulg. art.* 9. Henriqu. *lib.* 7. *cap.* 51. *num.* 3. nam Caput Concilii Generalis est Papa: quamvis Arriaga *tom.* 8. *disp.* 27. *num.* 13. asserat pro toto Orbe non competere Concilio, nisi in specie talis facultas concedatur, quia specialia non veniunt, nisi exprimantur *Litem apud Labeonem* 15. *D. de injuriis*; cum Bellarm. *lib.* 1. *de Indulg. c.* 2. *dub.* 2.

Nec aliquid in oppositum evincit Concilium Basileæ *sess.* 24. concedens Indulgentias. Nam id, vel habuit auctoritate Pontificis, vel nullæ fuerunt latæ tēpore schismatici Concilii.

2353 Et Conciliū Acephalum.

III. Concilium Acephalum tempore schismatis. Henriq. *lib.* 7. *cap.* 35. §. 3. cujus tamen oppositum docet Fr. Dominicus à Sanctissima Trinitate *controv.* 7. *cap.* 2. §. *unde licet.* Nota, quòd si Concilium sit Acephalum, puta si Summus Pontifex sit mortuus, vel schismaticus tempore initi Concilii; tunc potest concedere Indulgentias; quia deficiente capite remanet jurisdictio penès Concilium.

2354 Archiepiscopus pro sua Provincia.

IV. Archiepiscopus pro sua Provincia.

2355 Episcopus pro sua Diœcesi.

V. Episcopus pro sua Diœcesi.

2356 Legatus in sua Provincia.

VI. Legatus etiam non Sacerdos in sua Provincia. *c. nemini. de officio Legati.*

2357 Cardinalis in suo titulo

VII. Cardinalis in suo titulo; nam ibi habet Episcopalem jurisdictionem. *c. is, qui. de major. & obed.* ubi Abbas, Monachus in *c. un. de major. & obed. in* 6.

2358 Vicarius Capitularis.

VIII. Vicarius Capitularis Sede vacante, habet enim Episcopalem omnimodam jurisdictionem voluntariam, & necessariam privativam à Capitulo, in quo nulla remanet jurisdictio post electionem. Glos. in *c. is qui. de major. & obed.* Bologn. *tract. de Indulg. num.* 40. *tom.* 5. *tractatu.* Rota *dec.* 361. Zerola in *praxi Episcoporum v. Indulgentia num.* 16. Marchetti *praxi Vicarii Capit. tit.* 24. *num.* 3. dicens veriorem cum Barbosa *lib.* 1. *juris Ecclesiæ cap.* 32. *nu.* 91. Sà v. *Capitulum Sede vacante.* Antonellus *lib.* 4. *de regim. Eccl. Episcopalis. cap. fin. num.* 14. Pellegrin. *par.* 1. *praxis Vicariorum sect.* 4. *subsect.* 2. *num.* 28. Contra Joann. Imolam in *Clem.* 1. *de privil.* Navarrum *de Indulg. notab.* 31. *num.* 6. Suarium *disp.* 55. *sect.* 4. *num.* 4. Henriq. *lib.* 7. *cap.* 31. *num.* 4. Mennum in *Bulla disp.* 6. *qu.* 1. *puncto* 3. *num.* 18. Est enim actus jurisdictionis ordinariæ nullo jure limitatæ, ut limitanda fuisset, & invenitur in exceptis limitata in beneficiis, scilicet & in dimissoriis concedendis pro recipiendis Ordinibus. *c. fraternitatem. dist.* 71. Unde talis exceptio firmat regulam in non exceptis. *l. nam quod liquidè, D. de pœnu legato.* Si enim lex voluisset excipere Indulgentias, id expressisset. *l.* 1. §. *fin autem, v. deficiente, C. de caducis tollendis. cap. nonne de præsumpt.* & cessat in concedendis indulgentiis, quibus nemini præjudicatur ratio prohibitionis, nè minuatur successoris auctoritas.

Quanta valeat ab istis Indulgentia concedi?

2359 Sūmus Pontifex plenariam, partialem, perpetuā, vel pro toto Orbe valet concedere valet Indulgentias.

A Summo Pontifice pro ejus rationabili libito plena, vel partialis, perpetua, vel ad tempus, pro toto Orbe, vel ejus parte. *c. ad liberandum. de Judæis.* Extrav. *Unigenitus. de pœnitent. & remiss.*

2360 Ceteri unius anni in dedicatione, & 40. dierum in ejus anniversario.

Ceteri circa suos subditos possunt concedere Indulgentiam unius anni in dedicatione Ecclesiæ, & 40. dierum in anniversario dedicationis Ecclesiæ. *c. cum ex eo,* ibi: *Decernimus ut cum dedicatur Basilica, non detur Indulgentia ultra annum, sivè ab uno solum, sivè à pluribus Episcopis dedicetur: & deinde in anniversario dedicationis tempore 40. dies de injunctis pœnitentiis indicta remissio non excedat. c. nostro. de pœnit. & remiss.* ubi Abbas *cap. quod autem.* 4. ibi: *remissiones prædictas prodesse illis non modo arbitramur, quibus ut prosint judices specialiter indixerunt. c. audientibus. de excessibus Prælator.*

An Indulgentia excedens dictum tempus vitietur in totum?

2361 Si excedit taxatū tempus vitiatur pro rata.

NEga: sed vitiatur pro rata. Bologn. *tract. de Indulg. nu. 52. & 53. tom. 5. tractatuum.* Jo:Andr. in *cap. fin. de penit. & remiss. in 6.* Abbas in *cap. cum ex eo. de penit. & remiss.* Menno in *Bulla. disp. 6 qu. 1. puncto 3. num. 3.* Contra Suarium *disp. 55. sect. 2.* Monachum in *cap. fin. de penit. & remiss.* volentes corruere totam Indulgentiam; motos ex *cap. fin. de penit. & remiss.* ubi nulla est Indulgentia, & quia amittere potestatem meretur, qua quis abutitur.

Probatur, quia utile per inutile non debet vitiari. *cap. utile. de regul. jur. in 6.* & quia donatio excedens quincentos solidos ob defectum insinuationis, tantùm vitiatur pro rata excessus. *l. sancimus, C. de donat.* ergo Indulgentia tantùm pro excessu vitiabitur.

Nec obstat text. in *cap. fin. de penit. & remiss.* ubi nulla est Indulgentia; nam intelligitur, si Prelatus excesserit non in tempore, sed in substantialibus, puta sine causa Indulgentiam concesserit.

An tempus anni, & quadraginta dierum sit continuum, ità ut Indulgentia tollat pœnitentias continuas, puta jejunium continuum quadraginta dierum, vel possiat esse interrupta?

2362 Dictum annū esse continuum, & 40. dies esse utiles.

ANnum esse continuum, & quadraginta dies esse utiles ait Hostiensis, & Abb. in *cap. cum ex eo. de penit. & remiss.*

Bologn. tamen in *tract. de Indulg. num. 50. & 51.* ait intelligi de pœnitentia jejunandi, &c. sivè continua, sivè interrupta; ità ut lucrans Indulgentiam ad illam pœnitentiam non teneatur.

Tu nè confundas Indulgentias jure antiquo indictas pro pœnitentiis injunctis in faciem Ecclesiæ, & Indulgentias, quæ modò dantur pro pœnis luendis in hac vita, & in Purgatorio. (42)

An extra suum territorium possit suis subditis talem Indulgentiam elargiri?

2363 Extra territorium suis subditis cōcedere valet Indulgētias.

AFfirma: quia est actus jurisdictionis voluntariæ, qui extra territorium exerceri valet, satisque est, si Episcopus sit confirmatus; nam etiam non consecratus illas Indulgentias impartiri valet, cùm sit actus jurisdictionis, non Ordinis. Arriaga *tom. 8. disp. 27. num. 19.* Navar. *de Jubilæo. notabili 22. num. 4.* Sà v. *Indulgentia num. 18.* Suar. *disp. 15. sect. 3. num. 9.* Lugo *disp. 27. num. 135.*

An Archiepiscopus possit dare Indulgentiam in Provincia, quandò etiam adest Episcopus?

2364 Archiepiscopus illas cōcedit in Provincia, etsi adsit Episcopus.

AFfirma: adeòque tunc subditos lucrari duplicatas Indulgentias indictas, scilicet ab Archiepiscopo, & Episcopo. Arriaga *loco cit.* Hostiensis in *cap. cum ex eo. de peniten. & remiss.* Bologn. *tom. 5. tractatuum, tract. de Indulgentiis;* & tunc subditi Episcopi lucrantur ambas Indulgentias. Doctores cit. ex *cap. nostro. 5. de penit. & remiss.*

An Episcopus hanc facultatem delegare possit, alteri Clerico?

AFfirma: sex Doctores apud Suarium *loco cit. disp. 6. sect. 5.* Arriaga *loco cit. num. 18. & 21.* nam est actus ordinariæ jurisdictionis delegabilis. *cap. accedentibus. de excess. Prælat.* nequit tamen laico illam delegare, quia jure communi laicus est incapax jurisdictionis spiritualis, cui juri communi Episcopus derogare nequit. Arriaga *loco cit. num. 21.* Bonac. *num. 13.* Suar. *loco cit. num. 3.* Granadus *tract. 4. disp. 4. num. 2.* 2365 Episcopus delegare potest Clerico hanc facultatem.

An Jure Divino Episcopus valeat concedere tales Indulgentias?

AFfirmat Petrus Sotus *sect. 1. de Indulgentiis.* Sotus in *4. disp. 12. quæst. 1. art. 4.* Morance *tom. 3. Theologiæ Catechisticæ fol. 339.* moventur Actuum *c. 20* ibi: *Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei*, licèt subordinatam Papæ. 2366 Jure Divino asserūt Episcopos posse Indulgētias concedere.

Negant Suarez *disp. 55. sect. 2.* citans D. Tho. & Durandum. 2367 Alii negant.

Pendet resolutio ex quæstione an Episcopi Jure Divino jurisdictionem habeant, quam alibi.

Cui prosit Indulgentia.

§. VI.

PRodest omnibus ritè suscipientibus. Ità anno Jubilæi 1300 tempore Bonifacii VIII. omnes lucrasse Jubilæum revelatum testatur ex Baronio *Codex Bibliothecæ Vaticanæ*, testatur Jacobus Cardinalis *lib. 10. Historiæ cap. 10.* ibi: *indulsit omnibus mortuis, & vivit misericors Deus.* 2368 Rite suscipientibus prosunt Indulgentiæ.

Lata à Papa prodest omnibus fidelibus, juxtà Papæ voluntatem. *c. cuncta per mundum. 9. q. 3.*

An lata ab Episcopo inferiori prosit non subditis?

PRimo prodest subditis etiam exemtis, nè exemtio inducta favore subditorum retorqueatur in eorum odium, contra legem *quod favore, C. de legibus.* Bologn. *tract. de Indulg. num. 63.* & in hoc exemti possunt renunciare privilegio exemtionis. *l. si quis in conscribendo, C. de pactis, & l. si quis in conscribendo, C. de Episcopis, & Clericis.* 2369 Indulgentia ab Episcopo inferiori lata prodest etiā exemtis.

Si verò prorsus non sint subditi; tunc Indulgentiam illis non prodesse ait Bologn. *loco cit. num. 59.* cum Hostiense, & Oltrado in *cap. quod autem. de penit. & remiss.* nisi proprius Episcopus, vel Parochus consenserit, ex *cap. quod autem. de penit. & remiss.* ubi Abbas. Patet, quia concedere Indulgentias est actus jurisdictionis, & jurisdictio non potest exerceri circa non subditos. 2370 Si non sint subditi illis non prodest.

Si indulgentia concessa sit alicui, ejusq; domesticis familiaribus, intelligitur de existentibus, & de 2371 Si sit cōcessa alicui, & suis familiaribus ea datur existentibus, & futuris.

(42) Indulgentiæ quadragiota, centum dierum, aut annorum, quibus pœnitentiis correspondeant, an pœnitentiis illis in hoc seculo pro peccatis secundum Canones Pœnitentiales debitis, an pœnis luendis in Purgatorio. Doctissimus Estius in 4. dist. 20. §. 10. docet Indulgentias primariò tollere pœnitentias injunctis per Canones; unde dies, & anni Indulgentiarum referri debent ad pœnam in hoc seculo exolvendam: Secundariò autem, & indirectè, seu ut ipse loquitur consequenter, minuuntur pœnæ in Purgatorio luendæ; cùm omnis Indulgentia minuendo pœnitentiam ab Ecclesia injunctam, minuat etiam partem pœnitentiæ, quæ eidem in altera vita correspondet, juxta mensuram Deo notam. Quapropter commentitiam asserit formulam illam concedendi Indulgentias per annos centenos millenos; cùm nullus Canon tam longum tempus præscripserit. Vide infra Auctorem n. 2417.

& de futuris subrogatis loco tunc existentium, non verò de deinde superadditis. Bologn. *tract. de Indulg. num. 05. tom. 5. tractatuum.*

Patet ex *cap. Ecclesia. ut lite pendente. l. qui luminibus, D. de servit. urb. prædiorum. l. si ità, D. de auro, & argento legato.*

Requisita ex parte Indulgentiarum.

§. VII.

PLura requiruntur ad hoc, ut Indulgentiæ habeant effectum, quæ multoties explicantur ipso Indulgentiarum diplomate. Nos pro viribus primo inquiramus.

De causa finali Indulgentiarum.

§. VIII.

2372 Causa finalis Indulgentiarum. OMne agens agit propter finem; adeòque causa finalis est necessaria ad valorem Indulgentiarum, ut causa effectiva. D. Thom. in *supplemento qu. 25. art. 2.* Fr. Dominicus à SS. Trinitate *controv. 8. cap. 1.* Arriaga *to. 8. disp. 27. num. 10.* Conlock *disp. 12. num. 31.* Reginald. *lib. 7. num. 130.* Potestas enim debet esse rationabilis in ædificationem, non in destructionem. 1. ad Corinthios *cap. 4.* ibi: *dispensatores ministeriorum Dei.*

2373 Sit pia, & prudens. Causa debet esse pia, & prudens. Extravag. *Unigenitus*, ibi: *salubriter administrandum. de pænit. & remiss.* Lugo *disp. 27. num. 138.* Bonac. *disp. 6. quæst. 1. puncto 4. num. 1.* Durandus in 4. *dist. 20. quæst. 4.*

2374 Pro quantitate causæ prodest. Et pro quantitate causæ Indulgentia prodest, nam ità administrator est prudens. D. Bonav. in *4. dist. 20. par. 2. qu. 4. & qu. fin.* Gaudentius *to. 7. tract. de Indulg. disp. 2 qu. 8. num* 50. dans novem Doctores. Diana *par. 5. tract. 12. resol. 10.* Arriaga *loco cit. num. 8.* (41)

Dicta patent ex Extravag. *Unigenitus. de pænit. & remiss.* ex *c. cum ex eo, de pænit. & remiss.* ex Martino V. in Constitutione Concilii Constantiensis, ex Leone X. in condemnatione Lutheri.

Patet secundo, ex 1. Petri *c. 4. sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei.* 1. ad Corinth, 4. ibi *dispensatores ministeriorum Dei.* Bonus autem dispensator est, & prudens, qui pro rata causæ bona dispensat.

2379 Sit pro bono gravi Ecclesiæ, & fideliũ. Causam autem debere esse pro bono gravi Ecclesiæ, & fidelium afferunt præcitati Doctores; ut ità bonus sit administrator, salubriter administrans, non dissipans Ecclesiæ Thesaurum. Extrav. *Unigenitus. de pænit. & remiss.*

Contritio, & Confessio.

PLories ad lucrandam Indulgentiam requiritur contritio sine confessione, plures requiritur contritio, & confessio simul: quæ ex brevi Indulgentiarum colliguntur.

2376 Si exigatur confessio pro Indulgẽtiis illas non lucratur si in lethali tantùm sit contritus. Semper ac à Summo Pontifice præexigitur confessio, tunc debet poni ab existente in lethali etiam contrito. Arriaga *loco cit. n. 6. & 7.* Cabrinus *par. 1. Elucidarii resol. 152.* dans sex Doctores contra Palodanum, & Gersonem apud Suarium *disp. 52. sect. 3.* nam ubi Pontifex vult solam contritionem, id exprimit; adeòque tunc exigit confessionem pro majori dispositione ad lucrandas Indulgentias.

2377 Si sit in veniali nõ tenetur confiteri. Existens in veniali non tenetur confiteri, quia ex usu Ecclesiæ, cui Papa consonat, lethalium confessio præmittenda intelligitur. *cap omnis utriusque sexus. de pænit. & remiss.* Lugo *de Sacram Pænit. disp. 27. sect. 7. num. 100.*

Sed quid

Si confessus, iterum deinde peccet ante positam ultimam conditionem?

2378 Denuò confiteri debet, qui post cõfessionẽ peccat antequã ponat ultimam conditionem. TUnc iterum confiteri debet, ut lucretur Indulgentias. Suarius *disp. 42. sect. 7.* Villalobos *tract. 26. diffic. 11. num. 2.* Bossius *de Jubilæo sect. 4. casu 19. §. 2. num. 42.* Arriaga *loco cit.* contra Granadum *contr. 12. tract. 5. diffic. 4. num. 8.* Propositum, Nugnum, Dianam, quos sequitur Leand. *q. 74. loco cit.* Lugonem *disp. 27. sect. 7.* ajentes tunc satis esse conteri, ut removeatur obex.

Patet, nam novum illud peccatum reddit subjectum incapax, & confessio præsequiritur, non contritio à Summo Pontifice, ut subjectum sit capax, & in effectu recipiat Indulgentiam.

An facta confessione reminiscens obliti, teneatur iterum illud confiteri, antequam labatur tempus Indulgentiæ, ad hoc ut lucretur Indulgentias?

2379 Facta cõfessione iterum confiteri nõ tenetur, si reminiscatur obliti. NEga: Lugo *disp. 27. num. 101.* Quintanaduogno *cap. 18. num. 7.* Bonac. *disp. 6. qu. 2. puncto 5. num. 9.* Arriaga *loco cit. num. 11.* contra Suarium *loco cit.*

Ratio, quia peccatum oblitum in valida confessione est deletum indirectè; ergo non impedit lucrum Indulgentiarum: cùm jam posuerit conditiones aliàs à Summo Pontifice exigitas; nam mens Summi Pontificis est, ut fructuosa confessione quis se disponat ad Indulgentias percipiendas, qualis est confessio valida, in qua invincibili oblivione peccata aliqua non fuerunt confessa.

Sed si confessio fuit nulla, sivè sacrilega, sivè omisso scilicet culpabiliter, vel inculpabiliter aliquo requisito essentiali, puta dolore supernaturali, tunc non lucratur Indulgentias, quia remanet cum peccato, ratione cujus est incapax simul, & indignus. Arriaga *loco cit. n. 14.*

Sed quid dicendum de sacrilegè confesso, & deinde contrito ante elapsum tempus ad lucrandas Indulgentias. An lucretur Indulgentiam?

2380 Sacrilegè cõfessus, sed cõtritus ante elapsum tempus, Indulgentias nõ lucratur. NEga: Lugo *disp 27. nu. 103.* Suarez *disp. 53. sect. 3. num. 6.* Diana dans quinque Doctores *par. 3. tract 4. resol. 48.* Cabrinus *par. 1. Elucidarii resol. 153.* Arriaga *loco cit.* contra Faustum *de Jubilæo lib. 4. qu. 46.*

An carens lethali, non veniali, debeat confiteri ad lucrandas Indulgentias?

2381 Carens lethali nõ tenetur confiteri, nisi id Pontifex exprimat. NEga: nisi Pontifex id exprimat. Lugo *de Sacram. Penitent. disp. 27. sect. 7. num. 110.* Arriaga *loco cit.* Suarez *disp. 52. sect. 3. num. 5.* Bellarmin. *lib. 1. de Indulg. c. 13. qu. 3.* Portella *in dubiis Regularium, v. Jubilæum num. 6.* Diana dans vigintiquinque Doctores *par. 1. tract. 11. resol. 104.* Quintanaduogno *de Jubilæo cap. 18.* Leand. *loc. cit. q. 76.* Cabrinus *par. 1. Elucidarii res. 151.* con-

(43) An ad justam causam requiratur proportio aliqua operis injuncti cum Indulgentia, itaut pro majori Indulgentia major causa requiratur, an verò possit pro opere minimo dari Indulgentia maxima: vide Bellarminum *lib. 1. de Indulg. cap. 12.* Tournely *quæst. ultima de Pænit. art. 8.*

contra Sanch. 8. *de matrim. disp.* 15. *num.* 29. Sotum in 4. *dist.* 21. *qu.* 2. Durandum in 4. *dist.* 20. *qu.* 4. Cajetanum 1. *Opusculorum tract.* 15. *c.* 10. Gaudentiom *tom.* 7. *tract. de Indulg. disp.* 2. *qu.* 6. *num.* 31.

Ratio est, quia Pontifex exigit confessionem conformiter ad Divinum præceptum, exigens confessionem lethalium. *c. omnis utriusque sexus. de pænit. & remiss.* Secundo, quia in dubio unusquisque præsumitur se juri conformari, exigenti confessionem lethalium. Tertio, quia videtur præexigita confessio, cujus omissio impedit Jubilæi fructum.

An dicantur illi pænitentes, & confessi, qui legitimè confessi sunt in anno cum proposito confitendi tempore debito, & interim sunt contriti?

2382 Legitimè confessi in anno cū proposito confitendi tēpore debito, si sint contriti Indulgentias lucrantur.

AFfirmat Glossa in *Summa de pænit. dist.* 1. & in *can. magna. dist.* 1. D. Tho. in 4. *dist.* 17. Paludan. in 4. *dist.* 20. Abbas in *cap. omnis utriusque sexus, v. ex prædictis. de penit. & remiss.* Bologn. *tract. de Indulg. num.* 73. *tom.* 5. *tractatuum.* Sannerus *tract. de Indulg. num.* 26. *tom.* 5. *tractatuum*, citans Cardinalem in *Clem.* 1. Archidiaconus *de penit. dist.* 1. *in Summa.* Episcopus Nicotonensis *tract. de Indulgen.* concludentes dici confessum illo anno confessum habentem animum confitendi etiam anno sequenti.

Probant primo ex *c. magna dist.* 1.

Secundo, confessio est tunc præceptum Ecclesiæ obligans non ad semper, sed loco, & tempore debito. Tertio, quia Indulgentia non prodest existenti in lethali. D. Thom. in 4. *dist.* 20. *art.* 4. *qq.* 1. Contritus autem aliàs confessus non est in lethali. Quarto, quia ly *confessus, & contritus* debent intelligi, ut minos gravent; adeòque debent intelligi ot sint confessi tempore debito, & contriti tempore, quo consequuntur Indulgentias.

Tu ne recedas ab opposita sententia usu fidelium interpretante recepta, scilicet debere confiteri tempore consequendæ Indulgentiæ. Superior namque eo modo censetur loqui, quo communiter intelligitur à subditis; at videmos subditos recurrere ad confessionem, ut fruantor Indulgentiis concessis contritis, & confessis.

Communio.

2383 Communio requisita.

UT plurimom præexigitur cum Confessione Communio ad percipiendum Indulgentiæ fructum.

Duplex Communio, una Sacramentalis, altera spiritualis.

2384 Spiritualis non sufficit.

Spiritualis non sufficit. Sacramentalis sacrilega nec sufficit; quia Sacramentalis sacrilega non est, nec potest esse ab Ecclesia præcepta, nec dispositio ad bonum; Communin autem prærequisita ad lucrandas Indoigentias cùm tendat ad bonum Indolgentiarum, non erit illa, quæ ab Ecclesia prærequiritur. Bassæus v. *Communio num.* 14. contra Cabrinum *part.* 1. *Elucidarii resol.* 158. dantem Suarium, Reginaldum, Bossium, Laymanum, ajentes sacrilega communione satisfieri, si in fine sit in gratia volens percipere Indulgentias.

2385 Requiritur Sacramentalis, & non sacrilega.

Requiritur ergo Sacramentalis Communiò sanctè, fructiferè recepta; nam hæc, non alia sacrilega ab Ecclesia præcipi valet, & hæc est dispositio ad bonum.

Si legitimè sit impeditus, puta sit non jejunus; tunc potest differri Confessio, & Communio. Cabrinus *par.* 1. *Elucidarii resol.* 159. dans quinque Doctores. Bonac. *disp.* 6. *qu.* 1. *puncto* 5. *num.* 36. 2386 Legitimè impedito potest differri.

Imò Communionem posse commutari in aliod opus ait Lugo *disp.* 27. *de penitent. sect.* 7. *num.* 118. adeòque si qnis bibisset, posse tunc communionem commutare in aliud opus pium, qood displicet multis. 2387 Et cōmutari

Jejunium, Eleemosyna, Oratio.

§. IX.

JEjunium debet poni, ut à Summo Pontifice exigitur, nec vitiatur malo fine operantis, satis enim tunc ponere finem operis. Arriaga *loco cit. num.* 15. 2388 Jejunium.

Eleemosyna satis est, si sit eleemosyna, nec præcipitur quantitas determinata; plus enim Pontifex non exigit. Cabrinus *par.* 1. *Elucidarii resol.* 166. Diana *par.* 5. *tract.* 12. *resol.* 14. Arriaga *loco cit.* 2389 Eleemosyna non quātitas præcipitur.

Hinc eleemosyna etiam minima sufficit, nec consideratur qualitas personæ. Suarez *disp.* 52. *sect.* 8. *num.* 3. Bonac. *disp.* 6. *q.* 1. *puncto* 5. *n.* 18. Lugo *disp.* 25. *num.* 114. Sà v. *Indulgentia num.* 4. Diana *part.* 10. *tract.* 15. *resol.* 22. Leand. *loco cit. quæst.* 50. 2390 Minima etiā sufficit.

An satis sit Eleemosyna spiritualis?

NEga: plures apud Bois. *de Jubilæo sect.* 4. *casu* 21. *num.* 1. contra Graffium *lib.* 2. *in appendice cap.* 5. *num.* 58. Lavorium *de Jubilæo par.* 1. *cap.* 19. *num.* 11. 2391 Spiritualis non sufficit.

Patet, quia verba sunt accipienda juxta communem significationem, & nomen eleemosynæ in communi significatione significat temporalem, non spiritualem.

Quid si pauper nequeat facere eleemosynam. An lucratur Indulgentiam?

AFfirma: commutata eleemosyna in aliud opus. Henriq. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. Navar. *de oratione Miscellan.* 60. *num.* 226. Cæsar de Panimollis *cons.* 8. *num.* 10. contra Santarallum *de Jubilæo cap.* 7. *dub.* 1. volentem lucrari Indulgentiam etiam non commutata eleemosyna in aliud opus, quia Pontifex exigit eleemosynam ab habente. Tu dicas commutandam eleemosynam, quia impotens unum opus ponere, illud commutatur in aliud opus. 2392 Pauper lucratur Indulgentias si nequeat eleemosynā dare.

An consequatur Indulgentia dans eleemosynam per famulum, illam sibi retinentem Domino ignorante?

AFfirma: Arriaga *loco cit. num.* 23. Sà v. *Indulgentia num.* 4. Vega *tom.* 2. *Summæ cap.* 7. *casu* 44. Bossius *loco cit. casu* 8. *num.* 19. contra Lugonem *disp.* 27. *num.* 112. Bonacinam *disp.* 6. *qu.* 1. *puncto* 6. *num.* 22. Leandrum *loco cit. qu.* 49. Cabrinum *par.* 1. *Elucidarii ref.* 167. 2393 Lucratur Indulgentias jubens famulo elargiri eleemosynam, quā ipse sibi retinet.

Ratio est, quia habuit eleemosynæ meritum, nec præsumendum aliud à Pontifice exigi.

Sed quid dicendum, si famulus eleemosynam receptam intra tempus Jubilæi, det elapso tempore Jubilæi, an Dominus Indulgentiam lucratus sit?

AFfirma: Arriaga *loco cit.* contra Cabrinum *par.* 1. *Elucidarii resol.* 167. nam revera eleemosynam dedit, nec aliud, quam eleemosynæ dationem exigit Pontifex, nec debet Dominus 2394 Etiam lucratur Jubilæū Dominus, si famulus det eleemosynā illo elapso.

nus damnificari oblivione, dolo, vel negligentia servi, nè unus alterius dolo damnificetur.

Sed quid si Dominus elapso Jubilæo advertens negligentiam servi repetet ab eo eleemosynam, an inquam amittat Indulgentiam adeptam?

2395 Idem erit si advertat elapso Jubilæo, & eleemosynã repetat à famulo.

NEga: sed satis est, si ipse oneri satisfaciat etiam Jubilæo elapso. Arriaga *loco cit. num.* 24. dicens remanere Indulgentiam adeptam, etiamsi Dominus deinde eleemosynam non faciat, sicuti absolutus vi Jubilæi à reservatis, remanet absolutus, licèt deinde Jubilæum non lucretur.

Cui sit danda eleemosyna?

2396 Eleemosyna pauperibus elargienda, etsi eis ex præcepto Caritatis sit danda.

DAnda est pauperibus, etiamsi illis extremè indigentibus ex alio præcepto caritatis danda esset, nam ad hoc excitare intendit Pontifex, aliud non explicans. Henriqu. *lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 6. Lugo *disp.* 27. *quæst.* 110. Diana dans sex Doctores *part.* 5. *tract.* 12. *resol.* 21. *&* 54.

2397 Licèt sit data diviti fingẽti se pauperem.

Si dives fingens se pauperem eleemosynam petat, tunc dans lucratur Indulgentiam; nam formaliter eleemosynam meritoriam dedit, nec aliud Bulla exigit. Lugo *loco cit. num.* 113. Arriaga *loco cit. num.* 25.

Oratio.

2398 Oratio requisita sufficit mentalis si non præcipiatur vocalis.

QUandoque ex voluntate Superioris requiritur oratio ad consequendas Indulgentias, quæ nisi exprimatur, non erit necessaria vocalis, sufficietque mentalis, quia vera oratio est. 2. Machabæorum *c.* 15. ibi: *multum orat pro populo.* Lugo *disp.* 27. *num.* 111. Bossius *de Jubilæo sect.* 5. *casu* 17. *num.* 13. Menno in *Bulla Cruciatæ disp.* 19. *cap.* 2. & *disp.* 20. *cap.* 4. *num.* 28. Arriaga *loco cit. num.* 17.

2399 Quævis oratio etiã brevis sufficit, nisi alia requiratur.

Quævis oratio etiam brevis sufficit; nam oratio est, si aliud à Summo Pontifice non præscribatur. Suar. *tom.* 4. *disp.* 5a *sect.* 8 *num.* 5. Bonac. *disp.* 6. *qu.* 1. *puncto* 5. *num.* 19. Laborius *de Jubilæo par.* 1. *cap.* 16. *num.* 8. Bossius *de Jubilæo sect.* 4. *casu* 17. *num.* 15. Leo *de Jubilæo parte* 1. *cap.* 18. *num.* 8. Trullenck *lib.* 1. §. 6. *dub.* 4. *nu.* 6. Cabrinus *par.* 1. *Elucidarii resol.* 164.

2400 Sufficit fundere preces etiã debitas.

Satisque est fundere preces, etiam aliàs debitas ex pœnitentia, voto, præcepto; nam revera est oratio, nec aliud à Pontifice exigitur. Bossius *loco cit. num.* 16. 17. *&* 18. Cabrinus *par.* 1. *Elucidarii resol.* 164. *v. neque.*

2401 Si jubeatur visitare Ecclesiã sufficit illam visitare, & orare, etiam ante januam.

Si visitanda sit orando Ecclesia, satis est si verificetur visitare, & orare; adeòque existens extra portam visitans orans, lucratur Indulgentiam; nam revera dicitur moraliter Ecclesiam orando visitare ante januam adstans, maximè ob multitudinem impotens ingredi. Suarez *tom.* 4. *disp.* 52. *sect.* 1. *num.* 7. Diana dans septem Doctores *par.* 1. *tract.* 11. *res.* 103. Bossius *loco cit.* dana quatuor Doctores *casu* 14. *num.* 50. Lugo *disp.* 27. *n.* 97. Cæsar de Pannuoliis *cons.* 8. *num.* 11.

Si visitanda sint quinque Altaria?

2402 In visitatione quinque Altariũ satis erit à janua visitare, si videri valeant.

ADhuc à porta Ecclesiæ orando visitari posse, si videri valeant, & moraliter dicatur præsens, qui visitat, asserit Trullenck ad *Bullam Cruciatæ lib.* 1. §. 6. *dub.* 4. *n.* 3. *in fine.* Bossius *loco cit. casu* 13. *n.* 14. Corduba *de Indulgentiis qu.* 21. Rosella v. *Indulgentia*, §. 32. Contra Dianam *par.* 1. *tract.* 11. *resol.* 113.

An verò visitans quinque Altaria, debeat se movere de loco ad locum?

2403 In ista visitatione Altarium non est necesse de loco ad locũ se movere.

NEga: sed satis est sensibili conversione verti ad Altare orando. Diana dans octo Doctores *par.* 1. *tract.* 11. *resol.* 102. & *par.* 5. *tract.* 11. *resol.* 16. Bonac. *disp.* 16. *qu.* 1. *puncto* 5. *nu.* 25. Lugo *loco cit. num.* 68. Quintanadueñas *tom.* 1. *Indulgentiarum tract.* 7. *dub.* 5. Contra Bossium *loco cit. num.* 16.

Patet, quia revera tunc orando visitat Altaria, & visitando orat moraliter, nec aliud exigi à Summo Pontifice, onera strictè interpretanda suadent.

Putaverim tamen non sufficere è loco dissito longè posito solùm cordis motum ad Deum elevando mentem, sine sensibili, actuali conversione ad Altare, ratione cujus fiat actu præsens Altari; Ecclesia namque exigit visitationem sensibilem, quæ non fit solo affectu interno, aliàs absens posset solo affectu visitare Altaria, & in isto sensu recipiu Cabrinum *par.* 1. *Elucidarii res.* 164. requirentem motum totalem ex uno ad aliud Altare.

An unica oratione valeat quis lucrari plures Indulgentias?

2404 Unica oratione nequit lucrari plures Indulgẽtias plenarias.

DIstinguas: Indulgentiam plenariam à partiali.

Si Indulgentia sit plenaria, nega; nam una plenaria deletur tota pœna, secunda ergo nil operabitur.

2405 Secùs si sint partiales.

Si verò Indulgentia non sit plenaria, sed partialis, tunc affirmari potest, si ponantur cetera requisita: unde unica confessione, unica oratione poterit quis lucrari plures partiales Indulgentias, diverso fine datas facienti opus, puta concessa ab Episcopo audienti suam Missam, recitanti Horas Canonicas, & concessam à Papa audienti Missam, oranti tali die, &c.

2406 Semel quis lucratur Indulgentias concessas per octavam visitãti aliquã imaginem si sint datæ ob populi commoditatem.

Si Indulgentia concessa sit visitanti aliquam imaginem per totam octavam, semel lucrari ait Suarez, si tempus prorogetur ob populi commoditatem impotentis semel eadem die confluere. Si verò sit ad excitandam devotionem, & ut frequentiùs visitetur, tunc semel qualibet die consequi posse, ut per octavam Corporis Christi, ait Arriaga *loco cit. num.* 40.

2407 Si ad excitãdã devotionem quolibet die octavæ illas lucrari valet.

An toties lucretur Indulgentiam, quoties visitatur Ecclesia?

2408 Si quoties quis visitet Ecclesiã, an toties lucretur Indulgentias.

DIstinguit D. Thomas in 4. *dist.* 20. temporalem à perpetua Indulgentiam.

Affirmat, si Indulgentia sit perpetua, nam illimitatè concessa: nõ concedit, si Indulgentia sit temporalis; nam quando est temporalis intelligitur pro prima vice. *l. boves, §. hoc sermone, D. de verb. signif. l. matris, D. qui, & à quibus. l. cum pater, D. de legat.* 2. *l. conditio, D. de condit. & demonstrat.*

Bologninus verò *tract. de Indulg. num.* 76. *to.* 5. *tractatuum*, indistinctè asserit lucrari toties quoties, cum Archidiacono in *cap. Romana. de pœnit. & remiss.*

Moventur ex Extravaganti *Antiquorum*, & *c. mutare* 6. *qu.* 1. quia effectus semper producitur, si materia sit disposita; ergo toties lucratur Indulgentiam, quoties est dispositus. Secundo, quia quoties peccat, toties pœnam contulit; ergo quoties conteritur, & confitetur, toties debet liberari à pœna, quia contrariorum eadem est disciplina. *l.* 1. *D. de his, qui sunt sui, & alieni juris.*

Sed

2409 Si perpetua sit Indulgentia, sive temporalis semel lucrari valet, nisi aliter exprimatur.

Sed sivè perpetua, sivè temporalis sit indulgentia, semel lucrari à disposito sustinendum est, nisi oppositum exprimatur, quia hoc est privilegium,& dispositio Thesauri Ecclesiæ strictè interpretanda, juxta usum. Usu autem fidelium semel lucrari valet indulgentia, nisi Pontifex aliter se exprimat.

De Indulgentia affixa loco.

2410 Indulgentia loco affixa.

QUando indulgentia loco affigitur, puta alicui Altari, alicui Ecclesiæ; tunc discuti solet.

An translato loco transferatur Indulgentia?

De quo supra.

De Indulgentia tempori affixa.

§. X.

2411 Et tempori.

PLuries Indulgentia conceditur die aliquo festivo visitanti Ecclesiam, Capellam, & tunc controvertitur.

Salutatio in meridie cur, & à quo inducta?

2412 Quando inducta salutatio in meridie.

INducta à Callisto III. restaurata ab Alexandro VI. ejus nepote ad patendam opem contra Turchas. *Annalium tom.19.anno 1500.n.4.*

An translato festo transferatur Indulgentia eo die concessa?

2413 Si exprimitur dies translationis, depositionis, illo translato transfertur Indulgentia

DIsting. vel exprimitur dies depositionis, translationis, vel solùm dies festiva.

Si Indulgentia concedatur pro die depositionis, translationis; tunc translata festivitate, non transfertur Indulgentia, nam non transfertur res significata depositionis, translationis tempori affixa. Pendet enim ex facto tali die non transferibili;& ità recipio Azorium *par.2.lib.1. cap.28.qu.8.* Fagund. *præcepto 1. Ecclesiæ lib.1. cap.2. num.* 10. Diana *par.6. tract. 7. resol.* 21. Guijetum *lib. 2. heorologia cap.*18. *qu.*12. absolutè negantes transferri indulgentiam translato festo, quia ad hanc translationem indulgentiarum requiritur specialis translatio, ut fuit concessa à Gregorio XIII. pro festo S. Francisci de Paula.

2414 Nisi exprimatur in Brevi, ut in festo S. Francisci de Paola.

Si concedatur pro die festivo N. N. tunc translato festo, transfertur indulgentia, & ità recipio Bonagratiam in *Summa v. Indulgentia.* Gaudentium *to.7.tract.de Indulg. disp.2.qu.12. num.*8. contra Azorium *loco cit.* & Lezanam.

2415 Si concedatur pro die festivo, illo translato, transfertur Indulgentia.

Ratio est, quia tunc Indulgentia non est affixa determinato tempori, sed festivitati, cui indulgentia accedit; adeòque translato principali festo, sequitur indulgentia accessoria festo. Secundo, quia tunc translato festo, transfertur Officium, ergo etiam Indulgentia; adeoque translata festivitate Annunciationis ob majorē hebdomadam, est translata Indulgentia concessa ob talem festivitatem. Tertio, quia talis Indulgentia est concessa etiam ob populum alliciendum ad Ecclesiam, qui populus venit die translati festi. Sylvester v. *Indulgentia.* Guijetus *loco cit. quæst.* 12.

2416 Si transferatur totū Officium, sed non dies festiva, Indulgentia non transfertur.

Quandoque transfertur tantùm Officium, sed non dies feriata festi; & tunc non transfertur Indulgentia populo pro die feriata concurrente. Gavantus *par. 4. ad rubricas Missalis tit. 9. num.*29. Fagund. *lib.1.cap.2.num.*18.

Indulgentia ad centum dies, ad quadraginta, &c. cui equipolleat.

2417 Indulgentia ad 100. ad 40. dies æquipollet pœnitentiis antiquis cõstitutis in Sacris Canonibus.

EQuipollet pœnæ dierum, annorum constitutæ à Sacris Canonibus antiquis. sic per juris indicebatur pœna quadraginta dierum jejunii in pane, & aqua *c.quacumque.6.quæst.1.* ex quo tantumdam pœnæ in Purgatorio illa Indulgentia, quam tollebat pœnitentia Sacris Canonibus constituta, quæ ignota est, quanta sit. Arsdekin *par.3. tract.3.cap.6.*

An pro parte, pro qua ponuntur requisita, lucretur Indulgentias?

2418 Indulgentiæ nō lucrātur pro illa parte pro qua ponantur requisita.

NEga: Arriaga *loc.cit.num.*20. nam copulativè indulgentia requisitis, prærequisitis affigitur; nisi aliter de mente concedentis constet.

Si verò omittatur aliqua pars levis alicujus requisiti, tunc Indulgentiæ consequuntur, nam moraliter ponit omnia requisita, sicuti dicitur jejunare, licèt in parva materia quis transgrediatur jejunium, & Missam audit, licèt materiam parvam omittat. Arriaga *loc.cit.num.*21.

Effectus Indulgentiarum.

§. XI.

2419 Effectus Indulgentiarū non est tollere peccatū mortale, aut veniale.

PRimo, Indulgentia non tollit peccatum mortale, aut veniale, est de fide; nam Sacramentum validum, Sacramentive votum contentum in contritione, vel amore supernaturali Dei peccatum delet. Suarez *disp.50.sect.1.*

2420 Tollit tamen pœnam temporalem debitā peccatis ab existēti in gratia.

II. Tollit pœnam temporalem debitam ab existenti in gratia in hac, vel in alia vita. D. Tho. in *4.dist.*20. *qu.1.art.3.* Arriaga *tom.8. disp. 24. num.* 27. in quo Ecclesia solvit etiam post mortem. Bologn. *tract. de Indulg. num.* 56. *tom.5.tractatuum*, post D. Thomam. Saodei *de Indulg. num.30. & 31.tom.5.tract.* D. Antoninus *par.2.Summa tertiæ partis*, dicens super terram intelligi primo, ut ferens indulgentiam sit super terram, quia mortuus non potest indulgentiam dare. Secundo, quia in Purgatorio existentes adhuc dicuntur super terram, quia sunt in terra, non in Cœlo. Contra Hostiensem in *Summa tit. de pœnit. & remiss.* Joannem Andream, & Joannem Imolam, ajentes non posse concedi Indulgentias pro Animabus Purgatorii, quia non sunt super terram, & jurisdictio respicit existentes super terram.

Patet ex *cap.à nobis il 2.de sent. excommunic. can.sane.* 24. *qu.*2. & ad oppositum respondetur ligantem, vel solventem debere esse super terram; nam dicitur: *quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum, & in Cœlis, &c.* ergo effectus est in alia vita causa ligante, vel solvente super terram, prodestque in alia vita per modum suffragii.

Sed cur Papa non liberat omnes Animas à Purgatorio cum illis sit compatiendum, miserendum?

2421 Quare Papa non liberat omnes animas purgātes, rationes afferuntur.

QUia est Vicarius Dei volentis amari, timeri, & fideles exerceri in operibus bonis pro se, & pro aliis; si autem omnes simul salvarentur, tollerentur à fidelibus actus virtutum pietatis, misericordiæ. Secundo, quia Thesaurus est discretè dispensandus. Innocentius in *cap.quod autem. de pœnit.& remiss.* Cardinalis in *Clem.2.§.ad hæc quæst.13. de pœnit.& remiss.*

2422 Existentes in lethali, aut in inferno Indulgētias non lucrantur, nec pro residuo pœnarum.

Existentibus in lethali, vel in tartaro Indulgentiæ non prosunt, nec pro residuo pœnarum temporalium peccatorum aliàs ritè remissorum. *cap.quod autem. cap.cum ex eo.de pœnit.& remiss.* Sunt enim pœnarum Rei, nec digni misericor-

sericordia, imò de illis, qui Orco detinentur, verificatur, *oblivifcetur miferori Deus*. Ecclesiaste 19. Ibi: *nec opus, nec ratio, nec fapientia erunt apud inferos. c.cum Martha.de celeb.Miff.* Abbas *conf.55.column.*5.D.Bonav.in 4.*dift.*20.

III. Indulgentia de pœnitentiis injunctis tollit tantùm pœnam extinguendam per satisfactionem Sacramentalem. Cajetanus, Durand. Adrianus apud Suarium *difp.*50.*fect.*3.*art.*3.

Ex his resolvitur:

An Indulgentia tollat onus faciendi pœnitentiam à Confeffario injunctam?

2423 Si pœnitētia injuncta à Confessario sit satisfactoria, tollitur per Indulgentias, secùs si sit medicinalis.

AFfirmat, si pœnitentia sit satisfactoria, secùs si medicinalis necessaria ad evitandum peccatum, D.Tho.in 4.*dift.*20.*qu.*1. *art.*3. *qq.*1. Lugo dans octo Doctores *difp.*27.*num.*22. & 23. Bauni *tract.*4.*de penit.qu.*27.*dicta* 2. Diana *par.*8.*tract.*2.*refol.*80. Sanch.1.*Decal.cap.*14. Arriaga *to.*8.*difp.*24. *num.*36. Bologninus *tract. de Indulg. num.* 50. 51. & *num* 70. dicens per plenariam Indulgentiam tolli omnem satisfactionem à Confessario injunctam, per partialem, puta quadraginta dierum, remitti tantumdem de pœnitentia; & quadraginta dies Indulgentiæ deobligare pœnitentem de jejunio injuncto à Confessario per quadraginta dies continuos, vel discontinuos. Consentitque in parte Abbas, & Hostiensis in *cap.cum ex eo.de penit.& remiff.* Contra Dianam *par.*10.*tract.*12.*refol.*46.

Patet ex *cap.cum ex eo.de penit.& remiff.* ubi Goffredus, Joannes Andreas, Abbas, Cardinalis, & alii.

2424 At pœnitentia cùm sit certa, & incertum aliquando lucrari Indulgentias, dubia solutione nō satisfit certo debito.

Tu rem pedetentim discussam altiùs considera, pœnitentiam esse certam, at non esse semper certum, quem ponere omnia requisita pro lucranda Indulgentia. Si enim certè poneret omnia requisita, certè lucraretur Indulgentias, cessaretque onus ponendi pœnitentias satisfactivas deficiente pœna luenda. At ex requisitis dubiè positis ad lucrandas Indulgentias pullulat dubium; adeòque incerta solutione nequit tolli certum debitum.

An non ponens opera injuncta, quia non poteft, lucretur Indulgentias?

2425 Impotens ponēdi opera injuncta nō lucratur Indulgētias.

NEga: D. Bonav. in 4.*dift.*20. Sandei *tract. de Indulg.num.*34.*tom.*5.*tractatuum.*

Ratio, quia Indulgentiæ tantum prosunt, quantum sonant. *c.porrò. de privilegiis.cap.cum perfona. de privilegiis in* 6. Oltrad.*conf* 73. Paulus de Castro *conf.* 186. Ex quo mortuus non completis inchoatis operibus, Indulgentias non lucratur, nisi Papa id exprimat, ut expressit Clemens VI. in suo Jubilæo.

Hinc resolvitur:

An Indulgentia poffit applicari pro aliis?

2426 Pro aliis nequit applicari, nisi exprimatur.

NEga: nisi concedens id expresserit. D. Tho. in 4.*dift.*22.

An vifitans eadem die plures Ecclefias, plures lucretur Indulgentias?

2427 Visitās plures Ecclesias, plures lucratur Indulgentias inibi positas.

AFfirma; si singulæ Ecclesiæ fruantur Indulgentiis. Jo: Andreas in *cap.cum ex eo. de penit.& remiff.* Archidiac. *in cap.fin. de penit. & remiff.in* 6.D.Tho. in 4.*dift.*20.

An omnibus operibus factis in peccato, recedente peccato revivifcant Indulgentiæ?

2428 Operibus injunctis factis in peccato, illo recedente, Indulgētiæ nō reviviscunt.

NEga. Cajetan. *tom.*1. *Opufculorum tract.*15. *cap.*9. Sotus in 4.*dift.*20.*qu.*2.*art.*3. Sà v. *Indulgentia num.*2. Navarr. *notabili* 17.*num.*2. Caram. *Fundam.num.*3466. rectè dicens, Summum Pontificem posse velle Indulgentias reviviscere remoto obice. Bonac. *difp.*6. *qu.*1. *puncto* 5.*num.* 13. Lugo *difp.* 27. *num.* 84. Arriaga *tom.*8. *difp.*26. *num.*3. contra Paludanum in 4. *dift.*20.*qu.*4.*art.*3. Sylvest. v. *Indulgentia qu.*7. & 9. Dianam *par.*5. *tract.*12. *ref.*4. oppositum tamen docentem *par.*4.*tract.*4.*refol.*94.

Patet, quia Indulgentiæ tantum valent, quantum sonant. *cap. cum perfona. de privil. in* 6. & Summus Pontifex præexigit requisita, taxatque tempus ad ponendum Indulgentiæ effectum, quæ taxatio fuisset vana, si flagitiosus pro libito posset protrahere Indulgentiarum tempus. Sine voluntate autem Pontificis nequit effectus Indulgentiarum protrahi.

Secundo, quia à Summo Pontifice præexigitur confessio ponenda ab existente in lethali, sicuti exiguntur alia prærequisita; ergo illis non positis Indulgentia non producitur: nec deinde habebit esse recedente peccato, ob defectum voluntatis concedentis.

De Jubilæo.

§. XII.

REs magna nominum multiplicitate fruitur, quibus plurima multiplex ejus excellentia declaratur.

2429 Jubilæū dicitur Annus Sanctus.

Primo, appellatur *Annus Sanctus*, quia eo condonantur omnia, & tollitur omnis immunditia culpæ, & pœnæ in illo, qui dispositus consequitur Jubilæum. D. Dionysius *de Divinis nominibus cap.* 12. ibi: *Sanctitas eft ab omni immunditia liber.*

II. Dicitur *Annus pacis*, quia reconciliatur tunc quis Deo, à culpa, & pœna immunis. Annus pacis

III. Dicitur *Annus benignitatis, & benedictionis*, quia eo quis benedicitur specialiùs. Annus benignitatis.

IV. Appellatur *Annus magnus*, ob confluentes cœlestes divitias. Annus magnus.

V. Dicitur *Annus Jubilæi*, ob Animæ jubilum, remissa omni culpa, & pœna; Jubilæus enim hebraicè remissionem, liberationem sonat latinè. Nanziauzenus *Oratione in fancta penitentiam.* Rupertus Abbas *lib.*2. *in Leviticum cap.* 41. Annus Jubilæi.

2430 Jubilæi antiquitas remissive.

De Jubilæi antiquitate agit Fr. Dominicus à SS. Trinitate *tract.*2.*Jubilæi controverfia* 3.*c.*2.

2431 Jubilæum duplex est. Incertū, seu repentinum secundum causarum contingentiam.

Jubilæum est duplex: unum stabile, alterum incertum, sivè repentinum.

Incertum, sivè repentinum à Summo Pontifice solet concedi secundum causarum contingentiam incerto tempore, ad implorandam scilicet Divinam opem, vel in gratiarum actionem.

2432 Certū habet tempus præfixum.

Certum, sivè stabile habet tempus præfixum à confluentibus lucrandum in Urbe Romana. Olim primo interstitio centum annorum, deindè quinquagiata annorum, & ex centum ad quinquaginta annos fuit redactum à Bonifacio VIII. Tertio ex quinquaginta annis fuit coarctatum ad triginta tres, in memoriam ætatis Christi Domini ab Urbano VI. Neapolim, & confirmatum ab ejus successore Bonifacio IX. de Tomacellis anno Domini 1389. ut patet ex *tomo* 17. *Annalium* Raynaudi *anno* 1389. *n.*13. Hodie considerata humanæ ætatis brevitate redactum ad annum vigesimumquintum.

De isto Jubilæo, & de repentino plures solent emergere difficultates, quas hìc discutiendas, & dijudicandas suscipimus.

2413 Jubilæũ plenarius Indulgẽtiis addit aliqua privilegia.

Primo, Jubilæum plenariis Indulgentiis addit aliqua privilegia circa absolutionem à peccatis reservatis, dispensationem, & commutationem voti, pœnarum, &c. adeòque modò de singulis agendo.

Secundo differendum:

An delinquens intuitu, spe, confidentia Jubilæi, valeat ab illo peccato absolvi?

2414 Delinquens intuitu Jubilæi, valet absolvi.

AFfirma: Sanch. 4. *Decal. cap.* 54. *num.* 18. Henriquez *lib.* 3. *cap.* 76. Reginaldus *lib.* 8. *num.* 34. Sà v. *Indulgentia num.* 19. Filliucc. *tract.* 8. *num.* 264. Fioronus *de casibus reservatis cap.* 4. §. 3. *num.* 22. Cabrinus *par.* 1. *Elucidarii resol.* 133. Bordonus *resol.* 3. *num.* 33. Bossius *de Jubilæo sect.* 1. *casu* 13. *num.* 3. Navarrus *loco cit. notabili* 33. *num.* 6. Trullench *lib.* 1. *in Bullam* §. 7. *cap.* 3. *num.* 4. Nicolius in *Floribus* v. *Jubilæum num.* 1. Lavorius *de Jubilæo par.* 1. *c.* 21. *num.* 63. Diana *par.* 1. *tract.* 11. *resol.* 16. & *par.* 1. *num.* 7. *resol.* 37. dicens pœnitentem non debere fateri se deliquisse in confidentiam Jubilæi. Arriaga *tom.* 8. *disp.* 29. *num.* 1. dicens certum posse absolvi à commissis reservatis spe absolutionis per Jubilæum. Nam illimitata facultas à Pontifice concessa, non est à Doctore privato limitanda, adeòque etiam commutari valent vota emissa spe futuri Jubilæi. Bossius, Trullench, Diana *locis cit.*

An valeat quis absolvi post Jubilæum à peccatis antea commissis, sed oblitis tempore, quo quis lucratus fuit Jubilæum?

2415 Absolvi valet à cõmissis ante Jubilæum, sed oblitis dum lucratus est Jubilæum.

AFfirma: Lugo *de pœnit. disp.* 20. *sect.* 7. *nu.* 104. Sanch. 4. *Decal. cap.* 54 *num.* 45. Cabrinus *par.* 1. *Elucidarii resol.* 137. dans sex Doctores, plures apud Dianam *tract.* 4. *de Sacramentis resol.* 150.

Nam eo ipso, ac quis lucratur Jubilæum, lucratus est privilegium, ut tollatur reservatio peccatorum, votorum; adeòque etiam deindè commutari valent vota non commutata tempore confessionis Jubilæi, sivè fuerint tunc oblita, sivè non; sublata est enim reservatio. Sanch. 8. *de matrim. disp.* 15. *quæst.* 16. Doctores apud Dianam *par.* 5. *tract.* 12. *resol.* 40.

An confessus animo lucrandi Jubilæum, & absolutus, si deinde non lucretur Jubilæum, reincidat in reservata, ac evanescat commutatio voti?

2416 Confessus animo lucrandi Jubilæum, & absolutus à reservatis, si nõ lucratur illud, non reincidit in reservata.

NEga: Henriq. *lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 3. Coriolanus *par.* 1. *de casuum reservatione sect.* 3. *cap.* 7. *num.* 2. Cabrinus *p.* 1. *Elucidarii resol.* 138. 144. & 145. ajentes remanere commutationem votorum, nec reincidere in reservata, aut in censuras. Soarius *tom.* 4. *disp.* 31. *sect.* 4. Sanch. 4. *Decal. cap.* 4. Cæsar de Panimolliis *cens.* 9. *num.* 1. 2. & 5.

Patet, nam non reincidit in peccatum; ergo nec in reservationem peccati jam purè absoluti. Secundo, quia commutatio, & absolutio est purè collata, non sub conditione resolutiva, cùm vi Jubilæi purè absolvi valeat, nec aliud à Summo Pontifice exigatur.

An autem hic peccet, deinde non lucrando Jubilæum mutata voluntate?

NEgant peccare mortaliter Sanch. 1. *de matrimonio disp.* 43. *num.* 9. Portella v. *Indulgentia pro Jubilæo num.* 20. Henriq. *lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 16. Bassæus v. *votum* 6. *num.* 16. Cabrinus *p.* 1. *Elucidarii res.* 144. contra Suarium *disp.* 31. *sect.* 4. *num* 4. 2417 Hic non videtur peccare mortaliter mutando voluntatem.

Patet, quia nullum transgreditur extans præceptum, cùm in dubio onus non præsumatur, absolutè concessa commutatione, & condonatione.

An confessione etiam sacrilega in Jubilæo facta, cesset reservatio peccatorum?

AFfirmat Henriq. *lib.* 7. *cap.* 11. Bonac. *disp.* 5. *qu.* 7 *puncto* 5. §. 5. *num.* 9. Bassæus v. *casus reservati num.* 29. v. *mihi tamen.* Tabiena v. *Confessio.* 2. §. 16. Lugo *de pœnit. disp.* 2. *sect.* 7. *nu.* 112. Cabrinus *par.* 1. *Elucidarii resol.* 160. dicens indubitatum. Contra Suarium *de pœnitent. disp.* 31. *num.* 22. Filliucc. *tom.* 1. *tract.* 8. *cap.* 6. *num.* 149. Layman *lib.* 5. *sect.* 7. *cap.* 8. *num.* 9. Reginaldum *lib.* 8. *num.* 63. Fioronum *de casibus reservatis par.* 1. *cap.* 4. § 9. *num.* 2. 2418 Affirmant aliqui confessione sacrilega tolli reservationẽ peccatorum.

Patet, quia est duplex absolutio: una culpæ, altera pœnæ: adeòque nulla quoad culpam, poterit esse valida quoad pœnam reservationis. Culpam non tollit ob defectum pœnitentis; ergo poterit tolli pœna, & reservatio, pro cujus absolutione non adest defectus pœnitentis.

Secundo, quia Confessarius vult quantum potest absolvere ergo si nequit tollere culpam, tollit reservationem, & pœnas. Imò Cabrinus, cum Coninck, Diana, Bassæo, contra Laymanum, ait confessione nulla ex defectu integritatis, reservationem tolli non solùm quoad confessa, sed etiam quoad oblita, & culpabiliter omissa.

Tertio, quia jam pœnitens in foro Sacramentali se subposuit habenti facultatem tollendi reservationem; ergo liber manet à reservatione obtinens ab illo, quantum potest absolutionem.

Mihi angit difficultas, atque intimè lancinat, quia isti supponunt unum, quod esset ab ipsis probandum, scilicet posse validè Confessarium tollere reservationem, & non peccata tempore Jubilæi. 2419 Rectius Auctor negat tolli. Enim verò id pendet à voluntate Summi Pontificis, non à voluntate Confessarii: & Summus Pontifex exigit poni requisita Jubilæi omnia, ut quis lucretur Jubilæum; adeòque remanet discutiendum, an Confessario dederit facultatem absolvendi ab uno, non ab altero, scilicet à reservatione, non à peccatis tunc indignum.

Et quamvis verum sit reservationem tolli ante consequutionem Jubilæi, tamen non videtur Summum Pontificem velle sacrilega confessione concedi beneficium, quo tollitur reservatio: Primo, quia hic meretur pœnam, non beneficium. Secundo, quia ex sua culpa locrum non debet reportare. Tertio, quia finis Summi Pontificis tollentis reservationem est, ut possit validè, liberè, & plenè quis confiteri, & Deo reconciliari vi Jubilæi. (44)

An

(44) Erat huic Titulo de Pœnitentia conjungendum Caput de Reservatione Casuum in Genere, & in specie ab Auctore Tractatus vice docte compositum, sed ne in immensum excresceret volumen hoc, reponendum censui inter Selecta Auctoris Opuscula, quæ proposui Deo adjuvante seorsim publica luce frui.

An validè confessus ad lucrandum Jubilæum, deinde non consequens culpabiliter Jubilæum, possit petare deinde commutationem voti?

2440 Validè confessus,& culpabiliter nõ lucrans Jubilæum, potest petere deinde commutationẽ voti.

AFfirma: Leo *de Jubilæo part.* 2. *num.* 203. Dian. *part.* 5. *tract.* 11. *resol.* 41. contra Sanch. 4.*Decal. cap.*54. *num.*51. Bossium *de Jubilæo sect.*2.*casu* 45.

Patet, quia valida confessione tempore Jubilæi est ablata reservatio à peccatis, & votis à Confessorio absolvente quantum potest.

Nec jus commutandi vota acquiritur tantùm consequutione Jubilęi, cùm commutatio fiat, antequam quis lucretur Jubilæum.

An prorogato termino Jubilæi valeat pœnitens absolvi à peccatis commissis, & commutari vota emissa ante absolutionem, & lapsum temporis prorogationis?

2441 Prorogato Jubilæo possunt absolvi peccata cõmissa, & cõmutari vota ante absolutionem, & lapsum tempus prorogationis.

AFfirma: Bassæus v.*Jubilæum notab.*5. Mazzucchellus *de casibus reservatis disp.* 1. *qu.*4.*diff.*20. *num.*76. Cabrinus *par.* 1. *Elucidarii ref.*149. dans sex Doctores,contra Santarellum *de Jubilæo par.*2. *qu.*16. *num.*189. Lugo *de pœnit.disp.*20.*sect.*8.*num.*134.

Ratio est,quia prorogatio transit cum eisdem prorogativis,& qualitatibus. Secundo,quia pro tali pœnitente non est elapsum tempus Jubilęi. Tertio, quia potest pœnitens absolvi à peccatis commissis tempore Jubilæi, ergo etiam tempore prorogationis Jubilęi. Quarto, quia beneficium in hoc est latè interpretandum.

An ultima die Jubilæi accedens ad Confessarium pressus mole peccatorum,ita ut nequeat tunc rectè poni ejus integra confessio, valeat ei prorogari terminus consequendi Jubilæum?

2442 Ex causa potest prorogari terminus consequendi Jubilæum.

AFfirma: Cabrinus *par.*1.*Elucidarii ref.*148. Filliucc.*tract.*8. *num.*20. Bonacin.*de Sacram.disp.*6.*quæst.*1. *puncto* 5.*num.*36. alii apud Dianam *par.*3.*tract.*2.*resol.*147. contra Bossium *de Jubilæo sect* 1. *casu* 30. volentem tunc Confessarium posse absolvere ante lapsum temporis à censuris, & tollere reservationem, & commutare vota; absolutionem verò à peccatis differre in tempus commodum. Contra Dianam *par.*1.*tr.*11. *resol.*24. ajentem posse commutare vota, absolvere à censuris, quæ possunt exercesi sine Sacramento, non verò absolvere à peccatis.

Patet, quia tunc censetur adesse legitimum impedimentum, adeòque ut in impeditis, absentibus, carceratis valet differri Jubilæum ad tempus cessantis impedimenti. Angustiæ enim temporis censentur rationabile impedimentum.

An autem idem sit dicendum de existente in proxima occasione peccandi, ut detur tempus rationabile illam tollendi?

2443 Existenti in proxima occasione peccandi, potest differri Jubilæum.

ET tunc posse differri, ut adhibeatur remedium, & ablata occasione quis lucretur Jubilæum, docet Mazzucchellus, dicens ità declarasse Pium V. Gregorium XIII. Xistum V. *disp.*1.*qu.*4. *diff.*20.*num.*7.

Nolens data opera lucrari Jubilæum,imminente ultima die resipiscens: An possit lucrari Jubilæum commutatis à Confessario injunctis in Bulla Jubilæi?

2444 Ultima die resipiscens potest lucrari Jubilæum commutatis injunctis à Confessario.

AFfirma:Cabrinus *par.*1.*Elucidarii ref.*143. Diana *part.*3. *tract.*5. *resol.*152. & *part.*5. *tract.*12.*resol.*26. dans sex Doctores. Quintanadueños *de Jubilæo cap.* 2. *num.* 17. Leand. *loco cit.qu.*94. contra Prępositum *de Indulg. qu.* 14. *dub.*20.id concedente tantùm in operibus omissis ob infirmitatis impedimentum.

Nam tunc est idem, ac impotens implere opera Jubilæo Injuncta: nec invenitur tunc limitata Confessarii potestas largè interpretanda in beneficiis Principum nemini præjudicantium. Nec Bulla se restringit ad impedimentum ex negligentia, vel aliter,sed intendit omnes resipiscere.

Possunt ergo tunc omnia commutari, etiam ipsa commutatio, oppositum Bulla non decernente; & concessio ipsa commutari valet, & postponi auctoritate Confessarii, ut scilicet impotens tunc confiteri,confiteatur deinde. Mendo *disp.*23.*cap.*3. *num.*29. Diana *par.* 3. *tract.*4. *resol.*152.

An ex ignorantia permittens labi tempus Jubilæi, possit postea Jubilæum obtinere?

NEgat Arriaga *tom.*8.*disp.*29. §.*quarta quæritur.num.*21. quia in Bulla Jubilæi tantùm navigantibus, & iter agentibus,cęterisque legitimè impeditis aliqua opera prorogari valant, inter quos non nominantur ignorantes. Tu expendas diligentiùs verba Bullæ, & inculpatè ignorantibus tanquam justo impedimento detentis consulas,ex tacita saltem mente Superioris oppositum non exprimentis. 2445 Ex ignorãtia permittẽs labi tempus Jubilæi, illud nequit lucrari.

An lucratus Jubilæum oblitus voti, possit transacto Jubilæo à quovis Confessario petere commutationem voti?

AFfirma: Zerola *de Jubilæo cap.*12. *dub.* 10. Sayrus 6. *Clavis cap.* 12. *num.*14. Sanch. *lib.*4.*Decal. cap.*54. *num.*39. Bossius *de Jubilæo sect.*2.*casu* 45. Bordonus *tom.*3.*par.*2. *variarum resol.*63.*num.*12. Diana *par.*5.*tract.*12.*de Indulgentiis resol.*41. 2446 Lucratus Jubilæum, illo trãsacto, potest à quovis Confessario petere commutationem voti.

Patet, quia per validam confessionem,& positionem operum jam acquisivit privilegium Jubilæi, quo potest votum commutari, aliter Summo Pontifice se non declarante.

Lucrans Jubilæum nolens tunc sibi commutari vota, an transacto Jubilæo possit illorum votorum commutationem petere?

AFfirma: Henriq.*lib.*7.*cap.*11.*num.*4. Diana *par.*2.*tract.*2. *resol.*9. Sanch. 4.*Decal. cap.* 54.*num.*40. Cabrinus *par.*1.*Elucidarii ref.*143. contra Bonac. Bejam,& alios. 2447 Etsi tempore Jubilæi noluerit illud sibi commutari, adhuc valet petere cõmutationem voti.

Patet,quia lucrando Jubilęum jus acquisivit, nec Superior acceptans illud, tale privilegium revocavit; ergo eo privilegio uti poterit tanquam non adhuc revocato, licèt ab initio non fuerit acceptatum.

Secundo, quia lucrando Jubilęum, jam ex dispositione Papæ aufertur reservatio censurarum, & votorum, Sanch. 8.*de matrim. disp.*25. *num.*17. Henriq.*lib.*7.*cap.*11. *num.*4. Bassęus v. *votum.*6.*num.*13. Diana *par.*5.*tract.*12. *ref.*40. Excobar *tract.*7.*Examine.*5.*cap.*8.*casu fin.*contra Suarium *lib.*6. *de voto cap.*16. *num.* 14. Bonac. *tom.*2.*disp.*4.*qu.*2.*puncto* 7.§.2.*num.*14.

An qui semel Jubilęum consequutus est, iterum valeat in sequenti hebdomada lucrari Jubilęum de novo ponenda omnia requisita in eodem Jubilæo?

AFfirma: Navarr.*de Jubileo notab.*32.*ref.*46. Bonac.*de Indulgent.disp.*6. *qu.*1. *puncto* 5. 2448 Lucrans Jubilæum in una hebdomada, potest in sequenti iterum lucrari illud ponẽdo opera injuncto.

*num.*33. Candid. *disq.*24.*art.*64.*dubit.*57. Molphes. *tom.*1. *tract.*7.*cap.*16. *num.*45. Santarellus *de Jubileo cap.*5.*dub.*4. Diana *par.*2.*tr.*7. *res.*45. Cæsar de Panimollis dans sex Doctores *const.*8. *num.*5. rectè dicens non constare authenticè de declaratione Sacræ Congregationis in oppositum allata à Filliuccio *tom.* 1. *tract.*8. *cap.* 10. *num.*164. Fr.Dominicus à SS.Trinitate *de tempore Jubilei controv.*10.*cap.*5. dicens etiam Romæ annum Jubilei multoties, puta quolibet mense posse lucrari, si reponantur à Papa exigita. Cabrinus *par.*1.*Elucidarii resol.*143. dans tredecim Doctores, dicens id verum etiam si in Bulla dicatur hac vice tantùm; nam intelligitur durante Jubileo, secùs esset, si diceret una vice tantùm; & *resol.*146. asserit cum Leone, & Lugone contra Filliuccium, posse etiam pluries lucrari Jubileum pergendo ad locum, quo successivè transfertur Jubileum, iterum implendo opera præfixa in Jubileo.

2449 D. Thomas, & alii contrarium affirmant.

Oppositum tamen docet D.Tho. ad 3.*p.q.*25. *art.*2.*ad* 4. Paludan.in 4. *dist.*24. *qu.*4. Arriaga *loco cit. num.*3. Filliucc.*tract.*8.*cap.*10. *nu.*291. Lugo *disp.*25. *num.*122. Layman. *lib.*5. *tract.*7. *cap.*7. *num.*8. Sanch.4. *Decal. cap.*54. *num.*30. ajentes semel posse quis lucrari Jubileum, vel in prima, vel in secunda hebdomada.

Ratio, quia in Bulla non dicitur, ut semel quis lucretur Jubileum, & privilegium Principis, nulli præjudiciale latè interpretandum est.

Secundo, quia prima, & secunda hebdomada est pro opportunitate fidelium, non verò nè bis quis lucretur, si bis opera injuncta ponat.

An possit partem operum impleri in una, partem in sequenti hebdomada?

2450 Nequit partem operum impleri in una, partem in sequenti hebdomada.

NEga: Henriq. *lib.*7. *cap.*13. *num.* 2. Lugo *disp.*25 .*n.*105. Navar.*de Jubileo notab.*34. Arriaga *loco cit. num.*18. Nicolius v. *Indulgentia*. Cabrinus *par.*1. *Elucidarii resol.*150. dans quatoor Doctores. Contra Bonac.*loco cit. n.*34. Naldum v.*Indulgentia n.*14. Dianam, dantem tres Doctores *par.*3. *tract.*4. *resol.*153. & *par.*5. *tract.*12.*resol.*14.

Patet ex declaratione Sacræ Congregationis 21. Februarii 1630.apud Nicolium *loco cit.* ubi peragenda in singulis hebdomadis nequeunt dividi in illas duas hebdomadas.

2451 Nota, jejunia sunt ponenda juxta morem patriæ & posse pro Jubilæo jejunare in Quadragesima, & in aliis 4. Temporibus, nisi aliter Papa se explicaverit.

Secundo, quia id ipsum videtur colligi ex verbis Bullæ Jubilei.

Requisita autem, & jejunia ponenda sunt juxta morem propriæ patriæ, & possunt jejunia esse etiam aliunde præcepta, ut in Quadragesima, & in aliis Quatuor temporibus, aliter Summo Pontifice non explicante. Arriaga *loco cit. num.*19.& 20.

An lucretur Jubilæum implens opera injuncta infra hebdomadam, confessus, & communicans sequenti Dominica?

2452 Implès opera injuncta infra hebdomadam, cõfessus, & cõmunicans sequenti Dominica lucratur Jubilæum.

AFfirma: Cabrinus *par.*1.*Elucidarii res.*154. Lugo *de pœnitent.disp.*29.*sect.*7.*num.*165. Nicolius v.*Indulgentia num.*3. contra Filliucc. *tom.*1.*tract.*8.*cap.*10.*num.*272. Bassæum v.*Jubileum num.* 4. Passarinum *tract. de Indulgentiis qu.*68.*num.*466.*in fine.*

Probatur, quia non computatur prima Dominica septimanæ, in qua publicatur, quia dies termini non computatur in termino; adeòque septem dies numerantor à die Lunæ. Secundo, quia Dominica sequens est terminus hebdomadæ; adeòque est pars hebdomadæ; nam terminus est pars illius, cujus est terminus.

Tertio, quia est interpretatio usualla fidelium.

Quartò, quia ita declaravit Gregorius XIII. 10. Maji 1576. apud Nicolium *loco cit.* adeòque in Jubileis Dominica immediatè sequena complet hebdomadam. Cabrinus *par.* 1. *Elucidarii resol.*150. idque patet ex verbis Bullæ Jobilæi, ubi Ecclesia visitari potest Dominica; ergo dies dominica terminat septimanam Jubilei; adeòque Jubileum non incipit in Dominica, sed post Dominicam, qua promulgatur, & completur in die Dominico.

An quis debeat confiteri in loco ubi publicatum est Jubilæum?

NEga: sed valet extra illam Diœcesim confiteri eligendo Confessarium approbatum ab Ordinario Confessarii pœnitentis, vel loci ubi confitetur. Bossius *de Jubileo sect.*4.*casu* 4. 2453 Non est necesse confiteri in loco ubi publicatum est Jubilæum.

Ratio, quia aliud in Bulla non exprimitur, & sumus in beneficiis Principis ampliandis, cùm nulli præjudicetur.

An volens lucrari Jubileum debeat permanere toto tempore Jubilei in loco ubi debet lucrari?

NEga: sed visitata Ecclesia designata ab Ordinario in loco publicati Jubilei, potest pergere extra Diœcesim, jejunare, confiteri, communicare, eleemosynas facere per viam. Bonac. *de Sacram.disp.*6.*qu.*1.*puncto* 5.*num.*35. Layman *lib.*5.*tract.*7 *cap.*8. *num.* 11. Boss.*de Jubilæo sect.*4.*casu* 4. *num.* 1. & 2. Henriqu. *lib.*7. *Summæ cap.*11.*num.* 1. Rodriq. *tom.*1 *Summa cap.*184.*num.*18.Lugo *disp.*27.*num.* 124. Diana *par.*5.*tract.*12.*resol.*55. 2454 Neque permanere toto tempore Jubilæi in loco ubi debet illud lucrari.

Ratio, quia aliud in Bulla Jubilei favorabili non exigitur, & favor afficit personam lucrantem Jubileum; unde visitata Ecclesia satisfactum est oneri injuncto in Bulla.

Imò visitatio Ecclesiæ posset commutari à Confessario ex causa rationabili. Layman *lib.* 5. *tract.*7. *cap.*8. *num.*11. Quintanadueñas *de Jubileo cap.*2.*num.*12. Leander *loco cit.qu.*91. Lugo *disp.*27. *num.* 124. talis enim facultas commutandi in Bulla Jubilei Confessario conceditur.

An existent in lethali valeant applicare Indulgentias applicabiles pro defunctis?

AFfirma: nam animæ purgantes sont capaces. Navarrus *de Jubileo notab.*22.Naldus v. *Indulgentia num.* 7. Granadus *controv.* 12. *tract.*5.*disp.*6.*num.*1.Præpositus 3.*par.de Indulgentiis q.*14.*dub.*12.*num.*93. Diana dans plurea *par.*5.*tract.*12.*resol.*58. contra Sotom in 4. *dist.* 45. *qu.*2. *art.*3. *in fine*. Sed de his cùm de Purgatorio. 2455 Existens in lethali valet applicare Indulgentias pro defunctis.

An Indulgentiæ novæ valeant publicari, etiam pro locis exemtis, sine licentia Ordinarii?

NEga: Bonac. *tom.*3.*qu.*3. *puncto* 30. *num.*9. Nicolius in *Floribus* v.*Indulgentia n.*9. 2456 Indulgentiæ novæ nequeunt publicari etiã in locis exẽtis sine licẽtia Ordinarii

An Episcopus promulgato Jubilæo possit illius promulgationem suspendere, & publicare in aliud tempus commodius?

COntingit casus in Jubileo promulgato anno 1681. Venafri, & Sarni, promulgato enim Jubileo solemniter mense Octobris pluribus 2457 Exponitur casus, quô publicato legitimè Jubilæo, possit illud Episcopus suspendere, & differre ad aliud tempus.

ribus Communitatibus deinde facto recursu ad Episcopum, petierunt differri post tempus vindemiarum; nam tunc populus occupatus in colligenda Annona non poterat implere injuncta in Jubilęo, nec Ecclesias visitare, ut erat conveniens; tunc quæsitum fuit per literas Illustrissimi, & Reverendissimi, an posset id fieri. Difficilis isthæc dijudicatio, quæ altiorem exigeret indaginem.

2458 Ex rationabili causa Episcopus videtur posse differre publicationem Jubilæi.

Respondi tunc primo, Episcopum tuta conscientia posse differre ex rationabili causa publicationem Jubilæi, non obstante, quod in Bulla Jubilęi dicatur ly *statim*; nam intelligitur statim ac rationabile videtur, cùm Summus Pontifex non possit, & nolit irrationabilia, ejusque jurisdictio sit in ædificationem, & bonum subditorum.

2459 Magis si fuerit promulgatum à Vicario Episcopo invito, vel ignorante.

Secundo, si Vicarius invito, vel ignorante Episcopo promulgavit Jubilęum, ut accidit Sarni; tunc talis publicatio habetur ut non facta; nam jurisdictio Vicarii subordinata Episcopo, nulliter exercetur sine voluntate saltem tacita Episcopi; & nulla censentur, quæ jure facta non sunt. *l. nepos à Proculo, D. de verb. significat.*

2460 Si tamen sit publicatum auctoritate Episcopi, qui in hoc est executor.

Tertio, difficultas major est, si fuerit facta voluntate Episcopi, & deinde re meliùs considerata ob reclamores Universitatum sit suspendenda. Difficultas est, quia in hoc Episcopus est merus executor delegatus, executor autem ubi semel suum officium præstitit, desinit, adeòque facta semel publicatione non potest se intromittere ampliùs, nec suspendere, nec iterum publicare.

2461 Non potest post publicationem suspendere Jubilæum.

Hinc primo ad quæsitum tollendo omnem difficultatem, dicerem publicationem semel factam, non posse revocari, nec suspendi; adeòque lucrari tunc Jubilęum, qui possunt; pro impotentibus verò posse differri ad tempus cessantis impedimenti; nam ipsa Bulla vult ut impediti cessante impedimento lucrentur Jubilæum.

2462 Nisi recurrêdo ad Epickiam aliter resolvas.

Si verò velis substinere suspensionem publicationis pro omnibus, tunc recurras ad Epickiam, interpetrando rationabilem voluntatem Summi Pontificis, & voluntatem promulgantis, qui si prævidisset impedimentum non promulgasset Jubilęum, maximè quàndo major pars Civitatis, populi impeditur vindemiis, collectione Annonæ, vel feriis, quo confluit major pars Communitatum, quam sequi debet minor pars. Tu verò rem in contingentia meliùs differas; & peritiores consulas.

An possit per Jubilęum tolli pœnitentia biennalis, triennalis, &c. injuncta, incepta non completa, obtenta dispensatione per Datariam publicam?

CAsus contingit anno Jubilęi 1681. mense Octobris. Quis occidit Sacerdotem publicè, obtinuit ab Urbe dispensationem, ut satisfacta parte absolvatur injuncta publica pœnitentia, & ità Apostolica auctoritata fuit absolutus obtenta remissione à Sacerdote moribundo, quam non potuit deinde obtinere ab hæredibus defuncti pluries requisitis. Pœnitentia fuit, ut per annum recitaret Officium Defunctorum pro anima occisi Sacerdotis. Secundo, ut quolibet mense semel confiteretur, & reciperet Eucharistiam. Tertio, ut perpetuò esset privatus feudo, & jurepatronatus fortè habito in Ecclesia, in qua occisus erat intitulatus. Quarto, ut ejus liberi perpetuò essent inhabiles ad illa obtinenda. Quinto, ut occisor accederet ad Urbem personaliter quamprimum poterit, & id juret. Sexto, ut per terram secuti homicidii nudus discalceatus, tantùm cum femoralibus, gemens, corrigeam ad collum, & virgam in manu publicè fatendo suum reatum ante fores Ecclesiarum à Presbyteris earumdem canentibus Psalmum Pœnitentialem, se faciat verberare, dum major pars populi ad Divina confluit, aliàs reincidat in censuras.

2463 Jubilæum etiam tollit pœnitentias publicas injunctas ob delictum.

2464 Occisori Sacerdotis, quæ pœnæ fuerint injunctæ ob pœnitentiam.

Impeditus pœnitentias injunctas non implevit. Nunc quæstio est:

An vi Jubilæi supervenientis valeat absolvi à dictis pœnis?

2465 Doctores id asserentes.

AFfirma: Coninck *de Sacram. disp.* 8. *dub.* 12. *num.* 98. Molphetius *tom.* 1. *Summa tr.* 7. *cap.* 21. *num.* 25. Reginaldus *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 90. Megala *par.* 1 *lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 7. Diana *par.* 1. *tract.* 11. *resol.* 19. Giesualdus *tom.* 2. *tract.* 2. *de Jubilęo cap.* 2. *num.* 27. Fr. Carolus à Cremona *par.* 2. *disp.* 1. *cap.* 3. §. 8. *num.* 34. inde concludentes nec teneri deinde adire Papam, etiamsi fuerit antea absolutus sine Jubilęo cum onere adeundi Papam.

Ratio est, quia vi Jubilęi datur facultas absolvendi non tantùm à peccatis, & censuris, sed etiam à pœnis, & ab omnibus sententiis jure, vel à Judice latis, & illæ pœnæ injunctæ à Judice latæ sunt.

Effectus Sacramenti Pœnitentiæ.

CAPUT XIII.

2466 Primus effectus Sacramenti Pœnitentiæ est gratia sanctificans.

SAcramentum Pœnitentiæ plures producit effectus.

Primo, producit gratiam sanctificantem per se primam, cùm sit Sacramentum mortuorum per se tendens ad delenda peccata, infundendo gratiam sanctificantem.

2467 Et cum illa habētur virtutes infusæ amissæ ob peccatum.

Secundo, cum gratia confert virtutes infusas amissas per peccatum, ad differentiam non amissarum fidei, spei, &c. Ità prodigus recuperavit primam stolam, unà cum annulo. Lucæ c. 15. Chrysologus *Serm.* 3. ibi: *Paterna pietas contenta non est innocentiam reparare solam, nisi pristinum restituat honorem.* In quo prodigo pœnitens designatur, dolens, remissionem exorans, & gratiæ infusionem obtinens, unà cum virtutibus infusis.

Lacertosa nunc abdita est controversia.

An Sacramentum Pœnitentiæ possit esse validum, & informe?

§. I.

2468 An Pœnitentię Sacramētum possit esse validū, & non causare gratiā, Doctores negantes afferuntur.

SEnsus quæsiti est, an hoc Sacramentum possit esse validum, & non causare gratiam.

Nega: Scotus in 4. *dist.* 14. *quæst.* 4. §. 4. Gandavensis *quodlibetorum qu.* 32. Vega *de justificatione lib.* 13. *cap.* 26. Gabr. in 4. *dist.* 17. *quæst.* 1. *art.* 3. *dub.* 2. ubi Major. Henrinx *par.* 4. *Theologiæ disp.* 2. *qu.* 4. *num.* 14. Vasquez 3. *par. to.* 4. *qu.* 92. *art.* 1. *dub.* 2. Fagundez 2. *præcept. Decalogi lib.* 2. *cap.* 7. Coninck *disp.* 4. *dub.* 11. Rhodes *tom.* 2. *de Sacram. Pœnit. disp.* 2. *qu.* 3. *sect.* 3. Diana *parte* 2. *tract.* 17. *resol.* 31. Cæterique nuperi, & seniores.

Affirmantes citantur.

Contra Suarium *disp.* 20. *sect.* 1. Lugonem *disp.* 4. *sect.* 6. Caspensem *de pœnit. tr.* 24. *sect.* 11. *num.* 99. Fr. Carolum à Cremona *par.* 2. *disp.* 1. *cap.* 6. *n.* 8. aliosque.

Quæ

Quæ autem circa hoc sit mens D. Thomæ non liquidò constat.

2469 Quænam sit mens Divi Thomæ.

Certum est Divum Thomam non admittere Sacrameotum informe ex defectu doloris supernaturalis; nam S. Doctor perpetuò exigit supernaturalem dolorem, ut partem hojus Sacramenti, in *4. dist. 17. qu. 3. art. 3. qq. ad 1. & qq. 4.* ibi. *Dicendum quod alia Sacramenta non consistunt in hoc, quod ad Sacramentum accedens aliquid agat, sed solum ut recipiat; sicuti patet in Baptismo: Sed actus recipientis requiritur ad percipiendam utilitatem Sacramenti in eo, quod est suæ voluntatis arbiter constitutus, quasi removens, prohibens scilicet fictionem. Sed in pœnitentia actus accedentis ad Sacramentum, est de substantia Sacramenti, eo quod contritio, confessio, & satisfactio sunt pœnitentiæ partes, quæ sunt actus pœnitentis.* Hactenus S. Doctor.

2470 Cùm Sacramentū Pœnitentiæ sit per se remissivum lethalium, ideò informe nequit esse.

Probatur primo. Sacramentum Pœnitentiæ est per se remissivnm peccatorum lethalium. Sed informe per se non est remissivum lethalium; ergo informe non est Sacramentum. Consequentia est legitima. Major est de fide, quia hoc Sacramentum mortuorum est per se institutum à Christo Domioo ad tollenda peccata commissa post Baptismum. Trideot. *sess. 14. cap. 7. can. 2.* Minor probatur, quia informe ooo respicit peccatum remissibile; ergo non est remissivum. Consequeotia est bona, quia remissivum, & remissibile sunt relativa, & relativa sunt simul tempore, natura, cogoitione, adeòque deficiente uno deficit alterum, nec valet esse remissivum, sivè remissibile, nec è contra.

Aotecedens patet, quia peccatum confessum non est remissibile sioe peccato omisso, nec omissum est remissibile sine peccato coofesso; nec simul est remissibile confessum, & omissum sacrilegè; ergo tunc deest peccatum remissibile.

Antecedens patet ex se, quia uoum peccatum noo potest sine alio remitti. Hìc oon est remissiblie confessum sine omisso, nec omissum sine confesso, nec est remissibile confessum, & sacrilegè simul omissum, vel iovincibiliter omissum non detestatum; nam remissibile est peccatum detestatum, & dolor, ac detestatio particularis non se extendit ad omissum, sed ad confessum, ut supponitur ab adversariis.

2471 Posito Sacramento per suas partes essentiales gratiā causat tā in genere, quàm in specie.

Probatur secundo, nequit dari hoc Sacramentum, quin habeat vim causandi gratiam sanctificantem; ergo nequit dari hoc Sacramentum informe. Antecedens patet, quia esseotia Sacramenti in genere est vis causaodi gratiam; ergo etiam in specie, cùm species perficiat, non destruat genus.

Consecutio probatur, hoc Sacramentum tunc habet vim causandi gratiam, quando adest confessio, dolor supernaturalis, & absolutio, cum iotentione Ministri: at quando ista adsunt, nihil deest ad causandam gratiam in actu secundo; ergo tunc causat gratiam io actu secundo; ergo oequit esse informe.

2472 Dolor naturalis ad obtinendā absolutionem non sufficit.

Major qnoad confessionem, & absolutionem conceditur ab adversariis. de dolore probatur, quia primo dolor oaturalis nequit dispooere ad gratiam; cùm posito dolore naturali nequeat gratia produci. Trident. *sess. 14. c. 4.* ergo posito dolore naturali non habemus Sacramentum, cùm non habeamus causam productivam gratiæ.

Dolor enim requiritur, ut homo se disponat ad gratiam. Trident. *loco cit.* At per dolorem naturalem, nec per sopernaturalem limitatum se disponit ad gratiam; ergo talis dolor non sufficit,

2473 Nec dolor supernaturalis limitatus.

Secuodo, nec dolor supernaturalis limitatus unius scilicet, noo alterius peccati existentis in anima pœnitentis non disponit ad gratiam, sicuti enim forma, ità est dispositio ad formam; cùm ergo gratia nequeat tollere unum, oon alterum peccatum; ità nequit dolor esse unius, non alterius peccati. Ille enim dolor est dispositio ad gratiam, quo posito gratia produci potest proximè, sed posito dolore particulari unius, non alterius peccati gratia non prodocitur, nec produci potest; ergo dolor unius, non alterius peccati non est dispositio ad gratiam. Nunc sic.

2474 Sed dolor supernaturalis, & universalis sufficit ad absolutionē obtinendam.

Ille dolor requiritur essentialiter ad hoc Sacramentom, sine quo gratia à Sacramento produci nequit, sed sine dolore supernaturali universali se extendeote ad omnia peccata, quæ sunt in anima, gratia produci nequit; ergo dolor universalis superoatoralis omnium, quæ sunt in anima requiritur. Minor patet Ezechielis 18. ex quibus omnibus sic in forma concludo.

Camestres

Quando est Sacramentum habet vim produceodi gratiam sanctificantem.

Quando est informe non habet vim producendi gratiam sanctificantem.

Ergo quaodo est informe non est Sacrameotum.

2475 Sicut mala fide nullum est Sacramētum ita susceptum, ita quoque bona fide.

Probatur tertio, eadem est essentia, forma, & materia Sacramenti sacrilegè, ac bona fide suscepti; ergo quando ooo datur Sacrameotum informe sacrilegè susceptum, nec dabitur Sacramentum ioforma bona fide susceptum. Sed non datur Sacramentum Pœnitentiæ informe mala fide susceptum; ergo nec bona fide susceptum.

Aotecedens 1 patet primo: paritate. Secundo, ratione. Paritate Sacrameoti primo Baptismi, Confirmationis, Ordinis, Eucharistiæ, &c. in quibus non alia est essentia, materia, & forma, valor Sacramenti bona, ac mala fide suscepti.

Secundo, ratione, quia Christus Dominus materiam iostituit eandem essentialiter, nec unam instituit pro Sacramento bona, & aliam pro mala fide suscepto; ergo quæ non est materia Sacramenti mala fide suscepti, nec est materia Sacramenti Pœnitentiæ bona fide suscepti, sed dolor unios, non alterius peccati commissi, noo est materia Sacrameoti mala fide suscepti; ergo nec materia Sacrameoti bona fide suscepti.

Ex his luce meridiana clariùs sequitur primum consequens, scilicet non dari Sacramentum informe bona, si non datur mala fida susceptum.

Minor subsumpta, scilicet non dari Sacramentum Pœnitentiæ ioforme mala fide susceptum. Patet ex se, quia tunc deest materia, scilicet dolor universalis cum proposito non peccandi de cetero, qui etiam deest in Sacramento bona fide suscepto in pœnitente de uno, non de aliis peccatis commissis.

Pœnitens vult seriò recipere per hoc Sacramentum remissionem peccatorum; ergo vult Deo reconciliari; ergo vult media necessaria ad reconciliationem; ergo vult detestatiooem omnium peccatorum existentium in sua anima,

quì

qui est dolor universalis, medium necessarium ad consequendam gratiam, quo posito gratia confertur.

2476 Quādo adest dolor supernaturalis, & universalis cū vero proposito Sacramentum Pœnitentiæ nequit esse informe.

Probatur quarto, quia Sacramentum habens dolorem supernaturalem universalem cum proposito non peccandi de cętero non est informe: sed Sacramentum Pœnitentiæ essentialiter habet dolorem supernaturalem universalem cum proposito non peccandi de cętero; ergo Sacramentum Pęnitentiæ non est informe. Maj patet ex se: tunc enim etiam in sententia adversariorum nihil deest ad gratiæ collationem. Min. patet ex Trid. *sess.14 cap.4.* ibi: *cum proposito non peccandi de cętero*, quia dolor cum proposito non peccandi de cętero est dolor universalis, quia excludit omne peccatum futurum; nam si ad aliquod peccatum non se extenderet, illud peccatum non detestaretur, & in illo peccato voluntas persisteret, proponeretque excepto illo cętera non committere, cùm voluntas non committendi unum sit compatibilis cum voluntate committendi aliud.

Confirmatur, dolor cum proposito particulari non sufficit ad valorem hujus Sacramenti; ergo nec dolor particularis non transcendens per omnia commissa à pęnitente, non est materia hujus Sacramenti.

2477 Sacramentū informe nō habet signū practicum gratiæ.

Probatur quinto, ubi adest Sacramentum, ibi adest signū practicum gratiæ sanctificantis, sed informe non est signum practicum gratiæ sanctificantis; ergo informe non est Sacramentum. Maj. patet ex definitione Sacramenti. Min. probatur, ibi adest signum practicū ubi potest adesse, vel adest res significata: sed in informe nec adest, nec adesse potest res significata, ergo in informe nec est, nec esse potest signum gratiæ.

Maj. patet, quia ubi adest unum, ibi saltem debet posse adesse alterum correlativum; ergo ubi adest signum, ibi debet posse adesse res significata, & ubi non potest esse res significata, ibi non potest esse signum, sicuti ubi nequit esse Filius, ibi nequit esse Pater. Min. patet, quia in informe nec est, nec esse potest res significata, quia nequit remitti unum sine alio, & gratia ex se est remissiva omnium, & informe est remissivum unius, non alterius.

2478 In Sacramēto informi nō verificatur forma Sacramenti.

Probatur sexto, quia semper ac non verificatur forma, Sacramentum est nullum, sed in pęnitentia informi non verificatur forma; ergo Sacramentum est nullum. Major patet, quia forma est significativa; ergo significatio debet verificari, ut verificetur forma, sic esset nullum Sacramentum, si non verificetur forma *hoc est Corpus*. Min. patet, quia in informi non verificatur, nec verificari potest *te absolvo*.

2479 Cùm Sacramentum informe non habeat vim conferendi gratiam, pro vero Sacramento non habetur.

Probatur septimo, Sacramentum Pęnitentiæ habet vim conferendi gratiam, sed informe non habet vim conferendi gratiam; ergo informe non est Sacramentum. Consequentia est bona. Major patet ex definitione Sacramenti in genere.

Minor probatur. Informe vel habet, vel non habet supernaturalem dolorem universalem disponentem ad gratiam; Si habet, producit gratiam; si non habet, non est Sacramentum; nam dolor requisitus ut pars essentialis est dolor universalis; ergo quoties talis dolor deest, Sacramentum non est. Hæc consequentia est bona. Antecedens, in quo est vis, probatur, nam ille dolor requiritur essentialiter ad hoc Sacramentum, quo posito Sacramentum habet vim producendi gratiam, sed posito dolore supernaturali universali Sacramentum habet vim producendi gratiam, ergo hic dolor requiritur. Maj. patet ex D. Augustino *lib.4. Enchyridii de vera, & falsa penitentia cap.9.* ibi: *si quis fecerit pęnitentiam de omnibus peccatis suis, vita vivet.* Enim verò hoc Sacramentum destructivum peccati constitui debet per dolorem universalem, quo disponitur, & constituitur destructivum peccatorum.

Porrò dolorem universalem, non solum esse destructivum peccatorum, patet discurrendo per singula. Et primo dolorem naturalem non sufficere hodie est certum, & patet ex Bulla Alexandri VII. (45) post Trident. *sess.14. c.4.* ibi: *Donum Dei esse, & Spiritus Sancti impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantùm moventis, quo pęnitens adjutus viam sibi ad justitiam parat.* & *sess.6. can.3.* ubi dolore supernaturali quis disponitur ad gratiam. Est contra Sotum in *dist.18. qu.3. art.3.* Nugnum *qu.1. art.2. dub.2.* Candidum *disq.204. art.11.* Gabrielem à S. Vinc. *de Sacram. Pęnit. disp.6. qu.1. §. probatur.* Quia putantes dolorem naturalem sufficere ad valorem hujus Sacramenti, licèt non sufficiat ad producendam gratiam.

Ex qua doctrina ipsi docent non esse productivum gratiæ cum dolore naturali; ergo non est Sacramentum, quia Sacramentum est productivum gratiæ.

Secundo, nec dolor potest esse partialis supernaturalis, scilicet peccati memoriæ occurrentis, non obliti, ut placuit aliis cum Suario, Pisano, & aliis.

Nam ille dolor est dispositio ad gratiam, quo posito gratia saltem produci potest, sed posito illo dolore particulari gratia nec producitur, nec produci valet; ergo ille dolor non est pars hujus Sacramenti.

Explicatur magis, & probatur assumptum. Sacramentum ex se debet esse causativum gratiæ sanctificantis; itaut si actu quandoque non causet, fit ex defectu non Sacramenti, sed accipientis; ergo debet illis constitui, quibus positis sit causativum gratiæ. At tantùm dolor supernaturalis omnium peccatorum, quæ sunt in anima reddit hoc Sacramentum causativum gratiæ, non verò dolor quorundam peccatorum. Sacramentum enim nequit delere peccatum detestatum, relicto peccato non detestato, cùm non possit remitti unum sine alio; ergo non est Sacramentum continens dolorem unius, non alterius peccati existentis in anima. Sacramentum enim cum illo dolore particulari unius, non alterius peccati est impotens ad illud peccatum tollendum; cùm non possit remitti unum sine alio. 2480 Sacramentū ex se habet causare gratiam, quam si non causat, non est defectus ejus, sed accipientis.

Nunc sic. Sacramentum Pœnitentiæ debet esse remissivum peccati: at cum dolore universali peccatorum existentium in anima cum proposito non peccandi de cętero, non verò cum dolore particulari est remissivum peccati; ergo debet continere dolorem universalem, non particularem.

Confirmatur, sine ullo dolore Sacramentum non est remissivum; ergo sine dolore sufficienti ad remittendum non est remissivum: at cum dolo- 2481 Sine dolore sufficienti non remittitur peccatum, qualis est dolor particularis.

(45) Seu potiùs Innocentii XI, Propositione LVII supra *num.* 1996. relata.

doiore particulari est sine dolore sufficienti ad remittendum, ergo non est Sacrsmentum. Min. patet, quia non est remissibile unum sine alio, nec peccatum detestatum, absque indetestato.

Nec dicas conferre grstiam non ponentibus obicem, & habentem unius, non alterius peccati doiorem ponere obicem.

Nam contra, quis per adversarios est Sacramentum etism receptum à ponentibus obicem; ergo debet saltem in actu primo esse remissivum peccati, & collativum gratiæ: at non est tunc in actu primo remissivum, cùm tunc non sit remissibile unum sine alio.

2482 Auctoritate Trid. probatur non dari Sacramentũ informe.

Probatur octavo, non dsri hoc Sacramentum informe, ex Trident. *sess.14. cap.6. can.4.* ibi: *si quis negaverit ad integram, & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus penitentis quasi materiam Sacramenti Pœnitentiæ, scilicet contritionem, confessionem, & satisfactionem, quæ tres pœnitentiæ partes dicuntur; anathema sit*. Ubi illæ partes, quæ constituunt Sacramentum requiruntur ad integram, & perfectam remissionem peccatorum; ergo illis positis ponitur perfecta peccatorum remissio; ergo illis positis non datur Sacramentom informe, sed posito Sacramento valido illa ponuntur; ergo nunqnsm habetur hoc Sacramentum sine remissione peccatorum; ergo nunquam habetur informe.

Aliorum sententiæ producuntur, & prosternuntur.

UT veritas luce meridiana clarior elucescat, tradsmos opinamenta dantium Sacramentum informe.

2483 Sont qui dãt Sacramentũ informe cũ dolore particolari non invincibiliter oblitorũ.

Prima dat Sacramentom validum, & informe ob dolorem ex motivo particulari confessorum, non verò invincibiliter oblitorum cum Suario.

2484 Quorũ sentẽtia reprobatur.

Sed contra; quia talis dolor particularis non est materia Sacramenti, nam materia Sacramenti debet esse peccatorum omniom commissorum, quæ sunt in anima. Ratio ex dictis, quia sine taii dolore non est peccatum remissibile, cùm non possit remitti sine alio oblito; ergo tunc Sacramentum non est remissivum; ergo tunc non est Sacramentum, quod essentialiter debet esse remissivum; in quo differt hoc ab aliis Sacramentis vivorum, quæ per se non sunt instituta ad remittenda peccata, & differt etiam à Baptismo instituto ad introducendum in Ecclesia collata fide, & charactere, &c.

Secundo, quia in Sacramento Pœnitentiæ requiritur propositum non peccandi de cętero, cum dolore commissorum. Trident. *loco cit.* ibi: *vitæ novæ propositum, veteris odium.*

Nec dicas cum Pisano in *appendice num. 59.* idem esse te absolvo, ac impendo tibi Sacramentom absolutivum à peccatis, quod verificatur etiam peccato non remisso ex defectu suscipientis.

Nam contra: quia tunc non datur remissibile; ergo tunc non datur remissivum, nec Sacramentum.

2485 Alii admittũt informe ex defectu sufficientis examinis ex ignorantia vincibili, vel invincibili.

Secundo, aliqui Thomistæ volunt Sacramentum informe, & validum defectu sufficientis examinis ex ignorantia vincibili, vel invincibili, cum Ledesma, Nugno, Candido, Lumbier *propos.57. observ.15. num.517.*

2486 Quodque nõ subsistere cõvincitur.

Sed contra, quia si ignorantia est invincibilis, Sacramentum producit gratiam, non enim tunc adest obex gratiæ oblito invincibiliter remisso indirectè. Trident. *sess.14. c.5.* Si examinans se sit ex ignorantia vincibili defectuosus in re gravi; tunc confessio est sacrilega, & nuila.

2487 Alii dãt informe, si dolori supernaturali nõ addit explicitum propositum.

Tertio, alii volont cum Joanne à S. Thoma *de Sacram. disp.33. art.4.* Lumbier *observ. 15. num.517. 518. & 519.* Sacramentum informe, & validum esse, si habeat dolorem supernaturalem universalem sine explicito proposito non peccandi de cętero.

2488 Idque Auctori nõ arridet.

Contra, nam vel defectus expliciti propositi habet latentem voluntatem peccandi in futurum, vel non habet latentem voluntatem peccandi in futurum. Si hsbet voluntatem latentem peccandi in futurum, & tunc non est dolor sofficiens, & confessio est sacrilega, & nulla; nam materia hujus Sacramenti est dolor supernaturalis excludens affectum peccandi in futurum. Trid. *sess.14. cap.4.*

Si verò cum illo doiore universali supernaturali adest propositum non peccandi in futurum; tunc habet validum Sacramentum producens gratiam.

2489 Effugium Lumbier evertitur.

Nec dicas cum Lumbier *loco cit.* Tridentinum assignare dolorem supernaturalem, ut partem hujus Sacramenti constitutivam. Propositum verò non peccandi, & spem veniæ exigere non ut partem Sacramenti, sed ut quid necessariom ad effectum Sacramenti.

Nam contra est, quia Tridentinum ait dolorem excludentem voluntatem peccandi, & habentem spem veniæ esse donum Dei, & partem hujus Sacrsmenti, adeòque si non excludit voluntatem peccandi, nec habet spem veniæ; tunc non erit Dei donum supernaturale, nec erit pars hujus Sacramenti. Cum ergo carentia effectua peccandi, & spes veniæ constituat dolorem supernaturalem partem Sacramenti; hinc si talis dolor desit sivè vincibiliter, sivè invincibiliter deest Sacramentum, ut non adest Sacramentum Eucharisticum tritico deficiente vincibiliter, vel invincibiliter.

Contra secundo, quia verus dolor supernaturalis offensæ Dei semper inseparabiliter constituitur proposito non peccandi de cętero, cùm tam sint Divinæ offensæ præterita, præsentia, quàm futura.

Contra tertio, quia defectus expliciti propositi non tollit propositum implicitum non peccandi de cętero, & idem operatur ac si esset explicitum, quia taciti, & expressi eadem virtus, & expressio eorum, quæ tacitè continentur nil plus operstur, adeòque cum tali proposito implicito hsbetur idem, ac cum proposito explicito: Suarius *tom.4. in 3. par. disp.20. sect.4. n.34.* Nugnus *tom.2. in 3. par. qu.1. in additione art.1. dub.5. concl.2.* Leander *disp.7. quæst.22.* Pisanus in *appendice num.57.* Et ratio est, quia absque tali explicito proposito habetur vera contritio à Tridentino requisita cum spe veniæ, & implicito proposito non peccandi in futurum; nec à Tridentino requiritur propositum explicitum, sed satis est excludi voluntatem peccandi, & haberi spem veniæ, quæ habentur per propositom implicitum non peccandi inclusum in dolore supernaturali offensæ Dei. Quod propositum non peccandi habetur etiam in supernaturali actu Divini amoris.

2490 Defectus integritatis nõ tollit valorẽ Sacramenti, sicut tollit defectus doloris universalis.

Ex dictis fit defectum integritatis non tollere valorem Sacramenti, defectum doloris univer-

versalis tollere essentiam Sacramenti; adeòque sine dolore confessus etiam invincibiliter, nullum reciperet Sacramentum. At confessus invincibiliter relinquens ex oblivione aliqua peccata, reciperet Sacramentum, si dolorem supernaturalem universalem habeat.

Dices primo: omnia Sacramenta sunt collati-
2491 Argumentis in oppositũ fit satis. va gratiæ; ergo omnia sunt destructiva peccatorum; ergo omnia, vel nulla debent esse informia.

Respondetur, omnia Sacramenta esse collativa gratiæ, sed non omnia esse per se ordinata ad destruenda omnia peccata, sed solùm per se esse Sacramentum Pœnitentiæ remissivum destructivum peccatorum; adeòque solùm Sacramentum Pœnitentiæ constituitur per illas partes, quæ reddunt Sacramentum destructivum, & peccatum destruibile. Peccatum autem remissibile, sivè destruibile est peccatum detestatum, & ut non est remissibile unum sine alio, ità detestatio unius non alterius non reddit peccatum destruibile, nec materia hujus Sacramenti.

Dices secundo: Baptismus potest esse informis ob defectum doloris; ergo etiam Sacramentum Pœnitentiæ.

Respondetur primo, hinc probari Sacramentum Pœnitentiæ scienter receptum à ponente obicem esse validum, & informe, ut est validum, & informe Sacramentum Baptismi scienter receptum à ponante obicem.

Respondetur secundo, disparitatem esse, quia
2492 Disparitas inter Baptismum, & Pœnitentiam. dolor non est pars essentialis Baptismi, ut patet in infante, qui sine dolore recipit validum Baptismum: at dolor universalis est pars essentialis Sacramenti Pœnitentiæ, quo deficiente, deest Sacramentum.

Dices tertio: alia plura Sacramenta sunt valida, & informia; ergo etiam Sacramentum Pœnitentiæ.

Respondetur neg. consequentiam, quia Sacramentum Pœnitentiæ, non alia Sacramenta constituitur dolore supernaturali cum proposito generali non peccandi de cetero. Trident. *sess.* 14. *c.*4.

Dices quarto: attritio supernaturalis peccati
2493 4. Objectio. confessi non est pars constitutiva Sacramenti Pœnitentiæ; ergo sine illo poterit esse Sacramentum validum, & informe. Antecedens patet, quia pars Sacramenti debet esse sensibilis, saltem per confessionem, & dolor supernaturalis non est sensibilis; ergo non est pars Sacramenti.

Diluitur. Respondetur, materiam Sacramenti, & sic dolorem supernaturalem manifestari ipsa confessione, vel ipsa angonia, vel alio signo sensibili tunctionis pectoris, &c.

Dices quinto: confessio potest esse valida li-
2494 5. Objectio. cèt non sit omnium peccatorum, ut patet, quando dimidiatur confessio ex causa, vel peccata aliqua manifestari non possunt, puta quia sunt oblita, &c. ergo dolor non omnium peccatorum, quæ sunt in anima, erit materia sufficiens pro valore Sacramenti.

Dupliciter solvitur. Respondetur primo, hinc probari validè confiteri, scienter ponentem dolorem non omnium peccatorum, quæ habet in anima, ut quædam, non omnia peccata commissa in certis casibus, etiam scienter confessa reddunt validum Sacramentum, quod est absurdissimum.

Respondetur secundo, disparitatem esse; quia dolor magis requiritur ad valorem, quàm confessio omnium commissorum, quia Sacramentum tendit ad remittenda peccata, & ad conferendam gratiam per dolorem, quo homo avertit se à peccato, & convertit se ad Deum: nec hic dolor potest esse dispositio ad gratiam, nec constituera Sacramentum remissivum peccatorum, nisi sit omnium peccatorum dolor; cùm sit impossibile gratiam delere unum, & non alterum peccatum, & ut gratia non potest delere unum, & non alterum; ità dolor dispositio ad gratiam, nequit unum, non alterum peccatum detestari.

Ut enim scienter dolens de uno non de alio, non recipit Sacramentum, ità etiam ignoranter dolens de uno, non de alio peccato à se commisso, nullum recipit Sacramentum; nam Christus Dominus eandem instituit materiam Sacramanti, sivè quis sciat, sivè ignoret sua peccata commissa: sed dolor supernaturalis omnium peccatorum, quæ sunt in anima est materia in pœnitente, qui scit à se peccata commissa; ergo idem dolor omnium peccatorum est materia in ignorante omnia sua peccata à se commissa. Dolor ergo constitutivus Sacramenti Pœnitentiæ est universalia omnium, quæ sunt in anima. Primo, quia debet habere propositum non peccandi de cetero. Secundo, quia est dispositio ad grattiam ex Trid. sanctificantem, quæ non delet unum, & non alterum peccatum; ergo ipsa dolor non potest esse unius, non alterius peccati; quia dispositio, & forma debent proportionari, cùm non possit produci forma, si desit dispositio; ergo si forma excludit omnia peccata, dolor dispositivus ad istam formam debet esse omnium peccatorum.

Ex his resolvitur primo:

An hoc Sacramentum possit esse informe, & validum ex defectu doloris supernaturalis.

NEga: quia ex Trident. *sess.* 14. *can.* 4. requiritur dolor supernaturalis. Suar. *disp.* 20. 2495 Sacramentũ nequit esse informe, & validum ex defectu doloris supernaturalis.
sect. 2. Vasq. *q.* 92. *art.* 2. *dub. un. num.* 13. Molina in *concord. disp.* 54. *in fine.* Tannel 2. 2. *quæst.* 183. *art.* 4. *disp.* 2. contra Sotum in 4. *dist.* 18. *quæst.* 3. *art.* 3. Canum *relect. de pœnit. par.* 5.

Secundo resolvitur:

An repetenda confessia carens omni dolore?

AFfirma: nam dolor essentialiter requiritur, & ille qui disponit ad gratiam. Trident. 2496 Confessio carens omni dolore est repetenda.
sess. 14. *c.* 4. Lugo *disp.* 22. *num.* 66. Palaus *tom.* 4. *tract.* 23. *puncto* 12. *num.* 1. contra Sylvestrum v. *Confessio* 1. *qu.* 21. ubi Rosella §. 4. Angelus *num.* 27. ajentes validam confessionem sine omni dolore, dummodo desit complacentia alicujus peccati.

An putans se habere non habens attritionem, debeat iterum confiteri?

AFfirma: quia Sacramentum non recipit defectu doloris exigiti à Trident. D. Bonav. 2497 Putans habere attritionem, quam non habet, tenetur iterum cõfiteri.
in 4. *dist.* 17. *par.* 2. *art.* 2. *qu.* 3. Suar. *disp.* 22. *sect.* 4. *num.* 23. Vasqu. *quæst.* 92. *art.* 2. *dub. un. num.* 26. Contra Victoriam in *relect. de potest. Eccl. qu.* 2. *num.* 9.

An deficiente dolore validum essentialiter possit esse Sacramentum?

NEga: quinque Doctores apud Vasq. *loc. cit.* 2498 Absque dolore nequit esse validum Sacramentũ.
num. 13. Laym. *tract.* 6. *cap.* 9. Scotus in

4. *dist.* 17. *qu.* 5. *art.* 3. contra Vict. *loc. cit. qu.* 163. Tarreblanc. *lib.* 24. *pract. cap.* 6. *nu.* 14. & *cap.* 12. *num.* 10. D. Tho. in 4. *dist.* 17. *qu.* 3. *art.* 4 *qq.* 2. *in corpore*, volentes confessionem validam sine omni dolore, dummodo confiteatur pœnitens se dolorem non habere. Pesantium ad 3. *part. quæst.* 10. *dist.* 2. *concl.* 1. licet D. Tho: explicet Gabr. *loc. cit.* §. *his dubiis.*

An voluntariè omittens aliquod mortale faciat confessionem informem validam, & satisfaciat præcepto?

2499 Omittens mortale in confessione invalidè facit confessionem, & præcepto non satisfacit.

NEga: nam delinquit tunc mortaliter carens dolore, & sic nullum recipit Sacramentum. Sex Doctores apud Dianam *par.* 3. *resol.* 120. Fagund. *præcepto* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. contra Sylvestrum v. *Confessio* 4. *num.* 3. Canum *de pœnitent. par.* 5. volentes satisfacere præcepto Ecclesiæ. (46)

An confessio sacrilega ex defectu voluntario, puta omissionis vincibilis examinis debita, sit valida, & Sacramentum informe, ità ut non sit repetenda confessio?

2500 Confessio sacrilega ex defectu essentiali, est invalida, & repetenda.

NEga esse validam, nec satis est confiteri peccatum omissum, & confessionem sacrilegam; nam quando adest peccatum in ipso actu confessionis, deest dolor, etiam naturalis: & sic deest Sacramentum; ergo iterum peccata omnia repetenda, quia nunquam subjecta validæ confessionis Sacramento. Contra Dianam *par.* 2. *tract.* 3. *Miscell. res.* 21. dicentem communem in Schola D. Thom. citantem Scot. in 4. *dist.* 18. *qu.* 3. *art.* 2. & 3. Canum *relect. de pœnit.* Cajetan. *tom.* 1. *Opusc. tract.* 5. *qu.* 5. *cap.* 11. Joann. de la Crux in *Direct. consc. par.* 1. *de Sacram. Pœnit. qu.* 3. *punct.* 9. *concl.* 2. Petrum Fay in *addit. ad* 3. *par. qu.* 9. *art.* 1. *disp.* 1. Bottinum *de Sacram. Pœnit. qu.* 30. Nugnum 3. *par. qu.* 9. *art.* 1. *de Sacram. pœnit. cap.* 13. *concl.* 5. Martin. de Ledesma 4. *par.* 2. *qu.* 8. *art.* 1. *dub.* 3. Covarr. in *cap. alma par.* 1. §. 4. & solis Thomistis communem ait Fanst. *de pœnit. qu.* 188.

Hinc ad sequentem:

An Confessio ex quocunque capite sacrilega, puta si ex rubore, ex negligentia, & quacunque alia culpa voluntariè omittatur peccatum, sit validè informis, & non repetenda Confessio?

2501 Confessio ex quocunque capite sacrilega est invalida, & repetenda.

NEga: ex eadem ratione, quia culpa lethalis tollit dolorem etiam naturalem peccatorum; & sic tollit partem, & essentiam Sacramenti, non existentis sine dolore supernaturali. Trident. *sess.* 14. *c.* 4. & peccata sunt ità, ac non confessa. Suar. *de pœnit. disp.* 22. *sect.* 6. Vasq. 3. *par. tom* 4. *q.* 92. *art.* 2. Coninck *disp.* 7. *dub.* 11. Bonac. *disp.* 1. *qu.* 5. *punct.* 2. *sect.* 2. Contra Joann. Mariam de Cosilento Minoritam Samnitam in *impress. Veneta* 1652. *in Seraphica Polleantea Theol. Moral. diss* 33. §. *utraque opinio, fol.* 389. dicentem totam esse in praxi non repetere confessionem factam, sed tantùm peccatum omissum sacrilegè, & numerum confessionum sacrilegarum.

Fortè innititur hæc opinio, sufficere ad confessionem, ut sit materialiter valida, & informis, sed puto obstare Bullam Alex. VII. negantem satisfieri præcepto per confessionem voluntariè nullam, ut est sacrilega.

Remissio peccatorum.

§. II.

2502 Effectus pœnitentiæ est remissio omnium peccatorum.

EFfectus hujus Sacramenti est peccatorum omnium remissio cujuscumque generis, speciei, numeri, quantitatis, & qualitatis; nullum namque est peccatum, quod pœnitentia delere nequeat. Trident. *sess.* 6. *c.* 14. *c. firmiter. de Summa Trinit. & Fide Cathol.* Sapientiæ 2. Isaiæ 55. Hieremiæ 18. Ezech. 18 Matthæi 18. Lucæ 3. Bellarm. *lib.* 2. *de gratia cap.* 5. & *lib.* 2. *cap.* 15. Joelis 2. ibi: *patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitiam.* Et ratione suadetur, nam Divina, infinita, incomprehensibiliter misericordia, nulla valet impietate superari. 1. Joann. 2. *ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non solùm pro nostris, sed etiam pro totius mundi.*

Dices, obstat text. Marci 3. Lucæ 12. ubi blasphemia in Spiritum Sanctum non remittitur.

2503 Aliqua peccata dicuntur irremissibilia, quatenùs difficiliter remittuntur

Respondetur, ibi idem est non remittitur, ac cum difficultate remittitur, & blasphemia fuit pro illo, qui sibi viam præcludit ad salutem, dicendo, opera Spiritus Sancti facta ad probandam Catholicam Fidem esse à Diabolo; hic enim blasphemus arcet à se salutis media, & quamdiù arcet, impossibile est salvari. Sic etiam respondetur ad Apostolum ad Hebræos 6. dicentem: *Impossibile est semel illuminatos, & postea relapsos ad pœnitentiam revocari.* Sumitur enim ibi impossibile pro difficili, cùm reverà lapsus, relapsus resurgere potest, ut lapsus resurrexit Petrus, resurrexit David. Idem dicas ad 1. Joann. 5. ibi: *est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis,* scilicet conversionem esse difficilem.

Dices secundo, obstat text. Joann. 10. ibi: *non poterant credere*; & Isaiæ 6. ibi: *excæcavit oculos eorum.* Hieremiæ 51. ibi: *curavimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam.*

2504 Omnibus datur gratia ad resurgendum.

Respondetur, Dominum Deum nostrum etiam scelestissimis dare gratiam ad resurgendum. Apocalyps. 3. ibi: *sto ad ostium, & pulso.* Sed auxilium non omnibus datur efficax, sed multis sufficiens, quo poterunt salvari, & non salvabuntur, qua ratione isti dicuntur indurari, obcæcari, non credere cum effectu salutis.

Dices tertio, obstat 2. Machab 9 ibi: *orabat scelestus ad Deum, à quo non erat misericordiam consequuturus*; ergo dantur aliqua peccata, quæ non remittuntur.

2505 Antiochus verè nō pœnituit, ideo misericordiā non est assecutus.

Respondetur, Antiochum verè non pœnituisse, ut indicant illa verba: *orabat scelestus*; alia videas apud Sotum in 4. *dist.* 15. *qu.* 2. *art.* 1. Arriagam *tom.* 8. *disp.* 12. *num.* 26.

Hinc patet:

An sit aliquod peccatum adeò perditissimæ pravitatis, ut Deus deneget ob illud gratiam ad pœnitendum?

2506 Nullum est peccatum ob quod Deus denegat gratiam ad illud remittendum.

NEga: *cap. firmiter. de Summa Trinit. & Fide Cathol.* Trid. *loc. cit.* Matth. 18. D. Augustin. *de prædest. cap.* 24. S. Cypr. *lib.* 4. *Epist.* 2. S. Chrysostom. *homil.* 4. *de Lazaro.* Contra Henriquum *quodlibeto* 8. *quæst.* 1. Abulens. in Exod. *c.* 4. *qu.* 12. Catherin. *Opusc. de reprob.* Ruffensem *art.* 38.

(46) Vide suprà *num.* 1909. ubi *Alex. VII.* habes Propositionem XIV. ab Alexandro VII. damnatam: *Qui facit Confessionem voluntariè nullam satisfacit præcepto Ecclesiæ.*

art. 38. Medin. *lib. 3. de recta in Deum fide cap. 1.* ajantes aliquos peccatores ad tantum peccatorum cumulum in hac vita pervenire, ut amplius sufficientes eos pœnitere nequeant. ad Rom. 9. ibi: *cujus vult miseretur, & quem vult indurat.* Et Psalm. 80. ibi: *dimisi eos secundum desideria cordis eorum.* S. Isidorus *de summ. bon. cap. 15.* ibi: *nonnulli ità despiciuntur à Deo, ut non possint mala plangere, etiamsi velint.* Ad quæ loca respondetur, tantùm judicari gravem difficultatem, vel denegari auxilium efficax perditissimorum habituum, ut inclinatione illa naturali malis moribus, habitu gravata anima demergatur, & sordidissimis prella cupiditatibus emergendi moraliter vi careat; ut rectè observat Arriaga *loco cit. num. 42.*

Omne ergo peccatum pœnitentia vera remitti potest. Sed hic est aliqua difficultas.

An possit remitti unum peccatum sine alio?

2507 Unum peccatum nequit remitti sine alio.

NEga secundum potentiam Dei ordinariam; nam de facto per Sacramentum confertur gratia, quæ omne peccatum tollit.

De potentia verò Dei absoluta.

An possit Deus remittere unum sine alio?

2508 Quid de potentia Dei absoluta.

AFfirmant Suarez *de pœnitent. disp. 10. sect. 1.* Coninck *disp. 2. dub. 11.* Adrian. in 4. *de pœnit.* Quod mihi non displicet, nam non implicat contradictionem, sive gratia infundatur; cùm sit opinio gravissimorum Theologorum, absoluta Dei potentia posse coexistere gratiam, & peccatum, contradictione aboleta per diversa connotata. Contra Sotum in *4. dist. 15. qu. 1. art. 3.* Beccan. *cap. 31. qu. 6.*

De fide ergo est de facto omnia peccata remitti per veram pœnitentiam. Trid. *sess. 6. de justific. sess. 14. de pœnit. c. 9.* At de potentia absolutâ diversa diversis placent.

Deletur Reatus pœnæ æternæ?

§. VIII.

2509 Confessione vera tollitur reatus pœnæ æternæ.

TErtius affectus confessionis est unà cum peccato tollere pœnam æternam. Triden. *sess. 6. c. 14.* ad Roman. ibi: *fructum vestrum in sanctificatione, finem autem vitam æternam.* ad Rom. 8. v. 1. *nihil damnationis est iis, qui sunt in Christo Jesu.*

2510 Remanet tamen aliquis reatus pœnæ temporalis.

Relinquitur tamen aliquis reatus pœnæ temporalis, ut fideles virtutibus exerceantur. Eccles. 5. ibi: *de propitiato peccato noli esse sine metu.* Sic David post remissionem multa exercuit satisfactionis opera. 2. Regum 20. & 24. Job 9. v. 28. ibi: *sciens quod non parceres delinquenti,* scilicet remanente pœna temporali solvenda. Trid. *sess. 6. c. 14. can. 30. sess. 14. c. 2. & 8. & can. 12. 13. 14.* in quo differt Sacramentum Confessionis à Baptismo tollente culpam, & omnem pœnam; licèt aliquæ hujus vitæ ærumnæ baptizatis remaneant. Pœna ergo illa temporalis est aliis piis operibus tollenda. Trid. *sess. 14. c. 8.* ibi: *facientes fructus dignos pœnitentiæ.* Quæ opera pia fieri debent in statu gratiæ, ubi sint pars integralis pœnitentiæ. Trid. *sess. 14. c. 8.* ibi: *in Christo vivimus, meremur, & satisfacimus, facientes fructus dignos pœnitentiæ.* S. Thom. in 4. *dist. 15. q. 1. art. 3. qu. 2.* ubi D. Bonav. *art. 1. q. 3.* Durandus *q. 2.*

Sed hic quæri solet:

An peccata remissa per Sacramentum reviviscant, si pœnitens iterum labatur?

2511 Peccata per pœnitentiam remissa, non reviviscunt, si alia committantur.

NEga: secundum legem ordinariam. Ezech. 18. v. 21. ibi: *si impius egerit pœnitentiam omnium iniquitatum suarum, quas operatus est, non recordabor.* Mich. 7. v. 19. ibi: *projiciet in profundum maris omnia peccata nostra.* Nahum 1. v. 9. ibi: *non consurget duplex tribulatio.* ad Roman. 11. v. 29. ibi: *sine pœnitentia sunt dona Dei.* c. *Divina. 24. de pœnit. dist. 4.* ibi: *Divina clementia dimissa peccata in ultionem ulterius redire non patitur.* c. *si illic. 29. 23. qu. 4. can. recedit. de pœnit. dist. 4.* S. Thom. quem sequitur Suarius *disp. 17. sect. 1. & 2.* Scotus *in 4. dist. 22.* & ferè omnium ut Arriaga *loco cit. disp. 15. num. 14.* rectè dicens non redire nec culpam, nec pœnam; nam de privatione ad habitum naturaliter non datur regressus, & culpa cum pœna fuit purè jam extincta. Tantùm redit scilicet privatio Divinæ visionis objectivæ, quæ privatio non suscipit magis, & minus: est contra quosdam relatos à Magistro in *4. dist. 22.* volentes redire quantum ad culpam, & pœnam æternam, vel quia remissio fuit conditionalis, scilicet si pœnitens rursus non labatur, vel quia putant talem esse peccatorum naturam, & sunt Gratian. *de pœnit. dist. 4. in princ.* Hugo de S. Victore *lib. 2. de Sacram. p. 14. cap. 9.* Guilielm. Paris. *col. 3. de Sacram. pœnit.* Durand. in 4. *dist. 22. qu. 1.* docens non redire pœnam sensus, sed damni.

2512 Differentia inter merita, & peccata.

Disparitas autem inter merita, & delicta est, quia merita mortificata semper remanent in acceptatione apud Deum; nam sunt ex principio vivo Christi Domini, & gratiæ: at remissa purè scelera nil sui relinquunt, nec novo flagitio donum Dei, nec putam condonationem resolvi, aut iterari valet.

Sed quid dicendum de potentia Dei absoluta?

2513 Quid si Deus remittat peccatum per condonationem extrinsecam.

DIst. vel Deus remittit peccatum per condonationem resolutivam extrinsecam justitiæ sine infusione gratiæ, vel cum infusione gratiæ sanctificantis. Si per condonationem extrinsecam velit peccatum remittere, potest absolutè, & potest sub conditione resolutiva condonare. Idemque est si velit remittere infundendo gratiam sanctificantem. Si remissio per conditionem extrinsecam, vel per gratiam sit absoluta (ut de facto est per infusionem gratiæ) tunc peccatum semel ità remissum redire nequit. Et peccator semel absolutus nequit sine sua voluntate iterum fœdari, nec Deus potest esse auctor peccati; nec ergo homo, nec Deus, non homo, quia nequit esse auctor peccati, quod desiit.

2514 Quid si sub conditione resolutiva.

Si verò Deus remittat peccatum sub conditione resolutiva, ut condono peccatum, sed si iterum peccabis, volo esse inimicus tuus ex novo, & remisso peccato. Tunc enim si conditio verificetur, peccatum redit, licèt enim de facto peccatum recedat, tamen redit ex prima voluntate peccatoris, cui sub conditione à Deo peccatum remittitur. Arriaga *tom. 8. disp. 15. n. 32.* Deus namque Dominus potest pro libito injuriam sibi factam sub tali conditione remittere.

Potest etiam remittere peccatum sub conditione, ut si iterum peccator peccabit, redeant peccata remissa quoad pœnam, hoc est ut de novo peccans luat pœnas debitas novo, & antiquis peccatis remissis, nec in hoc aliquid absur-

di relucet, licèt de facto Deus absolutè peccata, & pœnas peccatorum remittat, itàut neutrum redeat,

Nec obstat Psalm.78. v.8. ibi: *ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum*. Et Ps.108. v.14. ibi: *in memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini*. Et Jacobi 2. *qui in uno peccat, factus est omnium reus*. Et Matth. 18. ubi servus nequam traditus fuit tortoribus usque dum redderet universum, etiam remissum debitum. Nam peccatum dicitur redire quoad effectum privationis gratiæ, & æternitatem pœnæ, Deique inimicitiam; nam quoad hoc itaest, commisso peccato novo, ac si antiqua nunquam fuissent remissa; nullum namque levamen recipit de novo peccans ex remissione peccatorum præteritorum. Imò remissio præteritorum auget peccatum sequens ingratitudinis vitio; nam deformis est benefactorem injuria afficere. Scotus in 4. *dist.* 22. *quæst.* 1. *art.* 3. quæ ingratitudo contrahitur, si cognoscatur à de novo peccante, magisque in illo, qui ideò de novo peccat, quia ejus peccatum remissum fuit. Medina *de pœnit. qu.* 9. v. *aliud etiam*.

2515 Ingratitudo qua Deus offenditur, post remissũ peccatum, non explicanda in cõfessione. Dicta ingratitudo non est explicanda in confessione, quia in omni peccato imbibitur; nam quodlibet peccatum adversatur Divinis beneficiis; & hic est generalis circumstantia, & exprimitur expresso quolibet peccato, nam expressa specie exprimitur genus; esset tamen specialiter explicanda, si quis ideò de novo peccaret, ut sit ingratus. Scotus *loco cit*.

Reparantur merita mortificata unà cum gratia per pœnitentiam.

§. IV.

2516 Opera mortua non reparantur. DAntur opera viva, mortificata, mortua. *Mortua*, sunt facta in peccato mortali, etiamsi bona sint, & supernaturalia facta viribus gratiæ actualis, ut patet de actu attritionis facto in peccato mortali, carent namque principio gratiæ sanctificantis; ideòque mortua sunt. 1. ad Corinth. 13. v. 2. & 3. ibi: *si caritatem non habuero, nihil sum, si tradidero corpus meum, ità ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest*.

2517 Opera viva sunt, quæ fiũt in gratia. *Viva*, sunt quæ exercentur ab homine existente in gratia sanctificante, ratione cujus tanquam à principio intrinseco opera vivunt. Joann. 4. 1. ad Corinth. 15. v. 58. ibi: *abundantes in omni opere bono*.

2518 Mortificata per peccatũ, pœnitentia reparantur. *Mortificata*, sunt opera facta in gratia sanctificante, si operans deinde peccet, tunc enim illa mortificata sunt, quia pro tali statu peccati non prosunt ad vitam æternam. Ezech. 18. v. 24. ibi: *si averterit se justus à justitia sua, feceritque iniquitatem, omnes justitiæ ejus, quas fecerat, non recordabuntur, &c.* Certum est, opera, non mortua, sed per pœnitentiam mortificata, reviviscere. Ad Hebr. 6. v. 9. ibi: *confidimus autem de vobis dilectissimi meliora, & viciniora saluti: tametsi ità loquimur; non enim injustus Deus, ut obliviscatur operis vestri*. Ezech. 18. v. 21. ibi: *Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, vita vivet, & non morietur; omnium iniquitatum ejus, quas operatus est, non recordabor*. Trident. *sess.* 6. *c.* 16. ibi: *Justificatis hominibus, sivè acceptam gratiam perpetuò conservaverint, sivè amissam recuperaverint, proponenda sunt Apostoli verba: abundantes in omni opere bono, scientes, quod labor vester non est inanis in Domino; non enim injustus est Dominus Deus, ut obliviscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ejus*. Quibus clarè innuatur opera bona recedente peccato reviviscere: gratis namque Concilium dixisset *sivè gratia perpetuò fuerit conservata, sivè amissa, ac jam recuperata*, si tantùm voluisset exprimere esse capacem meriti, qui amissam gratiam recuperavit, ut rectè Suar. *Opusc. de reviviscentia meritorum disp.* 1. *sect.* 1. à *num.* 14. Arriaga *loco cit. disp.* 16. *num.* 7. Et est omnium; ità ut oppositum, temeritatis, impietatis nota fœdari possit. S. Tho. 3. *par. qu.* 89. Gratian. *de pœnit. can.* 14. ibi: *timeat ne omnia bona, quæ fecit, dum in uno peccato perseveraverit, & contaminatione, seu communicatione mali perdiderit, ut qui servivit diabolo per crimen, Dei, quam obtulit, perdiderit servitutem*.

Sequentes nunc controversiæ discutiendæ; Primo.

An gratia reviviscat secundum omnes antiquos gradus?

AFfirma: sivè dispositio, qua reviviscunt, sit intensa, sivè remissa, secus amitteretur portio meritorum, si in antiqua intensione non reviviscerent. Cessante enim obice peccati suum effectum obtinent merita, ut esse conformius Divo Thomæ ait Maderon. apud Contenson citandum. Major. in 4. *dist.* 22. *qu.* 2. Gabr. in 4. *dist.* 14. *qu.* 3. *art.* 3. Occam ibidem *quæst.* 9. *dub.* 6. Suar. *loco cit. sect.* 3. *num.* 12. Lugo *de pœnit. qu.* 6. *sect.* 7. §. *dicendum autem*. Contra Contenson. *tom.* 9. *de pœnit. dissert. un. cap.* 2. *speculatione* 2. §. *dicendum*, ajentem gratiam, & merita reviviscere juxtà quantitatem dispositionis, in qua Deus reconciliator, quia forma potest recipere magis, & minus, intenditur, & remittitur secundum dispositionem subjecti. 2519 Gratia reviviscit secundum omnes suos gradus.

An recuperentur etiam merita integrè?

AFfirma: ex eadem ratione. Scotus in 4. *dist.* 22. *qu.* 1. *art.* 2. Suar. *loco cit. sect.* 2. *num.* 17. citans tredecim Doctores, & probans ex Trid. *loco cit.* Arriaga *loco cit.* 2520 Merita integra recuperantur.

An etiam reviviscat pristinum præmium meritis correspondens?

AFfirma: nam præmium correspondet meritis, repugnatque dari reviviscentiam meriti sine præmio. 2521 Et pristinũ præmiũ meritis correspondens.

An reviviscant virtutes amissæ?

AFfirma: nam virtutes consequuntur gratiam. S. Thom. *loco cit. art.* 1. *in argum. sed contra*. Patet Lucæ 10. ubi Prodigus emendatus recuperavit primam stolam, & recuperator gratia quondam acquisita. Suarius *loco cit. sect.* 3. *num.* 56. Lugo *disp.* 11. Arriaga *loco cit. disp.* 16. *num.* 52. ex Joel. 2. ibi: *reddam vobis annos, quos comedit locusta*. Contra Vasq. 2. 2. *disp.* 221. *cap.* 7. Hurtad. *disp.* 3. *diff.* 25. volentes gratiam ex opere operato Sacramentorum, deleto peccato non reviviscere, non enim est major ratio de uno, ac de alio, & sic reviviscit. Gratia enim Sacramentorum ex opere operato debita etiam si Sacramenta sint recepta in fictione; nam non per hoc Sacramenta bona non sunt. Hinc semper ac quis resurgit, recuperat quidquid boni amisit, & consequenter ad majorem gratiam, merita, & virtutes. 2522 Virtutes amissæ per pœnitentiã reviviscunt.

An

An prædicta redeant ex justitia, an ex misericordia?

2523 An hæc ex justitia, an ex misericordia redeant remissive.

PEndet controversia, si inter Deum, & creaturam possit dari justitia; de qua altiùs disputabimus. Theologi tunc asserentes posse, posito pacto inter Deum, & creaturam.

Hoc ergo Sacramento consequuto delentur omnia peccata, confertur gratia, reatus pœnæ æternæ tollitur, recuperatur quidquid amissum est, omnes gratiæ, virtutes, & merita, in mensuram intensionis, in qua fuerunt amissa; quibus majorem gloriam consequimur, & infinitæ Sanctissimæ Trinitatis bonitate visionis intuitione, nos in nostra bonitate, Divina reciproca amoris, & cognitionis perfruemur, ubertate sine tedio, societate sine nausea, & fontem vivum pergustabimus semper sitientes sine passione, quam Deus nobis, &c.

De Sigillo Confessionis.

CAPUT XIV.

2524 Sigillum à confessione auferri nequit.

INter præcipuos Sacramentalis confessionis, non tam effectus, quàm proprietates inauferibiles, recensendum est Sigillum, de quo Essentiam I. II. Ortum. III. Personas illo ligatas. IV. Materiam recensebimus. V. An liceat uti confessionis scientia. VI. Quomodo loquendum ex consensu pœnitentis. VII. Quomodo probetur fractum Sigillum, & quibus pœnis violantes Sigillum puniantur. (47)

Quid sit.

§. I.

2525 Sigilli Sacramentalis definitio.

EST strictissima indispensabilis Juris Divini obligatio occultandi audita in ordine ad absolutionem Sacramentalem quomodocumque, & à quibuscumque. D. Tho. in 4. *dist.* 21. *qu.* 3. *art.* 1. *qq.* 3. Navar. *cap.* 8. *num.* 1. Raslerius *de pœnit. cap.* 9. §. 1. Dicastill. *de pœnit. disp.* 12. *n.* 24. Gobat *exper. Theol. Sacram. tract.* 7. *num.* 782. & 784. Itaut nullus est excogitabilis casus, in quo liceat sine consensu certo pœnitentis sigillum frangere. Henriq. *lib.* 6. *de pœn. Sacram. lib.* 3. *cap.* 19. §. 5. Nam Christi Domini sapientia omnibus

2526 Positum est ut amabile reddatur Sacramentum Pœnitentiæ.

voluit reddere Sacramentum amabile; adeòque exclusit omnia, quæ odiosum reddunt, & inclusit omnia, quæ amabile faciunt, ut est omnimoda occultatio pro quocumque etiam specialissimo casu. In quo differt à naturali secreto non obligante in præjudicium boni communis. Contra Contingium *tom.* 5. *de rebus publicis totius Orbis. Miscell. de Hispania. num.* 108. impiè ajentem, non tacendum in Sacramentali confessione exceptum cum periculo boni publici, politici, Ecclesiastici.

2527 Consensus præsumptus, vel probabilis non sufficit ut infra.

Dixi *sine consensu pœnitentis certo*; quia non sufficit præsumptus, nec probabilis, ut ex indiciis, conjecturis; nam cum illa præsumptione, & probabilitate potest esse ut dissentiat pœnitens.

Non sufficit dissensum irrationabilem haberi ut consensum; nam id redderet Sacramentum odiosum, & pœnitens timore nè Confessarius, licèt irrationabiliter invito, propalaret flagitium confessum, absterreretur, detarreretur à manifestatione conscientiæ.

Ortus.

§. II.

2528 Sigillũ Confessionis obligat Jure naturali.

SIgillum est primo Juris naturalis adstringens ad secretum, & proximum non infamandum; Verùm quia id non poterat obligare cum damno communi, cui bonum particulare famæ cedere tenebatur, superadditum est. II. Strictiùs jus Divinum vi Sacramenti, quo Sacerdos excipiens peccata ut Deus, non ut homo, non tenetur consulere bono communi. Homo

Jure Divino

enim ut homo, & sicut pars debet consulere bono totius Communitatis: et peccata non ut homo, sed ut Deus excipit in hoc Sacramento, qui Deus non emplùe veluti recordatur peccatorum. Psalm. 31. ibi: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* III. Jure Canonico custodiendum etiam est sigillum. *c. omnis utriusque sexus. de pœnit. & remiss. can. Sacerdos. de pœnit. dist.* 6. D. Thom. *in addit. ad* 3. *par. qu.* 11. *art.* 1. Scotus in 4. *dist.* 21. *qu.* 2. Bonac. *disp.* 4. *quæst.* 6. *puncto* 1. Leand.

Et Jure Ecclesiastica.

dans vigintiquinque Doctores *tom.* 1. *de pœnit. tract.* 5. *disp.* 10. *quæst.* 2. Arriaga *tom.* 8. *disp.* 45. Averia *de pœnit. qu.* 18. *sect.* 2.

Hinc

2529 Frangens sigillum peccat contra fidelitatẽ, Justitiam, & Religionem.

Frangens sigillum peccat multipliciter.

I. COntra fidelitatem non servatam, propalando ei commissa sub secreto. II. Contra justitiam infamando proximum. III. Sacrilegè contra jus naturale, & Divinum Religionis. Contra Dicastillium *disp.* 12. *num.* 19. ajentem tantùm peccare contra justitiam, & Religionem, contra Moure 3. *par. cap.* 7. §. 9. *num.* 23. ajentem tantùm peccare uno peccato sacrilegii.

In qua confessione hoc sigillum obliget?

2530 Sigillũ oritur ex confessione Sacramentali tantùm.

TAntùm in Sacramentali; & sic confessio, in qua quis propalat peccata in ordine ad obtinendam absolutionem; nam favore Sacramenti, in quo pœnitens gerenti Dei personam loquitur, est hoc sigillum introductum. Dicastill. *disp.* 12. *num.* 24. & dicta sunt tali sigillo abscondita. Licèt pœnitens fortè indispositus absolutionem non consequatur. Martin. Perez *disp.* 34. *sect.* 3. *num.* 9.

Alia verò secreto dicta, non in ordine ad con-

(47) Decraveram nonnulla scitu digna opportunis in locis hujus Capitis de Sigillo Confessionis in medium apponere, & jam ad umbel com devenerans, ad majorem tam utilis, ac gravis materiæ dilucidationem; loci tamen angustia, ne plus æque assurgeret volumen hoc, me cohibuit spartam hanc derelinquere. Verùm Optime Tyro si penitioris studiorum, ac doctrinæ amor te extimulat, non pigeat hac de re recentiores posttimorum Theologos evolvere, qui optime provinciam hanc navarunt: Inter quos præ cæteris eminet Du Fresnoy Vir eruditis apprimè notus, qui peculiari tractatu complexus est quidquid veteres recentioresque Theologi de Sigillo vulgarunt; eoque comprobat doctrinam Ecclesiæ de Sigillo Confessionis semper sartam tectam, uniformiter extitisse, in eaque tuenda cunctis seculis presto fuisse divinam opem, quæ homines, etsi proni quodcunque scelus pluries patrandi, speciali providentiæ ducta cohibuit Divinum hoc præceptum Sacramentalis Sigilli infringere; ita ut ex universa sacra, & prophana Historia fere numquam, aut rarò reperitur est fuisse transgressum: Imò non defuisse, qui non rarò illud proprio sanguine tutati sunt, ut eruditè probat laudatus Auctor, quem consule in Opere Gallico, cui titulus: „ Traité Historique, & Dogmatique du „ Secret inviolable de la Confession, où l'on mon„ tre quelle à toûjours été à ce sujet la doctrine, & „ la discipline de l' Eglise, avec la resolution de „ plusieurs difficultes, qui surviennent tous les „ jours sur cette materie. par M. Lenglet du Fres„ noy ann. 1708.

2531 *Dicta secretò non in ordine ad absolutionē, hoc sigillo non teguntur, sed naturali.*

consequendam absolutionem, sed causa consilii, vel ad exhilarandum animum oppressum, vel ad subvertendum Confessarium, &c. etiamsi quis protestetur se dicere sub sigillo confessionis, præmissa Cruce, & flexis genibus, sunt totum naturali tegenda secreto. Bassæus v. *Confessio.7.num.*6. Gobat *Theol.exper.tract.7. nu.*797. & 758. Lugo *disp.*23.*num.*47. Anton. à Spir. S. *tom.*1.*Direct.tract.*5.*num.*1504.

Personæ hoc sigillo adstrictæ?

§. III.

2532 *Omnes audientes peccata in ordine ad absolutionē hoc sigillo ligantur.*

SUnt omnes, peccata dicta in ordine ad absolutionem percipientes, Confessarii, Consiliarii, interpretes, Prælati, seculares casu peccata confitentis percipientes, scripturam illorum peccatorum invenientes, aut se Confessarios fingentes. Quæ separatis turgentes difficultatibus, separatam sibi vindicant orationem.

Confessarius.

2533 *Et primo Confessarius*

STrictissima hujus sigilli obligatione constringitur, ità ut nec in genere valeat dicere de pœnitente, qui cognosci valet, ille confessus est lethalia. Adrian. in 4. *tit. de Confess.* §. *in hac quæstione.* Reginald. *lib.*3. *num.*42. Bassæus v. *Confessio* 7. *num.*7.

Sed

An absolvens publicum peccatorem valeat interroganti dicere se illum absolvisse?

2534 *Potest quis dicere se absolvisse Titiū, qui erat publicus peccator.*

AFfirma: si nihil aliud dicat. Henriq. *lib.* 3. *cap.*31. *num.*2. Victor. *de confess. num.*187. Granad. *tract.* 12. *disp.*6. *num.*4. idque servandum Neapoli ex statuto Synodali, quo Confessarii absolventes publicos peccatores tenentur relinquere schedulam absolutionis.

Sed

An frangat sigillum Confessarius asserens illum confessum venialia?

2535 *Non frangitur sigillum dicendo mihi fassus est venialia.*

NEga: nam id non innotescit ex auditis in confessione, qua saltem venialia fatenda sunt: non tamen potest dicere illum confessum plura, vel tale veniale, quia id non est notum ex natura confessionis, sicque propalaret occultum Divino tectum sigillo. Suar. *de pœnit. disp.* 33. *sect.*2. Hurtad. *de pœnit. disp.* 12. *diff.*4. Navar. in *can. Sacerdos. num.*68. *de pœnit. dist.*6.

Sed

An sigillo teneatur non absolvens pœnitentem indispositum?

2536 *Confessarius non absolvens indispositū, etiā sigillo ligatur.*

AFfirma: nam indispositio non facit, qui in sint peccata confessa in ordine ad absolutionem. D. Tho. in 4. *dist.*21. *qu.*3. *art.*1. Suar. *loco cit. sect.*2. *num.*8. Lugo *disp.*23. *num.*51. Contra plures relatos à Diana *par.*5. *tract.*11. *ref.*26. Repelleretur namque pœnitens ab hoc salubri salutis remedio, timens nè forte repulsus ut indispositus, possint ejus flagitia propalari.

An Confessarius lædat sigillum, cogens pœnitentem ad publicas magnas pœnitentias?

2537 *Confessarius cogens pœnitentem ad publicā pœnitentiam invitū, frangit sigillum, secùs si liberè.*

DIst. vel consentit, vel non consentit pœnitens.

Si pœnitens consentit, non est in culpa Confessarius.

Si pœnitens dissentit, est in culpa, & frangit Confessarius sigillum; nam ipsa pœnitentia propalat peccata fuisse gravia, ut frangeret sigillum altâ voce imponens pœnitentiam gravem, vel clamitans contra pœnitentem, vel notibus exprimens pœnitentem enormia fateri. Sanch. *num.*14. Henriqu. *lib.*6. *cap.*21. *num.*1. Navarr. 6. *Select. cap.*8. *num.*8.

Non sic esset in pœnitentia levi, quia levem culpam indicat. Reginald. *lib.* 3. *cap.*33. Nec Confessarius potest dicere pœnitentiam alicui impositam, nisi valdè levem exprimentem pro veniali impositam. Ut enim potest dicere confessum venialia, ità levissimam pœnitentiam pro veniali. Henriq. *loco cit.* Granad. *tract.* 15. *de pœnit. disp.*6. *quæst.*5. *puncto* 4. *num.*5. Diana *par.*5. *tract.*11. *ref.*27.

Sed quænam hujusmodi levis pœnitentia?

PSalmus *De profundis*, non verò *Rosarium* esse levem pro levi, cum Lugo ait Gobat *Theol. exper. tract.*7. *num.*813. 2538 *Quænam sit levis pœnitentia.*

Miserere levem indicat ait Dian. *par.*5. *tract.* 11. *resol.* 31. Sed cum Dicastillo meritò negat Gobat *loco cit.* quia imponitur saltem ob plura, vel grave veniale.

Putaverim materiam levem esse semel dicere *Jesus*, unam *Gloriam Patri*, &c. nam hæc est infima pœnitentia, & sic non indicat nec plura, nec grave veniale, ut indicant aliæ prolixiores.

Quando liceat Confessario revelare confessionem?

QUando adest pœnitentis expressa licentia; nam sigillum est favore pœnitentis, cui renunciare valet. D. Tho. in 4. *dist.*21. *quæst.*3. *art.*2. ubi Paludan. *num.*42. Adrian. *de confess. qu.*4. Navar. *loco cit. num.* 126. decem, & octo Doctores apud Suar. *disp.*33. *sect.*5. *num.*6. Sà v. *Confessor num.*29. Lugo *disp.*23. *num.*131. Contra Durandum in 4. *dist.*21. *qu.*4. ubi Scot. *qu.*2. Major. *qu.*3. Aureol. *qu.*4. non tamen id potest ex præsumpta, vel tacita licentia, quia hæc potest esse fallax, nec certa jactura honoris, vel juris ad sigillum debet affici expresè non consensiens à Confessario. Henriq. *lib.*3. *de pœnitent. cap.*23. *num.*3. Suar. *loco cit. sect.*5. *num.*14. Contra Altissiodorensem 4. *par. tract.*6. *cap.*2. *qu.*4. dicentem Confessarium posse loqui de re confessa, si rationabiliter putat pœnitentem id velle. Ocagaviam *tract.*3. *de confess. quæst.*1. *num.*6. Capuam *lib.*1. *aurearum cap.*23. *num.*14. 2539 *Cū expressa pœnitentis licētia licet cōfessionem revelare.*

An fingens se Sacerdotem, excipiens confessionem, sigillo adstringatur?

AFfirma: id enim exigit excellentia Divinæ institutionis reddentis perpetuò omninò pœnitentem tutum. Nec Confessarius fictus ex sua culpa deobligandus est, est namque confessio Sacramentalis, quantum est ex parte pœnitentis bonæ fidei. Et confessio Sacramentalis pœnitentis sigillo munita etiam præciso Sacramento, ut patet in confessione indispositi non absoluti sigilli clypeo tuta. Suar. *disp.*33. *sect.*2. Bonac. *disp.*5. *qu.* 6. §. 5. *puncto* 2. *num.*2. Lugo *disp.*23. *num.*40. Arriaga *tom.*8. *disp.*45. *num.*20. Diana *par.*5. *tract.*11. *resol.*15. Gobat *Theol. experim. tract.*7. *num.*783. Hurtad. *de pœnit. disp.*12. *diffic.*3. idem docentes etiam de laico recipiente scienter confessionem putantem ex errore posse remittere peccata, pœnitente idem ex errore sentiente. Contra Socum apud Arriagam *loc. cit.* Tolet. *lib.*3. *cap.*16. *nu.*9. Gabr. à S. Vinc. *de pœnit. disp.*4. *qu.*3. §. *quarta difficultas.* Dicastill. *disp.*12. *dub.*3. *num.*30. negantes laicum sigillo teneri. Et contra Honophrium negantem sigillo teneri jurisdictione carentem. 2540 *Sigillo ligatur etiā fingens se Sacerdotē audiendo confessionem.*

Sed *An*

An sit sigillo munita confessio facta laico, vel Sacerdoti alio fine, quàm ad obtinendam absolutionem, etiamsi dicat se dicere in confessione.

2541 Confessio facta laico, vel Sacerdoti nō in ordine ad absolutionē, nō ligat eos sigillo Sacramentali.

NEga: nam sigillo est munita confessio Sacramentalis. D. Tho. 3. *par. qu.* 11. *art.* 1. sed hæc non est confessio Sacramentalis, ut ex se patet; ergo non ex sigillo munita, & sic tenetur ille celare audita jure secreti naturalis, non vi sigilli Sacramentalis. Arriaga *loco cit. nu.* 19. Gabr. à S. Vinc. *loco cit.* Aversa *loco cit.* §. *quarto quando*, & §. 7.

Sed

An laicus scienter excipiens confessionem causa humilitatis confitentis sigillo teneatur?

2542 Laicus scienter excipiēs cōfessionem ex humilitate pœnitentis, nō tenetur sigillo

NEga: nam Sacramentalis nec est, nec esse potest, nec ad absolutionem ordinatur talis confessio. Vasqu. *qu.* 83. *art.* 4. *dub.* 2. *num.* 6. Turrian. *disp.* 33. *dub.* 1. Candid. *disq.* 24. *art.* 48. Henriq. *lib.* 3. *de pœnit. cap.* 2. *nu.* 7. contra Sanch. *lib.* 6. *Decalogi cap.* 6. *num.* 5. dans septem Doctores, alios apud Dianam *par.* 5. *tract.* 11. *res.* 14.

2543 Audita extra cōfessionem non in ordine ad absolutionē non cadunt sub sigillo.

Ex dictis fit, audientem extra confessionem dicta ei sub sigillo sine ordine ad absolutionem, non esse sub sigillo celanda. D. Tho. 2. 2. *qu.* 70. *art.* 1. *ad* 2. ubi Cajetan. Vasq. *qu.* 93. *art.* 4. *dub.* 3. *num.* 13. Sanch. 3. *de matrim. disp.* 13. *num.* 6. Bonac. *loco cit. punct.* 3. *num.* 3. contra Lopez 1. *p. Summa cap.* 39. Vegam *tom.* 2. *cap.* 160. *casu* 2.

An sigillo teneatur Confessarius recipiens scripta in ordine ad confessionem Sacramentalem?

2544 Excipiens scripta in ordine ad confessionem sigillo ligatur.

AFfirma; nam ita redditur tutius secretum, & amabilius Sacramentum, cui Deus prospexit, & non est ambigendum. Plures apud Dianam *par.* 3. *tr.* 4. *res.* 112. & *par.* 5. *tr.* 11. *resol.* 29. Anton. à Spir. S. *tom.* 1. *Direct. tract.* 5. *num.* 1514. contra Arriagam *loco cit. num.* 25. Aversam *loc. cit.* §. *verò*, citantem Suar. Coninck, Granad. Meratium, Tanderum, Laym. Megalam, & alios. Gabr. à S. Vinc. *loco cit.* §. *prima difficultas*. motos quia illa scriptura est præparatio ad confessionem, non confessio, & sic non tegitur confessionis sigillo.

Consiliarius.

2545 Consiliarius in ordine ad cōfessionem sigillo hoc adstringitur

COnsiliarius est ille, cui Confessarius ex se, vel ex voluntate pœnitentis consilii causa manifestat peccata. Et de isto quærimus:

An sigillo ligetur?

AFfirma: nam illa propalatio causa consilii absolutionem respicit. Et si Consiliarius sigillo non adstringeretur, sequeretur quòd Consiliarius dicens Confessario, eximeret Confessarium à sigillo, Confessario utente Consiliarii libera notione. Navar. *cap.* 8. *num.* 4. Suar. *disp.* 33. *sect.* 4. Lugo *disp.* 23. *num.* 25. plures apud Dianam *par.* 5. *tract.* 11. & *par.* 2. *tract.* 15. *res.* 14. Arriaga *tom.* 8. *disp.* 45. *num.* 25. contra Vasqu. *qu.* 93. *art.* 4. *dub.* 2. *nu.* 10. Coninck *disp.* 9. *dub.* 2. Aversa *loco cit. sect.* 5. ajentem necessarium, non liberum consulentem teneri sigillo. Contra Gabr. à S. Vinc. *de pœnit. disp.* 10. *qu.* 2. §. *secunda difficultas*, ajentem non teneri sigillo consulentem ex licentia pœnitentis petentis, quia talis licentia est diversa à notitia Sacramentali.

Dices, ex consilio immediatè à pœnitente petito Consiliarius non tenetur sub sigillo; ergo nec tenetur si petatur mediante Confessario à pœnitente.

Nego consequentiam, & disparitas est, quia in secundo, non in primo casu innotescit per confessionem, & posset evanescere sigilli tutamen.

Pœnitens.

SIgillo non tenetur, quia ipse fecit, non in ordine ad absolutionem sua flagitia, & non ut Deus, sed ut homo confitetur, licèt Confessarius ut Deus excipiat; potestque pœnitens cedere juri, quod ejus favore introductum est, dummodò non præjudicent Confessario, cujus secreta jure naturali nequit propalare. Contra Adrianum in 4. *qu. fin. de confess.* Paludan. in 4. *dist.* 22. *qu.* 3. *art.* 4. 2546 Pœnitens sigillo non ligatur.

Interpres.

ETiam tenetur sigillo; nam confessio facta interpreti ad confessionem spectat, tanquam instrumentum pœnitentis, & Confessarii. S. Tho. in 4. *dist.* 21. *qu.* 3. *art.* 1. *qq.* 3. Scot. in 4. *dist.* 19. *qu.* 1. Aversa *loco cit. sect.* 5. §. 2. Arriaga *loco cit. num.* 12. Suarez *disp.* 33. *sect.* 4. Lugo *disput.* 23. *num.* 11. Candid. *disq.* 22. *art.* 49. *dub.* 1. & viginti tres Doctores, quos sequitur Leand. *loco cit. quæst.* 51. contra Cajetanum v. *Confessio condit.* 11. Sotum in 4. *dist.* 18. *cap.* 4. Gabr. à S. Vinc. *de pœnit. par.* 10. *qu.* 2. Nec refert interpretem teneri se ex parte pœnitentis non adstricti sigillo; ergo sicuti pœnitens, ità nec interpres sigillo tenetur. Nam tenet se ex parte utriusque Confessarii, & pœnitentis; cùm utriusque propalet voluntatem mutuam in re spectante ad Sacramentum Pœnitentiæ, excipiendo peccata, & interrogationes referendo. 2547 Interpres pœnitentis tenetur ad sigillum.

Nec refert confessionem non debere fieri per Interpretem; ergo sigillum confessionis non se extendit ad interpretem.

Nam inde infertetur, non teneri sigillo audientes casu, vel data opera pœnitentis peccata inter confitendum; nam confessio nec coram illo facienda, & tamen isti tenentur sigillo; ergo licèt coram interprete non sit confessio necessariò facienda, sigillo tamen celanda, nam notitia vi confessionis Sacramentalis quoscumque pertingit componere sigilli. *c. Sacerdos. de pœnit. dist.* 6. *c. ex literis. de pignor.*

Sed quid si Interpres non sit baptizatus?

AFfirma; adhuc sigillo teneri, nam Divinum sigilli præceptum omnes adstringit, ut præceptum Baptismi suscipiendi; posfetque Ecclesia contra illum, tanquam contra Divini Juris prævaricatorem procedere. Arriaga *loco cit. num.* 12. 2548 Interpres etiā non baptizatus hoc sigillo ligatur.

An Prælatus requisitus, negans facultatem absolvendi, sigillo teneatur?

AFfirma; nam cognoscit peccata ad absolutionem relata. Nugn. in *addit. ad* 3. *par. qu.* 11. *art.* 1. *diffic.* 1. *in fine*. Suar. *loco cit. num.* 3. Lugo *disp.* 25. *num.* 34. Leand. *loco cit.* dans viginti Doctores *qu.* 50. Arriaga *loco cit. num.* 18. Aversa *loco cit.* §. *quarto quando*. Contra Vasqu. *quæst.* 93. Hurtad. *disp.* 12. *diff.* 3. Coninck *disp.* 9. *dub.* 3. 2549 Prælatus requisitus, etsi neget facultatem absolvendi, hoc sigillo adstringitur.

An laicus, cui Confessarius bona, vel mala fide revelavit peccata pœnitentis, sigillo teneatur?

AFfirma: nam id exigit hoc Sacramentum suo secreto reddens pœnitentes omninò tutos: nè timore injustæ propalationis fiant Sacramento infensi. Navar. in *cap. Sacerdos nu.* 42. 2550 Laicus, cui fortè Confessarius revelavit peccata pœnitentis, quoque ad sigillū tenetur.

Suar.

Suar. *loco cit. num.* 8. Leand. *loco cit.* dans decem,& octo Doctores *qu.*53. Lugo *loco cit. n.*38. Aversa *loco cit.* §.8. Arriaga *loco cit. num.* 19. Palaus *tract.* 23. *puncto* 19. §.3. Gobat *loco cit. tr.* 7. *num.* 861. contra Coriolanum *par.* 1. *sect.* 3. *n.* 18. Medin. *de confess. qu.* 86. Honophrium *de sigillo sect.* 3. *dub.* 6. Sed quid

Si Confessarius ex licentia pœnitentis propalet peccatum?

2551 Etiam Confessarius ligatur sigillo si habuerit licentiam à pœnitente in ordine ad absolutionē, secùs si liberè.

DIst.: vel propalat in ordine ad absolutionem, medendumvè pœnitenti, vel liberè.

Si primum, sigillo tenetur Confessarius quoad alios, & illo cui propalatur peccatum, nam ità cautiùs Sacramento consulimus,& famæ.

Si verò liberè dat licentiam propalandi, tunc cùm desit ordo ad Sacramentum, deest sigillum: est contra Aversa. *loco cit.* §. *quando autem.* Hurtad. *disp.* 12. *diff.* 3. Meratium *disp.* 32. *sect.* 3. negantes pro parte primum.

An audiens pœnitentem confitentem, sigillo teneatur?

2552 Audiēs peccata confitentis, sigillo adstringitur.

AFfirma: sivè data opera, sivè casu audiat; quia id redundat in Sacramenti dignitatem, concludentis perpetuo silentio omnem notitiam ex Sacramentali confessione habitam. D.Tho. in 4. *dist.* 21. *qu.* 1. Suar. *disp.* 33. *sect.* 4. *n.* 5. Lugo *disp.* 23. *num.* 39. Aversa *loco cit.* §. 5. *contingens.* Arriaga *loco cit. num.* 19. Martin. Perez *disp.* 54. *sect.* 5. *num.* 5. contra Sotum in 4. *dist.* 18. *quæst.* 14. *art.* 5. Tander. *de pœnit.* 6. *qu.* 9. *dub.* 6. *num.* 134. asentem tantùm Sacerdotem ministrantem teneri propriè sigillo, non reliquos Interpretes, Consiliarios, Superiores aditos pro reservatis, laicos, &c. Gobat *loco cit. tract.* 7. *n.* 852. dicentem tamen utrumque probabile.

Sed quid:

Si ad majorem humilitatem quis confiteatur coram multis?

2553 Ex publica alicujus confessione oritur sigillum, si propalat peccata corā pluribus in ordine ad absolutionem.

DIst. vel pœnitens tantùm vult propalare sua peccata Confessario, & ab aliis auditur: vel liberè confitetur publicè.

Si primum, omnes sigillo tenentur, ut qui casu audiunt confessionem: undè peccata publicè dicta præmente naufragio, incendio, ruina in ordine ad absolutionem sunt ab audientibus sigillo tegenda sacro. Candid. *disq.* 24. *art.* 49. *dub.* 3. Villalob. *tract.* 9. *diff.* 72. *num.* 8.

Secùs si liberè.

Si liberè quis publicè confiteatur; tunc cedit juri suæ famæ, & cessat sigillum, poteritque Confessarius de illis loqui, non ex notitia confessionis sibi data: sed prout publicè audiunt ex confessione aliis facta, nam aliis facta Sacramentalis non erat; cùm non potuerit ad absolutionem obtinendam ab audientibus ordinari. Arriaga *loco cit. n.* 19. Aversa *loco cit.* §. 7.

An inveniens chartam scriptam in ordine ad confessionem Sacramentalem, teneatur hoc sigillo?

2554 Inveniens chartā scriptam in ordine ad confessionem etiam sigillo ligatur.

AFfirma: quia ità Sacramentum redditur amabiliùs,& securior pœnitens, cui amabilitati Deus prospexit. Diana *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 12. *par.* 5. *tract.* 11. *ref.* 27. contra Arriagam *loco cit. num.* 25. Aversam *loc. cit.* §. *vera.* Gabrielem à S. Vinc. *loco cit.* §. *quinta difficultas.* Licèt enim sit præparatio ad confessionem, est sigillo tegenda; nè confessio formidolosa reddatur, & diligentia scribendi reddatur odiosa. Hinc nequit illam chartam legere sub lethali, si cognoscit peccata continere. Reginald. *lib.* 1. *c.* 9. *num.* 33. etiamsi contineret levia. Contra Layman *loc. cit. num.* 19. ajentem teneri sub veniali ob secretum naturale in se levi non obligans sub gravi.

Materia sigilli Confessionis Sacramentalis.

§. IV.

EX personis sigillo notatis materia sigilli maturat oratio.

Materia sigilli est quidquid dicitur, in ordine ad absolutionem. Dicastill. *disp.* 12. *num.* 24. Bonac. *de pœnit. quæst.* 5. *puncto* 2. Gobat *Theolog. experim. tract.* 7. *num.* 788. Idque ut scrutemini penitissimè, & clarissimè principiis constitutis, rem deindè aggrediamur. — 2555 Quod dicitur in ordine ad absolutionem est materia sigilli.

Primum Principium.

ILla à Confessario propalari valent, quæ innotescunt omnibus ex natura confessionis Sacramentalis: Patet, nam hæc omnibus nota nequeunt sigillo tegi. Vanum namque sigillum rei, quæ ex se nequit esse occulta. — 2556 Quæ innotescunt ex natura confessionis, valēt propalari.

Secundum Principium.

OMnia dicta, vel innotescentia in ordine ad absolutionem Sacramentalem ex vi confessionis, non omnibus, sed Confessario tantùm nota, sunt tegenda sigillo Sacramentali. Patet, quia sigillum est ob Sacramenti dignitatem, pœnitentis omnimodam perpetuam securitatem; & ut fideles alliciantur ad intima cordis arcana propalanda Sacerdoti ad instar Dei. Igitur, totum innotescens in ordine ad confessionem plena cum fiducia faciendam, ut accessorium sequens principalis materiæ, celandum. Valentia *tom.* 4. *disp.* 7. *qu.* 13. *puncto* 3. — 2557 Quæ non omnibus, sed Confessario tantùm nota sunt, sigillo tegenda.

Hinc eruuntur multa. I. *Dicta in ordine ad obtinendam absolutionem Sacerdoti invito, nolenti audire, celanda sub sigillo*; quia licet desit Sacramentum defectu intentionis Ministri, non deest confessio Sacramentalis, ut patet in illo, qui confitetur laico fingenti se esse Sacerdotem; sunt enim omnia requisita ad sigillum. Contra Dicastill. *disp.* 12. *num.* 32. Gobat *loco cit. num* 849. — 2558 Dicta in ordine ad absolutionem etiam Sacerdoti invito, & nolenti audire cadunt sub sigillo.

II. *Omnia peccata mortalia, & venialia sunt materia sigilli*, quia materia absolutionis, sivè se ipsa, sivè ex errore pœnitentis sint peccata. *cap. omnis utriusque. de pœnit. & remiss.* Tamburr. *lib.* 5. *Methodi cap.* 3. §. 6. *num.* 10. Lugo *disp.* 23. *num.* 58. Ità ut veniale etiam omnium minimum in specie explicari nequeat; nam ly *minimum* circumstantia peccati non patet omnibus ex natura confessionis, & sic sigillo tegenda. Et licèt possit dici, *confessus est unum veniale*; nam id omnibus patet, cùm qui plura, etiam unum confitetur, nequit tamen dici, *hic confessus est venialia*. Nam pluralitas peccatorum non innotescit omnibus ex natura confessionis; & sic sigillo tegenda. Contra Hurtad. *disp.* 12. *diff.* 4. Gobat *loco cit. num.* 190. undè debet dicere confessus est materiam venialem, vel veniale. Nam id tantùm omnibus notum sigillo non comprehensum. — 2559 Peccata mortalia, & venialia sūt materia sigilli.

III. Quævis circumstantia, augens, mutans, minuens, etiam veniale sigillo tegenda; nam omnibus ex vi confessionis non innotescit. Martin. Perez *disp.* 54. *sect.* 4. *num.* 5. & 6. — 2560 Circumstantiæ omnes peccati celāda sunt sigillo.

IV. Votum Castitatis in confessione propalatum est materia sigilli; quia solet explicari occasione peccati maximè gravis. Navar. *Man. cap.* 8. *num.* 3.

V. Pec-

2561 *Votum Castitatis in cõfessione notum cadit sub sigillo.*

V. Peccata tertii dicta à pœnitente putante necessaria pro explicatione sui peccati, sunt sigillo tegenda; quia in ordine ad absolutionem propalata. Camerota *de Sacram. tract. 7. cap. 7. dub. 6.*

2562 *Et etiã peccata tertii.*

2563 *Et peccata nõ absoluta ob indispositionem.*

VI. Celanda sigillo peccata etiam oon absoluta ob pœnitentis indispositionem, etiam hæresis, aliodè delictom patrandom à pœnitente. *cap. cum quidam. de pœnit. & remiss.* ubi tegenda sigillo etiam dicta causa consilii à confitente. Navar. in *cap. Sacerdos num. 117. & 119.* Fagondez *præcepto 2. lib. 6. cap. 4.* Arriaga *loc. cit. n. 28.* Farinac. *tom. 1. qu. 51. num. 110.* Bonac. *loco cit. puncto 2. num. 7.* Lugo *disp. 23. num. 52.* Diana *par. 5. tract. 11. resol. 25. & resol. 26.* Martin. Perez *disp. 54. sect. 4. num. 5.* Anton. à Spir. S. *tom. 1. Direct. tract. 5. num. 1512.* Camerota *tract. 7. cap. 7. dub. 12.* dicens tamen cum Soto in *4. dist. 18. qu. 4. art. 5.* Durando in *4. dist. 21. qu. 4. art. 3.*

2564 *Quid si animo subvertendi cõfessarium peccata propalentur.*

cessare sigillum si hæreticus, meretrix pervertendi, non confitendi animo crimina Coofessario detegetet. D. Bonav. in *4. dist. 21. par. 2. ar. 2.* D. Tho. in *supplem. qu. 11. art. 1. ad 1.* dicens oppositom erroneum, contra Abbatem in *cap. omnis. de pœnit. & remiss.* Gabr. à S. Vinc. *de pœnit. disp. 10. qu. 3.* ajentem oon celaoda isto sigillo confessa ab habeote propositum formale peccandi; qoia talis non est confessio Sacramentalis. Ratio, nam noilum crimen sigillo exceptum. Et voluntas peccandi de foturo est etiam peccatom: & licèt indispositus absolvi oequeat, tutus sacro hoc sigillo, ut quivis pœnitens absolutionis incapax. Satis eoim est dici in ordine ad absolutionem: & propositum non peccandi est noo confessionis, sed validi Sacramenti pars. Quæ confessio ut sit Sacramentalis non exigit propositum non confitendi, sed satis est, ut qois confiteatur, putans, vel errore posse absolvi, ut deindè sequenti confessione non teneatur tot confiteri flagitia. Qui error otinam non esset frequens isto præsertim tempore, quo fideles pressi perturbationibus incumbunt emungendis peconiis, neglectis rebus Fidei.

2565 *Ad Sacerdotes parenesis*

O' si invigilemus Sacerdotes Apostolorum successores, & totis viribus incumbamus, ut notitia Sanctissimæ Trin. Christi Domini, rerum Fidei, vegeta, vivida sit, captantes Dei gloriam, non mercenarium interesse ex rebus sacris. O' si viva Dei Templa virtutibus ornemus, & otnaoda curemos: quomodò modò fulgeret sanctitas Christiana ipso visu orbem cooversura ad Deum, virtutes enim non vasta quandoque ad jactaotiam ædificia ad Deum trahunt.

2566 *Publicũ peccatum etiã est materia sigilli.*

VII. Sigillo *sacro tegendum publicum peccatum*; qoia est materia confessionis. Arriaga *loco cit. num. 31.* Camerota *tract. 7. cap. 7. dub. 6.* Gabr. à S. Vinc. *de pœnit. disp. 10. qu. 3. §. tertia difficultas.* Anton. à Spir. S. *loco cit. num. 1527.* contra Medinam *C. de confess. qu. de his, quæ à Confessario celanda sunt.* Nam contingere valet iotèriùs deesse peccatum ob ignorantiam invincibilem, indeliberationem, primum motum.

2567 *An possit dici: hæc meretrix mihi confessa est omnia peccata sua.*

Posset tamen dicere, *mihi confessa est meretrix ritè*, secundum Sotum in *4. dist. 18. qu. 4. art. 5.* Cajet. *v. Confessor*, qui dicit non frangere sigillum Confessarium diceotem, *confessa est mihi peccata sua*, quia id notum omnibus ex vi Sacramenti. Camerota *loc. cit. dub. 7.* non posset tamen dicere: *meretrix hæc confessa est mihi suas turpitudines*; nam id non patescit omnibus ex natura coofessionis, & sic sigillo res munita.

2568 *Ex notitia habita extra cõfessionem potest loqui, si desit scandalum.*

Valet etiam Confessarius (remoto scandalo credentium illum oti notitia coofessionis) loqoi de aoditis in confessione, ex cognitione illorum habita extra confessionem; nam notitia habita extra confessiooem non impeditur, nec tollitur notitia Sacramentali; & sic potest accusare, testificari furem, homicidam talo flagitium commisisse, aliundè sibi notum; puta; quia coram se patrato, & consequenter poterit repellere concubinam publicam à communione ex notitia publica. Camerota *tract. 7. cap. 7. dub. 8.* dans quinque Doctores. Martin. Perez *disp. 54. num. 12.* Anton. à Spir. S. *loc. cit. num. 1527. in fine.* Et ad tollendom scandalum, accusaos, deponens, repellens exprimat causam scientiæ; puta quia se præseote deliquit.

2569 *Cavendum est dicere in tali loco vigere varia crimina.*

Caveat tamen Confessarius dicere in tali Monasterio, loco, Oppido, Civitate maximè parva, adesse gravia peccata; nam ut vult Navarr. & Henriq. contra Suar. & Gobat *tract. 7. num. 810.* quamvis id noo lædat sigillum, cùm non pœnitentes, sed Civitatem Sacramento incapacem propalet delinquentem, lædit ipsam Communitatem, id ægrè ferentem magistra experientia, & simpliciores cooqueruntur peccata revelari, unde abstinendum. *cap. nihil cum scandalo. de præscript. cap. cum ab omni. de vita, & hon. Cler.*

2570 *Peccatu duplici Confessario dictum nequit unus alteri propalare.*

VIII. Peccatum dictum duplici Confessario in duplici confessione est, sacro sigillo tegendum, ut nequeat unus alteri Confessario illud propalare abiqoe licentia pœniteotis. Henriqu. *lib. 3. de pœnit. cap. 15.* Sà *v. Confessor num. 22.* Filliucc. *tract. 7. cap. 11. num. 224.*

2571 *Denegatio confessionis est sigillo celanda.*

IX. Denegatio absolutionis est sigillo tegenda; & nequit Confessarius dicere, *non absolui istum pœnitentem*; illicò enim communiter facit cognoscere causam gravem, cur non absolverit. Suar. *disp. 33. sect. 6. num. 1.* Sot. in *4. dist. 18. art. 5. qu. 4.* Lugo *disp. 23. num. 84.* Vega *tom. 2. cap. 110. casu 1.* Navar. *cap. 8. num. 10.* contra Candid. *disq. 34. art. 50. dub. 4.*

2572 *Et etiam scrupuli.*

X. Scrupuli sunt materia sigilli; nam explicantur in ordine ad absolotionem. Unde nequit dici, *iste est valdè scrupulosus.* Hurtad. *disp. 12. diff. 4.* contra Gabr. à S. Vinc. *de pœnit. disp. 10. qu. 3. §. quod sciendum.* Gabr. in *4. dist. 21. qu. 1. num. 2.* Lugo *disp. 23. num. 60.* Arriaga *loco cit. num. 31.* Reginald. *lib. 3. num. 53.* Diana *par. 5. tract. 11. resol. 50.* dicentes non frangi sigillum, si Confessarius afferat tenuissimis peccatis scrupulosè meum frangit caput; nam ly *tenuissimis peccatis*, impertinentiis, scrupulis noo innotescit ex natura confessionis, & reddit pœnitentem exosum, Confessariis odiosum, & confessionem reddit pœnitenti gravem. Coninck *disp. 9. num. 11.* Gobat *loco cit. tract. 7. num. 791.*

XI. Hic quæri solet:

An defectus naturales sint materia sigilli?

2573 *Defectus naturales si concurrant ad explicandum peccatum, cadunt sub sigillo.*

Dist. vel circumstantia illa, puta oaturalitatis, nativitatis, cognitionis tendit ad explicandom peccatum, vel non.

Si tendit ad explicandum peccatum, ejusve occasione manifestatur, est materia sigilli; & sic nequit Confessarius tunc dicere illum defectum, puta esse filium naturalem, spurium, pauperem, sordida nativitate natum.

2574 *Si verò sit res impertines cadit sub secreto naturali.*

Si verò res sit impertinens; tunc non Sacramentali, sed naturali secreto celandum; non

enim est absolutionis materia, nec per ordinem ad absolutionem propalatum. Bonac. *disp.* 5. *qu.*6.*sect.*5.*puncto* 2.*num.*11. Camerota *tract.* 7. *cap.* 7. *dub.* 5. Gobat *tract.* 7. *num.* 815. Lugo *disp.*23.*num.*58. Candid.*disq.*24.*art.*48.*dub.*11. Arriaga *tom.* 8. *disp.*45. *sect.*3. *num.*28. Gabr. à S. Vinc. *loco cit.* nisi pœnitens ex errore putet conducere ad aperiendum peccatum. Bassæus v.*Confessio.*7.*num.*8. Anton. à Spir.S. *tom.* 1. *Director. tract.*5.*num.*1524.

Sed quid si defectus naturales ex se pateant, puta pœnitentem esse blæsum, surdastrum, rudem, simplicem, irresolutum?

2575 Secùs si sint defectus naturales patentes.

TUnc hujusmodi non sunt materia confessionis, nec sigilli; & Confessarius illa cognoscit non ex causa confessionis, sed in confessione inter confitendum. Lugo *disp.*20.*nu.*32. & 701. Martin. Perez *disp.* 54. *sect.* 4. *num.* 11. Arriaga *loco cit.num.*31. Anton. à Spir.S. *loc.cit. num.*1526. Gobat *tract.*7.*num.*792.

XII.

An complices peccati sint sigillo sacro tegendi?

2576 Complices peccati etiã celandi sunt sigillo.

AFfirma: quia intuitu confessionis propalantur. Diana dans sex Doctores *par.* 3. *tr.*4. *resol.* 111. Suar. dans septem Doctores *disp.* 34. *sect.* 3. Lugo *disp.* 23. *num.* 68. Arriaga *loco cit.* post D.Tho. in 4.*dist.*16.*qu.*3.*art.*4. contra Joannem de la Crux *par.*2. *qu.*6. *de pœnitent. dub.*2. *concl.*2.

An verò de licentia pœnitentis possit revelare delictum complicis?

2577 Etiam de licentia pœnitentis.

NEgat Vasq. *de pœnit.qu.*93.*art.*5.*dub.*1.*n.*5. Tamburr.*lib.*5.*Methodi cap.*3.§.4. *num.*7. Anton. à Spir.S. *tract.*15.*num.*1529. contra Suar. *de pœnit.disp.*34.*sect.*3. *num.*7. ajentem sigillum tantùm pœnitenti favere.

Ratio est, quia confessio redderetur aliis odiosa, idque evitandum, nè aperiatur via in Sacramento alios infamandi, criminandi ficta confessione, nè ergo decipiatur præcoci animo zelandi Confessarius. Diana *par.*5.*tract.*11.*res.*29.

XIII.

An virtutes, & revelationes pœnitentis sint materia sigilli?

2578 Virtutes, & revelationes non sũt materia sigilli.

NEga: quia nullo pacto ex ipsis constat aliquis defectus pœnitentis, licèt pœnitens explicaverit in ordine ad propalandam suam ingratitudinem post tot beneficia. Quod enim culpa, aut culpæ circumstantiæ est, vel reddit Sacramentum odiosum, vel æstimationem minuit, illud sub sigillo celandum: sed res bona secundum se nihil horum facit, opera enim Dei revelare, & confiteri honorificum est. Tobiæ 12. nisi pœnitentes expressè dixerint, se velle occultari. Arriaga *loco cit. num.*30. Sà v.*Confessio num.*3. Lugo *disp.*23. *num.* 18. post Bonac.

2579 Secùs si pœnitens repugnet propalari.

Navarr. Henriq. Essent autem materia sigilli, si propalata ad explicandum peccatum. Gobat *tract.*7.*num.*795. & 796.

Quando Confessarius loqui valeat de auditis in confessione?

2580 Nũquam de auditis in confessione Confessario loqui licet.

COnfessarius perpetuo silentio, sacro hoc sigillo clypeante, confessionis materiam jam explicatam, tanquã sibi ignotam nemini facto, vel dicto propalare valet: ità ut nec alta voce possit cum pœnitente colloqui, vel obloqui, si inde à circumstantibus peccata conjectetur, vel gravatè id ferat pœnitens. Immò nec audita confessione potest pœnitentem in confessionario relinquere, si inde ceteri conjectent ipsum Confessarium adire, ut petat Superiorem pro licentia absolvendi à reservatis, ipsum ergo fingens absolvere, dicat ut tantisper expectet extra confessionarium, aliosque deinde absolvans, aliam causam fingens; exeat mox reversurus. Navar. in *can.Sacerdos. num.*57.*de pœnit. dist.*6. Gobat *tract.*7.*num.*817. & 818.

Sed difficultas est:

An cum ipso pœnitente colloqui valeat?

DIst. vel adest expressa, nam tacita, vel præsumpta licentia non sufficit. Fagund. *præcepto* 2.*lib.*6.*cap.*1.*num.*14. Vel deest expressa licentia pœnitentis, quam etiam liberè sine causa revocare valet. Fagund. *loco cit.num.*18.

Si adest expressa licentia pœnitentis; tunc cum pœnitente colloqui potest, quia sigillum hoc afficit materiam intra confessionem expositam. At per licentiam materia extrahitur à Sacramento, & sic à sigillo, & pro illo casu redditur extra Sacramentum, & sigillum. Ut enim pœnitens sua voluntate reddit sigillo affectam, ità sua voluntate extrahere potest: qua materia extracta, sub sigillo jam contenta per licentiam fit extra sigillum, non quod pœnitens habeat jus in sigillo, sed quia potest tollere, & ponere sigillo materiam. D.Tho. in 4. *dist.*21. *qu.*3. *art.*2. D.Bonav. *ibid. par.*2.*art.*3.*qu.*1. Riccard. *art.*4.*qu.*1. Suar.*disp.*33.*sect.*5. Navar.*cap.*8.*n.*2. Abbas in *cap. significasti. de adulteriis*. Diana *par.*5.*tract.*11.*resol.*10. dans alios septem Doctores. Camerota *tract.*7.*cap.*7.*dub.*3. Covarr.*par.*2. *cap.*8.§.12. contra Scotum in 4. *dist.*21.*quæst.*2. *art.*1. Durand. ibidem *quæst.*4. Aureol. *qu.*4. & alios, motos, quia ut pœnitens nequit Sacramenta, ità nec Sacramenti sigillum tollere. Quæ ratio enervata est ex nostra ratione.

2581 Cũ ipso pœnitẽte potest loqui, sed cũ ipsius licentia.

Licentia tamen ut debet esse expressa, & seria, ità non sufficit virtualis, præsumpta, interpretativa, tacita, nec metu saltem reverentiali extorta, aut joco, & sic licentia data à filio, ab uxore Confessario, instante patre, marito, est nulla, sacrilegusque fractor sigilli esset Confessarius ea utens. Camerota *loco cit.* cum D. Antonino 3.*par.tit.*17.*cap.*22.§.1. Soto in 4.*dist.*18. *qu.*4.*art.*6. Navar.*cap* 8.*num.*157. Fagund. *loco cit. num.*21. Immò ipso Confessario petente, si reverentiali quodam metu licentia detur à pœnitente, ut non semel accidit, non audente pœnitente id negare Confessario, cùm revera nollet: tunc Confessarius nequit uti tali licentia, ut rectè Fagund. *loco cit.num.*21. Henriq. *lib.*3. *de pœnit.cap.*23.*num.*1.

2582 Licentia virtualis, præsumpta, interpretativa, tacita, non sufficit.

Sine licentia expressa plenissimè libera loqui nequit, etiamsi loquendum sit ad levamen pœnitentis. Nam durat sigillum, & notitia Sacramentalis non est ad alios usus trahenda. Tander.*qu.*9.*num.*132. Camerota *loco cit.* D.Bonav. in 4.*dist.*21.*art.*2.*qu.*2. Sot. in 4.*dist.*18.*quæst.*4. *art.*6. contra Vasq.3.*par.tom.*4.*quæst.*93. *art.*4. *dub.*10. Medin.*C.de confess.qu.de his, quæ à Confessario celanda sunt*: ajentem non frangere sigillum qui cum pœnitente loquitur de auditis in confessione, quia res est inter ipsos nota, & sic non secreta, nec secreti sigillo munita; est contra Hurtadum *disp.*12.*de pœnit.diff.*11. Volpi *res.mor.*178.*num.*15. ajentem non esse sigillum propriè, ut non est propriè secretum, sed latè inter Confessarium, & pœnitentem; sicque Confessarium loquentem cum pœnitente sine licentia puniendum arbitrariè, non ut fractorem sigilli, cum Granado 3.*par. controv.*11. *tract.*11. *disp.*8. *num.*3.

2583 Sine expressa licentia libera nequit loqui etiam ad utilitatẽ pœnitentis.

An

An immediatè completo Sacramento, imposita penitentia, liceat sine licentia Confessario colloqui cum penitente de auditis in confessione?

2584 Neque immediatè post completum Sacramentũ

NEga: nam absoluto etiam integraliter judicio, desinit gerere Dei personam, & audita sine sacrilegio dissigillari nequeunt, & loquutio esset non à gerente Dei personam. Diana *par.5.tract.11.res.19.* citans Fagund. *praecepto 2.lib.6.cap.4. nu.33.* Gabr. à S. Vinc. *loc.cit. qu.4. §.sed magis.* Contra Henriq. *lib.3. de penit. cap.2.num.2.* Logon. *loco cit.num.* 123. Tander. *tom.4.disp.6.qu.9.dub.6.num.*132. Dicastill. *disp.* 12.*num.*95. Anton. à Spir.S. *tom.*1. *Director.tr.*5. *num.*1534. Gobat *tract.7.num.*828. ajentes post absolutionem genuflexo adhuc poenitente perseverare moraliter Sacramentum.

An in alia confessione liceat loqui de auditis in prima confessione?

2585 Neque in alia confessione licet loqui de auditis in prima confessione.

NEga: sine licentia penitentis: & hæc sequens non est prima confessio; ergo sigillum illius non tollitur per istam confessionem, accedit, erubescere poenitentes interrogatos, coactos bis confiteri peccata, quod est onus: & quando putabant Confessarios oblitos, iterum reloculcari. Gabr. à S. Vinc. *loco cit. § sed quares. secundo*, post Dian. *loco cit. res.*20. Fagund. *loco cit. num.* 36. contra Granad. 3. *par. contro.* 27. *tract.*11.*disp.*5.*num.*1. Henriq *lib.3. de penitent. cap.2.num.*7. Præpos. 3.*par. qu.*11.*de sigillo dub.* 5. *num.* 41. Dicastill. *disp.*12. *num.*9. Anton. à Spir.S. *tract.6.num.*1535.

An Confessarius possit uti notitia confessionis ad corrigendum complicem, obtenta licentia à penitente?

2586 Neque potest uti ea notitia ad corrigendum cõplicem cum licentia pœnitentis.

NEga: quia licentia ità esset præjudicialis decori Sacramenti, nisi extra confessionem peccata dicantur, & licentia concedatur. Sacramentum namque tendit ad penitentis salutem, non ad alios corrigendos; & complex negando delictum, vel irritans deteriorabitur. Et Confessarius habet notitiam illam ut Deus, qui non tenetur corrigere; non ut homo, qui Caritatis præcepto ligatur, & sic alios corrigendo ut homo, non esset uti, sed abuti illa notitia judiciali ad instar Dei, & esset deflectere à fine institutionis Sacramenti. Si tamen caritas urgeat, instet pro correctione fraterna illum si possit, exequatur ipse pœnitens, vel alios aptior ab ipso electus extra Sacramentum. Aversa *de penit. quæst.*18.*sect.*7. §.*verum.* Lorca 2.2.*qu.*33. *art.*8. *dub.*4. Sylvius *de penit. qu.*11. *art.2.concl.*2. ubi Nugnus *dub.*2. Bandez *dub.*8. Malder. *de sigillo confess.cap.*17. Coriolan. *de casibus reserv.par.1.sect.3.art.*9. Dian. *par.5.tr.*11. *resol.*39. Sot. in 4.*dist.*18.*qu.2.art.*5. contra Suar. *disp.34.sect.*4. citantem quindecim Doctores.

An Confessarius possit de auditis respondere pœnitenti eum interroganti?

2587 Potest pœnitenti interroganti respondere de auditis in ejus confessione.

AFfirma: nam ipsa interrogatio est licentia, & jussus pœnitentis. Aversa *loc.cit. sect.*7. Trullench *lib.4.cap.8.dub.4. num.*5. ex qua licentia potest admonere hæredes pœnitentis, ut restituant. Bonac. & alii apud Anton. à Spir. S. *tract.5.num.*1538.

An petita, & non obtenta licentia à pœnitente, possit de re ad confessionem spectante cum ipso pœnitente loqui?

2588 Cum licẽtia petita, & nõ obtenta nequit cum ipsomet pœnitente loqui.

NEga: etiamsi velit loqui de defectu ad favorem ipsius pœnitentis. Nam licèt tunc pœnitens deneget injustè, & mala fide licentiam, peccet; sigillum tamen remanet firmum. & oppositum redderet Sacramentum valdè odiosum. Plures apud Dian. *par.3.tract.4.res.*87. & *par.5.tract.11.resol.*18. Bonac. *qu.9.sect.5.puncto* 4. *num.* 8. Lugo *disp.* 23. *num.* 140. Megala *par.1.lib.1.cap.16. num.*22. & alii contra Suar. *disp.33.sect.3.num.*5. Hurtad. *disp.12.diff.*11. Meratium *de penit. disp.32. sect.3. qu.*5. Marcerum *de penit. qu.11.art.*3.

An, & quomodo Confessarius interrogatus à tertio de peccato pœnitentis possit respondere?

2589 Confessarius interrogatus à tertio de peccato pœnitẽtis libere dicat non esse confessũ mortalia, & potest jurare

AFfirma: debere respondere pronto, non ancipiti animo illum non esse confessum mortalia, & potest jurare, si intendat dicere, non esse confessum mortalia, ut possit dicere, nec dicat alteri; nam veritatem dicit, cùm mortalia non audierit ut revelet, sed ut sileat. Martin. Perez *disp.54.sect.9.num.*6. Dicastillus *disp.* 12. *num.* 131. contra Gabr. apud Vasqu. *art.*4. *dub.*11. ajentem debere revelare confessionem, nè sit perjurus, quod est contra omnes alios Catholicos.

An interrogatus possit dicere se non absolvisse pœnitentem, quem verè non absolvit?

2590 Nequisque dicere non absolvisse, quem reverà non absolvit.

NEga: Camerota *tract.* 7. *cap.* 7. *dub.*6. nisi addat se non absolvisse, quia interruptus fuit, vel quia deerat materia absolutionis; nam etiam indispositus non habet materiam absolutionis, nec mendacium dicit, dicendo, absolvi, hoc est finivi, me liberavi ab illo, & si dicat functus sum officio meo, vel feci quod debui, licitè id facere ait Arriaga *disp.46.num.7.in fine.* Dicastill. *disp.12.nu.*114. Anton. à Spir.S. *tract.*5. *num.*1540. Sed adhuc pendet animus, nam non respondere directè interrogatis suspicionem parit, & idem est dicere, feci quod debui, ac dicere non absolvi, quia si absolveret, diceret absolvi.

An Confessarius teneatur pœnitenti concedere schedulam confessionis nulliter factæ?

2591 Quomodo cõcedere debeat schedulam factæ sibi confessionis nullæ.

PRimò. Potest respondere se non meminisse illum confessum esse, æquivocando, ut ei faciat fidem. Nam ut homo revera non meminit peccatorum, quæ excipit in confessione gerendo personam Dei, quæ mihi apprimè placet; nam solvit omnia absurda, licèt apud neminem legerim.

II. Scio Coninck *de Sacram. disp.* 9. *dub.* 2. *num.*14. Fagundez *præcepto 2.lib.6.cap.4. n.*39. Diana *par.5. resol.*22. *tract.*11. & *par.*11. *tr.*5. *resol.*14. Gobat *tract.7. nu.*806. Gabr. à S. Vinc. *loc.cit.n.5.§.secunda difficultas*, docentes debere dare schedulam confessionis etiam nulliter factæ, nec esse cooperari mendacio.

III. Scio Henriq. *lib.3.de penit.cap.*22. Bonac. *disp.5.qu.6 sect.5.puncto* 4 *num.*7. Lugo *disp.*23. *nu.*87. Coninck *disp.9.dub.1.num.*14. quem citat, & sequitur Arriaga *tom.*8. *disp* 46.*num.*8. Leander *loco cit. qu.*80. dicentes posse, sed non teneri concedere, quia non tenetur cooperire peccata, sed tantùm ad illa non aperienda; tenetur namque non prodere, non autem occultare positiva indigni flagitia. Perez *disp.54.sect.* 10.*num.*6. Anton. à Spir.S. *tom.1.tract.5.n.*1542. dicentes non debere schedulam dare, quia fraudibus occludenda via, & sibi tribuat non se disponens.

An frangat sigillum inquirenti de aliquo respondens, non possum loqui?

2592 Frangitur sigillum per Confessariũ interrogatũ dicentem nõ possũ loqui.

AFfirma: nam jam fatetur illam rem, de qua interrogator sibi in confessione notam. Gobat *tract.7.num.*831.

An teneatur sub sigillo celare pœnitentiam injunctam?

2593 Pœnitentia injuncta cadit sub sigillo.

AFfirma: in pœnitentia gravi, non in levissima; nam non ista, sed illa indicat grave peccatum. Arriaga *loco cit. num.* 10. Gabr. à S. Vinc. *loco cit.* Dicastill. *disp.* 12. *num.* 322.

An frangat sigillum ostendens suo pœnitenti faciem insolitam, turbatam?

2594 Nequit pœnitenti ostendere faciem turbatam.

AFfirma: nam ex notitia confessionis ostendit turbationem insolitam, & reddit confessionem pœnitenti duriorem. Debet ergo se gerere erga pœnitentem, ità ac si numquam fuisset ei confessus. Bonac. *loco cit. num.* 26. Lugo *loco cit. num.* 14. Graff. *par.* 1. *decis. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 66.

An Confessarius uti valeat scientia confessionis Sacramentalis?

§. V.

2595 De usu multiplici scientiæ confessionis Sacramentalis.

MUltiplex titulus usus notitiæ confessionis Sacramentalis excogitari valet. I. in ordine ad politicam. II. œconomicam. III. in ordine ad suæ, & alienæ vitæ, & bonorum ordinis supremi, ut vitæ medii, honoris: infimi, ut rerum fortunæ conservationem. De singulis acturi, sternamus

Principium.

2596 Scientia ex confessione pertinet ad Divinum judicium.

SCientia confessionis est in ordine ad hoc Divinum judicium; extra quod, sicuti Confessarius non est Judex, ità nec uti valet illius notitia. Et hujus Divini judicii notitia pœnitentis bonum in ipsa confessione respicit, nequitque pœnitenti obesse extra confessionem. Itaque Confessarius se debet gerere, ità ac si confessionem non excepisset. Gandavensis *quodlib.* 8. *qu.* 19. & 31.

Ex his fit:

ANALYSIS I.

An Superior ex notitia confessionis valeat aliquid circa subditum extrà confessionem efficere, puta amovere illum ab officio, denegare ei licentiam solitam exeundi?

2597 Nequit Superior ex scientia confessionis uti ad regimen subditorum.

NEga: Sanch. 3. *de matrimon. disp.* 16. Lugo *disp.* 23. *sect.* 5. *num.* 93. Aversa *loc. cit. qu.* 8. *§. septimo tandem.* Arriaga *loco cit. num.* 16. Diana *par.* 10. *tract.* 12. *resol.* 34. Bandez 2. 2. *quæst.* 33. *num.* 8. Gabr. à S. Vinc. *de penit. disp.* 10. *quæst.* 5. *§. nostra sententia.* Anton. à Spir. S. *tom.* 1. *Direct. tract.* 5. *num.* 1549. dicens certam sententiam. Martio. Perea *disp.* 54. *sect.* 11. *nu.* 2. Contra plures apud Suar. *tom.* 3. *disp.* 67. *sect.* 3. Vasq. *de penit. qu.* 93. *art.* 4. *dub.* 8. *num.* 1. Coninck *disp.* 9. *dub.* 4. *num.* 68. Vegam *par.* 1. *Summæ cap.* 63. *casu* 24. Reginaldum *lib.* 3. *num.* 19. Leandr. *loco cit. num.* 67.

2598 Probatur multipliciter.

Patet I. nam debet se gerere, ità ac si Confessarius non fuisset, debetque se gerere, ut superior homo, non ut Deus, & sic uti scientia, quam habet ut homo, non ut Deus.

II. Quia si semel talis opinio sit vera, pœnitens semper pavidus esset, nè illa Superior uteretur, refugeretque propalare crimen, ex quo & damnum privationis officii, &c. vel Superioris aversio immineret, & sic non tantùm odiosa, sed formidabilis redderetur confessio; ut enim malum, ità causam mali confessionem aversaretur.

2599 Decreta Clem. VIII. & Urbani VIII.

III. Patet ex Decreto Clem. VIII. 16. Maii 1594. confirmato ab Urbano VIII. *Const.* 26. ubi nequeunt Superiores scientia confessionis uti in regimine politico, œconomico, ibi: *tam Superiores pro tempore existentes, quàm Confessarii, qui posteà ad superioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligentissimè, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur; atque ità per quoscumque Regulares Superiores, quicumque isti sint, observari mandamus.* Idque non solum vi prohibitionis, ut putat Suar. & Coninck *loco cit.* sed etiam ex natura confessionis Sacramentalis, ut demonstrat nostra ratio, & docet Lugo *loco cit. sect.* 5. *num.* 94. secùs ob inopinatum gravissimum damnum non tenerentur Superiores decreto, legibus positivis gravi præmenti necessitate cessantibus.

ANALYSIS II.

An ex notitia confessionis valeat Superior tollere officium ad nutum amovibile à pœnitente?

NEga: Bonacin. *loco cit. num.* 14. Anton. à Spir. S. *loco cit. num.* 1548. & 1549. Christophor. à S. Joseph v. *Confessio, in append. dub.* 5. *num.* 1. Joannes de la Crux *par.* 2. *qu.* 6. *dub.* 1. *concl.* 3. Trullench *lib.* 4. *cap.* 8. *dub.* 5. *num.* 1. Layman *lib.* 2. *tract.* 6. *cap.* 15. *num.* 22. Dicastill. *disp.* 12. *num.* 152. Malder. *de sigillo cap.* 14. Bassæus v. *Confessio.* 7. *num.* 12. Diana *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 76. Sanch. *loco cit.* Candid. *disq.* 24. *art.* 52. Martin. Perez *disp.* 54. *sect.* 11. *num.* 2. Lugo *disp.* 23. *num.* 93. Arriaga *loco cit. num.* 22. asserens id esse ex Christi Domini institutione. Contra Petrum Ledesmam *cap.* 22. *dub.* 3. *concl.* 5. Vegam *par.* 1. *Summa cap.* 63. *casu* 24. Nugnum *qu.* 11. *art.* 1. *ad* 6. Villalob. *tract.* 9. *diff.* 75. *num* 1. Moiphes. *par.* 1. *Summa tract.* 7. *cap.* 23. *n.* 39. Thom. Hurtad. *tract.* 5. *cap.* 11. *num.* 149. Leand. *loco cit. qu.* 63. ajentes post Decretum Urbani adhuc probabile, imò teneri amovere subditum ab officio periculoso, si possit sine manifestatione rei sigillo tectæ. 2600

2600 Nequit Superior tollere officiū ad nutum amovibile ob notitiam ex confessione habitam.

Patet ex rationibus jactis: & si contraria opinio semel dicatur licita, unum ex duobus experientur Religiones, aut extero confiteri, ut sibi consulat pœnitens in omni eventu, aut non propalare peccatum, ex quo in aliquo eventu sibi malum timere valet; & sic confessio formidabilis, ut malum redderetur inde imminens, si pœnitens, vel semel suspicetur malum ex confessione ei posse contingere.

Utantur ergo Superiores prudentia, qua ceteri non Confessarii, qua circumspecti laici gubernant; nam gubernant non ut Confessarius, sed ut homo.

ANALYSIS III.

An Confessarius valeat uti notitia confessionis ad negandum suffragium pœnitenti?

NEga: patet ex jactis rationibus; fugeret enim quis confessionem, ut causam mali. Suar. *disp.* 33. *sect.* 7. *num.* 4. Lugo *disp.* 23. *num.* 95. contra Scotum *loco cit. qu.* 2. *art.* 2. Porteil. *v. electio num.* 9. Sylvest. & alios. 2601

2601 Ex notitia confessionis nequit negari suffragiū pœnitenti.

ANALYSIS IV.

An quoties confessio non redditur odiosa, & formidabilis, valeat Confessarius uti scientia confessionis pro suo, vel pœnitentis emolumento?

AFfirmat post Parez, & Trull. Suar. & Bonac. Anton. à Spir. S. *num.* 1. *Director. tract.* 5. *num.* 1554. dicens tantùm non posse uti, si confessio reddatur odiosa, difficilior, formidanda, non verò si reddatur amabilis; & sic ait Confessarium posse diligere specialius ex confessione sibi innocentem notum: posse Superiorem ex- 2602

2602 Si confessio nō reddatur odiosa, videtur licitū uti ex ea notitia pro emolumento Cōfessarii, & pœnitentis.

exconſulendo mitiùs, uberiùs tollere querelas parcitatis, ſeveritatis confeſſione ſibi notas, poſſe aliorum caſibus prudentior factus ſibi conſulere.

2603 Quodque Auctori non arridet. At mihi videtur notitiæ Sacramentalis abuſus, quæ ut Deus cognovit, ut homo deinde adhibere, deinde aperiretur anza ſimulatè confitendi ad fallendos, & aliquid extorquendum à Confeſſariis vitæ mendacio opulentiùs vivere, ergo audita in confeſſione ſint, ac ſi non eſſent in ordine ad humanum convictum politicum, œconomicum, civilem, &c. & omnibus eodem modo ſe præbeat affabilis, ſeverus, prout ſe præberet ſi Confeſſarius non eſſet, & ſicuti laici circumſpecti, prudentes ſunt ſine notitia Confeſſionis Sacramentalis, ità Eccleſiaſticus Confeſſarius. Quibus adde Decretum S. Inquiſitionis tenoris ſequentis:

Feria IV. die 18. *Novembris* 1682.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis habita in Conventu S. Mariæ ſuper Minervam coram Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus à S. Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

PRævia matura conſultatione DD. Conſultorum, facta fuit diſcuſſio ſequentis proviſionis: *Scientia ex confeſſione acquiſita uti licet, modo fiat ſine decreta, aut indirecta revelatione, & gravamine pœnitentis, niſi aliud multò graviùs ex non uſu ſequatur in cujus comparatione priùs merito contemnatur*: addita deinde explicatione, ſivè limitatione, quod ſit intelligenda de uſu ſcientiæ ex confeſſione acquiſitæ cum gravamine pœnitentis ſecluſa quacumque revelatione; atque in caſu, quo multò gravius gravamen ejuſdem pœnitentis ex non uſu ſequeretur, & ſtatuerunt dictam propoſitionem, quatenus admittit uſum dictæ ſcientiæ cum gravamine pœnitentis, omninò prohibendam eſſe etiam cum dicta explicatione, ſivè limitatione; & præſenti decreto prohibent, nè quis ultrà audeat talem doctrinam publicè, aut privatim docere, aut defendere ſub pœnis arbitrio Sacræ Congregationis infligendis: mandantes etiam univerſis Sacramenti Pœnitentiæ Miniſtris, ut ab ea in praxim deducenda, prorſus abſtineant.

ANALYSIS V.

An poſſit Confeſſarius ſecularis uti notitia confeſſionis ad aliquid peragendum, omittendumve?

2604 Idque affirmandū etiā de Confeſſario non regulari. NEga: illudque tunc faciat, quod ſi non eſſet Confeſſarius, faceret. Bannez 2.2. *qu.* 33. *art.*8. Sanch. 3. *de matrim. diſp.*16 *num.* 3. Bonac. *loco cit. num.*8. referens plures. Laym. *loco cit.* Granad. *tract.*11. *diſp.*7. *num.*22. Baſſæus v. *Confeſſio* 7. *num.*12. Hurtad. *diſp.*12. *diff.*9. Diana *par.*5 *tract.*11. *reſol.*3. Anton. à Spir. S. *tract.* 5. *num.*1550. ubi meritò invehitur contra Thom. Hurtad. *par.*2. *tract.*6. *cap.*11. *num.*163. ajentem oppoſitum, & noſtram ſententiam improbabilem, & aſſerit ſententiam Thom. Hurtad. eſſe à libris relegandam. Idque etiam ſi deſit propalationis confeſſionis periculum; quia notitia illa Sacramento tecta eſſet abuti, contra reverentiam debitam; nec jus habet Confeſſarius adhibendi nota ei ad inſtar Dei pro uſibus alienis à Sacramento: eſt contra triginta tres Doctores apud Sanch. *loco cit.* Villalobos *tract.* 9. *diff.*75. *num.*4.

Explicuimus, an poſſit uti ſcientia confeſſionis in ordine ad gubernationem ſubditorum. Expendamus ſecundo loco:

ANALYSIS VI.

An poſſit uti ſcientia confeſſionis pro tuendis propria vita, honore, ac bonis?

NEga: ex prædicta ratione; quia hic eſſet abuti notitia confeſſionis, & quod innotuit exercenti vices Dei, adhibere nequit ad convictum humanum, non ſine deæxiſtimatione Sacramenti. 2605 Pro tuenda vita, honore, bonis nō licet uti notitia ex confeſſione.

An valeat uti notitia confeſſionis ad laudandum unum ex tribus, quos ſucceſſivè abſolvit, dicens ille eſt virgo, non habet lethale?

NEga: nam indicat alios eſſe lethalia confeſſos. Medina *C. de confeſſ.* 951. Camerota *tract.*7. *c.*7. *dub.*6. Anton. à Sp. S. *tract.*5. *n.*1521. Tamburr. *lib.*3. *Methodi cap.*3. §.8. *nu.*1. Hinc 2606 Neque ad commendādum unum ex pluribus ſibi confeſſis.

ANALYSIS I.

An excipiens ex confeſſione ſibi inſidias in nemore parari, venenum in Calice, armis poſſit inſidias evitare?

NEga: nam debet ſe gerere pro œconomica, politica gubernatione ſui, & ſuorum, ut ſe gerunt laici, ceterique prudentes ad effugienda mala, nec in hoc vi Sacramenti melioris conditionis debet eſſe Sacerdos in confeſſione parata ſibi mala dignoſcens. Cùm Sacramentum Pœnitentiæ, ejuſque notitiam non inſtituerit Chriſtus Dominus pro œconomica, aut politica gubernatione, ſed ſolùm pro ſalute ſpirituali pœnitentium; & aliter uti notitia eſt deflectere à Chriſti Domini inſtitutione, non ſine præjudicio Divini ſecreti manutenendi, & Sacramenti conſpurcatione. Navarr. in *d. can. Sacerdos num.*135. Suar. *diſp.*33 *ſect.*7. *num.*7. Sot. in 4. *diſt.*18. *quæſt.*4. *art.*5. Hurtad. *diſp.*12. *diff.*10. Vaſq *qu.*95. *art.*4. *dub.*10. *num.*4. Lugo *diſp.*23. *num.*105. Beja *par.*3. *caſ.*11. Idque ſivè conſocii criminis cognoſcant confeſſionem, & ex confeſſione Confeſſarium ſibi proſpicere; nam eſſet indirectè propalare confeſſionem. Arriaga *loco cit. diſp.*46. *num.*27. Averſa *de pœnit. qu.*18. *ſect.*8. §. *alii tamen.* Diana *par.*5. *tract.*11. *reſ.*46. contra Scotum in 4. *diſt.*21. *qu.*2. *art.*2. *ad* 3. ubi Gabriel *qu.*1. *art.*3. *dub.*1. *ad* 4. Sylv. v. *Confeſſio.* 3. *qu.*19. Henriqu. *lib.*6. *cap.*24. *num.*5. Camerota *tr.*7. *cap.*7. *diſp.*15. §.9. *dub.*4 volentes Sacerdotem licitè poſſe fugere, non celebrare, ſi cognoſcat inſidias inter incedendum conſtrui, vel venenum eſſe in Calice; idque etiam ſi inde à conſociis ſocius confeſſus ſit perimendus. Idemque teneas, etiam ſi poſſit Confeſſarius alio quæſito colore periculum evitare. Doctores citati contra duodecim Doctores, quos ſequitur Leand. *loco cit. qu.*68. nam ſi ſemel ſit verum poſſe effugere pericula colore quæſito, ſemper pœnitens, & ſocii ex notitia confeſſionis cognoſcent Confeſſarium ſibi conſulere expreſsè, vel quæſito colore; ſemperque Confeſſarius invito pœnitente confeſſionis notitia utetur pro fine, pro quo à Chriſto non fuit inſtituta confeſſio. Hinc 2607 Nequit et ā armis evitare inſidias ſibi Confeſſario paratas.

ANALYSIS II.

An poſſit ſibi conſulere Confeſſarius prævidens pœnitentem inde occidendum?

NEga: ex prædicta ratione. Bonac. *diſp.* 5. *qu.*6. *ſect.*5. *puncto* 4. contra Coninck *loco cit. diſp.*9. *dub.*4. Leandr. *loco cit. qu.*69. 2608 Neque ſibi conſulere ſi prævideat pœnitentem occidendum

ANA-

ANALYSIS III.

An Confessarius teneatur mutuare gladium pœnitenti petenti ad occidendum ipsummet Confessarium?

2609 Nequitque mutuare gladiũ pœnitenti ut interimat ipsũ Confessariũ.

NEga: nam hic est impossibile, ut dixerit peccata in ordine ad absolutionem,& sic sigillo non celanda, maximè ipsimet pœnitentĩ, cui non mutando gladium consulitur. Arriaga *loco cit.num.*28.

ANALYSIS IV.

An Confessarius vocatus teneatur adire pœnitentem, cum quo passus est peccatum scandali consentiendo in aliquo peccato interno, vel externo?

2610 Vocatus debet adire ad eum, cũ quo ipse Confessarius commiserit aliquod peccatum ex scãdalo, sed priùs se muniat.

AFfirmat Aversa *loco cit. §.item nec esset*, & asserit debere implorare Divinum auxilium, & se munire pro evitando damno spirituali, si aliàs conjiceret pœnitans ex confessione aliorum peccatorum Confessarium fragilem nolle accedere. Sed Confessarium timentem sollicitationem, vel urgendum ad illicitam absolutionem impertiendam expertum aliàs deliquissa, posse vocatum recusare, rectè afferit Arriaga *loco cit.num.*29. Aversa *loco cit.* quia movetur ad non accedendum non ex peccatis confessis,sed ex peccatis inconfessis sacrilegis in confessione à pœnitente commissis, & si nimis urgeat ut absolvatur indignus, valet fugere; quia minæ illæ sunt novum peccatum, de quo non se accusat penitens;& licèt non possit Confessarios dicere illum non absolvisse, licitè tamen absolutionem negare potest, & fugere.

ANALYSIS V.

An possit Confessarius se abscondere, nè audiat pœnitentem aliàs gravissima confessum, timens nè recidivus idem confiteatur?

2611 Nequit se abscondere si accedat pœnitent quem dicit gravissima fuisse cõfessum, & timeat an sit recidivus.

NEga: nam oteretur notitia tendente ad salutem penitentis, ut illum non absolvat, maximè si penitens id suspicetur. Arriaga *loco cit. num.*30. *§.dubitari*: maximè quando esset unus Confessarius, licèt in oppositum sit usus se abscondentium,nè excipiant confessiones.

ANALYSIS VI.

An possit recusare audire illum, quem expertus est fingere confessionem, ut Superioribus satisfaciat?

2612 Potest tamen non cõfiteri quem scit fingere confessionẽ.

AFfirma: nam non recusat ex peccatis confessis, sed ex simulatione,quam non confitetur. Aversa *loco cit.§.item nec esset,in fine.*

ANALYSIS VII.

An Confessarius possit non accedere ad illum, quem scit ex confessione non Sacerdotem, & cui fingenti se Confessarium aliàs confessus erat?

2613 Potest non accedere, ad illum, quem ex cõfessione cognoscit non esse Cõfessarium.

DIfficilis: & ego censerem istum debere alteri confiteri, & deinde accedere ad non Confessarium, eique deinde dicere non habere materiam absolutionis, aiqua petita licentia, dicere cur nolit amplius confiteri. Sanch. *loco cit.num.*5. ait simpliciter posse non accedere, quia hoc ei gratum inde subtracti à patrando tam enormi sacrilegio.

ANALYSIS VIII.

An liceat Confessario sibi consulere in bonis, si ex confessione sciat surripi à suo famulo?

2614 Nequit Confessarius sibi consulere si ex confessione cognoscit fan ulũ sua furari.

NEga: nam tunc ex confessione damnum servus sibi formidaret. Dicastill. *disp.*12. *n.*152. Trull. *lib.*4.*c.*8.*dub.*5.*n.*5. Anton.à Sp.S. *tr.*5 *n.*1755.& sibi prospiciat, ut solent prudentes laici. Fagundez *præcepto* 2.*lib.*6.*cap.*3. *nu.*1. Candid. *disq.*24. *art.*51. *dub.*9. Arriaga *loco cit. num.* 35. rectè dicens non posse claves auferri, nec famulum ejici à domo. Diana *par.*5. *tr.*11. *resol.*37. contra Leand.*loco cit.qu.*70. Camerota *tr.*7.*cap.*7.*dub.*15.*§.octavus casus*, dicentes cum Soto posse fingere sibi causam, & illum expellere.

ANALYSIS IX.

An possit celebrare in Ecclesia, quam ex confessione scit pollutam?

AFfirma: nam non debet uti scientia confessionis pro rebus confessiona extraneis,deflectendo Christi Domini institutionem, maximè si colligent non celebrare ex notitia confessionis: si verò nullum sequatur damnum, nulla occasio, ac turbatio, potest non celebrare rationabili interveniente alia occasione; & sic eodem modo non tenetur monere alios, ut cureut reconciliationem, qui nec tenebuntur ipsi credere, nisi inquirendo aliunde de veritate hominis occisi, vel excommunicati ibi sepulti. 2615 Potest in Ecclesia celebrare quam ex confessione cognoscit esse pollutã.

Explicuimus sigillum in ordine ad gubernationem politicam, œconomicam, scilicet quoad gubernationem,& quoad se: Inquirimus modò de sigillo in ordine ad alios.

ANALYSIS I.

An possit Confessarius negare Sacramentum illi, quem ex confessione cognoscit indignum?

NEga: sed debet illum admittere, ut ceteros admittit publicè, & privatè,quia non potest nec publicè, nec privatè sigillum frangere, & sic nec coram aliis, nec penitenti occultè petenti denegare, quia esset penitenti invito aperire peccata sigillo celanda. Sanch.3.*de matrim.disp.*16 *num.*54. Sanch. 8. *Select.nu.*14. Bonac.*de Sacram. disp.*5. *qu.*6. *sect.*5. *puncto* 4. *num.*17. Lugo *disp.*23. *num.* 25. Henriq. *lib.*6. *cap.*16.*num.*5. Anton.à Spir.S. *tract.*5.*nu.*1556. Camerota *tract.*7.*cap.*7.*dub.*15.*§.quartus casus*, dicens debere Episcopum ordinare, quem in confessione scit irregularem,contra Leandrum *loco cit.quæst.*71. 2616 Nequitque Sacramentũ negare ei, què ex confessione scit indignum.

ANALYSIS II.

An ex notitia confessionis Confessarius teneatur vitare excommunicatum vitandum?

NEga: ex eadem ratione,ipsi enim penitenti excommunicato est hoc odiosum.Scot. in 4.*dist.*25.plures apud Lugon.*loco cit.nu.*119. Sot. *de secreto tegendo dub.*3.*qu.*4.contra plures, quos sequitur Leand.*loco cit.qu.*72. 2617 Non tenetur similiter evitare excommunicatum vitandum.

ANALYSIS III.

An Confessarius possit uti scientia confessionis pro baptizando abortu matris mortuæ confessæ se gravidæ in fornicatione?

NEga: Possevin. *cap.*6. *de Baptismo. num.* 8. Capua *lib.*1.*decis.cap.*23.*nu.*5. unde Confessarios potest tacere laborantem in extremis confessam se esse gravidam ex fornicatione. 2618 Nequit uti scientia ut baptizet abortum matris fornicariæ, & mortuæ.

ANALYSIS IV.

An Prælatus possit condere leges, & reservare casus ex notitia confessionis?

NEga: maximè si penitens excipiat ex sua confessione motum ad reservandum. 2619 Non licet condere leges,& reservare casus ex notitia confessionis.

ANALYSIS V.

An ex notitia confessionis possit mutare voluntatem instituendi pœnitentem hæredem?

NEga: ex eadem ratione. Lugo *disp.*23.*n.*92. contra Henriq. *lib.*3.*de pœnit.cap.*23. 2620 Neque mutare voluntatem instituendi penitentem heredem.

ANA-

ANALYSIS VI.

An possit revelare confessionem ut liberet Reum à morte Judice petente?

2621 Non potest uti ex notitia ut liberet reum à morte Judice petente.

NEga: nisi penitens consentiat. Suar. *disp.* 33. *sect.* 1. Navarrus *cap.* 8. *num.* 2. Capua *lib.* 1. *decis. cap.* 23. *num.* 13.

ANALYSIS VII.

An Confessario liceat uti notitia confessionis, ut consulat Civitati, Regno, Orbi, Ecclesiæ, dicendo Gubernatoribus, Inquisitoribus, ut diligentiùs excubias agant?

2622 Neque consulere valet Civitati, Regno, &c. dicendo Rectoribus, ut sibi prospiciant.

NEga: Fagund. *præcepto* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 8. Camerota *tract.* 7. *de Sacram. cap.* 6. *dub.* 15. *& dub.* 1. rectè cum Riccardo in 4. *dist.* 21. *qu.* 2. *ad* 2. Scot. *ibidem qu.* 2. Durand. *qu.* 4. dicens nec totam Ecclesiam, nec Concilium universale posse sigillo dispensare. (48) Diana dans plures *par.* 3. *tr.* 4. *res.* 76. contradicentibus D. Tho. *quodlibeto.* 5. *q.* 7. *cap.* 13. Navar. in *cap. Sacerdos num.* 124. Leandro dantem decem, & septem Doctores *q.* 76. ajentibus posse à Confessario moneri Superiorem ut invigilent super subditis, Urbi, &c. (49)

Patet ex jacto principio. Esset enim abuti notitie ei ut Deo commissa pro rebus inferioris ordinis, fortè ad damnum penitentis, si comprehendatur.

II. Si facta diligentia reus penitens vinculis constringetur, jam vigiles Superiores ex notitia Sacramentali expiscantur reum. Eo enim ipso, ac Confessarius dicit, satagite, diligentiùs invigilate, quia lupus inter oves, insidiator in Urbe. Lupo, insidiatore comprehenso, jam delicta sigillo munita propalantur.

III. Quia Christus Dominus non præcepit confessionem, nec instituit hoc Sacramentum pro gubernanda Civitate, sed pro salute penitentis.

Invigilent ergo Superiores, prudentia circumspiciant, ut ante institutionem hujus Sacramenti erat Communitatibus consultum.

ANALYSIS VIII.

An Confessarius valeat confiteri suum peccatum, quo confesso propalat peccatum penitentis, illum absolvendo, quando non potuit?

2623 Si pœnitens nõ est notus fateri valet.

DIst. vel fatetur illi, cui penitens est, & potest esse notus, vel cui penitens nec est, nec potest esse notus.

Si hoc secundum, fateatur, quia sigillum non frangit

2624 Secùs si sit Confessario notus pœnitens.

Si primum; tunc non debet fateri illud peccatum, ex quo propalabit penitentem, & sic debet adire Confessarium, cui penitens non possit esse notus. Navarr. in *Man. cap.* 8. *num.* 6. Vasqu. *qu.* 93. *art.* 4. *dub.* 4. Suar. *disp.* 33. *sect.* 1. *num.* 18. Lugo *disp.* 23. *num.* 144. Arriaga *tom.* 8. *disp.* 46. *num.* 43. Leand. dans vigintitres Doctores *loco cit. qu.* 60. Camerota *tract.* 7. *cap.* 7. *dub.* 7. contra Major. in 4. *dist.* 21. *qu.* 1. Vegam *tom* 2. *cap.* 100. *casu* 2. Lopez *par.* 1. *Summæ cap.* 37.

Probatur, quia concurrunt duo præcepta Divina. I. Integritatis. II. Sigilli.

Si servetur sigillum, corruit integritas omisso illo peccato, ex quo Confessarius cognoscit peccata penitentis primi Confessarii.

Si verò servetur præceptum integritatis, propalatur penitens, nec servatur sigillum; tunc ergo ità præceptis se petentibus, servetur majus præceptum, ut est sigilli; Sigillum nemque est Juris Divini, ut integritas, & insuper est ad bonum publicum Religionis, alliciens, non deterrens penitentes: & sic nunquam licet frangere sigillum, & tamen integritas in multis casibus, aliàs tactis, potest omitti. 2625 Prævalet sigillum præcepto integritatis confessionis.

ANALYSIS IX.

An Confessarius ad utilitatem penitentis sine ejus licentia, valeat cum pœnitente colloqui immediatè post confessionem?

NEga: ex dictis cum Fagund. *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 33. contra Arriagam *tom.* 8. *disp.* 46. *num.* 41. Henriq. & Lugonem motos, quia quæ statim fiunt censentur inesse. *l. lecta.* 40. ibi: *dicebam quia pacta in continenti facta stipulationi inesse creduntur*, *D. de rebus cred. l. continuus*, *D. de verb. oblig. l. penult.* §. 1. *C. de reb. cred. l. penult. in fine*, *C. de instit. & substit. l. petens*, *C. de pactis. l. in tradition. D. de pactis. l. quoties*, *D. soluto matrim. l. si quis*, §. *quod ita*, *D. de incend. ruin & naufrag.* 2626 Immediatè post confessionẽ nequit cum pœnitente colloqui etiam ad ejus utilitatem.

Sic potest suppleta immediatè consecrationis defectum, consecrando vinum post sumtionem deprehenso aceto, & dicens te baptizo immediatè post abluere valet, & potest penitentiam injungere post absolutionem; sollicitare ante, vel post, est idem ac sollicitare in confessione, & sollicitans est denunciandus. Gregorius XV. ibi: *sive ante, sive post*, pro eodem enim actu censentur ante, & post immediatè gesta. *l.* 2. §. *ex actis*, *D. de orig. jur. l. cum antiquitas*, *C. de testam. l. si ventri*, §. *in bonis*, *D. de privil. credit. l. nunquam*, *D. de judic. l. penaltima*, §. *mulier*, *D. soluto matrimonio.*

At hujusmodi non evincunt, quia post absolutionem, & impositionem penitentiæ est completum judicium ad instar Dei, & mortuus penitens salvaretur, & sic omnis alius actus est extraneus Sacramento, cùm non sit pars illius, nec essentialis, nec integralis, quæ non verificantur in dubiis paritatibus, ubi actus præcedentes, & subsequentes integrant, complent actum præcedentem, sine quo complemento esset actus mutilus, ut patet in penitentia injungenda, in Sacrificio integrando consecratione omissæ speciei. Nec paritas sollicitationis immediatè ante, vel post aliquid evincit; nam nisi in illis penalibus Gregorius expressisset ante, & post, sollicitans non veniret denunciandus.

Pœna frangentis Sigillum.

§. VI.

EST duplex: una pro foro externo; altera pro foro conscientiæ.

Pro foro externo contentioso est duplex pena: de jure una, perpetua depositio à Sacerdotio. Secunda acta detrusio in Monasterium ad perpetuam penitentiam agendam. *c. omnis utriusque sexus. de penit. & remiss.* Camerota *tract.* 7. *cap.* 7. 2627 Pœna frangentis sigilli pro foro externo est perpetua depositio, & detrusio in Monasterium.

(48) Cui adde Dominicum Soto *de tegendo secreto qu.* 14. Sylvestrum *v. Conf. sfo.* 3. *num.* 2. Fagnanum in *cap. omnis. num.* 27. *de penit. & rem.* ß

(49) Vide supra laudatum Du Fresnoy *pag.* 128. ubi refert Natalem Alexandrum *lib.* 4. *Theologiæ cap.* 5. *regula* 48. Bellarminum in *Apologia contra Regem Angliæ*, & Suarez in *Defensione Fidei Catholicæ lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 11. asserentes Sacerdotem Confessarium posse, & debere monere Principem, vel Rempublicam de imminente periculo, speciemque attentati criminis revelare, modò reum, ex cujus tantùm confessione illud novit, nominatim, & individuo non indicet, non prodat, non revelet; licet ipse Du Fresnoy cum communi, & cum Auctore contrarium asserat.

cap.7.in fine; licèt olim fuerit depositio perpetua, & septennalis ignominiosa peregrinatio per Orbem. *c.Sacerdos. de pœnit.dist.*6. ubi Navar. *num.*70.*&* 71. Sà v.*Confessor num.*30. Hurtad. *disp.*12.*diff.*4. Arriaga *tom.*8.*disp.*46.*nu.*52. Lugo *loco cit. num.* 256. Fagundez *præcepto* 20. *lib.*6.*cap.*7.*num.*30. ajentes ipsum non esse irregularem. Contra Majolum, dicentem irregularem. *lib.*5.*de irregul.cap.*19.*num.*6.

2628 Modo arbitraria videtur. Modò pœnam esse arbitrariam colligitur ex Maranta in *praxi par.*4.*Specull. dist.*4.*num.*65. ajentem hodiè omnem pœnam à jure statutam esse Judici arbitrariam; posseque à Judice augeri, & minui: & semper debere minui, si Reus ultrà se prodat: & posse contra frangentem sigillum devenire ad pœnam mortis, post Felicianum, ait Gobat *Theol.exper.tr.*7.*num.*842.

2629 In foro conscientiæ etiã arbitraria. In foro conscientiæ pœna est arbitraria Sacerdoti. Camerota *loco cit.*

Probatur fractio sigilli.

SI Confessarius coram testibus dicat peccata in confessione audita.

2630 Probatur fractio sigilli si Confessario coram pluribus revelet peccata admittũtur testes singulares. Sed testes singulares admittuntur ad probandum; nam est crimen difficilis probationis.

Modò difficultas est:

An credatur in Judicio Sacerdoti dicenti cum juramento se dixisse ex licentia pœnitentis, si id pœnitens neget?

2631 Creditur Cõfessario dicenti cum juramento dixisse ex licentia pœnitentis. AFfirma: si id juramento firmet; nam licentia hujus secretò regulariter conceditur absque testibus, adeòque probari nequit, nisi juramento, cùm de jure deficientibus probationibus statur juramento Rei. *cap.si verò.de sent. excomm.can.lectum.*2.*q.*2. Lapos *alleg.*47. *num.*6. Felin. in *cap.significasti.* 1. *num.* 4. *de homicidio.* Cotta in *memorab.*v.*Juramentum.* Diaz in *prax.crim.can. cap.*112.*num.*4. Vivius *comm.* v.*Confessio lib.*1.*præsumpt.*58.*num.*15. quos dat, & sequitur Del Bene *tom.* 2. *de Offic. Sanct. Inquisit. par.*2.*dub.*237.*petit.*2. Gabr.*de testibus concl.*2. *num.*28.*lim.*7. Mascardus *de probat.lib.*1.*concl.* 377. *num.*9. *& concl.*1286. *num.*2.3.*&* 4. Farinac.*par.*1.*prax.crim.qu.*51. *num.*112. Suarez, & alii, contra Navarrum in *can. Sacerdos. de pœnit. dist.*6.*nu.*164. Arriagam *tom.*8. *disp.*46. *num.*65. sequutos D.Thomam in 4.*dist.*21.*qu.*3.*a.*2.*ad* 3. ajentes Sacerdotem debere probare sibi datam licentiam.

2632 Tãto magis si sit probatæ vitæ. Idque inconcussè currit in Sacerdote probatæ vitæ, pro quo tunc est multiplex præsumptio ex licentia pœnitentis dixisse. Diaz in *pract. crim.cap.*109.*num.*5.

2633 Quomodo obtinenda licentia. Nè ergo in hujusmodi angustias conjiciatur Confessarius, licentiam coram testibus obtineat ut sic nè à perdito pœnitente, & inimico Judice vexari valeat.

2634 Si dicat aliũde quam ex confessione didicisse, tenetur id probare. Si verò Confessarius asserat se aliunde didicisse, tunc debet indicare, & probare, unde sciverit, argumento *legis in Civilem.*2. *& l.*5. *C. de furtis.* Abbas in *cap.omnis utriusque sexus.in fine. de pœnit. & remiss.* Innocentius, & Joannes Andreas in *cap. super his. de accusat.* Hostiensis, & Abbas in *cap.omnis.de pœnit.& remiss.* Navar. in *cap.penult. num.*164. *de pœnit.dist.*6. Mascardus *lib.*3.*de probat.concl.*1286.*num.*5. Farinac. *par.*1.*prax.crim.qu.*51.*num.*117.

An in Sigillo detur parvitas materiæ?

2635 Si adsit plena advertẽtia non detur parvitas materiæ in sigillo, secùs si desit. DIstinguas: vel adest, vel deest plena advertentia: si deest plena advertentia, affirma; nam semiplena advertentia tollit peccatum mortale in omni materia, ut probavimus cum de voluntario, & involuntario. Vel adest plena advertentia, & tunc semper est peccatum mortale in quacunque etiam minima materia, quia semper læditur totus finis Sacramenti, & est abusus notitiæ adhibendo quæ innotuerunt tantùm gerenti vices Dei in actibus extraneis, & prophanis, læditurque semper finis sigilli, qui est sartam tectam manutenere Sacramenti fiduciam, qui finis currit ut in maximo, etiam in minimo, estque maximum bonum hujus Sacramenti, nec in minimo posse frangi. Dominus namque noluit discussionibus relinquere parvitatis, & non parvitatis materiam: Et sic hæc notitia parvitatis ablegata est à confessione, prohibita etiam ipsa parvitate. Videsis Lugonem *disp.*33.*nu.*71. Antonium Perez *disp.*54. *sect.*4. *num.*16.

An inveniens chartulas scriptas confessionis fractas à pœnitente, possit illas legere?

2636 Inveniens chartulas confessionis fractas sigillo tenetur. NEga; nam illæ chartulæ stant sub sigillo confessionis. Nec contra est objectio ex paritate epistolæ fractæ: scilicet sicuti possunt legi fragmenta epistolæ alienæ ab inventore, ita poterunt legi ab inventore fragmenta chartulæ confessionis alterius. Nam disparitas est, quia in chartulis confessionis adest sigillum: & ideo sine voluntate pœnitentis non possunt legi, quæ voluntas non præsumitur, cùm nemo præsupponatur velle suam infamiam. In epistola verò fracta, quia chartulæ, & fragmenta censentur derelicta, ideo possunt legi, quæ derelictio non censetur in chartulis confessionis, cùm simus in dubio, & in dubio semper debemus favere sigillo confessionis.

Aliqui casus circa materiam sigilli confessionis discutiuntur?

2637 Licentia data Confessario, ut loquatur cum alio Confessario non sufficit, nisi detur ut cõloquatur. QUis confessus fuit, & nolui illum absolvere, quia E.G. non abstinebat à mala societate. Adit alium Confessarium, ille sciens à me non absolutum, nec volt absolvere, sed putans posse absolvi, petit à pœnitente licentiam ut mecum loquatur, cur illum non absolvi: An possim illi respondere, & dicere cur non absolvi? Casus mihi bis accidit, semel à Regulari, semel à Seculari Confessario aditus, & interrogatus. Responsio esset me nihil posse de re confessionis loqui, nec posse dicere aliquid in particulari de re cum tali pœnitente cur non absolvi; quia licentia est data ipsimet mecum loquatur, non mihi illi colloqui, & respondere. Ego respondi mihi talem casum non contigisse, & inter tot pœnitentes aliquem non cognoscere, nec recordari, ille iterum petit cur non absolvi talem, &c. dicerem me nihil recordari.

2638 Casus prudentiales in materia sigilli. Confessor audit Principis Ærarium læsum in centum à Principe, sibi compensando satisfecisse, & illum absolvit. Advenit Princeps, fatetur subditum læsum in centum ei vult satisfacere, & centum vult dare Confessario, ut restituat læso. Si Confessarius non accipit, non consulit conscientiæ pœnitentis: si dicit jam compensationem à læso factam, frangit sigillum confessionis læsi. Quomodo ergo Confessarius se gerere debet, etiamsi Dominus det licentiam dicendi Ærario hanc in satisfactionem talis damni dari à Domino Principe; nam Ærarius non vult dici sibi satisfecisse propria auctoritate.

te. Prudentia Coofessarii est, ut accipiat centum, & per alias manus procuret divisionem summæ, & post aliquod tempus faciat perveoire in posse Principis, nam sic consulitur sigillo, & Ærarii, ac Principis indemnitati. Et sic alius casus.

Petrus confitetur furtum centum anreorum, quos dat Confessario, ut restituat Antonio læso: accidit, quòd antequam Confessarius det centum Antonio, Antonios confitetur eidem Confessario dicens, se scire Petrum surripuisse ab ipso centum, & petit an possit uti compensatione; quæritur quid debeat facere Confessarius? Resp. debet dicere Antonio quòd possit compensatione uti, & non dare ei centum, quos centum deinde restituat Petro pluribus vicibus, nè Petrus sospicetur esse illos centum, quos ipsemet dedit Confessario.

Sed quid si Petrua det centum Confessario, ut restituat Antonio, quando Confessarius dat centum Antonio, Antonius dicat: si ista summa est mihi missa à Petro, restitue ei; quia ego aliundè informatus compensavi: quæritur quomodo se gerere debeat Confessarius? Casus contingit, nec habet coogruam solutionem, semper videtur imminere sigilli fractio: Nam si dicit à quo restituitur, illum infamat, & frangit sigillum: si negat, restituit rem non restituendam: si vult dicere sibi compensasse, illum infamat, & frangit sigillum: quid agendum? Ex istius casus contingentia præveutus Confessarius, nō accipiat onus deferendi pecuniam ob sigilli onus. Secundo dicat pœnitenti danti, quid faciendom sit, si ille, cui est deferenda pecunia, dicat se compensasse. Tamen primo dicat se nescire nomen illius à quo accepit, sed velle rectiùs veritatem inquirere, & postea dicere se errasse, & non sibi, sed alteri rem restituendam. Secundo dicat non esse illum, sed alterum, qui rem restituit.

An frangens sigillum confessionis sit denunciandus Inquisitioni?

2619 Frangens sigillum nō est denunciandus, nisi credat sigillū non obligare.

DIstinguas: vel frangit putans sigillum non obligare: vel ex alio capite. Si primum, affirma denunciandum, quia opinio illa est hæretica: Si secundum, nega, ex *cap. omnis utriusque sexus. de pænit. & remiss.* ubi solùm punitur depositione, & detrusione in Monasterium, & sic non est suspectus de hæresi. Cooinck *de Sacram. disp.9. dub.4. n.70.* Menochius *de arbitrariis lib. 2. cent. 5. casu* 414. Barbosa *tom. 2. collect. lib.5. tit.38. cap.12. num. 15.* Del Beoe *par.2. de offic. S. Inquisitionis dub.195. sect. 63. num.1.* Contra Alphonsum de Leone *de offic. Confessarii tom.1. collect.22. num.12. casu 3.* absolutè ajentem denunciandum Inquisitioni.

De Sacramento Extremæ Unctionis.

TITULUS IX.

2640 Tituli conjunctio.

RElìquias peccatorum tergit Sacramentum Extremæ Unctionis. Meritò consequitur Sacramentum Pœnitentiæ, quo peccata delentur.

Quid sit Sacramentum Extremæ Unctionis?

CAPUT I.

2641 Sacramenti Extremæ Unctionis definitio.

ESt signum sensibile rei Sacræ sanctificantis baptizatum infirmum, confortando in transitu ad vitam æternam, unctione olii benedicti quoad certas partes corporis. Jacobi 5. Trident. *sess.14. cap.1. de Sacra Unctione*, ly confortando in transitu ad spem vitæ æternæ, est finis hujus Sacramenti, diversificans ab aliis Sacramentis. Camerota *tract. 10. cap. 1. §. dice.* Gobat *tract.8. num.780.*

An sit hoc Sacramentum à Christo Domino institutum?

2642 Est à Christo Domino institutum.

AFfirma: Trid. *sess.14. cap.1. de Extrema Unctione*, & *Can.1.* ibi: *Si quis dixerit, Extremam Unctionem non esse verè, & propriè Sacramentum à Christo Domino institutum, & à Beato Jacobo Apostolo promulgatum, sed ritum tantùm acceptum à Patribus, aut figmentum humanum; anathema sit. cap. unico de Sacra Unctione* Conc. Florent. in *Decreto Eugenii.* (1) D. Tho. in *4. dist.23. qu.1. art.3.* Camerota *supra cit.* Arriaga *tom.8. disp.53. num.3.* Aversa *de Sacram. Extremæ Unctionis sect.1.* Caramuel *Fundamen. nu.3605.* Fuit promulgatum à D. Jacobo *cap.5.* Trid. *loco cit.* Contra Magistrum in *4. dist.23.* & D. Bonavent. ibi *art. 2. qu. 1.* negantes immediatè à Christo Domino fuisse institutum; (2) & contra Lutherum, Calvinum, & alios negantes esse Sacramentum, apud Bellarminum *de Extrema Unctione cap.1.*

2643 Traditione probatur.

Nec officit hujus Sacramenti nullam mentionem in Evangelio factam; nam plura non scripta in Evangeliis perpetua traditione à Christo ad nos demandata: Sic nec de Confirmatione, aut de Matrimonio constat ex Evangeliis esse, & tamen sunt Sacramenta.

Quando fuit institutum?

2644 Post Resurrectionē institutum.

POst resurrectionem, quando Christus Dominus dixit Apostolis Joannis 20. *Quorum remiseritis, &c.* Et insinuatum ante apud Marcum *cap. 6.* *Et ungebant oleo multos ægros, & sanabant.* Trid. *sess.14. cap.1.* Suarez *tom.4. disp. 39. sect. 2.* Caramuel *loco cit.* Reginaldus *lib.28. num.47.* Antonius à Spir. S. *tom.1. Directorii tract.8. num.2.* Arriaga, Aversa, & alii.

An hoc Sacramentum sit de necessitate medii, vel præcepti?

2645 Nec medii, nec præcepti necessitatis est.

NEga: nam est Sacramentum vivorum, & sic supponit gratiam necessariam ad salutem,

(1) Ubi hæc habentur: „ Quintum Sacramentum „ est Extrema Unctio. Cujus materia est oleum olivæ per Episcopum benedictum. Hoc Sacramentum, nisi infirmo, de cujus morte timetur, dari „ non debet: qui in his locis ungendus est, in oculis propter visum, in auribus propter auditum, „ in naribus propter odoratum, in ore propter gustum, vel loquutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus „ propter delectationem ibidem vigentem. Forma „ hujus Sacramenti est hæc: *Per istam unctionem, &* Verba Lia. II. „ *suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus* „ *quidquid deliquisti per visum*: & similiter in aliis „ membris. Minister hujus Sacramenti est Sacerdos. Effectus verò ejus est mentis sanatio, & in „ quantum expedit, ipsius etiam corporis. De hoc „ Sacramento inquit Beatus Jacobus Apostolus: *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ,* „ *& orent super eum, ungentes eum oleo, in nomine Domini: & oratio Fidei salvabit infirmum, & alleviabit* „ *eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei.*

(2) Vide supra adnotata tit.1. adnotat.1.

lutem, & nullibi de tanta necessitate præcepti constat. D.Tho.in 4.*dist.*23.*qu* 3.*art.*2.*ad* 1. Arriaga *disp.*54.*num.*44. Camerota *loco cit.* Gobat *tract.*8. *num.*816. Leander dans viginti novem Doctores *tom.*1. *tract.*4. *disp.*2. *q.*5. Contra Petrum Sotum *sect.*2.*de Sacram. Extrema Unctionis.* Hinc nec esse veniale nolle recipere remoto scandalo, & contemtu, puta ut res indigna, puerilis, parvi momenti; nam deficiente certo præcepto, deest etiam levis transgressio. Suarez *disp.*44.*sect.*1. Arriaga *loco cit.num.*44. Villalobos *tom.*1. *tract.*10. *diff.*5. *num.* 1. Hurtadus *de Extrema Unctione difficult.* 11. contra Leandrum dantem duodecim Doctores dicentes veniale esse *quæst.*6. (3)

De Materia Extrema Unctionis.

CAPUT II.

2646 Materia Extremæ Unctionis est unctio Olei benedicti olivarum.

Materia hujus Sacramenti est unctio olei benedicti olivarum. Trident. *sess.* 14. *cap.*1. Duplex autem est, prima remota, altera proxima. Remota materia hujus Sacramenti est oleum olivarum benedictum. Proxima est unctio ex oleo. Trid. *sess.*14. *cap.*2. ibi: *intellexit enim Ecclesia, materiam esse oleum ab Episcopo benedictum.* Et unctio exprimit gratiam, qua invisibiliter anima ægrotantis inungitur. *Nam unctio aptissimè Spiritus Sancti gratiam, qua invisibiliter anima ægrotantis inungitur, repræsentat.* Nos primo de materia remota, deinde de proxima.

2647 Et duplex est.

De Materia remota hujus Sacramenti.

§. I.

2648 Remota est oleum olivarum.

Est oleum olivarum, non alterius rei, amigdalarum, rosarum, &c. Olivarum enim sumitur pro principali analogato, ut est oleum olivarum. Jacobi 5. ibi: *ungentes oleo.* Trid. *sess.* 14. *cap.*2. & 3. Florentinum *loco cit.* Riccardus in 4. *dist.*23. *qu.* 3. Aversa *loco cit. sect.*2. §. *hoc oleum.* Trullench *lib.* 5. *de Extrema Unctione cap.unico dub.*2. Gobat *tract.*8.*num.*784. Camerota *tract.*10. *cap.*2.*dub.*2.

2649 Oleũ sit purum, non mixtum.

Oleum debet esse purum; & mixtio non tollens naturam olei, nec tollit veritatem Sacramenti & sic verificatur unctio ex oleo. D.Tho. in 4.*dist.*23.*qu.*1.*art.*3. Aversa *loc.cit.*§ *quod si.*

2650 Si Chrismate fiat unctio valida erit, ut olim fiebat.

Hinc si unctio fieret Chrismate, validum esset Sacramentum; nam parva balsami admixtio, olei quidditatem non destruit, nec physicè, nec moraliter. Et olim Chrismate infirmi ungebantur. *can.illud superfluum. dist.*95. Sotus in 4.*dist.*23.*art.*3. Suarez *tom.*4.*disp* 49.*sect.*2. Diana *par.*10.*tract.*15.*resol.*15. Et in necessitate deficiente scilicet oleo infirmorum, nullum esset peccatum Chrismate uti. Arriaga *loco cit. n.*14. Gobat *tract.*8.*num.*785.

An possit Parochus non benedictum, benedicto oleo immiscere?

2651 Non benedictum, benedicto oleo admisceri potest, sed in minori quantitate.

Affirma: dummodò benedictum sit in majori quantitate.

Tunc enim magis dignus trahit ad se minus dignum. *cap.quod in dubiis.de consecratione Ecclesiæ, vel Altaris.* Camerota *tract.* 10. *cap.* 2. *dub.* 4. Sylvester v. *Aqua benedicta.* 3. Azorius *par.*2.*lib.*9.*cap.*15. *qu.*6. Gobat *loco cit.nu.*786. Diana *par.*11.*tract.*3.*resol.*15. Episcopi namque non benedicunt tantam quantitatem, quanta est necessaria pro ungendis moribundis. Et sic benedictum trahit ad se non benedictum, & quæ immiscentur, religiosa censentur; etiamsi immiscens Parochus nihil dicat. *l.qua Religiosis, D.de rei vindicat.* Gobat *tract.*8. *num.*789. Nec officit si paulatim immixta pars excedat quantitatem benedicti.

An de necessitate Sacramenti debeat oleum esse ab Episcopo benedictum?

2652 De necessitate Sacramẽti est ut sit ab Episcopo benedictum.

Affirma. Trid.& Florent. *locis cit. cap. unico de Sacra Unctione. can. Presbyteros.*9. §.*sed illud. dist.*95. Leo Papa *Epist.*86.*num.*37. D.Tho. in 4.*dist.*23. *qu.*1.*art.*2. Bonacina *tom.*1. *disp.*7. *quæst. unica.* Diana *par.* 10. *tract.* 16. *resol.*81. Suarez *disp.*49.*sect.*1. *num.*6. Aversa *cit.*§. *item de necessitate.* Arriaga *supra num.*7. Gobat *tr.*8. *num.*784. Camerota *cit.dub.*2.& 3. Beda *in caput* 6. *Marci.* Contra Bassæum v. *Extrema Unctio.*2. *num.*7. Victoriam *quæst.* 217. Leandrum *tr.*4.*disp.*2.*qu.*3. ajentes benedictionem esse necessariam necessitate præcepti, non Sacramenti.

An simplex Sacerdos ex dispensatione Summi Pontificis possit benedicere Oleum Infirmorum?

2653 Simplex Sacerdos nec cum dispensatione Papæ potest oleum illum benedicere.

Negant D.Tho. apud Palaom *tract.*16. *disp. unica puncto* 2.*num.*3. Amicus *tom.*8.*disp.* 19.*sect.*3.*num.*45. Dicastillus *disp.*1.*dub.*3. *n.*23. Granadus *tom.*5.*de Extrema Unctione disp.*1.

2654 Alii posse id fieri affirmant.

Affirmant Henriquez *lib* 3.*cap.*8.*num.*2. Præpositus *par.*3. *quæst.unica de Extrema Unctione dub* 4 *num.*15. Capua *par.*1.*cap.*8.*num.*5. Bonacina *tom.*1 *disp.*7.*qu.unica puncto* 2.*num.*3. quia non patet id extendere Summi Pontificis potestatem, & Trid. & Florentinum *cap. unico. de Extrema Unctione*, exigentes Episcopalem benedictionem, loquuntur de potestate ordinaria. Cajetanus 3.*par.qu.*22.*art.*2.

An sit necessaria præscripta benedictio ab Ecclesia?

2655 Necesse non est uti præscripta benedictione.

Nega: Valentia *tom.*4.*disp.*5.*qu.*1. *puncto* 2. v.*quæstia autem.* Aversa *loco cit.* §.*secundum est autem.* Bonacina *cit.pun.*2. *num.*4. Arriaga *supra num.* 10. dicens nullam in particulari esse præscriptam, & sic quamcumque sufficere, & asserit *num.* 11. non posse ab Ecclesia constitui, ut una non alia benedicta sufficiat, si remaneat benedictio; quia Ecclesia nequit mutara materiam à Christo Domino præscriptam, ut nequit constituere pro materia Baptismi hanc non aliam aquam naturalem, puta dulcem, non salsam, fluminis, non putei. Potest tamen facere, ut aliæ desinent esse benedictiones: & concludit benedictionem posse fieri per signa externa, si exprimat Episcopus se velle per signa benedicere.

2656 Peccaret tamen Episcopus alia atẽ

Peccaret tamen Episcopus si alia, quàm consueta Ecclesię benedictione uteretur. Bonacina, & Valentia *locis citatis.*

An de necessitate Sacramenti debeat esse benedictum eodem anno?

2657 De necessitate Sacramenti non est ut eodẽ anno sit oleum benedictum.

Nega. Nam nullibi id constat, & post annum etiam remanet benedictum; cùm benedictio tempore non evanescat, & quia tale præceptum non apparet, ex textu in *can.si quis. de consecrat.dist.*4. & in *can.literis eodem dist.*3. Ibi

(3) Esse peccatum saltem veniale receptior opinio est.

Ibi enim loquitur de Chrismate, non de oleo. Camerota *loco cit. dub. 4. in fine*. Arriaga *loco cit. num.* 14. Antonius à Spir. S. *tract.* 8. *num.* 13. Aversa, Henriquez, & alii.

An ex necessitate præcepti sub lethali debeat uti benedicto eodem anno?

2658 Nec de necessitate præcepti.

NEga: Aversa *tom. 1. de Sacramento Extremæ Unctionis cap. 2. in fin.* Lublinus v. *Extrema Unctio num.* 29. Henriquez *lib. 3. cap. 8. n. 2.* Ludovicus à S. Joanne in *Summa de Extrema Unctione art. 5. num.* 1. Diana *par.* 10. *tract.* 16. Arriaga *supra num. 14. §. tertia difficultas*, dicens speculativè probabile. Anton. à Spir. S. *loco cit.* ajens non peccare Parochum ungentem oleo veteri, contra Bonacinam *loco cit. num.* 6. quia jus præcipiens non apparet, & textus in *can. si quis. de consecrat. dist.* 4. & *can. literis. eodem dist.* 3. loquitur de Chrismate, non de oleo. Et sic Chrisma debet ex præcepto esse novum ejusdem anni; nequit autem id, utpotè onus ad oleum Infirmorum extendi. (4)

Certum est absque omni culpa deficiente novo oleo, adhiberi posse antiquum; nè quis moriatur sine hoc Sacramento. Arriaga *loc. cit. n.* 15. Aversa *supra, §. videtur*. Bonacina *cit. num.* 56.

Quanta debeat esse materia hujus Sacramenti?

2659 Materia sit tanta ut ungere valeat.

TAnta, quæ sufficiat ad unctionem; & sic una gutta, quæ non sit indivisibilis; nam indivisibile non ungit: ungit autem omnis gutta digito hærens, imò nec gutta requiritur, sed satis si Sacerdos intingat extremam partem digiti, & lineat partem ungendam; tunc enim dicitur pars illa uncta, & sic cùm oleum non debeat fluere, sed ungere, sufficit minor quantitas olei, quàm aquæ pro Baptismo. Diana *par. 5. tr. 3. res.* 88. Caram. *Fundam. n.* 3613. Reginaldus *lib. 28. num.* 13. Antonius à Spir. S. *tract.* 8. *n.* 15. Contra Suarez *disp. 41. sect. 2. nu.* 4. Filliuccium *tom. 1. tract. 3. cap. 4. num.* 78. Marchinum *de peste par. 3. cap. 6. nu.* 14. Arriagam *tom.* 8. *disp.* 53. *num.* 22. exigentes plures olei guttas.

De Materia proxima Extremæ Unctionis.

§. II.

2660 Materia proxima est Unctio.

UNctio est proxima materia hujus Sacramenti. Jacobi 5. ibi: *ungentes oleo.*

An Unctio debeat fieri in formam Crucis ✠, necessitate Sacramenti, aut præcepti?

2661 Fit in formâ Crucis, sed non est de necessitate Sacramenti.

NEga: Suarez *disp. 41. sect. 4. num.* 3. Henriquez *lib. 3. cap. 8. num.* 3. Diana *to. 3. tr. 4. resol.* 188. Leander dans duodecim Doctores *loco cit. quæst.* 14. & 15. Possevinus *de Extrema Unctione num.* 75. Bonacina *loco cit. num.* 9. Camerota *tract. 10. cap. 3. num.* 5. Caramuel *Fundam. num.* 3616. Antonius à Spir. S. *tract.* 8. *n.* 17. dicens nec venialiter peccare omittentem Crucem formare: contra Nugnum 3. *par. qu. 29. art.* 6. Nam obligatio legis supponit legem, quæ hîc non demonstratur. Nequit ergo esse certa obligatio sine certa causa, & sic falluntur affigentes certam obligationem, sine evidenti ratione; nam non licet effectum sine causa ponere; nec in omnibus valet à Confirmatione ad Extremam Unctionem arguere; maximè quia Confirmatio fit per ly *signo te signo Crucis*. Unde excessit Nugnus improbabilem dicens nostram probabiliorem sententiam.

An Unctio debeat fieri immediata manu Sacerdotis de necessitate Sacramenti?

2662 Unctio ut sit valida non est necesse fieri immediatè manu Sacerdotis.

NEga: nam non est, unde tanta colligatur necessitas. Diana *par. 3. tract. 4. resol.* 22. & *resol.* 163. & *par. 6. tract. 3. resol.* 79. Suarez *disp. 44. sect. finali.* Antonius à Spir. S. *tract.* 8. *num.* 18. ajentes id tantùm esse de necessitate præcepti.

An tempore necessitatis, puta pestis, possit ungi mediante aliquo instrumento, puta linea oblonga argentea?

2663 Tẽpore necessitatis potest ungi aliquo instrumento.

AFfirma: quia cessat præceptum in tanta necessitate, cùm cesset lex cum tanto onere. Suarez *loco cit. sect.* 3. *num.* 20. Arriaga dans decem Doctores *loco cit. sect.* 22. Antonius à Spir. S. *supra cit. in fine*, dicens cum Leandro *tract. 4. disp. 2. qu.* 17. ità servari in Hispania.

An aliquæ Unctiones omitti possint?

2664 Aliquæ Unctiones omitti possũt & debent.

AFfirma: ut est unctio renum, & pedum, quæ in feminis omitti debet ob honestatem, & in viro etiam si periclitetur motu corporis, puta ob ulnus, vel mortis articulum, ex Rituali Pauli V. Tambur. *lib. 6. cap. 1. §. 2. nu.* 2. & 4. Camerota *tract. 10. cap. 5. dub.* 7. Bonacina *§. 5. num.* 18. Dicastillus *tract. 7. disp. 1. num.* 47. Antonius à Spir. S. *tract.* 8. *num.* 17. dicens communem Theologorum. Caram. *Fundam. nu.* 3615. dicens illas partes ungi ex consilio; & apud Germanos non ungi Religiosorum renes, & pedes ait Gobat *tract. 8. n.* 792. subdens non fuisse mentem Florentini exprimere septem illas partes ut necessario ungendas.

An in necessitate sufficiat unica unctio?

2665 In necessitate sufficit unica unctio

AFfirma: Arriaga dans quindecim Doctores *loc. cit. n.* 17. & 18. Caram. *Fundam. n.* 3615. Diana *par. 3. tract. 4. res.* 168. Anton. à Spir. S. *tract.* 8. *num.* 20. dans undecim Doctores, dicentes satis ad valorem Sacramenti, si unus sensus ungatur. Tamburrinus *lib. 6. cap. 1. §. 2. num.* 4. docens in necessitate, nè scilicet quis decedat ante completum Sacramentum, posse quem ungi in sensu obvio capitis, dicendo: *Per istam sanctam Unctionem indulgeat tibi Deus quidquid per visum, auditum, &c. deliquisti.* Ratio est, quia unica unctio exprimit totam veritatem, & vim formæ Sacramentalis. Secundo, quia Jacobi 5. tantùm exigitur unctio: Nec officit Florentinum numerans distinctas unctiones; nam numerus est ut septies ungatur. At septem unctiones non sunt essentiales, ut omnium habet sententia. Ergo nec quinque; nam Florentinum tradens numerum, non debet magis probare de quinque, quàm de septem unctionibus: est contra Aversam *de Sacramento Extremæ Unctionis sect. 4. §. 4.* volentem cum tredecim Doctoribus unctionem quinque sensuum esse de necessitate Sacramenti.

An quinque Unctiones sint de præcepto?

2666 Absque necessitate quinque unctiones sunt de præcepto.

AFfirma: saltem ex consuetudine, quæ non obligat urgente necessitate, ut est nè quis moriatur Sacramento non perfecto, nè conta-

gio

(4) Sanctum oleum Infirmorum juxta Ritum Sanctæ Ecclesiæ quotannis renovandum est. Synod. Dioec. sub Eminentiss. Franc. Pignatelli *par. 2. cap.* 9 *num.* 3.

glo afficiatur Minister. Diana dans quioque Doctores *par.3.tract.4.resol.80.*

Ex his resolvitur:

An sit de essentia Sacramenti unctis quinque sensuum?

2667 Unctio quinque sensuũ non est necessaris ad essẽtiam Sacramenti.

NEga: quia nullibi id constat. Et in Rituali Constantiensi dicitur in contagiosis morbis tantùm pedes ungi, & in alio Pastorali probante Facultate Lovaniensi, in morbis contagiosis satis esse, si ungatur sensus organi magis expositi; & in aliis idem statui testatur Gobat *tract.8.n.794.* apud Dianam *par.8. tract.1. resol.21.* Sylvius in 3.*par.qu.33.art.2.* Layman *lib.5.tract.8.cap.3.* Henriquez, Sà, Toletus, Suarez, Bellarminus, aliique apud Busembaum *lib.6.tract.5.cap.1.§.2. Materia proxima.*

An sit de essentia, ut ungatur organum duplicatum sensus?

2668 Nec ad ejus essentiã pertinet ungere duplicatum organum sensus.

NEga: & sic satis est si unctio fiat in alterutro organo: puta in una aure, manu. Palaus *tract.10. disp.unica p.8. num.15.* dicens ex præcepto faciendam unctionem in utroque organo, si possit fieri sine damno Infirmi non valentis vertere caput, vel latus.

Sed absolutè posse ungi unum organum; quia Florentinum solam unctionem exigit, ait Tambur.*lib.6.de Sacram. Extrema Unctionis cap.1. §.2.num.3.* Bonac. *pun.5.num.21.* cum Suarez, dicens servandam consuetudinem: & mortale tantùm esse non ungere utrumque organum præcisa necessitate ait Tambur.*loco cit.*

An in unctionibus servandus sit ordo?

2669 Item nõ debet servari ordo sensuũ in unctionibus.

NEga: de necessitate Sacramenti, quia nullo certo jure, nulla certa obligatio probatur, ut probanda esset. Arriaga *loco cit.n.20.* Aversa *supra, §.neque verò.* Gobat *tract.8. num.925.* dicens Sacerdoti nil repetendum, si priùs ungat nares, quàm oculos, aliàs incideret in *cap. unic. de Sacramentis non iterandis.* Tambur. *loco cit.§.4. num. 4.* Bonac. dans quinque Doctores *pun.1.num.2.*

1670 Sed venialiter peccaret.

Non servans autem ordinem præfixum in Rituali venialiter peccat; quia non videtur gravis materia. Granadus *disp.8.num.7.* Dicastillus *tract.7.disp.1.num.58.* Antonius à Spir. S. *tr.8. num.25.* Tamburrinus *lib.6. cap.1. §. 2.* contra Palaum *disp.12. puncto 7. num.11.* ajentem esse grave.

An in unctione exprimendus sit sensus ungendus?

1671 Exprimẽdus est sensus in ejus unctione.

AFfirma: sicuti enim ungi debet, ita exprimi oportet; & si unus sensus ungatur loco omnium, adhuc debet exprimi quinarius numerus, dicendo: *Quidquid deliquisti per visum, auditum, gustum, odoratum, & tactum.* Aversa *loco cit.sect.4.§.tamen circa.*

De Forma Sacramenti Extremæ Unctionis.

CAPUT III.

1672 Quænã forma Extremæ Unctionis.

EST: *Per istam sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per visum, &c.* Colligitur ex Florentino, Trid. *sess.14. cap.1. de Extrema Unctione*, Ceremoniali, & utitur Romana Ecclesia. D.Tho.in *addit.qu.29.art.4.* Arriaga *loco cit.num.24.* Caramuel *Fundam. n.3607.* Bonacina *loco cit.par.3.* Camerota *tr. 10. cap.3. dub.1.* Antonius à Spir.S. *tract.8.num.800.* Hurtadus *diff.7.*

Invocatio SS. Trinitatis non est de essentia; quia hoc Sacramento fidem non profitemur. Sylvester v.*Unctio qu.2.* Gobat *tract.8. nu.800.* Coninck *disp.19. num.15.* Bonac. *loco cit.* dans quatuor Doctores. Tamburr.*loc.cit.§.3.n.3.*

Imò nec est de præcepto, cùm de eo non constet. Henriquez *lib. 3. cap. 8. num. 4.* Coninck *disp.19.dub.4.num.25.* Bonacina *loc.cit.puncto 3. num.3.* Suarez *disp.41.sect.3.* Reginaldus *lib.28. num. 54.* & sic licitè potest omitti. Caramuel cum Filliuccio *loco cit.* & Camerota *dub.3.* contra Fabium Incarnatum in *Scrutinio Sacerdotali de Extrema Unctione.* Angelum v. *Unctio Extrema num.2.* 1673 An sit de præcepto.

Ly *Sanctam* non esse de essentia asserit Diana *part.9.tract.1. resol.155.* Palaus *tract.26.part.4. num.4.* Caramuel, & alii; quia ex subjectis circumstantiis colligitur unctionem esse Sanctam, cùm Ecclesia oleo Sancto utatur. *Suam piissimam misericordiam* nec est de essentia, nam exprimitur per ly *indulgeat tibi Deus. Piissimam* nec est de essentia, nam sine ea adhuc sensus est integer. D.Tho. in 4. *dist.23.q.1. ad 4.qq.3.* 1674 Quæ sint de essentia, aut de præcepto, explicantur.

An forma hujus Sacramenti debeat esse deprecativa?

AFfirma: Jacobi 5. ibi: *orent super eum.* Trid. *sess.14.cap.1.de Extrema Unctione.* D.Tho. in 4.*dist.23.q.1.art.4.ad 3.* Tambur.*lib.6.cap.1. §.3. num. 1.* dicens non posse exprimi indicativè, nec imperativè. Camerota *tract. 10. cap.3. dub. 2.* ajens esse deprecativam ob sanitatem corporis impetrandam. Caram.*fundam.n.3610.* rectè dicens contra Beccanum *de Sacram. Pœnitentia cap.27.qu.4.num.3.* Rhodes *tom.2.de Extrema Unctione sect.3.* non valere argumentum ab aliis ad hoc Sacramentum, aliàs sicut in hoc dicitur: *indulgeat tibi Deus*, posset etiam dicere: *Baptizet te Deus, absolvat te Deus*, quod est absurdissimum, Riccardum, & alios, volentes confici etiam forma indicativa, dicendo: *per istam sanctam Unctionem Deus tibi parcit.* Suarium *disp. 40. sect. 3.* Laymanum *lib.5. tract.8. cap.3. num.1.* volentes modum indicativum, & deprecativum conjungi posse, dicendo: *ungo te, ut Deus tibi indulgeat quidquid deliquisti.* 1675 Forma sit deprecativa.

Nec officit indicativè exprimi Mediolani: Ibi: *Ungo te oleo sanctificato in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut more militis uncti præparatus ad certamen aereas superare possit potestates*, ut testatur D.Bonavent. in 4.*dist.23. par.1.art.1.qu.1.* Et in Diœcesi Constantiensi, ubi dicitur: *Ungo oculos tuos oleo sancto in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti, ut per istam unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti per visum. Amen.* 1676 Mediolani indicative exprimitur. 1677 Et in Diœcesi Constantiensi.

Nam hujusmodi formulæ secundum mores patrios deprecativæ sunt, & non est novum orationes per indicativum proferri: ut patet in Secreta Dominicæ 23. post Pentecosten, & in Secreta Confessoris non Pontificis, incipit *Laudis hostia.* Lessius 3. *par. de Extrema Unctione cap. 1.* Verba namque hæc in subjecta materia significant. Caramuel *supra.* Thuscus *litera V. concl.95.*

An falsificetur forma, si ex ignorantia grammatica, vel lapsu linguæ pro ly deliquisti, *dicatur* dereliquisti? 1678 Forma non mutatur si per deliquisti, dicatur dereliquisti.

NEga: quia verba significant ex circumstantiis, & subjecta materia: ut in Baptismo supra dicebamus. Gobat *Theologia experiment. tract.8.num.811.*

An

An unctio quinquies debeat repeti cum forma?

2679 Unctio quinque sẽsuum non debet repeti cum forma.

NEga: essentialiter; nam sufficeret unica unctio, & ungendo interim singulos sensus dicere semel: *Per has sanctas Unctiones indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per visum, auditum, &c.* Arriaga *loco cit. num.* 23. Dicastillus *tract.* 7. *disp.* 1. *n.* 69. Antonius à Sp. S. *tr.* 8. *n.* 21. Malletus *mallentione* 3. *bractea* 6. & urgente timore negante singulas integrè repeti, ita faciendum, ait Palaus *tract.* 16. *disp.* 1. *par.* 4. *nu.* 4. Bassæus v. *Extrema Unctio num.* 10. Et si fiat sine causa, mortale ait Dicastillus, & Antonius à Spir. S. *locis citatis* contra Bassæum *loco cit.*

De Subjecto Extremæ Unctionis.

CAPUT IV.

2680 Baptizatus in infirmitate periculosa est subjectũ Extremæ Unctionis.

SUbjectum hujus Sacramenti est baptizatus in infirmitate periculosa detentus. Jacobi 5. ibi: *infirmatur quis in vobis*. Trid. *sess.* 14. *c.* 3. ibi: *illis verò præsertim, qui tam periculosè decumbunt, ut in exitu vitæ constituti videantur: Unde Sacramentum exeuntium appellatur*: Concil. Florentinum, ibi: *hoc Sacramentum nisi infirmo, de cujus morte timetur, dari non debet.* D. Tho. in 4. *dist.* 23. *qu.* 1. *art.* 2. *quæstiuncula* 1. Camerota *tract.* 10. *cap.* 5. *dub.* 1. Gobat *tract.* 8. *num.* 820. Contra quosdam Græcos, ajentes sanis ministrari posse.

Mos iste Græcorum an damnandus? affirmãt communiter. V. Tournely *de Extr. Unct. q.* 3. probatur ab Habert ibidem *cap.* 5.

Hinc fit primo incapacem hujus Sacramenti esse sanum, vel constitutum in periculo, vel articulo mortis, navigatione, certamine periculoso, suspendio, decapitatione, ut ex Trident. *sess.* 14. *cap.* 3. Toletus *lib.* 7. *Summæ cap.* 3. *n.* 1. Dicastillus *disp.* 1. *dub.* 10. Aversa *loco cit. sect.* 8. §. *in primis.* Rodriquez *tom.* 2. *cap.* 191. *num.* 6. Henriquez *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 1. Camerota *tr.* 10. *cap* 5. *dub.* 2. Bonacina hìc *puncto* 8. *nu.* 14. Tamburrinus *lib.* 6. *cap.* 2. §. 5. *nu.* 2. Tolosanus *lib.* 1. *partit. Juris Canonici tit.* 41. *cap.* 3.

2681 Sanus etsi sit in periculo, vel articulo mortis, non est capax hujus Sacramenti.

Sed difficultas est.

An infirmitas debeat esse periculosa valdè?

2682 Non requiritur infirmitas periculosa valde.

NEga: & sic arbitrio prudentis infirmo ministrari valet; quia Trid. *sess.* 14. *cap.* 3. ait ministrandam Extremam Unctionem infirmis, præsertim in infirmitate periculosa. Et ly *præsertim* exprimit etiam sine tanto periculo ministrari posse; secus vanè fuisset appositum ly *præsertim*.

Nec obstat Florentinum; nam ibi dicitur dandam infirmo, de cujus morte timetur: non verò dicitur dandam infirmo, de cujus morte valdè timetur. Coninck *disp.* 19. *dub.* 7. *num.* 25. Suarez *tom.* 4. *disp.* 41. *sect.* 2. Quintanadueñas *tom.* 1. *tract.* 5. *sing.* 2. *num.* 5. Armachanus *lib.* 9. *de quæstionibus Armenorum quæst.* 1. Tamburr. *lib.* 6. *cap.* 2. §. 5. *num.* 2. ajentes validè conferri infirmis, contra Reginaldum *lib.* 28. *num.* 67. Dianam *par.* 9. *tract.* 6. *resol.* 25.

In dubio an infirmitas sit periculosa, an ministrari valeat hoc Sacramentum?

2683 In dubio an infirmitas sit periculosa valet hoc Sacramẽtum ministrari.

AFfirma: sub conditione si capax es. Nam tunc nec Sacramento irrogatur injuria, & consulitur ægroto. Tamburrinus *locis cit. nu.* 2. contra Palaum *disp. unica de Extrema Unctione punct.* 13. ajentem expectandum certum periculum.

An sit expectanda desperatio ægroti?

2684 Non est expectãda desperatio salutis ægroti.

NEga: & sic sufficit periculum, non desperatio requiritur. Catechismus Romanus *par.* 2. *de Extrema Unctione cap.* 6. *num.* 9. ait gravissimè peccare, qui expectant desperari ægrotum. Quod gravissimum peccatum non admittit Suarez *disp.* 42. *sect.* 2. *num.* 7.

Ex dictis habes posse hoc Sacramentum ministrari laborantibus in partu; nam sunt in infirmitate periculosa. Lublinus v. *Extrema Unctio num.* 2. Reginaldus *lib.* 28. *num.* 68. Diana dans sex Doctores *par.* 10. *tr.* 12. *resol.* 9. Arriaga *loco cit. num.* 66. contra Bonacinam *disp.* 7. *puncto* 5. *num.* 4.

2685 Laborantes in partu possunt hoc Sacramentũ recipere, est c. Conc. Mediol. IV.

Fit etiam posse ministrari decedenti ex vulnere, præcipitio conliso, veneno, peste affectos; nam revera alteratio turbans humores infirmum periculosum constituit. D. Tho. *cit.* Sotus in 4. *dist.* 24. *quæst.* 2. *art.* 2. Tamburrinus *lib.* 6. *cap.* 2. §. 5. *num.* 1.

2686 Et decedentes ex ulnere, præcipitio, ruina, peste.

An sit ministrandum habenti spem vivendi hoc Sacramentum?

2687 Potest ministrari habẽti spẽ vivendi

AFfirma: nam ex dictis non requiritur desperatio, & effectus hujus Sacramenti conferendi salutem, datur quando adest aliqua spes vitæ. Aversa *loco cit.* §. *tertis tamen.* Possevinus, & alii.

An sit lethale expectare, ut sensibus infirmus destituatur?

2688 Lethale est expectare ut sensibus destituatur.

AFfirma: nam hoc Sacramentum tam devotè non suscipitur, & fortè recipitur in peccato sine attritione, vel contritione, quam haberet, & eligeret ægrotus, & confiteretur si ante defectum sensuum reciperet. Henriquez *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 2. Coninck *disp.* 19. *dub.* 7. *num.* 24. Bonacina *punct.* 3. *num.* 7. contra Possevinum *cap.* 9. *num.* 14.

An in dubio vitæ ægroti sit ministrandam Extremam Unctionem?

2689 Potest ministrari in dubio vitæ ægroti.

AFfirma: sub conditione si subjectum sit capax. Navarrus *cap.* 22. *num.* 23. Reginaldus *lib.* 28. *num.* 65. Suarez *disp.* 42. *sect.* 2. Bonac. *loco cit. num.* 9. Camerota *loco cit. tract.* 10. *cap.* 2. *dub.* 5. Sancius 27. *Selectarum.* Dicastillus *tr.* 7. *disp.* 1. *num.* 40. & 41.

Quæ ætate sit ministrandum hoc Sacramentum?

2690 Deficiẽtibus senectute valet ministrari.

SEnectute deficientibus ministrari valet; quia senectus est morbus. Navarrus *cap.* 27. *num.* 14. Suarez *disp.* 42. *sect.* 1. *num.* 11. Armilla v. *Unctio num.* 9. Gobat *tr.* 8. *num.* 852. Camerota *tr.* 10. *cap.* 5. *dub.* 6. Bonacina *loco cit. pun.* 5. *num.* 6. dans septem Doctores.

An infans ægrotus possit recipere hoc Sacramentum?

2691 Infantibus non ministratur Extrema Unctio.

NEgant communiter Doctores, quia nequit habere effectum hujus Sacramenti. Dicastillus, Sancius, Navar. *locis citatis*, Leander dans viginti Doctores *quæst.* 2. Sed non video cur non possit recipere gratiam sanctificantem, quæ est præcipuus hujus Sacramenti effectus. Nec officit fallificari formam: *quicquid deliquisti*, nec posse prodesse ad vincendas tentationes; nam ly *quidquid deliquisti*, intelligitur sub conditione. Jacobi 5. ibi: *si in peccatis est, remittentur*: ubi Apostolus non exigit peccatum. Unde miror Bonacinam *pun.* 5. *num.* 15. fundari in tali ratione, cùm ipse velit, posse ministrari illis, qui nunquam peccaverunt, & licèt in-

2692 Cui repugnat Auctor

infantibus non prodest ad vincendas tentationes, prodest ad ferendam infirmitatem, & ad recuperandam salutem. Nec quia Sacramentum omnes effectus non conferat, ministrari nequit, si aliquos conferat effectus: ut patet in Sacramentis mortuorum collatis existentibus in gratia. Totum tamen id remitto Ecclesiæ Romanæ. (5)

An possit conferri proximis infantiæ?

2693 Proximis infantiæ potest ministrari. AFfirma: quia isti sunt capaces, ut percipiant omnes Sacramenti effectus, etiam remissionem venialium. Tamburrinus *loco cit. num.* 3. Tolosanus *lib.* 1. *partit. Juris Canonici tit.*11.*cap.*3. D.Bonaventura in 4.*dist.*23.

An perpetuò amentibus infirmis possit hoc Sacramentum ministrari?

2694 Amentibus perpetuò an sit danda Extrema Unctio. AFfirmare videtur Major in 4.*dist.*29. §.*contra secundam conclusionem*. Bellarminus *de Unctione cap.*9.*in fine*. Tu ex dictis de Infante hanc resolvas controversiam. (6)

An sit necessarius usus actualis rationis pro receptione hujus Sacramenti?

2695 Non est necesse usus actualis rationis in receptione hujus Sacramenti. NEga: nisi constet ante usum rationis peccasse; nam sunt habiles ut gratia eis conferatur, & remittantur reliquiæ peccatorum: nec constat aliud Christum Dominum requirere: unde ministrari valet freneticis, furiosis, amentibus, dementibus, præciso irreverentiæ periculo, etiamsi quando fuerunt in usu rationis non petierint; nam viveos christianè Sacramenta petit. Arriaga *loco cit. num.*36. Antonius à Spir.S. Tamburrinus *loco cit.cap.*2.§.3.*num.*3. Gobat *tract.*8.*num.*827. Sed quid

Si in usu rationis actualiter non peccaverit?

ADhuc ei ministrari valet hoc Sacramentum; quia confert alios effectus gratiæ alleviandi à merore. D.Bonaventura in 4.*dist.*23.*par.*2. *art.*1. Suarez *disp.* 42. *sect.*3. Villalobos *tom.* 1. *tr.*10.*diff.*4.*num.*7. Bonac.*pun.*5.*num.*13. Tamburrinus *lib.*6.*cap.*2.§.3. *num.*3. dicens utrumque probabile. Arriaga dans sex Doctores *loco cit.num.*36. Contra Gobát *tr.*8.*num.*820. Aversam *loco cit.* §. *dicendum*. Leandrum *loco cit. quæst.*5. Sancium 27.*Selectarum num.*18. requirentes actuale peccatum, saltem ante Baptismum. Hinc resolvitur:

An recenter baptizatus moribundus valeat recipere hoc Sacramentum?

2696 Recenter baptizatus moribundus recipere valet hoc Sacramentum. AFfirma: quia valet alleviari, & roborari, ut resistat tentationibus. Bonac. *pun.*5.*nu.*13. & 14. Diana dans duodecim Doctores. Camerota, & alii, dicentes posse tunc ministrari sine conditione *si deliquisti*. Contra Sancium 27.*Selectar. n.*18. ajentem posse ministrari sub conditione *si deliquisti*. Sed hinc resolvitur alia quæstio:

An Beatissima Immaculata Virgo Mater Dei receperit hoc Sacramentum?

2697 Beatissima Virgo hoc Sacramẽtum recepit ad augendam gratiam. AFfirma: D.Antoninus 3.*par. tit.*15. *cap.*16. Arriaga dans novem Doctores, idem dicentes de adulto si non peccavit. Contra Vasquez, Sancium 77.*Selectarum num.*2.

Profuit hoc Sacramentum ad augendam gratiam, & ad evincendas tentationes exteriores. Non obstat, quòd non verificatur forma; nam oratio tantùm est essentialis. Secundo ex Arriaga *num.*42. ly *indulgeat tibi Deus, &c.* habet sensum, quem habet absolutio Sacramenti Pœnitentiæ, & est conferre gratiam remissivam peccati, si adest. Jacobi 5. ibi: *si in peccatis sit, remittentur*, & simul est gratia confortans, muniens ad fortiter resistendum tentationibus.

An iteratò possit ministrari hoc Sacramentum, iterato eodem morbo?

AFfirma: quia oppositum non invenitur jure decretum, & est Trid. *sess.* 14. *cap.* 3. ibi: *Quod si infirmi post susceptam hanc Unctionem convaluerint, iterùm hujus Sacramenti subsidio juvari poterunt, cùm in aliud simile vitæ discrimen inciderint*. Non igitur in eodem continuato morbo, probante usu totius Ecclesiæ, sed mutatu morbi statu: ut si convaluisset, & reincideret, iterumque pericliteretur in eadem infirmitate, potest replicari hoc Sacramentum. D.Tho.in 4.*dist.*23.*quæst.*2.*art.*3. Tambur. *lib.*6.*cap.*2.§.6.*num.*1. Arriaga *loco cit.num.*48. Bonacina *pun.*6.*num.*4. dans duodecim Doctores. Camerota *tr.*10.*cap.*5.*dub.*9. 2698 Potest reiterari, iteratò eodẽ morbo.

Quando infirmo periclitanti denegandum sit hoc Sacramentum?

DEnegatur ex multis causis. Primo, si adsit obex lethalis peccati, vel nolit illud recipere. *Can.illud superfluum. dist.*95. Bonacina *punct.*5. *n.*1. *in fine*. Tolosanus *lib.*1. *partit. Juris Canonici tit.* 11. *cap.* 3. Arriaga *loco cit. num.*43. licèt nolle recipere hoc Sacramentum ad summum sit veniale præciso scandalo, & contemtu, secundum D.Tho. D.Bonavent. Hurtad. *de Extrema Unctione diff.*11. Tambur.*lib.*6. *cap.*2.§.5.*num.*7. contra Magistrum, & Sotum, quos sequitur Camerota *tr.* 10. *cap.* 5. *dub.* 10. ajentes lethale ob usum Ecclesiæ. 2699 Peccatori, & nolenti hoc Sacramẽtum denegatur.

Secundo, non ministratur excommunicatis. 2700 Et excommunicatis.

Tertio, non ministratur tempore interdicti. *cap.quod inre. de penitentiis, & remiss.* Navar. *cap.*27. *num.*171. Henriq.*lib.*3.*cap.*10.*n.*3. 2701 Tempore interdicti non ministratur.

De Partibus ungendis.

CAPUT V.

UNctio fit in quinque sensibus, scilicet oculis, auribus, naribus, manibus, ore, renibus, & pedibus. Concil. Florentinum in Decreto Eugenii, ibi: *in oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum, & locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem ibidem vigentem.* 2702 Unctio fiat in quinque sensibus.

An sit essentiale, ut fiat in dictis partibus?

NEga: nam Jacobi 5. solùm requiritur unctio Infirmi, & urgente necessitate unctionem fieri posse in capite, ait Tambur. *lib.*6. *cap.*1. 2703 Non est essẽtiale fieri in quinque sensibus.

(5) Recedendum non est à recepta sententia, qua oppositum docet, quia Extrema Unctio Christianæ Pœnitentiæ consummatio à Sanctis Patribus appellatur, & instituta est ad tollendas reliquias peccatorum: proinde infantes sunt illius incapaces, quippè qui peccare non possunt.

(6) Amentibus à nativitate, si lucida intervalla habeant, administretur. Synod. Diœc. Neap. sub Eminentiss. Franc. Card. Pignat. *par.*2.*cap.*7.*num.*2.

cap.1. §.2. num.4. in morbis contagiosis in pectore, ait Rituale Constantiense. Gobat *tr.* 8. *num.* 794. Si autem esset essentialis unctio sensuum, nec in necessitate id fieri posset.

An sit de præcepto unctio quinque sensuum?

2704 Est tamen de præcepto ita fieri.

PAtet ex dictis esse de præcepto unctio quinque sensuum, non verò renum, & pedum. Caramuel *Fundam.num.*3615.

Cur in dictis sensibus fiat Unctio?

2705 Unguntur sensus, quia his peccatur.

QUia indè peccatorum via, & radix. D.Th. in 4.*dist.*23.*qu.*2.*art.*3.*quæstiuncula* 1.

2706 Sacerdoti nō ungitur vola manus, sed pars convexa.

In Sacerdote verò non ungitur vola manus, sed pars convexa; uam vola fuit in ordine sanctificata; & vola est pars interior manus. Tamburr.*supra cit.*§.4.*num.*3. Bonac.*pun.*5.*num.*18. & 19. Gobat *tract.*8. *num.*925. ex Rituali Romano.

Carens organo illius sensus, puta manu, oculo, ubi sit ungendus

2707 Carenti organo sensus ungitur pars proximior.

UNgendus est ubi erat organum, vel in loco proximiori; quia potuit delinquere, nec requiritur actuale flagitium ad verificandam formam hujus Sacramenti: sicuti nec ad varificandam formam Sacramenti Pœnitentiæ. D.Tho. in 4.*dist.*23.*art.*3.*qu.*3. Bonacina *supra cit.* Camerota *tract.* 10. *cap.* 5. *dub.* 8 Arriaga *supra cit.num.*19.*in fine.* Aversa *loc. cit.* §. *debet autem.* Præpositus 3.*par. quæst. unica de Extrema Unctione dub.*8. *num.*73.

Sed Caramuel *Fundam.num.*3625. ait id non carere difficultate; quia non peccavit in illo sensu, nec locus proximus est sensus, quo abuti possit ad delinquendum; nec satis est posse delinquere, ut ait Præpositus, aliàs infantibus ministrari posset. Sed non est necesse adesse peccatum ut verificetur forma: patet ex dictis. Et unctio in loco proximiori fit, ut verificetur unctio partis contiguæ, per consensum censetur in organo. Aut è contra dicendum, omittendam esse unctionem sensus deficientis, nec ungendum locum proximiorem; quia proximior locus non est sensus exprimendus forma. Unde tanquam de re impossibili non debet ungi sensus deficiens; cùm lex ad impossibilia non obliget. Nec adest canon quo præcipiatur unctio loci proximioris. (7)

An quævis Unctio, an potius ultima gratiam conferat?

2708 Prima enim, & essentialiter gratiā confert, sequentes integraliter augent.

AFfirma: singulas unctiones gratiam conferre, & primam essentialiter, sequentes integraliter gratiam augere; nam in qualibet habetur vera forma, materia, & intentio Ministri. Nec ratio convincit oppositum. Suarez *disp* 41. *sect* a. Henriquez *lib.*3. *de Sacramentis cap.*1 a.*num.*3. Arriaga *loco cit.num.*19. Contra Bonacinam *pun.* 5. *num.* 16 Aversam *loco.cit. sect.* 5. §. *hoc ergo*, volentes totam gratiam conferri in ultima unctione, & hoc Sacramentum esse unum unitate indivisionis.

De Ministro hujus Sacramenti.

CAPUT VI.

DUplex est. Primus, qui validè, & licitè administrat hoc Sacramentum: alter validè, non semper licitè.

Validè, & licitè administrat suis ovibus curam habens: ut Episcopus, Parochus. id namque ad regimen Ecclesiæ spectat, ut à proprio Pastore gubernetur. *Clem.*1. *de privilegiis.* Jacobi 5. ibi: *inducat Presbyteros Ecclesiæ.* Trident. *sess.*14. *cap.*3. ibi: *quo nomine eo loco, non ætate seniores, aut primores in Populo intelligendi veniunt, sed aut Episcopi, aut Sacerdotes ab ipsis ritè ordinati per impositionem manuum Presbyterii.* Et *can.*4. *de Extrema Unctione*: *Si quis dixerit, Presbyteros Ecclesiæ, quos Beatus Jacobus adducendos esse ad Infirmum ungendum hortatur, non esse Sacerdotes ab Episcopo ordinates, sed ætate seniores in quavis Communitate, ob idque proprium Extremæ Unctionis Ministrum non esse solum Sacerdotem, Anathema sit.*) Tho. 3. *par. quæst.* 31. *art.*4. *in suppl.* Suarez *disp.*43. *sect.*1. Bellarminus *de Extrema Unctione tom.*3. *cap.*9. Arriaga *disp.*54. *num.* 2. Aversa *loco cit. sect.* in. §.*pates etiam.* Camerota *tract.*10.*cap.*4. *dub.*a. Bonacina *pun.*4.*num.*4.& 5. 2709 Validè, & licitè ministrat, qui curam animarum habet.

Validè verò semper, & quandoque licitè, quandoque illicitè simplex Sacerdos. Validè semper. *can. illud superfluum. dist.*95. Jacobi 5. ibi: *inducat Presbyteros.* Trid.*sess.*14. *cap.*3. ibi: *Episcopi, aut Sacerdotes ab ipsis ritè ordinati.* Concilium Florentinum *loc.cit.*D.Thom.& Bonac. *cit.* 2710 Validè, sed illicitè administrat simplex Sacerdos.

Simplices Sacerdotes, licitè, & quandoque illicitè, si ministrent Parocho, rationabiliter dissentiente. Licitè ministrant primo ex licentia Parochi expressa, vel tacita. *Clem.*1. *de privilegiis.* Sylvester v.*Unctio qu.*4. Camerota *loco cit. dub.*3.*in fine*,& *dub.*4. Secundo si Minister simplex Sacerdos, etiam Religiosus, urgente necessitate morientis secùs sine hoc Sacramento; tunc enim non solùm potest, sed etiam tenetur caritate premente, ut fidelis vi hujus Sacramenti, aliis destitutus, evadat ex attrito contritus. Diana dans octo Doctores *par.* 5. *tract.* 3. *resol.*83. & *par.*8. *tr.*1. *resol.*36. Suarez *disp.*44. *sect.*2. Sotus in 4.*dist.*23 *quæst.*2.*art.*1. Leander dans viginti Doctores *tom.*1. *tr.*4. *qu.*3. Arriaga *loco cit.num.*2. Camerota *tr.*10.*cap.*4.*dub.*4. dicens, communem esse Sacerdotes seculares, non Regulares, posse illud ministrare absente Parocho in articulo mortis. Et aliquando etiam licitè.

Tertio, sine mortali bis simplex Sacerdos carens licentia Parochi ministraret hoc Sacramentum; quia non videtur gravis usurpatio; qualis esset si ministraret sæpè: secundum Tamburr. *lib.*6.*cap.*3.*num.*2. (8) 2711 Sine licentia non esset mortale illud administrare.

Laicus nunquam, nec validè, nec licitè ministrat hoc Sacramentum. Trid.*sess.* 14. *cap.* 3. contra Waldensem *tom.*2.*de Sacram.cap.*162. 2712 Laicus invalidè, & illicitè illud administrat.

Quarto, si Parochus iniquè nollet ministrare, nec licentiam ministrandi dare, tunc quivis Sacerdos licitè ministrat hoc Saeramantum, & ex caritate ministrare tenetur, si alia via infirmo succurri nequeat; nam tunc Parochus est ita ac si non esset, injustè denegans licentiam, ad quam, 2713 Parocho iniquè non ministrante Unctionem, licitè simplex Sacerdos ministrat.

(7) Infantes, cùm usum rationis non habeant, delinquere non possunt.

(8) Præter casum necessitatis, quo præsumpto Parochi mandato, potest quilibet Sacerdos, modò non sit excommunicatus, aut suspensus, illud ad ministrare; si quis ausus fuerit se hujus Sacramenti Ministrum facere, pœnis arbitrio nostro puniëtur. Synod.Neap. sub Eminentiss. Franc. Cardin. Pignat. *par.*2. *cap.*7.*num.*9.

quam negandam jus non habet; cùm nemo habeat jus iniquè agendi. Arg.*cap.licèt.18.de Regularibus*. Et sic licentiam tunc habet tacitam à Summo Pontifice, etiam Religiosus Sacerdos. Cajetanus v.*Excommunicatio num.* 64. ubi Armilla *num.*49. Granadus *controv.8.num.5.* Henriquez *lib.3.cap.13. num.4.* Layman *lib.5. tr.8. cap.6.num.2.* Diana *par.5. tr.3.resol.72.* Leander citans undecim Doctores *quæst.* 4. Aversa *loco cit.§ dicitur quoque.* Contra Sylvest.v.*Unctio quæst.4.*

Pœna Sacerdotis simplicis ministrantis sine necessitate, & licentia expressa hoc Sacramentum.

2714 Sacerdos secularis sine licentia administrans Unctionem peccat, & arbitrariè punitur.

VEl est Sacerdos Regularis, vel Sacerdos secularis. Sacerdos secularis peccat, & pœna non punitur. Regularis (cujus nomine hìc non venit Novitius) peccat, & est excommunicatus ipso facto, excommunicatione Papæ reservata. *Clem.1.de privilegiis.* Suarez *tom.5. in 3.par. de censuris disp.22.sect.4.* Bonacina *loco cit.num.6.* Aversa *cit.§.patet etiam.* Arriaga *loc.cit.num.2.* Tamburr.*lib.6.cap.3.§.num.2.*

2715 Regularis incurrit excomm. Papæ reservatam.

An Parochus excommunicatus valeat hanc licentiam dare?

2716 Parochus excommunicatus potest hanc licentiam dare.

AFfirma: quia non est actus jurisdictionis, sed superioritatis; sic pater familias excommunicatus retinet superioritatem, qua valet præcipere, & licentias subditis concedere. Ortiz *cap.23.§.2.* Henriquez *lib.3.cap.13. nu.2.* contra Sà v.*Extrema Unctio num.8.*

An plures Sacerdotes valeant conferre hoc Sacramentum?

2717 Si unus Sacerdos ungit, & alius profert verba invalidè ministrat.

DIstinguas: Vel unus profert verba, & alius ungit. Vel quilibet profert verba, & ungit distinctum organum. Si primum nega; quia non verificatur forma: *Per istam sanctam unctionem, &c.* Et ungens debet orare. Jacobi 5. ibi: *orent super eum, ungentes.* Si secundum, affirma validum conferri Sacramentum totum integrum ab utroque Sacerdote; non enim hoc Sacramentum exigit Ministri unitatem. Bonac. *loco cit.pun.4.num.7.* Antonius à Spir.S. *tom.1. Directorii tract. 8. num.* 46. Sic Sacramentum Ordinis à diversis Episcopis recipi valet successivè. Cùm enim habeat suam formam, & materiam, debet habere suum effectum independenter ab alia unctione; cùm una ab alia forma non dependeat.

2718 Si plures Sacerdotes simul ungũt, & proferunt verba, validè ministrãt.

Quid agendum si unus Sacerdos incipiat ungere, & antequam perficiat moriatur?

2719 Si deficiat Sacerdos in Unctionibus, suppleatur ab alio.

DIces, quod suppletur reliquum ab alio Sacerdote: ut deficiente consecrante Sacerdote ante consecrationem Calicis consecrato pane, alius Sacerdos consecrat sequentem speciem Calicis, & ità perficit sacrificium. Et mortuo Episcopo inter ordinandum post dationem potestatis consecrandi, alius Episcopus supplet quod deest. Suarez *disp.43. sect.2.* Henriquez *lib.3.cap.12.num.4.* Granadus *disp.8.n.7.* Arriaga dans undecim Doctores *loco cit.nu.13.* Reginaldus *lib.28. nu.62.* Leander *loc.cit. qu.7.* Aversa *cit. §. non esse.* Idque etiam si penderet ab ultima unctione indivisibiliter Sacramentum: ut sentit Aversa. D.Tho.in *4.dist.23.qu.1. art.2. quæstiuncula 2. ad 3.* contra Turrianum in *Summa par.2.cap.155.dub.2.concl.2.*

Esset tamen grave sine necessitate ita conferre Sacramentum. Arriaga *loco cit. num.* 14. Bassæus v.*Extrema Unctio num.2.* ob usum contrarium Ecclesiæ, & periculum nullitatis ob oppositam sententiam Meratii *de Sacramento Unctionis disp.10.sect.2.* (9) Hinc

An mortuo Sacerdote facta una, aut altera unctione, Sacerdos sequens debeat ab initio iterum ungere?

2720 Si moriatur Sacerdos in una, aut altera unctione, securius est ab initio repetere, si adsit tẽpus.

AFfirma: nisi sit periculum in mora ob probabilem contrariam sententiam dicentem tale Sacramentum non esse validum. Repetat tamen sub conditione, si primæ non fuerunt validæ; nè se exponat periculo nullitatis. Meratius, & Diana, quos sequitur Arriaga *loco cit. num.16.*

Ritus ministrandi Sacramentum Extremæ Unctionis.

CAPUT VII.

2721 An possit domi retineri Oleum Sanctum.

PRimo non peccat mortaliter Sacerdos inspecto jure communi ducens domum vesperi Oleum Sanctum, ut noctu vocatus ungat ægrotum, cùm noctu petere Ecclesiam sit difficile ob pluvias, vel distantiam habitationis; non enim est unde sit lethale. Arriaga dicens quandoque nec veniale, si id expediat infirmo: dummodò religiosè interim servetur.

Facta unctione, nec peccat graviter domum rediens cum vasculo; quia non est irreverentia gravis. Quintanadueñas *tract. 5. singulari* 10. Imò si frigidissima hyeme, nive undique, & frigiditate, & aquis inundantibus, posset enim tunc etiam Eucharistiam decenter domi retinere, vel apud Infirmum, vel in alio loco, donec mitescat tempestas. (10)

2722 Non est lethale omittere Psalmos

Nec est mortale omittere Psalmos, & alias preces præscriptas in Rituali, secundum Gobat *tract.8. num.924.*

2723 Litaniæ sunt de consilio.

Recitatio Litaniarum est de consilio. Gobat *loco cit.* nec est veniale post Extremam Unctionem omittere Psalmos Pœnitentiales, ut contra Granadum docet Bonacina *pun. 6. num.7.* Leander *quæst.* 22. nullibi enim de præcepto constat; Et tempore pestis statim ungendus est, nil, præter formam, dicendo. Ita Castrus Palaus, ceterique multi communiter.

2724 Sine necessitate mortale est absq; superpelliceo, & stola ministrare Oleũ Sanctum.

Tamen est mortale in necessitate ministrare hoc Sacramentum sine superpelliceo, vel stola, secundum Dianam *par.1. tract.2. res.79. & 84.* Suarez *disp.44.sect.3.* Bonac.*pun.6.num.9.* Tamburr.*loco cit.§.4.num.1.*

2725 Sine lumine veniale est.

Ministrare sine lumine esse veniale ait Palaus *tract.26. disp.unica par.8. num.11.* Barbosa *de potestate Parochi num.44.* Diana *part.4. tr.6. resol.46.* & nec veniale esse ait Quintanad. Non tamen licet feminis, etiam monialibus respondere.

(9) Semper memoria tenenda prima Propositio damnata ab Innoc. XI. Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabili tantùm utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

(10) Oleum Sanctum Infirmorum, cùm separatè à Sanctissimo Viatico defertur, cùm duobus luminibus, & Cruce deferendum est, sed Crux non hastæ affixa, sed in manibus præferenda. Rit. Roman. in Rubric.

dere deficiente Ministro, etiam sub veniali. Secundum Antonium à Spir. S. *tract.* 8. *num.* 51. nec Minister est necessarius, potestque sibimet respondere. Tamburr. *loco cit.* §.4. Quintanad. *tr.*5. *singulari* 7.

2726 Si moribundus alia Sacramenta non recepit, potest hoc Sacramentum dari.

Sed si moribundus alia Sacramenta non recepit, tunc posse hoc Sacramentum ministrari ait Quintanad. *supra cit. num.*4. Tamburr. *cit.* Possevinus *cap.*5.*quæst.*35. Gobat *tr.*8.*n.*928.

2727 Stuppa comburatur.

Stuppa est comburenda, & ad singulas unctiones de novo est adhibenda nova stuppa, secundum opinionem Layman, & Sà hic.

Effectus hujus Sacramenti.

CAPUT VIII.

2728 Primus effectus est gratiæ sanctificans.

DUplex est, unus animam, alter corpus respicit.

Effectus circa animam primus est communis cum ceteris Sacramentis, productio scilicet gratiæ sanctificantis. Triden. *sess.*14. *can.*2. probabiliùs per primam unctionem. Arriaga *loco cit.num.*37. contra Bonacinam *pun.*6.*nu.*2. ajentem conferri per ultimam. Quæ gratia cùm sit effectus necessarius, non suspenditur intentione Ministri, nequeuntis velle ponere causam necessariam, sine effectu. Arriaga *n.*38.

2729 Per accidens potest dare primā gratiam.

Potest per accidens causare primam gratiam si recipiatur bona fide ab attrito, qua ratione tollit peccata, quæ sunt. Dicastillus *de Extrema Unctione dub.*6.*num.*8. Layman *tr.*5. *cap.*5. Arriaga *loco cit. num.*86. ex Jacobo 5. ibi: *& si in peccatis sit, remittentur ei.* Ly *in peccatis sit* denotat peccata mortalia; nam potest esse, & non esse; non verò denotat venialia, in quibus ferè homo præsumitur. Joannes 1. ibi: *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, veritas in nobis non est.* Et hoc idem indicant verba formæ: *quidquid deliquisti.* Contrariam tamen defendunt sententiam Sotus, Scotus, Bonacina, Riccardus, quos sequitur Vasquez *qu.*87.*art.*3.

2730 Secundus effectus est tollere venialia, & mortalia ignota.

Secundus effectus primarius est tollere venialia, & mortalia ignota. *cap. unico de sacra Unctione.* Trid. *sess.*14.*can.*2. ibi: *remittere peccata.* Jacobi 5. ibi *si in peccatis sit*: quæ verba, ut diximus, non exprimunt venialia, sine quibus ordinariè homo esse nequit. Ergo exprimunt mortalia, sine quibus homo vivere valet. Glossa in *can. Presbyteros.* v. *Sanctificatio dist.* 95. D.Bonavent. Durandus in 4.*dist.*23.

2731 Differentia inter Pœnitentiam, & Extremam Unctionem.

Nec per hoc pœnitentia non convenit; nam hæc per se tollit mortalia, & venialia, etiam nota pœnitenti. At Extrema Unctio per accidens tollit recipienti non nota. Arriaga *loco cit. num.* 3. Dicastillus *supra cit.* Hurtadus *de Extrema Unctione diffic.* 8. contra Aversam *cit. sect.*6. §. *patebit.*

Imò Gobat *tr.*8.*num.*911. & 912. cum Layman *lib.*5. *tr.*8. *cap.*5. *num.* 2. concedit Extremam Unctionem in lethali affecto frenetici; quia præsumi potest ante frenesim elicuisse actum contritionis, veræ, vel putatæ.

Venialia per se tolluntur. Trid. *sess.*14.*can.*2. D.Bonavent. in 4.*dist.*23.*art.*1.*qu.*1. ubi Scotus *qu.un.* Javellus *de Extrema Unctione cap.*4. Vasquez *tom.*4.*qu.*87.*art.*3.*dub.*3. Et unà cum peccatis tollitur portio pœnæ debitę. Hurtadus *de Extrema Unctione diff.*9. Gobat *tr.*8.*n.*922.

2732 Tertius effectus est tollere reliquias peccatorum.

Tertius effectus est per se tollens reliquias peccatorum. Trid. *sess.*14.*cap.*2. ibi: *cujus unctio delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias, abstergit.* Reliquiæ autem peccatorum sunt tristitia, angor, timor, tremor à peccato pullulantes, morientem prementes, & frigidum sudorem exprimentes, proclivitas ad lapsum, difficultas in benè operando, fastidium in eliciendo actus salutis, diaboli audacia in tentando toties moribundum, periculum reincidendi altissimè lancinans morientem. Hæc sunt cunctæ peccatorum appendices, & damnati convicii venenatæ reliquiæ. D.Tho. 3.*par. in suppl.qu.*30.*art.*1.

Contra hujusmodi suos fideles Christus Dominus munit, & suos atletas ungit in ultimum descensuros certamen, actus diaboli eludit, voluntatem firmat in bonum, mentem serenat, reminiscentiam sedat.

2733 Quartus effectus est alleviare ægrotum.

Quartus effectus est alleviare ægrotum, ejus animam confirmando, & excitando fiduciam, spem circa Divinam misericordiam. Trident. *sess.*14. *in Proemio*, ibi: *Clementissimus Redemptor noster, qui servis suis quovis tempore voluit de salutaribus remediis adversus omnia omnium hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramentis aliis præparavit, quibus Christiani conservare se integros dum vivent ab omni graviore spiritus incommodo possint; ita Extremæ Unctionis Sacramento finem vitæ, tanquam firmissimo quodam præsidio, munivit.* Et *cap.*2. *Ægroti animam alleviat, & confirmat, magnam in eo Divinæ misericordiæ fiduciam excitando, qua infirmus sublevatus, & morbi incommoda, ac labores leviùs fert, & tentationibus dæmonis, calcaneo insidiantis, faciliùs resistit.* D. Tho. *supra cit.* Et potest Parochus, etsi æger sit freneticus: ut accidit in illo, qui dicebat se damnatum, nec volebat admittere, nec audire de Divinis loquentem, ubi primum hoc Sacramento inunctus fuit, mentis, ac corporis salutem recuperavit; Thaurovultius in *Annalibus Societatis Jesu anno* 1599.

Gratia hujus Sacramenti an reviviscat recedente obice?

2734 Gratia hujus Sacramenti reviviscit remoto obice.

AFfirma: nulla enim ratio in oppositum cogit. Arriaga *loco cit.num.*35.

Effectus Corporis.

§. I.

2735 Dat fortitudinem ægroto, & si expediat sanitatem.

EST ut ægrotus faciliùs morbi angores sustineat, ut sanitatem corporis consequatur, si animæ expediat. Trid. *sess.*14.*cap.*2. Concil. Florentinum *loco cit.* Jacobi 5. *oratio Fidei salvabit Infirmum.*

2736 Sanitas est infallibilis si expediat.

Recuperare salutem corporalem tunc dicimus, cùm subjectum sit capax. Sotus in 4.*dist.* 23.*q.*2.*art.*2. Jo: de la Crux *q.*3.*de Sacram. Extremæ Unctionis dist.*3.*concl.*3. Et consequenter debet esse adhuc spes salutis in corpore, Itaut sit contra reverentiam debitam Sacramento expectare ut Infirmus careat omninò viribus; & ideò non debet esse omninò desperata salus.

Alleviatio, & alacritas contra morbi angores est infallibilis. Arriaga *loco cit.num.*42.

Sanitas est infallibilis si expedit animæ. Trident. *loco cit.* D. Tho. D. Bonavent. Magister, Suarez, Paludanus apud Dicastillum *de Extrema Unctione dub.* 6. Camerota *tract.* 10. *cap.* 6. §.*dico secundo.* Bonac. *pun.*6.*num.*1. D.Tho. in 4. *dist.* 23. *quæst.* 1. *art.* 2. *quæstiuncula* 3. Nec officit convaluisse multos, deindè damnatos; nam non constat tunc ex Sacramento convaluisse.

Scio Dicastillum *loco cit.* Gobat *tract.* 8. *num.* 917. velle non essa iofallibilem salutem corporis; quia multi cum hoc Sacrameoto moriuntor, qui mutassent in melius vitam, si oon obiissent, & Trid. *loco cit.* ait saoitatem corporis interdum conferri, si aoimæ expediat. Et hæc satis de Sacramento Extremæ Unctionis.

De Sacramento Ordinis.
TITULUS X.

ORdinis Sacramaotum materia est, itâ freqneos, apprimè necessaria.

Quid sit Ordo?
CAPUT I.

2737 Sacramenti Ordinis definitio. ORdo est *parium*, *dispariumque Ministrorum Divina signatorum constitutio per spiritualem potestatem, in ordine ad conficiendum Sacrificium Eucharisticum.* Trid. *sess.* 23. *can.* 2. ibi: *majores, & minores per quas, velut per gradus quosdam, in Sacerdotium tendatur.* D. Augustinus 19. *de Civit. Dei cap.* 13. D. Bonaventura in 4. *dist.* 24. *art.* 1. *qu.* 2. & *qu.* 4. §. *responsio*, ibi: *distinctionem in partibus, sicuti & numerus.*

2738 Per partes explicatur. Dicitur *parium, dispariumque Ministrorum*; quia plures in distincto ordinato officio cooltituuntur Ministri.

Dicitor *Divina constitutio*; qoia Ordo est institutus à Christo Domino. Trident. *sess.* 23. *can.* 3. ibi: *à Christo Domino institutum.*

Subditur *signatorum*; quia Ordo Sacramentum est ioprimeos charecterem io ordinato, ratione cujus distinguitur ordinatus à non ordinato per signum iotrinsecum.

2739 Ordo confectionem Eucharistiæ respicit. Concluditur *in ordine ad conficiendum Sacrificium Eucharisticum*; quia hic est fiois Sacrementi Ordinis, cōstituere scilicet Ministros, præcipuè ad sacrificandum, licèt secundariò etiam ad alia Sacramenta ministranda: puta Extremam Uoctionem, Pœnitentiam, Ordinem, &c. & Episcopatus etiam Eucharistiam respicit, in quaotum coofert Ordinem in ordine ad sacrificandum coofectiooe Sacrameoti Eucharistici. Dicitur etiam in ordioe ad Eucharistiam, ad differentiam aliorum, qui sunt ordioes Ministrorum Religioois.

Hæc defioitio colligitur ex D. Augustino 19. *de Civitate cap.* 13. ubi dicit: *Ordo est parium, dispariumque Ministrorum constitutio.* Hæc defioitio si iotimè peoetretur, uullas patitur difficultates.

2740 Alia definitio adducitur. Non placet tamen communis Theologorum in 4. *dist.* 24. ubi Magister, D. Thomas, D. Bonaveotura, Granadus *tr.* 1. *de Sacramento Ordinis. dist.* 1. *n.* 1. & Incarnati in *Scrutinio de Sacramento Ordinis tr.* 2. scilicet: *Ordo est signaculum quoddam, in quo spiritualis potestas traditur ordinato.* Et ly *signaculum* sumitor pro charactera, quo sivè remotè, sivè proximè ordioatus recipit potestatem pro conficienda Eucharistia. Trid. *sess.* 7. *de Sacramentis can.* 9.

Noo placet, nisi sumatur per effectum, nam non est essentialis. Primo, quia Ordo est Sacrameotum traosieos; & sic non est sigoaculum permanens. Secundo, quia sigoaculum est effectus Ordinis, scilicet character, & sicuti effectus oon est causa, ità character, qui est effectus, non est Ordo. 2741 Cur nō probetur.

An Ordo sit Sacramentum à Christo Domino institutum?

AFfirma: Trid. *sess.* 23. *cap.* 3. & *can.* 3. ibi: *Si quis dixerit Ordinem, sivè sacram Ordinationem non esse verè, & propriè Sacramentum, à Christo Domino institutum; Anathema sit. c. ad abolendam. de hæreticis.* Floreotioum io *Decreto Eugenii.* (1) Chalcedonense *can.* 2. 1. ad Thimotheum 4. 2. ad Thimotheum 1. *cap. fin. de Presbytero non baptizato.* D. Augustious *lib.* 2. *cap.* 16. contra Parmenionem, & cootra Calvinum *lib.* 4. *Institutionum c.* 19. §. 22. Melanchthooem, Lutherum *lib. de captivitate Babilonica, & lib. de Ordine*: ajeotes, seculares posse sibi constituere Sacerdotes, etiam non ordinatos. (a) 2742 Ordo est Sacramentum à Christo Domino institutum.

Quando à Christo Domino institutum?

IN Cœna Domini; oam tuoc constituit Sacerdotes conficientes Eucharistiam, licèt Episcopatus post Resurrectionem fuerit probabiliter iostitutus secundum Arriagam *tom.* 8. *disp.* 55. *n.* 3. 2743 In ultima Cœna.

Quot sint Ordines?
CAPUT II.

OMnes cooltituunt unum Sacramentum unitate perfectionis finis, ut plures gradus constituuot unam scalam, plures partas, unam domum. Barbosa *de potest. Episcopi cap.* 2. *allegat.* 2. *num.* 23. 2744 Omnes Ordines unum Sacramentū constituunt.

Numero autem quot sint?
§. I.

TRiplex est sententia. Prima docet essa septem, ob septem dona Spiritus Sancti. Theologi cum Magistro in 4. *dist.* 24. 2745 Septem numerantur.

Secunda ait esse octo, scilicet addens saptem Episcopatum. Navar. io *Manuali cap.* 22. *n.* 18. 2746 Alii octo asserunt.

Tertia numerat novem, ob novem Choros Angelorum, quibus sa Ecclesia militans conformare iotendit; & sic sopra septem ponit Episcopatum, & primam Toosuram, qoam etiam Psalmistatum vocant; nam Ecclesia Militana sequitur ordinem Triumphantis. Apocalypsis 21. ibi: *Hierusalem novam descendentem de Cœlo.* Exodi *cap.* 2. ibi: *fac secundum exemplar, quod tibi in Monte monstratum est. can. ad hoc. dist.* 89. At in Triumphanti novem sunt ordines Aogelorum. *can. principium*, §. *omnis. de penitentia dist.* 2747 Alii novem.

(1) Doctrina de Sacramenro Ordinis in *Decreto Unionis Armenorum* expressa, hæc est: „ Sextum Sacramentum est Ordo. Cujus materia est illud, per cujus traditionem confertur Ordo: sicut Presbyteratus traditor per Calicis eum vino, & Patenæ cum pane porrectionem: Diaconatut per libri Evangeliorum dationem: Subdiaconatus verò per Calicis vacui, eum Patena vacua superposita traditionem: & similiter de aliis per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem; Forma Sacerdotii talis est: *Accipe potestatem offerendi Sacrificium in Ecclesia pro vivis, & mortuis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Et sic de aliorum Ordinum formis, prout in Pontificali Romano laté contioetur. Ordinarius Minister hujus Sacramenti est Episcopus. Effectus augmentum gratiæ, ut quis fit idoneus Minister.

(a) Cùm contendant impiè, ac sediriose hæterodoxi omnem potestatem, & Jurisdictionem Ecclesiasticam concessam fuisse in communi toti Ecclesiæ, seu societati fidelium, quæ laicos, seu populum continet, eumque Pastores noonisi ex consensu populi, & veluti ejus Vicarii, seu delegari valeant exercere; huic hæreticorum seditioso errori proximè accedit Propositio 90. inter 101. à Clem. XI. damnatas Pasqualis Quesnellii: „ Ecclesia potestatem habet excommunicandi, ut eam exerceat per primos Pastores ex consensu saltem præsumpto totius corporis „. Cui adhæret Edmundus Richerius *de Eccl. & Civili potest. cap.* 1. & 2.

dist. 12. ergo etlam in Militanti. Butrius, Jo: Andreas in *c. cum contingat. de ætate, & qualitate.* Fagnanus in *cap. requisivit. num.* 77. *de Ordinatis ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatui,* docens *num.* 90. cum Vasquez 3. *par. tom.* 3. *disp.* 240. *cap.* 2. *num.* 51. Ordinem non respicere per se Eucharistiam, sed aliquid sacrum, ut est consecrare Ministros. Et probatur ex Trident. *sess.* 23. *c.* 4. ibi: *ad hanc Hierarchicam Ordinem præcipuè pertinere.* Glossa in *c. ad nostram. v. Ecclesiæ. de hæreticis*. D. Gregorius *homil.* 12. *in Evangelia*, ibi: *Simile est Regnum Cælorum, &c.*

Hanc propugnant Canonistæ cum Maja, ad Bullam Clementis VIII. *observatione* 12. *n.* 381.

2748 Cōmuniter septem admittuntur. Communios est Theologorum, septem scilicet admittens esse Ordines, quatuur minores, scilicet Ostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, Acolythatus: tres majores, scilicet Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus. Concilium Chastaginense IV. à *c.* 3. *ad* 9. Trid. *sess.* 23. *can.* 2. ibi: *Si quis dixerit, præter Sacerdotium non esse in Ecclesia Catholica alios Ordines, & majores, & minores, per quos, velut per gradus quosdam, in Sacerdotium tendatur; Anathema sit.* Caram. *Fundam. num.* 3649. dicens, omnes Ordines sacra ministeria exercere; & sic sacros esse. At majores dici sacros, quia ministerio Sacrificio propiùs accedunt: quibus accedens devota, vel præcepta castitas, inhabilitans ad noptias, magis eos sacratiores reddit. *cap. à multis.* 9. *de ætate, & qualitate.* Contra Calvinum *lib.* 4. *Institutionum. cap.* 4. *& cap.* 19. ajeotem, Diaconatum, Presbyteratum, & Episcopatum Ordinem.

Cur aliqui dicantur sacri, non omnes?

2749 Ob annexā castitatē tres superiores Ordines dicūtur sacri. PRimo, quia tres habent annexam castitatem devotam, vel præceptam inhabilitatem ad noptias, ratione cujus magis ligantur Divino cultui. Secundo, quia licèt minores, & majores sacrum exerceant ministerium, majores perpetuò immutabiliter ei sunt addicti; cùm non possint ordinati ampliùs recedere à sacro statu; at minores non ligant irrecessibiliter: unde meritò sacri non dicuntur. Tertio, quia majores propiùs Sacrificio ministrant.

An extiterint tempore Apostolorum?

2750 Isti Ordines tempore Apostolorum extiterunt. AFfirma. Trident. *sess.* 23. *de Sacram. Ordinis c.* 2. ibi: *ab ipso Ecclesiæ initio sequentium, &c.* D. Ignatius *Epist. ad Antiochenses*, ibi: *saluto Sanctum Presbyterium vestrum, saluto Sanctos Diaconos, saluto Subdiacones, Lectores, Cantores, Ostiarios, Laborantes, Exorcistas, atque Confessores.* D. autem Ignatius convixit Apostolis. *cap. miramur. de servis non ordinandis.* Epiphanius contra hæreses *lib.* 3. *tom.* 2. *in fine.*

An isti Ordines sint verum Sacramentum unum?

2751 Et sunt verum Sacramentum. AFfirma: unitate generica perfectionis, in quantum omnes Ordines respiciunt confectionem Eucharistiæ per se, & ut plures gradus unam scalam perficiunt: ità plures Ordines unum Sacramentum constituunt unitate perfectionis. D. Tho. in 4. *dist.* 24. *quæst.* 2. *art.* 2. D. Bonaventura in 4. *dist.* 24. *qu.* 4. Barbosa *de potestate Episcopi par.* 2. *alleg.* 2. *num.* 13.

An Psalmistatus sit Ordo?

§. II.

2752 Psalmistatus nō Ordo, sed officium. NEga: nam erat officium Cantoris, quod in Ecclesia non erat permanens, & à Presbyteris dependebat *c. Psalmistæ dist.* 23. Concilium Carthaginense IV. *c.* 10. contra multos Canonistas apud Dicastillum *de Sacramentis tr.* 6. *disp.* 1. *dub.* 2. *num.* 21. & sic impropriè appellatus quandoque Ordo. Caram. *Fundam. num.* 3610. ait idem cum Lectoratu.

An prima Tonsura sit Ordo?

§. III.

DIstingua: vel Ordo sumitur pro Sacramento Ordinis imprimente characterem, vel pro segregatione, & deputatione personæ ad sacrum ministerium.

Si Ordo sumatur pro Sacramento Ordinis imprimente characterem: nega primam Tonsuram esse Ordinem, quia Sacramentum Ordinis est institutum à Christo Domino. *cap. ad abolendam. de hæreticis. c. final. de Presbytero non baptizato.* Trident. *sess.* 23. *can.* 3. & prima Tonsura non est instituta à Christo Domino, sed est instituta ab Ecclesia. Secundo, quia Sacramentum habet materiam, & formam. Concilium Florentinum in *Decreto Eugenii*, & in prima Tonsura deest materia, & forma. 2753 Prima Tonsura non est propriè Ordo.

Si verò Ordo sumatur pro segregatione à statu laico, & deputatione personæ ad sacrum ministerium, affirma primam Tonsuram esse Ordinem, cum Maya ad Bullam Clementis VIII. *observat.* 12. *num.* 381. Abbata in *cap. cum contingat.* 11. *de ætate, & qualit.* ubi Butrius *nu.* 3. Majore in 4. *dist.* 24. *qu.* 1. Barbosa dans undecim Doctores *alleg.* 2. *num.* 16. Ricc. *collect.* 1678. Gregorio Lopez *tit.* 16. *par.* 1. Cævallos *communium qu.* 524. *num.* 2. Torreblanca *de Magia cap.* 6. Heckio *homilia de Ordinibus.* 2754 Largè dici potest Ordo.

Patet primo, quia in jure prima Tonsura Ordo appellatur. *c. cum contingat.* 11. ibi: *Clericatus Ordo, in Tonsura hujusmodi conferatur.* Et ibi: *per primam Tonsuram juxtà formam Ecclesiæ datam, à talibus Clericalis Ordo confertur. de ætate, & qualitate.* Et primam Tonsuram esse characterem Clericalem ait Xistus V. anno 1588. in motu proprio contra malè promotos. *c. degradatio* 2. ibi: *collatione Tonsuræ. de pœnis in* 6. *c. quoniam. dist.* 61. Unde Tonsurati verè Clerici sunt. *c. cum Cyprianus.* 20. *qu.* 1. *cap.* 1. *c. fin. de vita, & honest. Clericorum.*

Secundo probatur, quia habet verum sacrum Officium, & veluti genericum, commune deinde cæteris Ordinibus, & etiam specificum assistendi Divinis Officiis. Nec est major ratio, cur Ostiariatus januas aperiens, Ecclesiam custodiens, sit Ordo: non verò prima Tonsura dans jus ad statum, & functiones publicas Ecclesiasticas, ac Divinorum servitium.

Tertio, quia principium est veluti ejusdem naturæ cum eo, cujus est principium, sed prima Tonsura est principium status Ecclesiastici, & Ordinis; ergo debet participare rationem Ordinis.

Nec officit primo textus in *cap.* 6. *de vita, & honestate Clericor.* in *cap. cum inter.* 13. ibi: *Ordines, Tonsuratione. de sententia, & re judicata.* Trid. *sess.* 14. *c.* 4. ibi: *ad minores Ordines, aut ad Tonsuram.* Et Trid. *sess.* 23. *de reform. c.* 4. ubi distinguitur prima Tonsura ab Ordine minori.

Nam ibi *aut* non importat diversitatem, sed numerum, ut sæpè ly *vel*, ly *aut*, conjunctionem significat, ut si dicam gladius, aut ensis. *l. sæpè. D. de verb. signif.*

Secundo respondetur, ibi distingui ut prin-

cipium Ordinis à non principio, ob specialem naturam Tonsuræ distinguendi à statu laico, & constituendi in ordine ad Divina ministeria status sacri.

2755 Non repugnat Tonsuram esse Ordinem, sed Sacramentū. Nec repugnat secundo esse Ordinem, & non esse Sacramentum; nam satis est si ratio Sacramenti verificetur de principali analogato: sic Ordines minores esse Ordines, & non Sacramenta docet Sotos in 4. *dist.*24. *quæst.*1. *art.* 4. §. *septima conclusio*. Post Magistrum, aliosque, ut infra; Si ergo potuit Ecclesia secundum istos Doctores constituere quatuor minores, qui essent Ordines, & non essent Sacramenta, cur non etiam potuit talem constituere primam Tonsuram, quam ipsa Ecclesia Ordinem appellat in *c.cum contingat.*11.*de ætate, & qualitate.*

2756 Est tamen dispositio ad Ordines. Hæc sententia est contra absolutè negantes esse Ordinem, & tantùm volentes esse dispositionem ad Ordines, ut est Magister in 4.*dist.*24. ubi D.Thomas *quæst.*8. *art.*2. D.Bonaventura, Bellarminus *lib.*1.*de Clericis cap.* 13. Sanch. 7. *Opusculorum cap.*1.*dub.*6. *num.*6. Leander dans decem, & septem Doctores *tom.*2.*tract.*6. *qu.*5. Philibertus dans decem, & novem Doctores *tr. de Ordine par.*1. *cap.*7.*num.*2. Gonzalez in *cap. cum contingat.*11.*num.*2.*de ætate, & qualitate.* Caramuel *Fundam.nu.*3650. Gabriel à S.Vinc. *de Ordine disp.* 1. *qu.* 3. Sotum gratis damnantem nota temeritatis dicentes Tonsuram, & Episcopatum esse Ordinem, in 4.*dist.*24. *qu.*2. *art.*1. §.*ad quartum.* Pignatell.*tom.*2.*consultatione* 66.*num.*11.

Quodnam ex Ordinibus sit Sacramentum?

2757 Ordo pro principali analogato est Sacramentum. ORdo analogum nomen diversa exprimit. Et sumptum pro principali analogato, scilicet pro Ordine perfecto Sacerdotii, certò certiùs est Sacramentum. Est de fide. Trident. *sess.*23.*c.*3. & *can.*3.

Nunc est difficultas:

An valeat in particulari est Ordo, ergo est Sacramentum?

2758 Nequit tamen dici est Ordo, ergo Sacramentū. NEga: quia nomen *Ordo* est genus competens singulis, & ex genere non infertur determinata species, sed disjunctivè. Non enim valet dicere est Ordo; ergo Sacramentum: Est animal, ergo est rationale, sed est animal; ergo est vel rationale, vel irrationale. Sic Ordo est genus, aliqui Ordines in specie sunt Sacramenta, aliqui non; Unde nequit dici est Ordo, ergo est Sacramentum; nam ex dictis, prima Tonsura, & secundum aliquos etiam minores non sunt Sacramentom, & sunt Ordines; ergo nequit concludi est Ordo, ergo Sacramentum: ità minores esse verè Ordines, non Sacramentum, nec characterem imprimere ait Sotus in 4. *dist.* 24.*qu.*1.*art.*4.§.*septima conclusio*, §.*concedimus namque illos quidem esse veros Ordines, non tamen propriè Sacramentum Ordinis, sed Sacramentalia ad Sacramentum disponentia, & ideò nonsunt iterabiles*, & *qu.*2.*art.*1.§.*colligito*, ibi: *Minores Ordines quanquam non sint Sacramenta, & ideò propriè non dicantur Sacri, sunt tamen Sacramentalia, ut Potestates illic ad certas functiones conferantur, atque adeò propriè dicuntur Ordines.*

Qui Ordo in specie sit Sacramentum?

CAPUT III.

Prima Tonsura.

§. I.

2759 Prima Tonsura non est Sacramentū. NOn est Sacramentum, patet ex dictis, quia ab Ecclesia instituta, quæ Sacramentum instituere nequit. D. Tho. D. Bonaventura *loc. cit.* Tanderus *disp.*7.*num.*20. Hurtadus *de Ordine difficul.*9. contra Abbatem, & Ancharanum.

Ordines minores an sint Sacramentum?

§. II.

2760 Minores Ordines non sunt Sacramenta. NEga: Sotus in 4. *dist.*24. *qu.*1. *art.*4. §. *septima conclusio*, sequutus Magistrum in 4.*dist.*24. Durandus in 4. *dist.* 24. Navarrus in *Manuali cap.*22. *num.*18. Vasquez *tom.*3. *in* 3. *part.disp.*237. *cap.*2. Castrus *de Sacramento Ordinis num.*13. Michael Medina *lib.* 1. *de continentia cap.* 40. Præpositus *de Sacramento Ordinis quæst.un. dub.*9. Cajetanus *de ritu suscipiendi Ordines, addit.ad* 3.*par.* Suarius *to.*3.*disp.*18. *sect.*4.§.3. Sanch.7.*de matrimonio disp.*31. *n.*11. Diana *par.*8.*tr.*1.*responsio* 41. §.*sed quidquid sit.* Busembans *lib.* 6. *Medullæ tr.* 5. *cap.* 2. dicens oppositum probabiliùs. Arriaga *loco cit.num.*6. dicens oppositum probabiliùs. Leander *loco cit. qu.* 6. dicens oppositum longè probabiliùs, citans pro se triginta tres Doctores. Caram. verò *Fundam.num.*36.45. ait utrumque probabile; & *num.*3872. contra Gabrielem à S.Vinc. *de Ordine disp.* 2. *num.* 17. ajentem esse Sacramentum. (3)

Probatur ex Trid. *sess.*23.*cap.*4. ubi Sacra Ordinatio dicitur Sacramentum; minores autem Ordines non sunt Sacra Ordinatio; ergo &c. Secundo, quia in primitiva Ecclesia constat fuisse Sacramentum Ordinis, nec constat fuisse minores Ordines Sacramentum, licèt deinde nominentur, ut nominatur Psalmista, Fossor, Diaconissa. D.Ignatius *Epist.* 12.

Dices cum D. Bonaventura; ergo minores Ordines possunt iterari.

2761 Nequeunt tamen iterari. Nego consequentiam, quia ut prima Tonsura per istos iterari nequit: ità nec minores Ordines, cùm imitentur statum Sacramenti Ordinis; sic nec consecratio Ecclesiæ potest durante Ecclesia consecrata iterari, licèt non sit Ordo.

Nec replices cum Paludano. Sacramentalia simul cum Sacramentis eodem die ministrantur, sed Ordines minores sunt Sacramentalia; ergo eodem die ministrari possent.

Respondetur, ministrari eodem, vel diverso die Sacramentalia esse ex dispositione juris humani Ecclesiastici, quod ut potuit, ità decrevit aliqua simul, alia Sacramentalia discretis temporibus ministrari: sic ad experiendum magis Ministrum prima Tonsura præmittitur, & nequit sine dispensatione simul eadem die cum Sacris Ordinibus ministrari, licèt per adversarios etiam sit Sacramentale.

Subdiaconatus.

§. III.

2762 Subdiaconatus olim inter minores, nunc inter majores numeratur. QUondam non connumerabatur inter sacros. *can.*1.*dist.*25.*can.fin.dist.*65.*can.ante triennium dist.*31. *cap.à multis.* 9. *de ætate, & qualitate.* Hodiè inter sacros numeratur. *c.miramur.* *c.*7.*de servis non ordinandis. Clementina*

ut

(3) Recedendum non est ab opposita sententia, quæ probatior videtur.

ut hi. de ætate, & qualitate. c. Episcopus dist. 25. Trid. *sess.* 23. *can.* 2. & suscipitur ante Diaconatum. *c. sollicitudo dist.* 51.

An sit Sacramentum?

2763 Certè est Ordo, dubitatur an sit Sacramentū.

Esse Ordinem est certum.

Esse Sacramentū negat Magister in 4. *dist.* 24. §. *septimus Ordo*, ubi Durandus *qu.* 1. Cajetanus *tom.* 1. *Opusc. solor. tr.* 11. & 3. *par. qu.* 64. *art.* 3. Gratianus *dist.* 21. §. 1. Maldonatus *de Ordine qu.* 3. *pun.* 2. Avila *de traditionibus Apostolicis. c. de Ordine.* Camerata *de Sacramentis. tract. de Ordine c.* 1. *dub.* 4. Sotus in 4. *dist.* 24. *q.* 1. *art.* 4. Philibertus *loco cit. num.* 1. Machadus *tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 1. *art.* 7. Victoria *de Sacram. Ordinis num.* 226. Ledesma 2. *par. qu.* 40. *art.* 1. Thomas de Claves in *Summa Italica. de Sacram. Ordinis.* Hugo *lib.* 2. *de Sacramentis par.* 3. *c.* 13. & alii apud Vasquez 3. *par. disp.* 238. *c.* 1.

2764 Dubii motiva.

Moventur primò ex *cap. à multis.* 9. ibi: *Sacros Ordines Diaconatum dicimus, & Presbyteratum: hos siquidem solos primitiva Ecclesia legitur habuisse. de ætate, & qualitate*; ergo infertur in primitiva Ecclesia non aderat Subdiaconatus.

Secundo moventur ex *c. nullus.* 4. ibi: *Sacros autem Ordines dicimus Diaconatum, & Presbyteratum: hos siquidem solos primitiva legitur habuisse Ecclesia. dist.* 60. ubi Subdiaconatus non erat Ordo sacer; sed talis fuit redditus in Concil. Benevent. ab Urbano II. Itant Subdiaconis nec permissum tangere vasa sacra. *c. non oportet.* 25. ibi: *non oportet Subdiaconos licentiam habere in Sacrarium. dist.* 23. idque eis concessum à Sylvestro in *c. nullus dist.* 24.

Vide *lib.* 1. *tit.* 4. *num.* 13.

Tertio, quia non arguitur esse Sacramentum, quia vocatur Ordo; nam etiam Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Primiceriatus appellatur Ordo sacer in Concilio Emeritano *can.* 10. ibi: *singuli nostrum Archipresbyterum, Archidiaconum, & Primicerium habere debeamus; Sanctus quippè est Ordo, & à nobis per omnia observandus*: & in *c. dictum est dist.* 94.

Unde Amicus *tom.* 7. *disp.* 7. §. *omnes ferè n.* 91. & *tom.* 9. *disp.* 22. *sect.* 8. *num.* 50. & 51. ait ex nulla regula fidei posset deduci Subdiaconatum esse Sacramentum.

Nec obstat Tridentinum *sess.* 23. *can.* 6. dicens Ecclesiasticam Hierarchiam divinitùs institutam.

Nam ut rectè Tanderus *loco cit. n.* 40. & Arriaga *loc. cit. n.* 12. inde solùm colligitur Subdiaconatum esse Ordinem spectantem ad Ecclesiasticam Hierarchiam. Aliud enim est Christum Dominum constituisse Ecclesiasticam Hierarchiam, quod decidit Tridetioum contra Lutherum *lib. de abroganda Missa privata* ex ad Ephesios 4. ibi: *ipse dedit quosdam quidem Apostolos, &c.* & 1. ad Corinthios 10. ibi: *divisiones verò gratiarum, idem autem spiritus*, Aliud, quemlibet gradum Ecclesiasticæ Hierarchiæ esse Sacramentum.

In ista opinione non peccaret Subdiaconatus Ordinem in lethali recipiens, quia non poneret obicem gratiæ. Guimenius *tract. de matrimonio resol.* 4. *impressione* 1657.

2765 Communi autem sententia est Sacramentū.

At nos recedere nolimus à communi sententia, quam probabiliorem ait Coninck *de Sacramentis disp.* 10. *dub.* 6. *conclus.* 3. Gabr. à S. Vinc. *de Ordine disp.* 1. *num.* 22. Palaus, D. Tho. & alii.

Diaconatus.

§. IV.

Est Ordo. Trid. *loc. cit. c. à multis.* 9. *de ætate, & qualitate.* 2766

Diaconatus est Ordo.

An sit Sacramentum?

Negant Durandus in 4. *dist.* 24. *qu.* 2. Cajetanus 3. *par. qu.* 64. *art.* 3. & probabiliùs ait Victoria *de Sacramentis num.* 226. & 235. Thomas de Claves in *Summa italica de Sacramente Ordinis.* Et probabile ait Ledesma *part.* 4. *qu.* 40. *art.* 1. Layman *lib.* 5. *tr.* 9. *cap.* 4. *num.* 4. & se non videre cur non sit probabilis, non verò se videre cur sit probabilis ait Caram. *Fundam. num.* 3871. Saussay *lib.* 4 *Panopliæ cap.* 9. Medina *lib.* 2. *de continentia cap.* 26. nec recedit Vasq. 3. *par. disp.* 236. *cap.* 4. Gratianus *cap.* 1. *dist.* 21. Et non esse de fide Diaconatum esse Sacramentum asserit Bellarminus apud Rhodes *tom.* 2. *tr.* 12. *qu. un. sect.* 4. §. 2. *v.* 2. Et fuit sententia Synodi Trullani *can.* 16. ubi dicitur ministrasse non sacris, sed mensis. Baronius *anno* 691. *fol.* 609. *impressione Romana*, vocans Pseudo-Synodum; & hæc sententia probatur etiam ex Trid. *sess.* 23. *c.* 17. ibi: *ut Sanctorum Ordinum à Diaconatu ad Ostiariatum functiones, ab Apostolorum temporibus in Ecclesia laudabiliter receptæ*; Ergo infertur, Diaconatus non est Sacramentum, quia si esset Sacramentum, non fuissent ab Apostolorum, sed à Christi Domini tempor bus non solùm receptæ, sed recipiendæ, non solùm laudabiliter, sed etiam necessariò, quia quando à Christo Domino institutum est, necessariò recipiendum est. 2967

Multi dubitant an sit Sacramentū.

Moventur, quia Diaconatus fuit Ordo ex casu fortuito in Ecclesia introductus: orto scilicet tumultu Græcorum in ministerio mensæ, pro quo constituti fuerunt Diaconi. Actuum 6. ibi: *in diebus illis crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum adversus Hebræos.* Si autem fuisset Sacramentum, esset institutum à Christo Domino, non ab Apostolis ex casu fortuito: sic Diaconissæ, de quibus mentio in *l. nulla, C. de Episc. & Clericis*, §. *Diaconissam, Auth. de Sanctissimis Episc. columna* 9. *Auth. Diaconissam, C. de Episc. & Clericis*, etiam institutæ, ut ministrarent mulieribus ait Epiphanius *lib.* 3. *contra hæreses tom.* 1. Sed etiam Diaconissæ constituuntur in ministerium mulierùm solùm propter reverentiam, si opus fuerit Balnei gratia, aut visitationis, aut inspectionis corporum; & ipsæ sint etiam, quæ in unis nuptiis continenter se habuerunt, vel ab unis nuptiis viduitatem servàverint, aut semper virgines sint, & istæ castitatem etiam promittebant. *c. Diaconissam.* 27. *qu.* 1. *can. de Syracusana*, §. *ecce, dist.* 28. 2768

Dubii motiva.

Confirmant, quia Diaconatus fuit collatus à simplici Sacerdote, & Abbate Cisterciense, & quatuor Coabbatibus. Hurtadus *de Sacramento Ordinis diffic.* 18. Caram. *in Regularibus c.* 81. *num.* 1628. Aversa *de Sacram. Ordinis sect.* 3. *qu.* 3. Minister verò Ordinis est Episcopus, nec credendum est dispensasse quoad essentialia.

Nos autem nolumus recedere à contraria sententia frequentissimo Doctorum calculo munita, cum Cornelio à Lapide in *cap.* 6. Actuum. Sà v. *Ordo num.* 3. Sotus *loco cit.* §. *nihilominus.* Gonzalez in *Apparatu Juris Canonici n.* 32. Nam Stephanus illicò cœpit concionari. Actuum 6. nec fuisset tam solemniter eligendus tantùm pro ministerio mensæ. 2769

Auctor cum cōmuni dicit esse Sacramentum

Hic

2770 Succeslit loco Levitarū. Hic Ordo succeslit in Evangelio loco Levitarum. *c.Ceros. in fine, dist.*93. qui Levitæ ministrabant Sacerdotibus jussu Dei. Numerorum *cap.*8. *&* 9.

Presbyteratus.

§. V.

2771 Presbyteratus est Ordo, & Sacramētum. EST Ordo, & Sacramentum: est de fide. Trid. *sess.*23.*cap.*2.*can.*1.*&* 4. Concilium Chalcedonense *can.*2. Bellarmio. *lib.*2.*de Sacramentis cap.*23. Arriaga *loco cit.num.*15.*in fine.* Sotus in 4 *dist.*24.*quæst.*1. *art.*4. *conclus.*1. Gabriel à S.Vinc.*de Ordine disp.* 1.*qu.*4.*num.*19.ex D.Augustino. Unde meri laici non sunt Sacerdotes, licèt à laicis constituantur pro ministerio sacro ob senectutem, & merita: sed collatione Ordinis Presbyteratus recipiunt Sacramentum, & characterem. Trid. *loc. cit.* Lucæ 22. ubi solis Sacerdotibus dictum est: *hoc facite in meam commemorationem*. Concilium Nicænum *can.* 18. Florentinum in *Decreto Unionis Armenorum.* D. Dionysius *lib. de Ecclesiastica Hierarchia.* Epiphanius *hæresi* 79. D. Basilius *lib.*2. *de Baptismo.* D.Augustinus *quæst.*46. *Veteris Testamenti.* Vasq.3.*par.disp.*226. *cap.*1. Contra Weldenses, Wiclephum, & Lutherum, ajentes, Sacerdotes esse merè laicos, apud Bellarminum *to.*2. *controversiarum lib.*4. *de Eucharistia c.*16. Petavium *lib.*3. *de Ecclesiastica Hierarchia.*

Episcopatus.

§. VI.

2772 Episcopatus est pars Hierarchiæ de Jure Divino. EST de Jure Divino pars Ecclesiasticæ Hierarchiæ à Christo Domino institutæ. Trid. *sess.*23.*can.*6. Anacletus *Epist.*4.*cap.*1. & in primitiva Ecclesia vocabantur etiam Presbyteri, usurpato nomine pro seniori: vel quia ob parvitatem personarum, quæ eligebantur in Sacerdotes, deinde Episcopi etiam consecrabantur. Duodecim Doctores, quos refert Vasq. *disp.*240. *nu.*31. Coninck *disp.*20.*dub.*6. & institutus fuit Episcopatus simul, quando instituit alios Ordines. Trid. *loco cit.c.*4. ubi agens de Sacramento Ordinis, ait ad illum spectare Episcopatum, & esse Presbyteris superiorem; concluditque his verbis: *Hæc sunt, quæ generatim Sacræ Synodo visum est Christi fideles de Sacramento Ordinis docere*. Ex quibus Tridentinum admittit Episcopatum esse Ordinem, & Sacramentum.

Nota hìc, quòd est peccatum desiderare Episcopatum, ut præsit, non autem ut prosit. Argentina in 4.*qu.*1 *art.*1.*disp.*24.

An Episcopatus sit verus Ordo, & Sacramentum?

2773 Episcopatus est Ordo, & Sacramentū. AFfirma: nam est signum sacrum summæ potestatis conficiendi Sacramenta, Confirmationis, Ordinis, Sacramentalia, & constituendi Ministros Ecclesiæ. Trid. *sess.*23.*can.*7.

Secundo patet ex *cap.* 1. *de ordinato ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatui*: ubi Episcopus resignans, validè, non licitè Ordines confert; ergo remanet Ordinatus.

Tertio patet ex Trident. *sess.* 23. *cap.* 4. ibi: *Sacrosancta Synodus declarat, præter ceteros Ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc Hierarchicum Ordinem præcipuè pertinere.* Et infra ibi: *in Ordinatione Episcoporum. cap. finali. de Presbytero non baptizato. can. Ordinationis. dist.*75. Cyprianus *lib.*2.*epist.*30.

Per Episcopatus ergo Ordinationem gratia confertur. 1.ad Thimoteum 4. ibi: *noli negligere gratiam, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyterii.* D.Cyprianus *lib.*2. *epist.*30. ibi: *Episcopatus tui Ordinationem singulorum auribus intimavimus*. Arriaga *tom.*8.*disp.*55.*num.*19. Tuscus v.*Ordo conclus.* 189. Abbas in *cap. aqua. de consecratione Ecclesiæ*. Navar. in *Manuali cap.* 22. *num.* 18. Cajetanus *tom.*1.*Opusculorum tr.*10. Bellarminus *lib.* 1. *de Ordine cap.* 5. Sà v. *Ordo num.* 7. Layman *lib.*5. *tract.*9. *cap.*7. *in fine.* Granadus *tr.*1.*dist.*2.*num.*15.& vigintiquinque Doctores, quos sequitur Leander *loco cit. qu.*10. post Sotum in 4. *dist.* 24. *ad* 2. Contra Bonacinam *de Sacramentis disp.*8.*qu.un.pun.*1.*num.*3. Covarr. 1.*variarum cap.*10.*num.*15.& decem, & novem Doctores, quos refert Philibertus *tract.*1.*par.*1. *cap.*11.*num.*1. citans D.Thomam in 4.*dist.*24. *quæst.*2.*art.*2. Sylvestrum v.*Ordo.*1. *num.*1.§.3. Sotum in 4.*disp.*24.*qu.*2.*art.*3. §.*sit ergo*, dicentem esse Ordinem, non Sacramentum Ordinis. Ordinem ob gradus, & officii altitudinem: non Sacramentum Ordinis, quia non respicit Eucharistiam, quam essentialiter Sacramentum Ordinis respicit; & quia si esset Sacramentum Ordinis, validè quis ordinaretur ab Episcopo non Sacerdote. Gabrielem à S.Vinc. *de Ordine disp.*1.*qu.*3.*num.*27. ajentem Episcopatum, novum non imprimere characterem, sed characterem Sacerdotis extendi, ampliari Ordinatione Episcopali; adeòque non propriè, sed latè numerari inter Ordines Episcopatum: ex D.Thoma in 4.*dist.*24.*qu.*2.*art.*3.*ad* 2. ajentem esse Ordinem, ut est nomen dignitatis, officii, gradus.

2774 Quomodo character Sacerdotalis ampliatur in Episcopatu. Sed superest adhuc explicandum quomodo character Sacerdotalis amplietur, extendatur sine nova additione, saltem partis ad partem præexistentem; licèt enim secundum Thomistas extensio fiat sine additione novæ qualitatis, saltem fit additio novo modo, & extensio non fit, nisi aliquod superaddatur.

2775 Objectio fit satis. Dices cum D.Thoma, Sylvestro, Soto *locis cit.* Ordo respicit Sacramentum Eucharistiæ conficiendum: at Episcopatus non respicit Sacramentum Eucharistiæ conficiendum; ergo Episcopatus non est Ordo, nec Sacramentum.

Respondetur, Ordinem respicere Eucharistiam, sivè immediatè conficiendam, ut est Presbyteratus; sivè mediatè, ut est conferre Ordines, sine quibus Eucharistia confici nequit, & talis est Ordo Episcopalis.

An Episcopatus sit superior Sacerdotio, & dignior?

2776 Episcopatus est dignior, & superior Sacerdotio. AFfirma: Trident. *sess.* 23. *cap.*4. ibi: *eosque Presbyteris superiores esse;* & *can.*7. ibi: *Si quis dixerit Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi, & ordinandi; vel eam, quam habent, illis esse cum Presbyteris communem; Anathema sit*. Actum 20. contra Aerium apud D.Epiphanium *hæresi* 75.*num.*3. contra Wiclephum, & alios.

Hinc solvitur:

An differat Episcopatus à simplici Sacerdotio?

2777 Differt Episcopatus à simplici Sacerdotio. AFfirma: est de fide. Trid. *loco cit.* D. Dionysius *de Ecclesiastica Hierarchia cap.* 5. D.Thomas 2.2.*quæst.*184. *art.*6. contra Wiclephum,

phum, & Lutheraoos, volentes Sacerdotes esse Episcopo pares, & constitui Pastores à politica Republica apud Waldensem *tom. 2. de Sacramentis cap. 117. & tom. 2. de Sacramentalibus lib. 2. cap. 60.*

Differaotia est primo in potestate Ordinis. Secundo in potestate Jurisdictionie.

2778 Differt in potestate Ordinis. In potestate Ordinis; nam noo simplex Sacerdos, sed Episcopus vi suæ Ordinatioois potest conferre Ordines. Trid. *loc. cit. cap. 4. & can. 7.* Secundo, potest confirmare. *c. manus. de consecratione. dist. 5.* Trident. *loco cit.* Tertio potest Ecclesias consecrara. *c. aqua. de consecratione Ecclesiæ, vel Altaris*; & alia pluraque Sacrameotalia. Tridenc. *loco cit.* D. Clemens Papa *Epist. 3. ad universos*; & potest alia multa facere, quibus Ecclesia Dei regitur in spiritualibus, quæ non poterat, nec potest exercero character merè Sacerdotalis, nisi aliquid aliod superaddatur, quam novam additiooem, characterem novum appellamus.

2779 Et Jurisdictionis. Ratione Jurisdictioois mari, & mixti imperii in temporalibus, & spiritualibus, criminalibus, & civilibus supereminet Episcopalis Presbyterali potestati. Trid. *loco cit.*

An distinguatur à Sacramento Sacerdotii?

2780 Distinguitur à Sacramento Sacerdotii. Affirma: nam repugnat ut sit Sacrameotum, & non distiogui à Sacerdotio; cùm possit haberi Sacerdotium sina Episcopatu, & cùm hoc Sacramentum sit ipsa Ordinatio, necessariò distinguitur; nam Ordinatio Episcopatus sopervenit Ordinatiooi Presbyteratus aotea collati, & Sacrameotum Episcopatus ordinatur ad diversos effectus, non solùm Jurisdictionis, & Dignitatis, sed etiam Ordiois, ac Presbyteratus. Arriaga *loco cit. num. 21.* contra Leandrum *loco cit. quæst. 11.* ajentem, non distingui omnioò à Sacerdotio, cum decem Doctoribus: quatenus Episcopatus, & Sacerdotium integrat uoum perfectum Sacerdotium. Cui videtor consentira Caramoel *Fundam. num. 3650.* ajens Sacerdotium, & Episcopatum distingui, sed non specie, sed esse velut ajusdem Ordinis internæ partes.

Dices, ergo Ordines sunt octo. Multi concedunt consequentiam, ut Cajetanus, Navarrus, Covarr. Barbosa. In quo quæstio possit committi de voce. Vasq. ait Episcopatum essa Sacerdotiom magis perfectum. Idque placet Leandro *loco cit.* sed displicet Arriagæ *loc. cit.* ex eo quia eodem modo posset dici Presbyteratum facere Diaconum magis perfectum; & sic Diaconatum, & Presbyteratum non facere duos Ordines: & major est convanientia inter Diaconum, & Sacerdotem, ambo ordinatos ad Eucharistiam conficiendam; & sic concludit posse Episcopatum dici octo Ordines: & dici septem respicientes confectionem Eucharistiæ, ad quam Episcopatus non ordinatur.

An Episcopatus imprimat characterem?

2781 Episcopatus characterem imprimit. Affirma: nam Tridentioum indistinctè dicit Ordinem imprimere characterem, ratione cojus Episcopatus est etiam irreiterabilis. Trident. *sess. 23. cap. 4. can. 3. 4. & 6.* Hurtadus *de Ordine diffic. 3.* contra Vasq. *tom. 3. in 3. partem disp. 240. cap. 5.* ubi ait, characterem Sacerdotalem se extendere denominativè, non physicè Divina designatione respectu Confirmationis, & Ordinatioois facieodæ ab Episcopo, in qua designatione Divina character, & potestas Episcopalis consistit: qui rectè impugnatur ab Arriaga, quia talis designatio vel addit aliquid, vel nihil: si nihil, cur character Sacerdotalis fit potentior ad ordioandum, & confirmandum. Si aliquid, erit novus character, partialis saltem.

An non Sacerdos valeat ordinari Episcopus?

2782 Nõ Sacerdos nequit ordinari in Episcopum. Nega: quia ex proprio instituto debet Sacerdotium includera. Suarius *de censuris disp. 31. sect. 1. num. 53.* Sylvester v. *Ordo. 2. n. 1.* contra Joanoem Aodream in *cap. 1. de Clerico per saltum promoto.* Covar. *1. variarum cap. 10. num. 16.* Cuccum *lib. 2. Institutionum majorum tit. 6. num. 20.*

Archiepiscopatus, Patriarchatus, Cardinalatus.

§. VII.

2783 Archiepiscopatus, Patriarchatus, &c. non sont Ordines, & characterem non imprimunt. Non suot Ordinas, cùm characterem non imprimant supra esse Episcopi. Bellarminus *de Clericis cap. 26.* Diaoa *par. 5. tract. 2. resol. 2.* Saoch. *7. Opusculorum cap. 1. dub. 10.* Dicastillus *tr. 6. disp. 1. dub. 3. num. 43.* Caram. *Fundam. num. 3651.* ajens cum Salonio, Summum Pootificem valere Cardinalatum, & Patriarchatum extioguere. Camerota *de Sacramentis tr. 11. cap. 1. dub. 2.* contra Turrecrematam *lib. 1. cap. 80.* Jacobatium *tract. de continentia lib. 1. art. 12.*

Papatus;

§. VIII.

2784 Papa spectat ad Ecclesiasticam Hierarchiam. Spectat ad Ecclasiasticam Hierarchiam, sed supra Episcopatum noo addit alium Ordinem, & absque consecratione, facta legitima electione Jure Divino habet potestatis plenitudinem omnimodam. Sotus in *4. dist. 24. art. 4. conclus. 2.* Bonacina *loco cit. disp. 6 puncto 1. n. 5.* Dicastillus *loco cit. dub. 3. num. 43.*

An unus supponat alium characterem?

2785 Quãdo unus supponat alium characteram. Distingues validom à licito. Quoad validum, affirma. *cap. 1. & 2. de Clerico per saltum promoto.* & Trid. *de reformat. cap. 6. 7. & 8.* Sylvester *loco cit.* Sotus ex D. Tho. *loc. cit.* dicens Sacerdotem posse ministrare in Ordine non suscepto; ubi suppletur tantùm Diaconatus omissus, si esset nullus, deberet rapeti; sic in Ecclesia primitiva non servabator series, sed multoties dabator Sacerdotium sine, vel aote alios inferiores Ordioes. Rectè Soto in *4. dist. 24. quæst. 1. art. 4. in fine.* Sylvester v. *Ordo. 2. num. 1.* Argentina in *4. dist. 22. qu. 1. art. 2.* Legitimè nega. *cap. 1. & 2. de Clerico per saltum promoto*: 2786 Licitè, nega. aliàs confusa, non ut Castrorom acies ordioata, esset Hierarchia. Trident. *sess. 23. c. 4. c. solicitudo dist. 52.* modò agamus de singulis Ordinibus qooad materiam, formam, & officium, ac potestatem. Et primo sit:

Materia Ordinis in genere.

CAPUT IV.

Res tradita in signum potestatis Ordiois est materia Ordinis.

Duplex: una remota, altera proxima. Remota est res ipsa, quæ traditur, antequam tradator. Proxima est res ipsa, quæ traditur, vel traditio rei melius. Dicitur remota, quia ma-

gis

gis distat ab Ordine, cùm possit esse sine traditione. Dicitur proxima, quia proximior Sacramento Ordinis, quia ponitur simul cum forma, quia tunc cum forma confertur Ordinato potestas per Sacramentum Ordinis.

Quandoque in Ordine traduntur duæ res; sic in Acolythatu traduntur candelabrum, & urceoli, in Subdiaconatu liber Epistolarum, & Calix cum Patena vacua; & controversia est in qua traditione consistat ratio Ordinis.

Principium.

2787 Ordines sūs instituti in ordine ad ministrandā Eucharistiā. OMnes Ordines sunt instituti in ordine ad ministranda Sacramenta, præcipuè Eucharistiam. Florentinum in *Decreto Eugenii. can. perlectis. dist.* 25. *can. Cleros* 1. *dist.* 21. Unde illa traditio rei erit materia, quæ magis respicit confectionem, & decorem Eucharistici Sacramenti, & Sacrificii; & illa verba erunt forma, quæ magis exprimunt potestatem in ordine ad decorem, & confectionem Sacramentorum præcipuè Eucharistiæ. Et sic ex traditionibus pluribus plurimarum rerum illa essentialis, quæ pleniùs, proximiùs refertur ad Eucharisticam confectionem.

Prima Tonsura.

§. I.

2788 Prima Tonsura est primus gradus. EST gradus Ordinum primus; sic ast pars Hierarchiæ Ecclesiæ. *cap. cum contingat.* 11. *de ætate, & qualitate. can.* 1. *dist.* 79.

2789 Habet pro materia rescissionem capillorum. Habet pro materia rescissionem capillorum; pro forma verba Episcopi: *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi.* Navarrus *de Sacramentis non iterandis conf.* 4. Licèt secundum negantes esse Ordinem, illis verbis omissis, adhuc sit initiatus; quia illa verba sunt ceremonialia, & impropria, non essentialia. Sotus in 4. *dist.* 4. *qu.* 1. *art.* 1. Henriq. *lib.* 10. *cap.* 9. *num.* 4. *in fine*. Fornarius *de Ordine cap.* 7. *num.* 1. ajuntque primam Tonsuram esse dispositionem, Cœlestis Ecclesiæ Militiæ tyrocinium, exemplo armatæ Militiæ Romanæ, in qua ante militare Sacramentum, milites tyrocinio exercebantur. *L. ex eo tempore.* 42. *D. de militari testamento.* Livius *lib.* 2. *decade* 3. *& lib.* 6. *decade* 1.

Officium Tonsurati.

2790 Officiū Tonsurati. EST assistere in Ecclesia Missis, Choro, & Processionibus, assistere etiam ministeriis, & rebus Ecclesiasticis. Philibertus *tract.* 2. *par.* 1. *cap.* 8. Torreblanca *lib.* 2. *praxis cap.* 12. *n.* 41.

Tonsura.

2791 Ejus antiquitas. ANtiquissimo recepto usu est detonsio capillorum, & signum coronæ. Concilium Toletanum IX. *can.* 40.

Corona, Clericos specialiter Regnum Dei, demonstrat; ipsi namque secundum Hieronymum in *can. duo sunt.* 12. *qu.* 1. sunt Reges, & Sacerdotes, & sunt Reges, idest se, & alios in virtutibus regentes, & ità in Deo Regnum habent. Et S. Petrus *cap.* 2. eos vocat *genus electum, & regale Sacerdotium*, & Apocalypsis 1. & 5. ibi: *quia fecisti nos Deo nostro Regnum, & Sacerdotes, & regnabimus super terram.* Sanè rasura capitis Clericorum fit sicut ait Beda in *Historia Anglorum*, in memoriam ejus, quia cùm Beatus Petrus in Antiochia prædicaret, abraserunt summitatem capitis ejus in contumeliam nominis Christiani, & Dominicæ passionis; quod quidem hodie toti Clero in honorem traditur; & referunt Fr. Hieronymus Romanus *lib.* 3. *de Republica Christiana cap.* 14. vide Simonem Barbosam *de significatis mysteriosis in ordine ad Missam cap.* 1. *num.* 3.

Indicat primo Clericos, quorum pars Deo debere renunciare curam secularium rerum, saltem quoad effectum ansium. Temporalia enim negligenda Divina ditatis hæreditate. *can. Cleros. dist.* 21. Durandus *lib.* 2. *cap.* 2. Unde errant, qui ob lucranda temporalia fiunt Clerici.

Secundo illa corona dedicatur ad Dei servitium, cui servire regnare est. Isidorus *lib.* 2. *de Instructione Clericorum cap.* 1. *can. duo sunt.* 12. *quæst.* 1.

Tertio ad denotandam Dominicam Divinam spineam coronam, ut continuò meditentur sibi ad imitationem Christi, & debere multa perpati, & ignoscere. Beda *lib.* 1. *Historia Anglica cap.* 22.

Quarto ad denotandam puritatem sine fictione. D. Dionysius *de Ecclesiastica Hierarchia cap.* 6.

Quinto, quia congruit, & congruebat electum in sortem Christi speciali modo discriminari aliquo signo externo à laicis. Sotus in 4. *dist.* 24. *quæst.* 2. *art* 1. §. *ut ergo*, contra Wiclephum, & Lutheranos subsannantes talem coronam apud Waldensem *tom.* 5. *de Sacramentis tit.* 9. *c.* 80. 2792 Tonsura est etiam signū externum Militiæ Ecclesiasticæ.

Sexto fit circularis, figuræ perfectæ, in signum perfectionis. D. Thomas in 4. *dist.* 24. *qu.* 3. *art.* 1. *qu.* 1.

Olim toto capite rasi, solùm relinquebant tenuem coronam capillorum. Concilium Toletanum IX. *can.* 40. Hodie omnes Clerici tonsuram debent ferre, si nolint ab Ecclesiastico statu divertere, aliàs foro, & aliis privilegiis orbabuntur. *cap. contingit.* 2. *de sententia excomm.*

In Clericis Tonsura in vertice capitis, ut corona. In Monachis in toto capite ob symbolum lugentis. Job 1. Isaiæ 22. Michææ 1. ibi: *tondere super filios delitiarum.* 2793 Tonsura in vertice fit, & rotunda.

Tonsura olim erat quadrata. Hodie verò debet esse circularis, quia Clericus debet esse perfectus, & omne circulare ex D. Thoma perfectum est; Ideòque Clericus illam deferendo suum onus excogitet. (4)

An, & quodnam peccatum fit Tonsuram non deferre?

Aliàs explicuit oratio.

An non recipiens primam Tonsuram validè recipiat alios Ordines?

AFfirma: nam unus non supponit essentialiter alium Ordinem, excepto Episcopatu, supponente essentialiter Sacerdotalem Ordinem. D. Thomas 3. *par. in additione qu.* 40. *art.* 1. Durandus in 4. *dist.* 24. *quæst.* 4. ubi Sotus *qu.* 1. *art.* 4. v. *neque verò.* Camerota *tract.* 1. *de Ordine cap.* 1. 2794 Non recepta prima Tonsura validè alii Ordines recipiuntur.

An

(4) De Tonsura, & Corona Clericorum vide adnotata supra *lib.* 1. *tit.* 20. *adnotat.* V. & Auctores ibi laudatos.

An peccet recipiens primam Tonsuram animo non ascendendi ad Ordines Sacros, sed animo se subtrahendi à jurisdictione laica, & tributis?

2795 Videtur nõ peccare, qui recipit primam Tonsurã animo se eximendi à laica potestate.

NEga: Navarrus *cap.25.num.*108. Gallettus v.*Ordo*. Rodriqu. *tom.2. Summa cap.*17. *conclus.*2. Sanch.7.*de matrimonio disp.*31.*n.*16. Coninck *tom.2.de Sacramentis disp.*20. *nu.*104. Gaspar Hurtados *de Ordine difficul.* 22. Aversa *de Sacramento Ordinis quæst.* 4. *sect.*2. Chilinus v.*Ordo num.* 30. Homobonus *par.* 1. *Examinis tract.*3.*qu.*2. Naldus v. *Ordo num.* 15. Duardus in *Bulla Cœnæ can.*18. *quæst.*7.*num.*2. Layman *lib.*5. *tract.* 9. *cap.*7.*num.*2. Bonacina *de Ordine disp.*8.*quæst.un.puncto finali*. Diana *par.*1.*tr.*16. *resol.*22. v.*ad contraria*; & *tract.*2.*resol.*43. Macadus *tom.*2.*lib.*4.*cap.*1.*tract.*1.*documento* 2.*n.*5. Villalobos *par.*1.*Summæ tract.*11.*diffic.*14.*n.*2. Tamburrinus *lib.*9. *de Sacramento Ordinis c.*2. §.6.*num.*5. & *num.*8. & *infra*. Rhodes. Contra Bandez 2. 2. *qu.*12. *art.*1.*difficultate* 2.*conclus. fin.* Pignatellum *tom.*2. *consult.*67.*num.*28. Barbosam *de potestate Episcopi par.*2. *alleg.*11. *n.*12. Pasqualigum *centuria* 1.*qu.*48.*num.*2. Mosphesium *par.*1. *Summæ tract.*1. *cap.*15. *num.*1. Ledesmam *par.* 2. *Summæ tract. de Ordine cap.*6. *conclus.*3. Ghetium *tom.*1.v.*Clericus qu.*10. Marchinum *de Ordine qu.*2.*art.*9.*diffic.*3.

2796 Est industria, non fraus.

Patet, quia nullibi de tanto præcepto constat, & Trident. *sess.* 23. *cap.* 4. ordinativè disponit, non præcipit; Nec videtur inordinatio contra leges, sed est industria, non fraus: ut est industria, non fraus transire ad locum exemptum; Nec ordinat primam Tonsuram ad acquirendam immunitatem, quæ esset inordinatio, ordinando bona spiritualia ad temporalia, sed vult immunitatem ex beneficio juris concessam Clericis: & sic finis operantis consequendi immunitatem beneficio legis concessam Clericis, non tollit finem operis, scilicet Tonsuræ dedicantis creaturam ad Divinum cultum, ut finis Medici lucrandi non tollit finem medicinæ sanandi. (5)

2797 Videtur talis intentio avert. à Deo

Nec dicas cum Pignatello, talis intentio avertit à Deo, & convertit ad creaturas; ergo est lethalis.

Cui satisfit.

Respondetur, nego antecedens; quia etiam tunc confugit ad Deum, ut quando confugit ad Ecclesiam, ad habendam intuitu Dei immunitatem; immò potest immunem se reddere à tributis, ad Divinum cultum: ut scilicet eleemosynas eroget, & suæ familiæ meliùs consulat, atque inopi subveniat.

2798 Et esse inordinationem dicunt.

Nec dicas secundo esse inordinationem se subtrahere à foro seculari Ordine Tonsuræ, per se respiciente Divinum cultum.

2799 Quod negat Auctor.

Nam nego suppositum; non enim ordinat Tonsuram ad immunitatem, nec Divina ad humana, sed assumit rem, qua posita, ipso jure eximitur ab alio: & finis consequendæ immunitatis est finis operantis, non operis, hoc est finis illius, qui recipit Tonsuram, non Tonsuræ, in quo nulla est inordinatio: ut nulla est inordinatio confugere ad Ecclesiam consequendæ ergo immunitatis.

Dices tertio: est fraus; ergo illicita.

2800 Si fraus, esset illicita, sed industria videtur.

Respondetur, esse industriam, non fraudem se velle eximere ab onere, à quo Superior non habet jus, nè subditus eximatur; sicuti non est fraus velle consequi officium, puta militare, ratione cujus ab oneribus liberatur; sicuti nec est fraus mutare domicilium, nè solvat gabellas.

Ostiariatus.

§. II.

2801 Officium Ostiarii.

INtroductus ad instar officii Janitoris in Templo Salomonis. 1. Paralipom. *cap.* 9. reddit Ostiarium ut præsit ostiis Templi; & sic Ostiarius debet custodire Templum, ejusque res, admissis dignis, exclusis indignis, excommunicatis, maximè infidelibus; sicque aperit, clauditque Ecclesiam, campanas pulsat, librum Prædicatori aperit, & curat, ut reverentia Ecclesiæ exhibeatur. *can.Cleros.* 1. §.*Ostiarii, idest Janitores, qui in Veteri Testamento electi sunt ad custodiam Templi, ut non ingrederetur in illud immundus in omni re. Dicti autem sunt Ostiarii, quod præsint ostiis Templi, ipsi enim tenentes claves, omnia intus, extraque custodiunt, atque inter bonos, & malos habentes judicium, fideles recipiunt, & respuunt infideles. dist.*21. *can.perlectis dist.* 25. Catechismus *de Sacram. Ordinis num.*15. Magister in 4. *dist.*24. §. *Ostiarii*, ubi D. Bonaventura, Tolosanus *lib.* 2. *Partitionum Juris Canonici tit.*9.*cap.*2.*litera* F. Sylvester v. *Ordo.*2.*num.*3. Macri *Notitia Vocabulorum Ecclesiæ*, v.*Ostiarius*.

2802 Ejus materia.

Materia est remota, claves, proxima est traditio clavium. *can. Ostiarius.* 18. ibi. *tradat ei Episcopus claves Ecclesiæ. dist.*23.

2803 Et forma.

Forma, sunt verba illa, ibi: *Sic agite quasi reddituri rationem Deo pro his rebus, quæ his clavibus recluduntur. d. can. Ostiarius. dist.* 23. Magister *loco cit.* Hurtadus *de Ordine difficul.*5. Arriaga *tom.* 8. *disp.*56. *num.*3. Filliucc. *tom.*1. *tract.*9.*cap.*2. Gabr. à S.Vinc. *de Ordine disp.*1. *quæst.*5.*num.*51.

Lectoratus.

§. III.

2804 Lectoratus officiũ erat Epistolam legere.

OLim ejus officium erat Epistolam legere in Missa solemni. Concil. Toletanum I. *can.*2. Amalarius *lib.*2. *cap.*11. ut modò etiam Græci servant, & apud Aphros legebat etiam Evangelium in Pulpito. D. Cyprianus *Epist.* 33. loquens de Aurelio Lectore; & *Epist.* 34. loquens de Celerino Lectore.

2805 Nunc lectiones Sacræ Bibliæ.

Hodiè juxta dictum Prophetæ: *Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam*: Lectoris officium est vaticinia Prophetarum, & Sacram Scripturam novi, & veteris Testamenti legere, ac populis, quæ legit, explicare, rudimenta Fidei baptizandis tradere, panem, & novos fructus benedicere. *can.Lector.*17. *can.Psalmista.*19. *dist.*23. *can.perlectis.*1. ibi: *ad Lectorem pertinet Lectiones pronunciare, & ea, quæ Prophetæ vaticinarunt, populis prædicare. dist.*25. *can. adsicimus.*16.*qu.*1. D. Cyprianus *lib.*1. *epist.*1. Magister in 4. *dist.* 24. §.*secundus est gradus Lectorum*, dicens illius specimen Dominum dedisse sedendo, & legendo Isaiam in medio Seniorum Isaiæ 6. Lucæ 4. ubi D. Bonaventura. Catechismus Romanus *de Ordine num.*16. Prædicare

(5) Defendendum est, quod peccet; quoniam Tridentinum prohibet, eum qui talem animum habet, prima Tonsura initiari, & id effugium fraudem appellat *sess.*23.*de reformat. cap.*4. verba Concilii sunt: „ Prima Tonsura non initientur, de quibus pro„babilis conjectura non sit, eos, non secularis Jo„dicii fugiendi fraude, sed ut Deo fidelem cul„tum præstent, hoc vitæ genus elegisse „. Si ergo Concilium improbat talem animum in ordinandis, sanè erit culpabilis.

re, de quo in *can. perlectis*, sumitur pro legere; Et hodie quoad panis benedictionem, & fructuum recessit ab usu. Sylvester v. *Ordo* 2. *qu.* 3.

2806 Ejus materia. Materia remota est liber Lectionum, proxima est traditio libri Lectionum Prophetiæ. *can. Lector*. 17. *dist.* 23. Unde etiam Lectionarius dicitur. Magister *loco cit.* Gabr. à S. Vinc. *de Ordine disp.* 1. *qu.* 5. *num.* 51.

Et forma. Forma sunt verba, quæ ab Episcopo dicuntur in traditione materiæ: *Accipe Codicem, in quo lecturus es, & esto verbi Dei relator, habiturus, si fideliter, & utiliter impleveris officium tuum, partem cum eis, qui verbum Dei benè ministraverunt ab initio. can. Lector.* 17. *dist.* 23. Magister in 4. *dist.* 24. v. *accipe, & esto verbi Dei relator*. Tolosanus 16. *syntagmatum cap.* 4. *n.* 9.

Exorcistatus.

§. IV.

2807 Exorcista est dæmonum adjurator. EXorcista Græcè, Latinè Dæmonum adjurator, expulsor. *can. Cleros.* 1. §. *Exorcistæ, ex Græco in Latinum adjurantes, sivè increpantes vocantur. Invocant enim super cathecumenos, vel super eos, qui habent spiritum immundum, nomen Domini Jesu, adjurantes per eum, ut egrediatur ab eis. dist.* 21. vocatus impostor ab Idolatris, teste D. Hieronymo *epist.* 10. de quo loquitur *lex* 1. *D. de variis, & extraordinariis cognitionibus*, ibi: *Non tamen si incantavit, si imprecatus est, si (ut vulgari verbo impostorum utar) exorcizavit.*

2808 Officium est dæmones expellere. Officium Exorcistatus est cacodæmones manuum impositione, exorcizando ab energumenis expellere, & instruere cathecumenos, tanquam adhuc in posse dæmonis existentes: dicere populo, ut qui communicarunt, dent locum aliis, & aquam in ministerio fundere. *c. Cleros.* 1. *dist.* 21. *can. Exorcista dist.* 23. *can. perlectis.* 1. §. *ad Exorcistam dist.* 25. Marci 3. ibi: *dedit illis potestatem curandi infirmos, & dæmonia ejiciendi.* Lucæ 10. D. Cyprianus *lib.* 2. *epist.* 7. ibi: *hodie etiam geritur, ut per Exorcistas voce humana, & potestate Divina flagelletur, & uratur, & torqueatur diabolus*; & *epist.* 96. Nanzianzenus *lib.* 4. *Oratione de Baptismo.* Chrysostomus *de Sacramentis lib.* 1. *cap.* 5. Eusebius *lib.* 3. *Historiarum cap.* 53. Magister in 4. *dist.* 24. §. *hi cum ordinantur*, dicens, eo Dominum usum, quando saliva tangens aures sanavit dæmoniacos. Matthæi 12. Marci 7. Lucæ 8. & 9. & asserit, Salomonem exorcizandi librum composuisse, sequitur Scotus ibidem.

2809 Ejus materia. Materia remota est liber Exorcismorum, proxima est traditio libri Exorcismorum. *can. Exorcista.* 16. *dist.* 23.

Et forma. Forma sunt verba Episcopi, quæ dicuntur in traditione: *Accipite, & commendate memoriæ, & habete potestatem imponendi manus super energumenos, sivè baptizatos, sivè cathecumenos.* Magister in 4. *dist.* 24. §. *ii cum ordinantur.*

Acolythus.

§. V.

2810 Acolythus Ceroferarius dictus. ACOlythus Græcè, Latinè Ceroferarius. *can. Cleros,* §. *Acolythi, Græcè, Latinè Ceroferarii dicuntur à deportandis cereis, quando legendum est Evangelium, aut Sacrificium offerendum. Tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur non ad effugandas tenebras, dum Sol eodem tempore rutilat, sed ad signum lætitiæ demonstrandum, ut sub typo luminis corporalis, illa lux ostendatur, de qua in Evangelio legitur, erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. dist.* 21. Dictus Græcè ab a, & cholio. A, est idem ac non. Cholio idem est, ac prohibeo: unde Acolythus est idem ac non prohibitus à sacro ministerio.

Olim ei dabatur fistula, qua populus accipiebat Sanguinem Christi Domini, dabatur etiam ei in Missa solemni Patena obvoluta, ut hodie datur Subdiacono. Micrologus *de Ecclesiasticis observationibus cap.* 18. Gemma *de antiquitate Rituum Missæ lib.* 48.

Officium Acolythatus est deferre cereos ad legendum Evangelium, luminaria pro Sacrificio Missæ accendere. Secundo ministrare vinum, & aquam in urceolis pro Eucharistia. *can. Cleros.* 1. §. *Acolythi. dist.* 21. *can. Acolythus.* 15. *dist.* 23. *can. perlectis.* 1. *dist.* 25. Magister in 4. *dist.* 24. §. *quarto loco*, ubi Scotus *quæst. un.* § *saltem*, dicens: accendere, & deferre cereos est ad solemnitatem, honorem, & devotionem promovendam in ordine ad Eucharistiam. 2811 Ejus officiũ.

Materia remota est candelabrum cum candela extincta: proxima est traditio candelabri cum candela extincta, & urceoli vacui. *can. Acolythus.* 15. *dist.* 23. Vasq. Tanderus, & alii. 2812 Materia ejus.

In qua autem traditione consistat materia? 2813 An consistat in traditione candelabri.

IN sola traditione solius candelabri cum cereo extincto ait Riccardus in 4. *dist.* 24. *art.* 4. *qu.* 3. D. Bonav. ibidem *par.* 2. *dub.* 1. Angelus v. *Ordo num.* 4. quia hæc traditio per se respicit honorem, & devotionem Eucharistiæ.

In sola traditione solius urceoli vacui consistere ait, post D. Thomam, Gabriel à S. Vinc. *de Ordine disp.* 1. *quæst.* 5. *num.* 52. quia hæc propiùs accedit ad Eucharistiam. 2814 An urceolorum.

Utramque traditionem completam esse materiam tradit Vasq. Tanderus, & alii. 2815 Utramque alii asserunt.

Tu illam dicas materiam, quæ magis respicit Eucharistiam, saltem quoad decentiam, honorem, & solemnitatem; & considera urceolos vacuos non tam conducere, quàm lumen. 2816 Auctoris judicium.

Forma sunt verba, quæ in tali traditione proferuntur: *Accipe Ceroferarium cum cereo, & scias te ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari in nomine Domini. Amen*; Et quando pertingit urceolos ait: *Accipe urceolum ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistiam Sanguinis Christi in nomine Domini. Amen.* Caram. *Fundam. num.* 3645. 2817 Forma Acolythatus.

Subdiaconatus, seù Hypodiaconatus.

§. VI.

NOn olim, sed nunc inter sacros adscitus: *can. Cleros.* 1. *dist.* 21. ibi: *Hypodiacones Græcè, Subdiaconos Latinè dicimus: qui ideò sic appellantur, quia subjacent præceptis, & officiis Levitarum.* Innocentius III. *lib. de Mysterio Missæ cap.* 3. ibi: *quondam inter non sacros, nunc autem inter sacros reputatur.* 2818 Subdiaconus olim nõ erat inter sacros ordinatus.

Quondam nec canebat solemniter Epistolam, nam hoc erat Lectoris officium. Amalarius *lib.* 2. *cap.* 11.

Hodie ejus officium est primo præparare aquam ad ministerium Altaris, eamque Diacono ministrare. Secundo porrigere Diacono Calicem, & Patenam in usum Sacrificii. Tertio panem consecrandum super Altare collocare: unde etiam Oblationarius dictus in Concilio 2819 Ejus hodiernum officiũ.

Ro-

Romano. Luitprandus *lib.6. cap.6.* quia etiam recipiebat oblationes panis in Missa. Quarto Epistolam in Missa solemni cantare, & Crucem Domini in Processionibus ducere. Quinto abluere Corporalia, & Pallas Altaris, quod nec olim fuerat ei permissum. *can. non oportet. 25. dist.23.* Sed hodie ei hoc licet. *can.non licet.31. dist.33.can.perlectis.1.§.ad Subdiaconum dist.25. can.Cleros.1.dist.21. can.Subdiaconus.14.dist.23.* Magister in *4.dist.24.§.quintus est Ordo*, ubi Scotus *qu. un. §. saltem verò tertius est disponens ad oblationem materiæ Eucharistiæ consecrandæ, & est Subdiaconatus*, dicens, legere Epistolam non esse actum, nisi remotum Subdiaconatus; ubi Argentina *qu.1.art.2.*

2820 Cur defert manipulum. Subdiaconus defert manipulum, non ad tergendum sudorem, sed ad tergenda vasa sacra institutum. Macri *v.Subdiaconus.*

2821 Materia remota est res ipsa, quæ traditur. Proxima est traditio ipsa. Materia habet multos actus; nam continet traditionem libri Epistolarum, Calicis, & Patenæ vacuæ, urceoli vini, & aquæ.

Nunc materiam esse traditionem libri Epistolarum ait Lublinus *par. 1. Summa*, v. *Ordo.* Viguerius *Institutionum cap. 16. §. 6.* Sylvester *v.Ordo.2.num.3.*

2822 In qua materia habeatur Ordo Subdiaconatus. Esse traditionem Calicis, & Patenæ vacuæ ait Medina *lib.1.de continentia cap.44.* Arriaga *loco cit.num.12.* Caram. *Fundam.num.3644.* citans vigintisex Doctores. Fornarius *de Ordine cap.2.* Tanderus *de Ordine disp.7.qu.2.dub.3.* ex eo quia in Concilio Florentino ità videtur statutum, ibi: *Subdiaconatus verò per Calicis vacui cum Patena vacua superposita traditionem.* Concilium Carthaginense IV. *can.5. can.Subdiaconus.14.dist.23.*

Utramque traditionem libri, scilicet & vasorum, essentialem volunt Doctores tredecim apud Leandrum *par.2.tract.5.disp.3.qu.14.*

Gabriel verò à S.Vinc. *de Ordine disp.1.qu.5. num. 50.* ait, essentialem esse traditionem Calicis, & Patenæ vacuæ, integralem verò esse traditionem libri Epistolarum, quia liber Epistolarum est remotior ab Eucharistia.

2823 Auctor in traditione Calicis vacui, & Patenæ vacuæ inclinat. Mihi placet solam traditionem Calicis, & Patenæ vacuæ esse materiam proximam; quia ità videtur dispositum in Concilio Florentino *loco cit.* in Concilio Carthaginensi IV. *can.5.in can.Subdiaconus.14.dist.23.* & traditio libri Epistolarum non erat propria; nam olim erat officium Lectoris. Amalerius *lib.2.cap.11.* Traditio verò urceoli vini, & aquæ, quæ fit ab Archidiacono non est materia, sed ceremonia.

An verò Calix debeat esse consecratus?

2824 Calix nō debet esse consecratus. NEga: quia nullibi consecratio ut essentialis decernitur; & Florentinum *loco cit.* Concilium Charthaginense *loc.cit. can Subdiaconus.14. dist.23.* dicit debere tradi Calicem, & non addit consecratum; & jura quando volunt, exprimunt tradendas esse res consecratas, ungendum infirmum Oleo benedicto, nec dicunt tantùm Oleo. Tertio, quia Subdiaconus erat Ordo, nec poterat tangere vasa sacra. *can. non oportet.25.dist.23.* ergo non poterat tradi Calix consecratos. Accedit, quod non erat Ordo Sacer. *can.1.dist.25.cap.à multis. de ætate, & qualitate. can. fin. dist.65.* non ergo poterat ei porrigi Calix consecratus; & sic quia hodie permissum est tangere vasa sacra. *can. non licet. 31. dist.33.* licet, sed non est necessaria traditio Calicis sacri: Unde esset verè ordinatus, licèt por-

rigeretur Calix non consecratus. Caram. citans vigintisex Doctores *Fundam. num. 3644.* Henriq. *lib.10.cap.5.* Gloss. *litera F.* Diana *p.3. tract.4. resol.189.* Gabr. à S.Vinc. *loco cit. n.50.* contra Sylvestrum *v.Ordinatio.*

Forma sunt verba: *Videte cujusmodi ministerium vobis traditur; ideò vos admoneo, ut ità vos exhibeatis, ut Deo placere possitis.* Arriaga *loco cit.* Vasq. *loco cit.num.13.& 14.* 2825 Ejus forma.

Diaconatus.

§. VII.

2826 Diaconus idem, ac Minister. DIaconus Græcè, Latinè Minister Sacerdotis ad Sacrificium, & ad eleemosynas distribuendas; dictus etiam Levita à Levi, undè Levitæ, cujus filii Levitæ in Templo ministrabant. *can.Cleros.1.§.Hi Græcè Diaconis, Latinè Ministri dicuntur.dist.21.*

2827 Stola ejus habitus. Ejus habitus est stola ab humero sinistro, nè impediretur dextera in ministrando; & Sanctus Sylvester ei concessit Dalmaticam.

2828 Ejusque officia. Ejus officium est primo assistere celebranti. Secundo Evangelium legere in Missa solemni: Tertio prædicare. Quarto baptizare solemniter absente proprio Presbytero, vel de illius licentia. Quinto Eucharistiam dispensare absente Parocho. Concilium Nicænum I. *can. 18.* Concil.IV. Carthaginense *can.38.can.Diaconi. dist.93.can.Cleros. 1. §.Levita dist.21. can. perlectis.1.§.ad Diaconum. can.audite.2.can.nunm. 3.dist.25. can.nemo per ignorantiam. de consecr. dist.1.* ubi lavabat Corporalia, & Pallas. Pontificale Romanum, D.Gregorius in *epist.ad Ephesios 4.* ibi: *dedit quosdam Prophetas.* Magister in *4.dist.24.* ubi Scotus *quæst. un. §. saltem, v. secundus gradus est disponens ad dispositionem Eucharistiæ saltem sanguinis, & est Diaconatus*, ubi D. Thomas. Sylvester v. *Ordo 2. qu.3. §.ad Diaconum.* Arriaga *loco cit.num.6.* contra Calvinum *lib.4. Institut c.4.§.5. c.5. §.15.* ajentem tantùm à Diaconis ministrari mensis, & dispensare opes Ecclesiæ.

2829 Apud Græcos materia est impositio manuum. Materia in Ecclesia Græca est impositio manuum illis verbis: *Divina gratia, quæ semper infirma curat, & imperfecta perficit, promovet talem N. Subdiaconum in Diaconum.* Lugo *de Sacramentis disp. 2. sect. 5. num. 85.* Dicastillus *tract.6.disp.1.dub.11.*

2830 Quæ in Ecclesia Latina. In Latina Ecclesia plures actus comprehenduntur; nam Episcopus primo imponit manum dexteram super caput ordinandi. Secundo tradit librum Evangelii, quem dextera ordinandi tangit, & dicit. *Accipe potestatem legendi, &c.* Nunc disputant.

Quænam sit materia, impositio manuum, an traditio libri Evangeliorum?

2831 Impositio manuum, & traditio libri Evangelii quænam sit vera materia. ALii volunt traditionem libri Evangelii esse materiam, qua traditione censentur tradita alia instrumenta ad ministrandam Eucharistiam. Gabr. à S.Vinc. *de Ordine disp.1. qu.5. num. 45.*

Aliis placet impositionem manuum esse materiam cum Durando in *4.dist.24.qu.3.* Caram. *Fundam.num.3646.* ajens, impositione manuum tradi omnia instrumenta ministerii.

Alii volunt utramque esse materiam. Bellarminus, Coninck, Layman, & alii apud Leandrum *par.2.tract.6. disp.3.qu.12.*

Nobis placet impositionem manuum esse principalem materiam, traditionem libri re-

2832 Tamen impositio manuum videtur principalis, traditio libri remota.

motam, ait Scotus in 4.*dist*.24. *q un*.§.*saltem*,§.*ex his*.Secundo traditionem libri Evangeliorum esse materiam remotam, & impositionem manuum esse adeqoatam materiam proximã; quia hæc communis Ecclesiæ Græcæ, & Latinæ, & quia olim non Diaconus, sed Lector cantabat Evangelium. Tertio, quia impositio manuum indicat traditionem omnis potestatis, & omnis instrumenti, quia manus est instrumentum instrumentorum, & organus organorum. D.Bonaventura in 4.*dist*,24. *qu*.4.§. *respondetur*. Unde esse, non proprium, sed remotum, & minus perfectum munus Evangelium legere ait Scotus in 4.*dist*.24.*qu.un*.§ *saltem*,§.*ex his*.Quarto, quia in primitiva Ecclesia sola aderat manus impositio, quæ ut exprimit traditionem omnis instromenti, ità traditionem potestatis. *c. ex literis*.2. ibi: *cum non imposuisses ei manus. de Clerics non ordinate*. Quinto manus impositio tempore Apostolorum erat tota materia Ordinis Diaconatus. Hæc hodie etiam invenitur in Ecclesia Latina, ergo etiam hodie in Ecclesia Latina est tota materia, cùm non sit ratio in contrarium. (6)

Fateor tamen Ecclesiam potuisse decernere traditione unius instrumenti, puta libri, tradi potestatem; nam satis est, si signum aliquod sensibile traditionis potestatis sit ab Ecclesia determinatom, & potuit, & noluit tradi Patenam cum Hostia consecrata ob reverentiam debitam Christo Domino. Concilium Florentinum in *Decreto Eugenii*, *c. Presbyter*. *de Sacramentis non iterandis*. Concilium Carthaginense IV. *c.Diaconus* 21.*qu*.23.

2833 Ejus forma.

Forma sunt vorba Episcopi exprimentia traditionem potestatis.

Diaconissa.

§. VIII.

2834 Quæ fuerit Diaconissa, & ejus officia recensentur.

ERat femina maturæ ætatis annorum sexaginta. D. Ignatius *Epist*.12. cui demandabatur custodia illius portæ Ecclesiæ, per quam ingrediebantur, & egrediebautur feminæ: & erat distincta à porta, qua pergebant homines. Secundo denudabat feminas baptizandas, & illiniendas Sacramento Unctionis. Tertio abstergebat earum frontem in Sacramento Chrismatis ab Episcopo ministrato. Quarto lavabat, & componebat corpos feminæ mortuæ. Quinto deferebat eleemosynas feminis egentibus. D.Ignatius *Epist*.12. ibi: *Custodes sacrorum vestibulorum*. D.Hieronymus *lib*.1.*Vita Sanctorum Patrum*, *in Vita Sanctæ Pelagiæ cap*.8.ibi: *prima Diaconissarum*, ubi notat Philibertus olim à Diaconissis velatas mulieres, quæ baptizabantur. Epiphanius *hæresi* 79. Clemeos in *Constitution. lib*. 3. *cap*.15. Baronius *tom*. 1. *anno* 34. §.*quinam fuerint*, *folio* 237. *impressione Romana*. Cujus vestigium in Mediolanensi Ecclesia extare in illius senioribus, hodie dictis *Vecchioni*, refert Macri v.*Diaconissa*. Non tangebat Pallas sacras, nec immiscebat se sacris ministeriis, nec incensum ponebat in Ecclesia, ex decreto Soteris Papæ, extat *lib. de Romano Pontifice* apud Baronium *tom*.2.*anno* 179. Soteris Papæ *anno* 5.

Nota insuper, quod Pelagia supradicta vocabatur anteà Margharita peccatrix; deinde baptizata à S. Nonuo fuit vocata Pelagia; non constituebatur Diaconissa impositione manuũ, nec Ordine insignebatur, sed inter laicos habebatur. Concilium Nicænum *can*. 19. Baronius *tom*.1.*anno* 34.*folio* 232. §.*quinam*, *&* *tomo* 3. *anno* 325.*folio* 298. *impressione Romana*, §. *rursus*.

Presbyteratus.

§. IX.

2835 Presbyter unde dictus.

PResbyter non à senectute ætatis, sed à morum gravitate, & scientiæ plenitudine dictus in *c.Cleros* 1. §.*Presbyter*. *dist*.21. Innocentius III. *de mysterio Missæ cap*. 3. Licèt ætatem provectam etiam respicere voluerit Tertullianos *de Corona Militis c*.15. Dictus Sacerdos, hoc est dans sacra, Dux sacer, docens sacram, sacra dos. Sacerdos enim est Ecclesiæ patrimonium, quo laici ditandi doctina, bonitate. *c. Cleros*, §.*Sacerdos*.*dist*.21. est genus electum, regale Sacerdotium 1. Petri 20.

2836 Et Sacerdos.

Ejus officium.

2837 Officiũ ejus est Eucharistiam conficere, absolvere, & prædicare.

EST primo per se consecrare, sacrificare, offere, dispensare Corpus Domini nostri Jesu Christi. Secundo absolvere Sacramentaliter à peccatis, & cetera ministrare Sacramenta, excepta Confirmatione, & Ordine. Tertio docere, & prædicare Divinam legem, & necessaria ad consequutionem beatitudinis. *c. Cleros*. §. *Presbyter dist*.21. *c.perlectis*.1.§.*ad Presbyterum pertinet Sacrificium Corporis*, *&* *Sanguinis Domini in Altari Dei conficere*, *orationes dicere*, *&* *benedicere dona Dei*. *dist*.25.*c.ecce* 9.*dist*. 95.*c. ipsi Sacerdos*.*c.dictum est*.1. *qu*.1. *c.Sacerdos*. 8.*qu*.1. D.Hieronymus *de septem gradibus Ecclesiæ*, ibi: *Seniorum Ordo est, qui Sacerdotibus datur, qui Presbyteri dicuntur, qui præsunt Ecclesiæ Dei, & Christi Sacramenta conficiunt*. Magister in 4. *dist*.24. §.*septimus*, ubi D. Bonaventura. Scotus *qu.un*. §.*de secundo verbo saltem*, ibi: *gradus disponens ad consecrationem Eucharistiæ*, *&* *est Sacerdotium*. Argentina ibidem *qu*. 1. *art*.2. Sylvester v. *Ordo*.2.*num*. 3. *in fine*. Vasqu. *loco cit*. *cap*.9.*&* 10.Licèt plura ex dictis hodie non omnibus, sed tantùm Curatis Sacerdotibus permittantur. *Clement*.*Religiosi*. *de privilegiis*.

Materia Presbyteratus.

2838 Ejus materia remota, & proxima.

REmota est panis, & vinum in Patena, & Calice.

Proxima est primo traditio panis, & vini in Patena, & Calice. Concilium Florentinum *sess*.4.*in Decreto Armenorum*, ibi: *sicuti Presbyteratus traditur per Calicis cum vino*, *&* *Patenæ cum pane porrectionem*. Magister in 4. *dist*. 24. §.*septimus*, v.*accipiunt*.

Speculativè loquendo satis esse traditionem alterutrius speciei, quia potestas consecrandi unam connotat potestatem consecrandi alteram speciem; docet Henriq.*lib*.10.*cap*.6.*num*.1.Arriaga *loco cit*. *num*.25. Diana *par*.3. *tract*.4. *resol*. 186. contra Villalobos *tom*.1. *tract*.11. *difficult*.4.*num*.1. ajentem collatione unius speciei nullum esse Sacramentum; & sic repetendum sub conditione voluit Diana *par*.4. *tract*.4. *resol*.19. Caramuel *Fundam*.*num*.3639.ad tollendum periculum nullitatis Sacramentorum, stante dubio susceptæ potestatis.

Se-

(6) Utramque esse materiam essentialem rectè ait Bellarminus: potissimum quia Concilium Florentinum solius porrectionis instrumenti in Ordinationibus meminit: quomodo ergo traditio libri Evangeliorum non est essentialis? Vide Bellarm. *de Sac. Ordinis*.

2839 *Ut absolvat, imponuntur manus.*

Secundo materia in ordine ad absolvendum à peccatis est impositio manuum Episcopi. *can. Presbyter.* 8. *dist.* 23. Trident. *sess.* 14. *can.* 5.

Difficultas est:

In qua ex istis duabus essentialiter consistat tota materia Sacerdotii.

2840 *Referuntur variæ opiniones circa materiã essentialem Sacerdotii.*

UTramque esse partialem materiam, & esse duas partiales formas asserit Scotus in 4. *dist.* 24. *quæst. unica art.* 3. §. *sed de Sacerdote videtur probabile, quod ibi sint duæ formæ partiales, in quarum altera confertur potestas conficiendi Eucharistiam, in reliqua potestas absolvendi in pœnitentia, ut sic Episcopus se conformet Christo Domino, qui potestatem consecrandi ante, absolvendi post Resurrectionem communicavit.*

Secundo totum characterem imprimi in traditione potestatis consecrandi; & sic ibi existere totam materiem: & characterem extendi deinde additione modi, quando datur potestas absolvendi eit Gabriel à S. Vincent. *de Ordine disp.* 1. *num.* 19. *in fine.*

Tertio D. Bonaventura in 4. *dist.* 24. *part.* 2. *art.* 1. *qu.* 4. §. *ad illud verò*, asserit, quòd in omni Ordine est manus impositio in se, vel in simili, puta traditione alicujus instrumenti, in quo est protensio manus; & tunc asserit conferri potestatem Ordinis.

Quarto totam materiam, & potestatem Ordinis conferri in traditione Patenæ cum pane, Calicis cum vino asserunt D. Thomas in *supplemento* 4. *qu.* 37. *art.* 5. & alii decem. & septem Doctores apud Leandrum *tom.* 2. *tract.* 6. *disp.* 5. *qu.* 6. Sotus in 4. *dist.* 24. *quæst.* 1. *art.* 4. §. *at verò*, §. *hinc fit.* Caramuel probabile dicens *Fundam. num.* 3638. ajentes in potestate consecrandi contineri potestatem absolvendi, & tentùm clariùs explicari, quando traditur absolvendi potestas impositione manuum.

2841 *In traditione Patenæ cum pane, & Calicis cum vino cõsistit materia proxima Sacerdotii.*

Hæc sententia nobis plecet, quia videtur expressa in Florentino in *Decreto Armenorum sess.* 4. ibi: *Presbyteratus traditur per Calicis cum vino, & Patenæ cum pane porrectionem.* Secundo ex Trid. *sess.* 23. *cap.* 1. ibi: *in Sacerdotio potestatem traditam consecrandi, offerendi, & ministrandi Corpus, & Sanguinem ejus: necnon & peccata dimittendi, & retinendi*: ubi nota ly *potestatem*:

Tertio, quia quando recipit potestatem in Corpus verum, non est mirum, si recipiat potestatem etiam in Corpus mysticum Christi Domini, absolvendi scilicet à peccatis.

Quarto ex Ecclesia Græca, in qua unico actu confertur potestas consecrandi, & absolvendi.

Ex his resolvitur:

An sit reordinandus sub conditione, putans ab Episcopo non fuisse prolatam formam, scilicet: Accipe potestatem consecrandi, &c. & sic accedens sine voluntate accipiendi potestatem aliam absolvendi à peccatis?

2842 *Dubitans de prolatione formæ est sub conditione ordinandus.*

CAsus contingit; & Sacra Congregatio consulta respondit, reordinandum sub conditione, si non est ordinatus, apud Pignatelium *tom.* 1. *consultatione* 120. *num.* 9.

Tu distinguas: vel ordinatus est scrupulosus, vel non.

2843 *Nisi sit scrupulosus.*

Si scrupulosus, nihil repetendum, nam imprudens timens ubi non est timor; & sic non est dubium Sacramentum Ordinis dubitante scrupuloso, qui in omni re mente dubia agitatur, & oppositum asserere, esset conjicere in profundum desperationis, & scrupulorum Confessarios, & pœnitentes: maximè quia præsumptio est pro ordinante, & ceteris assistentibus in re tam solemni, in qua non præsumitur omissio tam gravis, & essentialis.

Nec officit noluisse deinde accipere secundam absolvendi potestatem.

Nam illa voluntas abstractè fuit revocata contraria, & exercita voluntate, qua accessit ante Episcopum imponentem manus, & sic practicè voluit potestatem recipere, licèt anxius de præcedenti potestate consecrandi. Tertio, quia nolebat secundam, putans non recipisse primam. Igitur cùm prima fuerit collata, tacitè volebat recipere secundam, in quo intrat regula taciti, & expressi eadem est virtus. Quarto, quia in collatione potestatis consecrandi, utraque etiam absolvendi confertur potestas. D. Thomas in *supplemento qu.* 37. *art.* 5. Caram. *Fudament. num.* 3638. Sotus in 4. *dist.* 24. *qu.* 1. *art.* 4. §. *hinc fit.* Diana *p.* 3. *tr.* 4. *res.* 184.

Si verò Ordinatus non erat scrupulosus: tunc si verum sit dubium, reordinandus est sub conditione, ut certitudine Ordinis tollatur periculum in re tam gravi. Lngo *lib.* 1. *Moralium dub.* 33. *num.* 3. Pignatellus *loco cit.* referens declarationem Sacræ Congregationis 26. Septembris 1665.

An sit irregularis Sacerdos post potestatem consecrandi ante receptam potestatem absolvendi per manus impositionem, absolvens?

2844 *Non est irregularis si accepta potestate consecrandi, non absolvendi, absolvat.*

NEga: nam revera est ordinatus, estque Sacerdos. Trident. *sess.* 23. *c.* 1. Florentinum in *Decreto Armenorum sess.* 4. & sic non exercet actum Ordinis non recepti. Sylvester v. *irregularitas qu.* 12. Sotus in 4. *dist.* 24. *quæst.* 1. *art.* 4. §. *hinc fit.*

An Sacramentum Presbyteratus sit necessarium necessitate medii ad conficiendum Sacramentum Eucharistiæ, Pœnitentiæ, & ad recipiendum Ordinem Episcopalem?

2845 *Ordo Sacerdotii est de necessitate medii ad cõficiendã Eucharistiã, & ad Ordinem Episcopalem.*

AFfirma: nam bona fide, putans invincibiliter se ordinatum quando non est, illa Sacramenta scilicet Eucharistiæ, Pœnitentiæque non conficit, & Ordinem Episcopalem non recipit. Pignatellus *tom.* 1. *consult.* 180. *num.* 3.

2846 *Ejus forma.*

Forma sunt illa verba, quibus traditur potestas Ordinis.

Presbytera.

§. X.

2847 *Quænã fuerint olim Presbyteræ.*

ERat vidua senior. Concilium Laodicense *can.* 11. D. Athanasius *lib. ad Virgines.* D. Gregorius *lib.* 4. *cap.* 2.

Erat etiam uxor deinde Presbyteri, qui ex quo Ordinem suscipiebat, vitam castam agebat. Concilium Altisiodorense *can.* 21. & 22. Theophilactus in *cap.* 19. *Matthæi.* D. Gregorius *Dialogorum lib.* 4. *cap.* 11. Quæ Presbyteræ nullum in Ecclesia exercebant officium, & dicuntur matricuriæ in *c. mulieres.* 18. ibi: *mulieres, quæ apud Græcos Presbyteræ appellantur, apud nos autem viduæ, aut seniores univiræ, & matricuriæ appellantur, in Ecclesia tanquam ordinatas constitui non debere decernimus. dist.* 32.

Uxores ergo ordinati viri, licèt post Ordinẽ castè, & alienæ à viro viverent. *c. Presbyter.* 17. ibi:

17. ibi: *ex tempore accepti Ordinis Presbyteram suam, ut sororem diligens, sed quasi hostem cavens, ad se propius accedere non sinebat. dist.* 32. Denominationem tamen à viro accipientes appellabantur Subdiaconissæ, Diaconissæ, Presbyteræ, Episcopæ. Concilium Turonensæ II. *can.* 20.

Episcopatus.

§. XI.

2548 Potestas Ordinis Episcopatus est Ordines cōferre, Confirmationem, & consecrare aliqua ipsi reservata.

ORdo Episcopatus confert potestatem conferendi Sacramentum Confirmationis, Ordinis, & plura consecrandi. *c. fin. de Presbytero non baptizato.* Trident. *sess.* 23. *cap.* 4. *can.* 4. *&* 6. ità ut constituatur in ratione Ordinis in genere, & in specie respectu ad actum Sacramenti conficiendi saltem in genere, ut ait Sotus in *4. dist. 24. qu. un. §. de primo in fine.* Et comprehendit omnes Ordines, sed essentialiter Presbyteratum. Suarius *de censuris disp.* 31. *sect.* 1. *num.* 53. Sylvester v. *Ordo.* 2. *num.* 1.

Officium ejus est Ordines conferre, confirmare, & consecrare loca, vasa, vestes, oleum, Chrisma, cetetaque benedicere, ac disponere Ecclesiasticam Hierarchiam in sua Diœcesi, prædicare, &c. Triden. *sess.* 23. *cap.* 4. *& sess.* 5. *cap.* 2. *de reform. can.* 1. *dist.* 25. *c. pervenit, dist.* 95. *c. referente. de celebratione Missarum.*

Materia.

2549 Materia Ordinis Episcopatus.

TRes actiones continentur in Ordinatione Episcopali. Prima est impositio manuum trium Episcoporum super caput Episcopi ordinati simul dicentium: *Accipe Spiritum Sanctum.* Secunda est unctio facta per Episcopum consecrantem cum impositione libri in capite, & manibus Episcopi, dicendo: *Ungatur, & consecretur caput tuum Cælesti benedictione in Ordine Pontificali in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, &c. c. un. de sacra Unctione.* Tertia actio est traditio baculi Pastoralis, annoli, & libri Evangeliorum.

2550 Quanam sit essentialis.

Ex tribus istis. Prima opinio docet impositionem manuum esse materiam partialem, ex *c. Episcopus cum ordinatur. 7. dist.* 23. ibi: *Episcopus cum ordinatur, duo Eiscopi imponant manus, & teneant Evangeliorum Codicem super caput, & verticem ejus: & uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput ejus tangant.* Secunda materia partialis est impositio libri cum unctione. *d. cap. Episcopus.* Ità docet Vasqu. *loco cit.* Arriaga *loc. cit.* Sanch. *tom.* 2. *lib.* 7. *Opusculorum cons.* 1. *dub.* 15. *num.* 7. Trullench *lib.* 6. *Decalogi dub.* 2. *num.* 7. D. Antoninus 3. *par. tit.* 14. *c.* 16. Filliuccius *tract.* 9. *num.* 40.

Secunda opinio est solam unctionem, qua Episcopus consecratur, esse materiam. Gabr. à S. Vinc. *de Ordine disp.* 1. *qu.* 5. *num.* 53.

Tertia opinio ait solam manuum impositionem trium Episcoporum super caput Episcopi consecrandi esse materiam. Sylvester v. *Ordo.* 2. *num.* 4. *in fine.* Leander *loco cit. disp.* 3. *qu.* 1.

2551 Unctio cum impositione manuū videtur materia partialis ōsituum Episcopum.

Nobis piacet unctionem spectare ad materiam unà cum impositione manuum; & sic esse duas materias partiales; patet ex *d. can. Episcopus.* 7. *dist.* 23. secundo ex *c. un. de sacra Unctione,* ubi Papa mandavit Episcopum non unctum ungi; & sic unctio non videtur mera ceremonia. nam si fuisset mera ceremonia, Papa de illa non curasset post tantum temporis.

2552 Ejus forma.

Forma sunt verba, quæ proferuntur, quando traditur potestas Episcopalis.

In quo Ordine, & actu imprimatur character?

2553 In quo Ordine imprimitur character.

ALiqui volunt imprimi tantùm in Episcopatu, & Presbyteratu. Aliqui tantùm in sacris. Aliqui in omnibus. Argentina in *4. dist. 24. quæst.* 1.

Pendet ex dictis, quinam Ordo sit Sacramentum? nam non omnis, sed tantùm Sacramentum Ordo imprimit characterem, si suscipiens sit baptizatus. *c. 1. de Presbytero non baptizato.*

In quo actu imprimatur character?

2554 In illo actu, in quo traditur apta materia cū forma imprimitur character.

IN illo actu, in quo traditur materia significans traditionem potestatis Ordinis collati unà cum verbis, nam confertur quando perficitur Sacramentum Ordinis. Perficitur autem quando adest materia, & forma cum intentione Ministri. Illa autem censetur materia, quæ principaliùs significat traditionem potestatis, & sic ordinatur ad Eucharistiam, nam propter Eucharistiam conficiendam omnes Ordines instituti sunt. *c. Cleros. in fine. dist.* 21. *c. perlectis.* 4. *dist.* 25. D. Thomas in *4. dist. 24. qu. 2. art. 2. &* 3. D. Bonaventura in *4. dist. 24. qu. 4. §. respondetur.* Sylvester v. *Ordo.* 2. *num.* 3. *&* 4.

Modò agendum esset in specie, in quo actu imprimatur: & licèt Sylvester v. *Ordo.* 2. *num.* 4. asserat in Exorcistatu imprimi in traditione libri: in Acolythatu in traditione candelabri: in Lectoratu in traditione libri Lectionum: in Ostiariatu in traditione clavium: in Subdiaconatu in traditione Calicis vacui cum Patena: in Diaconatu in traditione libri Evangeliorum: in Sacerdotio in traditione panis, & vini: in Episcopatu in impositione manuum super caput Episcopi.

Nos ex dictis firmamus conferri characterem in illo actu, in quo conficitur Sacramentum, qui actus ex dictis constat.

In dubio si fuerit omissum aliquid essentiale?

2555 Si dubitetur de omissione alicujus essentialis, sub conditione repetatur Sacramentum.

REpetendum Sacramentum sub conditione, si jam non fuerit collatum. *c. solemnitates. de consecrat. dist.* 1.

Si verò aliquid omissum non fuerit essentiale, tunc supplendum est. *c. Presbyter. de Sacramentis non iterandis*; Idque suppletur ex præcepto, si sit res gravis. *c. fin. de Sacramentis non iterandis*; itaut antequam suppleatur, nequeat ordinatus actum illius Ordinis licitè exercere. *c. solicitudo. dist.* 53.

Si verò omissio fuit in re levi, puta si ordinatus Sacerdos non legit Canonem cum Episcopo; tunc nihil supplendum ait Sotus in *4. dist. 24. qu. 1. art. 4. §. hinc fit*; nam hic nullus est defectus Ordinis, cùm jam fuerit ordinatus.

An autem sit supplendum ab eodem Episcopo ordinante?

2556 Est supplendum ab eodem Episcopo, si nō fuerit impeditus.

AFfirmat Sylvester v. *Ordo.* 2. *num.* 10. sed si Ordinans fuerit impeditus, ab alio suppleri valet: ut unus Sacerdos supplet in Sacrificio deficiente Sacerdote, qui Sacrificium inchoavit.

Quanam sit pœna Clerici exercentis actum Ordinis non recepti?

2557 Exercens actū Ordinis non recepti seriò est irregularis, secùs si jocò.

DIstinguas: vel seriò, vel jocò exercet actum Ordinis.

Si jocò, nulla est pœna. Si seriò, est irregolaris, licèt actus sit nullus: puta nulliter absolvat, nulliter consacrat, nulliter ordinet. Sufficit enim

enim si seriò attentet. *c.1.de Clerico non ordinato ministrante.* Tolulanus *lib.1.partitionum Juris Canonici tit. 13. cap. 7.* Suarius *de censuris disp.42. sect.4. num.17.* Gonzalez in *cap.ex literis. 2. num.2. de Clerico non ordinato ministrante.* Et si non ordinatus celebret, morte punitur. Farinacius *de hæresi qu.193.num.39.*

De Materia Sacramenti Ordinis in genere.

CAPUT V.

2858 Actus sensibilis tantùm fuit institutus à Christo Domino pro materia.

EST actio exterior exprimens traditionem potestatis Ordinis ordinato collatæ. Innocentius IV. Lugo, Bellarminus, quos citat, & sequitur Arriaga *loco cit.num.8 & 9.* Gabriel à S.Vinc. *de Ordine disp.1.qu.5. num.44.& 48. & qu.2.in fine.* Diana *p.10.tract.11. resol.65.* Leander *tom.1.tract.1.disp.1.qu.12.* Caram. *Fundam. n.3634.* Itaut Christus Dominus non determinaverit in specie traditionem unius, non alterius instrumenti, nec formam, nisi in genere

2859 Ecclesia determinavit in specie instrumenta.

expressivam traditionis potestatis: & Ecclesia deinde in specie determinavit instrumenta, quæ sint materia, & verba determinata, quæ sint forma: quæ si ab Ecclesia non fuissent determinata, validum conferretur Sacramentum Ordinis signo exteriori sensibili determinando hic, & nunc ab ordinante Prælato, ut scripsit Innocentius IV. in *c.Presbyter. 3. n.1. de Sacramentis non iterandis*, ità: *Unde credimus, quod nisi essent formæ posteà inventæ, sufficeret Ordinatori dicere, sis Sacerdos, vel alia æquipollentia verba: sed subsequentibus temporibus formas, quæ servantur, Ecclesia ordinavit, & sunt tantæ necessitatis, &c.*

2860 Ecclesia Græca, & Latina in genere conveniunt, in specie diversis instrumentis, & Ritibus utûtur

Probatur primò, quia Ecclesia Græca, & Latina est una; ergo eadem in genere utriusque materia, quæ jure Divino requiritur in collatione Ordinis, licèt in specie diversi Ritus, & instrumenta tradantur in Græca, ac Latina. Græci namque sine traditione panis, & vini Sacerdotem ordinant per manus impositionem, qua exprimitur traditio cujuscumque instrumenti, quia impositio manus est instrumentum instrumentorum. D.Bonaventura in *4. dist.24. qu.4. § respondeo. c.ex literis 2.* ibi: *imposuisses ei manum.de Clerico non ordinato ministrante.* Forma verò Græca est: *Divina gratia, quæ semper infirma sanat, & quæ desunt, supplet, promovens N. N. venerabilem Diaconum in Presbyterum.* Et sic sunt verè ordinati, & recipiunt characterem Ordinis, ut probat ipsa Ecclesia Latina. Concilium Florentinum in *Decreto Eugenii*; ergo signum est Christum Dominum tantùm constituisse materiam in genere, scilicet actionem externam, cum verbis pro forma exprimentibus traditionem potestatis, & deinde in particulari determinavit Orientalis impositionem manuum, Occidentalis traditionem Calicis cum vino, &c. Et sic validum est Sacramentum Ordinis Latino, Græcove Ritu collatum. Vasq. *disp.129.c.5.num.44.* Hurtadus *disp.1.diffic.13.* Caram. *loco cit.*

Probatur secundo ex *cap. Presbyter, & Diaconus cum ordinantur, manus impositionem tactu corporali (Ritu ab Apostolis introducto) recipiunt. 3. de Sacramentis non iterandis*; ergo manus impositio non est Juris Divini, sed positivi humani, introducti ab Apostolis: sicuti ab Apostolis etiam introductum est, ut Ordo Episcopalis conferatur die Dominico. *c.quod die. 5. dist. 75.*

Non ergo debemus esse sulliciti de mutationibus factis ab Ecclesia lapsu temporis quoad materias, & formas in specie; & ut nunc adhibetur liber Evangelii, qui non adhibebatur in Ecclesia primitiva, cùm adhuc non fuerat compositus; ità ut non amplius egeamus effugio Vasquezii docentis pro illo tempore Christum Dominum dispensasse, ut validè conferretur Diaconatus sine traditione libri Evangeliorum, contra Tanderum *disp.7.qu.2.n.64.*

2861 An Pontifex possit dicere: *Esto Sacerdos*, ut eum in Sacerdotem ordinet.

Hinc inferunt Innocentius IV. Arriaga, & alii, Summum Pontificem dispensando in legibus, posse modò ordinare Sacerdotem, dicendo, *sis Sacerdos*; nam materia, & forma in individuo jure Pontificio determinata. Contra Leandrum *par.2.tract.6.disp.3.q.10.* Philiarchum *de officio Sacerdotali par.2. lib.1. cap.14.* dicentes, non posse mutari à Papa, quia forma fuit instituta à Christo Domino, ibi: *Hoc facite in meam commemorationem.* Et ibi: *quorum remiseritis peccata, &c.* Sed minus sibi constat Leander; nam ibidem *qu.5.& to.1. tract.1. disp.1. qu.11.* ait, Christum Dominum non determinasse in specie materiam, & formam Ordinis; nam tunc voluisset conferri unà cum verbis medio sensibili significativo potestatis traditæ; ideòque verè Ordinem conferri in Græca Ecclesia, cum Diana *par.8. tract.1. resol. 42.* Dicastillus *tr. 1. de Sacramentis disp.1.dub.20.*

Tactus materiæ.

§. II.

2862 Materia tradita debet tangi.

TActus materiæ est necessarius. *cap.fin. de Sacramentis non iterandis.*

2863 Contactus unus physicus, alter moralis.

Contactus est duplex: unus physicus, alter moralis. Physicus quando manu tangit rem traditam, puta hostiam, puta vinum. Moralis est, quando acceptatur res tradita aliquo actu sensibili acceptationis potestatis; nunc est difficultas:

Qui tactus, an contactus physicus materiæ exigatur ad validitatem Sacramenti Ordinis?

2864 Licet sint qui asserant sufficere contactum moralem.

NEga: sed sufficit contactus moralis in illo, qui potest moraliter contingere, & physicus in illo requiritur, qui moraliter tangere nequit. Vasquez *disp.129.cap.5.num.79.* Hurtadus *disp.1.diffic.13.* Leander *par.1.tract.1.disp.1. qu.12. & par.2.tract.6. disp.3. qu.22.* dans duodecim Doctores. Sanch. *2. Opusculorum cap. 1. dub.2.* Caram. *Fundam.num.3632.& 3647.* dicens utrumque probabile. Albertus Magnus in *4.disp.24.art.3.§.ad secundum.* Armilia *v. Ordo num.3.* Victoria *num. 232.* Sà *v. Ordo num. 3.* Ragusius *tr.de Ordine qu.3. num.3.* Reginaldus *lib.3. tract.1. num.8.* Molphesius *tract.2. cap.1. num.42.* Layman *lib.5. tract.9. cap. 5. num. 4.* Navarrus *cap. 22. num.17.* dicens satis esse tactum, vel acceptationem. Diana *par.2. tract.2. num.3.quæst.3.& num.4. resol.185.* Dicastillus *tract.6.disp.1.dub.14.num.204.* Contra triginta Doctores apud Leandrum *par.2. tract.6.disp.6. qu.22.* dicentem, probabiliùs oppositum. Sylvestrum *v.Ordo.2.num.5.* Gabrielem à S. Vinc. *loco cit.*

Probatur, quia actus traditionis potestatis est essentialis, & tactus tantùm determinat personam, cui traditur: ut contingebat olim, quando ante usum rationis pueri ordinabantur.

Nec officit in forma dici: *Accipe potestatem*;

Nam

Nam cùm illa poteſtas ſit ſpiritualis, contingi phyſicè nequit; ergo ſatis eſt moralis contactus acceptatione poteſtatis traditæ; Et in Eccleſia Græca non dicitur *Accipe*, ut patet ex dictis.

Et quamvis requireretur contactus phyſicus, ſatis eſſet tetigiſſe Patenā, non tacto pane, ſicuti ſatis eſt tetigiſſe Calicem, non tacto vino. Diana *par.2.tract.16.reſ.3. & par.3.tract.4.reſ.*187. Granadus *tract.*1.*diſp.*6.*num.*10. Caram.*loco cit.*
2365 Phyſicus tamen eſt allerendus. Vaſq.*diſp.*246.*cap.*2.*num.*19.

Tu pro viribus ponas tactum phyſicum materiæ ad Ordinis majorem ſecuritatem. *c.fin. de Sacramentis non iterandis.* (7)

2366 Materia ab Ordinante debet tradi.

A quo materia debet tradi?

IN ſacris tradi debet ab ordinante Epiſcopo. *c. Subdiaconus diſt.*23. D. Tho. in 4.*diſt.* 25. *qu.*1.*art.*1.*ad* 2. Sylveſter v.*Ordo.*2. *num.*5. Qui dicunt, quòd in minoribus ſatis eſt materiam tradi ab Archidiacono mandante Epiſcopo proferente verba formæ, & eſt textus in *c. Acolytus.diſt.*25. (8)

De Poteſtate Ordinis.

CAPUT VI.

2367 Poteſtas Ordinis à Chriſto principaliter emanat

POteſtas Ordinis à Chriſto Domino Summo Sacerdote nato, non facto, emanavit, eamque communicavit Sacerdotibus à ſe primo, & deinde ſucceſſivè creandis per Epiſcopos. Joan. 20.*v.*21. Ibi: *ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos, & accipite Spiritum Sanctum*, hanc inquam poteſtatem Ordinis, quæ plenè competit Chriſto Domino. Matthæi 28. *v.* 18. ibi: *data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo, & in terra*; hanc inquam participant Sacerdotes facti. Trident. *ſeſſ.*23.*can.*1. Unde eſt poteſtas à Chriſto Domino communicata. Et difficultas eſt:

An ſit idem poteſtas Ordinis, & character?

DIſtinguas: vel ſumitur poteſtas Ordinis Chriſti Domini, vel poteſtas Ordinis à Chriſto Domino Sacerdotibus communicata. Matthæi 28.*v.*18.

Poteſtas Ordinis communicata Sacerdotibus, aliqui volunt, quod ſit diſtincta à charactere: 2368 An diſtinguatur poteſtas Ordinis à charactere.
aliqui, quod ſit effectus characteris, ità ut character ſit veluti materia, & poteſtas Ordinis ſit aliquid promanans à charactere, ut potentia intellectus, & voluntatis ab anima promanant.

Alii volunt characterem eſſe tantùm ſignum diſtinguens ordinatum à non ordinato, & poteſtatem Ordinis realiter à charactere diſtingui. Bordonus *tom.*1.*c.*2. *num.*4. dicens, poteſtatem Ordinis ſequi characterem. Ex iſtis tu amplecteris magis conſonam Eccleſiæ.

Si verò loquamur de Chriſto Domino, tunc inquirendum:

An in Chriſto Domino detur character Ordinis?

DIcas in Chriſto Domino dari plenitudinem Sacerdotalis, & Pontificalis poteſtatis. Matthæi 28. *v.*18. quæ poteſtas competit 2369 In Chriſto fuit plenitudo poteſtatis, non tamen indigebat charactere.
Chriſto Domino eo ipſo, ac eſt Chriſtus Dominus Caput Eccleſiæ.

Non tamen Chriſtus Dominus indigebat charactere, nec illum habet. D. Thom. 3. *par. qu.*63. *art.*5. Carthagenas *tom.*1. *de Sacramentis*

(7) A qua ſententia non eſt recedendum, ſcilicet tactu phyſico debere tangi materias, cùm oppoſita nunc improbabilis habeatur à graviſſimis DD. ut Cardenas *tr.de probabilit.diſp* 15.*cap.*4. *n.*431. Salmanticenſes *tr.cit.*8.*de Sacram.Ord. cap.*1.*n.*18.& 19. aliique cum Clericato *deciſ.*8.*de Ord.* Quorum opinio omninò amplectenda eſt poſt Propoſitionem primam damnatam Innocentii XI.: *Non eſt illicitum in Sacramentis conferendis, &c.*

(8) Licet D.Thomas, aliique admiſerint materiam poſſe tradi ab Archidiacono tantùm in Ordinibus minoribus, uti indicat Carthaginenſe Conc. IV.*can.*6. relatum in *cit.can.Acolythus.* Tamen indiſcriminatim dicendum materias omnium Ordinum ab Epiſcopo ordinante debere tradi, tum ut verificetur forma, tum quia ita præcipit Pontificale, tum quia Clemens VIII. juſſit ſub conditione reordinari eos, qui ab Epiſcopo Sagienſi fuerant ordinati, è cujus manu non receperunt Ordinum inſtrumenta. Et noſtra ætate ab Epiſcopo Abellinenſi Scanegata graviter erratum eſt in tradendis materiis Ordinandis, etiam Ordinum majorum per ſuum Magiſtrum Ceremoniarum, cùm ipſe propter chiragram eſſet impeditus propriis manibus Ordinandis materias tradere: vigilantia Cardinalis Orſini, poſteà Benedictus XIII. ad cujus aures pervenit, opportunè proviſum fuit, cùm ad S.C. totum renunciaſſet. Eadem juſſit reordinari taliter ordinatos ſub conditione, prout per extenſum affert Decretum S. C. Pompejus Sarnellius *tom.*3. *Epiſt. Eccleſ. Epiſt* 46. tenoris ſequentis:

„ Feria V. Die primo Auguſti 1697. in Congre„gatione Generali S. Romanæ, & Univerſalis In„quiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis „Quirinalis coram SS.D.N. D. Innocentio Divina „providentia Papa XII. ac Eminentiſs.& Reveren„diſs. DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica „Chriſtiana contra hæreticam pravitatem Genera„libus Inquiſitoribus, à S. Sede Apoſtolica ſpecia„liter deputatis. Propoſito iterùm, & maturè di„ſcuſſo dubio: An Ordinationes factæ per Epiſco„pum Abellini, qui per ſe ipſum Inſtrumenta, ſeu „Materiam Subdiaconis, Diaconis, & Presbyteris „reſpectivè non porrexit, ſint nullæ, & invalidæ: „& an prædicti, in Ordinibus Sacris ordinati, ſint „abſolutè iterùm ordinandi, vel potiùs ſub con„ditione tantùm? Sanctiſſimus, auditis votis Emi„nentiſs. decrevit, in caſu, de quo agitur, tutiùs „eſſe, quòd ſub conditione reiterentur collationes „Sacrorum Ordinum, ut infrà; ideòque reſcriben„dum Eminentiſs. Archiepiſcopo Beneventano, „ut ordinatos ad Ordines Subdiaconatus, Diacona„tus, & Prebyteratus ab Epiſcopo Abellini, non „porrecta per ipſummet Epiſcopum materia dicto„rum Ordinum, iterùm ſub conditione, ac ſigilla„tim ad dictos Ordines reſpective, ſervata forma „in Pontificali Romano præſcripta, ordinentur, „etiam extra tempora, & non ſervatis interſtitiis „in tribus diebus Dominicis, vel Feſtivis de præ„cepto; ac etiam una, eademque die, quoad cu„ram Animarum habentes, prout urgens neceſſi„tas, arbitrio Ordinantis poſtulaverit: tribuendo „eidem D. Archiepiſcopo facultatem dandi licen„tiam, quoad eos, qui extra ſui, ac dicti Epiſcopi „Abellini Diœceſim morantur, ut à quocumque „Catholico Epiſcopo gratiam, & communionem „S.Sedis Apoſtolicæ habente, iterùm ſub dicta con„ditione, extra tempora, non ſervatis interſtitiis, „& aliis, ut ſupra, reordinari poſſint: concedendo „inſuper eidem Eminentiſs. facultatem convali„dandi collationes Beneficiorum, etiam Curato„rum ſic ordinatis factas, eiſdemque fructus ex Be„neficiis perceptos remittendi, ac quæcunque offi„cia, etiam regularia convalidandi, ac geſta quæ„cunque confirmabilia confirmandi, nec non ab„ſolvendi. Quò verò ad dubium facti circa eos, „qui ordinati fuerint ante annum 1688. incluſi„vè, quibus porrexiſſe per ſe ipſum materiam cre„dit dictus Epiſcopus Abellini, & ipſi ordinati ad„huc dubitant, ſibi fuiſſe ab eodem materiam por„rectam; idem Sanctiſſimus decrevit, quòd ſic du„bitantes, vel expreſsè negantes, abſque alio ju„ramento, ad novam Ordinationem ſub conditio„ne prædicta, ut ſupra admittantur. Ii verò, qui „fuerint ordinati ab anno 1688. circà, quibus ex „facto præſumitur, non fuiſſe per Epiſcopum tra„ditam materiam, omnes indiſtinctè iterùm ſub „dicta conditione ordinentur; & Epiſcopus Abel„lini graviter reprehendatur, & moneatur. Quò „verò ad reliqua, in caſibus particularibus provi„deri poterit. Joſeph Bartolus S.R. & Univerſalis „Inquiſitionis Notarius.

tis disp.5.c.3. Bordonus *tom.1.cap.2. num.4.*

Probatur, quia character est, ut distinguatur Sacerdos à non Sacerdote, & Christus Dominus præciso tali charactere distinguitur.

Secundo, quia Christus Dominus est Sacerdos natus, & character datur Sacerdoti facto.

Tertio, quia Divina Christi Domini potestas nullo alio indigebat signo distinctivo, cùm nulli creaturæ assimilari potuisset; unde non indigebat charactere. Hinc resolvitur:

An possit remanere character in Sacerdote sine potestate Ordinis?

DIstinguas: vel loquitur in hac militanti, vel in alia vita.

2370 In hac vita nequit remanere in Sacerdote character absque potestate Ordinis

Si in hac militanti, nega; & sic semper ac est homo Sacerdos, habet Ordinis potestatem: & quando censura est innodatus, adhuc remanet Sacerdos, potestque multos actus Ordinis exercere validè, sed non licitè; ut diximus cùm de malo Ministro.

Fateor tamen posse accidere casum monstruosum, ut homo Sacerdos evadat femina; & tunc retinet characterem, nam character est in anima, & indelebilis: sed non retinebit potestatem Ordinis, quia femina non potest Ordinem recipere, nec exercere; & ut non sufficit solus character ad exercendum Ordinem, ut patet in anima separata: ità nec sufficeret ille character, qui remaneret in anima mutato sexu, quia non sufficit character, sed requiritur character in anima viri ex Divina institutione. *c.nova.* 10. ibi: *non tamen illi, sed istis Dominus claves Regni Cælorum commisit.de penit. & remissionibus.* Gabriel à S.Vinc. *de Ordine disp.2.qu.3.n.23.*

2371 In altera vita nec anima separata, nec Beatus potest Ordines exercere

In alia vita nec anima separata, nec Sacerdos Beatus potest Ordinem exercere; nam potestas Ordinis est pro Ecclesia militanti. Matthæi 16. v.19. ibi: *quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in Cælis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in Celis. c. quodcumque.6.*ibi: *qui in terra ligantur, in Cælo ligantur.c.si habes.1.24.qu.3.*ubi ly *quodcumque &c.* coarctatur ad locum supra terram, non ad personas. Unde potestas ad Indulgentias concedendas, ad absolvendum à censuris, exercenda supra terram, prodest defunctis. Bordonus *tom.1.c.2.num.247.*

De Ministro Ordinis.

CAPUT VII.

2372 Minister Ordinis duplex

MInister Ordinis, alius ordinarius, alius delegatus.

Minister Ordinarius.

§. I.

2373 Ordinarius unus, & est Episcopus.

MInister Ordinis ex officio, ideòque ordinarius est Episcopus, non tantùm electus, & confirmatus, sed etiam consecratus. *c.Episcopus dist.23.c.reliqui Sacerdotes à proprio ordinentur Episcopo.1.dist.67.c.inter corporalia. de translatione Episcoporum. c.nullum. c. Episcopum. c. Episcopi. c. non invitati.9. qu.2.* Concilium Nicænum I. *c.* 17. *& can.* 4. Carthaginense II. *can* 12. Carthaginense III. *can.3.* Arelatense II. *c.* 13. Antiochenum *c.* 13. Florentinum in *Decreto Fidei.* Trident. *sess.* 23. *can.4. & 7.*ibi: *Si quis dixerit, Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi, & ordinandi; vel eam, quam habent, illis esse cum Presbyteris communem; Anathema sit.* Rota *decis.75.*Scotus in *4.dist.25. qu.un. §.de tertio articulo, v.respon leo.* Argentina in *4. dist.25. qu.1.art.1.*

Contra Lutherum *lib.* 1. *de instituendis Ministris.* Calvinum *lib.4. Institutionum c.3.sect. 15.* Kemnitium in *Examine Tridentini sess.* 23. *can.* 10. ajentes Ordines conferendos esse à populo, & Clero. Contra Armachanum *lib.2. de quæstionibus Armenorum c.* 11. volentem simplicem Sacerdotem posse conferre Ordines.

Contra Hostiensem in *cap. cum contingat. de ætate, & qualitate.* Abbatem in *cap.quanto. de consuetudine.* Innocentiũ, & Archidiaconum in *c.nullius.de temporib.Ordinationum in* 6. ajentes, primam Tonsuram posse conferri à quovis Sacerdote exercente curam Animarum.

Contra Joannem Andream in *c. cum contingat.de ætate, & qualitate.* Angelum in *Summa,* ajentem, posse conferri à Parocho habentem jurisdictionem quasi Episcopalem, ex *c. Abbatem.de privilegiis in* 6.

Minister Ordinarius duplex: unus licitè, & validè: alter validè tantùm Ordinem ministrat. 2374 Quid ut validè, & licitè Ordines conferat.

Validè, & licitè ministrat Episcopus nulla censura innodatus. Primo in sua Diœcesi suis subditis. Trident.*sess.6.c.5.de reform. & sess.14. c.2. & sess.23. c.3. de reform.* Secundo respectu non subditorum, sed cum Dimissoriis legitimis. Trident. *loc. cit.* Tertio in aliena Diœcesi cum licentia Ordinarii loci, ubi Ordines conferuntur. Trident.*sess.7.c.11.de reform.*

Validè, sed illicitè Ordines confert. Primo quicunque Episcopus consecratus est in peccato mortali. Secundo quicunque Episcopus consecratus est innodatus aliqua censura, licèt sit hæreticus, habens tamen intentionem faciendi, quod Christus Dominus instituit, & quod Ecclesia Catholica intendit; nam peccatum, & quævis pœna non tollit characterem, nec potestatem Jure Divino Episcopo collatam. *c.dedit. 1. qu.1. c.Dominus.1. qu.1. c. offenditur. c. quomodo. de consecrat.dist.4. c.2.dist.19. c.Dominus declaravit. c. extrà Catholicam. 1. qu. 1.* Trid. *sess.7.can.4.*D.Tho.in *4 dist.25.* ubi Sotus. *qu.1.* Sylvester *v.Ordo. 3. num.6.* Hurtadus *de Ordine difficult.17.* Diana *par.8.tract.2. resol.2.*Arriaga *tom.8. disp.47. num.5. & 8.* & rectè *num.3.* dicens, potuisse, & posse Ecclesiam determinare materiam in specie signum collativum potestatis, ut non sufficiat, si adhibeatur ab hæretico, nec esse tunc legitimam materiam; de facto tamen id Ecclesia non fecit. Contra Gratianum *c.1. qu.1. & in c.2. & 9. qu.1.* ajentes, nullum esse Ordinem collatum ab hæretico, ab excommunicato; cujus sententia falsa est, quia ut rectè Vasquez, est contra definitionem Ecclesiæ. 2375 Quid ut validè, sed illicitè.

Episcopus per saltum ordinatus.

§. II.

VAlidè, sed illicitè Ordines confert, quos non habet. 2376 Episcopus per saltũ ordinatus validè, sed illicitè ordinat.

Validè, quia revera est Sacerdos Episcopus, cui potestas ordinandi est essentialis, continens omnes Ordines in causa, nec alii Ordines olim semper conferebantur.

Illicitè, quia cùm sit ordinatus per saltum; est suspensus. Trident.*sess.* 23. *c.* 14. & suspensus illicitè exercet actum Ordinis, à quo suspensus est. Vasquez *de Ordine disp.243.num.23.* Hurtadus *de Ordine difficult.* 17. Layman *tr.9. c.9.num.8.* Molphesius in *Summa tract.3.c.17. num.15.* Præpositus *3.p. qu. de Ordine dub. 12.*

Gabr. à S. Vinc. *de Ordine disp.2. qu.6. num.79.* rectè dicens *nu.80.* renunciantem Episcopatui validè, non licitè Ordines conferre; validè, quia remanet Episcopus: non licitè, quia caret jurisdictione. *c.1. de Ordinato ab Episcopo, qui renunciavit.* Diana *p.8. tract.2. resol.4.* Dicastilus *tr.6. disp.1. dub.16.*

An Archiepiscopus valeat conferre Ordines in tota Provincia, & sic in Diœcesi Suffraganei?

§. III.

2877 Archiepiscopus nequit Ordines cōferre in sua Provincia, sed in sua Diœcesi.

NEga: sine licentia Episcopi illius Diœcesis, quia nequit licitè Ordines conferre extrà suam Diœcesim. Glossa in *Clem.2. v. & celebrare, in fine, de privilegiis*. Sed tantùm in certis casibus Suffraganei ad Archiepiscopum recorrere appellando valent. Covar. *practicar. c.9. num.2.* Glos. in *c.1. de officio Ordinarii in 6.* Zerola v. *Archiepiscopus.* Pignatellus *tom.2. consultatione 1. num.5.*

Patriarcha.

§. IV.

2878 Neque Patriarcha in Diœcesi Suffraganei.

IN Diœcesi Suffraganei nequit licitè exercere Pontificalia, Ordinesque conferre sine licentia Ordinarii illius loci. Sacra Congregatio in una *Aquilejen. 14. Junii* 1569. apud Pignatellum *loco cit.*

Episcopus Nuncius Apostolicus in Provincia sibi commissa.

§. V.

2879 Episcopus Nūcius Apostolicus nec Ordines cōferre, & Pontificalia exercere in Provincia commissa sine licentia Ordinarii loci.

NEquit Ordines conferre, nec exercere Pontificalia sine licentia Ordinarii illius loci; nam ibi sunt Judices ordinarii, non Pastores; & sic habent jurisdictionem contentiosam, non Ordinis exercitium in Provincia demandata. Trident. *sess.6. c.5. de reform. sess.14. c.2. sess.23. c.3. de reform. sess.7. c.11. de reformat.* Sacra Congregatio Concilii 16. *Aprilis* 1633. & in alia *Taurinensi* 23. *Augusti* 1653. apud Pignatellum *tom.2. consultatione 1.*

Nec officit Nuncium Apostolicum esse Ordinarium, immò majoris jurisdictionis, quàm Ordinarius, posseque quæ Ordinariis licent. Ancharanus in *cap. fin. num. 1. de transactionib.* Abbas in *cap.1. num. 2. de officiis legati*. Rosella v. *legatus num.4.* Guttierez *lib. 1. Canonicarum 11. num.6.* Rota *dec.439. in antiquis, & dec. 1. & 2. de officio legati*, in novis.

2880 Habet tamen majorē jurisdictionē quàm Ordinarius.

Nam id verum quoad jurisdictionem contentiosam, non quoad actum Ordinis, & Sacramentorum: unde nec approbare valet Confessarios.

Cardinales Presbyteri.

§. VI.

2881 Cardinales Presbyteri valent suos familiares ad primam Tonsuram, & Ordines minores promovere.

VAlent conferre suis familiaribus primam Tonsuram, & Ordines minores ex consuetudine. Decisum apud Barbosam *de potestate Episcopi allegat.5. num.19.* Diana duos triginta septem Doctores *par.5. tract.2. resol.5.* Sylvester v. *Ordo.3. num.2. § sed quia talis auctoritas.* Vasquez *de Ordine disp.* 243. *cap.4.* Valentia *tom.4. disp.9. qu.3.* Contra Azorium *lib.4. c.3. qu.2.*

Ordinarius Græcorum.

§. VII.

2882 Græcus à Latino, & Latinus à Græco Episcopo ordinari nequit.

LAtinus cum Dimissoriis proprii Episcopi ab Episcopo Græco Ritu Græco, & Græcus cum Dimissoriis proprii Episcopi Græci à Latino Episcopo ordinari nequit: *c. cum secundum*, ubi Abbas *de temporibus Ordinationum.*

2883 Latinus Episcopus potest suo subdito Dimissorias dare, ut ab Episcopo Græco ordinetur Ritu Latino.

Secundo, Episcopus Latinus potest concedere Dimissorias, ut suus subditus ordinetur ab Episcopo Græco Ritu Latino. *c. quod translationem. de temporibus Ordinationum.* Azorius *tom.2. lib.3. cap. 48. qu.14.* aliàs Episcopus est suspensus ab exercitio Ordinum. *d. c. quod translationem.* Pignatellus *tom.3. consult.59. n.1.*

2884 Episcopus Latinus potest subditū Græcum ordinare Ritu Latino, aut dimittere Episcopo Græco.

Tertio, Episcopus Latinus habens sub se subditos Græcos, illos debet ordinare Ritu non Græco, sed Latino, & si velit, ut illi ordinentur Ritu Græco, debet illis Dimissorias concedere, ut ordinentur ab Episcopo Græco. *c. quoniam. de officio Judicis ordinarii*; aliàs ordinatus contra Ritum Ordinantis, vel ordinati, est ipso jure suspensus. Majolus *lib.3. c.38. num.1. & lib. 4. c.34. num.1.*

2885 Græcus jure domicilii potest Ritu Latino ordinari.

Quarto, Laicus Græcus mutans domicilium, itaut jure domicilii fiat subditus Episcopo Latino, ordinatur Ritu Latino ab Episcopo Latino. Glos. in *c. quoniam. de officio Judicis ordinarii.*

2886 Non sic Latinus ordinari Ritu Græco.

At Latinus etiam mutans domicilium nequit se transferre ad Ritum Græcum, nec ordinari valet Ritu Græco, etiam consensu proprii Episcopi. Abbas in *c. quod translationem. de temporibus Ordinationum.* Pignatellus *loco cit. num. 3.*

2887 Græcus ordinatus ab Episcopo schismatico est suspensus.

Quinto, Græcus ritè ordinatus ab Episcopo schismatico est suspensus ab exercitio Ordinis. Pignatellus *loco cit. num.4.*

2888 Episcopus Græcus nequit ordinare in Ecclesia Latina Ritu Græco, etiam cum licentia Ordinarii, sed S. C.

Sexto, Episcopus Græcus nequit ordinare Ritu Græco in Ecclesia Latina, etiam cum licentia Ordinarii; sed requiritur licentia Sacræ Congregationis. Sacra Congregatio 22. *Januarii* 1602. & in una *Messanensi* 5. *Septembris* 1606. Pignatellus *tom.3. consult.59. n.10. & 11.*

2889 Et nequit Pontificalia exercere sine licentia Sedis Apostolicæ.

Septimo, Græcus Episcopus nequit Pontificalia exercere in Ecclesia alterius Episcopi sine licentia Sedis Apostolicæ, fortè ut videat, an cum Sede Apostolica communicet. Pignatellus *loco cit. num.21.*

2890 Romæ Græcus Episcopus ordinans Græcos Catholicos.

Octavo, Romæ ex Constitutione 44. Clementis VIII. incipit: *Sanctissimus*, residet Episcopus Græcus Ritu Græco ordinans Græcos Catholicos.

Græcus Sacerdos quoad celebrationem, & curam Animarum?

UT in unum hæc congesta habeas, etiamsi extranea.

2891 Græcus Sacerdos non celebrat Ritu Latino, nec è contra Latinus.

Primo, Græcus Sacerdos non celebrat Ritu Latino; nec Latinus Ritu Græco, absque concessione Summi Pontificis. Pius V. in Constitutione, quæ incipit: *Providentia.*

2892 Nec potest curā Animarum habere Ritu Græco.

Secundo, Græcus Sacerdos nequit Ritu Græco curam habere Animarum Latinorum. Pignatellus *loco cit. num.27.*

2893 Nec audire confessiones Latinorum.

Tertio, nequit Sacerdos Græcus audire confessiones Latinorum præcisa rationabili contraria consuetudine præscripta. *c. fin. de consuetudine.* Pignatellus *loco cit. num.42.*

Ordinarius Regularium quoad collationem Ordinum.

§. VIII.

PRimo explicabimus Ordinarium Regularium in communi. Secundo jurisdictionem Abbatis Infulati.

Ordi-

Ordinarius quoad conferendos Ordines Regularibus in communi.

1894 Regulares enim Dimissoriis proprii Prælati ordinantur ab Ordinario ubi resident.

REgulares privilegio exemti à jurisdictione Episcoporum, ordinandi sunt cum Dimissoriis proprii Prælati Regularis ab Episcopo loci, in cujus Monasterio residet Ordinandus; itaut nequeat ad alium Episcopum mitti, nisi absente, impedito morbo, negotio, vel nolente ordinare Episcopo, intra cujus Diœcesim est illius Monasterium; & tunc Prælatus Regularis in Dimissoriis debet exprimere causam Episcopi Diœcesani absentis, impotentis, vel nolentis ordinare. Clemens VIII. firmans Decretum Sacræ Congregationis 15. *Martii* 1599. cujus verba hæc sunt:

Decretum Sacræ Congregationis Concilii Tridentini emanatum auctoritate felicis recordationis Clementis VIII. super Ordinatione Regularium.

DE Mandato S.D.N. Clementis Divina providentia Papæ VIII. tenore præsentium mandatur omnibus, & singulis quorumcumque Regularium Superioribus, ut de cetero observent, & observari faciant, quæ in Decreto Sacræ Congregationis Concilii Tridentini continentur, cujus tenor est talis: Congregatio Concilii censuit, Superiores Regulares posse suo subdito itidem Regulari, qui præditus qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, literas Dimissoriales concedere ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempè illius Monasterii, in cujus familia ab iis, ad quos pertinet, is Regularis positus fuerit: & si Diœcesanus abfuerit, vel non esset habiturus ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinentur quoad doctrinam: & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem Dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Diœcesanus, vel absuturus, vel nullas habiturus esset ordinationes: verum cùm à Superioribus Episcopo Diœcesano absente, vel ordinationes non habente literæ Dimissoriales dabuntur, ab eis utique hujusmodi causam absentiæ Diœcesani Episcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum exprimendam esse, quod qui non fecerint, officii, & dignitatis, seù administrationis, ac vocis activæ, & passivæ privationis, ac alias arbitrio Sanctissimi D. N. Papæ reservatas pœnas incurrent, in quorum fidem. Datum Romæ die 15. mensis Martii 1599.

Idem decrevit Sacra Congregatio in una *Regularium* 16. *Novembris* 1672. ad Trid. *sess.* 23. *c.* 10. *de reformat.* Notandumq; est eadem Sacra Congregatio Cardinalium declarans id, quod in Concilio Tridentino *sess.* 23. *c.* 10. *de reform.* statuitur, videlicet: Quod *Abbatibus, ac aliis quibuscumque quantumvis exemtis, non liceat in posterum intrà fines alicujus Diœcesis consistentibus, etiam nullius Diœcesis, vel exemti esse dicantur, cuiquam, qui Regularis subditus sibi non sit, Tonsuram, vel minores Ordines conferre; nec literas Dimissorias aliquibus Clericis secularibus, ut ab aliis ordinentur, concedant.* Ait ipsa Congregatio, *quod Abbates Regulares habentes jus baculum deferendi, & Mitram, postquam Sacerdotalem Ordinem, & munus benedictionis susceperint, possint Tonsuras, & Ordines minores secularibus Episcopi jurisdictioni subjectis conferre: si modò ipsius Episcopi consensus accedat, & à dicto Episcopo quisque literas Dimissoriales impetraverit, itaut satis non sit id generaliter ab Episcopo concessum esse, sed hac concessione semper opus sit singulis.*

Decretum hoc fuit revocatum per Urban. VIII. ut infra *nu.* 2901. *v. Clericatum dec.* 15. *de Ord. a. n.* 26.

Possint etiam ipsi Abbates eosdem Ordines conferre aliis Regularibus, qui Dimissorias speciales Superiorum suorum, & specialem consensum Episcopi loci habuerint, ac præterea aliis secularibus, qui aliorum Episcoporum jurisdictioni subjecti sint, dummodò Superioris Dimissorias attulerint, & specialem consensum Episcopi loci, in quo Ordines hujusmodi cupiunt suscipere. Prælatæ declarationes referuntur à Quaranta *v. Ordo*.

1895 Si Episcopus voluerit extra tempora ordinare, tùc alium adire possunt.

Quod si Episcopus nolit extra tempora Ordines eis tanquam privilegiatis conferre; tunc poterunt alium Ordinarium petere cum literis Dimissorialibus proprii Prælati, inconsulto Episcopo Diœcesano, ubi resident; nam tunc verificatur pars Decreti, nolle scilicet Ordinarium conferre Ordines: Quod Decretum refert Lauretus de Franchis *par.* 1. *controversiarum inter Episcopos, & Regulares num.* 249. ubi Pasqualigus *num.* 251. Barbosa *ad Trident, sess.* 23. *c.* 8. Caram. *tom.* 1. *Regularium num.* 1634. referens Decretum Sacræ Congregationis.

1896 Nisi ex industria Regulares differant ad tempus quo Episcopus non aderit, aut Ordines non contulerit.

In quo Decreto Clementis VIII. dicitur, non posse Regulares ex industria differre concessionem Dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Diœcesanus non aderit, vel Ordines non contulerit, nam esset fraus contra Episcopum Diœcesanum, & fraus non debet patrocinari.

1897 Regularis potest transferri in familiam alterius Monasterii incorporativè, & ab ejus loci Ordinario initiari.

Posset tamen Regularis transferre subditum in familiam alterius Monasterii incorporativè, itaut evadat pars illius Monasterii, in quod translatum est; nam id non prohibetur, cùm sit usus propriæ Regularis jurisdictionis: licèt id efficiat ad finem evitandi examen Diœcesani prioris Monasterii; nam hæc non est fraus, sed industria eximere se ab illo Ordinario, à quo fortè reprobabitur; & Decretum Clementis loquitur de illis, qui remanent partes Monasterii intrà Diœcesim: & vult nè data opera differant ad tempus, in quo Diœcesanus ordinationes non habebit.

An verò Episcopus debeat examinare Regularem ordinandum.

1898 Episcopus debet Regularem ordinandũ examinare.

AFfirma: Trident. *sess.* 23. *c.* 12. & sunt revocata privilegia opposita. Xistus V. in Bulla, quæ incipit *Sanctum, & salutare. anno* 1588. Lauretus de Franchis *loc. cit. num.* 13.

An autem Episcopus, vel Superior Regularis dispensare valeant in interstitiis cum Regulari?

1899 Episcopus non tenetur admittere dispensationem Superioris Regularis ordinandi.

PRo utraque parte afferuntur declarationes Sacræ Congregationis à Franchis *loco cit. num.* 255. Pasqualigo *loc. cit. num.* 258. Omnes tamen conveniunt, Episcopum non teneri admittere dispensationem Superioris ordinandi, quia in Trident. *sess.* 23. *c.* 13. *de reform.* totum remittitur in arbitrium Episcopi.

Abbates Infulati.

§. IX.

1900 Tantùm suis subditis Abbates infulati valent cõferre primã Tonsuram, & Ordines minores.

SAcerdotes Abbates mitrati deferentes annulum, & baculum Pastoralem consecrati, aut benedicti, exercentes Pontificalia, valent conferre primam Tonsuram, & Ordines minores suis subditis tantùm. *c. Abbatibus. dist.* 69. *c. Lugdunensis.* 9. *qu.* 2. *c. cum contingat. de ætate,*

& qualitate, ubi Gonaalez *num.*36. *c. Abbates. de privilegiis in* 6. *c. quamvis.* 4. *diſt.*68. *c. quoniam. diſt.*69. *c. cum inter.*13. *de re judicata.* Trident. *ſeſſ.*23. *c.*10. Sacra Congregatio apud Caramuelem *tom.*1. *Regular. num.* 1633. Rodriq. *tom.*1. *Regularium qu.*18. *art.*1. Baſſæus in *Floribus* v. *Abbas n.*6. Sylveſter v. *Ordo* 3. *n.*1. *in fine*,

An Abbates Regulares poſſint ordinare prima Tonſura, & in minoribus non ſubditos laicos, vel Regulares cum Dimiſſoriis proprii Ordinarii?

2901 Nequeunt ordinare nõ ſubditos, vel Regulares cum Dimiſſoriis proprii Epiſcopi

NEga: Sacra Congregatio 13. *Novembris* 1641. & in una *Panormitana* 16. *Martii* 1647. ubi id prohibetur, ſub pœna ſuſpenſionis contra Ordinantes, Ordinatos, & concedentes Dimiſſorias, quam declarationem Urbanus VIII. 17. *Januarii* 1642. juſſit obſervari, teſte Pignatello *tom* 1. *conſultat.*367. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi alleg.*3. *num.*14. Sacra Congregatio apud Sellium in *Selectis c.*19. *num.*8. Seraphinus *par.*1. *dec.*989.

Contra Caramuelem *Regular. num.* 1633. §. *ſubſcribo*. Quarantam v. *Ordo.* Lauretum de Franchis *controverſiarum inter Epiſcopos, & Regulares part.* 1. *tit. de Regularium Ordinatione num.* 247. Baſſæum v. *Abbas num.* 6. Dianam *par.*5. *tract.* 13. *reſol.* 93. Philibertum *tract.* 1. *par.* 2. *cap.* 10. *num.* 18. ex declaratione Sacræ Congregationis apud Quarantam, concludentes poſſe ordinare alienos ſubditos ſeculares, & Regulares cum Dimiſſoriis eorum Epiſcopi. Sed declaratio apud Pignatellum *loco cit.* firmata auctoritate Urbani VIII. eſt noviſſima.

V. Clericatũ *dec.*15. *de Ord. num.*29.

An Abbates poſſint conferre primam Tonſuram, & Ordines minores Novitiis propriæ Religionis?

2902 Nequeunt ſimiliter eorũ Novitiis primam Tonſuram, aut minores Ordines conferre

NEga: nam eſt privilegium non extendendum de perſona ad perſonam. Secundo, quia aperiretur via fraudibus contra proprium Epiſcopum: qui enim nequit ordinari à proprio Epiſcopo, ingrederetur in Religionem, & Novitius Ordines ſuſciperet, & egrederetur ordinatus in fraudem proprii Epiſcopi; & ità docet Philibertus *tract.*1. *par.*2. *cap.*10. *num.* 18. Gonzalez in *c. cum contingat.*11. *num.*6. *de ætate, & qualitate*, dicens, hodiè Profeſſis, non Novitiis Ordines conferendos ab Abbate. Tamburrinus *de jure Abbatum tom.*2. *diſp.*2. *qu.*27.

Contra Caramuelem *Regular. num.* 1633. §. *Novitii.* Suarium *tom.*4. *de Religione tract.*8. *lib.*2. *cap.*29. *num.*11. Layman *lib.*5. *tract.*9. *n.*2. Dianam *par.*3. *tract.*2. *reſol.*73. de Leone *diſp.*4. *qu.*11. Murgam *tom.*1. *de ſepulturis tract.*1. *diſquiſitione* 4.

2903 Abbates invalidè ordinãt nõ ſubditos. V. tamen Clericatum *decif.*15. *de Ord. nu.*12. diſtinguentẽ inter Abbates habẽtes, vel non ſubditos, cõ Fagnano in *c. ſtatuimus. de ſuppl. negl. Prel.* ubi primi validè ordinant, nõ ſic alii, cum Pignatello *to.* 3. *conſult.*8.

An Abbates ordinantes non ſubditos validè ordinent?

NEga: Sacra Congregatio apud Fagnanum in *c. quanto. num.*42. *de conſuetudine.* Sacra Congregatio apud Pignatellum *tom.*1. *conſultatione* 367. *num.*3. & 6. Nam Abbates hanc poteſtatem habent ex privilegio, non extendendo de ſubdito ad non ſubditum; reſpectu enim non ſubditi Abbas ſe habet ut ſimplex Sacerdos, privilegio carens: & ſic etiam ordinandi poteſtate. In quo differt ab Epiſcopo habente poteſtatem ex charactere, validè ordinante etiam non ſubditos.

Et ſic Abbas ordinans non ſubditum eſt ſuſpenſus, non verò eſt ſuſpenſus ordinatus, quia revera Ordinem non recipit. Sacra Congregatio in una *Gravinenſi* 26. *Auguſti* 1616. apud Pignatellum *tom.*1. *conſult.*367. *num.*3. 4. & 5. Fagnanum in *c. quanto. num.*42. *de conſuetudine*. Contra Caramuelem *Regular. num.*1633. §. *Abbas.* 2904 Et tunc ſunt ſuſpenſi.

An Abbas habens Epiſcopalem juriſdictionem circa ſeculares, puta Abbas Caſſinenſis conferre poſſit illis primam Tonſuram, & Ordines minores?

2905 Abbas verò cum Epiſcopali Juriſdictione circa ſeculares validè, & licitè ſuos ſubditos ordinat. vid. Clericat. *l. c. à n.*36.

AFfirma: idque ex vi Epiſcopalis juriſdictionis ordinariæ, privilegio ſpeciali ſuffultæ, ut uſu Caſſinenſis Abbas probat. Sanch. *tom.*2. *Opuſculorum lib.*7. *cap.*5. *dub.*19. Diana *par.* 5. *tract.*13. *reſol.*45.

Vicarius Epiſcopi.

§. X.

2906 Vicarius Epiſcopi nequit Ordines conferre.

NEquit Ordines conferre, quia caret poteſtate Ordinis, cùm non ſit Epiſcopus, & ab Epiſcopo habet quæ juriſdictionis, non quæ Ordinis ſunt, nec habere poteſt. D. Thomas in 4. *diſt.*17. *qu.*3. *art.*1. *qq.*3. Contra Menochium 2. *de arbitrariis caſu* 222. *num.* 9. volentem, Epiſcopo in remotis exiſtente delegante, Vicarium poſſe conferre Ordines minores.

De Miniſtro Delegato.

§. XI.

An ſimplex Sacerdos delegatus à Summo Pontifice poſſit conferre Ordines minores?

2907 Olim ſimplex Sacerdos primam Tonſuram conferebat.

OLim abſque delegatione Summi Pontificis ſimplex Sacerdos conferebat primam Tonſuram, ex Concilio Emeritano teſtatur Macri *Notitia Vocabulorum Eccleſiaſticorum* v. *Ordo. in fine.* At hodiè id nunquam licet, eſtque Epiſcopale munus. *c. Epiſcopi diſt.* 73. Concilium Carthaginenſe III. *can.* 3. tantumque eſt permiſſum Abbatibus infulatis. *c. Abbates. de privilegiis in* 6. *c. cum contingat.*11. *de ætate, & qualitate*.

2908 Ex delegatione Papæ poſſet nunc Ordines minores conferre.

At delegante Summo Pontifice ſimplex Sacerdos poteſt conferre Ordines minores, ex Trident. *ſeſſ.*23. *cap.*10. & 15. ubi Ordinarius Miniſter eſt Epiſcopus; ergo delegatus poteſt eſſe ſimplex Sacerdos, ut rectè arguit Arriaga *loco cit. num.*14. ſecùs ſi non daretur delegatus, ad quid dicere Ordinarium Miniſtrum, niſi ad differentiam delegati. Ità Sanctus Celeſtinus Papa delegavit ſimplicem Sacerdotem Minoritam ad dandam primam Tonſuram, & Ordines minores Beato Ludovico filio Caroli Regis Siciliæ, dum carcere detineretur à Jacobo, anno primo ſui Pontificatus 7. Idus Octobris Datum Sulmone ex Archivio Vaticano *Epiſt* 12. ibi: *cum deſideres in Clericali habitu Domino famulari, nuper ad tuæ ſupplicationis inſtantiam, Dilecto filio Fratri Franciſco de Apta Ordinis Fratrum Minorum, quod tibi, qui apud hoſtes Eccleſiæ detineris, ut obſes, primam Tonſuram, & omnes minores Ordines conferre valeat per alias literas noſtras conceſſimus facultatem. tom.* 15. *Annalium, in additione.* D. Thom. in *ſupplemento ad* 3. *partem qu.*38. *art.*1. & 3. Gonaalez in *c. cum contingat.*11. *de ætate, & qualitate num.*8. Sotus in 4. *diſt.*24. *qu.*1. *art.*4. §. *ſeptima concluſio.* Gabr. à S. Vinc. *de Ordine diſp.*2. *qu.*6. *num.*73. Henriq. *lib.*10. *c.*23. Macadus *de clavibus Petri.* 4. *c.*5.

con-

contra Majorem in 4. *dist.7. qu.un.* Sylvestrum *v.Ordo.3.num.1.*

An delegante Summo Pontifice simplex Sacerdos valet conferre Diaconatum, & Subdiaconatum?

1909 Papa delegante posset simplex Sacerdos Subdiaconatū & Diaconatū conferre.

AFfirma: Arriag. *loco cit. num.*19. Gabr. à S.Vinc. *de Ordine disp 2.quaest.6.num.*74. Glossa in *c.quanto.de consuetudine.* Leander *loc. cit. qu.* 18. & 19. dans triginta duo Doctores Caram. *Regular. num.*1626. Contra Sylvestrum *v.Ordo.3. num.* 7 citantem D. Thomam in 4. *dist.25.qu.1.art.1 ad 3.*& undeviginti Doctores apud Leandrum *ibidem.*

Probatur, quia character Sacerdotalis ex dispensatione Summi Pontificis, plenitudine potestatis Pontificiæ elevatur:& ut character Episcopalis jure ordinario, Sacerdotalis ex commissione Summi Pontificis.

Secundo, quia de facto Summus Pontifex Innocentius VIII.anno 1489. dispensavit multoties cum Abbate Cisterciense, & quatuor aliis, ut conferret dictos Ordines, & Bullæ referuntur à summis viris, quos mentitos dicere est temeritas, & multò magis temeritatem sapit dicere Summum Pontificem errasse dispensando; & si semel dicatur in re gravissima errasse, cæteri dicent errasse in aliis Bullis, quod absurdum; sicuti nec Clemens VIII. oppositum declaravit. Averia *de Ordine qu.3.§.3.*

Nec refert potestatem ordinandi esse actum Ordinis Episcopalis, qualis non est simplex Sacerdotium.

Nam id est de potestate Ministri Ordinarii, non delegati, & D.Thomas *qu.* 38. *art.* 1. sentiens oppositum, loqnutus fuit ante dispensationem concessam ab Innocentio VIII. (9)

An simplex Sacerdos dispensante Summo Pontifice possit conferre Sacerdotium?

1910 Sunt qui asserunt eodē dispensante posse Sacerdotem aliū Sacerdotio initiare.

OMnes docentes Ordinatione Episcopali novum characterem non acquiri, sed Sacerdotalem extendi, consequenter concindunt, characterem Sacerdotalem esse fundamentum essentiale ad constituendum Ministrum Ordinarium cum Ordinatione Episcopali, & delegatum ex auctoritate Pontificia plenitudine potestatis dispensante; & ita docet Aureolus apud Capreolum in 4.*dist.25.qu.1.art.2.* Innocentius IV. in *c.4. num.4. de consecratione*, ubi Abbas *num.*9. Gabr. à S.Vinc. *de Ordine disp.2. qu.6. num.*76. dicens cum Innocentio, & aliis *num.* 77. Papam dispensare posse à Diacono Diaconatum, à Subdiacono Subdiaconatum conferri, ut Episcopus ordinat Episcopum. Glos.in *c. pervenit.dist.*95. Hurtadus *de Ordine difficul.*18. Diana *par.4. tract.1. resol.*36. Dicastili. *disp.1. dub.*17. *num.*241. Nam si Sacerdos habet potestatem in corpus reale Christi, cur dispensante Papa non habet quoad constituendos Ministros.

1911 Probabiliùs est oppositū.

At oppositum probabiliùs docet Arriaga *loco cit.num.*22. Averla *de Ordine qu.3.* quia non constat Summum Pontificem adhuc dispensasse.

Minister Ordinarius Ordinis Episcopalis.

§. XII.

1912 Ordo Episcopalis validè, & licitè à tribus Episcopis confertur.

ORdo Episcopalis validè, & licitè confertur quando adsunt tres Episcopi. *c. Episcopi.* 1. ibi: *tres Episcopi debent in unum congregari. c. comprovinciales.*3. ibi: *tribus Episcopis. c.Episcopum.* 6. ibi: *tres eligantur. c. extra.* 4. ibi *nec unus Episcopus præsumat ordinare Episcopum, dist.* 64. *c. nec Episcopi. de temporibus Ordinationum*: Sed difficultas est.

An unus tantùm requiratur essentialiter?

1913 Unus tamen est essentialis.

AFfirma: & alii non requiruntur ut validè, sed ut licitè, ut testes Ordinationis Episcopalis. Turrecremata in *c.porrò.dist.*66.*num.*3. Arriaga *loc.cit. num.*29. & 30. cum Paludano, Sylvestro, Armilla, & aliis, volens validè, & licitè conferri ab uno Episcopo. Sanch. *tom.* 2. *Opusculorum lib.7.dub.*15. *num ultimo.* Granadus 3.*par.controversia* 9 *tit.1.disp.3.§.1. num.*7. D.Antoninus 3 *par.tract.*14. *c.*16.*num.*9. Averla *de Ordine qu.3.sect.2.*dans sex Doctores. Gammachæus *de Ordine c.*9. Barbosa *ad Trident. sess.* 23.*c.*1. Pignatellus *tom.1.consultat.*180.*num.*8. 18. & 26. Quintanaduẽno *tract* 6. *singulari* 2. Contra Vasqu. 3.*par. disp.*243.*cap.*6. Bellarminum *lib.4.de notis Ecclesiæ c.*8. requirentes tres.

Probatur primo, 2. ad Timotheum 1. ibi: *admoneo te, ut resuscites gratiam, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* ly *mearum* indicat solùm Apostolum ordinasse Timotheū.

Secundo, sub fidei initium ordinati fuerunt Episcopi per unum Episcopum; nam plures non aderant, nec constat de dispensatione Summi Pontificis illud actum; & Apostoli per Orbem divisi ordinabant soli Episcopos, & ipsi à Christo Domino ordinati sunt. D. Augustinus *de veteri, & novo Testamento qu.*99.

Tertiò probatur ex *lib* 8.*Constitutionum Apostolicarum c.* 27. & *lib.* 3. *Apostolicarum Constitutionum c.*20. ubi est juris humani, ut sint tres Episcopi, & duo sunt testes Ordinationis. *d.Constitut. c.*20. ibi: *duorum testimonium firmiùs.*

Quarto probatur ex Pontificali Romano ubi ex tribus unus Episcopus dicitur consecrator, duo assistentes.

1914 Pluries Sūmi Pontifices dispensarūt ab uno Episcopo posse ordinari.

Quinto probatur, quia pluries Summus Pontifex dispensavit, ut unus ordinaret Episcopum. Primo, S.Gregorius Magnus cum Anglis *Epist.*12. ubi dispensavit ut S.Augustinus solus ordinaret Episcopos, quia alii deerant Episcopi; ubi S. Gregorius ait, duos Episcopos assistentes esse testes Ordinationis Episcopalis.

Se-

(9) In medium hic adducere quidquid Theologi proque contra hoc Privilegium Innocentii VIII. afferunt, libenter abstineo, quorum momenta perscrutari licet apud Hellerium *de sacris Electionibus sect.5.de Ministro sacræ Ordinat art.2.* §.2. Morinum *de sacris Ordinat.p.3.Exercit.4.cap.3.*Clericatum *decis.*16. *de Sacram.Ord. à num.*21. P.Morales *in suo Diana Dogmatico tit. de Ord. resol.* 5. aliosque innumeros per istos relatos, qui post tot conatus non adhuc efficere potuerunt, quin à fictione, aut ab ambiguitate dictum Privilegium vindicarent. Nota tamen dignum mihi videtur, quod doctissimus Honoratus Tournely asseri *de Sacram.Ord. qu.4.art.2.objectione 2. ad 2.concl.* ubi postquam reprobavit variis rationibus dictum Privilegiū, subjungit: „ Dato, & non concesso „ verum esse, non fictum istud Privilegium, mentē „ Innocentii VIII. istam dumtaxat fuisse, ut Abba„ tes Cistercienses Literas Dimissorias Monachis suis „ dare possent, quibus potestas fieret cuilibet An„ tistiti Catholico ritè promoto, Monachos Cister„ cienses ordinandi, non habita Diœcesum, & Pro„ vinciarum ratione. Ita Bullam hanc interpre„ tatur Bensonius *lib.2.de Anno Jubilæi cap.*21. & as„ serit hoc ipso sensu expositam fuisse à Sac.Cong. „ Concilii Trid. interprete anno 1592. imò à Cle„ mente VIII. in Bulla Cisterciensibus data.

Secuodo, Gregorius XIII. dispensavit cum Patriarcha Æthiopiæ.

Tertio, Pius IV. dispensavit cum Indis, ubi passim unus Episcopus ordinat Episcopum, & noo dici potest erraisse, quia iode abstulisset Ecclesiam ab Iodis amotis Episcopis, & consaquenter Saeerdotibus ab illis ordinatis; quod nuoquam Deus permittit.

Quarto, similiter teste Quintanadugno *tr.6. singulari* a. fuit dispensatum, ut Episcopus dubitaos de Baptismo, baptizaretur sub conditione, & fuit ordinatus, & coosacratus per unum Episcopum ad tollendom scaodalum.

Sexto patet, quia D.Diooysius *de Ecclesiastica Hierarchia par.a. c. 5.* unius memioit Episcopi in Ordinatiooe.

Septimo, ex declaratione Sacræ Coogregationis apod Barbosam *ad Trident.sess.a3.c.1.*

2915 Momenta in oppositū adducuntur, & diluuntur.

Dices: Ordioatio Episcopi sioa tribus Episcopis eit irrita. Extravagaos *Injuncta.de electione. c.Ordinationes Episcoporum.dist.64.*

Respondetur, esse irritam quoad effectum, quia Episcopos ità ordinatus, Papa non dispensaote, est suspensus, & etiam sunt suspensi ordinati ab ipso: & in jure; res valida caraos effectu dicitur irrita, ut testameotum validum firmatum morte testatoris dicitur irritum hærede repudiante; sic irrita licèt valida dicitur Ordinatio oon subditi sine Dimissoriis. *c.si quis ausus.3.dist.71.* Coocilium Chalcedonense *actione 11.c.6.* Glossa in *c.Archiepiscopus.dist.66.*

Quid operetur Ordinantis protestatio ante Ordinis collationem nolle scilicet ordinare non approbatos, alienos subditos sine Dimissoriis, impeditos, excommunicatos, irregulares, carentes patrimonio?

2916 Protestatio ab Episcopo facta nolle ordinare indignos est ad terrorem.

NIhil operatur quoad validitateo Ordinis cooferendi, & tantùm operatur, ut illicitè impeditus expresse accedat. Sà v. *Ordo num. 38.* Philibertus *de Ordine tract. 1. par. 1. c. 11. num.17.* Caram. *Fundam. num.3665.* Id afferens sivè impedimeotum sit publicum, sivè occultum; & fortiùs si sit publicum; nam tuoc admitteodo publicè impeditum, retraétatur voluotas non admittendi. Victoria *tit.de Baptismo nu.34.* Suarea *de Sacramentis disp.13. sect.3.conclus.4.* Layman *lib.5.tract.1.c.4.num.6.* Henriq. *lib.14.c.6.nu.5.* Sanch. *7.de matrimonio disp.18. num.11.* Booacina *disp.2. de Sacramentis qu.2. puncto 4.nu 26.* Cooinck *de Sacramentis qu.64. art.8.dub.4 num.26.* Graoadus *par.3.controversia 3.tract.5. disp.4, sect.2. num.5.* Portella *v.irregularitas num.10.* Arriaga *tom.7.disp.9.n.44.* Præpositus *3.par.qu.64. art.10. dub.2. num.79.* Hiranchus *de protestatione, considerat. 11. n.16.* Lezzana v. *Ordines Sacri num.20.* Pasqualigus *Moralium, centuria 2.qu.127.n.6.*

Cootra Molphesiom *tract. 2. Summæ cap. 2. num.45.* Lauretum de Franchis *controversiarum inter Episcopos, & Regulares, tit.de Regularium Ordinatione qu.28.* dicentes, Ordinationem esse nullam.

2917 Motiva adducuntur.

Probatur primo ex *c.innotuit.3.* ibi: *Cumque ab eodem Episcopo, sub excommunicationis sententia fuisset inhibitum, ne quis se ad duos Ordines suscipiendos ingereret: prædicti Clerici, nihilominus Subdiaconatus, & Diaconatus Ordinem clandestinè susceperunt:* & iofrà: *Consultationi tuæ taliter respondemus, quod ordinati in susceptis Ordinibus de juris rigore ministrare non debent.de eo, qui Ordinem furtivè suscepit:* ubi validè furtivà Ordines suscipit, sed non licitè, contra prohibitionem sub pœoa excommunicationis.

Probatur secundo, quia voluntas, noo protestatio non admittendi impeditos generica, in individuo nihil operari valet, nisi individuetur; nam causa generica non operatur, oisi determinetur, iodividuetur; ergo voluntas non ordinaodi generica ritè non accedentes nihil operatur, quia non est individuata; immò est revocata cootrario facto, quo Episcopus vult ordinare, & ordinat io individuo accedeotem; & sic protestatio illa geoerica cùm sit cootraria facto, & facto ipso revocata in iodividuo, nihil operatur: ex regola juris, cui ut debet, se conformat Episcopus; *protestatio facta contrario facto nihil operatur. l. in bello, §.factæ, D.de captivis, & postliminio reversis. cap. gratum. de officio delegati.* Cephalus *lib.2. cons.122.* Surdus *vol.3.cons.361. num.67.*

Probator tertio, quia voluntas Episcopi, qui ità protestatur, est promovendi, non sudvertendi bonum Ecclesiæ; si autem in individuo nollet ordinare impeditos, subverteret Ecclesiæ bonum; quia illi non assent ordinati, uec coosecrarent deindè, nec absolvarent: quod esset maximom malum majos, quàm illicitè, sed validè fuisse ordinatos; & fideles secùs trepidi semper Sacramenta susciperent, incerti etiam ex hoc capite de Ordioe Ministrorum. intentio ergo faciendi, quod Ecclesia vult, corrigit inteotionem non ordinaodi impeditos; nam Christus Dominus, & Ecclesia vult purà Ordines conferri ad cavanda majora fidelium pericula.

Protestatio argo illa est ad terrorem, sivè ordioaodus bona fide accedat, nam tunc non est excludendus: sivè mala fide accedat, oam nec tunc est repelleodus ad evitanda majora mala. Purè ergo Episcopus debet valle ordinare præsentem, sivè digoum, sivè indignom; & sic protestationem illam reprobat Cardinalis Lugo, Pasqualigus, licèt approbet terroris causa Arriaga *tom..7 disp.9.num.44.*

Hinc infertur in sacris validè esse ordinatum com impedimento, & teneri ad castitatem. Caramuel *loco cit.* contra Præpositum *3.par.qu.1. dub.17.num.171.* Dianam *par.5.tr.13.res.66.*

De Subiecto Ordinis.

CAPUT VIII.

UT validè quis ordinetur debet asse homo baptizatus, non verò requiritur ut sit confirmatus. *c.si quis.1. c.2.c.finali.de Presbytero non baptizato,* ubi Abbas *num.1.* Barbosa *n.3.* Coocilium Nicæoum I. *can.19.c.si quis confugerit.1.qu.1.* Est enim Baptismus Sacramentorum janoa. *c.veniens. 3. de Presbytero non baptizato. c.penult.de Baptismo. c.præter.§.penult.dist.32. c.si quis per ignorantiam. 19. 1. qu.1.* Et sic eo carens, nulliter alia Sacrameota recipit. Florentinum in *Decreto Unionis.* Hallerius *de Sacra electione c.3.* — 2918 Subjectum Ordinis sit homo baptizatus.

Baptismum debet esse Sacramentum aquæ, non sanguinis, vel flaminis; nam aquæ taotùm est Sacramentum imprimens characterem. Tridentinum *sess.7.can.9.c.un. §.una.de Sacra Unctione. c.ad abolendam.de hæreticis.* Estque aqua baptizandus, si possit, etiamsi anget, & martyrio fateatur divioitatem. Actoum 10. ubi Cornelius fuit baptizatus. — 2919 Baptismo aquæ, nō sanguinis, vel flaminis.

Die

Dices: Sacramentum Ordinis fuit institutum in Cœna, & sic ante Sacramentum Baptismi, institutum post Resurrectionem; argo validè quis ordinari valet ante Baptismum.

Respondetur neg. antecedens: nam Christus Dominus instituit Baptismum ante Ordinem, non ante Cœnam. Lucæ 3. v. 16. ibi: *Ego quidem aqua babtizo vos, ipse verò vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igni.* Ly *ipse* denotat Christum Dominum baptizasse in Spiritu Sancto, & igni, hoc est infundendo gratiam, & sic Christus Dominus quando fuit baptizatus à Joanne instituens Baptismum, illicò baptizavit ipsum Joannem Baptistam. D. Hieronym. in Marci 3. Magister in 4. *dist.* 3. D. Ambrosius *lib.* 2. *in Lucam. c. fin.* Damascenus *lib.* 4. *de fide c.* 1. D. Thomas 3. *par. qu.* 66. *art.* 2.

2920 Error veritati cedere debet.

Ordinatus non baptizatus ergo, licèt errore communi collatione Ordinis credatur Sacerdos, Episcopus, revera characterem, & Sacramentum Ordinis non habet, & nulliter exercet, quæ sunt Ordinis, & in hoc opinio cedit veritati. *c. quanto. de consuetud. c. Apostolicam* 2. *de Presbytero non baptizato*: Quoad illa verò, quæ sunt jurisdictionis, valida sunt errore communi. *l. barbarius, D. de offic. Prætoris.* Gonzalez in *c.* 1. *de Presbytero non baptizato*; ubi Abbas, & Barbosa. Campanilis in *Diversorio Juris Canonici, rubrica* 2. *num.* 23. Bonacina *de Sacramentis disp.* 8. *qu. un. puncto* 5. *num.* 7. Coninck *tom.* 2 *de Sacramentis disp.* 20. *dub.* 10. *n.* 96. *concl.* 2.

2921 D. Thomas asserit pie credendum Christū supplere defectus, & dare effectum Sacramentorū datorum per non baptizatos.

Scio D. Thomam in 4. *dist.* 24. & in *supplemento qu.* 36. *art.* 3. *ad* 2. velle orbatum Baptismo non recipere characterem Ordinis, nec consecrare, nec absolvere: sed piè credendum, Christum Dominum Summum Sacerdotem supplere defectus, & dare effectum Sacramenti Eucharistiæ, & Ordinis recipienti ab eo non baptizato Eucharistiam conficienti. Quid autem si sibi velit à Christo Domino suppleri defectus? explicat Nugnus ibidem, & Gabr. à S. Vinc. *de Ordine disp.* 1. *qu.* 2. *num.* 10. In quantum Deus fortè dabit auxilia, ut recipiens bona fide nulla illa Sacramenta conteratur, & sic justificetur contritione.

Ordinatus dubius de Baptismo.

2922 Dubius de Baptismo, rebaptizādus, & reordinādus est.

Est sub conditione rebaptizandus, & reordinandus. *c. de quibus.* 2. *de Baptismo. c.* 1. *de Presbytero non baptizato.*

An baptizatus nolens, sed violenter ordinatus, recipiat characterem?

2923 Nolens, aut violēter ordinatus non recipit characterem.

Nega: *c. majores.* 3. *§. item quæritur*, ibi: *Baptismus, & Ordo*; & ibi: *qui nunquam consentit, sed penitùs contradicit: nec rem, nec characterem suscipit Sacramenti.* Et in fine, ibi: *Tunc ergo characterem Sacramentalis imprimit operatio, cùm obicem voluntatis contrariæ non invenit obsistentem*, ubi Barbosa *num.* 13. *de Baptismo*. Et ratio redditur ibidem in eodem *c. majores, §. item quæritur*, ibi: *est Religioni Christianæ contrarium, ut semper invitus, & penitùs contradicens ad recipiendam, & servandam Christianitatem aliquis compellatur.* Miles ergo Christi non debet esse reluctans. Parisius *lib.* 4. *cons.* 2. *num.* 21.

2924 Metu cadēte in constantē virum ordinatus, recipit characterem.

An metu cadente in virum constantem coactus recipiat characterem Ordinis?

Affirma: nam illo metu non tollitur consensus sufficiens. *c. meritò.* 11. *qu.* 1. & sic non tollitur validitas Sacramenti Baptismi, & Ordinis metu recepti. *c. de Judæis, dist.* 45. ubi metu baptizatus cogitur servare fidem; Habet namque voluntatem recipiendi Ordinem, ut evitet majus malum imminens. *c. majores.* 3. *§. propter, §. intelligitur. de baptismo*, ubi Abbas *num.* 7. Hostiensis *num.* 38. Navarrus *c.* 22. *n.* 51. Sotus in 4. *dist.* 25. *qu.* 1. *art.* 2. *§. hinc autem.*

2925 Iste non tenetur tamen à nuptiis abstinere.

Non tamen tenetur abstineri à nuptiis. *c. perlatum. de his, quæ vi.* Sylvester v. *metus, §.* 8. nam id ex plena ejus voluntate, cùm sit quid consilii, in sua origine promanare debet, volens spontè adire statum, quo assumpto, nequeat inire nuptias. *c. ante triennium. dist.* 31. *c. præsens.* 20. *qu.* 3. Sanch. 7. *de matrimon. disp.* 29. *num.* 5. Vega *tom.* 2. *Summæ c.* 57. *casu* 6. Sayrus 6. *Clavis c.* 4. *num.* 10. Comitolus *lib.* 1. *qu.* 55. *num.* 2. Coninck *tom.* 2. *de Sacramentis disp.* 20. *dub.* 14. *num.* 143.

2926 Sivè ex lege Ecclesiastica.

Idque sivè onus non nubendi absque voto sit annexum Ordini Sacro ex lege inhabilitante ad nuptias, ut vult Sotus in 4. *dist.* 37. *quæst. un. §. dico igitur.* Cardinalis in *Clement. Ad nostram num.* 10. *de hæreticis.* Innocentius in *c. placet. de conversione conjugatorum*; & decem, & octo alii Doctores apud Sanch. 7. *de matrimon. disp.* 27. *qu.* 2. *num.* 9.

2927 Sivè ex voto teneatur in sacris à nuptiis abstinere.

Sivè id nascatur ex voto annexo Ordini emittendo ab instituendis in Sacris ex dispositione legum, quibus dicuntur isti vovere. *c. un. de voto in* 6. Extravagans *Antiquæ. de voto. c. olim, de Clericis conjugatis.* Perez *de matrimon. disp.* 27. *num.* 63. & quinquaginta septem Doctores, quos dat, & sequitur Sanch. *loco cit. n.* 10.

An baptizatus amens, furiosus, dormiens recipere valeat characterem Ordinis?

Distinguas: vel immediatè anteà noluit ordinari, baptizari: vel voluit.

Si noluit baptizari, ordinari, nega.

2928 Amens, dormiens, nō est ordinatus, si immediate ante noluit ordinari, secùs si voluerit.

Si voluit, affirma; nam satis est in adulto ad recipienda hujusmodi Sacramenta consensus habitualis, cùm nullus actualis actus recipientis requiratur. *c. majores.* 3. *§. dormientes. de Baptismo*, ubi Barbosa *num.* 16. *c. communiter. dist.* 33. Sotus in 4. *dist.* 25. *qu.* 2. *art.* 2. *§. contra verò.* Camerota *de Baptismo c.* 5. *dub.* 10. Marchinus *de Ordine tract.* 1. *par.* 3. *c.* 4. *num.* 6. Coninck *de Sacramentis disp.* 2. *qu.* 2. *puncto* 6. *num.* 18.

Hinc resolvitur:

An debeat consentire, ut validè quis ordinetur?

Distinguas Adultum ab infante.

2929 Adultus debet consentire in suam ordinationē.

Affirma Adultum debere consentire, saltem habitualiter. *c. majores.* 3. *§. propter, §. item quæritur, §. intelligitur. de Baptismo.* Acacius *tom.* 2. v. *Ordo, ref.* 243. *num.* 1. Cotonius v. *Ordo num.* 6. Leander *tract.* 1. *de Sacramentis in genere qu.* 2. dans undecim Doctores. Caram. *Regular. tom.* 2. *num.* 2278. requirentes positivum consensum habitualem, cum D. Thoma 3. *par. qu.* 68. *art.* 7. Rhodes *tom.* 2. *de Sacramentis disp.* 1. *qu.* 4. *sect.* 6. *§.* 1.

Scio Cajetanum 3. *par. q.* 68. *art.* 7. & alios velle satis esse non adesse dissensum.

An infans ante usum rationis possit ordinari?

2930 Infans ante usum rationis validè ordinatur.

Ut Baptismus, ità Ordo, ex *c. majores.* 3. *§. item quæritur*, ibi: *sunt autem nonnulli, qui dicunt quòd Sacramenta, quæ per se sortiuntur*

tur

tur effectum, ut Baptismus, & Ordo, ceteraque similia non solùm dormientibus, & amentibus, sed invitis, & contradicentibus, etsi non quantum ad rem, quantum tamen ad characterem conferuntur de Baptismo. Validè confertur infantibus, *c. un. de Clerico per saltum promoto*. Rhodes *loco cit.* ajens, in Adulto, non in infanti, nec in amente perpetuò requiri consensum ex voluntate Christi declarata Ecclesiastico usu, quo modo Baptismus, & olim Confirmatio, Ordo, & Eucharistia etiam dabatur infanti; quia Christus Dominus voluit adultum, non infantem suæ justificat oni cooperari. D. Tho. in 4. *dist.25.q.2.art.1.* & in *supplem.qu.36.art.1.& 2.* D.Bonaventura in 4.*dist.25. art.2. qu.2.* requirens solùm ad Episcopatum consensum ordinati, ratione spiritualis conjugii; ad alios sacros requirens usum rationis de præcepto, non ad validitatem Ordinis, ad minores tantùm ex decentia, & honestate; ubi Scotus, Argentina in 4.*dist.25.qu.1.art.3.conclus.1.* ajens, suo tempore Ordinem conferri infantibus. Riccardus in 4. *dist.* 25. *art.* 4. dicens, usum rationis in ordinando esse de honestate, non de præcepto. Sotus in 4.*dist.25.qu.1.art.2. §.de pueris.* Gabr. à S.Vinc.*de Ordine disp.2.qu.3. num.25.* dicens cum D.Thoma, Episcopatum posse etiam conferri infanti. Hurtadus *de irregularitate, difficult.24.disp.1.* Dicastillus *loco cit. dub.21.n.309.* Diana *par.8.tract.1. resol.32.* Acacius *tom.2. v. Ordo. resol.343. num.9.* Caram. *tom.2. Regular. num.2578.* Palaus *tom.4.tract.27. puncto 7.n.5.* Marchinus *tract.1. par.3. cap.4. num.6.* contra Durandum in 4.*dist.25.*

Peccaret tamen ordinans infantem contra prudentiam, & contra præceptum Ecclesiæ; nam hodiè etiam adultus non potest ordinari licitè ex defectu scientiæ. *c. illiteratos. dist.36.* & debet examinari. Trident.*sess.23.c.4. 11. 12. & 14. c.pueri. 1. qu.1. c.in singulis. dist.77.* ubi post septennium pueri initiabantur.

2911 Illicitum tamen est infantes ordinari. Peccaret etiam ordinando, quia pueri sunt irregulares ex defectu scientiæ *c.fin.de temporib. Ordinationum in 6. c.præcipimus. dist.34.* Trullench *lib.5. de Sacramentis disp.10.num.3.* contra Marchinum *tract.1.de Ordine par.3.c.4.n.6.* volentem, pueros licitè posse ordinari in minoribus ante usum rationis, si adsit spes profectus.

An Femina possit ordinari?

2912 Femina nequit ordinari. NEga: quia ordinatus gerit personam Ministri Christi Domini, quæ persona, à masculo representatur, sicuti masculus, non femina est imago Dei. 1. ad Corinthios 11. *c. hæc imago.13. c.mulierem. 33. qu.5.* Minister namque Dei, ut est recipiens Ordinem, debet Dei meditari imaginem, & personam gerere. *c. sacratos. dist.* 23. ubi femina nequit tangere vasa sacra, nec incensum deferre circa Altare: ergo multò minus ordinari, cùm exercitium Ordinis sit circa ministerium Altaris.

Secundo probatur ex 1. ad Timotheum 2. ibi: *mulieres in Ecclesia docere non permitto*; ergo nec ordinari, cùm exercitium Ordinis tendat ad docendam viam salutis.

Tertio patet ex *c.nova. 10. de pænitentiis, & remissionibus*, ubi traditur etiam ratio, quod nec Christus Dominus ordinavit Beatissimam Virginem, quia si voluisset Christus Dominus, ordinasset Beatissimam Virginem, Apostolis digniorem: & tamen non ordinavit, sed Apostolis dedit claves Regni Cœlorum. D. Thom. in *supplemento ad 3. partem qu.39. art.1.* D.Bonaventura in 4.*dist.25. art.2.qu.1.* ubi Argentina *qu.1.art.3.§.conclusio secunda.* Caram.*tom.2.Regular. num. 2578.* Sylvester v. *Ordo. 4. num. 1.* Rhodes *tom.2.tract.12.qu.un.sect.4.§.4.* ajentes, Jure Divino feminam non posse ordinari. Contra Cataphrygas, dicentes, feminas posse ordinari Sacris Ordinibus. Contra Wiclephum, & Lutherum, ajentes, feminas esse Sacerdotissas, ubi primum baptizantur.

Et fabula est feminam ad Papatum erectam, ut ostendi *lib. 1. Canonic.* & docet Bellarminus 2913 De fabula Joannæ Papissæ vide supra *Lib. I. num.365. adnotat. 5.* & alibi.
lib.3.de Romano Pontifice c.24. contra Messiam in *Sylva p.1.c.9.* Sotum in 4.*dist.21.qu.1. art.2.* dicentes, fuisse Joannem VIII. regnantem inter Leonem IV. & Benedictum III. anno 855. Panvinius contra Platinam; quem refert Christophorus Gemma in *Cronologia Pontificum Maximorum, fol. mihi* 106. Sed

An dispensante Summo Pontifice valeat femina initiari saltem prima Tonsura, vel recipere Ordines minores?

2914 Sunt qui absolutè negãt feminam ex dispẽsatione prima Tonsura, aut minoribus Ordinibus initiari posse. TRiplex sententia. Prima absolutè negat, sivè Ordines minores sint, sivè non sint Sacramenta, cum Soto in 4.*dist.25. art. 2.* quia etiamsi non sint Sacramentum, tendit ad docendum, ad representandam Christi personam, quæ representatio feminæ incongrua est, cùm nec Dei imago sit. Imago hominis representat personam Dei, non imago feminæ. *c.hæc imago Dei est in homine, ut unus factus sit Dominus, ex quo ceteri oriantur habens imperium Dei, quasi Vicarius eius, quia unius Dei habet vir imaginem. Ideoque mulier ad imaginem Dei non est facta, sic etenim dicit Scriptura: Et fecit Deus hominem, ad imaginem, & similitudinem Dei fecit illum. Hinc est, unde Apostolus: Vir quidem (ait) non debet velare caput suum, quia imago, & gloria Dei est; mulier ideò velet, quia non est gloria, & imago Dei. 13.33.q.5.* ubi Glos. *v.mulier.* ait, quod Deus non gloriatur per ipsam, sicut per virum, nam per eam prima prævaricatio est inducta. *c.mulierem.17.33.qu.5.* nec in Ecclesia docere ei permittitur. ad Timoth.2. (10)

Secundo, quia Ordo est status dignitatis, gradus, prælationis sponsi Ecclesiæ, & femina non debet præesse, sed obedire. Genesis 3. Nec congruit feminæ, ut sit sponsus Ecclesiæ. Adderem non congruere feminas viris deservire, maximè in sacris.

2915 Alii admittunt ex dispensatione Papæ. Secunda opinio distinguit, & asserit feminas non posse recipere Sacramentum Ordinis Jure Divino. *c.nova. de pænitentiis, & remissionibus.* At posse, Papa dispensante, recipere primam Tonsuram, & minores Ordines, fortè non Sacramenta; & ità asserunt posse recipere Ordines minores jure humano institutos, quia Sacramenta non sunt. Ità asserit Paludanus in 4.*dist. 25. qu.3.art.1.* Hurtadus *de Ordine difficult.20.*

Caspen-

(10) Quomodo intelligendum sit, quod mulier non sit facta ad imaginem Dei, vide primum Librum n. 355. *Adnotatione* 24 ex D.Thom. cum etiam mulier sit facta ad imaginem Dei; canon verò *hæc imago* desumtus est ex *lib. de quæstionibus veteris, & novi Testamenti*, qui falsò tribuitur Augustino, ut testantur gravissimi viri.

Caspensis *tom.2. tract.27. difficult.3. sect.3. c.20.* Diana *par.8. tract.1. resol.39.* moventur, quia totum tunc pendet ex dispositione juris positivi, quam Pontifex ut poterat non concedere: ità abrogare, alterare, & derogare. *l.1. D. de constitutionibus Principum.*

2936 Alii absolutè negant.

Tertia opinio docet, non posse recipere Ordines minores absolutè. Gabr. à S. Vinc. *de Ordine disp.2. qu.3. num.21.* Marchinus *de Sacramento Ordinis tract.5. par.4. cap.1. nu.17.* Averia *de Ordine qu.3. §.3.* ubi rectè negat Angelos posse ordinari, quia Minister Ordinis debet esse sensibilis: & ità ait etiam Leander *tom.2. tr.4. disp.5. qu.3. & 4.*

2937 Vide P. Morales in suo *Diana Dogmatico. de Ordine resol.9.*

Ut ego nolo restringere Summi Pontificis auctoritatem in re meri juris positivi: ità ejus prudentiæ remitto, ut rem suis limitibus definiat: & posset assignare officium inter feminas, & quod Ecclesiæ honestatem, & munditiem Altaris exigeret remotè à sacrificio.

Hermaphroditus. An possit ordinari?

2938 Hermaphroditus æqualis sexus nequit ordinari.

Distinguas: vel æqualis, vel inæqualis sexus.

Si æqualis, nega; nam malum, & inconveniens idem, ac in pura femina.

Si prævalet sexus, subdistinguas: vel prævalet sexus femineus, vel masculinus.

Si prævalet sexus femineus, nega: ut de femina dictum est. Glossa in *c. si testes, §. hermaphroditus. 4. qu. 3.* Si nullum habeat sexum, ut natum esse testatur Livius *decade 4. lib.1.* incapacem Ordinis, quia non est vir, dicit Tambur. *lib.7. cap.6. num.6.*

2939 Si prævalet sexus femineus nequit ordinari, secus si masculinus.

Si verò prævalet sexus masculinus, ordinari potest. *l. quæritur. D. de statu hominum.* Navarrus *c.27. num.203.* Henriq. *lib.10. c.16. num.1.* Sotus in *4. dist.25. qu.1. art.2. §. hinc fit hermaphroditum.* Suarez *tom.5. de censuris disp.51. sect.2.* Bonac. *de Ordine disp.8. puncto 5. num.6.* Sylvester *v. hermaphroditus, §. si tamen ordinetur, suscipit Ordinis characterem, si magis vergit ad virilem sexum, non autem si ad femineum.* Idque sine dispensatione, ut vult Toletus *lib.1. Summa c.58. num.9.* Hurtadus *disp.2. de irregularitate difficult.14* Machadus *tom.1. lib.3. par.1. tract.4. documento 5. num.1.* quia nullo jure est irregularis: vel cum dispensatione secundum Navarrum *c.27. num.203.* Suarium, & Bonacinam *locis citat.* vide Tamburrinum *lib.7. c.6. num.3.* (11)

Si femina perfectè erumpat in virum?

2940 Item si femina erumpat in virum.

Tunc multò fortiùs licitè ordinari valet, cùm nullo jure inhibeatur. Dicastillus *de Ordine disp.1. dub.20. num.295.* contra Marchinum *loco cit. num.18.* ajentem licitè non ordinari.

Sed si vir jam ordinatus erumpat in feminam, an retineat characterem?

2941 Vir erūpens in fœminam retinet characterem.

Affirma: quia character inhærens animæ indelebilis est, & tali metamorphosi mutatur corpus, non anima: accidens omnque permanens, ut est character spiritualis supernaturalis, non deficit, nisi deficiente subjecto; cùm contrarium non habeat accidens, à quo destruatur, & ex sua natura perpetuum sit: non potest tamen nec validè, nec licitè consecrare, quia ad validè consecrandum non sufficit solus character, ut patet in anima separata, & in Beatis post resurrectionem: sed ex Divina institutione requiritur character in masculo viatore. *c. nova. 10. de pœnitentiis, & remissionibus,* ibi: *non tamen istis* (scilicet Beatissimæ Virgini) *sed istis* (scilicet Apostolis) *Dominus claves Regni Cœlorum commisit.*

Vir baptizatus irregularis.

Validè, non licitè ordinatur.

Sic primo, illiteratus illicitè, sed validè ordinatur. *c. fin. de temporibus Ordinationum in 6. c. præcipimus. dist.34. c.1. dist.36. c. cum nobis olim. de electione.* 2942 Irregularis validè, non licitè ordinatur ut illiteratus.

Secundo, habens defectum corporis, deformitate, mutilatione, illicitè, sed validè ordinatur. *c.1. & finali. de corpore vitiatis. c. hinc etiam dist.50.* 2943 Defectū corporis habēs.

Tertio, ex defectu natalium illegitimus validè, sed illicitè ordinatur. *c. cum in cunctis. de electione. c.1. de filiis Presbyterorum.* 2944 Defectum natalium.

Quarto, habens defectum animæ, Sacramenti, ut bigamus, amens perpetuus validè, sed illicitè ordinatur. *c. Acutius. dist.26.* 2945 Bigamus.

Quinto, neophytus illicitè ordinatur. *c. quoniam multa. 5. c. sicut neophytus. 2. dist.48.* Sylvester *v. Ordo 4. num.2.* 2946 Neophytus.

Sexto, obligatus ad ratiocinia illicitè ordinatur. *c.1. & 2. dist.51. c.1. de obligatis ad ratiocinia.* 2947 Obligatus ad ratiocinia.

Septimo, quivis irregularis sive ex delicto, sivè ex defectu, etiam lenitatis, illicitè ordinatur. *c. fin. de temporibus Ordinationum.* Sylvester *v. Ordo. 4. num.2. & v. irregularitas, in princip.*

Octavo, habens defectum libertatis, ut servus, illicitè ordinatur. *c. de servorum. dist.54. c.1. & 2. de servis non ordinandis.* D. Bonaventura in *4. dist.25. art.2. quæst.4.* D. Thomas in *4. dist.25. qu.2. ar.2. qq.3.* ubi Argentina, Scotus, & alii. Sylvest. *v. servus num.6.* 2948 Servus.

Alia requisita ex parte Ordinandi.

CAPUT IX.

Præter dicta plura occurrunt, quibus destitutus illicitè, sed validè ordinatur.

Primo, ut Ordinatus sit Confirmatus. Secundo, ut habeat scientiam sufficientem. Tertio, ut sit legitima ætate. Quarto, ut legitimo tempore. Quinto, ut habeat patrimonium. Sexto, ut à proprio Ordinario, Septimo, ut gradatim ordinetur.

Confirmatus.

§. I.

Non solùm Ordinandus debet esse baptizatus, sed etiam debet esse confirmatus Sacramento Chrismatis. Trident. *sess.23. c.4* sed non baptizatus, nulliter: validè, non confirmatus, ordinatur. *c.1. de Presbytero non baptizato.* 2949 Ordinandus sit confirmatus.

An licitè ordinetur non confirmatus?

Affirma: ex decentia, non ex præcepto debere confirmari ante Ordinem, quia verba præceptiva, saltem sub gravi, non continentur in Tridentino, ex D. Tho. in *supplemento q.36. art.4.* Scotus in *4. dist.24. qu.1. art.4.* ubi Sotus *qu.1. art.4. §. quapropter.* Navarrus *c.22. nu.29.* Amicus *tom.8. disp.25. sect.4. num.45.* ajentes, nec 2950 An sit præceptum, aut decentia ut sit confirmatus.

(11) Quibus adsentiendum est, cùm sit irregularis. V. Clericatum *de Pœnit. decis.43. & de Ord. dec.40. n.12.*

nec Episcopum peccare graviter ordinando non confirmatum; immò nec Episcopum necessariò debere esse confirmatum. Velentia *to.3. disp.5. qu.2. puncto 3.* Sylvester v. *Ordo num.1.* Suarez *de Sacramentis disp. 38. sect.1.* Coninck *de Sacramentis disp. 20. dub.10. num.103.* Vivaldus in *Candelabro tit. de confirmatione nu.4.* Victoria in *Summa num. 123.* Avila *par.7. de censuris disp.9. sect.1. dub.3.* Azorius *par.2. lib.3. c.48. qu.1.* Molphesius *par.1. Summa tract. 2. c.11. num.7.* Henriq. *lib. 14. Summa c.6. nu.3.* Fernandez *par.3. Examinis cap. 3. §. 5.* Diana *par.2. tract.2. Miscellan. resol.4.* Busembaus in *Medulla lib.6. tract.5. de Ordine c.2. dub.2. nu.2.* Pasqualigus ad Franchum *tit. de Regularium Ordinatione qu.15. num.286.* Gabr. à S. Vinc. *de Ordine disp.2. qu.1. num.11.* Rhodes *tom.2. tr.12. qu.un. sect.4. §.4. v.3.* (12)

Scientia.

§. II.

2951 Scientia requiritur in Ordinando. ORdinandus baptizatus, confirmatus, nulla censura innodatus, existens in gratia, ut recipiat Sacramentum Ordinis, cum testimonio bonæ vitæ, debet habere scientiam, ut idoneè exercere valeat suum officium; & pro minoribus sufficit, si intelligat linguam Latinam, & sciat rudimanta Fidei, legere, & scribere: pro Sacris debet habere majorem scientiam; & pro Sacerdotio debet esse idoneus ad docendum populum necessaria ad salutem. *c. 1. dist. 36.* Trident. *sess.23. c.4. 12. 13. & c.14.* & defectus scientiæ necessariæ ad exercitium Ordinis reddit illum irregularem respectu illius Ordinis, cujus nequit actus exercere ob ignorantiam. *c. illiteratos. dist. 36.* Navarrus *c.27. num. 205.* Henriq. *lib.10. c.16. num.2.* Garaias *de beneficiis tom.2. par.7. cap.7. num.19.*

2952 Major scientia requiritur in secularibus, quàm in Regularibus. Major tamen scientia requiritur in secularibus, quàm in Regularibus ordinandis; quia exercitium curæ Animarum, & officium docendi populum, ac prædicandi, requirens majorem scientiam, est demandatum Clericis secularibus, non regularibus. Caram. *Regular. to.1. num. 1634. §. tertio Sacerdos.* Marchinus dans sex Doctores *tom.1. de Ordine par.5. c.1. num.9.* Diana *par.2. tract.16. resol.31. & par.3. tract.2. resol.86.* Henriq. *lib.10. c.16. num.2.* Pasqualigus ad Franchum *tit. de Regularium Ordinatione qu.19. n.302.* dans undecim Doctores. (13)

2953 Episcopus debet Regulares examinare. Et Episcopus debet examinare Regulares circa doctrinam. Trident. *sess.23. c.12.* ibi: *Regulares quoque nec in minori ætate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur, privilegiis quibuscumque quoad hoc, penitùs exclusis.* Vasquez *de Ordine disp.246. c.6. num. 55.* Et revocata sunt privilegia eis concessa ab Eugenio IV. Benedictinis, à Xisto IV. Dominicanis, à Gregorio XIII. Societati Jesu, Trident. *loc. cit.* Doctores citati.

Sed qualis debeat esse doctrina Regularium, ut ordinari valeant etiam in Sacris?

TAntùm ut sciant legere, & intelligant perfectè linguam Latinam, & verba Consecrationis ait Caram. *to.1. Regular. n.1534. dub.2.* referens doctissimum Episcopum examinantem omnea circa doctrinam Christianam. Henriqu. *lib.10. c.16. num.2.* Villalobos *tom. 1. Summæ tract.21. dub.34. nu.5.* Portelia v. *Ordines Sacri, n.6.* Diana *par.2. tract.16. resol.29.* (14) 2954 Quænam sit scientia Regularium.

Ordinandus debet esse legitimæ ætatis.

§. III.

JUre ætas Ordinandi taxata est in Trident. *sess.23. c.12.*

Primo pro prima Tonsura, & minoribus non minus, sed septennium sufficit, si in tali ætate sciat Ordinandus rudimenta Fidei, linguam Latinam, legere, & scribere. *c. in singulis. dist.77. c. nullus. 4. de temporibus Ordinationum in 6.* Trid. *sess.23. c.4. c. de his. dist.27.* Narbona dans viginitres Doctores *lib. de ætate ad omnes actus anno 7. qu.9. num.2.* Tolosanus 16. *syntagmatum, c.10.* Navarrus *c.23. num.202.* Trullench 6. *Decalogi dub. 10. num. 3.* Palaus *tom. 4. tract. 23. puncto 7. num.6.* Gobat *tract.8. Theologiæ experimentali nu.508.* citans *num.510.* Quintanad. *tract. 6. singulari 21.* ajentem primam Tonsuram posse etiam ante septennium conferri habenti usum rationis, & scienti necessaria requisita ex Trident. Sotus in *4. dist.24. qu.1. art.2. §. quod autem.* Rhodea *tom.2. tract. 12. quæst.un. sect.4. §.4.* Sanch. *tom.2. Opusculorum, lib.7. cap.1. dub.33. num.15.* Contra Tabienam v. *Ordo n.4.* Contra Henriquez *lib. 10. cap. 19.* Filliuccium *tract. 9. c.4. num.28.* requirentes ad Acolythatum annum duodecimum. 2955 Ætas pro prima Tonsura, & Ordinibus minoribus.

Pro Subdiaconatu requiritur annus vigesimussecundus, pro Diaconatu vigesimustertius, pro Presbyteratu annus vigesimusquintus, saltem inceptus. Trident. *sess.23. de reform. c. 12.* ibi: *Nullus in posterum ad Subdiaconatus Ordinem ante vigesimumsecundum, ad Diaconatus ante vigesimumtertium, ad Presbyteratus ante vigesimumquintum ætatis suæ annum promoveatur.* 2956 Pro Subdiaconatu requiritur annus XXII. pro Diaconatu XXIII. pro Sacerdosio XXV. inceptus.

Qui autem promovetur incepta dicta ætate, non promovetur ante dictam ætatem; & sic satisfacit Trid. *sess.23. c.12.* requirenti, nè ordinetur ante, non verò ut ordinetur in anno vigesimosecundo, & sic non indigemus hìc communi effato: annus inceptus habetur pro completo; quod curreret, si Tridentinum diceret, ordinetur in anno vigesimosecundo; ergo ætas incepta nunc sufficit, ut antiquitus etiam sufficiebat. *Clem. generalem. de ætate, & qualitate,* cui concordat Tridentinum *loco cit.* ut omnis correctio evitetur. *l. præcipimus, C. de appellationibus.*

Satisque est ut ætas sit incepta, etiam per minutum; nam revera non ordinatur ante dictam ætatem à Tridentino definitam. Sicuti me-

(12) Sunt tamen qui peccare mortaliter asserunt ordinatum omisso Sacramento Confirmationis, ut Diaz in *praxi cap.24.* Navarrus *cap.25. num.64.* Sayrus *lib.7. cap.10. num.42.* ubique citati à Jo: Clericato *de Ordine decis.4. num. 27.* licet sint plurimi, qui solùm venialiter peccare affirment. Fagnanus tamen ex declaratione S.C.C. notat Tonsuratum absque confirmatione, si ad minores Ordines ascenderit ea recepta, egere Apostolica dispensatione si ad minores ascendere velit; quia verba Trident. important præceptum. *De ætate, & qualit. num.95. & 96. ad cap. continga.*

(13) Quæ requirantur, ut quis in nostra Diœcesi ad Ordines promoveri possit, vide nostras Constitutiones Synodales, potissimùm in ultima Synodo Diœces. *par.2. cap.8. de Sacram. Ordinis.*

(14) Item ut sciant exercitium Ordinis, quem suscipiunt. Vide Navarrum *sup. cit.*

media nocte etiam per instans censetur advenisse dies sequens, ut possit quis comedere, vel teneatur abstinere à carnibus. Diana *par.9.tr.9. resol.50.* Leander *loco cit. quæst. 7.* Pasqualigus *centuria 2.quæst.122. num.64.* dicens, satis esse tempus inchoatum per medium quadrantem. Contra Basilium Pontium *lib.7.cap.65. num.1.* Narbonam, volentes horam elapsam. Contra Dicastillum *tract. 6. de Ordine disp. 1. dub. 21. num. 301.* exigentem medium diem. Contra Sanch. *tom.2. Opusculorum lib.7. cap. 1. dub.33. num.4.* exigentem integrum diem.

Satis ergo est si sit incepta per instans, ut jure antiquo etiam requirebatur. *Clem.generalem. de ætate, & qualitate.* Henriq. *lib.10. c.19.* Navarrus *c.25. nu.116.* Guttierez *1. Canonicarum c.60.* Contra Menoch. *de arbitrariis, centuria 5. casu 427.num.25.*

Religiosi ante dictam ætatem promoveri nequeunt revocatis privilegiis. Trident. *sess. 23. c.12.* Hurtadus *de Ordine difficult.21.* Miranda *tom.1.qu.39.art.1.* Contra Henriq. Sà, & alios.

Episcopatus.

2957 Pro Episcopatu requiritur annus XXX. completus.

REquirit annum trigesimum completum. Trident. *sess.25.c.1.* Rhodes *tom.2. tract. 12.qu.un.sect.4. §.4.* Idem de Cardinalatu decernens correctum à Xisto V.

Papatus.

2958 Papatus non habet ætatē determinatā.

NOn habet ætatem determinatam.

Jure antiquo ad primam Tonsuram annus septimus, ad alios minores duodecim, ad Acolythatum decimumquartum, ad Subdiaconatum viginti, ad Diaconatum vigintiquinque, ad Presbyteratum triginta. *dist. 78. per totam,* vide *Clem. generalem. de ætate, & qualitate. c. cum in cunctis. de electione in 6.*

An in dicta ætate detur parvitas materiæ?

2959 In ætate videtur nō dari parvitas materiæ.

NEgat Machadus *tract.7. documento 3.* Pontius *7.de matrimon.c.65.num.1.*

Affirmat Petrus Ledesma *de Ordine c.7.* Ludovicus *de Ordine qu.2.art.8. difficult.1.* Villalobos *tom.1.Summa tract.11.difficult.11.* quam Machadus etiam dicit probabilem.

Mihi neganda videtur parvitas materiæ; quia parvitas materiæ est in re, quæ suscipit partes, nam in tali re potest considerari pars parva, pars levis, pars gravis. In re autem nostra, non datur nisi indivisibile, itant sit negatio indivisibilis, scilicet non ordinari ante ætatem. Trid. *sess.23. de reform. c.12.* & ante ordinatur si per unum instans non incepit ætas à Tridentino præfixa. Hinc solvitur:

An manè possit ordinari attingens ætatem post meridiem?

2960 Attingens ætatem post meridiē non potest manè ordinari.

NEgant Navarrus *lib. 1. de temporibus Ordinationum.consf.9.* Pontius *7.de matrim. cap.65.num.1.* Sanch. *7.Opusculorum.cap.1. dub. 23.num.6.* Narbona *lib. de ætate ad omnes actus anno 22.qu.1.num.10.* Pasqualigus *Canonicarum centuriæ 2.qu.122.num.5.* ajens, oppositam sententiam carere omni probabilitate. Moventur, quia tempus à lege statutum currit de momento ad momentum. *l.denique.3.§.minorum, D.de minoribus.*

2961 Alii tamen affirmant.

Affirmant Caram. *Fundamentali num. 397. & 2662.* Villalobos *tom. 1. Summa tract. 11. difficult.11.* Sanch. *tom.2.Opusculorum lib.7.c.1. dub.33.num.6.* Tamburrinus *tom.2.de jure Abbatum, disp.2.qu.15.nu.4.* Excobar *problema 56.* Gobat *Theologia experimentali tract. 8. casu 13. num. 532.* ajens, practicè probabilem. Gabr. à S.Vinc. *de Ordine disp.2. qu.5. num. 64.* Petrus Ledesma *tract. de Ordine c. 7.* Leander *loco cit. qu.8.* Marchinus *tr.1.par.5.cap.2.num.7.* Diana *par.9.tract.9. resol.50.* satisfaciens motivis Pasqualigi.

Fundantur primo, quia vesper trahitur ad manè; & sic si in vespere est legitimæ ætatis, etiam in manè:

Secundo, quia non mathematicè, sed moraliter tempus accipiendum in istis præceptis. Pasqualigus *de jejunio dec.158.*

Tertio, quia parum, ut nihil, à lege non consideratur. *l.quamvis. D.de conditionibus, & demonstrationib. c.coram dilecto.de officio delegati.* Dicastillus *lib.6.dub.10.num.4.*

Mihi in rebus indivisibilibus meditanti videtur in supposito peccare, quando dicunt, parum, tantillum, pro nihilo reputari; nam non datur hoc parum, hoc tantillum, cùm nequeat dici parum advenisse, quod nihil advenit; sicque semper ante ætatem ordinaretur: & cùm hoc parum deinde recipiat latitudinem, quod dicitur de semidia, cur non de die? non de duplici, & triplici die? non enim est nisi temporis pars tenuis, respectu ætatis venturæ. 2962 Auctoris judicium.

An possit ordinari per unum diem, vel per duos dies ante ætatem?

AFfirmant ex dictis Caram. Villalobos, Excobar, Gobat, Tamburrinus *locis cit.* & alii; ex eo quia ætas ista moraliter accipienda, & parum distans nihil distare videtur, & sic parum temporis nihil censetur quoad onera imponenda. *l.quamvis, D.de condition. & demonstrat. c.coram.34.de officis delegati.* Glossa in *l. si pupillus, §. si ergo, v.à contrario, D. ad legem Falcidiam.* Tiraquellus *tract.de judicio in rebus exiguis num. 8.* Barbosa *de axiomatibus juris, axioma 175.* 2963 Sunt qui per unum, vel duos dies affirmant posse ordinari ante cōpletam ætatem.

Mihi attentiùs consideranti ex dicto principio in re indivisibili, & sic respuens magnum, grave, parum, non videtur insistendum; & sic ex altioribus principiis traditis, cùm de *Legibus,* veritas ista ex difficultatum abisso in lucem educenda. 2964 Auctori non id arridet.

An possit ordinari per quinque dies ante legitimam ætatem ob annos bisextiles, qui intercedunt in tota illa ætate viginti quinque annorum?

NEga: Menno in *Epitome, appendice, v.de Ordine Sacro num. 2.* referens innominatos dicentes oppositum. 2965 Neque per quinque dies ante in anno bisextili.

Probatur primo, quia duo dies anni bisextilis computantur ut unum. *l. denique. 3. §. minorem, D. de minoribus.* Narbona *de ætate anno 25. qu.55.num.6.*

Secundo, quia si per te superadderetur dies, per me quolibet anno superadderentur sex horæ, quæ in quolibet anno supersunt, ex quibus deindè constatur dies anni bisextilis.

Probatur tertio, quia annus sumitur civiliter, & ut ordinatur de anno in annum, licèt non effluxerit annus duodecim mensium ob Quadragesimæ mobilitatem, ità consideratur annus Ecclesiasticus, non horæ, non dies.

An Episcopus dispensare valeat in parvitate temporis unius, vel alterius diei?

2966 Episcopi dispensas in parvitate temporis secundum aliquos.

AFfirmat Zanardus *de matrimonio part.* 1. *c.* 40. §. 14. Gabriel à S. Vinc. *de Ordine disp.* 2. *qu.* 5. *num.* 65. Moventur, quia parum distans nihil distare videtur. Sed hæc ratio clumbis est; nam si esset ea vera, dispensatio necessaria non esset. Tu decidas, quod dispensare valet in jure positivo in rebus frequenter accidentibus, & quando ad Papam aditus est difficilis, ut cùm de *Dispensationibus* latiùs dicemus.

Pœna Ordinationis ante legitimam ætatem.

ORdinatio ante legitimam ætatem habet Ordinantem, & Ordinatum. Hìc primò agendum de Ordinantis, deinde de Ordinati pœna.

Pœna Ordinantis ante legitimam ætatem.

2967 Ordinans ante legitimam ætatem, est suspensus per annum.

Est suspensio per annum. *c. nullus. de ætate, & qualitate in* 6. Sotus in 4. *dist.* 25. *qu.* 1. *art.* 2. §. *ex quo fit.*

Pœna Ordinati ante legitimam ætatem.

DIstinguendus est Ordinatus mala fide, ab Ordinato bona fide ante ætatem.

Mala fide Ordinatus ante ætatem.

2968 Ordinatus verò mala fide, si recipit Ordines minores est suspendendus.

VEl recipit minores: vel majores Ordines. Si recipit minores Ordines, est suspendendus, non est suspensus. *c. vel non est compos. de temporibus Ordinationum.* Constitutione Pii II. incipit: *Cum ex Sacrorum.* Constitutione Clementis VIII. qui revocavit Bullam Xisti V. incipit: *Sanctum, & salutare*, imponentem suspensionem ipso facto. Navarrus *c.* 25. *num.* 70. Diana dans quatuor Doctores *par.* 5. *tract.* 10. *resol.* 30. Antonellus *lib.* 2. *de Regimine c.* 1. *nu.* 2. Franchus *de controversia inter Episcopos, & Regulares tit. de Regularium Ordinatione qu.* 20 *&* 30. Contra Riccium *par.* 3. *praxis res.* 236.

2969 Si majores est ipso facto suspensus.

Si in mala fide recipiat ante ætatem majores Ordines; tunc est suspensus ipso jure, etiamsi deindè attingat legitimam ætatem. *c. vel non est. de temporibus Ordinationum.* Bulla Pii II. *Cum ex Sacrorum*, Nam pœna juris purè lata est perpetua. *l. servus. C. de pœnis. c. si ante, de cohabitatione Clericorum.* Tiraquellus in *l. si unquam*, *v. revertatur, num.* 144. *C. de revocandis donationibus.* Abbas in *c. ex literis. num.* 10. *de Constitutionibus.* Navarrus *de temporibus Ordinationum cons.* 20. *in fine, & cons.* 25. *num.* 1. licèt olim fuerit suspensus usque ad legitimam ætatem. *c. vel non est compos. de temporibus Ordinationum.*

2970 Tantùm ab illo Ordine malè suscepto.

Est autem suspensus tantùm ab illo Ordine malè suscepto ante ætatem, non ab aliis ritè susceptis; nam in istis odiosis alieno jure non exprimitur. Henriq. *lib.* 13. *c.* 32. *num.* 2. Navarrus *cap.* 27. *num.* 163. Toletus *lib.* 1. *c.* 43. *num.* 2. plures apud Dianam *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 182. *& par.* 5. *tract.* 10. *resol.* 35. citantem pro opposita sententia plures cum Villalobos *tom.* 1. *tr.* 15. *difficult.* 11. *num.* 2.

2971 Requiritur mala fides & præsumptio cum dolo.

Requiritur ad incurrendam istam suspensionem mala fides, & præsumptio cum dolo; nam Bulla Pii II. illam imponit contra præsumentes, dolosos, & contumaces. Avila *par.* 3. *de censuris, disp.* 5. *dub.* 6. Portella *in dubiis*, v. *Ordines Sacri n.* 15. Villalobos *tract.* 11. *difficul.* 11. *n.* 6. Coninck *disp.* 16. *dub.* 5. *num.* 36. Navarrus *c.* 27. *num.* 125. *& num.* 156. rectè excusantes bona fide ordinatos ante legitimam ætatem, etiamsi ignorantia fuerit invincibilis, aut crassa, nam ignorantia tollit dolum, & præsumptionem, cum *de Privilegiis ignorantia* firmabimus.

An ministrans in Ordinibus majoribus ante ætatem sit irregularis.

AFfirmat *c. sane. c. cum quidam, de temporibus Ordinationum.* Bulla Pii II. *Cum ex Sacrorum.* confirmata à Pio V. Xisto V. & Clemente VIII. Sylvester *v. irregularitas*, §. 10. Suarius *de censuris disp.* 35. *sect.* 1. *num.* 24. contra Hinoyosam in *Directoriis*, *v. Ordo*, volentem dictam Bullam nec promulgatam, nec usu receptam sufficienter, cum Tabiena, & Armilla. 2972 Ministrans in Ordinibus majoribus ante ætatem est irregularis.

Bona fide recipiens.

BOna fide recipiens Ordines ante ætatem non peccat, & consequenter nec est suspensus, nec irregularis. *c. sine culpa. de regulis juris in* 6. & solùm dubium est. 2973 Si bona fide, non peccat, & suspensionem non incurrit.

An bona fide ante ætatem ordinatus celebrans; deinde sciens se bona fide ordinatum ante ætatem, peccet, sit suspensus, irregularis?

NEgat: quia irregularitas est contra suspensos exercentes actum Ordinis, & hic bona fide ordinatus, cùm non peccaverit, non est suspensus, nec peccat celebrando, quia celebratio est actus Ordinis non exercendus à suspensis, & hic non est suspensus. Navarrus *cap.* 27. *num.* 156. Machadus *tom.* 2. *Summa lib.* 4. *par.* 1. *tract.* 2. *dub.* 4. *num.* 5. Ledesma *tom.* 1. *Summa c.* 17. *de Sacramento Ordinis conclus.* 5. Diana *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 182. §. *difficultas.* Peyerinus *de privilegiis Minorum tom.* 1. *Constitutione* 1. *Julii II.* §. 16. *num.* 29. cum Quaranta, Miranda, & aliis. Contra Bonacinam *disp.* 8. *puncto* 5. *n.* 13. dantem quatuor Doctores, Palaum *tract.* 27. *puncto* 7. *num.* 7. Dianam *loco cit.* Villalobos *tract.* 11. *difficultate* 11. *num.* 7. Pasqualigum ad Franchum *tit. de Regularium Ordinatione quæst.* 24. *num.* 314. Leandrum *loco cit. qu.* 13. ajentes non esse suspensum, nec irregularem, sed peccare. 2974 Etsi post cognoscat se ordinatū ante ætatem.

Nec valet in odiosis: prohibetur receptio Ordinis ante ætatem; ergo etiam exercitium ejus sive culpa jam suscepti, ut malè arguit Pasqualigus *loco cit.*

Nam multa fieri prohibentur, quæ facta exerceri valent; sic prohibetur ingressus in laxam Religionem voventi rigidam, & tamen post ingressum licitè exercere valet actus Religionis laxæ. Sic illicitè nubit cum una, postquam contraxit sponsalia de futuro cum alia, & tamen illicitè non exercet deindè actus nuptiales.

Secundo, est prohibitum ordinari ante ætatem in mala, non in bona fide, ergo ut licitè bona fide recipit, ità deindè licitè Ordinem exercet, & sic multa impediunt actum, antequam fiat, non postquam factum est. Franchus *controversiarum inter Episcopos, & Regulares tit. de Regularium Ordinatione, qu.* 32. *in fine.*

Hinc fortiùs non est suspensus, nec irregularis bona fide ordinatus jussu Superioris ante ætatem, nam culpa caret. Rodriquez *de Ordine, c.* 16. contra Petrum Ledesmam *de Ordine c.* 7. *conclus.* 1.

An

An mala fide ordinatus ante ætatem, possit sine dispensatione exercere actum Ordinis, adveniente ætate legitima?

1975 Mala fide ordinatus, etiam adveniente ætate nequit exercere actū Ordinis suscepti.

NEga: nam suspensio jam contracta lapsu temporis sine absolutione non cessat, quam suspentionem contraxit, mala fide Ordines Sacros recipiens ante ætatem. Bulla Pii II. incipiens: *Cum ex Sacrorum. c.sané. c.cum quidam.de temporibus Ordinationum.* in quo differt à bona fide ordinato, & sic non suspenso, potente sine aliqua absolutione saltem adveniente ætate legitima Ordines exercere. Henriquez *lib.*13.*c.*38.*num.*1. Rodriq.*tom.*3.*qu.*24.*art.*13. Bonac. *de censuris disp.* 3.*qu.*1.*puncto* 1. Diana *par.*3.*tract.*4.*resol.*182. Franchus *loco cit.qu.* 23. ubi Pasqualigus dans quatuor Doctores *n.* 312. Contra Cordubam in *Summa casu* 144. Sotum in 4.*dist.*25.*qu.*1.*art.*2. *in fine*, ajentes, mala fide ordinatum ante ætatem, adveniente ætate posse exercere Ordinem susceptum sine absolutione, & dispensatione.

An Ordinatus mala fide ante ætatem, in ipsa Ordinatione exercens actum Ordinis, quem recipit, puta cantando Epistolam, vel Evangelium, sit suspensus, & irregularis?

1976 Exercens actum Ordinis mala fide ante ætatem suscepti in ipsa Ordinatione, est suspensus, sed non irregularis.

AFfirma esse suspensum, sed non Irregularem. Suspensum, quia ordinatum mala fide ante ætatem. Pius II. in Bulla: *Cum ex Sacrorum.* Sed non irregularem, quia exercitium actus Ordinis contrahens irregularitatem punitur, si completo Ordine undequaque ponatur, & exercens quando ordinatur, non dicitur exercere post Ordinem in pœnalibus. Hurtadus *de suspensione, diffic.*13. *num.*36. Coninck *disp.* 16. *dub.*5. *num.*36. Marchinus *de Ordine tr.* 1.*p.*5. *c.*3.*num.*16. Pax-Jordanus *tom.*1. *lib.*3. *tit.*6.*de Sacramento Ordinis*, *v.verior.* Franchus *loc.cit. qu.* 31. ubi Pasqualigus *num.* 335. dans duodecim Doctores. Leander *loco cit. quæst.*17. & 18. contra Sorbum *v.Ordines Sacri.* Antonellum *de Regimine Ecclesiæ*, *c.*21.*num.*3.

Qui absolvit ab ista Censura?

1977 Quis absolvat ab illa suspensione.

QUivis habens facultatem, saltem in Bulla Jubilæi, vel aliter. Navarrus *c.*27.*n.*151. & 152. Leander *loco cit. qu.* 16. contra plures apud Dianam *par.*5.*tr.*10.*resol.*53.

Legitimum tempus Ordinationum.

§. IV.

1978 Sunt statuta tempora pro Ordinationibus.

NEmo ordinari potest, nisi in tempore à jure statuto. (15)

Et sic inquiritur:

Quando quis possit ordinari?

TEmporibus jure Canonico statutis. *c.cum quidam.de temporibus Ordination.* Pius II. in Extravaganti *Cum ex Sacrorum.* Barbosa *de potestate Episcopi alleg.*17.*num.*101.

Quæ tempora pro Ordinibus à jure statuta? & primo; Prima Tonsura.

PRima Tonsura omni die, hora, loco conferri valet. *c. cum contingat. de ætate, & qualitate*; nam de ea nihil jure statutum. Dicastillus *tom.*1. *tract.*6. *de Ordine disp.* 1. *dub.* 93. *num.* 340. dans undecim Doctores. Barbosa *de potestate Episcopi allegat.*11.*num.*19. Palaua *to.*4. *tract.*27.*puncto* 13.*num.*1. Diana *par.*2. *tract.*16. *resol.*30. Sà *v.Ordo nu.*13. Bonacina *disp.*8. *puncto* 6. *num.* 1. Vasquez *disp.* 246. *cap.* 5. Caram. *Fundam. num.*3663.& *Regular. num.* 1633. §. *quando.* Gobat *Theologia experimentali tract.*8. *num.*451. Rhodes *tom.*2.*tract.*12.*quæst.un.sect.*4. §. 4. Doctores in *c. consultationi. de temporibus Ordinationum.* Sylvester *v.Ordo* 2.*qu.*6. (16). — 1979 Prima Tonsura omni tempore cōferri valet.

Minores Ordines.

COnferri valent quacumque die festiva, ubicumque, etiam extrà Ecclesiam, domi Episcopi. *c.quando, dist.*75. *c.Ordinationes Presbyterorum.*3.*dist.*35. à contrario sensu Pontificale Romanum *tit.de Ordinibus conferendis*, *v.Clericatus*, §.*minores*, ubi dicitur conferendos manè. Maranta in *Medulla Decreti*, *v Ordines minores*, asserens, posse conferri ab Episcopo ubi, & quando vult. Rebuffus *Regula* 25. *Cancellariæ num.*5. Squillante *de obligationibus Episcopi p.*3. *c.*1. *num.*15. Campanilis in *Diversoria rubr.* 6. *c.*2.*num.*6. Ludovicus de S.Joanne *de Ordinatione qu.*2.*art.*9.*dub.*1. Excobar *lib.*23.*Moralium*, *c.*18. *num.*419. dans quinque Doctores, ajentes Ordines minorea posse conferri in quacumque die, etiam feriata. Contra Sylvestrum v.*Ordo.*2. *qu.*6. Henriquez *lib.* 10. *cap.* 12. *num.* 2. Leandrum *disp.* 11. *qu.*2. ajentes, conferendos in die Festivo, vel in Quatuor Temporibus, ex *c.de eo autem.* 3. *de temporibus Ordinationum*, & ex Pontificali Romano *tit. de Ordinibus conferend. v. Clericatus*, §. *minores*; sed jua intelligi valet de publica solemni, non de privata Ordinatione. Pasqualig. ad Franchum *loco cit. num.* 296. (17) — 1980 Ordines minores quacunque die festiva.

Sed qua hora diei valent conferri Ordines minores?

USus obtinuit, ut possint conferri manè, & post prandium in vespere Feriæ sextæ. Palaus *tom.*4.*tract.*27.*puncto* 13.*num.*2. ut deindè expeditius Sacri Ordines conferantur manè Sabbati, ut practicari testatur Excobar *lib.* 23. *c.*18.*num.*419. Quintanadueñas *tract.*6.*singulari* 17. *num.*1. apud Hispanos, & Gobat *tract.*8. *num.* 452. apud Germanos, & Maranta in *Medulla*, *v.Ordines*, dicens, Ordines minores posse conferri ab Episcopo qoando vult. Caram. *fundamentali n.*3663. Diana *par.*2.*tract.*16. *res.*28. — 1981 Mane, vel post prandiū in vespere feriæ sextæ.

Con-

(15) Episcopi Græci Ordinationes suas celebrant quovis tempore; adeòque eos nun restringi specialibus temporibus notat Christ. Lupus ad *cap.*3. *Tertulliani de præscriptionibus v. si Virgo.* Gonzalez *ad cap. De eo.*3.*de temporibus Ordinat.* cum Hallier *num.*2. Gaspar Juvenin *in Dogm-Hist. de Sacram. dissert.*3.*cap.*2. *de Sacra Ordinationis tempore.* Presbyteros tamen per Quadragesimam non ordinant, exceptis Sabbatis, & Dominicis diebus, atque Festo Annunciationis B.V. Hujus ratio est, quia cùm Presbyteratus inter Missarum solamnia sit conferendus, præter prædictos dies Sacrificium non celebrant Græci in Quadragesima, sed præsanctificato utuntur.

(16) Prima Tonsura in quo loco debeat conferri, vide Adnotationem sequentem.

(17) In Synodo Diœces. sub Eminentiss. Francisco Card. Pignat. *par.* 2. *cap.*8. *num.* 11. hæc habentur: „ Quoties Episcopis licentiam impertiemur exercendi in hac Diœcesi Pontificalia, per eam nunquam concedi decernimus, ut contra Tridentini statutum Ordines, etiam prima Tonsura, in propriis domibus, & Oratoriis privatis, aut Ecclesiis Monialium conferantur: qui verò contra formam hujus Decreti ordinati fuerint, sint ipso facto ab exercitio susceptorum Ordinum suspensi.

Contra Fornarium *de Ordine c.8.num.3.* & Pontificale Romanum *loco cit.*; volens conferendos manè, non ubique servatur.

Sed dato debere conferri minores die festivo, quod verum est, dubitatur.

An satis sit dies festiva de Festo duplici, licèt non de præcepto?

2982 Sat est dies festiva de festo duplici, licèt non de præcepto.

AFfirma: quia Jure Canonico etiam hic dicitur dies festiva, licèt à servilibus non desistamus. *Clem.unica, de reliquiis, & veneratione Sanctorum*; Nec in dubio libertati odiosa interpetratio facienda est. Faguodez *lib. 1. de præceptis Ecclesiæ c.2. num. 12.* Caram.*Regular. num.1633. §.sed quid.* Gobat *tract.8. num.478.* dicens practicè probabile. Rodriq. *tom.3.qu.23. art. 5.* dicens ita declarasse Clementem VIII. Marchinus *de Ordine tract.1.par.7.c.6. num.12.* Tamburinus *vol. 2. de jure Abbatum. disp. 2. qu.13.num.7.* Homobonus *volum.2.par.5. resol. 207.* Tanderus *tom.4.disp.7.qu.3.dub.2. num.4.* Gavantus in *Manuali v.Ordines minores nu.15.* Præpositus *par.3.qu.un.de Ordine dub.15.num. 151.* Rhodes *tom.2.tract.12.qu.un.sect.4. §.4. v. dico*, asserentes id verum esse, etiamsi Ordines conferendi sint ex dispensatione in tribus diebus festivis. Contra Palaum *loco cit. num.2.* & duodecim Doctores apud Dianam *par. 5. tract. 16.resol.97.* requirentes festum ex præcepto.

Nunquam tamen requiritur dies festivus præcipuus. Angelus v.*Ordo.4. num.1.* Tabiena v.*Ordo.2.qu.3.* Sanch. 2.*Opusculorum lib.7. c.1. dub.5.num.5.* Palaus *tom.4.tract.27. puncto 13. num.2.*

Quot Ordines minores simul eadem die possit Episcopus conferre eidem?

2983 Eodem die omnes Ordines minores conferri valent.

OMnes: Antonius Faber 1.*Codicis tit.2. definitione 70. num. 4.* Sà v. *Ordo num. 13.* Innocentius in *c.de eo autem.de temporibus Ordinationum.* Sylvester v.*Ordo.2. num.6.* Fillincius *tract.9.num.83.* Rhodes *tom.2.tract.12.qu. un.sect.4.§.4.* Diana *par. 2. tract.16. resol.30. & par. 10.tract.11. resol. 66.* Reginaldus *lib. 30. num.246.* Philibertus *tract.1.par.7.cap.5. nu.9.* Contra Leandrum *loco cit. qu. 5.* Vasquez *loco cit.qu.246.c.5.* ajentes, tantùm tres minores simul conferre posse. Nullo enim jure sancitum est oppositum: & textus in *cap. de eo autem. de temporibus Ordinationum*, in quo fundator Leander, solùm dicit, licere Episcopis in diebus festivis unum, aut duos Ordines minores ministrare; non autem dicit tantùm unum, aut duos posse ministrare.

Accedit primam opinionem receptam à doctissimis Episcopis.

Majores Ordines.

2984 Majores tamen statutis temporibus.

DEbent conferri statutis diebus in Sabbato Quatuor Temporū, & in Sabbato ante Dominicam Passionis, & Resurrectionis Dominicæ. *c.sane.2. c.de eo autem.3.c.consultationi.16.de temporibus Ordinationum, c.3. dist.66.* Trident. *sess.23.c.8.* Henriq.*lib.10.c.12. num.1.* Idque quia Ordine Sacro sumitur status, à quo nequit recedi, & sic quiescit Ordinatus; meritò in die Sabbati, in quo Deus etiam requievit. Glossa in *c. literas.13.* ubi Butrius *num.18. de temporibus Ordinationum.*

Licet putet Rhodes *tom.2.tract.12.qu.un.sect. 4. §.4. v.dico secundo*, Episcopum posse conferre Ordines majores die Dominico post Sabbatum Quatuor Temporum.

An possit Episcopus eadem die conferre primam Tonsuram, & Ordines minores?

2985 Eodem die prima Tonsura, & Ordines minores conferuntur.

AFfirma: Vasquez *disp. 246. cap. 1.* Rhodes *tom.2.tract.12. qu.un. sect.4.§.4.* Machadus *tom.2.lib.4.par.1.tract.3.documento 2.* Barbosa *lib.1.Juris Ecclesiast.cap.33.num.185.* Dicastillus *tract.6.de Ordine disp.1.dub.23. n.242.* & plures, quos sequitur Leander *loco cit. qu.12.* Sorbus *de privilegiis Mendicantium, v.Ordines Sacri.* Marchetti in *praxi Vicarii Capitularis, tit.15.num.30.* Contra Abbatem, & Hostiensem in *cap. de eo. de temporibus Ordinationum.* Sylvestrum v. *Ordo. 2. num. 7.* Armillam v. *Ordo num. 6.*

Nam nullo jure id prohibetur, ut certa deberet esse prohibitio derogativa certæ libertatis.

An eadem die quis recipere valeat Ordinem minorem, & Sacrum?

2986 Minorē Ordinem, & Sacrum quoque.

AFfirmant licere ob consuetudinem, interpetrantem Tridentinum *sess.23. c.11.* ibi: *Hi verò non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum Ordinum ad Sacros Ordines promoveantur: nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas, judicio Episcopi aliud exposcat.* Navarrus *cap.25. num.71.* Suarez *de censuris disp.31. sect.1. num.41.* Machados *tom. 2. lib. 4. par. 1. tract.7.documento ua.* Sanchez *tom.2. Opusculorum lib.7.c.1.dub.53.num.5.* Diana *par.5.tract. 10.resol. 36. & par.9. tract. 8. resol. ultima, & p.10.tr.11.res.10.§.note secundo*, ajens, eadem die posse recipi primam Tonsuram, minores Ordines, & Subdiaconatum, cum Dicastillo *tom.1. de Sacramentis tract.6.disp.1.dub.23.num.351.* Gobat *tract.8.n.461.* dicens nullo jure vetitum. Pasqualigus ad Franchium *tit. de Regularium Ordinatione qu.23.num.341.* Palaus *tom.4.tract. 27. puncto 13. num.5.*

Et absolutè licitum ex justa causa ait Vasqu. *disp.246.c.5. n.48.* Molphesius *tract. 2. Summæ cap.8.num.20.* Gottierez 1.*Canonicarum qu.26. num. 3.*

Sed hujus oppositum tuetur Majolus *lib.4. de Irregularitate c.11.num.1.* Toletus *lib.1.cap.71. num.1.* Marchetti *praxis Vicarii Capitularis tit. 15.num.32.* Sorbus *de privilegiis*, v.*Ordines Sacri num. 3. §. & licèt.* Diaz in *practica Canonica c.15.* Crassus *de effectibus Clericatus, in præludiis num. 141.* Pignatellus referens declarationem Sacræ Congregationis 12. Novembris 1650. *tomo 1.consultatione 320.*

Duo Ordines Sacri an possint conferri eadem die?

2987 Non tamen duo Ordines Sacri.

NEga: sub pœna suspensionis ipso facto. *c. quod à patribus. dist. 75. c.innotuit. de eo, qui furtivè Ordines suscepit.c.literas.13.c.dilectus.de temporibus Ordinationum.* Trident. *sess. 23.c.13.de reform.* Navarrus *c.25.num.11.* Turrianus *lib.5. de censuris disp.46.dub.1.*

Sed esse suspendendum, non suspensum, quia verba textus sententiam ferendam indicant; docet Villalobos *par.1.tract.18.diffic.11.num.1.* Gabr. à S.Vinc.*de Ordine disp.2.qu.5.num.68.*

An Episcopus possit in Sabbato conferre unum, in sequenti die Dominico alterum Ordinem Sacrum?

2988 Non potest Episcopus sine dispensatione cōferre in Sabbato unum Ordinem, in Dominica alterum Ordinē Sacrum ob interstitia servanda.

NEga: *c.literas.13. c.dilectus.de temporibus Ordinationum* Navarrus in *Manuali c.25. num.71.*

num.71. Suarez *de censuris disp.31.sect.1.n.40.*

At potest in die Sabbati conferre Sacerdotium, in sequenti die Dominico Episcopatum; nam jure hoc non invenitur prohibitum; & Episcopatus die Dominico confertur. Palaus *tom.4. tract.27. puncto 13. num.4.* putans posse eodem die conferre Sacerdotium, & Episcopatum. Layman *tract.10. cap.8. num.5.* Contra Suarez *de censuris.disp.31.sect.1.num.41.* Sed

An vi dispensationis ordinatus in Sabbato Quatuor Temporum, possit in Dominica sequenti recipere alium Ordinem?

2989 Dummodò non continuetur Ordinatio incepta in Sabbato cum jejunio.

CAsus frequens, & ideò:

Affirma posse ordinari, dummodò non continuetur eadem Ordinatio incepta in Sabbato, & jejunium; nam si continuetur eadem Ordinatio incepta in die sequenti, tunc nequit ordinari, quia censetur bis ordinatus eadem die. Et hic est sensus germanus *capituli literas 13. de temporibus Ordinationum*, ibi: *in quo quantum uterque deliquerit, evidenter intelligit, qui prudenter attendit. Si enim utrumque Ordinem eodem die conferre illi non licuit, pari non licuit ratione unum Ordinem una die, & alium altero (jejunio continuato) conferri, cum propter continuationem jejunii fictione canonica, sivè manè diei Dominicæ trahatur ad Sabbatum, sivè vespera Sabbati ad diem Dominicam referatur, profectò mane cum vespera, seù vespera cum mane, ad eandem diem pertinere dicetur.*

Ergo Ordinatus Sabbato jure communi, interrupto jejunio, & Ordinatione interrupta, potest die Dominico vi privilegii dispensationis ordinari; quia censetur altero, non eodem die ordinatus: & ità respondit Sacra Congregatio in una *Surrentina Ordinum 28. Julii 1662. & 13. Aprilis 1673.* & practicatum Neapoli in causa U. J. D. Domini Francisci de Martino coram nostro Reverendissimo, & Eminentissimo Innico Cardinali Caracciolo, & docet Gobat *Theologia experimentali tract. 8. casu 12. sect.1.num.454.* ubi ait ex privilegio Societatis dies non esse interpolandos.

An defectus commissi in receptione Ordinis etiam Sacri possint suppleri in quovis tempore?

2990 Defectus in receptione Ordinũ quovis tempore suppleri valent.

AFfirma: & sic die sequenti, vel alio die privatim ad cavendum scandalum suppleri valet defectus præcedentis Ordinationis, puta si non tetigit materiam, si vinum non fuit appositum; nam jura ceteroquin onerosa de tali supplemento non loquuntur, quando requirunt certas dies pro collatione Ordinum. Caramuel *Fundamentali num.3663.* Diana *par.9. tract.8. resol.29.* Gabr. à S. Vinc. *de Ordine disp.2. qu.5. num. 6.*

An collatio Ordinum inchoata in Sabbato, valeat immediatè in sequenti Dominica perfici, si non potuit compleri Sabbato ex aliquo casu, puta laxitudine Episcopi, terræmotu, incendio, vastatione, invasione hostium?

2991 Sequenti die Dominica potest perfici Ordinatio incepta die Sabbati, & non perfecta ob Episcopi laxitudine, casû fortuitû incendii, invasionis hostium.

AFfirma: *c.quod à patribus.dist.75. c.literas. de temporibus Ordinationum*, ubi Glossa *v. una die.* Abbas *num.3.* nam Ordinandi incepta actione habent jus, ut perficiatur; & consequenter una censetur, & eadem ordinatio; ut Delegatus re non integra potest perficere actum, etiam elapso tempore delegationis. *c. gratum. c.licet undique. c.relatum.de officio Delegati.*

Idque etiam non continuato jejunio; nam hic non ordinat jure antiquo, quo continuabatur vespera diei præcedentis cum mane diei sequentis continuato jejunio, ut in *c.literas.13. de temporibus Ordinationum.* Sed perficit Ordinationem, quia actus inceptus perfici debet, quando potest, & sic si non potest perfici hodiè, quando est inceptus elapso tempore ad celebrandum manè. Trident. *sess.22.de reform.decreto de evitandis in celebratione Missarum*, debet perfici manè sequenti. Sylvester. *v.Ordo. 2. qu.6.* Tabiena *v.Ordo.2.quæst.3.* Henriq. *lib.10. c.12. num.12.* Villalobos *par.1. Summa tr.31. diffic.13. n.3.* Majolus *de irregularitate cap.24. num.11.* Diana *par.1.tract.16. resol.30.* Pasqualigus *centuria 1. qu.50.* contra Aversam *de Ordine qu.4.sect.9.v.sit prima.*

Si Episcopus non absolvat totam Ordinationem in Sabbato, potest illam continuato jejunio complere in die Dominica. *c.literas.13. de temporibus Ordinationum*, quia ob continuationem jejunii censetur eadem dies. *d.c.literas*, & manè Dominicæ trahitur ad vesperam Sabbati.

Cur hoc statutum in dicto cap. literas?

ERat tunc mos, ut Missa celebraretur vespere Sabbati Quatuor Temporum, & erat eadem cum Missa Dominicæ; & sic protrahebatur Ordinatio cum ipsa Missa continuato jejunio, qua ratione Missa Sabbati est eadem de Missa Dominicæ; ut eruditè testatur Bona *Rerum Liturgicarum lib.1.c.18.* ibi: *Restat Dominica post Sabbatum Quatuor Temporum, quæ propria Missa caret, & vacare dicitur in priscis Sacramentorum libris, nam cum Sabbati hujus Missa, & ei annexa Sacrorum Ordinum collatio vespere celebraretur, sæpè contingebat, ut jejunio usque ad lucem perducto, Missa die Sabbati inchoata sequenti Dominica perficeretur: ipsaque Dominica proprio Officio careret.* 2992 Missa Sabbati Ordinationum erat eadem cũ Dominica.

Requiritur autem secundum alios, ut Episcopus ordinans, & Ordinandus continuent jejunium, quia continuatio illa jejunii reddit unam diem fictam. *d.cap.literas.13.* ubi Innocentius, & Butrius. Gobat *Theologia experimentali tract.8 num.468.* Sylvester *v.Ordo. 2. qu.6.* & sic Episcopus secundum istos Doctores non potest perficere Ordinationem inceptam, & non perfectam ob aliquem casum fortuitum, nisi continuato jejunio, sed hoc falsum, nam non ordinat jure antiquo vi *c.literas.*

Quale debeat esse jejunium?

NAturale volunt debere esse Abbas, Butrius, & Innocentius in *d.c.literas.13.* Layman *lib.5.tract.9. c.8.nu.5.* Henriqu. *lib.10. c.10.n.2.* Sed satis est jejunium Ecclesiasticum ait Sanch. *lib.7.consiliorum c.1.dub.51.num.5.* Sylvester *v. Ordo. 2.quæst.6.* Gobat *loco cit.casu 9.num.355.* Excobar *lib.23.num.439.* 2993 Jejunium sit naturale, vel Ecclesiasticũ secundũ aliquos.

An Episcopus alio impedimento detentus, puta infirmitate, quia serò detentus advenit, possit totam Ordinationem transferre in diem Dominicam, si illam nequeat inchoare in die Sabbati.

AFfirmat Sylvester *v. Ordo.2. q.6.* Palaus *to.4. de Ordine tr.27.pun.13.n.3.* Villalobos apud Dianam *p.3.tract.2. Miscellan.res.3.* Gobat *tr.8. casu* 2994 Ob causam tota Ordinatio transferri in diem Dominicam.

casu 12. *num.* 470. Excobar *lib.* 23. *num.* 433. & 435. Sed hæret animus; nam Sacra Ordinatio debet fieri sub certa pœna certis diebus de jure communi, à quo jure nequit Episcopus se eximere.

An si jejunium Ordinans, & Ordinatus non continuet, possit in die Dominico ordinari?

2995 Si non continuet, jejunium nequit die Dominico ordinari.

NEga: sine dispensatione Summi Pontificis, qui solus potest derogare juri commoni. Suarius *de censuris disp.* 31. *sect.* 1. *num.* 24. Barbosa in *d. c. literas.* Gobat *tract.* 8. *casu* 12. *sect.* 1. *num.* 469.

Excipias Ordinem Episcopatus, qui potest conferri die Dominico ordinato in Sabbato Ordine Sacerdotali. Abbas in *d. c. literas*, ubi Butrius *num.* 19. dicens, ità teuere omnes.

Pœna recipientis plures Ordines Sacros eadem die.

2996 Recipiens plures Ordines Sacros eadē die est suspensus.

EST suspensio, vel latæ sententiæ, ut ex *cap. innotuit.* 3. ibi: *Ordinati in susceptis Ordinibus de juris rigore ministrare non debent. de eo, qui Ordinem furtivè suscepit.* Trid. *sess.* 23. *c.* 13. *de reform.* Navarrus *c.* 25. *num.* 71.

Vel est suspensio non latæ, sed ferendæ sententiæ; cùm nullo jure clarè constet suspensionem latam, ut docet Suarius *de censuris disp.* 31. *sect.* 1. *num.* 41. Gabr. à S. Vinc. *de Ordine disp.* 1. *qu.* 5. *num.* 86. Villalobos *par.* 1. *tract.* 18. *diffic.* 11. *num.* 7. Diana *par.* 5. *tract.* 10. *resol.* 36.

Et ad textum in *d. c. innotuit.* 3. *de eo, qui Ordinem furtivè suscepit*, ibi sermonem esse de illo, cui inhibitum fuit sub excommunicatione, nè duos Ordines susciperet, qui etiam deponendus esset. *c. cum illorum. de sententia excomm.* quia Ordines excommunicatus recepit, ut ait Glossa in *d. cap. innotuit*, v. *non debent.*

An verò sit aliqua pœna adversus recipientes eadem die Ordinem minorem, & Subdiaconatum?

2997 Recipiens Ordinē minorem, & Subdiaconatum est suspendendus.

NEgat esse sospensionem, nisi ferendam. Suarius *de censuris disp.* 31. *num.* 41. Villalobos *par.* 1. *tract.* 18. *diffic.* 11. *num.* 7. Contra Bonacinam *disp.* 5. *de censuris puncto* 1. §. 1. *num.* 4. quia nullo jure, nec in *c. cum H. a. de eo, qui Ordinem furtivè suscepit*, imponitur suspensio latæ sententiæ, sed ferendæ, ut indicant illa verba: *celebrare permittas*,

Pœna Ordinati, & Ordinantis extra tempora.

2998 Ordinans extra tempora est suspendendus.

ORdinans extra tempora est sospendendus. *c. sanè.* 2. & *c. cum quidam.* 8. ibi: *Episcopum, qui die quo non debuit, Ordines celebravit: Canonica disciplina corrigere, & ordinatos à susceptis Ordinibus tandiù reddere debes expertes, donec apud nos restitutionis gratiam consequantur. c. literas.* 13. ibi: *ut puniatur in quo deliquit, à collatione Ordinum, &c. volumus manere suspensos de temporibus Ordinationum.* Nota ly *volumus manere*, nam indicat senteotiam à judice, ut ibi observat Butrius *num.* 4. & *c.* 1. *dist.* 55. *c. Ordinationes dist.* 75. Concilium Romanum sub Zaccharia *can.* 11.

2999 Ordinatus est suspensus ab Ordine recepto.

Ordinatus verò est suspensus ab Ordine recepto. *d. c. cum quidam.* 8. ibi: *ordinatos à susceptis Ordinibus tandiù reddere debes expertes*; & *c. literas.* 13. ibi: *ab executione officii Sacerdotalis tandiù volumus manere suspensos, donec de illis aliter disponamus. c. consultationi.* 16. ibi: *qui extra tempora statuta Sacros Ordines receperunt, characterem non est dubium recepisse: quos pro transgressione hujusmodi (primò eis pœnitentia imposita competenti) sustinere poteris in susceptis Ordinibus ministrare. de temporibus Ordinationum.* Ut tamen fatear ex istis juribus clarè non colligitur suspensio latæ sententiæ, cùm verbis futuri temporis loquantur. *c. sanè.* 2. ibi: *deponerentur, privarentur. de temporibus Ordination.*

Ità olim res dubia: At hodie certum est esse ipso jure suspensum, & exercens Ordinem fieri irregularem, ex Constitutione Pii II. incipit *Cum ex Sacrorum*, ibi: *omnes, & singuli, qui absque dispensatione Canonica, aut legitima scientia, sivè extra tempora à jure statuta, sivè ante legitimam ætatem, vel absque literis Dimissoriis, ad aliquem ex Sacris Ordinibus se fecerint promoveri, à Sacrorum Ordinum executione ipso jure suspensi sunt; & si hujusmodi suspensione durante in eisdem Ordinibus ministrare præsumant, eo ipso irregularitatem incurrant.* Gonzalez in *c. de eo.* 3. *num.* 7. *de temporibus Ordinationum.* Salcedo in *praxi c.* 42. Majolus *lib.* 3. *de irregularitate c.* 41. *num.* 9. Navarrus *cons.* 4. *num.* 4. *de temporibus Ordinationum.* 3000 Et exercens Ordinem fit irregularis.

Absolvi autem à tali suspensione, ut olim à Papa tantùm. *c. cum quodam. de temporibus Ordinationum.* Ità hodie ex Constitutione Gregorii IX. Episcopus dispensat, ut illi exerceant receptos, non ut ascendant ad alios. *c. consultationi.* 16. ubi Butrius *num.* 4. *de temporibus Ordinationum.* Gobat *Theologia experiment. tr.* 8. *casu* 12. *sect.* 1. *num.* 454. 3001 Episcopus valet dispensare ut exerceatur Ordo receptus, nō ut ascendatur ad alios.

An dispensatus, ut ordinetur in tribus diebus festivis, licitè ordinetur, si dies festus sit ubi ordinatur, non ubi est Civis?

AFfirma: nam non aliud, quàm dies festus requiritur, nec dicitur, ut utrobique sit festivus; ergo sufficit ut ubi confertur, sit dies festiva. 3002 Satis est si dies festivus sit ubi ordinatur.

An Ordinatus in Sacris, teneatur sub lethali recipere Eucharistiam?

NEga: quia nulla lege id præcipitur, licèt sit valdè expediens. Quintanadueñas *tract.* 6. *singulari* 17. *num.* 3. Gobat *tract.* 8. *casu* 9. *num.* 358. 3003 Sub lethali non obligatur in Sacris ordinatus recipere Eucharistiam.

An novus Sacerdos non communicans, peccet mortaliter?

DIstinguas: vel habet intentionem consecrandi cum Episcopo, vel non habet intentionem.

Si non habet intentionem, non peccat, quia nullo jure id præcipitur: nec tenetur consummare Sacrificium, quod non facit. Gobat *loco cit. num.* 254. Contra Tamburrinum *de Ordine c.* 2. §. 6. 3004 Novus Sacerdos peccat nō communicando; si voluerit cōsecrare.

Si verò concurrit ad consecrandum; tunc tenetur concurrere ad consumendum Sacrificium, & sic recipere Eucharistiam.

Posse autem non habere intentionem consecrandi docent plures, maximè qui dicunt à Neomistis verba illa proferri materialiter, vel recitativè. Gobat *loco cit. num.* 359. dicens, non teneri ad consecrandum sub mortali.

Et si manè communicavit; tunc certum est non posse communicare quando ordinatur, & potest non omittere Ordinationem docet Riccardus,

cardus, & Angelus, & probabile ait Layman *lib.5.tract.2.c.7.num.6.*

Mea sententia est, ut serves Superioris voluntatem.

De Interstitiis.

§. V.

QUia posset, non eadem die, sed non servans interstitiis recipere eodem anno in Quatuor Temporibus Ordines: ideò non solùm quis nequit eadem die recipere plures Ordines Sacros, sed nec eodem anno.

3005 Quid interstitia.

Interstitia ergo sunt tempora intermedianda inter unum, & alterum Ordinem à lege præfixa. *c. 1. 2. & 3. de temporibus Ordinationum.* Trident. *sess.23.c.13.de reformat.*

Quantum temporis intermediare debeat inter unum, & alterum Ordinem.

3006 Annus intercedere debet inter Ordines.

STatuit Trident. *sess.23. c.11. & c.13. & 14.* & est annus completus in Sacris; quæritur nunc:

An talis annus sit Ecclesiasticus?

3007 Annus sat est si fuerit Ecclesiasticus.

AFfirma: nam sumus in odiosis restringendis, ut minus lædatur libertas Ordinantis, & Ordinati: sicque satis est de Pascha ad Pascham, licèt fortè ob mobilitatem festi non fuerit elapsum tempus duodecim mensium. Unde Ordinatus in Sabbato ad sitientes, potest in sequenti Quadragesima ordinari, etiam in Sabbato ad sitientes. Tres declarationes Sacræ Congregationis apud Pignatelium *tom. 1. consultatione* 289. & declaravit Xistus V. teste Fornario *de Ordine c.3. num.4.* Marchinus *tract.1. par.1. cap.4. & par.7.c.2.* Villalobos *tract.11.diffic.12. num.12.* Nicolius in *Floribus v. Ordines nu.21.* Dicastillos *loco cit.num.334.* Marchetti in *praxi Vicarii Capitularis par.2.tit.15.num.33.*

Sed difficultas est:

An Ordinatus in Sabbato Sancto, vel Sitientes, possit anno sequenti ordinari in die Cinerum?

3008 Ordinatus in Sabbato Sancto potest anno sequenti ordinari in die Cinerum.

AFfirma: quia Ordinatio Sabbati Sancti, & Sitientes faciunt unum cum Ordinatione Quatuor Temporum, ut illius appendices. Sic exemplo temporis Paschalis præfixi pro implendo præcepto annuæ Communionis, communicans hoc anno ultima die, potest sequenti anno prima die communicare. Pasqualigus ad Lauretum Franchum *de controversiis inter Regulares par.1. num.* 265. Marchetti in *praxi Vicarii Capitularis tit.15. num.32.*

Interstitia quoad Ordines minores.

3009 Interstitia Ordinum minorum remittuntur arbitrio Episcopi.

INter Ordines minores interstitia non requiri ait Filliuccius apud Dianam *par.5.tract.10. resol.40.* & consuetudine interpetrante ità receptum. *l. si de interpetratione, & l. de quibus, D. de legibus;* & videtur colligi ex *c. de eo.3. de temporibus Ordinationum,* non refragante Trident. *sess.23.c.11.de reform.* ibi: *non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum Ordinum ad Sacros Ordines promoveantur: nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas, judicio Episcopi, aliud exposcat.* Nam ibi remittitur ad arbitrium Episcopi, & verba sunt dispositiva, non præceptiva.

Pœna non servantis Interstitia.

3010 Non servans interstitia arbitrariè punitur ab Episcopo.

EST Episcopo arbitraria, hæc adest suspensio ipso facto adversus Ordinantem, & Ordinatum, lata à Xisto V. in Extravaganti *contra*

malè promotos. Nam revocata fuit à Clemente VIII. teste Suario *de censuris disp.31.sect.1.n.43.* Marchino *tract. 1. par.7. cap.2. num 12.* Diana *par.4.tract.2. resol.32.* Caram. *Fundam. n.3663.* Franch. *controversiarum inter Episcopos, & Regulares, tit. de Regularium Ordinatione quæst.32.* ubi Paschaligus *num.* 340. dans tredecim Doctores, excipiens casum, quo Episcopus conferret duos Ordines Sacros eadem die; nam tunc asserit suspensum Episcopum à collatione, ordinatum ab exercitio Ordinum. Contra Portellam *in dubiis Regularium v. suspensio n.14.*

Dispensatio in Interstitiis.

SIne causa nemo, cum causa dispensat. Primo, Summus Pontifex. Secundo, Episcopus. Trident. *sess.23. c.11. & 13.* ibi: *nisi aliud Episcopo videatur.* Tertio, Vicarius Generalis Episcopi, & Capitularis, nam Episcopali jurisdictione utitur. Marchinus *de Ordine tract. 1. par.7.c.2.num.8.* Diana *par.4.tract.4. resol.209.* Machadus *tom.2.lib.4. par.4. tract.1. documento 7. num.4.* 3011 Cum causa in interstitiis dispēsat Papa, Episcopus, Vicarius Generalis, & Capitularis.

An Episcopus sciens defectum Interstitiorum, ordinans, vel concedens Dimissorias, censeatur dispensare in Interstitiis?

AFfirma: quia volens finem Ordinis, vult media, quæ potest ponere pro licita consecutione finis; & nisi dispensaret, illicitè Episcopus, & illicitè Ordines reciperet subditus. *c.3. de temporibus Ordinationum.* Concilium Romanum sub Zaccharia *can. 11.* eùm ergo vult licitè operari, dispensat. Sylvester *v. irregularitas in fine.* Glossa in *c. aliquando, v. qui concubinas, dist.52.* Abbas in *c. veniens. de filiis Presbyterorum.* Felinus in *c. præterea. num.18. de testibus.* Majolus *lib.3. de irregularitate c.24. num. 14.* Menochius *2. de arbitrariis, centur.5. casu 564.* Ludovicus *dec.119.num.8.* 3012 Episcopus sciens defectum interstitiorum, & ordinans, videtur dispēsare.

Causa pro Episcopo ad dispensandum in Interstitiis.

PRima est utilitas, & necessitas ipsius Ecclesiæ. Trident. *sess.23.c.13.de reform.* Zabarella in *c. quamvis. de ætate, & qualitate.* 3013 Ob utilitatē, & necessitatem Ecclesiæ dispensandū.

Inter Subdiaconatum, & Diaconatum levior causa sufficit arbitrio Episcopi. Trident. *loco cit.* ibi: *nisi aliud Episcopo videatur.* Sorbus in *compendio Mendicantium, v. Ordines Sacri.* Paschaligus ad Franch. *tit. de Regularium Ordinatione num.259.* 3014 Inter Subdiaconatum, & Diaconatum sufficit levior causa.

Ad dispensandum in Interstitiis inter Diaconatum, & Presbyteratum utilitas Ecclesiæ est, ut cum majori devotione, decoro exerceantur officia Ecclesiastica à, vel cum tali ordinato. Necessitas est, ut Ordinatus suppleat, si desint, vel supplere possit, si adsint, deficiente aliquo, infirmitate, absentia, carcere, officia Ecclesiastica. D. Antoninus *3. par. tit.14. c.18.* Capuccinus *de privilegiis Mendicantium, v. Ordines Sacri num. 3. v. & quia.* Franch. *de Regularium Ordinatione quæst.6. num.* 262. ubi Pasqualigus *num.* 263. 3015 Inter Diaconatum, & Presbyteratum necessitas, aut utilitas Ecclesiæ requiritur.

Hinc patet, Episcopum prudenti arbitrio ex quacunque causa posse dispensare in interstitiis inter Subdiaconatum, & Diaconatum; nam ejus arbitrio remittitur à Trident. *sess.23.c.13.de reform.* ibi: *nisi aliud Episcopo videatur.* Pasqualigus *loco cit.num.259.*

Primo, dispensare potest ex causa respiciente necessitatem, vel utilitatem ordinati, puta 3016 Aliæ causæ ad dispensandum.

Contra Fornarium *de Ordine c.8.num.3.*& Pontificale Romanum *loco cit.*; volens conferendos manè, non ubique servatur.

Sed dato debere conferri minores die festivo, quod verum est, dubitatur.

An satis sit dies festiva de Festo duplici, licet non de præcepto?

2982 Sat est, dies festiva de festo duplici, licèt non de præcepto.

AFfirma: quia Jure Canonico etiam hic dicitur dies festiva, licèt à servilibus non desistamus. *Clem.unica, de reliquiis, & veneratione Sanctorum*; Nec in dubio libertati odiosa interpretatio facienda est. Fagundez *lib. 1. de præceptis Ecclesiæ c.2. num. 12.* Caram.*Regular. num.1633. §.sed quid.* Gobat *tract.*8. *num.*478. dicens practicè probabile. Rodriq. *tom.3.qu.23. art. 5.* dicens ita declarasse Clementem VIII. Marchinus *de Ordine tract.1.par.7.c.6. num.12.* Tamburinus *vol. 2. de jure Abbatum. disp. 2. qu.13.num.7.* Homobonus *volum.2.par.5. resol.* 207. Tanderus *tom.4.disp.7.qu.3.dub.2. num.4.* Gavantus in *Manuali* v.*Ordines minores nu.15.* Præpositus *par.3.qu.un.de Ordine dub.15.num.* 251. Rhodes *tom.2.tract.12.qu.un.sect.4. §.4. v. dico*, asserentes id verum esse, etiamsi Ordines conferendi sint ex dispensatione in tribus diebus festivis. Contra Palaum *loco cit. num.2.* & duodecim Doctores apud Dianam *par.5. tract. 16.resol.97.* requirentes festum ex præcepto.

Nunquam tamen requiritur dies festivus præcipuus. Angelus v.*Ordo.4. num.1.* Tabiena v.*Ordo.2.qu.3.* Sanch. 2.*Opusculorum lib.7. c.1. dub.5.num.5.* Palaus *tom.4.tract.27. puncto 13. num. 2.*

Quot Ordines minores simul eadem die possit Episcopus conferre eidem?

2983 Eodem die omnes Ordines minores conferri valent.

OMnes: Antonius Faber 1.*Codicis tit.2. definitione 70. num. 4.* Sà v. *Ordo num. 13.* Innocentius in *c.de eo autem.de temporibus Ordinationum.* Sylvester v.*Ordo.2.num.6.* Fillinccius *tract.9.num.83.* Rhodes *tom.2.tract.12.qu. un.sect.4.§.4.* Diana *par. 2. tract.16. resol.30. & par. 10. tract.11. resol. 66.* Reginaldus *lib. 30. num.246.* Philibertus *tract.1.par.7.cap.5. nu.9.* Contra Leandrum *loco cit. qu. 5.* Vasquez *loco cit.qu.246.c.5.* ajentes, tantùm tres minores simul conferre posse. Nullo enim jure sancitum est oppositum: & textus in *cap. de eo autem. de temporibus Ordinationum*, in quo fundatur Leander, solùm dicit, licere Episcopis in diebus festivis unum, aut duos Ordines minores ministrare; non autem dicit tantùm unum, aut duos posse ministrare.

Accedit primam opinionem receptam à doctissimis Episcopis.

Majores Ordines.

2984 Majores tamen statutis temporibus.

DEbent conferri statutis diebus in Sabbato Quatuor Temporũ, & in Sabbato ante Dominicam Passionis, & Resurrectionis Dominicæ. *c.sane.2. c.de eo autem.3.c.consultationi.16.de temporibus Ordinationum, c.3. dist.66.* Trident. *sess.23.c.8.* Henriq.*lib.10.c.12. num.1.* Idque quia Ordine Sacro sumitur status, à quo nequit recedi, & sic quiescit Ordinatus; meritò in die Sabbati, in quo Deus etiam requievit. Glossa in *c. literas.13.* ubi Butrius *num.18. de temporibus Ordinationum.*

Licet putet Rhodes *tom.2.tract.12.qu.un.sect. 4. §.4. v.dico secundo*, Episcopum posse conferre Ordines majores die Dominico post Sabbatum Quatuor Temporum.

An possit Episcopus eadem die conferre primam Tonsuram, & Ordines minores?

2985 Eodem die prima Tonsura, & Ordines minores conferuntur.

AFfirma: Vasquez *disp. 246. cap. 1.* Rhodes *tom.2.tract.12. qu.un. sect.4.§.4.* Machadus *tom.2.lib.4.par.1.tract.3.documento 2.* Barbosa *lib.1.Juris Ecclesiast.cap.33.num.185.* Dicastillus *tract.6.de Ordine disp.1.dub.23. n.242.* & plures, quos sequitur Leander *loco cit. qu.12.* Sorbus *de privilegiis Mendicantium,* v.*Ordines Sacri.* Marchetti in *praxi Vicarii Capitularis, tit.15.num.30.* Contra Abbatem, & Hostiensem in *cap. de eo. de temporibus Ordinationum.* Sylvestrum v. *Ordo. 2. num. 7.* Armillam v. *Ordo num. 6.*

Nam nullo jure id prohibetur, ut certa deberet esse prohibitio derogativa certæ libertatis.

An eadem die quis recipere valeat Ordinem minorem, & Sacrum?

2986 Minorẽ Ordinem, & Sacrum quoque.

AFfirmant licere ob consuetudinem, interpretantem Tridentinum *sess.23. c.11.* ibi: *Hi verò non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum Ordinum ad Sacros Ordines promoveantur: nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas, judicio Episcopi aliud exposcat.* Navarrus *cap.25. num.71.* Suarez *de censuris disp.31. sect.1. num.41.* Machadus *tom. 2. lib. 4. par. 1. tract.7.documento un.* Sanchez *tom.2. Opusculorum lib.7.c.1.dub.53.num.5.* Diana *par.5.tract. 10. resol. 36. & par.9. tract. 8. resol. ultima, & p.10.tr.11.res.10.§.noto secundo,* ajens, eadem die posse recipi primam Tonsuram, minores Ordines, & Subdiaconatum, cum Dicastillo *tom.1. de Sacramentis tract.6.disp.1.dub.23.num.251.* Gobat *tract.8.n.461.* dicens nullo jure vetitum. Pasqualigus ad Franchinum *tit. de Regularium Ordinatione qu.23.num.341.* Palaus *tom.4.tract. 27. puncto 13. num.5.*

Et absolutè licitum ex justa causa ait Vasqu. *disp.246.c.5. n.48.* Molphesius *tract. 2. Summa cap.8.num.20.* Guttierez 1.*Canonicarum qu.26. num. 3.*

Sed hujus oppositum tuetur Majolus *lib.4. de Irregularitate c.11.num.1.* Toletus *lib.1.cap.71. num.1.* Marchetti *praxis Vicarii Capitularis tit. 15.num.32.* Sorbus *de privilegiis,* v.*Ordines Sacri num. 3. §. & licet.* Diaz in *practica Canonica c.15.* Crassus *de effectibus Clericatus, in præludiis num. 141.* Pignatelius referens declarationem Sacræ Congregationis 12. Novembris 1650. *tomo 1.consultatione 320.*

Duo Ordines Sacri an possint conferri eadem die?

2987 Non tamen duo Ordines Sacri.

NEga: sub pœna suspensionis ipso facto. *c. quod à patribus. dist. 75. c.innotuit. de eo, qui furtivè Ordines suscepit. c.literas.13.c.dilectus.de temporibus Ordinationum.* Trident.*sess. 23.c.13.de reform.* Navarrus *c.25.num.11.* Turrianus *lib.5. de censuris disp.46.dub.1.*

Sed esse suspendendum, non suspensum, quia verba textus sententiam ferendam indicant; docet Villalobos *par.1.tract.18.diffic.11.num.1.* Gabr.à S.Vinc.*de Ordine disp.2.qu.5.num.68.*

An Episcopus possit in Sabbato conferre unum, in sequenti die Dominico alterum Ordinem Sacrum?

2988 Non potest Episcopus sine dispensatione cõferre in Sabbato unum Ordinem, in Dominica alterum Ordinẽ Sacrum ob interstitia servanda.

NEga: *c.literas.13. c.dilectus.de temporibus Ordinationum* Navarrus in *Manuali c.25. num.71.*

*num.*71. Suarez *de censuris disp* 31.*sect*.1.*n*.40.

At potest in die Sabbati conferre Sacerdotium, in sequenti die Dominico Episcopatum; nam jure hoc non invenitur prohibitum; & Episcopatus die Dominico confertur. Palaus *tom*.4. *tract*.27. *puncto* 13. *num*.4. putans posse eodem die conferre Sacerdotium, & Episcopatum. Layman *tract*. 10. *cap*. 8. *num*. 5. Contra Suarez *de censuris.disp*.31.*sect*.1.*num*.41. Sed

An vi dispensationis ordinatus in Sabbato Quatuor Temporum, possit in Dominica sequenti recipere alium Ordinem?

2989 Dummodò non continuetur Ordinatio incepta in Sabbato cum jejunio.

CAsus frequens, & ideò:

Affirma posse ordinari, dummodò non continuetur eadem Ordinatio incepta in Sabbato, & jejunium; nam si continuetur eadem Ordinatio incepta in die sequenti, tunc nequit ordinari, quia censetur bis ordinatus eadem die. Et hic est sensus germanus *capituli literas* 13. *de temporibus Ordinationum*, ibi: *In quo quantum uterque deliquerit, evidenter intelligit, qui prudenter attendit. Si enim utrumque Ordinem eodem die conferre illi non licuit, pari non licuit ratione unum Ordinem una die, & alium altero (jejunio continuato) conferri, cum propter continuationem jejunii fictione canonica, sivè manè diei Dominicæ trahatur ad Sabbatum, sivè vespera Sabbati ad diem Dominicam referatur, profectò mane cum vespera, seu vespera cum mane, ad eandem diem pertinere dicetur.*

Ergo Ordinatus Sabbato jure communi, interrupto jejunio, & Ordinatione interrupta, potest die Dominico vi privilegii dispensationis ordinari; quia censetur altero, non eodem die ordinatus: & ità respondit Sacra Congregatio in una *Surrentina Ordinum* 28. *Julii* 1662. & 13. *Aprilis* 1673. & practicatum Neapoli in causa U. J. D. Domini Francisci de Martino coram nostro Reverendissimo, & Eminentissimo Innico Cardinali Caracciolo, & docet Gobat *Theologia experimentali tract*. 8. *casu* 12. *sect*.1.*num*.464. ubi ait ex privilegio Societatis dies non esse interpolandos.

An defectus commissi in receptione Ordinis etiam Sacri possint suppleri in quovis tempore?

2990 Defectus in receptione Ordinũ quovis tempore suppleri valent.

AFfirma: & sic die sequenti, vel alio die privatim ad cavendum scandalum suppleri valet defectus præcedentis Ordinationis, puta si non tetigit materiam, si vinum non fuit appositum; nam jura cæteroquin onerosa de tali supplemento non loquuntur, quando requirunt certas dies pro collatione Ordinum. Caramuel *Fundamentali num*. 3663. Diana *par*.9. *tract*.8. *resol*.29. Gabr. à S. Vinc. *de Ordine disp*.2. *qu*.5. *num*. 6.

An collatio Ordinum inchoata in Sabbato, valeat immediatè in sequenti Dominica perfici, si non potuit compleri Sabbato ex aliquo casu, puta laxitudine Episcopi, terræmotu, incendio, vastatione, invasione hostium?

2991 Sequenti die Dominica potest perfici Ordinatio incepta die Sabbati, & non perfecta ob Episcopi laxitudine, casũ fortuitũ incendii, invasionis hostium.

AFfirma: *c.quod à patribus.dist*.75. *c.literas. de temporibus Ordinationum*, ubi Glossa v. *una die*. Abbas *num*.3. nam Ordinandi incepta actione habent jus, ut perficiatur; & consequenter una censetur, & eadem ordinatio; ut Delegatus re non integra potest perficere actum, etiam elapso tempore delegationis. *c. gratum. c.licet undique. c.relatum.de officio Delegati.*

Idque etiam non continuato jejunio; nam hic non ordinat jure antiquo, quo continuabatur vespera diei præcedentis cum mane diei sequentis continuato jejunio, ut in *c.literas*.13. *de temporibus Ordinationum*. Sed perficit Ordinationem, quia actus inceptus perfici debet, quando potest, & sic si non potest perfici hodiè, quando est inceptus elapso tempore ad celebrandum manè. Trident. *sess*.22. *de reform. decreto de evitandis in celebratione Missarum*, debet perfici manè sequenti. Sylvester. v.*Ordo*. 2. *qu*.6. Tabiena v.*Ordo*.2.*quæst*.3. Henriq. *lib*.10. *c*.12. *num*.12. Villalobos *par*.1. *Summæ tr*.41. *diffic*.13. *n*.3. Majolus *de irregularitate cap*.24. *num*.11. Diana *par*.1.*tract*.16. *resol*.30. Pasqualigus *centuria* 1. *qu*. 50. contra Aversam *de Ordine qu*.4.*sect*.9.v.*sit prima*.

Si Episcopus non absolvat totam Ordinationem in Sabbato, potest illam continuato jejunio complere in die Dominica. *c.literas*.13. *de temporibus Ordinationum*, quia ob continuationem jejunii censetur eadem dies. *d.c.literas*, & manè Dominicæ trahitur ad vesperam Sabbati.

Cur hoc statutum in dicto cap. literas?

ERat tunc mos, ut Missa celebraretur vespere Sabbati Quatuor Temporum, & erat eadem cum Missa Dominicæ; & sic protrahebatur Ordinatio cum ipsa Missa continuato jejunio, qua ratione Missa Sabbati est eadem de Missa Dominicæ; ut eruditè testatur Bona *Rerum Liturgicarum lib*.1.*c*.18. ibi. *Restat Dominica post Sabbatum Quatuor Temporum, quæ propria Missa caret, & vacare dicitur in priscis Sacramentorum libris, nam cum Sabbati hujus Missa, & ei annexa Sacrorum Ordinum collatio vespere celebraretur, sæpè contingebat, ut jejunio usque ad lucem perducto, Missa die Sabbati inchoata sequenti Dominica perficeretur: ipsaque Dominica proprio Officio careret.* 2992 Missa Sabbati Ordinationum erat eadem cũ Dominica.

Requiritur autem secundum alios, ut Episcopus ordinans, & Ordinandus continuent jejunium, quia continuatio illa jejunii reddit unam diem fictam. *d.cap.literas*. 13. ubi Innocentius, & Butrius. Gobat *Theologia experimentali tract*.8 *num*.468. Sylvester v.*Ordo*. 2. *qu*.6. & sic Episcopus secundum istos Doctores non potest perficere Ordinationem inceptam, & non perfectam ob aliquem casum fortuitum, nisi continuato jejunio, sed hoc falsum, nam non ordinat jure antiquo vi *c.literas*.

Quale debeat esse jejunium?

NAturale volunt debere esse Abbas, Butrius, & Innocentius in *d. c.literas*.13. Layman 2993 Jejunium sit naturale, vel Eccl[e]siasticũ secundũ aliquos

lib.5.*tract*.9. *c*.8.*nu*.5. Henriqu. *lib*.10. *c*.10.*n*.2. Sed satis est jejunium Ecclesiasticum ait Sanch. *lib*.7.*consiliorum c*.1.*dub*.51.*num*.5. Sylvester v. *Ordo*. 2.*quæst*.6. Gobat *loco cit.casu* 9.*num*.355. Excobar *lib*.23.*num*.439.

An Episcopus alio impedimento detentus, puta infirmitate, quia serò detentus advenit, possit totam Ordinationem transferre in diem Dominicam, si illam nequeat inchoare in die Sabbati.

AFfirmat Sylvester v. *Ordo*.2. *q*.6. Palaus *to*.4. *de Ordine tr*.27.*pun*.13.*n*.3. Villalobos apud Dianam *p*.3.*tract*.2. *Miscellan.res*.3. Gobat *tr*.8. *casu* 2994 Ob causam tota Ordinatio transferri in diem Dominicam.

Contra Fornarinum *de Ordine c.8.num.3.*& Pontificale Romanum *loco cit.*; volens conferendos manè, non ubique servatur.

Sed dato debere conferri minores die festivo, quod verum est, dubitatur.

An satis sit dies festiva de Festo duplici, licèt non de præcepto?

2982 Sat est dies festiva de festo duplici, licèt non de præcepto.

AFfirma: quia Jure Canonico etiam hic dicitur dies festiva, licèt à servilibus non desistamus. *Clem.unica, de reliquiis, & veneratione Sanctorum*; Nec in dubio libertati odiosa interpetratio facienda est. Fagundez *lib. 1. de præceptis Ecclesiæ c.2. num. 12.* Caram.*Regular. num.1633. §.sed quid.* Gobat *tract.8. num.478.* dicens practicè probabile. Rodriq. *tom.3.qu.23. art. 5.* dicens ita declarasse Clementem VIII. Marchinus *de Ordine tract.1.par.7.c.6. num.12.* Tamburinus *vol. 2. de iure Abbatum. disp. 2. qu.13.num.7.* Homobonus *volum.2.par.5. resol. 207.* Tanderus *tom.4.disp.7.qu.3.dub.2. num.4.* Gavantus in *Manuali v.Ordines minores nu.15.* Præpositus *par.3.qu.un.de Ordine dub.15.num. 151.* Rhodes *tom.2.tract.12.qu.un.sect.4. §.4. v. dico*, asserentes id verum esse, etiamsi Ordines conferendi sint ex dispensatione in tribus diebus festivis. Contra Paiaum *loco cit. num.2.* & duodecim Doctores apud Dianam *par.5. tract. 16.resol.97.* requirentes festum ex præcepto.

Nunquam tamen requiritur dies festivus præcipuus. Angelus *v.Ordo.4. num.1.* Tabiena *v.Ordo.2.qu.3.* Sanch. *2.Opusculorum lib.7. c.1. dub.5.num.5.* Paians *tom.4.tract.27. puncto 13. num. 2.*

Quot Ordines minores simul eadem die possit Episcopus conferre eidem?

2983 Eodem die omnes Ordines minores conferri valent.

OMnes: Antonius Faber *1.Codicis tit.2. definitione 70. num. 4.* Sà *v. Ordo num. 13.* Innocentius in *c.de eo autem.de temporibus Ordinationum.* Sylvester *v.Ordo.2. num.6.* Fillincius *tract.9.num.83.* Rhodes *tom.2.tract.12.qu. un.sect.4.§.4.* Diana *par. 2. tract.16. resol.30. & par. 10. tract.11. resol. 66.* Reginaldus *lib. 30. num.246.* Philibertus *tract.1.par.7.cap.5. nu.9.* Contra Leandrum *loco cit. qu. 5.* Vasquez *loco cit.qu.246.c.5.* ajentes, tantùm tres minores simul conferre posse. Nullo enim jure sancitum est oppositum: & textus in *cap. de eo autem. de temporibus Ordinationum*, in quo fundatur Leander, solùm dicit, licere Episcopis in diebus festivis unum, aut duos Ordines minores ministrare; non autem dicit tantùm unum, aut duos posse ministrare.

Accedit primam opinionem receptam à doctissimis Episcopis.

Majores Ordines.

2984 Majores tamen statutis temporibus.

DEbent conferri statutis diebus in Sabbato Quatuor Temporũ, & in Sabbato ante Dominicam Passionis, & Resurrectionis Dominicæ. *c.sane.2. c.de eo autem.3.c.consultationi.16.de temporibus Ordinationum, c.3. dist.66.* Trident.*sess.23.c.8.* Henriq.*lib.10.c.12. num.1.* Idque quia Ordine Sacro sumitur status, à quo nequit recedi, & sic quiescit Ordinatus; meritò in die Sabbati, in quo Deus etiam requievit. Glossa in *c. literas.13.* ubi Butrius *num.18. de temporibus Ordinationum.*

Licet putet Rhodes *tom.2.tract.12.qu.un.sect. 4. §.4. v.dices secundo*, Episcopum posse conferre Ordines majores die Dominico post Sabbatum Quatuor Temporum.

An possit Episcopus eadem die conferre primam Tonsuram, & Ordines minores?

AFfirma: Vasquez *disp. 246. cap. 1.* Rhodes *tom.2.tract.12. qu.un. sect.4.§.4.* Machadus *tom.2.lib.4.par.1.tract.3.documento 2.* Barbosa *lib.1.Juris Ecclesiast.cap.33.num.185.* Dicastilius *tract.6.de Ordine disp.1.dub.23. n.242.* & plures, quos sequitur Leander *loco cit. qu.12.* Sorbus *de privilegiis Mendicantium, v.Ordines Sacri.* Marchetti in *praxi Vicarii Capitularis, tit.15.num.30.* Contra Abbatem, & Hostiensem in *cap. de eo. de temporibus Ordinationum.* Sylvestrum *v. Ordo. 2. num. 7.* Armillam *v. Ordo num. 6.* 2985 Eodem die prima Tonsura, & Ordines minores conferuntur.

Nam nullo jure id prohibetur, ut certa deberet esse prohibitio derogativa certæ libertatis.

An eadem die quis recipere valeat Ordinem minorem, & Sacrum?

AFfirmant licere ob consuetudinem, interpetrantem Tridentinum *sess.23. c.11.* ibi: *Hi verò non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum Ordinum ad Sacros Ordines promoveantur: nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas, judicio Episcopi aliud exposcat.* Navarrus *cap.25. num.71.* Suarez *de censuris disp.31. sect.3. num.41.* Machadus *tom. 2. lib. 4. par. 1. tract.7.documento un.* Sanchez *tom.2. Opusculorum lib.7.c.1.dub.53.num.5.* Diana *par.5.tract. 10. resol. 36. & par.9. tract. 8. resol. ultima, & p.10.tr.11.res.10.§.noto secundo*, ajens, eadem die posse recipi primam Tonsuram, minores Ordines, & Subdiaconatum, cum Dicastillo *tom.1. de Sacramentis tract.6.disp.1.dub.23.num.351.* Gobat *tract.8. n.461.* dicens nullo jure vetitum. Pasqualigus ad Franchinum *tit. de Regularium Ordinatione qu.23.num.341.* Paiaus *tom.4.tract. 27. puncto 13. num.5.* 2986 Minorē Ordinem, & Sacrum quoque.

Et absolutè licitum ex justa causa ait Vasqu. *disp.246.c.5. n.48.* Molphesius *tract. 2. Summæ cap.8.num.20.* Guttierez *1.Canonicarum qu.26. num. 3.*

Sed hujus oppositum tuetur Majolus *lib.4. de Irregularitate c.11.num.1.* Toletus *lib.1.cap.71. num.1.* Marchetti *praxis Vicarii Capitularis tit. 15.num.32.* Sorbus *de privilegiis, v.Ordines Sacri num. 3. §. & licet.* Diaz in *practica Canonica c.15.* Crassus *de effectibus Clericatus, in præludiis num. 141.* Pignatellus referens declarationem Sacræ Congregationis 12. Novembris 1650. *tomo 1.consultatione 320.*

Duo Ordines Sacri an possint conferri eadem die?

NEga: sub pœna suspensionis ipso facto. *c. quod à patribus. dist. 75. c.innotuit. de eo, qui furtivè Ordines suscepit. c.literas.13.c.dilectus.de temporibus Ordinationum.* Trident.*sess. 23.c.13.de reform.* Navarrus *c.25.num.11.* Turrianus *lib.5. de censuris disp.46.dub.1.* 2987 Non tamen duo Ordines Sacri.

Sed esse suspendendum, non suspensum, quia verba textus sententiam ferendam indicant; docet Villalobos *par.1.tract.18.diffic.11.num.1.* Gabr. à S.Vinc. *de Ordine disp.2.qu.5.num.68.*

An Episcopus possit in Sabbato conferre unum, in sequenti die Dominico alterum Ordinem Sacrum?

NEga: *c.literas.13.c.dilectus.de temporibus Ordinationum* Navarrus in *Manuali c.25. num.71.* 2988 Non potest Episcopus sine dispensatione cōferre in Sabbato unum Ordinem, in Dominica alterum Ordinē Sacrum ob interstitia servanda.

*num.*71. Suarez *de censuris disp* 31.*sect.*1.*n.*40.

At potest in die Sabbati conferre Sacerdotium, in sequenti die Dominico Episcopatum; nam jure hoc non invenitur prohibitum; & Episcopatus die Dominico confertur. Palaus *tom.*4. *tract.*27. *puncto* 13. *num.*4. putans posse eodem die conferre Sacerdotium, & Episcopatum. Layman *tract.* 10. *cap.* 8. *num.* 5. Contra Suarez *de censuris.disp.*31.*sect.*1.*num.*41. Sed

An vi dispensationis ordinatus in Sabbato Quatuor Temporum, possit in Dominica sequenti recipere alium Ordinem?

2989 Dummodò non continuetur Ordinatio incepta in Sabbato cum jejunio.

CAsus frequens, & ideò:

Affirma posse ordinari, dummodò non continuetur eadem Ordinatio incepta in Sabbato, & jejunium; nam si continuetur eadem Ordinatio incepta in die sequenti, tunc nequit ordinari, quia censetur bis ordinatus eadem die. Et hic est sensus germanus *capituli literas* 13. *de temporibus Ordinationum*, ibi: *In quo quantum uterque deliquerit, evidenter intelligit, qui prudenter attendit. Si enim utrumque Ordinem eodem die conferre illi non licuit, pari non licuit ratione unum Ordinem una die, & alium altero (jejunio continuato) conferri, cum propter continuationem jejunii fictione canonica, sivè manè diei Dominicæ trahatur ad Sabbatum, sivè vespera Sabbati ad diem Dominicam referatur, profectò mane cum vespera, seù vespera cum mane, ad eandem diem pertinere dicetur.*

Ergo Ordinatus Sabbato jure communi, interrupto jejunio, & Ordinatione interrupta, potest die Dominico vi privilegii dispensationis ordinari; quia censetur altero, non eodem die ordinatus: & ità respondit Sacra Congregatio in una *Surrentina Ordinum* 28. *Julii* 1662. & 13. *Aprilis* 1673. & practicatum Neapoli in causa U. J. D. Domini Francisci de Martino coram nostro Reverendissimo, & Eminentissimo Innico Cardinali Caracciolo, & docet Gobat *Theologia experimentali tract.* 8. *casu* 12. *sect.*1.*num.*454. ubi ait ex privilegio Societatis dies non esse interpolandos.

An defectus commissi in receptione Ordinis etiam Sacri possint suppleri in quovis tempore?

2990 Defectus in receptione Ordinū quovis tempore suppleri valent.

AFfirma: & sic die sequenti, vel alio die privatim ad cavendum scandalum suppleri valet defectus præcedentis Ordinationis, puta si non tetigit materiam, si vinum non fuit appositum; nam jura ceteroquin onerosa de tali supplemento non loquuntur, quando requirunt certas dies pro collatione Ordinum. Caramuel *Fundamentali num.*3663. Diana *par.*9. *tract.*8. *resol.*29. Gabr. à S. Vinc. *de Ordine disp.*2. *qu.*5. *num.* 6.

An collatio Ordinum inchoata in Sabbato, valeat immediatè in sequenti Dominica perfici, si non potuit compleri Sabbato ex aliquo casu, puta laxitudine Episcopi, terræmotu, incendio, vastatione, invasione hostium?

2991 Sequenti die Dominica potest perfici Ordinatio incepta die Sabbati, & non perfecta ob Episcopi laxitudinē, casū fortuitū incendii, invasionis hostium.

AFfirma: *c.quod à patribus.dist.*75. *c.literas. de temporibus Ordinationum*, ubi Glossa *v. una die.* Abbas *num.*3. nam Ordinandi incepta actione habent jus, ut perficiatur; & consequenter una censetur, & eadem ordinatio; ut Delegatus re non integra potest perficere actum, etiam elapso tempore delegationis. *c. gratum. c.licet undique. c.relatum.de officio Delegati.*

Idque etiam non continuato jejunio; nam hic non ordinat jure antiquo, quo continuabatur vespera diei præcedentis cum mane diei sequentis continuato jejunio, ut in *c.literas.*13. *de temporibus Ordinationum.* Sed perficit Ordinationem, quia actus inceptus perfici debet, quando potest. & sic si non potest perfici hodiè, quando est inceptus elapso tempore ad celebrandum manè. Trident. *sess.*22. *de reform. Decreto de evitandis in celebratione Missarum*, debet perfici manè sequenti. Sylvester. *v.Ordo.* 2. *qu.*6. Tabiena *v.Ordo.*2.*quæst.*3. Henriq. *lib.*10. *c.*12. *num.*12. Villalobos *par.*1. *Summæ tr.*11. *diffic.*13. *n.*3. Majolus *de irregularitate cap.*24. *num.*11. Diana *par.*1 *tract.*16. *resol.*30. Pasqualigus *centuria* 1. *qu.* 50. contra Aversam *de Ordine qu.*4.*sect.*9.*v.sit prima.*

Si Episcopus non absolvat totam Ordinationem in Sabbato, potest illam continuato jejunio complere in die Dominica. *c.literas.*13. *de temporibus Ordinationum*, quia ob continuationem jejunii censetur eadem dies. *d.c.literas*, & manè Dominicæ trahitur ad vesperam Sabbati.

Cur hoc statutum in dicto cap. literas?

ERat tunc mos, ut Missa celebraretur vespere Sabbati Quatuor Temporum, & erat eadem cum Missa Dominicæ, & sic protrahebatur Ordinatio cum ipsa Missa continuato jejunio, qua ratione Missa Sabbati est eadem de Missa Dominicæ; ut eruditè statuit Bona *Rerum Liturgicarum lib.*1.*c.*18. ibi. *Restat Dominica post Sabbatum Quatuor Temporum, quæ propria Missa caret, & vacare dicitur in priscis Sacramentorum libris, unde cum Sabbati hujus Missa, & ei annexa Sacrorum Ordinum collatio vespere celebraretur, sæpè contingebat, ut jejunio usque ad lucem perducto, Missa die Sabbati inchoata sequenti Dominica perficeretur: ipsaque Dominica proprio Officio careret.* 2992 Missa Sabbati Ordinationum erat eadem cū Dominica.

Requiritur autem secundum alios, ut Episcopus ordinans, & Ordinandus continuent jejunium, quia continuatio illa jejunii reddit unam diem fictam. *d.cap.literas.*13. ubi Innocentius, & Butrius. Gobat *Theologia experimentali tract.*8 *num.*468. Sylvester *v.Ordo.* 2. *qu.*6. & sic Episcopus secundum istos Doctores non potest perficere Ordinationem inceptam, & non perfectam ob aliquem casum fortuitum, nisi continuato jejunio, sed hoc falsum, nam non ordinat jure antiquo vi *c.literas.*

Quale debeat esse jejunium?

NAturale volunt debere esse Abbas, Butrius, & Innocentius in *d. c.literas.*13. Layman *lib.*5.*tract.*9. *c.*8.*nu.*5. Henriqu. *lib.*10. *c.*10.*n.*2. Sed satis est jejunium Ecclesiasticum ait Sanch. *lib.*7.*consiliorum c.*1.*dub.*51.*num.*5. Sylvester *v. Ordo.* 2.*quæst.*6. Gobat *loco cit.casu* 9.*num.*355. Excobar *lib.*23.*num.*439. 2993 Jejunium sit naturale, vel Ecclesiasticū secundū aliquos.

An Episcopus alio impedimento detentus, puta infirmitate, quia serò detentus advenit, possit totam Ordinationem transferre in diem Dominicam, si illam nequeat inchoare in die Sabbati.

AFfirmat Sylvester *v. Ordo.*2.*q.*6. Palaus *to.*4. *de Ordine tr.*27.*pun.*13.*n.*3. Villalobos apud Dianam *p.*3.*tract.*2. *Miscellan.res.*3. Gobat *tr.*8. 2994 Ob causam totā Ordinatio transferri in diem Dominicam.

casu

An Episcopus dispensare valeat in parvitate temporis unius, vel alterius diei?

2966 Episcopi dispensat in parvitate temporis secundum aliquos.

AFfirmat Zanardus *de matrimonis part.* 1. *c.* 40. §. 14. Gabriel à S. Vinc. *de Ordine disp.*2.*qu.*5.*num.*65. Moventur, quia parum distans nihil distare videtur. Sed hæc ratio elumbis est; nam si esset ea vera, dispensatio necessaria non esset. Tu decidas, quod dispensare valet in jure positivo in rebus frequenter accidentibus, & quando ad Papam aditus est difficilis, ut cùm de *Dispensationibus* latiùs dicemus.

Pœna Ordinationis ante legitimam ætatem.

ORdinatio ante legitimam ætatem habet Ordinantem, & Ordinatum. Hìc primò agendum de Ordinantis, deinde de Ordinati pœna.

Pœna Ordinantis ante legitimam ætatem.

2967 Ordinans ante legitimã ætatem, est suspẽsus per annum.

EST suspensio per annum. *c. nullus. de ætate, & qualitate in* 6. Sotus in 4.*dist.*25. *qu.*1. *art.*2. §.*ex quo fit.*

Pœna Ordinati ante legitimam ætatem.

DIstinguendus est Ordinatus mala fide, ab Ordinato bona fide ante ætatem.

Mala fide Ordinatus ante ætatem.

2968 Ordinatus verò mala fide, si recipit Ordines minores est suspendendus.

VEl recipit minores: vel majores Ordines. Si recipit minores Ordines, est suspendendus, non est suspensus. *c. vel non est compos. de temporibus Ordinationum.* Constitutione Pii II. incipit: *Cum ex Sacrorum*. Constitutione Clementis VIII. qui revocavit Bullam Xisti V. incipit: *Sanctum, & salutare*, imponentem suspensionem ipso facto. Navarrus *c.*25.*num.*70. Diana dans quatuor Doctores *par.* 5. *tract.* 10. *resol.*30. Antonellus *lib.*2.*de Regimine c.*1.*nu.*2. Franchus *de controversia inter Episcopos, & Regulares tit. de Regularium Ordinatione qu.*20 & 30. Contra Riccium *par.*3.*praxis res.*236.

2969 Si majores est ipso facto suspensus.

Si in mala fide recipiat ante ætatem majores Ordines; tunc est suspensus ipso jure, etiamsi deindè attingat legitimam ætatem. *c. vel non est. de temporibus Ordinationum*. Bulla Pii II. *Cum ex Sacrorum*; Nam pœna juris purè lata est perpetua. *l. servus. C. de pœnis. c. si ante, de cohabitatione Clericorum*. Tiraquellus in *l. si unquam, v. revertatur, num.*144.*C. de revocandis donationibus*. Abbas in *c. ex literis. num.*10.*de Constitutionibus*. Navarrus *de temporibus Ordinationum cons.*20.*in fine, & cons.*35.*num.*1. licèt olim fuerit suspensus usque ad legitimam ætatem. *c. vel non est compos. de temporibus Ordinationum.*

2970 Tantùm ab illo Ordine malè suscepto.

Est autem suspensus tantùm ab illo Ordine malè suscepto ante ætatem, non ab aliis ritè susceptis; nam in istis odiosis alieno jure non exprimitur. Henriq. *lib.*13.*c.*32.*num.*2. Navarrus *cap.*27.*num.*163. Toletus *lib.*1.*c.*43. *num.*2. plures apud Dianam *par.*3.*tract.*4. *resol.*182. & *par.*5. *tract.* 10. *resol.*35. citantem pro opposita sententia plures cum Villalobos *tom.*1. *tr.* 15. *difficult.*11.*num.*2.

2971 Requiritur mala fides & præsumptio cum dolo.

Requiritur ad incurrendam istam suspensionem mala fides, & præsumptio cum dolo; nam Bulla Pii II. illam imponit contra præsumentes, dolosos, & contumaces. Avila *par.*3.*de censuris, disp.*5.*dub.*6. Portella *in dubiis, v. Ordines Sacri n.*15. Villalobos *tract.*11.*difficul.*11. *n.*6. Coninck *disp.*16.*dub.*5.*num.*36. Navarrus *c.*27. *num.* 125. & *num.* 156. rectè excusantes bona fide ordinatos ante legitimam ætatem, etiamsi ignorantia fuerit invincibilis, aut crassa, nam ignorantia tollit dolum, & præsumptionem: cum *de Privilegiis ignorantiæ* firmabimus.

An ministrans in Ordinibus majoribus ante ætatem sit irregularis.

AFfirma: *c. sane. c. cum quidam, de temporibus Ordinationum*. Bulla Pii II. *Cum ex Sacrorum*. confirmata à Pio V. Xisto V. & Clemente VIII. Sylvester *v. irregularitas*, §.10. Suarius *de censuris disp.* 31. *sect.*1. *num.* 24. contra Hinoyosam in *Directoriis*, v. *Ordo*, volentem dictam Bullam nec promulgatam, nec usu receptam sufficienter, cum Tabiena, & Armilla. — 2972 Ministrans in Ordinibus majoribus ante ætatem est irregularis.

Bona fide recipiens.

BOna fide recipiens Ordines ante ætatem non peccat, & consequenter nec est suspensus, nec irregularis. *c. sine culpa. de regulis juris in* 6. & solùm dubium est: — 2973 Si bona fide, non peccat, & suspensionem non incurrit.

An bona fide ante ætatem ordinatus celebrans, deinde sciens se bona fide ordinatum ante ætatem, peccet, sit suspensus, irregularis?

NEga: quia irregularitas est contra suspensos exercentes actum Ordinis, & hic bona fide ordinatus, cùm non peccaverit, non est suspensus, nec peccat celebrando, quia celebratio est actus Ordinis non exercendus à suspensis, & hic non est suspensus. Navarrus *cap.* 27. *num.*156. Machadus *tom.*2.*Summa lib.*4.*par.*1. *tract.*2.*dub.*4. *num.* 5. Ledesma *tom.*1. *Summa c.* 17. *de Sacramento Ordinis conclus.* 1. Diana *par.*3.*tract.*4. *resol.* 182. §.*difficultas*. Peyerinus *de privilegiis Minorum tom.* 1. *Constitutione* 1. *Julii II.* §.16.*num.*29. cum Quaranta, Miranda, & aliis. Contra Bonacinam *disp.*8.*puncto* 5.*n.*13. dantem quatuor Doctores, Palaum *tract.*27.*puncto* 7.*num.*7. Dianam *loco cit.* Villalobos *tract.* 11. *difficultate* 11.*num.*7. Pasqualigum ad Franchum *tit. de Regularium Ordinatione quæst.*24. *num.*314. Leandrum *loco cit. qu.*13. ajentes non esse suspensum, nec irregularem, sed peccare. — 2974 Etsi post cognoscat se ordinatũ ante ætatem.

Nec valet in odiosis: prohibetur receptio Ordinis ante ætatem; ergo etiam exercitium ejus sine culpa jam suscepti, ut malè arguit Pasqualigus *loco cit.*

Nam multa fieri prohibentur, quæ facta exerceri valent; sic prohibetur ingressus in laxam Religionem voventi rigidam, & tamen post ingressum licitè exercere valet actus Religionis laxæ. Sic illicitè nubit cum una, postquam contraxit sponsalia de futuro cum alia, & tamen illicitè non exercet deindè actus nuptiales.

Secundo, est prohibitum ordinari ante ætatem in mala, non in bona fide, ergo ut licitè bona fide recipit, ità deindè licitè Ordinem exercet, & sic multa impediunt actum, antequam fiat, non postquam factum est. Franchus *controversiarum inter Episcopos, & Regulares tit. de Regularium Ordinatione, qu.*32.*in fine*.

Hinc fortiùs non est suspensus, nec irregularis bona fide ordinatus jussu Superioris ante ætatem, nam culpa caret. Rodriquez *de Ordine, c.*16. contra Petrum Ledesmam *de Ordine c.* 7. *conclus.* 1.

An

An mala fide ordinatus ante ætatem, possit sine dispensatione exercere actum Ordinis, adveniente ætate legitima?

2975 Mala fide ordinatus, etiam adveniente ætate nequit exercere actu Ordinis suscepti.

NEga: nam suspensio jam contracta lapsu temporis sine absolutione non cessat, quam suspensionem contraxit, mala fide Ordines Sacros recipiens ante ætatem. Bulla Pii II. incipiens: *Cum ex Sacrorum. c.fand. c.cum quidam.de temporibus Ordinationum.* In quo differt à bona fide ordinato, & sic non suspenso, potente sine aliqua absolutione saltem adveniente ætate legitima Ordines exercere. Henriquez *lib.13.c.28.num.1.* Rodriq. *tom.3.qu.24.art.13.* Bonac. *de censuris disp. 3.qu.1.puncto 1.* Diana *par.3.tract.4.resol.182.* Franchus *loco cit.qu.23.* ubi Pasqualigus dans quatuor Doctores *n. 312.* Contra Corduban in *Summa casu* 144. Sotum in *4.dist.25.qu.1.art.2. in fine,* ajentes, mala fide ordinatum ante ætatem, adveniente ætate posse exercere Ordinem susceptum sine absolutione, & dispensatione.

An Ordinatus mala fide ante ætatem, in ipsa Ordinatione exercens actum Ordinis, quem recipit, puta cantando Epistolam, vel Evangelium, sit suspensus, & irregularis?

2976 Exercens actum Ordinis mala fide ante ætatem suscepti in ipsa Ordinatione, est suspensus, sed non irregularis.

AFfirma esse suspensum, sed non irregularem. Suspensum, quia ordinatum mala fide ante ætatem. Pius II. in Bulla: *Cum ex Sacrorum.* Sed non irregularem, quia exercitium actus Ordinis contrahens irregularitatem punitur, si completo Ordine undequaque ponatur, & exercens quando ordinatur, non dicitur exercere post Ordinem in pœnalibus. Hurtadus *de suspensione, diffic.13. num.36.* Coninck *disp. 16. dub.5. num.36.* Marchinus *de Ordine tr. 1.p.5. c.3.num.16.* Pax-Jordanus *tom.1. lib.3. tit.6.de Sacramento Ordinis, v.verior.* Franchus *loc.cit. qu. 31.* ubi Pasqualigus *num. 335.* dans duodecim Doctores. Leander *loco cit. quæst.17. & 18.* contra Sorbum *v.Ordines Sacri.* Antonellum *de Regimine Ecclesiæ, c.21.num.3.*

Qui absolvit ab ista Censura?

2977 Quis absolvat ab ista suspensione.

QUivis habens facultatem, saltem in Bulla Jubilæi, vel aliter. Navarrus *c.27.n.151. & 152.* Leander *loco cit. qu. 16.* contra plures apud Dianam *par.5.tr.10.resol.53.*

Legitimum tempus Ordinationum.

§. IV.

2978 Sunt statuta tempora pro Ordinationibus.

NEmo ordinari potest, nisi in tempore à jure statuto. (15)

Et sic inquiritur:

Quando quis possit ordinari?

TEmporibus jure Canonico statutis. *c.cum quidam.de temporibus Ordination.* Pius II. in Extravaganti *Cum ex Sacrorum.* Barbosa *de potestate Episcopi alleg.17.num.101.*

Quæ tempora pro Ordinibus à jure statuta? & primo; Prima Tonsura.

PRima Tonsura omni die, hora, loco conferri valet. *c. cum contingat, de ætate, & qualitate;* nam de ea nihil jure statutum. Dicastillus *tom.1. tract.6. de Ordine disp. 1. dub. 93. num. 340.* dans undecim Doctores. Barbosa *de potestate Episcopi allegat.11.num.19.* Palaus *to.4. tract.27.puncto 13.num.1.* Diana *par.2. tract.16. resol.30.* Sà *v.Ordo nu.13.* Bonacina *disp.8. puncto 6. num. 1.* Vasquez *disp. 246. cap. 5.* Caram. *Fundam. num.3663. & Regular. num. 1633. §. quando.* Gobat *Theologia experimentali tract.8. num.451.* Rhodes *tom.2.tract.12.quæst.un.sect.4. §. 4.* Doctores in *c. consultationi. de temporibus Ordinationum.* Sylvester *v.Ordo 2.qu.6.* (16) 2979 Prima Tonsura omni tempore conferri valet.

Minores Ordines.

COnferri valent quocumque die festiva, ubicumque, etiam extra Ecclesiam, domi Episcopi. *c.quando, dist.75. c.Ordinationes Presbyterorum.2.dist.25.* à contrario sensu Pontificale Romanum *tit.de Ordinibus conferendis,* v. *Clericatus, §.minores,* ubi dicitur conferendos manè. Maranta in *Medulla Decreti*, v. *Ordines minores,* asserens, posse conferri ab Episcopo ubi, & quando vult. Rebuffus *Regula 25. Cancellariæ num.5.* Squillante *de obligationibus Episcopi p.3. c.1. num.15.* Campanilis in *Diversorio rubr. 6. c.2.num.6.* Ludovicus de S.Joanne *de Ordinatione qu.2.art.9.dub.1.* Excobar *lib.23.Moralium, c.18.num.419.* dans quinque Doctores, ajentes Ordines minores posse conferri in quacumque die, etiam feriata. Contra Sylvestrum *v.Ordo.2. qu.6.* Henriquez *lib. 10. cap. 12. num. 2.* Leandrum *disp. 11. qu.2.* ajentes, conferendos in die Festivo, vel in Quatuor Temporibus, ex *c.de eo autem. 3. de temporibus Ordinationum,* & ex Pontificali Romano *tit. de Ordinibus conferend. v. Clericatus, §. minores;* sed jus intelligi valet de publica solemni, non de privata Ordinatione. Pasqualig. ad Franchum *loco cit. num. 296.* (17) 2980 Ordines minores quacumque die festiva.

Sed qua hora diei valeant conferri Ordines minores?

USus obtinuit, ut possint conferri manè, & post prandium in vespere Feriæ sextæ. Palaus *tom.4.tract.27.puncto 13.num.2.* ut deindè expeditius Sacri Ordines conferantur manè Sabbati, ut practicari testatur Excobar *lib. 23. c.18.num.419.* Quintanaduеñas *tract.6.singulari 17. num.1.* apud Hispanos, & Gobat *tract.8. num. 452.* apud Germanos, & Maranta in *Medulla, v.Ordines,* dicens, Ordines minores posse conferri ab Episcopo quando vult. Caram. *fundamentali n.3663.* Diana *par.2.tract.16. res.28.* 2981 Mane, vel post prandiũ in vespere feriæ sextæ.

Con-

(15) Episcopi Græci Ordinationes suas celebrant quovis tempore; adeòque eos non restringi specialibus temporibus notat Christ. Lupus ad *cap.3. Tertulliani de præscriptionibus v. si Virgo.* Gonzalez *ad cap. De eo.3.de temporibus Ordinat.* cum Hallier *num.2.* Gaspar Juvenin *in Dogm-Hist. de Sacram dissert.8.cap.2. de Sacræ Ordinationis tempore.* Presbyteros tamen per Quadragesimam non ordinans, exceptis Sabbatis, & Dominicis diebus, atque Festo Annunciationis B.V. Hujus ratio est, quia cùm Presbyteratus inter Missarum solemnia sit conferendus, præter prædictos dies Sacrificium non celebrant Græci in Quadragesima, sed præsanctificatis utuntur.

(16) Prima Tonsura in quo loco debeat conferri, vide Adnotationem sequentem.

(17) In Synodo Diœces. sub Eminentiss. Francisco Card. Pignat. *par. 2. cap.8. num. 11.* hæc habentur: „ Quoties Episcopis licentiam impertiemur exercendi in hac Diœcesi Pontificalia, per eam nunquam concedi decernimus, ut contra Tridentini statutum Ordines, etiam prima Tonsura, in propriis domibus, & Oratoriis privatis, aut Ecclesiis Monialium conferantur: qui verò contra formam hujus Decreti ordinati fuerint, sint ipso facto ab exercitio susceptorum Ordinum suspensi.

*num.*71. Soarez *de censuris disp* 31 *sect.*1.*n.*40.

At potest in die Sabbati conferre Sacerdotium, in sequenti die Dominico Episcopatum; nam jure hoc non invenitur prohibitum; & Episcopatus die Dominico confertur. Palaus *tom.*4. *tract.*27. *puncto* 13. *num.*4. putans posse eodem die conferre Sacerdotium, & Episcopatum. Layman *tract.* 10. *cap.* 8. *num.* 5. Contra Suarez *de censuris.disp.*31.*sect.*1.*num.*41. Sed

An vi dispensationis ordinatus in Sabbato Quatuor Temporum, possit in Dominica sequenti recipere alium Ordinem?

2989 Dummodò non continuetur Ordinatio incepta in Sabbato cum jejunio.

CAsus frequens, & ideò:

Affirma posse ordinari, dummodò non continuetur eadem Ordinatio incępta in Sabbato, & jejunium; nam si continuetur eadem Ordinatio incępta in die sequenti, tunc nequit ordinari, quia censetur bis ordinatus eadem die. Et hic est sensus germanus *capituli literas* 13. *de temporibus Ordinationum*, ibi: *In quo quantum uterque deliquerit, evidenter intelligit, qui prudenter attendit. Si enim utrumque Ordinem eodem die conferre illi non licuit, pari non licuit ratione unum Ordinem una die, & alium altero (jejunio continuato) conferri, cum propter continuationem jejunii fictione canonica, sivè manè diei Dominicæ trahatur ad Sabbatum, sivè vespera Sabbati ad diem Dominicam referatur, profectò mane cum vespera, seù vespera cum mane, ad eundem diem pertinere dicetur.*

Ergo Ordinatos Sabbato jure communi, interrupto jejunio, & Ordinatione interrupta, potest die Dominico vi privilegii dispensationis ordinari; quia censetur altero, non eodem die ordinatus: & ità respondit Sacra Congregatio in una *Surrentina Ordinum* 28. *Julii* 1662. & 13. *Aprilis* 1673. & practicatum Neapoli in causa U. J. D. Domini Francisci de Martino coram nostro Reverendissimo, & Eminentissimo Innico Cardinali Caracciolo, & docet Gobat *Theologiæ experimentali tract.* 8. *casu* 12. *sect.*1.*num.*464. ubi ait ex privilegio Societatis dies non esse interpolandos.

An defectus commissi in receptione Ordinis etiam Sacri possint suppleri in quovis tempore?

2990 Defectus in receptione Ordinũ quovis tempore suppleri valent.

AFfirma: & sic die sequenti, vel alio die privatim ad cavendum scandalum suppleri valet defectus præcedentis Ordinationis, puta si non tetigit materiam, si vinum non fuit appositum; nam jura ceteroquin onerosa de tali supplemento non loquuntur, quando requirunt certas dies pro collatione Ordinum. Caramuel *Fundamentali num.*3663. Diana *par.*9. *tract.*8. *resol.*29. Gabr. à S. Vinc. *de Ordine disp.*2. *qu.*5. *num.* 6.

An collatio Ordinum inchoata in Sabbato, valeat immediatè in sequenti Dominica perfici, si non potuit compleri Sabbato ex aliquo casu, puta laxitudine Episcopi, terræmotu, incendio, vastatione, invasione hostium?

2991 Sequenti die Dominica potest perfici Ordinatio incepta die Sabbati, & non perfecta ob Episcopi laxitudinẽ, casũ fortuitũ incendii, invasionis hostium.

AFfirma: *c.quod à patribus.dist.*75. *c.literas. de temporibus Ordinationum*, ubi Glossa v. *una die.* Abbas *num.*2. nam Ordinandi incępta actione habent jus, ut perficiatur; & consequenter una censetur, & eadem ordinatio; ut Delegatus re non integra potest perficere actum, etiam elapso tempore delegationis. *c. gratum. c.licet undique. c.relatum.de officio Delegati.*

Idque etiam non continuato jejunio; nam hic non ordinat jure antiquo, quo continuabatur vespera diei præcedentis cum mane diei sequentis continuato jejunio, ut in *c.literas.*13. *de temporibus Ordinationum.* Sed perficit Ordinationem, quia actus inceptus perfici debet, quando potest, & sic si non potest perfici hodie, quando est inceptus elapso tempore ad celebrandum manè. Trident. *sess.*22. *de reform. decreto de evitandis in celebratione Missarum*, debet perfici manè sequenti. Sylvester. v.*Ordo.* 2. *qu.*6. Tabiena v.*Ordo.*2.*quæst.*3. Henriq. *lib.*10. *c.*12. *num.*12. Villalobos *par.*1. *Summæ tr.*41. *diffic.*13. *n.*3. Majolus *de irregularitate cap.*24. *num.*11. Diana *par.*1.*tract.*16. *resol.*30. Pasqualigus *centuria* 1. *qu.* 50. contra Aversam *de Ordine qu.*4.*sect.*9.*v.fit prima.*

Si Episcopus non absolvat totam Ordinationem in Sabbato, potest illam continuato jejunio complere in die Dominica. *c.literas.*13. *de temporibus Ordinationum*, quia ob continuationem jejunii censetur eadem dies. *d.c.literas*, & manè Dominicæ trahitur ad vesperam Sabbati.

Cur hoc statutum in dicto cap. literas?

ERat tunc mos, ut Missa celebraretur vespere Sabbati Quatuor Temporum, & erat eadem cum Missa Dominicæ; & sic protrahebatur Ordinatio cum ipsa Missa continuato jejunio, qua ratione Missa Sabbati est eadem de Missa Dominicæ; ut eruditè testatur Bona *Rerum Liturgicarum lib.*1.*c.*18. ibi: *Restat Dominica post Sabbatum Quatuor Temporum, quæ propria Missa caret, & vacare dicitur in priscis Sacramentorum libris, nam cum Sabbati hujus Missa, & ei annexa Sacrorum Ordinum collatio vespere celebraretur, sæpè contingebat, ut jejunio usque ad lucem perducto, Missa die Sabbati inchoata sequenti Dominica perficeretur: ipsaque Dominica proprio Officio careret.* 2992 Missa Sabbati Ordinationum erat eadem cũ Dominica.

Requiritur autem secundum alios, ut Episcopus ordinans, & Ordinandus continuent jejunium, quia continuatio illa jejunii reddit unam diem fictam. *d.cap.literas.*13. ubi Innocentius, & Butrius. Gobat *Theologia experimentali tract.*8 *num.*468. Sylvester v.*Ordo.* 2. *qu.*6. & sic Episcopus secundum istos Doctores non potest perficere Ordinationem inceptam, & non perfectam ob aliquem casum fortuitum, nisi continuato jejunio, sed hoc falsum, nam non ordinat jure antiquo vi *c.literas.*

Quale debeat esse jejunium?

NAturale volunt debere esse Abbas, Butrius, & Innocentius in *d. c.literas.*13. Layman *lib.*5.*tract.*9. *c.*8.*nu.*5. Henriqu. *lib.*10. *c.*10 *n.*2. Sed satis est jejunium Ecclesiasticum ait Sanch. *lib.*7.*consiliorum c.*1.*dub.*51.*num.*5. Sylvester v. *Ordo.* 2.*quæst.*6. Gobat *loco cit.casu* 9.*num.*355. Excobar *lib.*23.*num.*439. 2993 Jejunium sit naturale, vel Eccl siasticũ secundũ aliquos

An Episcopus alio impedimento detentus, puta infirmitate, qui serò detentus advenit, possit totam Ordinationem transferre in diem Dominicum, si illum nequeat inchoare in die Sabbati.

AFfirmat Sylvester v. *Ordo.*2.*q.*6. Palaus *to.*4. *de Ordine tr.*27.*pun.*13.*n.*3. Villalobos apud Dianam *p.*3.*tract.*2. *Miscellan.res.*3. Gobat *tr.*8. 2994 Ob causam tota Ordinatio transferri in diem Dominicam.

casu

Casu 12.*num*.470. Excobar *lib*.23. *num*.433. & 435. Sed hæret animus; nam Sacra Ordinatio debet fieri sub certa pœna certis diebus de jure communi, à quo jure nequit Episcopus se eximere.

An si jejunium Ordinans, & Ordinatus non continuet, possit in die Dominico ordinari?

2995 Si non continuet, jejunium nequit die Dominico ordinari.

NEga: sine dispensatione Summi Pontificis, qui solus potest derogare juri communi. Suarius *de censuris disp*. 31. *sect*. 1. *num*.24. Barbosa in *d.c.literas*. Gobat *tract*.8. *casu* 12.*sect*.1. *num*.469.

Excipias Ordinem Episcopatus, qui potest conferri die Dominico ordinato in Sabbato Ordine Sacerdotali. Abbas in *d. c. literas*, ubi Butrius *num*.19. dicens, ità tenere omnes.

Pœna recipientis plures Ordines Sacros eadem die.

2996 Recipiens plures Ordines Sacros eadē die est suspensus.

EST suspensio, vel latæ sententiæ, ut ex *cap. innotuit*.3. ibi: *Ordinati in susceptis Ordinibus de juris rigore ministrare non debeat. de eo, qui Ordinem furtivè suscepit.* Trid.*sess*.23. *c*.13. *de reform*. Navarrus *c*.25.*num*.71.

Vel est suspensio non latæ, sed ferendæ sententiæ; cùm nullo jure clarè constet suspensionem latam, ut docet Suarius *de censuris disp*. 31.*sect*.1.*nu*.41. Gabr. à S.Vinc. *de Ordine disp*.2. *qu*.5.*nu*.86. Villalobos *par*.1.*tract*.18. *diffic*.11. *num*.7. Diana *par*.5.*tract*.10.*resol*.36.

Et ad textum in *d.c.innotuit*.3.*de eo, qui Ordinem furtivè suscepit*, ibi sermonem esse de illo, cui inhibitum fuit sub excommunicatione, nè duos Ordines susciperet, qui etiam deponendus esset. *c. cum illorum. de sententia excomm.* quia Ordines excommunicatus recepit, ut ait Glossa in *d.cap.innotuit*, *v.non debent*.

An verò sit aliqua pœna adversus recipientes eadem die Ordinem minorem, & Subdiaconatum?

2997 Recipiens Ordinē minorem, & Subdiaconatum est suspendendus.

NEgat esse suspensionem, nisi ferendam. Suarius *de censuris disp*. 31. *num*.41. Villalobos *par*.1. *tract*.18. *diffic*.11. *num*.7. Contra Bonacinam *disp*.5.*de censuris puncto* 1. §.1.*nu*.4. quia nullo jure, nec in *c. cum H.2.de eo, qui Ordinem furtivè suscepit*, imponitur suspensio latæ sententiæ, sed ferendæ, ut indicant illa verba: *celebrare permittas*.

Pœna Ordinati, & Ordinantis extra tempora.

2998 Ordinans extra tempora est suspendendus.

ORdinans extra tempora est suspendendus. *c. sanè*. 2. & *c.cum quidam*.8. ibi: *Episcopum, qui die quo non debuit, Ordines celebravit: Canonica disciplina corrigere, & ordinatos à susceptis Ordinibus tandiù reddere debes expertes, donec apud nos restitutionis gratiam consequantur. c.literas*.13. ibi: *ut puniatur in quo deliquit, à collatione Ordinum, &c. volumus manere suspensos de temporibus Ordinationum*. Nota ly *volumus manere*, nam indicat sententiam à judice, ut ibi observat Butrius *num*.4. & *c. dist*.55. *c. Ordinationes dist*. 75. Concilium Romanum sub Zaccharia *can*.11.

2999 Ordinatus est suspensus ab Ordine recepto.

Ordinatus verò est suspensus ab Ordine recepto. *d.c.cum quidam*.8. ibi: *ordinatos à susceptis Ordinibus tandiù reddere debes expertes*; & *c.literas*. 13. ibi: *ab executione officii Sacerdotalis tandiù volumus manere suspensos, donec de illis aliter disponamus. c. consultationi*. 16. ibi: *qui extra tempora statuta Sacros Ordines receperunt, characterem non est dubium recepisse: quos pro transgressione hujusmodi (primo eis pœnitentia imposita competenti) sustinere poteris in susceptis Ordinibus ministrare. de temporibus Ordinationum*. Ut tamen fatear ex istis juribus clarè non colligitur suspensio latæ sententiæ, cùm verbis futuri temporis loquantur. *c.sanè*.2. ibi: *deponerentur, privarentur. de temporibus Ordination.*

Ità olim res dubia: At hodie certum est esse ipso jure suspensum, & exercens Ordinem fieri irregularem, ex Constitutione Pii II. incipit, 3000 Et exercens Ordinem fit irregularis.
Cum ex Sacrorum, ibi: *omnes, & singuli, qui absque dispensatione Canonica, aut legitima scientia, sivè extra tempora à jure statuta, sivè ante legitimam ætatem, vel absque literis Dimissoriis, ad aliquem ex Sacris Ordinibus se fecerint promoveri, à Sacrorum Ordinum executione ipso jure suspensi sunt; & si hujusmodi suspensione durante in eisdem Ordinibus ministrare præsumant, eo ipso irregularitatem incurrant*. Gonzalez in *c.de eo*. 3. *num*. 7. *de temporibus Ordinationum*. Salcedo in *praxi c*.42. Majolus *lib*.3. *de irregularitate c*.42. *num*.9. Navarrus *cons*.4.*num*.4.*de temporibus Ordinationum*.

Absolvi autem à tali suspensione, ut olim à Papa tantùm. *c.cum quodam.de temporibus Ordinationum*. Ità hodie ex Constitutione Gregorii IX. Episcopus dispensat, ut illi exerceant 3001 Episcopus valet dispensare ut exerceatur Ordo receptus, nō ut ascendatur ad alios.
receptos, non ut ascendant ad alios. *c.consultationi*. 16. ubi Butrius *num*. 4. *de temporibus Ordinationum*. Gobat *Theologia experiment*. *tr*. 8. *casu* 12.*sect*.1.*num*.464.

An dispensatus, ut ordinetur in tribus diebus festivis, licitè ordinetur, si dies festus sit ubi ordinatur, non ubi est Civis?

AFfirma: nam non aliud, quàm dies festus requiritur, nec dicitur, ut utrobique sit festivus; ergo sufficit ut ubi confertur, sit dies festiva. 3002 Satis est si dies festivus sit ubi ordinatur.

An Ordinatus in Sacris, tenetur sub lethali recipere Eucharistiam?

NEga: quia nulla lege id præcipitur, licèt sit valdè expediens. Quintanadueñas *tract*.6. *singulari* 17. *num*. 3. Gobat *tract*.8. *casu* 9. *num*.358. 3003 Sub lethali non obligatur in Sacris ordinatus recipere Eucharistiam.

An novus Sacerdos non communicans, peccet mortaliter?

DIstinguas: vel habet intentionem consecrandi cum Episcopo, vel non habet intentionem.

Si non habet intentionem, non peccat, quia nullo jure id præcipitur: nec tenetur consummare Sacrificium, quod non facit. Gobat *loco cit.num*.254. Contra Tamburinum *de Ordine c*.2. §.6. 3004 Novus Sacerdos peccat nō communicando: si voluerit cōsecrare.

Si verò concurrit ad consecrandum; tunc tenetur concurrere ad consumandum Sacrificium, & sic recipere Eucharistiam.

Posse autem non habere intentionem consecrandi docent plures, maximè qui dicunt à Neomistis verba illa proferri materialiter, vel recitativè. Gobat *loco cit.num*.359. dicens, non teneri ad consecrandum sub mortali.

Et si manè communicavit; tunc certum est non posse communicare quando ordinatur, & potest non omittere Ordinationem docet Riccardus,

cardus, & Angelus, & probabile ait Layman *lib.5.tract.2.c.7.num.6.*

Mea sententia est, ut serves Superioris voluntatem.

De Interstitiis.

§. V.

Quia posset, non eadem die, sed non servatis interstitiis recipere eodem anno in Quatuor Temporibus Ordines: ideò non solùm quis nequit eadem die recipere plures Ordines Sacros, sed nec eodem anno.

3005 Quid interstitia.

Interstitia ergo sunt tempora intermedianda inter unum, & alterum Ordinem à lege præfixa. *c. 1. 2. & 3. de temporibus Ordinationum.* Trident. *sess.23.c.13.de reformat.*

Quantum temporis intermediare debeat inter unum, & alterum Ordinem.

3006 Annus intercedere debet inter Ordines.

STatuit Trident. *sess.23. c.11. & c.13. & 14.* & est annus completus in Sacris; quæritur nunc:

An talis annus sit Ecclesiasticus?

3007 Annus sat est si fuerit Ecclesiasticus.

AFfirma: nam sumus in odiosis restringendis, ut minus lædatur libertas Ordinantis, & Ordinati: sicque satis est de Pascha ad Pascham, licèt fortè ob mobilitatem festi non fuerit elapsum tempus duodecim mensium. Unde Ordinatus in Sabbato ad sitientes, potest in sequenti Quadragesima ordinari, etiam in Sabbato ad sitientes. Tres declarationes Sacræ Congregationis apud Pignatellum *tom. 1. consultatione* 289. & declaravit Xistus V. teste Fornario *de Ordine c.3. num.4.* Marchinus *tract.1. par.1. cap.4. & par.7.c.2.* Villalobos *tract.11.diffic.12. num.12.* Nicolius in *Floribus v. Ordines nu.21.* Dicastillus *loco cit.num.334.* Marchetti in *praxi Vicarii Capitularis par.2.tit.15.num.33.*

Sed difficultas est:

An Ordinatus in Sabbato Sancto, vel Sitientes, possit anno sequenti ordinari in die Cinerum?

3008 Ordinatus in Sabbato Sancto potest anno sequenti ordinari in die Cinerum.

AFfirma: quia Ordinatio Sabbati Sancti, & Sitientes faciunt unum cum Ordinatione Quatuor Temporum, ut illius appendices. Sic exemplo temporis Paschalis præfixi pro implendo præcepto annuæ Communionis, communicans hoc anno ultima die, potest sequenti anno prima die communicare. Pasqualigus ad Lauretum Franchum *de controversiis inter Regulares par.1. num.* 265. Marchetti in *praxi Vicarii Capitularis tit.15. num.32.*

Interstitia quoad Ordines minores.

3009 Interstitia Ordinum minorum remittuntur arbitrio Episcopi.

INter Ordines minores interstitia non requiri ait Filliuccius apud Dianam *par.5.tract.10. resol.40.* & consuetudine interpetrante ità receptum. *l.si de interpetratione, & l.de quibus, D. de legibus;* & videtur colligi ex *c.de eo.3.de temporibus Ordinationum;* non refragante Trident. *sess.23.c.11.de reform.* ibi: *non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum Ordinum ad Sacros Ordines promoveantur: nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas, judicio Episcopi, aliud exposcat.* Nam ibi remittitur ad arbitrium Episcopi, & verba sunt dispositiva, non præceptiva.

Pœna non servantis Interstitia.

3010 Non servans interstitia arbitrariè punitur ab Episcopo.

ESt Episcopo arbitraria, nec adest suspensio ipso facto adversus Ordinantem, & Ordinatum, lata à Xisto V. in Extravaganti *contra malè promotos.* Nam revocata fuit à Clemente VIII. teste Suario *de censuris disp.31.sect.1.n.43.* Marchino *tract. 1. par.7. cap.2. num 12.* Diana *par.4.tract.2. resol.32.* Caram. *Fundam. n.*3663. Franch. *controversiarum inter Episcopos, & Regulares, tit.de Regularium Ordinatione quæst.32.* ubi Paschaligus *num.* 340. dans tredecim Doctores, excipiens casum, quo Episcopus conferret duos Ordines Sacros eadem die; nam tunc afferit suspensum Episcopum à collatione, ordinatum ab exercitio Ordinum. Contra Portellam *in dubiis Regularium v.suspensio n.14.*

Dispensatio in Interstitiis.

SIne causa nemo, cum causa dispensat. Primo, Summus Pontifex. Secundo, Episcopus. Trident. *sess.23. c.11. & 13.* ibi: *nisi aliud Episcopo videatur.* Tertiò, Vicarius Generalis Episcopi, & Capitularis, nam Episcopali jurisdictione utitur. Marchinus *de Ordine tract. 1. par.7.c.2.num.8.* Diana *par.4.tract.4. resol.209.* Machadus *tom.2.lib.4. par.4. tract.1. documento 7. num.4.* 3011 Cum causa in interstitiis dispēsat Papa, Episcopus, Vicarius Generalis, & Capitularis.

An Episcopus sciens defectum Interstitiorum, ordinans, vel concedens Dimissorias, censeatur dispensare in Interstitiis?

AFfirma: quia volens finem Ordinis, vult media, quæ potest ponere pro licita consecutione finis; & nisi dispensaret, illicitè Episcopus, & illicitè Ordines reciperet subditus. *c.3. de temporibus Ordinationum.* Concilium Romanum sub Zaccharia *can.* 11. cùm ergo vult licitè operari, dispensat. Sylvester *v. irregularitas in fine.* Glossa in *c.aliquando, v.qui concubinas dist.*51. Abbas in *c. veniens. de filiis Presbyterorum.* Felinus in *c.præterea. num.18. de testibus.* Majulus *lib.3. de irregularitate c.24. num. 14.* Menochius *2.de arbitrariis centur.5. casu* 564. Ludovicus *dec.* 119.*num.8.* 3012 Episcopus sciens defectum interstitiorum, & ordinans, videtur dispēsare.

Causa pro Episcopo ad dispensandum in Interstitiis.

PRima est utilitas, & necessitas ipsius Ecclesiæ. Trident. *sess.23.c.13.de reform.* Zabarella in *c.quamvis. de ætate, & qualitate.* 3013 Ob utilitatē, & necessitatem Ecclesiæ dispensandū

Inter Subdiaconatum, & Diaconatum levior causa sufficit arbitrio Episcopi. Trident. *loco cit.* ibi: *nisi aliud Episcopo videatur.* Sorbus in *compendio Mendicantium, v.Ordines Sacri.* Paschaligus ad Franch. *tit. de Regularium Ordinatione num.*259. 3014 Inter Subdiaconatum, & Diaconatum sufficit levior causa.

Ad dispensandum in interstitiis inter Diaconatum, & Presbyteratum utilitas Ecclesiæ est, ut cum majori devotione, decore exerceantur officia Ecclesiastica à, vel cum tali ordinato. Necessitas est, ut Ordinatus suppleat, si desint, vel supplere possit, si adsint, deficiente aliquo, infirmitate, absentia, carcere, officia Ecclesiastica. D. Antoninus *3.par. tit.14. c.18.* Capuccinus *de privilegiis Mendicantium, v. Ordines Sacri num. 3. v. & quia.* Franch. *de Regularium Ordinatione quæst.6. num.* 262. ubi Pasqualigus *num.* 263. 3015 Inter Diaconatum, & Presbyteratum necessitas, aut utilitas Ecclesiæ requiritur.

Hinc patet, Episcopum prudenti arbitrio ex quacunque causa posse dispensare in interstitiis inter Subdiaconatum, & Diaconatum; nam ejus arbitrio remittitur à Trident. *sess.23.c.13 de reform.* ibi: *nisi aliud Episcopo videatur.* Pasqualigus *loco cit.num.*259.

Primo, dispensare potest ex causa respiciente necessitatem, vel utilitatem ordinati, puta ut 3016 Aliæ causæ ad dispensandum.

ut meliùs deinde studere valeat, nec cogatur, ire, redire.

In hoc vide Decretū Innocentii XII. 24. Dec. 1691.

Secundo, est gravitas, & integritas morum ordinandi sufficiens causa dispensandi, ad hoc ut alii æmulentur charissimata meliora, extimulentur ad benè operandum, & ipse melius confirmetur in integrè operando.

Tertio, est magna ordinandi literatura, virtus, capacitas, ut eleemosynis Missæ studere valeat.

Quarto, est beneficium, si scilicet ordinandus sit beneficiatus, vel velit beneficium recipere, ad quod est præsentatus. Garzias *de beneficiis par.4.c.5.num.*14. Pignatellus *tom.*3. *consult.*13. *num.* 10. Marchinus *de Ordine tract.* 1. *par.*7.*c.*3. Leander *de Ordine tract.*6.*disp.*11. *qu.* 21. Dicastillus *dub.* 23. *num.* 251. ex Trident. *sess.*7. *cap.*10.*de reform. & sess.*23. *c.*11. *c.*13. *& c.*14.*de reform.*

An Episcopus ordinaus aliquem ratione beneficii, possit cum illo dispensare in Interstitiis absolutè, & possit dispensare in illegitimitate quoad Ordines minores?

1017 Episcopus potest dispēsare absolutè in interstitiis beneficiato, & in illegitimitate in Ordinibus minoribus.

Affirma: nam ratione beneficii est subditus, & cum subditis Episcopus dispensare valet. Tridcot. *sess.*23.*c.*12. *de reform.* Garzias *loco cit.* Pignatellus *loco cit. num.* 10. At id non currit in familiari; nam cum illo dispensare nequit in interstitiis, licèt ex privilegio illum ordinare valeat; cùm non valeat extensio in privilegio de uno ad alium casum, & sublato uno, remanet aliud impedimentum, ex *c. tua. de auctoritate, & usu palli*. Genuensis in *praxi c.* 83. Navarrus *cons.* 12. *&* 13. *de temporibus Ordinationum.* Rodriquez *tom.*2. *Summæ c.*14. *num.*10. Sanch.*de matrim.disp.*1.*n.*25.

An Generales possint dispensare in Interstitiis inter subditos Religiosos ordinandos?

1018 Generales Ordinum nō dispēsant in interstitiis inter suos subditos excepto Generali Societatis Jesu.

Nega: Barbosa *de potestate Episcopi alleg.*18. *num.* 10. Sorbus v.*Ordines Sacri.* Lezzana *Regular. c.*14. *num.* 19. nam Tridentinum abrogavit omnia privilegia.

Nec ceteræ Religiones possunt uti privilegio à Gregorio XIII. 11. Septembris 1582. concesso Societati Jesu, ubi dispensat Generalis; nam illud privilegium est cum clausula: *ut aliis Religionibus communicetur.*

Non deest tamen Aversa *de Ordine quæst.* 3. *sect.*9. *par.*10. *tract.*10. *resol.*10. ajentes, simile privilegium ab Urbano VIII. concessum Religioni Sanctissimæ Trinitatis Redemtionis Captivorum, ratione cujus vi communicationis privilegiorum, possunt ceteri Regulares uti dicto favore.

Ordinatus per saltum.

§. VI.

1019 Olim licitè per saltū ordinabatur.

Ordinatio per saltum est recipere sequentem omisso antecedenti Ordine.

Olim licitè promovebatur per saltum. Divus Thomas in *supplemento qu.*36. *art.*5. *in corpore.* Sotus in 4. *dist.*24. *qu.*1. *art.*4. *in fine.* Sylvester v.*Ordo.*2. *num.*1. Sic Sanctus Felix fuit per saltum ordinatus. Primo, Lector. Secundo, Exorcista. Tertio, Sacerdos, teste S. Paulino in *Natali* 4.*S.Felicis*, ibi:

Inde gradum cepit, cui munus voce fideli
Adjurare malos, & sacris pellere verbis:
Quòd quia perspicua meriti virtute regebat,
Jura Sacerdotii venerandæ insignia nactus.

Alia exempla refert Hallerius *de Sacrorum electione par.*2.

1020 Exemplis confirmatur.

Quod ad defectum Ministrorum refundit Scotus, & Argentina: sed malè, quia eidem poterant ordinatim conferri omnes septem Ordines.

1021 Tamen hodiè gradatim Ordines suscipi debet

Hodie gradatim quis debet successivè ordinari. Synodus VIII. *can.* 17. Synodus Sardicensis *can.*10. Concilium Bracharense *can.*38. ubi etiam præcipitur exerceri officium Ordinis per annum.

Id primus statuit Cajus Papa, teste Baronio *anno* 296.*num.*2. ex *c.*1.*dist.*48. Synodus Nicæna *can.* 2. Sanctus Cyprianus *Epist.* 52. Sanctus Hieronymus *Epist.* 1. *ad Heliodorum*. Idque optima ratione, ut scilicet à prima ætate discerent bonis moribus idoneos se reddere, & paulatim gradiri fastigio dignitatis Clericalis, nè repentino successu evolaret ad fasces. *l. ut gradatim.*11.*l.honor.*14.§.*gerendarum*, *D.de muneribus, & honoribus. l.*2. *C. quemadmodum Civilia munera.l.qua utilitor.* 47. *D. de negotiis gestis*. Et ità modò in Ecclesiastica Militia servandum, quod servabatur in milite Romano. *l.contra.*14.*C.de re militari lib.*12. Lyptius *lib.* 2. *Dialogo* 6. Tolosan. 47.*syntagm.c.*15.

Ordo omissus.

1022 Ordo omissus suppleri debet.

Suppleri debet. *c.tua.*1.*de Clerico per saltum promoto*, ubi Gonzalez *num.*2. *c.fin.dist.*51. *c.solicitudo. dist.*52.*c.si officia.dist.*59.*c.*1.*dist.*60. Tolosanus 4. *partitionum c.* 2. Barbosa *de potestate Episcopi par.*2. *allegat.*15.*&* 47.

An Ordo receptus per saltum sit validus?

1023 Ordo receptus per saltum semper validè, sed illicitè recipitur, excepto Episcopato non recepto Sacerdotio.

Distinguas. vel est Ordo Episcopalis omisso Sacerdotali, vel est alius Ordo.

Si est alius Ordo, validè, sed illicitè est receptus.*c.tua.*1.ubi Hostiensis *n.*2.Joannes Andreas *num.* 6. Gonzalez *num.* 2. *de Clerico per saltum promoto. c. solicitudo. dist.*52. D.Bonaventura in 4.*dist.*24.*art.*2. *qu.*3. §.*respondeo dicendum*, ubi D.Thomas *qq.*5. Scotus.Argentina,& alii.

Si verò sit Ordo Episcopalis; tunc invalidè reciperetur à non Sacerdote, licet alii Ordines essentialiter non prærequirantur, quia Sacramentum Ordinis Episcopalis est Sacerdotii summi Ordinis. *c. solicitudo. dist.* 52. Theologi omnes. Fagnanus in *c.tua. 1. num.*6. *in fine. de Clerico per saltum promoto*; & in *c.*1.*num.*81.*de ordinato ab Episcopo, qui renunciavit.*

Contra Brixiensem, & Gloss. in *c. solicitudo. dist.*52.Jo:Andream in *c.tua.in fin.de Clerico per saltum promoto.* Archidiaconum *c.Subdiaconus. dist.*77.ubi Præpositus *n.*4. Abbatem in *d.c.tua num.* 5. *de Clerico per saltum promoto*; motos, quia Ordo Episcopalis imprimit characterem distinctum à Sacerdotali & sic nō potest imprimi Sacerdotalis sine charactere Diaconatus, ità Episcopalis sine charactere Sacerdotali.

Pœna Ordinati per saltum.

1024 Ordinatus per saltum peccat lethaliter.

Peccat lethaliter, & olim degradabatur. Synodus Suessionensis *actione* 6. Leo Papa *Epist.*65. *ad Africanum.* Hallerius *de Sacrorum electione par.*2.*sect.*1.*art.*2.

1025 Et est suspēsus ab Ordine recepto, nequitque ad alium ascēdere.

Hodie est suspensus ab Ordine recepto per saltum, non potest promoveri ad alium.*c.tua.*1. *de Clerico per saltum promoto*, ubi Gonzalez *n.*6. Fagnanus *num.*23. Trident. *sess.*23. *de reformat. c.*14. ubi, *Episcopus ex legitima causa potest dispen-*

spensare, quæ dispensatio noo esset necessaria, si taliter ordinatus oon esset suspensus. *c. si officia. dist.* 59. Suarez *de censuris disp.* 31. *sect.* 1. *dub.* 2. Barbosa *lib.* 1. *Juris Ecclesiastici c.* 11. *num.* 139. Marchinus *de Ordine tract.* 1. *par.* 7. *c.* 3. *num.* 13. Neverrus *cap.* 25. *num.* 71. Acugna in *Decreto Gratiani par.* 1. *dist.* 52. *c.* 1. *nu.* 13. Contre Leandrum *de Ordine disp.* 20. *quæst.* 3. Dianam *par.* 5. *tract.* 10. *resol.* 27. Gabrielem à S. Vinc. *de Ordine disp.* 2. *qu.* 5. *num.* 71. ajentes, Ordinatum per saltum nou suspensum, sed suspendendum; & sic ministrantem in suscepto per seltum noo reddi irregularem; asserentem *num.* 70. licitè posse ministrare in recepeis oon per seltum.

3026 Non tamen est irregularis. Non tamen est irregularis ordinatus per saltum, quia nullo jure talis irregularitas constat; & noo posse recipere alium Ordioem sine dispeosationa, & pœne specialis Ordinis recepti per saltum. Gonzalez *loc. cit.* Suar. *loc. cit. n.* 49.

An Episcopus possit dispensare cum Ordinato per saltum?

3027 Episcopus dispensat ordinato per saltum, si non ministravit. Distinguas: vel ministravit, vel noo ministrevit in Ordine per saltum suscepto.

Si noo ministravit: affirma Episcopum posse dispensare, ut recipiat omissum, exerceat receptum, & ad alios ascendat, sivè delictum sit publicom, sivè occultum. Trident. *sess.* 23. *de refor. c.* 14. *c. tuæ.* 1. ubi Gonzalez *num.* 6. Fagnanos *num.* 6. *&* *num.* 21. *de Clerico per saltum promoto. c. solicitudo. dist.* 52. ubi Archidiaconus v. *concedas*. Majolus *de irregularitate c.* 12. *num.* 2. Avila *de censuris par.* 7. *disp.* 9. *sect.* 1. *dub.* 2. Gebr. à S. Vinc. *de Ordine disp.* 2. *qu.* 5. *num.* 71.

3028 Sivè scienter, aut ignoranter sit promotus. Idque sivè scienter, sivè ignoranter sit promotus per saltum, quie Tridentinom indistinctè illam facultatem coocedit Episcopis. *sess.* 23. *c.* 14. *in fine.* Alterius *tom.* 2. *de censuris disp.* 10. *c.* 15. Contra Fagnaoum io *c.* 1. *num.* 25. *de Clerico per saltum promoto*; ejentem, Episcopum posse dispeosare cum ignoranter, non cum scienter promoto per saltum, qoia jure entiquo cum oeutro poterat dispeosare. *c. solicitudo. dist.* 52. & Jus oovum Tridentini debet intelligi secundum jus antiquum. *l. in contractibus, §. præterea, C. de non numerata pecunia.* Sed decipitur, quia ignorans nullam contrahit pœoam. *c.* 2. *de Constitutionibus.*

3029 Secùs si ministravit, & velit ad aliũ Ordinem ascendere. Si verò ministravit lo Ordine per saltum promoto. Subdistinguas: vel vult dispensare, ut mioistret in Ordioe per saltum recepto, vel ot ascendet ad alium Superiorem.

Si ut mioistret io suscepto, vel omissum recipiet: affirma Episcopum posse dispeosare, quia id à Tridentioo noo prohibetur.

Si verò velit promoveri ed alium: nege posso dispeosere, quia id à Tridentino prohibetur *sess.* 23. *de reform. c.* 14. Acugna in *Decreto Gratiani par.* 1. *dist.* 52. *c.* 1. *num.* 13. Gabr. à S. Vinc. *de Ordine disp.* 2. *qu.* 5. *num.* 71. & sic recurrendum est ed Papam. Trideot. *loc. cit.* Sospensus enim exercens actum Ordinis evesit irregularis. *c. cum æterni. de re iudicata.* Fagnanus in *c.* 1. *num.* 18. *de Clerico per saltum promoto.*

3030 Si delictum sit occultum Episcopus insuper dispensat. Si verò delictum exercentis talem actum Ordiois sit occultum, tunc Episcopus dispensare atiam velet ex facultate geoarali ei concessa à Trident. *sess.* 24. *in c. liceat.* 6. *&* *sess.* 25. *c.* 14. *de reform.* Barbosa *de potestate Episcopi allegat.* 47. *num.* 3. *&* 5. Gonzalez in *c.* 1. *num.* 6. *in fine. de Clerico per saltum promoto*, ubi Fegnanus *n.* 18.

De furtivè Ordinato.

§. VII.

3031 Furtivè ordinatur, qui contra statuta Canonum promoveri curat. Furtiva Ordinatio est facta contra statuta Cenonum. *c. Presbyter. c. quando dist.* 42. *c.* 1. *c.* 2. *de eo, qui furtivè Ordines suscepit.*

Sic furtivè est ordinatus ingerens se sioe examine, vel non edmissus, vel sine literis Dimissorialibus, vel si unus pro alio ingrediatur examen. *c.* 1. *&* 2. *de eo, qui furtivè Ordines suscepit*, vel qui ooo vocatus se ingerit, & Ordines recipit. Concilium Illiberitanum. *can.* 30. *c. extra conscientiam. dist.* 64.

Pœna:

3032 Est suspēsus ab illo Ordine furtivè receptus. Est suspensio ab illo Ordioe furtivè recepto. *c.* 1. 2. *&* *fin. de eo, qui furtivè Ordines.* Goozelez io *c. innotuit.* 3. *de eo, qui furtivè Ordines.* Suarius *de censuris disp.* 42. *sect.* 5.

Si occultè; dispensat Episcopo. Si delictum sit occultum, dispenset Episcoscopus. Trideot. *sess.* 24. *c. liceat.* 6. Lezzana v. *irregularitas num.* 53.

De Titulo, & Patrimonio Ordinandi.

§. VIII.

3033 Jure communi requiritur titulus in Sacris, nõ in minoribus Ordinibus, nè Ordinatus cogatur mendicare. Ne impotens à statu Ecclesiastico divertatur, inops mendicando conspurcet Ordiois decus, statutum est, nè io Sacris constituetur, si cereat uode commodè vivat Petrimonio, Beneficio, Pensione, Capellania perpetua. Trideot. *sess.* 21. *de reform. c.* 2.

Qoi Titulus exigitur io Sacris, non in minoribus Ordinibus. Rota *par.* 1. *diversorum dec.* 371. *num.* 13. Riccius *par.* 3. *praxis resol.* 447. *num.* 5. Sacra Congregatio apud Pignatellium *tom.* 2. *consultat.* 319. (18)

3034 Qui titulus constare debet Episcopo. Episcopo constare debet de idoneitate Tituli, ut scilicet habeat certos reditus sufficientes. *c. tuis quæstionibus.* 23. *de præbend.* aliàs Episcopus ipse Ordioato tenebitur elimenta subministrare. *c. cum secundum.* 16. *c. non liceat* 2. *c. Episcopus.* 4. *de præbendis. c. si Episcopus. c. venerabilis.* 37. *de præbendis in* 6.

Qui finis Patrimonii.

3035 Finis Patrimonii constituendi. Est nè Clericus deturpet decus Ordinis mendicendo. *c. Diaconi. dist.* 93. Trident. *sess.* 21. *c.* 2. *de reform.* Mascardus *de probat. conclusione* 1140. *num.* 9. Riccius *par.* 3. *praxis res.* 449. *num.* 1. Grilenzooius *cons.* 14.

An Regulares viventes in communi debeant habere Patrimonium?

3036 Regulares viventes in cõmuni Patrimonio nõ egent. Nega: nam cùm nequeaot recedere professi à Religeone, nequit illis deesse onde commodissimè vivant, peupertate pro ipsis thesaurizante: maximè si boois moribus, & pietate soigeant, & soot nihil habentes, omnia possidentes, Religione suppeditante necessaria, unde ordineotur ad titulum paupertatis. Henriquez *lib.* 10. *c.* 17. §. 3. Barbosa *par.* 3. *de potestate Episcopi allegat.* 19. *num.* 4., Riccius *par.* 3. *praxis resol.* 448.

An nulliter professus scienter, debeat habera Patrimonium?

3037 Sciēter professus nulliter debet habere Patrimonium. Affirma: quia hic potest recedere à Religione; & sic potest ei deficere unde vivat ex bo-

(18) Juxta Constitutiones nostræ Ecclesiæ etiam [illegible] ... o prima Toosura Patrimonium requiritur.

bona Religionis. Riccius *par.3.praxis ref.448. num.* 4. decisum referens, scientem, & reclamantem contra suam nullam professionem non potuisse promoveri ad Ordines Sacros titulo paupertatis. Pasqualigus ad Franch. *tit. de Ordinatione Regularium qu.*34. Lezzana *tom.*4.*v.Ordines num.* 17. citans Portellam, & Diaos in. Tamburr. *lib.*7.*de Ordine c.*7.§.3.*num.*5. citans Bonac. Palaum.

3038 Secùs si bona fide nulliter sit professus.

Id non currit in bona fide nulliter professo, & ordinato: etiamsi deinde non ratificet nullam professionem, & exerceat actum Ordinis, nam hic ob bonam fidem non contraxit suspensionem contra promotos Regulares sine titulo, impositam à Pio V. Constitutione 74. incipit: *Romanus*, ubi illos ordinans est suspensus per annum à collatione talium Ordinum, & ordinatus est suspensus perpetuò; & sic exercens actum Ordinis, nec est irregularis. Diana *par.*3.*tr.*4.*ref.*182. Pasqualigus ad Franch. *tit. de ordinatione Regularium qu.*52.*num.*379.

An professi Societatis Jesu non solemniter valeant ordinari ad titulum paupertatis? & quid si deinde dimittantur?

3039 Professi Societatis Jesu nō solemniter licitè ordinātur absque Patrimonio, & si egrediantur, à Societate substentari debēt usquedum aliundè habeant ut vivant.

AFfirma licitè ordinari ex Bulla Gregorii XIII. & XIV. Riccius *loco cit.num.*7.

Et egredientibus à Societate consulendum est de substentatione, quousque aliunde habeant unde vivant, ex declaratione Sacræ Congregationis ad Tridentinum *sess.*21. *de reformat. c.* 2. Salzedus *in practica criminali c.*18. Philibertus *tract.*2.*de Ordine par.*6.*cap.*5.*num.*4.

3040 Auctoris hæsitatio.

Sed mihi hæsitat mens; nam Societas piissima non expellit, nisi nolentes corrigi, vel petentes obstinatè dimitti; & tunc, ut vir non tenetur dare, nec ex dote alimenta uxori divertenti ex culpa, nec Monasterium tenetur restituere dotem moniali, nec alimenta suppeditare transeunti ad aliud Monasterium. Sacra Congregatio pluries apud Pignatellum *tom.*1.*consul.*493. *num.*8. quæ autem aliàs diximus, vide 8. *Selectarum.*

An viventes in communi, itant valeant liberè dimitti, recedere, possint ordinari sine Patrimonio, vel Beneficio?

3041 Viventes in communi, itaut liberè valeant dimitti, recedere, nequeunt sine Patrimonio ordinari.

NEga: & sic Ordinati essent perpetuò suspensi, & Ordinans est suspensus per annum à collatione illius Ordinis. Bulla Pii V. 74. incipit: *Romanus.* Naldus v. *Ordo num.*28. Riccius *par.*3. *praxis resol.* 448. Pasqualigus ad Franch. *tit. de Ordinatione Regularium quæst.* 34. dans quindecim Doctores.

Clerici seculares si repentina clade exhaustum amittant Patrimonium, an Episcopus potens teneatur eis subministrare unde vivant?

3042 Episcopus subministrare debet Clericis unde vivant, si repentina Clade amittant Patrimoniū.

AFfirma: quia ex bonis Ecclesiasticis succurrendum pauperibus, maximè Clericis. *c. cerum.*22. *qu.*2.*c.illi autem.*12.*q.*2.*c.Clericos.*1. *quæst.*2. nam ad istum finem bona à laicis sunt Ecclesiæ donata. Actuum 5. 2. ad Timotheum 5. Tolosanus *lib.*16.*syntagmatum c.*11.*n.*1.

Securitas Patrimonii.

3043 Securitas sit tanta ut vivat Clericus.

DEbet esse tanta, ut moraliter nequeat inde deficere Clerico unde vivat. Trid. *sess.*21 *de reform.c.*2.

Quantitas Patrimonii.

EST arbitrio prudenti ab Episcopo taxanda, ut scilicet inde habeat tantùm, nè mendicare cogatur, inspecta loci, & personæ qualitate. Trident. *sess.*21. *de reform.c.*2. Barbosa *de potestate Episcopi alleg.*19. *num.* 18. Garzias *par.* 2. *de beneficiis c.*5.*num.*18. 3044 Quantitas Patrimonii ab Episcopo taxanda.

Si verò aliquid deficiat à quantitate taxata ab Ordinario, puta unum, vel alterum obulum; tunc non læditur finis, nec enim ex hoc mendicare cogitur; unde non censetur ordinatus sine Patrimonio. 3045 Deficiente quantitate non læditur finis.

An filius patris divitis debeat ordinari cum Patrimonio?

AFfirma: quia multi divites, filios in multa egestate relinquunt, & plura contingere valent, nè bona patris deveniant, conserventur; & multi dilapidant bona, unde non esset securitas Patrimonii filii, non assignati. Tiraquellus *ad leges connubiales. glossa* 2. *num.* 23. Riccius *par.*3.*praxis resol.*149.*num.*4. 3046 Filius patris divitis debet ordinari cū Patrimonio.

An securitas alimentorum cum fideiussione, sufficiat pro Patrimonio?

AFfirmat Grilenzonius *cons.* 14. Flaminius *lib.*2.*qu.*6. *num.*11. Barbosa ad Trident. *sess.*21.*c.*2.*num.*11. Riccius *par.*3.*praxis ref.*452. Leander *tom.*2. *disp.*9. *qu.*3. Diana *par.*3.*tr.*20. *resol.*48. Novarius dicens ità consuluisse *tom.*1. *Forensium qu.* 144. *num.*11. quia tunc servatur mens Tridentini, nec dicitur violator legis, finem legis non violans. Archidiaconus in *c.ultinam. dist.*76. & finis Tridentini habetur, cùm tunc Clericus non mendicabit, qui finis semper attendendus est. *l.nominis tui, D.de verbor. signif. l.scire leges. l. nam (ut ait Pedius)* 13. *D. de legibus. l. non aliter, D. de legatis.* 3. Surdus *decis.* 35. *num.*14. & lex generalis restringitur à fine, qui hic est, nè Clericus mendicet in opprobrium Ordinis. Trident. *sess.*21.*c.*2. Accedit alimenta hìc gerere vices Patrimonii, maximè quia pro patrimonio sufficit victus Clerici sua vita durante. De Magistris *lib.* 1. *Sylva* v. 12. *num.*24. 3047 Securitas alimentorū cum fidejussione sufficit pro Patrimonio.

At oppositum docet Navarrus *de temporibus Ordinationum cons.* 34. Ugolinus *de potest. Episcopi c.* 26. §. 14. *num.* 2. & alii ob Tridentini Decretum.

An acquirens aliunde unde vivat, valeat licitè alienare Patrimonium sine licentia Episcopi?

NEga: quia alia bona quamvis sufficientia ad victum sunt alienabilia; & sic deest securitas, nè Clericus mendicare cogatur, quæ securitas exigitur à Tridentino *sess.*21.*c.*2. & sic Episcopus tunc debet substituere alia bona quæsita loco Patrimonii alienati. Barbosa *de potestate Episcopi alleg.* 19. *num.*9. Bursatus *lib.*2. *cons.*178.*num.*5. Vasq. *disp.*246. *num.*60. Ugolinus *loco cit. c.*26. §.13. Marchinus *de Ordine c.*7.*num.*12. De Magistris *lib.*1.*Sylva c.*11.*n.*36. dicens tutiùs. Quintanaduenas *lib.*3.*par.*2.*n.*72. Contra Castrum Palaum *to.*4.*tract.*27.*puncto* 7. *num.*16. Azorium *par.*2. *lib.* 3. *c.*4. *qu.*3. Molphesium *tract.*2. *c.*18. *num.*31. Garziam *de beneficiis cap.*5.*num.*86. Cævallos *qu.*527.*num.*8. & *qu.*561.*num.*22. Parisium *lib.*2.*de resignatione qu.*6.*num.*16. Antonium à Spir.S.*consult.*62. *num.* 7. novissimè concludentem, licentiam 3048 Acquirens alia bona unde vivat, nequit alienare Patrimoniū.

Epi-

Episcopi ad alienandum tantùm requiri, quando Ordinatus non habebit post alienationem unde vivat; Tunc enim si alienatio sit necessaria, puta pro liberando patre ab hostibus, à morte, ab ignominia, pro dotanda sorore periclitante, consentire valet; quia filius etiam cum jactura propriæ libertatis patri consulere tenetur. *l. 1. & 2. C. de patribus, qui filios suos distraxerunt*; nec esset dedecus Ordinati, sed pietas filium subvenientem patri evasisse mendicum? (19)

Idque probant primo ex Trident. *sess. 21. c. 2.* ubi Patrimonialia non possunt alienari sine licentia Episcopi, donec adipiscatur Ordinatus beneficium, vel aliunde habeat unde vivat; ergo non requiritur licentia Episcopi, quando habet aliunde unde vivat; nam iy *donec* restringit præterita, & est exceptio ex regula. Baldus *cons.* 186. *num.* 5. Surdus *cons.* 138. *num.* 15.

Secundo moventur, quia dispositio Trident. est correctoria juris antiqui permittentis liberè Patrimonium alienari. Glossa in *c. tuis. de præbendis*. Felinus in *c. Sancta Mariæ num.* 610. ubi Decius *num.* 8. *de Constitutionibus*. & sic non extendenda ad casum non expressum.

Inquies: ergo Episcopus dabit licentiam alienandi tantùm, quando Ordinandus caret unde vivat.

Concedit consequentiam Garzias *par. 2. c. 5. num.* 188. si id sit expediens sine dedecore, ut si esset Patrimonium alienandum in necessitate, ut pro alimentis patris, dote sororis, &c.

Illa autem bona sufficientia pro victu, alienato jam Patrimonio, remanebunt obligata loco Patrimonii; ità docet Cævallos *communium quæst.* 527. *& qu.* 561. *num.* 33. Garzias *loco cit. num.* 186. Gratian. *Forensium c.* 159. *num.* 14. Bossius *tom. 2. tract. 3. de Ordinibus*, §. 4. *num.* 69. Parisius, Azorius, Molphetius, Castrus Palaus, & Antonius à Spir. S. *locis cit.*

Ut istis motivis satisfiat. Sit

An adepto deinde beneficio sufficienti, possit renunciari Patrimonium, ad cujus titulum fuit ordinatus?

3049 Etiam acquisito beneficio nequit renunciari Patrimoniũ, ad cujus titulum fuis ordinatus.

NEga: sine licentia Episcopi, quia si tale beneficium non sit ad titulum Ordinationis, liberè posset renunciari, resignari; & non potest resignari, quando est ad titulum Ordinationis, nec potest amitti, etiam ex delicto. Sacra Congregatio apud Pignatellium *tomo 1. consult.* 304. De Magistris *lib. 1. Sylvæ cap. 11. num. 36. in fine.*

An dans in dotem habita ante ad titulum Patrimonii, licitè possit ordinari?

3050 Dans in dotem quę fuerunt data ad titolum Patrimonii licitè ordinatur.

AFfirma: nam non remanet res illa obligata pro dote, cum alienari nequeat. Trident. *sess. 21. c. 2.* Navarrus *cons. 18. de temporibus Ordinationum, editione* 2. Rodriq. *tom. 2. Summæ c.* 15. Sanch. *lib. 7. c. 1. dub.* 42. Bossius *tom. 2. de Ordinibus*, §. 14. *num.* 79. Anton. à Spir. S. *consultat.* 72. *num.* 2.

An Patrimonium possit esse in bonis se moventibus, & mobilibus?

3051 Patrimoniũ nequit constitui in bonis se movẽtibus, & mobilibus.

NEga: sed debet esse in stabilibus frugiferis; nam secùs deesset securitas, nè mendicare Clericus in futurum cogeretur: Mobilia enim, & se moventia de facili deficere possunt. Navarrus *de temporibus Ordinationum cons.* 34. Sacra Congregatio apud Riccium *par. 3. praxis resol.* 453. Zerola in *praxi par. 2. v. Dimissoria*, §. 8. De Magistris *lib. 1. Sylvæ c. 11. num.* 34. Immò putaverim non sufficere rem esse stabilem destinatione, ut est stabilis pecunia destinata proximè pro emptione stabilium, nisi sit frugifera, & inalienabilis, inapplicabilis sine licentia Ordinarii; nam si ità sit inalienabilis, & sit frugifera, tunc revera habetur finis Tridentini, & est veluti census, qui non possit redimi, nisi pecunia applicetur pro emptione stabilium, ut patet in illis emptionibus, quæ fiunt cum Banchis.

3052 Pro Patrimonio sufficit census redimibilis.

Qua ratione pro Patrimonio sufficit etiam census redimibilis, applicabilis in emptione alterius annui redditus, si redimatur. Cencius *de censibus par. 1. c. 3. qu. 1. art. 2.* Contrà Bonacinam *disp. 8. de Sacramentis quæst. un. puncto 5. num.* 32.

An satis sit ad Patrimonium securitas alimentorum ab Episcopo promissa?

3053 Non sufficit securitas alimenturum ab Episcopo promissa.

NEga: nam non esset tutus se non mendicaturum mortuo Episcopo, & si vult post mortem aliquid relinquere, cur non dat ex nunc in titulum Patrimonii? Sacra Congregatio apud Riccium *par. 3. praxis res.* 451. *num.* 3. Sacra Congregatio in una *Segnntina* 26. *Octobris* 1589. *ad tertium.*

An possit jam Ordinatus in Sacris retrocedere, renunciare Patrimonium ad favorem alterius?

3054 Ordinatus in Sacris nequit retrocedere, alienare Patrimonium.

NEga: quia renunciatio est nulla. Trident. *c. 21. sess. 2. de reformat.* & consequenter etiam post renunciationem, Patrimonium est suum, nec contrahit aliquam censuram; cùm enim talis renunciatio careat effectu, non caret renuncians Patrimonio. *c. non præstat. de regulis juris in 6.* De Magistris *lib. 1. Sylvæ tit. 1. c. 11. num.* 17.

An ante Ordinationem promittens etiam cum juramento se restituturum, redonaturum Patrimonium post Ordinationem, teneatur tali pacto, & contrahat pœnas Ordinati sine Patrimonio?

3055 Promittens ante Ordinationem cum juramento se restituturum Patrimoniũ, non tenetur tali pacto, & nullas pœnas incurrit.

NEga: Campanilis *Diversorio juris Canonici tit. de Ordinato absque titulo. c. penultimo* Diana *p. 3. tract. 4. resol.* 184. Villalobos *tom. 1. Summæ tract. 11. difficult. 15. num.* 10. Ledesma *tom. 1. Summæ. de Sacramento Ordinis cap. 7. conclus. 6. difficult.* 3. Rodriq. *tom. 2. c. 15.* & ex parte De Magistris *lib. 1. Sylvæ tit. 1. c. 11. n.* 18. Contra Aviiam *par. 3. de censuris disp. 5. dub. 5. conclus.* 3. De la Cruz *par. 2. Directoril. de Sacramento Ordinis dub. 6. conclus.* 2. Navarrum *c. 27. num.* 158. dicentem esse suspensum, licèt deinde contrarium dixerit *cons. 42. num. 3. de temporibus Ordinationum in antiquis*; & contra Antonium à Spir. S. *consultat. 62. num.* 15. ajentem licitè posse, & teneri deinde renunciare, cum Bossio, Zipæo, & Garzia; motum quia rei suæ

(19) Constitutionibus Synodalibus Neapolitanis statutum est, sine licentia Ordinarii non esse alienandum Patrimonium, nec in totum, nec in partem, nec in ejus locum aliud subrogandum sub pœnis à jure, & Constitutionibus Synodalibus statutis. Synod. Diœces. Cardin. Cantel., & Card. Franc. Pignatelli *par. 2. cap. 8. num.* 10.

foræ moderator. Sed elumbe motivum non subsistens, lege prohibente alienari.

Probatur, quia illud pactum restituendi, non tollit esse verum Patrimonium sub actuali dominio ordinati, nec est conditio suspensiva, sed ad summum esset modus, & conditio resolotiva, quæ supponit contractum validum. *l. 1. D. de pacto adjectionis in diem. l. 1. D. de lege commissoria*; unde non rectè dicitur Patrimonium fictum.

Quod antem adsit illud pactum resolutivum contra leges, & sic turpe reddens nullum contractum inter vivos. *l. generaliter, D. de verb. oblig.* nihil officit in re nostra; quia nè contrahens ex sua fraude lucrum reportet in præjudicium decoris Ecclesiastici, reperens Patrimoniũ non auditur. Tum quia in pari causa turpis pacti melior est conditiu possidentis. *l. 3. 4. & 5. D. de conditione ob turpem causam*; unde manotenetur pactum rejecta turpitudine favore possessoris, & favore status Ecclesiastici, nè Clericos mendicare cogatur: cui non poterat, nec cum juramento præjudicare. argomento *cap. si diligenti. de foro competenti.* (20)

An autem peccaverit ità paciscent?

3056 Peccat tamen ita paciscens.

ET peccare mortaliter asserit Diana *loc. cit.* Ego distinguo: vel ex parte utrinsque bona fide fit pactum; & tunc ex defecto advertentiæ deest peccatum; vel oterque scit, quod agit; & tunc donans si advertit se peccare, peccat, si non advertit se peccare, noo peccat. Idemque de Clerico donatario.

Materia verò ipsa est contra Tridentinum, requirens perpetuum Patrimonium, & sic illicita juxta tradita in materia de *Legibus*.

An ante Patrimonii constitutionem habens bona gravata ære alieno, dicatur fictè Patrimonium ità gravatum constituere?

3057 Habens bona gravata ære alieno non dicitur habere fictũ Patrimoniũ

NEga: nam constituto deinde Patrimonio licitè, Clericus non cooveoitur, nisi deducto nè egeat. *c. Odoardus. de solutionibus*; & sibi tribuant creditores, qui non comparuere in constitutione Patrimonii ad illud impediendum; Nec rectè discorrit Snarius *tom. 5. disp. ult. sect. 3. num. 25.* Navarrus *cons. 18. de temporibus Ordinationum*, dicens, istum habere diminutum Patrimonium, quod dicitur snum deducto ære alieno. *l. cogi, D. ad Trebellianum. l. subsignatum, §. bona, D. de verb. signific.* nam illud currit secundum dispositionem juris generalis, non verò in personis specialiter privilegiatis convenieodis dedocto nè egeant. (21)

An ordinatus in Sacris cum Patrimonio ex tali pacto renunciandi, sit suspensus?

3058 Habens Patrimonium cũ pacto illud renunciandi, non est suspensus

NEga; pater ex dictis, quia revera habet Patrimonium. Nec contrahitur suspensio lata in *c. per tuas. c. penultimo. de simonia*; nam ibi est suspensus paciscens cum Ordinante de non petendis alimentis; quod diversum est à pacto de restituendo Patrimonio. Bonac. *de Sacramentis disp. 34. qu. un. puncto 4. num. 27.* Barbosa *de potestate Episcopi. alleg. 20. num. 29.*

De facto post Ordinationem in Sacris renuncians, an possit promoveri ad alios Ordines.

AFfirma, nam adhuc retioet Patrimonium, cùm illa renunciario nulla, nullum producat effectum. *c. non præstat. de regul. juris in 6.* Et sic non est suspensus. Sà v. *Ordo n. 26.* Ortiz lo *Summa c. 26.* Diana *par. 4. tract. 4. resol. 52. §. notandum.* Henriq. *lib. 13. c. 37. num. 2.* Villalobos *tom. 1. tract. 18. diffic. 10. num. 10.* Sanch. *tom. 2. Opusculorum lib. 7. c. 1. dub. 38. & 40.* 3059 De facto in Sacris renũcians, promoveri valet ad alios Ordines, cùm sit nulla renunciatio.

Requisita ad Patrimonium.

PRimo requiritur, ut sit perpetuum, scilicet duranta vita Ordinati. Trident. *sess. 21. c. 2. de reform.* Sacra Congregatio apud De Magistris *lib. 1. Sylva tit. 1. c. 11. num. 3.* 3060 Requiritur ut Patrimoniũ sit perpetuum.

Secundo, ut existar in re stabili in specie, non in genere constitutum, ut clarius possit sibi consulere Ordinatus. 3061 Ut sit in re stabili.

Tertio, debet sufficere ad substentationem arbitrio Episcopi juxrà mores regionis, non considerato statu Ordinati pauperis, nobilis, divitis. Sacra Congregatio in antiquis *lib. 7. literarum pag. 42.* Garzias *de beneficiis par. 2. c. 5. num. 116.* & Episcopus ordinans cum insufficienti tenetur sopplere ex sua mensa defectum substentationis. Sacra Congregatio in una *Theatina 23. Martii 1606.* 3062 Et sufficiens ad substentationem.

Non dicitur tamen cum insufficienti Patrimonio, si parum deest, ex regola: parum pro nihilo reputatur. *c. si proponente. de rescriptis. l. si oleum, §. fin. D. de dolo. l. in rebus, §. possunt, D. commodati*; nam ex levi defectu in bonis mendicare non cogitur; & sic servatur mens Tridentini *sess. 21. c. 2.* Sanch. *tom. 2. Opusculorum lib. 7. c. 1. dist. 35. num. 8.* Diana *par. 4. tract. 4. Miscellan. resol. 62.* dicens, esse levem materiam defectus duorum ducatorum.

Sed si quis fuit promotus ad Sacrum Ordinem Patrimonio insufficienti notabiliter, ut si deficerent quinque ad iotroitus, qui deberent esse vigintiquinque, nt ait Sanch. *loco cit.* tunc non posset ad alios Sacros Ordines promoveri, nisi augeatur congrua substentatio, ut Ordinatus insufficienti, sine, vel ficto Patrimonio, non promovetur, nisi justificato Patrimonio. Sacra Congregatio in una *Seguntina 28. Octobris 1589. ad quintum.* 3061 Ordinatus cum Patrimonio insufficiẽti notabiliter, nequit ad alios Sacros Ordines promoveri.

An

(20) „ Patrimonium ita debet esse liberum ab „ ære alieno, hypotheca, & omni onere, ut à ne„ mine jure evinci, & vindicari possit. Synod. Nea„ pol. sub Eminentiss. Card. Franc. Pign. *de Sacra„ mento Ordinis num. 9.*

„ Quicunque falsum, fictum, fiduciarium, aut „ quovis modo fraudolentum Patrimonium præ„ sentaverit, etiam pro prima Tonsura suscipien„ da, ipso facto excommunicationem reservatam „ nostro Archiepiscopo incurrit, & nunquam ad „ ulteriores Ordines admittendus est, nisi reali Pa„ trimonio constituto. Et qui ita suscepit Ordines, „ si quando ab excommunicatione fuerit absolu„ tus, remanet suspensus ab exercitio susceptorum „ Ordinum, quæ suspensio eidem Archiepiscopo „ reservata est. Synod. cit. *d. num. 9.*

„ Constituentes falsum, fictum, fiduciarium, aut „ quovis modo fraudulentum Patrimonium, coo„ perantes, consulentes, aut quomodolibet concur„ rentes eadem latæ sententiæ excommunicatione „ tenentur. Synod. cit. *d. num. 9.*

„ Qui beneficium, seù pensiones, ad quarum ti„ tulum est ordinatus, resignat, vel respectivè alie„ nat, extinguit, aut remittat, non subrogato de „ licentia Ordinarii beneficio, vel Patrimonio, præ„ ter quam quod talis actus est nullus, est ipso facto „ suspensus ab Ordinum exercitio. Synod. cit. *d. „ num. 9.*

(21) Hoc Patrimonium videtur constitutum in fraudem creditorum, & fraus neminem debet patrocinari. Vide præcedentes Adnotationes.

An industriosus possit ordinari habens pro Patrimonio acquirenda per industriam.

3064 Industriosus nequit ad hûc titulum ordinari.

NEga: Sacra Coogregatio *loco cit. ad quartum.* De Magistris *lib.4.Sylva.tit.1.c.11. num.23.*

An Doctoratus valeat sine alio Patrimonio ordinari in Sacris?

3065 Sunt qui affirmant Doctoratû sufficere pro Patrimonio.

AFfirmat Ludovicus à S. Joanne *de Ordine qu.2.art.11.dub.5.* Rodriquez *par.2. Summa cap.15.num.15.* Barbosa ad Trident. *sess.21. c.2.num.24.* Henriq. *lib.14.c.5.num.3.* Gonzalez ad *Regulam* 8. *Cancellariæ gloss.4.num.36.* Avila *de censuris par.3.disp.5. dub.16.* Salzedus in *praxi Episcoporum par.2.c.5.num.6.* Vega *par.1. Summa c.57.casu* 1. Corduba in *Summa qu.36.* Garzias *par.2. de beneficiis c.5. num.138.* referens declarationem Sacræ Congregationis. Moscosus in *Summa tract.8.c.2.num.10.*

Moventur, quia docto, & pio nequit deesse unde congruè vivat; sicque habetur finis Tridentini; & se consulturum hanc sententiam fatetur Diana *loco cit. resol.52. §. nota in illis locis, & Collegiis, ubi doctus experimentis obtinet supra quam indigeat.*

3066 Quodque negatur.

Negat Sacra Congregatio apud Sà v. *Ordo num.27.* Sanch. 2. *Opusculorum lib.7.c.1.dub.35. num.10.* Corduba in *Summa qu.36.* Marchetti *de Vicario Capitulari par.2.tit.15.num.57.* quia Tridentinum exigit Patrimonium, quo vel infirmus habeat unde vivat; & patet ex dictis, quia ex industria acquirendis, ut essent acquirenda ex doctrina, possunt deficere dementatione, stoliditate, & aliis casibus, unde non sunt idonea pro Patrimonio constituenda. Sacra Congregatio in una *Seguntina 26. Octobris* 1589. *ad quartum*, adeòque deest securitas alimentorum: Nec fidendum virtuti, quæ invidiis patens, persecutionibus semper opprimitur, ut experimentis experti loquimur, magis enim prodest quandoque vitium in mundo vitioso.

An habens exercitium in aliqua Universitate docendi, constituto salario, ius, grammaticam, possit ad illius titulum in Sacris ordinari?

3067 Habens salarium in aliqua Universitate disputatur an possit eo titulo ordinari.

AFfirmat Gratianus *tom. 1. c. 57. num.* 179. citatus à De Marinis: sed ibi id non dicit, fortè ex errore amanuensis; motus, quia huic deesse nequit unde commodè vivat.

Negat De Marinis *lib.2. cap.154. num.6.* ex declaratione Sacræ Congregationis, quia potest accidere, ut nequeat exercere officium; & sic mendicare cogeretur.

Tu distinguas: vel salarium constitutum est

3068 Si illud sit perpetuum affirma.

perpetuum, vel non. Si perpetuum, habetur finis Tridentini, nam non mendicabit; & sic recipio Gratianum.

Si verò salarium non sit perpetuum, de quo casu loquitur declaratio Sacræ Congregationis, consentio De Marinis. Non enim debet committi aleæ incertæ decus Ecclesiastici status, & ex industria quærendis nutat certitudo Patrimonii, ut meritò ad tam incertum lucrum ordinari nequeat. Sacra Congregatio in una *Seguntina 26. Octobris 1589. ad quartum.*

Beneficium congruæ substentationis.

3069 Beneficium cõgruæ substentationis sufficit pro titulo.

SUfficit pro titulo ad suscipiendos Sacros Ordines. Trident. *sess.21. c. 2.* De Marinis *lib. 2. c.153. num. 4.* Campanilis in *Diversorio rubrica 9.c.8.num.11.* & etiam Pensio perpetua Sacra Congregatio apud Garziam *par.2. de beneficiis c.5.num.36.*

An possit ordinari ad titulum Beneficii non percipiens illius fructus, nisi suscepto Ordine Sacerdotii?

3070 Licet ordinari ad titulũ beneficii, cujus fructus nõ percipiet nisi post Sacerdotium acceptum.

AFfirma: si interim non mendicabit cum dedecore Ordinis. Sacra Congregatio apud de Magistris *lib.1.Sylva tit.1.c.11.nu.34.* Nunc alia difficultas:

An satis sit pro titulo massa communis quotidianæ distributionis Ecclesiæ receptitia?

3071 Massa communis quotidianæ distributionis Ecclesiæ receptitiæ non sufficit.

NEga: Sacra Congregatio in una *Vicentina 26.Septembris* 1623. nisi massa communis adeò certa in unum colligatur, ut ad instar beneficii sit capax pensionis, & sic certa, ac perpetua. Sacra Congregatio in una *Policastrensi* 22. *Martii* 1619.

An beneficium tenue cum Patrimonio tenui sufficiens ad congruam substentationem, sufficiat pro titulo ad suscipiendos Ordines?

3072 Beneficium tenue cum adjuncto Patrimonio sufficit.

AFfirma: nam tunc mendicare non cogitur; sic servatur mens Trident. *sess.21.c.2. de reform.* Sacra Congregatio in una *Seguntina 26. Octobris 1589. ad 1.* Maranta *tom.2. responso 29. in fine.* Riccius *par.3. praxis resol. 451. num.3.* dicens, defectum Patrimonii non posse suppleri arte, industria ordinati. Barbosa *Collectanea Apostolicarum decisionum 115.num.5.* De Marinis *lib.2.c.153.* Gonzalez in *c.quod.11. num.7. de temporibus Ordinationum.*

An Beneficium insufficiens coadjuvari valeat eleemosynis Missarum, Confraternitatibus?

3073 Beneficium tenue nequit coadjuvari eleemosynis Missarum, Confraternitatibus.

NEga: deest enim certitudo à Tridentino exigita *sess. 21. c. 2.* Sacra Congregatio in una *Seguntina 28. Octobris 1589. ad 2.*

Sed si sit Capellania perpetua, Fratantia; tunc quia redditus sunt moraliter certi, & perpetui, valet ad illius titulum ordinari, & suppleri, quod deest beneficio. De Marinis *loco cit.* Gonzalez *loco cit.*

An Beneficium tenuis reditus sufficiat, ut possit ordinari in Sacris?

3074 Beneficio tenui nequit ordinari in Sacris.

NEga: quia non servatur mens Trident. *sess. 21. c. 2.* requirentis congruam substentationem, & beneficium tenue pro nihilo reputatur quoad substentationem. *l. quamvis, D. de conditionibus, & demonstrationibus.* Glossa in *l. si pupillus, §. si verò, v. ex contrario, D. ad legem Falcidiam. c. coram dilecto.34. de officio delegati.* Tiraquellus *tract. de iudiciis in rebus exiguis num.8.*

An Ordinatus in Sacris sine, vel cum Patrimonio ficto sit suspensus?

3075 Jure communi ordinatus in Sacris cũ Patrimonio ficto non est suspensus.

NEga jure communi. Sà v. *suspensio num.10.* Avila *de censuris disp. 5.* plures apud Dianam *par.2.tract.16.resol.5. & par.3.tract.4.resol.184.* Guttierez 2. *practicarum qu.65. num.* 11. Toletus *lib.1.c.48.n.16.* Rodriquez *par.2. Summa c.14.num.5.* Henriq. *lib.13.c.37. num.2.* citans duodecim Doctores. Fornarius *c.8.num.8.* Turrianus *lib.5. de censuris disp.46. dub.1.* Villalobos *to.1.tract.11. diffic.15.num.10. & tr.18. diffic.10. num.3.* Philibertus *tract.2. par.6. c.7. diffic.7.* Ledesma in *Summa de Sacramento Ordinis*

diale c. 7. conclus. 6. *diffic.* 3. Sayrus *de censuris lib.* 1. *c.* 14. *num.* 16. ubi ait ità servari in Sacra Pœnitentiaria. Homobonus *par.* 2. *tract.* 31. *c.* 10. *q.* 22. Piasecius *in praxi Episcoporum par.* 1. *c.* 1. *art.* 7. *num.* 5. ubi ait ità declarasse Sacram Congregationem. Coninck *de Sacramentis disp.* 16. *dub.* 5. *num.* 38. Squillante *de obligationibus Clericorum par.* 2. *dub.* 4. Gonzalez ad *Regulam* 8. *Cancellariæ glos.* 7. §. 10. *num.* 25. Garzias *de beneficiis tom.* 1. *par.* 2. *c.* 5. *num.* 20. Flaminius *de resignatione beneficiorum lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 18. Novarius *tom.* 1. *Forensium qu.* 144. *num.* 10. dicens necessarium esse tenere hanc opinionem. Antonius à Spir. S. *consult.* 165. *num.* 3. ajens in *c. neminem, & c. Sanctorum. dist.* 70. puniri Ordinatum sine, non cum Patrimonio saltem ficto; cum Barbosa *de potestate Episcopi alleg.* 20. *n.* 30. Marchin. Diana, Garzias *locis cit.* quia nullo jure novo talis pœna est sancita, & suspensio olim lata in *d. c. neminem, & c. Sanctorum, dist.* 70. fuit abrogata ab Innocentio III. in *c. cum secundum Apostolum. de præbendis*: & Trident. *sess.* 21. *c.* 2. *de reform.* non innovavit pœnas sublatas, ut erat suspensio in *d. c. neminem, & c. Sanctorum. dist.* 70. Sed innovavit pœnam *c. cum Episcopus, & c. cum secundum Apostolum. de præbendis*, quæ est, ut Episcopus propriis sumtibus det alimenta ordinato sine titulo, quousque beneficium sufficiens ei contulerit, ut declarasse Sacram Congregationem testatur Piasecius *loco cit.* (22)

Est contra Vasq. *par.* 3. *tom.* 3. *disp.* 246. *cap.* 6. *num.* 61. Reginaldum *lib.* 32. *tract.* 2. *c.* 25. *n.* 71. Bonacinam *disp.* 8. *qu. un. puncto* 5. *num.* 24. Comitolum *lib.* 6. *qu.* 38. Navarrum *c.* 27. *num.* 158. Filliuc. *tract.* 17. *c.* 5. *num.* 89. Sanch. *de matrim. disp.* 32. *num.* 8. Petrum Ledesmam *c.* 7. *de Ordine conclus.* 6. *diffic.* 3.

Nec dicas cum Suario *tom.* 5. *disp.* 31. *sect.* 1. *num.* 35. esse suspensum tanquam ordinatum sine literis Dimissorialibus, quas non contulisset Episcopus, si fictum Patrimonium scivisset.

Nam primo hæc ratio cessat in ordinato à proprio Episcopo sine literis Dimissorialibus. Secundo, quia Tridentinum infligit dictam suspensionem ordinatis sine Dimissoriis, *sess.* 23. *c.* 8. *de reformat.* At hic veræ sunt literæ Dimissoriales, licèt non concedendæ, si fictio Patrimonii esset nota: sicuti veræ sunt literæ Dimissoriales concessæ, licèt non essent concessæ, si mali mores ordinandi propalati fuissent.

Nec refert suspensionem latam contra malè promotos à Xisto V. nam à Clemente VIII. fuit redacta ad terminos juris communis, teste Vivaldo *in fine Candelabri*: non ergo est suspensus Ordinatus Patrimonio ficto, sed potest ab Episcopo suspendi, vel alia pœna plecti. Gonzalez *loco cit. num.* 32.

3076 Secus de jure Synodali. Si loquamur de jure Synodali, vel Provinciali, standum est Decretis in dicto jure. (23)

De Ordinando respectu Ordinantis.

§. IX.

3077 Ordinandus à proprio Episcopo ordinari debet. Ordinandus à proprio Episcopo, cui subjicitur ordinari debet, vel ab alio cum illius Dimissoriis; nam alienum subditum sine reverendis Dimissoriis nemo licitè ordinare potest. Concilium Nicænum *can.* 17. Trident. *sess.* 14. *c.* 2. ubi Episcopi titulares nequeunt, vel proprium familiarem ordinare sine literis Dimissorialibus; & *sess.* 24. *de reform. c.* 3. *c.* 8. & *can.* 19. & *sess.* 13. *c.* 8. Concilium Sardicense *c.* 18. suggerente Januario Episcopo Beneventano. Gavantus in *Manuali Episcoporum*, v. *Ordo in genere num.* 48.

An Episcopus ordinare valeat suum subditum extra Diœcesim sine licentia Ordinarii loci exercendo Pontificalia?

Nega: *c. Episcopum.* 9 *quæst.* 2. Trident. *sess.* 6. *c.* 5. *de reformat.* ubi Episcopus exercens Pontificalia extra Diœcesim sine licentia Ordinarii illius loci est suspensus per annum, & etiam est suspensus ab illo sic ordinatus. Ricc. *par.* 4. *praxis resol.* 431. dans sexdecim Doctores. Marchinus *de Ordine tract.* 1. *par.* 5. *c.* 5. *num.* 12. Contra Rebuffum in *praxi tit. de Clerico nu.* 2. Albericum in *l. emancipati, D. de adoptionib.* 3078 Nequit Episcopus ordinare suum subditū extra suā Diœcesim absque licentiā Ordinarii loci.

Idque currit etiam in Archiepiscopo, qui nequit Ordines conferre in Diœcesi Suffraganei non consentientis. *c.* 1. *de temporibus Ordinationum in* 6. Ricc. *loco cit. num.* 2. Maçadus *tom.* 2. *lib.* 4. *par.* 7. *tract.* 1. *documento* 4. *num.* 6. Barbosa *de jure Ecclesiastico c.* 7. *num.* 92.

An in loco exemto possit exercere Pontificalia?

Nega: absque licentia Superioris loci, & Ordinarii, intra cujus fines est locus exemtus; nam præjudicaretur Episcopo Ordinario. Contra Teident. *sess.* 6. *c.* 5. *de reform.* Riccius post Galletti, & Zerolam *par.* 4. *praxis res.* 431. *n.* 2. 3079 Nec in loco exemto.

An Episcopus extra Diœcesim valeat subdito conferre primam Tonsuram privatim sine licentia Ordinarii loci?

Affirma: Henriqu. *lib.* 3. *c.* 9. *num.* 6. Azorius *lib.* 3. *c.* 48. *qu.* 5. Fornarius *de Ordine c.* 5. §. 4. *nota* 4. Ricc. *par.* 4 *praxis resol.* 431. & *resol.* 432. Bonac. *de Sacramentis disp.* 3. *qu. un. puncto* 2. *num.* 13. & *disp.* 8. *puncto* 4. *num.* 28. Villalobos *tract.* 8. *diffic.* 7. *num.* 17. Diana *par.* 5. *tract.* 10. *resol.* 45, & *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 143. Gratianus *dec.* 98. Abbas in *c. ex tuarum. de auctoritate, & usu Palli.* Merolla *tom.* 3. *disp.* 7. *c.* 5. *n.* 157. Salzedus *par.* 2. *praxis tom.* 5. *num.* 18. Marchinus *de Ordine tract.* 1. *par.* 5. *c.* 10. *num.* 9. Rubeus in *Aphorismis*, v. *Prima Tonsura*. Pasqualigus ad Franch. *tit. de Regularium ordinatione quæst.* 17. *num.* 191. & 193. Contra Sanch. 7 *Decalogi c.* 1. *dub.* 5. *num.* 2. Sayrum *de censuris c.* 16. *n.* 29. 3080 Privatim tamen potest conferre primam Tonsurā, & Ordines minores.

Patet, quia collatio primæ Tonsuræ est actus jurisdictionis voluntariæ. Geminianus in *c. fin. de officio legati*. Gratianus *decis.* 98. nec exigit exercitium Pontificalium, potestque conferri omni loco. Jurisdictio autem voluntaria non requirens exercitium Pontificalium exerceri valet extra Diœcesim sine licentia Superioris loci ubi exercetur. Trident. *sess.* 6. *c.* 5. *c. eos. de temporibus Ordinationum in* 6. *c. Episcopus dist.* 24. *c. un. dist.* 66.

An

(22) Sacra Congregatio Concilii die 27. Novembris 1610. proposito supradicto dubio omnium sententiis censuit, hoc casu pœnam suspensionis ante Concilium non fuisse correctam, & hodie à Concilio Tridentino esse innovatam: ipsumque sic ordinatum exinde esse ipso jure suspensum. Fagnanus in *cap. cum secundum, de præbendis*.

Item incurrere excommunicationem ipso facto reservatam Ordinario statuit Synod. Diœc. sub Eminentiss. Card. Franc. Pignat. *de Sacram. Ordinis num.* 4.

(23) Vide Superiores *Adnotationes*.

An Episcopus vocatus ad ordinandum in aliena Diœcesi, possit Ordines conferre suis subditis absque licentia Ordinarii vocantis ad ordinandum?

1081 Episcopus vocatus ad ordinandum extra suam Diœcesim potest suos subditos ordinare.

AFfirma: nam Pontificalia exercet cum licentia; & sic poterit suos subditos, aliosque ei ab aliis Episcopis commissis cum Dimissoriis ordinare. sex Docteres quos dat, & sequitur Diana *par.4.tract.4. resol.* 144. *& par.5. tract.10.resol.45.in fine.* Bonac.*loco cit.num.*22. Villalobos *tract.*11. *diffic.*9. *num.*9. ex declaratione Sacræ Congregationis apud Guttierez *lib.* 1. *Canonicarum quæst.* 21. Contra Mirandam in *Manuali tom.*1. *qu.*36. *art.*3. Barbosam *de potestate Episcopi par.*2.*alleg.*4.*num.*64.

Quis dicatur Episcopus proprius?

1082 Episcopus proprius ostenditur.

EX quadruplici capite Episcopus ut proprius ordinare valet. (24)

Primo ratione domicilii. Secundo ratione originis. Tertio ratione beneficii. Quarto ratione familiaritatis. *c.sapè.* 1. *c.cum nullus.*3. ibi: *Cum nullus Clericum Parochiæ alienæ præter Superioris ipsius licentiam debeat ordinare: Superior intelligitur in hoc casu Episcopus, de cujus Diœcesi est is, qui ad Ordines promoveri desiderat oriundus: seu in cujus Diœcesi, beneficium obtinet Ecclesiasticum, seu habeat (licèt alibi natus fuerit) domicilium in eadem. de temporibus Ordinationum in* 6. *c.nullus.* 4. *de temporibus Ordinationum in* 6. Unde Episcopus, qui renunciavit Episcopatui nequit licitè conferre Ordines, nam subditis caret. *c.*1. *de ordinato ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatui.* De singulis, & primo: (25)

De Episcopo ratione Domicilii.

§. X.

EPiscopus Domicilii est, in cujus Diœcesi Ordinandus habet domicilium, itaut habens 1083 Primo ratione domicilii.

(24) Juvenin *dissert.*8. *quæst.*4.*cap.*3. *de Sacram.* primo asserit ex Sacris Canonibus, & exemplis per X. priora secula laicis licuisse à quocumque Episcopo Catholico in Ecclesiasticum Canonum accenseri, & Clericali Ordine initiari, etiam inconsulso Episcopo Diœcesano: Clericis verò non fuisse permissum ab alio Episcopo ordinari, inconsulto illo Episcopo, à quo, priùs in Clericum fuerat cooptatus: Secundo tribus secolis post millesimum vix habita ratione Episcopi, à quo Clericus fuerat attonsus, attendi Episcopum aut Originis, aut Beneficii: tandem labente seculo XIII. affirmat Bonifacium VIII. in *cap. cum nullus. de temp. Ord. in* 6. addidisse Episcopum Domicilii. Quæ tamen omnia nunc ad formam Constitut. Innocentii XII. incipit: *Speculatores*. sunt referenda, ut mox infra.

(25) Quæ per Auctorem traduntur de proprio Episcopo Ordinandi nunc correcta, ut plurimum habentur per Const. Innoc. XII. incipit: *Speculatores*, qua interceptæ sunt viæ omnes, & subterfugia, quibus utebantur aliqui, ut à suis Episcopis evitarent Ordinationes recipere, quapropter, qui ante dictam Constitut. scripta vulgarunt, nunc penè nullius utilitatis sunt: & sic quærelis Episcoporum ob furtivas Ordinationes occurrens Innoc. XII. ann. 1694. 9. Novembris omnium utilissimam edidit Constitutionem, qua variis sub pœnis, & ordinationibus terminus positus est furtivis Ordinationibus, quam per extensum dabo. Bulla Innocentii XII. *Speculatores Domus Israel, &c.*

„ Nulli Episcopo, seu cujusvis loci Ordinario, tametsi Cardinalatus honore fulgeat, licere exterū quempiam, ac sibi ratione Originis, seu Domicilii, juxtà modum inferiùs declarandum, legitimè contracti nō subditum, ad Clericalem Tonsuram promovere, cujusvis Beneficii Ecclesiastici et statim, ac Tonsura hujusmodi insignitus fuerit, conferendi, seu ad quos is à Patronis jam præsentatus, seu nominatus fuerit, prætextu, etiamsi Beneficium prædictum de novo ea expresse adjecta lege fundatum fuisse constiterit, ut quis immediate post Clericalem characterem susceptum ad illud instituatur.

„ Prætereà Clericum, qui legitimè jam à proprio Episcopo ad eandem Clericalem Tonsuram, seu etiam ad minores Ordines promotus fuerit, non posse ab alio Episcopo ratione, ac titulo cujuscunque Beneficii in illius Diœcesi obtenti, ad ulteriores Ordines promoveri, nisi ante eorumdem susceptionem Testimoniales literas proprii Episcopi, tàm Originis, quàm Domicilii super suis natalibus, ætate, moribus, & vita sibi concedi obtinuerit, easque Episcopo ordinanti in actis illius Curiæ conservandas exhibuerit. Licet verò Clericus ratione cujusvis Beneficii in aliena Diœcesi obtenti subjici dicatur Jurisdictioni illius Episcopi, in cujus Diœcesi Beneficium hujusmodi situm est, eam tamen de cætero hac in re inconcusse servari volumus Regulam, ut nemo ejusmodi subjectionem ad effectum suscipiendi Ordinea acquirere censeatur, nisi Beneficium prædictum ejus sit redditus, ut ad congruam vitæ sustentationem, sive juxtà Taxam Synodalem, sive, ea deficiente, juxtà morem Regionis pro promovendis ad Sacros Ordines, detractis oneribus, per se sufficiat, illudque ab Ordinando pacifice possideatur, sublata quacunque facultate supplendi, quod deficeret fructibus ejusdem Beneficii, cum adjectione Patrimonii, etiam pinguis, quod ipse Ordinandus in eadem, seu alia quavis Diœcesi obtineret; ac Episcopus sic ordinans, tàm de prædictis Testimonialibus literis, quàm de redditu Beneficii hujusmodi expressam in consueta collatorum Ordinum attestatione mentionem facere debebit.

„ Ceterùm subditus ratione Originis is tantùm sit ac esse intelligatur, qui naturaliter ortus est in ea Diœcesi, in qua ad Ordines promoveri desiderat, dummodò tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occasione nimirùm Itineris, Officii, Legationis, Mercaturæ, vel cujusvis alterius temporalis moræ, seu permanentiæ ejus patris in illo loco, quo casu nullatenùs ejusmodi fortuita nativitas, sed vera tantùm, & naturalis patris origo erit attendenda. Quod si quis tanto temporis spatio in eo loco, in quo ea accidenti, sicut præmittitur, natus est, moram traxerit, ut potuerit ibidem canonico aliquo impedimento irretiri, tunc etiam ab Ordinario ejus loci literas Testimoniales, ut suprà, obtinere, illasque Episcopo ordinanti per eum in collatorum Ordinum Testimonio similiter recensendas præsentare teneatur. At si pater in alieno loco, ubi ejus filius natus est, tamdiù, ac eo animo permanserit, ut inibi verè Domicilium de Jure contraxerit, tunc non origo patris, sed Domicilium per patrem legitimè, ut præfertur, contractum, pro Ordinatione ejusdem filii attendi debeat.

„ Subditus autem ratione Domicilii ad effectum suscipiendi Ordines is dumtaxat censeatur, qui, licet alibi natus fuerit, illud tamen adeò stabiliter constituerit in aliquo loco, ut, vel per decennium saltem in eo habitando, vel majorem rerum, ac bonorum suorum partem cum instructis ædibus in locum hujusmodi trāsferendo, ibique insuper per aliquod considerabile tempus commorando, satis superque suum perpetuò ibidem permanendi animum demonstraverit, & nihilominus ulteriùs utroque casu se verè, & realiter animum hujusmodi habere jurejurando affirmet. Si quis tamen à proprie originis loco in ea ætate discesserit, qua potuerit alicui canonico impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarii suæ originis Testimoniales literas, ut suprà, afferre debebit, ac de illis expressa similiter mentio in susceptorum Ordinum literis facienda erit.

„ Ad hæc nullus Episcopus alienæ Diœcesis subditum Familiarem suum ad aliquos Sacros, seu minores Ordines, vel etiam primam Tonsuram promovere, seu ordinare præsumat absque ejus proprii originis scilicet, seu Domicilii Prælati Testimonialibus literis, ut suprà; & nisi ad præscriptum Concilii Trid. præfat. sess. xxiii. cap. ix. de reform. Familiarem prædictum per integrum, & completum triennium in suo actuali servitio secum retinuerit, ac suis sumtibus aluerit; Beneficiū insuper, quod ei ad vitam sustentandam, juxtà modum superiùs præfinitum, sufficiat, quacum-

bens domicilia in diversis Diœcesibus. *l. assumptio.6. §.filius*, ibi: *placuit, duobus locis posse aliquem habere domicilium, D.ad municipalem*; possit sine Dimissoriis à quolibet Episcopo illarum ordinari, quia revera est subditus cuilibet Episcopo. Molphesius *tom. 2. Summa tr.2. c.2.num.6.* Marchinus *de Ordine tract. 1.par.5. c.7. num.* 18. Barbosa *de potestate Episcopi allegat.4.num.*26.

3084 Quando cõtrahatur domicilium.

Et domicilium contrahitur ab initio, si incipiat habitare animo perpetuo ibi manendi. *l.cives.7.C.de incolis lib.*10. ibi: *Et in eodem loco singulos habere domicilium non ambigitur, ubi quis larem, rerumque, ac fortunarum suarum summam constituit, unde rursus non sit discessurus*; ubi de Penna subdit *num.* 2. non Monachum, sed Clericum secularem, ac laicum posse plura domicilia habere. Navarrus *cap.* 10. *de temporib. Ordinationum.* Baldus *lib.1. cons.*393. *n.*2. Sanch.3.*de matrim. disp.* 24. *n.*2. Philibertus *tract.1.par.5.c.7.num.*13. Riccius *par.3.praxis variar.resol.*4475.*num.*2. dicens, posse ordinari ab Episcopo domicilii sine Dimissoriis Episcopi originis. (26)

Hinc Barones, qui habuerunt, & non habent statum, nequeunt ordinari ab Episcopo ubi statum habuerunt, nisi retineant ibi domicilium, aut originem habuerent. Sacra Congregatio 18. Martii 1645. apud Squillantem *part.* 2. *de obligationibus Episcoporum c.*10. *num.*15.

An dominium, & possessio salius domus, sine habitatione constituat domicilium?

3085 Possessio sola domus absq; domicilio nõ constituit Domicilium.

NEga: *l. libertus.* 17. *§.final. D. ad municipalem.*

An habitans animo studendi, etiam per mille annos, contrahat domicilium, ut possit inibi ordinari?

3086 Habitãs animo studendi non cõtrahit Domicilium.

NEga: *l.nec.2.C.de incolis lib.*10. Idque quia deest animus ibi perpetuò manendi, requisitus ad constituendum domicilium, in *l.cives. 7. C. de incolis lib.* 10. ubi Lucas de Penna *loco cit. num.*7.

Episcopus Originis.

§. XI.

POtest quis subponi uni Episcopo ratione domicilii, alteri ratione originis; & tunc ab alterutro ordinari valet. *l.cum te.1.C.de municipibus, & originariis lib.* 10. ubi Lucas de Penna.

Quis sit Episcopus Originarius.

ESt illa, in cujus Diœcesi natus est, etiam transeunter ipse, ejus pater, vel avus paternus, non verò mater, vel avus maternus. *l. assumptio.6. §. filius, D. ad municipalem. l. filius apud originem patris, non materna Civitate, & si ibi nati sint.3. C.de municipibus, & originariis lib.*10. (27) 3087 Episcopus Originis est in cujus Diœcesi natus est

An subjectio ratione originis possit amitti? 3088 Subjectio ex origine orta nõ amittitur

NEga: *l.assumptio.6.D.ad municipalem.l.origine propria neminem posse voluntate sua eximi, manifestum est.4.C.de municipibus lib.*10. ubi Penna *l.Ordine.*15. *§.jus originis, D. ad municipalem.*

An possit ordinari ab Episcopo, in cujus Diœcesi natus, vel baptizatus est? 3089 Ubi natus, aut baptizatus est potest ordinari.

AFfirmat Henriq. *lib.*10.*cap.*22. Sanch.3.*de matrim.disp.*23.*nu.*1. Diana *par.*8.*tract.*2. *resol.* 8. Leander dans decem Doctores *tom.* 2. *tract.6.disp.8.qu.7.* (28)

An possit ordinari ab Episcopo, in cujus Diœcesi fortuitò natus est? 3090 Secùs si fortuitò, ut ex Bulla Innoc. XII.

AFfirma: nam revera inde originarius est. Hurtadus *de Ordine diffic.*17. Leander *loco cit.qu.*8. Contra Sanch. 3.*de matrim.disp.*23. *num.*1. & 3. (29)

An

„ que fraude cessante, statim, hoc est saltem intrà terminum unius mensis à die factæ Ordinationis, re ipsa illi conferat, ac in Ordinationis hujusmodi Testimonio expressam itidem familiaritatis, ac literarum prædictarum mentionem facere teneatur.

„ Porrò, ut quicumque fraudibus aditus omninò præcludatur, volumus, & Apostolica Auctoritate statuimus, atque decernimus, ut Episcopus quilibet suos ratione Originis, sive Domicilii subditos Clericos quoscumque ab alienis Episcopis quavis auctoritate, etiam cum suis commendatitiis literis promotos, nedùm ad formam Concilii Tridentini supradicti sess. 23. cap. 3. de reformat. quoad scientiam examinare valeat, verùm etiam Ordinum eis collatorum Testimoniales literas, gratis tamen, recognoscere, ac diligenter perquirere, an quoad illos præsentis Constitutionis forma, & dispositio adimpleta fuerit, assignato sic promotis termino competenti et magis benevisо ad docendum de hujusmodi adimplemento, ita ut quos eo termino elapso id minime præstitisse compererit, à susceptorum Ordinum exercitio, si ita, & quandiù ei expedire videbitur, suspendere, illisque, ne in Altari, aut in aliquo Ordine ministrent, interdicere possit.

„ Ità verò præmissa omnia, & singula perpetuò, ac inviolabiliter observari, atque adimpleri volumus, ut si quid in iisdem præmissis, seu eorum aliquo secùs fiat, Ordinans quidem à collatione Ordinum per annum, Ordinatus verò à susceptorum Ordinum executione, quamdiù proprio Ordinario videbitur expedire, eo ipso suspensus sit, aliisque insuper gravioribus pœnis pro modo culpæ nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio infligendis uterque subjaceat.

„ Decernentes pariter easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè, & inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ac Sedis præfatæ Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secùs super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

„ Non obstantibus, &c.

(26) Decrevit tamen Innocentius XII. in cit. Bulla *Speculatores*: domicilium contrahi per decennium, vel deferendo quis ibi majorem partem bonorum per aliquod considerabile tempus ibi steterit, cũ animo verè permanendi, quodque jurejurando tenetur affirmare. Ideoque non contrahitur domicilium respectu Ordinationis initio habitationis.

(27) Vide quæ ex cit. Constitut. adnotavi circa nativitatem fortuitam, quæ non attenditur ad constituendum Episcopum originis: ut mox infra.

(28) Nisi ibi natus, vel baptizatus sit ex accidenti, &c. ut infra, quia tunc est attendendus locus ubi verè nasci, & baptizari debuisset.

(29) Mox adjicienda verba præcitatæ Constitut. requirunt veram originem, & sic non attenditur fortuita nativitas.

An possit ordinari ab Episcopo, in cujus Diœcesi pater natus est?

3091 Origo patris attenditur in Ordinatione.

AFfirma: *l.assumptio.6. §.1. D.ad municipalem. l. filios apud originem patris. 3. C. de municipibus, & originariis lib.* 10. Sacra Congregatio apud Dianam *par.4. tract.4. resol.*148. Torreblanca *2.practicarum c.13.num.9.* Palaus *tom.4.tract.27.puncto 15. nu.2.* Contra Capoam *par.2.lib.2.tit. de Clericis cap.23.num.4.* Grassis *dec.15.de probationibus.* (30)

An possit ordinari ab Episcopo originis materna.

3092 Non origo matris.

NEga: nam patris, non matris originem filii sequuntur. *l.filios apud originem patris, non materna Civitate, & si ibi nati sint. 3. C. de municipibus, & originariis lib.*10.

Idque fortè primo, quia femina sequitur viri domicilium, & viri fundat originem. Secundo, quia non dicitur filius habere originem à matre, sed à patre, quia pater, non mater activè concurrit ad generationem secundum Peripateticos.

An verò in filio illegitimo naturali attendatur origo matris?

3093 Nisi sit filius illegitimus, & naturalis.

AFfirmant deficiente origine patris, attendi originem matris, tanquam magis notam. ex *l.ejus.9.* ibi: *ejus, qui justum patrem non habet, prima origo à matre, exque eo die, quo ex ea editus est, numerari debet, D. ad municipalem. l.cum legitimæ, D. de statu hominum. l. municipem.1.§.quod beneficium;* ubi Glossa v. *parentibus, D.ad municipalem.* Gratianus *cap.75.n.12.* Barbosa *de potestate Episcopi alleg.4.n.15.*

3094 Filius legitimus natus, aut cõceptus apud hostes ibique patre mortuo sequitur originem matris si fuerit reversus.

Immò filius legitimus, & naturalis natus, aut conceptus apud hostes, mortuo patre apud hostes, reversus simul cum matre, sequitur matris, non patris originem, cùm pater lege Cornelia mortuus fingatur in principio captivitatis; unde fingitur natus sine patre, ex quo sequitur originem matris. *l. 1. C. de captivis, & postliminio reversis.* Antonius Faber 9. *Codicis tit.30.defin.24.num.8.& 9.*

An possit ordinari in loco originis avi.

3095 Origo avi etiam attenditur.

AFfirma: Henriq. *de Ordine lib.10.c.12.n.1.* dicens id probabile; nam oppositum ait probabiliùs. Escobar *lib. 23. sect. 2. de Ordine problema 75.* Castrus Palaos *tom.4.tract.27 puncto 15.* Leandar *tom.2. tract.6. disp.8. quæst.10.* Antonius à Spir. S. in *Directoria tract. 9. de Sacramento Ordinis disp.3.sect.3.num.91.* inde concludens, non esse subreptitias literas dispensationis exprimentis in supplicatione se oriundum, licèt non exprimat originem avi. Et publicè docuit Neapoli in Collegio Societatis Jesu amicissimus R. P. Antonius de Augustino in *tract. de Ordine.* Contra Trullench *de Ordine num. 4.* Barbosam *de potestate Episcopi alleg. 4. num.13.* Riccium *resol.257.* volentes attendendam originem patris. (31)

Probatur primo, quia una lex debet per aliam interpetrari. *l.non est novum. D.de legib.* ergo ly *oriundum*, de quo in *c.1. & c.cum nullus.3. de temporibus Ordinationum in* 6. quousque se extendat, & quos comprehendat, debet interpetrari per alias leges, etiam Civiles jure Canonico non correctas. *c.1.& 2. de novi operis nunciatione.* At in jure civili origo se extendit usque ad avum. *l.libertus. 17. §.in adoptiva familia susceptum exemplo dati, muneribus civilibus apud originem avi quoq. naturalis respondere, Divo Pio placuit. l. filii libertorum, libertarumque, liberti paterni, & patroni manumissoris domicilium, aut originem sequuntur.22.l.assumptio.6. §. libertini originem patronorum, vel domicilium sequuntur: item qui ex his nascuntur. D.ad municipalem.* Ly *ex his nascuntur*, indicat nepotes. Novarius *tom.1. de electione fori sect.3. qu.63.num.*158. Bartolus, & Platea in *l.filios, C. de municipibus, & originariis lib.10.*

Nec id invenitur jure Canonico correctum; ergo etiam jure Canonico in *d.c.cum nullus.3. de tempor.Ordin. in* 6. oriundus debet respicere etiam avum.

Nec officit jure Civili loqui de liberto; nam multo fortiùs id de ingenuo verificatur; cùm origo, & sic oriunditas sit quid naturale immutabile, inamissibile. *l. assumptio.* 6. ibi: *neque recusando quis patriam, D.ad municipalem. l.origine, C. de municipibus lib.* 10. est enim jus sanguinis immutabile, ut jus naturale. *l.jura sanguinis, D.de regulis juris.*

Probatur secundo, quia in dubio leges Civiles, & Canonicæ interpetrandæ sunt, ut tollatur correctio. *l.præcipimus, C.de appellationib. l.un. C.de inofficiosis dotibus;* ergo ly *oriundus in c. 1.* & in *c.cum nullus.3.de tempor.Ordinat.in* 6. interpetrari debet, ut comprehendat avum, nè in dubio corrigatur jus Civile. *d.l.assumptio. 6. §.libertini. l.libertus.17. §.in adoptiva. l.filii libertorum.22.* ibi: *Senatores, & eorum filii, filiæque eo tempore nati, natæve, itemque nepotes, pronepotes, & pronepotes, D.ad municipalem.*

Probatur tertio, quia in recipiendo Baptismo consensus avi præfertur consensui patris, matris. Ricciull. *de jure personar.lib.1.c.32.n.24. c.ex literis. de conversione infidelium.* ergo origo avi debet esse saltem æqualis virtutis, ac paternæ; maximè cùm nomine patris, etiam avus veniat.

Probatur quarto, sicuti requiritur jurisdictio in judiciis, ità in collatione Ordinis; sed non repugnat quem subdi triplici foro originis suæ matris, patris, avi. *l.labeo.5. l.assumptio.6. §.libertini. l.libertus.17.§.in adoptiva. l.Ordine.15. §.jus originis. l.ejus, qui. 27. D.ad municipalem.* Grammaticus *voto 10.nu.14.* Carlevalius *lib.1. de judiciis tit.1.disp.2. qu.2.num.51.& 85.* Barbosa in *l.hæres absens, §.proinde, art.de foro originis num.1.2. 27. & 28. D.de judiciis,* ergo nec implicabit ratione originis quoad Ordines sortiri triplicem ordinantem, cùm forus originis faciat, ut inibi possit promoveri ad honores, munera, & dignitates, ut est ordinari. *l. si quis Magistratus. 9. D. de muneribus, & honoribus,* etiamsi

(30) Non potest: nisi ipse alibi ex accidenti natus sit; tunc enim inspicienda est origo patris. Quod si pater in alieno loco, ubi filius natus est, verè domicilium contraxerit, non origo patris, sed domicilium per patrem legitimè contractum attendendum est. Constitut. *Speculatores* Innoc. XII. Igitur subditus ratione originis is tantum est, qui naturaliter ortus est in ea Diœcesi, in qua ad Ordines promoveri desiderat, dummodò ibi ex accidenti natus non sit. dict. Bulla *Speculatores.* Verba Bullæ vide inf. & tunc Literæ testimoniales requiruntur Episcopi ubi natus est, aut ubi contraxit domicilium.

(31) Nequit in loco originis patris: igitur & avi. Vide superiorem notam.

etiamsi sit absens. *cap. si tibi absenti. 17. de prabendis*.

Ergo inquies, quis haberet originem propriam patris, avi?

1096 Solvuntur in opposita adducta. Sed non mirum, quem habere plures origines ait Butrius in *cap. cum nullus. 3. num. 6. de temporibus Ordinationum in 6.* ut non est mirum, quem posse habere plura beneficia, plura domicilia in diversa Diœcesi. *l. assumptio. 6. §. filius*, ibi: *placuit, duobus locis posse aliquem habere domicilium. l. ejus, qui. 27. §. Celsus*, ibi: *duobus locis habere domicilium, D. ad municipal.* Bartolus in *l. quasitum, in princ. D. de legatis 3.* Crottus in *l. si is, qui pro emtore. num. 99. D. de usucapionibus*. Soccinus *cons. 35. num. 9.* Glossa in *d. c. cum nullus. 3. de temper. Ordinationum in 6.* Antonius Faber 9. *Codicis tit. 3. defin. 2. num. 5.*

At inquies: Hinc sequeretur processus in infinitum usque ad Adam, quod est absurdum.

Nego sequelam; nam talem processum jura sistunt usque ad avum. in *d. l. libertus. 17. §. in adoptiva*, ibi: *originem avi quoque, D. ad municipalem*; & sic non se extendit ad proavum. Glossa in *d. l. assumptio. 6. §. filius, D. ad municipalem.* Boerius *dec. 13. nu. 7.* Cephalus *cons. 246. nu. 30.* Mascardus *de probationibus concl. 1146. num. 9.* Carlevalius *lib. 1. de judiciis disp. 2. qu. 2. num. 51. & 52.* Antonius Faber 9. *Codicis tit. 30. definit. 24. num. 5.*

Nec officit tertio auctoritas Doctorum in contrarium; nam destituta ratione caret, etiam pondere auctoritatis. *c. ego solus dist. 9.* Mascardus *de probationibus concl. 843.* Et licèt haberet probabilitatis pondus, non per hoc tollit probabilitatem oppositæ sententiæ jure fundatæ, & Doctorum calculo munitæ.

An nepos debeat nasci vivente avo, aut in ejus potestate, ut ejus sequatur originem.

1097 An nepos ut sequatur originem avi, debeat nasci ipso vivēte, aut in ejus potestate, disceptatur. Affirmant Mascardus *conclus. 1146. nu. 12.* Bartolus in *l. assumptio, §. 1. num. 1. D. ad municipalem.* Cinus in *l. 2. num. 2. C. de jurisdictione omnium judicum.* Dynus in *l. 1. D. unde cognati.* Cephalus *lib. 2. cons. 247. num. 30.* Carlevalius *lib. 1. de judiciis tit. 1. disp. 2. qu. 2. nu. 53. & 54.* dicentes, non sortiri forum avi, nisi saltem sit conceptus vivente avo, quia si non sit conceptus vivente avo, non potest avo succedere ex persona sua, cùm non possit representari personam avi, ut deberet illam hæres representare. *§. cum autem quæritur. Institutionum de hæreditatibus, quæ ab intestato deferuntur.*

Sed isti Doctores verum dicunt quoad successionem, idque tantum evincit ratio ipsorum, & est: qui non potest representare personam defuncti, non potest esse hæres; & non existens tempore mortis nequit representare personam defuncti; ergo qui saltem non est conceptus vivente avo, avi personam representare nequit, nec avo succedere.

At hæc ratio nullatenus evincit quoad obtinendum forum, ubi non admittitur jure representationis, sed jure naturalis propagationis, quæ propagatio adest, sivè sit, sivè non sit conceptus vivente avo & respectu cujus originis patria potestas non requiritur: nam origo est naturalis, patria potestas civilis.

Secundo patet, quia mors, vita, & potestas avi non tollit nepotem ab avo descendere; & sic non tollit originem ab avo, quæ origo naturalis, & inamissibilis est. *l. ordine. 15. §. jus originis, D. ad municipalem*; ubi adoptio originis jura non alterat. *l. origine, C. de municipibus, & originariis lib. 10.* Cùm ergo origo sit naturalis, & jus sanguinis permaneat, oportet etiam nepote concepto mortuo avo. *l. jura sanguinis, D. de regulis juris.*

Tertio non requiri patriam, aut aviam potestatem ad jus originis obtinendum; patet ex *l. libertus. 17. §. in adoptiva, D. ad municipalem*; ubi filius naturalis non nascitur in potestate avi, sed adoptantis, & tamen sequitur originem patris, avi naturalis; ut rectè arguit Barbosa in *l. hæres absens, §. proinde, art. de foro originis n. 30. D. de judiciis.* Novar. *tom. 1. de elect. fori sect. 3. q. 63. num. 158.*

Quarto id patet etiam, quia filius illegitimus sequitur originem matris, licèt non sit in potestate matris. *l. ejus. 9.* ibi. *qui justum patrem non habet. l. municipem. 1. §. quod beneficium, D. ad municipalem.*

An fortuitò in transitu natus, sortiatur originem in loco nativitatis?

Affirmat Felinus in *c. Rodulphus. 25. num. 14. de rescriptis*. Grammaticus *voto 10. n. 14.* Caldas *cons. 1. num. 6.* Alexander in *l. hujusmodi. 86. §. legatum num 4. D. de legatis 1.* Gratianus *c. 75. num. 1. & 6.* dicens veriùs Hurtadus *de Ordine diffic. 17.* Dicastilius *tract. 6. disp. 1. nu. 325.* Leand. *tom. 2. tract. 6. disp. 8. quæst. 8.* Cagnolus in *rubrica Digestorum de origine juris. columna fin.* Antonius à Spir. S. *de Sacram. Ordinis tr. 9. disp. 3. sect. 2. num. 52.* Contra Mascardum *conclus. 1146. num. 5.* affirmantem, natum in transitu, censeri natum in domicilio patris, & admitti ad Collegium Doctorum. Carlevalium *lib. 1. de judiciis tit. 1. disp. 2. qu. 2. num. 92.* Sanchez *3. de matrim. disp. 23. num. 1. & 3.* Petram *ritu 232. num. 9.* 1098 Jure antiquo fortuitò natus in aliquo loco sortiebatur originem nativitatis, secùs jure novo.

Probatur ex *l. cives. 7. C. de incolis lib. 10.* ubi indistinctè nativitate quis dicitur civis origine.

Dices primo cum Petra *loco cit.* Grammatico *dec. 103. num. 113.* non fieri civem sine animo ibi permanendi *l. cives, C. de incolis lib. 10.*

Respondetur, ibi non fieri civem domicilio sine animo perpetuo ibi manendi, non verò requiri animum, ut civis fiat origine.

Dices secundo, obstat textus in *l. filios. 3. C. de municipibus, & originariis lib. 10.* ibi: *filios apud originem patris, non materna Civitate, & si ibi nati sint (si modò non domiciliis retineantur) ad honores, seù munera posse compelli, explorati juris est.* Ubi filius natus in Civitate materna, ibi originem non habet; ergo nativitate fortuita non contrahitur origo; quem textum expressum ait Carlevalius *loco cit. num. 93.* ex Afflicto *dec. 284. num. 4.*

Respondetur, textum ibi tantùm loqui de origine, quæ ducitur ex parentibus, non de propria, & illam ait trahi ex paterna, non materna Civitate, ut rectè ibidem observat Glossa *v. non in materna*; aliàs licèt non in transitu, sed permanenter commorans natus sine domicilio, nec originem propriam haberet, cum ibi textus non supponat fortuitò natum.

Replicabis cum Carleval. *loco cit. num. 94.* si haberet ibi originem propriam, posset ibi ad honores, & munera trahi, & tamen id negat textus in *d. l. filios*; ergo nec propriam, nec maternam originem habet.

Re-

Respondetur cum Barbosa *loco cit. num.* 91. non posse ibi cogi ut originarius ex matre; at posse ex origine propria, de qua origine propria textus non loquitur. (32)

An dicatur Originarius loci ubi conceptus est?

AFfirma: quia etiam conceptio dicitur nativitas, & conceptus in favorabilibus censetur natus. *l. qui in utero, D. de statu hominum.*
3099 Et quid ubi sit conceptus. Mascardus *de probationibus conclus.* 1137. Rebuffus *de privilegiis scholarium, privil.* 65. *in fine tom.* 8. (33)

An quis sit Originarius loci ubi baptizatur?

3100 Vel baptizatus. AFfirma: ob spiritualem nativitatem. *c. debitum. de Baptismo*. Lucas de Penna in *l. cives. C. de incolis lib.* 10. Henriq. *lib.* 10. *cap.* 22. Sanch. 3. *de matrimon. disp.* 23. *num.* 1. Diana *p.* 8. *tract.* 2. *resol.* 8. Leander *tom.* 2. *tract.* 6. *disp.* 8. *q.* 7. Gratianus *c.* 75. *nu.* 17. Anton. à Spir. S. *loco cit.* nisi fiat in præjudicium alterius. Caputaquensis *dec.* 101. *num.* 2. *par.* 2. licèt quibusdam posset hæc industria, non fraus videri, cùm nullo jure prohibeatur.

An habeat originem in loco destinatæ nativitatis, licèt nascatur in transitu, antequam perveniat ad locum destinatum?

3101 Nūc attendi debet locus ubi deberet nasci, non fortuitæ nativitatis. NEga. quia in origine consequenda attenditur veritas, non fictio destinationis. *l. assumptio.* 6. *D. ad municipalem. l. fin. C. de municipibus, & originariis lib.* 10. Gratianus *c.* 75. *num.* 2. Et dictum Petræ *ritu* 232 *num.* 9. quem censeri esse in loco, ubi est ex mente. *l. nihil, D. de captivis*, non intelligitur in re, ubi veritas attenditur. *d. l. assumptio.* (34)

An quis possit habere plures origines?

3102 Quis potest habere plures origines. AFfirma: *l. libertus.* 17. *l. ejus qui.* 27. *l. Ordine.* 15. *§. sus Ordinis. l. Labeo.* 5. *D. ad municipalem.* Bartolus in *l. quæsitum, in princ. D. de legatis* 3. Soccinus *cons.* 35. *num.* 9. Crottus in *l. si is, qui pro emtore. num.* 99. *D. pro emtore.*

An quis possit renunciare origini?

3103 Quoad causam potest renunciari origini. DIstinguas effectum à causa.

Quoad causam, nega; nam cùm ipsa causam supponat, illam nec tollere, nec ponere potest; & sic nec tollere, nec ponere potest originem suam. *l. assumptio.* 6. ibi: *recusando quis patriam, D. ad municipalem.* Cumanus *cons.* 177. *num.* 4. Mascardus *de probat. conclus.* 1147. *n.* 2. Alex. *cons.* 34. Affl. *dec.* 284. *num.* 2. Boerius *decis.* 13. Anton. Faber 9. *Cod. tit.* 3. *defin.* 24. *n.* 5.

3104 Secùs quoad effectum. Quoad effectum autem dicas posse renunciare favori suo, alteri non præjudicans; & sic posse nolle honores ei debitos in loco originis; & ideò posse nolle ibi ordinari. Sed ibi non præjudicare Episcopo originis, ideòque posse venire contra suam renunciationem, & velle ibi ordinari. *l. non debet.* 75. *D. de origine juris.*

Episcopus Beneficii?

§. XII.

HAbens Beneficium etiam simplex ordinari valet ab Episcopo, qui potest tale Beneficium conferre. *c. cum nullus.* 3. *de temporibus Ordinationum in* 6. ibi: *in cujus Diœcesi Beneficium obtinet Ecclesiasticum*; ubi Butrius *n.* 7. De Marinis *lib.* 2. *c.* 153. *num.* 1. Dicastillus *tr.* 6. *disp.* 1. *dub.* 16. *num.* 226. Palaus *tr.* 27. *puncto* 15. *num.* 5. Diana *par.* 8. *tract.* 7. *resol.* 21. *& per.* 6. *tract.* 4. *resol.* 24. Garzias *de beneficiis part.* 2. *cap.* 4. *num.* 8. Barbosa *de potestate Episcopi allegat.* 4. *num.* 46. contra Abbatem in *cap.* 1. *de foro competenti.* Lessium *lib.* 2. *de justitia cap.* 34. *dub.* 19. *num.* 902. exigentem Beneficium cum residentia. Quod gratis dicitur, cùm in *d. c. cum nullus*, indistinctè beneficium sufficiat; & si exigeretur beneficium cum residentia, confunderetur cum ratione domicilii perpetui ob beneficii perpetuitatem. 3105 Episcopus Beneficii.

Sufficit beneficium etiam tenuissimi reditus, quia in *d. c. cum nullus*, beneficium indistinctè exigitur, & beneficium tenue est beneficium, maximè in favorabilibus, clipeans beneficiatum foro, annulo, &c. *c. si propter. de rescriptis in* 6. *c. si motu proprio.* 23. *de præbendis in* 6. *c. Clericus.* 1. *dist.* 91. Sacra Congregatio apud Marantam *tomo* 2. *responso* 29. (35) 3106 Nunc non sufficit beneficium tenuis, vel tenuissimi reditus.

Nec refragatur Trident. *sess.* 21. *c.* 2. *de reform.* requirere sufficiens ad congruam substentationem; quia loquitur de promovendo ad Ordines Sacros, non verò de simpliciter ordinando, tanquam suo Superiore. Quaranta in *Summa Bullarii, v. Ordo.* Henriq. *lib.* 10. *c.* 22. *§.* 2. Barbosa *de jure Pontificio lib.* 1. *c.* 33. *num.* 38. Garzias *de beneficiis par.* 2. *c.* 4. *num.* 8. De Marinis *lib.* 2. *c.* 153. *num.* 4. Maceratensis *lib.* 1. *resol. fin. c.* 28. *num.* 11. Campanilis in *Diversorio rubrica* 9. *c.* 8. *num.* 11. Trullench *lib.* 6. *c. un. dub.* 7. *num.* 5. Dicastillus *disp.* 1. *num.* 22. Antonius à Spir. S. *de Ordine tract.* 9. *disp.* 3. *sect.* 2. *num.* 55.

Ut autem promoveatur ad Sacros Ordines debet coadjuvari beneficium bonis patrimonialibus, usque ad integram substentationem. 3107 Nec nunc coadjuvari valet bonis patrimonialibus. Sacra Congregatio in una *Seguntina* 26. *Octobris* 1589. *ad* 1. Diana *par.* 4. *tract.* 4. *resol.* 51. Marchinus *de Ordine tract.* 12. *par.* 5. *cap.* 8. *n.* 15. Palaus *tract.* 27. *puncto* 15. *num.* 5. *& puncto* 10. *num.* 1. Pignatellius *tom.* 3. *consultat.* 13. *num.* 3. Contra Riccium *par.* 1. *praxis resol.* 260. Sotum 2. *de justitia qu.* 5. *art.* 3. Piasecium *de examine Episcoporum par.* 1. *cap.* 1. *num.* 10. Squilliantem *de privilegiis Clericorum c.* 10. *num.* 239. De Magistris *lib.* 1. *Sylva tit.* 2. *c.* 3. *num.* 5. referentes pro-

(32) Supra laudatæ Constitut. verba, sic habent: „Ceterùm subditus ratione Originis is tantùm sit „ut esse intelligatur, qui naturaliter ortus est in „Diœcesi, in qua ad Ordines promoveri desiderat, „dummodò tamen ibi natus non fuerit ex acci„denti, occasione nimirùm Itineris, Officii, Lega„tionis, Mercaturæ, vel cujusvis alterius tempo„ralis moræ, seù permanentiæ ejus patris in illo „loco, quo casu nullatenùs ejusmodi fortuita na„tivitas, sed vera tantùm, & naturalis patris ori„go erit attendenda. Hæc illa.

(33) Tamen hodie Conceptionis, quàm Baptismi locus non attenditur supposita vera origo patris ut innuunt supra cit. verba Constit. Innoc. XII. Clericatus *Erot. Eccl. cap.* 128. *num.* 32. docet posse ordinari ab Episcopo loci, in quo suscepisset quis Baptismum, tamen cum Dimissoriis Episcopi Domicilii.

(34) Quæ ratio non attenditur, ut quis possit ad Ordines promoveri, sed vera, & naturalis origo patris.

(35) Circa Beneficia quoque notandum est. Quod nemo evadit subditus alterius Episcopi ratione Beneficii obtenti in ejus Diœcesi, nisi Beneficium sufficiat ad ejus substentationem detractis oneribus, & pacificè possideatur. Adeòque non sufficit quodcumque Beneficium etiam tenuis reditus: Sublata insuper facultate cuique supplendi, quod deficeret fructibus hujusemodi Beneficii adjectione Patrimonii etiam pinguis; ut ex Bulla *Speculatores.*

pro hac Diœcesi declarationem Sacræ Congregationis ad quartum, quæ nihil obstat. Primo, quia oon ast authentica. Diana *par.8.tract.2.resol.20.in fine*. Secundo, quia ioquitur de indocto, & inope confugienta ad alium Episcopum, quæiito titulo Beneficii fraudulenter, ad effugiendum examen Ordinarii Matropolitani, & probationem Patrimonii; cùm in re nostra supponamus Patrimonium sufficiens, & doctrinam necessariam.

Habens in multiplici Diœcesi distincta Beneficia, an possit in qualibet illarum ordinari?

3108 Habens multiplex beneficiom potest in qualibet Diœcesi ubi sint posita, ordinari, servata Bulla Innoc. XII.

AFfirma: nam revera habet Beneficium in Diœcesi Ordinantis iufficiens ad Ordinis collationam. *c.cum nullus.3.de temporibus Ordinationum in 6.* ubi Butrius *num.6.* qni textus cùm generaliter, & indistinctè loqnatur, indistinctè debet intelligi. *l. de pretio, D. de Publiciana in rem actione*. Acugna ad Gratianum *par.1.dist.71. num.7.* Garaias *de beneficiis to.1. par.2.c.4.num.2.* Leander *loca cit. qu.15.* Contra Molphesium apud Dianam *par. 6. tract. 7. resol.35.* (36)

An sufficiat Pensia in Beneficio existente in sua Diœcesi?

3109 Non sufficit tamen pēsio ut quis sortiatur Episcopum Beneficii.

NEga: quia textus in *d. c. cum nullus.3. de temporibus Ordinationum in 6.* loquitur de Beneficio conferendo ab Episcopo illius Diœcesis. Et Pensio primo non est rigorosè Beneficium. Secnndo non confertur ab Episcopo Diœcesis, sed à Papa, cujus est dilpensare in jure communi, ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. Barbosa, Ricc. Trullench, Campanilis apud Antonium à Spir. S. *tract.9.de Ordine disp.3.sect.2.num.57.*

Nec officit, quem posse ordinari ad titulum Pensionis. Trident.*sess.14.c.2.de reform.*

Nam etiam potest ordinari ad titulum Patrimonii, & tamen habeos Patrimonium in alicujus Diœcesi, neqoit ab illius Episcopo ordinari. Doctores citati: Secùs habens domum, non domicilium, posset ratione reditus inibi ordinari. Marchinus *de Ordine tract. 1. par. 5. c.8.num.10.* Fillincc.*tom.3.tract.41.num.5.* Anton.à Spir. S. *loca cit. num. 56.* Contra Goffredum *tit.de præbendis num.14.*

Scio tamen aliquos veile, posse ordinari ab illo, in cujus Diœcesim Pensionem habet, ant Capelianiam perpetuam; quia tunc habet justum titulum à Tridentino requisitum *sess. 21. c.2.* ibi: *Patrimonium verò, vel Pensionem obtinentes.* Sacra Congregatio apud Garziam *par.2. de beneficiis c.5.num.93.* Petrus Ledesma *de Ordine c.7.conclus.12.* Sed tu diligentius, & altiùs considera, an Doctores in isto casu loquantur.

An Episcopus ratione Beneficii à se collati, & pacificè possessi valeat ordinare, aut concedere Dimissorias, ut Beneficiatus ordinetur ab alio Episcopo sine Dimissoriis Episcopi Domicilii, & Originis?

3110 In hoc servetur Bulla Innoc. XII. ut in notis.

AFfirma: nam indistinctè loquitur. *c. cum nullus.3. de temporibus Ordinationum in 6.* ubi Glossa, & Butrius *num. 1.* Geminianus *num.5.* Garaias *de beneficiis par.2.cap.4.num.1.* Campanilis in *Diversaria rubrica 9.c.8. nu.11.* Ugolinus *de potestate Episcopi cap. 26. §. 3.* Bonac. *de Sacramentis disp.8.qu.un.puncto 4.n.14.* Sanch.*7.Opusculorum c.23.num.15.* Barbosa *de potestate Episcopi alleg.4. num. 42.* dans novem Doctores. Quaranta v.*Ordo.* Pax-Jordanus *lib.3. Incubrationum tit. 6. num. 73.* Formosinus in *c.quod translationem. qu.6.num.1.de temporib. Ordinationum*. Pignatelius *tom. 3. consult. 13. nu.1.2.& 6.* Truilench *lib.6.de Sacram. dub.7. num.15.* Leander *tom.2.tract.6.de Ordine disp.8. qu.17. & disp.10. qu.1.* asserens Episcopum, si posset conferre Ordines per se, posse Dimissorias etiam concedere, ex Trident. *sess.23.c.10.* cum Henriquez *lib.10.c.22. nu.3.* Toleto *lib.1. cap.49.nu.2.* Marchino *de Ordine tract.1.par.6. c.3.num.1.* (37)

An possit ordinare, & ità Dimissorias concedere, etiamsi Beneficium sit tenuissimum?

AFfirma: nam nihil aiiud exigitur in *c.cum nullus.3.de temporib. Ordinationum in 6.* 3111 Beneficinm tenuissimi reditus non sufficit.
Sacra Coogregatio 18. Martii 1628. apud Pignatellum in impressione Romana 1685.*tom.3. consultat. 13. num. 3.* Sacra Congregatio apud Barbosam in *collectaneis Bullarum*, v.*Beneficium num.3.* Nicolium, v.*Ordo num.3.* Contra Quarantam, v. *Ordo.* Piasecium *par. 1. c. 2. art. 2. num. 1.*

Non potest tamen conferre Ordines Sacros, nec Dimissorias concedere, nisi Beneficinm tenue coadjuvetur bonis patrimonialibus usqua ad congruam snbstentationem, ut supra dictum est. Pignatellus *loca cit. nu.3.* De Marinis *lib.2. cap.153.num.4.* (38)

An satis sit Beneficium manuale, hoc est amovibile ad nutum?

AFfirma: Garzias *de beneficiis par.4.c.4.n.3.* 3112 Sufficit Beneficiū manuale, & amovibile.
quia revera est Beneficium; & sic habet requisitum in *c.cum nullus. 3. de tempor.Ordinat. in 6.* ubi non distinguitur, & requiritur beneficium, nec exigitur perpetuum; & ità docet Geminianus, & Franch. in *d. c.cum nullus.* Rebuffus in *praxi beneficiali tit.de Clerico, & à quibus num.1.*

Licèt, si deinda velit promovari ad Ordines Sacros, non sufficiat ob incertitudinem beneficii amovibilis, & consequenter debet promoveri ad alium rituium, puta ad titulum Patrimonii, quo cantum iit de coogrua substentatione axigita à Trident. *sess.21.c.2.* 3113 Secùs si velit promoveri ad Ordines Sacros.

An sufficiat ad conferendum Ordinem commenda perpetua pro utilitate Commendatarii?

AFfirma: quia est ad instar beneficii. Navarrus *cons.2.de Ordine num.15.* Borrellus in *Summa decisionum tit. de commenda, & Commendatariis tom.1.* Pignatellus *to.3. consult.13. num.7.* excindens à ratione beneficii commendam temporalem ad utilitatem alterius, nam nullam habet beneficii rationem. *c. nemo. 15. de electione in 6.* 3114 Commenda perpetua sufficit.

Sed difficultas:

An

(36) Si tamen sint sufficientia ad congruam substentationem detractis oneribus, in quo casu requisuntur Dimissoriæ Episcopi Originis, aut Domicilii.

(37) Ex præcit. Constitut. requiruntur literæ Dimissoriales Episcopi tàm Originis, quàm Domicilii.

(38) Hoc totum corruit ex dispositione cit.Const. adeòque oppositum tenendum est,

An Episcopus cum Ordinato ratione Beneficii à se collati possit dispensare in Interstitiis, & illegitimitate ad Ordines minores?

3115 Episcopus Beneficii potest dispensare in interstitiis, & illegitimitate ad Ordines minores.

AFfirma: nam revera est Ordinarius proprius, cui à Tridentino collata dispensandi facultas, *sess.13.c.11.& 12.* & ut cum ceteris subditis, ità cum subdito jure beneficii dispensare valet. Barbosa in *collectaneis Bullarum v.beneficium num.* 409. & *de potestate Episcopi alleg.4. num.* 409. Garzias *par.4. de beneficiis c.5. num.19.* Pignatellus *tom.3. consult* 13. *num.* 10.

An possit conferri Beneficium laico, & immediatè post ordinari à conferente Beneficium?

3116 Beneficium nequit conferri laico, & immediatè post ordinari.

NEga: quia non potest dare Beneficium non Clerico; & sic non potest reddere laicum sibi subditum ratione Beneficii ei inconferibilis *c.cum adeò*, ubi Felinus *num.4.de rescriptis. c.ex literis.de transactionibus c.2.* ubi Glossa *de Institutionibus*; Unde numquam fit subditus, cùm priùs debeat conferre Ordines, & deinde dare Beneficium, & Beneficium non potest dare, quia non Clericus, Clericum non potest facere, quia non est ei subditus. Staffileus *de literis gratiæ, & Justitia de nova forma expectativa num.34.* Parisius *vol.4.cons.125.num,12.*Sanch. *7.de matrimon. disp.42.num.14.* Tancredi *to.4. tract.5.qu.54. num.2.* Riccius *par.1. praxis resol.336. num.3.* & *par.3. praxis variarum resol. 475.num.4.* Decius in *c.cum adeò. 17. num.11.* ubi Abbas *num.3.de rescriptis*, dicentes, destinatum ad Clericatum non esse beneficii capacem. Joannes Andreas in *c.2.de Institutionibus.* Sanch. *lib.7. Opusculorum c.1. dub.23. num.13.* Aversa *de Ordine qu.3.sect.6. v. secundus modus in fine.* Tamburrinus *lib. 7. de Sacram. Ordinis cap.7.§.2.num.22.& 23.* dicens oppositum non posse probari, licèt dictum à quodam Theologo. Luca *tom.2. de linea legali art.* 98. *num.* 5. De Magistris *tom.2. Sylva lib.1. c.3. num.5.* dantes verba Sacræ Congregationis in una *Neapolitana* 1636. cujus Congregationis verba innituntur præsumptioni fraudis fundantis beneficium ad effugiendum proprium Ordinarium; & sic non currerent in beneficium anteà sine fraude fundatum.

3117 Contra plures DD.

Contra plures id consulentes, & ad praxim reducentes in hac Civitate. Contra quemdam apud Abbatem in *c.cum adeò. 17. num.3. de rescriptis*, ajentem destinatum ad Clericatum censeri Clericum. Cujus oppositum tamen veriùs ait Abbas *ibidem.*

Contra Marchinum (cujus opera suspensa) *de Sacramento Ordinis tract.1.par.5.c.8. num.9.* citantem Ugolinum.

Contra Genuensem in *praxi c.48.in fine*, volentem priùs initiandum, deinde statim conferendum esse beneficium, apud Riccium *par. 3. resol.* 435. *num.* 5. nam in nostra impressione non invenitur.

Contra Hyppolitum Maja in *Bulla Clementis VIII. de reformatione Parochorum.observatione* 20. *num.* 62. citantem Rotam *coram Orano 19.Novembris* 1584. Squillantem *de privilegiis Clericorum c.4. num.31.* & alios afferentes laicum proximè clericandum esse capacem beneficii.

Contra quemdam Theologum Societatis Jesu id consulentam: motum quia jura requirunt, non prærequirunt beneficium; ergo satis est, si eodem instanti recipiat beneficium, & Clericatum; Nec mirum aliquid requiri, non prærequiri; nam primo in philosophicis partes requiruntur non prærequiruntur ad totum; totum requirit non prærequirit unionem. Sic in Theologicis: forma requirit, non prærequirit materiam Sacramentorum; sic forma Baptismi requirit non prærequirit absolutionem; forma absolutionis requirit, non prærequirit dolorem. Christophorus Rasber *de pænitentia c. 4. §. 12.* Gobat *de Sacramentis tract.6.num.154.* Et Baptismi susceptio requiritur, non prærequiritur ad Sacramentum matrimonii infidelium. Sanchez *2.de matrim.disp.9.* Contra Pontium *lib.1. c.9.num.8.*

Contra Passarinum in *c. cum nullus. 3. de temporibus Ordinationum in 6.* Caponom *Forensium c.108.* ajentes, ad Jus patronatus posse Episcopo præsentari laicum clericandum.

Moventur primo, quia tunc non recipit beneficium ante Clericatum, nec Clericatum ante beneficium, quod jure est prohibitum, sed simul recipit beneficium, & Ordinem, quod cùm prohibitum non inveniatur, censetur concessum à jure. *l. statuas. 70. C. de Religiosis. l. quod non, §. quod ejus, D. ex quibus causis majores.* Campanilis in *Diversario.rubrica 7.c.5. num.1.* Barbosa *axiomate* 46. *num.1.* 3118 Motiva in oppositum.

Secundo, quia laicus præsentatus censetur arctatus ad beneficium, ratione cujus multa permittuntur, quæ non conceduntur non arctatis. Gratianus *Forensium c.* 430.*num.6.* Sic licèt Capitulum Sede vacante intra annum non concedat Dimissorias ad Ordines. Trid. *sess. 23. de reformat. c. 10.* arctatis tamen pro beneficio concedit tamen laicis ad recipiendam primam Tonsuram. Garzias *de beneficiis par. 5. cap. 7. num.* 93.

Fundari ulterius possunt.

PRimo, quia proximè assumendus ad militiam habet privilegia militis. *l.ex eo tempore, D.de re militari*; ergo proximè clericandus poterit habere beneficium, quia valet argumentum ab armata ad Celestem militiam. Novarius *Pragm.4.num.8.de Pharmacopolis*, ubi Licentiatus gaudet privilegiis Doctoris, & Nobilis. 3119 Rationes Auctoris producuntur.

Secundo, quia quæ statim fiunt censentur inesse. *l.lecta.40. §.dicebant, D. si certum petatur*; ergo censetur simul recepisse Clericatum, & beneficium, & sic subditus.

Tertio, laicus nequit præsentari ad beneficium Juris-patronatus, cùm præsentatus debeat esse habilis tempore, quo præsentatur. Trident. *sess.14.de reform.c.13.* cùm ex tempore præsentationis jus acquirat ad institutionem. Baldus *vol.1.cons.127.* Alexander *vol. 2. cons.* 21. Seraphinus *dec.* 1234. *num.* 4. & tamen laicus mox initiandus validè præsentabitur, & acquiret jus ad institutionem, ità ac si ab initio fuisset Clericus. Gratianus *Forensium c.430. num.6.* Masobrius in *praxi concursus. præludio 7. dub. 20. num.84.* Barbosa *alleg.6.num.77.* Maranta *p.5. responso 85.num.26.* Parisius *lib.4. de resignatione c.2.num.6.* Ricc.*par.3.resol.435. num.3.* sibi contrarius *par.1. resol.151.& 176. num.3.* ergo licèt beneficium ut jus spirituale nequeat conferri simpliciter laico, poterit conferri laico mox clericando, quo beneficio recepto fit subditus, & deinde subditus ordinabitur, maximè si beneficium sit Jus-patronatus, & ordinandus

sit

ſit idoneus. Ità requiſitus à quodam Eminentiſſimo diſcurrebam; ſed non conſului, immò expreſsè me contrarium ſentire profeſſus ſum, & nunc profiteor non ſolùm ex præjacta ratione, ſed etiam ex ſequentibus.

Primo Ordinem non poteſt conferre ante, ſimul poſt beneficium; ergo nequit ordinare.

Non ante beneficium; quia tunc non eſt ſubditus, cùm beneficiatus fit ſubditus. *c. cum nullus. 3. de temporibus Ordinationum in* 6. Trident. *ſeſſ. 23. de reform. c.* 8.

Non ſimul poteſt conferre Ordinem, & beneficium, quia ante collationem Ordinis traditione materiæ, & formæ prærequiruntur in Ordinante, & ordinatione plures actus juriſdictionis, qui ſupponunt Ordinandum ſubditum Epiſcopo Ordinanti.

Non poſt, quia tunc beneficium eſſet ante Ordinationem collatum non Clerico, nam ante Ordinationem non eſt Clericus; ergo laico, contra *caput 1. de Inſtitutionibus, & c. cauſam. de præſcriptionibus, & c. cum adeò. 17. de reſcriptis. & c. ex literis. de tranſactionibus*, ubi laicus nequit Jus aliquod ſpirituale recipere, maximè beneficium.

Secundo probatur, quia beneficium non ſolùm requiritur, ſed prærequiritur; nam fundamentum juriſdictionis prærequiritur; at beneficium eſt fundamentum juriſdictionis Epiſcopi.

Tertio, quia actiones humanæ ſucceſſivè fiunt; ergo duæ volitiones una poſt aliam; & cùm collatio Ordinis, & beneficii requirant eſſentialiter actiones externas diverſas ſenſibiles, quæ cùm non poſſint fieri ſimul, nequit ſimul conferri Ordo, & beneficium.

Quarto, Clericatum prærequiri ad recipiendum beneficium, patet ex *c. cum adeò. 17. de reſcriptis*, ubi impetrans beneficium debet exprimere ſe Clericum, & impetratio beneficii præcedit collationem beneficii; ergo beneficium in re noſtra prærequiritur, ut prærequiritur domicilium, origo ad fundandam juriſdictionem Epiſcopi ordinantis, in *c. cum nullus. 3. de temporibus Ordinationum in* 6. & Ordo Clericalis prærequiritur ad collationem beneficii. *d. c. cum adeò. 17. de reſcriptis.*

Quinto probatur, quia deſtinatus ad Ordines non eſt ordinatus; ergo non eſt Clericus; ergo non poteſt recipere beneficium. Antecedens patet, quia ſi deſtinatus ad Ordines eſſet ordinatus, gauderet privilegiis Clerici in *c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.* gauderet immunitate; ergo ſicuti non gaudet iſtis privilegiis, multò minus poteſt gaudere privilegio recipiendi jus ſpirituale. *c. cauſam. de præſcriptionibus. c. 1. de Inſtitutionib.*

Deſtinatum ergo ad Clericatum, non dicimus Clericum, cum Gloſſa in *c. 2. de Inſtitutionibus.* in *c. cum ſecundum. de præbendis.* Abbate in *c. cum adeò. 17. num.* 3. ubi Decius *num. 3. de reſcriptis*. Sicuti deſtinatus ut baptizetur, non eſt baptizatus. *l. nulli, C. ne ſanctum Baptiſma iteretur*, ubi Bartolus. Deſtinatus fugere ad Eccleſiam non gaudet privilegiis immunitatis Eccleſiæ. *c. Eccleſia. de immunitate Eccleſiarum.*

Deſtinatus ad profeſſionem non eſt profeſſus; deſtinatus ad militiam non eſt miles; & ità indiſtinctè non eſſe verum deſtinatum haberi ac id, ad quod deſtinatur. Patet ex *l. ſi vendum, C. de furtis, l. certa. §. ſed ſi paraverit, D. de legatis 1. l. 3. §. quid ergo, D. de contraria, & utili actione tutelæ.* De quo textu invento feſtum egit Romanus in *l. ſi ex legati cauſa. collatione 4. D. de verb. oblig.* & in materia deſtinationis Brocardi. Videas apud Albericum *par. 12. ſtatutorum qu.* 205. Alexand. *volum. 3. conſ.* 95. incipit *aliàs conſultus.*

An ſufficiat ſola collatio Beneficii ſine poſſeſſione, ad hoc, ut poſſit ei conferri Ordo?

Affirma: nam revera dicitur Beneficiatus, 3120
quòd ſolùm requiritur in *d. c. cum nullus. 3. de temporibus Ordinationum in* 6. Riccius *par. 2. praxis dec. 188. num.* 3. Garzias *de beneficiis tom. 1. par. 2. cap. 1. num.* 17. Diana *tract. 2. reſol.* 24. Suarius *de cenſuris diſp. 15. ſect. 1. num.* 7. (39)

Sola collatio Beneficii, abſque poſſeſſione nunc non ſufficit.

De Familiare Epiſcopi Ordinantis.

§. XIII.

Epiſcopus habens familiares eſt duplex, unus habens Diœceſim, & ſubditos. Trident. *ſeſſ. 23. c. 9.* alter merè titularis, carens Diœceſi, & ſubditis. Trident. *ſeſſ. 14. c. 2.*

Epiſcopus titularis nequit ordinare ſuum 3121
ſubditum familiarem, etiamſi reſideat in loco nullius Diœceſis, vel exemto ſine literis Dimiſſorialibus ordinandi. Trident. *ſeſſ. 14. c. 2.* Et ordinans etiam in prima Tonſura eſt ſuſpenſus per annum ab exercitio Pontificalium, & ordinatus ab Ordine ità ſuſcepto, donec proprio Epiſcopo placuerit. Trident. *ſeſſ. 14. c. 2. c. 1. de tempor. Ordinat. in 6. c. 1. 21. qu. 2. & cauſa. 9. qu. 2.*

Epiſcopus Titularis nequit ordinare ſuum familiarem.

Habens verò Diœceſim poteſt ordinare ſuum 3122
familiarem triennalem ſecum commorantem, & ſtatim beneficium deinde ei conferre. Trident. *ſeſſ. 23. c. 9. de reform.* ibi: *Epiſcopus familiarem ſuum non ſubditum ordinare non poſſit, niſi per triennium ſecum fuerit commoratus; & beneficium quacumque fraude ceſſante, ſtatim re ipſa illi conferat.* (40)

Habens Diœceſim poteſt familiarem triennalem ordinare.

An Epiſcopus etiam ordinare valeat famulum triennalem familiaris triennalis?

Affirma: nam iſti etiam mediatè ſunt fami- 3123
liares, ſcilicet de familia Epiſcopi; viventes mediatè expenſis Epiſcopi. Trident. *ſeſſ. 23. c. 9. de reform.* Sanch. *tom. 2. Opuſculorum lib. 7. c. 1. dub. 20. num.* 34. Diana *par. 4. tract. 4. reſol.* 144. Mandoſius *Regul. 3. Cancellariæ q.* 19. Barboſa *par. 2. de poteſtate Epiſcopi alleg. 5. nu.* 7. Anton. à Spir. S. *de Ordine tr. 9. diſp. 9. n.* 58.

Et famulum triennalē familiaris triennalis.

Triennium debet eſſe continuum, argumen- 3124
to Trident. *ſeſſ. 14. c. 2.* ibi: *prætextu familiaritatis continuæ. de reformat.* Sacra Congregatio apud Garziam *de beneficiis tom. 1. par. 2. cap. 5. num.* 83.

Triennium ſit continuū.

Debet eſſe completum de momento ad momentum; idque quia eſt privilegium talis facultas

(39) Requiritur nunc per Conſtitut. *Speculatores pacifica* poſſeſſio beneficii, ibi: *illudque ab Ordinando pacificè poſſideatur.*

(40) Inſuper per ſupradictam Conſtitut. Innocentii XII. familiaris Epiſcopi dictæ Diœceſis ab ipſo non poteſt ordinari, niſi literas Teſtimoniales proprii Epiſcopi originis, aut domicilii habeat, & Epiſcopus, cui famulatur, debet ſuis ſumtibus alere per triennium, & ei beneficium ſufficiens ad vitæ ſubſtentationem conferre debet, vel ſaltem intra menſem à die Ordinationis, de quibus omnibus in literis Dimiſſoriis mentio fieri debet.

Et comple ... cultas ordinandi familiarem; ideòque restringendum. Præpositus 3. *par. de Sacramento Ordinis quæst.un. dub.*14.*num.*142. Marchinus *de Sacramento Ordinis tract.*1. *par.* 5. *c.*9.*num.*2. Leander *qu.*24.Diana *par.*8.*tract.*2 *resol.*27. Ità ut nec sufficiat ultimum annum esse inceptum. Præpositus *loco cit.*

3125 Potest incipi ante assumptionem ad Episcopatum.

Triennium potest incipere ante assumptionem ad Episcopatum, nam finis triennalis familiaritatis est, ut dignoscat mores, literaturam, ac habilitatem familiaris: nè minus idoneus, ac inhabilis, aut indignus ordinetur. Trident. *sess.*14. *de refor.c.*2. ibi: *minus idonei, & rudes, ac ignari, & qui à suo Episcopo, tanquam inhabiles, & indigni rejecti fuerunt, ordinati, &c.* quæ notitia familiaritate ante Episcopatum etiam potest haberi. Molphesius *to.*1. *Summæ tr.*2. *c.*2.*num.*8. Palaus *tom.*4 *tract.*27. *puncto* 15. *num.*6. Dicastilius *tract.*6.*disp.*1.*dub.*16.*num.*229 *loco cit.*

3126 Familiaritas sit coram Episcopo, non sufficit gerere negotia in absentia.

Triennalis familiaritas debet esse coram Episcopo, nec sufficit si absens negotia Episcopi gerat. Trident. *sess.*23. *c.* 9. ibi: *per triennium secum fuerit commoratus*; & absens non dicitur cum Episcopo commoratus. *c.fin.de verb.signif.* Et sic debet præsente Episcopo assistere in re familiari, vel commensalitate. Trident.*sess.*14. *c.*2. ibi: *familiaritatis continuæ, commensalitatis suæ. cap. cum dilectus*, ubi Abbas *num.*2. *de Clericis non residentibus*; nam sic perscrutari valet mores Ordinandi. *c.si quis incognitus.*12. *qu.*2.Suarius *de censuris disp.*51.*sect.*1. *num.*15. Cenadus *qu.*18.*num.*30. Sanch.*tom.*2.*Opusculorum lib.*7.*cap.*1.*dub.*20.*num.*21.

3127 Si familiaris fuerit Clericus, ei collato Beneficio, valet ordinari ante triennium.

Si verò familiaris sit Clericus; tunc Episcopus collato ei beneficio ante triennium, illum valet ordinare, non titulo familiaritatis, sed titulo beneficii. Philibertus *par.* 5. *tract.*1. *c.* 8. *num.* 9.

3128 Familiari ordinato debet conferri Beneficium intra mensē ex Constit. Speculatoris Innoc. XII.

Episcopus postquam ordinavit suum familiarem, debet ei conferre beneficium statim. Trident.*sess.*23.*c.*9. *de reform.* ibi: *Beneficium, quacumque fraude cessante, statim re ipsa illi conferat.* Philibertus *tract.*1.*qu.*5.*c.*5.*n.*1.

Statim, hoc est intra decem dies, ex *l. quod dicitur, D.de solutionibus*, intelligit Marchinus *de ordine tract.*1.*par.*5.*c.*5.*num.*1. & 6.& *p.*11. *c.*9. *n.*5. Leand. *loco cit. qu.*22. Zerola in *praxi Episcopali par.*1.§.*Dimissoria.* Aversa *de Ordine qu.*6.*sect.*3. Diana *par.*8.*tract.*2.*resol.*33.

Ad sex menses extendit Riccius *dec.*208.Farinac. *par.*1.*dec.*222. & 731.

Ad annum extendit Parisius *lib.*4.*de resignatione q.*2.*num.*42.

Usque ad beneficium primo vacaturum extendit Vasquez *par.*3.*tract.*2. *disp.*243.*num.*49. Gaspar Hurtadus *de Sacram. Ordinis diffic.* 17. Itaut beneficium primò vacans ei conferat. Præpositus 3.*par.de Sacram.Ordinis qu.un.dub.*14. *num.*142. Tanderus *tom.*4. *disp.*2. *qu.*33. *dub.*4. *num.* 38.

3129 Nequit Episcopus nunc suum familiarem ordinare ad titulum Patrimonii.

Episcopum posse ordinare suum triennalem familiarem ad titulum Patrimonii ampliata ad hoc dispositione Trident.*sess.*23.*c.*9.*de refor.* ait ex declaratione Sacræ Congregationis Riccius *par.*3.*praxis resol.*450.*num.*7.

3130 Et nequit cum illo dispensare in Interstitiis.

Quamvis Episcopus possit ordinare suum familiarem triennalem non subditum, nequit tamen dispensare cum illo in Interstitiis; quia sublato uno, remanet aliud impedimentum: & privilegium non extenditur contra dispositionem juris de casu ad casum. *c. ex tua. de auctoritate, & usu Palli.* Genuensis in *praxi c.*81.*num.* 3. Sanch. *de matrimon. disp.* 1. *num.*25. Rodriq. *tom.*2. *Summæ c.*14. *num.* 10. Navarrus *cons.*12. *de temporibus Ordinationum.* Pignatellus *tom.*3. *consultat.* 13. Zerola *par.* 2. *praxis Episcopalis*, v.*Ordo num.*6.

De Dimissoriis.

§. XIV.

3131 Episcopus ordinat suos subditos, & habentes Dimissorias suorum Episcoporum.

Episcopus debet ordinare sibi subditos, & non alios, nisi cum Dimissoriis proprii Prælati. *c.*1. *c.cum nullus.*3. *c.nullus.*4.*de temporibus Ordinationum in* 6. Trident.*sess.*23. *c.*3. *c.Ordinationes.* 8. ibi: *unusquisque autem à proprio Episcopo ordinetur. c.*9.*de reform.* & *sess.* 21. *c.*2.*de reformat.*Bulla Pii II.incipit: *Cum ex Sacrorum.*

3132 Hæ literæ Apostoli, & Reverendæ dictæ quid cōtinere debent.

Quæ literæ Dimissoriales appellantur etiam Apostoli, & Reverendæ, & debent continere nomen Episcopi dimittentis à quo, & ad quem dimittuntur, & nomen, cognomen, idoneitatem, examen factum, vel faciendum ordinandi. Trident. *sess.*23.*c.*3.*de reform.c.*1.*de temporibus Ordinationum*; Et Episcopus ad quem diriguntur, nequit alium substituere; cùm non sit delegatus à Principe, nec valeat excedere fines delegationis; & sic pro Sacris Ordinibus diriguntur ad quemcumque Episcopum Catholicum, pro prima Tonsura, & minoribus ad certum Episcopum. (41)

3133 Quid observandum in Ultramontanis.

Ultramontani cum literis Dimissorialibus non ordinantur, nisi fuerint legalizzatæ literæ Dimissoriales à Nunciis, seù Collectoribus Sedis Apostolicæ in partibus, & deinde recognitæ à Vicario Generali Urbis: ex *Constitutione Urbani VIII.* 14. *Decembris* 1624. Barbosa *de potestate Episcopi alleg.*6.*num.*4. Riccius *par.*1.*praxis resol.*250.Diana *par.*5 *tract.*6.*resol.*4.

Sunt in Dimissoria exprimendi Ordines conferendi, & expressis in genere Ordinibus non veniunt Sacri. *c.*1.*de temporibus Ordinationum.* Rebuffus in *praxi tit. de literis Dimissorialibus num.*5. Henriq.*lib.*14.*Summa c.*8.*n.*10.

Difficultas est:

3134 Unica Dimissoria potest dimitti Ordinandus ad plures, vel omnes Ordines.

An unica Dimissoria valeat dimitti Ordinandus ad plures, vel ad omnes Ordines suscipiendos?

Affirma: Rebuffus *lib.*1. *praxis c.*9. *num.*4. Marchinus *de Ordine par.*6. *c.*3. *num.*20. Leander *par.*2.*tract.*6.*disp.*10.*qu.*6.

Nam, cùm nullo jure prohibeatur, permissum censetur favore possessionis libertatis. *l.nec non.* 28. §.*quod eis, D. ex quibus causis majores. l.statuas.*79. *C. de Religiosis, & sumtibus.* Barbosa *axiomate* 46. *num.* 1.

Ex his resolvitur:

An,

(41) Literæ Dimissoriæ pro prima Tonsura, & Ordinibus minoribus uni, & certo Episcopo ad concedentis electionem dirigendæ sunt, ut decrevit Sac.Congregatio in toto Regno Neapolitano 22. Junii 1623. adjectis pœnis contra aliter ordinatum, ut ab executione collati, & susceptione superioris Ordinis perpetuò suspensus sit, & alias condignis puniatur. Ordinans, vel Dimissorias concedens in suspensionem ipso facto à collatione Ordinum per annum incidat.

VERBA LIA. II.

Oooo

An, & cur Dimissoriæ sint necessariæ?

3135 Finis Dimissoriarum literarum.

AFfirma: ut constet de idoneitate, & qualitate Ordinandi, & Ordinis recipiendi, & de consensu proprii Ordinarii, à quo esset ordinandus. Trident. *sess.23.c.8.de reform.* ibi: *Unusquisque autem à proprio Episcopo ordinetur. Quod si quis ab alio promoveri petat, nullatenus id ei, etiam cujusvis generalis, aut specialis rescripti vel privilegii prætextu, etiam statutis temporibus permittatur; nisi ejus probitas, ac mores Ordinarii sui testimonio commendantur*; & c.3. ibi. *subditos suos non aliter, quàm jam probatos, & examinatos, ad alium Episcopum ordinandos dimittat*; & *sess.7. c. 11. de reform.* Quæ forma habilitatis per examen, haberi potest per æquipollens. Mantica *lib.2.de tacitis tit.4.num.45.* Unde si nota sit Ordinandi habilitas, constetque de voluntate Ordinarii, etiam non per epistolas, sed quia proprius Episcopus est præsens consentiens ordinationi collatæ ab alieno Episcopo suo subdito, licitè suus subditus est ab illo ordinatus. Pasqualigus ad Franch. *tit. de Regularium ordinatione qu.9.num.269.*

3136 Sunt necessariæ saltem in æquipollenti.

Necessariæ ergo sunt Dimissoriæ in se, vel in æquipollenti. *c. quod*, ubi Gonzalez *num. 2. de temporibus Ordinationum. c.illud.1.c.de alienæ. 2.c.si quis.3.c.Clericos.4.dist.71.c.1. c.Clericum. 2.dist.72. c.alienum.2. 19.q.2. c.nullus. c.eos. de temporibus Ordinationum in 6. c.nullus 9. qu.2. c.nullus 3.de Parochiis.*

Qui valeant literas Dimissoriales concedere?

3137 Omnis valēs ordinare suū subditū, eique valet Dimissorias concedere.

OMnis, & quilibet suis subditis, nomine proprio potens Ordines conferre, etiam Dimissorias concedere valet, si à censuris sit immunis. Trident. *sess.23. c.Episcopi.3.& c.Ordinationes.8.& c.Abbatibus.10.de reform.*

3138 Etiam existens extra Diœcesim.

Et sic primo Episcopi etiam existentes extra Diœcesim; quia est actus jurisdictionis voluntariæ. Felinus in *c.ex parte.columna 3. in fine, v.non obstat. de Constitutionibus*; sivè domicilii, sivè originis, sivè beneficii literas Dimissoriales concedere valent suis subditis. Trident. *sess. 23.c.3.8.9.& 10.* ubi Barbosa *c.cum nullus.3.de temporibus Ordinationum in 6.* ubi Glossa *final.* Scoppa ad Gratianum *dec.98.num.1.* Henriquez *lib.10.c.22.num.3.* Bonsc. *de Ordine disp.8. puncto 4.num.22.*

Sat est si Episcopus sit confirmatus.

Satisque tamen est, si sit confirmatus, licèt non sit consecratus Episcopus, quia concedere Reverendas, Dimissorias, est actus, non Ordinis, sed jurisdictionis. Marchinus *de Ordine tract.1. par.6.c.3.num.1.*

3139 Dubitatur an Legatus à latere possit in sua Provincia concedere Dimissorias.

An autem Legatus à latere in sua Provincia valeat Dimissorias concedere?

AFfirmat Petrus Ledesma *c.8.de Ordine difficult.3.conclus.4.* Anton. à Spir. S. *tract.9. de Ordine disp.3. num.62.*

Negat Marchinus *de Ordine tract.1.par.6.c.3. num.5.* Rodriq. *de Ordine c.14.n.6.*

Tu rem colligas ex delegatione, cujus fines Legatus excedere nequit; nam jura communi id ei permissum non invenitur.

An Vicarius possit concedere literas Dimissoriales?

3140 Vicarius Episcopi nequit Dimissorias concedere sine speciali mādato.

NEga: etiam absente Episcopo sine speciali mandato; quia est res specialis. Joannes Andreas in *c.cum nullus.de temporibus Ordinat. in 6.* Quaranta in *Summa* v. *Ordo*. Sbrozius *lib. 2. de officio Vicarii qu.42.* Ugolinus *de potestate Episcopi c.4. §.7.num.5.* Rebuffus in *praxi tit.de forma Vicariatus Archiepiscopi num.47.* Panvinus *de potestate Capituli Sede vacante c.10.par.2. principali num.17.* Tolosanus 16. *syntagmatum c.9.num.3.* Guttier. 2. *Canonicarum c.17.nu.20.* Marchinus *de Ordine tract.1. par.6. c.3. num.8.* Gratian. *Forensium dec.98.* ubi Scoppa *num.7.* contra Menochium 2. *de arbitrariis casu 222. num. 9.* ajentem, absolutè Vicarium absente Episcopo posse ordinare, hoc est Dimissorias concedere.

An, & quando Capitulum Sede vacante valeat Dimissorias concedere?

3141 Post annum Capitulum, & ejus Vicarius Capitularis valet Dimissorias concedere.

A Sede vacante post annum Capitulum, ejusque Vicarius valet literas Dimissoriales concedere. *c. cum nullus.3. §.Episcopo. de temporibus Ordinat. in 6.* Trident. *sess.7. de reform.c.10.* ibi: *Non liceat Capitulis Ecclesiarum, Sede vacante, infrà annum à die vacationis, Ordinandi licentiam, aut literas Dimissorias, seu Reverendas, ut aliqui vocant, tam ex juris communis dispositione, quàm etiam cujusvis privilegii, aut consuetudinis vigore, alicui, qui beneficii Ecclesiastici recepti, sivè recipiendi occasione arctatus non fuerit, concedere.* Barbosa *de potestate Episcopi alleg.7.num.13.*

3142 Intra annū arctatis valet cōcedere.

Intra annum tamen tantùm arctatis ad Ordinem beneficio recepto, vel recipiendo Dimissorias concedere valet. Trident. *loco cit.* Zerola in *praxi Episcopali par.1. v.Capitulum n.1. ad 2.* Quaranta in *Summa v. Capitulum Sede vacante.* Barbosa *de potestate Episcopi allegat. 7. num. 10.* Et arctatus dicitur beneficio recepto requirente exercitium personale Ordinis intra annum.

3143 Quis est arctatus?

Arctatus beneficio recipiendo est præsentatus ad beneficium requirens actum Ordinis recipiendi. Barbosa *de jure Ecclesiastico tom. 1. c.32.num.114.& 126.*

Pœna Capituli concedentis Dimissorias quando non potest, & Ordinati.

3144 Aliter interdicto subjicitur Capitulum.

EST, ut Capitulum subjaceat interdicto. Trident. *sess.7.de reform. c.10.* ibi: *si secùs fiat, Capitulum contraveniens Ecclesiastico subjaceat interdicto.*

Ordinatus verò, distinguendum est, an in minoribus, an in sacris.

3145 Et ordinatus in minoribus potest Clericali privilegio privari.

Si in minoribus ordinatus fuerit; pœna erit olim nè gauderet privilegio Clericali, ex Trid. *loco cit.* sed hodiè non gaudet privilegio Clericali post sententiam, ex *Constitut. Urbani VIII.* adversus malè promotos. Marchinus *de Ordine par.6.c.3.num.13.*

3146 Si in Sacris est suspensus ad arbitriū futuri Prælati.

Si verò sit in sacris ordinatus, est suspensus ipso jure ab exequutione Ordinum ad beneplacitum futuri Prælati, ut loquitur Trident. *loco cit.* Suarius *tom. 5. de censuris disp. 31. sect. 1. num. 20.*

Vicarius Papæ, & Collegium Cardinalium Sede vacante intra annum, an possint concedere literas Dimissoriales ad suscipiendos Ordines?

3147 Vicarius tamen Papæ, & Collegiū Cardinaliū Sede vacante intra annum concedunt Dimissorias.

AFfirma: quia ex *l. item apud Labeonem, D. de injuriis*, specialitas Sedis Apostolicæ exprimenda, & non expressa, remanet exclusa generali decreto Trident. *sess.7.c.10. de reform.* Trullench *lib.6.Decalogi dub.8.num.8.* Leander *tom.2.*

tom.2. tract.10. disp.10.qu.3. Anton. à Spir. S. *tom.1. Directorii tract.9.de Ordine disp. 3.sect.5. num.63.*

Abbates an possint concedere Dimissorias?

3148 Abbates habentes subditos valent Dimissorias dare.

Distinguas: vel habent Episcopalem jurisdictionem, vel non habent.

Si habent, itaut possint ordinare subditos; tunc possunt etiam Dimissorias concedere; nam dicuntur proprii Prælati, inclusi in *c. cum nullus.3.de temporibus Ordinat.in* 6. Doctores apud Dianam *par.3.tract.3. resol.94. & par.4.tract.4. resol.*147. Trullench *lib.6.Decalogi c.un. dub* 8. *num.3.*Palaus *tract.27.disp.un.puncto* 15.*num.*8. Anton.à Sp.S. *de Ordine tract.9. disp.3.num.*68. nec contra istos aliquid statuit Trident. *sess.*23. *c.10.de reform.*

3149 Secùs si Episcopali jurisdictione careant.

Si verò sint Abbates carentes Episcopali jurisdictione, includuntur decreto Trident.*sess.*23. *c.10.de reform.*ut non valeant Dimissorias concedere sub pœna suspensionis ipso jure per annum. Azorius *tom.2.lib.3. c.49. qu.3.* Tolosan. 40.*syntagmatum c.2.num.*19.

An ceteri Prælati inferiores valeant conceder Dimissorias sine expresso Summi Pontificis non revocato privilegio?

3150 Prælati inferiores nequeunt sine expresso privilegio Papę

NEga: *c.cum nullus.3.§.inferiores*, ubi Glossa v. *Indultum. de tempor. Ordinat. in* 6. Trident. *sess.23.c.10.de reform.* Abb. in *c.accedentibus. num.2. de excessibus Prælatorum*. Capella Tolosana *dec.*451. Tolosanus *lib.* 40. *syntagmatum c.2.num.*19. Barbosa *de potestate Episcopi alleg. 7. num.* 6. Campanilis in *Diversorio rubr.9.c.8.num.2.*

Unde non possunt Dimissorias concedere Pręepositi, Archipresbyteri Ecclesiæ, etiam exemptæ, nec Commendatarii S. Joannis Hierosolymitani, nec Abbates exemti, aut nullius Diœcesis. Sacra Congregatio 11. *Septembris* 1621. Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium in una *Cavensi 5.Maii* 1587.& in *Nullius Rutilianensis* 9. *Septembris* 1636.

Dimissoriæ Græci Ordinandi.

3151 Græcus subditus Episcopo Latino ordinatur ab Episcopo Græco cum licentia Ordinarii sui.

ORdinandus Græcus subditus Episcopo Latino, ordinatur ab Episcopo Græco Catholico cum licentia proprii Prælati. *c. cum secundum.9.c.quod translationem. 11. de temporibus Ordinationum.*

Dimissoria pro Regularibus.

3152 Religiosi nequeunt, contradicente suo Prælato, ordinari.

NEquit Religiosus ordinari contra prohibitionem sui Prælati.*c.ad aures.5.*ubi Gonzalez *n.3.de temporibus Ord.c.nullus.1.dist.58.c.si quis.28.c.in Parochia.31. c.Monachi.33.c.cum pro utilitate.34. 16.qu.1. c.cum nullus.3. c.nullus.4.de tempor. Ordinat.in* 6. Clementina *ne in agro,in fine. de statu Monachorum.c.si Religiosus.27.de electione in* 6. Tamburrinus *tom.2.de jure Abbatum disp.7.qu.26.*

Et sic requiritur Dimissoria sui Prælati ex privilegiis indultis Societati Jesu à Gregorio XIII. anno 1584. & aliis Religionibus à Clemente VIII.& à Xisto V.teste Quaranta v.*Ordo in fine.* Diana *par.2.tr.16.res.15.* idque etiamsi Ordinandi fuerint Novitii, cùm fruatur privilegiis Professi.Sanch.6.*Decalogi c.10.num.22.* Anton.à Spir.S. *tract 9.de Ordine disp.3. nu.70.* Diana *par.3.tract. 3.resol.7.* contra Marchinum *tract 1.par.6.c.14.num.10.*

An evanescant Dimissoriæ concedente extincto, vel amoto?

NEga: & durant quousque à successore revocentur; nam est gratia facta, quæ durat amoto, vel aliter deficiente concedente. *c. si cui.36.de præbendis in 6. c.si super gratia. 9. de officio Delegati in 6. c.si qua.12.qu.2.* Quaranta v.*Capitulum Sede vacante.*Navar.*cons.1.de temporibus Ordinat.* Suarez *lib.8.de legibus cap.31. num.19.* Cardinalis in *Clementina fin. qu.1. de electione.* Gratianus *dec.* 98. *num.* 20. Rebuffus in *praxi beneficiali tit. formula Dimissoriarum literarum num.43* Imola in *c.2.ne Sede vacante.*Federicus de Senis *cons* 16. De Marinis *to.1. c.*281.*num.7.*Campanilis in *Diversorio rubr.9. c.8.num.36. & 37.* Sanch.dans decem Doctores 8.*de matrimon.qu.28.num.*83. Guttier. 2.*Canonicarum c. 18. & c.27. num. 12.* De Magistris *lib.1.Sylvæ tit.2.cap.20. num.12.* Bon *c.disp.8. puncto 4.num.*21. Anton.à Spir.S.*de Ordine tr.9. disp.3.num.*74. Bassæus v.*Ordo.3.num.4.* Ludovicus *de Ordine q.2.art.2. dub.4.* Macadus *to.2. par.1 tract.3. documento 5. num.4.* Leander *tomo 2.tract.6. disp.10. q.12.* dans decem, & octo Doctores contra Zerolam in *praxi Episcopali*, v.*Dimissoriæ nu. 9. par.* 1. Undè ex Dimissoriis concessis ab Episcopo jam defuncto, vel translato, vel renunciante, vel concessis à Capitulo, vel à Vicario Capitulari Sede vacante quis licitè ordinari valet, non obstante superventu novi Episcopi, illas effectum non sortitas, non revocantis. Guttierez 2. *Canonicarum cap. 18. & c.27. num.12.* Novarius *lib.1. Forensium c.121. num. 5. & 6.* Majolus *lib. 5. de irregularitate c.51. num.6.* Moneta *de commutatione ultimarum voluntatum c.10. num.179.* Molina *tr. 5, de justitia disp.11.num.14.*Ledesma *par.1.Summa c.8.de Sacramento Ordinis conclus.4.* Abbas in *c.cum olim, v.testimonio. de majoritate, & obedientia.* 3153

3153 Dimissoriæ valēt etiam extincto, vel amoto concedente, si nō revocentur à successore.

An Episcopus ad quem valeat examinare Ordinandos jam examinatos ab Episcopo à quo?

3154 Potest, sed non tenetur Episcopus examinare eos, qui fuerunt examinati à proprio Episcopo, & ipse ordinat.

AFfirma: posse, sed non teneri illos examinare; quia cum Ordinandi debeant esse omni exceptione majores. Trident. *sess.14. c.1. de reform.* De Marinis *tom.1.c.287.num.1.* potest enim videre, an obstet aliqua exceptio, & iterum illos examinare, ut potuit examinare dimittens. Trident.*sess.23.c.3.de refor.& sess.7. de reform.c.11.* Guttierez 5.*Canonicarum c.26. num.24.* Barbosa *de potestate Episcopi. allegat.7. num.22.* Trullench *lib.1. Decalogi c.un. dub.8. num.12.*

Quantum temporis durent Dimissoriæ jam concessæ?

3155 Semper Dimissoriæ durant, donec à successore fuerint revocatæ.

DUrant quousque revocentur, ut durat gratia facta. *c.si cui.de præbendis in 6.c.si super gratia.de officio Delegati in 6. c.si qua.12. qu.32.* cùm autem in Dimissoriis sit testificatio habilitatis, quæ cursu temporis mutari potest, arbitrio Episcopi ordinantis erit expendere an sint alteratæ qualitates Ordinandi, & gratis videtur loqui Genuensis in *praxi c. 81. num. 4.* Marchinus *de Ordine tract.1.par.6.cap.3.in fine, & c.6. num.13.* taxans duos, vel tres menses; cur non dixit unum cum dimidio? cur non tres cum dimidio, vel quatuor.

An prima Tonsura collata sine Dimissoriis ab Episcopo non suo sit valida, sed illicita?

3156 Prima Tonsura collata sine Dimissoriis ab Episcopo non suo, est illicita, sed valida.

AFfirma: sivè sit Ordo, ut volunt Canonistæ in *c. cum contingat. de ætate, & qualitate*, sivè non sit Ordo; nam ex juris dispositione est, ut actus Ordinis annexus, sicuti consecrare Ecclesiam. *c. aqua. de consecrat. Ecclesiæ, vel Altaris*; & sic etiam gaudet privilegio fori, immunitatis, & Canonis. Sacra Congregatio apud Pignatellium *tom. 3. consultat.* 8. *à num.* 11. *ad* 15. Contra Rebuffum in *praxi beneficiali. tit. formula literarum Dimissorialium num.* 12. Bonacinam *de censuris in particulari disp. 3. q. 1. puncto* 11. *num.* 20. dicentes, invalidam, quia actus jurisdictionis, qui nequit exerceri in non subditum.

Pœna Ordinantis, & Ordinati sine Dimissoriis?

NOn est eadem, & sic distinctè primò.

Pœna ordinantis non subditum sine Dimissoriis?

3157 Ordinans non subditū sine Dimissoriis per annum suspenditur à collatione Ordinum.

ESt suspensio per annum à collatione Ordinum. Trident. *sess. 23. de reformat. c. 8. & sess. 14. c. 4. de reform.* Pius II. in Constitutione *Sanctum, & salutare.* Pius V. in Constitutione *Romanus Pontifex.* Urbanus VIII. in Constitutione *Secretis.* Et si suspensio sit manifesta, ejus subditi sine licentia possunt ordinari à vicinis Episcopis. *c. eos. de temporib. Ordinat. in* 6. ubi Glossa v. *manifesta.* Sylvester v. *Ordo.* 3. *num.* 8. Zerola *par* 1 *praxis*, v. *Dimissoriæ n.* 10. *in fine.* citans Rebuffum; volens etiam posse non ire ad Metropolitanum.

Difficultas autem est:

An sit suspensus à collatione omnium Ordinum, an tantùm à collatione malè collati?

ESse suspensum ab omnibus Ordinibus ait Glossa in *c. 2. v. omnium. de temporib. Ordinat. in* 6. Sayrus *lib. 4. de censuris c.* 12. *num.* 30. Barbosa *de potestate Episcopi alleg.* 8. *nu.* 1. Campanilis *Diversorii rubr. 9. c. 1. n.* 6.

3158 Est verò suspēsus à collatione Ordinis malè ministrati.

Sed rectiùs suspendi à collatione Ordinis malè ministrati, ut puniatur in eo, in quo deliquit, & nè pœna excedat culpam. *c. fin. de temporib. Ordinat. in* 6. ubi conferens primam Tonsuram non subdito est suspensus tantùm ab illius collatione. Et Trident. *sess. 23. c. 8. de reformat.* dicens *à collatione Ordinum*, subintelligitur distributivè collatorum, ut odiosa, & correctoria restringantur. Ità Franch. Geminianus, & Archidiaconus in *c.* 2. *de temporib. Ordinat. in* 6. Grassius *cons. 2. de temporib. Ordinationum.* Navarrus *cons. 39. de temporib. Ordinat.* Molphesius *par. 1. Summæ tract. 2. c. 2. num.* 12. Marchin. *de Ordine tract. 1. p. 5. c. 10. n.* 3.

3159 Si ordinat Ultramontanū absq; requisitis perpetuò suspēditur.

Si verò Episcopus ordinet Ultramontanum sine, vel cum Dimissoriis non legalizatis, ut suprà, tunc est suspensus perpetuò ipso jure ab exercitio Pontificalium; & sic à collatione omnium Ordinum. Constitutione Urbani VIII. 14. *Decembris* 1624. Barbosa *de potestate Episcopi alleg. 6. n.* 4. Riccius *par. 1. praxis resol.* 350. Diana *par. 5. tract. 10. resol.* 4.

3160 Suspensus à collatione Ordinis inferioris, valet Superiores conferre.

Et Episcopus suspensus à collatione Ordinis inferioris valet conferre Ordines superiores; nam sunt diversi actus; & cùm simus in pœnis, suspensus ab uno, non est suspensus ab alio; & ut suspensus à collatione omnium Ordinum potest confirmare: ità suspensus ab uno, potest conferre alium Ordinem, ut suspensus ab audiendis confessionibus, potest celebrare. Coninck *de Sacramentis disp.* 18. *dub.* 2. *num.* 10. Layman *lib. 1. tract. 5. puncto 3. c. 1. num.* 6. Suarius *de censuris disp. 26. sect. 4. num.* 11. Præpositus 3. *par. qu. 3. de suspensione dub. 2. num.* 18. Diana *par. 5. tract. 10. resol.* 6. Antonellus *lib. 1. regiminis c. 10. num.* 8. Contra Henriq. *lib.* 13. *Summa c. 2. num.* 2. Toletum *lib. 1. c. 43. num.* 5. Avilam *par. 3. de censuris disp. 2. dub. 2. concl.* 11.

Sed illud hic difficultatem repullulat.

An Episcopus primam Tonsuram conferens alieno subdito sine Dimissoriis, sit suspensus per annum à collatione primæ Tonsuræ?

AFfirma: *c. nullus.* 4. ibi: *Qui verò contrafecerit (ut in eo, in quo peccaverit, puniatur) per unum annum à collatione Clericalis Tonsuræ dumtaxat, noverit se suspensum. de temporibus Ordinat. in* 6. ubi Butrius, Monachus, & Probus. Trid *sess.* 14 *c. 2. & sess. 23. c.* 8. Bonac. Diana, Philibertus, Barbosa *par. 2. de potestate Episcopi alleg. 5. num.* 7. Anton. à Spir. S. *de Ordine tract.* 9. *disp. 3. num.* 13. quos sequitur Leander *tom. 2. tract. 6. disp.* 8. *qu.* 2. Contra Toletum *lib. 1. c.* 49. *num.* 4. qui citat Rebuffum in *praxi fol.* 334. *Glos.* 3. De Magistris *lib.* 1. *Sylvæ c.* 6. *num.* 2. referentem declarationem Sacræ Congregationis pro Episcopo Hieracensi, dicentem, non fuisse suspensum conferendo primam Tonsuram non subdito. Villalobos *tract. 18. diffic. 7. num.* 7. Zerolam *par. 1. praxis Episcopalis. v. Dimissoria num. 2. in fine*; motos, quia prima Tonsura non est Ordo, quem jura prohibent conferri non subdito absque Dimissoriis. Trident. *sess. 23. c. 4. & sess. 6. c. ultimo, & sess. 7. c.* 10. Sed decipiuntur, quia textus in *c. nullus. 4. de temporibus Ordinationum in* 6. expressè loquitur de prima Tonsura. 3161 Initians non subditū Prima Tonsura sine Dimissoriis, per annum suspenditur.

An Episcopus valeat suos subditos ordinare extra Diœcesim sine licentia Ordinarii?

NEga: sub pœna suspensionis per annum ab exercitio Pontificalium. Trident. *sess.* 6. *c. 5. de reform. c. Episcopum. 9. qu.* 2. 3162 Suos subditos extra Diœcesim sine licentia Ordinarii loci nequit Episcopus ordinare.

An Archiepiscopus sine Dimissoriis valeat licitè ordinare subditos sui Suffraganei?

NEga: *c. 1. de temporibus Ordinat. in* 6. Barbosa *de jure Ecclesiastico c. 7. num.* 92. Marcadus *tom. 2. lib. 4. par. 7. tract.* 1. *documento* 4. *num.* 6. 3163 Nec Archiepiscopus sine Dimissoriis valet ordinare subditos sui Suffraganei.

Pœna Ordinati absque Dimissoriis.

ESt suspensio ab Ordine suscepto quandiù proprio Episcopo placuerit. Tridentinum *sess. 23. c. 8. de reform. & sess. 14. c. 2. de reformat. c. eos, qui. 2. c. nullus. 4. de temporib. Ordinat. in* 6. Urbanus VIII. in Constitutione, quæ incipit: *Secretis*; & sic hodiè moderatus est rigor Concilii Nicæni I. *can.* 16. & Extravagantis Pii II. *Cum ex Sacrorum*; ubi suspensio erat perpetua. Sanch. 3. *de matrim. disp.* 23. Ricc. *par. 4. praxis resol.* 420. Guttier. *lib. 1. Canonicarum c. 20. n.* 24. & 22. rectè concludens sic suspensum fieri irregularem, si exerceat actum Ordinis, & tunc à Papa tantùm esset absolvendus. Sylvester v. *irregularitas*, §. 10. *num.* 12. 3164 Ordinatus sine Dimissoriis suspēditur ab Ordine suscepto ad arbitriū proprii Episcopi.

Hinc patet:

Pœna

Pœna Ordinati falsis Dimissoriis.

3165 Ordinatus falsis Dimissoriis suspenditur.

EST suspensio, quia idem est talis, ac sine Dimissoriis ordinari. Pius II. in Constitutione: *Cum ex Sacrorum*. Trident.*sess.23.c.8. de reform.* Cherobinus ad *Constitutionem* 40. Clementis VIII. *scholio* 2.

Ignorans tamen dictam pœnam non est suspensus, quia caret præsumptione, & scientia à jure exigita ad contrahendam suspensionis pœnam. Navarrus *cons.3.de ætate,& qualitate Ordinandorum*. Avila *par. 3. de censuris disp. 5. dub. 7. v. pro intelligentia*. Henriquez *lib. 13. Summa c.28.nu.5*. Diaz in *praxi c.26.litera C.* Pasqualigus *centuria 1.qu.258.n.3.*

An ratificatio proprii Prælati satis sit ad tollendam pœnam?

3166 Ratificatio proprii Prælati non tollit pœnam.

NEga: nam nec delictum tollit. Surdus *dec. 241.num.70.* Rota *par.1.recentiorum decis.557.num.3.*

An contrahat dictam pœnam habens Dimissorias ad unum certum, si ordinetur ab alio Episcopo?

3167 Pœnas incurrit, qui habet Dimissorias ad certum, & ordinatur ab alio Episcopo.

AFfirma: quia tunc est, ac sine Dimissoriis ordinatus. *c.1. c. nullus. 4. de temporibus Ordinationum in 6.*

Quam pœnam contrahat excommunicatus, qui scienter ordinatur?

3168 Perpetuò suspenditur excommunicatus, qui scienter ordinatur.

COntrahit perpetuam suspensionem ab Ordinibus. *c. cum illorum. de sententia excommunicationis.*

Onera Ordinati.

§. XV.

3169 Onera Ordinati.

ORdinatus electus ad partem ministeriorum, & hæreditatis Christi Domini, debet se dignum præbere Ministrum exemplo, verbo, & opere, sed præcipuè debet fulgere honestate, & castitate, de qua in *lib.1.* egimus. Secundo debet cooperari non solùm ut persona privata, sed etiam publicis ministeriis saluti animarum, ministrando Sacramenta; de quo supra cum de Sacramentis; & orare pro se, & populo, juxtà illud: *Orabunt Sacerdotes Ministri Dei*; De qua oratione nobis altiùs laconissimo agendum. Primo in genere. Secundo in specie.

De Oratione.

§. XVI.

Quid, & quotuplex, & quando orandum?

3170 Orationis definitio.

ORatio est *actus Religionis humiliter petentis decentia à Deo trino, & uno.* D.Thom. *par.2.qu.83.* Palaus *tract.7.disp.1 puncto 2.nu.2.* Tancredi *tract.3. de Religione.lib.1.disp.2.qu.2. num.13.* Anton.à Spir.S. *Directorii par.3.disp.3. num.13.& 14.*

Explicatur. Dicitur actus virtutis Religionis; & ly *actus* est loco generis commune ceteris; ly *Religionis* est loco differentiæ ab aliis virtutibus.

Dicitur *decentia*, quia cùm virtus sit circa rationabilia, versatur circa decentia.

Dicitur *à Deo*, quia Deus omnium bonorum elargitor ab oratione respicitur, cùm Deus possit, sciat, & velit succurrere rectè, & recta petentibus.

Hinc oratio essentialiter includit actum cognitionis propriæ indigentiæ petentis, & potentiæ Divinæ ad succurrendum.

Secundo includit desiderium obtinendi sibi, & aliis à Deo petita; & sic includit actum voluntatis obtinendi à Deo. Doctores citati.

3171 Alia mentalis.

Oratio alia est mentalis, qua mente, hoc est interiùs aliquid à Deo petimus. Psalm. 26. ibi: *Tibi dixit cor meum.* 1.Regum 1.v.13.ibi: *loquebatur in corde suo.* Sanctus Cyprianus in *expo. sit. orationis Dominicæ in principio.*

3172 Alia vocalis.

Alia vocalis, qua voce supplicamus Divinam omnipotentiam, misericordiam, bonitatem. Psalm.141. ibi: *Voce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Dominum deprecatus sum.* ad Ephesios 5. v.19. ibi: *loquentes vobismetipsis in Psalmis, & Hymnis.* Psalm.5. ibi: *Intende voci orationis meæ.* Oseæ *c.fin.* ibi: *reddemus vitulos labiorum nostrorum.* Matthæi 6. Actuum 1.v.14. ibi: *Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende, quem elegeris.* Actuum 4.v.24.ibi: *elevaverunt vocem ad Deum*; & voce, & mente orationis insistendum. Contra Calvinum ajentem repetitionem orationis garrulitatem.

3173 Publica.

Alia publica, quæ fit nomine Ecclesiæ à Ministris per eam deputatis.

3174 Atque privata.

Alia privata, quæ fit nomine privato, qualis fit à laico recitante etiam Horas Canonicas. Doctores citati.

3175 Orationis necessitas.

Omnis creatura pura intellectu utens, orare debet indigentia sua, vel aliorum extimulante, maximè in via calamitatibus densata, & imminentium, aut præsentium malorum diverberata, sivè sint mala pœnæ, sivè culpæ. Ut enim à malo unusquisque emergere totis viribus intendit, ità debet humili supplicatione adire omnipotentiam Divinæ individuæ Trinitatis paratam succurrere humiliter, & benè, & bona petenti. Jacobi 5. v.16. ibi: *orate pro invicem, ut salvemini.*

Quæ sunt pro bono animæ purè petenda: temporalia verò sub conditione, si profutura fuerint animæ. Bassæus *v. Oratio num.4.* nobis agendum.

De Oratione vocali nomine Ecclesiæ.

3176 Oratio nomine Ecclesiæ sunt Horæ Canonicæ.

ORatio, quæ nomine Ecclesiæ fit, sunt Horæ Canonicæ, ad quas tenentur Clerici, & omnes Ecclesiastici. Primo in Sacris. Secundo Beneficiati. Tertio Religiosi. Verò sternamus dicendis viam, primo inquirendo.

De Horis Canonicis.

TIT. XI.

Erudita Divini Officii disquisitio.

CAPUT I.

3177 Varia exceptio Horarũ Canonicarũ.

DIvinum dictum, quia in Dei honorem, & obsequium. *Officium* ab efficiendo dictum; eo namque Deo obsequium exhibemus certis horis. D. Ambrosius *lib.1.de officiis c. 8.* Bona *Divinæ Psalmodiæ c.2.num.1.*

Sicque meritò *Ecclesiasticæ servitutis pensum* dicitur in *c. Presbyter. 1. de celebratione Missarum. Sacrificium laudis* in Clem.1.*de celebrat. Missarum. Divinæ laudes* in Concilio Basiliensi *sess.21.* Trident.*sess.24.c.12. de reform.* Appellatur etiam *Divinum cursum*, quia eo currimus assiduè psallendo hilares Divinas laudes. Sanctus Bonifacius *Epist. 17.* Fortunatus *in Vita Sancti Germani c.79.* Dicitur etiam *Canonicum*, quia statutis horis, & diebus solvendum. Sanctus Antioch. *Homilia 105.* Dicitur *Synaxis, & collecta*; quia in unum colliguntur ad orandum

dum. Caſſianus *lib. 2. de Vitis Patrum c.* 10. & 29. Dicitur etiam *Breviarium*; quia in unum collecta Dei laudes, &c. concernentia noſtram inſtitutionem, & inſtructionem.

Horarum partitio.

§. I.

HAnc ſpartham ingreſſi plures, nos operoſiſſima oratione introducamus milites eaouem in arenam plura perquirentes forti manu.

3178 Nox in quatuor Vigilias dividebatur. Olim nox diviſa in quatuor partes æquales, quarum quælibet continebat tres horas, quæ nuncupabatur Excubiæ, Vigiliæ, Cuſtodiæ Pſalm. 76. v. 5. ibi: *Anticipaverunt vigilias oculi mei.* Lucæ 2. v. 8. ibi: *Et paſtores erant in regione eadem vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum.* Pſalm. 89. v. 5. ibi: *Et cuſtodia in nocte, quæ pro nihilo habentur*; ubi Arnobius ait: Cuſtodia in nocte quarta pars noctis eſt. Livius *lib. 1. decade* 3. Plinius *lib.* 2. *cap.* 70.

3179 Diviſiones Vigiliarum. Prima Cuſtodia à veſpere incipit. Secunda terminatur ad mediam noctem. Tertia ad tres horas poſt mediam noctem, uſque ad Galli cantum. Quarta uſque ad matutinum, quæ dicitur in Scripturis Cuſtodia matutina, ſivè Matutina vigilia. Abulenſis *Exodi c. 14 num. 24. q. 7.*

3180 Servabantur in militia, & in politia civili. Hujuſmodi Cuſtodiæ ſervabantur in Communitatibus militaribus, & politicis. Cenſorinus *de die natali c.* 23. Iſydorus *lib. 11. de Eccleſiaſticis Officiis c.* 19. D. Hieronymus *Epiſt.* 139. *ad Cyprianum.*

De prima vigilia. Livius *lib. 1. decade* 3. ibi: *Selige centenos viros ex omni pedite, & æquite, cum quibus ad me vigilia prima venias.* Plinius *lib. 2. cap.* 70. ibi: *Canapus in Arabia Novembri menſe prima vigilia occultus, ſecunda ſe oſtendit.*

De ſecunda, & tertia vigilia. Lucæ 12. v. 38. ibi. *Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit.*

De quarta vigilia. Exodi 14. v. 24. ibi. *jamque advenerat vigilia matutina.* 1. Regum 11. v 11. ibi: *Ingreſſus eſt media caſtra in vigilia matutina.* Matthæi 14. v. 25. ibi *quarta autem vigilia noctis.* Marci 6. v. 48. ibi: *circà quartam vigiliam noctis* Plinius *lib. 10. c.* 21. quæ quarta appellatur etiam Cuſtodia matutina. Pſalm. 129. v. 6. ibi: *A Cuſtodia matutina uſque ad noctem ſperet Iſrael in Domino.* Caram. *Regulari n.* 1115.

3181 In qualibet vigilia reſonabant tubæ. Et apud milites in qualibet vigilia reſonabant tubæ, buccinæ, campanæ. Virgilius *Æneidos 9. fol.* 251. ibi:

Acceleremus, ait, vigiles ſimul excitat; illi
Succedunt: ſervantque vices: ſtatione relicta.

3182 Ratio cur tres Nocturni, & Laudes ita recitãtur. Et hæc eſt ratio, cur tres Nocturni, & Laudes recitentur; nam in qualibet vigilia unus Nocturnus, & in vigilia matutina recitabantur Laudes, ut ità ſemper ad Deum preces effunderentur noctu, diuque. D. Auguſt. *Sermone 14. de verbis Domini.* D. Hieronymus *Epiſt. 22. ad Euſtachium.* Iſydorus *de Divinis Officiis cap.* 7. Eſdræ 2. *c.* 9. ubi populus Deum colebat quater in nocte, quater in die.

Dies.

3183 Varia diviſio diei. A Solis ortu ad occaſum dupliciter dividebatur. Primo in partes ſacras pro oratione ſtatutas, & erant quatuor. Prima, Tertia, Sexta, & Nona: & quævis continebat tres horas. Daniel *c. 6. v.* 10. ibi: *tribus temporibus in die flectebat genua ſua.* Bellarminus *lib. 1. de bonis operibus c.* 13. Cenſorinus *de die natali c.* 24.

Secularis conſtituebatur duodecim horis. Joannis 11. v. 9. ibi: *Nonne duodecim ſunt horæ diei.* Martialis *lib. 4. Epigrammate* 8. Alexander ab Alexandro *lib. 4. Genialium c.* 20. Ex quibus duodecim horis fortè melius Tertullianus contra *Pſyticos c.* 10. aſſerit Primam, Tertiam, Sextam, Nonam dicatam Divino cultui. Eſdræ 2. *cap.* 9.

Hinc tollitur Antinomia S. Marci *c. 15. v.* 5. dicentis: *erat autem hora Tertia: & crucifixerunt eum*; & Divi Joannis *c. 19. v.* 14. ibi: *hora quaſi ſexta, & dicit Judæis: ecce Rex veſter, illi autem clamabant: tolle, tolle, crucifige eum.* Enim verò hora Tertia fuit ſententia pronunciata, & conſummata hora Sexta fuit mors. Ribera Joannis *c.* 19.

Cur, & quot horæ diſcretæ?

AB initio naſcente Eccleſia decretę ad orandum horæ, etiam in primo ſeculo à Clemente Romano *lib. 8. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap.* 38. præcipiente, orandum ad Galli cantum, manè, hora Tertia, Sexta, & Nona, & Veſpertina. Idque naturali lumine dictante, ut Divinum continuò implorantes auxilium, ſecuri inter hujus mundi cœcos vortices naufragia evitaremus. 3184 Horæ fuere determinatę ad orandum ab initio Eccleſiæ.

Unde autem ſic horæ diſcretę in diverſa tradunt. Primo ad frequentiorem memoriam Sanctiſſimæ Trinitatis, noviſſimis noſtris temporibus revelantem; ſic per tres Pſalmos diviſæ horæ, & etiam Nocturni, & per tres horas etiam diſtantes Prima à Tertia, Tertia à Sexta, Sexta à Nona. D. Cyprianus *Sermone de oratione Dominica, propè finem.*

Secundo, aſſiduam orationem indici ſeptenario numero, nam idem Propheta Pſalm. 118. v. 164. dicens: *Septies in die laudem dixi tibi.* Deinde dixit ſe ſemper oraſſe Pſalm. 33. *Semper laus ejus in ore meo.* S. Eligius *Homil.* 11. 3185 Et ſeptenario numero.

Tertio, ſeptenario numero memoriam Dominicæ Paſſionis, ait Gloſſa orandum *in c. 1. de celebratione Miſſarum*; nam Chriſtus Dominus noctu captus, deindè:

Matutina ligat Chriſtum, qui crimina purgat.
Prima replet ſputis. Cauſam dat Tertia mortis.
Sexta Cruci nectit. Latus ejus Nona bipertit.
Veſpera deponit, tumulo Completa reponit.

Quarto, ſeptem horis pſallimus, quia ſeptem diebus creavit Mundum. Doctores apud Suarium 3. *par. tom. 2. diſp* 50. *ſect.* 10.

Quinto, in memoriam, quod continuò miſit operarios in Eccleſiæ vineam, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſpera, & Undecima, ac etiam Serotina.

Sexto, quia ſeptenarius numerus in Divinis literis myſteriis inſignitus; ſic ſeptem Angeli, ſeptem Stellæ, ſeptem Eccleſiæ, ſeptem Lucernæ, ſeptem Sacramenta, ſeptem vitia, ſeptem Virtutes, ſeptem Sydera errantia, ſeptem diebus Mundus creatus.

Septimo, quia anno ſeptimo illuceſcit rationis uſus, poſt ſeptem menſes dentes incipiunt, poſt bis ſeptem ſolidiores reponuntur, poſt bis ſeptem annos pubeſcit, uſque ad tres hebdomadas annorum in longum creſcit, ſeptimo die nomen imponitur.

Recitatis Horis nocturnis, Laudibus, racitanda eſt

Pri-

Prima.

3186 Quando recitanda Prima. ORiente Sole ad laudem facientis Solem oriri super bonos, & malos, postulamus, ut nobis etiam Sol Justitiæ illucescat, ut sic primum quæramus Regnum Dei: Matth. 6. ver. 33.

Tertia.

3187 Tertia. HAc hora Christus Dominus spinis coronatus. Spiritus Sanctus venit dans gratiam à Christo Domino promissam Ecclesiæ.

Sexta.

3188 Sexta. EST meridies divisio diei in duodecim partes: qua hora Christus Dominus Cruci affixus in Cœlum ascendit. Rogamus, ut nos defendat à dœmonio meridiano, memores Christum Dominum in medio seniorum, in medio Doctorum, in medio latronum cruci affixus, & media nocte natus. Videsis Deuteronomii 4. v. 24. Cantica 1. v. 6. ibi: *in meridie.*

Nona.

3189 Nona. COnstat tertia hora immediata post meridiem, declinante Sole, qua hora primi parentes ejecti à Paradiso, & eis Christus Dominus promissus, nam deambulabat ad auram post meridiem, & hac eadem hora orans ad Patrem in Cruce Christus Dominus spiritum emisit. Procopius in *capue 3. Genesis.* Goffridus Abbas *Sermone 5. de Resurrectione.* Sherlogus *to. 3. vestigatione 25. sect. 11. num. 89.* Hora Nona Cornelius Centusio orans audivit Angelum, ut iret ad Petrum. Actuum 10. Eadem hora Petrus, & Joannes in nomine Jesu claudum sanarunt. Actuum 3.

Vespera.

3190 Vespera. EST tempus flendi, Psalm. 29. ibi: *ad vesperum demorabitur fletus*; nam indicat miserabilem nostram vitam. Hieronymus Psalm. 29. Job. 7. v. 4. ibi: *expectabo vesperam, & replebor doloribus usque ad tenebras.* Unde meritò orandum. Psalm. 140. v. 2. ibi: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* Hac hora, scilicet in vespere, Mundo Christus Dominus venit. Augustinus *Sermone 75. de tempore*; quam etiam hora depositus fuit de Cruce, Sanctissimæ Matri afflictæ traditus, & apparuit euntibus in Emaus. Et nos clamamus etiam ad Dominum: *Mane nobiscum, quoniam advesperascit.* Lucæ 24. v. 29.

3191 Quando recitanda. Aliqui volunt Officium vespertinum celebrandum in noctis ingressu. Baronius *tom. 1. Annalium, anno 51.* Isydorus *de officiis Ecclesiasticis lib. 1. c. 20.* Idedque vesperas lucernarias appellat Nicephorus *lib. 12. c. 34.* Basilius, Hieronymus, Epiphanius apud Francolinum *c. 17.*

Alii volunt recitandas ante Solis occasum. D. Benedictus *Regula c. 41.* Et sic vespertinum tempus incipit post Nonam, scilicet post decimam, & undecimam partem diei concessam, duodecimam Completorio. Francolinus *c. 19. & 20.*

Hac fervente quondam, modò defervente Caritate, nec in Choro serventur, si ità obscuratus est color optimus, & in privata recitatione nullus decretus locus, nulla præscripta hora: itaut non peccet saltem lethaliter recitans extrà horas rubricæ legis destitutæ vi. Sanch. *tom. 4. Opusculorum lib. 7. cap. 2. dub. 36. num. 2.* dans duodecim Doctores. Caramuel *Regulari. num. 2412.*

Completorium.

DIctum, quia eo completur pensum orationis. Beda *lib. de meditatione Passionis Christi Domini.* Per septem horas illam invenit in Ecclesias D. Benedictus, ut probat Bona *Divina Psalmodia c. 11.* Recitatur hora duodecima, ultima scilicet diei, qua Christus Dominus oravit in Horto, & sepultus fuit. Oramus, ut Christo consepulti delectus diei corrigamus, & mortis tyrocinium somno ponamus. 3192 Completorium.

Partes Officii.

§. II.

SIngulas partes locupleti sermone, ditans literarium Orbem, in lucem edidit Bona *Divina Psalmodia* integro volumine. 3193 Partes Officii Divini enumerantur.

Supplices Deum rogaturi, ut nobis labia aperiat, expostulamus. Psalm. 50. Sed Orationem Dominicam præmittimus omnium dignissimam, & utilissimam. Sanctus Cyprianus *Sermone de Oratione Dominica.* Agnoscit enim Pater Filii sui verba; Deus namque docere tantum potuit, ut sa vellet orari. Tertullianus *lib. de Oratione.* Licet tamen aliarum usus orationum. Contra hæresim Basilii combusti, damnatique imperante Comneno, teste Euthimio in *Panoplia.*

Dominica Oratione incohamus, ut tentationibus exclusis, ardentius oremus: continet namque hæc Oratio totius Psalmodiæ anacephaleosin, & in fine adhibetur, nè fructus Orationis pereat, & submissè recitatur ad indicandam orantis humilitatem. 3194 Oratio Dominica.

Ave Maria.

ORatio à tota Sanctissima Trinitate exercita, instituta: Pater misit, Filius incarnatus, cooperante Spiritu Sancto. S. Maria Mater Dei, &c. à Concilio Ephesino additum, contra Nestorium negantem esse Matrem Dei: Oratio Virgini gratissima, exordium præexcelsæ ejus dignitatis. 3195 Salutatio Angelica.

Symbolum Apostolicum.

MUlta exprimit talis vox. Primo Cœnam collatam. Terentius *Actu 2. Scena 1.* Secundo exprimit Tesseram, militare scilicet signum, quo unus ab alio milite dignoscitur. Tertio Symbolum est nota arcani cujusdam mysterii. Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus *c. 2.* 3196 Symbolum Apostolicū.

Symbolum Apostolicū hæc omnia exprimit, nam est Tessera Christianę professionis, in quam singuli Apostoli partem, paremque viam contulerunt ad exprimendum, veluti per Fidei Breviarium, ut loquitur Eocherius *homil. 1. de Symbolo Fidei*, arcana Christianæ militiæ distinctiva, itaut miles absque Tessera, ità sine Symbolo Christianus non dignoscitur. Augustinus *Sermone 115. de tempore.* Ideòque assiduè recitandum noctu in Matutino, diù in Prima, & in Completorio, ut in Fide incepta moriamur. Dicitur, & pronunciatur secretè, ut indicetur editum tempore persecutionis Fidei initio nascentis Ecclesiæ. D. Tho. *2. 2. qu. 1. art. 9. ad 6.*

Signo Crucis initio Orationis nos signamus ad fugandum cacodęmonem. 3197 Signū Crucis

Alleluia.

HÆbraicè, Latinè sonat laudate Deum cum jubilo, cantu, lætitia. Graffius *decisionum* 3198 Alleluja.

num aurearum par.1. lib.2. c.47.§.20. num.17. ibi: *Alleluja Latinis sonat, laudate Dominum, &c.* Pagninus in *Thesauro linguæ sanctæ*, & exprimit exultantem clamantis affectum ad Deũ, præ gaudio. D. Hieronymus *Epist. 137. ad Marcellum*. Ideò ob ingentem gaudium ea exprimendum, non cantatur tempore mœroris, scilicet Quadragesimæ, &c. Caram, *Regulari num. 1253. & 1257.*

Antiphona.

3199 Antiphona. Est idem, ac cantus alternatim. Isaiæ 6. v.3. ibi: *duo Seraphim clamabant alter ad alterum, & dicebant Sanctus, Sanctus &c.* Isydorus *lib. Ethimologiarum c.19.* sicque totus Psalmus alternatim cantu recitatus, dici valet Antiphona. Caram. *Regulari num.1115.* sicque Græcè Echus dicitur Antiphona. Bona *Divina Psalmodia c.16.§.10.num.1.*

Ab Antiphona tonum canendi sumit totus Psalmus. Amalarius *lib. 3. de officiis Ecclesiasticis c.7.* Bona *loco cit.* Caram. *loco cit.*

Capitulum.

3200 Capitulum. Sunt brevia capita Epistolarum. Bona *loco cit. §.16.* Est brevis multorum complexio, & dicitur à capio, habetque magnum sensum. Plato *1. de legibus.*

Capitulum, ac in aliqua re summum, præcipuum. Bona *Divinæ Psalmodiæ c. 16. §. 16.* ex *c. convenit. 12. de consecrat. dist.5.* ibi: *Capitula de Psalmis dicantur.*

Collecta.

3201 Collecta. Dicitur quandoque totum Divinum Officium, quia colligantur ad recitandum; sed modò usurpatur pro Oratione, quia in ea colliguntur omnia populi vota. Concilium Carthaginense III. *can. 13.* Milevitanum *can. 12.* Durandus *lib.4. rationalis c.15.* Gonzalez in *c.1. n.6. de officio Archipresbyteri.* Graffius *loco cit.*

Modò ingrediamur frequentem per suas causas, & effectus orationem hujusmodi Canonicam. Et sic primo.

Præceptum recitandi Horas Canonicas obligat. Primo constitutos in Sacris. Secundo Beneficiatos. Tertio Religiosos. Et sic de istis agendum suo ordine; & primo inquiramus:

Quid sint Horæ Canonicæ?

CAPUT II.

3202 Quid sint Horæ Canonicæ explicatur. Sunt Horæ Canonicæ, *certa Oratio vocalis jure Canonico definita. c. fin. dist. 12. c. 1. dist. 91. c. dolentes. de celebratione Missarum.*

Dicitur *certa Oratio*, quia est dicta Canonica à certitudine, cùm Canon Regula sit.

3203 Unde dictæ Horæ. Dicitur *hora* ab orando, contemplando. *c. 3. de consecrat. dist.1.*

3204 Canonicæ dicũtur, quia à Jure Ecclesiastico institutæ. Dicitur *Jure Canonico definita*; quia hæc oratio differt ab alia privata, quam quis liberè sibi præfigere potest; hæc enim ab Ecclesia præfixa est suis Ministris. *c. dolentes. 9. de celebratione Missarum.* qua ratione magis Deo accepta, cum à gratissima Ecclesia instituta, & nomine Ecclesiæ à Ministris persolvatur. Gabriel in *Canone Missæ, lectione 57.* Navarrus *de Oratione c.19. num.59.*

Nec placet definitio Zezelinci in *c.1. de celebratione Missarum.* Alberti de Ferrariis *tract. de horis Canonicis tom.6. tractatuum num.2.* dicentis: *Horæ Canonicæ sunt pensio certa pro Divino cultu ab his Clericis, qui substentantur ex patrimonio Christi. c. cum secundum Apostolum. 16. de prabendis.*

Sed hæc fortè olim vera, quia tantùm Beneficiati tenebantur ad Horas Canonicas; at modò diminuta est, quia etiam tenentur ad horas constituti in Sacris non Beneficiati.

Secundò, nec placet definitio Joannis de Lignano *tract. de Horis Canonicis qu.1. tom.6. tractatuum.* Guglielmi in *Clem. 1. de celebratione Missarum*, definientis: *Horæ Canonicæ sunt sacrificium laudis labiis devotè Deo oblatum*; nam hæc redundat, comprehendens omnem orationem vocalem.

Ex his solvitur:

An recitans Horas Canonicas mereatur?

Affirma: mereri plura, distinguendo cum de Lignano *loco cit. qu.5.* Vel recitans est, vel non est in gratia. 3205 Recitãs Horas Canonicas in gratia, plura meretur.

Si est in gratia, meretur primo, ut quivis bona opera faciens; ideòq; meretur gratiæ, & gloriæ augmentum. Secundo meretur diminutionem pœnæ temporalis, aliàs in Purgatorio solvendæ. *c. si quis autem. de pœnitentia. dist.3. c. legatur. 24. qu.2.*

Et plus meretur ex obligatione, quàm sine obligatione recitans, ob meritum obedientiæ superadditæ. *c. si qui sunt dist.81.*

Probatur evidenter; nam ille meretur magis, qui facit plures actus virtutis; sed recitans ex obligatione facit plures actus virtutis; ergo plus meretur. Minor probatur, quia recitans Officium ex obligatione facit actum virtutis obedientiæ, quam non facit recitans ex mera devotione.

Si verò non sit in gratia; tunc positivè nil meretur, & recitatio orationis prodest, nè peccet. Secundo, ut Deus det auxilia ad pœnitendum. Tertio, ut affluat bonis temporalibus. *c. quod quidam. 5. de pœnitentiis, & remiss.* Quarto, ut magis resistat diabolo tentanti. Quinto, malus genius non habet tantam vim contra recitantem Horas, quam haberet, si non recitaret. Sexto prodest assuefactione; & sic facilitando ad benè operandum.

An Oratio Ministri Ecclesiæ prosit magis, quàm non Ministri Ecclesiæ.

Affirma: Gabriel in *Canone Missæ, lectione 57.* Navarrus *de Oratione c.19. num.59.* Azorius *par.1. lib.9. c.32. qu.2. in fine.* Gobat *tract.5. num.792.* dicens, non esse certum infallibiliter impetrare. 3206 Plus prodest oratio Ministri Ecclesiæ, quàm privata.

Patet, quia à Ministris Ecclesiæ oratio fit etiam nomine Ecclesiæ Sponsæ Christo Domino gratissimæ, itaut quoad hoc non officiat Ministri improbitas, quæ ratio cessat in alterius oratione.

An fructus recitationis possit alteri applicari ab orante?

Affirma: Gobat *tract.5. num.778.*

Patet, quia nullibi prohibitum, censetur concessum; & ut alia pia opera; ità orationis fructus alteri viventi, aut defuncto applicari valet. 3207 Fructus orationis potest alteri applicari.

An adsit præceptum recitandi ore Horas Canonicas?

Affirma: *c. Eleutherius. c. Presbyter. dist.91. Clementina 1.* ibi: *fructum laborum. de cele-* 3208 Horæ Canonicæ ore recitandæ.

celebratione Missarum. §. *c. non mediocriter. de consecratione dist.* 5. ubi corde, & voce laudandus Deus. Psalm. 141. ibi: *Voce mea ad Dominum clamavi*. Licèt enim quoad materiam ab ipsis Apostolis originem sumpserit. Actuum 3. v.1. ibi: *Petrus autem, & Joannes ascendebant in Templum ad horam Orationis Nonam*; tamen quoad formam, & dispositionem incepit à Clemente Romano *lib.8. Constitutionum c.* 30. ibi: *precationes facite Mane, Tertia hora, & Sexta, & Nona, & Vespere, usque ad Galli cantum.*

V. Gonzalez ad *c.1. de celebr. Miss.*

Et ratio est ex D. Thoma 2.2. *qu.*87. quia fit à Ministris Ecclesiæ in persona totius Ecclesiæ, adeòque debet populo innotescere ex quadam redundantia ex mente in linguam. Psalm. 15. v.9. ibi: *propter hoc lætatum est cor meum, & exultavit lingua mea.*

Contrà De Ferrariis *tract. de Horis Canonicis num.60. tom.6. tractatuum*, ajentem corde, non ore orandum.

Quæ Horæ sunt septem, ut dicitur in Concilio Cabilonensi II. *c.*59. nam Laudes unam constituunt cum Matutino. Abbas in *c.1. de celebratione Missarum*. Contra Archidiaconum in *can. Presbyter. dist.*91. ajentem Horas esse octo.

An tale præceptum recitandi sit ad mortale?

3209 Ea sub mortali ita sunt recitandæ.

AFfirma: ità interpetrante consuetudine. *c. dolentes.* 9. *de celebratione Missarum.* Sanchez 2. *Opusculorum lib.7. c.2. dub.* 11. Contra Angelum v. *Hora*, ajentem non esse lethale, nisi ex consuetudine, aut contemtu quis omittat recitare Horas Canonicas.

An datur parvitas materiæ in hoc præcepto obligans sub levi?

3210 Datur tamen parvitas materiæ.

AFfirma: quia res parva nequit præcipi sub gravi; cùm non conducat ad bonum publicum graviter, & esset aperire damnationi, claudere saluti vias, seminario præceptorum sub gravi, etiam in re levi. Nam res parva non est materia obligationis gravis, cùm non conducat ad bonum publicum tale præceptum; sed tantùm foveas effoderet ad præcipitium æternæ damnationis: ut cùm de *Legibus*.

3211 Jura parvitatem materiæ admittunt.

Patet secundo: De minimis non est curandum. *l. scio.4. D. de restitutione in integrum*, ubi ob levem læsionem denegatur restitutio in integrum.

Tertio ex *c. si oleum.* 10. §. *meritò, D. de dolo malo*, ubi ob rem modicam non datur actio doli.

Quarto ex *c. cum te.23. de sententia, & re judicata*, ubi non est infamis injurians leviter.

Quinto ex *l. quamvis.32. D. de conditionibus, & demonstrationibus*, ubi defectus levis non nocet.

Sexto ex *c. etsi quæstiones.* 18. *de simonia*, ubi cessat præsumptio simoniæ in minimis.

Septimo ex *c. licet causam.* 9. *de probationib. c. cum te.23. de sententia, & re judicata. c. revera.* 68. *de consecrat. dist.* 2. ubi parum, & nihil æquiparantur.

Octavo ex *c. terrulas.52.12. qu.2.* ubi res Ecclesiæ parvi valoris alienatur sine solemnitate juris. *cap.1. & 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis in 6.*

Nono ex *Authent. nisi breves, C. de sententiis ex breviculo recitandis*, ubi in causa tenui non servatur solemnitas juris.

Decimo ex *l. levia crimina.6. D. de accusationibus*, ubi in delictis levioribus receditur ab ordine juris, & proceditur sine libello, & de plano.

Undecimo ex *l. in rebus.*18. §. *possunt, D. commodati. l. omninò.* 12. *D. de impensis in rebus dotalibus factis*, ubi de modicis impensis non est curandum.

Duodecimo ex *l. si quis fundum, D. locati*, ubi modica clades in fructibus non attenditur.

Decimotertio ex *l. ità autem.5. D. de administratione tutorum*, ubi tutor non tenetur modicam pecuniam pupilli deponere.

Decimoquarto ex *l. si in lege.* 27. §. *colonus, D. locati*, ubi modica mora temporis non nocet. & *c. Episcopi.* 8. 11. *qu.3.* ubi ob rem modicam quis non potest excommunicari.

Itaut lex prohibens effusionem sanguinis in aliquo loco, non comprehendit minimam, nec factam ex parte corporis, ex qua fluxus sanguinis leviter contingit ex levi percussione, puta in naso. Cursetus *tract. de minimis num.* 19. *tom.2. tractatuum.*

Dices de minimis est curandum. *c. de appellationibus.11. de appellationib.* ubi appellatio conceditur etiam ex levi gravamine. *c. fur. finali.* 14. *qu. finali*, ubi in re minima datur furtum, *l. si proprietarius.* 22. *in fine, D. de damno infecto*; ubi etiam damnum minimum est reparandum. *l. penultima, in fine, C. de his, quibus ut indignis*, ubi nihil actum censetur, si aliquid deficiat. *c.1. de Baptismo*, ubi nullum est Baptismum, si aliquid parum formæ omittatur; ergo non satisfacit præcepto recitandi Horas aliquid leve omittens. 3212 Juribus in oppositum occurritur.

Respondetur primo peccare leviter, qui aliquid leve omittit, ut peccat peccato furti levi, rem minimam surripiens. *c. final.14. qu. finali.*

Respondetur secundo, in rebus individuis non dari partem; & sic vitiatur totum defectu minimæ partis essentialis; sic totum corruit Baptismum, quia tollitur sensus totus formæ; & sic tota ratio signi omissa voce una formæ essentiali; & ità intelligitur textus in *c.1. de Baptismo*. De quibus individuis verum est totum omittere, qui minimam partem omittit. *l. penultima in fine, C. de his, quibus ut indignis.*

In Horis autem Canonicis sumus in re dividua, recipiente majus, & minus; & sic non transgreditur totum præceptum, qui parum recitare omittit. Immò, si adeò sit parum, ut censeatur moraliter nihil omittere, nec venialiter delinquit. *c. licet causam.9.* ibi: *nulla, vel modica. de probationibus. c. cum te.23. de sententia, & re judicata. c. revera.68. de consecrat. dist.2.*

Ex quo cognoscatur res minima, vel parva in genere?

COgnoscitur ex dividuitate rei divisibilis, qualitate, quantitate, ex tempore, ex loco, personis. *l. legitimos.5. D. de legitimis tutoribus. c. etsi quæstiones.18. de simonia*; nam in uno loco, puta in publica, & solemni actione res levis omissa erit gravis, offendens oculos graviter adstantium, qualis non erit ejusdem privata actio. Glossa in *l. sed etsi suscepit.52.§.1. v. modica, D. de judiciis*; ubi Angelus, Innocentius, & Cardinalis in *c. finali, §. is autem. de officio, & potest. Judicis delegati*. Antonius Cursetus *tract. de minimis num.2. & 10. tom.2. tractatuum.* 3213 Regula cognoscēdi res parvas, aut minimas.

Propiùs modò accedendo aliorum opina-

menta in parvitate materiæ officii tradenda sunt.

Quanta sit parvitas materiæ?

3214 Quænam sit parvitas materiæ in Horis Canonicis inquiritur.

Multiplex opinio.

Primo, placet multis parvam materiam esse minorem decima parte horæ. Moneta *de distributionibus par.2.qu.2.num.3.* Itaut omittens aliquid plus, vel decimam partem horæ, peccet lethaliter. Sed hoc sua rigiditate omnibus exosa hæc senteotia est.

Secundo, aliis placet materiam levem esse omittere unam Lectionem cum Psalmo. Sed hæc incertam relinquit parvitatem; cùm unus Psalmus quandoque sit loogior, quàm tres, aut quatnor. Idemque meditare de Lectione.

Tertio, materiam parvam esse principium horæ usque ad primum Psalinum inclusivè, cum Navarro *c.10.num.44.*

Quarto, materiam parvam esse minorem octava parte Divini Officii, ut vult Caramuel *Regular.num.*1408.

Quinto, parvam materiam esse tertiam partem unius horæ parvæ, docent tredecim Doctores apud Leandrum *tom.6.tract.8.disp.4. qu.*51. Contra plures, dicentes lethale, cum Macigoo, Maldero, & Azorio.

Sexto, materiam levem esse medietatem horæ parvæ, ait Acacius *tom.2. v.Horas. resol.*57. *nu.*8. Malletus *tom.1. malleatine 3. bractea* 28. *in fine.* Leander *loco cit.qu* 53. dans sex Doctores. contra Bussembaum 4. *Medullæ c.2. dub.2. art.2.num.*2. Reginaldum, & Vegham, ajentes lethale apud Dianam *par.2.tract.12.resol.*41.

Septimo, aliis arridet, materiam parvam esse, quæ non pertingit integram horam parvam. Acacius *loco cit.* Lessius, & Bonac. quos sequitur Tamburrinus *lib.2.Decalogi c.5. §.10.* Coroninus v. *Horæ Canonicæ num.*27. Bassæus v. *Horæ Canonicæ. 5. num.* 2. Antonius à Spir. S. *par.3. Directorii tract. 3. disp.3. num.*71. *in fine,* motus, quia non videtur Ecclesiam velle æterno supplicio cruciari omittentem tam parvam quantitatem.

Octavo, materiam parvam ponunt in Matutino, si non pertingat integrum Nocturnum. Bassæus v.*Horæ Canonicæ num.*3.

Nono, materiam parvam esse tres Lectiones cum Responsoriis in Officio feriali, simplici, vel etiam duplici. Sanch. 1. *Decalogi lib.1.c.19.n.*8. Verricelli *tract.5. qu.6.num.*109. Leander *to.6. tract.8.qu.*55. rectè excipiens Officium Resurrectionis, cujus Lectiones essent major pars, ob Officii brevitatem.

Decimo, materiam levem esse integram horam parvam, vel ei æquipollentem; quia respectu totius Officii non videtur communi æstimatione gravis. Marchinus *de Ordine tract.2.par.6. difficul.13.num.*5. Martinus de S.Joseph in *Manuali tom.1. lib.2. tract.9. de Oratione num.* 5. Escobar *c.13.nu.*107. Caram.*Regular.disp.*118. *num.*1462. Marchantius *par.3.tract.5. c.2.q.1.* Bonartius *de Horis Canonicis cap.* 16. *num.* 12. Verricelli *tract.1.qu.*16. contra Leandrum *loco cit.q.*51. Bonac. Gavantum, & Palaum, ajentes esse lethale.

Et sic omittere Vesperas integras Sabbati Sancti esse veniale; quia est minor materia, quàm una hora parva, & quia in tanta lætitia non est credendum, Ecclesiam velle suos filios premere lethali onere, ait Pellizzarius *tract. 5. c.8 sect.2.num.*93. Tamburrinus 2.*Decalogi c.5. §.2.nu.*11. Gobat *Theologiæ experimentali tr. 5. num.* 609. Antonius à Spir. S. *par. 3. Directorii tract.3.disp.3.num.*72. Diana in *Indice v. Horæ Canonicæ.* Contra Leandrum *loco cit. quæst.* 56. ajentem tantùm probabiliùs oppositum. Tancredi *lib.4.tract.3.disp.12.num.*19.

Undecimo, parvam materiam esse bis in anno omittere totum Officium ex negligentia, fragilitate, tepiditate, non ex contemtu, ait Aragonius, Rodriquez, Angelus, Lessius, Azorius, Filliucc. apud Bassæum v.*Horæ Canonicæ n.*1.

Duodecimo, materiam levem esse octiès in anno omittere Officium, ait Joannes Henriquez in *Compendio c. 29. num.* 3. apud Leandrum *de Sacramentis tract.6.disp* 13.*qu.*29. Contra quem impugnat Tancredi *tract.3.lib.4.disp.*12. *n.*20. & est communis.

Judicium Authoris.

In Horis Canonicis considetanda est quantitas, & qualitas, sivè materia, & forma.

Materia, sivè quantitas sunt Orationes, Psalmi, Lectiones, &c.

Forma, sivè qualitas est ipsa constructio Officii, ipse ordo, & dispositio materiæ. Nunc inquirendum primo:

Unde desumatur gravitas, & levitas materiæ?

Desumitur ex ipsa quantitate Psalmorum, Lectionum, &c. non ex qualitate Officii, nec ex constructione, & dispositiuoe horæ. 3215 Unde desumatur gravitas, vel levitas materiæ.

Patet, quia quantitas tenet se ex parte materiæ, qualitas ex parte formæ; & sic ex quantitate, non ex qualitate, materiæ gravitas, vel levitas desumenda. Unde Sanch. 1. *Decalogi c.19. num.*8. asseruit parvam materiam in feriali Lectiones, & Responsoria, licèt tunc forma Nocturni non servaretur: licèt omittere Lectiones, & Responsoria in Officio duplici esset gravia materia. Caram. *Fundam.num.*190. Contra Raphaelem 2.2 *tit.de Horis Canonicis controvers.*8. Pellizzarium *to.2.tract.5.c.8.sect.2. qu.19. n.*93. ajentes, ex dignitate, & deformitate desumendam materiæ gravitatem, & levitatem. In quo falluntur, & falluntur; nam dignitas, & formositas est quid formæ, non materiæ. Contra Antonium à Spir. S. *par.3. Directorii tract. 3. disp.3. num.*71. cum Suario, ajentem, in Choro materiam gravem diversam esse ab Officio privato: locus enim supponit, non constituit materiam: Nec rectè confundunt materiam Officii cum scandalo, si omittatur aliquid in Choro; nam tunc peccabunt peccato scandali, non contra præceptum recitandi Horas, ut rectè cum Bonacina, Tamburrinus 2. *Decalogi cap.5. §.2. num.* 12.

Cùm ergo ex materia ipsa desumatur levitas sivè in Choro, sivè extra Chorum, levis sit materia omissa, leve erit peccatum, scandalo præciso.

Ex his patet non rectè à Doctoribus esse taxatam materiæ parvitatem pro omnibus anni temporibus; nam ut non est ejusdem quantitatis pro omni tempore Officium, ità non potuit taxari una parvitas materiæ pro omni Officio; quantò enim prolixius, tantò parvitas materiæ erit major, & quantò contractior erit Oratio Canonica, tantò minorabitur materia parva. Nam parva dicitur respectu totius; & si est majus totum, major parva materia; sic in Officio

Com-

Commemorationis Omnium Defunctorũ conglutinato ex duobus Officiis, materia parva erit plusquam sit in alio tempora; & si una Hora esset gravis materia in aliis, in tali die esset levis. Tancredi *tract.3.lib.4.disp.*12. *num.*18. Anton. à Spir.S.*par.3. Directorii tract.3.disp.3.num.*72.

Insuper considerandã est tota materia praecepta; nam si unum praeceptum sit pro omnibus Horis, materia parva erit major. Si verò pro singulis Horis sint singula praecepta, materia parva erit minor.

Judicium meum est non posse dari regulam generalem. Secundo, quaestionem pendere an uno praecepto quis teneatur ad omnes Horas, an verò sint tot praecepta, quot sunt Horae; nam si tot sunt praecepta, quot sunt Horae, non potest dici, quòd unus Psalmus sit parva materia, cùm sit major pars Horae. Si verò uno praecepto omnes Horae praecipiantur; tunc unus Psalmus ex ordinariis erit parva materia sine difficultate; comparata enim ad totum Officium tenuissima est.

3216 Est arbitrarium taxare gravitatem, vel parvitatem materię in omni re, in qua multa consideranda.

Hinc patet arbitrariam esse parvitatem materiae secundum diversam Officiorum quantitatem, & in particulari prudenti arbitrio determinandum. Tu ex praedictis rationabiliorem, & saluti animae, & corporis congruentiorem in praxi usurpato, & ut videamus, quae includantur in materia praecepta, hic inquiramus:

An Litania in die Sancti Marci, in tribus diebus Rogationum, Officium Defunctorum, Psalmi Poenitentiales, Graduales, sint partes materiae Officii praecepti?

3217 Litaniae in die S. Marci, & Rogationum, &c. videntur non esse sub praecepto.

NEga: itaut illas Orationes in privato Officio omittere nec sit veniale. Vasquez *Opusculo de beneficiis c.*4. *§.*1.*art.*2. *dub.*1.*n.*52. Homobonus *vol.*2.*par.*5. *responso* 244. Molphesius *tom.*1.*Summa tract.*25.*c.*1.*num.*56. Macignus *de Horis Canonicis num.*18. Pellizarius *tomo* 2.*c.*6.*num.*9. & *tract. de Monialibus tract.*5. *c.*8.*sect.*1.*qu.*21.*nn.*47. Marchinus *tract.*2. *c.*11. *difficult.*11. Machadus *lib.*2.*par.*3.*tract.*2.*documento* 1.*num.*5. Sanch.2.*Opusculorum lib.*7.*c.*2. *num.*27. Diana *p.*2. *tract.*12. *resol.*42. & *par.*4. *tract.*6.*resol.*226. & *par.*6.*tract.*6.*resol.*227. Gobat *Experimentali tract.*5. *num.*615. Tancredi *tract.*3.*lib.*4.*disp.*12. *num.*18. Cotonius v. *Horae Canonicae num.*47. Philibertus *c.*12.*difficult.*12. Antonius à Spir.S. *par.*3.*Directorii tract.*3.*n.*76. Verricelli *tract.*5.*qu.*6.*num.*135. Tamburrinus 2.*Decalogi c.*5.*§.*2.*num.*13. Contra Suarium *tomo* 2. *de Religione lib.* 4. *c.*25. *num.* 6. Bassęum v. *Horae Canonicae num.*2. Leandrum *tom.*2.*tr.*6. *disp.*13.*qu.*32. & *tom.*6.*tract.*8.*disp.*8. *qu.*35. dicentem probabiliorem suam sententiam. (42)

Patet, quia non adest pręceptum evidens contra libertatem evidentem; & ex Bulla Pii V. tali oneri est derogatum favore recitantis Officium Breviarii Romani. Toletus *lib.*2.*c.*13.*n.*3.

Et sola nunc est difficultas:

3218 Officium in die Cõmem. Omniũ Defunctorum non videtur praecipi, sed dicendũ esse unum praeceptum cum Officio currenti.

An in die Commemorationis Omnium Defunctorum, sit recitandum sub onere peccati mortalis cum Officio ordinario Officium Defunctorum?

NOn adesse praeceptum, si recitentur in Breviario Romano, conveniunt communiter ex Bulla Pii V. Et sola difficultas est:

An ex consuetudine sub lethali ad id quis adstringatur?

ET negant plures innominati apud Molphesium *tom.*1.*Summa tract.*5.*c.*1. *nu.*57. ajentes, non esse mortale omittere Officium Defunctorum in tali die. Et videtur etiam id ipsum sentire Antonius à Spir. S. *par.*3. *Directorii tract.*3.*disp.*3.*num.*73. cum Pellizzario, Tancredi, Cotonio, Tamburrino *loco cit.* ajens, non dari pręceptum sub lethali recitandi tale Officium Defunctorum.

Sed oppositum docent Pellizarius *de Monialibus c.*6.*qu.*8.*num.*17. Diana *par.*9. *tract.*7. *resol.*29. & asserunt esse unum, & idem praeceptum pro illo die recitandi duplex Officium. Et hoc est tenendum.

An tot sint praecepta, quot sint Horae?

NEga: sed uno pręcepto omnes Horę pręcipiuntur; nam nulla lege constat de multiplicitate pręceptorum: & sic non sunt multiplicanda pro libito sine necessitate. Secundo, quia lex imitatur naturam, quę abhorret à superfluis. *Proemio Decretalium*, ibi: *resecatis superfluis. l.*2.*de veteri jure enucleando.* Tertio, quia lex debet esse necessaria. *c. erit. dist.*4. ergo si unico pręcepto possunt omnes Horae pręcipi, non est dicendum tot esse pręcepta, quot sunt Horę. Navarrus *de Oratione c.*6.*num.*6. Gárzias *lib.*1. *de resignatione qu.* 6. *n.* 8. Vega in *Summa par.*1. *cap.*128. *casu* 3. Sà v. *Horae Canonicae num.*14. Suarius *tom.*2. *de Religione lib.*4. *c.*25. *num.*18. Vasq. *de beneficiis c.*4. *§.*1.*dub.*5. *n.*71. Gobat *tract.*5. *num.*617. Anton. à Spir.S.*par.*3. *Directorii tract.* 3. *disp.*3. *num.*71. Tamburrin. 2.*Decalogi c.*5.*§.*2.*nu.*9. Cotonius v. *Horae Canonicae num.* 26. Contra Bossium *lib.* 2. *casu* 37. *dub.*9.*num.*53. Toletum *lib.*2.*cap.* 13. *num.*1. Lessium *lib.*2.*c.*37.*dub.*9.*num.*39.

3219 Uno praecepto omnes Horae praecipiuntur.

Ex quo resolvitur quęstio:

An omittens ex qualibet Hora aliquid parvum peccet mortaliter; si respectu totius materia sit gravis?

3220 Omittere aliquid parũ in qualibet Hora, an sit grave, cum distinctione resolvitur.

DIstinguas: vel loquimur in sententia dicentium unum esse de omnibus Horis praeceptum: vel in sententia multiplicantium praecepta pro numero Horarum.

Si in sententia dicentium unum esse de omnibus Horis pręceptum: Affirma mortaliter peccare; quia illę materię parvę simul constituunt magnam materiam, ut partes unius totius.

At si dicamus tot esse pręcepta, quot Horę cum Lessio *lib.*2.*c.*37. *dub.*9. *num.*39. Tabiena in *Summa* v. *Horae quaest.*18. Toleto *lib.*2. *c.*13. *num.*1.

Concludendum est non peccare mortaliter ex singulis omittens parvam materiam, puta Psalmum, cum Herinckx *tom.*2.*disp.*7. *quaest.*6. *num.* 55.

Quia, ut unum pręceptum, ità una materia parva cum alia non continuatur; sic qui in qualibet die festi omittit materiam parvam Sacrificii non peccat mortaliter, etiamsi per totam vitam velit id agere; nam tantùm vult peccare venialiter contra pręceptum, ob materiam levem; sic nec peccat mortaliter jejunans per

(42) Opinio Suarii, & Bassei quoad Litanias in die S. Marci, & diebus Rogationis verior est, & practicanda.

per singulos dies sumens materiam parvam, quia preceptum unius non continuatur cum præcepto alterius diei; ergo nec mortaliter peccabit ex singulis Horis omittens materiam parvam, quia preceptum unius Horę est distinctum à præcepto alterius Horæ.

Qui teneantur præcepto recitandi Horas Canonicas?

CAPUT III.

3221 Clerici, Beneficiati, & Professi Officio Divino ligantur.

TRifariam occurrit Orationi scatens difficultatibus personarum acceptio. Prima est est Clericorum. Secunda Beneficiatorum. Tertia Professorum: de quibus sigillatim. Et primò.

De Clericis.

§. I.

CLerici alii in minoribus, alii in Sacris.

Clerici in minoribus.

3222 Clerici tamen in minoribus non ligantur tali onere.

NUllo tenentur onere recitandi Horas Canonicas, aliasque Orationes; nam nec lege, nec nulla legitima, ut deberet constare, consuetudine, evidens tale onus constat. Patet etiam ex Bulla Pii V. incipit: *Ex proximo.* 175. ubi Clerici pensionarii tenentur ad Officium Beatæ Virginis; ergo supponit non teneri ad Officium Canonicum, & textus in *c. si quis Presbyter. fin. dist.* 92. in oneribus restringendus ad Beneficiatos Choro adstrictos. Sotus 10. *de justitia qu.* 5. *art.* 3. dicens, nec ab Episcopo onus orandi imponi posse. Sanch. 7. *Opusculorum c.* 2. *dub* 2. Valentia *to.* 3. *disp.* 6. *q.* 2. *de Oratione punct.* 10. Contra Abbatem in *c. Presbyter.* 1. *de celebratione Missarum*, dicentem teneri ad Horas Canonicas.

Contra Turrecrematam in *c. qui autem. dist.* 91 *num.* 4. Sylvestrum v. *Hora qu.* 2. Navarrum *c.* 7. *de Horis num.* 13. Paludanum in 4. *dist.* 15. *qu.* 5. ajentes, teneri ad aliquas Orationes, quia sunt cultui Divino addicti plusquam laici.

Nec officit *c. dolentes.* 9. ibi: *minores Clerici. de celebratione Missarum.*

Nam ibi dicti sunt minores in Sacris ad differentiam Prælatorum. Fagnanus *ibidem n.* 3.

An autem Episcopus valeat onus orandi imponere?

3223 Episcopus nequit imponere onus orandi.

NEgat Sotus 10. *de justitia qu.* 5. *art.* 3. Suarius *cap.* 17. *num.* 15. Lessius 2. *de justitia c.* 37. *dubitat.* 8. *num.* 46. Diana *par.* 2. *tract.* 12. *de Horis Canonicis resol.* 20. id tantùm Papæ reservantes. Contra Bonacinam *disp.* 1. *de Horis qu.* 2. *puncto* 3. Palaum *disp.* 2. *puncto* 1. §. 1. *nn.* 3. ajentes, ab Episcopo posse suis Clericis subditis tale onus imponi.

Nunc est difficultas:

An sub lethali, vel veniali Clerici teneantur recitare Horas sibi injunctas ab Ordinante?

3224 Graviter videtur non obligari Clericos recitare Horas injunctas in Ordinatione.

NEga: sed tantùm tenentur ex congruitate, & honestate, ait Sotus 10. *de justitia qu.* 5. *art.* 3. *conclus.* 1. *in fine.* Valentia *tom.* 3. *disp.* 6. *qu.* 2. *de Oratione puncto* 10. Paludanus, dicens ad plus orandum teneri Clericos, quàm laicos, scilicet ex honestate, in 4. *dist.* 15. *qu.* 2. *art.* 1. *conclus.* 3. Marchinus *de Ordine par.* 1. *tract.* 2. *cap.* 8. Navarrus in *Manuali c.* 25. *num.* 108. Trullench *lib.* 1. *Decalogi c.* 7. *num.* 12. & §. 2. *num.* 2. Gobat *Theologia experimentali tract.* 5 *num.* 167. Leander dans sex Doctores *tom.* 6. *tract.* 8. *disp.* 2. *qu.* 41. Sanch. 2. *Opusculorum lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 2. Castrus Palaus *tom.* 2. *disp.* 2. *puncto* 1. §. 1. Philibertus *tract.* 2. *par.* 1. *c.* 8. dicentes, nec posse ab Episcopo ad id obligari. Contra Villalobos *to.* 1. *Summa tract.* 24. *difficult.* 7. *num.* 4. Homobonum *vol.* 2. *par.* 5. *responso* 210. volentes esse veniale illas omittere. Rhodes *tom.* 2. *tract.* 12. *qu. un. sect.* 4. §. 4. v. *difficultas.*

Probatur primo, quia onera in dubio non componenda, nec coacervanda; nullibi autem constat onus recitandi sub peccato tales Orationes, sed ex decentia petitur, ut impleantur.

Secundo, quia Ordinans æqualiter illas imponit subditis, ac non subditis ordinatis; ergo sicuti non ligat non subditos, ità nec subditos; cùm non constet subditos velle plus obligare, omnibus simul cum non subditis Orationes eodem modo injungens; idque etiamsi Clericus acceptaverit tale onus recitandi; nam ex errore acceptans, non acceptaturus si sciret Episcopum nolle, vel non posse obligare, & ejus sola acceptatio non inducit obligationem legis, cujus obligatio pendet à Legislatore; nec voti, aut juramenti, cùm non intendat vovere, aut jurare.

Clericus in Sacris.

IN Sacris constituti, non ante usum rationis, non vi, non metu; nam hi nec præcepto abstinendi à nuptiis ligantur. Sanch. 7. *de matrimon. disp.* 29. *num.* 7. Trullench 1. *Decalogi c.* 7. *dub.* 12. §. 2. Sed spontè ordinati pleno rationis usu tenentur Canonicum Orationis pensum solvere, non jure Divino, de quo non constat, & Horæ ab homine constitutæ: sed jure humano per se respiciente Choro adstrictos, & universali consuetudine interpetrante, inducente, firmante etiam in Subdiaconis, & Diaconis Choro non adstrictis. *c. Presbyter.* 1. *c. dolentes.* 9. *de celebratione Missarum. c. si quis Presbyter. dist.* 92. *c. Presbyter dist.* 91. Cajetanus v. *Hora.* Suarez *lib.* 4. *de Horis c.* 16. *num.* 4. dans septem Doctores. Valentia *tom.* 3. *disp.* 5. *qu.* 2. *de Oratione puncto* 10. *litera D.* Contra Glossam in *c. fin. dist.* 92. aliosque, ajentes in Sacris ordinatos ad titulum Patrimonii ad Horas non teneri. Contra Abbatem in *c.* 1. *num.* 3. *de celebratione Missarum.* Sotum 10. *de justitia qu.* 5. *art.* 3. post D. Thom. *quodlibete* 6. *art.* 8. ajentes jure Divino teneri ad recitandas Horas. 3225 Clerici verò in Sacris ligantur onere recitationis Divini Officii.

Quot Horas in prima die Ordinationis Subdiaconus recitare teneatur?

MUltiplex Doctorum placitum. 3226 In die Ordinationis Subdiaconos à qua Hora recitare teneatur, inquiritur.

Primo, asserit teneri ad Horas correspondentes Ordinationi consummatæ Castrus Palaus *tom.* 2. *disp.* 2. *puncto* 4. *num.* 3. Homobonus *volum.* 2. *puncte* 5. *responso* 240. Marchinus *tr.* 2. *de Ordine par.* 6. *c.* 12. *diffic.* 1. *num.* 11. Trollench *lib.* 1. *Decalogi c.* 7. *dub.* 13. *in fine.* Filliuccius *c.* 9. *num.* 285. Bonac. *de Horis Canonicis disp.* 1. *qu.* 2. *puncto* 3. *num.* 9. Philibertus, & alii. Quæ opinio vera, si tot præcepta, quot Horæ essent.

Secundo, aliis placet teneri ad totum Officium illius diei; quæ opinio dura est destituta ratione, imponens onus antequam incipiat obligatio.

Tertio, aliis placet obligari ad Vesperas, & Completorium illius diei, in quo ordinatur. Bonartius *lib.* 2. *de Horis Canonicis c.* 39. *nu.* 21. Oliverius *de Horis Canonicis lib.* 2. *c.* 39. *num.* 29. quæ opinio orbata est ratione, sivè unum, sivè multiplex sit preceptum recitandi Horas. Si unum, non est cur teneatur ad minorem, non

obli-

obligatus ad majorem partem. Si multiplex sit præceptum, tenetur ad illas Horas, quæ currunt pro tempore recepti Ordinis, etiamsi sint Nona, vel Tertia; Nec confugias cum Bonartio ad Ecclesiæ pietatem nolentis obligare ad alias Horas parvas. Nam id probaret ad Vesperas, ad Completorium nolle obligare tyronem.

Quarto, aliis placet ad nihil teneri. Trullench *lib.3.Decalogi c.2.dub.6.num.1.* Martinus à S.Joseph *lib.2.tract.6.de Oratione nu.6.* Aloysius à Conceptione *tom.1.tract 2.de restitutione c.5.* Diana *par.10. tract.11. resol.16.* Antonius à Spir.S. *par.3.Directorii tract.3. disp.3. num.103.* Leander *tom.2.tract.6.disp.13.qu.10. & par.6. tract.8.disp.2.qu.5.* dissolvens argumenta Pradi, & asserit deesse consuetudinem recitandi aliquid in die Ordinationis. Et §.3.ait præceptum recitandi Horas esse individuum, ut præceptum jejunii, cum Sancio 54.*Selectarum num.4.* Diana *par.1.tract.9.de jejunio resol.49.* Et sic ut non tenetur jejunare complens annum vigesimumprimum, incępto jam ante die jejunii, quia non tenetur ad jejunium præcedentis temporis: ità nec teneri ad Horas præsentes diei currentis deobligatus ab Horis præcedentibus.

Patet, quia non obligatus ad majorem, nec tenetur ad minorem partem Officii; sed in illa die, in qua ordinatur, non tenetur ad Matutinum, Laudes, Primam, pręterito jam cum tempore, onere; ergo nec ad cetera. Major patet ex Regula: major pars trahit ad se minorem. Castrus Palaus *tom.1.tract.2.disp.2.puncto 6.* Trullench *1.Decalogi c.7.dub.17. num.5.* Quintanadueñas *de Ordine par.5. §.2. num.21.* Bassęus in *Floribus*, *v. Hora Canonica num. 5.* Escobar à Corro *tract. de Horis Canonicis par. 6. num. 27.* excusantes ęgrotum impotentem recitare majorem à minori parte Officii, licèt illud legere valeat.

Majorem autem, & præcipuam partem Officii esse Matutinum, & Laudes, tuetur Rodriquez *par.1.Summa c. 145.* Garzias *de beneficiis tom.1.par.3.c.11.num.222.* Leander *tom.6.tr.8. disp.5.qu.56.* excusantes à Vespere, & Completorio impotentem recitare ante meridianas Horas, quia est major Officii pars ante meridiana. Joannes de la Crux *præcepto 3. art.3. dub.3.* Raphael de la Turre *de Horis Canonicis controversia 7.* Tamburrinus *2.Decalogi cap.5.§.8.num.8.* Antonius à Spir.S.*loco cit.num.103.* (43)

Immò nequeuntem recitare Lectiones ob carentiam Breviarii, vel quia cæcus est, non teneri recitare Psalmos, etiamsi memoria illos retineat, quia præceptum est recitandi Officium, & sine Lectionibus Officium non est, docet Castrus Palaus *tom.2. tract. 2. disp. 2. puncto 6. num. 7.* Sancius 15.*Selectarum un.102.* Anton.à Spir. S. *p.3. Directorii tract.3.nu.106.* Sanch. 7. *Opusculorum c.2.dub.45.num.5.* Leander dans quindecim Doctores *loc. cit. disp.5. qu. 60.* qui tamen ait recitandos Psalmos in Officio feriali, non in duplici, vel semiduplici; quia in feriali, non in duplici, & semiduplici Psalmi sunt major pars. Et *qu. 61.* ait teneri recitare Psalmos Horarum ignorans Lectiones, Responsoria, Capitula, & Orationes, quia Psalmi sunt major pars. Sed de hoc infrà.

Ergo deobligatos in prima die Ordinationis à Matutino, Laudibus, Prima; fortiùs erit deobligatus ab aliis Orationibus. Tu ex his eligas, quæ magis conducit ad salutem Animarum. Sicque recitet, quod potest in Horis debitis; maximè quia ratio, & opinio quartæ sententiæ ex Decreto Innocentii XI. prohibita Propositione 54.

An recitans manè etiam Vesperas, & Completorium, antequam ordinetur, teneatur iterum recitare post Ordinationem?

Negat Trullench *1.Decalogi lib. 1. c.7. dub. 13.num.3.* Diana *par. 6. tract.7. resol.38.* Castrus Palaus *tom.2.disp.2. puncto 4.num.3.* Gobat *tract. 5. Theologiæ experimentali num. 561.* Tancredi *tract.3.lib.4. disp.15. num.11.* Antonius à Spir.S. *par.3.Directorii tr.3.disp.3.n.104.* dicens cum Tancredi *loc.cit.* nec teneri repetere, etiamsi manè animo non satisfaciendi præcepto recitaverit. Contra Bonacinam *q.2.puncto 5.* 3117 Recitans Horas ante Ordinationem an teneatur iterum recitare.

Patet, quia cùm præceptum sit individuum pro tota die, ei satisfieri valet, & non est novum in favorabilibus satisfieri multis præceptis, antequam incipiant obligare ex benigna, & materna intentione Ecclesiæ; Sic recitans hodie, duas Horas post meridiem Matutinum crastinum, satisfacit crastino præcepto, licèt non adhuc incępto; Sic celebrans manè, ubi non currit præceptum, perveniens deinde ad locum ubi servatur præceptum festus, non tenetur iterum audire Sacrum.

Rigorosè tamen nequiret satisfacere præcepto non extanti, sicuti nequit tollere solutione debitum non extans, nisi quis solvat quando non tenetur pro tempore, pro quo tenebitur, veluti anticipata solutione; tunc enim censetur solutio conditionalis debiti, si extabit: ità summè manè recitans pro onere futuro tempore Ordinationis intelligitur, si ordinabitur, si obligatus erit.

Beneficiatus.

§. II.

Habens non titulo temporali conferibili, etiam laico, ut à Lectori, Organistæ. Sà v. *Horæ num. 4.* seu titulo spirituali tantùm Clerico conferibile beneficium etiam simplex, Curatum, Dignitatis, Episcopatus, Cardinalatus congruæ substentationis cum perceptione fructuum, adstringitur onere recitandi Horas. *c.2. c.dolentes.9. de celebratione Missarum.c.fin. dist. 92. c. fin. de rescriptis in 6.* Concilium Lateranense sub Leone X.*sess.9. §. statuimus.* Navarrus *c.25. num.122.* Valentia *tom. 3. disp. 6. qu.2.de Oratione puncto 10.§. quod verò.* 3118 Beneficiatus cur teneatur recitare.

Excipias acceptantem beneficiũ urgente injusto gravi metu parentum; nam tunc etiamsi metu durante ipse, vel ejus frater fructus percipiat, ad Horas non tenetur, sed fructus restituere debet quando poterit; quia persistente metu, lege recitandi non ligatur, spontaneos beneficiatos obligante. Bonac. *de Horis Canonicis disp.1.q.2. puncto 4.num.4.* Trullench *1.Decalogi c.7. dub. 12. §.3.num.4.*

Quid veniat nomine Beneficii cum onere recitandi?

Quicquid erectum est, & confertur auctoritate Episcopi, etiam ad nutum amovibile 3119 Nomine Beneficii hic venit illud, quod est erectum auctoritate Episcopi.

(43) Probatio ista est damnata in Bulla Innocentii XI. Proposit. 54. ubi: „ Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, potest autem reliquas Horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad se minorem „ ut mox Author notat.

bile certos proventus habens; & sic venit etiam Capellania erecta, & collata auctoritate Ordinarii, etiamsi Missæ per alium celebrentur. Suarius *lib. 4. de Religione c. 22. num. 12.* Sylvester v. *Hora qu. 2. dicto 3.* Sanch. 2. *Opusculorum c. 2. dub. 80. num. 2.* dans octo Doctores. Leander *par. 6. tract. 8. disp. 2. quæst. 57. & 58.* dans duodecim Doctores.

Hinc Capellania ex voluntate fundatoris à laico conferibilis caret onere recitandi Officiũ, quamvis deinde à Papa, vel Episcopo conferatur; quia illa collatio non mutat naturam Capellaniæ, nisi præscriptione transeat in Jus Ecclesiasticum ab Ordinario tantùm conferibile. Sanch. & Azorius apud Leandrum *loco cit. qu. 59.* onus namque certò non constans semper respuendum.

Unde nascatur ex Beneficio onus recitandi Horas Canonicas?

3230 Beneficium datur propter Officiũ.

NAscitur ex eo, quia vivens de Altari, ei inservire debet; nam beneficium est propter Officium, fructus scilicet propter servitium, & sentiens commodum, jure naturæ debet sentire incommodum. §. 1. *Institutionum. de legitima patronorum tutela.*

Hinc resolvitur;

An ex solo titulo Beneficii sine fructibus nascatur tale onus?

3231 Solo titulo Beneficii quis non ligatur onere recitãdi Horas.

NEga: si Beneficiatus culpa careat in non percipiendis fructibus.

Patet, quia solus titulus sine fructibus non dat unde vivat; & sic non verificatur, qui Altari servit, de Altari vivere debet. Vasquez *Opusculo de beneficiis c. 4. §. 1. dub. 5. num. 24.* Sotus *lib. 10. de justitia qu. 5. art. 5.* Leander dans quatuordecim Doctores *tom. 6. tract. 8. disp. 4. qu. 81. & quæst. 82.*

Censetur autem sine culpa non percipere fructus, si fortuitò non nascantur, si justè absens illos percipere nequeat, quia dantur præsentibus. Angelus v. *Horæ Canonicæ num. 4.* Sylvester v. *Horæ qu. 2. qu. 2. dicto* [3.] Sanch. 2. *Opusculorum cap. 2. dub. 72.*

An habens fructus sine titulo Beneficii teneatur ad Horas?

3232 Habens fructus sine titulo Beneficii, hoc onere non ligatur.

NEga: quia nulla lege id est statutum, ut in oneribus imponendis fuisset statuendum. *c. 1. c. dolentes. 9. de celebratione Missarum. c. fin. de rescriptis in 6.*

An ex titulo, & fructibus metu injusto perceptis, detur onus recitandi?

3233 Habens titulũ, & fructus ex metu injusto perceptos, non tenetur recitare Horas.

NEga: quia titulus ex metu injusto est nullus; & sic idem est, ac si perciperet sine titulo. Trullench 1. *Decalogi c. 7. dub. 12. §. 3. n. 4.* Bonac. *de Horis Canonicis disp. 1. qu. 2. puncto 4. num. 4.*

Quid ergo requiritur, ut Beneficiatus teneatur ad Horas?

3234 Ut quis teneatur ad recitationem requiritur titulus, possessio, & perceptio fructuum.

REquiritur primo titulus spontè receptus. Secundo possessio pacifica Beneficii. Tertio perceptio fructuum in re, vel in spe, vel ut sua culpa non percipiat. Quarto, ut fructus sufficiant congruæ substentationi; & sic debent esse in tanta quantitate, ut valeat dicere beneficiatum vivere ex Altari. 1. *ad Corinth. 9.* tunc enim nihil deest ad subeundum onus orandi. Hinc

ANALYSIS I.

An teneatur ad Horas ex Beneficio pingui fructus non percipiens?

DIstinguas: vel ex culpa, vel absque culpa sua non percipit. 3235 Habens beneficiũ pingue, sed ex sua culpa nõ percipit fructus tenetur ad Horas Canonicas.

Si ex culpa sua fructus non percipit, puta, quia est excõmunicatus, irregularis, suspensus saltem à beneficio, vel quia non residet ut tenetur, vel quia spontè cedit fructus alteri, puta coadjutori, tunc tenetur ad Horas, nam ex culpa damnum, non lucrum reportare debet: & culpa nocet illi, qui est in culpa, vel cujus nomine res consumitur, ut accidit si fructus consumantur à coadjutore. Navarrus *cap. 25. num. 103.* Leander *tom. 6. tract. 8. disp. 2. qu. 82.* dans octo Doctores *qu. 83. 84. 85. 86. & qu. 87.*

Si absque sua culpa fructus non percipiat: puta incendio, inundatione, hostium incursu, terræmotu absumptos, vel quia res facta fuit sterilis. 3236 Secùs si absque sua culpa.

Videtur non teneri ad onus, quia non verificatur, ut vivat de Altari, ut vivere debet tanto onere recitandi pressus 1. *ad Corinth. 9. v. 13.* & onus recitandi non oritur ex titulo sine perceptione fructuum, quibus vivit Beneficiatus, ut nec teneretur ad Horas, qui sterili jam fundo beneficium reciperet. Navarrus *c. 25. num. 103.* Sanch. 2. *Opusculorum c. 2. dub. 71. num. 4.* dans novem Doctores Trullench 1. *Decalogi cap. 7. dub. 12. §. 3. num. 17.* Tamburrin. *num. 1. Decalogi c. 5. §. 1. num. 23.*

Hinc non residens ex causa legitima necessaria studii, infirmitatis, privatus fructibus beneficii dandis residentibus, ad Horas recitandas non tenetur; nam sine culpa fructibus privatur, ex quorum perceptione unà cum titulo oritur onus recitandi Horas. Angelus v. *Hora Canonica num. 4.* Sylvester v. *Hora qu. 2. dicto 3.* Sanch. 2. *Opusculorum c. 2. dub. 72.* 3237 Non residẽs ex justa causa, & nõ participans, ad Horas non tenetur.

ANALYSIS II.

An non percipiens fructus pro primo anno, quia applicantur alteri, teneatur ad Horas?

DIstinguas: vel nunquam in futuro fructus proderunt, vel aliquando proderunt fructus. 3238 Fructus si applicentur alteri pro primo anno, si nunquã in futurũ proderunt, non ligatur quis pro eo anno ad Horas.

Si nunquam proderunt, puta quia consuetudine fructus applicantur aliis locis Piis, &c. tunc non tenetur, ex eo quia habet titulum sine fructibus; & sic sine onere recitandi. Navarrus *de voto cap. 7. num. 30.* Garzias *de beneficiis par. 3. num. 70.* Sanch. 2. *Opusculorum c. 2. dub. 75.* contra Leandrum *loco cit. q. 93. & 94.*

Si aliquando proderunt, puta quia applicantur antiquis, & sic quando ipse erit antiquus, percipiet secundum mores Capitulorum, ubi fructus pro primo anno quandoque non dantur Capitulari; tunc tenetur, quia in spe percipit fructus profuturos, ex quibus vivere poterit. Leander *loco cit. qu. 91. 92. & 93.* 3239 Secùs si aliquando proderunt.

ANALYSIS III.

An obtinens titulum Beneficii, ante possessionem teneatur ad Horas Canonicas?

NEga. Parisius *lib. 1. de resignatione quæst. 9. num. 15.* Paludanus *in 4. dist. 15. qu. 5. art. 1. conclus. 5.* Suarez *lib. 4. de Horis Canonicis c. 19.* Diana *par. 2. tract. 12. resol. 21.* Bonac. *disp. 1. qu. 2. puncto 5. num. 2.* Leander *par. 6. tract. 8. disp. 2. qu. 97.* dans quatuordecim Doctores. contra Navarrum *c. 7. de Oratione num. 28.* Maci- 3240 Ex solo titulo absque possessione non oritur obligatio ad Horas Canonicas.

gnum

gnum *tract. de Horis Canonicis c.10.n.15.*

Patet, quia pro tempore non adeptæ possessionis Beneficiato non debentur fructus, ex quibus vivere debet, sustinens onera beneficii. 1. *ad Corinth.9.v.13.*

Nec refert titulo, non possessione esse beneficiatum, & Beneficiatum ad Horas teneri. *c. si tibi absenti 17. de præbendis in 6.* Nam Beneficiatus cum effectu tenetur ad Horas, quia cum effectu vivit ex beneficio, scilicet cum fructibus, unde onus nascitur exhibendi Officium. 1. *ad Corinth.9.v.13.*

At major est difficultas:

An teneatur ad Horas Beneficiatus spontè differens acquirere possessionem?

AFfirma: quia tunc censetur in culpa, & fructus perire debent ei, qui est in culpa. Suarius *de Horis lib.4.c.19. num.7.* Leander *loco cit. qu.*98. dans decem Doctores, dicens esse omnium. Antonius à Sp.S. *p.3. Directorii tract. 3.disp.3.nu.*56.

3241 Sed si differat spontè acquirere tunc tenetur.

Sed adhuc hæsitat animus. Primo, quia vel adest, vel non adest lex illum cogens ad acquirendam possessionem. Si non adest, non tenetur, & sic nulli facit injuriam ex regula: Qui utitur jure suo, nemini facit injuriam. Si verò lege cogitur possessionem acquirere; tunc debent Authores contrarii talem legem edere; & tunc non capiens possessionem intra tempus à lege elargitum non est in culpa, & illo tempore elapso non erit puniendus ob culpam alia pœna, quàm à lege statuta, ut scilicet amittat titulum Beneficii, nec tenebitur ad Horas, quia talis pœna sine lege non est imponenda. Nemo dicitur in culpa, vel in mora, nisi lex prohibeat aliquid, vel præcipiat fieri intra tantum temporis, & non fiat; & sic culpa, & mora debet esse contra legem, quæ in re præsenti non videtur extare, obligare ad Horas in pœnam moræ, vel culpæ.

Secundo, quia fructus non pereunt Ecclesiæ, sed applicantur Cameræ pro aliis piis operibus. Tu tamen rem profundiùs expendas.

Sed si fructus beneficii reservarentur ei post possessionem: tunc quia habet fructus in spe, etiam pro tempore, pro quo non possidet, percipiendos pro tempore possessionis; tunc tenetur Horas Canonicas recitare, etiam non adepta possessione, nè aperiatur via fraudi data operâ differentis acquisitionem possessionis, ut non recitans interim Horas, certè deindè lucretur omnes fructus.

Quæ ratio cessaret, si dubia esset acquisitio possessionis ob potentiam aliquorum, vel ob litem.

Tunc enim nemo litigantium tenetur subire onus certum recitandi ob incertum emolumentum fructuum, etiamsi fructus reserventur victori. Bonac. *disp.1.qu.2. punct.5.num* 5. Palaus *disp.2.puncto 1.§.2.num.*21. Paludanus in 4.*dist.*15. Suarius *lib.4.de Horis cap.19. num.*9. Contra Navarrum *cap.25.num.*103. gravantem omnes litigantes onere recitandi Horas.

Si verò habenti titulum iis moveatur de possessione; ratione cujus posset amittere jus; tunc multò minus ad horas tenetur: nè onus certum ob incertum emolumentum subeat. Trullench 1. *Decalogi cap.7. dub.12. §.3. num.*23. dans septem Doctores. Azorius *par.1. lib.10.c.4. qu.9.* contra Sanch. 2. *Opusculorum c.2 .dub .76. nu.6. conclus.2.*

An post pacificam possessionem Beneficiato mota lite, sequestratis fructibus victori, adsit onus recitandi Horas?

NEga: Petrus Ledesma *tract.9. c.4. diffic.9. conclus.* 3. contra Lessium 2. *de justitia c.34.dubit.*31.*num.*173. Leandrum *tom.6.tr.8. disp.2.qu.*103. dantem septem Doctores.

3242 Post possessionem mota lite, & sequestratis fructibus, non tenetur ad recitationem.

Patet, quia sine sua culpa fructus non percipiens, ad Horas non tenetur, & sequestratis fructibus illos non percipit sine sua culpa.

Nec refragatur incerta spes restitutionis. Nam onus certum certo emolumento exequatur, nec possessio sine fructu sufficit ad subeundum onus orandi, sicuti nec sufficit beneficium sine fructibus. Accedit, quod mortuo interim Beneficiato, fructus nullatenus lucraretur, sed Cameræ applicarentur.

Tertio, quia non percipiens fructus pro aliquo anno alterius vi, dolo, lite, sterilitate, bello, ad Horas Beneficiatus possessor non tenetur, ut dictis compertum est, etiamsi ante copiosos fructus percepit, & in futurum percipiat; nam fructus ante recepti, & in futurum colligendi transeunt cum onere pro illo tempore orandi; ergo pro tempore, pro quo fructus non percipit non onerandus erit. Palaus *tom.2.tract.5.disp.2. puncto 1.§.2.num.*18. Tancredi *de Religione tr.3. lib.4. disp.10. num.*11. Anton. à Spir. S. *part.3. Directorii tract.3.disp.3.num.*55.

Sed major recrudescit difficultas:

Si Beneficiatus possessor percipiat fructus durante lite, an teneatur ad Horas?

DIstinguas: vel est, vel non est timor restituendi fructus, si succumbat.

3243 Si verò percipiat fructus cum timore restituendi, non tenetur.

Si deest timor restituendi fructus, si succumbat, tenetur ad Horas; quia pacificè sine ullo onere illos amittendi vivit ex fructibus; & sic Altari ex quo vivit, inservire debet. 1. *ad Corinth.9. v.13.*

Si adsit timor restituendi fructus, non tenetur ad Horas. Primo, nè onus certum subeat dubio lucro. Secundo, quia possessio beneficii quantum ad fructus sibi acquirendos debet esse pacifica, ut quis prematur onere recitandi Officium. Cevallos *practicarum quæst.*643. *in fine* Diana *par.2.tract.*12. *resol.*21. Rodriqu. *tom.1. Summa c.145.num.*1. Henriq. *lib.13. c.13. §.2.* contra Antonium à Spir.S. *par.3. Directorii tr.3. disp. 3. num.* 56. indistinctè cum Tamburrino, ajentem teneri ad Horas.

An Beneficiatus nullos fructus percipiens, teneatur ad Horas?

NEga: patet, quia Beneficium sustentans habet onus Orationis inserviendi Altari. 1. *ad Corinth. 9. v.13.* Garzias *de beneficiis par.1.c.1.num.*41. Valentia *tom.3. disp.6. qu.6. puncto* 10. *& qu.16. puncto* 3. v. *postremò*. Cajetanus v. *Horæ c.1.* contra Zerolam *par.1. praxis Episcopalis v. Beneficium.§.4.dicto* 6.

3244 Beneficiatus non percipiens fructus non tenetur ad Horas.

ANALYSIS IV.

An ob Beneficium tenuis reditus, Beneficiatus teneatur ad Horas?

NEga: stant excusetur simpliciter, etiam in die aliquo festivo, vel non festivo. Sotus *lib.10.de justitia qu.5.art.3.conclus.2.v.dubium.* Aragonius 2.2.*q.*88.*art.12.dub.3.concl.2.* Rodriq. *par.1.Summa c.141. conclus.2. num.3.* Vega *par.1.c.128. casu* 13. Molphesius *tomo* 1. *Sum-*

3245 Similiter si tenuis reditus sit Beneficium.

Summa tract.5.c.3.num.29. Diana *par.2.tr.12. resol.* 9. Lessios 2.*de justitia cap.* 39. *dubit.* 31. *num.* 569. Sanch.2.*Opusculorum to.2. lib.2.dub.* 68.*num.*2. Leander *tom.6.tract.8.disp.2.qu.*105. dans vigintiquinque Doctores. contra Hostiensem in *c.1.n.19.de celebrat.Missarum.* Glossam in *c.Clericus victum.* 2. *dist.*91. & alios trigiota tres Doctores apud Leandrum *loc.cit.*Perlicum *de Horis Canonicis dub.5.num.*2.

Probatur primo, quia in jure parum nihil censetur quoad onera *c.licet causam.*9.ibi: *nulla,vel modica. de probationibus. c.cum te.*23. *de sentent.& re judicata.c.revera.*68.*de consecrat. dist.* 2. *c. coram dilecto.*34.*de officio, & potestate Judicis delegati . l. quamvis.* 32. *D. de conditionibus, & demonstrationibus.l.si in lege.*27. *§.colonus, D. locati*, ubi modica mora non nocet. Cursetus *tract.de minimis n.*2.*&* 10.*to.*2.*tractatuum.*Glossa in *l si pupillus.*25.*§.si ego.v.ex contrario, D.ad legem Falcid.* Tiraq. *tract.de judicio in rebus exiguis c.* 8. Barbosa *de axiomatibus Juris, axioma* 575. Malderus 2. 2. *tract.*10. *c.*2. *dub.*3. & modica non sunt attendenda. Petra ad Capycium *dec.*32.*num.*2. *& dec.* 109.*n.*3. ergo sicuti ex nullo, ità ex tenui excusabitur ab onere orandi.

Secundo, quia esset iniquum, onus grave subire ob leve lucrum: sicuti ex nullo lucro iniquum esset onus. 1.*ad Corinth.*9.*v.*13.

Tertio, quia debitor non potest esse curator minoris *Auth. ut ii, qui obligatus se habere perhibent res minorum . Auth. minoris debitor, C. qui dare tutores,vel curatores possunt*, & tamen debitor modicæ summę potest esse curator. Gutierea *de tutelis par.*1. *c.*20. *num.*13. Baldus in *l.cum in eo.num.*2.*D.de pactis*;ergo licèt Beneficiatus sit debitor solvendi onus Orationis Canonicæ, si sit in modica summa, censetur non beneficiatus,nec debitor solvendi Orationem.

3246 Dispositio generalis juris non cōprehendit res minimas

Quatto, quia dispositio juris humani generalis non comprehendit res parvas, nec causas minimas. Asinius in *praxi judiciali*,*§.*26.*cap.*1. *num.*3. Leo *dec.Valentina* 113.*num.*9.*lib.*1.Novarius *de electione fori sect.*3.*qu.*41. *num.*8. inde concludens *legem unicam, C. quando Imperator inter pupillum, & viduam*; dantem electionem fori, non comprehendere causas minimas. Tuschus *litera M.conclus.*228.*num.*5. ergo jus Canonicum præcipienş beneficiatis recitationem Canonicam,non comprehendit beneficia minimi, vel tenuis reditus.

Dices:Beneficiatus tenetur ad Horas. *c.dolentes.*9. *de celebratione Missarum*, sed habens beneficium teoue est beneficiatus; ergo tenetur ad Horas.

Respondetur dist. majorem, quando Beneficiatus habetur ut Beneficiatus, cooc. majorem, quando non habetur ut Beneficiatus, neg. majorem,dist.deinde minorem: habens beneficium tenue est Beneficiatus, & habetur ut Beneficiatus,neg. minorem; & non habetur ut Beneficiatus, conc. minorem, & nego consequentiam; nam quoad onera habens beneficiom tenue non censetur habere beoeficium, ut ex dictis patescit.

Nec officit ex tenui beneficio Clericum gaudere privilegiis annuli, fori, &c. *c.si propter. de rescriptis . c.si motu proprio . de præbendis in* 6. *c.Clericus. dist.*91. ergo tenetur ad Horas.

Nam illud currit in favoribus ampliandis, non in onere recitandi restringendo, & jura indistinctè obligantia ad Horas, intelliguntur si vivant ex fructibus beneficii secundum naturalem rationem. 1.*ad Corinth.*9.*v.*13.

Nunc sola est difficultas;

Quodnam sit Beneficium tenuis reditus?

SPatiatur mens humana in istis.

3247 Beneficium tenue dicūt non attingens octo aureos.

Primo, esse non attingens octo aureos ait Sotus 10.*de justitia qu.*5.*art.*3.*conclus.*2. *v.dixerim*; Itaut nullo die recitare Horas Canonicas teneatur. Leander *tom.*6.*tract.*8. *disp.*2. *qu.*103. Lessius 2.*de justitia c.*34.*num.*21.

3248 Aut sexdecim.

Secundo, tenue excusans à recitatione omni tempore, etiam æstivo, non pertingens sexdecim aureos ob rerum penuriam, ait Ledesma *par.2.Summæ tract.*9. Lessius 2.*de justitia c.*34. *dub.*31. *num.*169. Dian.*par.*4.*tract.*4.*resol.*146. Leandet *loco cit.qu.*109. Sanch. 2.*Opusculorum c.*3.*dub.*67.*num.*3.*&* 4.

3249 Vel viginti.

Tertio, tenue tantùm attingens viginti aureos, ait Petrus Ledesma in *Summa tract.*19.*de Religione c.*4.*conclus.*6.*diffic.*4. Leander *loco cit. quæst.*110. cootra Lessium 2. *de justitia cap.* 34. *num.*169.

3250 Aut vigintiquinque.

Quarto, tenue ascendens ad vigintiquinque aureos, excusans etiam à recitando una die, etiam festiva, ait Diana *par.*10.*tract.*16. *res.*47. *§.& tandem nota.* Leander *loco cit.qu.*111.contra Filliuccium *tom.*3.*tract.*23.*num.*182.Pellizaarium,& alios, obligantes talem Beneficiatum saltem in diebus festivis ad Horas.

3251 Alii infra quadraginta aureos.

Quinto, infra quadraginta aureos tenue esse excusans à recitando; etiam semel in anno; quia inde non suppetit tecitanti pars congruæ substentationis pro se, domo, & vestitu tenni. Aloysios à S. Joseph *lib.* 2. *tract.* 7. *de Oratione num.*13. Leander dicens probabile. *loco cit. qu.* 512.licèt *qu.* 113. dicat non esse tenoe attingens quadraginta aureos.

3252 Si non attingit tertiam partē tenue alii dicunt.

Sexto, tenue esse non attingens tertiam partem substentationis Clerici vulgaris, ait Malderus 2.2.*tract.*10. *c.*2. *num.*3. Suarez *tom.*2. *de Religione lib.*4.*de Horis Canonicis c.* 21.*num.*50. Cerro *tract.de Horis qu.*3.*§.*5.*num.*23. Antonius à Spir.S. *par.*3.*Directorii tract.* 3.*disp.*3.*num.*55. Cur autem attingens tertiam partem, non autem medietatem, vel quartam, disparitatem non dant.

Judicium Auctoris.

3253 Res videtur arbitraria inspectis circumstantiis.

NObis ex dictis res arbitraria arbitrio prudentis decidenda, nec posse constitui regulam generalem, ex eo evidenter statuitur; quia non eadem ubique locorum vivendi, & opulentiæ ratio, & sufficiens pro uno loco opulenti, non sufficit pro alio; ergo beneficium pro loco abundanti sufficiens, & pingue pro loco deserto, & sterili, ubi quævis res carò emitur, & cum labore invenitur, oon sufficiet; & optarem ut Sanguine Christi, & Patrimonio pauperum nemo pinguesceret, pauperibus jam exterminatis, ut opibus,ità etiam viribus.

An habens Beneficium tenue, quandoque in anno teneatur recitare Horas?

3254 Neque quandoque teneatur recitare Horas habēs beneficium tenue.

NEga: nam ut nullus, ità diminutis fructibus non tenetur; cùm diminuti reditus, itaut tenue sit beneficium, pro nihilo habeantur. Malderus 2.2. *tract.*10. *cap.*2.*dub.*3. Leander *tom.*6.*tract.*8. *disp.*2. *qu.* 506. Diana *par.* 2. *tract* 12. *resol.*9. *in fine.* Quintanadueñas *de Instructione Ordinandorum par.*3.*§.*6.*num.*4.dicentes

tes, alio cultu posse compensare tenues illos fructus beneficii: puta assistendo Sacro, recitando alias Orationes, Officium Beatæ Virginis, &c. Contra Lessium *lib. 2. de justitia cap. 34. dub. 31. n. 196.* dicentem teneri aliquoties, maximè in præcipuis festivitatibus: & certè satisfac ret absque omni dubio, si pro rata fructuum culebraret Officium; quia tunc si laborat, manducat. Si verò velis dicere ad nihil teneri, debes asserere fructus tenues in morali æstimatione non censeri fructus.

An tenuitas Beneficii arbitranda sit deductis expensis?

3255 Tenuitas beneficii arbitranda est deductis expensis.

AFfirma: quia deductis expensis ex remanentibus fructibus Beneficiato substentationis pars obtingit, ratione cujus, vivens ex bonis Ecclesiæ, ei inservire debet; ideòque detrahendæ sunt impensæ pro Missis, pro collectione fructuum, visitatione Episcopi, pro eleemosyna à Testatore statota, nam illis deductis, reliquum Beneficiato debetur. Vasq. *Opusculo de beneficiis c. 40. §. 1. dub. 5. num. 24.* Sanch. *lib. 2. Opusculorum c. 2. dub. 68. num. 2.* Quintanadueñas *tom. 1. tract 8. singulari 19. num. 12.* Diana *par. 9. tr. 7. resol. 8. & par. 10. tract. 16. res. 46.* Martinus à S. Joseph *tom. 1. lib. 2. tract. 7. resol. 13.* Trullench *1. Decalogi c. 7. dub. 12. §. 3. num. 13.* Leander *tom. 6. tract. 8. disp. 2. qu. 14.* Contra Perlicum *de Horis Canonicis c. 5. dub. 7. num. 6.*

Dubius an Beneficium sit tenue, an teneatur recitare Horas?

3256 Dubitans de tenuitate beneficii nõ tenetur ad Horas.

NEga: Salas *1. 2. tract. 5. disp. 11. sect. 17. n. 15.* Oviedus *1. 2. tract. 5. controversia 4. pun. 7. num. 52.* Caram. *Intentionali num. 1364.* Tamburrin. *1. Decalogi c. 3. §. 7.* Diana *par. 2. tract. 3. resol. 24.* Leander *tom. 6. tract. 8. disp. 2. qu. 107.* contra Vasq. *1. 2. disp. 65. cap. 3. num. 11.* Palaum *tom. 1. tract. 1. disp. 3. puncto 8. num. 11.* Del Bene *tract. 3. dub. 28. num. 1.* Anton. à Spir. S. *par. 3. Directorii tract. 3. disp. 3. num. 106.*

Patet, quia dubitans an adsit beneficium sufficiens ad inducendum onus recitandi, dubitat de radice obligationis, quæ tunc dubia nequit prævalere contra certam libertatem non recitandi; quia in dubio spoliari nequit.

Dices: in dubio tutior pars est eligenda, & possessionem hic stare pro beneficio.

Respondetur, libertatem beneficio antiquiorem hic possidere, & in dubio semper ad benigniora declinandum. *l. nulla, D. de legibus.*

An habens plura singula tenuis reditus beneficia, sed simul substentationi sufficientia, teneatur ad Horas?

3257 Habens plura beneficia tenuis reditus, sed sufficientia ad victum, ad Horas tenetur.

AFfirma: nam tunc vivit ex bonis Ecclesiæ, & sic Officium præstare debet *c. is, cui. de præbendis in 6.* Suar. *lib. 4. c. 21. num. 12.* Sanch. *lib. 2. Opusculorum c. 2. dub. 70.* Bonac. *disp. 1. de Horis qu. 2. puncto 4. num. 18.*

An habens multiplex Beneficium pingue licitè, illicitève, vel Beneficium pingue, & Pensionem, teneatur multiplex recitare Officium?

3258 Ex multiplici beneficio pingui nõ oritur obligatio recitãdi multiplex Officium.

NEga: nam nullibi tantum onus constat, & usus oppositum obtinuit, quo uno Officio satisfacit multiplici Ordini Sacro, ut una Missa multiplici concurrenti præcepto, unoque flagitio coinquinaretur etiam Sacerdos, tunc Officium omittens. D. Thomas *quodlibeto 1. art. 13.* Leander *loc. cit. q. 116. 117. 119. 120. 121.*

An habens plura Beneficia, in Officio de singulis titulis saltem sub veniali teneatur commemorationes facere?

3259 Commemoratio de singulis titulis beneficiorũ non videtur facienda sub veniali.

NEga: nam tantum certè imponendum onus, hìc non est impositum. Leander *tom. 6. tract. 8. disp. 2. qu. 118.* Contra Bonacinam *disp. 1. de Horis qu. 2. puncto 4. num. 28.* Trullench *2. Decalogi c. 7. dub. 12. §. 3. num. 27.* ajentes teneri ad commemorationes sub lethali, & teneri restituere fructus beneficii, si tot commemorationes consient materiam gravem. Contra Dianam, cum Cerro *par. 9. tract. 9. resol. 10.* ajentem veniale.

Non habens titulum Beneficii, percipiens fructus, an teneatur ad Horas?

3260 Absque titulo, sed fructus, percipiens non tenetur ad Horas.

NEga: quia non est beneficiatus, & onus est annexum beneficio fructifero. *cap. si propter. de rescriptis. c. si motu proprio. de præbendis in 6. c. Clericus. 1. dist. 91.*

Et sic coadjutor revera non est beneficiatus, nec habet onus Officii recitandi; non enim habet Ecclesiam titulo Beneficii. Navarrus in *c. si quando. de rescriptis præludio 5. n. 10.* Sanch. *2. Opusculorum c. 2. dub. 64. num. 6.* Bonac. *disp. 1. de Horis qu. 2. puncto 4. num. 13.*

Ex dictis resolvitur:

An Clericus Pensionarius percipiens pensionem pinguem, teneatur ad Horas Canonicas?

3261 Pensionarius cum pẽsione pingui non adstringitur ad Horas Canonicas.

NEga: quia non habet titulum Beneficii, fundamentum oneris recitandi. *c. si propter. de rescriptis. c. si motu proprio. de præbendis in 6.* Et sic pensio non est beneficium, sed est jus percipiendi aliquid ex fructibus alterius beneficii. *c. quoniam. de præbendis in 6.* Sanch. *2. Opusculorum c. 2. dub. 83. num. 3.* Azorius *par. 1. lib. 10. c. 4. quæst. 3.* Suarez *lib. 4. c. 22. num. 4.* Navarrus *de Oratione c. 7. num. 15.* Palaus *disp. 2. puncto 1. §. 2. num. 6.* Bassæus v. *Hora Canonica num. 7.*

An teneatur recitare Officium Beatæ Virginis habens pensionem ut Clericus?

3262 Tenetur tamen pensionarius recitare Officiũ B. Virginis.

AFfirma: ex Bulla Pii V. incipit: *Ex proximo* 135. teste Navarro *c. 25. num.* 108. & 122. Valentia, dicens ante Bullam Pii V. ad nihil fuisse obligatum. *tom. 3. disp. 6. qu. 2. de Oratione puncto* 10. Si verò illam habere posset non Clericus, puta datam ob Officium seculare cantandi, sonandi, postulandi in judicio; tunc ad Officium Beatæ Virginis non tenetur. Leander *tom. 6. tract. 8. disp. 2. qu. 87.*

3263 Si commodũ pensionis percipiat.

Ad quod onus Officii Beatæ Virginis tenetur ille, qui commodum percipit pensionis, non verò ille, in cujus caput est constituta, nullum percipiens pensionis emolumentum. Trullench *1. Decalogi c. 7. dub. 12. §. 3. num. 6. in fine.* Bonac. *de Horis disp. 1. qu. 2. puncto 4. num. 3.*

3264 Clericus nubens, & ex privilegio retinens pẽsionem ad Officium B. V. tenetur.

Et Clericus habens pensionem fructus, deinde miles Lauretanus nubens, & retinens ex privilegio pensionem, tenetur ad Officium Beatæ Virginis, ut tenebatur ante nuptias; nam tali oneri privilegium non derogat, restringendum ad expressa.

Si pensio extinguatur anticipata solutione; tunc pensionarius non tenetur ad Officium Bea-

3265 Penfione extincta anticipata solutione, pēsionarius non tenetur ad Officiū B. V.

Beatæ Virginis; quia revera non est pensionarius, pensione extincta. Bonacina *loco cit. num.* 11.

3266 Si tamen fiat Miles S. Jacobi satisfacit per Officiū, & Orationes suæ Religionis.

Si Clericus pensionarius fiat miles S. Jacobi: tunc recitans Officium, & Orationes suæ Religionis, excusatur ab Officio Beatæ Virginis ex mente Summi Pontificis. Navarrus *conf.* 22. *de celebratione Missarum.*

An Pensionarius recitans Officium Divinum, teneatur etiam recitare Officium Beatæ Virginis?

NEga: quia tunc abundantiùs satisfacit, sivè sit, sivè non sit in Sacris. Suar. 4. *de Horis Canonicis c.*22.*num.*6. Bonac. dans quinqua Doctores *num.*9. & 10. Sanch. 2. *Opusculorum c.*2.*dub.*63.*num.*6.

Nunc resurgit difficultas:

An impotens habere Breviarium, teneatur ad alias preces loco Officii?

3267 Non habens Breviariū non tenetur ad alias preces.

NEga: nam de tali onere jure non constat. Suarius *lib.*4.*de Religione c.*28.*n.*5. Bonac. *de Horis Canonicis disp.*1.*qu.*6.*puncto* 3.*num.*10. Reginaldus *lib.* 18. *num.*184. Machadus *tom.*1. *lib.*2.*par.*3.*tr.*3.*documento* 1.*num.*6. contra Angelum v. *Hora num.*9. Sà v. *Hora Canonica n.*3. ajantes, debere recitare Coronam. (44) Modò agendum.

De Religiosis.

§. III.

3268 Novitii in onerosis non veniunt nomine Religiosorum.

REligiosi alii Professi, alii Novitii.

Novitii in onerosis non veniunt nomina Raligiosorum: & sic axcusantur ab onera recitandi Officium, nisi sint in Sacris: Nec tenentur ad aliquas preces; nam nullo jure, aut consuetudine introducta animo obligandi id constat. Suarez *lib.*4.*de Horis Canonicis c.*17.*num.*2. Leandar *tom.*6. *tr.*8. *disp.*4. *qu.*2. dans undeviginti Doctores. Toletus *lib.*2. *c.*12.*n.*7.

3269 Professi in sacris tenentur ad Horas Canonicas.

Professi aut sunt Clerici, aut Conversi. Clerici aut sunt in Sacris, aut non.

Si sint in Sacris, tenentur ad Horas, ut ceteri etiam Clerici seculares in Sacris.

Et tota difficultas est:

An Professi non in Sacris, teneantur ad Horas Canonicas?

3270 Similiter Professi non in Sacris.

AFfirma: non præcapto ullibi extante, non vi Professionis, ut sic constitutæ tribus votis: sed, vel rationa specialis propriæ regulæ, vel ratione consuetudinis sub tali onere introductæ, ità probante parenni Ecclesiæ usu. Contra Lessium v. *Hora*, *casu* 14. Caramuelem *Regular.num.*2258.& *tom.*2.*num.*3825. citantem Castrum *lib.*1. *de lege pœnali c.*8. Vegam *tom.*1. *Summæ c.* 128. *casu* 7. Rodriqu. in *compendio Regularium resol.*76.*num.*5. Marchantium *to.*1. *Tribunalis tr.*2.*par.*3.*tit.*3.*sect.*1.*quæst.*2. Antonium à Spir.S. *par.*3.*Directorii tr.*3.*disp.*3.*n.*26. Tancredi *tr.*7. *disp.*4.*qu.*2.*dub.*1.*num.*22. Leandrum ex parte dans plures *tom.*6.*tr.*8. *disp.*2. à *qu.*6. *ad* 10. & 25. Cajetanum v. *Hora*; de tali onera dubitantem in sua Raligione. Sà v. *Hora.* Gobat *tr.*5.*num.*571.*in fine*, & *num.*632.

Sed major est difficultas:

An Conversi Professi teneantur recitare aliquas Orationes loco Officii Canonici?

DIstinguas: vel jure communi, aut consuetudine: vel vi regulæ.

Vi regulæ tenentur juxta mensuram obligationis regulæ, ut ex se patet. 3271 Conversi verò tenentur recitare aliquas Orationes vi Regulæ.

Jure communi, aut consuetudine non tenentur; quia nullubi extat tale præceptum: & de consuetudine dubitant plures. Sach. *tom.*2.*Opusculorum lib.*7.*c.*2.*dub.*3.*num.*13. Leandar *to.*6. *tr.* 8.*disp.*2. *qu.*4. & 5. citans plures in oppositum. Exceptis Reformatis minoribus, ait cum Tamburrino *tom.* 2. *de jure Abbatum disp.* 30. *qu.*15. Gobat *tr.*5.*n.*571.*in fine*, & *n.*632.

An autem Equites Sancti Joannes teneantur ad preces præscriptas à regula?

NEgant, quia desunt verba obligantia ad lathale, Navarrus *c.*7. *de Horis num.* 23. Trollench 5.*Decalogi.c.*7.*dub.*12. §.1. Leander *loco cit.disp.*2.*qu.*23. 3272 Equites S. Joannis non tenētur sub gravi ad preces à Regula præscriptas.

An Regulares possint mente recitare privatim?

AFfirmat Casaruba v. *Hora Canonica.* Rodriquez *tom.*1.*Regularium qu.*42. *art.*4. Miranda *qu.*37. *art.*17. *conclus.un.* Navarrus *c.*11. *de Oratione num.*88. Cassahink *de privilegiis Regularium par.*2.*tr.*8.*c.*3.*propositione* 5.§.*verumtamen*, citans D. Thomam *qu.* 88. *art.*12. ajantem, voce orandum quando Oratio debet innotescere populo; nam Deo satis est corde loqui. Psalm.26.v.8. ibi: *tibi dixit cor meum.* 3273 Sunt qui affirmarunt posse Religiosos mente recitare Officium.

Nos oppositum tuamur, quia materia præcepta non est mera Oratio, sed est Oratio vocalis, ut mente, & corpora Deo obsequium præstemus. *c.non mediocriter.*23.*de consecr. dist.*5.*Clement.*1. ibi *fructum labiorum.de celebrat.Missar.* Secundo, quia immemorabilis consuetudo interpetrata est, materiam Orationis præceptæ essa vocalem, quæ consuetudo cùm sit immemorabilis, servanda *l.cogi,D.de petitione hæreditatis. l.*1.*D.de aqua pluvia arcenda.* Cassahink *loco cit.tr.*5.*c.*1. *propositione* 4. 3274 Sed dicendū mente, & ore debere orare.

De Monialibus.

§. IV.

An teneantur privatim ad Horas Canonicas?

NEgant Lessius v. *Hora Canonica*, *casu* 14. Martinus à S. Joseph *tom.*1. *lib.*1.*de Ordine tr.*10.*c.*3. Bordonus *resol.*30.*num.*3. Caram. *Regular.num.*1254.& *tom.*2.*nu.*3845. & 3846. Cajetanus v. *Hora.* Quimenius *de Horis Canonicis proposit.*2. Medina Complutensis *de Oratione qu.*7.*in fine.* Vega *tom.*1.*Summæ c.*128. *casu* 7. Villalobos *tom.*1.*Summa tr.*24. *dub.*5. Rodriq. in *Compendio qu.*98. *num.* 2. Machadus *tom.* 2. *lib.*1. *puncto* 2. *documento* 1.*num.*1. alii apud de la Torre.2.2.*controversia* 6. *disp.*2. *documento* 1. *num.*11. Castrus *de lege pœnali lib.*2.*c.*8. Fumus v. *Hora num.*4. Angel. v. *Hora.* Quia onera in dubio, quale esset in præsenti, non imponanda. Et consuetudo introducta, vel ex errore, vel ex devotione nequit vim legis obtinere, maximè in feminis, quæ ut nequeunt legem facere: ità nec consuetudinem habentem vim legis introducere, Pasqualigus *dec.*415. Caram. *loco cit.* Gallatti v. *consuetudo.* 3275 Negāt multi Moniales teneri privatim recitare Horas Canonicas.

Tu

(44) Hic observa tres Propos. damnatas ab Alex. VII. ubi Beneficiatus non satisfacit recitans per alium, ut Prop.21. & non recitans, tenetur ad restitutionem ante sententiam, ut Prop.20. Et restitutio non suppletur per eleemosynas anteà factas, ut Propos.33. quas fusè, doctèq; explicat Auctor in *Anacepb.*

Tu rem meditatiûs considera, nam feminæ sunt, quæ ut arceantur à parlatorio, sunt destinandæ Oratorio. (45)

3276 Negant simul cũ Monachis in Choro recitare Officiũ.

Nunquam tamen eodem Choro simul cum Monachis orare valent. Concilium Romanum *c.27. anno* 1029.

Nunc est difficultas:

An Capellanus ordinarius Monialium recitare valeat Officium de Sanctis, de quibus Moniales recitant?

3277 Licet Capellano ordinario Monialiũ recitare Officiũ de Sãctis Monialium, sed Ritũ Breviarii Romani.

AFfirma: etiam quando est extra Diœcesim, dummodò recitet ex Breviario Romano, quo obligatur; idque quia Missa debet concordare Officio; ergo si celebrat Missam de Sanctis, de quibus celebrant Moniales, etiam Officium de eisdem recitare poterit. Quintanadueñas *tr.8.singular.7.* Tamburrinus 2. *Decalogi cap.5. §.2.num.32.* Gobat *tr.5.num.625.&* 626. Antonius à Spir.S. *par.3. Directorii tr.3.disp.3.nu.65.* dicens, Clericum secularem habentem beneficium in Ecclesia Regularium, posse uti Officio Regularium.

An in Choro sit obligatio recitandi, si non sint saltem quatuor Canonici, aut Religiosi?

NEga: nam tunc non est Chorus. Leander *tom.6.tract.8. disp.6. qu.11. & qu.3.* cum Tamburrino, Gobat *tr.5.num.*698.

Excusati à recitandis Horis Canonicis?

CAPUT IV.

3278 Si non sint saltem quatuor, nõ adest obligatio recitandi Officiũ in Choro

OBligatos indigitavit, non obligatos modò disquirat oportet oratio; non enim leges hujusmodi humanæ possunt in omni casu obligare; unde meritò ex multiplici capite pullulat excusatio. Primo, ex infirmitate corporis. Secundo, ex infirmitate mentis. Tertio, ex impedimento. Quarto, ex caritate. Quinto, ex dispensatione; de singulis. Et primo

Infirmitas corporis.

§. I.

3279 Infirmus patiens grave damnum ex recitatione ad Officium non tenetur

EXcusat, si ex recitatione ægrotans sibi timeat grave damnum salutis, puta oculorum inflammationem, gravem virium exinanitionem, dejectionem stomachi, gravem capitis lancinationem dolorosam, vel si timeat febrilem calorem intendendum, vel tardiùs remittendum; nam quæ levia in sano, in ægro gravia damna sunt. *c. Clericus. dist. 91. c. unico. de Clericis non residentibus in 6.* Et lex cum gravi onere non obligat. *c. erit. dist.4.* Baffæus v. *Hora Canonica.6.num.1.* Leander *tom.1 tract.8.disp.5. qu.22.* dans quindecim Doctores, & *qu.23.&* 25. Anton. à Spir. S. 3. *Directorii tract. 3. disp. 3. num.* 106.

3280 Etsi alios libros valeat legere, aut confabulari.

Et excusatur etiam si alios libros legere valeat, aut cum aliis confabulari; nam istis morbus mitescit, delinitur, recitatione verò Horarum recrudescit. Gobat *Experimentali tr. 5. num.473.* Sanch. *lib.7.Opusculorum c.2.dub.45. num.4.* Sancius 15 *Selectarum num.* 2. Tamburrinus 2. *Decalogi cap.5.§.8. num.14.* Pellizzarius *tom.1.Regularium tract.1. c.8. sect.2. quæst.* 18. *num.*116. Diana *par.1. tr.12. de Horis resol.45.* Antonius à Spir.S. *loco cit.*

Sed si morbus gravis febrilis recessit, an primis diebus convalescentiæ excusetur ab Horis arbitrio prudentis viri?

3281 Excusatur etiam tempore convalescentiæ.

AFfirma. Sanch. *loco cit.* Gobat *loco cit.n.*725. Leander *tom.6. tr.8.disp.5.quæst.26.* dans tres Doctores; nam revera ob qualitatem infirmitatis præteritæ remanet laxitudo, virium dejectio, & consequenter remanet infirmitas in effectu, & vires tunc sunt fovendæ, non novo labore reprimendæ, addendo afflictæ naturæ à morbo additionem oneris recitandi Horas. Contra *c. cum percussio.2.7.qu.1.* licèt tunc possit celebrare, quia Ecclesia Mater non est tam rigida cum suis filiis. *c. erit. dist.4.*

An in diebus intermittentibus tertianæ, quartanæ recitare teneatur?

3282 Si timeatur ex recitatione validior febris, neque tenetur in diebus intermittentibus tertianæ &c.

DIstinguas: vel recitatione timetur acrior febris recrudescentia, & debilitas; vel non.

Si morbo valdè debilitatus remaneat ad instar convalescentis, non tenetur se magis debilitando recitare: maximè si timeatur repetitio febris, ut semper ferè timetur; maximè, quia tunc corpus refoveri, non gravari debet: debetque vires resumere, formare, non dejicere, ut validiùs supervenientis quartanæ, tertianæ laborem sustineat; sicuti continuò laborantes non tenentur jejunare in die festivo interjecto, ut validiores vires resumant pro sequenti labore; atque adeò semper istos excusari à recitatione Horarum, etiam tempore remissæ febris, ait Leander *tom.6.tr.8.disp.5.qu.23.&* 24. (46)

3283 Secùs si nullum damnũ timeatur.

Si verò nullum aliud malum sibi timeat ægrotus, quod sibi constare debet, nec valdè defatigatus remanserit agitatione febrili præterita, tunc tenetur recitare, cùm nullum onus ei sit recitatio. Gobat *tr.5.num.*715. Valentia *tom.3.disp.6.qu.2.de Oratione, puncto* 10. *§.circa septimum.*

Ægrotus dubius an recitatio sit sibi nocitura, an teneatur recitare Horas?

3284 Dubius ægrotus an recitatio sit ipsi nociva, illa non adstringitur.

NEga: quia leges non obligant cum gravi onere. *c. erit. dist.4.* Et quivis ut habet jus se liberandi à morbo, ità fortiùs illum non contrahendi, & se non exponendi periculo mali. Anton. à Spir.S. *par.3. Directorii tr.3. disp.3. num.*106. Bauni *de beneficiis disp.13.qu.*28. Ragusius 2.1.*lib.2. disp.*22.*§.6.num.*1. Tamburrinus 1. *Decalogi c.3. §.7.num.*2. Bonac. Sancius, Palaus, quos sequitur Gobat *tr.5.Experimentali num.429.&* 477. dicentes, nec teneri petere dispensationem. Diana *tom 1. tract.12. resol.28.* Caram. *Intentionali n.*1396. Del Bene, & alii. contra Filliuccium *tr.23.c.9. num.*593. Villalobos *tom.1.tr.24.diffic.16.num.*2. volentes petendam esse dispensationem à Superiore.

Contra Suarium *lib.4.de Horis Canonicis cap. 28.num.*21. Pellizzarium *tom.1.tr.5. c.8. sect.2. qu.18.num.*115. Leandrum *tom.6.tract.8.disp.5. qu.*31. ajentes, debere recitare, quia possessio in dubio stat pro præcepto.

Cui satisfit; nam hìc concurrunt duo præcepta, humanum recitandi, Divinum non se exponendi periculo damni corporis, cui se exponeret

(45) Quamvia Auctor horum Doctorum referat opiniones deobligantium Moniales à privata recitatione Divini Officii, his tamen adhærere non videtur, & contrariam opinionem alibi amplectitor ut *lib.1.tit.4.de Consuetudine advert.8.* diximus.

(46) Jejunare non tenentur, si jejunium diei festivi interjecti notabili detrimento virium sit iis pro labore die sequenti reassumendo.

VERDE LIB.II.

neret recitando. Humanum autem cedit Divino præcepto.

An transacto morbo teneatur Officia amissa repetere?

3285 *Officia omissa ex causa non sunt repetenda.*

NEga: quia est onus addictum tempori, cum illo transiens, & non revertens. Suarius *lib.4.de Horis Canonicis c.29. n.11.*

Nunc est difficultas:

An infirmitas gravis pedum excuset à recitando?

3286 *Gravis infirmitas pedum ex se excusat à Choro, non à privata recitatione.*

DIstinguas Chorum, à domo.

Chorum petere non tenetur; & sic excusatur à recitando ibi: At domi recitare tenetur, si capite non laboret graviter. Navarrus *de Oratione c.11.num.2.*

Infirmitas mentis.

§. II.

3287 *Laborantes frenesi, furore excusantur.*

ALiqui mente laborant, puta frænesi, furore, & isti tunc excusantur, quia non sunt sui compotes.

Scrupulosus.

3288 *Scrupulosus mente laborat, & gravius angitur.*

LAborat morbo mentis, qui quandoque intentiùs affligit hominem, quàm affligat morbus corporalis, & est cum periculo amentiæ, desperationis, debilitatis mentis, confusione phantasmatum. De quo hìc quærimus:

An scrupulosus excusetur à recitandis Horis Canonicis?

3289 *Valde scrupulosus liberatur à recitatione Officii.*

AFfirma: si valdè sit scrupulosus, ut consumat diem, vel majorem ejus partem in recitando: vel adeò timore diverberatur, ut patiatur magnam spirituum inanitionem, & reddatur inhabilis ad alias humanas functiones: puta studium, negotia, vel inde sibi immineat gravis dolor capitis; tunc enim hoc est grave malum; & sic non tenetur cum tanto damno recitare, si alia via, remedio sanari nequeat. Tamburrinus 2. *Decalogi c.5.§.8.num.2.* Leander *tom.6.tract.8. disp.5. qu.62.& 63.*

Sed quid: si non sit, sed probabiliter timeatur lapsus in tantam scrupulorum perniciem?

3290 *Etiamsi probabiliter timeatur ex ea fieri valde scrupulosus.*

DIcas, quòd sicuti, nè incidat in morbum corporis potest se præmunire non recitando: ità nè incidat in tantum animi morbum se dementandi, ridiculum se præbendi oocrosum ceteris, & corporali capitis, mentis, & oculorum dolore præmi.

An scrupulosus, qui perlectis horis totus cerebro dilaniatus, viribus laxus, mente confusus remanet, teneatur ad Horas?

3291 *Scrupulosus si post recitationē non requiescit, ad Horas non tenetur.*

NEga: quia hic ex recitatione Officii infirmabitur magis, quàm ex morbo febrili, ac paulatim deperdet vim intellectua, imaginationis, visus, quæ jure naturæ mala potest repellere, nec debet se committere periculo tanti damni. Gobat *Theologia Experimentali tr. 5. num. 713.* dicens, scrupulis graviter angi magnum malum animæ, & corporis, quod non debet augeri scrupulosa recitatione, nè afflictio addatur afflicto. *c.cum percussio.7.q.1.*

3292 *Idem dicendum si quis patiatur maximam difficultatem.*

An excusentur à recitando patientes maximam difficultatem?

AFfirma: si illam nequeant aliter superare difficultatem sine maximo dolore capitis, & conturbatione phantasmatum. Tamburrinus 2.*Decalogi c.5.§.8. num.* 2. Antonius à Spir. S. *p.3.Directorii tr.2.disp.3.num.105.*

An cum probabili timore gravis damni, quis teneatur ad Horas?

3293 *Probabilis timor gravis damni excusat à recitatione Officii.*

NEga: si alia via nequeat se eximere à damni imminentis timore, lege non obligante cum tantu onere. *c.erit.dist.4.* Unde imminente metu deveniendi ad manus banditi, proditoris, vel alterius, si moretur recitandu Horas, potest non recitando fugæ præsidio sibi consulere.

Nunc gravis est difficultas:

An teneatur ad Horas studens, potens recitare Horas Canonicas, sed deinde excitabitur gravis dolar capitis, ita ut fiat impotens deinde ad studendum?

3294 *Studens potens recitare Horas, sed ex ea fit impotens studēdi non tenetur ad Horas.*

NEga: quia esset grave onus utrumque malum subire, omittere scillcet studium, & laborare ex capite recitando Horas.

An damnati ad triremes teneantur ad Horas Canonicas?

3295 *Damnati ad triremes videtur non adstringi ad Horas Canonicas.*

NEga: quia esset grave onus ratione status illos adstringere ad recitandas Horas, cum status ille supplicii valdè durus sit, & afflictio non est addenda afflicto. *c.cum percussio.2.7.q.1. c.1.dist.5.* nec constat in tali statu, & loco Ecclesiam præcipisse sub tanto onere lethalis peccati tam afflictis. Sanch. 7.*Opusculorum c. 2. dubit. 54.num.6.* Diana *par.2.tract.12. resol.40.* Gobat *Experimentali tr.5.num.731.* Tancredi *tom. 1. de Religione tr.2.disp.15.num.2.* Anton. à Spir. S. *par.3. Directorii tr.2.disp.3.num.49.* excusantes etiam captos ab infidelibus. Tamburrinus 2. *Decalogi c.5. §.1.num.4.* cum Pajao *tom.2.tr.7. disp.2.puncto 6. num.3.* excusans etiam carceratos in publico carcere. Homobonus *par.1.Examinis tr.4.c.4.qu.32.* Lessius 2.*de justitia c. 37. dub.9.num.55.* Rodriq.*tom.2. Summæ cap.194.* Bordonus *tom.2.resol.30.num.13.* Leander *to.6. tr.8.disp.2. qu.20.* illos excusans cum Ledesma ob moralem impotentiam, & dispensationem Papæ fortè præsumtam. Contra Laymao *lib.4. tr.1. c.4. num.2.* Gavantum *Rubrica Breviarii c.4.num.16.* Azorium *par.1.lib.10.c.5.qu.9.* non excusans constitutos in Sacris.

3296 *Quando afflicto nō addēda afflictio*

Ego puto illud principium, in quo fundantur, scilicet afflictio non est addenda afflicto, non currere in re nostra; quia Oratio non est afflictio, sed levamen. Secundo, quia hinc sequeretur, nec carceratos debere recitare Horas, nè afflictio addatur afflicto, quod est alienum à veritate. Nec officit ratio subjectionis, quia hæc non est incompossibilis cum recitatione Officii; & sic

3297 *Nisi absque gravi onere possint recitare Officiū.*

Distinguo: vel sine gravi onere possunt recitare Officium, ut quando sunt in portu, vel esset grave onus. In primo, non in secundo casu lege teneri patet, quia in primo, non in secundo casu lex non est difficilis; & sic obligat. *c. erit. dist.4.*

An damnati ad mortem, pro illo triduo, quo sunt in Capella, teneantur ad Horas Canonicas?

3298 *Damnati ad mortem pro illo triduo non tenētur recitare Officium si sint agitati timore vicinæ mortis.*

DIstingoas: vel illas recitare valent quietè, vel non possunt vicinæ mortis perturbatione agitati.

Si primum, affirma teoeri; nam non est unde ex-

excuſentur; & tunc temporis maximè orandus Deus.

Si verò mortis inſtantis timore diverberati nequeant ſine gravi incommodo ſugientem mentem applicare, nega teneri, quia tunc eſſet grave onus, & fortè etiam moraliter impoſſibilis recitatio, Tancredi *tom. 1. de Religione tr. 3. lib. 4. diſp. 15. num.* 22. Tamburrinus 2. *Decalogi c. 5. §. 1. num.* 5. Antonius à Spir. S. *loco cit. n.* 50. abſolutè eximentes iſtum ab onere recitandi.

Hinc ſolvitur:

An teneatur recitare paſſus, & patiens vehementiſſimam animi perturbationem ob fortuitum caſum mortis filii, incendii bonorum, vel captivitatem ob crimen enormiſſimum rebellionis?

3299 Etiam, ſi accidat aliquid quod vehementiſſimè mẽtem perturbet.

NEga: quia tunc cum tanta perturbata confuſione phantaſmatum, & cogitationum valdè difficile eſt legere, aut recitare: ut experimentis docemur, quando nec literas perturbati legentes videmus. Tancredi *tom. 1. de Religione tr. 3. diſp. 15. num.* 2. Antonius à Spir. S. *loc. cit.* Tamburrin. *loco cit.*

Impeditus.

§. III.

An teneatur recitare Horas?

3100 Impeditus legitimè excuſatur à recitatione Officii.

NEga: ſi impedimentum nequeat avertere; idque ſivè impedimentum ſit naturale internum, puta cœcitas, mutilitas, oblivio invincibilis: ſivè ſit impedimentum externum, puta ſit defectus Breviarii, ubi invenire illud putabat: ſivè ſit quodlibet aliud impedimentum, à quo nequeat ſe impeditus eximere; tunc enim ad recitandum, ut ad rem impoſſibilem, non tenetur. *l. impoſſibilium, D. de regul. iuris.* Sylveſt. v. *Hora quaeſt. fin.* Valantia *tom. 3. diſp. 6. qu. 2. de Oratione puncto* 10.

An impotens recitare ſolus, teneatur quaerere, vel ſaltem ultroneum admittere ſocium?

3301 Impotẽs recitare ſolus, non tenetur adhibere ſocium, etiam ultroneum.

NEga: quia praeceptum eſt per ſe recitandi, & uti ſocio eſt privilegium, quo nemo tenetur uti. Sanclus 15. *Selectarum num.* 2. Diana *par. 2. tract. 12. reſol. fin. & par. 4. tr. 4. reſol. 11. in fine.* Pellizzarius *tom. 1. tr. 5. c. 8. ſect. 2. qu. 27. num.* 111. Leander *tom. 6. tr. 8. diſp. 15. qu* 8 dans undecim Doctores, ajens, non teneri Beneficiatum, aut non Beneficiatum recitare cum ſocio etiam ſe offerente.

Contra Navarrum *c. 25. n.* 100. Leſſium *lib. 2. c. 31. dub. 9. num.* 54. ajentes, debere uti ſocio, ſi id ſit ei conſuetum.

Contra Suarium *lib. 4. de Horis c. 28. nu.* 113. Bonacinam *diſp. 1. qu. 6 puncto 2. num.* 8. ajentes, debere uti ſocio, ſi commodè poſſit.

Contra Palaum *to. 2. diſp. 2. puncto 6. num.* 13. obligantem Beneficiatum ad conquirendum ſocium, etiam cum ſtipendio.

Contra Tamburrinum 2. *Decalogi cap. 5. §. 8. num.* 11. & 12. Gobat *Theologia experimentali tr. 5. num.* 715. obligantes Beneficiatum ad recitandum cum ſocio, ſed ſine ſtipendio.

Nec officit obligatum ad finem, teneri ad media. Nam illud eſt verum de mediis ex vi legis ponendis, ut quaerere Breviarium, non ex vi privilegii, ut recitare cum ſocio; ſecùs eſſet onus, non privilegium à lege inductum.

An praevidens impedimentum teneatur praevenire, vel poſtponere recitationem Officii?

DIſtinguas: vel impedimentum eſt voluntarium, vel neceſſarium.

Si neceſſarium, ut eſt paroſiſmus, ſebris, &c. 3302 Praevidens impedimentum neceſſariũ, non tenetur praevenire, vel poſtponere.

Nega debere praevenire, vel poſtponere, itaut non teneatur manè recitare Horas veſpertinas, nec hoc ſero Officium craſtinum. Patet, quia libertas recitandi pro integro die eſt ſavor, quo nemo uti tenetur, & multi dicunt non poſſe praevenire ſaltem ſub veniali, ſed Horam eſſe tempori affixam; ergo non tenetur tempus à lege ſtatum praevenire, ut non tenetur hodiè recitare craſtinas Horas, praevidens impedimentum. Henriq. *lib. 4. cap. 4. num. 7. litera* O. Antonius à Spir. S. *par. 3. Directorii tract. 3. diſp. 3. num.* 106. dicens, aegrotum uſque ad meridiem non teneri recitare Matutinum, & Horas in illa die, nec ſanum manè teneri recitare Veſperas, ſi praevideat ſe aegrotum tempore veſpertino, & impeditum itinere, negotiiſque neceſſariis à recitando horis debitis, non tenetur anticipare, nec poſtponere, ſed excuſatur pro illa vice ab Hora currente illo tempore, quod etiam docet Pellizzarius *tr. 5. c. 8. num.* 119. Dicaſtillus *de Eucharistia diſp. 10. num.* 762. Cotonius *volum. 1. controverſiarum lib. 3. num.* 133. Gobat *Theologia experimentali tract. 5. num.* 711. Caram. *Regular. num.* 2442. Oliverius *lib. 2. de Horis c. 28. nu.* 8. Canus *de penitentia par. 5. dub.* 31. Diana *par. 4. tr. 4. reſol. 10. & par. 5. tract. 11. reſol.* 14. Candidus *tom. 2. diſquiſitione 14 art. 28. dub.* 34. Tamburrin. 2. *Decalogi c. 5. §. 8. num.* 13. Pradus *to. 2. c. 30. qu. 8. §. 8. num.* 72. contra Arriagam *tom. 3. diſp. 24. num.* 7. Sanch. *lib. 2. Opuſculorum cap. 2. dub.* 24. Leandrum dantem decem Doctores *to. 6. tr. 8. diſp. 5. qu.* 50. (47)

Si verò impedimentum ſit voluntarium; tunc affirma teneri tollere illud impedimentum, ſi poſſit ſine gravi incommodo, vel praevenire intra tempus habile; nam qui tenetur ad finem, tenetur ad media: & ſic ad tollenda impedimenta conſequendi finem, ſi poſſit. Leander dans decem, & ſeptem Doctores *tom. 6. tract. 8. diſp. 5. quaeſt.* 49. 3303 Secùs ſi ſit voluntariũ.

Hinc reſolvitur:

An impeditus recitare tempore praefixo ab Eccleſia, teneatur illo tempore elapſo recitare Horas intra eundem diem?

NEga in ſententia affligentium onus recitandi tempori, ut ſunt Sà in prima impreſſione. Ludovicus à Conceptione 1. *par. Examinis tract. ultimo illatione 1. concluſ. 5. num.* 9. Antonius à Spir. S. *par. 3. Directorii tr. 3. diſp. 3. num.* 106. Turrecremata, & alii, quos dat, & probabile ait Sanch. 7. *conſiliorum cap. 2. dub. 4. num.* 7. 3304 Impeditus recitare Officium tẽpore praefixo, videtur amplius non obligatus.

At oppoſitum docent non affligentes praeceptum

(47) Qui ſtatutis Horis nequit Officium celebrare, etiamſi impedimentum ſit neceſſarium, tenetur illud anteponere, aut poſtponere. Quia obligatio ſubſtantialis, & primaria ad recitationem incipit à media nocte ad mediam noctem, & ejus tranſgreſſio eſt mortalis, obligatio verò ſtatutis horis eſt accidentalis, & ſecundaria, & illius tranſgreſſio ſine cauſa eſt venialis. Licet ergo tranſacto tempore pro horis ceſſet ſecunda obligatio, remanet prima; & Indulgentia, favor, aut privilegium eſt quoad ſecundam: oppoſitam opinionem nimis laxam vocant Salmantic.

3105 *Qui non assignunt præceptum tempori hoc negant.*

ptum tempori, ut est Navarrus in *Manuali cap.* 25.*num.*100. Sanch.*loco cit.num.*4. Gobat *tr.*5. *num.*712. Leander *tom.*6.*tr.*8. *disp.*5. *quæst.*47. & 48.

3106 *Distinguenda recitatio in Choro, ac extra.*

Putaverim distinguendum Officium in Choro, à privato. In Choro tempori affligitur consueto. Extrà Chorum onus currere pro tota die ob contrariam consuetudinem legi derogantem.

An quis teneatur deserere exercitium, occupationem incompatibilem cum recitatione Officii?

3107 *Occupatio gravis Reipublicæ, valde lucrosa excusat à recitatione Divini Officii.*

Distinguas: vel occupatio gravis Reipublicæ, & sibi lucrosa, & honorifica valdè est: vel adeò lucrosa, & honorifica non est.

Si occupatio est sibi valdè honorifica, lucrosa; tunc illam deserere non tenetur, ad hoc ut Officiom recitet; quia lex recitandi Officium non obligat cum gravi onere, ut esset amissio magni lucri in bonis fortunæ, famæ, honoris; nemo namque omittere tenetur occupationem sibi valdè utilem, ut nemo tenetur amittera lucrum, ot servet diem festivum; itaut causa ob quam quis excusari valet ab audiendo Sacro, excuset à recitando Divino Officio, ceteris paribus. Sanch.*lib.*7. *Opusculorum c.*2.*dub.*25.*num.*4. Acacius v. *Beneficiatus resol.* 118 Caram. *Fundament.num.*148. & *Regular. num.*1350. Antonius à Spir.S. *par.* 3. *Directorii tr.*3. *disp.*3. *num.*108. Sic quis non tenetur deserere exercitium, laborem non incipere sibi utilem, ut jejunet. Diana *par.*1.*tr.*9.*resol.*19.

Hinc Concionator, Lector, Confessarius, si deberet concionari, concursum facere, confessionem moribundi audire, ut istis peragendis nequiret recitare Officium, non tenetur ista omittere, ad hoc ut Officium posset recitare. Navarrus *de Oratione c.*11.*num.*33. Unde posset quis assumere occupationem sibi valdè proficuam incompatibilem cum Horis; dummodò non teneretur ad recitandum vi Beneficii, non solùm ex vi legis, sed etiam ex justitia; nam tunc non posset reddere se impotentem incompatibilitate Offici, nam esset in præjodicium justitiæ, & instituentis Beneficium; & nemo cum præjudicio alterius potest meliorare suam conditionem, ut non potest furari. Caramuel *Fundamentali num.*148. & *Regular.num.*1350. Anton.à Spir.S. *par.*3. *Directorii tract.*3. *disp.*3. *num.* 108.

3108 *Secùs si occupatio sit levis, & non valdè utilis.*

Si verò occupatio non sit valdè utilis sibi, aut Reipublicæ, nequit assumi, si inde incompossibilitetur recitatio Horarum. Doctores cit. Non enim tunc currit, sed deficit principium: Lex non obligat cum gravi onere. *c.erit.dist.*4.

Difficultas est:

An excusetur Confessarius voluntariè integro die audiens confessionem, impotens anticipare Horas?

3109 *Videtur excusari Confessarius voluntariè integro die audiens confessiones.*

Affirmat Leander *tom.*6.*par.*8.*disp.*5.*qu.*42. contra plures apud Dianam *par.*7.*tr.*11. *resol.* 1. & *par.* 11. *tr.* 1. *resol.* 25. qui excusat etiam eos à jejunio, si labor gravis sit, quia labor gravissimus etiam voluntarius, ut à jejunio, ità à recitatione Horarum excusare valet. Caram.*Regular. num.*1346. apud Dianam *par.* 7.*tr.*11.*resol.*1.

Tu verò rem altiòs examina. (48)

An cæcus teneatur recitare Officium memoria retentum, vel memoriæ illud mandare, ut recitet?

Nega: nam est casus de perrarò accidentibus, lege non comprehensis, nisi in specie exprimantur. *l.nam ad ea, D.de legibus.* Toletus *lib.*2.*Summæ c.*14. Sotus *lib.* 10. *de justitia qu.*5. *art.*3. Sancius 15. *Selectarum num.* 2. Sanch. 6.*Opusculorum c.*2.*dub.*46.*num.*5. Pellizzarius *tom.*1.*tr.*5.*c.*8. *sect.*2.*qu.*27.*n.*111. 3110 *Cæcus similiter videtur excusari ab Officio memoriæ retento, vel illud memoriæ mandare.*

Contra Gobat *Theologiæ experimentali tr.* 5. *num.* 117. post Sanch. dicentem non excusari, ut non excusatur sciens totum memoriter carens libro; Sed paritas eodem prosternitur rationis impetu, leges scilicet non præcipere perrarò accidentia.

Contra Paludanum in 4.*dist.*15. *qu.*5. Bonacinam *disp.*1.*qu.*6.*puncto* 2.*num.*14. ajentes, cæcum teneri assumto socio discere, & memoria recitare Horas.

Contra Leandrum *loco cit. disp.* 5. qui licèt *qu.*10. asserat non teneri memoriæ mandare, tamen *qu.* 11. & 12. tuetur teneri recitare etiam Officium speciale unius Sancti memoria jam retentum, motum, quia tunc potest commodè recitare; quæ ratio est elumbis, nam non omnia, quæ commodè fieri possunt, sunt præcepta, ut ii sint de perrarò accidentibus. *l. nam ad ea, D.de legibus.* (49)

Hinc resolvitur:

An laborans oculis, timens nè legendo amittat vim videndi, teneatur legere Officium?

Nega: quia prævalet præceptum Divinum naturale non se exponendi periculo amittendi visum præcepto humano legendi Horas. Tamburrinus *lib.*2. *Decalogi c.*5. §. 8. *num.*13. Leander *tom.*6. *tr.*8.*disp.*5.*num.*27. Gobat *Theologiæ experimentali tr.*5.*n.*718. 3111 *Laborans oculis timens amittendi vim videndi excusatur à recitatione.*

An carens Breviario Romano, teneatur recitare in alio Breviario non Romano?

Nega: quia materia præcepta est recitare in Breviario Romano, quo impossibilitato, tanquam impossibilitata materia, lex deficit. Gobat *Theologiæ experimentali tr.*5.*n.*624. contra Busembaum, & Crousers apud Dianam *par.*9.*tr.*9.*resol.*25. 3112 *Carens Breviario Romano, alio nõ debet uti.*

An autem si velit, possit recitando satisfacere præcepto?

Infrà cum *de Ritu.*

An itinerans teneatur recitare Horas?

3113 *Itinerans si potest sine gravi incõmodo, tenetur ad recitationem Divini Officii.*

Distinguas: vel potest sine gravi onere, vel non potest sine gravi onere.

Si potest, tenetur recitare; nam non est impedimentum unde excusetur.

3114 *Secùs si grave onus patiatur.*

Si verò non possit sine gravi onere, puta si ei sit impossibile legere, & ambulare, & valdè laxe-

(48) Nam suscipiens voluntarium laborem incompatibilem cum jejunio, si id prævidet, peccat: idemque dicendum de Confessario quoad recitationem Officii. Opera enim consilii postponenda sunt operibus præceptis.

(49) Tenetur cæcus recitare Officium, quod memoria tenet. Nam præceptum est de recitatione, & ipse illud recitare potest. Unde hic casus in generali præcepto continetur.

laxetur agitatione motus; tunc ut infirmus excusandus; si verò nequeat legere, nec moram in itinere facere, puta nè amittat consocios itineris valdè periculosi; lex enim non obligat cum gravi onere. Anton. à Spir. S. *par.3. Directorii tr.3.disp.3.num.*106.

An impotens ex defectu Breviarii legere Lectiones, teneatur ad reliquum, quod memoria retinet?

3315 Impotens recitare Lectiones, tenetur ad illud quod memoria retinet.

NEga: quia præceptum est de recitando totum Officium, quod hìc est impossibile, nec præcipitur memoria recitare, cùm sic de rarò accidentibus memoriam recitandorum habera ob quotidianam variationem Officii. Sancius 15. *Selectarum num.*102. Sanch. *lib.7. Opusculorum c.2.dub.45 num.5.* Anton. à Spir S. *p.3. Directorii tr.3. disp.3. num.* 106. citans Pellizzarium, & Tamburrinum. (50)

An occupati in perquirendis Psalmis, igne pro Turibulo, transferendis libris, tollendis follibus, pro pulsandis Campanis, in pulsandis Organis, teneantur repetere, quæ interim in Choro cantatur ab aliis, ipsis non audientibus?

3316 Occupati in servitium Chori non tenentur repetere quæ aliis cantantibus ipsi nō audierunt.

NEga: quia Inservientes Choro, à Choro abesse non censentur, & sic cum aliis de jure Horas recitant. Diana *par.2.tr.12.resol.* 12. Reginaldus *lib.* 18. *num.*188. Caram. *Regular. num.*1319. Excobar, Layman, Sanch. apud Gobat *tr.5. Theologiæ experimentali num.*706. dicentes, nihil repetendum, etiamsi integer Psalmus inter illa peragenda in Choro absolvatur. Idem dicens Gobat cum Caramuele, & Excobar de tacitè perlegente à se canenda; itaut nisi perlegeret, erraret, scilicet non tenari repetere, quæ interim Chorus canit; nam tunc servit publico Officio, in quo differt à Confessario excipienta confessiones, qui non dicitur servire Choro, & consequenter audiens confessionem tenetur repetere, quæ interim in Choro recitantur. Caram. *loco cit.* contra Laylverz.

An potens antè, & perquirens Lectiones recitando memoriter Psalmum, satisfaciat præcepto?

3317 Recitās memoriter Psalmum, & perquirat Lectiones, satisfacit.

AFfirma: quia illa inquisitio Psalmi ordinatur ad recitandum Officium, nec divertis exteriùs ab attentione humana requisita ad orandum. Gobat *Theol.experim.tr.5.n.*707.

An quis possit omittere horas dilatas ex urgentissimo negotio, ut cœnet?

3318 Possunt omitti dilatæ Horæ ex causa, ut quis cœnet, si sit obligatus manè celebrare.

AFfirma: si ex præcedentibus negotiis sit defatigatus, itaut nequeat jejunare usque ad crastinum; puta si sit Parochus obligatus celebrare sequenti die festivo; tunc enim præceptum celebrandi est majoris ponderis ob majus bonum publicum, quàm sit præceptum orandi; at si non adsit præceptum celebrandi, tunc recitet Horas, & deinde cœnet. Gobat *loco cit. tr.5.num.*722. Leander *tom.6.tr.8.disp.9.qu.*47. absolutè ajentes posse cœnare, quia opus pium antea factum non abstulit jus cœnandi.

(50) Tenetur. Vide notas super orem, & propositionem 54. damnatam ab Innocentio XI.

An impotens recitare majorem partem, teneatur recitare minorem partem Officii, quam potest?

NEgat supposito uno præcepto Horas omnes recitandas, ex regula: major pars trahit ad se minorem, Leander *tom.6. tr.8. disp.5. qu.*52. dans vigintiduo Doctores. Gobat *loc.cit. n.* 622. dans sex Doctores, contra septem DD. apud Leandrum *loco cit.* qui Leander *qu.* 54. ait cum Navarro, Azorio, & aliis, impotentem recitare unam, non teneri recitare aliam medietatem. 3319 Impotens recitare majorem partē, tenetur recitare minorem, quam potest.

At mihi est difficilis controversia; nam pars æqualis ab æquali non trahitur, nec illam trahit: unde si non trahitur, remanet onus illam recitandi. Licèt ad tollendos scrupulos majorem Officii partem esse Matutinum, & Laudes, & impeditum, & sic non obligatum ad Matutinum, & Laudes excusari à recitatione illius, quod superest, ait Tamburrinus 2. *Decalogi c.5. §.8. num.*6. Diana *par.2.tr.12.resol.*30. Leander *loco cit.qu.*56. 3320 Difficultas Auctoris.

Excusatus verò à minore parte Offici debet recitare quam potest majorem partem Officii. Tamburrinus, Palaus apud Leandrum *loco cit. qu.*53. & 55. (51)

Caritas.

§. IV.

SIvè propria, sivè aliena obligans excusat à recitatione incompossibili Horarum; nam præceptum Caritatis Divinum prævalet positivo humano; & sic assistens ex necessitate moribundo, vel pacificans rixantes, secùs devenientes ad arma, vel audiens confessiones tempore Paschali confluente multitudine pœnitentium ad satisfaciendum præcepto, aliàs nunquam satisfacturi, excusatur à recitatione Horarum, si sit incompossibilis, & remaneat tantum temporis, ut edat, dormiat. Sanch. 7. *consiliarum c.2.dub.*52. *num.*52. Gobat *Theolog.exper. tr.5.num.*727. Bonartins *lib.3.c.*39. Trullench 1. *Decalogi c.7. dub.*28. *num.* 1. Anton. à Spir. S. *par.3. Directorii tr.3.disp.3.num.*106. 3321 Caritas propria, vel aliena et ani excusat à recitatione.

Metus.

§. V.

EXcusat ab hoc præcepto, si sit gravis mali proximi, vel proprii. 3322 Metus gravis etiam excusat.

Sed difficultas est:

An Ordinatus, vel Religiosus ex metu gravi injusto, teneatur ad recitandas Horas?

NEga: ut non tenetur voto castitatis; nam tale onus est impositum illis, qui liberè, non injustè coacti ordinantur, profitentur. Sanchez 7. *de matrimon.disp.29.num.*7. Gobat *tr.5. num.* 728. 3323 In Sacris ordinatus, aut Religiosus ex metu gravi injusto, nō tenetur ad Horas.

Dispensatus.

§. VI.

EXcusatur si sit dispensatus à Papa, & potest quandoque dispensare Episcopus ob frequentes casus accidentes, quia grave onus, & impossibile esset in casibus frequentioribus semper adire Summum Pontificem, & sic ex tacita ejus licentia Episcopus ex causa rationabili dispensare valet, ut patet in dispensatione diei festivi, vel in eo audiendi Sacrum, &c. Tambur- 3324 Dispensatus à Papa excusatur.

An-

(51) Tu in hac quæstione observa Bullam Innocentii XI. propositione 54. ut supra num. 3316.

finos *lib.2.Decalogi c.5.§.8.num.24.* Gobat *Experimentali tr.5.num.729.*

An omnis causa, quæ excusat ab audiendo Sacro, excuset à recitandis Horis, ceteris paribus?

3325 Causa, quæ excusat ab audiendo Sacro, excusat à recitatione

AFfirma: nam excepto Beneficiato, æquali jure humano obligamur ad Horas, ac ad interveniendum Sacrificio. Sanch. *lib.7. Opusculorum c.2.dub.25.num.4.*

De Repetitione Officii?

CAPUT V.

3326 Quando Officium repetendum.

OFficium repetendum semper ac fuit taliter recitatum, ut præcepto non fuerit satisfactum.

Non tamen est repetendum, si quis recitaverit unum pro alio, ut infrà. Hic inquirimus primò.

An solitus recitare Officium integrum, non reminiscens se recitasse aliquam Horam, Psalmum, teneatur repetere Horam, Psalmum?

§. I.

3327 Solitus integre recitare Officium, si non se reminiscens recitasse aliquam Horam, ad nihil tenetur.

NEga: nam quamvis recitatio sit facti in dubio non præsumenda, tamen præsumitur in solito integrè recitare; nam quivis præsumitur operari juxtà solitum, & sic satisfecisse suo oneri; nam ex antecedentibus consequentia præsumuntur diligenter exequuta. *Proœmio Institutionum Civilium c. semel. de regulis juris in* 6. Sanch. *7.Opusculorum c.2 dub.34* Layman *lib.4.tr.1.c.5.num.11.* Gobat *tr.5.num.621.* dicens cum Navarro *c.13.* Bonartio *lib.2. cap.23.* illicitè repetere aperiendo aditum scrupulis.

An dubitans se recitasse, teneatur repetere?

3328 Idem dicendum si dubitet.

NEga: si solitus sit integrè recitare; quia tunc præsumitur recitasse, ut aliàs recitaverat; ut præsumitur malè agere, qui antea malè agit. *c.semel.de regulis juris in 6.*

Quando teneatur repetere?

§. II.

3329 Certus non recitasse, aut omisisse Officiũ, tenetur recitare.

TUnc, quando certus est se non recitasse, recordatur se omisisse; non verò si non recordetur se non omisisse, non recitasse aliquid, si sit persona, quæ solet recitare Officium. Præsumitur namque egisse, quod agere tenebatur, nec delictum in dubio præsumendum. *l.meritò, D. pro socio. c.un.de scrutinio;* Undè non debet novis angustiis premi, maximè scrupulosus. Gobat *Theologia experimentali tr.5. n.621.* post Sanch. Layman, Navarrum, Bonartium, Tamburrinum. Quæ doctrina prodest etiam in aliis oneribus, puta in pœnitentiis injunctis, in votis de recitando, de aliquid agendo diligentiùs.

Tempus recitandi Officium.

CAPUT VI.

3330 Tẽpus præfixum intra quod est recitandũ Officium.

HOræ recitandæ sunt intra tempus à lege præfixum incipiendo à tempore post Vesperas præcedentis diei, usque ad mediam noctem sequentis diei. *Clem. 1. de celebratione Missarum.* In quo plura occurrunt. Et primò.

A quo tempore valeat quis incipere Matutinum, & Laudes sequentis diei, etiam sine causa?

§. I.

3331 Matutinum, & Laudes sequentis diei possunt anticipatè dici duæ horæ post meridiẽ.

DUas horas post meridiem incipit tempus recitandi Matutinum, & Laudes, non alias Horas crastini Officii: Ità probat universalis Ecclesiæ consuetudo, & ratio idem suadet, quia post Vesperas incipit currere dies Ecclesiastica sequentis diei. D. Thomas *quodlibeto 5. art. 28. ad 1.* ibi: *Si aliquis post dictas Vesperas (scilicet in Choro) & Completorium, dicat Matutinum, jam hoc pertinet ad diem sequentem.* Narbona *tom.2.hora 4.num.5.* Trullench *1.Decalogi cap.7.dub.10.num.8.* Sanch. *tom.2. libri 7. Opusculorum c.2. dub.37. num.4.* Diana *par.4. tr.4. resol.4. & par.10.tr.11.resol.16.& par.10. tr.16. resol. 4.* dans novem Doctores. Leander *tom.6.tr.8.disp.4 qu.93.* dans quinque Doctores, & *qu.96.* ajens contra Joannem de la Crux non licere recitare alias Horas, quia deest talis consuetudo; & *tom.2.tr.6.disp.13. quæst.23.* Gobat *Theolog.experiment. tract.5.num.679.* Anton. à Spir.S. *par.3.Directorii tract.3. disp.3. num.98.* Quintanadueñas *tr. 8. singulari 2.* Tamburrinus *lib.2. Decalogi c.5. num.3.* contra Azorium *lib.10. c.9. qu.5.* exigentem quatuor horas post meridiem. Contra Lessium *2.de justitia cap.37. dub.fin.num.78.* Bonac *disp.1.quæst.3. puncto 3.* exigentem tres horas cum dimidio post meridiem. Contra Henriq. *lib.9.cap.24.* requirentem tres horas post meridiem; contra innominatos apud Sanch. *lib.7.Opusculorum c.2.dub.36.nu.2.* ajentes, posse immediatè post meridiem recitare Matutinum, & Laudes sequentis diei.

An eodem tempore, scilicet duabus horis post meridiem liceat recitare Matutinum & Laudes Defunctorum in die Commemorationis Omnium Defunctorum?

AFfirma: nam idem utrobique obtinuit consuetudo, nec major est ratio de uno, quàm de alio Officio, & Rubrica ait post Laudes diei posse recitare Officium Defunctorum. Tamburrin. *2.Decalogi a.5. §.5. num.7.* Leander *tom. 6. tr.8.disp.4.§.7.qu.94.* idem dicens *qu.95.* contra Tamburrinum de Litaniis recitandis in die Rogationis, & S.Marci; nam ex Rubrica dici valent post Laudes; ergo etiam post duas Horas præcedentis diei dicto Matutino, & Laudibus. 3332 Idem dic de Officio Defunctorum

Quando incipiat obligatio recitandi?

§. II.

INcipit à media nocte, & se extendit ad mediam noctem sequentem, itaut prævidens tunc impedimentum non teneatur prævenire ad duas horas post meridiem præcedentis diei, quia est privilegium consuetudine introductum, quo uti nemo tenetur. Azorius *lib.10. c.9.qu.5.* Sylvester *v.Hora qu.9.dub.6.* Bonacina *disp.1.qu.3. puncto 3.num.2.* Villalobos *tr.2.difficul.12. num.4.* Contra Trullench *lib. 4. Decalogi c.7.dub.10.num.3.* Narbonam *tom.2.hora 4. num.12.* 3333 Obligatio incipit à media nocte ad mediã noctem sequentem.

An extrà Chorum liceat intra diem recitare Horas Canonicas in qualibet hora diei?

AFfirma: quia nullibi oppositum est sancitum; & *Clementina 1.de celebratione Missarum*, loquitur de Officio publico in Choro. Caram. *Regular. num.1411.* Dicastillus *tom.1. tr.4.disp.10.dub.6. num.160.* contra Leandrum *tom.6.tr.8.disp.4.qu 87. & qu.88.* dantem octo Doctores, ajentes esse veniale sine causa, & cum causa nec esse veniale. (52) 3334 Videtur extra Chorum in qualibet hora diei posse recitari Horas Canonicas.

Et sic

(52) Esse veniale sine causa retinenda opinio est, quia invenitur tempus ab Ecclesia præfixum.

Et sic secundum omnes liceret totum Officium dicere manè, quia nunquam deesse potest causa, scilicet actus virtutis vigilantiæ, providentiæ, prudentiæ, præveniendo ob inopinatas vitæ contingentias, ob majorem commoditatem, ut occurrat, & ut si moriatur, se inveniat exolvisse Divino Numini, Orationis debitum; & tandem quia utiliùs semper est anteponere, quàm postponere, ex regula: plus dat, qui citiùs solvit. *c.un.de plus petitionibus*. Et ità consuetudine orbis firmatum, & interpetratum ait Albertus de Ferrariis *tr. de Horis Canonicis nu.* 18. *tom.6. tractatuum*, dicens cum Zabarella, Joanne Andrea, Innocentio, esse de consilio, non de præcepto tempus. Valentia *tom.3.disp.6.q.a puncto* 10.*§.circa quintum*. Diana *par.2. tr.12. resol.*14. Layman *lib.*8.*tr.*1.*c.*6.Dicastillus *tr.*4. *de Eucharistia disp.*1. *num.*160. Sanchez, & alii contra Leandrum *tom.* 6. *tr.*8. *disp.* 4. *qu.* 100. ajentem, non excusari à venia.i recitans simul ob majorem commoditatem recitantis.

An paulò ante mediam noctem teneatur, si possit, incipere Officium, ut satisfaciat præcepto, illud continuatè prosequendo post mediam noctem?

3335 Videtur teneri quis incipere Officium ante mediam noctem ut satisfaciat, illud prosequendo post mediam noctem.

AFfirmat Leander *tom.2.tr.6.disp.13.qu.25. & tom.6.tr.8. disp.4. qu.*109. dissolvens contraria argumenta Pradi, citans pro eadem sententia Basilium de Leone, Anton. à Spir. S. *par.3.Directorii tr.3.disp.3.num.*100. Moventur, quia potest quis, & debet audire Missam, si incipiat ante, licèt finiatur post meridiem; ergo tenetur quis incipere Officium ante mediam noctem, licèt sit prosequendum post mediam noctem; quia Officium est etiam Oratio individua; Ut ergo satisfacit præcepto audiendi Missam incepto initio ante meridiem, in quo incipit Sacrificio assistere: ità satisfacit præcepto recitandi Officium illud inchoans ante, licèt prosequatur post mediam noctem.

3336 Non tamen licet inchoare cœnã ante, & prosequi post mediam noctẽ.

Nec opponi valet: non licet inchoare cœnam ante mediam noctem, & illam prosequi post mediam noctem. Nam disparitas est, quia illa prosequutio cœnæ est in præjudicium diei sequentis, in quo est jejunandum, vel carnes nequeunt comedi, nec prodest ad satisfaciendum alicui præcepto: At incipere Officium ante, & prosequi post mediam noctem non præjudicat Officio diei sequentis, nec est prohibita, & prodest Officio diei antecedentis: & si tu dicas, non posse satisfacere, ille non orabit, nec peccabit, quia non tenetur implere præceptum impossibile. Si verò dicas posse satisfacere, orabit. Et ut meliùs est orare, quàm non orare: ità meliùs est dicere, quod teneatur, & satisfaciat præcepto, quàm non; est contra Tamburrinum 4.*Decalogi cap.*5.*§.*5.*num.*7. Navarrum *cap.*25. *num.*97. Sylvestrum v.*Hora qu.*9. Azorium *lib.* 10.*c.*9.*qu.*6. Narbonam *tom.*2.*hora* 12.*num.*40. quam sententiam alibi assecutus fui ratione opposita.

3337 Si verò non satisfacit tũc, non tenetur.

Intentio, & Attentio requisita ad satisfaciendum præcepto recitandi Horas Canonicas.

CAPUT VII.

3338 Intentio, & attentio in recitãdis Horis Canonicis.

HAbemus dispositionem *cap. dolentes*. 9. ibi: *Hæc* (scilicet confabulationes) *inhibemus districtè præcipientes in virtute obedientia, ut Divinum Officium nocturnum pariter, & diurnum, quantum eis dederit Deus, studiosè celebrent pariter, & devotè. de Celebratione Missarum*.

Quid veniat in dicto cap. dolentes *per ly* studiosè, devotè.

§. I.

VEnit totum id exteriùs, quo constituitur Oratio externa, devota, humana; nam illud inhibetur districtè in *d. c. dolentes*. nè scilicet confabulationes, risus, dormitiones inter recitandum accidant; & sic prohibetur totum id, quod destruit orationem humanam exteriùs devotam, & attentam. Devotio namque, & attentio non solùm interna, sed externa est ad differentiam orantis in somno, ebrietate, in scenis, quæ non dicitur humana devota oratio. 3339 Per *cap. dolentes* jubetur Oratio externa, devota, humana.

Intentio satisfaciendi præcepto non requiritur; nam Legislator debet habere intentionem, quia hic est agens, & sic propter finem; & subdito satis est, si ab eo ponatur opus ab Ecclesia præceptum. 3340 Intentio satisfaciendi præcepto nõ requiritur.

Debet orare, & sic velle orare, ad quod satis est si intendat, quod Ecclesia intendit; secùs esset recitare, non orare. Dicitur autem orare eo ipso, ac vult, & accipit Breviarium, & incipit Psalmos præceptos; tunc enim exercitè se conformat voluntati Ecclesiæ, volentis per ipsum, & cum ipso orare; idque sivè intelligat, sivè non intelligat verba, sivè meditetur Christi, vel Sanctorum gesta dum recitat. Immò satisfacit præcepto recitans, ut faciat opus bonum. D. Thomas 2.2.*qu.*82.*art.*13.*& quæst.*87. *art.*12.*in corpore*. Cajetanus v.*Hora num.*8. Filliucc.*tr.*23.*num.*251. Palaus *par.*2. *tr.*7. *disp.*2. *puncto* 3.*num.*4. contra Gobat *Theologiæ experiment.tr.*5.*num.*757. 3341 Sat est intẽdere quod Ecclesia intendit.

An cum intentione addiscendi ex vana gloria, curiositate, satisfaciat exteriùs devotè recitans?

AFfirma: nam satis ist ponere materiam præceptam; nec præcipitur ut habeat intentionem satisfaciendi, quia intentio est actus internus ab Ecclesia non præceptos. Dicastillus *tract.*5. *de Eucharistia disp* 5.*dub.*7.*num.* 85. Gobat dicens non improbabile. *tr.*5. *num.*752. Caram. & alii contra Aragonium 2.2. *quæst.*82. *art.*13. Azorium *lib.*10.*c.*8.*qu.*2. *in fine* Sanch. 2.*Decalogi c.*13.*n.*3. Reginal. *lib.*18. *n.*145. Gavant. in *Rubrica c.*5.*art.*4. (53) 3342 Videtur satisfacere quis si exteriùs devotè recitet, sed animo ad discẽdi ex vana gloria.

An Officium sit recitandum cum intentione satisfaciendi præcepto?

NEga: quia nullibi adest præceptum, ut quis habeat intentionem satisfaciendi præcepto. Quæ intentio est interna extrà jurisdictionem Ecclesiæ, & talis intentio est actus causæ effectivæ operantis propter finem, non subditi, cui satis est ponere materiam præceptam. Leander dans quatuordecim Doctores *tom.*6.*tr.*8.*disp.*4.*qu.*39. 3343 Non requiritur intẽtio satisfaciendi in recitatione.

Immò devotè recitans Horas, satisfacit præcepto, etiamsi nolit satisfacere; quia satisfactio non pendet ex intentione subditi, sed ex dispositione rei præceptæ; sicuti incendens turrim, non intendens illam incendere, satisfacit præcepto Ducis jubentis incendere; sic jejunat non 3344 Devotè recitans Officium animo non satisfaciendi, præcepto facit satis.

(53) Non satisfacit, quia non facit opus virtutis, quod ab Ecclesia præcipitur. Verda Lib. II.

non comedens, licèt nolit jejunare; ergo satisfacit recitans, licèt nolit satisfacere, sed volens tunc ex devotione dicere: vel recitans cum animo repetendi; tunc enim ampliùs repetere non tenetur, quia præcepto jam satisfecit. Bonacina *de legibus disp.* 1. *quæst.* 1. *puncto* 10. *num.* 16. dans duodecim Doctores. Tamburr. 2. *Decalogi c.* 5. §. 3. *num.* 3. Leander *par.* 3. *tr.* 2. *disp.* 1. *qu.* 69. dans undecim Doctores, *&* *par.* 6. *tract.* 8. *disp.* 4. *qu.* 41. *&* *qu.* 42.

An exteriùs devotus humano modo recitans, interius etiam voluntariè distractus, satisfaciat Ecclesiæ præcepto?

§. II.

3345 Sunt qui affirmant satisfacere præcepto si quis exteriùs devotè recitat, licèt interiùs sit voluntariè distractus

Affirmat Coninck *de Sacramentis parte* 3. *qu.* 83. *art.* 6. *num.* 291. Layman *lib.* 4. *tr.* 1. *c.* 5. *num.* 10. Lessius 2. *de justitia c.* 27. *dub.* 11. *num.* 63. Dicastillius *tr.* 1. *de Eucharistia disp.* 5. *dub.* 7. *num.* 86. Medina *lib. de Oratione qu.* 16. Corduba *lib.* 4. *qu.* 13. Castrus *de lege pœnali lib.* 2. *c.* 5. Valerus *de differentiis* v. *Horæ Canonicæ differentia* 1. Diana *par.* 2. *tr.* 12. *resol.* 12. *&* *par.* 10. *tr.* 12. *resol.* 1. D. Antoninus 3. *par. tit.* 12. *c.* 4. §. 7. *&* 8. contra Leandrum, dicentem tamen nostram probabilem *ta.* 6. *tr.* 8. *disp.* 4. *qu.* 2. *&* 3. Fagnanum in *c. dolentes.* 9. *num.* 33. *&* 38. *de celebratione Missarum*, dicentem præcipi intentionem virtualem. Contra Jansenistas contendentes homines ad impossibilia obligari; & sic restringentes, ut de Deo, nec piè, nec verè, nec in bonitate sentiant.

3346 Rationes proferuntur.

Patet, quia attentio interior non constituit exteriorem humanam, cùm hæc possit esse sine illa, ut patet in illis præcipuè hypocritis, qui exteriùs ostendunt se pios, devotos, & interiùs sunt lupi rapaces inimici Crucis Christi Domini; ergo ponens externam, ponit adæquatam præcepti materiam; ergo ei satisfacit.

Secundo patet ex *Clem.* 1. *de celebrat. Missarum*, ibi: *Fructum labiorum*; ergo si hic ponatur exteriùs devotè, ponitur toti præcepti materia.

3347 Objectio fit fatil.

Nec officit ibi dici: *Fructum labiorum suorum in puritate conscientiæ*. Nam cum distractione exterior puritas Orationis hìc sumitur pro puritate conscientiæ, cùm interior fugiat Ecclesiæ judicium.

Tertio patet ex communi, & vera assertione: Ecclesiam non præcipere interna. *c. sicut tuir.* 33. *c. tua nos.* 34. *de simonia. c. si quandoque.* 1. 15. *q.* 6. *c. consuluisti.* 18. 2. *q.* 5. *cap. Christiana.* 23. 32. *qu.* 5. *c. erubescant.* 11. *dist.* 32. *c. cogitationis.* 14. *de pœnitent. dist.* 1. 1. Regum *c.* 16. *v.* 7. ibi: *Homo enim videt ea, quæ patent, Dominus autem intuetur cor.* Aristoteles 10. *Ethicorum. c. ultimo.* D. Thomas 1. 2. *qu.* 100. *art.* 9. *in corpore*; attentio autem est actus internus.

3348 Non officere dicunt *cap. Dolentes.*

Nec officit textus in *d. c. dolentes.* 9. *de celebr. Missarum*, & in *Clem.* 1. *de celebratione Missarum*, ubi videtur præcipi attentio devota districtè.

Nam primo respondetur in *d. cap. dolentes*, præceptum cadere, ut tollatur externum impedimentum confabulationum, quo impeditur devotio interna, & externa; & sic devotionem merè internam ibi esse de consilio, non præceptam, ut in *d. cap. dolentes* intelligunt Hostiensis, Abbas, Joannes Andreas, Butrius, Ancharanus ibidem, apud Gonzalez *num.* 7. Durandus in 4. *dist.* 15. *qu.* 2. *num.* 6. ubi Paludanus *qu.* 5. *art.* 2. *conclus.* 4. Angelus v. *Hora num.* 27. Sylvester v. *Hora q.* 11. Vasq. *disp.* 60. *c.* 5. *n.* 27.

Secundo respondetur, ibi non præcipi devotionem internam, sed solùm totum id externum constituens Orationem devotam, & attentam, & consequenter in internum, quo tollitur exterior distractio, & indevotio; & sic præcipitur illud internum, quod prodit in externum, Ecclesiæ judicio subjectum. (54)

Pronunciatia.

CAPUT VIII.

3349 Pronunciatio requiritur in oratione vocali.

Præcipitur ab Ecclesia Oratio vocalis. *Clement.* 1. ibi *Fructum labiorum. de celebratione Missarum. cap. dolentes.* 9. *de celebratione Missarum*, & sic voce Oratio proferri debet; ut enim Deus semper, & ubique, ità etiam ore laudandus. Ps. 33. ibi: *Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo.* Concilium Basiliense *sess.* 21. §. 2. Aragonius 2. 2. *q.* 38. *art.* 12. Reginaldus *lib.* 18. *nu.* 174. contra innominatos apud Sà v. *Hora Canonica num.* 11. contra Navarrum in *Manuali c.* 19. *num.* 83. ajentem probabile posse sola mente pronunciari, quæ secretò ex Rubrica recitanda sunt, quod probabile asserit Leander *loco cit.* Hurtadus *loco cit. num.* 19. contra Cassahink *par.* 2. *de privilegiis Regularium tr.* 8. *c.* 4. *propositione* 5. Ludovicum à Conceptione *par.* 1. *Examinis tr.* 2. *de restitutione c.* 6. ajentes mentaliter verba posse proferri, quod defendibile ait Baldellus *tom.* 2. *lib.* 3. *disp.* 34. *num.* 15. nec ut improbabile damnari posse ait Leander *tom.* 6. *tr.* 8. *disp.* 4. *qu.* 44. quia mentaliter etiam verba proferri dicuntur. Sic Æternus Filius dicitur Verbum Patris; & consequenter servatur Jus, volens Officium recitandum verbaliter. Contra quos obstat *Clem.* 1. ibi: *Fructum labiorum. de celebratione Missarum*, ubi patet non requiri verbum cordis, sed verbum labiorum.

3350 Verba legis sunt interpretanda ut communiter accipiuntur.

Secundò patet, quia verba legis interpretanda sunt secundum quod ab omnibus communitèr intelliguntur. *l. leges*, *D. de juris*, *&* *facti ignorantia*, ergo loquitur Legislator in eo sensu, in quo ab omnibus, non verò in quo ab uno, vel ab alio intelligitur Doctore, & communitèr verbalis recitatio pro vocali accipitur.

Tertio patet ex *d. c. Dolentes.* 9. *de celebratione Missarum*, ubi est sermo de vocali oratione etiam in Choro.

3351 Regulares vi privilegiorum nequeunt modò mentaliter recitare Officium.

Immò nec modò Regulares valent privatim recitare mentaliter totum Officium; quia Gregorius XV. & Urbanus VIII. abrogarunt omnia privilegia, & oracula vivæ vocis, etiam à Leone X. concessa recitandi mentaliter anno 1516. Lezana *to.* 1. *c.* 12. *n.* 13. contra Leandrum *loc. cit. q.* 45. §. *sed probabilis*, dantem decem Doctores.

Quan-

(54) Rationes, quas adducit hic Auctor, nullius ponderis sunt; præsertim illa, qua docet Ecclesiam non posse interna præcipere, quæ vera est de solis actibus internis, & directè præceptis, non de actibus internis, qui comitari debent actum externum, ut rectè fiat, ne more Hypocritarum vivamus; Adeòque nunc certum est Ecclesiam posse indirectè actus internos præcipere, ut patet ex duabus Propos. damnatis 14. Alex. VIII. de Confessione sacrilega, & 65. Innoc. XI. de sacrilega Communione, quibus decisum per talem externam actionē non sat fieri præcepto Ecclesiæ. Igitur in recitatione Divini Officii requiritur etiam interna attentio, ut sit vera, & fructuosa Oratio. D. Tho. 2. 2. q. 83. *art.* 3. *ad* 3. V. Gonz. *l. c.*

Quanta debeat esse pronunciatio vocalis?

§. I.

3352 Sit pronunciatio, ut verificetur voce orare, etsi non percipiatur oratio.

DEbet esse tanta, ut verificetur voce orationem proferri, etiamsi non percipiatur; nam tunc verificatur orationem esse fructum labiorum exigitum à *Clem.* 1. *de celebratione Missarum*. Azorius *p.*1. *lib.*10. *c.*11. *qu.*4. Leander *loc.cit. q.*46. *&* 47. dans tredecim Doctores. Filliucc. *to.*2. *tr.*25. *c.*3. *n.*117. Toullench 1. *Decalogi. c.*7. *dub.*11. *in fine*. Caram. *regulari. n.*1381. Diana *p.*2. *tr.*12. *ref.*11. contra Suarium *lib.*4. *de Religione. c.*7. *n.*6. Reginaldum *lib.*18. *num* 174. Medinam *Cod. de oratione. q.* 7. ajentes: debere saltem audire seipsum. contra Valentiam *to.*3. *disp.*6. *q.*2. *de oratione. punct.*10. §. *circa quartum*. ajentem, debere audiri à propè adstantibus.

Hinc resolvitur.

An pronuncians voce, se non audiens, satisfaciat pracepto?

3353 Voce pronũcians Officium, sed se non audiens, satisfacit.

AFfirma: quia vocalis oratio præcepta in *Clement.*1. *de celebratione Missarum*, dicitur fructus labiorum, ad quem non requiritur auditus, nec proprius, nec alienus. Secundo, quia oratio præcepta consistit in voce; vox autem fit pronunciando, non audiendo. Tertio, quia submissè loquens, orare voce dicitur, etiam si oratio penitus non audiatur. 1. Regum. 1. v. 13. ibi: *tantumque labia illius movebantur*, & *vox penitus non audiebatur*. Judith *c.*13. *v.*6. ibi: *stetitque Judith ante lectum, orans cum lacrymis*, & *labiorum motu in silentio, dicens: Confirma me Domine Deus.*

3354 Aliter surdus non teneretur recitare.

Quarto, quia si deberet audire seipsum, surdus non teneretur recitare, quod est falsum. Suarius *lib.*4. *de Horis Canonicis* . *c.*28. *n.*17. Diana *p.*5. *tr.*6. *ref.*15.

3355 Et scrupulis via aperiretur.

Quinto, quia aperiretur via scrupulis in taxando vocis sono remisso, intenso; nam aliqui auditum celeriorem, aliqui remissum, aliqui tardum habent, & frequentèr dubitaret an sonus à se, vel ab aliis auditus sit perfectus, vel imperfectus, & repetitione altiùs inclamaret, ut experti deploramus. Azorius *p.*1. *lib.*10. *c.*11. *q.*4. Acacius *tom.*2. *ref.*58. *n.*9. Filliucc. *tom.*2. *tr.*23. *c.*3. *n.*113. Bonac. *de Horis Canonicis. disp.*1. *q.*3. *punct.*1. §. 1. *n.*23. Caram. *regulari. n.*1380. Leander *tom.*6. *tr.*8. *disp.*4. *qu.*46. dans tredecim Doctores. Anton. à Sp. S. *p.*3. *Directorii. tr.*3. *disp.*3. *n.*90. contra Suarium, & Medinam *de oratione. q.*7. Valentiam *loc.cit.*

An teneatur recitare ille, cui valdè difficilis est etiam talis levis articulatio?

3356 Non tenetur recitare si quis difficilè nequeat articulare vocem.

NEga: quia tunc tanquam ad rem impossibilem non tenetur, & Ecclesia est mater, non noverca. Caram. *in Regula Divi Bernardi. n.*92. *folio mihi* 107.

An impotens recitare, ut cæcus, teneatur audire Horas, quæ ab alio recitantur?

§. II.

3357 Cæcus impotens recitare, non tenetur audire Horas ab aliis recitandas.

NEga: quia præcipitur loquutio, non auditio. *d. Clem.* 1. ibi: *Fructum labiorum. de celebratione Missarum. c. dolentes.* 9. *de celebratione Missarum.* Trident. *sess.*24. *c.*12. *de reform.* Innocentius in *c.*1. *de celebratione Missarum*. Paludanus in 4. *dist.*15. *qu.*15. *columna* 5. Angelus v. *Hora nu.*5. Navarrus *de Horis Canonicis c.*11. *num.*6. Fagnanus in *cap. cum percussio. num.*27. *de Clerico ægrotante*, ubi ait (& in hoc Auctorem sibi incohærentem dignosces) hanc sententiam amplectendam esse, quia benigniorem; cùm ipse in *c. nè innitaris, de constitutionibus* docuerit non posse benigniorem sententiam sequi.

An Blæsi, syncopantes, syllabas ultimas abscindentes, pracepto satisfaciant, vel peccent mortaliter?

DIstinguas: vel ille defectus vocis tollit, vel non tollit sensum verborum.

Si tollit sensum verborum, recitans ità non satisfacit præcepto; quia non orat vocaliter, cùm oratio vocalis debeat esse significativa. *c. dolentes.* 9. ibi: *continua syncopa. de celebratione Missarum.* 3358 Defectus vocis, si tollit sensum verborum, cum illo non satisfit, secùs si non tollat.

Si verò permaneat sensus verborum; tunc remanet oratio significativa; & sic satisfacit præcepto orandi vocaliter. *c. retulerunt. de consecrat. dist.* 4. Psalm. 5. ibi: *intende voci orationis meæ.* Psalm. 141. ibi: *Voce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Dominum deprecatus sum.* Et voce deprecatur, qui vocem significativam profert, Immolaturque Deo Sacrificium laudis. Psal. 49. ubi D. August. Caramuel *Regular. num.*1283.

An recitans cum Blæso satisfaciat pracepto? 3359 Satisfacit recitans cum Blæso, si retineatur sensus verborum.

AFfirma: si remaneat sensus verborum; nam tunc ponit integram orationem vocalem præceptam in *c. dolentes.* 9. *de celebrat. Missar.* Et ut Blæsus satisfacit, ità satisfacere debet recitans cum Blæso. Caram. *Regular. num.*1336. post Filliucc. Azorium, Villalobos, Leandrum *to.*6. *tr.*8. *disp.*54. *q.*57. 58. 59. 60. *&* 61. Dianam *par.*2. *tr.*12. *resol.*32.

An autem peccet venialiter?

NEga: si naturaliter sit Blæsus; quia nullum transgreditur præceptum, obligans tantùm ad id, quod facilè fieri potest. Si verò sit Blæsus ex negligentia, vel ob velocitatem; tunc ad summum est veniale; quia non tollit implementum substantiæ orationis præceptæ. Immò si inadvertenter sit manca pronunciatio retinens sensum verborum, nec est venialis culpa. Doctores citati. 3360 Naturaliter Blæsus, nec venialiter peccat; secùs si ex sua culpa.

An recitans cum socio penetrans ultima verba peccet mortaliter?

§. III.

DIstinguas: vel tollit, vel non tollit penetratio sensum verborum.

Si tollit, peccat mortaliter, quia non ponit orationem significativam præceptam; Si remanet sensus verborum, tunc remanet materia rei præceptæ, & non peccat mortaliter. Si verò tollat sensum aliquorum verborum, peccabit juxtà quantitatem materiæ graviter, vel leviter. Leander *loco cit. qu.*60. *&* 61. (55) 3361 Penetrans ultima verba recitans cum socio, si tollit sensum verborum, peccat mortaliter.

An

(55) Qui cum socio recitat, si ita festinanter recitat, ut antequam socius verba sui versiculi proferat, profert ipse, quæ sibi competunt, non satisfacit suæ obligationi. Salmanticenses *t.*4. *tr.*16. *c.*3. *punct.*1. *n.*7. Nam oratio alterius succedit in locum ejus, quam tu facere debebas; sed nisi finito tuo versu, tu non posses alterum recitare; ergo nisi finito versu à socio, non potes alterum recitare.

An recitans cum socio, debeat ità pronunciare, ut illum socius audiat?

3362 Recitans cum socio pronunciare debet, ut à consocio audiatur, si ille recitare tenetur.

DIstinguas: vel socius tenetur, vel non tenetur recitare.

Si socius tenetur recitare, debet pronunciare, itaut illa audiat; quia exterior illa auditio successit loco pronunciationis, ad quam ille tenetur.

Si verò socius non tenetur recitare, satis est si illum audiat, licèt ab illo non audiatur; quia tunc ipse ponit totam materiam sibi præceptam recitandi, & audiendi. Bonac. *de Horis Canonicis disp.* 1. *qu.* 3. *puncto* 2. §. 1. *num.* 25. Palaus *tom.* 2. *disp.* 2. §. 3. *num.* 7.

An recitans cum socio, debeat illum audire?

3363 Recitans cũ socio debet illum audire.

AFfirma: debere illum audire exteriùs, hoc est ut vox sit tanta, ut communiter audiatur, etiamsi auditio interior sensus non excitetur; nam illa externa communis auditio succassit loco pronunciationis: & interior auditio est extra potestatem Ecclesiæ, quæ de externis judicat. *c. tua nos.* 34. *de simonia. c. si quandoque.* 1. 15. *qu.* 6. *c. consuluisti.* 18. 2. *qu.* 5. *c. Christiana.* 23. 32. *qu.* 5. 1. Regum *cap.* 16. *v.* 7. D. Tho. 1. 2. *qu.* 100. *art.* 9. *in corpore*. Et sic satisfacit præcepto exteriùs audiens, licèt revera non audiat. Et in hoc sensu recipio Tancredi *tom.* 1. *de Religione tr.* 3. *lib.* 4. *disp.* 15. *num.* 15. Antonium à Spir. S. 3. *Directorii tr.* 3. *disp.* 3. *num.* 28. Leandrum *to.* 6. *tr.* 8. *disp.* 6. *qu.* 40. non verò in quantum absolutà asserunt non debere audire socium, malè citans Caram. *Regular. disp.* 108. *num.* 1283. nam ibi ait, socium non auscultandum, hoc est cum attentione intelligendum à consocio, non verò non audiendum. (56)

An recitans cum socio, teneatur recitare Antiphonas, Lectiones, Responsoria, Capitula, Orationes?

3364 Recitans cũ socio nõ debet recitare antiphonas, &c. à consocio dictas.

NEga: sed satis est, si audiat eo modo, quo fit in Choro, ubi Lectiones alternatim non recitantur, sed satis est si audiantur à consocio. Tamburr. 2. *Decalogi cap.* 5. §. 9. *num.* 10. Suarez *lib.* 4. *de Horis Canonicis cap.* 25. *num.* 3. Leander *tom.* 6. *tr.* 8. *disp.* 4. *qu.* 63. dans quinque Doctores, & *qu.* 44. ajens, Antiphonas non esse ab omnibus consociis, Orationes, recitandas, sed servari posse Ritum Chori. Antonius à Spir. S. *par.* 3. *Directorii tract.* 3. *disp.* 3. *num.* 91. Diana *par.* 11. *tr.* 1. *resol.* 5. ajentes, unum posse omnes Lectiones legere, & alios audire. Villalobos *tom.* 1. *tr.* 24. *diffic.* 11. *num.* 4. nam strictiùs præceptum nullibi colligitur.

3365 Nequit tamẽ unus recitare Psalmum, & alter alium.

Non potest tamen unus recitare unum Psalmum, alter alterum, repugnante usu Ecclesiæ. Bassæus in *additione* v. *Hora Canonica num.* 10. Anton. à Spir. S. *loco cit.*

An quis teneatur recitare submissa voce illos versus, qui dicuntur cum Organo alternatim?

3366 Quæ dicuntur cum Organo alternatim, non debent recitari submissa voce.

NEga: quia tunc cum Organo facit Chorum; sicque satis est audire, quæ ab altera parte cantantur. Sanch. *tom.* 2. *Opusculorum lib.* 7. *c.* 2. *dub.* 26. Anton. à Spir. S. *par.* 3. *tract.* 3. *disp.* 3. *num.* 30. dicans cum sex Doctoribus, missos ad thurificandum Altare, ad aliquid faciandum pro Choro, ad ferendos libros, non teneri privatim recitare à Choro interim non audita; nam Chorus, cui inserviunt, pro illis satisfacit; & ipsi sunt partes Chori; ergo satisfaciente Choro, ipsi satisfaciunt per modum unius in Choro: nec de graviori repetendi præcepto constat, & esset onus obligare ad repetendum Choro inservientem; nam duplex onus portaret, servitii scilicet, & repetitionis Orationis non auditæ; sicque magis oneraretur serviens Choro, quàm cantans. Leander *tom.* 6. *tr.* 8. *disp.* 48. post Bonacinam, Suarium, Vasqu. Villalobos, Sà, contra Palaum *disp.* 3. *puncto* 4. *num.* 7.

An Organista Organo respondens Choro, teneatur submissa voce recitare, quæ Chorus recitat?

NEga: sed satis est suam partem sonando voce recitare, & Chorum audire, nam duriùs præceptum non est impositum. Trullench 1. *Decalogi c.* 7. *dub.* 26. *num.* 6. Navarrus *de Oratione c.* 21. *num.* 15. contra Leandrum *loco cit. quæst.* 17.

3367 Ita Organista respondens Organo.

An si totam Horam Canonicam Musici cantent, satisfaciant præcepto Capitulares, Præbendati, Regulares assistentes audientes in Choro, etiamsi nihil recitent?

AFfirma: nam non constat de onere, & esset grave onus, si tenerentur recitare post tam diuturnam assistentiam Chori. Tamburrinus 2. *Decalogi c.* 5. §. 4. *num.* 14. Antonius à Spir. S. *p.* 3. *Directorii tr.* 3. *disp.* 3. *num.* 30.

3368 Si Musici totam Horam cantent, sufficit si Capitulares, Regulares in Choro assistant audiẽtes.

An omittens aliquod verbum, teneatur repetere?

NEga: esset enim res scrupulis obnoxia. Innocentius in *c. dolentes.* 9. *num.* 1. *de celebratione Missarum*, ubi Fagnanus *num.* 9.

An Beneficiatus Canonicus cæcus debeat Choro assistere?

AFfirma: ut lucretur distributiones quotidianas; nam ad duo tenetur. Primo Choro assistere. Secundo recitare: & excusatus à recitando, non excusatur ab assistendo, si assistere potest. Suarius *lib.* 4. *de Horis c.* 28. *num.* 15. Marcignus *de Horis c.* 71. *num.* 59. contra Dianam *par.* 5. *tr.* 6. *resol.* 14. ajentem lucrari distributiones, etiamsi non residaat.

3369 Canonicus cæcus debet Choro assistere, ut lucretur distributiones.

Quo vocis idiomate orandum.

§. IV.

IDiomate Ecclesiæ consueto, & consuetum est Officium in lingua Hebraica, Latina, & Græca; & sic in quavis lingua ex illis recitans Officium, præcepto satisfacit; nam Sacra Scriptura in illis linguis probata est; & sic recitans ponit substantiam rei præceptæ in lingua ab Ecclesia permissa; & non peccaret si faceret id, ut devotiùs oraret, vel ob aliam utilitatem, sine animo mutandi Ritum Ecclesiæ. Anton. à Sp. S. *par.* 3. *Directorii tract.* 3. *disp.* 3. *num.* 78. post Sà, Tamburr. & alios. Diana *par.* 9. *tr.* 7. *resol.* 7. & *resol.* 67. rectè concludentes id non licere in Choro, & Missa ob solemnem Ecclesiæ Ritum.

3370 Orandum est idiomate cõsueto Ecclesiæ, scilicet lingua Hæbraica, Latina, Græca.

Recitans in lingua vulgari satisfaceret præcepto, nam poneret materiam rei præceptæ: sed peccaret ob usum libri ab Ecclesia interdicti, & mu-

3371 Quid si vulgari lingua recitaret.

(56) Attentio ad audiendum necessaria est, sicut ad recitandum, quia audiens debet sic attendere, ut partem, quam alius recitat, faciat suam. Vide notas superiores.

& mutaret Ecclesiæ usum. Diana *par. 9. tr. 7. resol. 63.*

An possit, & teneatur repetere versus Psalmi parvæ materiæ, qui inter recitandum omissi sunt?

§. V.

3372 Omittens aliquid parvum in recitatione, peccat, & non tenetur repetere.

NEga: quia jam peccavit, nec recitando reddit peccatum non commissum.

An deinde advertens teneatur supplere versus Psalmi inadvertenter omissos?

3373 Advertens omisisse aliquos versus sine culpa, tenetur supplere si possit.

DIstinguas: vel potest, vel non potest supplere.

Si potest supplere, puta si sciat quos versus omisit, & id sine gravi difficultate: tunc tenetur recitare urgente præcepto recitandi integrum Officium; & sic reddendi Officium integrum. Et ut tenetur recitare Horam: ità versus Psalmorum inadvertenter præteritos supplere debet. Sylvest. v. *Hora qu. 12. num. 15.*

Secùs si nequeat.

Si verò nequeat repetere: puta quia ignorat qui sunt versus omissi ex Psalmis, Orationibus, Lectionibus, &c. vel si sciat, esset res valdè difficilis, ut illos inveniat; tunc non peccat non supplendo, quia lex ut non obligat ad totum, ità nec ad partem Officii cum gravi onere recitandi.

Nec tenetur repetere totum, quia supponimus satisfecisse præcepto sub gravi, & tantùm levia omisisse, quæ non sunt supplenda sub gravi, nec sub levi ob gravem difficultatem.

An loco verborum, versuum, teneatur supplere, dicendo aliam Orationem, puta Psalmum?

3374 Non suppletur quod omissum est per alias preces.

NEga: nam vel potest facilè, vel non potest. Si potest supplere quæ omisit facilè, suppleat. Si non potest, excusatur ob impossibilitatem: nec tenetur ad aliud, quia deest præceptum obligans. Bonac. *disp. 1. qu. 3. puncto 4. n. 5.* contra Sylvestrum v. *Hora qu. 12. num. 15.* Sà v. *Horæ Canonicæ num. 12.* dicentes, loco rei omissæ posse recitare aliam Orationem, ut evitet veniale. Contra Leandrum *tom. 6. tract. 8. disp. 4. qu. 85.* ajentem cum Fausto, posse recitare æquipollens, puta aliquot Psalmos in compensationem versiculorum omissorum.

Interruptio Officii Canonici.

CAPUT IX.

3375 Interruptio etsi sine causa inter Psalmum, aut lectiones, nõ est lethalis, nec venialis cum causa, si intra diem absolvatur Officium.

QUantacumque, etiam sine causa, inter Psalmos, inter Lectiones ejusdem, vel alterius Horæ, nunquam est lethalis, licèt sit notabilis; & ex causa nec est venialis, si intra legitimum diem absolvatur totum Officium; nam substantia rei præceptæ impletur, & continuatio non est oratio, & nullibi præcepta invenitur. Caram. *Regular. num. 1414.* Gobat *tr. 5. num. 669. & 671.* Anton. à Spir. S. *par. 3. Directorii tr. 3. num. 93.* dicens, posse hodie serò recitare unum Psalmum Matutini, reliquum cras complere. Aragonius *2. 2. qu. 83. art. 12. in fine.* Layman *lib. 4. tr. 1. c. 5. num. 6.* Tamburin. post Lugum *2. Decalogi c. 2. dub. 36. num. 11.* Lessius *2. de justitia c. 33. dub. 10. num. 53.* Diana dans decem Doctores *par. 2. tract. 12. resol. 4. & p. 10. tract. 16. resol. 47.* Narbona *tom. 2. hora 2. num. 8.* Pellizzarius *tr. 5. c. 8. num. 79.* Quintanadueñas *tr. 8. singulari 3.* Leander *tom. 6. tract. 8. disp. 4. qu. 66. 67. 68. 69. 70. 71. & 72.* ajens, nec esse veniale separare privatim Nocturnos inter se. Contra Suarium *to. 2. de Religione lib. 4. cap. 24. n. 10.* Squillantem *de obligationibus Clericorum par. 1. dub. 15. num. 4.* Maiginum *de Horis Canonicis c. 27. num. 12.* Vasq. *opusculo de beneficiis c. 4. § 1. dub. 6. num. 109.*

An in Choro interruptio præciso scandalo sit lethalis?

§. I.

NEga: nam nullibi extat præceptum ad id obligans sub gravi. Tamburr. *2. Decalogi cap. 5. §. 3. num. 11.* Diana *par. 10. tr. 16. resol. 47.* Leander *loco cit. qu. 67.* Anton. à Sp. S. *loco cit.* 3376 In Choro præciso scandalo interruptio non est lethalis.

An sit saltem venialis separatio Matutini à Laudibus, etiam sine causa?

NEga: nam nullibi, nec sub levi extat præceptum talis continuationis, & semper licuisse ex vi primæ institutionis, ait post Navarrum Suarez *lib. 4. de Oratione vocali c. 6. num. 9.* Gobat *tr. 5. Theologiæ experimentali num. 669. & 671.* Bonac. *disp. 1. quæst. 1. puncto 3. num. 6.* Leander *tom. 6. tr. 8. disp. 1. qu. 6.* dans octo Doctores, *& disp. 4. qu. 70. & 71.* 3377 Nec veniale est absque causa separare Matutinũ à Laudibus.

An facta separatione Matutini à Laudibus, sit necessum dicere Orationem unà cum Dominus vobiscum, Benedicamus Domino, *&c.*

NEga: nam tale præceptum non extat, & mos dicendi illa in Nativitate Domini, cùm sit onus, non extendendum. Sanch. *7. Opusculorum c. 3. dub. 20. num. 2. in fine.* Azorius *to. 1. lib. 10. cap. 8. qu. 4. in fine.* Tamburr. *2. Decalogi cap. 5. §. 3. num. 11.* Bonac. & alii contra Leandrum *tom. 6. tr. 8. disp. 4. qu. 71.* dantem undecim Doctores. 3378 Facta tali separatione non est necesse dicere orationẽ, &c.

An quando separatur Matutinum à Laudibus, sit terminandum cum Pater noster.

NEga: nam nullibi id præceptum. Sanchez *loco cit.* Azor. *loco cit.* 3379 Et tunc nec terminandũ Matutinum cum *Pater noster.*

An Laudes separatæ à Matutino sint inchoandæ cum Pater, *&* Ave, *ut ceteræ Horæ?*

NEga: nam nullibi id præceptum, & probat usus Ecclesiæ in die Nativitatis. Azorius *tom. 1. lib. 10. c. 8. qu. 4.* Sanch. *7. Opusculorum c. 7. dub. 20. num. 2.* Tamburr. *2. Decalogi cap. 5. §. 3. num. 11.* contra Filliuccium, & Trullench.

An debeat adjicere Orationem diei in fine Nocturni?

NEga: nam nullibi præceptum. Pellizzarius *tom. 1. tr. 5. c. 8. sect. 2. qu. 12. num. 82.* 3380 Nec adjicere debet orationem currentem in fine Nocturni.

An liceat interruptio inter versus ejusdem Psalmi?

§. II.

NOn est lethalis, si faciat sensum plenum una pars sine altera, quia quivis versus Psalmi independenter ab alio est laus, oratio, glorificatio, sententia. Lessius *2. de justitia c. 33. dub. 10. num. 77.* Caram. *Regular. num. 1414.* Anton. à Spir. S. *par. 3. tr. 3. disp. 3. num. 93.* ajens, posse recitare medietatem Psalmi in principio diei, & in fine aliam medietatem. 3381 Non est lethalis interruptio inter versus ejusdem Psalmi.

An interrumpens proposito repetendi omnia, delinquat lethaliter non repetendo?

NEga: quia jam posuit materiam præceptam, qua præcepto satisfecit; & sic potest 3382 Si interrumpatur animo repetendi, non peccat lethaliter nõ repetendo.

test prosequi, & recitare quæ non recitavit; ut satisfacit præcepto Missæ audiens unam volontate audiendi aliam, licèt deindè aliam non audiat. Gobat *Theologia experimentali tract.5. n.670.* post Sanch. Lessium, Layman, Caramoelem, Navarrum, Azorium, & Reginaldum.

Locus.

CAPUT X.

3383 Quivis locus est aptus pro privata recitatione. Quivis in mundo habilis pro recitatione privata; nam nulla lege circumscriptus est recitationis privatæ locus; nec est locus, in quo peccet recurrens ad Deum, orans Deum; sicut non est tempus, in quo nequeat laudari Dominus: & laudatio fit in loco, cùm homo non possit esse nullibi; ergo sic in omni loco, sicut in omni tempore potest quis Deum orare. Psal.33. ibi: *Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo*. Psalm. 102. v. 22. ibi: *in omni loco dominationis ejus benedic anima mea Domino*. Tobiæ c.4. v.20. ibi: *Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo, ut vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant*; sic Job oravit in sterquilinio. Job c. 1. Moyses in mari. Exodi c.15. Ezechiel in lecto. Ezechielis c. 4. Isaiæ c. 9. ubi etiam Jeremias. Jeremiæ c.38. Jonas in ventre Cete. Jonas c.14. tres Pueri in fornace. Daniel c.4. Latro in Cruce. Lucæ c. 23. Paulus in carcere. Actuum c. 16. Deus namque spiritus immensus. Joannis c. 4. non dicitur coarctari Templis manufactis, sed Cœlum, & Terram implet. Matthæi 5. Actuum c. 17. & quoad orandum ipse Deus Templum est. Apocalypsis c.21. Unde Apostolus 1. ad Ti-

3384 Sed aptius locus in Ecclesia. motheum c. 2. scribit ibi: *volo ergo viros orare in omni loco, levantes puras manus*. Sed aptiùs in Ecclesiis veneratur ipsa Templi structura respiciente Divinum obsequium, unde Deus voluit sibi Templum construi. Exodi 25. c. 2. *de consecrat. dist.* 1. Devotiùs namque in Ecclesia quis orat. S.Chrysostomus *homilia* 30.& sic optimus est Templorum usus. 1. ad Corinth. c. 11. c.12.c.14.*c.non oportet.dist.*42.

Cùm ergò liceat orari omni loco. 1. ad Timotheum. c. 2. Psalm.102. licet etiam ubilibet horas Canonicas persolvere, nisi data opera repudietur locus aptior, & veluti in contemptum eligatur locus conspurcatus. Caram. *Regulari. num.*1216. Trullench 1. *Decalogi. c.7. dub.* 20. Sanch. *opusculorum.c.2.dub.*44. Gobat *Theologia experimentali.tr.5. num.*687. Angles *in floribus de oratione*. Navarrus *in c.quando.c.5.n.*8. Diana *p.10.tr.11.resol.*33. Leand. *tom.6.tract.*8. *disp.4.q.*114.& 115. duos decem Doctores, concludentes Officium etiam recitari posse, ubi venter exoneratur, dummodò reverentèr fiat; nam ibi etiam Deus potest laudari. contra Lublinum v.*Hora Canonica*. n.2. Sotum *lib.*10. *de justitia. q.5.art.4.in fine.*

An in Missa solemni, quando à Choro canitur Gloria, Credo, *&c. licitè possit celebrans recitare Horas Canonicas?*

§. I.

3385 Cùm à Choro cantantur Gloria, Credo, licitè celebrans valet horas recitare. Affirma: nam nullibi prohibetur; & si valet alias orationes ore, cur non Horas Canonicas persolvere? maximè cùm ibi aliqui etiam indifferentia tractent, & nec est præceptum, ut taceat illo tempore. Caram. *Regular. n.*1665.*in fine.*

An Monachus fugitivus, vel ejectus teneatur recitare Horas?

§. II.

3386 Monachus fugitivus, aut ejectus videtur non teneri ad horas. Negat, nisi sit in Sacris, Bordonos *tom.*5. *res.*30.*n.*14. Bonac. *disp.*1.*q.*2.*punct.*2.*n.*6. quia extra Religionem tunc nec tenetur ad Chorum.

3387 Sed alii oppositum docent. Sed oppositum tuetur Navarrus *de oratione. c.7.n.*1. quia remanet Religiosus, qui etiam extrà Chorum tenetur ad Horas; cùm obligatio non nascatur à loco, sed à Professione; nisi velis Religiosum non in Sacris ad Horas non teneri extrà Chorum, sed tunc idem erit de ejecto, ac de non ejecto.

An sit obligatio recitandi in Choro, si non sint saltem quatuor personæ?

3388 Non obligatur quis in Choro recitare, si non adsint quatuor personæ. Nega: quia non est Chorus, deficientibus saltem quatuor. Leander *tom.* 6. *tract.*8. *disp.*6.*qu.*11.& *q.*30. cum Tamburrino. Gobat. *tract.*5.*n.*698.

Ordo, sive modus recitandi Horas Canonicas?

CAPUT XI.

3389 Ordo, & modus recitandi horas explicatur. Ordo, & modus iste triplicitèr meditari potest. Primò, in recitando alta, submissa voce, stando, sedendo, genuflectendo. Secundò, ut recitetur ordinatè unam post aliam partem, ut in Breviario disponitur. Tertiò, ut recitetur pro currenti die, nec mutetur unum pro alio Officio. De quibus tribus verba distinctè facturi, sternendo dicendis viam, aditum aperimus igne, & ferro sequenti.

An non implens modum orationis præceptæ satisfaciat præcepto?

§. I.

3390 Si mutato modo orationis non retineatur ejus significatio, non satisfit præcepto. Secus si retineatur. Distinguas: vel mutato modo retinetur significatio orationis præceptæ, vel non retinetur.

Si non retinetur significatio orationis præceptæ, præcepto non satisfacit; quia non ponitur materia rei præceptæ, quæ est oratio vocalis, & sic significativa.

Si retinetur significatio orationis præceptæ; tunc ponitur materia præcepta: & sic satisfacit præcepto. Et mutatio modi, cùm non mutet significationem orationis, non est nisi levis, non præceptibilis sub gravi.

3391 Modus orationis duplex est. Duplex namque est modus orationis; unus quo mutato tollitur oratio; quia tollitur significatio: talis est modus, quo uniuntur partes orationis, & disponuntur inter se, qua dispositione, & unione ablata, resolvitur oratio: ut ablata unione inter animam, & corpus, resolvitur homo.

Alius modus est, quo amoto, oratio non mutatur, sed retinet pristinam significationem; & hic modus in præcepto orationis leviter respicitur, quia ad orationem per se non spectat: puta quando dicitur onus Psalmus ante alium, una hora ante aliam; retinetur namque significatio orationis. Caram. *fundamentali. fundamento* 24. *n.* 712. contra quem surrexit Cardenas, ut patet in hac quæstione *tr.4. disp.33. c.4. n.*44.& 48.

An

An parvè mutans substantiam rei præceptæ, satisfaciat præcepto recitandi Horas?

3392 Parva mutatio substãtialis si tollit significationem orationis, præcepto non sit satis.

DIstinguas: vel parva illa mutatio tollit, vel non tollit significationem orationis præceptæ.

Si tollit; tunc tollit totam rem præceptam, nec præcepto satisfacit; sic mutans verbum formæ tollens significationem, tollit totam formam.

Secus si non tollit.

Si verò non tollatur significatio, cùm mutatione illa levi impletur præceptum; & sic non rectè Cardenas *disp.33.c.5. num.*66. absolutè ex parva mutatione deducit satisfieri præcepto, mutando unum in alterum Officium, nisi nostra distinctione firmetur.

An sit magna mutatio si fiat in insolitum, parva si in solitum?

3393 Cardenas dicit esse magnam mutationẽ si fiat in insolitũ, parvam si in solitum.

AFfirmat Cardenas *loco cit. num.*69. sed decipitur, quia insolita est mutatio in principio Missæ omittere signum Crucis, osculum Altaris; non tamen crediderim ipsum velle lethalem mutationem.

Ritus Breviarii Romani an sit servandus sub lethali?

§. II.

3394 Ritus Breviarii Romani sub lethali servandus.

AFfirma. Bulla Pii V. Idque ad ostendendam Ecclesiæ unitatem, ut etiam est servandus ritus Missæ ob Sacrificii Majestatem. Trident. *sess.22.c.5.de sacrificio.*

Quo Breviario utendum?

3395 Breviario Romano utendum est etsi sit ex approbatis à S. Pio V. vel Clemente VIII.

DEbet quis uti Romano approbato ab Urbano VIII. si illud habeat, si tamen habet Breviarium approbatum à Pio V. vel à Clemente VIII. non tenetur, etiam si possit emere approbatum ab Urbano VIII. ut patet ex Bulla ejusdem Urbani VIII. & potest unam Horam recitare in Breviario approbato ab Urbano, aliam in approbato à Pio V. nam licèt Breviarium Pii V. nequeat amplius imprimi, licitè valet in eo recitari, ex Bulla Urbani VIII. Tamburrinus 2.*Decalogi. c.5.§.2.num.*1. Antonius à Spir.S. *p.3.Directorii.tr.3.disp.3.n.*62.

3396 An liceat semel, bis alio Breviario uti.

Recitans in Breviario non Romano, potest bis uti Benedictino, vel alio, etiam sine causa, nisi Superior jusserit oppositum. Tancredi *tr.3. lib.4.disp.2.n.5.* Bassæos v. *Horæ Canonicæ.* 2.*n.*2. Antonius à Sp.S. *p.3.Directorii tr.3.disp.3.n.59.* dans sex Doctores. At semper licitè privatim valet uti Romano. Tancredi *loco cit.* dans quatuor Doctores. Tamburrinus 2.*Decalogi.c.5.§.3. n.*34. contra Antonium à Spir.S.*loco cit.* (57)

Ordinatus ad titulum Patrimonii utens Breviario Romano, licitè potest uti alio Breviario ex approbatis in alia Religione, vel Diœcesi secundum Bassæum v. *Horæ Canonicæ. n.*2. Macignum *c.19. n.*22 Filliuccium *tr.23.c.7. qu.* 2. *n.*223. Lessium *c.37. dub.*12. *n.* 79. Sed oppositum ait Tancredi *loco cit.n.*6. & hoc tenendum.

Et idem asserit de Regulari utente Breviario Romano, scilicet posse liberè saltem bis uti alio Breviario, ait cum Navarro, & Reginaldo, Diana *p.2.tr.12.ref.*10. quia mutatio est levis.

3397 Regularis carens proprio, tenetur uti Breviario Romano.

Regularis carens proprio, tenetur uti Romano, quia præceptum recitandi Horas in genere, Romano Breviario impleri valet. Pellizzarius *tr.5.c* 8.*n.*10. Anton. à Spir.S.*loco cit.n.*60.

Immò extra Chorum omnibus Religiosis licere uti Romano Breviario, asserit Postella, Rodriq. Lessius, quia uti proprio est permissio, non præceptum, & meliùs est uti Romano, quàm proprio, ob Ecclesiæ uniformitatem.

Clericus habens duplex beneficium in duplici Diœcesi, ubi diverso recitatur Breviario, potest alterutro illorum licitè uti: cùm non sit major ratio de uno, quàm de alio. Suarez, Bonac. Pellizzarius apud Tancredi *tract. 3. lib. 4. disp.*11.*n.*11.

An Regularis factus Episcopus debeat uti Breviario Ecclesiæ, cui præest?

3398 Regularis Episcopus debet uti Breviario Ecclesiæ, cui præest. Secus si sit tantùm titularis.

AFfirma: quia tunc est pars illius communitatis, & sic legibus illius adstringitur: Non sic esset Episcopus titularis, qui deberet uti Breviario suæ Religionis, nam illius adhuc est pars. Lezana, & Tancredi, quos sequitur Antonius à Spir.S. *par.3. Directorii. tract.3. disp.3. num.*61.

An Episcopus dispensare valeat, ut obligatus recitare Romano, valeat recitare alio Benedictino, Dominicano, &c.

3399 Episcopus nequit dispensare, ut quis alio Breviario utatur.

NEgat Tamburrinus 2. *Decalogi. c. 5. §. 2. num.*35.

Affirmat Suarius, Pellizzarius, Bonac. apud Tancredi *tract.3.lib.4. disp.*11.*num.*8. Anton. à Spir.S. *loco cit. num.*61. quia ut in lege jejunii, observandi diem festum: ità in ista lege dispensare valet.

Regulares etiam exemti an teneantur recitare de Festo Patroni Universitatis, vel totius Diœcesis ubi sunt.

3400 Regulares exemti possunt, sed non tenentur recitare Officium de Sancto Patrono ejus Universitatis in cujus Diœcesis sũt.

AFfirma: qui non verò, nisi liberè velint, tenentur recitare de festo alicujus Sancti specialis Ecclesiæ illius loci. Tamburr.2.*Decalogi. c.5.§.2.num.*5. Palaus *tract.7.disp.2.punct.2. num.*9.

An Episcopus valeat statuere, ut subditi Clerici recitent Officium Sancti extra Calendarium, vel Rubricas?

3401 Episcopus valet semel, vel bis præcipere recitationẽ Officii alicujus Sancti, extra Calendariũ, & rubricas.

AFfirma: si id semel, vel bis statuat; nam non videtur tunc res gravis; secùs recurrendum esset ad Papam, si perpetuò vellet servari. Sanch. Navarrus, Armilla, Pellizzar. apud Tamburrinum 2.*Decalogi. c.5. §. 2. n.*2. Antonius à Spir.S. *loco cit. n.*64. asserens idem posse Superiores Regulares.

Non tamen possunt instituere proprium Officium de Sancto in festo; nam id est reservatum Papæ. Pius V. & Urbanus VIII. in suis Bullis, & notat Quintanaduenas *tr. 8. singulari* 1. *num.*2. Anton. à Spir.S. *loco cit.num.*64. contra Rodriquez.

An modus recitandi altè, secretò, stando, sedendo, se signando, inclinando, obliget sub lethali?

§. III.

3402 Modus recitandi.

NEga: remoto scandalo, etiam in Choro, & extra Chorum nec est veniale; quia ille ritus

(57) Probabilius est, esse peccatum mortale talem mutationem semel, aut iterum factam. Nam D. Pius V. hæc habet in sua Bulla: „ Statuimus, quoscunque, qui tenentur ad Horas Canonicas, teneri ad „ dicendum ex præscripto hujus Breviarii, & neminem ex his, nisi hac sola formula satisfacere posse.

ritus respicit orationem publicam, nec constat de majori, & graviori obligatione. Navarrus *de Horis Canonicis. c. 4. num.4.* Crassus *effectu Clericatus.17. num.65.* Zerola *in praxi Episcopali, v.Hora Canonica. §.4.v.3.* Bonartius *lib.3.c.28. num.14.* Gobat *tract.5. num.695.* Leander *to.6. tract.8. disp.4. qu.119.* Bonacina *disp.1. quæst.3. punct.6 num.1.*

Ex quo Horæ Canonicæ privatim licitè recitari possunt æquitando, navigando, stando, sedendo, jacendo, recumbendo, ambulando, procumbendo, ità ut situs servandus in publica non adstringat in privata recitatione; quia de ea præceptum in jure non invenitur. Innocentius, Hostiensis, Navarrus apud Mirandam *tom.1.manualis. qu.37.art.10. conclus.1.* Cassabink *de privilegiis Regularium. p.2. tract.8. c.4. propositione 4.*

An ordo successivus obliget sub lethali, itàut nequeat inverti anteponendo, vel postponendo saltem in Choro, remoto scandalo?

§. IV.

3403 Ordo successivus non obligat sub lethali.

NEga: quia non ingreditur substantiam orationis præceptæ, cùm illa dispositio non sit oratio, quæ præcipitur in *Clem.1 de celebratione Missarum*, & sic ut levis materia talis ordo obligat ad levem culpam. Cajetanus v. *Horæ Canonicæ.§.quò ad secundum.* Bonac.Lessius, Reginaldus, Squillante, Villalobos, quos dat, & sequitur Caram. *Regular. num.* 1387. 1428. *& num.*1321. Anton.à Spir.*S. p.3.Directorii. tr.3. disp.3.num.*94. Idem docet cum Bonac. Gavanto, & Diana, Leander, & alii. Contra Vasquez, & alios ajentes lethale sæpissimè invertere ordinem, & contra Pellizzarium dicentem lethale, si hæc inversio fiat in Choro, etiam præciso scandalo.

Hinc recitans Completorium ante Vesperas, Laudes ante Matutinum, ultimum ante primum Psalmum, vel Lectiones post Completorium, separans Lectiones à Psalmis sine causa, delinquit venialiter; cum causa nec venialiter; puta si careat Nocturno, habens Diurnum potest dicere Horas, dicturus deinde Matutinum, Lectiones. Causa est major commoditas, vel nè tempus amittat; sufficit enim si totum Officium legat, & à veniale quælibet causa, etiam levis excusat. Cajetanus *loco cit.*

3404 Aggrediens Chorum potest recitare Psalmū, qui tunc recitatur, postea alios privatim.

Aggrediens Chorum potest recitare à Psalmo, qui tunc recitatur, suppleturus deinde privatim idem in Choro recitatum. Bonac. *de Horis Canonicis disp.1.qu.3.puncto 4.num.5.* Diana *par.2.tr.5.resol.16.* Lessius *lib. 2. c.23. dub.12. num.* 80. Reginaldus *tom. 2. lib. 8. num.* 166. Squillante *de obligationibus Clericorum dub.24. num.47.* Villalobos *tom.1. tr.24.dub.13.num.1.* Gobat *tr.5. Theologia num.664.* dicens esse ferè omnium. Excobar *tract.5. examine 6. num.60.* Layman *lib.4. tr.1. c.5. num.7.* Palaus *tract.7. disp.2.puncto 4.* Binspheldius in *Enchyridion par. 4.c.6.conclus.7.*

Hinc resolvitur:

An peccet lethaliter legens crastinum ante hodiernum Officium tempore legitimo, puta duas horas post meridiem?

NEga: quia nulla lege sancitum hodiernum ante crastinum Officium recitandum intra tempus habile pro utraque Officio. Immò nec est veniale, si adest aliqualis causa, puta majoris commoditatis, vel opportunitatis. Vasqu. *opusculo de beneficiis cap.4. §. 1. art.2. num.66.* Suarius *to.2.de Religione lib.4.c.24.num.3.* Villalobos *to.1.summa. tract.4. dub.13.num.1.* Reginaldus *tom.2.lib.18.num.180.* Gobat *tract.5. num.666.* Caram. *Regular.num.1428.* qui rectè *num.1441.* contra Sanch.*lib.7.opusculorum. c.1. dub.38. num.2.* Armillam v. *Missam. num.42.* ait nec venialitèr peccare Celebrantem non prærecitato Matutino, etiam sine causa; quia nullius præcepti adest oppositum, & rubrica est de consilio, & Missa ab Horis independens. Contra Cænodum, & alios ajentes esse mortale. (58) 3405 Recitans crastinū ante hodiernū Officium, sed tempore legitimo non peccat lethaliter.

An liceat mutare unum in aliud Officium ordinarium non privilegiatum?

§. V.

DIstinguas: vel deest causa, vel adest causa rationabilis. 3406 Sine causa non licet mutare unū in aliud Officium ordinarium non privilegiatum.

Si deest causa: nega, estque venialis mutatio.

Si adsit causa: affirma licere etiam sine veniali. Valentia *tom.3. disp.3. qu.2. de Oratione puncto 10. §.circa tertium*, dicens, Pium V. decrevisse tantùm recitandum esse secundum formam Breviarii Romani, sivè de uno, sivè de alio Sancto ibi notato, ad excludenda alia Breviaria. Vega in *Summa par.5. cap.18. casu 17.* Lessius *lib.2.de justitia cap.37. dub.17.num.77.* dicens, non esse præceptum recitandi hoc, non aliud Officium, sed esse modum accidentalem obligantem ad summum sub levi. Cajetan. v. *Hora, §.quoad secundum*, ubi Armilia *num.7.* Sotus 10.*de justitia qu.5.art.4.* Sylvester v.*Hora qu.12. num.15.* dicens, non dari præceptum de determinato Officio. Sanch. dans plures *tom.2. Opusculorum lib.7.c.2.dub.27. num.2.* Layman *lib.4.tr.1.c.5.n.4.* Zerola in *praxi par.1. v.Hora Canonica num.6.* Medina *de Oratione quæst. 10. diffic. 10.* dicens communem omnium. Azorius dicens communem, *par. 1. lib.10. cap.19. qu.2.* Diana *par.2.tract.12. resol.3.* Villalobos *par.1. tr.24.diffic.13.num.2.* Ludovicus à S.Joanne *qu. un. de Officio Divino art.10. dub.10.* Quintanadueñas *qu.1.tr.8.singulari 9.* Pellizzarius *tom.1. tr.8.c.8.sect.2.num.70.* Leander *loco cit. qu.27.* dicens, modum non cadere sub præcepto. Tancredi *de Religione lib.4. disp.72. quæst.1. num.1.* Quarti *ad rubricas par.1.tit.2. lib.2.* Rodriqu. *tom.1.qu.42. art.8.* Diana *par.11.tr.4. §.confirmatur.* Gobat *tr.5. Theologia num.* 808. dicens speculativè, & practicè probabile. Cardenas *tr.4.disp.33.num.42.&* 64. Anton.à Spir.S.*loco cit.num.69.* Pilaya *lib.3.dec.1.num.206.* Caram. *Regular.num.1387. & n.1388.v.rogas*, asserens veniale mutare in breviùs Officium. Bassæus in *Floribus pagina* 351. volens, Officium pro Officio etiam breviori, etiam data opera posse recitari.

(58) Etsi sit licitum cum causa, juxta laudatos DD. recitare crastinum Officium intra legitimum tempus, antequam persolvatur hodiernum: Tamen numquam licet unica recitatione Officii, satisfacere oneri recitationis hodiernæ, & crastinæ, ut asserebant falsò DD. aliqui, quorum propositio damnata est ab Alexandro VII. ordine 35. ubi: „ Unicu Officio potest qu s satisfacere duplici præ„ cepto pro die præsenti, & crastino " quam [illegible] pugnat Auctor in sua *Anacep. num.628.*

eitari. Et sic posse fieri de dupilci, quando est simplex, vel semiduplex, & è contrà; quia levis mutatio, etiam facta in Choro sine scandalo. Tancredi *loco cit.* qui docet nec esse veniale, si fiat ex majori devotione. Laylverz in *Optice specula* 59. *instructione* 12. *pagina* 214. Layman *lib.* 4. *tr.* 1. *c.* 5. *num.* 3. quasi præceptum de re levi cedat majori bono devotionis. At id displicet Caramueli *loco cit. num.* 1388. v. *respondeo negativè*; quia contra obedientiam etiam in re levi nulla devotio. Verùm si devotio non vulgaris, sed intensa sit, posse licitè illud fieri, ait Gobat *tr.* 5. *num.* 911.

3407 DD. alii contrarium tenent. Contra Toletum *lib.* 2. *Summæ c.* 13. *num.* 5. Garziam *de beneficiis par.* 1. *c.* 1. *num.* 50. Busenbaum *lib.* 4. *Medulla cap.* 2. *dub.* 2. §. 4. ajentes, istam mutationem lethalem.

Contra Suarium *tom.* 2. *de Religione lib.* 4. *de Horis Canonicis c.* 23. Filliucc. *tr.* 23. *num.* 228. ajentes lethale, nisi mutatio fiat in Officium æquivalens. contra Navarrum *de Oratione c.* 19. *num.* 217. Sanch. *lib.* 7. *Opusculorum c.* 2. *num.* 25. Aragonium 2. 2. *qu.* 83. *art.* 2. *dub.* 5. ajentes, lethale frequenter mutare, at non esse lethalem mutationem raram, bis scilicet, vel ter in anno, & ut magis probabile sequitur Gobat *tr.* 5. *num.* 885. ajens mortale perpetuò, veniale rarò mutare. Contra Bassæum *tom.* 2. v. *Hora num.* 7. Torres, & alios, volentes lethalem mutationem factam in fraudem, vel notabili quantitate, vel in solemnitatibus, ut si Officium Nativitatis dicatur in Quadragesima; putant tamen non esse gravem defraudationem mutare ferialem in Officium de Sancto.

3408 Rationes adducuntur. Probatur primo, quia est levis materia talis ordo; ergo obligat sub levi, non sub gravi. Consequentia est bona; quia, ut dictum est *de Legibus*, res levis nequit præcipi sub gravi. Antecedens probatur, quia talis modus non conducit graviter ad bonum publicum, nec ad ornatum Ecclesiæ: Et uniformitas non est servanda sub gravi, quia plures in eadem Civitate, in eadem Ecclesia, eodem die diversas recitant Horas ob contingentes in dies casus: Nec est ad bonum commune; aliàs non tam facilè, etiam in Choro diversitas Officii in recitando adesset; præceptum ergo est, ut recitetur Officium Breviarii Romani, & modus, qui ut plurimum non servatur, & est diversus in eadem Civitate, Ecclesiis, Collegiis, Religionibus, erit res levis.

Probatur secundo, quia in dubio ad benigniora declinandum. *l. in ambiguis. l. semper, D. de regulis juris* Et in dubio onera non imponenda. *l. Arianus.* 46. *D. de actionibus, & obligationibus*; & pro libertate ab onere respondendum, ubi jure oppositum non demonstratur. *c. fin. de transactionibus.* Cùm ergo in re ad summum tale præceptum sit dubium Doctoribus, pro utraque parte contendentibus, dicendum est tale præceptum non extare.

Tertio probatur, quia tale præceptum non extat; nec ante, nec post prohibitionem Pii V. Non ante, ut ex se patet. Enim verò in *c. de iis.* 13. *in c. fin. dist.* 12. *in c. convenit.* 12. *in c. in die.* 14. *de consecratione. dist.* 5. & in *Clem. dignum. de celebratione Missarum*, tale præceptum non invenitur. Immò tres primi Canones citati non sunt Concilii Oecumenici, sed Provincialis Toletani, Bracarensis, Agathensis; & sic non obligarent totam Ecclesiam. Insuper textus in *can. placuit. dist.* 12. *in c. convenit. de consecrat. dist.* 5. agit de Officio publico, non privato, & ordinem communem, non præceptum indicat, & exigunt conformitatem in substantia, quæ non tollitur mutatione unius in alterum Officium Breviarii Romani.

Idem est in *c. in die. de consecrat. dist.* 5. ubi decernitur, quod est servandum Romæ, verbumque statuendi, quo utitur ibi Gregorius VII. non indicare præceptum, ait Vasq. Suarius, Bonac. Tanderus.

Similiter nec efficit *Clem. dignum. de celebratione Missarum.* Nam ibi omni culpa caret domesticus recitans Officium Episcopi, & Cardinalis, cujus est domesticus.

Nec post Bullam Pii V. nam per dictam Bullam solùm præcipitur recitare Officium Breviarii Romani, ut tollatur difformitas, qua quivis in propria Diœcesi proprium Officium conficiebat: sic mandat etiam recitari Missam juxta formam Rubricæ Missalis Romani; & tamen potest recitari de Sancto in die feriali. Et sic Valentia *tom.* 3. *disp.* 6. *qu.* 2. *puncto* 10. Vasq. *de beneficiis c.* 4. §. 1. *art.* 2. *nu.* 59. Grassius *lib.* 2. *c.* 53. *num.* 22. Gobat *tr.* 5. *Theologiæ num.* 882. ait non extare præceptum non mutandi Officium pro Officio ejusdem Breviarii Romani.

Mea sententia est non esse mutandum, nec posse recitari Officium pro Officio. Idque ad servandam majorem Ecclesiæ uniformitatem, & usum: qua ratione videas primam sententiam contra difformitatem foventem. (59)

Quæ causa excuset à veniali in recitando unum pro alio Officio?

Quævis causa honesta excusat, etiam levis: puta defatigatio, somnulentia, necessitas studendi, docendi, itinerandi, concomitandi, vel si adsit major devotio, vel difficultas inveniendi Officium currentis diei. Palaus *tr.* 7. *disp.* 2. *puncto* 2. *num.* 32. Vasq. *de beneficiis cap.* 4. §. 1. *dub.* 2. *num.* 66. Fagundez *præcepto* 1. *Ecclesiæ lib.* 3. *c.* 21. *num.* 32. Gobat *tract.* 1. *Theologiæ num.* 915. 3409 Quævis causa honesta excusat à recitando uno pro alio Officio.

An recitans ex ignorantia culpabili unum pro alio Officio, teneatur repetere?

Nega: etiam cognito errore; nam probabiliter satisfecit præcepto: & non repetitio, sed dolor, & Sacramentum tollit peccatum veniale jam commissum. Gobat *tr.* 5. *num.* 911. post Leandrum *qu.* 46. 3410 Ex ignorantia culpabili recitans unū pro alio, non tenetur repetere.

An in tali veniali detur magis, & minus?

Nega: nam tota malitia indivisibiliter est in transgressione novi præcepti, in quo non est magis, & minus. Caramuel *Regular. num.* 1401. 3411 Non datur magis, & minus in tali veniali.

An

(59) Ad majorem hujus quæsiti dilucidationem Auctorem consule in sua *Anacephaleosi tit.* 11. *de recitatione Divini Officii* Propos. damnatam ab Alexandro VII. in ordine 34. discutiens, quæ sic habet: „ In „ die Palmarum recitans Officium Paschale, satisfacit præcepto: „ ubi damnando dictam Propos. asserit pro toto anni tempore non currere posse mutari Officium pro Officio, aut saltem tunc servandam esse quantitatem juxta Rubricas Breviarii, ut à *num.* 623. ad 627.

An ex oblivione recitans hodiè Officium, omisso festo currente, valeat cras recitare Officium Sancti omissi?

3412 Valet cras recitari Officium omissum ex oblivione, quod hodie recitari debebatur.

AFfirmat Cotonius *vol.1.lib.3.c.3. num.*63. Leander *par.1. tr.*8.*disp.*3. *qu.*47. dicens, id necessariò faciendum. Gobat dicens probabile *tr. 5. num.* 628. contra Quintanadueñas *tract.7.singulari* 14. Tamburrinum 6. *Decalogi c.5.§.2. num.* 29. Lugonem *lib. 5. responsionum moralium dub.* 8. Nam Sanctus semel in anno habet, veluti jus legale, ut recitetur ejus Officium, quando sublato impedimento recitari valet, ut patet in Sanctis, quorum Officia transferuntur, & à veniali excusat legitima causa ignorantiæ, quæ nequit præjudicare Officio recitando.

An dicens de feria Matutinum, deinde advertens currere duplex, valeat sequentes Horas dicere de Sancto currenti?

3413 Quid si dicto Matutino de feria advertat currere duplex?

DIstinguas: vel dicimus tot præcepta, quot sunt horæ, vel unum esse præceptum.

Si unum, debet prosequi inceptum, vel reincipere ab initio Officium Sancti currentis; nam si Horas de Sancto Officii de feria recitaret, non satisfaceret præcepto; quia recitaret duo Semiofficia non præcepta. Caram. in *Regular.n.*1403. Quintanadueñas *tr.7.singulari* 10.

Si verò dicamus tot esse præcepta quot Horæ, tunc liberè potest dici Horas de Sancto, nè magis scienter deindè erret. Tancredi *disp.* 11. *qu.*1. *num.*12 Gobat *tr.5. Theologiæ num.*642. citans tres Doctores. Lugo *lib.5. Moralium dub.* 8.*num.*21. dicens sub veniali errorem corrigendum recitando Officium de festo currenti.

Liberum tamen est cuilibet sequi modò unam, modò alteram ex istis sententiis probabilibus; ut probat *nona mearum Selectarum num.* 498. Licèt nunquam repetendum ab initio cum Lessio, & Tamburrino, velit Gobat *tr.5.num.*643.

An cras profecturus ad locum, quo recitatur de Sancto, de quo non recitatur ubi est hodie, possit recitare Vesperas hodie, & Matutinum serò de illo Sancto?

3414 Potest, sed non tenetur quis hodie dicere Officium Sancti illius loci, ad quem cras est profecturus.

AFfirma liberè posse, non autem teneri recitare de Sancto loci, ubi erit cras; quia hodie non ligatur lege loci, ubi cras erit: liberè tamen potest de illo Sancto recitari; nam nullo jure prohibetur: & Vesperæ pertinent ad Officium crastinum, quod valet anticipatè recitari. Tamburrinus 2.*Decalogi c.5.§.2.num.*22. Antonius à Spir.S. *par.3. Directorii tr.3. disp.3. num.* 82.

Si tamen hodiè recitavit de feria Vesperas, & Matutinum crastinum, liberè potest prosequi inceptum Officium, vel recitare quod superest cras de Sancto, quò perveniet.

Et si volens cras pergere, dicat de Sancto, de quo celebratur Officium crastina luce, & deinde mutat voluntatem, & non pergat ad illum locum, eodem modo poterit prosequi idem Officium, vel dicere reliquum de festo loci ubi manet. Anton. à Spir.S. *loco cit.* qui cum Pellizzario *tr.5.c.*8.*num.*576. asserit sine lethali posse recitari Ritu duplici Officium recitandum Ritu semiduplici.

An recitans cum privilegiato brevioris Officii, satisfaciat oneri?

3415 Satisfit recitando cum privilegiato brevioris Officii.

AFfirma: *Clementina dignum. de celebratione Missarum*. Nam recitat Officium concessum, & ut satisfacit recitans cum Blæso, qui omittit magnam partem Officii, ità recitans cum privilegiato brevioris Officii. Henriq. *lib.7. c.*30 *num.*40. Caram. *Regular. num.*1367. Portella in *dubiis Regularibus*, v. *Hora Canonica num.* 8.

Ex dictis, secularis in Sacris legens cum Religioso satisfacit oneri, etiam sine veniali, si revera sit Officium Canonicum.

An extra Chorum liceat omnibus Religiosis uti Breviario Romano?

3416 Extra Chorum omnibus Religiosis licet uti Breviario Romano.

AFfirma: Portella v. *Horæ Canonicæ num.*9. Rodriq. *tom.3. Summæ cap.*195. Sà v. *Hora num.*6. Lessius 2. *de justitia cap.*37. *dub.*12. *num.*74. quia omnes sunt subditi Romano Pontifici, & proprio uti fuit permissio, non præceptum. Et sic meliùs Romano, quàm proprio uteretur ob uniformitatem Ecclesiæ; Sicque Benedictinus posset Romano uti, meliùsque recitaret, ait Caram. *Regular.num.*1392. Breviario juxta formam Pii V. quàm Sancti Benedicti; Idemque de aliis Religiosis: & unum posse alterius Ordinis Breviario uti, quia impletur substantia rei præceptæ, & modus levis, leviter attingitur à præcepto; videlis Caramuelem *num.* 1394. & 1398.

An Clericus secularis satisfaciat præcepto uno, vel altero die recitans Breviario Dominicano?

3417 Videtur Clericum secularem satisfacere utendo semel, bis Breviario Dominicano.

AFfirma, quia quoad substantiam est Breviarium Romanum à Sede Apostolica non reprobatum; & sic leviter peccare ait Navarrus *c.*19.*num.*217. Busembaus *loco cit.art.*4.*in principio*. (60)

Officium Resurrectionis.

3418 Officium Resurrectionis nequit alio tempore recitari.

NEquit recitari alio tempore ex universali Ecclesiæ consuetudine, & ex Bulla Alexandri VII. prohibentis illius recitationem in die Palmarum. Diana *par.*10. *tr.*11.*resol.*16. Caram. *Fundamentali num.* 1480. & *Regular. num.*1401. contra Leandrum *tom.*2.*disp.*13.*qu.* 23. Acacium *tom.*2.v. *Horas Canonicas resol.*58. ajentes, non esse mortale recitare Officium Resurrectionis alio tempore. (61)

An autem fructus recitationis, recitans possit alteri applicare?

3419 Fructus recitationis potest alteri applicari.

AFfirma: nam id non invenitur prohibitum. Gobat *tr.5. num.*778.

De Sacramento Matrimonii.

TITULUS XII.

3420 Unde Matrimonium dictum, variæque acceptiones.

MAtrimonium dictum à *Matre*, & *monos*, quia una unius viri conjux mater filiorum: à nubendo connubium, quia velo veluti nube tecta in benedictionibus nuptialibus, & nuptiæ à conjungendo conjugii nomen sumens. Matrimonium dicitur etiam *Connubium*, quia vir,

(60) Vide superiores notas.

(61) Vide Auctoris *Anacephaleosim à num.*618. & in *Selectis quæst.*10 §.6.*num.*524.

vir, & femina simul nubunt. *can. connubia.* 32. *qu.* 4. Dicitur etiam *conjugium* à conjungendo, quia contractu matrimonii conjunguntur. *l. in eo jure.* 45. *D. de ritu nuptiarum.* Differt à patrimonio comprehendens divitias, quia viri est divitias cumulare, uxoris filios gignere, dolore parere: Unde matrimonium quasi matris officium dixit meus Caramuel *Fundamentali n.*3679. Dicitur à matre, non à patre, quia finis est prolificatio, in quo ut dolores mater: ità honoris nomen deportare debet. *cap.2. de conversione infidelium.* Valascus in *l.impium. num.*7. *D.de jurisd. omnium judicum*; In quo cedit regula: Denominatio sumitur à nobiliori, qualis est vir. *l.1. D.de Senatoribus. l.in multis, D. de statu hominum.*

3421 Matrimoniū ut contractus, & ut Sacramentū valet considerari.

Matrimonium dupliciter considerari potest. Primo, ut Contractus inter marem, & mulierem Secundo, ut Sacramentum; matrimonium namque est contractus legitimus à Christo Domino elevatus ad rationem Sacramenti: Nos primam Inspectionem convertamus ad rationem contractus. Secundam ad rationem Sacramenti.

Matrimonium ut Contractus.

CAPUT I.

3422 Ut contractus definitur.

DEfinitur: *maris, & feminæ legitima conjunctio spontanea, reciproca, individuam vitæ consuetudinem retinens. cap. illud. de præsumpt.* sivè est *consensus legitimus, reciprocus, deliberatus, spontaneus ex se indivisibilis respiciens procreationem prolis. l.1. D.de ritu nuptiarum, §.1.de patria potestate. can.*1.27.*qu.*2.*l.cum vir, D. de adulteriis.* 1. ad Corinth. 7. Magister in 4.*dist.*27. ubi Scotus *qu.*1.

3423 Sit juxta leges.

Dicitur *legitima conjunctio*, quia debet esse conjunctio legibus naturalibus, positivis probata, excludens contrahere nequeuntes.

3424 Et spontaneum.

Dicitur *spontanea, reciproca*, ut excludatur à ratione matrimonii consensus indeliberatus, vel coactus. Estque hæc conjunctio animorum per se obligans, etiamsi desit conjunctio corporum. *l.nuptias. D.de regulis juris. can. sufficiat.* 27. *qu.*1. qua ratione inter Beatissimam Virginem, & S. Joseph adfuit verum vinculum matrimonii.

3425 Et indissolubile.

Ly *individuam vitæ*, &c. Indicat matrimonium quoad vinculum ex se esse indivisibile; idque est proprium hujus contractus, ut nequeat dissolvi mutuo consensu, aut decreto Judicis: licèt possit dissolvi ex aliis legitimis canonicis causis. *cap. lator. de sentent. & re judicata.* In quo differt hic ab aliis contractibus, qui mutuo consensu possunt fieri, & dissolvi; Unde in contractu matrimonii corruit regula prima juris: *ex causis, ex quibus nascitur res, resolvitur. cap.2.de regul.juris in 6.*

An hic contractus sit licitus?

3426 Contractus Matrimonii à Deo institutus, ideòque licitus.

AFfirma: & fuit à Deo primò institutus. Genesis 1. 2. & 9. Matthæi 19. 1.ad Corinth. 1. ibi: *quod Deus conjunxit.* Contra Simonem Magum, & Saturninum ponentes feminas communes, & sic dicentes matrimonium superfluum. Contra Priscillianistas, Manichæos volentes, sceleratam omnem, etiam matrimonialem copulam.

An Deus potuisset separabiliter instituere rationem contractus à ratione Sacramenti?

3427 Contractus potuit à Sacramento Matrimonii separari, ut erat ante Christum.

AFfirma: nam nulla inde contradictio, & ante adventum Christi Domini extitit contractus sine ratione Sacramenti: ità nunc potuisset à Christo Domino institui. Caramuel *Fundamentali num.* 3717. *§. ego autem*, rectè tunc dicens *num.* 3718. in ratione contractus destituti à ratione Sacramenti lege laica regulari. Sed difficultas est:

An inter Christianos de facto possit subsistere matrimonium ut contractus, non ut Sacramentum?

3428 Disputatur nūc an inter fideles possit haberi Matrimonium ut cōtractus, non ut Sacramentum.

AFfirmat Vasq. *to.*2.*in* 3.*par.qu.*38. *disp.*138. *c.*5. Pontius *lib.*1.*c.*9.*num.*9. Diana *par.*3. *tract.*4.*resol.*255. Cotonius in *Summa*, v.*matrimonium num.*2. Hurtadus, Amicus, Perez *locis citandis*; Et esset, si nollent contrahentes Sacramentum conficere, sed contractum contrahere vellent: moventur; quia non constat à Deo inseparabiliter institutam rationem contractus à ratione Sacramenti.

Negat Sanch. 1. *de matrimon. lib.*2. *disp.* 10. *num.*6. Suarez *tom.*1. *de Sacram. qu.*64.*art.*10. *disp.*13. *sect.*2. Valascus *resol.*232.

Utrumque probabile ait Palaus *disp.*2. *puncto* 2.*num.*5. Leander *par.*2.*tract.*1.*disp.*4.*qu.*7.

3429 Auctori arridet nō posse separari ratio contractus à ratione Sacramenti.

Nobis iter undique invium per acclivia difficultatum videtur. Nam si dicamus posse subsistere rationem contractus sine ratione Sacramenti, jam dicerent concubinarii se non esse fornicarios, quia contractum, non Sacramentum inierunt, quod absurdum est, & ratio, quæ evincit conjunctionem illam illicitam, evincit etiam non esse validam separationem contractus à Sacramento, & sic melius est negare validum contractum, qui non fit Sacramentum matrimonii inter Catholicos; Itaut ubi deest ratio Sacramenti defectu intentionis, desit etiam ratio contractus, tanquam contra leges initi.

Deus ergo elevans contractum ad rationem Sacramenti, eximens illum à potestate laica, noluit esse validum qua Sacramentum deficiente ratione contractus.

An, & quo jure matrimonium ut contractus, sit indissolubile?

3430 Matrimoniū respicit prolificationē.

MAtrimonium præcisa lege Divina positiva, considerata lege naturali, est contractus respiciens prolificationem, & sic exigit totum id essentialiter, quod prolificationem exprimit. Indissolubilitas autem prolificationem non constituit; unde sit:

An matrimonium præcisa Divina Lege sit indissolubile?

3431 Præcisa Divina Lege Matrimoniū non videtur indissolubile.

NEga: Sanch. 2.*de matrim. disp.*13.*n.*7. dans viginti sex DD. Coninck *disp.* 26. *dub.*2. Cajetanus *opusculo de matrimon. tract.*28. Abulensis 1.Regum *c.*8. 97. 98. & 99. & alii plures. Contra Scotum in 4.*dist.*26.*quæst.*1. *§.ad solutionem primi.* Leandrum citantem undecim Doctores *tom.*2. *disp.*5. *qu.* 2. Meratium *tom.* 3. *de matrimon. disp.* 2. Bonacin. *de matrimon. qu.* 2. *puncto* 11.*num.*2.

Rationes adducuntur.

Probatur primo ex *cap.quanto.*7.*de divortiis*, ubi, matrimonium legitimum, etiam consummatum solvitur, si alter conjugatorum baptizetur, & alter nolit cohabitare, aut velit, sed cum injuria Dei.

Secundo probatur ex *c.verum.*2.*cap.ex publico.*7. *cap. ex parte.* 14. *de conversione conjugatorum*, ubi, matrimonium ratum dissolvitur, si

elter profiteatur approbatam Religionem ; ergo matrimonium non est essentialiter jure naturali indissolubile.

Probatur tertio ex Martino Perez *de matrimon.disp.20.sect.2.num.4.* quia si matrimonium jure naturæ esset indissolublie, dissolutio esset illicita viventibus contrahentibus, & nullo jure humano posset dissolvi, ut nunquam licet mendacium Jure Divino prohibitum. At id falsum, nam jure veteri repudio dissolvebatur, & de facto dissolvitur matrimonium ratum professione. *d.cap.quanto.7. de divortiis.cap.verum. 2. cap.ex publico.7. cap. ex parte. 14. de conversione conjug.* Trident. *sess.* 24. *de matrim. cap.*6. ubi professione dissolvitur ; ergo non est essentialiter indissolubile.

Probatur quarto, quia est contractus liberè initus, ordinatus ad prolificandum, ut finis operis, licèt Legislator alium finem possit adjicere, ut etiam contrahens, qui sit finis operantis, non operis. Contractus verò ex se essentialiter indissolubilis non est.

Objectis fit satis. Nec officit educatio prolis, quasi requirens indissolubilitatem, ut arguit Sanch. 2.*de matrimon.disp.7.num.*13.

Nam contra primo, ex Caramuele *loco cit.* quia hinc sequeretur Deum debere reddere conjuges immortales : Deus enim constituens matrimonium, constituit quòd matrimonium est necessarium pro educatione ; ergo si indissolubilitas est necessaria, debuisset arcere mortem dissolutivam nuptiarum ; cùm magis mors, quàm sola separatio educationi opponeretur, nam à viro vivo dissoluto matrimonio, non à mortuo juvari posset ; ut ergo mors conjugum non est contra matrimonii naturam: ità nec dissolubilitas.

Secundo contra est, ex Martino Perez *loc.cit.* quia educatio prolis non requirit perpetuitatem, & insuper educatio cessat in sterili, & in illa, quæ non concipit ; ergo quantum ex hoc cessaret finis legis naturalis sancientis indissolubilitatem nuptiarum: Ergo ut contractus matrimonium ex se essentialiter præcisa lege positiva Divina dissolubile esset.

Matrimonium ut Sacramentum.

CAPUT II.

An sit Sacramentum?

§. I.

3422 De fidè est Matrimoniũ esse Sacramentum. EST Sacramentum institutum à Christo Domino. Matth. 19. Concil. Florentinum in *Decreto Eugenii.* (1) Trident.*sess.*24.*in princip.* Est verè, & propriè Sacramentum. Trid. *sess.*7. *can.* 7. & sic supponit Baptismum ; itaut non baptizati sint incapaces. Pontius *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 4.

Quid sit?

§. II.

3423 Ejus definitio adducitur. DEfinitur: est *signum sensibile practicum ad placitum gratiæ sanctificantis conjuges, conjunctione respiciente procreationem sobolis ex Divina institutione.* Major.in 4.*dist.*26. *quæst.*1. Rebellus *lib.*2.*qu.*1.*num.*5. Trid.*sess.*24.*in princip.* Marci 10. Matthæi 19. ubi, est Sacramentum à Christo Domino institutum, quando dixit Christus Dominus, *quod Deus conjunxit*, &c. Joannis 2. Est verè Sacramentum. Tridentinum *sess* 7.*can.*7. adeòque ut Sacramentum tantùm à baptizatis recipitur. Valq. *de matrimon. disp.*2. *c.*2.*num.*11.

Est contractus unus reciprocus, unum Sacramentum, conferens gratiam utrique contrahenti non ponenti obicem, & si velis contractum hujusmodi onerosum esse duplicem, duplex erit Sacramentum ratione contractus, cui accedit, ac cohæret Divina institutione. 3424 Confert gratiam utrique contrahenti disposito.

In Matrimonio quid sit Sacramentum, quid res Sacramenti, quid res, & Sacramentum?

§. III.

SAcramentum est signum sensibile significans gratiam. 3425 Ut Sacramẽtum est signum sensibile, ut res & Sacramentũ est vinculũ.

Res, & Sacramentum est vinculum; in quantum significat conjunctionem Christi cum Ecclesia est Sacramentum: in quantum vinculum significatum ab ipso contractu est res, ut effectus significatur à causa. Antonius à Spir. S. *tract.*9. *num.*10.

Hoc Sacramentum tria specialiter indaganda suppeditat. Primo est indaganda Indissolubilitas. Secundo Materia, & Forma. Tertio causa efficiens, ubi ejus Impedimenta dirimentia, & non dirimentia, ubi de Dispensatione impedimentorum, magna rerum, & difficultatum recrudescentium, undique suppullulantium ubertas; rem igitur opere compleamus.

Matrimonii Indissolubilitas.

CAPUT III.

Quo jure sit indissolubile?

§. I.

MAtrimonium jure Divino ex se indissolublie ; quondam etiam ut contractus, nunc etiam ut Sacramentum. Matthæi 8. & 19. ibi : *quod Deus conjunxit*. Marci 10. Lucæ 16. 3426 Matrimoniũ Jure Divino est indissolubile sivè ratum, sivè consummatum.

Matrimonium consideratur primo ratum. Secundo consummatum, utrumque ex se indissolubile, quia utrumque repræsentat conjunctionem Christi Domini cum Anima, cum Ecclesia. ad Ephes.6.

Primo in campum cum hæreticis progrediamur. Secundo cum Catholicis litem componemus.

An Matrimonium consummatum sit in omni casu indissolubile viventibus conjugibus?

§. II.

AFfirma Triden. *sess.*24.*can.*5.*&* *can.*7. 1.ad Corinth. 7. Matthæi 8. & 19. Marci 10. Lucæ 3427 Matrimoniũ cõsummatũ viventibus conjugibus semper indissolubile.

(1) Doctrina de Sacramento Matrimonii in sæpius laudato Decreto Unionis Armenorum Concilii Florentini hæc est : „ Septimum est Sacramentum Matrimonii, quod est signum conjunctionis „ Christi, & Ecclesiæ, secundum Apostolum (ad „ Ephes.5. v.32.) *Sacramentum hoc magnum est, ego* „ *autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Causa efficiens „ Matrimonii, regulariter est mutuus consensus „ per verba de præsenti expressus. Assignatur au„ tem triplex bonum. Primum est proles suscipienda, & educanda ad cultum Dei. Secundum „ est Fides, quam unus conjugum alteri servare „ debet. Tertia indissolubilitas Matrimonii, pro„ pter hoc, quod significat indissolubilem conjun„ ctionem Christi, & Ecclesiæ. Quamvis autem ex „ causa fornicationis liceat thori separationem fa„ cere : non tamen aliud Matrimonium contrahe„ re fas est : Cùm Matrimonii vinculum legitimè „ contractum, perpetuum sit.

Lucæ 16. ad Romanos 3. ibi: *quamdiù vir ejus vivit*. Sanch. dans vigintiseptem Doctores 2. *de matrimon. disp*. 16. *num*.7. contra Lutheranos, Calvinistas, Anabaptistas, volentes dissolvi ob adulterium, ob longam absentiam, ob molestiam conjugis. Ut enim Christus Dominus ab Ecclesia numquam separatur, ità nec vir ab uxore.

An ob adulterium dissolvi valeat vinculum matrimonii rati, vel consummati ?

3418 Neque ob adulterium dissolvitur. NEga: contra Lutherum, Chemnitium *par*. 2. *examinis Concilii Trident. tit. de matrimon. can*. 7. Harpprettum *tom*. 1. *Institutionum*. § *sunt autem num*.35. *de nuptiis*.

Probatur primo Lucæ *c*.16.*v*.8.

3419 Scripturis probatur. Secundo Matthæi 10. v. 16. ubi, mœchus est ducens dimissam ob adulterium; ergo adhuc remanet vinculum matrimonii, nam aliàs non esset mœchus. ad Romanos 3.v.2.& 3.ibi *quamdiù vir ejus vivit.can.quod Deus*.32.*qu*.2.*cap*.2. *de divortiis*. Trident.*sess*.24.*can*.5.*& can*.7.

Et rationibus. Et ratio id suadet, quia aliàs aperiretur via dissolvendi nuptias etiã consummatas facto, vel confitto adulterio, & nocens licitè commigraret ad alias nuptias, lucrum ex iniquitate reportans. Contra *legem.cum fraudantur*.134. *D. de regul. juris*. Dices cum Harppretto *loco cit. num*. 35. obstat Matthæi 5. v. 32. ibi: *quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur*; ergo dimittens ob fornicationem, & aliam ducens, non mœchatur.

Respondetur primo, argumentum probare Catholicam nostram veritatem, quia si matrimonium ibi adulterio fuisset solutum, non diceretur adulterum ducens dimissam; ergo ibi est divortium ob adulterium, non dissolutio matrimonii.

Secundo respondetur, argumentum à contrario sensu, ex Matthæi 19.v.9. aliquid non evincere, quando in oppositum est jus certum, ut in re. Bolognetus in *l*.1. *num*.84. *D. de officio ejus*. Menoch.*lib*.3.*consil*.277.*num*.47.

An Summus Pontifex valeat dispensare, ut dissolvatur matrimonium consummatum ?

3440 Idque neque Papa dispensare valet. NEga: quoad obligationem contractus, idem quoad vinculum, quia est Juris Divini. Trident. *sess*.24.*can*.5. Matth.10.v.11. Lucæ 16. v.18. & nequit Summus Pontifex derogare Juri Divino. Idque etiam si matrimonium sit de novo profitentium Christianam Religionem, nam illicò ex legitimo, fit ratum, & consummatum. Vasq. *de matrimon.qu*.2.*cap*.6.*num*.38. Pontius 9.*de matrim.cap*.2. *num*.8. Contra plures apud Sanch.2.*de matrimon.disp*.17.*num*.2. Soccinum *consil*. 28. *volum*. 1. & remanet matrimonium etiamsi alter profiteatur Religionem consensu alterius, vel si uterque Religionem mutuo consensu profiteatur.*cap.debitum.de bigamis*.D.Th. in 4.*dist*.41.*art*.1.*q*.2. *ad secundum*, ubi D. Bonavent. *qu*.2.

An matrimonium ratum dissolvi valeat extraordinaria Divina Summi Pontificis auctoritate.

3441 Etsi ejus extraordinaria Auctoritate videatur posse dispensare in Matrimonio rato. AFfirma: si intercedat legitima causa: puta ad tollendum scandalum, rixas inter cognatos, ex lepra supervenienti, si assumendus sit ad Sacerdotium, Episcopatum, vel Imminéant infelices exitus, &c. Suarez *tom*.3. *de Religione lib*.6. *cap*.17.*num*.21. Vasq.1.2.*disp*.165. c.7. Bonac *qu*.2.*puncto* 11.*num*.4. Martinus Perez *de matrimon.disp*.20.*sect*.7.*num*.2.Antoninus à Sp.S. *tract*.11.*num*.46. Gabr.à S.Vincent. *de matrim.disp*.2.*qu*.4.*num*.29. Sanch.subscribens quinquagintaquinque Doctoribus 2.*de matrim. disp*. 14. *num*.2. contra undeviginti Doctores apud Sanch. *loco cit. num*. 11. Pontium *lib*. 9. *cap*.3.*num*.3. Beccanum *cap*. 47. *qu*.4. *num*.11. Meratium *de matrim.disp*.6.*sect*.6.

Probatur primo, quia ratum non significat conjunctionem Christi cum Ecclesia per assumptionem carnis, quæ unio est indissolubilis, unde effatum: *quod semel assumsit, numquam dimisit, nec dimittet*. Quæ conjunctio significatur matrimonio consummato, ratione cujus fiunt duo in carne una. *cap. debitum*. 5. *de bigamis*. *cap*.2. *de conversione conjugatorum*. *can. lex*. 27. *qu*.2. *can agathosa*.27.*qu*.2. *cap*.*Martinus*. *de cognatione spirituali*; sed significat matrimonium ratum unionem Christi Domini per gratiam cum Ecclesia, quæ licèt cum tota Ecclesia sit indissolubilis, juxtà illud: *ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi*, in casu tamen, & persona particulari solvi valet, & sic matrimonium ratum exprimens talem conjunctionem solubilem in casu particulari, Pontificia auctoritate solvi valet. Unde licet copula non ingrediatur essentiam matrimonii completam eandem in rato, & consummato, ingreditur tamen significationem indissolubilis unionis hypostaticæ, ratione cujus redduntur duo unum indissolubiliter. 3442 Multipliciter probatur

Probatur secundo, quia Summus Pontifex errare nequit in concernendos bonos mores, & peccati evitationem, ut est dispensare, vel non dispensare in re nostra. At de facto dispensavit Gregorius XIII. cum undecim una die; teste Henriquez *de matrim.lib*.2.*c*.8. *num*.11. Glossa *litera F*, Et Pius V. quater dispensavit, teste Navarro in *additione c*. 28. ubi testatur dispensasse multoties Paulum III. & Pium IV. ergo licitè tolli valet matrimonium ratum in casu particulari.

Tertio probatur, quia matrimonium ratum tollitur sequenti professione. Trident. *sess*.24.*de matrimon.c*.6.*cap*.2.*&* 7.*de conversione conjugatorum*; ergo tollitur potestate Pontificia, qua votum solemne professionis matrimonium ratum dirimit. *cap*.2. *de voto, & voti redemtione*; ergo etiam Papa dispensante, cùm eadem hic, & in professione potestas irritandi ratum.

An Episcopus in casu extraordinario rarissimo valeat dispensare in matrimonio rato.

NEga: quia id nunquam scimus attentatum, & sicuti res arduissima, prudentissimè agendum, in rebus arduis supremo Vicario tantum demandata; maximè quia Episcopis permittitur negotiis frequentibus mora secùs periclitantibus subvenire, qualis non est res præsens. Diana *par*.8.*tract*.2.*resol*.64. Martinus Perez *de matrim.disp*.20.*sect*. 8. *num*.2. Anton. à Sp.S. *tract*.8.*num*.52. Gabr.à S.Vinc. *loco cit. num*.30.id probans, quia generalis facultas specialem non includit; & quia id prohibitum in *cap. licet. cap. ex literis. de sponsalibus*. Contra Baunium *tom*.1.*tract*.12.*de matrimon.qu*.5. asserentem, ab Episcopo dispensabile in casu rarissimo, quia in sua Diœcesi potest quod Papa 3443 Numquam tamen Episcopus dispensare valet in matrimonio rato.

in

in Mundo. Barbol. *de potestate Episcopi par.2.alleg. 33.* Cui satisfit posse, sed subordinatè ad Pontificem id prohibentem in *c. licèt, & c. ex literis. de sponsalibus.*

Dissolutio Matrimonii rati sollemni professione.

CAPUT IV.

3444 Professio solennis emittitur in Religione à Papa approbata.

SOlemnis professio est emissa in Religione à Summo Pontifice approbata; de qua est: *An Matrimonium ratum dissolvatur sequenti solemni professione religiosa.*

§. I.

3445 Matrimoniũ ratum valet dissolvi per professionẽ solennem subsequentẽ

AFfirma: patet ex Trident. *sess.24. de matrimon. can.6.* ibi: *Si quis dixerit, matrimonium ratum, non consummatum, per solemnem Religionis professionem alterius conjugum non dirimi; anathema sit. cap.1. cap.ex publico. 7. cap. ex parte. 14. de conversione conjugatorum. can. desponsatam. 23. 27. qu. 2. can. decreta legalia. 24.27. qu.2.* Extravag. *antiquæ. de voto*; Idque ut id esse de fide asseruerit Martinus Perez *loco cit sect.3.num.3.* Gabr. à S. Vincen. *loca cit. qu.5.num.34.*

Et tunc alter manens in seculo liberè potest ad alia vota transire. *d.cap.desponsatam.d.*Extravag. *antiquæ.de voto.*

Quo Jure professio dirimat Matrimonium ratum.

3446 Aliqui dicũt jure humano dissolvi matrimoniũ ratum professione.

NOn Jure Divino, de quo non constat: non ex natura rei, cùm professio non sit incompossibilis cum vinculo nuptiali, etiam consummato, ut patet in profitẽte matrimonio jam consummato: nec ratione voti, quia impediret petitionem, non redditionem debiti, ut patet in voto simplici. Sed jure Ecclesiastico, quo solemnitas professionis dirimit matrimonium. *cap.unico.de voto in* 6. Extravag. *antiquæ.de voto.* Gandavensis *quodlibeto 5.qu.25.* Gabr. in 4. *dist.32.qu.1. art.2.conclus.4.* Vasq.1. 2. *disp.165. cap.20.* Hurtadus *disp.8. difficult.4. nu.17.* Contra Sanch.2. *de matrimon.disp.19.num.2.* dicentem, Jure Divino tollere matrimonium ratum.

Alii Jure Divino.

Contra Durandum in 4. *dist.27.qu.2.num.9.* ubi Sotus ibique *qu.1.art.4.* Cajetanum *tom.1.Opusculorum.de dispensat. matrimonii,* dicentes, ex natura rei. (2)

Alii ex natura rei.

Cujus Religionis, & quæ professio, matrimonium dissolvat?

§. II.

RElígionis approbatæ per Summum Pontificem, & professio solemnis strictâ essentialia tria præcipuè castitatis votum includens, quia hujusmodi perfectè dicuntur Religiones privilegiis gaudentes. Trident. *sess.24. de matrimon. can. 6. cap. 2. 7. & 14. de conversione conjugatorum.* 3447 Religio sit approbata & Professio solennis.

Hinc primo, non dissolvit matrimonium ratum professio mantellatarum Divi Dominici, & Divi Francisci commorantium domi, quia est simplex, non solemne votum. Sotus in 4. *dist. 27.qu.1.art.4.* 3448 Professio devoterũ domi commorantium nõ dissolvit ratum.

Secundo, Ordo Sacer, & Episcopatus nec dissolvit matrimonium ratum ante contractum. Extravag. *antiqua. de voto*, quia non est professio religiosa. 3449 Nec Ordo Sacer, & Episcopatus.

Tertio, Professio Militum Ordinis Calatravæ, Alcantaræ, S. Jacobi non dissolvit matrimonium ratum, quia non continet propriam castitatem, sed solùm conjugalem. 3450 Neque professio Militũ Calatravæ, Alcantaræ, S. Jacobi.

Quarto, professio melitensis dissolvit matrimonium ratum, quia propriè est solemnis, continens propriam castitatem. Sanch. 2. *de matrimon.disp.18.num.8.* Sancius 49. *Select.rum.n.11.* Sacra Congregatio apud Pontium *lib.19.cap.7. num.3.* contra Sarmiento *de redditibus Ecclesiæ par.4.c.1.num.13.* 3451 Sed professio Melitensium Equitum dissolvit matrimonium ratum.

Quinto, vota simplicia Societatis Jesu non dissolvunt matrimonium ratum, quia jura id concedentia tantùm loquuntur de solemni professione, ut probat Sanch. 5. *Decalogi c.1.num.20.* nisi proprio privilegio Societati concesso dissolvatur. 3452 Vota simplicia Societatis non dissolvunt.

Quis debeat profiteri.

§. III.

ALteruter, vel uterque, quia duo vincula magis ligant, & hoc est privilegium concessum professioni solemni. Trident. *sess.24.c.6.* & tam est una solemnis, quàm duplex solemnis professio. Perez *disp. 20. sect. 6. num.19.* contra Cornejum *de matrimon. disp 6.dub.2.* sequutum D.Thomam in 4. *dist.27.qu.1. art.3. qq.3. ad 3.* ajentem, non solvi professione utriusque. 3453 Alteruter, aut uterque conjux profiteri debet.

Tem-

(2) Titulum hunc de Sacramento Matrimonii nodos aliquos ità involutos habere fatentur summi Theologi, quos evolvere ac explicare non levis studii ac laboris est: inter quos profectò est præsens controversia, scilicet quo Jure, Divino, an ex natura rei, vel Pontificio, constante dogmate de indissolubilitate Matrimonii, possit dissolvi quoad vinculum Matrimonium ratum non consummatum per solennem professionem religiosam? Quæ tam perplexa ac difficilis visa est doctissimo Maldonato *tract. de Matrimonio cap. 6.* qui proposita à se ipso argumenta, ex quibus erui videbatur Matrimonium ratum etsi non consummatum prorsus indissolubile esse, adeò inde irrefragabilia reputaverit, & momenta, quibus probatur Matrimonium ratum posse dissolvi per professionem religiosam, parvi fecerit, quin asserere non erubuerit Matrimonium ratum non esse verum Matrimonium: & Ecclesiam ita existimasse cùm decrevit licere post Matrimonium ratum Religionem profiteri altero conjuge invito, & licere alteri adire alias nuptias. Quapropter meritò certi censura notatur à Theologis; quia indè frustrà Tridentinum definivisset Matrimonium ratum posse dissolvi per professionem solennem, si existimasset Matrimonium ratum non esse verum Matrimonium, & dissolvi vinculum ejus per professionem, quod numquam extitisset. Ideò monitum vellem Tyronem nostrum, nè in hujusmodi difficultatum scopulos incidat, ut amplectatur potius sententiam eorum Theologorum, qui optimè docent Traditione Divina Ecclesiam decrevisse Matrimonium ratum non consummatum posse dissolvi per solennem professionem, non verò Ecclesiastico Jure, aut ex natura rei, ut videre est apud relatos à Sanch. loco ab Auctore laudato, cujus sententiæ adheret ferè tota Scotistarum Schola, & novissimè invictè evincunt præ ceteris doctissimi Viri Honoratus Tournely *de Sacr. Matrim. qu.5. art.2. p.164.* & Ludovicus Habert *eodem tract. cap.2. §.7.* Quique tum ex Pontificiis Decretis supra ab Auctore relatis, ubi permittitur alterutri conjugum intra bimestre Matrimonii rati Religionem approbatam ingredi, & profiteri: tum ex penu Ecclesiasticæ Historiæ, ex quo quamplurima antiquissima exempla proferuntur, etiam Apostolorum temporibus coæva, apprimè probant Matrimonium Divina Institutione indissolubile, etsi ratum, non potuisse dissolvi per professionem solennem humana auctoritate, sed Divina: juxta regulam S. Augustini *lib.4. de Baptismo cap.24.* „ Quod universa tenet Ecclesia, „ nec Conciliis institutum, sed semper retentum „ est, nonnisi auctoritate Apostolica traditum rectissimè creditur.

Tempus datum ad ingrediendum Religionem post matrimonium ratum.

§. IV.

3454 Bimestre datur ad ingrediendam Religionem post matrimonium ratum.

Est bimestre, intra quod unus sine altero invito, aut altero iovito potest Religionem ingredi. *cap.ex publico.7.* Ibi: *mandamus quatenùs si prædictus vir ipsam carualiter non cognoverit, & eadem ad Religionem transire voluerit, recepta ab ea sufficienti cautione, quod vel ad Religionem transire, vel ad virum suum redire intra duorum mensium spatium debeat, ipsam à sententia, qua tenetur absolvat, ità quòd si ad Religionem transierit, uterque restituat alteri, quod ab eo noscitur recepisse. de conversione conjugatorum.* Tale bimestre currit de momento ad momentum, constans pro quolibet mense diebus 30. *l.cum bissextus, D.de verbor. signific. Auth. ei, qui. C.de temporib.appellationum.*

3455 Bimestre datur ad deliberandum non ad profitendum.

Et tale bimestre est ad deliberandum an Religionem ingredi velit, non ad profitendum; cùm ad professioneo tyrocinii annus requiratur. Trident. *sess.25.de Regularibus.c.15.* D.Tho. *qu.61.art.2.ad 1.* Coniock *disp. 20. dub.4.* Guttier. *de matrimon.c.54.* contra Ionocentium io *d.cap.ex publico.7.* requirentem bimestre ad profitendum.

Quando incipiat currere bimestre?

3456 Et currit à die initi matrimonii rati.

A Die initi matrimonii rati, non à die benedictionis ouptialis. Sanch. 2. *de matrimon. disp.24.nu.21.* Hurtadus *disp.8.difficult.8.nu.29.* licet Glossa in *d.cap.ex publico, v. intra duorum, in apostilla*, velit currere à die, quo Judex præfigit terminum. (3)

An Judex, Episcopus ex justa causa possit prorogare, & coarctare tale tempus?

3457 Prorogari tamen potest, & coarctari bimestre ex justa causa.

Affirma: nam à lege hoc ei non est loterdictum. *d.cap ex publico*, ubi Glossa *v. intra duorum*. Bossius *de effectibus matrimonii cap. 1. num.56.* dans decem, & octo Doctores. Sanch. *loc.cit.num.11.* Villalobos *tract.13.difficult.12. num.3.* Palaus *disp.3.puncto 2.§.5.num.5.* Gabr. à S.Vinc. *de matrimon.disp.2.quæst.6. num.54.* Anton.à Sp.S. *tract.11.num.63.*

Terminus enim iste est commissus æquitati, & facto Judicis. In *cap.ex publico. de conversione conjugatorum.*

An si post bimestre non sit consummatum, valeat adhuc Religionem ingredi, ac dissolvere matrimonium?

3458 Etiam post bimestre si matrimonium sit ratum, licet ingredi Religionem.

Affirma: quia adhuc remanet matrimonium ratum, professiooe simpliciter dissolubile, cùm desit significatio indissolubilis hypostaticæ unionis inter Verbum, & humanitatem: nisi Judex præfigat terminum. *cap. debitum. 5. de bigamis.* Glossa in *d. cap. ex publico. 7. v. intra duorum*, dicens, ex tunc Judicem debere præfigere terminum peremptorium. Dicastillus *disp.2. de matrimon. num.412.* dans septem Doctores, & communem dicit Anton. à Spir.S. *tract.11.num.64.*

An intra tale bimestre possit negari debitum?

3459 Intra dictum bimestre licet negare debitum.

Affirma: ità ut peccet vir tunc cognoscens invitam uxorem, quia lædit jus uxoris in re gravi, scilicet jus irritandi matrimonium professione, & jus libertatis ingrediendi religionem, corporis iotegritatem servaodi. D.Thom. D.Bonav. & Doctores decem, & septem, quos dat Sanch. 2. *de matrimon. disp.28. num.25.* ajentes rectè, nec teneri reddere, licèt careat voluntate petendi religiooem, quia intra tale tempus fortè voluntas mutatur. Pontius *lib.9. c.10. nu.2. & 5.* Sotus in *4.dist.17. qu.1.art.4.* Perez *loc.cit. num.10.* contra Navarrum *c.16. nu.27.* Rodriq. *tom.1.Summæ. editione 2.c.239.num.2.*

3460 Si pœniteat ante professionem, cogi valet egredi, aut aliam eligere religionem.

Si ingressum aot professionem pœniteat, cogendus est redire ad conjugem, vel aliam eligere religionem, nè sternatur via fraudibus in damnum alterius. Sanch. *loc.cit.num.9.* Pontius *lib.9. de matrim. c. 9. num.10.* Henriq. *lib.11. c.15.num.8.* Coninck *de Sacr.disp.28.n.45.*

An Matrimonium consummatum professione dissolvi valeat?

§. V.

3461 Consummatum tamen nequis solemni professione dissolvi.

Nega. *c.si quis conjugatus.27.qu.2. c.ex publico. 7. de conversione conjugatorum.1. ad Corinth. 7. ad Ephes.5. ad Romanos 9.* oam ratione actualis traditionis mutuo transfertur dominium osus corporis, & sic nequit transferri deinde sub potestate Religionis; cùm oblatio non debeat esse rei alienæ, & ratione commixtionis plenam iodissolubilitatem acquirit, significans indissolubilitatem unionis hypostaticæ. *c. debitum.5.de bigamis.* Sanch. 2. *de matrim. disp.13. num.11.* Henriq. *lib.11. c.2. num.3.* Baunius *de matrim.qu.14.* Camerota *tract.12. c.4. dub.45.* contra plures apud Estium in *4.dist.26.§.6.* Covarr. *2.par. c.7.§.4. n.5.* falsò ajentes, dispensatum à Martino V. & Eugenio IV.

An firmo remanente vinculo Matrimonii consummati, valeant conjuges profiteri Religionem validè.

3462 Non dissoluto tamè vinculo Matrimonii valet uterque, vel unus altero consentiente conjugum profiteri, & qui remanet in seculo sit 60. annorum, & voveat castitatem.

Affirma: quod fit in triplici casu. *c.cum sis. 4. c.ad Apostolicam. 13. c.ex parte. 14. de conversione conjugatorum.*

Pri-

(3) Glosæ doctrina non esset alioquin aspernenda, seclusa communi interpretatione DD., qui præfigerunt bimestre debere currere à die initi contractus; nam ex dicto capite *ex publico 7. de convers. Conjugat.* colligitur tantùm, quòd Judex, mota lite, & causa cognita, debeat conjugi Religionem cogitanti bimestre præfigere, iotra quod Religionem ingredi teneatur; aut illo transacto, statim matrimonium consummare: Ibi enim agebatur de muliere, quæ de matrimonii sui valore litigaverat; damnata itaque matrimonium consummare, recusaverat; Idcircò ab Episcopo Verunensi excommunicata fuit, quæ ad Papam recurrens, dixit se velle Religionem ingredi; ab eo Literas Apostolicas obtinuit, quibus mandabatur Brixiensi Episcopo, ut illi mulieri duos menses præscriberet, intra quos vel ingredi Religionem, vel ad virum suum redire deberet, computandos, non à die contracti matrimonii; cùm ab eo tempore jam elapsi essent menses plures; sed à die, quo Episcopus illi præciperet. Verba textus hæc sunt: „ Ex publico „ instrumento nobis innotuit, quòd cùm Veronensis Episcopus causam matrimonii, quæ inter „ A. virum, & M. mulierem vertebatur, suscepisset terminandam, judiciali sententia matrimonium approbavit, & eidem mulieri præcepit, ut ad virum rediens, exhiberet eidem conjugalem affectum: quod cum renueret, fuit „ vinculo excommunicationis adstricta. Ceterùm „ quia licèt a præfato viro desponsata fuerit; adhuc tamen (sicut asserit) ab ipso est incognita: „ Mandamus, quatenùs si prædictus vir ipsam carnaliter non cognoverit, & eadem ad Religionem transire voluerit, recepta ab ea sufficienti „ cautione, quòd vel ad Religionem transire, „ vel ad virum suum redire intra duorum mensium spatium debeat, ipsam à sententia, qua „ tenetur, absolvas, &c.

Primo si uterque, vel unus altera consensiente profiteatur Religionem: dummodò alter, qui remanet in seculo, sit sexagesimi anni sine periculo incontinentiæ, & voveat castitatem. *c.cum sis.4.* ibi: *verum si uxor ità senex sit, & sterilis, quòd sine suspicione possit esse in seculo, dissimulare poteris, ut ea in seculo remanente, & castitatem promittente, ad religionem transeat vir ejusdem. c.uxoratus.* 8. ibi: *sine licentia uxoris, inter vos nullatenus recipiatur, quæ integræ opinionis ità existat, quod nulla marito suspicio habeatur, eam ad secunda vota velle migrare: vel quod minus continenter debeat vivere, quæ si talis extiterit, marito ejus in consortio vestro recepto, ipsa publicè in conspectu Ecclesiæ continentiam professa, in domo propria cum filiis suis, & familia poterit permanere. c. ad Apostolicam.*13. ibi: *cum autem vir, & uxor, una caro sint per copulam conjugalem effecti: nec una pars converti possit ad Dominum: & altera in seculo remanere: profectò non est alter conjugum recipiendus ad observantiam regularem; nisi reliquus perpetuam continentiam repromittat: sed & vitam debet mutare: nisi fortè sit ejus ætatis, ut sine suspicione incontinentiæ valeat in seculo remanere. de conversione conjugatorum.*

3463 Uxore sciente, & dissimulante valida erit professio viri.

Si autem professus sit uxore sciente, dissimulante ea mortua, non potest recedere à professione. *c. consuluit.* 20. *de conversione conjugatorum.*

3464 Consensus Episcopi exigitur, ut sit licita professio.

Non autem requiritur Episcopi consensus, ut valida sit, licèt requiratur ut licita sit professio, tuetur Camerota *loc.cit.c.1.de conversione conjugatorum*. Pignatellus *tom.* 3. *consultat.*42. *n.*16. dans decem, & septem Doctores. contra Scotum *in 4. dist.32.qu.1.*

3465 Si unus est hæreticus, eo invito, alter valet profiteri.

Secundus casus, si unus sit hæreticus, eo invito, alter innocens profitebitur Religionem. *c.mulier.* 21. ibi: *mulier, quæ in fide remansit, potest nolente viro, qui ab infidelitate revertitur, propter quam ab eo fuerit judicio Ecclesiæ separata, ad Religionem liberè convolare. de conversione conjugatorum.*

3466 Si deniq; alter sit adulter, innocẽs eo invito valet profiteri.

Tertius casus est, si alter fuerit adulter, innocens poterit profiteri eo invito. *cap.veniens.* 16. ibi: *in seculo remanens, inhonestos amatores admisit. de conversione conjugatorum.*

Quando Matrimonium sit consummatum professione sequenti indissolubile?

3467 Quando matrimonium dicatur consummatum.

Consummatum est semper, ac est naturalis perfecta commixtionis copula affectu maritali prolificativa. *cap.debitum.* 5. *de bigamis. can.lex.27.qu.2.* Perez *de matrim.disp.*20.*sect.*6. *num* 1. talis namque copula maritali affectu exprimit conjunctionem hypostaticam Verbi cum humanitate Christi Domini cum sua Ecclesia. *d.cap.debitum.*

Effusio debet esse naturalis, sivè solius viri, ut tuetur D.Tho. in *4.dist.41. art.1. qq.2. ad* 2. ubi D.Bonav. *qu.*1. Sanch. dans vigintiduo Doctores *disp.34.nu.5.* Diana *par.4.tract.2.res.43.* Pontius *lib.9.cap.1. num.1.* Hurtadus *disp.8.difficult.9.num.35.* sivè utriusque mulieris, scilicet, & viri ex sententia medica requirente activitatem spermatis mulieris ad generationem. Sotus in 4. *dist.27. quæst.1. art.4. §.causæ*; tunc enim, & non aliter in hac sententia sequi potest prolificatio, & sic tunc, & non aliter matrimonium dicitur consummatum. Amicus *tom.9.disp.8.sect.1.num.5.*

Injectio spermatis arte, cacodæmonisve ope, non est naturalis, & sic non consummat matrimonium. Pontius 9.*de matrim.c.2.num.1.& 2.* Contra Gabrielem à S.Vinc. *de matrim. disp.2. qu.5.nu.44.* Antonium à Spir.S. *tract.11.res.67.* ex qua immixtione, nec affinitas pullulat; ut contra decem Doctores apud Sanch. 2. *de matrimon. disp.21. num.2.* tuetur Leander *loco cit. quæst.30.*

Sed difficultas est:

An copula præcedens matrimonium reddat illud consummatum, & indissolubile per professionem.

3468 Copula præcedens non reddit consummatum subsequens matrimoniũ

Nega; quia nequit matrimonium, quod non existit, consummari: & sequens non existit tempore coitionis, nequit namque res non incepta effectum consummatum habere.

Secundo, quia copula antecedens est fornicaria, non conjugalis, & si consummaret matrimonium, esset conjugalis, nec peccaminosa.

Tertio, quia copula illa turpis nequit repræsentare indissolubilitatem hypostaticæ conjunctionis. *cap.debitum.5.de bigamis*; & sic nequit consummare matrimonium, cujus consummatio unionem hypostaticam indissolubilem indicat. *d.cap.debitum. 5. de bigamis*, adeoque matrimonium tanquam ratum sequenti professione dissolvetur. Sanch. *loco cit.* dans quatuordecim Doctores. Perez *de matrimon.disp.20.sect.6. num.2.* Antonius à Sp.S. *tract.11.num.68.* contra Baldum in *cap.licet.de translat.Episcopor.*

Nec copula illa antecedens fit conjugalis sequenti matrimonio, ut filius inde natus sit legitimus. *c.tanta. qui filii sint legitimi*. Nam non hoc officiens libertati ingrediendi Religionem, & dissolvendi matrimonium; sed illud favorabili filio legitimando fingitur. *d.cap.tanta.*

Sed quid? si copula sequens matrimonium sit vi extorta.

3469 Si copula sit extorta vi, reddit matrimonium consummatum.

Consummat matrimonium, quia non est fornicaria; ergo conjugalis, ergo exprimens conjunctionem hypostaticam Verbi, & humanitatis. *cap.debitum.5. de bigamis*; Et sic vi oppressa, nequit Religionis professione irritare matrimonium jam consummatum. Sanch. dans duodecim Doctores *loco cit.nu.4.* Pontius *lib.9. cap.20.num.2.* Layman *tract.10.par.3. c.6. n.3.* Perez *de matrim. disp.20.sect.6. num.8.* contra Sylvestrum *v.divortium qu. 5.* Archidiaconum, & Joannem Andream, & alios apud Sanch. *lib.2. disp.22.num.6.*

3470 Oppressa nequit ejicere sperma.

Multò minùs vi oppressa valet ejicere sperma, nam nulla honestatis ratio invenitur, & consummatione inhabilitatur ad professionem. Pontius *loc.cit. num.4.* Gabr. à S.Vinc. *disp.22. num.21.* Sed

An stante matrimonio valeat Religionem profiteri?

3471 Oppressa an valeat Religionem profiteri.

Affirmat Perez *loco cit. num.9.* Dicastill. *de matrim.disp.2.num.418.* Antonius à Sp.S. *tract.11.num.65.* Sanch.2.*de matrimon. disp.22. lib.6.* Contra Gabr. à S.Vinc. *de matrim.disp.2. num.49.* quia vi, injuria oppressa debet lædi quo minùs potest in libertate; At consummatione læsa est, nè matrimonium rescindat professione; ergo debet non lædi in profitendo, ut profiteri valet, si vir committat adulterium. *cap. veniens. de conversione conjugatorum.* Habet

nam-

namque duplex jus. Primum Religionem ingrediendi, & profitendi, alterum irritandi. Si ergo consummatur illicitè, matrimonium nequit dissolvere, saltem validè profiteatur.

An copula debita, injustè denegata post bimestre, impediat validam, & licitam professionem annullantem matrimonium?

3472 Copula injuste denegata post bimestre, neque reddit matrimonium consummatum.

NEga: quia adhuc matrimonium est ratum non exprimens indissolubilitatem hypostaticæ unionis. *cap. debitum. 5. de bigamis*, & illicita denegatio debiti non reddit illicitum transitum ad professionem, nullo jure prohibitum. Suarez *tom. 3. de Religione lib. 9. cap. 25. n. 13.* Perez *disp. 20. de matrim. sect. 6. num. 13.*

An valeat dissolvere matrimonium vir uxorem à se non cognitam tradens invitam, vel liberè omninò consentientem alteri adulterandam?

3473 Matrimonium erit ratum etsi vir tradat uxorem à se non cognitam, invitã, vel liberè alteri adulterandam.

AFfirma: quia matrimonium est ratum, non exprimens indissolubilitatem hypostaticam. *cap. debitum. 5. de bigamis*; & nullo jure professio interdicitur. Perez *loco cit. num. 16.*

An Matrimonio professione unius, vel utriusque dissoluto, valeant profitentes inter se, vel cum aliis iterum liberè nuptias inire, dispensante in professione Summo Pontifice?

3474 Soluto matrimonio professione, si Papa dispenset in professione, valent inter se, aut cum aliis nuptias iterũ inire.

AFfirma: quia nullum est impedimentum; cùm matrimonium fuerit dissolutum professione, & professio sit dissoluta dispensatione Pontificia. Perez *loco cit. num. 24.*

An per Ordinem Sacrum Matrimonium ratum dissolvatur?

3475 Per Ordinem Sacrum non dissolvitur matrimonium ratum.

NEga: nam illud privilegium est professionis, non Ordinis. *cap. ad Apostolicam. de conversione conjugatorum*. Extravag. *Antiquæ. de voto*, Sanchez 7. *de matrimonio disput. 41. num. 9.* Itaut nec ad Episcopatum licitè possit assumi, si conjux non profiteatur Religionem: vel sit adeò senex, ut possit remanere in seculo devota castitate. Pignatellus *tom. 3. consult. 42. num. 43.*

De Dissolutione Matrimonii legitimi per Baptismum.

CAPUT V.

3476 Matrimoniũ consummatum inter infideles initum, si baptizentur, ex se est indissolubile.

MAtrimonium legitimum consummatum, contractum inter infideles, suscipientes Baptismum, ex se est indissolubile.

Sed difficultas est:

An Baptismo dissolvatur?

3477 Et ex legitimo fit ratũ.

DIstinguas: vel uterque, vel unus baptizatur.

Si uterque, matrimonium confirmatur, & ex legitimo fit ratum: & tunc discutitur inter Doctores.

An tale Matrimonium tolli possit dispensatione Summi Pontificis, si copula post Baptismum non sit sequuta?

3478 Si copula post Baptismum non sit secuta, Papa potest in hoc dispensare.

AFfirma: Navarrus *lib. 3. consil. 3. dub. 2. n. 12. de conversione infidelium*. Sanchez 2. *de matrim. disp. 17. num. 2.* contra Pontium *lib. 9. de matrim. cap. 2. num. 8.* Martinum Perez *de matrim. disp. 20. sect. 10. num. 8.* nam licèt sit consummatum legitimum, non est consummatum ratum, hoc est matrimonii Scramentum.

Si unus non alter baptizetur: tunc dissolvitur matrimonium in triplici casu de Jure Divino. 1. ad Corinth. 7. ibi: *quod si infidelis discedit, discedat fidelis, non enim servituti subjectus est frater, aut soror in hujusmodi, in pacem autem vocavit nos Deus.* 3479 Si unus tantùm baptizetur, tunc dissolvitur tripliciter.

3480 Primo: Si infidelis nolit cum fideli cohabitare.

Primus, si infidelis nolit cohabitare cum fideli. 1. ad Corinthios 7. *can. simili modo. 3. c. uxor. 4. 28. qu. 1. cap. quanto. cap. gaudemus. de divortiis.*

3481 Secundo: Si velit cohabitare, sed in contumeliam Creatoris.

Secundus, si velit cohabitare in contumeliam Creatoris, blasphemando Christum Dominum, ejusque sanctam fidem. *can. si infidelis. 28. qu. 1. d. cap. gaudemus, & c. quanto.*

3482 Si demùm cohabitans tradat aliquem ad delinquendũ.

Tertius, si cohabitans trahat aliquem ad delinquendum. *can. uxor. can. idololatria. can. non solum. 28. qu. 1. d. cap. gaudemus, & cap. quanto. de divortiis.*

Difficultas autem est:

An possit discedere baptizatus ab infideli nolente discedere, sed volente pacificè cohabitare sine fidei contemtu, & peccato.

§. I.

3483 Baptizatus nequit discedere ab infideli volenti cohabitare sine contemtu fidei.

NEga: nam talis discessus tantùm in prædictis casibus concessus, non invenitur in præsenti permissus, & apertè prohibitus videtur ab Apostolo. 1. ad Corinth. 7. ibi: *si infidelis discedit, discedat fidelis*; ergo si infidelis non discedit, fidelis non discedat: nec in *d. cap. gaudemus, & cap. quanto. de divortiis*, aliud statuitur Sanch. *disp. 74. num. 9.* Hurtadus *disp. 8. difficultate 11. num. 29.* Perez *disp. 39. sect. 5. num. 3.* contra Bellarminum *lib. 1. de matrimon. cap. 12.* Coninck *disp. 26. dubi. 9.*

Si verò hodiè inspiciamus prohibitionẽ cohabitationis inter fidelem, & infidelem: tunc putaverim posse dissolvi matrimonium, si alter nolit converti ad fidem; quia dicitur nolle cohabitare, qui non vult licitè cohabitare; cohabitatio enim illicita jure impossibilis censetur. *l. generaliter. D. de verb. oblig. lib. 2.* Machabeorum *c. 3.* ibi: *decipi verò eos, qui credidissent loco, & templo, quod per universum Mundum honoratur, pro sui veneratione, & sanctitate omninò impossibile esse. l. nepos a Proculo. 125.* ibi: *cum salva dignitate mea potero, D. de verbor. signific.* Sanch. *disp. 24. num. 9.* Rebellius *lib. 3. qu. 10. sect. 2.* Perez *de matrim. disp. 36. sect. 6. num. 3.* Pontius *lib. 7. cap. 48. num. 22.* contra Hurtadum *disp. 8. difficultate 12. num. 44.*

3484 Non statim post Baptismum dissolvitur Matrimonium.

Dissolvitur autem non illicò suscepto Baptismo, ut vult Riccardus, Abbas, Angelus; sed quando qui baptizatur, init alias nuptias, ut vult Sanch. *disp. 75. num. 4.* Coninck *disp. 26. num. 63.* Rebellus *lib. 3. quæst. 10. sect. 2.* Pontins *lib. 7. cap. 48. num. 17.* ex *cap. gaudemus. de divortiis*: ubi, si post Baptismum alter convertatur, perseverat matrimonium; igitur ipso Baptismo non tollitur.

Sed quid, si infidelis alteri nubat, & postea convertatur ad fidem?

3485 Si infidelis alteri nubat, & postea cõvertatur, debet fideli antea nuptæ restitui.

DEbet restitui fideli antea nuptæ, quia fideli non infideli concessum alteri nubere. *cap. quanto. de divortiis. can. fin. 28. q. 2.*

Insuper controvertitur:

An ut dissolvitur matrimonium sequenti, ità dissolvatur professione baptizati?

3486 Professione baptizati etiam dissolvitur Matrimonium.

Affirma dissolvi, quia est matrimonium tantum ex parte baptizati, quod professione tollitur. Sanch. *disp.*26. *num.*9. contra Abulensem 1.Regum *c.*8.*qu.*68. Coninck *disp.*26.*dub.*5. *num.*65. Hurtadum *disp.*8. *difficultate* 14. *n.*51. contra Perez *de matrim.disp.*36.*sect.*8.*n.*2.

De Materia, & Forma Sacramenti Matrimonii.

CAPUT VI.

3487 Materia remota sunt corpora.

Materia hujus Sacramenti remota sunt corpora, circa quam materiam contractus matrimonialis versatur, ut res sunt materia, circa quam ceteri contractus versantur.

Proxima reciprocæ promissiones.

Proxima sunt promissiones reciprocæ deliberatæ corporum, sensibilibus signis expressæ. Debent sensibilibus signis exprimi; quia constituunt Sacramentum signum sensibile, sunt autem materia, quia indifferentes ad esse, & non esse Sacramentum.

3488 Forma est mutua acceptatio.

Forma est mutua acceptatio promissionis, sensibili signo expressa; quia est ratio determinativa promissionis, complens essentiam contractus, & Sacramenti.

Determinativum autem habet vim formæ, determinabile vim materiæ, ut physicis notum. D.Thom.3.*par.qu.*45.*art.*2.*in corpore, & art.*4. ibi: *expressio verborum sine interiori consensu matrimonium non facit.* Patet, quia istis positis, quovis alio præciso, habetur Sacramentum matrimonii; ergo illis positis, habetur materia, & forma, partes constitutivæ Sacramenti. Suarius *tom.*3. *in* 3.*par.disp.*2.*sect.*1 *n.*1. Caramuel *Fundamentali. num.*3704. Cornejus *disp.* 24. *dub.*3. Antonius à Sp.S.*tract.*11.*n.*25. citans duodecim Doctores.

3489 Canus, & Sylvius dicunt formā esse, *Ego vos conjungo.*

Hinc primo displicet sententia Cani *lib.6.de locis.c.*5. Sylvii *de Sacram matrim.* 3.*p. qu.*42. *art.* 2. ajentium, Parochi verba formam esse, scilicet *vos conjungo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Ut enim rectè D. Thom. *in* 4.*dist.*28.*qu.un.art.*3. Scotus *in* 4.*dist.*26.§.*ad solutionem*. Riccardus *in* 4.*dist.*2. *art.*4. Amicus *tom.*9. *disp.*3.*nu.*4. clandestinum matrimonium erat verum Sacramentum sine Sacerdote, licèt deinde abrogatum à Trid. *sess.*24.*c.*1. *de reform. c.quanto.de divortiis.* & Sacra Congregatio apud Amicum *loco cit.* declaravit Parochum esse testem, validumque matrimonium etiamsi nihil pronunciet.

3490 Impugnatur Catharinus.

Secundo displicet sententia Catharini *de matrim.qu.*1.§.*nos ergo.* volentis, formam esse verba Genesis 2. Matthæi 19. ibi: *propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ*. Nam nullibi constat illa verba esse formam, & semper, aut numquam conficerent Sacramentum, quia scriptura semper loquitur, & sic posita materia, illicò sequeretur Sacramentum. Insuper novum Sacramentum de novo formam exigit.

Tertio displicet sententia Navarri *c.*22.*n.*20. sentientis cum aliis, materiam esse consensum internum, formam verò esse verba externa. Nam materia Sacramenti debet esse sensibilis, qualis non est internus consensus.

Quarto displicet sententia Riccardi *in* 4. *dist.* 24.*art.*4. *quæst.*1. dicentis, materiam esse verba præcedentia, formam esse verba sequentia. Nam sequeretur simul proferentes verba non contrahere matrimonium, tanquam destitutos materia, & forma.

Quinto displicet sententia Pontii *lib.* 1. *c.* 7. *num.*12. cum Vasquez 3.*par.disp.*129.*c.*3. docentium, materiam corpora tradita lege non impedita, formam acceptationem mutuam corporum. Nam contractus essentialiter est plurium consensus in idem. *l.*1. *D.de pactis*, & res non est pars contractus constitutiva cum qua, sed circa quam.

Minister hujus Sacramenti.

CAPUT VII.

Sunt baptizati contrahentes vir, & uxor, sivè per se, sivè per procuratorem, epistolam, nuncium contrahant. 3491 Vir, & uxor baptizati sūt Ministri hujus Sacramenti.

Patet, quia isti ponunt materiam, & formam contractus hujus, ut patet, ergo ipsi ponunt Sacramentum. D. Thom. *loc.cit.* Amicus *loc.cit.* Vivaldus *in Candela ro. de matrim. n.*20. Perez *de matrim.disp.*19.*sect.*7.*num.*2. Vasq.*disp.*3.*c.*7. *n.*86. Hurtad. *disp.*3.*difficultate* 22.*n.*83. Leander dans vigintiduo Doctores *loc.cit.q.*10. Contra Catharinum *loc.cit.* ajentem, Ministrum hujus Sacramenti esse Deum. Contra Canum *loc. cit.* Sylvium *loc. cit. art.* 1. *q.*1. Parisiensem *de Sacram. tract.de matrim. c.*9. *q.*2. volentes Ministrum esse Sacerdotem dicentem: *ego vos conjungo*. Contra quos facit Tridentinum *sess.* 24. *c.*1.*de reform.* ubi olim erat validum matrimonium clandestinum, sine Parocho, & Parochi verba nolentis assistere omissa, aut coactè dicta, non irritant matrimonium, & significant declaro vos conjunctos, probo vestram conjunctionem authenticè. Amicus *de matrim. disp.* 3. *n.*11. Perez *de matrim.disp.*19.*sect.*7.*n.*2. (4) 3492 Est contra plures dicentes Sacerdotem esse Ministrum.

Ex his resolvitur.

Quam

(4) Contrahentes esse Ministros Sacramenti Matrimonii prisca Theologorum Schola duce Hugone à S.Victore *lib.*2. *de Sacramentis fidei p.*11. *cap.*5. & 6. Magistro Sententiarum *in* 4 *dist.*27.§.13 & *dist.*28.§.13. D.Thoma *in* 4.*dist.*26.*qu.un.art.*1.*ad* 1. & *dist.*27.*q.un. ad* 2.& *dist.*28 *qu.un. ad* 4. D.Bonaventura *in* 4.*dist.*27. *art.*1. *qu.*1. & *dist.*28. *qu.*1. Scoto *in* 4. *dist.* 26. *qu. un.* Durando aliisque, unanimiter docuit, uno excepto Guilielmo Parisiensi *de matrim. cap.*9. Adeout per quadringentos, & amplius annos hæc sententia communiter doceretur. Quare licuit doctissimo Soto, qui inter Theologos Tridentinos primus fuit habitus, asserere *in* 4.*dist.*26.*q* 2.*ad* 3. „ Hanc autem „opinionem (scilicet, Sacerdotem esse ministrum Sacramenti Matrimonii) „ quia singularis esset, „ nullum arbitror habuisse hactenus assertorem, „ seù disputatorem: nam præterquam quod nemo „ eorum, qui huc usque scripserunt, ejus meminerit, non apparet quemadmodum sit sustentabilis ". Veneranda tamen tantorum Theologorum unanimis auctoritas non potuit efficere, quin Melchior Canus, qui etiam Tridentinæ Synodo interfuit, sed post Sotum scripsit, adversus communem tunc Theologorum sententiam, assereret loco ad Auctore laudato Sacerdotem esse verum ministrum hujus Sacramenti, & si aliquando contingeret Matrimonium iniri absque Sacerdote benedicente, contractum utique Matrimonii sponsos efficere, non Sacramentum, autumat. Hinc dividi Schola cœpit: aliqui Canum secuti, ejus assertionem propugnarunt, ut mox referam: Ceteri verò recentiores Scholastici antiquis libenter adhæserunt, atque eorum sententiam, novis adjectis argumentis, & ejectis contrariis, omni conatu tutati sunt. Immo sententiam Cani, ejusque adhærentium temeritatis ac singularitatis incusant, ut Vasquez, Pontius aliique. Quapropter Bellarminus tantorum Theologorum fretus concordi auctoritate *lib.*1. *de matrim. cap.*7. docuit evasisse doctrinam Ecclesiæ asserere contrahentes esse Ministros Sacramenti

Ma-

Quam dispositionem habere debeant contrahentes matrimonium.

§. I.

3493 Contrahentes sint in gratia, secùs peccant lethaliter.

DEbent habere illam, quæ exigitur à receptione, & confectione Sacramenti; nam conficiunt, & recipiunt Sacramentum: adeòque si contrahentes existant in lethali, debent se saltem contritione justificare, vel confessione. D.Thom.3.par.q.64 art.6.in corpore.

Et sola difficultas est.

An committant unum, vel duplex peccatum, unum conficiendo Sacramentum, alterum recipiendo in peccato mortali.

3494 Contrahentes in lethali unum peccatum committunt.

DIcas committere unum indignè recipiendo, non autem conficiendo.

Conficiendo non peccant, quia non sunt Ministri consecrati, deputati ad conficiendum; & sic non debent esse parati. At peccant recipiendo, quia ponunt obicem gratiæ Sacramentali. Diana citans sex Doctores pag.3.tr.4.resol.199. Leander loco cit. dans decem Doctores qu. 11. contra Vasquez 3. par. disp.136. c.2. & 3. Pontium lib.1. de matrim. c.8. num.10. Cornejum disp.1.dub.7. Palaum disp.2.punct.4. num.2. Perez disp.19.n.3.& 5.& sect 18.

3495 Parochus in lethali assistens non peccat, quia testis non Minister est.

Parochus verò, aut Sacerdos ejus licentia, assistens, aut benedicens nuptias in mortali, non peccat, quia Sacramentum non conficit, nec ministrat. Sanch.2.de matrim.disp.6.n.4. Trullench 7.Decalogi.c.3.dub.6.num.4. Perez loc.cit. n.7. Contra Canum, & Sylvium loc.cit.

Quam intentionem habere debeant.

§. II.

3496 Debent intendere id, quod facit Ecclesia.

ILlam, quæ requiritur ad conficiendum Sacramentum, ut faciendi quod Ecclesia Catholica vult fieri. Perez loc.cit.sect.7.c.3.

An hoc Sacramentum fictè susceptum reviviscat remoto obice?

3497 Fictè susceptum, reviviscit remoto obice.

AFfirma. Suarez to.3. in 3.par.disp.28.sect.6. Coninck qu.62. art.1. dub.5. n.74. Perez loc.cit. sect.9 n.2. contra Vasquez disp.159. Meratium de Baptismo.disp.72.sect.7.

An Baptizati validè inire possint contractus, non Sacramentum Matrimonii?

3498 Baptizati validè nequeunt inire contractum, non Sacramentum.

NEga. Sanch. 1.de matrim.lib.2.disp.10.n.6. Suarius tom.1.qu.64.art.10.disp.13.sect.2. Caramuel Fundamentali. num. 3417. Leander disp.4. qu.6. contra Pontium 1. de matrim. c.9. num.9. Hurtadum disp.3.difficultate 19. Dianam par.3.tract.4.resol.355. contra Perez de matrim. disp.19.sect.10.num.6.

Patet primo, quia tunc merè laicus laicis regeretur legibus contractus.

Secundo, esset licita, non fornicaria copula inter concubinarios, ajentes se fecisse legitimas nuptias, sicque copulam non esse inter solutos. Et si dicas nuptias ineundas coram Parocho, & testibus, jam exigis ad contractum laicum ad validum Sacramentum requisita: Unde non est ut Sacramentum à contractu separes.

Tertio, quia Christus Dominus eximens à laica potestate contractum, elevans ad rationem Sacramenti, voluit contractum istum sacrum ipso facto semper Sacramentum esse; Christus enim Dominus facto etiam loquitur. D.Gregorius homilia 17.in Lucam.

Quarto, quia ratio, quæ probat licitè fieri non posse separationem, ut fatentur etiam adversarii, probat nec validè fieri; nam lege utrumque, vel neutrum constat, eo enim ipso ac intendunt contractum inire ex Ecclesiæ præscripto, tacitè intendunt Sacramentum conficere.

An conjuges legitimi conversi ad fidem, ubi receptum Tridentinum, teneantur denuò matrimonium inire coram Parocho, & testibus?

NEga. Guttierez de matrim. c.42.n.6. Barbosa de potestate Episcopi alleg.32.num.15. Rebellus lib.2.qu.6.num.5. Sanch.2.de matrim. disp.9.num.1. Pontius lib.5.c.6.num.13. Bossius de matrim.c.1.num 83. 3499 Conjuges legitimi si convertantur ad fidem, & sint ubi est receptum Trid. non tenentur denuò coram Parocho, & testibus inire nuptias.

Patet; quia Tridentinum sess.24.c.1.de refor. loquitur de Christianis nubentibus, non de legitimè nuptis ante susceptam fidem. c. de infidelibus. 4.de consanguinitate, & affinitate.

An tale Matrimonium sit Sacramentum?

AFfirma. Guttierez, Barbosa, Rebellus, Sanchez locis citatis. Filliuccius par.1. tr.10. c.1. num.20. dicentes, ipsa receptione baptismi reddi Sacramentum, si baptizati velint permanere in nuptiis ad instar fidelium, & voluntas exercitè adest eo ipso, ac baptizari volunt. Bellarminus lib.1.de matrim.c.5. Henriquez lib.11. c.2. 3500 Tale autem Matrimonium est Sacramentum.

Matrimonii; quia Prælati non aliter ut plurimum plebem suam solent adocere, quàm juxta communem Theologorum sententiam, quæ profectò confessione ipsorum adversariorum etiam num communis est. Verum enim verò notam singularitatis, ac temeritatis propulsare conatur altera, & non infimi subselli Theologorum cohors, quæ totis nervis, ac omni argomantorum genera, petitu à Sacra Scriptura, ab Oecumenicis, ac non plenariis Synodis, ab antiquissimis Ritualibus, & rationibus, firmat, Sacratos Ministros, ut in reliquis Sacramentis, sic in Matrimonii Sacramento prorsus requiri, ut Matrimonium efficiatur Sacramentum; licet validum Matrimonium sit ut contractus, non ut Sacramentum, si absque Sacerdote administro celebretur. Itaque Cano adhærant præter Parisiensem, & Sylvium ab Auctore relatos, & Paludanum in 4 dist.5.qu.2. ab ipso citatum, sequuntur Simon Vigorius, & forte aris Doctor Sorbonius illa, qui in Concilio Tridantino suffragium suum dedit, ut meminit Palliavicinus lib.22.cap.9.num.5. Dominicus Bannes in comm.1.p. D.Thomæ q.1. art.8. Cardinalis Toletus lib.7.instruct. cap.2.n.3. Estius in 4 dist.26. §.10. Jo: Marius Scribonius disp. 9. de matrim. Vincentius Contensonius lib. 11. Theologia mentis, & cordis p. 4. disp.4.c.1. de matrim. Franciscus Combefisius ad Orat. Damasceni in Constantinum Caballinum. Claudius Frassenius in Scoto academico tract. 3. de matrim. disp. ult. art.1. qu.1. Petrus de Marca Opusculo de Matrim. Petrus Ledesma de matrim q.42.art.1.dub.4.concl.4. Maldonatus de matrim. qu. 1. Gaspar Juvenin in Comm. Hist. & Dogm. de Sacram. dissert.12. de matrim. qu.1. & in Speciali Dissert. qua removere conatur novitatis notam, ac singularitatis ab aliquibus sue santentiæ inustam. Natalis Alexandar in Theologia Dogm. & Morali lib.2. de matrimon. art.6. Jacobus Hyacinthus Serry in vindicationibus Melchioris Cani, ejusque operibus prefixis cap. 7. & in Vindiciis Vindiciarum Ambrosii Catharini cap.11. Honoratus Tournely de matrimon. qu. 3. art. 2. Demùm Ludovicus Habert de matrim. cap.4. postquam expoluisset utriusque santentiæ momenta, testatur Cani santentiam à pluribus Professoribus Sorbonicis sequi „ evasitque, inquit, „ adeò cummunis in Academia Parisiensi, ut è „ Baccalaureis, qui licantiam decurrunt, vix unus, „ aut alter propugnet in suis Thesibus contrahen„ tes esse Ministros hujus Sacramenti ". Quos omnes novissime Theologus Gallos Edmundus Simonnet tom.3. inst. Theolog. disp.2. de matrim. art.un. optime consutat. Prospectum hunc igitur præsantis controversiæ tibi ob oculos objicere volui optimè Tyro, ut pro rei opportunitate habeas quos consulas; tantùmque hæc præ loci angustia adnotassa sufficiat.

c.2. Possevinus *de officio Curati. c. 10. num.* 53. Layman *lib.*2. *tract.*10 *par.*2.*c.*2.*num.*6.ajentes, reddi Sacramentum post baptismum, accedente novo consensu maritali: adeoque fit Sacramentum in posteriori signo. Itàut priùs sint baptizati, deinde conficiant Sacramentum matrimonii, recipiantque gratiam, eo ipso, ac volunt cohabitare consensu maritali.

3501 Contra plures DD. Contra Argentinam in 4.*dist.*26. *qu.*1. *art.*1. *ad* 1. Durandum in 4.*dist.*6.*qu.*1. Vasquez *to.*3. *in* 3.*partem disp.*138. *& de matrim.disp.* 2.*c.*10. Coninck *disp.*24.*tract.*9. Hurtadum *disp.*3.*difficult.*13 *num.*63. Pontium 1. *de matrim. cap.* 9. *num.*8. Perez *de matrimon.disp.*19.*sect* 11. *nu.*5. Meratium *disp.*2.*de matrimon sect* 9. Cornejum *de matrimon. tract.* 11.*qu.* 8. Leandrum *disp.*4. *qu.*6. Dicastillum *tract.*1.*disp.*2.*dub.*16.*nu.*171. Antonium à Spir.S. *tract.*11. *num.* 8. Bauni *de matrimon. tract.* 11. *quæst.* 2. ajentes, remanere legitimum indissolubile, non Sacramentum.

3502 Probatur scriptura. Patet primo, quia tale matrimonium Sacramentum appellatur ab Apostolo ad Ephesios 6. ubi major pars convertebatur ad fidem eisdem nuptiis permanentibus 1. ad Corinthios 7.

Textibus. Secundo patet ex *c.gaudemus.*8.ibi: *cum Sacramentum conjugii, apud fideles, & infideles existat. c. quanto.* 7. ibi: *efficit Sacramentum conjugii. de divortiis.*

Et ratione. Tertio patet, quia tale matrimonium capax est repræsentare conjunctionem Christi cum Ecclesia; ergo est capax, ut sit Sacramentum.

Susceptione enim baptismi fideles volentes permanere in conjugio, volunt inire, & recipere id, quo cæteri fruuntur fideles; ergo volunt recipere Sacramentum matrimonii, transferendo exercitè contractum legitimum in sacrum. Et quamvis persistat contractus initus ante baptismum, susceptione baptismi, ille contractus ratificatur, & transfertur in Sacramentum; ità ut non sit necessum contractum esse Sacramentum ab initio, sed sufficit, si sit Sacramentum quando est capax: & est capax in posteriori signo post susceptum baptismum; nam tunc fideles sunt capaces recipere alia Sacramenta, & tunc consensus maritalis repræsentat conjunctionem Christi Domini cum Ecclesia.

3503 Explicatur cap.gaudemus. de divortiis. Et ità est facilis intelligentia textus in *c.gaudemus.*8. ibi: *infideles. de divortiis*: ubi dicitur Sacramentum apud fideles, & infideles, nam intelligitur ante baptismum, matrimonium legitimum esse Sacramentum in actu primo remoto, per baptismum reduci ad actum primum proximum: & in posteriori signo post baptismum reddit Sacramentum in actu secundo, perseverante voluntate maritali inter baptizatos conjuges. *c. veniens. de presbytero non baptizato*, D.Thomas *in* 4. *dist.*39. *quæst. un. art.*2. *ad* 1.

An fuerit Sacramentum initum inter fidelem, & infidelem?

3504 Nuptias initæ inter fidelem, & infidelem sunt Sacramentum. Affirma. Sotus *in* 4.*dist.*26.*qu.*2. *art.*2.*ad* 4. Catharinus *de matrim. qu.* 1. *§. hujus rei* Rebellus *lib.*3.*qu.*9. *n.*1. Angles *par.*1. *Florum, de matrim. qu.*12. Bonacina *de matrim. qu.* 2. *punct.*2.*num.*3. contra Perez *de matrim.disp.*19. *sect.*11. *num.*3. citantem Sanchez 2. *de matrim. disp.*8 *num.*2. Vasquez *disp.* 2. *c.*9. *num.*113. *de matrim.* Coninck *disp.*27. *dub.*2.*num.*24 Hurtadum *disp.*3.*difficul.*18.*num.*69. Anton.à Sp.S. *tract.*11. *num.*12. Henriquez *lib.*11. *c.*2. *in fine.* Angles *in Floribus.par.*1.*de matrim.q.*12.*art.*1. *dub.*1.

Patet primo, quia in primitiva Ecclesia erat validum matrimonium inter fidelem, & infidelem, & erat Sacramentum. 1.ad Corinth.7.ibi. *sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem*: sanctificatus; ergo Sacramentum ex parte fidelis capacis, non ex parte infidelis incapacis; contractus enim onerosus duplex est, potestque pro parte unius carere aliqua qualitate, qua non caret ex parte alterius: ut patet in vendente rem alienam scienter emtori ignoranti.

Probatur secundo, quia inter baptizatum, & non baptizatum habetur materia, forma, & intentio conficiendi Sacramentum eo ipso, ac nubunt, habentes intentionem faciendi, quod Christus Dominus instituit.

Nec officit alterius infidelitas; nam etiam infidelis non baptizatus ponere valet materiam, formam, & intentionem conficiendi Sacramentum ab altero recipiendum; ut patet in baptismo validè collato à non baptizato: ex quibus corruit congesta per Perez *loco cit.*

Dices primo: ubi deest materia, & forma, deest Sacramentum: in casu deest materia, & forma; ergo in re nostra deest Sacramentum. Minor patet; quia materia, & forma continetur in contractu matrimonii: sed contractus matrimonii physicè est præteritus, ergo physicè materia, & forma est præterita; ergo non potest fieri hoc Sacramentum.

Respondetur neg. min., & ad probationem affectus durare physicè contractum, perseverante reciproco contrahentium consensu, post baptismum volentium vivere licitè conjugaliter.

Dices secundo: Sacramentum matrimonii est unum numero; ergo in utroque, vel in neutro contrahente erit Sacramentum.

Respondetur, contractum matrimonii esse onerosum; adeòque duplicem, ad differentiam gratuiti, simplicis: & onerosum ex parte baptizati, non ex parte non baptizati esse Sacramentum. Nec est novum in Jure, contractum onerosum quandoque claudicare: quando scilicet contrahentes non sunt pares; ut patet in pupillo contrahente cum alio sine authoritate tutoris, quo contractu alter pupillo, non pupillus alteri obligatur; ergo contractus matrimonii erit Sacramentum ex parte baptizati capacis, non ex parte incapacis non baptizati.

De Matrimonio inito per procuratorem, nuncium, epistolam.

CAPUT VIII.

Semper licèt contrahere per procuratorem, nuncium, epistolam, quandiù prohibitum non invenitur. *l.mutui.* 42.*§.cum quæritur. D. de procuratoribus*, *c.*1. *de procuratoribus*. Tuschus *concl.*827.*n.*1. 3505 Licitum per procuratorem contrahere, nisi vetetur.

Matrimonium contractus do, ut des, validè initur solo spontaneo reciproco consensu contrahentium. *l.nuptias.*30. *D.de regulis juris.c.*1. 27.*qu.*2. *c.cum locum.*14.*c.fin.de sponsalibus.* Sivè ineatur inter præsentes, sivè inter absentes. Primo per procuratorem. *c.honorantur.*32. *q.*2. *c.fin.de procuratoribus in* 6. 3506 Matrimoniũ per procuratorem contrahi potest.

Secundo per epistolam. Vela *in c.fin.num.*49. *&* 50.*de procuratoribus in* 6. Genua *de scriptura privata. lib.*3.*qu.*11.*num.*1. Pontius *lib.*2. *de matrim.c.*16.*num.*8. 3507 Per Epistolam.

Ter-

3508 Vel per Nuncium.

Tertio per nuncium. *c. nec illud. 30. q. 5. c. veniens. qui Clerici, vel voventes. l. sufficit. 4. & l. fin. D. de sponsalibus. l. generali. 34. D. de ritu nuptiarum.* Sanchez 2. *de matrim. disp.* 11. *n.* 3. & 20. Caramuel *Fundamentali. n.* 3713. Vela *in c. fin. num.* 25. *de procuratoribus in* 6. Anton. à Spir. S. *tract.* 11. *num.* 18. & 19. Dicastill. *de matrim. disp.* 2. *c.* 14. Leander *to.* 2. *tract.* 9. *disp.* 4. *qu.* 13. Guttierez *de matrim. c.* 43. *n.* 10. Bossius *de matrimon. c.* 3. *num.* 353. Pontius *lib.* 1. *c.* 10. *num.* 1. (5)

Tota controversia est.

An sit Sacramentum Matrimonium initum per procuratorem, nuncium, epistolam coram Parocho, &c.

3509 Matrimoniũ initum per procuratorem, &c. coram Parocho est Sacramẽtum.

AFfirma: si procuratores sint præsentes coram Parocho, & testibus, quamvis uterque principalis sit absens. Sanchez 1. *de matrim. lib.* 2. *disp.* 11. *qu.* 2. *num.* 20. & 27. dans viginti Doctores. Villalobos *tom.* 1. *Summæ tract.* 13. *difficul.* 9. *num.* 3. Pontius 1. *de matrim. c.* 10. *n.* 2. & 3. Valentia *tom.* 4. *disp.* 10. *qu.* 1. *puncto* 6. Coninck *de Sacrament. disp.* 24. *dub.* 2. Diana *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 250. Gabriel à S. Vinc. *de matrim. disp.* 2. *q.* 3. *num.* 17. Bossius *de matrim. c.* 3. *n.* 315. dans duodecim Doctores, Leander dans quatuordecim Doctores *loc. cit. qu.* 15. Vela *in c. fin. num.* 7. 26. & 42. *de procuratoribus in* 6. Caramuel *Fundamentali n.* 3716. Bellarminus *lib.* 1. *de matrim. c.* 5. *ad* 1. Sotus *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 1. *ad* 3.

Contra Cajetanum. *tom.* 1. *opusculorum. tr.* 12. *de matrim. qu.* 2. Canum *lib.* 8. *de locis Theologicis. c.* 5. *ad* 3. Victoriam *in Summa num.* 244. Bassolum *in* 4. *dist.* 27. *qu.* 1. *ad* 5. Durandum *in* 4. *dist.* 26. *qu.* 3. *num.* 11. Estium *in* 4. *dist.* 19. §. 5. Sylvium 3. *par. qu.* 42. *art.* 1. *quæritur.* 3. *concl.* 2. Franciscum Molinum *lib.* 1. *de ritu nuptiarum. consideratione* 25. *nu.* 62. & valdè probabile ait Diana *par.* 4. *tract.* 4. *resol.* 250. §. *quid ergo.* asserentes valere, ut est contractus, non ut est Sacramentum. (6)

Contra Bartholomeum Ledesmam *de matrimon. dub.* 18. Alphonsum à Vera Cruz *par.* 1. *speculi. art.* 16. *dub.* 7. negantes post Tridentinum validum etiam in ratione contractus, & inclinat Molinus *lib.* 1. *de ritu nuptiarum consideratione* 25. *n.* 62.

Patet primo ex *c. fin. de procuratoribus in* 6. *c. honorantur.* 32. *q.* 2. *l. sufficit.* 34. ibi: *constat absentem absenti despondere posse. D. de sponsalibus.*

Secundo ex Trident. *sess.* 24. *c.* 1. *de Reformat.* ubi, tantùm est irritatum matrimonium clandestinum.

Tertio, quia Christus Dominus validum contractum matrimonii inter baptizatos, elevavit ad rationem Sacramenti: & celebratus per procuratores est validum matrimonium. *c. fin. de procuratoribus in* 6. ergo est validum Sacramentum.

Quarto, quia ratio Sacramenti separari nequit à validitate contractus matrimonii initi inter baptizatos.

Quinto, quia verificantur omnia requisita ad Sacramentum in matrimonio inito per procuratores, scilicet *ego*, *te*, juxtà naturam contractus, quam ratio Sacramenti informat.

Sexto, quia ità servat praxis Ecclesiæ, & intolerabilis esset error, si essent irrita matrimonia, non reprobare.

Dices, ex Trid. *sess.* 24. *c.* 1. *de reform.* matrimonium ineundum est coram Parocho, & testibus, at initum ab absentibus per procuratores, non est coram Parocho, & testibus: ergo est nullum.

Respondetur neg. min. nam satis est si procuratores sint coram Parocho, & testibus, ut mox explicabimus.

An Tridentinum revocaverit matrimonium per procuratorem?

NEga. Guttierez *de matrim. c.* 43. *num.* 11. Sanch. 2. *de matrim. disp.* 11. *n.* 10. Pontius *lib.* 1. *de matrim. c.* 10. *nu.* 1. Bossius *de matrim. c.* 3. *n.* 297. contrà Bartholomeum Ledesmam *in Summa. tit. de Sacramento matrim. disp.* 18. Alphonsum à vera Crux *par.* 1. *speculi. art.* 16. *dubitat.* 7. 3510 Tridentinũ non revocavit Matrimoniũ posse initi per procuratorem.

Patet primo, quia Tridentinum non expressit, ut fuisset exprimendum, se corrigere textum in *c. fin. de procuratoribus in* 6. adeòque semper licet, quod non invenitur prohibitum *l. præcipimus. C. de appellationibus.*

Secundo, quia ità servat praxis Ecclesiæ: nam Philippus Tertius per procuratorem contraxit cum sorore Ferdinandi Imperatoris: Archi-Dux Albertus cum Isabella Infante, & pluries Reges Hispani, & Galliæ ad invicem; & frequens est in Ecclesia hujusmodi matrimonii usus, etiam inter privatos, expeditque multoties ad fovendam pacem, ad tollendas discordias, & calumnias. (7)

Requisita ad valorem connubii per procuratorem?

§. I.

COmmuniter numerantur quinque. 3511 Ut valeat Matrimoniũ per procuratorem sit mandatum spontaneũ.

Primum, ut mandatum sit spontaneum, metu, vi, importunitate gravi non extortum, ut enim matrimonii consensus: ità mandatum continens talem consensum, debet esse omninò spontaneum; ità ut sit nullum extortum importunis injustis precibus, metu, vi. Covarr. *de sponsalibus. par.* 2. *c.* 3. §. 5. *n.* 9. Padilla *in l. impossibitas. n.* 7. *C. de transactionibus.* Guttierez *de matrim. c.* 44. *num.* 30. Sanch. 4. *de matrim. disp.* 12. *n.* 22. Bossius *de matrim. c.* 3. *n.* 259.

Secundum requisitum, ut mandatum sit verum, specialissimum ad contrahendum matrimonium, à certa cum certa persona in individuo mandato expressa; itàut non sufficiat mandatum generale, nec mixtum cum plena, & libera ad omnes causas, etiam specialissimas. Butrius *in c. fin. in principio. de procuratoribus. in* 6. ubi Vela *par.* 2. *n.* 9. & 13. Bossius *de matrim. c.* 3. *nu.* 258. Adeòque in mandato debet exprimi in individuo persona utriusque contrahentis nuptias, & esse mandatum ad contrahendas nuptias. 3512 Et specialissimum ad contrahendum matrimoniũ à certa cum certa persona in individuo.

(5) In hac Diœcesi prohibitum est celebrari matrimonia per procuratores eorum, qui in hac Urbe, vel Diœcesi constituantur, nisi causa cognita, & approbata ab Archiepiscopo, vel ejus Vicario, sub pœna suspensionis ab administratione Sacramentorum, aliisque ad arbitrium contra Parochum contrafacientem. Syn. Diœc. sub Card. Franc. Pign. p. 2. c. 9. num. 14.

(6) V. Clericatum *decis.* 4. *de Matrim. num.* 33. ubi *num.* 36. assertionem Auctoris communiorem, & probabiliorem calculo plurium DD. appellat.

(7) Vide sequentem Adnotationem.

ptias per verba de præsenti fit tali cum tali persona.

Patet, quia persona individua in matrimonio est cognita, volita; adeòque exprimenda. Glossa *in c.nec illud.* v.*uxor.30.qu.5.* Bartol. *in l.filius, D.de donationibus.*

Secundo patet, quia in re tam indissolubili, præjudiciali, ardua, onerosa, ob communitatem discordiarum fortè cautiùs jura, & enucleatiùs procedendum constituerunt. *l.1. §.sed, & si. 5.* ibi: *magis consulendum. D. de Carboniano edicto, c.ubi periculum.3.de electione in 6.*

Tertio patet ex *c.fin. de procuratoribus in 6. Clem.non potest. de procuratoribus. l.generali.34.* ibi: *personam eius demonstravi, D. de ritu nuptiarum.*

In individuo ergo specialissimo determinandum in re tam gravi mandatum, nè conjugicidium ineatur: vel perpetuum non connubium, sed renubium: meritòque cecinerat Gregorius Nazianzenus *de laudibus Virginitatis.*

Femina non parva mercatur dote maritum.
Quodq; etiam graviùs, vitiosum sepè, & inertem.
Rursus emenda viro conjux: nec moribus illa
Prædita sæpè boniè; quæsita, attractaque pestis.
Pestisque, quam nulla liceat ratione fugare.

3513 Ut procurator non substituat alios.

Tertium requisitum est, ut procurator alios non substituat. Menoch. a. *præsumpt.38. à n.1.* Bonac. *qu.2.punct.5.n.8.* Bossius *de matrim. c.3. n.260.* Vela *in c.fin.par.3.n.1. de procuratoribus in 6.* ubi Butrius *n.1.*

Patet, quia in re tam periculosa, & gravi electa est individua industria personæ.

Secundo patet ex *c.finali. de procuratoribus in 6.*

3514 Ut mandatum non sit revocatum tacitè, vel expresè.

Quartum requisitum est, nè mandatum sit revocatum expresè, vel tacitè: pota dando novum mandatum pro alia persona; nam revocatione tacita, vel expressa mandati, deficit consensus verus principalis essentialiter requisitus ad matrimonium: unde deest matrimonium. Idque licèt principalis juraverit se non revocaturum mandatum, & revocationem procurator ignoret; habet enim hoc mandatum quid speciale, scilicet ut revocatio teneat etiam non notificata mandatario, ob defectum consensus, qui in re tam ardua à lege non suppletur. Guttierez *de matrim. c.43. n.43.* Sanch. *loc cit. n.6.* Leander *loc.cit.q.16.* Bonac.*qu.2.punct.5.* Gabr. à S.Vincentio *de matrim.disp.2.qu.3.n.21.* Probus ad Monachum *in c.fin. n.1.* ubi Butrius *de procuratoribus in 6.* Glossa *in c.nec illud.v.uxor in fine.30.q.5.* Bossius *de matrim.c.3.n.269.* Vela *in c.fin.par.4.n.1.35.& 36.*dans viginti Doctores *de procuratoribus in 6.*

Et pro foro externo satis est probare revocationem per testes, per scripturas. Vela *loc. cit. n.40.* dans tredecim Doctores, *& l. in exercendis.15.C.de fide instrumentorum.*

3515 Ut nè procurator excedat fines mandati.

Quintum requisitum est, nè procurator excedat fines mandati. Guttierez *de matrim.c.43.* Sanchez *loc.cit.* Pontius *loc.cit.* Triullench *lib.7. c.3. n.14. dub.ultimo.* Perea *de matrim. disp.15. sect.7.n.1.* Harpprectus *tom.3.institutionum. tit. de mandato in principio. n. 32.* Leander *loc. cit. qu.18.*

Ideòque nulliter inirentur nuptiæ non servato mandato ad contrahendum certis pactis, & determinata dote. Guttierez *de matrim. c. 43. n.19.*

Possunt tamen fieri omnia necessaria ad validitatem mandati, antecedentia, concomitantia, consequentia, quia mandans finem, mandat necessaria ad integram, & completam illius existentiam; adeòque pro omnibus extat integrum mandatum.

An tale mandatum debeat concedi, & exhiberi in scriptis?

3516 Hoc mandatum non requirit scripturam.

NEga; quia contractus mandati consensu non literis perficitur. *l.1.D.mandati;* nec in re aliud statutum invenitur *in c.fin. de procuratoribus in 6.* satis ergo est si mandatum innotescat Parocho, & testibus, ut validum ineatur matrimonium. Guttierez *de matrim.c.43.n.16.* Bossius *de matrim.c.3.n.278.*

An tale mandatum concedi, vel legi debeat coram Parocho, & testibus?

3517 Neque legendum, vel concedendum coram Parocho, & testibus.

NEga. Sanch.*5.de matrim.disp.8.n.23.& 24.* Guttierez *de matrim. c.44.n.100.* Palaus *disp.2.punct.9. n.3.* Gabr. à S.Vinc. *loc.cit.n.22.* Leander *loc. cit. qu.17.* Bossius *de matrim. c.3. n.300. & 303.* ajentes, non esse necessum Parochum, & testes videre literas procuratorias. contrà Coninck *disp.29.dub.1.concl.4.* Riminaldum *volum.4.consil.467.n.78.* Laymanum *lib.1.tr.10. punct.7.c.7.n.3.* volentes, necessarium esse mandatum procuræ innotescere Parocho, & testibus per literas, vel aliter.

Patet, quia ex Trid.*sess.24.c.1.de reform.* matrimonium est ineundum coram Parocho, & testibus, non mandatum; satisque est si Parochus, & testes deponant de consensu coram ipsis præstito à procuratore.

Et mandatum est justificandum inter partes, si coram Judice vocentur, dicaturque de nullitate matrimonii: satis ergo est, si Parocho, & testibus constet de mandato, etiam si coram ipsis non legatur, nec sit concessum; nam id tantùm sufficit, nè matrimonium nulliter ineatur. Perez *de matrim. disp.15.sect.7.n.10.* Gabr. à S.Vinc. *loc.cit.n.22.*

Ætas Procuratoris.

3518 Ætas ad cōtrahendam matrimonium sufficit in procuratore.

SUfficit illa ætas, quæ in principali sufficeret ad contrahendum matrimonium; nam nec major cognitio in principali, quàm in procuratore requiritur. Sanch. *3.de matrim.disp.41.n.8.* Guttierez *de matrim.c.44.n.48.* Bossius *de matrim.c.3.n.276.*

Idemque dicunt de sponsalibus de futuro, qui possunt etiam iniri per procuratorem, ut scilicet sufficiat in procuratore ætas, quæ sufficit in principali. Guttierez *de matrim. c. 34. num.4.* Sanch.*2.de matrim.disp.11.num.3.* Pontius *2.de matrim.c.15.n.6.* Vela *in c.fin.par.3.num.13. de procuratoribus in 6.*

Patet ex *l. in sponsalibus 1. §. in sponsalibus. l.sponsalia. l.oratio. D.de sponsalibus.*

Sexus Procuratoris.

3519 Vir, & femina possunt esse procuratores.

PRocurator potest esse vel masculus, vel femina, duæ feminæ, duo viri; nullibi namque oppositum jure statutum constat. Sanch.*loc. cit. n.15.* Guttierez *loc. cit.* Bonac. *de matrim. qu.2.punct.5.* Pontius *1.de matrim. c.10.num.6.* Perea *loc. cit. num.12.* Bossius *de matrim. c. 3. num.276.*

An Procurator in lethali contrahens nuptias nomine mandantis, peccet mortaliter?

3520 Procurator non peccat contrahens in lethali nomine mādantis.

NEga. Sanch.*loc.cit.* Bossius *de matrim.c.3. 317.& 328.* Vela *in c.fin.n.31.de procuratori-*

toribus in 6. contrà Bassolum *in 4. dist. 26. qu. un. art.* 2. Scotum *in 4. qu. un. §. de ministro.*

Patet, nam non procuratores, sed principales efficiunt, & recipinnt Sacramentum, & Sacramenti gratiam; adeòque non procuratores, sed principales debeut esse in gratia pro tempore, quo Sacramentum perficitur per procuratorem, nè ponant obicem gratiæ: & principales peccant non conficiendo, cùm ad hoc non sint ministri ab Ecclesia deputati, sed ponendo obicem gratiæ Sacramentali. Henriquez *lib. 11. c. 2. §. 7.* Guttierez *de matrim. c. 41. n. 2.*

An validum contrahatur matrimonium, si principalis evadat amens post mandatum?

3521 Validè contrahitur, si principalis ad tempus sit amens.

Distinguas: vel amentia est temporalis transiens: vel perpetuò confirmata.

Si temporalis transiens, affirma validum esse Sacramentum matrimonii. Contrà Sanchez *to. 1. lib. 2. de matrim. disp. 11. n. 12.* Henriquez *lib. 11. c. 4. n. 4.* Coninck *disp. 24. dub. 9. n. 7.* Bonacinam *de matrim. disp. 15. qu. 2. punct. 6. n. 13.* Bossium *de matrim. c. 3. n. 274.* Guttierez *de matrim. c. 43. num. 4.* Velasn *in c. fin. par. 4. num. 48. de procuratoribus in 6.* absolutè ajentes matrimonium validum.

Contrà Pontium *2. de matrim. c. 15. n. 14.* Dianam *par. 3. tract. 4. resol.* 249. Paze *cons. 6. num. 6.* absolutè negantes matrimonium validum.

Patet, quia tunc adsunt omnia requisita ad contractum honc sacrum, & ad Sacramentum. enim verò mandatum impedimento transeunti non revocatur, ut non revocatur sequuta ebrietate, vel somno mandantis: nec deest intentio sufficiens ad conficiendum Sacramentum, quæ in re non est habitualis, scilicet præterita non retractata maodantis, sed est virtualis actu manens, & movens mandatarium ad operandum, licèt mandans somno, ebrietate, furore transeunti detineatur. Henriq. *lib. 11. c. 4.* Coninck *disp. 24. dub. 9.*

In quo est gravis differentia inter contrahentes per se, & per procuratorem; nam contrahentes per se, quando contrahunt non posunt esse ebrii, nec dormientes, nec frenetici: itàut non sufficiat voluntas præcedens non retractata habitualis; quia voluntas, & intentio solùm habituails non sufficit ad conficiendum Sacramentum: at dormiens, furens, ebrius post datum validom mandatum, suo mandato movet procuratorem ad ineundas nuptias humano modo, adeòque in procuratore est non habitualis, sed virtualis voluntas principalis, sufficiens ad validitatem Sacramenti, etiam principale furente, dormiente, ebrio.

Patet secundo ex *l. patre furioso.* 8. ibi: *quasi voluntatis reliquiis in furiosis manentibus,* & ibi: *nam furiosus licèt uxorem ducere non possit, matrimonium tamen retinere potest. D. de iis, qui sunt sui, vel alieni iuris. c. dilectus filius.* 24. *de sponsalibus. c. neque furiosus.* 26. 32. *qu.* 7. *c. sicut tenor.* 15. *de Regularibus*; Quamvis ergo amens nequeat dare mandatum; ligabitur tamen mandato antea dato, & mandatarius validè operabitur virtute intentionis mandantis, moventis mandatarium ad agendum.

Idem tertio suadetur ex *l. soluto matrim.* 2. *§. voluntatem.* ibi: *nam ubi non potest per dementiam contradicere, consentire quis eam meritò credet. D. soluto matrim.* sed post mandatum amens contradicere nequit; ergo perseverat virtualis ejus voluntas in mandato, actu movente mandatarium ad nuptias ineundas.

Si amentia sit confirmata, & perpetua.

Subdistinguas: vel mandatum contrahendi nuptias est omninò liberum: vel est necessarium, putà ob causam necessariam, ad resarciendum scilicet læsum familiæ honorem. 3522 Si verò amentia sit perpetua, distinquas.

Si est omninò liberum, & ob causam omninò liberam, itàut non teneatur matrimonium contrahere ex justa aliqua causa: tunc per amentiam sequentem perpetuam confirmatam est revocatum mandatum. Molina *de justitia tom. 2. disp.* 552. 3523 Vel mandatum est omninò liberũ, & tunc nulliter contrahitur, cùm sit revocatũ mandatum.

Patet primo, quia mandatum est prudens ad prudenter contrahendum, & esset imprudens ad contrahendum cum amente.

Secundo patet ex *l. qui servum.* 47. ibi: *qui servum suum hæredem institutum adire jusserat, prius, quàm ille adiret, furiosus est factus. Negavit rectè servum aditurum: quoniam non nisi voluntate domini acquiri hæreditas potest: furiosi autem voluntas nulla est. l. si quis alieni.* 48. *D. de acquirenda, vel amittenda hæreditate.*

Tertio patet, quia notabilissima mutatione status rerum revocatum est mandatum: puta si superveniat mors, inimicitia, lapsus facultatum. *l. cum quis.* 38., & *l. si cum Cornelius.* 82. *D. de solutionibus.* Baldus *in l. ex parte de rescriptis.* Amentia autem supreveniens notabiliter alterat statum rerum; nam nemo prudens cum amente vellet contrahere. *d. l. qui servum.* 47. *l. si quis.* 48. *D. de acquirenda hæreditate.*

Si mandatum sit necessarium: purà ob causam necessariam, scilicet ad restituendum honorem familiæ, vel personæ: tunc ex superveniente amentia mandatum non revocatur. Pontius *lib. 2. c. 15. n. 14.* Arriaga *tom. 7. disp. 19. n. 35.* Lugo *de Sacr. disp. 8. sect. 6. n. 117.* Antonius à Sp. S. *tract. 11. n. 17.* adeòque tenet Sacramentum matrimonii contractum post amentiam perpetuam. Baldus *in l. si quis. D. de procuratoribus.* 3524 Vel mandatum est necessarium, & tunc non revocatur.

Patet, quia tunc sunt omnia requisita ad valorem Sacramenti, mandatum scilicet, & intentio virtualis contrahentium: adest mandatum, quia mandatum necessarium non extinguitur morte; ergo nec amentia; ut latè ostendi. 3. *Pantonomodidascalia. n.* 2936.: adeòque mandatum pro reficiendis damnis illatis, pro solvendis debitis necessarium est perseverans mortuo, vel amente mandante quacumque emergente status mutationa.

Durat etiam virtualis voluntas; nam mandatarius movetur mandato ad contrahendas nuptias: adeòque intentio mandantis operatur, non est omninò otiosa in mandatario, ex quo clarè constat intentionem non esse habitualem, sed virtualem; cùm habitualis, non virtualis sit præterita non retractata omninò otiosa.

Verba Procuratoris contrahentis nuptias.

3525 Formulæ Procuratorũ contrahentium.

Sunt equipollentia istis: N. N. acceptat, accipit te in suam conjugem me mediante.

Et N. N. acceptat, accipit te in suum virum, sponsum me mediante. Gabr. à S. Vinc. *de Sacram. matrim. disp. 2. q. 3. n. 17.* Bossius *de matrim. c. 3. num. 279.* Guttierez *de matrim. c. 43. num. 17.*

An nubentes per procuratorem debeant deindè præsentes iterum ratificare matrimonium.

3526 Contrahentes per procuratores debent iterum præsentes ratificare

Affirmant Covarr. *2 part. de sponsalibus c. 1. §. unico n. 5.* Guttierez *de matrim. c. 43. n. 22.*

*n.*22. Bellarminus *lib.*2. *de matrim. c.*5. Henriquez *lib.*11.*c.*2.*§.*2. Sanch.9.*de matrim. disp.*11. *n.*31. Rebellus *q.*5.*n.*10. Bonac.*q.*2. *punct* 5. *n.*4. Bossius *de matrim. c.*3. *n.* 320. idque ad cavendum, nè fortè non sit Sacramentum. (8)

Matrimonium per nuncium.

§. II.

An teneat?

3527 Per nunciũ etiam Matrimonium valet.

AFfirma. Sanchez *lib.*1.*disp.*6.*n.*3.,*&* 20.

Patet, quia per nuncium valet iniri contractus; ergo etiam contractus matrimonii, & Sacramentum, ut de contractu per procuratorem dictum est; cùm solùm differant in modo contrahendi; nuncius enim exprimit se missum ad nunciandum, ita: A mittit me, ut ejus nomine nunciem tibi velle te in suam uxorem: procurator verò dicit, ego procurator N.N. nomine Petri principalis accipio te in ejus uxorem.

Nuncius debet esse coram Parocho, ut perficiatur Sacramentum juxtà formam Tridentini *sess.*24.*c.*1.*de reformat.*

Per Epistolam.

§. III.

An post Tridentinum teneat matrimonium?

3528 Et per Epistolã etiam post Trid. sustinetur.

AFfirma. Genua *de scriptura privata lib.* 3. *q.*11 *n.*1. Vela *in c.fin.n.*49.*n.*50.*de procuratoribus in* 6. Pontius *lib.* 2. *de matrim. c.* 16. *n.*8. Bossius *de matrim.c.*3.*à n.*305. Sanch. *lib.*2. *de matrim. disp.*12.*n.*3.

Patet, quia per epistolam potest iniri contractus; ergo etiam matrimonium, quod in quantum contractus fuit elevatus ad rationem Sacramenti. Debet tamen de literis constare coram Parocho, & testibus, pro ut de procuratore dictitabamus ex *c.fin.de procuratoribus in* 6.

Fit hoc modo: unus scribit sponsæ dicens se velle illam in uxorem: sponsa rescribit se acceptare illum in virum de præsenti: & ambæ literæ leguntur à sponso coram Parocho, & testibus: & item sponsa coram Parocho, & testibus potest legere epistolam sponsi acceptantis illam in uxorem, asserens coram Parocho, & testibus se consentire de præsenti, & tunc perficitur iste contractus, etiam in ratione Sacramenti. Doctores *citati.*

De Consensu exigito in contrahentibus matrimonium.

CAPUT IX.

3529 Consensu reciproco contrahentium perficitur contractus, & Sacramẽtum matrimonii.

MAtrimonium ineuntes conficiunt contractum, & Sacramentum, qui fieri nequit sine intentione, & consensu ineuntium nuptias. *l.*1.,*&* *l.*7. *D.de pactis. l.nuptias. D. de regulis juris.c.sufficiat.*2.27.*q.*2. *c.tua* 26. *de sponsalibus.c.tua.*4.*de sponsa duorum. c.majores.*3.*de Baptismo.* De quo consensu, & intentione multa indaganda. Primo, qui, & qualis consensus. Secundo, an sit pars essentialis contractus. Tertio, an sit exprimendus signo sensibili. Quarto, quomodo suppleatur defectus consensus. Quinto, prodibit consensus purus, & conditionalis. Ad primum.

Qui, & qualis debeat esse consensus ineuntium nuptias.

§. I.

DEbet esse verus, spontaneus, reciprocus. 3530 Consensus fit verus, nõ fictus.

Verus, aliàs deesset verum matrimonium. *l.simulatæ nuptiæ, nullius momenti sunt.* 30.*D.de ritu nuptiarum. l.nuptias. D.de regulis juris.c.sufficiat.*2.*c.sic quippe.*41.*c.Beata Maria.* 3.27.*q.*2.

Spontaneus, quia à matrimonio debet abesse omnis vis, metus injustus, sivè à parentibus, sivè ab alio inferatur. *c. requisivit* 17. *c. cum locum* 14.*c.gemma mulier.*29. *de sponsalibus. c.*2. *de his, quæ vi.* Sivè metus sit concussionis, scilicet comminati mali. *l.* 1. *D. de concussionibus:* sivè sit metus impressionis, scilicet mali jam inflicti. Sanch.*lib.*1.*de matr.disp.*1.*n.*8. sivè sit metus violentæ suspicionis, qui solet dici compulsivus, natus ex inimicitia; cùm de inimico omnia sint timenda. Tertio debet esse reciprocus, quia matrimonium est contractus onerosus, ultrò citròque obligans; meritò exigens ultrò citròque scilicet reciprocum consensum: Idque magis, quàm in aliis contractibus, ob indissolubilitatem nuptiarum. D. Thomas. in 4. *dist.*29.*q.unica.* Burattus *dec.*86.*n.*34. *ex c.gemma.de sponsalibus.* Sed incidenter hic controverti potest.

Spontaneus.

Reciprocus.

An teneat matrimonium initum inter amore cæcos?

3531 Inter amore cæcos valet matrimoniũ nisi in amentiam fuerint lapsi.

AFfirma. Jason. in *l.sticia.*134.*n.*8.*D.de V.O.* Cænedus.*collect.*20.*n.*5. Bossius. *de matrimon.c.*14.*n.*2.

Patet, quia inter istos non deest verus spontaneus reciprocus consensus: patet, quia turpia amore acta sunt peccata; ergo amor non tollit advertentiam necessariam ad liberè humano modo spontè operandum. Intelligas, nisi tanta passione acti perturbata mente in amentiam fuerint lapsi; tunc enim consensu, & delicto carent. Clarus *lib.*5. *§.fin. q.*6. Glossa in *c. fin.de conditionibus appositis.* Menoch.2. *de arbitrariis. centuria* 4. *casu* 324. Ità etiam concludas de matrimonio iracundia inito, scilicet tenere: nisi iracundia tanta sit, ut tollat plenam libertatem, & consensum: puta si esset motus primo primus, vel primo secundus, *l.quicquid in calore* 49.*D.de regulis juris.* Pontius *lib.*4. *de matrimon.c.*1.*n.*1. Ad secundum.

An consensus reciprocus, spontaneus sit essentialis contractui, & Sacramento matrimonii?

§. II.

3532 Consensus fit etiam reciprocus, qui est essentialis contractui, & Sacramento matrimonii.

AFfirma. Sanch.2.*de matrim.disp.*25. Glossa, Hostiensis, Cardinalis, Præpositus in *cap. tua. de sponsalibus.* Abbas in *c.penult. n.*4. *&* 6. *de sponsalibus* Soccinus junior *volum.* 2. *consil.* 24.*n.*3. Sylvester *v. matrimonium q.*27. Covarr. *part.*2.*de matrim. c.*4. *n.*1. contrà Gabrielem à S.Vinc.*q.*1. *n.* 3., *&* 4. ajentem, consensum ad valorem matrimonii requiri non ut quid essentiale, sed ad instar conditionis sine qua non.

Patet, quia de essentia contractus est consensus. *l.*1.*D.de pactis.l.*3.*D.de pollicitationibus.*

Se-

(8) Vide Clericatum *decis.* 4. *de matrimonio n.* 7. & 39. ubi alios DD. cumulat assertioni Auctoris adhærentes, refertque ita matrimonium inter Leopoldum Romanorum Imperatorem, & Margaritam Theresiam filiam Regis Hispaniarum Philippi IV. per procuratores initum anno 1665. Viennæ Austriæ per Nuncium Apostolicum fuisse ratificatum, & ab ipso Nuncio speciali facultate Pontificis solenniter benedictum.

Secundo ex *l. nuptias non concubitus, sed consensus facit.* 31. *D. de regulis iuris. l.* 4. *l. sponsalia* 11. *D. de sponsalibus. c. cum locum* 14. *c. tua* 25. *de sponsalibus c. sufficiat.* 2. *q.* 27. *q.* 2. *l. cum fuerit* 15. *D. de conditionibus, & demonstrationibus. l.* 2. *D. de ritu nuptiarum. l. cum hic status* 33. *§. si mulier. D. de donationibus inter.* Tridentinum *sess.* 24. *c.* 9. *de reformatione* Florentinum in *decreto Eugenii §.* 7.

Tertio, quia est contractus juris gentium, qui perficitur consensu, etiam sine verbis, literis, traditione, sed nutu declarato, vel traditione annuli, osculi. *l. si à sponsis* 16. *C. de donationibus ante nuptias.* Adeòque etiam muti, & surdi possunt nuptias contrahere signo aliquo sensibili indicato consensu. *cap. cum apud* 23. *cap. tua* 25. *de sponsalibus.*

Dices cum Gabriele à S. Vinc. *loc. cit.* contractus matrimonii est pactum, & pactum fit verbis externis, non internis actibus.

3533 Signa externa supponunt, non afficiunt rem significatam.

Respondetur: signa externa supponere, non efficere rem significatam; adeòque nutus, verba supponere, non efficere pactum factum per actus internos. *l.* 1. *ibi: plurimum in i. lem placitum. D. de pactis.*

Nec officit, consensum, intentionem tenere se ex parte afficientis; adeòque præsupponi ad existentiam contractus, sicuti causa præsupponitur ad suum effectum.

Nam respondetur: consensum esse effectum contrahentium, constitutivum contractus, & Sacramenti.

Ad tertium.

An consensus debeat sensibili signo manifestari, ut sit Sacramentum?

§. III.

3534 Consensus sit signo sensibili manifestatus, ut sic Sacramentum efficiatur.

AFfirma: quia Sacramentum est; & quia contractus humanus; nam inter homines sensibiles, sensibile signum est Sacramentum, & cùm sit contractus essentialiter humanus civilis, debet esse essentialiter sensibilis. Sotus *in* 4. *dist.* 27. *qu.* 1. *art.* 1. Sanch. 2. *de matrim. disp.* 31. *n.* 3. Coninck *disp.* 24. *dub.* 8. *num.* 63. Hurtadus *disp.* 3. *difficul.* 12. *n.* 46. Pontius 2. *de matrim. c.* 6. *n.* 10. Perez *de matrim. disp.* 14. *sect.* 4. *n.* 2. Dicastill. *disp.* 2. *num.* 119. Contra Majorem *in* 4. *dist.* 26. *qu.* 1. *ad* 3. & alios ajentes, esse conditionem essentialem sine qua non iy *sensibile*, ex *c. cum locum.* 14. *c. tua.* 25. *de sponsalibus*, ubi, matrimonium solo consensu perficitur, sed ibi per iy, *solo consensu*, excluditur realis traditio rei, cùm non sit contractus re, hoc est traditione firmus, celebratus; & etiam ibi excluditur coactio, metus.

3535 Summus Pontifex nequit supplere consensum omissum.

Consensus adeò est necessarius, ut Summus Pontifex non possit supplere consensum omissum à partibus; quia non potest tollere, nec implere, quod de jure naturali, & divino requiritur. Sanch. 2. *de matrim. disp.* 27. *n.* 2.

An possit haberi matrimonii vinculum sine consensu de potentia Dei absoluta?

3536 De potentia Dei ordinaria nequit haberi vinculum matrimonii, absque consensu: secùs de potentia extraordinaria.

DIstingue: vel Deus vult, vel non vult mutare quidditatem matrimonii præsentis.

Si vult mutare essentiam, affirma: quia nulla contradictio, ut Deus sine consensu adstringat virum, & uxorem, det mutuam potestatem, & interdicat discessum, & ità recipio Sotum *in* 4. *dist.* 27. *qu.* 1. *art.* 2. *concl.* 1.

Si verò vult remanere eandem matrimonii essentiam; tunc nequit sine consensu iniri; quia esset contradictio, ut remaneat præsens essentia matrimonii mutuò constituta, & consensus non requiratur; requireretur namque, & non requireretur. Requireretur, quia hæc est matrimonii essentia immutata, & non requireretur, ut supponitur; nec in hoc assequor majorem difficultatem, licèt inter se obstinatissima contentione disputent, & Sotus *in* 4. *dist.* 27. *qu.* 1. *art.* 2. & 1. alii Doctores apud Sanch. *disp.* 26. *num.* 3. velint, Deum supplere posse talem consensum in genere causæ effectivæ; & alii Doctores apud Dianam *par.* 8. *tract.* 1. *resol.* 82. docentes, Deum de facto sine consensu conjunxisse Adamum, & Evam in matrimonium. Contrà Pontium *lib.* 2. *de matrim. c.* 3. *n.* 4. Leandrum *loc. cit. disp.* 7. *q.* 3. ajentes, non posse Deum conjungere in matrimonium sine consensu partium.

An pater possit respondere pro filio præsente tacente?

NEga: nisi aliundè constiterit filium consentire; quia qui tacet, potest, & non exprimit, nec consentire, nec dissentire censetur: & sic interrogandus est filius, & filia, vir, & uxor, non eorum pater de consensu. Trident. *ses.* 24. *c.* 1. *de Reform.* idque Parochis præceptum à Tridentino sub variate, si constet puellam, & virum consentire, ait Diana *de Sacram. res.* 294. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. n.* 15. 3537 Pater nequit respondere pro filio præsente, sed tacente.

Qualis consensus.

COnsensus requisitus ad valorem matrimonii est, qui sufficit ad validitatem contractus, talis est consensus purus, conditionalis, modalis, demonstrativus, ad diem, &c. nobis nmissis consensu puro ex se liquido, ad conditionalem convertamus orationem. 3538 Consensus, qui sufficit ad contractum, sufficit ad matrimonium.

Consensus Conditionalis.

§. IV.

EST conditione informatus, quæ conditio est suspensio actus in futurum eventum *l. potior. C. de his, quæ sub modo. l.* 1. *D. de donationibus*, & obligatio talis suspensa, quando conditio verificatur, dicitur purificari. *l. si ità stipulatus fuero. D. de verb. oblig. l. sicut. §.* 1. *D. de donationibus causa mortis.* Baldus *consil.* 199. Angelus *consil.* 213. Thusc. *concl.* 999. *n.* 74. Conditionis divisionem in de præterito, præsenti, & futuro: futura in impossibilem, necessariam, & contingentem. Contingens, in casualem, potestativam, & mixtam. Impossibilis, in impossibilem secundum naturam, secundum mores ob perplexitatem, & ex facto, ut si velit ducere pauperem, si pro dote det centum, mille, ut fusius notavi 3. *Pantonomodidascalia n.* 278. *sub titulo: Quæ conditiones non suspendant.* 3539 Quid sit conditio. 3540 Multipliciter dividitur.

Rursus conditio tacita duplex: prima inest ex rei natura, ut contraho tecum, si consentis; contractus namque ex se consensum exigit. *l.* 1. *l. juris gentium.* 7. *D. de pactis*, & hæc conditio, sivè exprimatur, sivè non, actum non suspendit. Et de ipsa currit: *taciti, & expressi eadem virtus. l.* 1. *D. de condit. & demonstrat. l. conditiones extrinsecus.* 98. *l. aliquando accidit, ut sub conditione legatum, purum intelligitur.* 106. *D. de condit. & demonst. l. in vendendo.* 66. *D. de contrahenda emtione.* 3541 Tacita conditio duplex est.

Altera conditio tacita intrinseca est ex dispo-

ſitione juris raquiſita ad valorem contractus nuptialis, ot contraho tecum, ſi non ſis affinis; non enim id requiritur ex natura matrimonii, ſed ex diſpoſitione legis. Et hæc exigita ex voluntate expreſſa contrahentis reddit actum conditionalem, ratione cujos contrahens, ſi eſt conſanguinea, non eſt excommunicatus contrahens cum conſanguinea in *Clementina un. de conſanguinitate*; quia cenſentur actus ille conditione ſuſpenſus.

His delibatis.

Conditio de præſenti, & præterito.

3542 Conditio de præterito, & præſenti nō reddit matrimonium conditionale.

NOn reddit matrimonium conditionale, quia contrahentes ſub hac conditione, purè volunt contrahere, conditione purificata: & conditio præſens, & de præterito ſemper eſt purificata, & ſic non reddit actum conditionalem. *l.* 100. *D. de condit. & oblig. l. inſtitutio talis.* 10. *D. de condit. inſtit.* ibi: *cùm nulla ſit conditio, quæ in præteritum confertur, vel qua in præſens. l. cum ad præſens.* 37. *D. ſi certum petatur.* ibi: *cum ad præſens tempus conditio confertur, ſtipulatio non ſuſpenditur. l. ſi ità ſtipulatus fuero. D. de verb. oblig.* D. Thom. *in* 4. *diſt.* 29. *qu. un. art.* 3. *qq.* 3.

Conditio de futuro neceſſaria.

3543 Neque conditio de futoro neceſſaria.

NOn reddit matrimonium conditionale. *l. ſi pupillus.* 9. §. *qui ſub conditione*, ibi: *qui ſub conditione ſtipulatur, quæ extitura eſt, purè videtur ſtipulari*, *D. de donationibus. l. impoſſibilis.* 7. *D. de verb. oblig.* D. Bonaventura *in* 4. *diſt.* 28. *qu.* 2. *art.* 5. *concl.* 3. Baldus *lib.* 2. *conſ.* 474. Thuſc. v. *conditio. concl.* 578. *n.* 2. Et ad ſummum ſuſpendit exequutionem contractus.

3544 Quando cōditionem includat.

In uno caſu conditionem facit, ſi dicat contraho, quando Sol cras naſcetur; ità ut nolit contrahere ante Solis ortum; & tunc non adeſt contractus purus ante Solis ortum, qua ratione non eſt idem dicere quando Sol, & ſi Sol naſcetur. Sanch. 5. *de matrim. diſp.* 2. *n.* 2.

Si dicat: contraho, ſi Antichriſtus naſcatur; actus eſt conditionalis, ſi reſpiciet diem nativitatis Antichriſti, quæ dies eſt incerta, & ſatis, ut actus ſit conditionalis. *l.* 1. & 4. *D. quando dies legati cedat.* Covarr. 2. *par. c.* 2. §. 2. *num.* 11. Adrianus *q.* 1. *de matrim. dub.* 16. contra Sanch. *loc. cit. n.* 7. Bonacin. *qu.* 2. *punct.* 10. *n.* 7. Hurtadum *diſp.* 7. *difficult.* 6.

Dicens contraho tecum, ſi Deus voluerit.

Purum contrahit matrimonium, intendens voluntatem Dei generalem; quicquid enim fit, Deus vult, vel permittit.

Si verò intendat, ut Deus miraculosè oſtendat ſuam voluntatem: tunc eſt conditio turpis tentationis Dei, quem an annullet actum, ut conditio impoſſibilis. Nos expoſuimus 3. *Pantonomo didaſcaliæ n.* 281 *ſub tit. de obligationibus*, & etiam hìc aliquantiſper morandum.

Conditio de futuro impoſſibilis.

3545 Conditio de fotoro impoſſibilis ſi tollit conſenſum, nullum efficit matrimonium.

SI tollat conſenſum, tollit matrimonium, tollit autem conſenſum ſi, ſeriò apponatur, nolens aliter conſentire, ut communiter fit; qui enim exigit conditionem impoſſibilem, non vult; nam ſi vellet, impoſſibilem conditionem non exigeret: ſic dicens, dabo tibi, ſi cras, non erit dies, non vult dare, qua ratione conditio impoſſibilis vitiat actus requirentes conſenſum ſe obligantis. *l. non ſolum.* 31. *D. de oblig. & action.* ibi: *nullius momenti ſunt. l. ſi ità ſtipulatus.* 97. *l. impoſſibilis.* 7. *D. de verb. oblig.* §. *ſi impoſſibilis. inſtit. de inutil. ſtipul. l. certi condictio,* §. *quoniam, D. ſi certum petatur.*

Et ità actum tollit, ut defectus conſenſus requiſiti eſſentialiter nequeat legis diſpoſitione ſuppleri, ut ex dictis patet.

Si verò conditio impoſſibilis ſeriò non fuerit appoſita, ſed jocò; tunc actum non irritat, & conſenſus eſt purus: & ità lex præſumit conditiones apponi non ſupplens conſenſum, ſed præſumens, quod adſit favore matrimonii. *c. fin. de conditionibus appoſitis*, pro cujus valore in dubio judicandum. *c. fin. de ſententia, & re judicata*, & ſic ſi aliundè conſtaret ſeriò appoſitam eſſe conditionem, tunc præſumptio cederet veritati, & matrimonium eſſet nullum defectu conſenſus. Sanch. *diſp.* 3. *n.* 15. Coninck *diſp.* 29. *n.* 5. & 42. Leſſius 2. *de juſtitia. c.* 18. *dub.* 15. *n.* 122. 3546 Secùs ſi joco fuerit appoſita.

3547 Conditio impoſſibilis poteſt reſpicere eſſentiam matrimonii, aut ejus circumſtantias.

Conditiones hujuſmodi impoſſibiles poſſunt eſſe contrà eſſentiam, & bona matrimonii, & poſſunt eſſe extraneæ, ſcilicet contrà circumſtantias.

Contrà eſſentiam, & bona matrimonii ſunt, ſi dicat: contraho ſi debitum non reddas, ſi, contra bona matrimonii, dicat, ſi non prolificaveris, ſi fidem non ſervaveris, ſi matrimonium ſit ſolubile; bona namque tria ſunt, proles, fidelitas, inſolubilitas.

Circa circumſtantias eſt, ſi digito cœlum tangas, ſi furaberis. Prima conditio impoſſibilis annullat matrimonium, ſecunda rejicitur, & matrimonium tenet; quia ſecunda non prima jocò appoſita cenſetur. *c. fin. de conditionibus appoſitis.* Boſſius *de matrim. c.* 10. *à* 65. *ad* 124.

Sed cur hæc diverſitas? variè reſpondent impugnati. 3. *Pantonom. à n.* 283. & placet ità diſpoſuiſſe Summum Pontificem, & potuiſſe aliter diſponere, dummodò firmum ſit matrimonium, revera nullum, ſi deſit conſenſus, quocumque ex capite id naſcatur.

Sed difficultas eſt.

An ſit turpis revocanda conditio: contraho, ſi te concubitu inveniam virginem?

3548 Conditio de cognoſcenda virginitate ſponſæ ſi fiat obſervatione matronarum, licita, ſi proprio congreſſu eſt turpis.

DIſtinguas: vel vult ſcire virginem eſſe obſervatione matronarum, vel proprio congreſſu.

Si proprio congreſſu, eſt turpis, & ſic cenſetur impoſſibilis; nam ſuſpenſo matrimonio conditiona, concubitus tentari nequit.

Si verò obſervatione matronarum; tunc eſt honeſta, & matrimonium eſt ſuſpenſum. Sanch. *lib.* 5. *diſp.* 16. *n.* 7.

An ſit validum matrimonium ſub conditione ſi nunquam debitum petatur, & reddatur, ſi perpetuò continentiam promittas?

3549 Nullum eſt matrimoniū ſub conditione numquam petendi debitum, & reddendi.

NEga. Guttierez *de matrim. c.* 82. *num.* 11. Henriq. *lib.* 11. *c.* 5. Layman *lib.* 5. *tract.* 10. *punct.* 2. *c.* 7. *n.* 8. *corollario* 2. Boſſius *de matrim. c.* 10. *n.* 256. contra Pontium *lib.* 3. *c.* 15. *n.* 6. Bonacinam *de matrim. q.* 2. *puncto* 10. *n.* 53.

Patet primo ex *c. fin. de conditionibus appoſitis*, ubi eſt nullum matrimonium initum ſub conditione tollente finem matrimonii, ut eſt bonum prolis.

Secundo tollere jus ad petendum debitum eſt tollere matrimonium; nam matrimonio licèt conjux non acquirat dominium deſpoticum alterius

terius corporis, acquirit tamen jus ad petendum usum conjugalem corporis; cùm ergo pacto perpetuæ continentiæ, non petendi, non reddendi, oriatur jus ad non petendum, ad non reddendum, sequitur tali pacto tolli jus, & contractum matrimonii, quo initur jus, & titulus petendi. Quo ergo modo intelligi valet eodem tempore contrahi nuptias, scilicet jus petendi, & debitum reddendi, & simul pacisci mutuò, nè detur jus petendi, debitum reddendi?

3550 Pacta in continenti unũ constituunt.

Tertio illa pacta cùm fiant incontinenti constituunt unum cum contractu matrimonii, adeòque ad invicem se destruerent; nam non possent servari pactum contractus matrimonii, & pactum non petendi, non reddendi.

3551 Promissio verò ingrediendi intra bimestre substinetur.

Non vitiat autem contractum nuptialem, si dicat: duco te, si permittas me ingredi Religionem intra bimestre ante consummatum matrimonium; quia talis conditio non reddit matrimonium conditionale, cùm insit tacitè ex dispositione legis. *l. 1. D. de conditionibus, & demonstr.* Sanch. *de matrim. disp.* 11. *n.* 6.

Nec officit primo, ineuntes nuptias potuisse anteà esse voto castitatis adstrictos.

Nam inde non impeditur contractu nuptiali acquiri jus, & debitum; cùm tale jus non impediatur voto simplici, quo voto non acquiritur jus in re devota: licèt peccent voto castitatis adstricti contrahentes nuptias.

Nec officit secundo, post contractum matrimonium posse mutuo pacisci de profitenda Religione, vel de castitate vovenda, & voveri.

Nam nulla pacta, quæ nequeunt incontinenti apponi: puta quando unum tollit jus alterius. Valent tamen apponi ex intervallo; quia tunc nequeunt destruere perfectum jam, & indissolubile matrimonii vinculum, quod tollerent incontinenti adjecta, tollendo consensum ad essentialia matrimonii.

Nec tertio officit Beatam Virginem virginitatem vovisse. D. Augustin. *lib. de virginitate c.* 4. & veras iniisse nuptias cum S. Joseph. *c. conjux.* 27. *q.* 2. Matth. 1. ibi: *conjugem suam.* Lucæ 2. ibi *uxore prægnante.*

Nam consensit in nuptiis dando jus ad corpus, edocta à spiritu Sancto Divum Joseph nunquam tali jure usurum.

Conditio honesta contingens casualis, potestativa, mixta.

3552 Conditio honesta contingens, &c. suspendit actum usque quo purificetur ea.

ACtum suspendit, donec purificetur. *cap. super eo* 5. ubi Abbas. *num.* 4. *de conditionibus appositis. l. si à conditione.* 3. *C. de conditionibus insertis. l. cedere diem* 213. *D. de verb. sign. l. hac conditio* 25. *D. de condition., & demonstrat. l. bovem. §. sub conditione. D. de ædilitis edicto. l. gregi. §. fin. D. de pignoribus.*

Honesta est, duco te si eris virgo, quia potest esse, & non esse: licèt deinde evadat impossibilis, si corrompatur. Sanch. *disp.* 4. *n.* 16.

Difficultas est.

An matrimonium sub conditione de futuro casuali validum, purificata conditione indigeat novo consensu?

3553 Purificata conditione casuali, novus consensus non est apponendus.

NEga, si consensus præstitus tempore initi contractus non sit revocatus tempore purificatæ conditionis. Paludanus in 4. *dist.* 19. *q.* 2. *art.* 5. *n.* 37. Sanch. 5. *de matrim. disp.* 8. *nu.* 5. dans undeviginti Doctores. Coninck *disp.* 29. *dub.* 1. *n.* 11. Hurtadus *disp.* 7. *difficultate* 3. *n.* 10. Sylvius 3. *p. q.* 43. *art.* 5. *q.* 1. *conclus.* 7. Perez. *de matrim. disp.* 16 *sect.* 13. *n.* 5. Bossius *de matrim. c.* 10. *n.* 70. dans undecim Doctores, dicens hanc veriorem, contrariam tutiorem. Contra undeviginti Doctores apud Sanch. *loco cit. n.* 3. Pontium *lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 5. Leandrum *loc. cit. q.* 13. Meratium *de matrim. disp.* 7. *n.* 11. Dianam *p.* 3. *tract.* 4. *resol.* 291.

Patet primo: cæteri contractus de præsenti conditionales, ut vendo tibi fundum, si navis venerit: dono tibi fundum, si doctoraberis, purificata conditione, purificantur sine novo consensu. *l.* 7. *D. de contrah. emtione*; ergo etiam contractus matrimonii conditionalis purificata conditione purificatur, & tenet sine novo consensu. 3554 Pluribus rationibus probatur.

Secundo, vovens sub conditione, purificata conditione, sine novo consensu voto tenetur; ergo etiam contrahens nuptias sub conditione, sine novo consensu purificata conditione erit obligatus.

Tertio, purificata conditione contractus retrotrahitur ità ac, si ab initio purè fuisset initus. *l. potior.* 9. *D. qui potiores in pignore. l. qui pecuniam* 30. *D. si certum petatur*: si autem requireretur novus consensus, non retrotraheretur, sed inciperet à tempore novi consensus.

Quarto, si requireretur novus consensus, idem esset dicere: ducam te, si pater tuus consenserit, ac ex nunc duco te, si pater tuus consenserit: & nihil plus operaretur consensus de præsenti, ac de futuro: at id falsum, quia ly *duco* si pater consenserit, reddit contractum de præsenti purificandum purificata conditione futura. *Ducam* verò significat tempus futurum, contractum futurum, ly *ducam* requirit novum consensum purificata conditione; quia debet iniri novus contractus, non si dicat, *duco*.

Quinto, sponsalia sub conditione de futuro purificata conditione fiunt pura sine novo consensu. *cap. unico de sponsalibus in* 6. ergo etiam sponsalia de præsenti sub conditione de futuro, purificata conditione evadent pura sine novo consensu.

Sexto, Deus, & Ecclesia naturam contractus non destruxit, sed elevavit ad rationem Sacramenti; ergo quò ad quidditatem contractus, ita etiam nunc, ut esset si non fuisset, Sacramentum; sed si non fuisset Sacramentum contractus nuptialis purificata conditione purificaretur sine novo consensu. *l. hac conditio* 7. *D. de contrah. emt. l. post diem. §. si sub conditione. D. quando dies legati cedat.* & retrotractione fit, ità ac si ab initio fuisset purus contractus. *l. fin. §. Titius D. de vulgari. l. si te solum. D. de hæredibus instit. §. sub conditione. instit. de verb. oblig.*; etiam nunc cum ratione Sacramenti sine novo consensu purificatur, & retrotrahitur ad tempus initi contractus.

Septimo patet ex *cap. super eo.* 5. *de conditionibus appositis.* ubi contrahens nuptias sub conditione, consummare valet matrimonium. Id enim exprimit ly *contrahendum* in textu; nam de hoc Pontifex interrogatus fuerat, cui interrogationi responsio concludere debet. *l. ut responsum. C. de transactionibus. l. fin. C. de fideicommissariis libertatibus*, & post purificatam conditionem matrimonium redditur omninò indissolubile, quo sensu dici potest, tunc contrahi matrimonium indissolubile, nec in textu requi-

ritur novus consensus, sed sola conditionis purificatio.

Objectis fit satis.

Dices primo: obstat textus in *d. cap. super eo 5. de conditionibus appositis.* ubi conditio reddit sponsalia de futuro, non de præsenti; ergo requiritur novus consensus ut sponsalia evadant de præsenti.

Respondetur neg. antecedens, nam in dicto textu dicitur *duco*, non *ducam*, & duco est tempus præsens, non futurum; solumque asseritur conditione pendente nō posse consummari, quia non adhuc est purum perfectum matrimonium. *l. hac venditio 7.* ibi: *conditionales autem venditiones tunc perficiuntur, cum impleta fuerit conditio. D. de contrahenda emtione.*

Dices secundo: si matrimonium sub conditione de futuro non indigeret novo consensu, non posset ab illo recedi pendente conditione: & tamen potest recedi, puta, si secundo purè nubat cum alia.

Respondetur neg sequelam, quia nequit recedi à matrimonio perfecto puro: at à matrimonio conditionali recedi valet, & sic redditur dissolutum, ex *cap. super eo 5. de conditionibus appositis.* Primo, si conditio non purificetur. Secundo, si pendente conditione contrahatur cum alia matrimonium purum, de quo mox.

Dices tertio: consensus sufficiens ad matrimonii Sacramentum est perfectus; sed consensus conditionalis non est consensus perfectus; ergo consensus conditionalis non est sufficiens; ergo purificata conditione debet poni novus consensus perfectus purus.

Repondetur dist. majorem: consensus sufficiens ad matrimonii Sacramentum est perfectus, ad matrimonium indissolubile concedo, ad dissolubile neg. major. concessa deinde minori, distinguas consequens: non est sufficiens consensus ad matrimonium indissolubile concedo, ad matrimonium dissolubile neg. Porrò ille consensus suspensus, pendente conditione, illa purificata, perficitur. *d. l. hac venditio 7. D. de contrab. emt.* ibi: *perficiuntur, cum impleta fuerit conditio.* Et ideò meritò in *cap. super eo 5. de conditionibus appositis* dicitur pendente conditione non posse cogi ad contrahendum, hoc est ad consummandum, sed posse cogi purificata conditione; nam purificata conditione est matrimonium perfectum indissolubile, & Sacramentum.

Dices quarto: Sacramenta novæ legis non pendent à conditione contingenti futura: sed matrimonium est Sacramentum; ergo non pendet à futura conditione; ergo quando purificatur conditio, requiritur novus consensus, ut fiat Sacramentum.

Respondetur dist. major. Sacramenta, quæ habent naturam contractos. neg. major. & matrimonium naturam contractus habet, adeòque ad Sacramentum matrimonii sufficit consensus purus, vel purificabilis juxtà naturam contractus: & tunc habet essentiam Sacramenti, & fit indissolubile, & gratiam conferens, quando conditio purificatur absque novo consensu.

Dices quinto: alii contractus valent iniri sub conditione, quia rescindi valent: at matrimonium rescindi nequit; ergo non potest iniri sub conditione de futuro contingenti: & factum sub conditione non erit matrimonium, sed sponsalia de futuro.

Respondetur primo, falsam esse majorem, quia alii contractus etiam puri, ut plurimum rescindi valent saltem mutuo consensu contrahentium.

Respondetur secundo, matrimonium non posse rescindi, quando consensus est perfectus; & esse indissolubile quando est Sacramentum; fieri autem Sacramentum purificata conditione sine novo consensu.

Dices sexto: in *c. super tuas. de conditionibus appositis.* matrimonium de præsenti sub conditione, si pater consenserit, dici sponsalia; ergo sunt sponsalia de futuro.

Respondetur, ibi esse sponsalia de præsenti conditionalia.

Dices septimo: matrimonium dat jus ad copulam conjugalem: sed initum sub conditione, non dat jus ad copulam conjugalem. *cap. super eo. 5. de conditionibus appositis*; ergo initum sub conditione, non est matrimonium.

Respondetur, matrimonium dare jus ad copulam conjugalem, ut est matrimonium, purum dat jus purè ad copulam conjugalem, ut est matrimonium purum dat jus purè ad copulam conjugalem: conditionale dat jus conditionale non purum; nam non est perfectum conditione pendente, qua pendente suspenditur contractus, & jus ad petendum debitum usque quò conditio purificetur.

3555 Ex his patet: matrimonium conditionale non esse Sacramentum purum, quia pendente conditione non est perfectum, adeòque pendente conditione gratiam non causat, sed illam causat conditione purificata: & ut conditione suspenditur contractus, puta nequit produci gratia. An autem possit dici Sacramentum matrimonii conditionale suspensum, ut suspenditur contractus quousque purificetur conditio; tu penitiatiùs meditato.

Matrimoniū conditionale non est Sacramentū purum.

An matrimonium conditionale legitimè initum coram Parocho, testibus &c. indigeat novo consensu purificata conditione?

3556 NEga. Sanch. 5. *de matrim. disp.* 8. *num.* 22. Bossius *loc. cit. n.* 78. dans septem Doctores, contra sex Doctores apud eundem.

Matrimoniū conditionale legitimè initum coram Parocho, &c. non indiget novo consensu purificata conditione.

Patet, quia solennitas requisita tempore initi contractus ante Tridentinum, etiam requiritur vi Tridentini, quando initur contractus conditionalis; nam Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 1. *de reformatione*, non abstulit nuptias conditionales, & novus consensus non exigitur à Tridentino, nec ex natura contractus, aut Sacramenti: gratisvè, imò absurdè fingitur resolvi in sponsalia de futuro; nam esset confundere præsentia cum futuris, scilicet verbum præsens accipio, duco, cum futuro accipiam, ducam: accedit; contrahentes velle contrahere de præsenti, non de futuro, & si per te non tenet, ut matrimonium de præsenti, nec valerent, ut sponsalia de futuro ob defectum voluntatis contrahere volentium de præsenti, non de futuro.

An cum duobus sub conditione de futuro validè contrahat nuptias?

3557 CErtum est illicitè ità contrahere, & cardo difficultatis est an validè contrahat.

Quid de eo qui sub conditione de futuro cum duobus contrahat.

Distinguas: vel simul voluntate simultanea ducendi nuptias simultaneas, vel successivè nuptias conditionales iniret.

Simul voluntate simultanea duplicatas nuptias

3558 Voluntate simultanea nulliter cōtrahit.

ptias contrahendi, nega valdè contrahere; nam esset velle ducere duas simul, adeòque nulliter.

Successivè, vel disjunctivè volens ducere unam, cum qua conditio anteà verificetur, affirma matrimonium validum. Dicastillus *de matrim. disp.* 5. *n.* 91. citans Sanch., Sylvestrum, Bonacinam, Ledesmam. Antonius à Sp. S. *tom.* 2. *directorii tract.* 11. *disp.* 6. *sect.* 6. *n.* 299.

Ratio est, quia tunc ligatur primis nuptiis, quarum conditio purificatur: ut accideret si pendente conditione cum una, contraheret validè purè cum alia, *cap. super eo.* 5. *de conditionibus appositis.*

Scio Ledesmam velle ultimum matrimonium conditionale validum, quia præsumit mutatam priorem voluntatem in prima conditionali promissione.

3559 Placet Auctori primas nuptias tenere.

Mihi placet cum Pontio, & aliis apud Sanch. *loc. cit.* tenere primas nuptias, licet simul verificetur conditio in ambabus nuptiis, contrà Sanch. 5. *de matrim. disp.* 8. *n.* 35. Bossium *de matrim. c.* 10. *num.* 45. dans quatuor Doctores. Antonium à Sp. S. *loc. cit. n.* 30. aientes neutrum matrimonium validum, si conditio utriusque simul verificetur, ob incertitudinem vitiantem nuptias, *cap. ex literis.* 2. *de sponsalibus. l. duo sunt Titii. D. de testamentaria tutela.*

Patet, quia perseverans voluntas conditionalis purificatur, quando conditio verificatur, & purificata retrotrahitur ad principium initi contractus, ità ac si tunc matrimonium fuisset purè initum, qua retrotractione verificata, non officit verificatio simultanea alterius matrimonii conditionalis postea initi; nam sequens matrimonium conditionale nequit retrotrahi ad initium contractus, licèt verificetur conditio; quia jam fingitur purè antea duxisse aliam, cum qua anteà fecerat nuptias conditionales.

An solemne matrimonium conditionale, si pater consenserit, purificetur sequenti copula maritali, licèt non adhuc constiterit patrem consentire?

3560 Sub conditione si pater consenserit, purificatur sequēti copula maritali.

Affirma: Borrellus *in summa decisionum. tom.* 3. *tit.* 1. *n.* 535. Sanchez 3. *de matrim. disp.* 8. *n.* 25. Barbosa *de potestate Episcopi alleg.* 32. *q.* 8. *nu.* 156. Antonius à Sp. S. *tom.* 2. *directorii tract.* 11. *disp.* 6. *sect.* 6. *n.* 455. contra Guttierez *de matrim. cap.* 81. *n.* 9. Patet primo ex *cap. de illis* 3. ibi: *aut carnalis sit inter eos commixtio subsecuta. de conditionibus appositis*: ubi, sponsalia conditionalia etiam de futuro, secuta copula evadunt pura de presenti; ergo multò fortiùs sponsalia conditionalia de præsenti, secuta copula erunt pura.

Secundo ex *cap. super eo.* 5. ibi: *carnalis copula subsequatur, dissolvi non debent. de conditionibus appositis.*

Tertio, quia sequens copula maritalis ostendit copulatos recedere à conditione, qua stante nequit haberi copula maritalis *d. cap. super eo*: & copula non esset affectu maritali, sed fornicario. *cap. per tuas.* 6. ibi *post contracta sponsalia carnalis est inter eos copula subsecuta, pro matrimonio est præsumendum, quia videtur à conditione apposita recessisse. de condit. apposit.*

Et præsentia Parochi, & testium satis est posita in ipso initio conditionalis contractus nuptialis, adeòque copula maritali matrimonium remanet perfectum irrevocabile, etiamsi conditio amplius non purificetur. Ità declaravit Sacra Congregatio apud Barbosam. *in collectaneis Bullarum* 15. *v. matrimonium.* Naldus. *v. matrimonium* 5.

Inhabiles affinitate, consanguinitate, &c. ineuntes nuptias sub conditione, si Papa dispensaverit, an interim obligentur non contrahere cum alia?

Distinguas: vel Papa solet, vel non solet dispensare. 3561 Sub conditione, si Papa dispensaverit valet matrimonium si Papa solet in illo impedimento dispensare.

Si Papa solet dispensare. affirma nasci obligationem, & interim cum alia contrahere non posse. *Sanch.* 5. *de matrim. disp.* 5. *n.* 12. dans viginti Doctores. Leander *tom.* 2. *de matrim. disp.* 8. *q.* 15. dans viginti alios Doctores. Gabr. à S. Vinc. *de matrim. disp.* 3. *q.* 4. *n.* 107. Antonius à Sp. S. *tom.* 1. *directorii tract.* 11. *disp.* 6. *sect.* 4. *num.* 296.

Patet primo, quia actus respiciens tempus habile est ità, ac si fieret tempore habili. *l. in tempus. D. de hæredibus instit.*: sed in re nostra actus respicit tempus habile, si Papa scilicet dispensaverit. ergo est ità, ac si fieret tempore habili, ergo obligat.

Patet secundo, quia quoties conditio est honesta de futuro contingenti, toties contractus tenet, & obligat. *l. conditionales* 54. *l. creditor.* 55. ibi: *conditionali creditori. D. de verb. oblig. l. is, cui* 42. *D. de oblig. & actionibus. cap. super eo* 5. *cap. per tuas.* 6. *de condit. appositis*; sed in re nostra conditio est honesta, ut ex se patet; ergo nascitur obligatio, licèt suspensa pendente conditione. *l. cedere diem. D. de verb. oblig.* ergo non potest cum alia contrahere licitè.

Si Papa nequeat, vel non soleat dispensare juxtà qualitatem rerum, personarum, & temporis: nega ex talibus sponsalibus obligationem nasci, adeòque cum alia contrahere licitè, & valdè valet. 3562 Si vero Papa nequeat, vel non soleat dispensare, sponsalia non obligant.

Patet, talia sponsalia non obligare; quia sunt de re naturaliter, vel moraliter impossibili: & pactum de re ità impossibili est nullum. *l. apud Julianum §. constat. D. de legatis* 1. *l. si stipuler. l. generaliter. D. de verb. oblig. cap. fin. de condit. appositis.*

Nec officit, conditionem impossibilem secundum circumstantiam matrimonio adjectam matrimonium non vitiare. *cap. fin. de condit. appositis*; ergo nec debet vitiare sponsalia de futuro.

Nam licèt rejiciatur conditio tanquam non adjecta, actus remanet ità, ac si fuisset initus sine conditione: Et actus turpis, & contra leges initus, nullus est; adeòque sive fiat sub conditione si Papa dispensaverit, sivè fiat sine tali conditione, actus semper remanet nullus, & nullam inducens obligationem, tanquam de re impossibili naturaliter, aut moraliter.

An quando nascitur obligatio, obtenta dispensatione, dispensatio, & actus retrotrahatur ad tempus initi contractus?

Nega, quia retrotractio ista esset fictione juris: at nullibi invenitur tale jus retrotractionem fingens: nec Summus Pontifex dispensans exprimit se velle dispensationem esse ità, ac si ab initio initi contractus fuisset obtenta: sed solummodò dispensat in impedimento; ergo non retrotrahitur ad tempus ante dispensationem. 3563 Dispensatio non retrotrahitur ad tempus initi contractus.

Hinc resolvitur.

An

An obtenta dispensatione, Sacramentum Matrimonii retrotrahatur ad initium contractus conditionalis, deinde purificati?

3564 Sacramentũ matrimonii nõ retrotrahitur ad initium contractus conditionalis, sed purificati obtenta dispensatione.

NEga; nam Sacramentum Matrimonii retrotrahi nequit ad tempus, quo initi nequit: aliàs fingeretur factum quando fieri non valet inter consanguineos, scilicet, & affines ante dispensationem: Initum enim est ante obtentam dispensationem sub conditione, si dispensatio obtineatur; ergo ut pro illo tempore nequit celebrari matrimonium purum: ità pro illo tempore nequit purificari, nec ad illud tempus retrotrahi matrimonium; nam ad retrotractionem requiritur habilitas termini qui, à quo, ad quem, exemplo motus localis, quo mobile nequit reverti ad terminum ad quem non extantem, vel impossibilem. *l. si is, qui pro emtore. D. de usucapionibus*. Ex his lux ad sequentem controversiam.

An Matrimonium initum sub conditione, si Papa dispensaverit, purificata conditione exigat novum consensum?

3565 Initum sub conditione si Papa dispensaverit, non exigit novum consensum purificata conditione.

NEga. Sanch. dans viginti Doctores prò, contrà nndeviginti Doctores apud eundem *lib. 5. de matrim. disp. 8. n. 10.* Hurtadus *de matrim. disp. 4. difficultate. 5.* contrà Sotum *in 4. dist. 29. art. 2. q. 1.*

Patet: Essentia contractus conditionalis est, ut contractus verificetur conditione purificata: ergo non exigitur novus consensus, ut contractus purificetur verificata conditione; nam si requireretur novus consensus purus, nunquam haberet effectum consensus ille conditionalis nunquam purificatus: & si ille purificatur, ad quid novus consensus purus? Unde sic concludo: vel consensus conditionalis purificatur purificata conditione, vel non purificatur.

3566 Consensus conditionalis purificatur purificata conditione.

Si non purificatur; ergo remanet adhuc consensus conditionalis, ut priùs: adeòque esset, & non esset purificata conditio: esset, ut supponitur: non esset, quia remaneret consensus conditionalis, ut priùs.

Et evadit purus.

Si consensus conditionalis purificatur; ergo consensus conditionalis evadit purus; ergo alius novus consensus est supervacaneus; purificata ergo conditione consensus conditionalis præstitus coram Parocho, & testibus perseverans, fit purus, & est sufficiens materia, & forma contractus nuptialis Sacramenti: non per retrotractionem purificatæ conditionis ad tempus initi contractus conditionalis; quia talis retrotractio hìc est impossibilis, ob inhabilitatem termini ad quem, ut patet ex dictis; sed per antetractionem termini celebrati contractus ad tempus purificatæ conditionis, quod est tempus habile: Ideòque totum censetur juris fictione factum tempore, quo verificatur conditio purificato consensu præstito coram Parocho, & testibus, & perseverante usque ad verificationem conditionis individuatione voluntatis partibus in suo toto pacto compræhensis.

Nec est novum in jure, actum factum tempore inhabili substineri pro tempore habili, ità ac si totus actus esset factus tempore habili: ex juris effato: *Idem est respicere tempus habile, ac fieri in tempore habili. l. in tempus. D. de hæredib. instit.* Ut patet in incapace instituto sub conditione si dispensabitur, si legitimabitur; nam tunc erit hæres pro tempore, quo dispensabitur, legitimabitur: ità ac si tunc esset mortuus testator, quando hæres legitimatur, quando dispensatur. *l. in tempus. D. de hæredib. instit.* Molina *2. de primogenit. c. 7. n. 2.*

Differentia in Matrimonio conditionali celebrato sub conditione de futuro honesta, ut si Pater voluerit; & si Papa dispensaverit?

3567 Matrimoniũ initum sub conditione honesta, tunc cõtrahentes sunt habiles ab initio.

ESt, quia quando dicitur, si pater voluerit, si navis venerit, personæ contrahentes ab initio sunt habiles; adeòque verificata conditione, actus ab initio censetur totus purus per retrotractionem verificatæ conditionis ad tempus initi contractus; cùm terminus ad quem initi contractus sit habilis. *l. ususfructus. 126. D. de servitutibus. l. si filius familias. 78. D. de verb. oblig.*

3568 Secùs sub conditione si Papa dispensaverit, quia ab initio nõ sunt habiles, fiuntque obtenta dispensatione.

At verificata conditione, *si Papa dispensaverit*, censetur consensus purificatus, non tamen trahitur ad initium initi contractus; quia pro tunc terminus ad quem est inhabilis ob impedimentum contrahentium; sed initium consensus perseverantis contrahitur ad finem, in quo purificatur conditio, & impedimenta sunt ablata per dispensationem: adeòque termini sunt habiles ad purum contractum ineundum. *l. in tempus. D. de hæredibus instituendis.*

In utroque tamen casu nuptiæ purificantur sine novo consensu; sed quando ab initio termini sunt habiles, per retrotractionem præsentis purificationis conditionis ad præteritum tempus initi pacti.

Quando verò partes sunt inhabiles ab initio ad purè contrahendum, per traductionem præteriti initi contractus ad tempus habile futurum obtentæ dispensationis purificantis pactum nuptiale.

Hinc patet: quando filii nati ante purificatam conditionem legitimentur purificata conditione; adeòque quando succedant ut legitimi, & naturales.

Objectis fit satis.

Dices primo, nequit quis stipulari sibi dari rem sacram pro tempore, pro quo erit profana. *l. inter stipulantes. §. sacram. D. de verb. oblig.* ergo nec potest contrahere matrimonium, quando partes sunt inhabiles pro tempore, quo erunt habiles ex dispensatione Papæ.

Respondetur neg. consequentiam, & disparitas est, quia in casu antecedentis, non in casu consequentis continetur species pravitatis; nam in primo casu continetur affectus, ut res sacra profanetur; non in secundo casu, in quo partes volunt rem licitam ex dispensatione Papæ.

Nec secundo officit, consensum esse inter personas inhabiles, adeòque nulliter contrahentes.

Nam sunt inhabiles ad contrahendum purè, non sub conditione tollente inhabilitatem sui verificatione.

Replicabis: conditio suspendit actum, qui esset purus, nisi suspenderetur; at inter inhabiles non esset purus, sed esset nullus, nisi suspenderetur; ergo illum actum conditio non suspendit; ergo ille actus nec est conditionalis, nec purus; ergo est nullus; ergo requiritur novus actus absolutus purificata conditione.

Respondetur neg. maj. nam conditio suspendit actum purificabilem, qui non existit, nisi conditio adsit; non autem esset purus, nisi conditio adesset.

An

An purificatio conditionis debeat esse nota contrahentibus?

3569 Purificatio conditionis non debet esse nota contrahentibus.

NEga. Sanch. 5. *de matrim. disp.*8. *num.* 19. Hurtadus *disp.7. difficul.*3. *num.*7. contra Coninck *disp.*29. *dub.*1. Perez *de matrim. disp.*16. *sect.*14. *num.*3. gratis requirentes ratificationem matrimonii cognita conditione purificata.

Patet: nam verificata conditione contractus est purus irresolubilis, nec pendet à notitia, secùs hæc esset alia conditio, si partes noverint impletam conditionem.

Nec officit, ante notitiam verificatæ conditionis contractum conditionalem non esse signum externum completum, cùm signum sit respectu cognoscentis; nam satis est, ut sit signum sensibile ab initio, licèt incompletè positum; nec enim omnes Sacramenti, & contractus partes debent esse eodem modo sensibiles.

An conditio impleri debeat coram Parocho, & testibus?

3570 Neque debet impleri coram Parocho, & testibus.

NEgat Sanch. 5. *de matrim. disp.*8. *num.*24. quia purificata conditione contractus est purus, ac validus sine novo consensu.

Affirmat Coninck *disp.*29. *num.*15. Hurtadus *disp.7. difficul.*8. *n.*24. Rebellus *lib.*2 *qu.*10. *sect.*6 *n.*44. Perez *de matrim. disp.*16. *sect.*14. *n.*7.

Mihi placet debere interesse Parochum, & testes tempore initi contractus; tunc enim ponitur essentiale matrimonio purificationem verò conditionis non debere fieri coram illis, sed debere illis esse notam. Certè non debere fieri coram illis, placet; quia ex Tridentino semel adhibendi sunt. Debere autem illis innotescere, quando est facta, quando est conditio purificata eo modo, quo possint deponere: Mihi ex eo probatur, quia aliàs non posset probari matrimonium perfectum, & possent saltem mutuo consensu recedere, impunè negando conditionem purificatam, & unus etiam invito altero: pro quo absurdo evitando testes à Tridentino exiguntur.

Secundo, quia testes debent deponere de matrimonio indissolubili, & matrimonium conditionale non est indissolubile, nisi purificata conditione; ergo debet testibus innotescere certam conditionis purificationem: aliàs nunquam posset constare matrimonium perfectum, si testibus ignota sit conditionis purificatio.

Tempus

§. V.

Vel incertum, vel certum.

3571 Tempus incertum habet vim cōditionis.

INcertum, ut te duco, quando pater tuus morietur, conditionis vim habet. *l. si cum hæres* 4. *l. hujusmodi.* 13. *D. quando dies legati cedat. l. dies incerta. D. de condit., & demonstrationibus*, & sic quid de conditione, de die incerto dicas. *l.* 1. *l. hæres meus. D. de condit. & demonstr. l. si pecunia* 12. *§. quod ita. D. de legatis* 2. *l. un. l. ut actiones ab hæredibus, & contra hæredes.*

3572 Ex certo nascitur obligatio, sed differtur executio ad adventum diei.

Si est certa dies, ut duco in die Paschatis: tunc nascitur obligatio, sed exequutio differtur usque ad adventum diei. *l.* 1. *D. de condit., & demonstrat. l. centesimis* 46. *D. de verb. oblig.* ibi: *præsens obligatio est, in diem autem dilata solutio. l. quodcumque* 38. *§. inter certam. D. cit. tit.* Bartol. *in l. ita stipulatus. D. eodem titulo*; Nisi velit suspendere ad illud tempus contractum; itaut anteà non sit, nisi promissio contrahendi matrimonium post illum diem: ut duco te in meam uxorem post quinque dies. In quo, & non in alio sensu recipio Hurtadum *disp.*8. *difficultate* 11. *n.*54.

Demonstratio falsa.

§. VI.

NOn vitiat matrimonium, si de rei substantia constet, ut contraho tecum, quæ es dives. *l. demonstratio* 17. *l. si nominatim* 34. *l. falsa* 33. *D. de condit., & demonstrat. l. quibus diebus. §. qui dotalem. D. de legatis* 2. Bartol. in *l. cum pater. §. mente. num* 8. *D. cit. tit.* Tusch. v. *demonstrat. conclus.* 191. *nu.*5. Sà. v. *legatum n.*12. Cæphalus *cons.*137. *n.*37. Nisi sit objectum intentum à contrahentibus; tunc enim ut remoto objecto deest consensus: ità remota demonstratione, quæ est objectum, removetur consensus: Ut si quis velit primogenitam Regis, aliàs nolens contrahere, dicatque duco te, quæ es Regis primogenita, & tunc non est demonstratio rei, sed ipsa demonstratio est res volita. Caramuel, ceterique. 3573 Demonstratio falsa nō vitiat matrimonium, si constet de substātia rei.

Causa falsa.

§. VII.

NOn vitiat matrimonium, si non sit objectum volitum. Si enim est objectum volitum, deest consensus deficiente tali causa; nam sine suo objecto deest consensus, non aliàs *l. demonstratio* 17. *§. quod autem juris est in falsa demonstratione, hoc vel magis est in falsa causa. D. de conditionibus, & demonstrationibus.* 3574 Causa falsa neque vitiat matrimonium, si non sit objectum volitum.

Modus.

§. VIII.

SI sit conditio resolutiva, supponit actum validum. *l.* 1. *D. de donationibus. l. sitio* 70. *D. de conditionibus, & demonstrat.* & contractus resolvitur, nisi impleatur deinde modus. *l. quibus diebus.* 44. *§. Termillius.* ubi Bartol. *D. de condit., & demonstrat. l. final. D. causa data. causa non sequuta.* Molina *disp.* 208. *num.*7. Thuscus v. *modus conclus.* 296. *n.*24. Castrensis *lib.*2. *cons.* 292. Parisius *lib.*2. *cons.* 19. *n.*255. Et sic cùm matrimonium perfectum sit indissolubile, nequeunt illi modi apponi, quibus dissolveretur matrimonium jam perfectum; & consequenter tale matrimonium, vel esset nullum unà cum modo, quasi carens voluntate perpetua, cum Sanch. 5. *de matrim. disp.*19. vel rejecto illo modo esset firmum, supponens validum, impotens modus irritare matrimonium jam validum, ut putat Perez *de matrim. disp.*16. *n.*14. 3575 Modus si erit cōditio resolutiva supponit actum validum.

Contrahentes ergo efficiunt, non solùm contractum, sed etiam Sacramentum, si sint baptizati non impediti, contrahantque purè, sub conditione, sub modo, causa, tempore, ut dictum est.

Matrimonium nullum quomodo revalidetur?

§. IX.

MAtrimonium potest esse nullum ex duplici causa. Primo si deficiat consensus contrahentium. Secundo si adsit consensus, sed ex aliis impedimentis sit nullum: puta ex consanguinitate, affinitate, crimine. Discriminatim agamus, & primo si sit nullum, non ex defectu consensus. Secundo si sit nullum ex defectu consensus. 3576 Matrimonium potest esse nullum ex defectu consensus, vel ob impedimenta.

Matri-

Matrimonium in facie Ecclesiæ celebratum nullum ex occulto impedimento consanguinitatis, affinitatis, &c.

3577 Semper est obtineda dispensatio de impedimento noto uni, val utrique contrahentium.

IMpedimentum potest esse notum utrique contrahenti, vel uni tantùm.

Semper adeundus est Summus Pontifex, adeòque sacra Apostolica Pœnitentiaria, à qua obtinetur dispensatio gratis, quæ committitur confessario in dignitate constituto, vel Doctori Canonum. De quo infrà cum de *Dispensationibus*, ratione cujus dispensationis impedimentum tollitur: & sola difficultas est.

An sit eliciendus novus consensus contrahentium?

3578 Et tunc si nô fuerit revocatus consensus, non est eliciendus novus.

CErtum est, quòd si prior consensus sit revocatus, nequit sine novo reciproco consensu matrimonium iniri, quia omnis contractus essentialiter exigit reciprocum contrahentium consensum. *l. 1. D. de pactis. l. 3. D. de pollicitationibus*. Adeòque difficultas remanet, an sit eliciendus novus consensus, quando prior consensus non revocatus permanet?

Nega. Idque sivè uterque, sivè unus sciat matrimonii impedimentum. Dicastillus *de matrim. disp. 1. dub.* 8. *num.* 65. loquens de nullitate nota utrique contrahenti. Sotus 4. *dist.* 35. *q. unica. art.* 2. Angelus v. *matrimonium* 3. *impedimento. 4. num.* 10. idem absolutè docentes. Coninck *de matrim. disp. 24. dub.* 10 *n.* 89. Filliuccius, & Sanch. docentes, non esse propalandum impedimentum alteri conjugi ignoranti; si immineat timor scandali, infamiæ; Sed incohærenter, nam timor infamiæ, & scandali non facit esse ubi deest consensus. (9)

Contrà Pontium *de matrim. c. 25. nu.* 1. Antonium à Sp. S. *tract.* 11. *n.* 99. exigentes consensum novum utriusque, quia prior consensus fuit nullus. Covarr. 2. *part. de matrim. cap.* 4. *n.* 32. Guttierez *de matrim. cap. 47. n.* 3. Sanch. *de matrim. disp.* 36. *n.* 6. ajentes novum reciprocum consensum eliciendum, si impedimentum occultum sit notum utrique contrahenti.

3579 Quia ablato impedimento adsunt essentialia.

Patet, quia ablato per dispensationem impedimento uni, vel utrique contrahenti notum, adsunt omnia essentialia ad valorem contractus matrimonii initi in principio coram Parocho, & testibus; ergo non est novus consensus eliciendus. Consequutio est bona. Antecedens probatur, & quidem non adesse impedimentum patet ex ipsa dispensatione, adesse verò, & durare reciprocum utriusque consensum supponimus: & etiam probatur, quia consensus positus non cessavit, sed continuò perduravit in se, vel virtualiter in effectu scilicèt in sobstinendis oneribus maritalibus, habentibus continuam causam, toto tempore vitæ maritalis; ipsa namque cohabitatio maritali affectu exigit consensum maritalem, ut inspicere est in fure retinente rem furatam, qui ut peccavit accipiendo: ità peccat retinendo continuando consensum furtivum.

In quo diversus est contractus matrimonii ab aliis non habentibus tractum successivum, ut donatio, transactio; nam semel posita tenet, vel non tenet: nec continuantur alii effectus; cùm possint omnia alia evanescere, duratque contractus etiam mortuis contrahentibus: at matrimonium durat continuato consensu, paritque successivè effectus, extinguiturque vita contrahentium.

3580 Perseverante consensu locationis, societatis, perseverat de relocatio, resocietas.

Non ergo exigitur novus consensus contrahentium, perseverante primo: at quid enim novus, si perseverat antiquus, ipsa continuatione existens: sic perseverante consensu locationis, societatis, perseverat locatio, societas, relocatio, resocietas, etiam elapso tempore præfixo ad relocationem, societatem. *l. item quæritur* 14 § *qui impleto. l.* 15. *D. locati. l. legem.* 16. *C. de locato*; ergo perseverante primo consensu matrimonii, cessante dispensatione impedimentum, non requiritur novus consensus. (10)

Perseverante, ergo primo consensu præstito coram Parocho, & testibus, & dispensatione impedimento ablato, nihil deest ad valorem Sacramenti: dummodo consensus iste perseverans sensibilibus signis innotescat, puta cohabitatione, & aliis gestis maritalibus.

3581 Consensus verò, qui nô fuit, nô permanet.

Dices, cum Sanch. *loc. cit.* consensus, qui non fuit, non permanet; sed consensus ab initio positus fuit omninò nullus, ergo non permanet tempore dispensationis, sed tempore dispensationis matrimonium habet esse novum; ergo tempore dispensationis consensus debet existere.

Respondetur: concedo majorem: nego minorem; nam ex dictis voluntas dedit esse consensui, quod esse deinde conservatur.

3582 Cessante impedimento dispensatione non videtur esse necesse monere aliam personâ conjugis de nullitate matrimonii.

Ex dictis fit, quòd cessante impedimento per dispensationem non habet necesse monere aliam personam conjugis de nullitate præcedentis matrimonii; nec de obtenta dispensatione; sed satis est si consensu maritali vivant; nam illicò matrimonium validatur. *c. is, qui. de sponsalibus*, ubi copula maritali, sponsalia transeunt in matrimonium. Videtis Sanch. *to.* 1. *de matrim. lib. 2. disp.* 36. dantem tres sententias.

3583 Quid in hoc alii sint opinati.

Prima asserit conscium nullitatis, & dispensationis obtentæ non teneri alteri conjugi id aperire, cum Soto in 4. *dist. 24. q. 2. art. 1. dub. ult.* & aliis.

Secunda sententia asserit teneri non fingere, certiorare alterum ignorantem, cum Glos. in *cap. non debet. v. de cætero. de consanguinitate.*

Tertia sententia distinguit, ut non certioretur, si adsit periculum scandali, infamiæ; quia fortè cognoscitur causa impedimenti criminis, aut alter revocaret consensum, & nollet amplius in virum, vel uxorem.

3584 Voluntas non fertur in rem impossibilem.

Dices secundo: voluntas per consensum nequit ferri in rem impossibilem; sed stante impedimento dirimenti est impossibilis res volita;

(9) Praxis S. Pœnitentiariæ in formula literarum ita habetur „ Ut conjux ignara impedimenti „ certioretur de nullitate prioris consensus; sed „ ita caute, ut latoris delictum nusquam detegatur, matrimonium cum eadem, & utrique inter „ se de novo, secretè ad evitandum scandala con- „ trahere, & dispenset. Hæc in literis dispensationis, de qua vide Clerjc. *decis.* 40. *n.* 71., & Auctorem infesius.

(10) Vide Fagnanum in *cap. significatum. de Regularibus*; ubi assertioni Auctoris adhæret paritate professionis solemnis irritæ ob defectum ætatis in Novitiu, quæ rata fit per unius anni perseverantiam in habitu Religionis post adeptam ætatem, etiamsi Novitius non advertat invalidam fuisse suam professionem, ut clare habetur in *Clem.* „ eos qui deinceps in discretionis ætate constituti „ Novitiorum habitum in aliqua Religione per „ annum portaverint, hoc ipso Religionem illam „ decernimus esse professos. de Regularibus, „ & in *cap. is qui*, eodem in 6.

ta; ergo non datur consensus; ergo adveniente dispensatione debet de novo poni.

Respondetur: non dari consensum in re simpliciter impossibili involuente contradictionem: in re autem nostra res, secundum se non est impossibilis ob contradictionem, sed ob impedimentum inductum; unde secundum se consensus voluntatis ab initio fertur in rem secundum se possibilem, & solùm impedimento non positam, quo cessante consensus habet effectum, idest obligat.

Sed quid dicendum, si in formula dispensationis obtentæ adsit clausula (muliere de nullitate prioris assensus certiorata, sed ità cautè, ut latoris delictum nunquam detegatur.)

3585 Si in formula dispensationis adsit clausula de certioranda conjuge, tunc est illa certioranda.

TUnc certioranda est de nullitate, seù invaliditate consensus, ad hoc ut novus eliciatur consensus. *l. si per errorem 15. D. de iurisdict. omnium iudicum. l. nihil consensui 117. D. de regulis iuris.*

3586 Quomodo verò certioranda si timeantur damna? in hoc desudãt DD.

Sed quomodo certioranda sit ignorans, ut nulla detegatur, vel emergat infamia, nullum possit oriri scandalum?

Navarrus *tom. 1. cap. 22. tit. de impedimento criminis n. 47.* asserit posse dicere alteri se suspicari matrimonium fuisse nullum; ideòque meliori pace conscientiæ rogare, ut de novo consentiat, & sic nuptias ineant.

3587 Dubium ignorantiæ æquiparatur.

Sed iste modus non placet Leoni *p. 1. praxis ad literas maioris pœnitentiarii, fol. 251.* quia hic talis non tollit ignorantiam alterius, dicendo se dubitare de nullitate matrimonii; cùm dubium in hoc æquiparetur ignorantiæ. *l. fin. C. de condictione indebiti.* ubi Glos. v. *dubitare*; & quia alter debet certiorari de nullitate prioris consensus, nec dicitur certiorata, si res ut dubia proponatur; nam certitudo excludit dubietatem. *cap. si beneficia 12. de præbendis, & dignitatibus. in 6. can. de cætero 1. q. 1.*

Secundo Sotus in *4. dist. 28. q. 1. a. 2. conclus. 3. casu 1.* asserit posse à scio dici insciæ uxori, an tanto honesto, & vero amore illum prosequatur, ut si ei non esset maritus, acceptet in maritum; qua consentiente habetur novus consensus.

Sed ipse Leo, *fol. 252. v. melius*, asserit, quòd maritus debeat dicere uxori, vel uxor marito invalidè ab initio dedisse consensum; ideò rogare, ut se invicem consentiant, & matrimonium contrahant, & si velit alter scire causam invaliditatis consensus, asserit posse uti verbis æquivocis.

Sed adhuc durat ignorantia impedimenti, & quid si illa nolit amplius consentire, quid si id propalet parentibus, qui honoris, & famæ amore trucident delinquentem, tamquam voluisset adhuc habere non in legitimam, sed in concubinam: quid si suspicio de complicis delicto, & infamia repullulent, & recrudescant jurgia, & contentiones, quam cautelam adhibebis ad conservandam famam, ad removenda flagitiosa flagitia, facinora?

Tu ex dictis, si consensus fuit revera positus, nec revocatus, sed continuè perdurans; dicas haberi novum consensum quò ad effectum, scilicet quò ad inducendam mutuam obligationem, & in conscientia perseverando, & consensum demonstrando verbis, signis sufficientibus, *cap. consultationis. de sponsalibus. cap. fin. de coniugio servorum. c. un. §. fin. de desponsatione impuberum. in 6.*

3588 Videtur etiam in hoc casu sufficere quodlibet signũ sensibile reciprocum, denotans consensum cohabitatione maritali.

Unde sufficit quodlibet signum sensibile reciprocum consensum demonstrans cohabitatione maritali. *cap. duo 12. de desponsatione impuberum.* copula maritali affectu. *cap. is, qui fidem. 30. de sponsalibus*, & aliis frequentioribus signis in familia semper reciproci affectus maritalis novi, & veteris: & illis signis, verbis, factis de novo exhibitis, non solùm antiquus consensus, qui esset habitualis non retractatus, durans etiam in dormiente, & ebrio, sed habetur renovatus, & novus actualis consensus; nam isti actus reciproci maritalis affectus, cùm sint non solùm hominis, sed humani, sunt deliberati, cogniti, voliti, ex quo habes novum consensum actualem, semper ac post dispensationem ista deliberata uxoria societate vivunt, nec tenetur explicare impedimentum, ex cujus explicatione pullularent, recrudescerent separationes conjugiorum, si fortè conjuges essent malè affecti, & implicabiles fortè inimicitiæ, odia, infamiæ, de quibus consultato.

Matrimonium nullum ex defectu occulto consensus unius.

§. X.

An reconvalescat positione ejusdem consensus, perseverante alio in consensu præstito coram Parocho, & testibus?

3589 Si matrimoniũ sit nullum ex defectu cõsensus unius, illo posito reconvalescit.

AFfirma. D. Thom. *in 4. dist. 29. quæst. art. 3. & in additione. qu. 47. art. 4. ad 2.* Navarrus *in manuali. c. 22. n. 51.* Henriq. *lib. 11. c. 3. §. 6.* Guttierez *de matrim. c. 46. n. 14.* Rebellus *lib. 2. par. 2. q. 9. n. 1.* Layman *lib. 5. tract. 10 par. 1. c. 6. n. 1.* Lessius *lib. 2. de iustitia. c. 17. dub. 11. n. 12.* Bonac. *de matrim. q. 2. punct. 5. n. 1.* Diana *par. 3. tract. 4. resol. 291.* Bossius *de matrim. c. 2. n. 38.* Dicastillus *de matrim. disp. 2. n. 101.* dans decem Doctores.

3590 Plures tamen id impugnant.

Contrà plures apud Sanch. *de matrim. disp. 32. n. 8.* & apud Amicum *de matrim. disp. 4. sect. 5. n. 51.* Pontium *lib. 4. c. 24. num. 3.* Hurtadum *de matrim. disp. 3. difficul. 9 n. 34.* Ainchum *de casibus tempore mortis. tract. 8. resol. 10. n. 5.*

3591 Rationes afferuntur.

Ratio est, quia posito consensu novo illius, qui ab initio non consenserat, & durante consensu alterius, qui ab initio consenserat, habetur mutuus utriusque contrahentis consensus, quæ simultas consensus, ut validat prophanos contractus, ità etiam Sacramentum matrimonii; cùm essentia contractus per Sacramentum non fuerit abrogata: & in re nostra adest physicè existens actu exercito consensus successivè perseverans, & continuò elicitus semper durans, ac onera maritali affectu exercentur, & juris fictione censetur uterque consensus positus coram Parocho, & testibus ad evitandas turbas, & ad fovendam pacem.

3592 Videtur satis ponere consensum tantùm internum.

Imò satis est ponere consensum internum, cùm externus moraliter durans fuerit elicitus coram Parocho, & testibus, cum quo externo accedens internus consensus de novo, facit unum simul cum aliis solemnitatibus positis in faciem Ecclesiæ, ut de ratificante professionem etiam asserit Lessius *loc. cit. cap. 17. num. 72.* Bossius *loc. cit. n. 43. & 44.*

3593 Si verò uterque fictè cõsentit, requiritur utriusque verus consensus.

Si ab initio uterque fictè consentit: tunc de novo requiritur utriusque verus consensus contractui essentialis. *l. 1. D. de pactis. l. labeo. D. de verb. obl. l. 3. D. de pollicitationibus.*

An fictè consentiens in conscientia teneatur elicere verum consensum ad reparanda damna à se illata deceptæ, quando finxit se seriò contrahere?

3594 Ficte consentiens tenetur in conscientia elicere verum consensum.

AFfirma: nisi reparet damnum ad æqualitatem alia via. Navarrus *cap.22.n.76.* Tholosanus 9.*syntagmatum.c.5.num.6.* Guttierez *de matrim.c.9.n.9.* Sotus *in 4.dist.27.q.1.ad 3.*

Ratio, quia reparandum est damnum injustè illatum alteri: & injustè decipiens, injustè damnum infert alteri in fama, bonis, & nequeuntis deinde alteri nubere.

Secundo, quia injustè acciperet nihil dando, cùm contractus onerosus reciprocus æqualitatem exigat; ergo ex justitia debet elicere verum consensum, ut tollat inæqualitatem, reparetque damna sine vero matrimonnio irreparabilia; adeòque deceptor nolens verum consensum ponere, & volens recedere à nuptiis, absolvi nequit: ut nequit absolvi nolens, & potens injustè ablata restituere.

Quando matrimonium nulliter initum, sit reiterandum in faciem Ecclesiæ.

§. XI.

3595 Matrimoniũ publicè initum nulliter, est reiterandum in faciem Ecclesiæ.

REiterandum primo, semper ac publicè est nulliter initum. Zipæus *lib.4.de novo jure tit.de sponsalibus n.17.* Barbosa *in collectaneo Bullarii. v. matrimonium*, ubi Sacra Congregatio. Ainchus *de casibus tempore mortis.tract.4. resol.10.n.7.* Bossius *de matrim.c.2.n.1.*

Ratio, quia publicè nullum, effectum publicè nullum debet sortiri; nam effectus nequit produci sine causa.

Secundo, debet revalidari in faciem Ecclesiæ nullum ex impedimento occulto facilè publicando, probabili plenè per duos testes exceptione qualibet invulnerabiles. Henriq. *lib.11.cap.3. num.6.* Sanch. 2.*de matrim.disp.37.n.11.*

Ratio, quia occulta ratificatio non tollit periculum probabile deducendi impedimentum in judicium, & recrudescentibus dissidiis, pro foro externo propalaretur, & probaretur, nec damna evitarentur, nec transitus ad alias nuptias. Quibus damnis Tridentinum occurrere voluit nuptiis publicis prohibendo clandestinas. Sanch., Zipæus, Bossius *locis citatis.*

Tertio, coram Parocho, & testibus iterum est contrahendum, quoties dispensatio in impedimento est pro foro externo.

Sed quid? si impedimentum sit omninò occultum, in foro contentioso nullatenus plenè probabile: an tunc coram Parocho sit reineundum matrimonium?

3596 Si impedimentum sit occultum, & numquam probabile, non est reiterandũ coram Parocho, & testibus.

NEga, sed satis est si occultè impedimentum tollatur, ponendo consensum spontaneum, saltem copula maritali, si ejus defectu matrimonium erat nullum: vel obtenta dispensatione pro foro conscientiæ, si aliud aderat obex dirimens dispensabilis. Ita declarasse Pium Quintum, & esse praxim sacræ pœnitentiariæ testatur Navarrus *cap.22.n.70.* Cevallos *tom.1.communium. q.604.n.38.* Ainch. *de casibus tempore mortis.tract.8.resol.10.nu.9.* Villalobos *p.1.tract.14. n.3.* Molinus *de ritu nuptiarum lib.2.differentia 11.n.39.* Leo *p.2. thesauri cap.24.n.85.* Barbosa *de potestate Episcopi alleg. 32.n.517.* Henriquez *lib.11.cap.3.sect.6.* dicens, ità consuluisse viros, qui Tridentino interfuerunt. Sanch. 2.*de matrim.disp.37.n.3.* Fernandez *lib.4.medulla.cap.18.sect.1. n.18.* Rebellus *lib.2. q.9.n.5.* Diana *p.2.tract.1.miscellanea.resol.5.*, & *p.3.tract.4. resol.292.* Bellarminus ad Tridentinum *sess.24.cap.1.de Reform.in addit.n.21.* referens declarationem Sacræ Congregationis. Seraphinus *decis.90.* dicens, praxi receptam, & ab illa non recedendum ait Bossius *de matrim.c.2. n.16.in fine.* Franciscus Leo *p.2.Thesauri. cap.24. nu. 81. 83.* referens aliam declarationem Sacræ Congregationis.

3597 Ex declaratione Sancti Pii V.

Contra Guttierez *lib.1. Canonicorum quæstionum.cap.18.& de matrim. cap.47.n.5.* Pontium *lib.5.c.6.n.6.* Rotam apud Farinacium *tom. 2. consiliorum criminalium dec. 265.* Comitolum *lib.1.q.120.n.3.*

Patet primo, quia multa imminentia essent timenda damna, si iterum esset contrahendum coram Parocho, & testibus, nolente alio fortè contrahere de novo. Et sequentibus motivis.

Secundo, quia delictum occultum, & impedimenti causa, fortè infamans propalaretur cum infamia alterius, & vitæ periculo.

Tertio, quia Sacra pœnitentiaria secreta jam ad nihil opus esset.

Quarto, quia jure antiquo matrimonia publica ità validata non erant clandestina. *c.consultationi.de sponsalibus.* nec in hoc sunt à Tridentino correcta.

Quinto, quia fictione juris retrotrahitur matrimonium postea contractum ad tempus copulæ. *cap.tanta. qui filii sint legitimi.* Ergo etiam postea validatum retrotrahitur ad tempus, quo fuit initum coram Parocho, & testibus: vel præsentia Parochi, & testium moraliter durans, efficit matrimonii sequentem validationem.

3598 Ubi eadem ratio, eadem est juris dispositio.

Sexto, ubi eadem ratio, eadem juris dispositio: at in matrimonio ab initio invalido, & deinde validato secretè, est eadem ratio, & finis Tridentini prohibentis nuptias clandestinas, nè scilicèt impunè alias petant nuptias; nam neutrobique impunè possent iniri nuptiæ novæ: & è contrà si publicè validandum esset, emergerent scandala, & accideret contrarius finis à lege intentus, quo casu lex cessat contrario, nè quod favore introductus est, in odium retorqueatur. *l.quod favore. D.de legibus.*

3599 Et ex declaratione S. C.

Septimo ex declaratione Sacræ Congregationis apud Bellarminum, apud Leonem *loc. cit. n.83.* ibi: *si impedimentum ex vi, & metu præsupposito occultum sit, non est opus iterum contrahere repetitis solemnitatibus, aliàs ritè juxtà formam hujus decreti adhibitis in primo contractu.*

3600 In foro contentioso præsumuntur omnia ritè acta exteriùs, & interiùs.

Octavo, matrimonium illud putatum, sivè præsumptum celebratum coram Parocho, & testibus, sustinetur in foro contentioso, præsumente omnia ritè acta exterius, & interius. *l. habeo.§.1.& Tubero.D.de supellectili legata. cap.per tuas.de probationibus.l.non aliter.D.de legatis 3.* Ergo per tale matrimonium evitantur omnia damna arcenda decreto Tridentini, & interiori occulta validitate de novo positi matrimonii evitantur etiam alia damna, quæ recrudescerent, si publicè repetendæ essent nuptiæ altero fortè repugnante, vel diffamando.

Nono, quia aliàs nec urgente mortis articulo tale matrimonium possat reparari sine Parocho, & testibus.

Dices primo cum Pontio *loc.cit.n.7.* Seraphino *decis.900.* obstare declarationem Sacræ Congregationis.

Re-

Respondetur, declarationem Sacræ Congregetionis esse pro nostra seotentie, ut ex dictis constat.

Dices secundo obstare decisionem Rotæ Romenæ apud Farinac. *loc. cit.*

Respondetur, me opponere illi decisiooi declarationes Sacræ Congregationis, & declliones Rutæ apud Seraphtoum *dec.* 90., & declarationem Pii V. apud Navarrom *loc. cit.*

Dices tertio: præsentia proprii Parochi est de forma matrimonii; ergo deficiente tali præseotia Patochi matrimonium est nullum: sed quando obtinetur dispeusatio, vel ponitur consensus noo adest præsentia Parochi; ergo matrimooium est nullum.

3601 In matrimonio contracto cum impedimento, obtenta dispensatione non requiritur de novo Parochi præsentia.

Respondetur ex declaratione Sacræ Congregatioois apud Bellarmioum *loc. cit.* satis esse præseotiam Parochi in matrimonio publicè celebrato, & illam contreli ad matrimonium verum, quando pooitur, qood matrimonio debuit per postractionem, vel retrotractiooem, ut ex dictis.

3602 Cessante impedimento occulto matrimonium validatur consensu tacito, vel expresso.

Ex quo infertur primo, cessaote impedimento occulto, etiam voluotario, validari matrimonium conseosu, ooo solùm expresso, sed etiam tecito rei inter conjoges habitæ maritali affectu. *cap. is, qui fidem. de sponsalibus.* Henriq. *lib.* 11. *cap.* 3. §. 6. Lessius a. *de justitia. cap.* 17. *dub.* 11. *n.* 74. Layman *lib.* 5. *tract.* 10. *p.* 4. *c.* 14. *nn.* 5. Barbosa *tom.* 2. *collectaneorum lib.* 4. *tit. c. c.* 1. *nn.* 7. Sanch. *loc. cit. disp.* 37. *nn.* 14. Bossius *de matrim. cap.* 2. *n.* 32.

3603 Si impedimentum fuerit deductom ad forum contentiosum, & non probatum, adhuc illud remanet.

Secundo, si impedimentum: puta metus, fuit deductum ad forom cooteotiosum, sed non probatum, & pro validitete metrimonii fuit proouuciatum: tunc impedimentum remanet occultum, & validatur matrimonium ablato impedimento, etiam sioe Parocho, & testibus. Henriq. Sanch. Bossius *loc. cit. n.* 33.

De Impedimentis matrimonii in Genere.

CAPUT X.

3604 Dicendorũ divisio.

MOdo fluat oratio, & per sinuosas difficultatum embages appellat, & expooat in littus properane. Primo, qui valeant impedimenta statuere. Secundo, quæ, & quot sint hujusmodi impedimeota. Tertio, qui impedimenta tollere valeant dispensando.

Causa effectiva impedimentorum dirimentium, & non dirimentium.

§. I.

3605 Impedimenta matrimonii, aut à Natura, aut à lege positiva introducta.

IMpedimenta duplicem causam habere debent, naturalia impedimenta exigunt causam naturalem, humana causam positivam.

Duo sunt genere impedimenti. Primum est juris naturalis. Secuodum juris positivi.

Juris natoralis sunt, quæ à lege natureli descendunt: ut impedimentum coosensus, erroris, metus, coosanguinitatis primi gradus lineæ rectæ.

Juris positivi sunt, quæ lege positiva introducte sunt. De quo impedimento juris positivi modò agendum est, cùm autem matrimonium sit legitimum, & ratum. Primo inquiramus.

An Principes seculares possint statuere impedimenta dirimentia matrimonii?

3606 Principes seculares valent statuere impedimenta dirimentia matrimonii legitimi.

DIstinguas matrimooium legitimum à rato.

Si matrimonium sit legitimum, affirma; quia oulla est differeotia ioter huoc contractum, & ceteros; nec excedit vires jurisdictionis hic contractus, cùm sit res secularis, & cooleqventer principes seculi valent ex legitima causa ad bonum publicum statuere impedimenta circa matrimooium non baptizatorum eis subjectorum. D. Thomas io 4. *dist.* 39. *q. unica. art.* 2. *ad* 3. Sanch. daos vigintiquioque Doctores 2. *de matrim. disp.* 3. *n.* 5. Pontius 6. *de matrim. c.* 1. Perez *de matrim. disp.* 21. *sect.* 5. Aoicus *de matrim. disp.* 9. *sect.* 1. *n.* 3. *in fine*, concludens, sine causa non posse impedimenta hujusmodi constitui, nè tollatur jus naturale liberè contrahendi.

3607 Non tamen si matrimonium sit ratum.

Si matrimoniom sit ratum, hoc est Sacramentum, nega posse subesse potestati laicæ, cùm sit materia superans vi Sacramenti naturalem politicam potestatem; & ratio contractus est elevata ad rationem superiorem Sacrameoti; ergo ut laicus circa Sacramenta, ità circa Sacramenti impedimenta aliquid statuere nequit; & cùm ex dictis contra Sanch., & Perez *loc. cit. sect.* 5. *n.* 6. oequeat inter fideles esse cootractus legitimus, & noo Sacramentum, ità nequit Princeps laicus statuere circa matrimonium, ut est contractus, ooo ut est Sacramentum. Imò si subesset potestati laicæ qua contractus est, nec laicus posset aliquid statuere, Ecclesia jam prohibente. Tridentioum *sess.* 24. *can.* 12. *de matrim. can. multorum* 2. 35. *q.* 6. Glossa io *can. si quis ingenuus homo* 4. 29. *q.* 2. Præpositus *q.* 7. *de impedimentis. dub.* 1. voleos, laicam potestatem posse, sed impeditam ab Ecclesia nè statuat impedimenta matrimonii, & probabile erit Caramuel *fundamentali n.* 3845.

Hinc contractus Sacramentalis matrimooii est exemtus à jurisdictiooe laica; idque noo solùm jure Ecclesiastico, ut probabile volunt plures; sed etiam jure divino, ut docent vigiotitres Doctores apud Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 39. Pontius *lib.* 6. *c.* 2. (11)

An summus Pontifex, & Concilium Generale valeant impedimenta statuere?

3608 Papa, & Concilium Generale valent statuere impedimenta.

AFfirma. Tridentinum *sess.* 24. *can.* 3., & 4. dummodo habeant causam legitimam, nam sine causa nec validè, nec licitè ille statuere valent; quia ejus potestas est in ædificationem, non ad vanitatem, nec in destructiooem boni

(11) Plura eram adnotaturus contra Joannem Launojum, qui edito libro anno 1674. cui titulus *Regia in Matrimonium potestas*, ab Ecclesia eripere conatur Jus circa res Sacramentorum, & matrimonium pure contractum civilem esse ac temporalem affirmat: atque Reges, & Principes in materiam ipsam Matrimonii, quatenus Sacramentum est potestatem exercere posse autumat: Cumque Tridentinum *can.* 4. *sess.* 24. docuerit Ecclesiam potuisse constituere impedimenta matrimonium dirimentia, Launojus contra communem sensum, ac acceptiooem Catholicorum, nomine Ecclesiæ sumit Reges, & Principes seculares, quorum duntaxat auctoritate liceat Ecclesiæ condere leges matrimonium irritantes. Sed ne vel actum agere, aut ex proposito utramque paginam semper implere videar, remitto eruditum Tyronem ad recentiores Theologos, qui rem hanc contra Launojum doctè pertractarunt. Igitur vide Juvenin in *Dogm. Hist. de Matrim. qu.* 6. *c. sp.* 1. Honoratum Tournely *de Matrim. qu.* 7. aliosque per ipsos relatos, ut discere valeas, quid habeant Reges, quid Ecclesia in decernendis impedimentis matrimooium dirimentibus.

Vasqs Lib. II.

boni publici. Caramuel. *fundamentali n.*3855. Pontius, Cornejus, Coninck, Beccanus apud Sanch. *disp.*1. *n.*6. & ratio est ex Amico *loc. cit.* quia nequit quis privari justè sine causa libertate contrahendi nuptias: quicquid alii oppositum dicant.

An impedimenta positiva servanda sint cum gravissimo extremo damno?

3609 Aliquibus videtur impedimenta positiva lege statuta cessare urgente gravissimo extremo damno.

NEgat Amicus *loc. cit. n.*44. ex declaratione Gregorii XV., & Sacræ Congregationis probantis factum Episcopi visitantis, approbantis matrimonium initum ab aliàs morituro, quia præsumitur Ecclesiam dispensare cum consummantibus mortis metu, non verò mortis metu contrahentibus; quia isti evitare valent utrumque; mortem scilicet, & matrimonium, non consentiendo adhibita æquivocatione: sicque concludit, validum matrimonium coactè consummatum maritali affectu ad evitandam mortem, ex multis apud Sanch. 4. *de matrim. disp.* 18. *nn.*13. Henriq. *lib.* 11. *de matrim. c.*9. *n.*7. & firmat, quia potens ex caritate sine gravi incommodo succurrere extremè indigenti, tenetur; at hic est extremè indigens constitutus in vitæ, & rerum discrimine, nisi matrimonium contrahat, & consummet, ergo qui potest, tenetur illi succurrere; At Summus Pontifex potest dispensando in impedimentis ei succurrere; ergo tenetur; Nec id turbat communitatem, qoia casus rarissimus non comprehendens scienter ità contrahentes sponte se injicientes in tot angustias. Tridentinum *sess.* 24. *de reform. cap.*5.

Scio etiam Sotum in 4. *dist.* 22. *q.* 1. *art.* 4. *in fine*. Perez *de matrim. disp.* 22. *sect.* 5. *nn.* 2., & 3. velle, ex metu quem posse licitè contrahere, sed non consummare nuptias, quia accederet ad non suam.

3610 Auctori arridet nil incõsulto Pontifice decernendum.

At si meam perquiris curiosè sententiam, nihil Summo Pontifice inconsulto decernas, nè passio veritatem vincat.

An Episcopus possit constituere pro sua Diœcesi impedimenta dirimentia matrimonium?

3611 Episcopus nequit pro sua Diœcesi statuere impedimenta dirimentia.

NEga: quia est de reservatis Summo Pontifici, id probante immemorabili consuetudine. Contra Pontium, Cornejum, Hurtadum, & alios apud Sanch. *lib.*7. *disp.*3. *nn.*9. Filliuccium 2. *p. n.*10.

An consuetudine possint induci impedimenta dirimentia matrimonium?

3612 Possunt tamen induci consuetudine approbata ab Ecclesia.

DIstinguas: vel consuetudo est approbata ab Ecclesia, vel non.

Si non est approbata ab Ecclesia: nega, quia tunc esset potestas merè laicalis, quæ nihil de rebus sacris disponere valet, ut ex dictis patet; ut enim Princeps laicus, ità consuetudo merè laicalis, & humana caret jurisdictione in rebus sacris, & Sacramentis.

Si verò consuetudo sit approbata ab Ecclesia: affirma. Amicus *loc. cit. num.* 27. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. n.*15. Tappia *lib.*4. *catena moralis. q.*24. Gonsalez *in cap. super* 3. *nn.*2. *de cognatione spirituali*.

Probatur ratione.

Patet primo, nam tunc ab ipsa Ecclesia impedimenta inducuntur mediante consuetudine rationabili, & præscripta. *cap. fin. de consuetudine. l.*2. *C. quæ sit longa consuetudo. l. de quibus. D. de legibus*.

Secundo patet ex *cap. quod* 3. *cap. non debet.* 8. *de consanguinitate, & affinitate. cap. cum olim* 6. *de clericis conjugatis. cap.*1. *cap. super eo.* 3. ibi: *volumus consuetudinem tuæ Metropolitanæ Ecclesiæ, vel aliarum circumpositarum inquirere, & diligentius imitari, ità quod si earundem Ecclesiæ consuetudo habeat inter eos non sustinere conjugium fieri, nec factum firmitatis robur habere: tu simili modo, in Ecclesia tibi commissa conjugium hujusmodi fieri non permittas: & si quos taliter conjunctos inveneris, juxtà earundem Ecclesiarum consuetudinem, ipsos separare ad invicem non omittas. de cognatione spirituali.* Et Juribus.

Meditare ly *earundem Ecclesiarum consuetudinem*, ex quo duo excerpes. Primum consuetudinem non laicam, sed Ecclesiasticam inducere impedimenta dirimentia. Secundum habes lacertosam difficultatem, scilicèt Episcopos posse statuere impedimenta dirimentia pro sua Diœcesi, si enim id potest consuetudo Ecclesiastica pro una, non pro alia Ecclesia, cur non Episcopus, a quo Ecclesiastica consuetudo robur sumit & firmitatem. Modò ingrediamur species impedimenti, & primo.

De Impedimentis matrimonii in Specie.

CAPUT XI.

3613 Impedimenta, aut dirimunt, aut impediunt matrimonium.

DUo sunt summa impedimentorum genera. Primum dirimentium, hoc est, quibus stantibus matrimonium nequit validè contrahi. Secundum non dirimentium, quibus stantibus matrimonium validè, non licitè contrahitur. Dirimantia his versibus comprehenduntur:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen.
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.
Amens, affinis, si clandestinus, & impos.
Similiter sit rapta, loco nec reddita tuto.
Hæc socianda vetant connubia, facta retractant.

Impeditentia sunt:

Ecclesiæ Vetitum, nec non tempus feriarum;
Atque Catechismus, sponsalia, jungito votum.
Impediunt fieri, permittunt juncta teneri.

Primo loco agamus.

De Impedimentis dirimentibus.

§. I.

3614 Impedimenta dirimentia, aut sunt juris naturalis, aut humani.

IMpedimenta dirimentia alia sunt juris naturalis, alia juris humani.

Juria naturalis sunt, quæ tollunt consensum, ut est error, qui potest esse circa substantiam, & circa circumstantias. Circa substantiam est si quis velit, B. & ei detur A. Circa circumstantiam est, si velit, A, divitem, & detur pauper.

Error.

§. II.

Principium.

MAtrimonium est contractus requirens reciprocum consensum; adeòque cognitionem, & judicium reciprocum rei volitæ. Aristoteles 3. *ethicorum. c.*3.

3615 Si error, aut ignorantia tollant cognitionem, tollunt etiã consensum.

Hinc illa ignorantia, ille error tollit matrimonium, qui tollit cognitionem, & consensum rei volitæ; nam tunc errantis nulla voluntas. *l. non videtur. l. nihil consensui.* 118. *§. non videtur. D. de regulis juris. l. non idcircò.* 9. *C. de juris, & facti ignorantia. l. cum testamentum.* 8. *C. de juris, & facti ignorantia. c.*1. 29. *q.*1. *l. si per errorem.* 5. *D. de jurisdictione omnium judicum*.

Ex qua nequeunt contrahere. Primo amentes, stolidi, stupidi, furiosi, ebrii, phrenetici, &c. nam isti prorsus carent pleno deliberato judicandi

3616 Amentes, ebrii, furiosi nequeunt inire nuptias.

candi usu. *cap. dilectus. de sponsalibus. l. 8. D. de sponsalibus. l. hæredibus. 77. §. fin. D. ad Trebellianum. l. furor. D. de ritu nuptiarum. can. neque furiosus. 32. q. 7.* licèt teneat matrimonium initum ante furorem, ante amentiam. *d. can. neque furiosus.*

Secundo ignorantes, errantes, nulliter nuptias contrahunt, nam consensu carent; cùm careant cognitione deliberata rei volitæ: *l. non videtur. D. de regulis iuris. l. si per errorem. 5. D. de iurisdictione omnium iudicum.*

Qui error tollat consensum, adeòque validitatem contractus?

3617 Error circa substantiam rei volitæ tollit consensum, & dirimit matrimonium.

ERror duplex: unus substantiæ, alter circumstantiarum rei volitæ.

Error substantiæ est, si erretur in re volita objecto voluntatis, puta, si velit, A, detur ei, B, puta velit primogenitam, detur ei secundogenita.

Circa accidentalia, & circumstantias est, si detur extera pro cive, pauper pro divite, deformis pro eleganti, moribus asparus pro benè morato, & civili, ignobilis pro nobili, non integra pro integra, gravida pro non gravida. *can. 1. 29. q. 1.* Immola in *cap. cum dilectus. quod metus causa.*

Error circa substantiam rei volitæ semper tollit consensum, & contractum: puta, si velit emere adamantem, & detur vitrum; nam tunc deest res volita. *l. alioquin. 11. D. de contrahenda emtione. l. si per errorem. 5. D. de iurisdictione omnium iudicum.*

An autem sit error circa substantiam, si pro virgine detur non integra, pro non gravida gravida?

3618 Si pro virgine detur non virgo, an sit error substantialis, an circumstantia personæ.

AFfirmat, & malè, nullum esse matrimonium Arnisæus *de iure connubiorum. cap. 3. sect. 4.*

Tu nega esse errorem circa substantiam; nam virgo, & non virgo, gravida, & non gravida eadem est persona, & illa est circumstantia personalis. *l. ex emto 11. §. si quis virginem. D. de actionibus emti.*

Sed si detur ignobilis pro nobili?

3619 Quid similiter si pro nobili detur ignobilis.

NUllium esse matrimonium asserit Cypræus. *cap. 13. de sponsalibus. §. 36.*

At validum esse asserit Covarr. *p. 2. de matrimon. cap. 3. §. 7. n. 3.* Arnisæus *loc. cit. sect. 5. n. 2. & 3.* nam nobilitas est accidens, nec personam mutat, numeraturque inter bona fortunæ, & error in bonis fortunæ matrimonium non dirimit. *can. 1. 29. q. 1.* Baldus in *l. cum Arthemidoram. C. ut in possessionem legatorum.*

Si error sit in circumstantia rei volitæ: puta vult lanam albam, & datur nigra; vult lanam Apuleæ, & datur Sannitica.

Tunc subdistinguas: vel illa circumstantia est objectum voluntatis, vel non.

Si circumstantia sit objectum voluntatis, ut est quando per se adequatè voluntatem trahit, tunc deest consensus, quia deest res volita, si alia res detur: semper enim ac deest objectum motivum voluntatis, voluntas non potest moveri, nec consentire: sic Religiosos utens albis lanis, emens lanam, habet pro objecto albedinem indivisibiliter cum lana, & si detur nigra, corruit contractus; quia licèt albedo sit circumstantia lanæ, non est circumstantia objecti, sed est objectum: ità Princeps volens nuptias inire cum, A, quia putat esse ditissimam, nobilissimæ, ac primariæ familiæ, volens matrimonio, se, & suam familiam condecorare, non habet solùm pro objecto puellam, sed etiam circumstantiam nobilitatis, divitiei, principatus, quo objecto deficiente deest consensus, & contractus nuptialis, licèt enim illæ circumstantiæ non sint finis operis, scilicet matrimonii, sunt per se finis, & objectum operantis; ideòque defectu consensus nullum erit matrimonium deficientibus illis circumstantiis. Barbosa *voto decisivo. 19. §. 3.* Pontius *lib. 4. de matrim. cap. 21. n. 13.* Caramoel *fundamentali n. 3740.* Tamburrinus *lib. 8. de matrim. tit. 1. c. 2. nu. 17. 24. 42. & 46.*

Si circumstantia non sit objectum voluntatis: tunc ejus error non tollit consensum, nec contractum. Patet, quia tunc adest objectum abstractivum voluntatis cognitum, vel volitum, & error circumstantiæ, ut non tollit objectum cognitum volitum, ità non tollit consensum, nec contractum; Ità tenet contractus emtionis lanæ æquè bonæ unius, licèt emtor putet esse alterius loci, & domini. *cap. cum dilectus. de his, quæ vi. l. si in emtione. 34. D. de contrahenda emtione.* 3620 Si circumstantia non sit objectum voluntatis, non tollit consensum.

Impedimentum ex defectu sensus.

§. III.

3621 Non sufficit solus cõsensus internus, si deficiat externus quocunque signo.

EX defectu rationis protrahamus orationem ad defectum sensus.

Internus solus consensus non sufficit, nec ad contractum, nec ad Sacramentum matrimonii, quia inter homines sensibiles, sensibilis debet esse contractus: & Sacramentum debet esse signum sensibile; ergo deficiente sensibili hoc signo, deficit contractus, & Sacramentum. Ex quo resolvitur.

An surdus, mutus, cæcus à nativitate habens plenum usum rationis valeat matrimonium inire?

3622 Surdi, muti, cæci si valeant externe consensum ostendere, possunt contrahere.

DIstinguas: vel valet, vel nequit consensum internum signis sensibilibus ostendere.

Si nequit consensum internum ostendere signo sensibili, nega posse matrimonium inire; quia tunc deest materia, & forma Sacramenti, quod debet esse signum sensibile.

Si valet consensum internum signo sensibili ostendere, affirma. Covarr. *p. 2. c. 2. n. 5.* Pontius *lib. 2. c. 12. n. 16.* Bossius *de matrim. c. 3. n. 53.*

Patet, quia tunc adsunt omnia requisita ad contractum, & Sacramentum: nec jure aliquo est inhibitum contrahere nuptias muto, surdo, cæco, valens instrui de valore, & obligatione Sacramenti matrimonii: porrò omnes possunt validè nuptias inire, quibus non est prohibitum. Gonsalez in *cap. 1. nu. 4. de cognatione spirituali.* in quo hoc Sacramentum differt ab aliis contractibus, à quibus mutus, surdus arcetur. *l. 1. §. fin. D. de actionibus, & obligat. l. 1. D. de verb. oblig.*

Secundo patet ex *cap. tua. 25. cap. cum apud 23.* ibi: *sibi non possit, nec debeat denegari. de sponsalibus.*

3623 Secùs si nequeant instrui, & ostendere internum consensum.

Si verò surdus, mutus, cæcus nullatenus possit instrui, nec signo sensibili ostendere internum consensum; tunc certum est non posse nuptias inire: licèt indistinctè oppositum doceat

Joan-

Joannes Andreas, Cardinalis, & Tabiena. apud Guttierez *de matrim.cap.8.n.4.*

Impedimentum ætatis.

§. IV.

3624 Ætas dirimit matrimoniũ si in mare non sis annorũ XIV. completum, & in femina XII.

IMpubertas dirimit matrimonium. *cap.1., & 2.de desponsatione impuberum.*

Impubertas in masculo est ante annum XIV. completum, in femina ante annum XIV. completum. *l.fin. C. quando tutores, vel curatores esse desinant.l.minorem.4. D. de ritu nuptiarum.l.dotis promissio.* 68. *D. de ritu nuptiarum. l. quod pupillæ.* 30. *D. quando dies legati cedat. l.hac conditio.*11.*D.de condit.& demonstr. l.quod vir.*65. *D.de donationibus inter. cap. puberes.* 3. *cap.continebatur* 6.*cap. attestationes.* 10. *de desponsatione impuberum.*

Nec mirum feminas citiùs pubescere, quia citiùs etiam sterilescunt, & cùm humidiores, citiùs putrescunt. Aristoteles. 7. *de historia animalium.cap.3.*

3625 Hic annos inceptus nõ habetur pro completo.

Ætas prædicta debet esse completa: nec annus incæptus habetur ut completus; cum id currat in favorabilibus, in quibus jus aliter non determinavit. *l. ob rem publicam.* 8. *D. de muneribus, & honoribus.*

Ergo in mare ante annum XV. inchoatum, in femina ante annum XIII. inchoatum, nequit valide contrahi matrimonium sine Summi Pontificis dispensatione. *novella* 100. *cap.2. v.novimus.*

3626 Si tamen malitia suppleat ætatem, tunc contrahere possunt.

Si verò ante dictam ætatem malitia suppleat defectum ætatis: hoc est adsit proxima completa generandi potentia, tunc matrimonium contrahi valet etiam jure Canonico; nam tunc adest vera pubertas. Tiraquellus *ad legem connubialem.6.n.37.*Zacchias *lib.8.medico legalium tit.1.q.4.n.32.*

Patet ex *cap. pubert.* 3. *cap. de illis.* 5. *cap.fin.* ubi Hostiensis *de desponsatione impuberum.*

Impedimentum ex vinculo subjectionis.

§. V.

3627 Impedimentum conditionis.

HOc impedimento comprehenditur primo vinculum conjugii. Secundo vinculum patriæ potestatis. Tertio dominicæ potestatis. Quarto professionis religiosæ. De singulis.

Impedimentum vinculi matrimonii.

§. VI.

3628 Uxoratus nulliter prima vivente uxore aliam ducit.

UXoratus nulliter aliam ducit, lege divina prohibente polygamiam. Tridentinum *sess.* 24. *de matrim. can.* 2. ibi: *lege divina esse prohibitum. cap.gaudemus.de divortiis.* Magister in 4. *dist.*28. D.August. *lib.*22. *contra Faustum. cap.*47. *& lib.*3. *de Doctrina Christiana cap.* 12. D. Hieronymus *epist.*83. *ad Oceanum.* ubi, ante Domini adventum dicit licitam polygamiam ex Deuteronomii 20. ibi: *si habuerit homo duas uxores.* (12)

An crimen Polygamiæ spectet ad Judicem Ecclesiasticum tribunalis Sanctæ Inquisitionis?

AFfirma. Menoch. *de arbitrariis. casu.* 420. *n.*514. Navarrus *consil.*2.*nu.*8. *de hæreticis.* Pignatellus *tom.* 1. *consultat.*114. dans quadraginta duos Doctores. Diana *par.4.tract.7.resol.4.* **3629 Crimen polygamiæ ad Tribunal S.Inquisitionis spectat.**

Patet, quia polygamus est suspectus de hæresi malè sentiens de Sacramento matrimonii, & de divina lege. *cap.ad abolendam.* ubi Felinus *n.1. de hæreticis*: Non enim licèt Christianis simul plures uxores habere. *can.videtur nobis.* 35. *q.6. cap.gaudemus.de divortiis.* ubi Barbosa. Tridentinum *sess.24. de refor. cap.2.*

Vinculum patriæ potestatis.

§. VII.

3630 Filios familias invito patre Jure Civili nulliter contrahebat nuptias.

FIlius familias invito patre jure Civili nulliter contrahit nuptias. *l.Paulus* 11. *D. de statu hominum.l.filiusfamilias.*35.*D.de ritu nuptiarum.l.unica.§.1.C.de raptu virginum. l. dissentientis.5. C. de repudiis.l.in conjunctione. C. de nuptiis.* licèt paterfamilias turbare non debeat benè inita congrua matrimonia. *l.1.§.fin. D.de liberis exhibendis. l.dissentientis.5.C.de repudiis.*

3631 Jure verò Canonico validè init nuptias.

At jure Canonico filiusfamilias validas contrahit nuptias etiam reluctante patre. Bellarminus *lib.1. de Sacramento matrimonii.cap.19.* Guttierez 2. *practicarum quæst.4.* Pontius 2. *de matrim. cap.2.* Narbona *lib.de ætate. quæst.10.* Contrà Harprectum *tom.1. tit. de nuptiis. n.97. n.* 100. ajentem tamen *n.* 122. consummatum esse validum, etiam initum invitis parentibus: contra Paleottum *de notis.c.8. à n.4.ad* 14. Pontium 2.*de matrim. c.* 5. *§.1.* ajentes, jure veteri Ecclesiastico fuisse nullum.

Patet primo, quia matrimonium est Sacramentum, in cujus susceptione patria potestas non consideratur.*cap.fin.de judiciis.in* 6.

3632 In electione status filius est sui juris.

Secundo, quia in electione status filius est sui juris, & nubere est eligere statum; adeòque etiam præcisa à ratione Sacramenti validum erat connubium. *cap. 1. §.fin. de desponsatione impuberum.*

3633 Nubere est juris naturalis.

Tertio, quia nubere est juris naturalis. *l.* 1. *§.jus naturale. D.de justitia, & jure. can.jus naturale.dist.1.* quod jus naturale congruè à patria potestate non debet abrogari. D. Thomas 2. 2. *q.104.art.5.*

Quarto patet, quia filiusfamilias potest profiteri, potest suscipere Episcopatum invito patre. *cap.2., & cap.fin.de translatione Episcoporum.can.sicut alterius.7.q.1.* ergo etiam nubere.

Quinto patet ex *can.sufficiat.2.27.q.2. c.cum apud* 23.*cap.tua fraternitati.*25. *cap.veniens.*13. *de sponsalibus. cap. cum causa.*6. *de raptoribus. cap. per tuas.* 6. *de conditionibus appositis.* Trid. *sess.24.de reform.cap.fin.*

Sexto patet, Tobiæ 7. ubi, Tobias duxit uxorem Saram patre inscio. Genesis 26. v. 35. ubi Esaù patre Isacco invito duxit uxorem Ethæam. Genesis 29., & 30. (13)

An

(12) Lutherus cum suis asseclis Consultatione facta Philippo Landgraviæ Hassiæ inverecunde permisit ei contra Christi, & Evangelii veritatem, vivente adhuc priori conjuge, aliam ducere. Quæ Consultatio cum aliis scriptis erit ei, & suæ Religion reformatæ sempiternum opprobium: ut indubiè apparet ex authenticis scriptis per extensum, & fideliter relatis à doctissimo Benigno Bossuetio Meldensium Episcopo *lib.6. Historiæ de Variationibus*, cujus aureum profectò librum non te pæniteat perlegere. Ea habes apud Juvenin in *Dogm. Hist. qu.4. de Matrim. §.11.* à quibus impugnator, & Evangelica veritas contra Lutheranos, & Anabaptistas defenditur de prohibita polygamia simultanea. Vide doctissimum Honoratum Tournely *de Matrim.qu.5. §.de Polygamia simultanea.*

(13) Circa hoc quæsitum plura à DD. controvertuntur. Primo an Jure veteri Canonico per XII. secula fuerint irrita, & invalida matrimonia filiorum familias inscius, aut invitis parentibus, cùm certum sit nec Jure Divino, nec naturali fuisse irrita. Secundo an de Jure Civili decreta sint irrita

illæ

An peccet filius nubens invito patre?

3634 Filius peccat nubens patre rationabiliter invito.

DIstinguas: vel pater est, vel non est rationabiliter invitus.

Si non est rationabiliter invitus: nega, nam tunc non habet jus impediendi status electionem rationabilem; nam nemo habet jus ad irrationabilia. D.Tom.22.*qu.*104. *art.*1.Sanch.4. *de matrim.disp.*23.*n.*10.Vasq.*de matrim. disp.*4. *n.*24.Diana *p.*4.*tract.*4.*resol.*122.

Si pater sit rationabiliter invitus; affirma filium nubentem peccare mortaliter. Cævallos *communium.q.*604.*n.*3.Valerus v.*matrimonium differentia* 1.*n.*1.Pontius.2.*de matrim.c.*2. *n.*27. Cenedus *collectaneo* 58.*n.*8.

Contrà Guttierez *lib.*1.*Canonicarum quæstionum. c.*20. *n.*3. Sanch. *disp.*23.*n.*10. Villalobos *difficultate* 39.Bossium *de matrim.cap.*11.*n.*81., *&* 87. ajentes, peccare lethaliter non petendo consilium, non verò deinde nubentes patre invito.

Patet Deuteronomii. 3.v. 3. & ex *can. non omnis.*12.*can.honorantur* 13.32. *q.*2. ubi, paternus consensus desideratur in nuptiis.*can.*1.*c.nostrates.*3.*can.nullum* 10.30. *q.*5.*cap.*1. *de desponsatione impuberum.cap.videtur.*3.*qui matrimonium accusare.*Et ratio id suadet, quia tunc filius irrationabiliter resistit patri rationabiliter invito in re gravi: & usurpat parentis officium, cujus est prospicere filiis, & nuptui tradere suam sobolem. Hieremiæ 29. v. 3. ibi: *filiam tuam non dabis filio Cananai.* 1. ad Corinth.7. v.38.ibi: *matrimonio jungit virginem suam.*Ecclesiast.7. ibi: *da filiam tuam viro prudenti.l.fin. C.de dotis promissione.*

Tertio si nollet se invito suam filiam nubere, cur ipse patre invito rationabiliter nuptias contrahet? Matth.7.v.12.

3635 Est contra reverentiam parti debitā.

Quarto, irreverenter agit nubens contradicente rationabiliter patre. *l. parentes.* 6. *D. de in jus vocando.l.*34.*C.de patria potestate.*

3636 Patri rationabilia imperanti filius debet obedire.

Quinto, jure naturæ filius debet obedire patri rationabilia imperanti, maximè in re tam gravi, ex qua familia, & pax turbari, & denigrari valet. *can.hoc sanctum. can. non omnis.* 32. *qu.*2. *can.aliter* 30.*q.*5. *can. tria* 36. *q.*2. secundo Regum. *c.*23. Julius Paulus *lib.*2.*sententiarum. c. de nuptiis.* Gellius *lib.*2. *c.*7. Paleottus *de notis. cap.*8.*num.*14.

An peccet Parochus assistens, & Prælatus dans filio licentiam contrahendi patre rationabiliter invito?

3637 Prælatus, & Parochus peccāt cooperando nuptiis filiorū invitis parentibus.

AFfirma: nam tunc cooperantur peccato filiorum. Rebellus *part.*2 *.lib.*2.*q.*14. *sect.*1. *n.*9.Menoch.*lib.*1.*consil.*69.*num.*32. licèt Bossius *de matrim. c.*11. *n.*94. putet non peccare Parochum, nec Prælatum, si moneat, nè filius contrahat patre invito; cæterum licitè assisteret petentibus contrahere, fortè quia tunc non cooperatur peccato contrahentium, qui jam sunt parati ad contrahendum.

An Pater possit exhæredare intra vigesimum quintum annum nubentem se invito?

3638 Pater potest exhæredare nubentē intra xxv. annū ipso invito cum indigno.

DIstinguas: vel nubit digno, vel indigno.

Si nubit indigno: affirma. Annæus Robertus *lib.*2.*rerum judicatarum. c.*9. Thesaurus 1.*forensium. q.*70.*n.*8.

Patet ex *l.non tantum.*3. §. *si emancipatus. el* 1. ibi: *nam & si tam ignominiosam duxerit uxorem filius, ut dedecori sit tam ipsi, quàm patri, mulierem talem habere: dicemus: & ex ea natum ad bonorum possessionem avi admitti, cum possit avus jure suo uti, eumque exhæredare. D. de bonorum possessione contra tabulas.*

3639 Idem de filia dicendū.

Idemque de filia statutum in *Auth. sed si post viginti quinque annos te differente filiam marito copulare, in suum corpus peccaverit, vel sine consensu tuo marito se libero tamen, copulaverit, eam exhæredare non potes. C. de inofficioso testamento. §.aliud quoque capitulum. Auth.ut cum de appellatione cognoscitur.*

Si nubit digno.

Subdistinguas: vel pater est, vel non est rationabiliter invitus.

3640 Si tamen nubat digno, & pater sit rationabiliter invitus, etiā potest illum exhæredare.

Si Pater est rationabiliter invitus: puta quia offert meliores nuptias, vel quia adhuc non suppetunt vires congruè dotandi, vel quia perplexus tantisper vult immorari, ut interim patrimonium vires reassumat, & nè in damnum familiæ, & aliorum filiorum detractione novæ doris magis languescat; & tunc pater potest exhæredare istam filiam ipso invito nubentem; & ità recipio Baldum in *cap.tenor. de sententia, & re judicata.* Castrensem in *l.filiam. C.de inofficioso testam.* Vasquium in *l. quoniam in prioribus num.*268. *C.de inofficioso testam.* Cagnolum in *l.si quis major. n.*215. *C.de transactionibus.* Tholosanum 9 *syntagmatum. cap.*3. *n.*21. Sotum in 4.*dist.*29.*q.*1.*art.*4. *ad quartum.* Pontium *lib.*2. *cap.*1.*n.*29.Bossium *de matrim.c.*11. *nu.*208., *& n.*213. indistinctè volentes posse exhæredari.

Contrà quadraginta Doctores apud Bossium *loc.cit.n.*201. Vivium *lib.*3.*dec.*480.Mastrillum *dec.*162. indistinctè negantes.

Patet primo, quia libertas jure admissa, est rationabilis, non irrationabilis: & nubere patre rationabiliter invito est improbum, ac reprobatum ob patris contemtum, rixas, scandala.*can.honorantur.*32. *q.*2.*can.nostrates.*3.30.*q.*5.

Secundo; quia leges civiles jure Canonico in hoc non sunt reprobatæ, & disponunt non de nuptiis, sed de bonis, dote, legitima, de quibus disponere jure Canonico non debetur. *cap. per venerabilem.*13.*qui filii sint legitimi.*Et puniunt injuriam patri à filio factam, quæ pœna justa est, cùm supponat delictum, nec jure Canonico moderata, aut abrogata invenitur. Cævallos *communium.q.*604.*n.*33.

3641 Secùs si sit irrationabiliter invitus.

Si pater sit irrationabiliter invitus, puta, si nil mali sentiat ex dignis nuptiis à filio initis; tunc nega, posse filium nubentem exhæredare; cessat enim finis legum concedentium potestatem

illæ nuptiæ, ut asserit Auctor hic, & plures tenent relati à doctissimo Scrumnovio ad *tit.*10.*de nuptiis n.*32. *Instit.lib.*1. quos omnes refellit, an verò fuerint tantùm illicitæ, ut docent Cujacius ad *lib.*35. Pauli, & Godofridus in *l.filius. D.de ritu nuptiarum.* An denique de facto Reges Galli invalidas declararint in suis Edictis, etiam post Trident. nuptias filiorum familias insciis, aut invitis parentibus, an tantùm voluerint illas esse vacuas effectibus contractus civilis; & an sint de facto invalidæ nuptiæ filiorum Regis, & aliorum Regii Sanguinis, maximè qui Jure nativitatis proximè ad solium vocantur, Jure, vel consuetudine approbata. Quæ omnia non brevem requirerent adnotationem, sed quia actum agere foret, consule doctissimos qui rem hanc eruditè pertractarunt, præter ab Auctore citatos, vide Juvenin in *Dogm.Hist de Matrim.qu* 5. *cap.* 3. §.1. & 2. Cabassutium *in suis Theoria, & praxi Juris Canonici lib.* 3. *cap.* 25. & 26. Honoratum Tournely *de Matrim. qu.*6.*art.*3. aliosque.

tem patri exhæredandi filios, qui finis est ut timore exhæredationis filius obsequatur patri indignas adversans nuptias; ergo tunc exhæredari nequit, nè graviter puniatur, scilicet exhæredatione, sine gravi culpa. *cap. sine culpa. de regulis iuris. in* 6. Cancerius *tom.* 3. *c.* 11. *n.* 5. Costa in *l. cum tale. §. si arbitratu. ampliatione finali. nu.* 38. *de conditionibus, & demonstrat.* Ripa in *l.* 1. *D. soluto matrim.* Rogerius *de dote. q.* 2. *n* 22.

An parens turpis valeat exhæredare sobolem turpiter nubentem?

3642 Mater nequit, Pater potest exhæredare filiã peccantem in suum corpus.

DIstioguas patrem à matre, cum Narbona *lib. de ætate. anno* 30. *q.* 10. *n.* 21. Gabriele à S. Vinc. *de matrim. disp.* 3. *q.* 6. *nu.* 47. docente cum Soto in 4. *dist.* 29. *qu.* 1. *art.* 4. *ad quartum.* Ledesma *de matrim. dub.* 24. Molina *tom.* 1. *de justitia. tract.* 2. *disp.* 176., leges Civiles in hoc à Jnre Canonico non abrogatas, contrà Pontium. 2. *de matrim. cap.* 1. §. 3. & Doctores XXI. apud Sanch. *de matrim. disp.* 25. *n.* 1. indistinctè ajentes posse exhæredare.

Et contrà XXXV. Doctores, qnos dat, & sequitur Sanch. *loc. cit. num.* 2. Leander *loc. cit. disp.* 7. *qu.* 8. absolutè negantes posse exhæredari, & ajentes, leges Civiles in hoc non obligare.

3643 Mater turpis nequit filiam peccantem in suum corpus exhæredare.

Patet matrem turpem non posse exhæredare filiam, quia inde non infamatur, nec potest reprehendere vitia, quæ docuit filiam.

3644 Pater turpis tamen potest.

Si pater turpiter vixit, potest filiam turpem exhæredare; quia tale vitium conspurcat à femina non à viro patratum: & saltem magis fæda est mulierum, quàm virorum, & in familiam propagatur, feminarum isthæc infamia. *l. in arenam.* 11. *C. de inofficioso testamento.*

Dices primo: Jns Caoonicum non Civile cognoscit de matrimonio. *c. tuam. de ordine cognitionum. c. causam.* 2. *qui filii sint legitimi. c.* 1. *de sponsalibus*: sed jure Canonico non invenitur imposita talis pœna exhæredationis; ergo pater nequit exhæredare filium nubentem se invito.

Respoodetur, in re non agi de existentia matrimonii; sed de boois temporalibus patris, fama, & legitima, à qua filius exhæredatus excluditur.

Dices secundo. Sponsalibus nequit pœna apponi. *c. gemma. de sponsalibus*; ergo nequit exhæredari nubens iovito patre rationabiliter.

Respondetur ex dictis alibi, posse pœnam apponi contrà recedentem irrationabiliter à sponsalibus; non verò contrà recedentem rationabiliter: ut Judex excommunicatione etiam punit nolens injustè contrahere nuptias, justè reciprocè promissas.

An autem teneat, & quæ pœna contrà secundo nubentes intra, & post annum luctus, diximus alibi.

Vinculum subjectionis servilis.

§. VIII.

3645 De vinculo servitutis.

NOn hic naturale servitutis vinculum, de quo 1. *Pantonomodidascaliæ. num.* 197. Sed jure positivo contra naturam introductam suscipimus explicandum. *l. libertas.* 4. §. 1. *D. de statu hominum. l. manumissiones.* 4. *D. de justitia, & jure.* Ex quo servitutis vinculo matrimonium irritatur. *c. fin. de conjugio servorum. l. servi.* 25. *C. ad legem Jul. de adulteriis.*

Quo jure impediat Matrimonium inter servum, & liberam?

IMpedit jure positivo. *c.* 1. 2. *& fin. de conjugio servorum. c. si quis liber. c. si quis femina.* 29. *qu.* 2. 3646 Jure positivo prohibetur nuptiæ inter servũ, & liberam.

Jnre autem naturali non impedit, ex illa ratione, qua impeditur usus liber conjugii; nam si ità esset, etiam lepra conjugium jure naturæ irritaret, non ergo necesse est ad valorem matrimonii expedita potentia quoad actum secundum pro omni tempore; sed satis est pro aliquo tempore, quod tempus non impeditur servitute.

Est ergo ratio traheoda ex injustitia, qua unus plenè recipit, & semiplenè dat sui corporis usum. D. Thomas *in* 4. *dist.* 30. *qu.* 1. *art.* 2. *in corpore*; In qua inæqualitate est fundatum jus Canooicum irritans matrimonium ex vinculo servitutis inter servum, & liberam ignotam.

Est secundò jure naturæ nullum, si libertas sit objectum voluotatis contrahentis nuptias; tuoc enim ea deficiente, deest consensus requisitus pro valore matrimonii. 3647 Si libertas sit objectũ voluntatis nul. liber cũ servo contrahitur.

Hinc patet, qua ratione Sylvester v. *matrimonium.* 6. *qu.* 1. voluerit esse impedimentum juris naturalis; & qua alia ratione Sanch. 7. *de matrim. disp.* 19. *n.* 16. Meratius *de matrimonio. disp.* 10. *sect.* 2. *n.* 6. Perez *de matrim. disp.* 25. *sect.* 2. *nu.* 2. voluerit esse juris positivi, & sic validum conjugium inter servum, & liberam non baptizatos, etiam ignota servitute.

Sed:

Quomodo sit nullum matrimonium inter servum, & liberam?

DIstioguas: vel liber scit, vel ignorat alterius servitutem. 3648 Liber si sciat mulierum esse servam, & nubat, valide nubit. Secus si ignoret.

Si scit, tenet matrimonium; cedit enim tunc juri suo. *c. si quis ingenuus.* 4. *c. si femina.* 5. 29. *quæst.* 2.

Si ignorat: nega validum matrimooium. *c. si quis liber.* 2. 29. *qu.* 2. *c. fin. de conjugio servorum.* Sanch. *de matrim. disp.* 19. post D. Thomam *in* 4. *dist.* 36. *art.* 1. *ad* 3.

Et matrimonium nullum non tenet ad instar sponsalium; nam matrimonium, non sponsalia de futuro volebant inire. Perez *de matrimon. disp.* 25. *sect.* 4. *n.* 4.

An Matrimonium reconvalescat, si servus acquirat libertatem?

AFfirma; ratificatione accedente, cessante impedimento. *c. proposuit.* 2. *de conjugio servorum.* Sanch. dans plures 7. *de matrimon. disp.* 14. *n.* 4. Coninck *disp.* 3. *dub.* 2. *n.* 26. Perez *de matrim. disp.* 25. *sect.* 3. *n.* 2. dicens certum, contrà Covarr. 4. *Decreti. par.* 2. *c.* 3. §. 7. *n.* 1. Guttierez *de matrim. c.* 90. *n.* 6. Rebellum *lib.* 3. *qu.* 2. *nu.* 19. motos ex regula: *Quæ ab initio non valent, tractu temporis valere nequeunt.* Cui satisfit, nuia noo reconvalescit tractu temporis, sed ratificatione impedimeoto cessante. 3649 Si servus acquirat libertatem tunc accedente ratificatione matrimonium reconvalescit,

Quæ ignorantia servitutis annullat matrimonium?

OMnis, quia jura exigunt scientiam servitutis. *c.* 2. *& fin. de conjugio servorum.* Sanch. 7. *de matrim. disp.* 19. *n.* 20. Leander dans VII. Doctores *tom.* 2 *tract.* 9. *disp.* 2. *qu.* 5. Perez *loc. cit. sect.* 3. *n.* 1. contra Vegam *tom.* 2. *c.* 34. *n.* 67. Villalobos *tract.* 14. *diffic.* 6. *n.* 4. Sotum *in* 4. *dist.* 25. *qu. un.* 3650 Quævis ignorantia servitutis nuptias annullat.

*qu.un.art.*2. Pontium *lib.*7.*c.*43.*n.*3. Ignorantia enim quæcumque sit, non est scientia, ut cùm de *Privilegiis ignorantiæ*. (14)

An detecta servitute liberè unus ab alio recedere valeat propria auctoritate?

3651 Detecta servitute liberè unus valet ab alio recedere propria auctoritate.

AFfirma: remoto scandalo; nam revera matrimonium deest: idque etiam potest servus dolo celans servitutem, nisi reparandum sit matrimonio damnum aliquod sequutum. Sanch. *loc.cit.* Pontius *lib.*7.*c.*3. *n.*6. Perez *de matrim. disp.*25.*sect.*4.*n.*2.

An validè contrahat cum libera, quam credit ancillam?

3652 Validè contrahitur cū libera, quam credit ancillam.

AFfirma: nam non est unde arguatur defectus consensus. D. Thomas *in* 4. *dist.*36. *qu.un.art.*1.*ad* 1.

An servus Domino invito validum, & licitum contrahat Matrimonium cum serva?

3653 Si non impediuntur consueta obsequia Domino, ipso invito valide, & licitè servi cū servis nubunt.

AFfirma. *c.fin.*29.*qu.*2.*c.*1. *de conjugio servorum*; dummodò non impediantur consueta obsequia Domino præstanda, quæ conjugio non impediuntur, ut patet in aliis aulicis conjugatis. D.Thom. *ad* 3.*par. quæst.*52.*art.*2. Torreblanca *lib.*2. *practicarum. c.*15. *n.*56. Requirendus tamen ex quadam decentia consensus Domini, nisi sit impediturus nuptias. Coninck *disp.*31.*n.*32.

Si Dominus consentiat purè, ut servus contrahat cum libera ignorante servitutem, an evadat liber, & matrimonium teneat?

3654 Domino cōsentiente, ut servus nubat cum libera ignorante servitutem, efficitur liber.

AFfirma. *Auth.ad hæc. C. de latina libertate tollenda. Auth. de nuptiis. collat.* 4. & sic matrimonium validum, quia semper solum inter liberos. Sanch.7.*de matrim. disp.*20.*n.*14. Rebellus *lib.*3.*qu.*3.*sect.*2.*n.*15.

Imò idem est si Dominus scienter non contradicat, nam censetur consentire, & libertatem concedere; & fortiùs id verum est, si ipse Dominus ducat in conjugem suam ancillam: tunc fit libera jure naturæ; quia cum illa fit una caro; & etiam jure Hispano *l.*1.*art.*13. *partita* 4. Vasq.3.*par.disp.*81.*c.*8.*n.*41. Licèt Sanch. *disp.*2.*num.*11. velit id jure naturæ falsum, quia Abraham duxit Agarem ancillam. Genesis 16. *c.*16. & 21. & ad Galatas 4. Sed ibi, ante, non stante matrimonio, Agar fuit ancilla.

An Dominus possit licitè vendere servum, qui nupsit, transeuntibus extraneæ regionis?

3655 Quid si Dominus servum nuptū cum libera, aut cum cōsensu ejus, aut absque, vendat aliis extraneæ regionis.

DIstinguas per trilemma: vel nubit cum libera, vel nubit cum consensu Domini vel sine ejus consensu.

Si nupsit cum libera, potest servum vendere, si libera uxor possit commodè virum venditum sequi; nam tunc nil damni patitur.

Si nupsit Domino invito: tunc illum vendendo peccat, primo contrà justitiam, quia lædit jus cohabitandi legitimè quæsitum etiam Domino invito. Ecclesia namque tribuens jus nubendi Domino invito, tribuit etiam jus cohabitandi Domino invito, & servus tenetur Domino obsequia præstare, & venditio destruit hujusmodi obsequia. *c.*1. *&* *fin. de conjugio servorum.* Sanch. *de matrim. disp.*22.*num.*12. & 13. dicens, peccare contrà justitiam, quia læderet jus petendi debitum. Contra Perez *de matrim. disp.* 25. *sect.*7. *num.*4. ajentem, peccare contra caritatem.

Peccat etiam contra caritatem, quia sine gravi necessitate, sine gravi causa constituit servum in statu non utendi inito, nec ineundi alterum conjugium, quod est grave damnum. Perez *loc. cit.* Filliucc. *tract.*10. *par.*2.*c.*2.*qu.*6.*num.*51. & alii apud Bonacinam *de matrim. qu.*2.*puncto* 3. *num.*9.

Si nubat consensu Domini; tunc Dominus cedit juri suo in hoc, & sic nequit lædere jus petendi debitum; qui enim consensit, ut nuptiæ contrahantur, petitionem debiti non prohibet, tanquam consequens ex antecedenti concesso conjugibus. *c.prudentiam. de officio delegati.*

Hinc, si quæras.

Cui satisfaciendum sit Domino, an conjugi justa petenti?

DIstinguas: vel consentiente, vel dissentiente Domino matrimonium est initum. 3656 Servus nubens Domino consentiente magis conjugi, quā Domino parere debet justa petenti.

Si Domino consentiente, parendum magis conjugi, quàm Domino.

Si illo dissentiente, magis Domino, quàm conjugi; nam ibi, non hic consentiens cedit juri suo. *c.* 1. *de conjugio servorum.* Paludanus *in* 4.*dist.*36. *qu.*2. *art.*1. *concl.*4. 3657 Secùs si illo dissentiente nupserit.

Vinculum Professionis, sivè impedimentum Voti solemnis Castitatis.

§. IX.

VOtum duplex: unum solemne, alterum simplex. 3658 Votum duplex solemne, & simplex

Solemne subdividitur, in solemne Professionis, & Ordinis Sacri.

Simplex etiam subdividitur in purè simplex, & in habens privilegia voti solemnis, ut in Societate Jesu post biennium. 3659 Votum solemne Professionis dirimit ratū, & contrahendum.

Votum solemne Professionis dirimit matrimonium ratum anteà factum, & contrahendum. Trident. *sess.*24. *de matrim. c.*9. *c.meminimus. qui Clerici, vel voventes.* Caramuel *Fundam.num.*2755. Aversa *de matrim.qu.*15.*sect.*2. Malletus *Malleatione* 56.*bractea* 15.

Idque solo jure Ecclesiastico, nam quoad essentiam non differt votum simplex, & solemne; & solemnitas est juris humani. *c.unico. de voto in* 6. Constitutione Gregorii XIII. *Ascendente Domino*, ibi: *voti solemnitatem sola Ecclesiæ constitutione inventam esse.* Sanch. dans quadragiota septem Doctores *disp.*27. *n.*4. Caramuel *to.*2. *Regulari.epist.*2.*num.*2186. Contra vigintiquinque Doctores apud Sanchez *loco cit.* Leandrum *loc.cit.quæst.*2. Gabr.à S.Vinc. *disp.*6.*n.*58. 3660 Idque Jure Ecclesiastico.

Dicea primo: obstat textus in *can. si quis sacro.* 17. *c.velatæ.*18. 27 *qu.*1. ubi, virgines matrimonium contrahentes verbo Domini, & canonica auctoritate sunt separandæ. 3661 Objectis fit satis.

Respondetur cum Coninck, in originali Syriaci Papæ *epist.*1.*c.*6. non haberi illa, *verbo Domini.*

Dices secundo: obstat Trident. *sess.*24.*can.*9. ibi: *lege Ecclesiastica, vel voto*; ergo matrimonium Professorum est nullum ex voto, matrimonium Sacerdotum est nullum ex lege Ecclesiastica.

Respondetur nihil probare, nos ultrò fatemur matrimonium initum post votum solemne esse nullum: id tamen asserimus nasci ex sola lege

(14) Opusculum hoc cum aliis post harum Institutionum editionem in lucem mittetur.

lege Ecclesiastica, qua introducta est solemnitas. Constitutiooe Gregorii XIII. *Ascendeate Domino*.

Dices tertio: matrimooium ex diametro repugnat voto solemni; ergo ex natura sua votum solemne exciudit matrimonium.

Respondetur primo, argumentum probare etiam votum simplex excludere matrimonium.

Secuodo, Respondetur Papa dispensante, ut multoties dispeosavit, tunc votum desinere habere illos effectus irritandi matrimonium, quos habet solo jure positivo. *c. unico. de voto in* 6.

Votum solemne Ordinis Sacri.

3662 Votum solemne Ordinis Sacri nō dirimit nuptias antea factas, vel ratas, aut consummatas, sed annullat ineundas.

NOn dirimit matrimonium contractum, sivè ratum, sivè consummatum, sed tollit contrahendum. Trident. *sess.* 24. *can.* 9. Extravag. *antiquæ. de voto.*

Idque jure non naturali, aut divino, sed Ecclesiastico. Trident. *sess.* 24. *can.* 9. ibi: *non obstante lege Ecclesiastica, vel voto*: ubi non memini legis divinæ, & naturalis, contrà hæreticos inculcandæ, si adfuisset. Sanch. dans quinquaginta Doctores 7. *de matrim. disp.* 27. *num.* 7. Vasquez *disp.* 40. *c.* 2. Leander *disp.* 17. *quæst.* 2. Caramuel *fundamentali. num.* 3755. Perez *de matrimon. disp.* 27. *sect.* 6. *num.* 4.

Quo Jure in Sacris constitutus, teneatur ad castitatem?

3663 Ordinatus in Sacris nō tenetur Jure naturali, aut Divino ad castitatem, sed aut Jure Ecclesiæ, aut voto.

NOn jure naturali, aut divino, sed Ecclesiastico. *c. ut lex.* 40. 27. *qu.* 1. *c. nullum. dist.* 28. ab antiquissimis temporibus. *c. Episcopos* 3. *dist.* 31. *c. cum in præterito.* 3. *dist.* 84. Idque, vel sola Constitutione Ecclesiastica, vel etiam ii deficeret, voto. Valentia *tom.* 4. *de Sacram. Ordinis. disp.* 9. *qu.* 5. *punct.* 5. §. 1. Enim verò licèt nollet vovere, adhuc remaneret inhabilis ad ineundas nuptias, vel vi voti, ut vult D. Thom. 2. 2. *q.* 88. *art.* 7. & tunc nolens votum emittere peccaret, sed votum non adesset defectu voluntatis, ut non adesset, si invincibiliter non emitteretur. Perez *de matrim. disp.* 27. *sect.* 2. *num.* 6.

In utroque autem casu nulliter initur matrimonium suscepto sacro Ordine à latioo. Sanch. 2. *de matrimon. disp.* 30. *num.* 3. Coninck *disp.* 20. *dub.* 14. *num.* 144. (15)

An metu injusto Ordinatus in Sacris sit ligatus voto, & inhabilis ad nuptias contrahendas?

3664 Metu ordinatus nō tenetur ad votum, & potest nubere.

NEga: nisi cessante metu ratificaverit, qula Ecclesia pleoam libertatem, & coosensum exigit, ut voto liget, & inhabilitet ad nuptias. Secundo, quia nulla est promissio metu injusto extorta; ergo nec promissio votiva. Sanch. 7. *de matrim. disp.* 29. *n.* 5. Coninck *disp.* 20. *dub.* 14. *num.* 145. Azorius *tom.* 1. *lib.* 13. *c.* 13. & 14. *q.* 8. ajentes, nec peccare non recitando horas, si nolit permanere in Ordioe, sed velit oubere. Perez *de matrim. disp.* 27. *sect.* 5. *n.* 5. & 8.

Votum simplex Castitatis.

3665 Votum simplex nō dirimit matrimonium ullum.

SI sit purè simplex matrimonium non dirimit, nec contractum, nec ratum, nec contrahendum, nec consummatum: sed solùm impedit licitè iniri. *c. unico. de voto. in* 6. *c. consuluit. c. rursus qui Clerici, vel voventes.* Trullench *lib.* 7. *de Sacram. c.* 9. *dub.* 5. *n.* 5. Caramuel *fundamentali. num.* 3754. Valascus *tom.* 2. *v. matrim. resol.* 255. *num.* 9.

Votum simplex Societatis Jesu post biennium.

COostituit verum Religiosum. Bulla Gregorii XIII. incipit: *Quanto fructuosius*, & sic dirimit contrahendum, ex Constitutione: *Ascendente Domino*. Noo tamen irritat antea cootractum ratum matrimonium; nam dirimere ratum contractum matrimonium est non quia status est verè Religiosus, sed quia vota sunt solemnia; At Societatis vota post bienniom noo sunt solemnia, nec solemnis est illa professio; ergo non tollitur matrimonium ratum, quod dissolvitur sola solemni professione. Tridentinum *sess.* 24. *de matrim. can.* 6. *c.* 2. 7. & 14. *de conversione conjugatorum*; & ità è Societate docent Suarez *tom.* 4. *de Religione lib.* 4. *c.* 2. Vasquez *p.* 2. *disp.* 165. *c.* 1. Sanch 2. *de matrim. disp.* 18. Henriquez *lib.* 11. *c.* 8. Caspar Hurtadus *disp.* 8. *difficul.* 5. Perez *loc. cit.* contra Pontium *de matrim. c.* 6. 3666 Votum simplex Societatis Jesu, & post biennium facit verum Religiosum, licèt non dirimat nuptias ratas.

Pœna Professi, & constituti in Sacris contrahentis Matrimonium, etiam non consummatum?

ESt primo excommunicatio non reservata ipso jure, si scienter fiat. *Clem. un. de consanguinitate, & affinitate.* 3667 Professes, aut in Sacris ineuntes nuptias sunt excommunicati.

Comprehendit autem Professos, & constitutos in Sacris nubentes, non alios, qui cum istis contrahunt nuptias; nam sumus in pœnalibus non extendendis, & d. *Clem. un.* exprimit tantùm Professos utriusque sexus, & constitutos in sacris; & sic ad alios non extendenda, ut nec debet extendi ad Professos, & constitutos in Sacris facientes sponsalia de futuro, aut matrimonium simulatum. Sanch. *lib.* 7. *de matrim. disp.* 48. *n.* 1. Pontius *lib.* 7. *de matrim. c.* 28. *n.* 2. Suarez *tom.* 5. *de censuris. disp.* 23. *sect.* 5. *n.* 22. Perez *de matrim. disp.* 27. *sect.* 8. *n.* 2. 3668 Secùs si tantum sponsalia de futuro faciant.

Secunda pœna est privatio ferenda beneficiorum, & officiorum. *c. decernimus. dist.* 28. 3669 Privantur Beneficiis, & Officiis.

Tertia, hodiè damoatur ad triremes. 3670 Hodie damnantur ad triremes.

An autem sit etiam pœna irregularitatis ex bigamia similitudinaria?

AFfirmat Sanch. 7. *de matrim. disp.* 85. *n.* 5. Perez *loc. cit. num.* 6. Tu nega; nam jure non est expressa. *c. is, qui.* 18. *de sententia excommunicationis in* 6. sed de his cùm *de Irregularitate.* 3671 Non tamen sunt irregulares.

De Vinculo Cognationis.

§. X.

Quid sit Cognatio ut sic?

ESt vinculum jure constitutum inter certas lineas, & personas: *vinculum Jure constitutum* est genus commune juri naturali, & positivo; nam vinculum sive cognatio, quandoque nascitur jure naturali, quandoque positivo: *inter certas lineas, & personas* ad differentiam ab aliis ligaminibus, sive sint contractus, sive aliæ res. 3672 Cognatio definitur in genere.

Hoc vinculum est quintuplex, primum Consanguinitatis, secundum Affinitatis, tertium Cognationis spiritualis, quartum Cognationis legalis, quintum Publicæ honestatis. De quibus disjunctim, & primo: 3673 Quintuplex cognationis vinculum.

De

(15) Vide, quæ adnotata sunt de Clericorum Cœlibatu *lib.* 1. *tit.* xxv. *de Vita, & Honestate Clericorum.*

De Vinculo Consanguinitatis.

§. XI.

Quid sit Consanguinitas, & unde nascatur?

3674 *Consanguinitas definitur.*

CONsanguinitas est *vinculum personarum proveniens ex carnali naturali generatione, seu propagatione. l. vel si. 12. D. de manumissis vindicta, l. 2. D. unde cognati. l. qui in adoptione. 23. D. de adoptionibus. l. 1. §. consanguineos. D. de suis, & legitimis*. D. Thomas *in 4. dist. 4. quæst. un. art. 1.*

3675 *Absque naturali carnali generatione non datur consanguinitas.*

Dicitur *ex carnali naturali generatione*, primo ad explicandum, cessare consanguinitatem inter genitos absque naturali carnali generatione, puta inter ignem genitum, & generantem.

3676 *Affinitas nascitur etiam sine generatione.*

Secundo dicitur *ex carnali naturali generatione*, ad differentiam affinitatis, quæ nascitur ex commixtione carnali naturali, etiamsi nulla generatio sequatur; adeòque affinitas etiam inter steriles esse potest, non autem consanguinitas.

3677 *Quinam sint consanguinei.*

Semper ergo ac adest vinculum ex propagatione naturali inter aliquas personas, illæ personæ sunt consanguineæ, sivè ascendentes sint, sivè descendentes, sivè transversales, sivè sint, sivè non sint legitimæ.

3678 *Eva nõ fuit consanguinea Adami.*

Secundo intelligitur, Evam non esse Adami consanguineam, quia licèt sit ex costa Adami, non est ex naturali generatione propagata.

3679 *Reiicitur cõmunis allata definitio.*

Ex his patet mancam esse communem definitionem traditam à Sanch. *disp. 50.* Laymann *lib. 5. tract. 10. par. 4. c. 4.* Tamburrino *lib. 8. de matrim. tract. 1. c. 5. n. 1.* qualis est, consanguinitas est vinculum personarum ab eodem per carnalem generationem descendentium; nam hæc tantùm compræhendit consanguinitatem descendentium, non ascendentium; adeòque Adam, & Eva non essent consanguinei cum propriis filiis.

Ut ergo definitio omnibus constet numeris, debet meditantibus probari nostra: *vinculum* scilicet *personarum proveniens ex naturali carnali propagatione*, quæ competit, ut patet, ascendentibus respectu descendentium: descendentibus respectu ascendentium; & transversalibus inter se. *c. per tuas:* ubi Abbas *num. 3. de probationibus. l. penultima. D. de gradibus.* Piso *de sponsalibus, & matrimonio. par. 2. § ergo. n. 4.*

Lineæ.

3680 *Lineæ, quid sint hic.*

LInea est ordinata connexio personarum. *l. fin. v. gradus. D. de gradibus.*

3681 *Linea consanguinitatis una recta, altera obliqua.*

Linea consanguinitatis est duplex. *l. penult. D. de gradibus*, una recta, altera obliqua, seù transversalis.

3682 *Recta constat generantibus, & genitis.*

Recta tandem constat generantibus, & genitis, ut avus, filius, nepos.

3683 *Et est ascendentium, & descendentium.*

Hæc est duplex, una ascendentium, altera descendentium.

Ascendentium linea continet generantes. Descentium genitis constat. *l. 1. D. de gradibus.* Sic pater respectu filii est in linea recta ascendentium, filius respectu patris est in linea recta descendentiom, & sic de singulis in infinitum.

3684 *Transversalis continet descendentes ab eodẽ, sed nec inter se genitos, nec generantes.*

Transversalis, sivè obliqua continet ceteros consanguineos ab eodem descendentes, sed inter se nec genitos, nec generantes, ut sunt fratres, sorores, patrui, nepotes &c. inter se nec geniti, nec generantes, quamvis habeant commune principium.

Verbo Linea.

Hæc linea transversalis est triplex, ascendentium, descendentium, lateralium. *l. nomina-ta. 9. D. de gradibus.* ut patruus, frater, nepos, patruus est ascendens respectu nepotis, nepos respectu patrui est descendens, frater respectu fratris, vel sororis est lateralis. 3685 *Est triplex ascendentiũ, descendentium, & lateralium.*

3686 *Linea lateralis dupliciter distat à cõmuni stipite æqualiter, & inæqualiter.*

Linea lateralis quòad personas dupliciter distat à communi stipite. Primo æqualiter. Secundo inæqualiter.

Æqualiter distat linea lateralis, ut duo patrui, duo avunculi, duo fratres, duo patrueles, hoc est duo filii duorum fratrum, duo consubrini, hoc est duo filii duarum sororum, duo amitini, hoc est filii fratris, & sororis. *§. 4. gradu 4. lib. 3. institutionum. tit. de gradibus.*

Inæqualiter distant à communi stipite ascendentes, & descendentes considerati respectu stipitis communis; nam patruus, nepos inæqualiter distant à communi stipite, patruus, qui est filius stipitis communis distat in primo gradu, & nepos distat ab avo communi stipite in secundo.

3687 *Istæ lineæ habent gradus, & magis, aut minus distant à communi stipite.*

Istæ lineæ habent gradus, nam diversæ personæ magis, vel minus distant à communi stipite; adeòque aliquæ in remotiori, aliquæ in proximiori gradu sunt: Qui gradus diligenter considerandi, nam intra quosdam gradus matrimonium contrahi nequit.

3688 *Quid linea effectiva.*

Datur linea effectiva, & compræhensiva.

Effectiva est illa linea, quam facit aliquis; V. G. aliquis nubit, facit filios, illi filii nupti faciunt alios, & sic in infinitum.

3689 *Quid comprehensiva.*

Compræhensiva est illa, quæ non efficitur ab ipso, & nec unus efficit alium, ut duo tui fratres, nepotes istorum fratrum, sororum, abavus Avus, Avia sua: & sic si iste testator dicat relinquo tot meis consanguineis, debet ab eodem fieri explicari, quibus relinquat tale legatum consanguineis suis ex linea ab ipso testatore effecta proveniente, an omnes suos consanguineos compræhendat, scilicet illos, qui sunt ex linea compræhensiva, ut suos patres, filios istorum fratrum, sororum, omnes alios suos consanguineos, qui reperiantur.

Quotiescumque testator dicit relinquo familiæ meæ, idest ut hac particula *mea* semper intelligitur de effectiva, & non compræhensiva familia: meritò.

Regulæ in numerandis gradibus.

3690 *In linea recta tot sunt gradus, quot sunt generationes.*

DIstinguenda est linea recta à transversali. In linea recta, tot sunt gradus, quot sunt subordinatæ generationes. *c. primo gradu 35. q. 5. §. hactenus ostendisse. 7.* ibi: *semper generata persona gradum adiicit. lib. 3. institutionum. de gradibus cognationum. can. ad sedem. 35. q. 5.* Ità inter patrem, & filium est una generatio, est unus gradus: Inter avum, & nepotem mediat duplex subordinata generatio. Prima respectu filii. Secunda respectu nepotis, & ità respectu nepotis est secundus gradus, respectu pronepotis est tertius, quia est tertia generatio, respectu abnepotis est quartus gradus, quia quarta generatio. *l. 1. § 4. § 6. D. de gradibus.* 3691 *Inter patrem, & filiũ est unus gradus, inter Avum, & nepotem est duplex, & sic de ceteris.*

Et è converso respectu ascendentis, filius respectu patris in primo gradu, quia una intercedit generatio, respectu avi in secundo gradu, quia duplex, respectu proavi distat tertio gradu, quia tres mediæ sunt generationes. *l. 1. § 1. l. 10. § 3. l. 14. D. de gradibus.*

Sed in idem recidens clarior regula: *Tot sunt*

3692 Regula, tot sunt gradus, quot personæ una demta.

gradus, quot sunt personæ, una demta, can. ad sedem.35.q.5. Sic pater, & filius sunt in primo gradu; quia sunt duæ personæ, & demitur una; enim verò nunquam una persona facit gradum, nam gradus sumitur analogicè ad res materiales, in quibus una res absolutè gradum non facit, sed necessariò respicit alteram rem, respectu cujus, & cum qua gradum facit; ut patet in scalis.

Hæc regula currit Jure Canonico, & Civili. Bald. in *l.si aviæ.n.4.C.de successorio edicto.* Scaccia *de judiciis l.2.c.2. n.586.* Costa *de consanguinitate, & affinitate.n.20.*

In linea transversali distinguenda est æqualis ab inæquali linea.

3693 In linea transversali æquali in illo gradu distant inter se, in quo distant à communi stipite.

Si transversalis linea sit æqualis, puta inter duos fratres, vel duos nepotes, est regula: *In illo gradu distant inter se, in quo distant à communi stipite. cap.quod.3.de consanguinitate, & affinitate.* Sic duo fratres inter se sunt in primo gradu; quia in primo gradu distant à patre. *can. ad sedem.cum.parentelæ.35.q.5.*

3694 Si sit inæqualis, in illo gradu distat inter se, in quo remotior distat à cõmuni stipite.

Si verò linea sit inæqualis, puta inter nepotem, & patruum, est alia regula: *In illo gradu distant inter se, in quo remotior distat à communi stipite;* sic nepos est remotior, quàm patruus à communi stipite: unde quia nepos in secundo gradu distat ab avo communi stipite, lo secundo etiam gradu distat à patruo, & patruus in secundo gradu à nepote. *cap.fin.de consanguinitate, & affinitate.can. ad sedem.35.q.5.* Covarruv. *tom.1.de matrim.p.2.cap.6. §.6.n.1.* Durandus in *4.dist.40.q.1.n.6.*

3695 Distans in quinto gradu à communi stipite potest nubere cum distante in 1.2.3.& 4. gradu à communi stipite.

Unde distans in quinto gradu à communi stipite, potest contrahere matrimonium cum distante in primo, secundo, tertio, & quarto gradu à communi stipite, nam remotior gradus consideratur. *cap.fin.de consanguinitate, & affinitate.* Sanch., Duarenos apud Gonsalea in *cap.1., & in cap.quod.3.n.4. de consanguinitate, & affinitate.*

3696 Hæc regula de Jure Canonico servanda est.

Ista regula de jure Canonico semper est observanda quoad contrahendas nuptias. *cap. non debet.de consang.& affin.can.parentelæ.can.ad Sedem.35.q.5.* Covarr.4.*Decretal.p.2.c.6.§.6.n.8.*

3697 Jure Civili aliter numerantur grados.

Jure autem Civili, quo regulatur successio, quæ ex uno ad alterum defertur, aliæ sunt constitutæ regulæ pro linea transversali.

3698 In transversali æquali duplicantur gradus, ut qui sint in primo Jure Canonico, sint in secundo Jure Civili, & qui in 2. sint in 4.

Prima pro transversali æquali est, ut gradus duplicentur; itàut jure Canonico fratres sunt in primo gradu, jure civili in secundo, illorum nepotes sunt jure canonico in secundo gradu; jure civili in quarto; pronepotes jure Canonico in tertio gradu, civili in sexto; & sic deinceps. Jus ergo civile geminat gradum canonicum in linea transversali. *l. jurisconsultus. 10. §. nunc singulos.D.de gradibus affinitatis.can.1.gradu.35.q.5.* Tholosanus 9.*syntagmatum. cap.9. num.25.* Scaccia *lib.2.de judiciis. cap.2. n.587. §.in linea æquali.§.1.,2.,3.,4.,5.,& 6. Inst. lib.3. de gradibus cognationum.* (16)

3699 In linea inæquali tot sunt gradus, quot personæ una demta.

In linea inæquali servatur regula: *Tot sunt gradus, quot sunt personæ una demta.* Scaccia *loc. cit. num.* 590. Costa *de consanguinitate, & affinitate. n.* 30. Perez *de matrim. disp.33.* & sic debent numerari omnes personæ utriusque lineæ, inter quas gradus numerandi; & demitur una, ut jure civili depræhendatur gradus: Sic patruus, & sobrinus distant in tertio gradu, quia sunt quatuor personæ, scilicet sobrinus, ejus pater, avus, & patruus. Omnes ad rem.

3700 In omni linea de Jure Civili vera est mox tradita regula.

Sed satiùs pro omni linea jure Civili, sivè recta, sivè transversali, sivè æquali, sivè inæquali constituere unam infallibilem regulam, cujus veritas evidens adlucebit introrsus meditanti, & est: *Tot sunt gradus, quot sunt personæ lineæ numerandæ una demta.*

Patet evidenter, nam in linea recta concedunt omnes; in linea transversali æquali patet, quia duplicatur de jure civili gradus Canonicus, cùm ergo duæ personæ ut concurrunt, vel respiciunt matrimonium, ità constituunt unum gradum jure Canonico, ità constituunt jure civili, & duo constituunt quatuor, & tres constituunt sex, quatuor, octo, &c. ergo pro numero personarum una demta augetur gradus.

In linea inæquali idem concedunt omnes; ergo à primo ad ultimum pro omni linea jure Civili, tot sunt gradus, quot sunt personæ illius lineæ, una demta.

An consanguinitas dirimat matrimonium?

3701 Consanguinitas dirimit matrimonium.

Affirma. Est de fide certum, & omni jure sancitum. Prima ad Corinth. 5.*cap.finali. de consanguinitate, & affinitate. l.nemini.17. C. de nuptiis.l.incestæ.52.D.de ritu nuptiarum.*

Usque ad quem gradum consanguinitas matrimonium dirimat?

3702 In linea recta dirimit in infinitũ.

In linea recta in infinitum dirimere matrimonium est communis sententia. *§.ergo non omnes.* ibi: *in infinitum. §.inter eas quoque personas. lib.1. Institutionum. de nuptiis. l. nuptiæ, & l.finali. D.de ritu nuptiarum.* D.Thom., Scotus, Navarr. locis citandis.

3703 Quid de Jure Canonico an dirimat usque ad 4. gradum.

At id currere de jure Civili, non de jure Canonico, adeòque jure Canonico tantùm dirimere usque ad quartum gradum etiam in linea recta, docet Perez *de matrim. disp.28.sect.7.n.6.* Gurtier. Gonsalez, Angelus, Goffredus, Tamburrinus. *locis citandis,* & probant ex *cap. non debet.* 8. ibi: *prohibitio quoque copulæ conjugalis quartum consanguinitatis, & affinitatis gradum de cætero non excedat. de consanguinitate, & affinitate;* & quia nullo jure oppositum decernitur, & Gonsalez idem videtur sentire de jure Civili in dicto *cap. non debet,* qui textus indistinctè loquitur pro omni linea.

3704 In linea transversali olim dirimabat usque ad 7. gradũ.

In linea transversali olim usque ad septimum gradum. *can.1. quod super 5. de consanguinitate, & affinitate.can. nullum.7. can. de consanguinitate 17.35.q.3. c.ad Sedem Apostolicam.35.q.5.*

3705 Hodie usque ad 4.

At hodie coarctatum impedimentum usque ad quartum gradum. *cap.non debet.8.de consanguinitate, & affinitate.l.nuptiæ.53.D. de nuptiis. l.incestæ.52.l.etiam.51.56.D.de ritu nuptiarum. l.nemini.17. l.fin. C.de nuptiis. §. fratris verò. §. item amitam. Instit. de nuptiis.* Adeòque licitè contrahi potest matrimonium inter consanguineos in 5., & 4. gradu; nam consideratur gradus remotior in restringendis impedimentis irritantibus. *cap.fin. de consanguinitate, & affinitate.* Covarr. *p.2.c.6.§.9.n.3.de matrim.*

Usque ad quem gradum jure naturæ matrimonium sit irritum in linea recta?

3706 In primo gradu Jure naturæ nuptiæ diminuntur.

In primo gradu irritari jure naturæ matrimonium, puta inter patrem, & filiam asserit D.Am-

(16) Hoc computandi modo utuntur Græci, sequentes Jus Civile, ut notat Arcudius *de Matrimon. cap.10.* & Christianus Lupus *tom.4.in Dissert. de S.Leonis IX. Actis cap.15. Calumnia 8.*

D. Ambrosius *epist.* 66. ad Paternum, ibi: *interdictum est jure naturæ.* D. Thom. in additione ad 3. *part. qu.* 54. *art.* 5. Sanch. 7. *de matrim. disp.* 51. *num.* 8. *de matrim. tract.* 1. *c.* 5. *n.* 26. Bauoi. *qu.* 2. *assertione.* 3. Leander dans XIX. Doctores *part.* 2. *tract.* 19. *disp.* 12. *qu.* 5. (17)

3707 Ratione, & auctoritate probatur.

Id suadent primo ex novella 12. *cap.* 1. Secundo ex reverentia debita à filiis parentibus, quæ respicit dualitatem personarum; adeòque tollitur per matrimonium tollente dualitatem personarum, nam reddit duo in carne una. Prima ad Corinth. 6. S. Augustin. *lib.* 99. *levit.* Aristoteles *de historia animalium c.* 47. (18)

3708 Ratio reverentiæ debitæ Patri à filia ab ipso nupta non arridet Auctori.

Quæ ratio ut ceteris, etiam mihi olim placuit, sed ut sunt rerum vicissitudines, hodie displicet, nec enim est reprehendenda mutatio re melius considerata. *cap. non debet.* 8. *de consanguinitate, & affinitate. can. sciendum. dist.* 29. *l. unica. §. ut lex. C. de caducis tollendis. can. recurrat.* 32. *q.* 4. *can.* 1. *dist.* 31. *Clem.* 1. *de judiciis.* Thelosanus 47. *syntagmatum c.* 32.

Displicet inquam tradita ratio, quia innititur falso supposito, nuptiis scilicet tolli reverentia, cùm uxor viro tanquam capiti reverentiam, & subjectionem debeat. Genesis. *cap.* 1. ibi: *dominabitur tui*: & ibi: *sub viri potestate eris*; ergo saltem illa ratio non probat tolli reverentiam filiæ ad patrem.

Rursus, quamvis matrimonio sint duo in carne una: tamen distinctæ sunt personæ viri, & uxoris, utpotè relativæ; adeòque secundum diversam rationem consideratur & ut unum, & ut plura; ergo poterit etiam congruere, secundum unam rationem debeatur reverentia, ut filius scilicet respectu matris, & non debeatur secundum aliam, scilicet ut sunt una caro: sicuti si filius fiat Summus Pontifex, ei pater exhibere debet reverentiam, ut Pontifex, quam non debet exhibere, ut pater.

Ità jure Civili eadem uxor aliqua valet, & aliqua nequit inire sine consensu viri; ergo filius, ut maritus non exhibebit reverentiam.

Qua rationis meditatione de tali impedimento naturali suspensus in ancipiti remanet Pontius *lib.* 5. *de matrim. cap.* 31. *num.* 5. Caramuel *lib.* 2. *moralis. nu.* 545., *& fundamentali. n.* 3755. ajens, se non intelligere cur matrimonia in primo gradu lineæ rectæ sint nulla jure naturæ. (19)

3709 Tamen communi adhæret.

Ego sto pro communi sententia, cùm in re tam gravi sapiat cum aliis dissipere, quàm solus sapere.

3710 In extrema necessitate destructionis Generis humani validum foret matrimoniũ in primo gradu.

Urgente tamen extrema necessitate destructionis humani generis, si pater non duceret filiam: tunc validum iniri conjugium suadet ratio boni publici generis humani, cui cedit bonum particulare reverentiæ debitæ parentibus. *Auth. res, quæ C. communia de legatis. l. Lucius. D. de evictionibus.* Capycius Galeota *responso Fiscali.* 13. *n.* 167. Sotus in 4. *dist.* 40. *qu. unica. art.* 4. Sanch. dans X. Doctores 7. *de matrim. disp.* 51. *n.* 1. Guttierez *de matrim. cap.* 46. *num.* 14. Diana dans plures. *part.* 8. *tract.* 1. *resol.* 71. Contra X. Doctores relatos à Leandro *loc. cit. disp.* 13. *qu.* 5. Perez *de matrim. disp.* 33. *sect.* 3. *num.* 11. dicentes, nec Deum posse dispensare, quibus resistit Tanderus. *q.* 2. *assertione.* 3. Caramuel *fundam. n.* 3761. Pontius *lib.* 7. *disp.* 30. Candidus *disp.* 28. *art.* 5. *dub.* 4. Diana *p.* 8. *tract.* 11. *resol.* 71. Amicus *tom.* 9. *disp.* 19. *nu.* 12. Sanch. *loc. cit. n.* 111. ajentes, etiam tunc Summum Pontificem posse dispensare.

At nobis placet dispensationis nullam esse indigentiam cessante lege pro bono particulari, quando urget lex communis publicæ necessitatis humanæ propagationis. Valentia *tom.* 4. *disput.* 10. *q.* 4. *art.* 3. *§. quin etiam.*

Et sic Sanctus Chrysostomus *homilia* 44. *in genesi.* D. Ambrosius 5. *ad Hebræos* 6. excusant à crimine incestum filiarum Loth, quæ credebant, neminem præter patrem superfuisse: Genesis 19. Henriq. *lib.* 12. *c.* 9. contra Cajetanum 2. 2. *q.* 154. *art.* 9. 3711

3711 An filiæ Loth fuerint incestuosæ.

In aliis gradibus lineæ etiam rectæ non prohibitum jure naturæ docuit Sotus in 4. *dist.* 40. *q. unica. art.* 1. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. disp.* 6. *n.* 87. *in fine.* Sanch. *disp.* 5. *q.* 2.

3712 In transversali usq; ad 4. gradum prohibitum inire nuptias.

In linea transversali usque ad quartum gradum nequit contrahi matrimonium: idque non jure naturali, sed positivo. D. Thom. 2. 2. *q.* 154. *art.* 9. *ad* 3. ubi Cajetan. Scotus in 4. *dist.* 40. *q. un. art.* 2. plures apud Sanch. 7. *de matrim. disp.* 2. *nu.* 10. Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. nu.* 88. Coninck *disp.* 20. *dub.* 1. *conclus.* 4. *in fine.* Valentia. *tom.* 4. *disp.* 10. *qu.* 5. *punct.* 3. Genesis 11. ubi Abraham duxit Saram filiam fratris sui Aram 2. Regum 13. & ità consuetum Romanis habetur in *can. quodam lex.* 20. 35. *q.* 3. Tiraquell. *ad leges Connubiales. l.* 7. *n.* 33.

Nec obstat *cap. gaudemus. de divortiis*, ubi in secundo gradu permanent in matrimonio consanguinei ad fidem conversi.

Nam Pontifex ibi non dicit in primo gradu non remanere: de quo non fuerat interrogatus.

3713 Quid incestæ, quid nefariæ nuptiæ.

Nota terminos. Primo dantur incestæ. Secundo nefariæ nuptiæ: licèt istæ confundantur. *Novella* 12. Tamen dicuntur incestæ, hoc est non castæ; nefariæ, hoc est contrà fas, scilicet contrà legem Antonomasticè. Alii afferunt nefarias nuptias dici in linea recta, incestas in linea transversali, cum Accursio *in rubrica Codicis. de incestis nuptiis.* Sed nec placet, quia in *l. finali. D. de ritu nuptiarum*, incestus etiam est in linea recta.

Hinc inter personas, inter quas nequit contrahi matrimonium, si contrahantur nuptiæ, dicuntur incestæ, & nefariæ. *Novella* 12.

De Vinculo Affinitatis.
§. XI.

Quid sit affinitas?

3714 Affinitatis definitio.

Affinitas est vinculum cognationum proveniens ex copula naturali prolifica consum-

---

(17) Sententia communis est.

(18) Ratio hæc rectè cogitanti displicere non potest: quia copula carnalis quandam turpitudinem secum fert, & ideo quandam irreverentiam alterius ad alterum, quæ est contra reverentiam parentibus debitam jure naturali. Item matrimonium exigit inter conjuges æqualitatem in obsequiis domesticis, in mutua obligatione ad debitum: filia autem subjecta est.

(19) Nec obstat ratio Auctoris: quia matrimonium petit æqualitatem, & suo modo superioritatem inter virum, & uxorem in notionibus naturalibus, & domesticis, in mutuis obsequiis, in quibus semper filius parentibus subjectus esse debet, & inferior. Alii vero contractus, & dignitates sunt in ordine ad actiones civiles, vel publicas, & communes, in quibus potest esse æqualitas, imo & superioritas filii ad parentes. Cur ergo ancipites Pontius, & Caramuel?

summata. *cap. discretionem. de eo, qui cognovit consanguineam. cap. non debet.*8. *de consanguinitate, & affinitate.* Tridentinum *sess.* 24. *reform. cap.*4. D.Thom.3.*dist.*4. *q.unica.art.*1.*qq.*3. Covarr.*tom.*2.*epitom.p.*1.*cap.*6.§.7.*n.*1.

Vinculum *personarum* est genus commune ceteris cognationibus.

3715 Nascitur ex copula licita, aut illicita.

Ly *copula naturali* includit licitam, & illicitam, nam utraque fit unum. 1. ad Corinth.6. ergo cognationes copula conjunctæ affines sunt. *can. fraternitatis.*35. *qu.*10. *cap.non debet.*8. *de consanguinitate,& affinitate.cap.discretionem.*6. *cap. tuæ.* 10. *de eo, qui cognovit consanguineam. cap.in literis.*24.*de testibus.* Pius V. Bulla incipit: *ad Romanum.* Tridentinum *sess.*24. *cap.* 4. *de reform.l.liberi.*4.*C.de nuptiis.*

Quibus non refragantur *l.non facile.§.affines. §.sciendum. D.de gradibus.* ubi, *præcisæ nuptiis affinitas, & cognatio nulla.* Corralius *lib.* 1. *miscellaneorum. c.* 3. Gotofredus apud Angelum *v. matrimonium impedimento* 15. *n.*5. ajentes, ex illicito congressu affinitatem non nasci.

Nam loquuntur quoad effectum succedendi, nam illegitimi à successione excluduntur. Amicus *tom.*9.*disp.*17.*sect.*3.*n.*48.

3716 Copula sit naturalis.

Ly *naturali* indigitat duo. Primum ex copula naturali, etiam cum insana, dormiente, vigilante, consentiente, vel dissentiente nasci affinitatem. *cap. discretionem* 16. ibi: *licèt invita. cap.* 8. ibi: *novit. de eo, qui cognovit consanguineam.* Sanch.7.*de matrim.disp.*64.*n.*17. Tamburrinus *lib.*8.*tract.*1.*c.*12.*n.*3. Bruni *de impedimento affinitatis.q.*3. Trullench. *lib.*7. *c.*9. *dub.* 16.*nu.*9. Caramuel *fundamentali. n.*3807.

3717 Et inter vivos.

Secundo indicat, copulam inter vivos, non cum mortua affinitatem producere. Primo cum mortua non potest consummari. Secundo quia non est naturalis.

3718 Copula non naturalis affinitatem nõ producit.

Tertio indicat copulam non naturali ordine, sed arte, vel cacodæmonis ope, aliovè innaturali modo completam, affinitatem non producere. Pontius *lib.*7.*de matrim.c.*33.*nu.*2. Leander *loc.cit.disp.*20.*q.*7. Gonsalez in *cap.*1.*n.*5. *de consanguinitate, & affinitate.* Caramuel *fundamentali. nu.*3806. rectè dicens natum ex ea consanguineum, nam re vera pars alterius decisa. Diana *p.*3.*tract.*5.*resol.*15. contra Sanch.2. *de matrim.disp.*21. *n.*2. dans XX. Doctores, & *lib.*7.*disp.*6. *n.*15. Gabrielem à S. Vinc. *de matrim.disp.*14.*nu.*138. Perez *de matrim. disp.* 31. *sect.*1.*n.*4. Tamburrinum *loc.cit.n.*5.

Ratio, quia sumus in impedimentis restringendis ad modos solitos, non ad infrequentiores. *l.non comprahensos. l.nam ad ea. D. de legibus*; ergo lex inducens affinitatem irritativam matrimonii, copulas innaturales ope dæmonis, aliterque factas non compræhendit.

Hinc ex copula innaturali nullum affinitatis impedimentum. *can. extraordinaria* 35. *qu.* 2. Caram. *loc.cit.* dicens omnium. contrà Lambertinum. *lib.*2.*de jure patronatus.q.*3. *art.*18.*n.*9. ajentem, præpostera copula affinitatem nasci.

3719 Copula sit prolifica, & sic inter eviratos conjũctio non est affinitas

Ly *prolifica* indicat affinitatem non induci commixtione spermatum eviratorum, quia nequit sequi prolificatio. Bonacina.*de matrim. qu.*3.*punct.*12.*n.*14. Hortadus *disp.*20.*difficult.*1. *nu.*3. Perez *de matrim.disp.*31.*sect.*1.*n.*3. Gabr.à S.Vinc.*loc.cit.*

3720 Sit denique consummata.

Ly *consummata* indicat commixtionem promiscuam spermatis emissi, nam illa commixtione una alteri unitur cognationi, acceditque ad fines alterius cognationis. *l. non facile. §. affines. D. de gradibus. can. extraordinaria* 35.*quæst.*2. *can. lex Divino.* 27. *quæst.*2. ubi ad affinitatem requiritur commixtio sanguinum. D. Thom. 4.*dist.*4.*q.un. art.*1.*qq.*3. Hurtadus *de matrim.disp.*20. *difficultate.*3. *nu.*5. Narbona *de ætate. anno.* 14. *q.*5. *art.*4. Gabr. à S.Vinc. *loc. cit. qu.*14.*n.*138. Diana *p.*4.*tract.*5.*resol.*43. Caramuel *fundamentali.n.*3802. dicens, non afficere feminam non concurrere activè. Gonsalez in *cap.*1.*num.*5. *de consanguinitate, & affinitate.*

Unde ex copula cum septemni desponsata, de qua in *cap. fraternitati.*7. *de eo, qui cognovit consanguineam*: non pullulat affinitas ex defectu commixtionis, licèt adsit impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus validis, ut ibi ponit Gonsalez cum Cujacio, & Riccardo. 3721 Ex copula cum septenni despensata non nascitur affinitas, licet adsit publica honestas.

Ex copula ergo naturali consummata prolifica nascitur affinitas, etiam inter nascituros, irritativa matrimonii intrà gradum lege taxatum, & remanet etiam mortuo altero ex copulatis. *c. fraternitatis.*35.*q.*10. Sanch. 7. *de matrim.disp.*64.*n.*2. quæ affinitas quandoque confunditur cum cognatione. *c.contractiones.* 2.35. *q.*2.*l.sancimus.*12.*C.de pœnis*

Unde sit principium affinitatis?

Principium affinitatis est copula naturalis prolifica consummata, sive licita sive illicita. *c.non debet.*8.*& c.*5.*de consanguin.& affinit. c.discretionem.* 6. *de eo, qui cognovit consanguineam.c.fraternitatis.*35. *q.* 10. qui vir, & femina principium affinitatis non sunt affines, sed ex illa copula fiunt affines feminę consanguinei viri, & viro consanguinei feminæ intra gradum lege definitum. 3722 Principium affinitatis est copula naturalis prolifica consũmata.

Ex qua copula jam vides fieri affines. Primo socer. Secundo socrus. Tertio prosocer. Quarto prosocrus. Quinto vitricus. Sexto noverca. Settimo privignus. Octavo comprivignus. Nono fratria. Decimo fratrissa. &c. 3723 Et fiunt affines.

Socer est pater viri, aut uxoris. *l.*4. *§.gradus. D.de gradibus.* Socer.

Socrus est mater uxoris, vel viri, & refertur ad generum, nurumque. *d. l.*4. *§. gradus. l. adoptivus.*14.*§.finali.D.de ritu nuptiarum.* Socerus.

Nurus est filii uxor. Cicero.1.phi. ibi: *Mater amica impuri filii, tanquam nurum, sequebatur.* Nurus.

Poetæ nurum sæpè pro sexu tantùm ponunt: Ovidius 2. *Metham.* ibi: *Nuribus mittit gestanda latinis,* idest feminis latinis. 3724 Quæ aliquando pro sexu sumitur.

Gener, hoc est vir meæ filiæ, quasi generis propagator, adhibetur enim ad genus augendum. Cic. ad Att. *se ad generi pedes abjecit.* Gener.

Prosocer, sivè socer magnus est avus uxoris, vel mariti, & respicit progenerum, & pronurum. *d.l.*4.*§.gradus.* Prosocer.

Prosocrus, sivè socrus magna est avia uxoris, & mariti. *d.l.*4. *§.gradus.* Prosocrus.

Vitricus est maritus viduæ, & respicit privignum, & privignam filios alterius viri. *d. l.* 4. *§. gradus, & l.*7.*D.de ritu nuptiarum.* Vitricus.

Noverca est uxor viri secundo nubentis habentis filios, qui filii nominantur privignus, privigna, & respiciunt novercam *d.l.*4.*§.gradus,* & extenditur significatio, ut novorca dicatur, etiam uxor avi, & proavi. *l. adoptivus.* 14. *§.*2. *D.de ritu nuptiarum.* Noverca.

Privignus est filius mariti, & uxoris ex pri- Privignus.

mo

mu matrimonio, & respicit vitricum, vel novercam.

3725 Qui late pronepote sumitur.

Latè privignus dicitur etiam nepos, & pronepos uxoris, vel viri. *l. adoptivus. 14. §. 2. D. de ritu nuptiarum.*

3726 Qui comprivigni.

Duo privigni scilicet filius novercæ, & vitrici, si nubant dicuntur comprivigni. *§. mariti. institution. de nuptiis.*

Fatria. Fratria dicuntur fratrum uxores inter se.

Fratrissa. Fratrissa dicitur uxor fratris, Hothomanus *de ritu nuptiarum. c. 10. &c.*

Quotuplex sit affinitas?

3727 Affinitas est ex copula licit, vel illicita.

DUplex: prima ex licita, secunda ex illicita copula, patet ex dictis. *c. fraternitatis. 35. q. 10. c. non debet* 8. *de consanguinitate, & affinitate. c. discretionem. 6. c. penult. de eo, qui cognovit consanguineam*: nam copula licita, vel illicita efficit unam carnem. Matth. 5. *erunt duo in carne una.* 1. ad Corinth. 6. *qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur.* licèt jure Civili non consideretur affinitas ex congressu illicito. *l. non facile. §. videndum. 4. D. de gradibus.*

3728 Jure Civili non est affinitas ex copula illicita.

licèt Gabr. à S. Vinc. *loc. cit. n. 140.* jure naturæ velit nasci, cum Joanne Andrea in *c. 1. de conversione infidelium*, ex 1. ad Corinth. 6. Et jura Civilia intelligat, ut non sit affinitas, quò ad quasdam civiles utilitates, puta successionis, &c.

3729 Una est per se, altera per accidens.

Secundo subdividitur affinitas, ut una sit per se, altera per accidens.

Per se est inter virum, & consanguineas feminæ, & inter feminam, & consanguineos viri. *l. non facili. 4. §. quoniam.* v. *affines. D. de gradibus.*

Affinitas per accidens est inter consanguineos viri, & consanguineos feminæ, puta inter comprivignos. Bauni *de impedimento affinitatis. quæsito. 3.* Layman *lib. 5. tract. 10. p. 4. c. 5. p. 4.*

Quæ affinitas dirimat matrimonium?

3730 Affinitas per se dirimit matrimoniũ non per accidens.

AFfinitas per se, non affinitas per accidens matrimonium dirimit. *§. affinitatis. institution. de nuptiis. c. 5. 6. 7. 8. & 9. de eo, qui cognovit consanguineam uxoris.* Ex quo possunt contrahere matrimonium plures fratres, & sorores unius cum fratribus, & sororibus alterius familiæ, pater, & filius cum matre, & filia. *c. quod super 5. de consanguinitate, & affinitate*, quia sunt affines per accidens. Speculator *tit. de affinitate, & consanguinitate.* v. *ad eorum autem. num. 4.* Layman. *loc. cit.* (20)

Usque ad quem gradum affinitas per se impediat matrimonium?

3731 Ex copula licita affinitatis dirimit usq; ad quartum gradũ, & illicita ad secundum.

EX copula licita usque ad quartum, ex illicita usque ad secundum gradum. *c. 1. c. non debet. 8. c. fin. de consanguinitate, & affinitate. c. si qua mulier. 35. q. 10. c. nullum in utroque sexu. 7. 35. q. 2.* Tridentinum *sess. 24. cap. 3. & c. 4. de reformatione. l. adoptivus. 14. §. nunc videamus. D. de ritu nuptiarum. l. fin. l. penult. l. fratris. 5. C. de incestis nuptiis. c. fin. de divortiis.* Sanch. *lib. 7. disp. 67. n. 3.* Pontius *lib. 7. c. 33. n. 4.*

Et tale impedimentum etiam in primo gradu est juris humani. *c. 1. & 3. de consanguinitate, & affinitate*, non juris naturalis. D. Thomas 2. 2. *q. 154. art. 9.* Sanch. *lib. 7. disp. 66. nu. 7.* Pontius 7. *de matrim. c. 34.* Bonac. *de matrim. q. 3. punct. 12. n. 7.* Henriq. *lib. 12. c. 9. n. 5. & c. 10. n. 1. ad finem.* Cajetanus 2. 2. *q. 154. art. 9.* Guttierez *de matrim. c. 99. num. 9.* contra Sylvestrum, Bellarminum, Sotum in 4. *dist. 41. art. 3.* Covarr. *p. 2. c. 6.* Valentiam *tom. 4. disp. 10. qu. 5. punct. 2.* Vasquez 3. *p. q. 91. art. 1. dub. 4. num. 12.* ajentes, affinitatem jure naturæ matrimonium dirimere. Et sic in *c. de incestis 35. q. 3.* statuitur, non dissolvi nuptias contractas inter affines in primo gradu ante prohibitionem. Rebellus *lib. 3. p. 15. concl. 2.* Genuensis, & alii. 3732 Est Juris humani.

Ex his, Papa dispensare valet in quolibet gradu lineæ rectæ, & tranversalis, & de facto dispensavit Pius V. in linea recta. Clemens VIII. in linea transversali, & Paulus V. etiam dispensavit, ut testatur, Sanch. *loc. cit.* & Leander. 3733 Et Papa dispensare potest in his.

Quomodo cognoscantur gradus affinitatis?

COgnoscuntur cognitis gradibus consanguinitatis. *l. jurisconsultus. 10. D. de gradibus.* Gonsalez in *c. 1. n. 7. de consanguinitate, & affinitate.* Ità ut in illo gradu, in quo est consanguineus uni conjugi, in eodem gradu est affinis alteri conjugi: *l. 4. §. sed quoniam. D. de gradibus*: unde affinitas non habet gradus distinctos à gradibus consanguinitatis, sic uxor non ducit consanguineos sui viri usque ad quartum gradum consanguinitatis, nec vir ducit consanguineas suæ uxoris intrà quartum gradum consanguinitatis: unde dicitur distare in primo gradu consanguinitatis, ut mater, pater, filius, soror nuptæ, quia sunt in primo gradu consanguinitatis, cum nupta, sunt in primo gradu affinitatis cum marito nuptæ. 3734 Cognitis gradibus cõsanguinitatis cognoscuntur gradus affinitatis.

Pœna Affinis, & consanguinei ducentis affinem, & consanguineum.

EST excommunicatio non reservata, si scienter contrahat. 3735 Inter affines aut consanguineos contracte nuptiæ, adest excommunicatio.

Clementina *unica de consanguinitate, & affinitate.*

De affinitate contracta inter coniuges post initum matrimonium.

§. XIII.

An inito matrimonio possit inter conjuges nasci affinitas?

AFfirma: si superveniat copula naturalis, consummata incestuosa, ut si vir cognoscat consanguineam suæ uxoris, vel uxor consanguineos viri intra secundum gradum. *c. si quis. 1.* ubi Gonsalez *c. discretionem. 6.* ibi: *affinitas, quæ post contractum legitimè matrimonium inter virum, & uxorem iniquè contrahitur. c. sua 10.* ibi: *affinitas, post matrimonium iniquè contracta. c. 11. de eo, qui cognovit ea. de consanguinitate, & affinitate. c. literis. de testib. c. 2. de desponsatione impuberum.* 3736 Ex copula incestuosa inter conjuges etiam nascitur affinitas.

Nec obstat textus in *c. 2. de eo, qui cognovit consanguineam*. ubi ob supervenientem affinitatem, cum alia nubit.

Nam

(20) Græci vitio vertunt Latinis hæc ab auctore relata connubia; nam apud Græcos nec pater, & filius, nec duo fratres duas consobrinas, nec duæ sorores possunt duos consobrinos in matrimonium accipere, nullo Canone id vetante, licèt inter sponsos, ut supponitur, nulla sit cognatio, ut nobis opposuit Photius, & Michael Cærularius, quam Calumniam doctè confutat Christianus Lupus *tom. 4. Venetæ edit. in Dissert. de S. Leonis IX. Actis cap. 15. Calumnia 8.*

Nam intelligitur, vel mortua uxore, ut ibi ait Cujacius, vel in dicto textu Papa dispensavit, dissolvendo matrimonium ratum ob supervenientem affinitatem, ut ait Gonsalez in *c.fin.n.7.in fine.de eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ.*

3737 Ex qua resultat pœna non petendi debitum.

Secundo hæc affinitas operatur, ut nequeat petere debitum, nec exigere à propria conjuge quamdiù vixerit. *c. transmissa* 4. ibi: *non cognoscat eam, quamdiù vixerit, nisi ab ea fuerit requisitus, c.sua.*10. ibi: *exigere de eo, qui cognovit. c.finali*, ubi Gonsalez *de eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ. c. si quis cum matre. 5. qu. 3.*

3738 Publicus incestuosus nequit aliis nubere, etiam mortua sua uxore.

Tertio operatur, ut publicus incestuosus non possit amplius alteri licitè nubere, etiam mortua sua uxore. *c. si quis.* 5. ibi, *nec ille ullo unquam tempore aliis se poterunt matrimonio copulare. c.veniens.2. in fine. c.transmissa.*4.ibi: *non jam occultè cum privigna prædicta, sed publicè,* & ibi: *perpetuò sine spe conjugii permanebit. c.ex literis.* 8. ibi: *nunquam debent ad alias nuptias convolare. de eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ.*

An debeat reddere debitum innocenti, scienti incestum, petenti?

3739 Potest tamē reddere debitum innocēti petenti.

AFfirma: nè jure suo innocens privetur. *c. transmissa.*4. ibi: *debebit cum Dei timore debitum ei solvere conjugale. cum affinitas post matrimonium iniquè contracta, illi nocere non debeat, quæ iniquitatis particeps non existit. c. Joardane.*11. ibi: *conjugale: Debitum reddat. De eo, qui cognovit consanguineam. c.fin.de divortiis. c.non debet.de regulis juris. in 6.l.non debet.D.de regulis juris.*

An sit pœna non petere?

3740 Pœna est nō reddere debitum.

AFfirma. *c. discretionem.* 6. ibi: *iniquitatis particeps non existit,* & ibi: *non debet sine culpa sua privari. c.sua.*10.ibi: *iniquitatis particeps. c.fin.* ibi: *sine sua propria culpa.* ubi Gonsalez *n.5.de eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ.*

An ignorans se committere incestum, excusetur à dictis pœnis?

3741 Excusatur à dicta pœna, qui ignorat incestum.

AFfirma. *c. ex literis.* 8. ibi: *si post quam novit viri, & matris delictum.de eo, qui cognovit consanguineam.* Ignorantia namque à pœna excusat. *c.2.de constitutionibus. in 6.*

Unde ignorans se cognoscere consanguineam, sed putans se cognoscere suam uxorem, hanc pœnam non contrahit. *c.in lectum.34.q.1.* Hinc etiam ignorans statutam talem pœnam, licèt non ignoret se cognoscere consanguineam, excusatur à tali pœna. *c.2. de constitutionibus.in 6.*

An cesset talis pœna in illa, quæ invita cognoscitur?

3742 Et qui invitè cognoscitur.

AFfirma. *c.discretionem.*6.ibi. *Sed nec affinitas, quæ post contractum legitimè matrimonium, inter virum, & uxorem iniquè contrahitur, & debet obici, quæ hujus iniquitatis particeps non existit, cum suo iure, non debeat sine culpa privari. de eo, qui cognovit consanguineam.* Et invitè cognita non est particeps iniquitatis.

Imò si ex metu cadente in virum constantem, puta metu mortis, vel infamiæ consentiret: peccaret contra decalogi præceptum, sed non contrà dictas leges, quæ non possunt obligare cum tam gravi onere. *c. erit. dist.4.* Et sic dictis pœnis non afficeretur.

An pœna privationis petendi debitum se extendat in incestum ultra secundum gradum?

NEga, nam ex incestu ultrà secundum gradum non nascitur affinitas dirimens matrimonium, nisi intra secundum. Trid. *sess.24. c.4.de reform.* Et sic ut in aliis gradibus affinitas, non irritat matrimonium: ità nec petitio debiti à sua uxore. Barbosa *ad Trident. loc. cit. n.5.* Gonsalez *in c.fin. num.9. de eo, qui cognovit consanguineam.* Sanch. 9. *de matrim. disp. 27. n.14.*Pontius 7 *de matrim. c.33.n.6.* 3743 Pœna non petendi debitum non extendetur ultra secundum gradū.

An Episcopus possit dispensare, ut petat debitum?

AFfirma.peracta pœnitentia. Leander. *tom. 2. de matrim.disp 24.q.14.15. & 16.* Gonsalez in *c.fin. nu.5. in fine, & 9. de eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ.* 3744 Episcopus potest dispēsare in petendo debitum.

De Vinculo Cognationis spiritualis.

§. XIV.

Quid sit Cognatio spiritualis?

EST vinculum personarum proveniens ex lege Ecclesiastica ex valida collatione Baptismi, vel Confirmationis. *c.si quis filiastrum.2. c.de eo. 5.30.qu.1.c.1.c.veniens. 6.c.fin. de cognatione spirituali. c.1.c.fin.eodem tit in 6.c.1.3.q.1. l.si quis. 26. C.de nuptiis.* Trident.*sess.24.c.2. de reform.* Dicitur *proveniens ex lege Ecclesiastica*, ad differentiam cognationis secularis, lege seculi inductæ. 3745 Cognatio spiritualis provenit ex Baptismo, & Confirmatione.

Dixi *valida collatione*. Primo, quia ex irrito Sacramento Baptismi, vel Confirmationis non confertur character habitus supernaturalis, nec gratia, & sic non nascitur spiritualiter baptizatus, nec cognatio inde oritur. Perez *de matrim. disp.29.sect.3.n.1.* 3746 Et ex valida collatione earum.

Secundò ly *valida* judicat, solis solemnitatibus in Ecclesia suppletis, baptismo privatim collato domi, non consurgere cognationem spiritualem, quia illis solemnitatibus nec gratia, nec character confertur. Perez *loc.cit.n.2.* 3747 Ex solis solemnitatibus in Ecclesia suppletis non oritur dicta cognatio.

Tertio ly *valida* judicat, consurgere cognationem spiritualem, si Sacramentum sit validum, licet gratiam non conferat ob statum peccati pœnitentis; nam revera recipit characterem, & habitum fidei, introduciturque intrà Ecclesiam. 3748 Oritur cognatio spiritualis ex Sacramento valido, licet gratiam nō conferat.

Concluditur *collatione Baptismi, vel Confirmationis. c. veniens. 6. de cognatione spirituali,* quia ex istis, non ex aliis Sacramentis pullulat cognatio spiritualis, irritativa matrimonii contrahendi. *cap. fin. de cognatione spirituali. in 6.* D.Thom. *in 4.dist.42.qu.1.*

Et licèt Sacramento Pœnitentiæ dicatur pœnitens filius spiritualis, non tamen indè consurgit cognatio spiritualis, impediens matrimonium, nec addens malitiam incestus. Trullench *lib.3.c.9. dub.8.n.3.* Pontius *lib.3. c.28. n.7.* Sà *v.confessio. n.25.* Gabr.à S.Vinc. *loc.cit. n.90.* & sic nec est circumstantia explicanda in confessione. *c.omnes. 30. qu.1.* contrà Sanch. *lib.7. de* 3749 Ex Sacramento Pœnitentiæ nō oritur cognatio spiritualis.

ma-

matrim. disp. 54. *num.*6. ajentem, esse peccatum incestus, licèt non impediatur matrimonium. (21)

An dirimat Matrimonium Cognatio spiritualis ex Baptismo?

3750 Cognatio spiritualis ex baptismo dirimit matrimonium. AFfirma. *c.*1.*& finali de cognatione spirituali in* 6. *c.*1. *c.*6. *c.*8. *de cognatione spirituali*. Synodus Nicæna *c.*21.(22) Tridentinum *sess.*24. *de reform. matrim. c.*2. Sanch. *loc. cit.*

Inter quas personas dirimat Matrimonium?

3751 Personæ hoc impedimento irretitæ referuntur. DIrimit hodiè matrimonium inter baptizantem, confirmantem, patrinum ex una parte, & inter baptizatum, confirmatum, & eorum patrem, & matrem ex altera parte. Tridentinum *sess.*24. *de reform. matrim. c.* 2. ibi: *unus, & una baptizatum de baptismo suscipiant; inter quos, ac baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem, nec non inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem, ac matrem tantùm spiritualis cognatio contrahatur*, & infrà. *Ea quoque cognatio, quæ ex Confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem, & matrem, ac tenentem non egrediatur. c.*1.*& fin. de cognatione spirituali in* 6. *c.*1. *qui matrimonium accusare*. Synodus Nicæna *c.*21. Et sunt sublata alia impedimenta, quæ, an sint sublata, ubi non est receptum Tridentinum, Videsis Zipæum *lib.*4. *consult. un de Jure Canonico.*

Et sic est sublata confraternitas, & compaternitas inter confirmatum, baptizatum, & filios confirmantis, suscipientis, & conjugem baptizantis, suscipientis, cum confirmato. Trident. *sess.*24. *de reform. c.*2. Pius V. in Constitutione *Sanctissimus.*

An baptizans infidelis, etiam Cathecumenus contrahat dictam cognationem spiritualem?

3752 Infidelis, aut Cathecumenus baptizans cognationem spiritualem non contrahit. NEga; quia legibus Ecclesiasticis non tenetur. D. Thom. *in* 4. *dist.*42. *quæst.*1. *art.*3. *qq.*1. *ad* 3. ubi Riccardus *art.*2. *q.*3. Sanch. dans XXXVIII. Doctores *lib.*7. *de matrimon. disp.*60. *num.*7. Coninck *disp.*32. *n.*25. Perez *de matrim. disp.*29. *sect.*2. *num.*3. Contra Glossam *in c. in baptismate, v. suscipere. de consecratione. dist.* 4. Sotum *in* 4. *dist.*4. *qu. un. art.*5. Angelum *v. matrimonium* 3. *impedimento.*7. *num.*10.

Si baptizetur filius non baptizati, scilicet infidelis, an cum patre, & matre non baptizati, scilicet infideli contrahatur Cognatio spiritualis?

3753 Cum patre, & matre infideli nõ cõtrahitur cognatio spiritualis ex baptismo filii. NEga: nam hæc cognatio est reciproca; ut enim paternitas respicit filium: ità compaternitas compatrem, & sicuti non datur pater, nisi detur filius spiritualis: ità nec datur compater sine compatre spirituali, ratione cujus simuitatia dicatur compater, ut nequit dici condiscens sine alio studente; at imbaptizatus, nequit esse compater spiritualis; ergo nec baptizatus respectu illius erit compater spiritualis, & quia imbaptizatus non est subditus legi Canonicæ, nec consequenter po est esse subjectum cognationis spiritualis, quæ à lege Canonica inducta est. D. Thom. *loc. cit.* Sanch. *loc. cit. n.*14. Pontius 7. *de matrim. c.*40. *num.*2. Perez *de matrim. disp.*29. *sect.*2. *num.*6. contrà D. Antoninum *par.*3. *tit.*11. *c.*13. §.14.

An consurgat cognatio spiritualis, si deindè infidelis baptizetur?

NEga: quia quod ab initio non valet, tractu temporis non firmatur. *c. non firmatur. de regulis juris in* 6. *l. quod ab initio. D. de regulis juris*. Secundo, quia nulla lex statuit cognationem spiritualem nasci, si deindè baptizetur, & sine lege cognatio ista non nascitur. *c. fin. de cognatione spirituali in* 6. Sanch. *loc. cit.* Bonac. *qu.*3. *punct.*5. §.2. *n.*21. Coninck *disp.*7. *dub.*16. Perez *loc. cit.* contrà Hurtadum *disp.*18. *difficult.*2. 3754 Idque etiamsi infideles parentes baptizentur.

An sit sublata Confraternitas, Compaternitas?

AFfirma esse sublatam confraternitatem inter baptizatum confirmatum, susceptum, & filios confirmantis, baptizantis, suscipientis. Trident. *sess.*24. *de reform. matrim. c.*2. Et confratres erant filii spirituales, & filii naturales baptizantis, confirmantis, suscipientis. *cap.* 1. *c. fin. de cognatione spirituali*, quæ olim aderat *in c.*1. *c.*3. *c.*7. *c.*9. *de cognatione spirituali.* 3755 Confraternitas, Compaternitas nũc sublata est.

Secundo est sublata compaternitas, qua impedimentum baptizantis, confirmantis, suscipientis compræhendebat conjugem baptizantis, suscipientis, ut non possit ducere baptizatum, confirmatum; hodiè autem sublatum est. Trident. *loc. cit.* Pius V. in Constitutione: *Sanctissimus.* 20. *Augusti* 1566. Correctis juribus admittentibus hujusmodi compaternitates *in c. Martinus.* 4. *de cognatione spirituali. in c.*1. *& fin. de cognatione spirituali in* 6. *in c. super eo.* 3. *de cognatione spirituali. c. de eo.* 30. *quæst.*1. Perez *de matrim. disp.*29. *sect.*7. *n.*2.

An hujusmodi Cognatio spiritualis nascatur in baptismo privatim, vel in necessitate ministrato sine solemnitate?

AFfirma: nam nullo jure iste casus invenitur exceptus, & revera Sacramentum generationis spiritualis confert, non minus ac solemniter baptizans. Sanch. dans XXXIII. Doctores 7. *de matrim. disp.*62. *nu.*10. contra Paludanum *in* 4. *dist.*42. *qu.*1. *art.*1. *conclus.*4. *n.*9. Monaldum *in Summa. tit. de paternitate*, ajentes, solùm cognationem spiritualem nasci ex solemni baptismo, 3756 Ex baptismo privatim collato, vel in necessitate etiã oritur spiritualis cognatio.

(21) At ob reservationem circumstantia hic explicanda est in confessione. Vide catalogum casuum reservatorum in hac Diœcesi, ubi confessarii etiam non immediatè ante, vel post confessionem sibi frequenter confiteotes si sollicitaverint, vel cum iis quomodolibet impudica tractaverint, in peccatum reservatum incidunt sine excommunicatione.

(22) Cùm eruditis constet Nicænum I. Generale Concilium anno 325. celebratum tantùm Canones XX. edidisse, hic Canon XXI. ab Auctore citatus certè inter genuinos Nicænæ Synodi Canones non extat, sed inter Arabicos legitur ità: " Nemo

Varoa Lib. II.

" fidelium cum Patre, aut Matre spirituali Matrimonium contrahat, idest cum Patrinis, aut Matrinis: & qui hoc commiserit, habeatur tanquam ethnicus, quousque separentur, & spatio viginti annorum pœnitentiam sui peccati agant. Decem annis abstineant à Communione fidelium; alteris decem licebit intrare in Ecclesiam ad audiendum tantùm Scripturas. Quando autem impletum fuerit hoc tempus pœnitentiæ viginti annorum, licebit intrare in Ecclesiam, & sumere Sanctam Communionem. " Ex quo Canone Arabico videtur prodiisse similis Canon, qui inter Trullanos Concilii Quinisexti ordine est 53.

ptismo, motos, quia cognatio non contrahitur, nisi jure expressa, & tantùm exprimitur in solemni collatione baptismi. *c.fin. de cognatione spirituali*: nec debet pati diminutionem iure libertatis liberè contrahendi, qui exercet actum caritatis præceptum baptizando secùs periturum in æternum.

Si verò sit baptizatus, non confirmatus: adhuc contrahit cognationem spiritualem baptizando, tenendo, quia iste casus non est exceptus. Perez *loc.cit.num.*7.

An non Confirmatus suscipiens in confirmatione contrahat Cognationem spiritualem?

3757 Non Confirmatus suscipiens in cõfirmatione non contrahit dictam cognationẽ.

NEga. *c. in baptismate* 100. ibi: *in baptismate, vel in chrismate, non potest alium suscipere in filiolum ipso, qui non est baptizatus, vel confirmatus. de consecratione. dist.*4. ubi Glossa, Henriq. *lib.*3.*de confirmatione. c.*3. *n.*3. Toletus *lib.*2.*Summa.c.*20.D.Thom.*loc.cit.*Perez *loc.cit.* contrà Paludanum *in* 4. *dist.* 42. *quæst.* 1. *art.*1. *conclus.*3.

An tenens unius putans tenere alterius filium, contrahat Cognationem spiritualem?

3758 Tenens, sed errans in designatione, neque contrahit cognationem spiritualem.

NEga. *c.*2.*de cognatione spirituali*: ubi petit debitum suscipiens ex Sacro Fonte quem ignorabat suum filium; nam hic non intendit exercere actum patrini, ut sic, sed circa determinatam personam, qua cessante, cessat voluntas gerendi se, ut patrinus; nec tenetur habere intentionem levandi præsentem quicumque sit, ut ille tenetur habere, tenere quicumque sit, nè imbaptizatus remaneat, & nequit legitimè velle unum non alium præsentem baptizare: at patrinus valet velle unum, non alterum levare, vel tenere ex Sacro Fonte. Sanch.*disp.*58.*num.*6. Amicus *loc.cit. n.*55. contrà Pontium 7. *de matrim.c.*39. *num.*9. Martinum Perez *de matrim. disp.*29.*sect.*4.*num.* 5.

Patrinus.

3759 Quot patrini possunt esse in baptismo.

IN baptismo olim tantùm unus vir, vel femina. *c.non plures. de consecrat.dist.*4. Hodiè potest esse unus, vel una, & etiam duplex, simul unus, & una, non tamen duo viri, vel duæ feminæ. Trident.*loc.cit.* Idque sub lethali. Hurtadus *disp.*18.*difficult.*4.*n.*13. Ità ut in hoc, ut in Tridentino nequeat Episcopus dispensare. Amicus *disp.*38.*n.*33.

Vir, & uxor possunt esse patrini. *c.quod autem.*30.*qu.*4. Suarez 3.*par.q.*67.*art.*8. & duo invicem possunt esse patrini suorum filiorum, nam nulla lege id prohibetur. Angelus, & Sanchez apud Amicum *de matrim.disp.*18.*n.*13.

An in Confirmatione unus tantùm debeat esse patrinus?

3760 In Cõfirmatione unus debet esse patrinus.

AFfirma. Gaspar Hurtadus *disp.*18.*difficul.*4. *n.*12. contrà Sanch. *disp.* 57. *n.*9. Suarium 3.*par.quæst.*72.*art.*10. *in fine.* Perez *de matrim. disp.*29 *sect.*5.*num.*21. nam jure antiquo tantùm unus poterat esse patrinus. *c.non plures. de consecratione. dist.* 4. *c.fin. de cognatione spirituali in* 6. Et jure novo Tridentini *sess.*24.*de reform. matrim. c.*2. solùm invenitur correctum in patrino baptismi, ut possit esse duplex; correctoria autem intra proprium casum restringenda, nec extendenda ad casum non expressum. *l.præcipimus. C.de appellationibus. l.unica. C.de inofficiosis dotibus.*

Requisita Patrini.

3761 Patrinus habeat usum rationis.

PRimo patrinus debet esse ætatis, in qua habeat usum rationis, quæcumque sit, cùm nihil aliud jure disponatur. Amicus *de matrim. disp.*18.*num.*15. Perez *de matrim.disp.*19.*sect.*4. *num.*6.

3762 Sit baptizatus, Confirmatus, & debet tenere baptizatum, Confirmatũ.

Secundo debet esse baptizatus, confirmatus, & debet tenere baptizatum, confirmatum tempore, quo abluitur, quo ungitur; tunc enim cooperatur vitæ spirituali suo modo, non tamen requiritur, ut pro puero respondeat Catechismo. Sanch.*disp.*56.*n.*11.

3763 Et liberè volit agere, juxta Ecclesiæ institutum.

Tertio requiritur, ut habeat liberam intentionem exercendi actum levandi, tenendi, tanquam ab Ecclesia institutum, hic est enim actus humanus, & consequenter suscipiens sine animo obeundi munus susceptoris, non contrahit cognationem spiritualem. Perez *loc.cit.*

Non tamen requiritur intentio contrahendi cognationem spiritualem; nam hæc est introducta ab Ecclesia, ut contrahatur à vero, & legitimo susceptore, sivè sciat, sivè ignoret contrahi cognationem.

Quis contrahat Cognationem spiritualem mandans, an mandatarius, quando per procuratorem quis tenet?

3764 Mandans, & mandatarius non cõtrahunt cognationem spiritualem.

DIcas neminem contrahere cognationem spiritualem, & quidem.

Primo, mandans baptizari non contrahit hoc impedimentum. nam non baptizat, & Tridentinum loquitur de baptizante. Sanch. *disp.* 58. *num.*12.

Secundo, suscipiens per procuratorem non contrahit hanc cognationem; quia non tangit levando, tenendo, & jura tantùm requirunt; nec dicitur tangere, qui per alium tangit: sic nec dicitur tangere materiam ordinis, qui per alium tangit. *c.debitum. de baptismo.*

Tertio, nec procurator contrahit cognationem spiritualem, quia caret voluntate gerendi nomine proprio ad instar patrini. Et jura volunt à suscipiente contrahi, qui gerit se, ut patrinus. Insuper impedimenta restringenda ad casum expressum, & hic casus jure expressus non est. Gonzalez *in c.*1.*de cognatione spirituali.* Sanch.*loc.cit.*

3765 Pater naturalis, nec adoptivus per procuratorem fit.

Quarto, quis nequit fieri pater naturalis, nec adoptivus per procuratorem. *l. post mortem.*25. *D. de adoptionibus.* Ergo nec potest fieri pater spiritualis per procuratorem, quia lex sivè Civilis, sivè Canonica imitatur naturam; & impossibile [illegible] dum naturam, est impossibile secundum legem. *l.*1.*l.adoptio.*16. *D.de adoptionibus*, & notavi t. *Pantom.modedascalia.num.*349. & ità docet Sanch. 2.*de matrim. disp.*19.*num.*4. contrà Pontium *lib.*7. *c.*39. *n.*10. Perez *loc. cit. sect.*7.*num.*2. Amicum *loc.cit. num.*30. dantem declarationem Sacræ Congregationis, declarantem, contrahi à mandante tantùm, cum Sà v.*de impedimentis dirimentibus.num.*65. de qua declaratione non constat authenticè.

Contra Sylvestrum v.*matrim.*8.*qu.*7.*dub.*14. Henriquez *lib.*12.*c.*11. ajentes, contrahi à solo Procuratore.

Sed

An possint constitui duo Procuratores?

3766 Possunt duo procuratores constitui.

AFfirma: vir pro viro, femina pro femina, non duo viri, nec duæ feminæ; nam id nullo jure prohibitum. Sacra Congregatio apud Amicum *loc.cit.n.*36.

De

De Designatione Patrini.

3767 Patrinus designari debet.

UT patrinus contrahat cognationem spiritualem debet designari, itaut si alius, quàm designatus tetigit baptizatum, cognationem non contrahat. Trident. *sess.24. de reform. matrim. c.2.* Suarius *3.par. qu.67.art.8. in fine.* Sanch. *de matrim. disp.57.n.12.* Coninck *disp.32. dub.2.n.20.* Amicus *loc.cit. n.4.* contrà Navarrum *in Summa c.22.num.39.* Henriquez *lib.12. c.11.n.3.* Sà *loc.cit.* Pontium *lib.7.c.39.n.11.*

A quo sit facienda designatio Patrini?

3768 Designatio fit à patre, matre, vel à Parocho.

PRimo est facienda à patre, matre, vel ab illis, qui sunt loco parentum baptizandi, confirmandi, & istis deficientibus designatio fit à Parocho, ex mandato Tridentini. Qui Parochus excludere potest electos à parentibus, si sint inhabiles, non tamen valet excludere legitimè designatos habiles, qui si injustè excludantur, & tangant baptizatum, contrahunt cognationem; nam in hoc licentia injustè denegata censetur concessa. *c.licet. 8. de Regularibus.* Perez *loc.cit.*

Si designatio fuerit omissa, nemo contrahit cognationem, licèt levet; quia tunc non est legitimus patrinus, & Tridentinum tollit cognationem inter non designatos. Sanch. *disp. 57. n.12.* Meratius *de matrim.disp.9.sect.7.n.8.* contrà Henriquez *lib.12.c.11.n.3.* docentem, omnes tangentes tunc contrahere cognationem spiritualem.

An suscipiens in baptismo non solemni contrahat hanc cognationem?

3769 Suscipiens in baptismo privatim collato, & non solemni non contrahit cognationem spiritualem.

NEga; quia illa privata susceptio non est ex Institutione Ecclesiæ, & sic non habet effectus patrini, provenientes ex Ecclesiastica dispositione. Secundo, quia susceptio est ceremonia adhibita ab Ecclesia, quæ non exigitur in baptismo non solemni. *c.veniens. c.si vir. de cognatione spirituali. c.fin. de cognation: spirituali in 6.* Trident. *sess.24. c.2. de reformat. matrim.* Idque etiam si privatè suscipiens velit se gerere, ut verus patrinus: talis non est, nam veritas patrini pendet ex Institutione Ecclesiæ, quæ tantùm in solemni baptismo instituitur. Sotus *in 4.dist.42.qu.un.art.1.§.1.* Sà *loc.cit. n.3.* Sanch. *disp.62.num.14.* Perez *de matrim.disp.29.sect.3 num.5.& 9.* Suarez *3.par.qu.67.art.8.dub.finali.* contrà Navarrum *c.23.num.49.* Pontium *lib.7. c.70.n.5.* Coninck *disp.32.dub.2.concl.5.*

An non tangens baptizandum, confirmandum, contrahat cognationem spiritualem?

3770 Non tangens baptizandum, vel confirmandum non cõtrahit spiritualem cognationem.

NEga: & debet per se tangere, nec sufficit digito tangere; nam debet in baptismo suscipere, quod non fit digito. Amicus *loc. cit.* Satis tamen est si disco, vel linteo suscipiat, nam id est per se immediatè suscipere. Amicus *loc.cit.* Sotus in *4.dist.42.q.1.art.2.*

An conjux, communem, vel unius filium baptizans, vel tenens in baptismo, & confirmatione, contrahat cognationem spiritualem?

3771 Conjux baptizans, vel tenens filiũ hoc impedimento irretitur.

AFfirma: est jure certum. *c.finali.de cognatione spirituali.c.1.,& 2.30.q.1.* Sed nunc est difficultas.

An sic baptizans impediatur à petitione debiti?

3772 Conjux baptizãs in necessitate non privatur à petitione debiti.

TRilemmatè quæstio resolvitur: nam vel baptizat in necessitate: vel sine necessitate, ignorans: vel sciens pœnam privationis debiti.

Primo, si baptizat in necessitate suum filium potest licitè petere debitum. *c.ad limina.30.q.1.* nam tunc non debet puniri, qui facit rem caritate præceptam. *c. sine culpa. de regulis juris in 6. c.discretionem. de eo, qui cognovit consanguineam:* Idem est si baptizet suam uxorem infidelem spiritum extremum agentem, & deinde reconvalescente; nam necessitas lege caret, & non peccans non punitur.

3773 Idem erit si sit patrinus in necessitate.

Idem est si in necessitate sit patrinus, in baptismo solemni jure exigitur. D. Thom. *3. p. q.64.art.8.ad 2.*

3774 Vel ignorans absque necessitate baptizet suũ filium.

Secundo, si absque necessitate ignorans suum filium baptizet, quia carens culpa, non debet puniri privatione petendi debitum. *d. c. ad limina.30.q.1.c.si vir.2.de cognat.spirituali.*

Tertio, si scienter sine necessitate baptizet suum filium: tunc est gravior difficultas.

An possit petere debitum?

3775 Scienter, & sine necessitate baptizans suum filium etiam videtur posse petere debitum.

AFfirma. Durandus in *4. dist. 42. q.2. art. 3.* Præpositus, Cardinalis, Archidiaconus, Glossa, Cajetanus apud Suarez *tom. 3. in 3. p. disp.67.art.8.§ penult. in fine.* Hurtadus *disp.10. difficultate.6.n.24.* Coninck *loc.cit.* Perez *loc.cit.* dicens, veriorem, & praxi securam. Contrà Sanch. qui etiam dicit nostram probabilem. *9. de matrim.disp. 26.num.6., & 7.* videtis Dianam. *p.11. tract.5.miscellaneo.resol.39.*

Probatur primo ex *c. de eo. 30. q. 1.* ubi talis baptizans non separatur, correcto jure antiquo, in quo separabatur., sed punitur alia pœna; ergo potest petere debitum, secùs lex vellet esse in periculo peccandi.

Secundo probatur ex *c. si vir. de cognatione spirituali.* ubi, separatio non est facienda, etiamsi scienter baptizet, nè dolus patrocinetur, ignorantia noceat.

Tertio idem probatur ex *c.dictum est.30.q.1.* quibus juribus decretum hujusmodi conjuges non esse invicem separandos, correctis antiquioribus in *c.1. & 2.30. q.1.* ubi erat facienda separatio.

3776 Jura in oppositum adducta non obstant.

Nec obstat textus in *c.ad limina.30. q.1.* ubi baptizans in necessitate petit debitum; ergo baptizans sine necessitate non petit debitum. Nam Joannes VIII. loquutus est in *d. c. ad limina*, tempore, quo vigebat textus in *c.1.& 2.30.q.1.* ubi separabantur baptizantes filios proprios scienter, vel ignoranter, & correxit illa jura, quoad illam partem, ut saltem in necessitate baptizans non separetur à conjuge.

At hodiè utrumque caput correctum est, ut non separetur sivè ignorans, sivè sciens, sivè in necessitate, sivè sine necessitate baptizat filium in *c. si vir. de cognatione spirituali*, ubi Glossa *v.irritum.*

Quarto probatur, quia si vellet cohabitare, & eodem uti thoro, lex vellet esse in periculo proximo peccandi: hoc est absurdum; ergo, & id unde sequitur.

Sequela patet: Qui est in occasione proxima, est in periculo proximo peccandi: talis est eodem conjuges uti thoro majori confidentia, quàm in concubinatu; ergo si concubinæ sunt

in periculo proximo cohabitando, multò fortiùs vir, & uxor, si peccatum sit petere debitum.

3777 Lex humanæ fragilitati accomodanda.

Quinto probatur: Quia lex debet esse accomodata humanæ fragilitati. *c. erit. dist.* 4. Theologi post D. Thomam. Scholastici post Magistrum. At velle eodem uti thoro, & nolle debitum petere, est res difficillima, ut esset si intra ignem nollet, ut quis combureretur, diabolo incendente concupiscentia; ergo non datur talis lex: Et fortè nec dari potest, quia non tolleret, sed foveret peccandi occasiones, & consultiùs fuisset separare, ut olim in *c.* 1 *&* 2. 30. *q.* 1. ergo si modò separatio non est facienda. *c. si vir. de cognatione spirituali.* consequenter potest petere debitum, ut tollantur peccandi occasiones, quodque jura intendunt. Trident. *sess. 24. de reformatione matrimonii. c. 2. in principio.*

3778 Permissa cohabitatione difficillimū est non petere debitū.

Objectis fit satis.

Nec obstat textus 1. in *c. nollo.* 30. *q.* 1. nam est correctus in *c. de eo.* 30. *q.* 1. *& c. si vir. de cognatione spirituali.*

Nec secundo obstat textus in *c. ad limina.* 30. *qu.* 1.

Nam fuit correctus in *c. si vir. de cognatione spirituali.* accedit, argumentum à contrario in odiosis esse infirmum.

Nec tertio obstat: impedimentum irritans ante, superveniens post, contracto jam matrimonio, impedit redditionem debiti.

Nam illud verum in casibus jure expressis, & arrogatio matrimonio superveniens non impedit petitionem debiti, licèt ante matrimonium sit impedimentum dirimens. Perez *de matrim. disp. 24. sect. 2. n. 4.*

Nota, quòd si sponsus baptizet filium sponsæ de futuro, nequit cum illa contrahere matrimonium; nam est inhabilitas, quæ etiam sine culpa contrahitur. Navarrus in *manuali. c.* 16. *num.* 34.

De Vinculo Cognationis legalis.
§. XV.

Quid, & quotuplex sit Cognatio legalis?

3779 Cognitionis legalis definitio.

COgnatio Legalis est *vinculum personarum dispositione legis proveniens ex adoptione. c. unico. de cognatione legali. c.* 1. *&* 6. 30. *q.* 3.

Est duplex.

Est duplex adoptio, prima *perfecta*, secunda *imperfecta*.

3780 Perfecta prima, quæ dicitur arrogatio.

Perfecta appellatur *arrogatio*; & est *actus legitimus naturam imitans, quo qui sui juris est, consentiens transit in potestatem adoptantis, cum licentia Principis. l. 2. l. 20. l. 24. l. 40. D. de adoptionibus. l. 1. c. 2. & l. 6. C. de adoptionibus.*

3781 Imperfecta, & est simplex adoptio.

Imperfecta, est simplex adoptio. definitur: *est actus legitimus naturam imitans, quo qui sui juris non est, transit in filium alterius. l. 1. l. 2. D. de adoptionibus.* Sanch. *7. de matrim. disp. 63.* Bonacina *q. 3. punct. 5. §. 3.* Trulleoch *lib. 7. c. 9. dub. 9. nu. 4.* Narbona *de utate. anno 1. q. 11. n. 14. & anno 7. q. 15. n. 4.*

Quanam adoptio dirimat Matrimonium?

3782 Simplex adoptio non dirimit matrimonium.

DIstinguenda est *simplex à perfecta adoptione.*

Simplex, quæ est imperfecta adoptio matrimonium non dirimit. Perez *de matrim. disp. 30. sect. 2. n. 7.* Antonius à Sp. S. *de matrim. tract. 11. disp. 7. n. 390.* Henriq. *lib. 12. c. 12. n. 3.* Sanch. *7. de matrim. disp. 63. n. 10.* contrà Pontium *7. de matrimonio. c. 41. nu. 2.* Leandrum *de matrim. q. 23.* Toletum. *lib. 7. summa. c. 4.* Gabrielem à S. Vinc. *de matrim. disp. 6. n. 93.* Gonzalez in *c. unico. n. 10. in fine. de cognatione legali.* Ludovicum, & alios ajentes, utramque cognationem legalem matrimonium dirimere.

Patet, quia hoc impedimentum est odiosum, restringendum ad cognationem consanguinitatis, ad cujus specimen est introductum, ergo debet restringi tantùm ad cognationem perfectam, quia imperfecta non imitatur naturalem consanguinitatem, cùm non transferat filios in potestatem adoptantis.

Cognatio legalis perfecta, quæ nominatur arrogatio, solùm matrimonium dirimit si præcedat, non verò si subsequatur matrimonium. Sanch. *loc. cit. n. 9.* Perez *loc. cit.* Coninck *disp. 32. n. 34.* Diana *p. 4. tract. 4. resol. 120.* Caramuel *fundam. n. 3769.* Layman *lib. 5. tract. 10. p. 4. c. 7. n. 7.* Sylvius *3. p. q. 67. art. 2.* Antonius à Sp. S. *de matrim. tract. 11. disp. 7. nu. 390.* Bonacina *q. 3. puncto 3. §. 3. nu. 2.* Tanderus *3. p. disp. 8. q. 4. puncto 4. num. 78.*

3783 Arrogatio matrimoniū dirimit.

Patet, quia hæc magis imitatur filiationem naturalem, ad cujus instar est introductum.

Secundo, quia in odiosis istis impedimentis debet restringi ad strictiorem perfectam cognationem legalem, qualis est arrogatio, qua transit adoptatus in potestatem adoptantis. D. Thom. *3. p. q. 57. art. 2.*

Ex hac ergo cognatione legali nascitur impedimentum dirimens matrimonium. *c. unico. de cognatione legali. c. ità diligere. c. per adoptionem. 30. qu. 3. §. ergo omnes. Institutionum de nuptiis.*

In qua linea, & usque ad quem gradum cognatio legalis Matrimonium dirimat?

LEgalis cognatio præcedens, non subsequens matrimonium dirimit, & subsequens nec impedit debiti petitionem, nec redditionem. Gonzalez *loc. cit.*

3784 Cognatio legalis præcedens impedit nuptias, non subsequens.

Triplex linea hìc excogitabilis. Prima recta descendentium inter adoptantem, adoptatum, & descendentes adoptati. *l. si paterfamilias. 15. D. de adoptionibus.*

3785 In linea recta.

Secunda transversalis inter filios familias legitimos, & naturales, & adoptivos respectu adoptantis. *l. qui in adoptionem. 23. §. fin. D. de adoptionibus.*

3786 Et transversali.

Tertia linea quasi affinitatis inter adoptantis uxorem ex una parte, & arrogatum, ejusque uxorem ex altera parte. *l. adoptivus. 14. D. de ritu nuptiarum.*

3787 Et in linea quasi affinitatis.

Dixi quasi affinitatis; nam propriè affinitas ex adoptione sola non nascitur. *l. 4. §. penult. D. de gradibus.* Secundo, quia adoptantis uxor non se habet ut mater respectu adoptati; nam feminæ adoptare non possunt, & si haberet se ut mater, haberet se ut adoptrix. *l. qui in adoptionem. 23.* ibi: *si filium adoptavero, uxor mea illi matris loco non est. D. de adoptionibus.*

Usque ad quem gradum in istis lineis cognatio legalis dirimat Matrimonium?

AGendum primo de linea recta.

Res turbatur nimis à Doctoribus.

Prima sententia asserit, lineam rectam descendentium dirimere matrimonium usque ad secundum gradum inclusivè. Diana *par. 9. tr. 6. resol. 54.* Henriquez *lib. 12. c. 12. n. 3.* Torreblanca *lib. 2. praxis. c. 15. sect. 8. n. 8.*

3788 In linea recta sunt qui dicunt dirimere usque ad 2. gradū.

Fun-

Fundari possunt, quia haec cognatio legalis infirmior ceteris, minus extendi debet, quàm vera consanguinitas; adeòque satis est si sequatur naturam impedimenti affinitatis ex copula illicita, se extendens usque ad secundum gradum, ex Trid. *sess.24.c.4.*

3789 Alii ad 4. inclusive.

Secunda senteotia extendit hoc impedimentum dirimens usque ad quartum gradum inclusivè. Leander *part.2. tract.9. disp.12. qu.28.* daos septem Doctores. Perez *de matrim. disp.30. sect.4.n.2.* Antonius à Spir.S. *loc.cit. n.392.* Busembaos *medulla. tract. 6. c.3. dub. 2.* Toletus *lib.7. Summa. c.4.* Booacina *qu.3. punct.5. §.3. num.4.* Pontius *lib.7. c.41.n.3.* Caramuel *Fundamentali. num.3770.*

Fundatos fortè, quia imitatur cognatio legalis impedimentum consanguinitatis lineae rectae, usque ad quartum gradum irritantis matrimooium.

3790 Alii usque in infinitú.

Tertia sententia est Sanch. *7. de matrim. disp. 63. num.34.* cum D.Thoma in *4. dist.42. art.3.* extendens hoc impedimentum lineae rectae descendentium io infioitum.

Fortè, quia imitatur impedimentum consanguinitatis lineae rectae dirimentis in iofinitum matrimonium; adoptio namque imitatur naturam.

3791 Auctoris est tantùm se extẽdere ad illos, qui sũt in potestate adrogantis, & adrogati tempore quo adrogatur.

Qoarta vera, & nostra sententia est, in linea secta hoc impedimentum tantùm se extendere io lioea descendeotium ad illos, qui sunt io potestate adrogaotis, & adrogati, tempore, quo adoptatur, adeòque comprehendere adrogatum, & alios existentes in potestate adrogati tempore adrogationis. *l. si paterfamilias. 15. l.generalis. 2. in fine. l.si adrogator. 22. l.qui in adoptionem.23.l.non potest.31. l.adrogato patrefamilias, liberi, qui in ejus potestate erant, nepotes apud adrogatorem efficiuntur. 40. D. de adoptionibus.*

Idque adeò verum, ut non nascatur cognatio legalis cum jam emancipatis ab adrogato, tempore, quo adrogatur. *l.quem. 26. D.de adoptionibus.*

3792 Jura Civilia sequenda nõ correcta per Jus Canonicum.

Quae Jora Civilia servanda; nam Jure Canonico non abrogata. *c.1. & 2.de novi operis nunciatione*; Et ità docet Gabriel à S.Vinc. *de matrim.disp.6.num.94.in fine.*

Adrogatus ergo, & existentes in potestate adsogati tempore adrogationis contrahunt cum adrogante cognationem legalem, non alii tunc emancipati. *l.si paterfamilias.15.*ibi: *liberi ejus, qui in potestate (ejus) sunt, eum sequuntur, sed & hi, qui postliminio redeunt, vel qui in utero fuerunt, cum adrogaretur, simili modo in potestatem adrogatoris rediguntur.l.quem.26.& l.ex adoptivo.27.D.de adoptionibus.*

3793 Hoc impedimentum remanet, etsi adoptio solvatur.

Tale impedimentum remanet etiam si deinde adoptio solvatur. Gonzalez in *c.unico.num.9. in fine. de cognatione legali.*

Patet ex *l.adoptivus. 14. l.quin.55. D.de ritu nuptiarum*, licèt soluta adoptione evanescat patria potestas, icà ac si non fuisset cootracta. *l.in omni.13.*ibi: *patria dignitas quaesita per adoptionem, finita ea, deponitur. l.sed & nepos.14. D.de adoptionibus.*

3794 Inter adoptatum, & ascendentes adoptantis non est cognatio legalis.

Non tamen datur talis cognatio legalis inter adoptatum, & ascendentes adoptaotis, quia nullo jure talis cogoatio probatur. Perez *de matrim.disp.30.sect.3.num.5.*

Ex his patet primo malè sentire volentes hoc impedimentum extendi in descendentibus in infinitum.

Patet: Hoc impedimentum oascitur ex sola adrogatione, ergo noo se extendit in iofinitum. Antecedens supponitur. Consequeotia probatur: nascitur ex adrogatione; ergo comprehendit illos, qui possunt adrogari. sed in infinitum descendentes adrogari nequeont; ergo, &c.

Probo hanc minorem: adrogari possunt, qui fieri valent sub potestate adrogantis unà cum filiis, & bonis. *l.si paterfamilias. 15. l.si adrogator. 22. l.qui in adoptionem. 23. l.adrogato. 40. D.de adoptionibus.*

Sed tantùm oati, & existentes in potestate patris naturalis adrogati transeunt in potestatem adrogantis. *d.l.adrogato. 40. D. de adoptionibus*; ergo, &c.

Nascituri enim oon sunt in potestate adrogantis, ut nec iuot in potestate Avi naturalis, nisi concepti fuerint Avo vivente; ergo haec cognatio, & impedimentum cognationis legalis nequit se extendere io infinitum.

Confirmatur: adoptans non contrahit hanc cognationem cum emancipatis jam natis. *l. quem. 26. D.de adoptionibus*; ergo multò minùs cum oascituris io iofinitum.

Ex his patet secundo, nec rectè sentire volentes, extendi usque ad quartum gradum, nam usque ad quartum gradum possunt non existere io potestate adrogati.

Ex his tertio patet, malè indistinctè etiam sentire voleotes extendi usque ad secundum gradum; Primo, quia possunt adesse in secundo grado, & non contrahere cognationem legalem, ejusque impedimentum, ut si sint emancipati filii ab ejus patre, vel si sint filii naturales tantùm. *l.quem. 26. D.de adoptionibus.* Et idem est si mortuo adoptante concipiaotur adoptati filii; nam cum illis nulla contrahitur cognatio.

Ex his quarto fit, cognationem istam semel contractam durare quoad dirimendum matrimonium, etiam soluta adoptione, vel mortuo adoptato. *l.quin. 55. D.de ritu nuptiarum*: non verò nasci hoc impedimentum soluta jam adoptiooe.

Ex his quinto patet: mulierem adoptantem non contrahere hoc impedimentum; cùm adoptatus non transit in potestatem feminae adoptautis. *l.mulierem quidem, quia nec suos filios habet in potestate, arrogare non posse certum est. C. de adoptionibus. l.nam, & femina. 21. D. de adoptionibus.* 3795 Mulier adoptans non cõtrahit cognationem legalem.

Sexto fit, disparitatem esse inter cognationem consanguinitatis, & cognationis legalis; nam consanguinitas est naturalis propagatio non pendens à patria potestate: at cognatio legalis postulat à patria potestate. *l.si paterfamilias.15.l.in omni.13.D.de adoptionibus.* 3796 Differt consanguinitas, à cognatione legali.

Fit septimo, in consequentiae nota dignus est Gabriel à S. Vinceotio, asserens hoc impedimentum nasci, etiam ex simplici adoptione non requirente patriam potestatem, cùm hic *de matrim. disp.6. nu.94. in fine*, asserat non nasci deficiente patria potestate.

Octavo fit, in consequentiae nota etiam redargui valet Sanchez, requirens ad hoc impedimentum arrogationem, adeòque patriam potestatem, sub qua nequeunt esse nati, emancipati, vel concepti post mortem adoptantis, & tamen ait tale impedimeotum se extendere ad descendentes in infinitum.

In

In linea transversali.

3797 In linea transversali est inter filios adrogatos, & legitimos, & naturales existentes in potestate patris adoptantis.

HOc impedimentum dirimens est inter filios adrogatos ex una parte, & legitimos, & naturales existentes in potestate patris adoptantis ex altera parte. *c.unic. de cognatione legali. l.adoptivus. 14. D. de ritu nuptiarum. l.qui in adoptionem. 23. §.finali. D. de adoptionibus. c.ità diligere* 1. ibi: *nec inter eos, qui natura, & eos, qui adoptione filii sunt, venerandæ Romanæ leges matrimonia contrahi permittunt.* 30. *qu.*3. Bassæus *v.matrim.*7.*n.*35. Frater Carolus à Cremona *lib.*1. *c.* 10. *de impedimentis matrimonii. num.*10.

3798 Cessat impedimentum soluta patria potestate respectu adrogati, vel filii legitimi, & naturalis adrogantis.

Cessat hoc impedimentum soluta patris potestate respectu adrogati, vel respectu filii legitimi, & naturalis adrogantis. *c.per adoptionem.* 30. *qu.* 3. *c. si qua per adoptionem mihi soror esse cœperit, quamdiu durat adoptio inter me, & ipsam, nuptiæ consistere non possunt. unic. de cognatione legali,* ubi Gonzalez *num.*3. *l.si qua mihi.* 12. *l.adoptivus.* 14. *l. per adoptionem quæsita fraternitas eousque impedit nuptias, donec manet adoptio, ideòque eam, quam pater meus adoptavit, & emancipavit, potero uxorem ducere. æquè. & si me emancipato illam in potestate retinuerit, poterimus jungi matrimonio.* 17. *D. de ritu nuptiarum. l.si stipuler.*35. *D.de verb.oblig. l.in omni.* 13. *l.qui in adoptionem.*23. *§.fin.* ibi: *sed filiæ meæ is, quem adoptavi, frater sit, quoniam in familia mea est filia, nuptiis tamen etiam eorum prohibitis. D. de adoptionibus. l.*9. *in fine. D.de liberis, & posthumis. § sed si qua Institutionum. de nuptiis.* Sanch. dans XXI. Doctores 7. *de matrim. disp.* 63. *num.* 15. Pontius *loc. cit. num.*4. Tolosanus *lib.* 3. *partitionum. tit.*21.*c.*10.

3799 Adoptans potest ducere in uxorē filiam filiæ adoptatæ.

Ex quo fit primo, ab adoptante duci posse filiam filiæ adoptatæ, quia filia filiæ adoptatæ non est in potestate adoptantis, nec matris adoptatæ; cùm femina non habeat filios in potestate. *l.nam, & femina.* 21. *D. de adoptionibus. l.nullus.* 4. *D.de suis, & legitimis. l.cum legitimæ.* 19. *D. de statu hominum.* Perez *de matrim. disp.* 30. *sect.* 4. *num.* 4. Videlis l. *Pantanomad. num.*265.

3800 Filii adoptati etiam validè nubūs inter se.

Secundo fit, filios adopratos inter se validè contrahere nuptias; nam nullo jure prohibitum. Sanch. dans XXIII. Doctores 7. *de matrim. disp.*63.*n.*28. Caramuel *Fundamentali. n.*3770. contrà Ledesmam *de matrim. quæst.* 57. *art.*3. Gonzalez *loc.cit.num.*10.

In tertia linea quasi affinitatis?

3801 In linea quasi affinitatis est inter arrogantem ejusque uxorem, & arrogatum ejusq; uxorem.

IRritum est matrimonium inter arrogantem, ejusque uxorem ex una parte, & arrogatum, ejusque uxorem ex altera parte: duratque tale impedimentum etiam adoptione soluta. *l. quin etiam.*55. *l.adoptivus* 14. ibi: *adoptivus filius si emancipetur eam, quæ patris adoptivi uxor fuit, ducere non potest, quia novercæ locum habet: item si quis filium adoptaverit, uxorem ejusdem (quæ nurus loco est) ne quidem post emancipationem filii ducere potest. D.de ritu nuptiarum.* D. Thomas *in 4.dist.*42.*q.*3.*art.*3.*in corpore.* Sanch. *loc. cit.n.*7. Pontius 7.*de matrim.c.*41.*n.*3.

3802 Non sunt excōmunicati contrahentes cum cognatione legali, vel spirituali.

An contrahant excommunicationem ineuntes nuptias intra gradum prohibitum cognationis spiritualis, & legalis?

NEga. Perez *de matrim. disp.* 30. *sect.*4. *in in fine.*

Ratio est, quia *Clementina unica. de consanguinitate, & affinitate,* de hac cognatione non loquitur, & cùm sit odiosa ad hanc non extendenda.

De Vinculo Justitiæ Publicæ Honestatis.

§. XVI.

VInculis cognationum proximè discussis, accedat vinculum publicæ honestatis, pullulans ex vinculo sponsalium.

Quid sit?

ESt *vinculum personarum baptizatarum spondentium nuptias ex honestate sponsalium resultans.* Tridentinum *sess.*24. *de reformatione matrimonii. c.* 3. *c. si quis desponsaverit.* 27. *qu.*2. *c.juvenis.*3. *c.sponsam.* 8. *c.ad audientiam.*4.*de sponsalibus.* Vinculum est genus. 3803 Impedimentum publicæ honestatis definitio.

Ly *baptizatarum* indicat nasci solùm inter Christianos ex dispositione Ecclesiæ. D.Thom. in 4. *dist.*41.*q.unica.art.*10 *qq.*44. 3804 Inter fideles tantùm nascitur.

Dicitur *ex honestate sponsalium resultans*, ad differentiam aliarum cognationum, quæ nascuntur aliundè, quàm ex sponsalibus, ut patet ex dictis. 3805 Ex sponsalibus.

Quotuplex?

DUplex: unum ex *sponsalibus de præsenti*, alterum *ex sponsalibus de futuro.* 3806 Tam ex spōsalibus de præsenti.

Ex *sponsalibus de præsenti* nasci hoc vinculum publicæ honestatis, est textus in *c. si quis desponsaverit.*8. ibi: *si quis desponsaverit sibi aliquam, & præveniente mortis articulo eam cognoscere non potuerit, frater ejus non potest eam ducere in uxorem.* 27. *q.*2. ubi sermo est de sponsalibus de præsenti; nam ex sponsalibus de futuro etiam vivens non potest sponsam licitè cognoscere: unde gratis Sanch. *disp.*70.*n.*1. ait, nullo jure probari ex sponsalibus de præsenti nasci impedimentum publicæ honestatis: & est Constitutio Pii V. *anno* 1568. quæ incipit: *ad Romanum*; Et ratio id suadet, quia si ex sponsalibus de futuro, multò fortiùs ex sponsalibus de præsenti hoc impedimentum pullulare debet.

Ex *sponsalibus de futuro* hoc impedimentum nasci, est textus in *c. unico. de sponsalibus. in* 6. *in c.ad audientiam.*4. *in c.sponsam.* 8. *de sponsalibus.* 3807 Quàm de futuro.

Qualia debeant esse sponsalia, ut nascatur vinculum publicæ honestatis?

DEbent primo *sponsalia esse valida*, & consequenter si sponsalia sint nulla ob aliquod impedimentum, puta voti, consensus, &c. tunc non nascitur vinculum publicæ honestatis. 3808 Sponsalia sint valida.

Patet ex Trid. *sess.*24.*c.*3.*de reformatione matrimonii.* ibi: *justitiæ publicæ honestatis impedimentum, ubi sponsalia quacumque ratione valida non erunt, sancta Synodus prorsus tollit*; ubi vides, tolli hoc vinculum, si ex quacumque causa sponsalia sint nulla: correcto *c.unica. de sponsalibus in* 6. ubi ex nullis sponsalibus, etiam contrahebatur impedimentum. Barbosa *de potestate Episcopi alleg.*51. *num.*184. Similiter ex sponsalibus initis à parentibus pro filiis, filiis invitis, & non consentientibus, non nascitur impedimentum publicæ honestatis. Barbosa *loc. cit. num.*186. 3809 Ex invalidis quacumque ratione non oritur publica honestas.

Sed tunc est difficultas.

An

An ob nullitatem occultam, puta quia sponsalia sunt simulata, vel ex aliis impedimentis ignotis, nascatur tale vinculum?

3810 Etiamsi nullitas sit occulta, & sponsalia sint simulata, non oritur publica honestas.

NEga. Trid. *sess. 24. c. 3. de reformatione matrimonii*; ubi, invalida ex quacumque causa, non habent vinculum publicæ honestatis. *c. unico de sponsalibus in* 6. ubi, defectu consensus sponsalium, tollitur tale vinculum; & gratis jura indistinctè loquentia intelligerentur de nullitate externa. Navarrus *c. 22. n. 57.* Rebellus *lib. 2. qu. 14.* Coninck *disp. 32. dub. 5. n. 69.* Perez *de matrim. disp. 8. sect. 3. n. 5.* contrà Sanchez *7. de matrim. disp. 68. n. 14.* Pontium *lib. 7. c. 36. n. 10.* Hurtadum *disp. 21. difficultate 1. n. 4.* Sed an matrimonium nullum ob impubertatem resolvatur in sponsalibus de futuro, & nascitur tale vinculum, infrà exponemus.

3811 Sponsalia sint certa cum certa persona.

Secundum requisitum est, ut *sponsalia sint certa cum certa persona. c. unico. de sponsalibus in* 6.

3812 Et sint pura, vel purificata.

Tertium requisitum est, ut *sint pura, vel purificata*; nam ex sponsalibus conditionatis non nascitur tale vinculum, quia pendente conditione, consensus est suspensus, impotens fundare determinatum hoc impedimentum. *c. unico de sponsalibus in* 6. Sacra Congregatio apud Farinacium ad Tridentinum *sess. 24. c. 3. de reformatione matrimonii.* Sanch. *disp. 69. n. 5.* Cornejus *disp. 7. dub. 30. quæsito 8. & 9.* Tamburrinus *loc. cit.* Guttierez *de matrim. c. 103. n. 4.*

Hinc pendentibus sponsalibus conditionatis cum una, contrahens purè cum illius sorore sponsalia de futuro; ducit primam, non secundam, quia ista secunda sponsalia sunt nulla contra fidem priorum sponsalium, & sic ex istis nullum nascitur impedimentum publicæ honestatis. Sanch. *loc. cit. nu. 3.* Bonacina *q. 3. puncto 11. n. 5.* Pontius *7. de matrim. disp. 36. num. 6.* Aversa *loc. cit.*

Sed est implicata discussio.

An requiratur, ut sponsalia sint valida non dissoluta?

3813 Quando sponsalia dissolvantur.

TRiplici ex capite sponsalia dissolvi valent. Primo *morte unius.* Secundo *mutuo consensu contrahentium.* Tertio ex *aliis capitibus*; puta *ex mutatione status, fide non servata, impedimento alio detecto*, de quibus sigillatim agendum, & primo.

An hoc impedimentum sit perpetuum?

3814 Impedimentum Justitiæ publicæ honestatis est perpetuum.

AFfirma. *c. 14. c. 15. 27. q. 2.* Sanch. *7. de matrim. disp. 68. n. 20.* & sic resolvas primo.

An cesset hoc vinculum dissolutis, morte unius sponsalibus?

3815 Dissolutis sponsalibus morte unius non cessat hoc impedimentum.

NEga: imò tunc incipit vires sumere in actum secundum fortius. *c. 11. 14. & 15. 27. q. 2. c. unico. de sponsalibus in* 6. Sanch. *loc. cit. n. 26.* Palaus *disp. 4. p. 10. nu. 9.* Caram. *fundam. n. 3797.* Sic etiam dissoluto matrimonio morte, remanet impedimentum affinitatis. *c. 8. 35. q. 10.* Perez *de matrim. disp. 8. sect. 2. n. 3.* & ratio est, quia contractus quantum est ex se morte non dissolvitur, nec voluntas censetur mutata, ut patet in ceteris contractibus vires habentibus, etiam defunctis contrahentibus.

Ad secundum.

An remaneat vinculum publicæ honestatis dissolutis mutuo consensu sponsalibus?

3816 Si tamen mutuo consensu dissolvantur, non remanet publica honestas.

NEga. *c. unico. de sponsalibus in* 6. ubi defectus consensus tollit publicam honestatem. Tridentinum *sess. 24. de reformatione matrim. c. 3.* ubi ex invalidis ex quacumque causa non nasci hoc impedimentum, & non dici ab initio invalidis; in re autem deficiente consensu sponsalia sunt invalida.

Nec officit paritas dissolutionis ex morte; nam morte contractus immediatè non dissolvitur, ut patet ex dictis: at mutuo consensu immediatè dissolvitur, & redditur invalidus ab intrinseco contractus sponsalium.

Unde dissolutis mutuo consensu sponsalibus cum una, potest sine dispensatione contrahere cum illius sorore. Gutierez *de matrim. c. 103.* Hurtadus *disp. 21. difficult. 1.* Pontius *7. de matrim. c. 36. n. 9.* Rebellus *lib. 3. q. 14.* referens declarationem Sacræ Congregationis. Cornejus *disp. 7. dub. 3. quæsito 5.* Palaus *disp. 4. punct. 10 n. 9.* Sà *de impedimentis. n. 12. f. mihi 396.* Caramuel *fundamentali. n. 3797.* Contrà Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 68. n. 21.* Perez *de matrim. disp. 8 sect. 2 n. 4.* Bonacinam *q. 3. punct. 11. nu. 7.*

3817 Est contra plures DD.

Nicolium *v. sponsalia. n. 7. in fine. §. jubente*, referente declarationem Sacræ Congregationis. Aversam, Fagnanum, Capuam, & concludunt dissolutis mutuo consensu sponsalibus impedimentum remanere mutuò ajentes, declarationes Sacræ Congregationis non esse in forma authentica. (23)

Ad tertium.

An ex aliis causis dissolutis sponsalibus remaneat vinculum publicæ honestatis?

3818 Dissolutis sponsalibus ex aliis causis non remanet Justitia publicæ honestatis.

NEga: nam ex Trident. *sess. 24. c. 3. de refor. matrim.* invalida sponsalia non fundant hoc impedimentum, nec Tridentinum exigit, ut ab initio sint invalida sponsalia, & sumus in impedimentis restingendis. Nec officit paritas mortis dissolventis sponsalia remanente impedimento.

Nam disparitas est, quia ex morte contractus non dissolvitur, sed censetur permanere in eodem statu. contractus namque personales etiam ad hæredes transeunt; sicque non debet recedere impedimentum. Tamburr. *loc. cit.* Pontius *loc. cit.* contrà Perez *de matrim. disp. 8. sect. 2. n. 5.* Sanch. *loc. cit.* Layman *loc. cit.*

An vinculum justitiæ publicæ honestatis dirimat Matrimonium contrahendum?

3819 Justitia publicæ honestatis dirimit nuptias ineundas.

AFfirma: Trident. *sess. 24. c. 3. de reform. matrim. c. si quis desponsaverit. 8. c. qui desponsatam. 9. c. si quis. 11. 27. qu. 2. c. sponsam. 8. c. ad audientiam. 4. de sponsalibus. c. 2. de desponsatione impuberum.* D. Thomas *in 4. dist. 41. q. un. art. 1. qq 4.* Navarrus *c. 22. n. 57.* Diana *part. 9. tract. 6. resol. 52.*

In-

(23) Huic secundæ sententiæ standum est ob declarationem S. C. C. ann. 1658. 6. Julii quam referunt præter Nicolium *cit.* Pascuccius epitomatur Pignatelli *v. Matrimonium p. 26. col. 2.* Fagnanus *in cap. ad audientiam num. 9. de Sponsalibus.* Cujus Congr. fuit olim Secretarius. Gobat *de Matrim. tract. 9. num. 359.* repudiata priore opinione *num. 362.* Clericatus *de Matrim. decis. 30. num. 9.*

Inter quas personas tale impedimentum dirimat Matrimonium?

3820 *Dirimit tamen inter consanguineos, non affines.*

DIrimit inter consanguineos, non inter affines; nam de consanguineis, non de affinibus jura prædicta loquuntur.

Usque ad quem gradum vinculum justitiæ publicæ honestatis dirimat Matrimonium?

3821 *Ex sponsalibus de futuro, hodie oritur impedimentum usq; ad primum gradū.*

DIstinguas: vel sponsalia sunt *de futuro*, vel *de præsenti.*

Si *de futuro* olim usque ad quartum, hodiè in primo tantùm gradu, etiam cum illegitimis dirimit matrimonium. Trident. *sess.* 24. *de reform. matrim. c.* 3. ibi: *Justitiæ publicæ honestatis impedimentum, ubi sponsalia quacumque ratione valida non erunt, Sancta Synodus prorsus tollit: ubi autem valida fuerint, primum gradum non excedant.*

3822 *Ex matrimonio rato, puro, vel purificato usq; ad 4. gradū ex S. Pio V.*

Ex matrimonio verò rato, puro, vel purificato, non ante purificatam conditionem dissoluto, dirimit usque ad quartum gradum, ex motu Pii V. anno 1568. incipit: *ad Romanum*, ibi: *idcircò motu proprio auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, & definimus, decretum Concilii hujusmodi omninò intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro dumtaxat, non autem in matrimonio sic ut præfertur contracto, sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de jure veteri ante prædictum decretum Concilii introductum erat, & ità ab omnibus judicare debere, mandamus, & statuimus.* Sanch. 7. *de matrim. disp.* 70. *n.* 16. Toletus *lib.* 7. *Summa. c.* 10. *in fine.* Candidus *disquisitione* 28. *art.* 11. *dub.* 4. Hurtadus *disp.* 21. *difficult.* 2. Bonac. *qu.* 3. *punct.* 11. *n.* 2. licèt Ovandus *in* 4. *dist.* 41. *qu. un. in fine.* Caramuel *Fundamentali num.* 3794. velint etiam ex sponsalibus de præsenti impediri in primo gradu, fortè quia non viderunt motum Pii V.

An ex Matrimonio rato nullo nascatur vinculum justitiæ publicæ honestatis?

3823 *Ex matrimonio nullo defectu consensus non oritur publica honestas.*

DIstinguas: vel est nullum matrimonium ex *defectu consensus justi legitimi*, vel ex *alio capite*, puta ex *consanguinitate*, & *affinitate*.

Si matrimonium ratum sit nullum ex defectu consensus justi: puta, quia consensus non adest, vel si adest est extortus vi, metu, errore; tunc non nascitur vinculum justitiæ publicæ honestatis.

3824 *Si ex aliis capitibus sit nullum oritur publica honestas.*

Si verò est nullum ex aliis impedimentis dirimentibus; tunc nascitur impedimentum justitiæ publicæ honestatis. *c. unico. de sponsalibus in* 6. *c. accessit. de desponsatione impuberum.* Jus enim antiquum non est corrigendum, nisi jure novo corrigatur expressè. *l. præcipimus. C. de appellationibus*; sed jure antiquo impedimentum oriebatur ex matrimonio rato nullo, non ex defectu consensus legitimi. *c. ad audientiam.* 4. *c. sponsam.* 8. *de sponsalibus.* Sacra Congregatio apud Farinacium ad Trident. *sess.* 24. *de reform. c.* 3. nec jure novo id invenitur correctum; ergo, &c. Ità docent Sanch. *loc. cit. disp.* 70. *n.* 5. Hurtadus *loc. cit.* Diana *part.* 5. *tract.* 6. *resol.* 59. Perez *loc. cit.* Tamburr. *loc. cit.* Palaus *disp.* 4. *punct.* 10.

Contrà Navarrum *c.* 22. *n.* 58. Covarruviam 2. *par. c.* 5. §. 2. Taxedam *tom.* 2. *lib.* 4. *tract.* 2. §. 7. *controversia* 2. ajentes, matrimonium nullum ex quocumque capite non producere impedimentum justitiæ publicæ honestatis, ut non produci ex sponsalibus de futuro. Quæ ratio est clumbia, quia in correctoriis non valet extensio ab uno ad alterum, & jure novo Trident. *sess.* 24. *c.* 3. ex sponsalibus de futuro quacumque causa nullis impedimentum deest. Contrà Caramuelem *Fundamentali. n.* 3796. *in fine*, ajentem esse impedimentum dirimens, etiamsi nullum sit matrimonium ex defectu consensus, si nullitas probari nequeat; putat namque semper impedimentum dirimere, quamdiù probari nequit non adesse.

3825 *Ex matrimonio clandestino non oritur publica honestas.*

Ex quo infertur primo nullum nasci impedimentum publicæ honestatis ex matrimonio clandestino, quia est nullum ex defectu legitimi consensus.

Nec resolvitur in contractu sponsalium de futuro; quia est nullus præsens contractus, quo nullo alius non remanet: & sponsalia de futuro est contractus diversus, oppositus contractui sponsalium de præsenti, quia volens contrahere in futurum, non contrahit de præsenti; & consequenter in matrimonio non includuntur sponsalia de futuro, ut gratis putat Perez *de matrim. disp.* 8. *sect.* 4. *n.* 4. & 5. in matrimonio includi sponsalia de futuro, quia matrimonium præsens est validum etiam pro tempore futuro; nam tempus futurum matrimonium comprehensum includitur indissolubilitate vi contractus de præsenti, qui non potest esse contractus ex se dissolubilis sponsalium de futuro, & tempus futurum includitur vi validitatis matrimonii; ergo nullo matrimonio cessat omnis obligatio. Sanch. *loc. cit. n.* 13. Præpositus 3. *par. quæst.* 2. *de impedimentis. dub.* 14. *n.* 23. Coninck *disp.* 22. *dub.* 5. Hurtadus *disp.* 5. *difficult.* 2. *n.* 7. contrà Pontium *lib.* 7. *c.* 35. *num.* 5. Perez *disp.* 32. *sect.* 3. *num.* 3. & Tamburr. & *disp.* 8 *sect.* 4. *num.* 5. Tamb. Aversam volentes, nasci vinculum justitiæ publicæ honestatis, quia nullum aliunde, quàm ex defectu consensus.

3826 *Ex nuptiis ratis conditionalibus non habetur hoc impedimentum.*

Secundo infertur, ex matrimonio rato conditionali non nasci tale impedimentum; quia est contractus suspensus ex defectu consensus conditionalis. Sanch. *disp.* 69. *num.* 21. Pontius *lib.* 7. *c.* 35. *in fine.* Hurtadus *disp.* 21. *difficult.* 2. Bonacina *q.* 3. *punct.* 11. *num.* 16.

3827 *Matrimonium nullū ob defectum ætatis resolvitur in sponsalia præsūptione Juris*

Tertio infertur, matrimonium nullum ob defectum ætatis impuberis resolvi in sponsalia non verè, sed præsumptione, qua jus præsumit illos velle contrahere saltem de futuro, si non teneat contractus de præsenti. *c. is, qui fidem.* 30. *de sponsalibus. c. tua nobis.* 14. *de desponsatione impuberum.* Sanch. *lib.* 1. *disp.* 21. *num.* 3. Bonacina *qu.* 3. *punct.* 11. *num.* 17. contrà Perez *de matrim. disp.* 8. *sect.* 4. *num.* 13. absolutè volentem resolvi in sponsalibus de futuro.

An ex sponsalibus factis à patre pro filia contradicente, dissentiente, ignorante, nascatur impedimentum publicæ honestatis?

3828 *Ex sponsalibus à patre factis pro filia, & ipsa contradicente, ignorante non oritur publica honestas.*

NEga: patet ex *c. unico.* §. *Porrò*, ibi: *ex sponsalibus, quæ parentes pro filiis puberibus, vel impuberibus plerumque contrahunt, ipsi filii si expressè consenserint, vel tacitè, ut si præsentes fuerint, nec contradixerint, obligantur: & ex eis oritur justitia publicæ honestatis; & est idem, si filii tempore sponsaliorum absentes, & etiam ignorantes eadem sponsalia post scientes ratificaverunt tacitè, vel expressè: aliàs ex sponsalibus contractis à parentibus pro filiis, nec ipsi filii obligantur, nec publicæ honestatis justitia indè surgit.*

de

de desponsatione impuberum in 6. Intelligas nisi filia ratificaverit, vel consenserit; nam tunc oritur impedimentum justitiæ publicæ honestatis.

An ex sponsalibus de futuro consummatis nascatur publica honestas, & affinitas?

3829 Ex sponsalibus de futuro consummatis oritur publica honestas, & affinitas.

AFfirma: patet ex dictis. Estque utrumque impedimentum in petitione dispensationis exprimendum. Bonac. *loc. cit. nu.* 22. Henriquez *lib.* 12. *c.* 10. *n.* 5.

An initis sponsalibus de futuro cum una, possit inire matrimonium cum illius sorore?

3830 Initis sponsalibus cum una, nequit cum ejus sorore nubere.

NEga: impediente justitia publicæ honestatis. *c. si quis uxorem.* 27. *q.* 2.

Sed:

An contrahens matrimonium ratum cum ista secunda, nullo aliunde, quàm ex defectu consensus, ligetur vinculo publicæ honestatis, ratione cujus, nec cum prima contrahere valeat?

3831 Isto secundo matrimonio nullo, valet cum prima contrahere.

NEga: nam ex primis, non ex secundis nascitur vinculum publicæ honestatis; idque ad cavendum præjudicium primæ sponsæ, ita statuente *c. unico de sponsalibus in* 6.

Et sic tenetur contrahere cum prima vigore sponsalium, in quo illud est singulare, scilicet ex sequenti nullo matrimonio non nasci vinculum publicæ honestatis cum prima sponsa, sed nasci cum aliis consanguineis usque ad quartum gradum, quia cum aliis consanguineis cessat ratio præjudicii sponsalium. Perez *de matrim. disp.* 32. *sect.* 3. *n.* 5. post Sanch. *disp.* 68.

An ex sponsalibus de futuro cum una, & ex matrimonio deinde rato cum ejus sorore, fit irritum utrumque matrimonium?

3832 Iniens sponsalia de futuro cum una, & contrahens nuptias ratas cum ejus sorore, cum neutra contrahere valet.

AFfirma. *c. literas.* 4. *de desponsatione impuberum.* nam ex sponsalibus de futuro nascitur publica honestas, ratione cujus nequit contrahi matrimonium cum illius sorore, & ex copula habita cum sequenti sorore nascitur affinitas, ratione cujus nequit contrahi matrimonium cum prima sorore. Perez *loc. cit. n.* 5.

De Crimine dirimente Matrimonium.

§. XVII.

3833 Quàm sit horrendum Crimen machinationis mortis conjugis.

MOs persarum erat, ut referunt Theodorus Siculus, & Cæsar 2. *in commentariis.* mortuo viro unà cum eo conjugem sepelire: putabant enim uxorem in sui mariti necem conspirasse, ut liberiùs cum alio conjugium iniret.

Horrida delictorum congeries etiam invadit sacrum connubium, ratione cujus quandoque matrimonium dirimitur: & ut clarè dilucidetur, plura suo ordine dirimentia matrimonium exponenda. Primo erit conjugicidium. Secundo sponsalia de præsenti, vel de futuro inita cum aliqua vivente adhuc propria conjuge. Tertio crimen injusti metus. Quarto crimen raptus. Nos de singulis, & primo.

Conjugicidium consummatum cum intentione ducendi aliam determinatam.

3834 Occidens uxorē, cum animo ducendi aliam determinatam, dirimit matrimonium.

DIrimit matrimonium cum illa, cum qua præcessit verum, & consummatum adulterium cognitum. *c. propositum* 1. *c. significasti nobis.* 6. *de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium*, *c. si quis vivente.* 5. ibi: *nisi fortè idem vir, aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidisse notetur.* 31. *q.* 1. Sanchez 7. *de matrim. disp.* 58. *n.* 9. citans LIV. Doctores Layman *lib.* 5. *tract.* 10. *p.* 4. *c.* 10. *n.* 2. Coninck *disp.* 31. *n.* 53. Palaus *disp.* 4. *punct.* 12. *n.* 3. Gobat *tract.* 5. *n.* 181.

Conjugicidium sequutum machinante, vel consentiente illa, cum qua vir occidens vult contrahere.

DIrimit matrimonium, dummodò homicidium patretur animo externè demonstrato contrahendi cum illa, quæ conspirat ad necem. *c.* 5. *de conversione infidelium. c. super hoc* 3. *de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit. c. si quis vivente.* 5. 31. *q.* 1. nam inductum est impedimentum, nè spe contrahendi tantum facinus conjugicidii committatur: Debet autem animus contrahendi matrimonium exteriùs innotescere, quia Ecclesia de internis non judicat, & quia sumus in impedimentis restringendis. Navarrus *c.* 22. *n.* 46. Sanch. *loc. cit. n.* 13. dans L. Doctores. Pontius 7. *de matrimon. c.* 45. *n.* 4. Perez *de matrim. disp.* 33. *sect.* 1. *n.* 4. Coninck *disp.* 31. *sect.* 31. *dub.* 5. Hurtadus *disp.* 23. *difficultate* 4. Leander *tom.* 2. *de matrim. tract.* 9. *disp.* 14. *q.* 2. Caramuel *Fundamentali. n.* 3772. dans XVI. Doctores. Anton. à Sp. S. *tr.* 11. *n.* 485. Diana *p.* 9. *tract.* 7. *resol.* 25. Contrà Ocagaviam *tract.* 3. *q.* 71. & alios apud Sanch. *loc. cit.* volentes, cum conspiratione requiri etiam adulterium. 3835 Idem dicas si si quatue occisio machinatione, vel consensu illius, cū qua vir vult nubere.

Et tamen istis duobus licet unum impedimentum memoriæ retinendum constare.

Conjugicidium intentione externa ducendi illam, cum qua præcessit mutuum cognitum adulterium: vel quæ est cooperata ad mortem effectu sequuto.

DIrimit matrimonium cum illa, non cum alia. Gobat. *loc. cit.* Caramuel *loc. cit.* Sanch. *loc. cit.* Hurtadus *loc. cit. difficultate* 1. *n.* 5. licèt hic velit non requiri, ut mutuò adulteri sciant se conjugatos. 3836 Dirimit quando quis si mors conjugis fuerit cum intentione ducendi illam, cū qua præcessit verum adulterium, vel sit cooperata ad mortem cū effectu.

Hinc adultera contrahit impedimentum, licèt neci non cooperetur; & cooperans neci contrahit hoc impedimentum, licèt non sit adultera.

Hinc, deficiente conspiratione, vel adulterio ex conjugicidio non nascitur hoc impedimentum, licèt sequatur ratihabitio; nam ratihabitio non est conspiratio ad conjugicidium jam patratum. Sanch. *loc. cit. n.* 16. Bonacina *q.* 3. *puncto* 6. *n.* 5. Pontius *loc. cit. n.* 4. Candidus *disquisitione* 28. *art.* 6. *dub.* 3. Caramuel *fundamentali n.* 3772. Guttierez *de matrim. c.* 105. *n.* 8. Valentia *tom.* 4. *disp.* 10. *q.* 5. *punct.* 3. *§. crimen.* Abbas *in c.* 1. *in fine. de conversione infidelium.* Coninck *dub.* 5. *disp.* 31. *n.* 50. Gabr. à S. Vinc. *de matrim. disp.* 6. *q.* 8. *n.* 97.

Ex dictis resolvitur primo.

An conjugicida cum intentione contrahendi cum altera non conspirante, nec adultera, validè cum illa contrahat?

AFfirma: nam tunc desunt requisita adulterii, vel conspirationis ad contrahendum impedimentum. D. Thom. in *addit. ad* 3. *p. q.* 70. *art.* 2. Sanch. dans plures. *loc. cit. n.* 21. Candidus *loc. cit. dub.* 7. Caramuel *loc. cit.* contrà Palacium *in* 4. *dist.* 35. *disp. un. col.* 21. 3837 Validè contrahit occisor conjugis animo nubendi cum illa quæ nec conspiravit, nec fuit adultera.

Resolvitur secundo.

An conjugicida sivè vir, sivè femina, contrahat tale impedimentum?

3838 Conjugicida tam vir, quàm femina contrahit hoc impedimentum.

AFfirma: si habeat prædicta requisita. *c. si quis vivente.* 5. ibi: *nisi forte idem vir, aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidisse notetur.* 31. *q.* 1. Sanch. dans XLIV. Doctores *loc. cit. n.* 8. Villalobos *loc. cit. n.* 2. Hortadus *loc. cit. n.* 1. Caramuel *loc. cit.* contrà Victoriam *de matrim. n.* 292. Ledesmam 2. *p. q.* 62. *art.* 12. ajentes tantùm contrahi, si vir occidat uxorem.

Resolvitur tertio.

An conjugicida sine animo contrahendi cum adultera, vel conspirante, validè mutata voluntate, contrahat cum adultera, vel conspirante?

3839 Conjugicida sine animo nubendi cum adultera, vel conspirante, validè inde cū illa nubit.

AFfirma: nam tunc deest unum ex requisitis ad tale impedimentum, scilicet animus externus demonstratus contrahendi cum adultera, vel conspirante. *c. super hoc.* 3. *de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. c.* 1. *de conversione infidelium.* Perez *disp.* 33. *sect.* 1. *num.* 4. Palaus *disp.* 4. *punct.* 12. *n.* 5. Trullench *lib.* 7. *c.* 9. *dub.* 10. *num.* 6. Hurtadus *disp.* 23. *difficult.* 1. *num.* 5. Diana *part.* 9. *tract.* 7. *resol.* 25. Caram. *Fundament. num.* 3772. Anton. à Spir. S. *tract.* 11. *num.* 488.

Resolvitur quarto.

An occidens cum intentione ducendi illam, quæ non conspiravit, nec commisit adulterium, validè ipsam ducat?

3840 Idem si nubat cum illa, quæ non conspiravit, nec commisit adulterium.

AFfirma: quia desunt requisita ad contrahendum tale impedimentum, irritans tantùm nuptias inter cōnspirantes, adulterosque. Doctores citati.

Resolvitur quinto.

An conjugicida animo ducendi unam ex tribus cum quibus adulteratus est, validè illam ducat?

3841 Occisor conjugis animo ducendi unū ex tribus, cum quibus adulteratus est, nulliter nubit.

NEga: nam tunc adest verum impedimentum. Sanch. & Dicastillus apud Anton. à Spir. S. *tract.* 11. *num.* 487.

Resolvitur sexto.

An occidens rixa, rabie, odio, timore, voluntate liberiùs, aut impunè vivendi turpiter sine animo contrahendi cum adultera, vel conspirante determinata, matrimonium possit validè cum illa inire?

3842 Si casu, aut alia causa mors conjugis sequatur sine animo ducendi adulteram, validè cum illa nubit.

AFfirma: nam deest requisitum voluntatis exteriùs demonstratæ contrahendi matrimonium cum illa conspirante. Doctores citati. Villalobos *tract.* 14. *difficult.* 11. *num.* 5. Caram. *Fundam. loc. cit.* contrà Sotum in 4. *dist.* 35. *qu. unica* Cajetanum v *matrim. c.* 1. *impedimento* 5.

Resolvitur septimo.

An nascatur tale impedimentum, si post conjugicidium sequatur adulterium?

3843 Adulterium debet præcedere, ut inducat impedimentum criminis.

NEga; quia adulterium debet præcedere necem conjugis. *c. si quis vivente.* 5. 31. *qu.* 1. *c.* 1. *de conversione infidelium. c. significasti nobis.* 6. *c. super hoc.* 3. *de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.*

Resolvitur octavo.

An validum possit iniri matrimonium, si præcesserunt, non adulterium consummatum, sed alii actus turpes?

3844 Adulterium non consūmatum, licet præcesserint turpes actus non inducit hoc impedimentum.

AFfirma: nam sumus in pœnis strictè interpretandis. *c. in pœnis. c. odia. de regulis juris in* 6. & sic adulterium propriè accipiendum; cùm adulterium jure exigatur ad tale impedimentum. in *c. si quis vivente,* ibi: *adulterasse.* 5. 31. *qu.* 1. adulterium autem consummatum perfectum, copula consummata, non aliis turpitudinibus committitur, seu consummatur.

Resolvitur nono.

An adulterium putatum, non verum, ut si credat solutum coeuntem conjugatum, sufficiat ad constituendum hoc impedimentum?

3845 Adulterium putatum, nō verum non cōstituit impedimētum criminis.

NEga; quia in constituendis impedimentis verba rigorosè, & propriè accipienda; adulterium autem putatum re ipsa non est adulterium, ut matrimonium re ipsa putatum non est matrimonium, ergo non comprehenditur in *c. si quis vivente.* 5. 31. *q.* 1. exigente adulterium. Sanch. *disp.* 78. *num.* 12. Coninck *disp.* 31. *dub.* 5. *num.* 55.

Resolvitur decimo.

An adulterium attentatum non consummatum, inducat tale impedimentum?

3846 Idē si adulterium fuerit tantùm attentatum.

NEga; quia in impedimentis rigorosè, strictè interpretandis, verba intelligenda sunt actu completo. Perez *de matrim. disp.* 33. *sect.* 2. *num.* 7.

Resolvitur undecimo.

An adultera occidens virum, validè ducat illum, cum quo adulterium commisit, si iste ignoravit illam conjugatam?

3847 Nubens cum adultera nesciens esse cōjugatam, quæ virum occisit, validè illam ducit.

AFfirma. *c.* 1. *de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit;* nam tunc adulterium est tantùm ex parte scientis, non verò ex parte ignorantis; & sic non dicitur undequaque perfectum, nec est injuriosum occiso; nam ignorans conjugium, viro non facit injuriam, ut autem hoc impedimentum contrahatur, exigitur, ut sit injuriosum occiso ex parte utriusque. Sanch. *disp.* 78. *num.* 12. Coninck *disp.* 31. *dub.* 5. *num.* 53.

Resolvitur duodecimo.

An cognitam unam vivente sua uxore, possit illam validè ducere mortua sua uxore?

3848 Post mortem uxoris, potest quis ducere illā, quam vivēte uxore cognovit.

AFfirma: nam hic defuit conjugicidium, vel machinatio. *c. significasti nobis, quod cum P. civis Spoletanus, quamdam M. mulierem duxisset legitimè in uxorem, ea relicta cuidam meretrici adhæsit: & infrà. Verùm cum uxor ipsius esset viam universæ carnis ingressa, meretricem cui adhæserat, desponsavit. Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod nisi alter eorum in mortem uxoris defunctæ fuerit machinatus, vel ea vivente sibi fidem dederit de matrimonio contrahendo, legitimum judices matrimonium supradictum.* 6. *de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.*

Resolvitur decimo tertio.

An mors debeat sequi ex vulnere?

3849 Mors conjugis debet sequi ex vulnere, non ex indispositione, imperitia medici, &c.

AFfirma. ex *c. si quis vivente.* 5. ibi: *mortuus fuerat.* 31 *qu.* 1. & debet sequi ex vulnere; non sufficit si sequatur ex indispositione, imperitia,

ritia, vel negligentia medica; nam tunc non dicitur conjugicida, sed tantùm vulnerans, sed Medicus est homicida; sumusque in pœnis intelligendis cum effectu. *c. relatum. de Clericis non residentibus.* Sanch. *loc.cit. num.7.* Pontius *loc.cit.num.4.* Bonacina *qu.3.punct.6. n.5.* Gutierez *de matrim.c.107.*

An hoc impedimentum criminis contrahatur ab ignorante illud?

3350 **Impedimentum criminis etiam ab ignorante illud contrahitur.**

AFfirma. Diana *part.10. tract. 13. resol.51.* Cotonius *v. impedimentum. num.11.* Caramuel *Fundamentali. nu.3772.* Gobat *tract.9. num.202. & n.67.* contrà plures apud Baucium *Miscellaneo casu. tom.2. opusculo 1. quæsito 176:* ajentes esse pœnam, à qua ignorantia invincibilis excusat. *c.2.de constitutionibus in 6.c.fin.de Clerico non ordinato ministrante.*

De Crimine sponsalium de præsenti, vel de futuro vivente propria uxore.

§. XVIII.

3351 **Uxoratus vivente sua uxore spondens de præsenti, vel de futuro cum alia, contrahit impedimētum criminis, si cum illa posteà nubat.**

HOc est secundum crimen; delinquit namque spondens de præsenti, vel de futuro cum alia vivente propria uxore. *c.propositum 1. c.significavit.2.c.ex literarum.4.c.cum haberet.5. c.significasti nobis.6.de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.* Et tale delictum causat impedimentum dirimens matrimonium; idque statuente Ecclesia, nè detur occasio captandæ mortis propriæ conjugis spe ducendi aliam, & nè minuatur pax, & amor inter conjuges. Trident. *sess.24.de refor.matrim. c.si quis vivente.5.31.qu.1.c.relatum.4.31.qu.1. l.fin.D.de pactis. c.2.de concessione præbendæ;* ubi beneficium non vacans nequit alteri promitti, nè detur occasio captandæ mortis. Ob quam rationem sunt nulla talia sponsalia; cùm sint turpia, dantia ansam ad delinquendum. *l. generaliter novimus. D. de verb. oblig. c.1. de conversione infidelium.* Abbas in *c.fin. num.3. de eo, qui duxit,* & sic taliter promittentes turpiter peccant. Sanch. *7.de matrim. disp.79. num.40.* Ut tamen hujus impedimenti vis percipiatur, constituamus.

Sponsalia vera de præsenti, vel de futuro facta cum formali completo noto utrique adulterio vivente propria conjuge, dirimunt matrimonium inter spondentes.

3352 **Sponsalia ineuntes de præsenti, vel de futuro cū vero, & noto adulterio vivente cōjuge, nulliter inde nubunt.**

PRobatur ex *c.propositum. 1.* ibi: *uxorem habens, sibi aliam hujusmodi rei insciam copulavit. c.significavit. 2.* ibi: *ne ad secundam revertatur sub interminatione anathematis inhibens. c.ex literarum.4.* ibi: *illos debes ab invitem separare. c.cum haberet.5.* ibi: *vivente legitima cum ea matrimonium contrahere. & infrà,* ibi: *separentur omninò.de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit:* ubi contrahens sponsalia de præsenti cum adultera vivente propria uxore, nec mortua uxore validum cum adultera contrahit matrimonium, dummodò adulterium fuerit notum utrique. *d. c. propositum. 1.* ibi: *insciam. c.veniens. 7.* ibi: *mulierem insciam. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit.*

Idque non solùm in sponsalibus de præsenti, ut probant prædicta jura, sed etiam in sponsalibus de futuro vivente propria conjuge factis cum adultera, quam etiam mortua sua uxore ducere nequit. *c. significasti.6.* ibi: *vel ea vivente sibi fidem dederit de matrimonio contrahendo,* & *c.si quis. 8.* ibi: *si quis uxore vivente, fide data promisit aliam se ducturum. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. c.si quis vivente.5.31.qu.1.*

Requiri etiam adulterium consummatum notum utrique adulteranti, patet ex *dicto c. si quis uxore vivente. 8.* & ex *c.significavit,* ibi: *ipsam carnaliter cognoverit. de eo, qui duxit;* itaut adulterium sine sponsalibus non dirimat sequens matrimonium. *c.veniens.7.* ibi: *licèt autem vivente uxore legitima, prædictam M. sibi copulare nequiverit in uxorem: quia tamen uxore defuncta, utpote à lege ipsius solutus: in eadem M. de novo potuit matrimonialiter consentire, dummodò non præstiterit fidem adulteræ. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.* Et ità hæc omnia docent Sanchez *7.de matrim.disp.69 num.2.* Caram. *Fundament. num.3771.* Gobat *tract.9.num.192.* Pontius *loc. cit. num.1.* Candidus *loc.cit. dub.8.* Antonius à Spir.S. *tract.11.n.493.* post D.Thom. *in 4.dist.35. qu.un.in fine.*

Requiritur ergo ad hoc impedimentum. Primò, ut vivente propria conjuge sint inita sponsalia de præsenti, vel de futuro, licèt nulliter, & clandestinè. Secundò, requiritur adulterium notum utrique spondenti. Tertio, ut adulterium fuerit consummatum; cùm simus in odiosis impedimentis restringendis. Quarto requiritur, ut sponsalia sint contractus onerosus reciprocus.

Ex quibus multa resolvuntur, & primò.

An conjugatus fingens se solutum, spondens ignoranti illum conjugatum, mortua uxore possit iniri matrimonium?

3353 **Uxoratus spondens cū illa, quæ nescit esse cōjugatum, mortua uxore, potest illā ducere.**

AFfirma; quia de jure requiritur adulterium notum, quod deest quando non cognoscitur alter conjugatus. *c.propositum.1. c.veniens.7.* ibi: *mulierem insciam, quod aliam haberet uxorem, sibi solemniter copulavit. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. c.Dominus.2. de secundis nuptiis.* Gobat *tract.9. num. 193.* Idque etiam si fuerit utraque conjugata, sed adulterium utrique non erat notum. Sanchez *7. de matrim. disp. 29.* Gobat *loc. cit.* Trullench *lib.7. c.6. dub.10. conclus.23.* contra Hurtadum *disp.24.difficult.2.* negantem requiri scientiam conjugii, & adulterii mutui, si uterque sit conjugatus.

Resolvitur secundò.

An ignorantia crassa conjugii, & sic adulterii mutui, tollat hoc impedimentum?

3354 **Ignorantia crassa conjugii, & inde adulterii, tollit hoc impedimentum.**

AFfirma; quia jura scientiam exigunt. *c.propositum.1.* ibi: *ut prædictus vir, qui scienter contra Canones. de eo, qui duxit in matrimonium.* Ignorantia autem etiam crassa excusat, quando jura scientiam exigunt: & ignorantia crassa licèt non excuset à peccato, quod stat etiam cum quasi delicto, excusat à delicto adulterii. Sanch. *7.de matrim.disp.79.n.38.* Caramuel *loc.cit.num.3772.* Gobat *tract 9.num.100.* contra Martinum Perez *disp.33.sect.3.num.6.*

3355 **Ignorantia crassa licet non excuset à culpa, excusat tamen à pœna adulterii.**

Resolvitur tertiò.

An promissio cum adulterio, non vivente uxore, dirimat matrimonium?

3356 **Promissio cū adulterio, mortua uxore non dirimit nuptias.**

NEga. *c.finali.de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit.* Sanch. *7.de matrim. disp.79.*

*disp.*79.*num.*5. Pontius *lib.*8.*c.*45.*num.*5. Bonacina *loc.cit.num.*12.

Resolvitur quarto.

An promissio mutuò revocata ante adulterium, dirimat matrimonium?

3857 Idem si promissio sit mutuò revocata ante adulterium.

NEga: nam tunc non verificatur promissio cum adultera. Sanch. *loc.cit.n.*7. Bonac. *de matrim.qu.*3.*punct.*6. Gobat *tract.*9.*n.*195.

Resolvitur quinto.

An nascatur hoc impedimentum, si alter taceat, nec promissionem acceptet, nec repromittat?

3858 Idem si alter taceat, nec acceptet, neque repromittat.

NEga: nam taciturnitas in nocivis non indicat consensum. *c.is,qui tacet. de regulis juris in* 6. & hìc sumus in restringenda libertate, quòd est nocivum, adeòque tunc desunt sponsalia, quæ requirunt mutuum consensum. Candidus *loc.cit.num.*10. Cornejus *loc.cit.* Caramuel *Fundamentali num.*2771. Leander *loc.cit.qu.*12. contrà Pontium 9.*de matrim. disp.*45.*n.*2. Hurtadum *disp.*23.*difficult.*2. Martinum Perez *disp.* 33.*sect.*5.*num.*4.

Resolvitur sexto.

An sponsalia debeant esse reciproca, ut contrahatur hoc impedimentum?

3859 Sponsalia sint reciproca, ut inducatur impedimentum criminis.

AFfirma; quia est contractus onerosus, & sic reciprocus, simulque in impedimentis coarctandis. Sanch.7.*de matrim.disp.*79. *nu.*19. & 25. Bellarminus *lib.*1.*de matrim.c.*22.*casu* 2. Caramuel *Fundamentali.n.*2771. Henriq.*lib.*12. *c.*14.*num.*5. Villalobos *tom.*5.*c.*14. *difficult.*11. *num.*9. Layman *lib.*5.*tract.*10.*part.*4.*c.*9. Diana *part.*3. *tract.* 4. *resol.*198. Sylvester v. *matrimonium.* 8. *qu.*6.*dist.*4. Ugolinus *de matrim.c.*19. contrà Sotum *in* 4.*dist.*37. *qu.un. art.*4. Candidum *disquisit.*28.*art.*6.*dub.*10. Trullench *lib.*7. *c.*9.*dub.*10. *conclus.*3. *num.*9. Cornejum *disp.*3. *dub.*22. Gobat *tract.*9. *n.*197. Martinum Perez *de matrim.disp.*33.*sect.*5.*num.*5.

Nec officit, in *c.significasti nobis.de eo, qui duxit*, exigi unius promissionem.

Nam, ibi non dicitur tantùm unius promissionem, & ex alia parte sponsalia debent esse contractus onerosus.

Resolvitur septimo.

An oretenùs tantùm ficta sponsalia inducant hoc impedimentum?

3860 Ficta sponsalia nō inducunt hoc impedimentum.

NEga, quia in impedimentis hujusmodi restringendis verba sponsalium sunt accipienda propriè; *fidem dederit*, de quibus in *c. propositum.*1., & in *c.super hoc.*3. ibi: *fidem dedit.* & in *c.significasti.*6. ibi: *fidem dederit.* & in *c.veniens.*7. ibi: *præstiterit fidem.de eo, qui duxit in matrimonium,quam polluit.* Et propriè sponsalia supponunt pro vera reciproca promissione, non pro ficta, simulata. Layman *lib.*5.*tract.* 10.*p.*4.*c.*10.*n.*4. Hurtadus *de matrim. disp.*23. *difficultate* 2. Bonacina *loc. cit. punct.*6. *num.* 8. Henriquez *lib.*12.*c.*14.*n.*3. Rebellus *lib.*3. *q.*17. *sect.*2. Gabr. à S. Vinc. *de matrim. disp.* 6. *q.*8. *n.*100. Trullench 7.*Decalogi.c.*9.*dub.*10.*concl.*3. *n.*9. Bassæus v.*matrimonium* 7.*nu.*40. Martinus Perez *de matrim. disp.*33.*sect.*4. *n.*2. Rodriquez *p.*1.*summa.c.*229.*n.*6. Caramuel *fundamentali. num.*2771. dicens etiam oppositum probabile Diana *p.*9.*tract.*7 *resol.*29. Contrà Sanchez 7. *de matrim.disp.*79.*n.*10. Vegam *tom.*2.*summa.c.*34 *casu* 124. Guttierez *de matrim.c.*105.*n.*29. motos, quia ficta promissio etiam dat ansam captandæ mortis, quæ ratio destituta lege in inducendis impedimentis restingendis, jure positivo inductis, non urget.

3861 Non requiritur promissio juramento firmata.

Non tamen exigimus promissionem juramento firmatam; nam jura sponsalium contractum exigunt, qui valet sine juramento subsistere. Sanch. dans XXVII. Doctores *loc.cit.n.* 9. Pontius 9.*de matrim.c.*45. *n.* 2. Sotus in 4. *dist.* 37.*q.unica.art.*4.

Contrà Bauni *tract.* 12. *de impedimentis matrimonii.q.*2.*assertione.*2. Leandrum *loc.cit.q.*12. quod ab extrinseco probabile ait Caramuel *loc.cit.*, & plures apud Sanch.*loc.cit.n.*23. Et potest colligi ex *c.si quis uxore vivente.* 8. ibi: *fide data promisit.de eo, qui duxit in matrimonium*, ubi ly *fide data*: superaddit, ergo promisit, & juravit.

Resolvitur octavo.

An ex conditionata acceptatione, & promissione pullulet hoc impedimentum?

3862 Sponsalia conditionata nō inducunt criminis impedimentum.

NEga: nisi purificetur conditio ante mortem conjugis innocentis; quia dum pendet conditio, promissio non dicitur propriè obligans, sed suspensa; sumusque in odiosis impedimentis restringendis ad actus puros. Layman *lib.*5.*tr.*10.*p.*4.*c.*10.*n.*4. Diana *p.*3.*tract.*4. *resol.*198. Caram.*loc.cit.* Gobat *tract.*9.*n.*198. Perez *disp.*33. *sect.*4. *n.*4. contrà Sanch. *de matrim. disp.*79. *n.*11.

Resolvitur nono.

An nascatur hoc impedimentum ex sponsalibus conditionatis, si moriatur uxor?

3863 An sponsalia sub conditione quando uxor moriatur sint pura, an cōditionata.

CAsus contingit, quo quis promisit se ducturum adulteram, quando, & si uxor moriatur, mortua est uxor, quærimus an possit ducere illam. Pendet resolutio, quia sponsalia sub conditione mortis non pura, nec jurata. (24)

Resolvitur decimo.

An sufficiat promissio vivente conjuge sine adulterio ad inducendum hoc impedimentum?

3864 Promissio vivente cōjuge sine adulterio nō parit criminis impedimentum.

NEga. *c. si quis uxore vivente, fide data promisit aliam se ducturum, vel cum ipsa de facto contraxit, si nec ante, nec post (legitima ejus superstite) cognovit eandem: quamvis utrique ipsorum pro eo, quod in hoc graviter deliquerint, sit pœnitentia injungenda, non est tamen matrimonium, quod cum ea contraxit, post uxoris obitum dirimendum. Cæterum tolerari non debet, si prius vel postea dum vixerit uxor ipsius, illam adulterio polluisset.* 8. *de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.*

De Crimine metus injusti dirimente.

§. XIX.

3865 Cogens inire nuptias metu injusto peccat, & nuptiæ sunt nullæ.

MEtu injusto cogens inire matrimonium delinquit, & matrimonium est nullum. *Metus est instantis, vel futuri mali mentis trepidatio.l.*1.*D.de eo, quod metus causa.*

Ly

(24) Conditio si moriatur uxor, te ducam, est conditio necessaria, proinde non reddit promissionem conditionatam, sed puram relinquit.

Ly *mentis trepidatio*, indicat fugam à malo præsenti, vel imminenti; malum namque præsens, vel imminens cognitum movet ad fugam. Differt à *vi*. quæ est *majoris rei impetus, qui repelli nequit*. Aristuteles.3. *ethicorum*.
3866 Differt vis à metu. *c.1.l.2.De eo, quod metus causa*. Non enim vis est quid intrinsecum afficiens voluntatem, sed est quid extrinsecum impellens, cui resisti nequit ob majos impellentis robur. *l.extat.13.D. de dolo malo*. D.Thom.1.2.*q.6.art*. Ex quo violentia, vis potest esse sine consenso, & etiam cum dissensu: metus verò semper est cum consensu in re, quæ fit. *l. si mulier*. 21. *§. si metu*
3867 Vis, non metus culpa caret. *coactus. D. de eo, quod metus causa*. ibi: *coactus volui*, & sic vis, non metus caret culpa. *c. ne quis*.22. *q*.2. Joann.12. ibi: *propter Pharisæos non confitebantur*. Isaiæ.51. *oblitus es Domini factoris tui. & formidasti, &c*.

Nam voluntas est indifferens ad subeundum malum incussum, & ad illum vitandum. Et sic eligit facere eum, contractum: puta, donare, renunciare potiùs, quàm subire malum comminatum, nisi renunciet, donet, nuptias contrahat, &c. Et sicut vult absolutè malum vitare: ità vult medium hic, & nunc necessarium ad illud evitandum, scilicet facere id, quo omisso, damnum minatum sentiret. *l.cum proponas. C.de hared.instit.l.si privatus.D.qui, & à quibus*, D.Thom.1.2.*q.6.art.6*. Aristoteles 3.*ethicorum. c.5*. Dicitur in definitione, *futuri*, nam idem est actu compelli, actu malum imminere: ac prudenter trepidare, nè compellatur. Cacheran. *dec.170.num.3*. Pereira *dec.30. num.4*. Ludovicus *dec.18.num.6*.

Hinc contractus metu celebratus absolutè est
3868 Contractus metu celebratus absolutè est volitus. volitus, posito, aliàs subeundum esset grave malum; Non tamen fieret, si malum illud non immineret: & sic est voluntarius, quòad illius electionem; involuntarius, quia causa talis electionis, est malum comminatum nolitum. *l.nihil consensui, tam contrarium est, quàm vis, & metus*. 117. *D. de regul. juris. c.majores. §.item quæritur. de baptismo. d.l.si mulier.21. §.si metu coactus el 2*. ibi: *si liberum esset, noluisset. c.cum locum*, ibi: *locum non habet consensus, ubi metus intercedit. de sponsalibus*. Potest dici actus, involuntario, mixtus. Aristot. 3.*ethic.c.1*. Valentia 1.2.*disp.11.qu.1.punct.4.litera B*.

3869 Metus dividitur in justum, & injustum. Metus primo dividitur in justum, & injustum.

Injustus, si incutiatur rationabiliter lege, scilicet contradicente. Justus est metus lege probante incussus ex causa, scilicet justa, & hic metus non vitiat contractum. *l.2.§.sed vim.D.de eo, quod metus causa*.

Secundo dividitur metus in gravem, scilicet
3870 In gravem, & levem. cadentem in virum constantem, & levem, scilicet cadentem in virum inconstantem. *l.metum*. 6. *D.quod metus causa.l.2. §.fin. l.vani timoris. D.de re judicata. l.nec timorem.4. D.de eo, quod metus causa. c. cum dilectus. de his, quæ vi. c.veniens & l.2.de sponsalibus*.

Levis est metus, qui facilè repelli valet, & est imprudens illum non repellens, ut si quis timeat non timenda, qui dicitur improbabilis, inconstans, imprudens. *l. metum autem, non vani hominis.6.nec timor*. 7. *v.proinde* el.1. ibi: *meticulosam rem frustrà metuit*. *l*. 21. ibi: *hunc sibi metum ipsa infert. D.de eo, quod metus causa.l.3*.ibi: *non sufficit quolibet terrore adductum timuisse.D.ex quibus causis majores*.

Metus gravis cadens in virum constantem est quoties vir prudens potiùs eligit facere, quàm subire malum comminatum, nisi faciat, eligitque minus, ut evitet majus malum. *l.2.4.6. l.7.8.D.de eo, quod metus causa. l.1.& fin.C.eod. c.1. c.Abbas. c. cum dilectus. 6. de his, quæ vi c. sciant cuncti.de electione in 6*.

Datur metus concussionis, impressionis, violentæ suspicionis. 3871 Metus concussionis.

Concussionis nascitur, quando potentior, puta superior, Patronus &c. comminatur malum.

Impressionis nascitur, quando malum est jam inflictum, puta quando verberatus est, carceratus est. Impressionis.

Violentæ suspicionis est, quàndo nascitur ex inimicitia; nam ab inimico timendum, & cavendum semper. 3872 Et violentæ suspicionis.

Metus injustus cogens inire matrimonium, reddit matrimonium nullum, sivè malum comminatum sit concussionis, sivè impressionis.

Qui metus matrimonium irritet?

Metus matrimonium irritans debet esse injustus cadens in virum constantem, incussus ad finem extorquendi matrimonium. 3873 Metus injustus cadens in virú constantem ad finem extorquendi matrimonium, illud dirimit.

Probatur primo, quia alius metus non est matrimonio injuriosus, nec libertatem matrimonii contrahendi injustè adimit.

Probatur secundo, quia in constituendis impedimentis debemus coarctatâ significationem accipere, ut sic impedimentum minus extendatur: & ità intelligendum est Tridentinum *sess.24.c.9.c.requisivit.17.c.cum locum.14.c.veniens. 15. c. gemma. 29. de sponsalibus. c. significavit. 2. de eo, qui duxit in matrimonium*. D.Thom.in 4.*dist.29.art.3*.Sanch.4.*de matrim. disp.12.n.16.& 20*.Pontius *lib.4. c.14.n.2*. Martinus Perez *de matrim.disp.17.sect.10.n.3*. Amicus *tom. 9. disp. 6. n. 50*. contra Cardinalem in *c.2.q.1.de his, quæ vi*.

Dices: Ordo, Baptismus metu injusto receptus est validus; ergo etiam matrimonium metu injusto validè erit initum.

Respondetur: concedo antecedens, & nego consequentiam: disparitas est, quia non in illis, sed in matrimonio est ratio contractus essentialiter justitiam exigentis, in contractu inito metu injusto deest, ut patet ex *lib. iii. Pautonom. n*. 436. ubi omni jure contractum metu injusto initum demonstravimus nullum, reprobatum jure naturæ, ut reprobatur injustitia, & res turpis.

Ex quo resolvitur primo.

ANALYSIS I.

An sit irritum matrimonium metu initum, metu incusso non ad finem extorquendi matrimonium?

Negat quia talis metus non ponit injuriam contra matrimonium, & matrimonium assumitur ad evitandum malum, ad cujus electionem à se ipso movetur; & sic metus non est injuriosus nuptiis; sic docet Sanch. 4. *de matrim. disp*. 12. *n*. 3. dicens certum apud omnes. Amicus *tom.9. disp. 6. n.51*. Martinus Perez *de matrim. disp.17. sect.9. num.3*. Leander *loc. cit. disp.16.qu.18*. 3874 Secùs si non sit incussus metus ad finem extorquendi matrimonium.

ANALYSIS II.

An nubens, vel dans nuptui suam filiam, ut se liberet ab inimico, vel ab obsidione, validè contrahat matrimonium?

3875 Ut quis se liberet ab inimico, vel ab obsidione, validè nubit.

AFfirma: nam talis metus non tendit ad extorquandum matrimonium. Sotus in 4.*dist.*29.*qu.*1.*art.*3. Sanch.*loc.cit.num.*13. dans xx. Doctores.

ANALYSIS III.

An ducens à se stupratam, ut occidatur ab illius patre comminante mortem, non ad extorquendum matrimonium, validè nubat?

3876 Validè ducit à se stupratam, ut evitet mortem sibi comminatam, sed non ad finem illam ducendi.

AFfirma: quià talis metus non est iojoriosus nuptiis. Vivaldus in *candelabro. p.* 2. *de matrim.n.*64.Sanch.*loc.cit.n.*14.contrà Alexandrum *consil.*21.*n.*5.Ziletum *consil.*24.*n.*14.

Nec oppositum evincit lex *nec timorem*. 7. v.*Proinde.*sl 2.ibi: *si quis in furto, vel in adulterio deprahensus, vel in alio flagitio, vel dedit aliquid, vel se obligavit: Pomponius lib.* 28. *rectè scribit, posse eum ad edictum hoc pertinere, timuit enim, vel mortem, vel vincula. D.de eo, quod metus causa*; ergo criminosus, qui ad evitandam mortem ad aliquid se obligat, vel matrimonium init, habet edictom *quod metus causa*. Currit enim textus, quando talis metus mortis, carceris tendit ad nuptias extorquendas, vel ille, qui metum patitur, id conjectat.

ANALYSIS IV.

An validè ducat meretricem, ut liberetur à sententia mortis?

3877 Validè sunt nuptiæ cum meretrice initæ, ut à morte liberetur.

AFfirma; quia damnatur ad mortem non ut contrahat noptias, sed ob delictum, & nuptiæ tunc eliguntur ad evitandam mortem, tendentem ad pœnam delicti. Sanch. *loc. cit.num.*8. dans xiii.Doctores. Amicus *loc.cit.* Perez *loc.cit.* Covarruvias 2.*par.c.*3.§.4.*n.*17.

ANALYSIS V.

An Matrimonium sit validum, initum cum filia Medici nolentis mederi?

3878 Similiter sunt validæ si ineantur cũ filia Medici nolentis aliter mederi.

AFfirma; quia non Medicus, sed morbus mortis timorem incutit. Sanch. *loc. cit. num.*15.

ANALYSIS VI.

An valeat Matrimonium cum filia Judicis initum à damnato ad mortem, cui Judex liberationem promittit?

3879 Idem dicas de filia Judicis promittentis Reo, vitam, si nubat cum sua filia.

AFfirma; nam tunc tollitur, noo incutitur mortis metos: & ut id valet promittere extraneus, cur non Judex? Guttierez *part.*1. *de juramento. c.*53.*nu.*9. Covarr.*loc.cit.*§.4.*nu.*15. Sanch.*loc.cit.n.*10. Perez *loc.cit.n.*6. contra Angles *parte* 1.*florum de matrim.qu.*3. *de consensu coacto. art.*1.*difficult.*2.*concl.*4.

ANALYSIS VII.

An Matrimonium sit irritum, si metus injustus incutiatur, ut contrahat matrimonium cum una ex pluribus filiabus alicujus?

3880 Metus incussus, ut ducat ex tribus unam, etiam nuptias irritat.

AFfirma: nam tunc est metus noptiis injuriosus; & sic non deest injuria in eligendis, vel non eligendis nuptiis: In quo differt à superioribus casibus, in quibus deest injuria in eligendis nuptiis. Sanch.*loc.cit.n.*19. Amicus *loc.cit.n.*19. Antonius à Spir.S. *tract.*11.*res.*285. Perez *disp.*17.*sect.*10.*num.*6. contra plures apud Dianam *par.*4.*tract.*4.*resol.*33.

ANALYSIS VIII.

An metus injustus incussus à tertio ad extorquendas nuptias, illas irritet?

3881 Etsi metus à tertio incutiatur ad extorquendas nuptias, illas irritat.

AFfirma, nam tunc est metus injuriosus nuptiis.*c.veniens.*15.*de sponsalibus.* Perez *de matrim.disp.*17.*sect.*10.*n.*15.

ANALYSIS IX.

An sit nullum Matrimonium initum importunis precibus, tendentibus ad Matrimonium extorquendum?

3882 Non solùm metus, sed importunæ preces ad finem ineundi nuptias illas invalidat.

AFfirma; quia preces importunæ, maximè Superiorum, dicuntur armatæ, animumque intimè angunt; & sic irritant; ut afflictio namque corporis, fortiùs animi afflictio movet, & irritat.

ANALYSIS X.

An Matrimonium initum timore reverentiali, sit nullum?

3883 Timor reverentialis justus non irritat nuptias.

DIstinguas: vel timor reverentialis est justus, vel injustos.

Si justus, ut est reverentia ordinaria debita parentibus, majoribus, nega; nam metus injustus incussus ad finem extorquendi matrimonium, illud irritat. *l. metum.* 5. *D. de eo, quod metus causa. c. significavit.* 2. *de eo, qui duxit in matrimonium. c.*2. *de his, quæ vi. c veniens.* 15. *de sponsalibus.* Sotus *in* 4.*dist.*39. *qu.un. art.*3. Camerota *de matrim.* §.14. *dubium.* Metus autem reverentialis ordinarius non est injustos, sed est debitus ipsa natura exigente, & sic non à Superiore, sed natora ipsa incutitur; Idque fortiùs in filio solitus patri contradicere. *l. fidejussor.*26.§.*Pater Sejo*, ibi: *nec metuere debeat ex hoc solo, quòd mandante patre manu sua perscripserit instrumentum. D. de pignoribus. c. ex literis.* 11. *de desponsatione impuberum*, & in hoc sensu recipio doctissimum Galeotam *tom.*2. *controversiarum c.*5.*n.*29.& *c.*14.*n.*28. Capycium Latro *tom.*2.*controversiarum. consil.*54.*num.*11. Sperelium *tom.*7.*dec.*73. Capycium *dec.*95.Verallum *par.*2.*dec.*223. Anton. Fabruoi *tit.Codicis, quod metus causa. definitione* 4. & 6. Gratianum *c.*108.*n.*51. Boerium *dec.*100. Riccium *par.*1. *collectan.*154. ajentes, solom metum reverentialem non annullare.

3884 Secùs si sit injustus.

Si verò sit metus injustus, puta cum precibus importunis, verberibus, vel meto verberum: tonc matrimonium est nullum; nam inspecta circumstantia patientis metum valdè subordinati, non audentis contradicere, grave malum offensum ex hoc semper Superiorem, & patrem habere; sicque matrimonium indè initum nullum erit. *l.si patre consentiente.D.de ritu nuptiarum. l.si donatis.*7. ibi: *capitales minas pertimescendo. C. de his, quæ vi, metusve causa gesta sunt. l. jusjurandum.*1. §.*quæ oneranda*, ibi: *nimia patroni reverentia. D. quarum rerum actio non datur.*Larrea *alleg.*35.*n.*25.Anna *alleg.*114. *n.*2. Pratus *tom.*2. *c.*33. *n.*31. Gabriel à S.Vincentio *de matrim. disp.*3.*qu.*9.*n.*92. plures apud Bossiom *de matrim.c.*12.*num.*92. contrà plures apud eundem *num.*99. cum reverentia exigentes minas, verbera saltem virtualia.

ANA-

ANALYSIS XI.

An Matrimonium sit nullum initum ob injustum præceptum Superioris?

3885 Irritat quoque si adsit præceptum injustum Superioris.

AFfirma; quia est timor reverentialis injustus: sed majori discussione indiget.

ANALYSIS XII.

An Princeps valeat subditis præcipere inire nuptias, ad quas subditi etiam præciso tali præcepto tenerentur jure naturæ?

3886 Subditi valide nubūt, etsi Princeps id præcipiat, si teneantur ipsi jure naturæ facere.

AFfirma: quia tunc non est metus reverentialis injustus, & nemini est præceptum injuriosum; & sic potest præcipere matrimonium ad concillandam pacem, ad extinguendas capitales inimicitias, ad ducendam defloratam deceptam nuptiis. Ad id enim tenerentur etiam sine præcepto subditi: & ut jus, ità Superior id præcipiens nemini facit injuriam. *c.1.& 2.de adulteriis.c.de illis.5.c.ex literis.10. de sponsalibus*. Debet tamen moderatè Superior in hoc se gerere, aliàs nil boni ex matrimonio speret.

ANALYSIS XIII.

An quando subditus non tenetur, possit Superior cogere inire nuptias?

3887 Secùs si subditi non teneantur aliter nuptias inire.

NEga; quia tunc metus reverentialis est injustus, & taliter cogentes sunt excommunicati excommunicatione non reservata. Trident.*sess.24.de reform.c.9.* quam excommunicationem non contrahunt Reges, Imperatores, quia ibi non sunt specialiter expressi, ut in specie essent exprimendi in pœnis. Trident.*sess.22. c.11.de reform.* Nec illam contrahunt censuram injustè impedientes matrimonium; nam Tridentinum loquitur de cogentibus inire nuptias. Hurtadus *disp.6.difficult.7.n.26.*

ANALYSIS XIV.

An parentes cogere valeant filios inire Matrimonium jure naturæ petente?

3888 Filii valent cogi à Patre inire nuptias, si Jus naturæ id petat.

AFfirma: nam tunc reverentia est debita, & coactio est legis naturalis, & non injusta. D.Thom. in *4.dist.24.qu.un.art.4.* rectè docens, non posse sine causa juris naturalis cogere ad matrimonium, & sic valet retrahere ab indigno matrimonio, & paternè ad dignum inclinare, si velit nubere. Non enim datur facultas ab Ecclesia ad licitè contrahendum cum justa indignatione parentum, & familiæ conspurcatione.

ANALYSIS XV.

An sit irritum Matrimonium initum à stupratore morte comminata, nisi contrahat?

3889 Stuprator nulliter nubit, si ei comminatur mors à privato, ut stupratam ducat.

AFfirma. *c. veniens. 15. il 2. de sponsalibus* Privatus namque justè hanc mortem non comminatur.

ANALYSIS XVI.

An sit irritum Matrimonium initum ex metu incusso à Judice excedente juris regulas?

3890 Metus à Judice incussus excedens Juris regulas nuptias irritat.

AFfirma: nam injustus est metus: unde nullum est matrimonium Judice immoderatè cogente illos, qui sponsalia de futuro contraxerunt, nam isti monendi potiùs, quàm supra modum censuris compellendi ad contrahendum de præsenti. *c. requisivit. 2. c. ex literis.10.de sponsalibus.* Amicus *loc.cit.n.19.& 20*

ANALYSIS XVII.

An sit nullum Matrimonium initum per Procuratorem metu injusto constitutum?

3891 Nuptiæ initæ per Procuratorē injusto metu constitutum sunt nullæ.

AFfirma: quia tunc est idem, ac si fieret sine Procuratore; cùm constitutio Procuratoris coactione facta sit nulla. Contrà Amicum *de matrim.disp.6.sect.1.num.17.* Anton. à Spir.S. *tract.11.n.236.* dicentes, matrimonium validum, si detur metus inter principales contrahentes. At hìc est nullum, quia est ità, ac si detur Procurator nulliter metu constitutus.

ANALYSIS XVIII.

An sit nullum Matrimonium ab uno extortum metu incusso ejus consanguineo, ascendenti, descendenti etiam naturali, transversali usque ad septimum gradum, intimo amico, domestico, affini artifici, redundante in principalem?

3892 Etsi metus non nubenti, sed aliis incutiatur, qui in nubentem resultat, etiam irritat matrimonium.

AFfirma: nam revera injusto metu incussus movetur ad ineundas nuptias, secùs non initurus, sicque injuriosè est extortus consensus. *l.isti quidem. 8.§.hæc quoque. D.de eo, quod metus causa*, ubi Antonius Faber. Gutrierez *parte 1.de matrim. c.57.num.8.* Thuscus *litera M, conclus.218. num.4.* Garzia *de Nobilitate. Glossa 17.num.28.* Menoch.*consil.279.* Mascardus *de probationibus. conclus.1055.num 25.* Franciscus Marcus *dec.607. in fine. par.2.* Farinacius *Fragmentorum.v.metus. nu.107.*Sanch.*4.de matrim. disp.4: num.12.* Trentacinquius *loc. cit.* Baldus *loc.cit.*

ANALYSIS XIX.

An metus justus à se extortus, Matrimonium irritet?

3893 Metus justus à nubēte extortus nuptias non irritat.

NEga: quia non est injuriosus consensui requisito ad valorem contractus.*l.si mulier. 21.D.de eo, quod metus causa.* Henr quez *lib.11. de matrim.c.9 n.2.* Meratius *de matrim. disp.7. sect.15.nu.7.* Hurtadus *disp.7.difficultate 3.* Præpositus *qu.3.dub.9. dicto 1.* Pontius *lib.4.de matrim.c.19.* Gabriel in *4.dist.29.qu.un.art.2.* Gabriel à S.Vinc. *de matrim. disp.3. qu.9.num.88.* ajens, validum iniri à stupratore accusando, nisi ducat, quia justè pater stupratæ potest illum accusare. Amicus *loc.cit. num.24.* putans nullum matrimonium, si lædatur etiam alia virtus, quàm justitia: ut si Medicus nolit mederi, nisi nubat cum filia ęgroti, vel si quis nolit succurrere extremè indigenti, nisi ducat indigentis filiam in uxorem; sed hoc profundiùs indagandum.

ANALYSIS XX.

An metus levis injustus irritet Matrimonium sine ipso non ineundum?

3894 Metus levis injustus si nequeat facile superari etiam nuptias annullat.

DIstinguas: vel potest, & cognoscitur posse facilè repelli: vel non cognoscitur facilè repelli.

Si nequit, vel non cognoscitur posse facilè repelli: affirma matrimonium esse irritum, quia est metus injustus insuperabilis; nequit enim superari, quod non cognoscitur superabile, & terret ità ac esset insuperabilis; & ità recipio Gabrielem in 4. *dist.29. quæst.un. art.2. concl.4.* Navarrum *c.17. num.30.* Covarruviam *part. 2. c.3.§.6. num.4.* Villalobos *par.2. Summa. difficult.5.num.13.* Dianam *par.3. tract.5. miscellaneo. resol.117.* Bartolum *in l. metum. C. de his qua vi, metusve causa.* Vera Crux *par. 1. speculi.*

*culi. art.*8.*concl.*7. Rodriquez *tom.*2. *c.*8.*nu.*10. diceotes nullum tale matrimonium.

3895 Secus si facilè possit repelli.

Si verò potest, & cognoscitur posse facilè repelli: nega matrimonium nullum; quia potens, & cognoscens se posse, & nolens repellere, cedit juri suo, & censetur sua voluntate, non metu levi inductus ad contrahendum. *l. nec timorem.* 7. ibi: *si quis meticulosus rem ullam frustrà meruerit: per hoc edictum non restituitur: quoniam neque vi, neque metus causa factum est. D. de eo, quod metus causa. l. vani timoris.* 146. *D. de regulis juris.* Noo enim hic est metus cadens in virum constantem, qui cognitus facilè repelli valet; & sic non reddit actum oullum. *l. hoc edictum.* 2. *D. ex quibus causis majores. l. si quidem. C. de contrahenda stipulatione. l. si voluntate.* 8. *C. de rescindenda venditione. l. si per vim.* 4. *l. si donationis.* 7. *C. de his, quæ vi, metusve. l. si quis ab alio. D. de re judicata. c. veniens.* 15. *il* 2. *c. de muliere,* 6. *de sponsalibus. c. ad audientiam. de his, quæ vi*: ubi, metus annullans actum debet esse cadens in virum constantem, juxtà personæ qualitatem: itàut debeat esse constans vir, coostans femina, puer, cadens in virum, feminam puerum constantem. Trentacinqoius *lib.* 1. *variarum. resol.* 1. *de his, quæ vi. num.* 3. At levis cognitus facilè posse rejici est vanus. *l. vani timoris.* 146. *D. de regulis juris*: non verò si noo est cognitus posse facilè rejici; tunc enim secundum se levis, quia incognitus insuperabilis est cadens in virum constantem, oon verò est cadens in virum constantem, qui facilè potest rejici: & ità recipio D. Thom. iu 4. *dist.* 29. *qu. un. art.* 2. *qq.* 1. ubi D. Bonaventura *quæst.* 1. *num.* 4. Durandus *qu.* 2. *num.* 3. Riccardus *art.* 1. *qu.* 1. Paludanus *qu.* 1. *art.* 3. *concl.* 2. Sanch. 4. *de matrim. disp.* 17. *num.* 4. *&* 5. dans XLII. Doctores. Amicus *loc. cit. sect.* 2. *num.* 30. Pontius *lib.* 4. *c.* 18. Diana *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 230. Bonac. *q.* 3. *punct.* 8. *num.* 8. ajentes, ex metu levi validas initas nuptias.

ANALYSIS XXI.

An Matrimonium metu injusto extortum, juramento firmetur?

3896 Metus injustus non firmatur Juramento.

NEga. *c.* 2. *de eo, qui duxit. c. ad audientiam. c. cum dilectus. de his, quæ vi. Auth. Sacramenta puberum. C. si adversus venditionem.* nam nulla lex restituit valorem jure naturę ablatum à matrimonio, & jurameotum ei adjectum corruit, tanquam accessorium priocipali matrimonio irrito.

Si tameu juramentum spootè emitteretur, tunc nova voluntate validaretur voluntata antea nullum, de quo juramento spontè emisso nova voluntate ioeundi matrimonium, verificatur servandum si possit sine interitu salutis æternæ. *c. si verò. c. cum contingat. de jure jurando. c. quamvis pactum. de pactis in* 6. Juramentum autem sic injustè adjectum matrimonio extorto metu non indiget relaxatione. *c. quamvis pactum.* 2. *de pactis in* 6. *c. ad audientiam.* 4. *c. cum dilectus.* 6. *de his, quæ vi, metusvè causa fiunt*; nam est nullum tanquam contrà bonos mores. *c. non est obligatorium. de regulis juris in* 6. Abbas io *c. cum contingat. num.* 3. ubi Alciatus *nu.* 8. *de jure jurando.* Sanch. *lib.* 4. *disp.* 20. *num.* 15. Henriquez *lib.* 11. *c.* 9. *num.* 6 Perez *de matrim. disp.* 17. *sect.* 14. *num.* 7.

Et promittens cum juramento ratificaturum matrimonium metu irritum, vel alium contractum, non tenetur ratificare; quia tale juramentum est nullum. Dicastillus *disp.* 4. *n.* 137. Trulleuch *lib.* 7. *c.* 2. *dub.* 1. *num.* 4. contrà Hurtadum, & Perez apud Dicastillum *loc. cit. n.* 135.

An sciens alterum nulliter metu contraxisse, valeat resilire antequam metum passus ratificet?

3897 Licet à nuptiis resilire ab uno, qui scit alterum metu contraxisse antequam ratificet.

AFfirma: nam contractus noo debet claudicare; ergo sicuti alter, ità ipse debet posse resilire ab illo cootractu ooeroso. Booacina *loc. cit. num.* 33. Hortadus *loc. cit. difficult.* 4. Pontius 4. *de matrim. c.* 18.

An inferens injustum metum, possit resilire, si passus metum velit stare nuptiis?

3898 Inferens injustum metum potest vi contractus resilire, etsi passus metû velit nuptiis stare.

DIstinguas: vel consideratur obligatio ex contractu, vel ex delicto injusti metus iocussi.

Si consideretur obligatio ex contractu, potest justè recedere; nam cùm desit contractus, deest etiam obligatio ex contractu, & non eotis oullæ passiones, & ità recipio Sanch. *lib.* 4. *de matrim. disp.* 15. *num.* 5. Gasparem Hortadum *de matrim. disp.* 6. *difficult.* 4. *nu.* 16. Dicastilium *de matrim. disp.* 4. *num.* 115. citantem VIII. Doctores. Booacina *loc. cit.* Guttierez *de matrim. c.* 76. *num.* 17.

3899 Si nuptiis potest resarcire damnû illatum, Jure naturæ adstringitur.

Si verò consideretur obligatio orta ex delicto metus, vel alterius damni injustè illati.

Tunc, cùm jus naturale noo obliget, nisi ad resarciendum damnum passum per restitutionem, distinguendum est: vel tale damnum resarcire potest sine nuptiis: vel tantùm resarciri potest per nuptias.

Si absque nuptiis resarciri valet, non tenetur illas inire, sed satis est si damna illata reparentur.

Si verò solis nuptiis resarciri valet damnum illatum: tunc jure naturæ tenetur ad ioeundum matrimonium, ut teoetur ad raparanda damna, nè sit melioris cooditionis nocens, quàm innocens: Et ità habes decisum apud Gamam *decis.* 263. *num.* 6. Thuscus *v. metus. concl.* 222. Farinacius *in fragmentis. v. metus. part.* 2. *nu.* 8. qui indistinctè, & sic malè, volunt teneri ad nuptias ioeundas.

3900 Et absque Judicis sententia.

Nec requiritur Judicis sententia, ut gratis volunt Bonac. Gottierez *loc. cit.*

Nam sententia requiritur, quando in pœnam delicti taneretur nuptias inire: & nos loquimur, quando jure naturæ ad reparaodum damnum debet contrahere.

An sit irritum Matrimonium cum concubina initum à levissimè infirmo metu gravissimi morbi, & mortis incusso ab amicis, & Medico, ad hoc, ut ille Matrimonium iniret?

3901 Levis metus gravissimi mali incussus, ut ducat quis concubinam, irritat matrimonium.

AFfirma; nam est metus injustè incussus gravis mali, oec à Deo, nec ab intrinseco tunc infligendi: Esse contrà justitiam patet, quia est fraus contrà jus, quod habet quis nè lædatur ut in vita, ità in libertate liberè eligendi nuptias, & nè incutiatur timor auferens cordis lętitiam, & pacem: fraus enim illa lædens tale jus, contrà justitiam est: ut contrà justitiam peccare cognoscentem iu somno feminam, ait Tamburrinus 7. *Decalogi. c.* 6. *num.* 17. Ergo etiam in re oostra fraus illa conficti extremi morbi lædet justitiam: & ità salvo profundiori examine, & meliori judicio sentio.

Con-

Contrà Tanburr. 7. de matrim. tract. 4. c. [illegible] n. 14. motum, quia ex L[illegible] de justitia [illegible] p. 22 n. 1[illegible]9. valet pr[illegible] eiu[illegible] dec[illegible]pto [illegible] revel[illegible] ne imminentis mortis, [illegible] putant namque m[illegible] ja[illegible], nam [illegible] p[illegible] ta veniunt [illegible], [illegible] b pec[illegible], & incutere t[illegible] rem [illegible] pec[illegible] Deus [illegible] solet, ut [illegible] alter[illegible] re a[illegible] est gravi[illegible] quibus [illegible] nor[illegible] xim[illegible] timore extraord[illegible] p. [illegible] Breviarii [illegible] n. 5[illegible]3.

An metus [illegible] ad [illegible] nuptias, alias [illegible] [illegible] metum.

1902 Metus injustus incussus ad finem contrahendi nuptias, illas irritat, etiam res ex ea ignorantia metum.

A[illegible] & 4. le[illegible] qua[illegible] injustus [illegible] matrimonium [illegible] hentium [illegible] est contra [illegible] locum. 14. de sponsalibus. [illegible] 2. de his, [illegible] in c. significavit. 2. de [illegible] qui [illegible] in mat[illegible] nium. [illegible] Vident. [illegible] 24. [illegible] 9. [illegible] madvertendum. [illegible] dixim[illegible] §. in hæredem. & ff. [illegible] exceptione. 14. [illegible] actione, [illegible] lucrum. D. de [illegible] tus causa. [illegible] C. [illegible] de matrim. [illegible] p. 17. [illegible] n. 5. [illegible] ad [illegible] ctum dec. 263. num. 2. Farinac[illegible] v. metus. num. 18. T[illegible] urus [illegible] 1. qu. 5 num. 8. Mo[illegible] de primo[illegible] lib. [illegible] num. 1. T[illegible] tac[illegible] 5 [illegible] 1. de his, qua [illegible] n. 34. Aut[illegible] Faber 2. C. [illegible] 8. [illegible] 7. [illegible] plures [illegible] certes non posse tele[illegible] contractum adversi[illegible] metum, [illegible] rius debet gravetur. Cravett[illegible] 114. [illegible] sius lib. 1. [illegible] n. 6. Qui ut [illegible] loquuntur in aliis contractibus divid[illegible], ita [illegible] cunt in matrimonio individ[illegible] rum in totum nullum, vel [illegible] tam esse [illegible] debet [illegible] dami ficari, & sic person[illegible] c[illegible] agit [illegible] in[illegible] ad damna, [illegible] metu [illegible] dum. [illegible] si cum ex [illegible] 14 [illegible] ant ius dabi[illegible] D. [illegible] causa. U[illegible] ad A[illegible]

1903 Adversus incussorem metûs datur actio de eo, & de dolo.

[illegible]tur etiam [illegible] metum [illegible], & [illegible] dubitat[illegible] [illegible] quod metus causa, a[illegible] de dolo: [illegible] per illam absorbet[illegible] natur. l. [illegible] ceptione. 14. §. eum qui D. de eo, quod metus causa [illegible] ibi Antonius Faber. Transit etiam contrà hæres[illegible] cundum vires [illegible] is. l. quod diximus. 16. §. in hæredem. l. [illegible] autem. 19. l. quantum autem. 2[illegible] 17. D. de eo, quod metus causa. [illegible] 3. D. de [illegible] & [illegible] armata. l. in hæredem. 5. D. de calumniatoribus. l. post litis contestati[illegible] C. ex [illegible] de functorum. l. cum Prætor. D. de regulis juris. Antonius Faber par. 4. errorum. decade [illegible] errore 7.

1904 Et etiam contra hæredes.

[illegible]atur etiam actio hæredi metus passi læso l. qui [illegible] diximus. 16. §. hæc actio. [illegible] ibi Bartol. D. de eo, quod metus causa.

An metu [illegible] Matrim[illegible]

N[illegible] & [illegible] [illegible] Tr[illegible] 4. [illegible] 9. [illegible] de [illegible] qui [illegible] in matrimonium [illegible] 1.

[illegible] Matrimonium ex [illegible]

D[illegible] orat [illegible] m

S[illegible] orat, & b[illegible] pe[illegible]

Si [illegible] & est [illegible] fornicati[illegible] n[illegible] ne [illegible] Fin[illegible] 2. [illegible] in matrimonium [illegible] est [illegible] le vendam, [illegible] vi[illegible] tur, [illegible] s. S. Vincentie matrimo[illegible]

An [illegible] Matrimonium [illegible]

D[illegible] quens et [illegible] ta[illegible] est [illegible] ma matrimonium valide [illegible] qui sit [illegible] de [illegible] qui du[illegible] in matrimonium [illegible] ac[illegible] pos[illegible] sunt [illegible] 10. § [illegible] quæ vi[illegible] [illegible] nibus dec. 87. [illegible] 8 [illegible] num. 25. [illegible] 4. [illegible] num. 13. Sylv[illegible] 8 num. [illegible] Ath[illegible] num. 7. Me[illegible] 16. R[illegible] 8. ex [illegible] le[illegible] [illegible] Ca[illegible] L[illegible] num. 15. M[illegible] num. 18. [illegible] [illegible] & [illegible] 2. ad 2 D. Bon[illegible] qu. 2. num. 1[illegible] lib. 4. de matrim. [illegible] G[illegible] à S. Vi[illegible] de matrim. [illegible] 9. num. 49. [illegible] 4. de matrim. [illegible] 14. num. 2. [illegible] nov[illegible] & [illegible] Ponce de matrim. [illegible] 17 [illegible] validè [illegible] non vere, [illegible] monium [illegible] sed [illegible] ctum [illegible] pulam m[illegible] est con[illegible] quo cop[illegible] nequit [illegible]

Si [illegible] fit coacta, [illegible] tam [illegible] injuria, & [illegible] ponitur novi con[illegible]

1905 Metu injusto [illegible] Matrimonio.

1906 Con[illegible]hens [illegible] ta [illegible] nullus, [illegible] sumunt, [illegible] atur.

1907 C[illegible] po[illegible] ptiæ ex metu initæ.

1908 Nec re[illegible] Farinacius, & [illegible]

1909 [illegible] si co[illegible] quo[illegible]

[illegible]

tu, necessarius ad constitutionem matrimonii. Trevisanus *lib.2.decis.6.* [illegible] raphinus, *de [illegible].859. & 771. num.*10. Farina [illegible] *tom.* [illegible] *decis.*58.*n.*7. *& decis.*69.*num.* [illegible] Nav[illegible]s *c.*22 *&* 61. Parisius *lib.4.* [illegible] *nsil.*58.*num.* 9. [illegible] Antoni[illegible] *par.*3. *Summæ. tit.*1.*c.*[illegible] *in fine.* Barbacina *loc.cit.n.*29. Coninck.

Contra Menochi[illegible] *lib.*6 *præsumpt.*4. *n.*31. ajentem, [illegible] ex parte fumin[illegible]æ, non viri, [illegible] irr[illegible] [illegible] c. p[illegible]tat namque nunquam [illegible] viro copu[illegible] metu ext[illegible]queri p[illegible]sse. Sotum *in 4.dist.*29.*qu.*[illegible] *art.*3. *v.sed quia*, ubi Paludanus *art.*4.

Contra C[illegible]varr.1.*par.c.*4.*§.*1.*num* 1. Mascardum *de probationibus. c.*[illegible] 31. Menoch. *loc. cit.lib.*6. aj[illegible]es, c[illegible] in fen[illegible] per præsumi maritalem ad excludendo[illegible] pec[illegible]tum, quod nequit excludi copula non [illegible].

3910 Soto argumenti occurritur. Dices primo cum Soto *loc. cit.* metus cadens in virum c[illegible]stan[illegible] irritat matrimonium. *cap.veniens* [illegible] *2. c. de mulier.* 6. *de sponsalibus. c.ad audientiam. de his, quæ vi* [illegible] metus peccandi est cadens in virum c[illegible]stantem, & alius metus etiam mortis com pec[illegible]to non est cadens in virum constantem; constans namque vir debet potius mori, quàm peccare, ergo habens copulam ex metu, non habet copulam ex metu cadentem in virum constantem; ergo talis metus non irritat matrimonium.

Resp[illegible]tur primo, ineuntem copulam ex metu, ign[illegible]rantia excusari à peccato, ignorans matrimonium metu nullum.

Respondetur secundo cum Menoch. *loc. cit. num.*33. metum cadere in virum constantem, etiamsi passus metum tunc peccet; metus namque cadit in virum constantem primo, si est metus mortis, cruciatus. *l.interpositas. C.de transa-ctionibus.* Secundo metus carcerum, & et[illegible]m inferioris mali, amissionis bonorum, vel magni luci. *l.final. §. si fœnerator. D. de eo, quod metus causa. c.cum dilectus. de his, quæ vi. c.*2. *de restitutione spoliatorum.* Tertio incursi amissionis honoris, verecundiæ, vel si cogat exire denudatum, vel si no[illegible]t vestes dare competentes, ut petat locum publi[illegible] m, a[illegible] m[illegible]s, & terroribus soli [illegible] minas exequi, diverberet ad i[illegible]mum metus passi. *c.quia primo, ibi mini[illegible], ac terroribus c[illegible]nquerentes* [illegible] *compel unt. de officio, & potestate Judi[illegible]* [illegible] *egati. l.qui in carcerem.* [illegible] 2.*D.de eo, quo[illegible] metus causa.*

3911 Preces importunæ etiam cadunt in virũ constantem. Quart[illegible] [illegible]eitre, [illegible] deniatas importunas preces, molestias, etiam cadit in virum constantem, [illegible] præces importunæ Superi[illegible]s, P[illegible]um. *l.*1. [illegible] 2. *D. de* [illegible] *corrupt. l.final. C.de his, quæ vi, metusve causa.* Abbas *in c.cum inter.num.*8.[illegible]ne. Non er[illegible]o tantum [illegible]s pe[illegible]di, [illegible] etiam metu[illegible] mali gravi [illegible]cadens in [illegible]rum [illegible]m. Fari[illegible]acius *par* [illegible] *crimina* [illegible] *v.metus.* [illegible] 88. [illegible] *in* [illegible] ubi Cagn[illegible] *num* [illegible] *D.de* [illegible] gehennæ [illegible] pot[illegible] ad c[illegible] ergo nec meti[illegible], & cruc[illegible] opul[illegible].

Dices secundo c[illegible]m Menoch *loc. cit. n.*34. in vir[illegible] coe[illegible] [illegible] am illo stante c[illegible]re nequiret.

Respondetur falsum supponit [illegible] tum [illegible] ere [illegible] atem co[illegible] [illegible] ex[illegible] dispo[illegible] [illegible] temperet ratio[illegible] [illegible] untati etiam e[illegible] [illegible] dent n[illegible] D. [illegible] ipsæ D. [illegible] dagella D. Theresiæ, ampu[illegible] [illegible] mari [illegible]is dolore dele[illegible] [illegible]

An irritum metu nupsum, [illegible] vatur in sponsalia?

3912 Matrimonio [illegible] in sponsalia. Nega Prim[illegible] quia etiam sponsali[illegible] metu emiss[illegible] [illegible] *c.* [illegible] *locum.c.*[illegible] *nius* [illegible] *sponsalibus* [illegible]

Secundo, quia prom[illegible] [illegible] de præsenti, non de futuro, & sic n[illegible]quit resp[illegible] in irritum matrimonium irritum de præs[illegible] [illegible] de futuro, c[illegible] promissio de præ[illegible] [illegible] neat promissionem de futuro [illegible] *loc.cit. num.*117. Martinus Perez *de mat* [illegible] *sp.*117. *sect.*12. *num.*11. contrà Con[illegible] *p.*28. *dub.*1. *num.*7.

Intra quantum tempus possit Matrimonium ex metu declarari [illegible]

3913 [illegible] Respondetur di[illegible] [illegible] metus [illegible], vel [illegible] durat.

Si durat cau[illegible] metu[illegible] [illegible] declarari potest nullum [illegible] nam in metu initum, metu durat etiam [illegible] dote exacta; nam tali [illegible] semper nuptiis infi[illegible]s. [illegible] *d.*253. Anna *singulari* [illegible] *n.*25. Farinacius *decis.*267 *&* 171. *&* 1173. [illegible] *c.*227.*num.*16

3914 A [illegible] ex [illegible] durat per xxx. annos. Si verò cessat causa metus, & consequenter metus non ex[illegible]at, [illegible] *de his, quæ vi.l.si per vim. C.de his, quæ vi.* durat [illegible] per triginta annos, [illegible] est personalis ex d[illegible] ine[illegible], nisi novo consensu validetur. Doctores [illegible] (26)

Qui[illegible] probetur Matrimonium [illegible] metu [illegible] deinde validatum [illegible]?

3915 Variis modis validari matrimonium ex [illegible] [illegible]. Validari [illegible] est matrimonium expressa volun[illegible] & v[illegible]ntate [illegible] va, virtu[illegible] i[illegible]plicite tacita, ex c[illegible] [illegible] indiciis eruta.

Expresse vol[illegible]tate cert[illegible] [illegible] matrimonium validari, & [illegible] est difficultas.

An id sit faciendum coram Parocho, & [illegible] bus.

3916 [illegible] Si metus est pu[illegible]cus [illegible] occultus utriq[illegible] [illegible] si ponatur mutuus consensus no[illegible] [illegible] tit notus utri[illegible] [illegible] fit no[illegible] est si hi[illegible] p[illegible] [illegible] consensus [illegible] durante [illegible] consensu h[illegible]iter, absque co[illegible] [illegible] nullitatem, c[illegible] certiorem de nullitate [illegible] matrimonii. Sanc[illegible] *d.*[illegible] *p.*32. *n.*9 [illegible] Divum Th[illegible]mam. Bossius *de matrim.c.*[illegible] *n.*8. [illegible] Turrinus *lib.*8.*tr.*4.*c.*7.*n.*9. dices [illegible] 6 [illegible] lo, est doctri[illegible] [illegible] stare oppositam declaratorem C[illegible] II. Contra Pont[illegible] *lib.*4.[illegible] 25.*n.* [illegible] *p.*3. *punct.*7.*§.*1.*n.*7.

Tacitè [illegible] interpre[illegible] [illegible] tualiter [illegible] modo validetur, ex Indi[illegible] [illegible] præhenden[illegible] re est.

Si

---

(25) V. Clementum [illegible] *decis* XXVI. *in fine* [illegible] [illegible] *Decis. dp. ft. lib.*7.*c.*7.*num.*42.S. [illegible] g die XV. Septembris 1629. declaralse invalidum quod-

[illegible] m [illegible] à filia ob metum [illegible] licèt post matr[illegible] tu [illegible] pe[illegible] [illegible] cum viro permansisset, & filios [illegible]

Si enim deprehendatur res habere tacitum consensum, tunc facto ipso validatur matrimonium antea nulliter metu initum.

Fit autem multis modis.

3917 Tacitus consensus quomodo probetur. Primo copula maritali non coacta; est enim index consensus matrimonii maritalis congressus, nequit enim hic esse sine legitimis nuptiis. c.ex literis.de desponsatione impuberum.c.is, qui fidem.de sponsal. bus.c.2.ibi: cognovit. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit. Sanch. dans XXVI. Doctores 4. de matrim. disp. 18. num.3.

Secundo idem dicas de quovis actu maritali effectu sequuto. Est enim index legitimi nuptiarum vinculi, talis est donatio, munerum missio, & hujusmodi. Rosella v.metus in fine.

An autem talis etiam sit constitutio, vel petitio dotis?

3918 Constitutio, & petitio dotis maritali affectu inducat consensum praestitum, si absit metus. Affirma: si maritali affectu petatur, constituatur, quia dos nequit esse sine nuptiis. l.unica.C.de rei uxoriae actione.

Si verò petatur, vel constituatur stante metu; tunc nulla inde colligitur nuptiarum validitio.l.si mulier.21.D. de eo, quod metus causa. c.1.de is, quae vi, metusve causa fiunt. ubi, professio nulla non validatur vel receptione: ergo nec matrimonium metu nullum convalescere poterit dotis constitutione, vel receptione. Jason. in l.si ob turpem.columna ultima. D.de condictione ob turpem causam. Alexander lib.2.consil.93.in fine. Tiraquellus de retractu conventionali §.1.Gl.ost.5.n.22.

3919 Cohabitatio libera, à qua po sit recedi, indicat consensum. Tertio reconvalescit matrimonium recedente metu, & metus causa sola cohabitatione, omnino libera per tempus arbitrio judicis, dummodò possit metum liberè possit recedere indutiis, & latè sine timore amissionis vitae, honoris, famae, pacis, amicorum, bonorum, & nolit recedere etiam cessantibus impedimentis reclamandi: tunc enim censetur velle matrimonium inire, & ut posset nutibus, ità facit matrimonium cohabitando firmat, constituitque. Dummodo non cohabitet errore, putans primum matrimonium metu initum validum, tunc enim cohabitatio non indicat novum consensum liberum & antiquus consensus metu infectus non sufficit ,verificaturque regula: quod ab initio non valet, tractu temporis non convaluit, & ità intelligitur textus in c. ... ibi: per annum, & dimidium, sibi cohabitans ... videtur adconsensisse, ubi Hostiensis, & ... s n.4 Bartolus in l.2.n.7.C.de his,quae vi.S...ch.lib 4.de matrim.disp.18.

Quomodo itaque nunquam matrimonium validari ... bus illis possit, si revera desit animus ..., nam sine tali consensu semper ... licèt ex illis Indiciis praesum... legi... consensus possit. Perez de matrim. ... 7. ... 13. num. 5. & ità potest probari ... si protestata perseveraret ... bit, quae ... decisum apud Farinacium p.2. fragmentorum criminalium v. metus n.18.in fine.

De Probatione metus.

3920 Allegans metum, ... illum probare debet. Allegans metum, & consequenter matrimonium nullum ex metu, debet metum probare; actori namque incumbit onus probandi. c.cum sit de foro competenti. ... primo, quia ... delictum, quod non praesumitur, sed probatur. ... de sententia.l.merito. D.pro socio. l.dolum. de dolo.

Secundo quia ità est dispositum in l. cum in re in fine.l.metum.C.de his, quae vi.c.cum dilectus de his, quae vi. Menoch. ... praesumpt.126. Alciatus de praesumptionibus regula 3. praesumpt. 7. Mascardus de probationibus conclus. 1055. Tuschus littera m, conclus.216.n.25.

3921 Probare debet metum ... & inculcatum ad finem extorquendi nuptias. Debet autem probare duo. Primo metum esse illatum. Secundo metum esse illatum ad finem extorquendi matrimonium, non enim satis est probare se vulneratum, verberatum, sed necessum est, ut probet se talia passum, ut matrimonium contraheret; cùm enim illa pati possint ob aliam causam, puta ad correctionem, ad compellenda alia flagitia, his probatis, & non probato in eum illum incussum, ut extorqueretur nuptiae, non probatur matrimonium ex metu initum. & sic in ... Albericus decis. 246. Marsilius singulari 225. Guttierez de matrim.c.1... Vivius lib.4. dec 51.n.19. Mastrillus decis. 140.n.16. Riccius collectaneo 154. in fine. Mascardus conclus. ... cum dicentes, de omni contractu ex metu. contrà Sesse. dec. Aragonensis ... n.18. p.1. Thesaurum forensium q.51.n.7. ... tom.1. ... art.19. n.17.

Quomodo metus probetur?

3922 Metus est difficilis probationis. Metus cum soleat clam incuti, est difficilis probationis. Tuschus littera m, concl us.224 Seraphinus dec.771. Gaillus 2. observationum.c.93.n.17.& 28.

Quando autem res est difficilis probationis, tunc admittuntur probationes etiam leviores, praesumptiones, conjecturae, indicia. l.ex omnes ... Barbosa D.de re militari. l.filium. D.de his, qui ... sui vel ... de nuptiis Menochius lib. 2.praesumpt. 126. n. 11. Alexander lib. 5. consil. 15 ... n. 1. & ... praesumitur ... contrahere verecundia, rubore ... & lacrymis madefactus contrahens; nam ... metu taliter non contraheret. l.fin. §. ... C. de iure del berandi. Al... n.5. Menoch.loc.cit.n.27.volens inspiciendam personae qualitatem,

3923 Metus probatur ... pictura ... admittuntur. Secundo metus probari valet ex fuga contrahentis ... contractum facto, vel ob primum obstacula ... vel si facto contractu ex publicum tremebundus, pallidus, vel ... vel ubi potest ... metu ... vel contraxisse. Barbosa ... 24. n.7. C... consil.2.n.5. sexta ... a. Alexander ... 5.n.8. v.4.Man ica dec. 142. n.1. Dianilius d. matrimonio disp. 4. n. 2. ... Gabriel ... S. Vinc. de matrim.disp.3.q.9.n.88.

3924 Probatur ex fuga.

3925 Testes inhabiles admittuntur. Admittuntur etiam testes inhabiles, ut domestici, qui in proba... metu ... domi ... l. quoties ... de ... lib.11.Bo... ius dec.101. Riccius c... laneo 154. Reverterius dec.121.de Marinis ... 2. c. 9. ... 8. Rota p. 1 recentiorum l. 242.n.1. apud Farinacium ... malae ... Rota d. 140. n.1.apud Farinacium ...

3926 Plus probant duo testes de metu, quàm mille de carentia ejus. Et plus creditur duobus de metu, quàm mille deponentibus de carentia metus, quia deponentes de metu, non de carentia metus, deponunt de aliquo, quod sensu percipitur. Pacianus lib. 1. de probation ... c.50.n.24. Gamma dec.25 ... n 4. Gabriel de testibus. concl. 4. n.17. Mantica loc.cit. Dicastillus loc.cit. Boerius dec. 100. licèt si deponant super negativa coarctata, aequè credatur duobus de carentia, ac de metus

tus positione. Decius in *c.fin.n.18.de appellationibus*. Sanchez dicens cum Covarr. judicis arbitrio.*disp.27.n.1.*

3927 Item testes singulares probant.
Tertio in metu difficilis probationis testes singulares probant. Burattus *dec.205.n.17.* Farinacius *tom.2. consilio criminali dec.* 260. *n.* 21. Ursillus ad Afflictum *dec.* 246. *n.* 4. Hodierna *controvers.16.n.64.*

3928 Unus testis de visu, & alii de auditu probant.
Et unus testis de visu cum aliis de auditu, vel cum fama pluribus testibus probata, plenè probat metum. Ursillus ad Afflictum *dec.* 246. *n.2.* Avendanus *de metu lib.1.c.9.* Cancerius 1. *variarum tit.de testibus.n.14.*& idem est si unus testis de metu cum aliis indiciis concurrat. *c.præsens clericus* 20.*q.3.* Speculator *tit.de teste. §.restat.de numero testium n.20.*

3929 Querelis, conquestu, mærore aliis aversionibus probatur metus.
Probatur etiam metus antecedentibus, concomitantibus, & subsequentibus querelis, aversionibus, conquæstu, mærore, indignatione, aversione à contractu ineundo, indignè ferendo de illo loquentes; nam istis ostenditur voluntas abhorrens, ac fugiens nuptias. Burattus *dec.205.n.14.*Bossius *de matrim.c.13.n.362.* Similiter probatur metus, si illicò initis nuptiis aufugiat à sponso, à sponsa. Genuensis in *praxi c.87.n.4.*

3910 Et juramento.
Probatur etiam metus juramento à passo. *c. statutum. v. sed & in diebus. de rescriptis in* 6. Boerius *dec.105. n.2.*

Sed difficultas est.

An protestatio requiratur?

3911 Non requiritur protestatio.
NEga: cùm possit probari testibus, aliis conjecturis, & indiciis. Decius *consil.* 119.*n.13.*Connanus *de pactis lib.1.c.6.n.149.*

Sed:

An sola protestatio probet metum incussum?

3912 Et ipsa sola probat metum.
AFfirma. *c. 1. de his, quæ vi, metusvè causa fiunt.c.2.eodem tit. c. Lotharius Rex.3. §. Præterea.31.q.2. l.qui in aliena. §.Celsus* ubi Jason. *n.*28. *D.de acquirenda hereditate.* Menoch. *lib.3.præsumpt.*126. *n.*23. Seraphinus *dec.* 859. *n.*4. Tuschus *litern M, conclus.*224.Farinacius *loc.cit.n.*190.

Quamdiù metus duret, itàut non censeatur matrimonium validari per sequentes actus?

3913 Metus durat, quandiu ejus causa durat.
DUrat quamdiù perseverat causa metus, nam ex causa arguitur effectus. Abbas in *c.super hoc. de renunciatione.* Trentacinquius *lib.5. variarum resol.1. de his, quæ vi.* Sanch. 4. *de matrim.disp.*18. *n.*7. dans IX. Doctores Menochius *lib.3. præsumpt.* 4. *n.*22., *& præsumpt.* 126.*n.*28.

Et sic vivente officiali, patre, consanguineo, &c. durat metus ab illis incussus, etiam ex intervallo gestus, ostenso læto animo, & libera voluntate. Bartolo in *l.de pupill .§.si quis. D. de novi operis nunciatione.* Surdus *consil.* 513. *n.*41. Alexander *consil.*98., *&* 99.*n.6.lib.3.* Baldus *in rubrica Codici . de his, quæ vi. n.3.* Seraphinus *dec.*881. Thesaurus *lib.1.q.*52. *n.*19. Farinacius *lib.3.dec.*263. *&* 286.*n.*4. Sanch. 4. *de matrim.disp.12.n.23.*

Pœna adversus incutientes metum injustum, ut matrimonium contrahatur.

3914 Incutientes metum sunt excommunicati.
ESt excommunicatio Papæ non reservata latæ sententiæ. Trid. *sess.24. de reformat. c.9.* Navarrus *c.27.n.*550. Guttierez *de matrimonio c.7. n.10.* & illam pœnam etiam contrahunt Magistratus, & Domini temporales cujuslibet gradus, status, conditionis. Trid. *loc.cit.*

Quam pœnam non contrahunt Reges, & Imperatores cogentes, nam non expressit, cùm essent specie exprimendi. Trid. *sess.22. de reform. c.11.* Sanch. *loc.cit.* Bellarminus *loc. cit.* Bossius *loc.cit.* 3915 Reges, Imperatores illam nō contrahunt.

Nec illam contrahunt cogentes injustè ad matrimonium non ineundum, nam Tridentinum loquitur contrà cogentes ad ineundum. Henriquez *loc.cit.* Hurtadus *loc.cit.* contrà Sanchez *loc.cit.* Guttierez *loc.cit.* Bossium *loc.cit.*

Nec illam contrahunt personæ particulares; cùm Tridentinum loquatur de habentibus jurisdictionem, & dominium temporale, ibi: *ab eis injurias nasci, à quibus jura expectantur.* Sanchez *loc.cit.* Bellarmin. *loc.cit.* Bos. *loc. cit.* contrà Marcum, & alios. 3916 Pers[illegible] nō h[illegible] i[illegible] non contrahunt.

De Impedimento Criminis Raptus.

§. XX.

RAptus atrox, immane, infandum, detestabile facinus. *l.1.* ibi. *detestabile crimen. C.de raptu virginum. c.raptores* 2. ibi *immanitatem tanti facinoris*; & ib. *nefandissimi criminis atrocitate.36.q.2.l.raptores.C.de Episcopis, & Clericis.* Thesaurus *dec.*195. Peguera *dec.*43. Sesse *dec.*197. 3937 Gra[illegible] Crimen raptus.

Definitur: *est violenta abducti personæ honestæ de loco ad locum causa libidinis exercendæ, vel matrimonii ineundi. l. unica. C.de raptu virginum. c.raptores.2.36.q.2.* Holmanus in *breviario theologico.p.3. n.*592. Farinac. *p.4. praxis.q.* 145.*n.*4.Diana *p.9 tract.8.resol.2.* Tamburinus *lib.7.decalogi.c.6. n.2.* Filliuc. *tom.2. tract.* 10. *c.6.* Bonerba *in viridario præcepto* 6. *&* 9. *decalogi de raptu n.1.* 3938 Ejus definitio.

Dicitur *violenta*, nam sine violentia non est raptus. *§.item lex. Institutionum de publicis judicis.l.2.D.de eo, quod metus causa.* Trevisanus *p.2. dec.* 17. *&* 40. violenta est, sivè fiat invita puella, sivè invitis illis, sub quorum potestate, & custodia regitur: ut sunt parentes, tutores, &c. Ità ipsius consensus, aliis invitis, quorum custodia jurè coercetur, non tollat raptus malitiam. D. Thomas 2. 2. *q.* 154. *art.7.* Perez *de matrim.disp.38 sect.1.n.2.* Amicus *loc.cit.* 1939 Requiritur violentia ad raptum.

Ly *persona honesta* ostendit raptorem meretricis excusari à pœnis legis Civilis. *l.* 1. *C. de raptu virginum.* Trevisanus *p.2. dec.26., &* 33. Mastrillus *dec.*207. *n.*10. Caballus *resol. criminali.casu* 169. Castillus *dec.*83. Navarrus *in collectaneis ad Pragmaticam.*10.*n.*212.*de officio Judicis*: licèt contrahat impedimentum dirimens matrimonii ex Trid. *sess.* 24. *c.* 6. *de reformat.* indistinctè loquente de rapta. Amicus *loc. cit. n.* 23. Dicitur *de loco ad locum*; nam sine motu de loco ad locum moraliter distinctum non datur raptus: unde non est raptus, si intra eandem domum transportet per aliquos passus, etiamsi opprimat, nam non est moralis abductio de loco ad locum. *c.lex.36. q.* 1. Albericus *in l.1. n.9. C. de raptu virginum.* ubi Martinus *n.17.* Bossius *de raptu mulierum n.3.* Sanchez 7. *de matrim.disp.12.n.20.* Clarus. *§.raptus* Caramuel *fundamentali.n.*3827. Tamburinus *lib.7. decalogi. c.6. n.7.* Ex cujus abductionis defectu, ait non esse raptum cognoscere [illegible] volentem, etiam quæ nunquam consensit. Diana *part.* 9. *tract.8. resol.2.* 1940 Et sic personæ honestæ. 3941 De loco ad locum.

Concluditur *causa libidinis exercendæ, vel matrimonii ineundi*, qui ex alia causa abductio non est raptus. D.Thomas 2.2.*q.*154.*art.7.* non est tamen necesse copulam sequi. Perez *de*

ma-

matrim. disp. 28. *sect.* 1. *n.* 8. licèt raptus à rumpendo, & raptor idem, ac ruptor dicatur in intentione. S. Isidorus *lib.* 5. *etimologiarum. c.* 26.

Quotuplex sit Raptus.

Ex quot finibus raptus fieri valent?

3943 Triplex est raptus. EX triplici fine raptus fieri valet. Primo ad finem contrahendi nuptias. Secundo ad finem exercendæ libidinis. Tertio ad alios fines: puta ad vindictam, ad cautelam. Doctores citati.

Qui Raptus Matrimonium dirimat?

3944 Raptus ad ineūdas nuptias illas dirimit. TAntùm ordinatus ad ineundas nuptias inter raptam, & raptorem, qui raptus dirimit matrimonium, si contrahatur durante rapta in potestate raptoris. Tridentinum *sess.* 24. *c.* 6. *de reformatione matrimonii*. Patet, nam finis Tridentini irritantis nuptias inter raptorem, & raptam durante rapta in potestate raptoris, non verò separata, & constituta in loco tuto est, ut matrimonium liberè contrahatur sine omni metu, & coactione: Ad quod non conducit raptus ob alios fines, quàm ob contrahendas nuptias.

Secundo, quia decretum Tridentini est sub titulo de reformatione matrimonii, & sic est sermo de raptu ad contrahendum matrimonium.

Tertio, quia impedimenta hujusmodi odiosa restringenda, ut minus minuant libertatem contrahendi, ut est si dicamus tantùm raptum ad finem contrahendi nuptias, illas irritare; non verò raptus tendens ad alios fines matrimonium irritat. Barbosa ad Trid. *sess.* 24. *c.* 6. *n.* 2. Reginaldus *lib.* 31. *n.* 14. Sanch. *disp.* 13. *n.* 4. Coninck *disp.* 30. *dub.* 4. Amicus *tom.* 9. *disp.* 13. *n.* 21. Corradus *lib.* 7. *dispensationum Apostolicarum. c.* 6. *n.* 48. referens decretum Sacræ Congregationis De Magistris *tom.* 1. *Sylvæ. c.* 4. *n.* 4. Gabriel à S. Vinc. *de matrim. disp* 6. *n.* 170. Perez *de matrim. disp.* 4. *c.* 6. Leander *loc. cit. disp.* 22. *q.* 5. Caramuel *fundam. n.* 3728. ajens, etiam oppositum probabile, & pro utraque parte esse declarationes Cardinalium. Contrà Bonacinam *q.* 4. *de matrimon. puncto* 18. *n.* 2. Cornejum *disp.* 7. *dub.* 3. *quæsito* 2.

Nec dicas cum Caramuele *loc. cit.* Ecclesiam de internis non judicare, & coactum ad copulam, præsumi coactum ad matrimonium.

Nam quamvis Ecclesia non præcipiat finem internum, illum intendit, & exterius potest ex circumstantiis innotescere: & præsumptio coacti matrimonii cedit veritati, si desit re ipsa talis metus, & consequenter validum erit matrimonium, si raptus non fuit ad finem nuptias contrahendi.

ANALYSIS I.

An præcedente tractatu matrimonii valeat iniri validè matrimonium inter raptorem, & raptam?

3945 Si præcesserit tractatus matrimonii validum est illud inter raptam, & raptorem. AFfirma: nam tunc non est raptus, cùm desit violentia. *c. cum causa*, ubi Abbas *de raptoribus*. Camerota *de matrim.* §. 15. *dubium*. Tamburrinus *lib.* 7. *Decalogi. c.* 6. *n.* 3. Filliuccius *tom.* 2. *tract.* 30. *c.* 7. post D. Thomam 2. 2. *q.* 154 ubi Cajetanus.

ANALYSIS II.

An sit raptus, si consentiens sit sub potestate parentum raptum ignorantium?

3946 Non est raptus si consentiens sit sub potestate parentum illum nescientium. NEga: nam tunc non fit vis ignorantibus raptus namque sine vi esse nequit. *l. unica C. de raptu virginum.* §. *item lex. Institution. de publicis judiciis*. Et ignoranti vis fieri nequit, vis namque resistentiam passi supponit. Amicus *tom.* 9. *disp.* 13. Lessius *lib.* 4. *c.* 3. *dub.* 4. *n.* 66.

ANALYSIS III.

An volens abducta de loco ad locum, sed vi cognita, tollat raptus malitiam?

3947 Liberè abducta de loco ad locum & vi cognita, non est rapta. AFfirma: nam violentia debet esse in abductione; unde tunc est stuprum, non raptus. Sanch. *loc. cit. dub.* 7. Amicus *loc. cit. n.* 17.

ANALYSIS IV.

An vi abducta volens cognita, dicatur rapta?

3948 Vi abducta, sed volens cognita, non dicitur rapta. AFfirma: nam violentia constituens raptum est in abductione, non in copula. *c. lex.* 36. *qu.* 1. *l.* 1. *C. de raptu virginum.* Sanch. & Amicus *loc. cit.*

ANALYSIS V.

An Matrimonium factum cum sponte abducta invitis parentibus teneat?

3949 Nuptiæ cum sponte abducta invitis parentibus, non sunt nullæ. AFfirma. *c. cum causa. de raptoribus*; cessat namque finis Tridentini intendentis immunem à coactione servare raptam, & non parentum, sed puellæ pro nuptiis liberum à coactione, & metu consensum exigimus.

Vis ergo illata parentibus constituit quidem raptum, sed non dirimit nuptias sponte initas cum raptore, & puella consentiente. Sanch. *disp.* 13. *num.* 12. & 13. Franciscus Marcus *par.* 1. *decis.* 2. Martha *decis.* 19. Garzia *decis.* 96. Ricciua *par.* 4. *resol.* 342. *num.* 5. Gabriel à S. Vinc. *de matrim. disp.* 6. *num.* 168. Lessius *lib.* 4. *c.* 3. *dubitatione* 9. *num.* 70. Reginaldus *lib.* 22. *num.* 2. Coninck *disp.* 31. *num.* 48. Tamburrinus 7. *Decalogi c.* 6. *num.* 15. Amicus dicens probabilius *loc. cit. num.* 26. De Magistris *tom.* 1. *Sylva. lib.* 1. [illegible] 16. *n.* 4. Polmanus *par.* 2. *Breviarii Theologi* [illegible] *n.* 592. Bonerba *in Viridario. loc. cit.* Caramuel *Fundam. num.* 3728. dicens etiam probabile oppositum. Contrà Sà *v. matrim. num.* 9. Henriquez *loc. cit. c.* 14. *num.* 4. Camerotam *de matrim.* §. 15. *dubium*.

ANALYSIS VI.

An abducens invitam, cum qua præcesserunt sponsalia, validè cum illa contrahat?

3950 Vi rapiens cū qua præcesserūt spōsalia, nulliter contrahit. NEga; quia raptus injuriosus raptæ sponsalia resolvit, & currit dispositio Tridentini dirimentis matrimonium inter raptam, & raptorem durante rapta in potestate raptoris. Trident. *sess.* 24. *c.* 6. *de reform.* Diana *part.* 10. *tract.* 16. *resol.* 83. §. *sed si obiter*. Non enim sponsa de futuro ante matrimonium tenetur sequi sponsum, & sic rationabiliter est invita, eique injuriosus est raptus: quicquid Tamburrinus 7. *Decalogi. c.* 6. *num.* 14. post Lessium, & Henriq. voluerint non contrahi pœnas Tridentini ab abducente invito sponsam de futuro.

ANALYSIS VII.

An rapiens non ut secum, sed cum alia rapta contrahat nuptias, validè ipse Matrimonium ineat, & incurrat pœnas Tridentini?

3951 Rapiens ut cum alia rapta contrahat, validæ sunt nuptiæ, & incurrat pœnas Trident. AFfirma: nam ex decreto Tridentini irritantur nuptiæ inter raptam, & raptorem. Sanch. *lib.* 7. *disp.* 13. *num.* 6. Perez *de matrim. disp.* 28. *sect.* 4. *num.* 4. Tamburrinus *lib.* 7. *Decalogi. c.* 7. *num.* 16.

ANALYSIS VIII.

An rapiens ut alius contrahat, ipse possit contrahere, vel ille, pro quo rapuit?

3952 Rapiens ut cum alio contrahat, potest ipse, & ille contrahere. AFfirma: nam decretum Tridentini irritantis matrimonium inter raptorem, & raptam

ptam, non verificatur in isto casu, nec in raptore, nec in illo, pro quo rapuit: non in raptore, quia non rapuit, ut ipse contraheret nuptias: nec in illo, pro quo rapuit, quia ille non est raptor. Tamburrinus *loc. cit.*

ANALYSIS IX.

An dolo abducens feminam ad ineundas nuptias cum illo, incidat in decretum Tridentini?

3953 Si adsit dolus, evitantur pœnæ.

NEga: quia decipit illam, non vim ei facit, & sic non est raptor. Amicus *loc. cit. num.* 37.

ANALYSIS X.

An raptus viri à femina factus dirimat Matrimonium?

3954 Raptus viri à femina nō annullat nuptias.

NEga. Trident. *sess.* 24. *c.* 6. ibi: *raptore, de reformatione*, & in pœnalibus non fit extensio de persona ad personam: & nuncupatione masculi non venit femina in duello, in censuris, in inhabilitate, nisi exprimatur. *c. generali.* 13. *de electione in* 6. Secundo, quia ad perrarò contingentia, ut esset raptus viri à femina, lex non se extendit. *l. nam ad ea. D. de legibus.* Farinacius *part* 4. *Praxis Criminalis. qu.* 145. *n.* 45. Sanch. *lib.* 7. *disp.* 12. *num.* 25. Riccius *part.* 4 *decis.* 342. Diana *par.* 5 *tract.* 13. *resol.* 22. *&* *p.* 10 *tract.* 16. *resol.* 82. Polmanus *p.* 3. *Breviarii Theologici. n.* 592. De Magistris *tom.* 1. *Sylva. lib.* 1. *c.* 16. *num.* 5. Bonacina *qu.* 4. *de matrim. punct.* 18 *num.* 7. citans sex Doctores. Malletus, Pontius Candidus, Barbosa, Novarius, Tamburrinus *lib.* 7. *Decalogi*, dicens, istum non esse raptum quò ad pœnas. Caram. *Fundam. nu.* 3829. etiam ajens, omnes leges esse odiosas, in quantum minuunt libertatem. Contrà Henriquez *lib.* 12. *de matrim. c* 14. *num.* 4. Rodriquez *tom.* 1. *Summa. c.* 242. *num.* 4. Aversam *loc. cit.* Marantam.

ANALYSIS XI.

An sit raptus oppressio puellæ domi patris sui impedientis Matrimonium?

3955 Oppressio puellæ in domo patris impedientis nuptias, non est raptus.

NEga. ex Trident. *sess.* 24. *c.* 6. *de reform.* ubi, supponitur rapta abducta de loco ad locum in potestate raptoris.

ANALYSIS XII.

An abducta de loco ad locum precibus importunis, dicatur rapta?

3956 Si tantùm abducatur precibus importunis, nō est raptus.

NEga: nisi importunitas precum adeò intendatur, ut æquiparetur violentiæ. Sanch. *loc. cit. num.* 11. *&* 12. Caramuel *Fundamentali. num.* 3827. *in fine.* Amicus *loc. cit.*

Differentia inter jus antiquum, & novum.

3957 Olim etiam accedente cōsensu parentum nullæ erant nuptiæ inter raptam, & raptorem.

OLim nulliter nuptiæ contrahebantur inter raptorem, & raptam etiam consensu parentum. *l. unica. §. nec sit facultas. C. de raptu virginum. Auth. de raptis mulieribus, quæ raptoribus nubunt.*

3958 Et non restituta eis.

Deindè nulliter contrahebantur non restituta puella parentibus. *c. de puellis.* 36. *qu.* 2. At in *c. fin. de raptoribus*, validè inibantur, etiam in potestate raptoris recedente metu.

3959 Nunc separanda, & rapta loco tuta reddenda.

Hodie debet separari à raptore, & constitui in loco tuto rapta, ut si velit, validum inire valeat matrimonium. Trident. *sess.* 24. *c.* 6. *de reform.*

Pœna raptus ad finem matrimonii contrahendi

3960 Jure Civili raptor capite plectebatur.

JUre Civili raptor feminæ honestæ morte plectebatur. *l. unica. C. de raptu virginum. c. si quis.* 3. ibi: *capitali pœna feriatur* 36. *q.* 2.

3961 Jure Canonico excommunicatio-ne.

Secundo erat pœna de jure Canonico excommunicationis ferendæ. *c.* 1. *c.* 4. *c. si quis virginem.* 5. 36. *q.* 2. Sanch. 7. *de matrim. disp.* 12. *num.* 2.

Hodiè ex Trid. *sess.* 24. *de reformatione matrimonii. c.* 6. est excommunicatio ipso jure lata non reservata contra raptorem, auxiliantes, consulentes, faventes, & est infamia post sententiam: & si est clericus, quod ab ipso, redditur incapax dignitatis, & est deponendus. Bellarminus ad Tridentinum *sess.* 24. *c.* 6. *de reform.* 3962 Nunc excommunicatur & fa[...] raptor, auxiliantes, consulentes, &c.

Quæ pœna Tridentini hodiè soli incurritur à raptore ad finem contrahendi matrimonium. Perez *de matrim. disp.* 38 *sect.* 4. *n.* 3. Tamburrinus 7. *decalogi c.* 7. *n.* 11. Gabriel à S. Vincentio *de matrim. disp.* 6. *n.* 171.

Evitantur à femina rapiente virum, & à viro rapiente, ut alius contrahat cum rapta, vel non ad finem nubendi. Sanch. *loc. cit. n.* 4. Tamburrinus *lib.* 7. *decalogi. c.* 6. *n* 11. contrà Bonacinam *q.* 4. *de matrim. punct.* 18. *n.* 2. 3963 Femina rapiens virum illam evitat.

De Impedimento Disparitatis Cultus.

§. XXI.

DIsparitas cultus est inter Christianum, & non Christianum, etiam Catechumenum, hoc est baptizatum, & non baptizatum.

An inter Christianum, & à Christiano etiam Catechumeno valeat iniri validum matrimonium?

3964 Inter Christianum, & Catechumenum nulliter contrahitur.

NEga. *c. quanto. de divortiis. c. judæi.* 10. *c. cavet Christiani.* 15. *c. non oportet.* 16. 28. *q.* 1. *l. ne quis. C. de judæis.*

Nequit namque conjugalis amicitia nutriri, & religionis occasione discordiæ, & fidei periculum quandoque creatur: undè meritò hujusmodi fuerunt execratæ nuptiæ. Deuteronomii. *c.* 7. 3. Regum 11. D. Thom. *dist.* 39. *q.* 1. *art.* 1. Sanch. dans XXXVII. Doctores 7. *de matrim. disp.* 21. *n.* 2. Pontius 7. *de matrim. c.* 4. Camerota *de matrim. §.* 13. *dubium.* Imò fictè baptizatus nequit validè cum baptizato nuptias inire. Trullench. *lib.* 7. *c.* 9. *dub.* 11. *n.* 2. Henriquez *lib.* 12. *c.* 13. *num.* 4. contrà Bellhuneram *in c. non oportet.* 28 *q.* 1. *n.* 28.

An irritatio matrimonii baptizati, & non baptizati sit ex solo jure Ecclesiastico?

3965 Jure Ecclesiastico dirimitur.

AFfirma. 2. ad Corinth. 6. ibi: *cui vult nubat tantùm in Domino.* Concilium Nicænum. *c.* 53. *can.* 67. *&* 69. Calchedonense *actione* 15. *can.* 14. Jus enim naturale hujusmodi matrimonia non irritat inter baptizatum, & hæreticum; ergo nec inter baptizatum, & non baptizatum, cùm utrobique adsit Religionis diversitas: & tempore D. Augustini, ac Divi Hieronymi hujusmodi matrimonia erant consueta, ità ut Sancta Monica virum habuerit paganum teste ejus filio D. Augustino *lib.* 9. *confessionum.* 9. & in veteri testamento Jacob duxit filias Laban idolatræ, Joseph duxit non hebræam, Moyses duxit Etiopissam infidelem. D. Hieronymus *lib.* 1. *contra Jovinianum.* Scotus *in* 4. *dist.* 9. Sanchez 7. *de matrim. disp.* 21. *n.* 7. Pontius 7. *de matrim. c.* 47. *n.* 2. Torreblanca *lib.* 2. *prædicarum. c.* 15. *sect.* 3. *n.* 4. Coninck *disp.* 22 *dub.* [...] Tamburrinus *in summa. c.* 122. *dub.* 1. Hurtado *disp.* 24. *difficultate* 1. Candidus *de qu.* [...] 8. *art.* 2. *dub.* 2. Camerota *de matrim. §.* [...] *dubium.* Contra Catharinum *lib.* 5. Vasquez *disp.* 2. *de matrimonio. n.* 20. ajentes tale matrimonium jure naturæ irritum.

An

An non baptizati conjuges in gradu iure positivo prohibito, conversi ad fidem, remaneant conjuges?

3966 No[illegible] AFfirma. *c. gaudemus. de divortiis.* Navarrus *de divortiis c. 2. num. 49.* Sylvester *v. matrimonium. 8. q. 10. §. 7.*

An dissolvatur legi num altero ex conjugibus baptizato?

AFfirma. si fine peccato nequeant, vel nolint cohabitare. *c. quanto. 7* ibi: *Si enim alter infidelium conjugum, ad fidem Catholicam convertatur, alter vel nullo modo, vel non sine blasphemia divini nominis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare velit: qui relinquitur, ad secunda, si voluerit, vota transibit.* c. *audivimus.* 8. de divortiis. Navarrus c. 22. n. 49. Sanch. 7. *de matrim. disp.* 21. n. [illegible] *lib.* 4. [illegible] 48. n. 1. Coninck *disp.* 2[illegible] *dub.* 5. Camerota [illegible] *matrim.* §. 13. *dubium.*

3967 D[illegible] Si vero fideles non contrahat alias nuptias, matrimonium legitimum durat[illegible] *c. gaudemus de divortiis,* & si infidelis interim baptizetur antequam baptizatus ineat alias nuptias, [illegible] dum legitimum [illegible] ratum indissolubile. D. Thom. [illegible] 39. q. [illegible] *art.* 5. *ad* 2. Sanc[illegible] ans XXVII. Doctores [illegible] 7. *de matrim.* [illegible] 25. [illegible] 4. Ponti[illegible] 7. *de matrim.* [illegible] *disp.* 48. n. 17. [illegible] XIV. Doctores apud Sanc[illegible] *loc. cit.* [illegible], ilicò inter [illegible] ontum legitimum diss[illegible], [illegible] baptizatus [illegible] nuptias non contrahat.

An initis novis [illegible] id est secundis nuptiis à baptizato, infidelis et [illegible] contrahere ad alias nuptias?

3968 Baptizatus [illegible] AFfirma; nam oppositum nullo jure sancitum [illegible] & ex natura rei [illegible] solutus alias nuptias inire potest. nec id ei pro[illegible] [illegible] m, cum Ecclesiae non subd[illegible] us, nequeat ab ipsa puniri. Sanch. *l. cit. n.* [illegible] Basilius *de impedimentis. punct. 7. n. 7.* Candidus *disquisitione* 28. *art.* 7. *dub.* 17. & 15. Contra quosdam sentientes cum D. Thom. in 4. *dist.* 39. *q. unic. art.* 5. *ad* 3. in poenam infidelem non [illegible] alias nuptias inire, sed non video quomodo Ecclesia possit punire non subditum?

Si initis secundis nuptiis à baptizato, si alter etiam baptizetur, an possit alias nuptias inire.

3969 Etiam si alter conjux baptizetur. AFfirma. D. Bonaventura in 4. d. 36. *art.* 2. Turrecremata in c. *fin.* [illegible] 28. n. 1. Pontius 7. *de matrim. c.* 48 n. 15.

Ratio, quia dissolutis primis nuptiis quilibet remanet solutus habilis ad alias contrahendas.

Si plures uxores simul cum viro convertantur ad Fidem, quam [illegible] sit [illegible] ma [illegible] uxor?

Ex pluribus uxor [illegible] PRima, [illegible] impedimentum juris, [illegible] D. Thomam in 4. d. 39. qu. 1. *art.* 5. C[illegible] it. [illegible] *dubium.*

An Baptizatus [illegible] ineat [illegible] nuptias non petita [illegible] conjuge, an [illegible] baptizari, aut cohabitare [illegible] sine Dei offensa?

3971 [illegible] DIstinguas: vel potest praemoneri, vel non potest monere pr[illegible] moni[illegible].

[illegible] tenetur. *c. Judaei* 28 [illegible] *de matrim. d*[illegible] 4. *nu.* 12. C[illegible] 28. *art.* 7. *dub.* 15. contra Abbatem in *c. quanto de divortiis.*

Si non potest, vel non prodest, pota si tanta sit distantia, vel ostinatio nolentis converti ad fidem, ut moraliter monitio non profuerit, vel non pertinget, aut si pervenerit ad aures infidelis, ubi notus sit suam [illegible] deserere, & [illegible] tram transire veram Religionem ut si [illegible] baptizetur Neapoli, & conjux sit A[illegible], & ignoretur ubi sit. Candidus *loc. cit.* Caram. *Fundam. num.* 7773.

[illegible] nec tunc sit necessaria dispensatio à [illegible] Papa, vel Episcopo; [illegible] vel in [illegible] absens [illegible], vel non [illegible] amisit, ad quod dispensatio [illegible] Si non amisit, nequit [illegible] Papa dispensare, quia talis [illegible] est naturale [illegible] Papae non subditus. Sanch. *lib.* 7. [illegible] p. 84. *num.* 12. Caramuel *Fundam. num.* 7773. contra [illegible] ium *li.* 7. c. 8. *n.* 12. Dianam *par.* 3. *tract.* 4. [illegible] 4.

An Baptizatus respuente infideli valeat ingredi Religionem, aut Sacros Ordines suscipere?

3972 Baptizatus renuente infideli valet ingredi Religionē, aut Sacros Ordines suscipere. AFfirma in illis casibus, in quibus est solutus, & licite inire nuptias, cum D. Thom. in 4. *dist.* 39. *qu. un. art.* 5. *ad* 4. ubi Sotus *art.* 4. Sanch. 7. *de matrim. disp.* 46. *num.* 1. dans pluros Doctores.

Sed deflectat oratio à Christiano ad Christianum infidelem, qualis est Haereticus, Schismaticus, Apostata, & inquirat.

An sit validum Matrimonium inter Catholicum, & Haereticum.

3973 Nuptiae inter Catholicum, & Haereticum sunt validae. AFfirma [illegible] te istis [illegible]. *c. decre*[illegible] 14. *de* [illegible] 6. licet non liceat [illegible] dans LXXVII. Doctores 7. *de matrim. disp.* [illegible] *num.* 2. Pont[illegible] 7. *de matrim. c.* 47. *num.* [illegible] Coninck *disp.* 31. *dub.* 3. Villalobos *tract.* [illegible] 12. *num.* 3. Cornejo *disp.* 7. *dub.* 24. Caram[illegible] *num.* 3774. [illegible] merota [illegible] 4. [illegible] à Hostiensi [illegible] cham *de Cat*[illegible] 4. *num.* 7. [illegible] tes tale [illegible].

Nec [illegible] Synodi, ubi tale m[illegible] in.

N[illegible] quis Tri[illegible] nis non [illegible] pis con[illegible].

An sint vali[illegible] jurata intra [illegible]

3974 [illegible] NE[illegible] valet, quod [illegible] *c. Cum malis.* 9. *de re*[illegible] Sanch. *loc. cit. n.* [illegible] 3774. poil D[illegible] Thomam [illegible] *qu.* 59. *art.* [illegible].

An in partibus Boreal[illegible] Germaniae, Poloniae, ubi [illegible] Catho[illegible] nium inter C[illegible] haeret[illegible]

3975 Ubi contrario usu vi[illegible] inter Catholicum, & Haereticum contrahere. AFfirma, q[illegible] praebentes [illegible] *de* [illegible] *quibus D*[illegible] scandal[illegible] exerce[illegible] & ut Papa dispen[illegible] abrog[illegible] em opprobrium [illegible] contrahitur matrimonium Gutties *de matrim. c.* 104. *n.* 7. Hurtados

dos *disp.24. difficultate 2. in fine.* La[illegible] *disp. 4. punct.11.n.10.* Candidus [illegible] *dub.2.*Sanch.*7. de matrim.* [illegible] *2.n.5.* Gabriel à S.Vincentio *de mat.* [illegible] *q.9. n.* [illegible] Caramuel *fundamentali.n.* [illegible] 4.

De Impedimento [illegible] *nitatis.*

§. XXII.

3976 Quænam nuptiæ clandestinæ.

CLandestinæ nuptiæ [illegible] sunt carentes Parocho, testibus, & denunciationibus, de quibus, ut distinctè [illegible] erdum.

Ubi Matrimonium contrahendum?

3977 Matrimonium in faciem Ecclesiæ, & ob decentiam in loco Sancto celebrandum.

IN faciem Ecclesiæ. Trid. [illegible] *sess. 24. de reformat c.1.c.fin. de* [illegible] *despons*[illegible] *ne.* nam Sacramentum [illegible] in loco [illegible] percipere congruum. C[illegible] *fundam. num 3771.* contrà Barbosam *de potestate Episcopi p.2 alleg.32.n.18.*Rebellum *p.2.lib.2.q.7.sect.2.n.11.* ajentes, ex duabus declarationibus Sacræ Congregationis non posse præcipi ab Episcopis, ut matrimonium [illegible] in Ecclesia, quas declarationes dicit non authenticas C[illegible] muel, afferens Trid. [illegible] decernens n[illegible] prohibuisse fieri extra Ecclesiam, at posse [illegible] Episcopo prohiberi, [illegible] Deus, sed Ecclesia carnes interdicit in die [illegible] bbati.

Quid autem sit contrahere in faciem Ecclesiæ?

3978 Nunc in faciem Ecclesiæ est celebrare coram Parocho, & testibus nuptias.

USus interpret[illegible] in locis diversis. Germaniæ est idem, ac in januâ Ecclesiæ contrahere. Belgæ contrahunt in altari majori. Hispani præsentibus amicis, & cognatis. At idem est in faciem Ecclesiæ, ac coram Parocho, & testibus.

Quot Modis sit Clandestinum?

3979 Si careant denunciationes, aut consensus parentum, sunt Ecclesiæ illavetet, nuptiæ sunt clandestinæ.

DUplici. Primò verè clandestinum carens tantùm denunciationibus, & scientia cognatorum, aut factum simpliciter prohibente, non irritante Ecclesia. *c. fin. de clandestina desponsatione. c.aliter. 30.q.5.*

Quod Clandestinum sit nullum?

3980 Nunc solùm carentia Parochi, & testibus sunt nuptiæ clandestinæ.

PRopriè Clandestinum carens Parocho, & testibus. Tridentinum *sess.24. de reformat. c.1.* Ità ut nec valeat jure sponsalium de futuro, nam promissio de præsenti non est promissio de futuro. Dicasti[illegible] *disp.3. n. 1*[illegible] excepto matrimonio impuberum [illegible] sponsalibus de futuro. *c. unico de desponsat. ne impuberum.*

An Clandestinum sit [illegible] *re nat*[illegible] *nul um,* [illegible]

3981 Non Jure naturæ, nuptiæ clandestinæ [illegible] duntur nullæ, & illicitæ.

NEga: omnino non est urce vetetur, sed [illegible] clandestinus [illegible] jure naturæ non subsistere, periculis separationis obviari ali[illegible] poterat, & [illegible] separationis prol[illegible] [illegible] per le[illegible] ex mal[illegible] co[illegible] ntium p[illegible] Caj[illegible] *tom.1.* [illegible] *seu* [illegible] *12. q.2.* S[illegible] *14.* [illegible] *28. q.5. art.2.conclus.1.* Hu[illegible] contra Sanch.[illegible] per [illegible]

An iure Ec[illegible] *ant ir*[illegible]

3982 Sed Jure Ecclesiastico.

AF[illegible] T[illegible] *24.* [illegible] *tr*[illegible] *a.1.* [illegible] Tr[illegible] *an* [illegible], non irrita.

D[illegible] , sed [illegible] [illegible] Tr[illegible] in [illegible] , & quod ju[illegible] po[illegible], id expr[illegible] *secundum.*

de præbend. Perez de *matrim. d*[illegible]

Modò distinctius agendum de [illegible] [illegible] ptramus contro[illegible] versiis pr[illegible] conscientiæ scilicet, & situm foro [illegible] [illegible] rerum mul[illegible] urbem [illegible] Ordinario. Secun[illegible] Testibus. Ter[illegible] nunciationibus [illegible]

De Ordinario, [illegible] *Parocho, qui nuptiis a*[illegible] *at*

§. XXIII.

EX Tridentino [illegible] *sess. 24. c.1.*

Nomine O[illegible] Pontifex in toto orbe [illegible] Patriar[illegible] Diœcesi, nec in [illegible] *unico.de* [illegible] *foro con*[illegible] Provinciæ, [illegible] supplendæ [illegible] neganet, [illegible] *storali* [illegible] *legentia* [illegible] Provinciæ [illegible] ut Ordinarius, potens [illegible] us *de matrim.n.c.4.n.54.* [illegible] *Episcopi alle*[illegible] *32. n.12.* putantes [illegible] posse absolvere per [illegible] tis Episcopo. *c.* [illegible] *c. singulos 9. q.6.* [illegible] quez *cap.6.n.5.*

Tertiò Legatus Apostolicus in Provincia [illegible] legationis censetur ordinarius, potens [illegible] p[illegible] ere. *c. 2. de officio* [illegible] *in 6.* Sanch. *d.sp.29.n.18.*

Quartò, Cardinalis in Ecclesia [illegible] est ord[illegible] potens conjungi [illegible] *unde* [illegible] *mat*[illegible] *4.n.11.*

Quintò, [illegible] Diœc[illegible] rius [illegible] *6.* [illegible] Barbosa *de potest. Ep*[illegible]

Sextò, Vicarius [illegible] generalis Episcopi [illegible] *pro Vicar*[illegible] [illegible] *cat*[illegible] *in 6.* Amic[illegible] *n.q.10.n.* [illegible] Bosius *de matrim. 4. n.* [illegible] Idem *n. 66* dic[illegible] habentium qu[illegible] Episcopali[illegible] n[illegible] etiam [illegible] ordinarii [illegible] *matrim.* [illegible] *n.4.* [illegible] Navarrus.

Septimò, V[illegible] Capitularis est [illegible] nam [illegible] *n.17.* [illegible] *matrim.* [illegible] *p.* [illegible] *um.b.* [illegible] *c.1.*

Octavo, A[illegible] *c.fin.* [illegible] *X.* [illegible] *im.c.4.* [illegible] *de Sacram.* [illegible] *contra. c.7.* Non tamen [illegible] habere C[illegible] ain, [illegible] Sanch. [illegible] *28.* [illegible] rum, Cævalos, Barbosa [illegible] *n.6.* dicens Commendatarios istos [illegible] ordinarios, & esse suspectam

3983 [illegible] toto orbe.

3984 [illegible] in tota [illegible]

3985 [illegible] in [illegible] tatione.

3986 [illegible] in Provincia.

3987 [illegible] in suo [illegible]

3988 [illegible] in sua [illegible]

3989 [illegible]

3990 [illegible]

3991 [illegible]

3992 [illegible]

3993 Non tamen habens Cōmendam.

spectam declarationem Sacræ Congregationis relatam à Bellarmino. *sess.24.c.5.*

3994 Parochus in sua Parocia.

Nono, Parochus in sua Parochia pro suis ovibus: In quo productior sit sermo.

De Parocho.

3995 Sit tamen proprius, vel alius de ejus licentia.

PArochus matrimonio assistens debet esse proprius, vel alius Sacerdos de licentia ipsius Parochi. Trideatinum *sess. 24. de reformatione.c.1.*

Quis sit proprius Parochus?

PRoprius Parochus non est Parochus originis, nec Episcopus originis; nam ubi jus voluit, id expressit. *c. cum nullus. de tempori bus ordinationum. in 6.* Guttierez *de matrimon. c.62.n.29.*Sanch.3.*de matrim. disp.23. n.7.* Pontius *lib.5.c.13. §.1. n.2.* Bellarminus ad Tridentinum *sess.24.c.1.de reform.v.vel saltem.* Bossius *de matrim. c.4.n.14.*

3996 Parochus proprius est domicilii, nō originis.

Proprius ergo Parochus est Parochus domicilii; quia ut forum: ità Parochia quis sortitur. *c.fin.de foro competenti.*

3997 Mutato domicilio non est Parochus proprius.

Et mutato domicilio desinit esse proprius Parochus. Bossius *loc. cit. n. 14.* dicens matrimooium nulliter contractum in prima Parochia validari præsentia Parochi domicilii ubi habitant tempore reconvalidationis, nam tunc hic est proprius.

Difficultas est.

An Parochus Cathedralis sit ordinarius pro tota Civitate?

3998 Parochus Cathedralis si habet præbendam qua tenetur excipere Confessiones totius Civitatis est Ordinarius pro Civitate.

DIstioguas: vel habet, vel non habet præbendam, qua tenetur excipere confessiones totius Civitatis, & Diœcesis.

Si habet præbendam; tunc esse ordinarium totius Diœcesis, & posse matrimoniis totius Diœcesis assistere, asserit Sanch. *disp.27.*Pontius *lib.5.c.12.n.7.*

Sed isti confundont jus ministrandi Sacramentum pœnitentiæ, & matrimonii: ex quo inferretur etiam Pœnitentiarium majorem valere assistere nuptiis totius Diœcesis, quod refugit veritas.

Si Præbenda careat?

3999 Etsi Præbenda careat posse tamen dicunt assistere nuptiis totius Civitatis.

ADhuc posse assistere matrimoniis totius Diœcesis ad Cathedralem cnofluentibus, quamvis ipse nequeat adire aliorum Parochias. Idque non improbabile ait Gabriel à S. Vincentin *de matrim. disp.3. q. 8. n.74.* quia etiam ministrat Sacramentum Communinnis, & Confessionis Diœcesanis ad Cathedralem convenientibus.

4000 Consuetudo in oppositū docet debere esse Parochum domicilii.

At nec id fieri posse probat cooiuetudo legitima usualis legum interpres. *l.de.quibus. D.de legibus.*Bossius *de matrim. c.4.n.75.*

Debet ergo esse Parochus domicilii, in quo contrahentes habitant.

Qualitas domicilii pro cognoscendo proprio Parocho ad contrahendas nuptias?

4001 Domicilium pro Parochia nullo jure definitum.

DOmicilinm pro contrahenda Parochia nullo jure definitum, plura de se discutienda offert. Primo:

An domicilium sufficiens ad contractum, satis sit ad ibi ineundum matrimonium?

4002 Videtur sufficere domicilium ad contractum, ut ibi nuptiæ ineantur. V.*admot.*

AFfirma. Pontius *lib.5.de matrim. c.13.§.1. n.4.* Guttierez *de matrim. c.63.n.13., &* 14. Sà v.*Parochus n.2.* Barbosa *de potestate Episcopi alleg.32. n. 77.* ubi refert à Rota decisum, Ferrantillus ad Burattum *dec.713. n. 15.* Dicastillus *disp.3.dub.8.n.47.* Gabriel à S. Vincentio *de matrim. disp.3.q.8.n.69.*

Patet primo, quia ratio Sacramenti non abrogavit naturam contractus, ergo ubi contractus, ibi Sacramentum matrimonii iniri poterit.

Secundo, incipiens habitare ibi Parochiam sortitur, quoad recipienda alia Sacrameota; ergo etiam qooad suscipieodum matrimonium.

Tertio, pro contractu matrimnoii servandæ sunt leges ubi initur. *l.si fundus.D.de evictionibus.l.ejus,qui.§.Celsus. D.ad municipalem.* ergo ibi habet proprium Parochum.

Non obstat caput secundum *de sepulturis in 6.* ubi attenditur Parochus habitationis, non mortis pro solvendis quartis funeralibus; nam illud currit, quia considerantur labores administratinois sacrorum, loci diuturnæ habitationis: quæ ratio ut non corrit in foro contractus, ità nec in contractu nuptiali. (27)

An præsens habitatio consideranda sit in constituendo proprio Parocho quoad ineundum matrimonium?

4003 Præsens habitatio consideranda ut constituatur proprius Parochus. V.*admot.*

AFfirma. Fagnanus in *c.significavit. 5. n.34. 36.40. de Parochiis.*

Patet; quia servandæ leges loci ubi quis contrahit; ergo etiam quoad matrimonium, in quo etiam attenditur ratio contractus, quoad Parochum, & Judicem matrimonii; & ut non servantur leges loci, in quo non adest: ità nec debet adesse Paruchus loci, in quo non contrahit, sed debet esse ille, in cujus Parochia nuptiæ contrahuntur. (28)

Ex quo deciditur.

An aliò commigrantes causa negotii, studii, recreationis, validum ibi ineant matrimonium?

4004 Ubi quis est causa negotii, studii, recreationis ibi asserit Auctor posse matrimonium contrahi. V.*admot.*

AFfirma: etiam si brevi essent reversuri. Pontius *lib.5. de matrimonio. can. 13.* Sà *v.matrimonium n.2.& v Parochus n. 2.* Leander *tom.2.tract.9.disp.7.q.10.*Fagnanus *in c.significavit. à n. 37. de Parochiis*; dicens Sacramentum matrimonii in hoc regulari ad instar Sacramenti pœnitentiæ, de quo io *c. omnis utriusque. de pænitentiis, & remissionibus.*

Contrà Sanch. *disp.23. n.13.* Barbosa *de potestate Episcopi.p.2.alleg.32. n.62.* Riccium *tom.1. praxis resol. 214. n. 2.* Gabrielem à S. Vinc. *de matrim.disp.3.q.8.n.69.* Bossium *de matrim.c.4. n.17.* Menuchium *volum.4.consil.392.* adducentem decisiones Rotæ: contra quem opponit Sacræ Congregationis declarationes Pontius *loc.cit.*

Patet primo, quia ibi potest iniri contractus, quæ ratio contractus non est alterata per Tridentinum.

Secundo, quia habetur finis Tridentini exigentis proprium Parochum, sicuti judicem authorizantem contractus.

Tertio, quia exterus probabiliter est subditus Superioris loci, per quem transit; ergo probabiliter Parochus illius loci erit proprius.

Quarto ex declaratione Sacræ Congregationis apud Pontium *loc. cit.* & apud Amicum *tom.9. de matrim. disp.7. sect.5. n.26.* dummo-

dò

(27) Parochus domicilii pro contrahendo matrimonio est is, in cujus Parochia quis degit cum animo ibi permanendi pro majori parte anni. Hæc est vera opinio, nec ab ea recedendum.

VERDA Lib.II.

(28) In contrahendo matrimonio saltem quasi domicilium requiritur, quod est habitatio manendi cum animo saltem pro majori parte anni.

db alienigenæ fint noti ibi , non vagabundi; ergo nbi exteri commorantur,ibi tanquam proprio Parocho nuptias inire possunt .

Et adest etiam alia declaratio in una Theatina validitatis matrimonii 17. Februarii 1661. & deinde decisa 30. Aprilis 1661. & reperitur in regesto Sacræ Congreg. *lib.22.fol.505.* (29)

Ex quo etiam deciditur .

An valida sint nuptia inita à Judice , Medico, Milite , Studiosa , Relegato , Exule, Extero coram Parocho , in cujus Parochia interim moratur sine animo permanendi ?

4005 An requiratur animus permanendi ubi quis habitat.

AFfirma. Guttierez *de matrim. c. 73. n. 19.* Pontius *lib.5.c.13.§.1.n.4.* Gratianus *c.75. n.19.* Fagnanus *in c. significavit. 5.n.37. de Parochiis.* Bossius *de matrim.c.4.n.8.*

Patet primo ex consuetudine ità contrahendi .

Secundo ex declaratione Sacræ Congregationis apud Barbosam *collectaneo ad Tridentinum sess.24.c.1.n.10.*

An pergens extrà Patriam, ut ibi ineat nuptias , validè illas contrahat?

4006 Pergens alibi ut ibi ineat nuptias validè videtur contrahere.

AFfirma. Barbosa *de Parochis. c.21. n.36. & de potestate Episcopi allegat. 32.n.77.* Bossius *de matrimon. c. 4. n. 19.* contra Rebellum *p. 2. lib.2.disp.8.n.6.* Henriq. *lib.11.c.3.§.3.* Antonium à Spiritu Sancto *tract.12.n.139.* Sanch. *lib.3. de matrim. disp. 37.* exigentes absolutè Parochum domicilii , vel quasi domicilii.

Patet primo ex dictis , quia satis est ille , qui sufficit ad valorem contractus ; cùm rationem contractus sequatur Sacramentum.

Secundo ex declaratione Sacræ Congregationis apud Fagnanum in *c. significavit.5. n.34. & 36. de Parochiis,* respondentis validum matrimonium initum extra Patriam ab extero in Civitate Patavina , & Sacr. Congr. *loc.cit.* in una Theatina.

Tertio,ut quis valet alib, quàm in sua Patria contrahere : ità etiam matrimonium inire : & est licitus ingenuæ libertatis usus, non dolus excludere primum , & acquirere novum proprium Parochum contractus habitationis.

An nostra sententia substinenda etiam ab adversariis casu , quo matrimonium jam est initum ?

4007 An supradicta sententia sit sequenda si interea initũ sit matrimonium. V. adnot.

AFfirma : nam pro dissolvendo matrimonio, debent esse rationes evidentes , & testes omni exceptione majores. *c.in literis. 24. de testibus* . Et sic auctoritas unius Doctoris classici maximè ratione suffulti , impedit dissolutionem matrimonii. Burrius in *c.1.n.271. de constitutionibus.* Decius *in c.dilecta.39. n.4. de appellationibus.* Hostiensis in *c. si vir. 2. de cognatione spirituali.* Antonius à Sp. S. *consult. 12. lib. 9. tom.1.disp.2. punct.1. n.1.* quanto plus debet sustineri nostra sententia, pro qua Doctores, & declarationes Sacræ Congregationis militant . Villalobos. *p.1.tract.1.de conscientia. difficultate 7.n.1.* Trullench. *lib.7.c.6.dub.1.n.1.* (30)

Quis Parochus si contrahentes habitent in duplici Parochia ?

4008 Habitantes in duplici Parochia in alterutra valent nuptias contrahere.

ALterutèr sufficit , sivè sponsi , sivè sponsæ pro electione contrahentium ; nam Tridentinum unius proprii Parochi præsentiam exigit , & ratione connexionis contractus proprius unius est proprius utriusque conjugis, nam nequit unum sine altero conjungere . Sacra Congregatio apud Navarrum *c. 25. n. 144.* Sanch. dans XIII. Doctores *lib.3.disp.24.num.2.* Pontius *lib.5.c.13.n.1.* Navarrus *n.7.tit.de clandestina desponsatione.* Amicus *loc.cit.* Dicast. *loc. cit.n.51.* Perez *de matrim.disp.40.sect.2.n.2.*

Quid si domus sit in confinio utriusque Parochiæ.

4009 Si domus sit in confinio utriusq; Parochiæ, arbitrio contrahentium remittitur ubi velint contrahere.

PRo libito conjuges alterutrum Parochum adire valent , nam uterque est proprius, & ex quacumque habitatione Parochiam quis sortitur in ordine ad ineundum matrimonium. Contra Barbosam ad Tridentinum. *sess.24. c.1. n.17. de reformatione matrimonii,* asserentem, tantùm contrahendum coram Parocho , in cujus Parochia aditus est frequentior.

Si duo sint Parochi ejusdem Parochiæ ?

4010 Idem si sint duo Parochi.

UNus etiam altero invito assistere valet ; nam par in parem non habet imperium. *c. innotuit. de electione.* Sylvester v. *Confessor. 2. quæst.4.*

Si unus contrahentium incola , alter vagus ?

4011 Et unus incola, alter vagus.

PArochus proprius incolæ assistit secundum Ledesmam *de matrim. q.45.art.5.punct.3. dub.4.*

Quemlibet Parochum esse proprium tanquam contrahentis vagabundi, ait Sanch. *lib.3. de matrim.disp.24. n.14.* Pontius *5. de matrim. c.16.n.14.* Trullench *lib.7.c.6.dub.2.dicto. 7.n.8.*

Mihi pro libito videtur posse eligi incolæ, vel vagabundi, paritate contrahentium duarum Parochiarum ; nec est major ratio unius, quàm alterius , nisi velis sequi proprium Parochum feminæ.

An Parochus proprius possit validè, & licitè assistere matrimonio sui subditi extrà Parochiam ?

4012 Proprius Parochus validè, & licitè assistit nuptiis sui Parochiani extra suã Parochiam.

AFfirma ; nam non est actus jurisdictionis, sed auctoritatem præstantis ad evitandam clandestinitatem : & si esset jurisdictionis, non esset contentiosæ , sed voluntariæ , quæ potest exerceri extra Diœcesim , ut etiam potest confessiones audire . Sanch. *lib. 3. disp. 19. q. 2.* Coninck *disp.26. dub.2. n.22.* Gaspar Hurtadus *disp.5.*

(29) Qui in Civitate domicilium habet , si per breve tempus alib tendat animo statim redeundi , ut ad villam ob recreationem, vel ob culturam ruris,non potest contrahere matrimonium coram Parocho ruris, aut villæ , quia ibi non dicitur domicilium habere , ut sæpius decisum fuit in rota Romana teste Riccio *dec.244.* Et declarationes S. C. in oppositum non sunt pro brevi recessuris; Nec valet ibi potest celebrari contractus , ergo , & matrimonium . Nam matrimonium est magni momenti contractus , & ibi celebrari res esset pluribus inconvenientibus obnoxia . Reliqua Sacramenta sunt magis necessaria , & eorum receptione à dicto Parocho nullum nascitur inconveniens, imo expediens est saluti fidelium : proinde peregrini, & hospites , exceptis Ordine , & Tonsura , possunt ea à Pastoribus illius loci recipere, ut concessit Eugenius IV. At id matrimonio concessum non est ob inconvenientiam . Nam quilibet fugiendo à proprii domicilii Parocho , contraheret coram illo, quem eligeret.

(30) Qui simulato domicilio habitationis in aliena Parochia ausi fuerint coram Parocho non proprio matrimonium contrahere , præter nullitatem matrimonii , tam viri , quàm mulieres sint ipso facto excommunicati : item omnes utriusque sexus qui consilium , vel auxilium dederint , eandem excommunicationem incurrant. Syn. Diœc. sub Em. Francisco Pignat. *de Sacram. Matrim. p.2. cap.9. num.10.* Synodus ergo supponit ad valorem sequiri verum domicilium.

disp.5.difficult.6.n.22. Perez *de matrim.disp.40. sect.2.n.5.* Possevinus *c.16. q.46.n.25.* Trullench *lib.7.c.6.dub.2.n.2.* Palaus *disp.2. punct.13. §.9. num.5.* Antonius à Spir. S. *tract. 11. num.141.* etiam dicens posse ibi alteri licentiam concedere assistendi. Intelligas nisi statutis Episcopalibus illicitum reddatur. Contrà Henriquez *lib.11.c.3.n.2.* dicentem lethale, quia in præjudicium Parochi loci initi contractus. (31)

Cui satisfit, quia non est novum respectu ejusdem contractus matrimonii esse plures proprios Parochos: ut si habitet in multiplici Parochia, vel si in eadem Parochia sint plures Parochi; ità in re esset proprius Parochus habitationis, & domicilii: nec unus dicitur alteri præjudicare, sed uti jure suo; cùm par in parem non habeat imperium.

Cum hoc stat semper matrimonium esse validum; nam assistens ratione domicilii, etiam est proprius: nec Tridentinum exigit ut sit intra, vel extra Parochiam. Guttier. *de matr.c.62. n.5.* Anton. à Sp.S. *loc.cit.* citans octo DD. Itaque si contrahentes sint extra Parochiam proprii Parochi; tunc proprius Parochus eò accedere, & matrimonio assistere etiam extra Diœcesim, ubi sui Parochiani volunt contrahere. Farinac. *tom.2.dec.309.n.6.* Palaus, Spino, Perez, Segura, Lapo, Guttierez, Zerola, Zibetus, Henriquez, Comitolus, Coninck, Layman, Filliucc. Possevinus, Bonac. Bossius, contra Navarrum, Molinum, Riccium negantes posse validè, & licitè ibi assistere, & contra alios volentes illicitè assistere.

4013 Nisi vetetur statutis Synodalibus.

Patet quia ità declaravit Sacra Congregatio apud Bellarminum ad Tridentinum *sess.24.c.1. de reform.declarat.27.* Barbosa, & alii, ubi asserit Sacram Congregationem recessisse ab aliis declarationibus oppositis. Et ratio est, quia hic non est actus Jurisdictionis, sed auctoritatis evitantis clandestinitatem: & si esset jurisdictionis, esset voluntaria non contentiosa, quæ potest exerceri extra Diœcesim, ut etiam ibi posset audire confessionem sui Parochiani.

An data opera pergentes ad locum, in quo non servatur Tridentinum, validè, & licitè ibi contrahant sine Parocho, & testibus, juxtà mores illius regionis?

4014 Appositè pergentes ubi nō servatur Trident. ibi videtur posse nuptias inire. V. *supra*.

AFfirma; quia lex non ligat extra locum, quo circumscribitur. *c.ut animarum. de constitutionibus*: vel contra quam contrarius usus præscripsit. *c.fin.de consuetudine. l.2.C.quæ sit longa consuetudo*; Maximè loquendo de Tridentino, quod non ligat, nisi per triginta dies post publicationem; ergo ubi non fuit promulgatum, non obligat decretum Tridentini *sess.24. c.1.de reform.matrim.* Plures apud Sanch. *lib.3. disp.18.num.9.* Pontius *lib.5.c.9.num.2.* Coninck *disp.27.dub.1 num.14.* Palaus *de matrim.disp.2. punct.13.§.8.num.4.* Navarrus *c.22.num.69.* Camerota *de matrim.tract.12.§.16.dubium*, & docet etiam Dicastill. *tom.3.tract.10. disp.3.lib.3. num.44.*

Nec hujusmodi est fraus, sed industria, qua quis utitur libertate sui juris. Accedit quod licèt teneretur legibus sui domicilii, à quo recessit; in contractibus tamen celebrandis servatur consuetudo, & lex loci ubi contractus initur. *c.fin.de foro competenti. l.si fundus. D.de evictionibus.* Sicuti è converso transiens ex loco, in quo Tridentinum non viget, ad locum in quo viget, tenetur servare leges Tridentini. Reginal. *lib.31. num.175.* (32)

Hinc solvitur.

An in loco ubi non est receptum Tridentinum permaneant antiqua impedimenta consanguinitatis, & affinitatis usque ad septimum gradum. c.ad sedem.35.qu.5.c.nulli. c.æqualiter. 35.qu.3. sublata à Trident. *sess.24.c.2.& 5.de reformatione.*

AFfirma remanere, quia lex ubi non est recepta non operatur: nec prodest lex nolentibus, & qui non sentit legis onus, nec debet sentire favorem, nec præsumitur Legislatorem velle favere illis, qui suæ legi adversantur. Caramuel *Fundam. n.3839.* contrà Zipidum apud eundem, dicentem impedimenta Tridentini ubique sublata; quia non requiritur acceptatio ad tollenda impedimenta, sicuti nec ad tollendam legem. 4015 Ubi non est receptū Trident. remanent impedimēnta sublata per Trident.

I. An Parochus proprius assistere valeat extrà Diœcesim, vel Parochiam, ubi suus subditus contrahit cum alia illius Parochiæ?

AFfirma. Bossius *de matrim. c.4. num.20.* dans XXIV. Doctores. Barbosa *de potestate Episcopi alleg.72. num.95.* Sanch. *3. de matrim. disp.19.n.8.* Pontius *de impedimentis c.26.art.6.* 4016 Proprius Parochus valet assistere extra Paroch & ubi suus subditus contrahit cū alia illius Parochia.

II. An possit assistere extra Parochiam, & Diœcesim, si ibi sui subditi contrahere velint?

AFfirma. Bossius *loc.cit. num.22.* quia nihil Jurisdictionis est, sed tantùm est auctoritatem præstare: & si Jurisdictio esset, illa esset voluntaria extrà Territorium exercibilis in subdito. *l. emancipati. D. de adoptionibus*, & etiam servatur finis Tridentini tollendi clandestinitatem.

III. An Parochus dare possit licentiam alteri assistendi extrà Diœcesim suis subditis?

AFfirma. Guttierez *de matrim. c.62. n.20.* Sanchez *lib.3.de matrim.disp.34.n.3.* Barbosa *de potestate Episcopi. alleg.32.num.114.* Rebellus *lib.2. qu.8. num.5.* Coninck *de matrim. disp.27.dub.2.num.23. & dub.3 n.38.* Bonacina *qu.2.punct.8.n.13.* Bossius *loc.cit.n.26.* Homobonus *par.1. de examine. tract.11. c.10. qu.23. responsa 3.* Pontius sibi contrarius *lib.5. c.29. n.9. & 10.* Reginaldus *lib.31. num.180.* Rodriquez *c.218.concl.6.* 4017 Et potest alteri licentiā dare ut ita assistat.

Contrà Pontium *lib.5.c.16. n.13.* Navarrum *lib. 4. tit. de sponsalibus consil. 47.* Zerolam, & alios apud Sanch. & Rodriquez *locis citatis.*

Patet primo, nam id nullibi prohibitum jure novo; adeòque standum juri antiquo, & libertati id permittendi.

Secundo, quia Ordinarius potens per se, potest etiam per delegatum.

Ter-

(31) Matrimonia non in privatis domibus, locisve aliis, quàm in propria Ecclesia Parochiali, nec nisi de die sine speciali licentia Episcopi celebrari debent sub pœna suspensionis, & aliis pœnis in Parochos. Syn. Diœc. sub Em. Francisco Pign. *c.19. de Sacr. Matr. num.13.*

(32) Urbanus VIII. die 14. Augusti 1627. declaravit nullum matrimonium eorum, qui cum sint incolæ loci, in quo est promulgatum Tridentinum, solo animo contrahendi matrimonium sine Parocho, & testibus, se transferunt ad locum ubi Concilium promulgatum non fuit, habitationem non mutantes. Vide Clericatum *de Matrimon. decis. 35. num.24.*

4018 Assistere nuptiis est actus Jurisdictionis voluntariæ.

Tertio, quia non est actus Jurisdictionis, & si talis, esset voluntariæ, quæ potest exerceri extra Territorium in subditis ut Confessarius etiam delegatus potest extra Diœcesim suum subditum absolvere.

Unde habens delegationem assistendi matrimonio intra Ecclesiam, intra Parochiam, validè potest assistere extra Ecclesiam, extra Parochiam; nam illa est demonstratio, non taxatio loci: ut Episcopus potest absolvere suum subditum ubique, etiam extrà Diœcesim in occultis à reservatis Papæ: licèt Trident. *sess.* 24. *c.*6. *de reform.* velit absolvere subditos in sua Diœcesi. Sanch. *loc. cit. num.*4. *&* 2. *Decalogi. c.*11. *num.*17. Guttierez *loc. cit. n.*13. Bossius *loc. cit. n.*28.

IV. An impunè id liceat præciso scandalo, & rixa?

4019 Et videtur impunè licere præciso scandalo.

AFfirma. Sanch. 3. *de matrim. disp.*29. *n.*18. Guttierez *de matrim. c.*62. *n.*6. Villalobos *tom.*1. *tract.*13. *difficult.*18. *num.*2. Diana *par.*3. *tract.*4. *resol.*232. *in fine.* Barbosa *de potestate Parochi. c.*21. *n.*58. Bossius *de matrim. c.*4. *num.*32. *&* 34. Segura *par.*2. *c.*15. *n.*49.

Contra Zerolam *part.* 2. *Praxis Episcopalis.* v. *Parochus.* §. 1. *dub.*3. Riccium *par.*3. *collectaneo* 2664. Henriq. *lib.*11. *c.*3. §. 2. Rodriquez *p.*2. *Summæ. c.*219. *n.*7. *editione* 2. Ugolinum *par.*1. *de potestate Episcopi. c.*15. §. 10. *n.*3. (33)

Ratio, quia nulli legi adversatur, nec alterius Jurisdictionem usurpat: ut etiam Notarius licitè excipit contractus sui concivis in aliena Civitate, Confessarius licitè, & impunè suum subditum ubique absolvit.

Non ità est in benedictione nuptiali solemni expressè prohibita fieri, nisi in propria Parochia inter Missarum solemnia. Trident. *sess.*6. *c.*5. *de reform. &* *sess.*24. *c.*9. De quibus Benedictionibus infrà redibit sermo.

De Parocho vagabundorum.

4020 Quis sit vagabundus.

VAgabundus est carens domicilio, habitatione, & voluntate manendi alicubi perpetuò. *l.*1. *l. libertus.* 17. §. *patris. l. ejus, qui manumisit.* 27. §. *Celsus. D. ad municipalem. l. dies cautioni* §. *Prætor ait*: ubi Glossa v. *habitationem*, *D. de damno infecto.* Peguera *dec.*3. *n.*9. Novarius *rubrica de vagabundis, Pragmatica* 1. *&* 3. ubi vagabundi per quinquennium damnantur ad triremes, & etiam mendicantes sani secundum Caballos *resol. Criminal. casu* 178.

4021 Parochus ejus ubi transeunter contrahunt.

Vagabundi Parochus est ille, in cujus Parochia transeuntèr contrahunt; nam non est major ratio de uno, quàm de alio Parocho. Henriq. *lib.*11. *de matrim. c.*11. *n.*3. Pontius *lib.*5. *c.*14. *n.*5. Sanch. *lib.*3. *de matrim. disp.*25. *n.*11. contrà Coninck *de matrim. disp.*27. *dub.*2. *n.*20. Rebellus *par.*2. *lib.*2. *qu.*8. *n.*3. ajentes, esse illum ubi in transitu habitant: quam æquiorem, licèt primam veriorem, & communiorem dicat Bossius *de matrim. c.*4. *n.*176.

4022 Priùs tamen Ordinario nunciandum, ab eoque licentia obtineri debet.

Debet Parochus in istis vagabundis copulandis diligenter enucleare statum, conditionem, rem deferre Ordinario, & ab eo obtinere licentiam assistendi; aliàs validè, sed illicitè assisteret: essetque matrimonium illicitum, non irritum omissa dicta solemnitate. Trident. *sess.* 24. *c.*7. Sanch. *lib.*3. *de matrim. disp.*25. *n.*17. Perez *de matrim. disp.*40. *sect.*8. *num.*9. Bossius *loc. cit. num.*191.

Parochus, ejusque qualitas.

4023 Quis Parochus verus.

PArochus duplex: unus verus, alter putatus.

Verus est habens verum titulum, & possessionem beneficii curati, & hic assistere valet matrimonio sui subditi. Trident. *sess.*24. *de reform. c.*1.

4024 Quis putatus.

Putatus verò est, qui revera non est, sed creditur Parochus. Et hic est duplex: unus titulo colorato, alter intrusus sine omni titulo vero, aut colorato.

4025 Et habens titulum coloratum.

Habens titulum coloratum est, qui obtinuit à legitimo Superiore, sed nulliter beneficium: puta ob occultum defectum baptismi, irregularitatis, excommunicationis, ut si non sit baptizatus, sit irregularis, sit excommunicatus.

4026 Atque intrusus.

Carens omni etiam titulo colorato est, qui nunquam fuit institutus, sed se intrusit, geritque se ut Parochus, & errore communi, ut Parochus habetur. *Auth. de tabellionibus.*

4027 Habens titulum coloratum validè assistit.

Parochus titulo colorato validè assistit matrimonio favore publici boni, Pontifice jurisdictionem communicante; itaut non sit reineundum matrimonium: licèt deindè detegatur defectus Parochi excommunicati, non baptizati, cessante fine Tridentini ad illum perrarissimum casum non se extendentis. *l. barbarius. D. de officio Prætoris. l. si arbiter.* 2. *C. de sententiis, & interlocutionibus.* Sanch. *loc. cit. n.*16. Amicus *loc. cit. n.*70. Caramuel *prateriutentianali. n.*2112.

4028 Intrusus errore communi tantùm, validè assistit.

Parochus intrusus errore communi validè assistit matrimonio, Pontifice habilitante favore publico subditorum. *Auth. de tabellionibus.* Pontius *lib.*5. *c.*20. Antonius à Spir. S. *tract.*11. *n.*152. contra Sanch. 3. *de matrim. disp.*22. *n.*49. Perez *de matrim. disp.*40. *sect.*5. *n.*5. Bossium *de matrim. c.*4. *n.*100. volentes, errorem communem sine titulo non sufficere.

Sed major est difficultas.

An Vicarii amovibiles adnutum, Vice-Curati, Coadjutores Parochi, Vicarii perpetui, vel Parochi sine titulo amovibiles ad nutum, constituti pro tota Parochia ab Episcopo, validè, & licitè nuptiis assistant?

4029 Vicarii ad nutù Coadjutores, Vicarii perpetui, aut alii ab Episcopo cõstituti validè assistũt.

AFfirma, etiam si ab ipso Parocho sit electus Coadjutor, vel Vice-Curatus, &c. Sanch. 3. *de matrim. disp.*31. *num.*14. Henriquez *lib.*11. *c.*3. §. 5. Guttierez *de matrim. c.*62. *n.*32. Rebellus *par.*2. *lib.*2. *qu.*9. *num.*8. Bossius *de matrim. c.*4. *n.*36. Possevinus *de officio Curati. c.*10. *n.*14. Pontius *lib.*5. *c.*15. *n.*7. Barbosa *de potestate Episcopi. alleg.*32. *num.*115. Perez *de matrim. disp.*4. *sect.*6. *n.*2.

Patet primo, quia ex Tridentino Parochus, vel alius Sacerdos de licentia Parochi, validè assistit nuptiis, & hic Vicarius, Coadjutor, &c. licèt amovibilis ad nutum ab ipso Parocho, vel ab Episcopo constitutus, assistit de licentia Parochi, vel Episcopi, cùm sit constitutus ad omnes actus Parochi.

Secundo, ex declaratione Sacræ Congregationis apud Bellarminum ad Tridentinum *sess.*24. *c.*1. *de reform.* & apud Perez, Rebellum, & Bossium *locis cit.* in qua declaratione etiam asseritur istos substitutos, etiam ad breve tempus, validè dare licentiam alteri interessendi; quia sunt dele-

(33) Id licitum non est Parocho impunè ex nostris Synodalibus Constitutionibus. Vide superiores notas.

delegati ad universitatem causarum; adeòque potentes subdelegare ad aliquem actum. Sanch. *lib.3.de matrim. disp.31.num.*2. 13. & 17. Pontius *lib.5.c.26.num.*12.Henriquez *lib.11.de matrim. c.3.§.5.* contrà Sotum *in 4.dist.*18.*quæst.*4. *art.*3. ajentem non posse subdelegare.

An autem subdelegatus subdelegare possit alium Sacerdotem ad assistendum nuptiis?

4030 Subdelegatus nequit subdelegare.

NEgant prædicti Doctores, nè detur processus in infinitum; nisi hoc concedatur ab Ordinario declarante suam voluntatem, dicendo, *do facultatem assistendi conjugiis illi, quem elegeris*; constituitur enim tunc immediatè à principali delegante.

Ex his cognosces

Qualis debeat esse Parochus?

4031 Qualis sit verus Parochus indicatur.

DEbet esse verus, vel putatus titulo colorato, aut errore communi, vel Vicarius, Coadjutor, &c. perpetuus, vel amovibilis ad nutum, deputatus ad curam totius Parochiæ. Sed nunc repullulat alia difficultas.

An Parochus, aliusvè ordinarius debeat esse Sacerdos?

4032 Necessariò Parochus nō debet esse Sacerdos.

NEga. Sanch. 3.*de matrim. disp.*2. *n.*4. Henriq. *lib.*3. *c.*11. *num.*5. Sà v.*matrim. n.*1. Guttierez *de matrim. c.*62. *n.*16. Leander dans XII. Doctores *loc.cit.qu.*22. Antonius à Spir. S. *tract.*11.*num.*142. Perez *de matrim.disp.*7.*sect.*3. *num.*3. Bossius *de matrim.c.*4.*num.*102.ajentes, nec Ordinarium, puta Vicarium debere esse Sacerdotem, ut nuptiis assistat. Contrà Venerum *de examine Episcoporum. lib.*1.*c.*36.*n.*6. Rodriq. *tom.*1.*c.*219.*n* 9. Salzedum *in Praxi c.*73.

Patet primo ex Tridentino, ubi requiritur Parochus, qualis est etiam non Sacerdos, *c.licèt Canon. de electione in* 6. Trident.*sess.*7. *de reformatione. c.*3.

Secundo patet ex declaratione Sacræ Congregationis apud Farinacium *decis.* 70. apud Pontium *lib.*6. *c.*17.*n.*1. apud Amicum *de matrim. disp.*7.*sect.*9.

Nec officit Tridentinum exigere Parochum, vel alium Sacerdotem de licentia Parochi. Nam ly *alium* non indicat Parochum etiam debere habere qualitatem Sacerdotii. Lucæ 23.ibi: *ducebantur autem alii duo nequam cum eo*, & tamen Christus Dominus non erat nequam. Glossa in *c. deinde certis. dist.*26. Idque maximè in correctoriis non ampliandis. *l.præcipimus. C.de appellationibus*. Barbosa *de dictionibus dictione* 17. *n.*3. Surdus *decis.*449.*n.*26. Cùm ergo de jure possit esse Parochus non Sacerdos. *c. licèt Canon.de electione in* 6. poterit matrimonio assistere; nam id spectat ad officium Parochi, cujus est contrahentes instruere de necessariis ad licitum, & validum matrimonium, & notare contractum, & librum custodire ad evitandas fraudes. Trident.*sess.*24. *de reform. c.*1. Fuscus *lib.*2. *de visitatione. c.*3. *n.*26. Gratianus *c.*468. *n.*4.Possevinus *de officio Curati.c.*12.*n.*44.

An peccet Parochus non Sacerdos matrimonio assistens?

4033 Videtur nō peccare si nō sit Sacerdos.

NEga; nam nulli juri opponitur, & sequens opinionem probabilem non irrogat injuriam Sacramento, nec peccat prudenter operans. Et licèt fortè inde sit irritum Sacramentum, nulla ei irrogatur irreverentia à prudenter, sicuti nec ab ignoranter operante. Sanch. *lib.*3.*de matrim.disp.*2.*num.*4 Guttierez *loc.cit. c.*62. *n.*29. Leander *loc. cit. qu.*23. Amicus *loc. cit.n.*66. Perez *de matrim. disp* 40.*sect.*3 *num.*7. & 8.Vasquez *tom.*1.*par.*2.*disp.*63.*c.*3. Savonius 2.2.*q.*63.*art.*4.*controvers.*2.*ad* 3. contrà Petrum Ledesmam *de matrim.qu.*45.*art.*5.*par.*3.*dub.*5. *conclus.*3. (34)

An Parochus validè assistat, licèt ab Ordinario sit ei interdictum assistere?

AFfirma; quia est Parochus, nec Tridentinum plus requirit, & Ordinarius nequit inducere nova impedimenta irritantia matrimonium. Sanch. 3.*de matrim. disp.*32. *num.*2. Pontius *lib.*6. *c.*17. *n.*13. Guttierez *de matrim. c.* 63. *num.* 15. Sacra Congregatio apud Farinacium *decis.*270. Antonius à Spir.Sanct. *tract.*16. *num.* 149. dicens, validè assistere matrimonio ex licentia Parochi Sacerdotem non approbatum ab Ordinario: licèt id Episcopus, vel Synodus prohibuerit dare licentiam Sacerdoti ab Ordinario non approbato; nam pro validitate satis est Tridentino parere. Dicastillus *disp.* 3. *num.* 79. licèt peccet contra præceptum Superioris. 4034 Validè assistit Parochus nuptiis, etsi sit ei interdictum.

An Parochus vitandus, excommunicatus, irregularis, interdictus, suspensus validè, & licitè assistat matrimonio?

AFfirma: Primo, quia Tridentinum exigit Parochi præsentiam, & non dicit Parochi non excommunicati. 4035 Parochus vitandus, irregularis, suspēsus validè nuptiis assistit.

Secundo, quia assistere non est actus Ordinis, sed est actus auctoritatis personalis qualificati ab Ecclesia.

Non esse actum Jurisdictionis, patet; quia secùs nulliter exequeretur Parocho invito, contradicente. *l.non omnis. D. de rebus creditis*; & tamen sufficit præsentia Parochi etiam contradicentis, ex declaratione Sacræ Congregationis ad Trident *sess.*24.*c.*1.

Nec est actus testificationis; nam Tridentinum exigit Parochum, & testes: unde Parochus non venit nomine testium; & sic est tantùm actus auctoritatis, qualis præstatur etiam à tutore, qui non dicitur tunc testificari pro pupillis. Imò licèt esset actus testificationis, non per hoc nulliter præstaretur; nam testis excommunicatus repellitur à judicio publico. *c.decernimus. de sententia excommunicationis*. Non verò in causa favorabili, ut est favore fidei. *c.in fidei favorem. de Hæreticis in* 6. & favore matrimonii. *c.fin.de sententia excommunicationis*, in quo omnes ratione utentes, etiam cæteroquin inhabiles admittuntur. Sanch 3.*de matrim. disp.*21. *n.*8. Perez *disp.*40. *sect* 4. *n.*4. dicens etiam licitum. Rota *in novissimis. tom.*1.*decis.*429.& 750. Petrus Ledesma *de matrim. q.*45.*art.*5. Henriq. *lib.*11. *de matrim. c.*3. *n.*5. Pontius dicens tantùm illicitum. *lib.*5. *c.*17. *n.*6. Hurtadus *disp.*5. *de matrim. difficult.*8. Barbosa ad Tridentinum *sess.*14.*c.*1.*n.*62. Suarius *de censuris. disp.*11. *n.*2. & 17. dicens, nec esse irregularem, nisi det benedictionem solemnem. Caramuel *Fundament. n.*3832. dicens validè assistere, & esse probabile nulliter assistere, quia est actus tabellionis, qui si vitandus, nulliter assistit contractui.

Cui satisfit, in pœnalibus jura loquentia de tabel-

(34) Auctor sumens argumentum excusans ob opinionem probabilem, non est audiendus; nam illicitum est sequi opinionem probabilem in conferendis Sacramentis de valore Sacramenti relicta tutiori. Vide propositionem primam damnatam ab Innoc. XI.

bellione intelligi de constituto secundum communem usum, quo nsu noo venit Parochus: ut interim omittam contractus initos coram tabellione evitando esse, vel non esse nullos.

Dicens verò Parochus excommunicatus verba: *ego vos conjungo, &c.* peccat, quia loquitur ut Minister deputatus ab Ecclesia, sed venialiter ob materiæ parvitatem. Antonius à Spir.S. *tract.*11.*n.*148. (35)

Sed

Quale peccatum si omittat verba: ego vos conjungo in matrimonium.

4036 Omittens ego vos conjungo, &c. peccat venialiter.

VEniale, quia transgressio in re levi; verba namque Trident. *sess.* 24. *c.*1. *de reform.* leve præceptum inducunt, nec illa verba tangunt essentiam Sacrameoti matrimonii. Sanch. 3.*de matrim. disp.*38.*n.*3.6. & 7. Pontius *lib.*5. *c.*21.*n.*2. Guttierez *de matrim.c.*69.*n.*22.Diana *par.*3.*tract.*4.*resol.*256. Villalobos *tract.*13.*difficultate* 6. *n.*13. Bonac. *qu.*2. *punct.*8.*n.*39. Baunins *de matrim.clandest.qu.*6.*dub.*10.Trullench *lib.*7.*c.*8. *dub.*5.*n.*4. Palaus *disp.*2. *punct.*13. §.8. *n.*11. Coninck *disp.*27.*n.*45.Caramuel *Fundam.* *n.*2831. Antonius à Spir.S. *tract.*11.*n.*148.Perez *disp.*40.*sect.*8.*n.*3. sibi contrarius *disp.*39. *sect.*1. §.7. Contrà Rebellum *par.*2.*lib.*2.*q.*2.*sect.*1.*n.*4. Vegam *lib.*2.*casu* 112. ajentes mortale.

An Parochus alterius Parochiæ subrogatus à Parocho infirmo, possit mortuo subrogante validè assistere matrimonio?

4037 Parochus subrogatus mortuo subrogante, nequit nuptiis assistere.

NEga. Sacra Congregatio 18 *Novemb.*1645. contrà Suarium *tom.*4. *disp.* 26. *n.*6. quia mortuo subrogante cessat subrogatio, ot extincta causa cessat effectos ab ea conservatus. *l. finali. D.unde liberi.l.Sancimus. C.de administratione Tutorum*. Ancharanus *in c. si gratiosè. de rescriptis in* 6. & mortuo delegaote extinguitur delegatio. Gama *decis.Lusitana* 27. *n.*4. Surdus *consil.*250.*n.*24.

An Confessarius Capellanus administrans omnia Sacramenta expositis puellis, valeat Matrimonio earum assistere?

4038 Confessarius etsi administret omnia Sacramenta expositis puellis, nequit nuptiis earum assistere.

NEga: sed debet assistere Parochus, intra cujus fines est hospitale; nam ille nullam habet Parochi jurisdictionem jure Trideotini exigitam ad assistendum nuptiis. Sacra Congregatio apod Pignatellum *tom.*1.*consultat.*397.Genoensis *in praxi.c.*50.*n.*2.

De Sacerdote assistente ex licentia Parochi.

4039 Parochus potest alteri Sacerdoti dare licentiā nuptiis assistere.

PArochus ipse assistere valet, & etiam existens extrà Diœcesim potest elargiri alteri, etiam Regulari Sacerdoti licentiam assistendi noptiis. Trideotinum *sess.* 24. *de reformat. c.*1. Perez *de matrimon.disp.*40.*sect.*2.*num.*7. *in fine.* Bossius *de matrim.c.*4. *n.*111.

Qualis debeat esse licentia?

4040 Licentia sit spontanea, & sufficit generalis.

DEbet esse spontanea, nec requiritur specialis, sed sufficit generalis ad exercendum scilicet officium aoimarum curatum. Perez *de matrimon.disp.*41.*sect.*1.*num.*8.Bossius *de matrim.c.*4.*n.*121.dans Bonacinam,& Pontinm Dicastilius *disp.*3.*de matrim.n.*170.& 107.

Patet ex declaratione Sacræ Congregationis 12.*Novembris* 1573.

Licentiam administrandi omnia Sacramenta sufficere ad assistendum matrimonio ait Bonacina *q.*2.*punct.*8.*n.*11. Pontius *lib.* 5. *cap.* 29. *num.*2.

Sed oppositum docet Sanch. *disp.*35. *q.*3. *n.*8. Bossius *de matrim.c.*4.*n.*124. quia Parochus assistens matrimonio noo administrat Sacramentum. Secuodo, quia matrimonium ut quid speciale, specie in concessione exprimendum, vel saltem debet includi in potestate exercendi Parochialia, qua veniunt etiam munera sacra, non Sacramenta.

Difficultas est.

An talis licentia debeat esse in scriptis?

NEga. Bossius *de matrim. c.* 4. *n.* 113. quia Tridentinum quaodo exigit scripturam id exprimit. *sess.*25. *de regularibus. c.*5. & in re nostra ooo expressit. *sess.*24.*c.*1.*de reformatione.* 4041 Non est necesse in scriptis dari.

Licentia autem concedi valet sub coodicione, quæ non purificata, licentia evanescit. *c. significasti. de electione.*

An teneat licentia concessa à Parocho contrà prohibitionem synodalem Episcopi?

AFfirma. Guttierez *de matrimon. c.*62. *n.*25. Barbosa *de potestate Episcopi.alleg.*32.*n.*134. Bellarminus ad Tridentinum *in addit. sess.* 24. *c.*1.*n.*19.Saoch.3.*de matrim.disp.*32.*n.*2.Pontius *lib.*5.*c.*29.*n.*3.Rota *p.*1. *dec.*750.*n.*3. 4042 Tenet etiam contra prohibitionem Synodalem.

Patet primo ex *c. ex litteris.* 2. *de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ.*

Secundo, quia prohibitio sola non reddit actum nullum, sed illicitum.

Tertio, quia utitur facultate Parocho à Tridentino concessa, quæ non tollitur prohibitione absqoe clausulis irritaotibus.

Quando licentia non subsistat?

PRimo, si sit surreptitiè obtenta ab Episcopo. Tondotus *tom.*2.*p.*3.*c.*154.

Secundo, si sit per ratihabitionem de futuro. Menoch. *lib.*2.*consil.*188.*n.*8. Mantica *dec.* 312. *n.* 6. sufficeret tamen ratihabitio de præsenti: puta si Sacerdos assistat, vidente, tacente, facilè potente, & contradicere nolente Parocho. Perez *de matrim.disp.*41.*sect.*2.*num.*1. Coninck *tom.*2.*disp.*39.*dub.*2.*num.*31. Reginaldus *lib.*31. *n.*181. Pontius *lib.*5. *c.*29. *n.*1. Filliuccius *p.*1. *tract.*10.*c.*6.*n.*219.Boss.*loc.cit.num.*119. contrà Barbosam *de Parochis. c.* 21. *n.* 79. Bonacinam *q.*2.*punct.*8.*n.*11.Bellarminum ad Tridentinum *sess.* 24. *c.* 1. refereotes declarationem Sacræ Congregationis requirentis licentiam expressam. (36) 4043 Licentia nō valet si sit surreptitia, aut per ratihabitionem de futuro.

Tertio nulla est licentia obtenta vi, metu gravi iojusto, ex principiis, quibus omoia metu injusto facta sunt nulla, licèt oppositum doceat Guttierez *de matrim. c.*69. *n.*15. Sanch. 3.*de matrim.disp.*39.*n.*13. Boss. *de matrim. c.*4. *n.*125.& 126.Barbosa *de potestate Parochi.c.*21. *n.*70.& *p.*2.*de potestate Episcopi.alleg.*32.*n.*133.

An autem sit nulla licentia extorta mendacio dolo non respiciente causam finalem, sed impulsivam: puta, si petatur licentia nomine alicujus potentis, ut faciliùs obtineatur?

ASserunt licentiam esse validam Doctores citati; qnia dolus non tangit causam finalem. 4044 Extorta dolo, non respiciēte causā finalē, valet.

An

(35) Peccat mortaliter Parochus testis assistens, postsimum si sit excommunicatus vitandus; quia est probabile, quòd tunc nulliter assistat, ut ait Caramuel ab Auctore citatus: ponit ergo se in periculo reddendi Sacramentum nullum; & in Sacramentis conficiendis non est licitum sequi opinionem probabilem, quoad valorem relicta tutiori.

(36) Requiritur licentia expressa. S. Congregatio apud Doctores ab Auctore citatos.

An expiret licentia concessa mortuo, vel amoto concedente?

4045 **Mortuo, vel amoto concedente non expirat licentia.**

NEga. Bossius *de matrim. c. 4. n.144.* nam est gratia facta non facienda, quæ remanet etiam concedente amoto. *c.si cui nulla. 36. de præbendis in 6.* & durat donec revocetur à concedente, vel ab ejus successore notificata revocatione mandatario. Coninck *disp.27.n.32.* Pontius *lib.8.c.19.n.14.* Sanch.3.*de matrim.disp.36.n.9.* Bossius *loc.cit.n.124.*

Cui concedenda sit Licentia?

4046 **Ab Ordinario concedenda.**

LIcentia concedi debet ab Ordinario alteri personæ in sacris. De qua plura, & primo:

An debeat esse Sacerdos?

4047 **Et Sacerdoti danda.**

AFfirma: Tridentinum *sess. 24. c.1. de reformatione*, ibi: *alio Sacerdote de ipsius Parochi, seù Ordinarii licentia*; Non debet tamen hic alius Sacerdos esse approbatus ab Ordinario; nam id Tridentinum non exigit. Dicastillus *disp.3.n.69.* Nec valet Episcopus in Synodo exigere ad validitatem matrimonii, ut detur licentia uni approbato ab ipso; quia Ordinarius non valet nova dirimentia nuptiarum impedimenta constituere. Sanch. 3. *de matrim. disp.32. n.2.* adeòque tunc non approbatus ab Episcopo ex licentia Parochi validè, sed illicitè assisteret. Bossius *de matrim.c.4.n.106.*

An Parochus dans licentiam non vero, sed errore communi Sacerdoti putato, an validum esset matrimonium?

4048 **Licentia data à Parocho Sacerdoti putato, valent nuptiæ.**

AFfirma: errore communi tollente impedimenta ad evitanda mala publica. Antonius à Sp.S. *tract.11.n.153.* post Sanch., Guttierez, Filliucc. Bossium, idem asserentes de licentia data sine voluntate illam concedendi stante errore communi; tunc enim Ecclesia vult consulere suis ovibus, & evitare publicam turbationem.

An Parochus non Sacerdos dare valeat Sacerdoti, etiam regulari, licentiam assistendi matrimonio?

4049 **Parochus nō Sacerdos valet alteri licentiā dare.**

AFfirma: nam non est actus ordinis Sacerdotalis, sed officii; sic talis Parochus potest dare licentiam ministrandi Eucharistiam. Sanch. *loc.cit.* Pontius *lib.6.c.17. n.4.* Guttierez *de matrim.c.62.n.2.* Baunius *de matrimon. q.6. dub.11. assertione 2.* Amicus *loc.cit.n.67. in fine.*

An Vice-Curatus ab Episcopo constitutus possit hanc licentiam concedere?

4050 **Et Vice Curatus ab Episcopo constitutus.**

AFfirma: quia tunc ex officio, & sic ut ordinarius minister assistit. Idque etiam si sit amovibilis ad nutum Episcopi, vel sit coadjutor Parochi, à Parocho constitutus de licentia Ordinarii. Dicastillus *disp.3. n.99.*

An Parochus denunciatus, excommunicatus, suspensus, interdictus, irregularis, validè, & licitè valeat concedere licentiam assistendi matrimonio alteri Sacerdoti, etiam excommunicato?

4051 **Parochus denunciatus, suspensus, Irregularis valet hanc licentiam concedere.**

AFfirma: quia Tridentinum solummodò exigit licentiam Parochi, qualis est etiam excommunicatus: & talis licentia non est actus jurisdictionis, sed actus auctoritativus designationis personæ, qui validè fieri valet ab excommunicato; nihil enim dat ei Parochus, sed tantùm utitur facultate à Tridentino sibi tradita, nec se habet ut Judex, cùm nihil decernat, nec ut testis; coram nemine enim deponit, sed solùm fit conscius veritatis, ut possit deindè deponere altero rogante. Sanch. *loc.cit.n.7.* Pontius *loc.cit. c. 17. n.14.* Rebellus *lib.2.q.8.n.8.* Diana *p.3.tract.4.resol.233. in fine.* Caram. *fundam. num. 3832.* Antonius à Sp. S. *tract.11.n.146.* Perez *disp.4.sect.4.n.13.*, & *disp.41.sect.1.n.3.* Bonacina *de matrim.q.2. punct.8. n. 16.*, & 12. dicens posse concedere licentiam Sacerdoti excommunicato, & irregulari, cum Palao *disp.3. punct.12, n.3.* Trullench *lib.7. c.6. dub.2.n.12.* contrà Dicastillum *disp.3.n.41.* Antonium à Sp. S. *tract.11. n.147.* ajentes, mortale dare licentiam assistendi Sacerdoti excommunicato; quia sine necessitate immisceret se, & excommunicatum rebus sacris.

Sed hæc non esset communicatio in divinis, cùm non fiat res sacra à Parocho, nec nomine Ecclesiæ: cùm Sacramentum à contrahentibus personis privatis nomine privato ponatur, & illa assistentia est tantùm actus præstantis auctoritatem jure Tridentini requisitam; unde nec venialiter peccare Parochum excommunicatum assistentem matrimonio voluit Hurtadus *disp.5. difficultate 8. nu.27.* Leander *loc. cit. qu.27.* contrà Sanch. *lib.3. disp.21. n.8.* ajentem veniale.

An ignorans sibi concessam licentiam ad alterius petitionem, assistens, validè assistat?

4052 **Nequit assistere ignorans licentiam sibi cōcessam ad alterius petitionem.**

NEga; quia ante acceptationem licentia non est completa, & ignorans non acceptat. *c.si tibi absenti. 17. de præbendis in 6.* Vasq. *p.2. tom.2.disp.156.n.8.* Coninck *disp.27.dub.3.n.32.* Perez *disp.41. sect.2.n.3.*, & 4. Pontius *lib. 5. c.29.n.8.*

An habens licentiam, assistere valeat ovibus concedentis extrà Parochiam?

4053 **Habens licentiam valet assistere ovibus extra Parochiam.**

AFfirma; nam Tridentinum exigit præsentiam Parochi, vel Sacerdotis de ejus licentia, nec ait intra limites Parochiæ & actus assistendi non est jurisdictionis, sed voluntariæ auctoritatis præstandæ, & sic exerceri valet extrà territorium, ad instar jurisdictionis voluntariæ. *l. 1. D. de officio Proconsulis. c. novit. de officio legati.* Idque quamvis Parochus dicat, assistas matrimonio in mea Ecclesia, Parochia; nam est demonstratio, ut assistat suis ovibus Parochiæ, nec licentiam restringit. Martinus Perez *de matrim. disp.41. sect.3.n.4.*

An credi possit contrahentibus dicentibus se obtinuisse licentiam?

4054 **Credendum contrahētibus habuisse licentiam, si sciant aliter nulliter contrahere.**

AFfirma: si contrahentes sciant, aliàs matrimonium nulliter iniri; nam non præsumuntur tunc mentiri in proprium damnum, nec inspiciendum an sint fide digni, sed an velint contrahere. Contrà Perez *de matrim. disp. 41. sect.2.n.8.* volentem, tantùm credendum fide dignis, & virtuosis. ex *c. sicuti. de sententia excommunicationis*; ubi non creditur excommunicato dicenti se absolutum, nisi sit fide dignus. Sanch. *lib.3. de matrim. disp.37. n.3.*

Quæ non probant, nam excommunicatus deponit de absolutione, ex qua reportat utilitatem commercii: & in re deponens falsum damnificaretur nullitate contractus, & nemo præsumitur velle suum damnum.

Qualis præsentia illius, qui matrimonio assistit?

4055 **Sufficit moralis præsētia Parochi advertens, quæ aguntur.**

MOralis, advertens quæ aguntur, quod enim est auctoritatem præstare. *l. non multum. 14. D. de auctoritate Tutorum.* Sanchez 3. *de matrim. disp.39. n.1.* Pontius *lib.5. de matrim. c.21.n.8.* Trullench *lib.7.c.6.dub.5.* ità ut dormiens, ebrius, vel patiens extasim non dicatur

catur

catur assistere. Diana *p.* 10. *tract.* 13. *resol.* 20. sufficit tamen si saltem per interpetrem, aut nutus cognoscat voluntatem contrahentium, ut infrà exponam. Sanch. *loc.cit.n.*3. Trullench *loc.cit.n.*1. Bonac. *loc.cit. n.* 19. Hurtadus *disp.* 3. *difficultate* 15. *n.*48.

An humana moralis præsentia Parochi sit de forma extrinseca valoris contractus matrimonii?

4056 Et est de forma extrinseca contractus matrimonii.

AFfirma: ubi receptum est Tridentinum; itaut nequeat suppleri per equipollens. Bellarminus ad Tridentinum *sess.* 24. *c.* 1. *in additione. n.*18. Rota *p.*1. *diversorum. dec.* 657 Molinus *lib.*2. *de ritu nuptiarum difficultate* 11. *n.*48. Bossius *de matrim. c.*1. *n.*29. ubi decisum refert.

Patet primo ax declaratione Sacræ Coogregationis apud Gonzalez *regula.* 8. *Cancellariæ. Glossa.*48. *n.*30.

Patet secundo, quia præseotia Parochi non ast inducta ad tollendam clandestinitatem, nam hæc posset tolli aliis mediis: ut si fieret coram populo, coram Judice; & ut denunciationes, ità præsentia Parochi posset remitti per Episcopum.

Tertio, nec reqoiritur ad probationem, nam per alias probatiooes obtineri posset; ergo requiritur pro forma auctorizante præsentia Parochi, argumento *legis Gallus.* §. *& quid si tantum. D. de liberis, & posthumis.*

Cur ergo hæc præsentia Parochi, ut forma requiratur?

4057 Ratio cur requiratur.

ESt, quia matrimonium est Sacramentum, ideò coram Sacerdote ex officio Sacramenta ministrante, & ut non tenet Sacramentum carens forma iotrinseca constitutiva: ità nec debet subsistere carens forma extrinseca, præsentia scilicet proprii Parochi. Nec conveniens erat alium assistere Sacrameotis, quàm illum, à quo Sacramenta jure petuntur, cui formæ per equipollens satisfieri nequit. Altobrandinus *dec.* apud Bossium *loc.cit.*

Ex quo fit, non posse suppleri per equipollens, nam lex imitatur naturam; ergo ut in physicis, forma non suppleatur per equipollens: ità nec in legalibus, & ignorantia excusaret à pœnis, non redderet actum validum. Sanch. 3. *de matrim. disp.* 17. *n.*10. Pontius *lib.* 5. *c.*6. *num.*18. Guttierez *de matrim. c.*61. *num.*11. Henriqoez *lib.* 11. *c.*3. §. 1.

An talis præsentia debeat esse cum actuali intentione humana?

4058 Præsentia sit cum actuali intentione humana.

AFfirma: nam debet interrogare, & iotelligere coosensum conjugum. Tridentioum *sess.*24. *c.*1. ibi: *mutuo consensu intellecto*; intelligere autem, & interrogare est homiois sui compotis non alienati: Noo tollit hanc attentionem distractio inter hæc superveniens; quia io actuali illa præsentia remanet virtualis iotentio, sine qua nequit existere actus externus humanus. Henriq. *lib.* 11. *c.*3. §. 1. contrà Guttierez *de matrim. c.*69. *n.*7. requirentem attualem attentionem.

An Parochus præsens debeat consentire, & approbare nuptias?

4059 Non tenetur tamen Parochus cōsentire, aut approbare nuptias.

NEga. Bossius *de matrim. c.*1. *n.*33. *in fine.* Nam Tridentinum tantùm exigit præsentiam moralem proprii Parochi, quæ est etiam io illo, qui invitus est præsens, & non approbat, quæ aguntur: etiamsi aures obturet, oculos claudat; nam intelligit, quod agitur eo ipso, ac reluctans adsit. Sacra Congregat. apud Salzedum *in practica. c.*37. *n.*6. Boss. *de matrim. c.*3. *num.*3. Non enim Parochus, vel testes in matrimonio ineundo debent esse rogati, sed sufficiunt si casu, vel etiam coacti sint præsentes. Sanch. 3. *de matrim. disp.* 39. *num.*6. Guttierez *de matrim. c.*69. *num.*9.

An Parochus teneatur mutuò interrogare nubentes, an velint nuptias inire?

FInis interrogationis est cognuscere consensum contrahentium, non impedimenta nubentium. Trident. *sess.*24. *c.*1. *de reform.* ibi: *Viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto.* Saoch. 3. *de matrim. disp.* 38. *n.*10. Guttierez *c.*69. *n.*17. Nunc ad quæstionem. 4060 Contrahentes sunt interrogandi.

An Parochus debeat interrogare contrahentes?

DIstinguas: vel Parocho constat, vel non constat de mutuo spontaneo consensu. 4061 Nisi constet mutuus consensus contrahentium.

Si constat mutuus contrahentium conseosus: puta si ipsi sponsi præveniant coram Parocho declarando mutuum consensum spontaneum verbis, vel signis; nega Parochum peccare lethiferè, aut venialiter non ioterrogando. Bossius *de matrim. c.*3. *n.*16. Pontius *de matrim. c.*21. *num.*3. contrà Guttierez *de matrim. c.*69. *n.*16. Coninck *disp.*27. *dub.*5. *n.*78. Diana *par.*4. *tr.*4. *resol.*294. ajentes peccare venialiter non interrogando.

Patet primo, quia tunc in illo caso particulari cessat finis interrogationis exigitæ à Trident. *sess.*24. *c.*1. *de reform.*

Secundo, quia esset otiosa interrogatio, nihil otilitatis, sed aliquid ruboris conferens.

Tertio, ex declaratione Sacræ Congregationis apud Rebellum *lib.*4. *sect.*3. *n.*38. Heoriq. *lib.* 11. *c.*2. §. 7. Barbosa *de potestate Episcopi. alleg.* 32. *n.*169. Bonac. *qu.*2. *punct.* 8. *n.*39. ubi, tenet matrimonium etiam sioe ioterrogatione, si adsit consensus cootrahentium coram proprio Parocho propalatus, qui est finis Tridentini exigentis ioterrogationem. *sess.* 24. *c.*1. ibi: *interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto.*

Si de conseosu spontaneo contrahentiom Parocho non constet: maximè si videat res turbatas, mæstos vultus; tunc sub gravi interrogare tenetur, & magna prudeotia interrogando oti, ut consensum necessarium cognoscat; nam tunc agitur de valore matrimonii nulli sine reciproco consenso spontaneo; adeòque si contrahentes respoodere nolint, vel cognoscat certè alterum spootè non consentire, debet recedere, nisi adsit scandalum: nam tunc etiam scandalis debet præcludere viam, & posteà nullitati opportuniùs consulere. 4062 Secùs si non constet.

An verò priùs debeat interrogare virum?

EX Tridentino affirmandum videtur. *sess.* 24. *c.*1. *de reform.* ibi: *Viro, & muliere interrogatis.* Sannazarius *de sponsalibus. c.* 3. *art.* 4. *n.*106. Sanch. 2. *de matrim. disp.* 31. *n.*2. quia indè femina deindè ioterrogata minùs rubore suffunditur. 4063 Congruum erit priùs interrogare virum.

Licèt posse pro libito interrogare, cùm nullum adsit Tridentini præceptum, velit Bossius *de matrim. c.*3. *n.*19. *in fine.* 4064 Alii aliter sentiunt.

Imò aliqui volunt priùs ioterrogandam esse feminam ex honestate. Covarr. *par.* 2. *de sponsalibus. c.*4. *n.*6. Guttierez *de matrim. c.*46. *n.*13.

An

An cum præsentia requiratur ut Parochus, & testes videant contrahentes?

4065 Parochus, & testes debent videre contrahentes.

Affirma. Fraociscus Molinus *lib.2. de ritu nuptiarum difficult.11.n.120.* Barbosa *de potestate Episcopi. allegat.32.n.*86. Gratianus *forensium.c.*849.*n.*20. Bossius *de matrim.c.3.n.*34. dicens probabilius oppositum: intelligas nisi aliundè eis sint certò noti contrahentes.

Patet: nam secùs nequirent deponere veritatem; cùm enim sit res obnoxia dolis, unus pro alio reluctante, tacente posset loqui, & ità eludere finem Tridentini exigentis præsentiam ad cognoscendum mutuum consensum contrahentium; ut enim cœcus: ità etiam non videns facilè decipi valet, posseque cortina interiecta pro mortuo vivum ignotum contrahere nuptias ad finem succedendi.

4066 Parochus, & testes cæci non possunt assistere.

Ex quo putaverim Parochum, & testes cœcos non posse matrimonio assistere.

Si verò certum sit Parocho, & testibus inibi non adesse, nisi contrahentes paulò ante à se visos; tunc cessat moraliter omnis ansa erroris, possetque Parochus non videns matrimonio illo assistere. Quo sensu recipio Doctores ajentes, Parochum teneri noo videre, sed audire verba contrahentium conseosum exprimentia. Henriquez *lib.11.c.3.§.1.* Sanch.3.*de matrim.disp.*39.*n.*3. Guttierez *de matrim.c.69.n.4.in fine.* Pontius *lib.5.c.21.n.8.in fine.*

An satis sit Parochum, & testes per probum interpretem percipere consensum nubentium?

4067 Sat est per probum interpretē Parochum, & testes percipere consensum nubentium.

Affirma. Bossius *de matrim.c.3.n.*253. dans octo Doctores. Bonacina *de matrim.qu.*2. *punct.*8. *n.*6. Vivaldus *part.*1. *de matrim. c.*36. contrà Pontium *lib.5.de matrim.c.21.n.10.*

Ratio est, quia contractus iniri valent per interpretem.*l.1.§.fin.D.de verb.oblig.* ibi: *per verum interpretem*; ergo tale signum sensibile apud contrahentes sufficiens, erit etiam sufficiens Parocho, & testibus, quod à Tridentino tantùm exigitur: & Parochus, & testes percipiunt auditu proprio coosensum nubeotium mediante declaratione interpretis; & ut principalis potest se scripto: ità ioterprete explicare.

An præter verba adsint alia signa sensibilia jure probata, exprimentia consensum coram Parocho, & testibus?

4068 Consensus etiam exprimitur nutibus, scriptura, traditione annuli, traductione solemni sponsæ.

Affirma. Primo sunt nutus reciproci. Secundo scriptura. Tertio traditio annuli. Quarto traductio sponsæ solemois ad domum, & quævis res explicans conceptum mentis, quæ satis sunt ad matrimonium, si constent coram Parocho, & testibus. Guttierez *de matrim.c.*40. *n.*14. Cævalios *communium.qu.*404.*n.*25. Bossius *de matrim.c.3.n.*154.

4069 Olim sufficiebat copula subsequēs sponsalia de futuro.

Olim satis erat sola copula subsequens sponsalia de futuro. *c.veniens il* 2. ibi: *post fidem præstitam cognoverit. c.is, qui fidem.*20.*de sponsalibus. c.attestationes.* 20. *de desponsatione impuberum.* Burattus *dec.*530.*n.*8.

4070 Et cohabitatione maritali.

Secundo cohabitatione maritali. *c.lator. qui filii sint legitimi.l.in libera mulieris.*24.*D.de ritu nuptiarum.*

Tertio traditio annuli, & traductio sponsæ ad domum sponsi. *l.mulierem. D. de ritu nuptiarum.*

An autem sit satis patrem respondere pro filio, filia tacente?

Affirmat Sanch. *disp.*23. *n.*13. Guttierez *de matrim.c.*13.*n.*9. Pontius *c.*14.*n.*4. Bonac. Filiucc. (37) 4071 Sat est patrem pro filia tacente respondere.

Contrà Sannazarium *de sponsalibus.c.3.art.*4. *num.*112.

Quia taciturnitas filii potentis dissentire est signum sensibile consensus; nam non solùm est non loqui, sed etiam ore, facie ostendere consensum, & interrogans censetur filium per patrem interrogare tanquam per interpretem. *c. unice.de desponsatione impuberum in* 6. nec Concilium id correxit, loquutusque fuit in frequentioribus. (38)

Ex his patet.

Officium Parochi.

Est assistere contraheotibus, conseosum spontaneum excipere per se, vel per alios, puta interpretem, patrem; instruere contrahentes de quidditate, & oneribus Sacramenti matrimonii, & matrimonium notare unà cum nominibus testium, anno, mense, die, loco initi matrimonii; librum custodire sub mortali, ad fraudes, & lites evitandas. Trident.*sess.24.de reform.c.*1. Navarrus *manuali.c.62.n.*79. Cævalios *communium.qu.*604.*n.*138. Guttierez *de matrim.c.*60. *n.*9. Fuscus *lib.2.de visitatione.c.3 n.*26. Gratianus *forensium. c.* 468. *n.* 4. Barbosa *de potestate Episcopi. alleg.*32.*num.*174. Possevinus *de officio Curati.c.12.n.*44. 4072 Officium Parochi in celebratione nuptiarum.

Quando Matrimonium clandestinum teneat?

Jam explicuimus jure Tridentini præsentiam proprii Parochi necessariam ad valorem matrimonii: indigitemus casus, in quibus talis præsentia non requiratur. 4073 Quando nuptiæ clandestinæ sint validæ?

Primo non requiritur ubi Tridentinum receptum, aut publicatum non fuit: puta apud infideles, ubi etiam captivi, & mercatores contrahere valent sine requisitis à Trident. *sess.* 24. *c.1.de reform.* Sanch. 3.*de matrim.disp.*18.*n.*35. & 36. Pontius *lib.5.c.9. num.*7. Rebelius *qu.*1. *sect.3.n.*18. Cornejus *disp.7.dub.*39. Perez *de matrim. disp.*39. *sect.6.n.*6. Bossius *de matrim c.*1. *n.*69.& 71. Diana *par.11.tract.8.resol.*56. (39)

Patet, nam tenet contractus factus juxtà leges territorii, loci ubi initur. *c.ordinario. de foro competenti.* Guttierez *de matrim. c.61. n.*12. Troilench *lib.7.dub.1.n.*16. (40)

Secundo, Pontifice dispensante tenet matrimonium clandestinum, quia est impedimentom juris humani dispeosabilis. Perez *de matrim. disp.39.sect.4.n.*2.

Tertio, validè contrahunt data opera transeuntes ad locum, in quo Tridentinum non viget, non fuit receptum, aut publicatum, causa ibi manendi jure hospitii, domicilii, vel per transitum, vel etiam ut ibi clandestinè contrahant nuptias; nam nullibi talis transitus est interdictus: estque uti non fraude, sed libertate nullo jure coarctata. Rebelius *lib.2.qu.1.sect.*3. Pontius *lib.5.c.9.n.*2. Perez *de matrim.disp.*39. *sect.6.n.*5. Bonacina *qu.2.punct.4.n.*2. Hurtadus *disp.*1.

(37) Perspicuè id docet S.Thomas *in 4.dist.27.q.1. art.2.qu.2.ad 3.& 3.part.ex suppl. qu.45.art.2.ad 3.*

(38) Vide nostras Constitutiones Synodales *de Sacram.Matrim.*

(39) Mercatores modo ibi sint cum animo ibi habitandi. Vide superiores notas.

(40) Vide declarationem Urbani VIII. in superioribus notis allatum.

disp.1. *difficult.5. n.24.* Coninck *disp.27. dub.1. n.14.* Dicastillus *tom.3. tract.10. disp.3. difficul.6. n.22.* Sanch. *lib.3. disp.118. n.18.* Bossius *de matrim. c.1. n.79. & 80.* idem dicens, si ex duobus unus habitet ubi Tridentinum non obligat, posse scilicet alterum eò ire, & contrahere ex declaratione Sacræ Congregationis apud Farinacium. Contrà Henriq. *lib. 11. de matrimon. c.3. & 8.*

Sed major est difficultas.

An Matrimonium clandestinum teneat, si proprius Parochus haberi nequeat, ut in locis Hæreticorum, ubi deest Episcopus, Parochus, Parochia sunt destructæ: vel adest, sed ignoratur, vel non est notus, non est tutus accessus ad ipsum?

4074 Si Parochus in locis hæreticorū non adsit, & sit destructa Parochia, vel ignoretur, vel non sit tutus accessus, licèt coram duobus testibus contrahere.

VAlidè tunc contrahit coram duobus testibus ex declaratione Clementis VIII. asserit Amicus *de matrim. disp.7. sect.13. n.135.* Graffius *lib.2. c.86. num.9.* Coninck *de matrim. disp.27. dub.1. n.11.* Bassæus *v. matrim. n.1.* Caramuel *præterintentionali. n.2504.* Bossius *de matrim. c.1. n.69.* (41)

Patet, quia nulla lex exigit impossibilia, & talis est Parochos, qui haberi nequit, saltem sine gravissimo periculo. *c. erit. dist.4.*

Secundo, quia non est præsumendum Summum Pontificem velle reliquias verè fidelium prorsus extingui: & vellet extingui, si nollet nubere, nisi cum vitæ discrimine. Antonius à Spir.S. *de matrim. tract.11. n.8.* qui *n.139.* dans xi. Doctores, idem asserit ut probabiliùs in gravissima necessitate pestis, belli, aliavè. Contrà Palaum *disp.2. punct.13. §.8. num.8.* dicentem sibi nō constare declarationem Clementis VIII. Dianam *par.10. tract.13. resol.15.* Perez *de matrim. disp.39. sect.4. n.4. & 11.* (42)

An in impedimentis consanguinitatis, & affinitatis idem asserendum?

4075 Quod non currit in impedimentis consanguinitatis, & affinitatis.

NEga; quia Ecclesia se declaravit in defectu Parochi, non verò voluit inter alios impeditos quacumque urgente necessitate contrahi posse. Antonius à Spir. S., & Perez *locis citatis.*

V. Si Parochus desit, itaut nequeat haberi in Pagis, & locis?

4076 Si verò Parochos desit, nequeatque haberi, validè contrahitur coram duobus testibus.

TUnc validè posse contrahi coram duobus testibus tuetur Sylvius *3. par. qu.45. art.5. qq.4.* Coninck *disp.27. dub.1. num.11.* Caramuel *fundam. n.3837.* referens declarationem Sacræ Congregationis.

Patet ex declaratione Summi Pontificis apud Bellarminum dicente Tridentinum non se extendere ad loca, in quibus Parochus haberi nequit; præsentia namque Parochi est forma pendens ex voluntate Ecclesiæ ad impossibilia non obligantis. *l. impossibilium. D. de regulis iuris.*

VI. An non in odium fidei coactus inire, & consummare matrimonium clandestinum, secùs certò moriturus, possit contrahere?

4077 Potest coactus non in odiom fidei inire, & consūmare nuptias clandestina ob metum mortis.

AFfirmat Amicus *loc. cit.* se remittens Sedi Apostolicæ, cui se remittere ob deductiones, idest ob ea, quæ possent deduci ait Caram. *loc. cit.* At absolutè probabiliùs dicit Antonius à Spir.S. dans x. Doctores *tract.11. n.129.* quia lex humana non obligat, ut quia peccet, vel moriatur, ut legem servet.

4078 Auctori videntur nullæ nuptiæ, & copula fornicaria.

Mihi matrimonium hoc nullum ob injustum metum videtur jure naturali; & sic copula esset fornicaria, etiam morte fugienda.

VII. Si moribundus sit Rex Catholicus, cujus Regnum revolueretur ad Principem non Catholicum, nisi contrahatur matrimonium clandestinum, unde filius legitimetur?

4079 Ob maximū bonum Religionis Catholicæ videntur licitæ nuptiæ clandestinæ.

TUnc absolutè pronuncia validum matrimonium clandestinum, quia legis observantia esset in damnum Religionis Catholicæ; & sic in destructionem, non in ædificationem; unde lex cessat cessante fine contrariè. Amicus *tom.9. disp.7. sect.13. num.135.* Caram. *fundam. num.3838.* Antonius à Spir.S. dans x. Doctores *tract.11. n.129.*

An ad solùm legitimandum filium validè clandestinum contrahatur, si periculum sit in mora?

4080 Ob filii legitimationem sunt nullæ nuptiæ clandestinæ, etsi periculum sit in mora.

NEga; quia hæc non est tam urgens necessitas, ratione cujus cesset legis observantia: & animæ consuli valet confessione. Sibique tribuat, qui potens noluit anteà rebus suis consulere. Hurtadus *disp.5. difficult.3.* Henriq. *lib.11. c.3. n.5.* Sanch. *lib.3. disp.17.* Pontius *lib.3. c.6. n.3.* Caram. *fundam. n. 3836.* contrà Sotum *in 4. dist.22. quæst.2. art.2.* Vegam *lib.3. casu 391.* ajentes, tunc validum matrimonium clandestinum.

An Matrimonium contractum in articulo mortis sine Parocho, & testibus, sit nullum?

4081 Nuptiæ contractæ in articulo mortis sine Parocho, & testibus, sunt nullæ.

AFfirma. Sanch. *1. de matrim. disp.32. num.6.* Paschaligus *in Praxi. qu. 446.* Navarrus *lib.1. consil.1. de sponsalibus, & consil.44. de clandestina desponsatione.* Sarmiento *lib.1 selectarum. c.6. n.7.* Spino *speculo testamenti. Gloss.15. n.44.* Segura *Directorio iudicum. part.2. c.15. num.44.* Henriq. *lib.11. de matrim. c.3. n.6.* Bartholomeus Ledesma *de matrim. dub.21.* Petrus Ledesma *de matrim qu.45. art.5. circa 3. punctum dub.3.* Manuel *tom.1. Summa. c.219. n.17.* Lopez *par.1. instructorii. c.86.*

Patet, quia tunc deest forma ex decreto irritante exigita à Trident. *sess.24. c.1. de reform.*

An in alia necessitate, puta pestis, belli, teneat Matrimonium clandestinum?

4082 Urgente peste, bello, neque validæ sunt nuptiæ clandestinæ.

NEga. Sanch. *1. de matrim. lib.3. disp.18.* Sarmiento *lib.1. selectarum. c.6. n.7.* Henriq. *lib.11. de matrim. c.3. num.5.* Perez *de matrim. disp.39. sect.4. n.4. & 11.* Diana *part.10. tract.13. resol.15.* contrà Antonium à Spir. S. *in Directorio tract.11. n.139.* dantem xi. Doctores, asserentem, tempore belli, & pestis, aliavè necessitate gravissima tenere matrimonium clandestinum, tanquam probabiliùs. Vegam *lib.3. Summæ. casu 261.* Capuam *lib.2. decisionum. c.85.* Amicum apud Dianam *loc. cit.* Bossium *loc. cit.*

Ratio, quia non videtur tunc necessitas contrahendi nuptias, quando dissolvendæ sunt per mortem, cessatque finis matrimonii, propagationis scilicet perpetui generis, adjutorium vitæ humanæ, & remedium incontinentiæ. Unde

(41) Intellige si Parochus non adsit, nec in locis proximis aditi, Coninck referens *decl. Clem.* VIII.

(42) Si in illis locis Parochus haberi nequit, vel non est, ibi non est vera Parochia, nec promulgatio Tridentini, quamvis facta fuerit, durat; quia destructa Parochia, vel Diœcesi, promulgatio destructa censetur quoad vigorem, quæ supra illam fundatur Salmat. *tract.9. de Matrim. cap.8. n.17.*

Unde non intrat regula, legem Tridentini oon obi pare cum gravissimo onere, nam hìc deest.

De Testibus requisitis ad Matrimonium.

§. XXIV.

4083 Duo testes præsentes, sui compotes satis sunt cum Parocho ad nuptias ineundas.

EX Parocho ad testes ducamus orationem.

Duo testes moraliter præsentes usum rationis habentes, habiles ad percipiendum, & deponendum de gestis, simul, non successivè videntes contrahentes cum Parocho sufficiunt. Trid. *sess.24. c.1. de reform.* Sanch. *lib.3. de matrim. disp.42.n.5.* Bonacina *qu.2.punct.8.n.41.* Hurtadus *disp. 5. difficult. 24.* Filliucc. *tract. 10. c.6. qu.10.num.229.*

4084 Sat est per sitte pretem percipere consensum.

Satis est ut per interpretem percipiant consensum contrahentium, Tridentino non exigente, ut per se percipiant immediatè consensum. Sanch. *loc.cit.disp.39.n.3.*

4085 Cæci testes si habent notam vocem nubentium sufficiunt.

Cæci ootam certò habentes vocem, sunt habiles. Sanch. *loc.cit.* Pontius *5.de matrim.c.21. n.8.* Diana *par.8.tract.7.resol.68.* (43)

4086 Nisi contrahant verbis non notis, aut nutibus.

Si verò contrahentes oon verbis notis testibus, sed nutibus ineant nuptias: tunc debent videre contrahentes. Farinacius *de testibus.dec.61. num.19.*

4087 Testes non rogati, etiā dolo sint circūventi sufficiunt.

Testes noo rogati, imò etiam dolo circumventi præsentes, sufficiunt, ut etiam de Parocho diximus; nam Tridentinum solummodò eorum præsentiam humanam exigit, ut scilicet præsentes intelligant quæ aguntur. Dicastill. *disp.3. num.168.* Trullench *lib.7. dub. 5.n.3.* Perez *de matrim.disp.40.sect.10.n.5.* Gratianus *in addit. decis.37.num.8.*

Imò validum est matrimonium coram Parocho, & testibus casu transeuntibus, & sic non rogatis, advertentibus, quæ aguntur; nam aliud Tridentinum oon exigit, & sufficienter deponere possunt de inito matrimonio. Sanch. *lib.3.de matrim. disp.39. n.11.* Hurtadus *disp.5. difficultate 15.n.50.* Perez *loc.cit. n.9.* contrà Pontium *lib.5.c.21.n.4.* dicentem, sed vanè, uam sententiam indubitabilem ob declarationem Sacræ Congregationis, de qua tamen non constat authenticè.

4088 Non debent esse omni exceptione majores, & sic omnes sunt habiles.

Testes isti non debent esse omni exceptione majores, sed sufficit si habeant usum rationis, ut excipiant, & depoonant de gestis itaut exceptio opponi nequeat consanguinitatis, amicitiæ, infamiæ, infidelitatis, excomm tionis, servitutis, &c. nam sumus in favorabilibus, & Tridentinum oppositum expressit 1, nam jura exigentia idoneos, exprimunt. *c. cum esses. 10 de testamentis*, & testes inhabiles partium consensu in contractu admittuntur.

Quarto, si exigerentur testes omni exceptione maj res, multa matrimonia essent irrita, & istis litibus turgerent Tribunalia, paucissimi namque sunt omni exceptione majores. Sanch. *3.de matrim.disp.41.num.5.* Perez *disp.40.sect.9.num.6.* contra M m.

Quinto, quia Parochus supplet defectum testium.

Sexto, quia à partibus producti repelli nequeunt.

Septimo, quia est usus Ecclesiæ admittentes omnes, pauperes, divites, excommunicatos, sponsos, consanguineos, feminas, amicos, infideles. *c.super eo. de sponsalibus*, ubi femina probat matrimonium contractum. *c. in literis. de testibus*; ubi domestici, amici probant matrimonium.

At pro dissolvendo matrimonio testes debent esse omni exceptione majores. Genuensis, Sanch. Gratian. Covarr. Farinac. *in Praxi.c.754.n.44.* Mantica *dec.372. n.1.* quia dissolutio matrimonii est odiosa, & causa gravis; ideò gravius procedendum; nam si existit, nulla humana jurisdictione ejus valor ro valet. In quo differt à decreto declarante matrimonium va um, nam tunc potest Pontifex dispen re, tol endo impedimentum.

De Denunciationibus.

§. XXV.

4089 Denunciationes, ut licitæ sint nuptiæ requiruntur.

DEnunciationes requiruntur non ut validè, sed ut licitè nuptiæ ineantur. Tridant. *sess.24. c.1. de reform.* ubi irritatur connubium Parocho, testibus, non denunciationibus destitutum. Sacra Congregatio apud Sanch. dans xxiv. Doctores *3.de matrim.disp.5.num.2.&* 3. Coninck *disp.27. num.49.* Trullench *lib.6. c.7. dub.8.n.2.& lib.9.c.6.dub.7.n.11.* dans quinque Doctores. Gratianus *forensium. c.83.n.7.* Navarrus *c. 22. num 70.* Barbosa *de potestate Episcopi. alleg.32.n.1.* Seraphinus *dec.1099.n.4.* Burattus *decis.510.n.15.* Cævallos *communium. qu.697. n.12.* Rubeus *tom.1.par.2.dec.493.n.16.* Barbosa ad Trid t. *sess.24.de reform.c.1.n.21.* Baronius *tom.2.de citatione.in additione. ad quæstionem.9. n.10.* Clarinus *forensium.c.104.n 18.*

4090 Illis omissis nō sunt nullæ nuptiæ.

Contrà Menochium *lib.1. consil.60. num.30.* Monaldum *consil. 15.* ajentes matrimonium nullum omissis denunciationibus.

Quoties, à quo, ubi, qualiter, & quando faciendæ denunciationes?

4091 Ter faciendæ denūciationes à proprio Parocho in diebus festis in Ecclesia.

PRimo, ter à contrahentium Parocho, tribus diebus continuis festivis, in Ecclesia, inter Missarum solemnia publicè faciendæ sunt denunciationes, ut ait Trident. *sess.24.c.1.de reform.* Sacra Congregatio apud Rebellum *lib. 4. q.3.a.n.19.* Sanch. *3.de matrim. disp.6.n.5.* Bolsius *de matrim.c.7.n.10.* (44)

4092 Episcopus potest dispensare ut fiat una pro tribus.

Primo *ter*, nisi ex legitima causa dispensetur ab Episcopo, ut non fiant, vel una pro tribus fiat. Tridant. *loc. cit.* Cævallos *communium. qu.604.n 90.*

Secundo à contrahentium proprio Parocho, vel alio Sacerdote de licentia proprii Parochi; (45) idque ut excipiat denunciata impedimenta, impediat nuptias, donec discutiantur. Et si sponsi sint duarum Paræciarum, utrobique sunt faciendæ denunciationes. Trident. *loc.cit.* ibi: *contrahentium Parocho*: ubi Barbosa *num.8.* Sacra Congregatio apud Seguram *2.par. Direct. c.16.n.19.* Henriq. *lib.11.c.7.num 1.* Sanch. *3.de matrim. disp.5.n.8.* Leander *loc.cit. num.16.* Guttierez *de matrim.c.56.n.5.* Contrà Cuccum *lib. 5. institutionum majorum. tit. 11. n.29.* Cævallos *communium.qu.604.n.43.* ajentes, faciendas denunciationes ubi nuptiæ contrahuntur, ex Tridentin *loc.cit.* ibi. *à contrahentium Parocho.*

4093 Si sponsi sint duarum Paræciarum utrobique faciendæ sunt denunciationes.

R

(43) ... *de Matrim. num.* ... D. ... nhabiles ... num, & re ... ipsi testes vocem contrahentium. ... Vasus Lindh.

terp tem percip nt consensum.

(44) Denu es b nt diebus f nam co ... yn.

(45) A p Pa ... Nostra Syn. de Matrim. num.2.

Ratio est, ut utrobique innotescente matrimonio contrahendo, detegantur impedimenta, secùs conjiopienda.

4094 Discedentes in aliam Parochiam sūt faciendæ denūciationes utrobique.

Si contrahentes commigrarunt in aliam habitationem, denunciationes faciendæ ubi nuptiæ ineuntur, etiamsi brevi tempore eo pervenissent. ex Tridentino *loc. cit.* ibi: *proprio contrahentium Parocho.* Pontius *lib.5.c.30.n.5.* contrà Dianam *p.3. tract.4. resol.* 225. Coninck *disput.27.n.50.* Sanch. *disp.6. n.6.* ajentes, faciendas in Parœcia, à qua discesserunt, quia inibi poterunt esse contracta impedimenta.

Cui motivo satisfaciunt literæ testimoniales requirendæ ab Ordinario Parochiæ, à qua discesserunt de statu libero contrahentium. (46)

4095 Et in diebus festis.

Tertio tribus diebus festivis continuis. Iy *continuis* tantùm exprimit, ut successivè fiant denunciationes, quando dies festi occurrunt, etiamsi inter unum, & alium diem medient dies non festivi.

4096 Licèt continui.

Si verò sint tres dies festivi feriis non interrupti, ut tres dies Nativitatis Domini, Paschatis, &c. adhuc validè denunciationes tunc fieri ait Hurtadus *de matrim. disp.5. difficult.* 18. *n.*60. quia expressiùs servantur verba Tridentini. Reginaldus *lib.31.n.*226. Trullench *lib.2.c.6. dub.* 8. *dicto.* 4. *n.* 5. Moure, quem dat, & sequitur. Leander *loc. cit. q.*52. dissentientibus Cævallos *communium. q.*604. *n.*43. Guttierez *de matrim. c.*56. *n.*6. motis, ut data temporis aliqua intercapedine, datur temporis interstitium ad denunciandum. Cui satisfit, quia tres dies, & sequens tempus satis est ad denunciandum impedimenta Parocho, ut ait satis citato ad comparendum in Curiam, licèt ibi non semper adsint Judices, aut Curia regatur, cùm Parochi semper copia habeatur. Dissentientibus etiam Sanchez 3. *de matrim. disp.6.n.*8. Pontius *lib.5.c.*30. *n.*8. ajentibus, debere intercedere inter singulas denunciationes saltem spatium duorum dierum. (47)

Continui debent esse moraliter, non physicè; adeòque censentur continui, etiamsi intercesserit dies festiva, in qua publicationes fuissent omissæ. Bossius *loc. cit. n.*11.

An possint fieri denunciationes extra Ecclesiam, etiam in diebus ferialibus confluente Populo?

4097 Possunt fieri extra Ecclesiam etiam in diebus ferialibus confluente populo.

Affirmat Sanch. *loc. cit. n.*9. Barbosa ad Tridentinum *sess.24.c.1.n.*21. Layman *lib.5. tract.10.p.1.c.1.n.*16. Gabriel à S. Vinc. *in imp. Rom. de Sacramento matrimonii disp.* 7. *q.* 14. *n.*26. Villalobos *tract.*13. *difficult.*24. *n.*3. Guttierez *de matrim. q.*2. *punct.*6. *n.*18. Diana *p.3. tract.4. resol.*236. contrà Pontium *loc. cit. c.*30. *n.*6. Perez *disp.*42. *sect.*2. *n.*4.

Probant, quia servatur finis Tridentini, ut magis detegantur impedimenta, conformius ad jus antiquum in *c. fin. de clandestina desponsatione.* (48)

Quantum differri valeat matrimonium factis denunciationibus?

4098 Quantum factis denunciationibus [illegible] V. [illegible]

Usque ad quatuor menses ait Sacra Congregatio apud Rebellum *lib.4. sect.2.n.*8. Gobat *theologia experimentali. tract.10. casu* 13. *n.*518. Bossius *de matrim. c.7. n.* 12. ex Rituali Romano.

Ad duos menses extendunt alii. Gobat *loc. cit.*

Alii remittunt rem in arbitrium Episcopi pensatis circumstantiis personarum, loci, &c. nam ut potest dispensare nè fiant, ità nè denuò fiant. Pontius *lib.5.c.20.n.*10. (49)

Peccatum omittentis denunciationes.

4099 Omittens proclamationes peccat lethaliter.

Est lethale ait Sanchez 3. *de matrim. disp.* 5. *n.* 6. dans XXII. DD. Rebellus *lib.* 2. *q.10.n.*10. Reginaldus *lib.31.n.*223. Bonacina *de matrim. q.2. punct.6.n.*7. Coninck *disp.27. n.*51. Perez *disp.42. sect.1.n.*6.

Patet ex Trid. *sess.24.c.5. de reformatione* ibi: *salutaria præcepta. c. finali. de clandestina desponsatione.*

4100 Sed [illegible] ter si certò constet non [illegible] esse impedimentum.

Sed si certè nullum adesset impedimentum, tunc venialis esset omissio ob levitatem materiæ: & quia cessaret finis denunciationum ait Sotus in 4. *dist.*28. *q.1. art.3. ad primum* Petrus Ledesma *de matrim. q.45. art.5. punct.1. dub.3. conclus.*1. Ochagavia *tract.* [illegible] *q.3.n.*2. Ludovicus de S. Joanne *q.2. de matrim. art.1. dub.*3.

Mihi meditanti patet nunquam posse constare impedimenta deficere irritantia, & non irritancia, cùm multa impedimenta clandestinè emergant, nec ipsis detegenda denunciationibus; ideòque integrum semper remanere finem præcepti Tridentini *sess.24.c.1. de reformat.*

4101 Omittere unam venialc.

Unam verò omittere denunciationem veniale ait Sanchez *lib.3. de matrim. disp.5.n.*7. Diana *p.5. tract.4. resol.*246. dans tres Doctores. Antonius à Sp. S. *tract.11.n.*189. Hurtadus *disp.* 5. *n.*59. ob materiæ levitatem. Imò à veniali etiam liberat Rebellus *lib.2.q.7.n.*10. si omittatur ex causa rationabili. contra Coninck *disp.27.n.*51. Pontium *lib.5.c.30.n.*7. Martinum Perez *de matrim. disp.43. sect.1. n.*7. ajentes lethale. (50)

4102 Nisi [illegible] Superior dispensare.

Si verò Superior irrationabiliter nolit dispensare, & periculum immineat in vita, fama, honore, bonis contrahentium; tunc necessitas vincit legem, redditque contrahentes à lethali immunes. Sanch. 3. *de matrim. disp.*10. *n.*25. Leander *loc. cit. q.*68. (51)

De Dispensatione in Denunciationibus.

4103 Quandoque Ordinarius debet dispensare denunciationes.

Quandoque dispensatur nè fiant denunciationes. Tridentinum *sess.* 24. *c.* 1. *de reformat. c. fin. de clandestina desponsatione.* peccabitque Ordinarius denegando, vel concedendo gratis dispensationem. Tridentinum *sess.25. c.*18. *de reform.* Potestas enim dispensandi rationabilis, est commodum publicum subditorum respiciens. Barbosa *de potestate Episcopi allegat.*32. *n.*51. Sanch. 3. *de matrim. disp.20.n.*6. Bonacina *q.2. punct.6. n.*7. Pontius *lib.5.c.32.n.*6. In qua dispensatione. Primo dif-

qui-

(46) Mutato domicilio ab u[illegible] ue, vel [illegible] sponso, si per menses quatuor in [illegible] u novæ habitationis fuerint, in ea denunciationes tres fiant, [illegible] una in parœcia novi domicilii, duæ [illegible] ea, à qua discesserunt [illegible] duratorum 90. contra P[illegible] hum controven[illegible], *ult. Syn. Dioc. Neap.* [illegible]

(47) Dies festi n[illegible] debent esse consequentes. Vi[illegible] [illegible]

(48) [illegible] d non est [illegible] cedend[illegible] statutis & usu.

(49) Nullis [illegible] confluentibus si intra [illegible]

duos menses à p[illegible] matrimonium [illegible] non fiat, repe[illegible] [illegible] Ordinarius censuerit, *ult. Synod.* [illegible] *de matrim.* *cap.* [illegible] *num.*8.

(50) Parochi omittentes, vel [illegible] es denunciationes sine licen[illegible] in [illegible] ab Ordinario, careere form[illegible] puniuntur. *Synod. Diœces.* N[illegible] Francisco [illegible] *cap.*9. [illegible] *Matrim. n.*2.

(51) Ea d[illegible], qua[illegible] ultima denunciatio, non ea licitum [illegible]

quirenda causa effectiva. Secundo causa ob quam dispensari possit.

Causa effectiva dispensationis Denunciationum.

4104 Dispensant Episcopus respectu Diœcesis.

PRima est Episcopus respectu Diœcesis. Tridentinum *sess. 24. de reformat. c. 1.* ibi: *Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiosè impediri posse, si tot præcesserint denunciationes; tunc vel una tantùm denunciatio fiat; vel saltem Parocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur: deinde ante illius consummationem denunciationes in Ecclesia fiant, ut, si aliqua subsunt impedimenta, faciliùs detegantur; nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ denunciationes remittantur; quod illius prudentiæ, & judicio Sancta Synodus relinquit.*

4105 Et Vicarius Generalis.

Secundo Vicarius Generalis Episcopi etiam dispensare valet; quia est Ordinarius ex Tridentino dispensare valens. Tridentinum *sess. 24. de reformat. c. 1.* ibi: *Ordinarius ipse.* Sanch. dans sex Doctores *3. de matrim. disp. 7. n. 10.* Perez *de matrim. disp. 43. sect. 3. n. 4.* Bonac. *q. 2. punct. 6. n. 7.* Cunil k *disp. 27. n. 55.* Barbosa *de potestate Episcopi. p. 2. alleg. 32. n. 29.* Leander *loc. cit. q. 57.* Narbona *de ætate anno 55. q. 3.* Baronius *de citatione. tom. 2. additione ad quæstionem. 9. n. 10.* Riccius *in praxi. ref. 316.* Serius *de potestate Parochi tract. 1. disp. 7. difficultate unica. q. 9. à n. 6.* contra Menochium *consil. 69. n. 55.*

4106 Et illi aliis delegare valent facultatem dispensandi.

Tertiò Ordinarius, sivè Vicarius Generalis, sivè Episcopus potest facultatem istam dispensandi aliis delegare; nam non est electa industria personæ. Pa us *disp. 2. punct. 13. §. 4. n. 4.* Sanch. *loc. cit. n. 20.* Pontius *loc. cit. c. 31. n. 8.* Perez *loc. cit. n. 8.* Serius *loc. cit.* contra Menochium *loc. cit.* Cephalum *consil. 421. n. 72.*

4107 Insuper Capitulum, & Vicarius Capitularis.

Quarto, Capitulum, & Vicarius Capitularis sede vacante dispensat. Themudos *dec. 39. num. 5.*

4108 Omnis Prælatus Episcopalem habēs jurisdictionem.

Quinto, omnis Prælatus habens Episcopalem jurisdictionem valens nuptiis assistere, dispensare potest. Gratianus *c. 82. n. 15.* Bossius *de matrim. c. 7. n. 40.*

4109 Parochus nō dispensat.

Sexto, Parochus dispensat secundum Vivaldum *p. 1. de matrim. n. 245.* Vegam *lib. 6. summa. c. 122.* motos, quia ex Tridentino Ordinarios qualis est Parochus dispensare valet.

Sed nega, quia non quivis, sed habens Ordinariam Episcopalem jurisdictionem dispensat, qualis non est Parochus. Pontius *lib. 5. c. 35. num. 2.*

4110 Nisi extrema sit necessitas contrahentis ex Epikia.

At in extrema necessitate contrahentis animam agentis, vel in mortis periculo Parochum posse propria auctoritate dispensare in denunciationibus, ait Noguerolius. *allegat. 24. n. 182.* Quod ex epyckia, non ex propria auctoritate concederem, cùm necessitas legi non subsit. *c. 1. de observatione jejunii*, & prudenti interpretatione stante necessitate lex moderatur. D. Thomas *2. 2. q. 120. §. 2.* Guttierez *de matrim. c. 57. num. 6.*

Si unus ex duplici Ordinario duplicis Diœcesis dispenset?

4111 Sufficit unus Ordinarius dispenset, cùm contrahentes sint duarum Diœcesum.

EJus dispensatio vires habet etiam in alia Diœcesi; nam jam factum est Tridenti *sess. 24. de reformat. c. 1.* ibi: *Ordinarius ipse expedire judicaverit*: ergo unus alterutrius contrahentis Ordinarius sufficit ad dispensandum pro utroque contrahente. Sanch. *loc. cit.* *n. 7.* Trullench *lib. 7. Decalogi c. 6. dub. 9. dict. 3. n. 3.* Antonius à Sp. S. *tract. 11. n. 197.* Perez *loc. cit. n. 12.* Hurtadus *disp. 5. difficult. 9. n. 64.* Reginaldus *lib. 31. n. 232.* Guttierez *de matrimon. c. 46. n. 10.* Bossius *de matrim. c. 7. n. 39.* contra Pontium *lib. 5. c. 31. n. 9.* adeòque satis est dispensatio Ordinarii saltem ubi contrahuntur nuptiæ.

Causæ justæ ad dispensandum.

4112 Causæ ad dispensandū prudentiæ Ordinarii remittuntur.

REmittuntur prudentiæ Ordinarii dijudicandæ, saltem ex rajudicialiter, à Tridentino *sess. 24. de reformat. c. 1.* ibi: *illius prudentiæ, & judicio Sancta Synodus relinquit.* Villalobos *tract. 13. difficult. 25. n. 2.* Sanch. *3. de matrim. disp. 9. n. 1.* Pontius *5. de matrim. c. 32. n. 3.* Tancredi *lib. 1. de matrimon. clandestino. disp. 7.* Bossius *de matrim. c. 7. n. 66. & n. 67.* contra Cephalum *lib. 1. consil. 421. n. 61.* Henriq. *lib. 11. summa. c. 5. n. 5.* requirentes saltem summariam causæ cognitionem.

4113 Prima nè dolose impediantur nuptiæ.

Numerantur tantùm causæ sufficientes. Prima, si matrimonium dolosè esset impediendum factis denunciationibus. Tridentinum *sess. 24. c. 1. de reformat.* ibi: *malitiosè impediri.* Bossius *de matrim. c. 7. n. 72.*

4114 2. Si ineantur inter Magnates.

Secunda, si matrimonium esset ineundum inter magnates; nam isti consideratiùs præcogitant. Sanch. *loc. cit.* Pontius *loc. cit. n. 2.* Trullenck *lib. 5. c. 6. dub. 11.* Palaus *disp. 2. §. 4. n. 8.*

4115 3. Si sequitur verecundia contrahentium.

Tertia, si ex denunciationibus sequeretur verecundia contrahentium inæqualis nobilitatis, ætatis, &c. Navarrus *c. 22. n. 70.* Sanch. *loc. cit. n. 70.*

4116 Si immineat periculum.

Quarta, si ex denunciationibus immineret periculum vitæ, animæ, corporis, famæ, rei familiaris, vel si diù ut conjuges habiti cohabitarunt. Hurtadus *disp. 5. difficult. 20. n. 70.*

4. Si immineant tempora vetita contrahendo.

Quinta, si immineat tempus Adventus, Quadragesimæ. Villalobos *tract. 13. difficult. 25. n. 4.* Palaus *disp. 2. punct. 1. §. 4. n. 8.* Baunius *q. 3. dub. 4.*

Omnis causa rationabilis.

Sexta, quævis alia causa, vel commoditas rationabilis contrahentium. Hurtadus *disp. 5. difficult. 15. n. 3. & n. 70.*

4117 Stante rationabili causa peccat Episcopus non dispensādo.

Si Episcopus stante rationabili causa dispensare nolit, peccat, nam facit contra id, ad quod rationabiliter tenetur se consulere bono subditorum. D. Antoninus *p. 1. tit. 13. c. 1. §. 20.* Sanch. *3. de matrim. disp. 1. n. 2.* Unde injustè nolente dispensare, partes gravatæ appellare possunt, & recurrere ad Episcopum superiorem pro denegata justitia, vel pro tollendo gravamine. Guttierez *de matrim. c. 57. n. 5.* Barbosa *de potestate Episcopi alleg. 32. n. 52.* Bossius *de matrim. c. 7. n. 115.*

De Denunciante.

§. XXVI.

4118 De uncians falsum punitur.

IMpedimentum denunciandum potest esse occultum, vel publicum, notum vel ex scientia, vel ex auditu, dirimens, & non dirimens; potestque puniri denuncians falsum impedimentum, etiamsi sit pater; nam committit delictum falsitatis, & perjurii injustè lædens jus contrahentium.

4119 Circà occultum impedimento occulto, cui inest infamia.

Si quis sciat impedimentum occultum infamans, puta ex affinitate ob incestum: tunc debet caotè se gerere: & primo si affulgeat spes correctionis debet præmonere Reum, ut abstineat à nuptiis, vel impetret dispensationem; nam sic consulit vitæ, famæ, animæ; quia ex caritate tenetur, peccaret istis non præmissis, non evitando tam gravissima mala.

Si

4120 Monitus nō resipiscens, est denunciandus.

Si verò præmonitus nolit resipiscere; tunc cessat obligatio caritatis, quia spontè vult persistere in malo.

4121 Nisi jam obtinuerit dispensationē.

Si verò sciat impedimentum occultum, & sciat etiam dispensationem obtentam; tunc nihil debet denunciare. Parochus autem potest ex officio opponere impedimentum sibi notum. Sanch. Guttier. Patet ex *c. fin. de desponsatione impuberum*. Nam ipsi incumbit nè oves pereant, cùm pro ovibus suis debet rationem reddere, & apposito impedimento prohibet iniri nuptias, donec ab Episcopo cognoscatur desistentia impedimenti. *c. 1. de consang.*

4122 Episcopus debet impedire nuptias, si sciat occultum impedimentū.

Si Episcopus sciat occultum impedimentum, debet denegare licentiam contrahendi. Coninck contra Guttier. quia tenetur resistere peccatis subditorum, etiam occultis quantum potest: & impedit quousque à sponsis recurratur ad Superiorem, apud quem assignans rationem denegatæ licentiæ nubendi, propalabit occultum impedimentum, & exonerabit suam conscientiam.

4123 Impotens probare impedimētum, non tenetur denunciare.

Si quis sciat impedimentum ex auditu, oblitus, vel non cognoscens à quo audivit, non tenetur denunciare impedimentum. Sanch. Corduba, Bossius; quia ejus dictum non probat; adeòque cessat finis denunciationis. *c. licèt quadam. de testibus*; nam possunt esse malè affecti, inimici, principales, illi, à quibus audivit, qui nec probarent, licèt ipsi deponerent; debent enim assignare causam dicti, undè scilicet impedimentum cognoscant.

4124 Nisi cognoscat à quo audivit.

Si verò cognoscatur ille, à quo audivit; tunc tenetur denunciare, & debet examinari deindè ille, à quo audivit. Sanchez, Perez, Pontius, & alii.

An sciens impedimentum ex auditu, ignorans à quo audierit, teneatur denunciare?

4125 Secùs si ignoret à quo audivit.

NEga; nam nihil probat, ut nihil probat dicens se audivisse à determinata persona, sed malæ fidei, vel fidei indigna; non enim admittuntur, quorum auctores repelluntur, cessatque deponendi finis. *c. licèt ex quadam. 47. de testibus*.

4126 Audiens à viro probato tenetur denunciare.

At audiens à teste omni exceptione majore tenetur denunciare; nam tunc devenitur ad recipiendam depositionem illius, à quo audivit. Farinacius 2. *par. Praxis. de testibus qu. 69. n. 75.* Sanch. 3. *de matrim. disp. 13. n. 7.* Pontius 5. *de matrim. c. 34. num. 5.* Perez *de matrim. disp. 43. sect. 6. n. 1. rectè n. 2.* dicens, nec teneri ad deponendum impedimentum occultum, cujus scit à contrahentibus dispensationem occultè obtentam.

Si denuncians timeat grave damnum, vel scan[illegible]lum?

4127 Secùs si timeat grave damnum.

NOn tenetur denunciare, lege, & præcepto cum tanto onere non ligante. Navarrus *c. 22. n. 83.* Palaus *tom. 5. disp. 2. punct. 13. §. 6. n. 5.* Guttierez *de matrim. n. 4.* Sà *v. matrim. num. 23.* Perez *loc. cit. n.* [illegible].

Si sciat impedimentum sub sigillo naturali?

4128 Sciens sub sigillo naturali tenetur denunciare impedimentum.

TEnetur denunciare, sigillo non obligante in præjudicium Sacramenti, & damnum spirituale contrahentium; idque etiam si sit Parochus; quia si moniti nolint corrigi, sunt denunciandi contrahentes Ordinario. (Nisi notitia sit sigillo Confessionis tecta); tenetur namque

4129 Secùs si sciat sub sigillo Confessionis.

Pastor deviantes in viam reponere mandatorum. Sanch. *loc. cit. n. 7.* Paludanus *in 4. dist. 28 qu. 2. art. 5. n. 3.* Machadus *lib. 4. part. 2. tract. 2. documento 20.* Guttierez *de matrim. c. 60. n. 10.* Coninck *disp. 27. dub. 7. num. 65.* Perez *disp. 43. sect. 9. n. 4.*

An solus sciens, probare impotens, denunciare teneatur?

4130 Solus sciens, impotens probare, tenetur denunciare.

AFfirma; quia denuncians non est accusator; & sic probare non tenetur, sed est testis, qui licèt unus, impediet nuptias cont[illegible] *per eo. 22. de testibus. c. præterea. de* [illegible]*bus.* Navarrus *c. 22. n. 83.* Sanch. 3. *de matrim. disp. 13. num. 2.* Diana, dans octo Doctores *par. 3. tract. 4. resol. 221.* Contra Mastrium *in 4. dist. 21. quæst. 2. art. 3.* Pontium *lib. 5. de matrim. c. 34. n. 5. & 6.*

An sit denunciandum impedimentum occultissimum consanguinitatis ignotum contrahentibus?

4131 Non denunciandum impedimentum occultum consanguinitatis ignotū contrahentibus.

NEga; nam contrahentes non peccant, & filii revera sunt legitimi; & sic pater sacrilegus duorum contrahentium non tenetur illorum consanguinitatem omnino eis occultam propalare. Perez *de matrim. disp. 43. sect. 6. n. 7.* Pontius *lib. 5. c. 34. n. 5.*

Quanam culpa sit consummare initum Matrimonium ante denunciationes?

4132 Consummare nuptias ante denunciationes, aut nullum, aut aliquod peccatū est.

NUlla, si certum sit impedimentum deesse ait Sanchez 3. *de matrim. disp. 1. n. 2.* Antonius à Spir. S. *tract. 11. num. 19.* Rodriquez *in Summa editione 2. c. 222.* Bartholomeus Ledesma *de matrim. dub. 22.* Palaus *disp. 2. punct. 13. §. 5. n. 6.*

At esse lethalem transgressionem præcepti Tridentini, ait Bonacina *de matrim. qu. 2. punct. 6. num. 8.* Dicastilius *disp. 3. n. 229.* Trullench *lib. 7. c. 6. dub. 8. n. 4.*

Utrumque probabile ait Antonius à Spir. S. *tract. 11. num. 190.* mea sententia ex jactis alibi principiis emanat.

An autem semel peccet ante denunciationes initum Matrimonium consummans?

4133 Semel tantum peccat[illegible]

AFfirmat Henriq. *lib. 11. c. 16. n. 1.* contra Hægilium *disp. 27. n. 58.* ajentem, toties peccare, quoties consummat.

Mihi distinguendum: quia vel validum certò est matrimonium, vel dubium.

Si dubium, toties peccat quoties consummat; quia se exponit periculo fornicandi.

Si verò matrimonium certò est validum; tunc cessat finis denunciationum, & præcepti Tridentini: unde etiam posset cum Rodriquez, Antonio à Spir. S. Pal[illegible] *locis citatis*, vel nullum esse peccatum, vel ad summum semel contra mandatum Tridentini; quod est retinendum.

De impedimento impotentiæ.

§. XXVII.

4134 Matrimonii prolem respicit.

MAtrimonium ad p[illegible] candam tend[illegible] *c. tantum vi et vinculum. 27.* [illegible] *2. qu. 7. c. accepisti 1. de frigidis, & m*[illegible] *lesic atis. l. liberorum. 220. §. fin. D. de verb. sign.* [illegible] *l. lex 12. tabularum. 14. C. de legitimis hær*[illegible]*dibus. l. 1. D. de solut. matrimonio. l.* [illegible] *modo. D. de condit*[illegible]*ibus, & demonstrationibus. l. fin. §. si plures, D. de bonis damnatorum.* D. Augustinus *lib. 1. de adulteriis.* D. Hieronymus *lib. 2. epist.* [illegible]

4135 Ideo exigit [illegible] vam.

Exigit ex se potentiam [illegible] vam organis, & actionibus à na[illegible] nam cùm præcipuus finis sit procr[illegible] it media per se requisita ad [illegible]lum finem. Itaut impotentia per se sit naturale impedimentum dirimens nuptias. *c. accepisti 1. c.* [illegible] *fideem. 2. 6. ex liter*[illegible] *3.*

ibi;

ibi: *vitium illud mulier à natura contraxit. c. laudabilem.* 5. ibi: *naturaliter. de frigidis, & maleficiatis.c.requisisti.a.33.qu.*1.

Quid, & quotuplex sit impedimentum impotentiæ?

4136 Si adsit impotẽtia prolificativæ commixtionis nuptiæ nullæ sunt.

EST impotentia prolificativæ commixtionis: itant, quicquid impedit naturalem commixtionem, sivè naturale, sivè cacodæmoniacum sit, matrimonium naturaliter excludit deficiente noptialis contractus materia. Caram. *fundamentali.n.*3808. Perez *de matrim.disp.*37. *sect.*1.*n.*1.

Quotuplex sit impotentia?

4137 Variæ divisiones impotentiæ adducuntur.

PRimo, impotentia alia ab intrinseco, alia ab extrinseco. Secundo, alia perpetua, alia temporalis. Tertio, absoluta, vel respectiva. Quarto, antecedens, concomitans, & subsequens matrimonium. *c.accepisti.*1. *c.quod sedem.*2.*c.ex literis.*3.*c.consultationi.*4.*c.laudabilem.*5.*c.fraternitatis.*6. *de frigidis, & maleficiatis. c requisisti.*2. 33.*qu.*1. *c.*2.*de desponsatione impuberum. l.item quæritur.* 14. *§.mulierem. D. de ædilitio edicto.* De singulis agendum; & primo

Impotentia ab intrinseco, & ab extrinseco.

4138 Est impotentia ab intrinseco, & ab extrinseco.

AB intrinseco habet causam naturalem, sivè sit excessus, sivè defectus: ut est naturalis frigiditas, obseratio, arctitudo, debilitas, defectus veretri. *c.fraternitatis.* 6. ibi: *cui naturale deerat instrumentum. de frigidis, & maleficiatis.* Zacchias *lib.* 3. *Medico legalium. tit.*1. *qu.*5.*n.*1.& 2. dans *n.*20. signa frigiditatis.

Ab extrinseco, quando causa impotentiæ extrinseca est causata à maleficio, sivè sit abominatio, castratio, attritio, contritio, testium avulsio. *l.si serva.§ fin.D.de jure dotium.l.spadonum.D.de verb.signif.*

Perpetua, & temporalis.

4139 Perpetua, & temporalis.

PErpetua est, quæ tempore, & naturali arte tolli nequit, nec Ecclesiæ ordinariis exorcismis cedit. *c. fraternitatis.* 6. *de frigidis, & maleficiatis*; Perpetuumque cenietur impedimentum semper ac tolli nequit naturaliter, vel absque vitæ discrimine: quamvis tolli valeat incisione, miraculo, peccato, puta maleficio. Sanch.7.*de matrim.disp.*91.*num.*1.Perez *loc.cit. num* 31.

Temporalis Impotentia est, quæ evanescit lapsu temporis, vel naturalibus mediis, vel ordinariis Ecclesiæ exorcismis, sine periculo vitæ, & animæ tolli valet. Caram.*fundam.num.*3810. tunc enim sublato vitio soboles gigni potest. Galenus *lib.*5. *Aphorismo* 62. Zacchias 3.*Medico legalium.tit.*1.*qu.*5.*n.*60.

Impotentia absoluta, & respectiva.

4140 Absoluta, & respectiva.

ABsoluta sivè ex parte viri, sivè ex parte mulieris, sivè ex parte utriusque est.

Ex parte viri, si desint organa necessaria ad prolificandum.

Ex parte feminæ, ut si prorsos sit clausa.

Ex parte utriusque, si defectus utrumque afficiat, nulli cedens arti naturali, vel exorcismo.

Respectiva est si respectu unius, non respectu alterius, ut debilis respectu unius, non respectu alterius, puta respectu virginis, non respectu viduæ: vel si maleficium sit respectu unius non respectu alterius; ideòque unam non aliam cognoscere nequeat. *c.fraternitatis.*6 *c.finali. de frigidis, & maleficiatis. c.finali.*33.*qu.*1. quæ veneficia appellantur defixiones à Cujacio *lib.*21. *observationum.c.*22. Veneris vincula à Virgilio *Egl.*8. Amatoriæ necessitates à Sinesio *epist.*121. magicum carmen à Prudentio in *Hymno Divi Cypriani,* ibi:

Sæpè etiam magicũ carmen inire per sepulchra,
Quo geniale thori jus solveret, astnante nupta.

Sanchez 7.*de matrim. disp.*93. *num.*3. Hurtadus *disp.*22. *difficult.*6. Coninck *disp.*31.*dub.*7. Zacchias *loc.cit.qu.*6.*n.*2. Plato 6.*de legibus. in fine.*

4141 In impedimento impotentiæ relativo impeditus cum uno, non est impotens cũ alio.

In isto impedimento relativo impeditus cum una non est impotens cum alia; Ideòque impedimentum est dirimens respectu impeditæ, non respectu alterius: puta respectu virginis, respectu maleficiatæ, non respectu viduæ, non maleficiatæ, qua cum congredi prolificativè valet. *c.fraternitatis.*6.*de frigidis, & maleficiatis. c.finali.* 33. *qu.*1. Sanch. apud Trullench *lib.*7.*c.*9. *dub.*16. *n.*7. Gobat *tract.*9. *n.*415. Perez *de matrim.disp.*37.*sect.*5.*n.*1. contra plures apud Sanchez *disp.* 93. *n.*2. negantes respectivam impotentiam.

4142 Quando cessare possit.

Hæc impotentia relativa cessat, si superari valeat à simili viro, vel crescente ætate evanescat arctitudo; nam tunc impotentia est temporalis, nec impedimentum nubendi est, tenetque matrimonium cum primo viro, nisi Papa dispensaverit ut nubat cum secundo. *c. fraternitatis.* 6. *de frigidis, & maleficiatis.* Sacra Congregatio 12.*Septembris* 1609. apud Pignatellum *tom.*1.*consultatione* 137.*n.*21.

4143 Si perpetua invalidat nuptias.

Hinc impotentia absoluta, & respectiva potest etiam esse temporalis, & perpetua. Perpetua si numquam, temporalis si auferri valeat quandoque tempore, aliisvè ordinariis mediis.

4144 Secùs si temporalis.

Temporalis nunquam dirimit matrimonium *c. fraternitatis.* 6. *de frigidis, & maleficiatis*; ubi cognita à secundo viro similis habitudinis, ac erat primus, reddenda est primo; quia ut fuit cognita à secundo, ità poterat cognosci à primo ejusdem ætatis, organizationis, roboris viro. Sic in *c. laudabilem.* 5. *de frigidis, & maleficiatis*; vir jurans se non posse cognoscere uxorem, cognoscens aliam, debet redire ad primam uxorem; quia frigiditas ibi allegata tempore, ætate crescente evanuit.

Impotentia antecedens, concomitans, subsequens.

4145 Est impotentia antecedens, concomitans, & subsequens.

ANtecedens præit matrimonium. Concomitans cum matrimonio pullulat: puta si eodem tempore maleficio reddatur impotens. Subsequens consurgit contracto jam matrimonio: puta si illo inito, consummatovè impotentia emergat, ut si morbo, vel casu organa abluantur, relecentur.

Quam potentiam exigat valor matrimonii?

4146 Potẽtia exigita ad valorem matrimonii.

NUbentes se obligant ad copulam materiam rei promissæ, qua impossibili, tanquam de re impossibili nulla est obligatio. *l.impossibilium.*145. *D.de regulis juris.*

Ex quo est essentialis contractui nuptiali potentia ad naturalem commixtionem prolificam, quia illa commixtio prolifica est materia, & finis contractus. *c.laudabilem.*5. *de frigidis, & maleficiatis*, quæ commixtio si nequeat haberi, est impossibile etiam matrimonium, sivè sperma feminæ concurrat, sivè non concurrat activè; nam semper saltem exigitur ut materia, qua deficiente cessat prolificatio, ut in eunuchismo.

Præter quam quod mulierem activè concurrere ad prolificationem fert Medicorum opinatio, & suadetur ex generatione muli dissimili

equæ,

equæ, & asino; ergo inquit Caramuel *fundam. n.*3811. utriusque sperma concurrit; quæ ratio habet verisimilitudinem, sed non demonstrat; quia dissimilitudo etiam habetur inter res ejusdem speciei, cùm soboles modò uni, modò alteri assimiletur: & ut pater est genitor concurrens activè, ità mater genitrix etiam activè concurrere poterit.

Quæ impotentia Matrimonium dirimat?

4147 Impotentia quæ invalidat matrimonium.

IMpotentia antecedens, concomitans, absoluta, relativa, ab intrinseco, ab extrinseco, perpetua ad naturalem commixtionem prolificam reddit impossibilem contractum matrimonii, quia tunc esset de re impossibili. *c. laudabilem.*5. *c. fraternitatis.*6. *c. ex literis.*3. *de frigidis, & maleficiatis.* Piso *de sponsalibus. par.*2. *§. sunt, & alia. n.*9. dicens, in dubio præsumi impedimentum præextitisse. Patet, quia hæc non alia impotentia tollit materiæ, & finis possibilitatem; ergo hæc non alia impotentia matrimonium nullum reddit.

Ex quo multa analyticè discutias, & primo:

ANALYSIS I.

An impotentia perpetua sit impedimentum dirimens jure naturali?

4148 Impotentia perpetua jure naturæ dirimit nuptias.

AFfirma. D. Thomas *in* 4. *dist.*34. *qu. unica. art.*2. *ad* 1. Sanchez 7. *de matrim. disp.*98. *num.*2. Hurtadus *disp.*12. *difficult.*9. *n.*29. Caramuel *fundamentali. n.*3808. contra Paludanum *in* 4. *dist.*30. *qu.*1. *art.*2. D. Antoninum 3. *part. tit.*1. *c.*15. *§.*3.

Patet, quia jure naturæ impossibilis est contractus, cujus materia, & finis est impossibilis; nam rei impossibilis nullus contractus. *l. impossibilium.* 145. ibi: *impossibilium nulla obligatio est. l. verum est.*32. *D. de regulis juris. c. nemo potest.* 6. *de regulis juris in* 6. *l. impossibilis.* 7. *l. in illa stipulatione.*8. *l. si stipuler.*35. ibi: *si stipuler, ut id fiat, quod natura fieri non concedit, non magis obligatio consistit, quàm cum stipulor, ut detur, quod dari non potest. D. de verb. oblig. l. Mævius.*55. *D. de conditionibus, & demonstrationibus. c. Canonic. dist.*4. *& notavi* III. *Pantonom. num.*390. *& n.*962. *l. generaliter.*26. *l.*27. *l. continuus.*137. *§. cum quis. D. de verb. oblig. l. non solum.*21. *D. de obligationibus, & actionibus. §. quidem verò.* 23. *hoc titulo.* At stante impotentia perpetua naturalis prolificæ commixtionis, finis, & materia conjugii est impossibilis.

ANALYSIS II.

An impotentes ad naturalem prolificam commixtionem scienter, validè contrahant Matrimonium, ut castè vivant?

4149 Impotentes nequeunt contrahere, ut castè vivant.

NEga; nam deest essentia matrimonii, cujus finis prolificabilitatis est impossibilis: & non esset contractus matrimonii, sed societatis contubernalis; enim verò antiquitùs inter personas, inter quas non solebatur matrimonium, cohabitatio erat contubernium. Paulus *lib.* 2. *sententiarum. c.*20. ibi: *inter servos, & liberos matrimonia contrahi non possunt, contubernium potest*, & talis mulier dicebatur contubernalis.

4150 Contubernium quid?

Ut enim locus, ubi decem Milites cohabitabant, dicebatur contubernium. Vegetius *lib.*2. *c.*13. *de re Milit.* Cæsar *lib.*3. *de Bello civili*, ibi: *depositis in contubernium armis, vallum relinquebant*; sic contubernium erat quivis convictus. Plin. *epist.* ibi: *adhuc filium pueritiæ ratio inter contubernium suum tenuit*; ergo esset contubernium consocietatis, non matrimonium, ob matrimonii impossibilem finem prolificationis.

Tertio, quia Eunuchi nullas contrahunt nuptias ob hujusmodi impossibilitatem.

Quarto, patet ex *c. consultationi.*4. *& c. laudabilem.*5. *de frigidis, & maleficiatis.* Sanch. 7. *de matrim. disp.*97. *n.*1. dans XXV. Doctores. Caram. *fundamentali. num.*3812. Contra Pontium 7. *de matrim. c.*56.

ANALYSIS III.

An perpetua impotentia irritet Matrimonium etiam quoad alia Matrimonii commoda?

4151 Impotentia perpetua dirimit matrimonium etiam quoad omnia commoda ejus.

AFfirma; cùm matrimonium individuum totum, vel nihil subsistat. *c. consultationi.*4. *c. laudabilem.*5. *de frigidis, & maleficiatis*; ubi liãte impotentia possent ut fratres, & sorores, non ut vir, & uxor cohabitare; ubi ergo impossibilis est naturalis prolifica commixtio, ibi impossibile est matrimonium. 1. ad Corinth. 7. Genesis. 5. Matthæi. 19. Vasquez *tom.*2. *in* 3. *par. disp.*125. *c.*7. *n.*74. Perez *de matrim. disp.*37. *sect.*4. *num.*3. contra Pontium *lib.*7. *de matrim. c.*56.

ANALYSIS IV.

An impotentia ad naturalem prolificam commixtionem ex parte unius matrimonium dirimat?

4152 Impotentia, etsi sit ex parte unius dirimit nuptias.

AFfirma: sivè hic sit vir, sivè femina; quia jam impossibilis est matrimonii finis. Hurtadus *disp.*22. *difficult.* 1. *in fine.* Caramuel *fundamentali. n.*3811. contra Leandrum *tom.*2. *tract.* 9. *disp.* 21. *q.*11. citantem XII. Doctores ajentes, non esse necessarium ad generationem sperma mulieris.

ANALYSIS V.

An perpetuò impeditus respectu unius, non respectu alterius, validè contrahat cum possibile?

4153 Impeditus perpetuò cũ una non cũ altera, valet cum ista nubere.

AFfirma. nam cum illo cessat impossibilitas. *c. fraternitatis.*6. *de frigidis, & maleficiatis. c. finali.*33. *q.*1. Henriquez *lib.*12. *c.*7. *n.*4. Sà. v. *impedimentum impotentiæ. n.*14. Coninck *disp.*31. *num.*6. Hurtadus *disp.*21. *difficultate* 6. *art.*6.

ANALYSIS VI.

An sit nullum matrimonium, si impedimentum valeat incisione tolli, etiam sine periculo vitæ?

4154 Etsi impotentia incisione, sine periculo vitæ tolli possit, adhuc matrimoniũ nullum est.

AFfirma. Durandus in 4. *dist.* 34. *q.*2. Pontius 7. *de matrim. c.* 62. contra Sanchez *de matrim. disp.*93. *n.*32. Henriq. *lib.*12. *c.*7. *n.*8. Perez. *de matrim. disp.*37. *sect.*6. *n.*4.

Patet, nam talis incisio non est medium naturale, quo se nuptiis obligant copulandi: nec vir habet jus ad usum, nisi naturali potens medio. *c. fraternitatis.*6. ibi: *nisi per incisionem, aut alio sibi modo violentia inferatur. de frigidis, & maleficiatis*; Si verò medium non sit naturale, sed artificiale consuetum ad aptam copulam; tunc consuetudine redditur medium ordinarium contractui inclusum; nam quis implere contractum tenetur mediis consuetis. *c. consultationi.* 4. ibi: *talibus artificio aliquo consuevit succurri, ut valeant aptè reddere debitum, & accipere. de frigidis, & maleficiatis.*

ANALYSIS VII.

An impotentia ex maleficio matrimonium dirimat?

4155 Impotentia si ex maleficio sit, etiam nuptias invalidat.

AFfirma: si nequeat tolli naturaliter, vel Exorcismis; est enim tunc impedimentum perpetuum, licèt possit alio maleficio tolli;

li; censetur perpetuum, si per triennium mediis ad id licitè institutis non tollatur. *c. finali. 33. q. 1. c. laudabilem. 5. de frigidis, & maleficiatis*. D.Thom., & D.Bonaventura in 4. *dist.* 34. *q. unica. art.* 3. ubi Durandus, Pontius *c.* 96. *n.* 6. Sanch. 2. *de matrim. disp.* 94. *n.* 8. contra Innocentium. in *c. laudabilem. de frigidis*. Glossam in *c. fraternitatis.* 6. *de frigidis*; ajentes, nullam impotentiam ex maleficio matrimonium dirimere.

ANALYSIS VIII.

An impotentia temporalis matrimonium dirimat?

4156 Temporalis non invalidat nuptias.

NEga. *c. fraternitatis. 6. de frigidis, & male.* Sanch. 7. *de matrim. disp* 91. *n.* 2. Torreblança *lib.* 2. *c.* 15. *sect.* 4.

ANALYSIS IX.

An impotentia perpetua subsequens matrimonium ratum dirimat?

4157 Quid verò in impotentia perpetua subsequente matrimonium ratum.

AFfirmant multi, & posse recipi ait Gobat *tract.* 9. *n.* 433. Dicastillus *disp.* 7. *dub.* 49. *num.* 529.

At ego exigo dispensationem Summi Pontificis, quia matrimonium ratum ab initio validum non tollitur, nisi in casibus jure expressis, professionis scilicet sequutæ, & ex dispensatione Summi Pontificis ex causa rationabili, qualis esset hìc. *c. quod sedem. 2. de frigidis, & malef.* ubi Gonsalez.

Nec officit textus *in c. quod proposuisti.* 32. *quæst.* 7. nam ibi impedimentum erat temporale.

ANALYSIS X.

An impotentia perpetua subsequens, matrimonium consummatum dirimat?

4158 Subsequens matrimonium consummatum illud non dirimit, etsi foret perpetua.

NEga. Prima ad Corinth. 7. ad Romanos 7. ibi: *mulier vivente viro alligata est legi. c. ii, qui.* 15. 32. *q.* 7. consummatum namque sola morte dirimitur. Hinc plus requiritur in fieri, quàm in conservari, & jus quæsitum consummatione superveniente impedimento non amittitur.

ANALYSIS XI.

An perpetuò impeditus relativè respectu unius possit contrahere matrimonium cum non impedito?

4159 Perpetuo impeditus respectu unius, valet nubere cum nō impedito.

AFfirma. *c. fraternitatis.* 6. *de frigidis, & maleficiatis. c. finali.* 33. *q.* 1. Hurtadus *de matrim. disp.* 21. *difficultate.* 6. Coninck *disp.* 31. *n.* 6. Henriquez *lib.* 12. *c.* 7. *n.* 4. Sà. v. *impedimentum impotentiæ. n.* 14.

An sciens suam impotentiam contrahat, teneatur deceptam feminam alere?

4160 Impotens nubens cum ignorante suam impotentiam, tenetur ad damna.

NEga; quia tale onus nullo jure impositum, & sic satis est si resarciat secundum regulas justitiæ damna. Vega *tom.* 2. *c.* 34. *casu* 113. Sanch. 7. *de matrim. disp.* 97. *n.* 10. qui *n.* 9. citat contra XII Doctores.

ANALYSIS XII.

An Eunuchi, Spadones validè contrahant nuptias?

4161 Eunuchi si uno teste careant validè nubunt.

DIstinguas: vel utroque, vel uno sunt orbati teste.

Si uno teste: affirma validè contrahere; nam impotentia non est tunc ad prolificam naturalem commixtionem; & ut uno oculo verè quis videt: ità verè prolificè uno teste coire valet. sic Eunuchus Pharaonis Putiphar habuit filiam, quam sibi desponsavit Joseph. Genesis 37. nisi velis cum Peresio *tom.* 4. *genesis. c.* 37. *n.* 9. qui dicit Eunuchum ibi sumi pro ministro Regis, non pro evirato ex Genesi 40. ubi Regis Pistor, & Pigerna dicitur Eunuchus.

4162 Si utroque invalide ex Constit. Sixti V. *Cum frequenter.* 27. Junii 1587.

Si utroque teste carent, nulliter contrahunt, quia impotentes ad prolificam commixtionem, & sic jure naturæ sunt impediti matrimonium contrahere, ut contra Tabienam v. *impedimentum.* 12. *q.* 6. *n.* 7. Armillam v. *matrimonium n.* 51. Guttierez *lib.* 1. *canonicarum. c.* 16. *c.* 8. constituit Sixtus V. in motu proprio. ibi. *Committimus fraternitati tuæ, & mandamus, ut conjugia per dictos, aut alios quoscumque Eunuchos, & spadones utroque teste carentes, cum quibuslibet mulieribus prædictum defectum, sivi scientibus, sivè nescientibus contrahi prohibeas, eosque ad matrimonia contrahenda inhabiles auctoritate declares, & tam locorum Ordinarii, nè hujusmodi conjunctiones de cætero fieri quoque modo permittant, interdicas, quàm eos etiam qui sic facto contraherint, separari cures, & matrimonia ipsa, si de facto contracta, nulla, irrita, & invalida decernas*, ubi ly *inhabiles declares*. Sixtus V. expressit nulla anteà facta, quod non potuisset, si consummata, & valida fuissent. D.Thomas in 4. *dist.* 34. *in fine*. Caramuel *fundamentali. n.* 3813. Pontius *lib.* 7. *de matrimon. c.* 77. *sect.* 3. *n.* 4. *&* 5. Perez *loc. cit.* Romanus, Basonius.

ANALYSIS XIII.

Decrepitus.

An valeat contrahere validum matrimonium.

4163 Decrepitus si sit impotens ad naturalē prolificam commixtionem nubere nequit.

DIstinguas: vel est potens, vel impotens ad prolificam naturalem commixtionem.

Si impotens. nega. Sotus in 4. *dist.* 34. *q.* 1. *ad secundum*. Sanch. dans XXXVIII. Doctores 7. *de matrim. disp.* 92. *n.* 24. Filliuccius *tract.* 18. *c.* 55. *n.* 94. Gonsalez *in c. laudabilem.* 5. *n.* 5. *de frigidis, & maleficiatis*. Narbona *de ætate anno* 50. *q.* 6. Arniseus *de iure connubiorum c.* 2. §. 4. contrà Vegam *tom.* 2. *summa. c.* 34. *casu.* 61. Rodriquez *tom.* 1. *summæ. c.* 234. *conclus.* 5. *n.* 50. ajentes, senes inhabiles ad copulam perfectam validas inire nuptias.

Patet, quia spiritus exiccari marasmo senili, & emori incipiunt; ab intrinseco enim deest potentia prolifica, quia ab intrinseco illa ætas habet caloris defectum, vergitque ad frigidum, & siccum. Aristoteles *lib.* 5. *de generatione. c.* 4. estque impossibilis prolis procreatio, & commixtio prolifica hujus contractus materia.

4164 Secùs si potentes sint.

Si verò sint potentes ad commixtionem naturalem prolificam; tunc validas ineunt nuptias. Sanch. 7. *de matrim. disp.* 92. *n.* 19. Hurtadus *disp.* 22. *difficultate.* 5. Candidus *disquisit.* 28. *art.* 13. *dub.* 14. Caramuel *fundamentali. n.* 3814. Bonacina *q.* 3. *de impedimentis punct.* 13. *n.* 18. Bechstadius *tract. de conditionibus sponsalium. p.* 1. *c.* 11. *n.* 11. Harpprectus *tom.* 2. *de nuptiis.* §. *justas autem. n.* 27. dicens, septuagenarium cum quinquagenaria posse nubere, Torreblanca de *monologia lib.* 2. *c.* 1. *&* 18. *n.* 19.

Patet, quia tunc nihil deest ad valorem contractus, ex parte materiæ, ex parte contrahentium, ex parte legis non irritantis hujusmodi nuptias.

Secundo patet ex *c. nuptiarum.* 27. *q.* 1. *l. sancimus.* 27. *C. de nuptiis. l. si major.* 12. *C. de legitimis hæredibus.*

Nec officit senectutem declinare ad sterilitatem.

Nam supponimus vividum semen prolificè com-

commiſcendum. Narbona *de ætate anno.60.q.4. n.7.* Navarrus *in manuali c.22.n.59.* contrà Covarruviam *tract.de frigidis.q.6.*

ANALYSIS XIV.

Qua autem ætate deſit ab intrinſeca prolificativa commixtio.

4165 Inquiritur ætas in quo deſit ab intrinſeco prolificativa commixtio.

ARiſtoteles *7. politicorum. c.* 16. ait, viros uſque ad ſeptuageſimum annum generare poſſe.

In *l.ſancimus. 27. C.de nuptiis*; ſexagenarius, cum quinquagenaria prolificare poteſt.

In *l.ſi pater.§.ſi arrogato.D.de adoptionibus*, & in *l.ſi ſterilis.21.D.de actionibus empti l.ſi major. 12. C.de legitimis hæredibus*, ubi ſexagenarius, cum quinquagenaria eſt ſterilis.

Ego penſarem temperaturam, cum non eodem tempore in omnibus deficit calor prolificativus: ut non eadem eſt omnium virorum temperies; cum ergo una temperies magis, quàm alia reſiſtat, & tardiùs emoriatur, hinc tardiùs etiam prolificativam vim amittit, ità ut nequeat pro omnibus limitari idem tempus. Sic Abraham nupſit anno centeſimo. Geneſis 2. primo Regum *c.* 1. Et ſi hiſtoricis quibuſdam credendum. Federicus II. natus eſt ex Conſtantia pluſquam quinquagenaria ex Henrico Snevio ſcilicet Imperatore.

Ad legitimandam autem prolem jam natam, etiam decrepitos nubere validè putaverim, quia tunc contractus nuptialis retrotrahitur ad tempus conceptionis, vel nativitatis filii, quo tempore generare poterat. *c. tanta. qui filii ſint legitimi.* Caramuel *fundamentali.n.*2814. (52)

ANALYSIS XV.

Sterilis.

An ſterilitas dirimat matrimonium?

4166 Sterilitas tollens commixtionem prolificã in actu primo dirimit nuptias.

DIſtinguas: vel ſterilitas tollit commixtionem prolificativam in actu primo, vel non tollit.

Si tollit. Affirma matrimonium nullum, quia tunc deeſt materia contractus.

4167 Secùs ſi non tollat.

Si non tollat commixtionem prolificativam; affirma matrimonium validum, quia tunc adeſt materia, & cauſa efficiens contractus; cùm talis ſterilitas impediat nativitatem, non naſcibilitatem. *c.ſolet.32.q.2.c.accepiſti.de frigidis,& maleficiatis*, & uno ſterilis, fæcunda alio tempore, temperatura alterata lapſu temporis, vel remediis fota. Geneſis 25.v.21. de Rebecca. Geneſis 11.v.30. de Sara. Geneſis 29. v. 32. de Rachele. Lucæ *c.* 1. v.27. de Eliſabeth. Gutierez 1.*Canonicarum. c.*16. Gonſalez *in c.laudabilem. 5.v.2.de frigidis,& maleficiatis.* Zacchias 3.*medico legalium. tit.1.q.7. n.7.*, qui non placet in eo, quod cum Sanchez indiſtinctè doceat ſterilem validè nubere. Gabriel à S. Vinc. *de matrim.diſp.6.q.15.n.*157. & 147.

Ut introrſus rem diſquiramus, eſſentiam ſterilitatis edat calamus.

4168 Quid ſit ſterilitas inquiritur.

Sterilitas eſt defectus prolificantis generationis. Steriles enim non generant; quæ placet definitio Cardoſæ *lib.* 6. *Philoſophiæ liberæ. c.*16. ajentis, ſterilitas eſt impotentia ad generandum; nam non omnis ſterilitas potentiam tollit generativam; cùm quandoque tollat tantùm actum ſecundum prolificationis ex vitio accidentali averſionis, timoris, odii, immodici congreſsus, quibus evertitur non vis prolificativa, ſed prolificatio, ut ipſemet annotat ibidem. *§.animi.*

Sterilitas poteſt eſse ex parte viri tantùm. Secundo ex parte feminæ. Tertio ex parte utriuſque. 4169 Unde eveniat ſterilitas, & in quibus.

Secundo poteſt eſſe in ipſa potentia generativa, & in ſolo actu ſecundo prolificationis.

Eſt impotentia, ſi deſint inſtrumenta prolificativa, puta elaborativa, ut patet in Eunuchis, qui ſunt ſteriles etiam in actu primo; nam deeſt potentia elaborativa, idem poteſt efficere temperies validè frigida, vel validè ſicca, vel exceſſiva humida; licet hæc ſterilitas ob temperiem mutabilis ſit, & mutetur complexione mutata, & reducta ad numerum, & menſuram proportionatam.

In actu ſecundo ſunt ſteriles immodicè conſumentes, congredientes, & etiam feminæ validè pingues ſunt ſteriles. Hippocrates *5.Aphoriſmorum.* 45. ibi: quæcumque præter naturam craſſæ non concipiunt utero, his enim emenſum os uteri comprimit.

In actu ſecundo etiam eſt ſterilitas, ſi celeritate, tarditate, debilitate naturæ, vel maleficio detineatur detentio, commixtio, nutritio, organizatio fetus.

Secundo ſterilitas in potentia, alia temporalis, alia perpetua. Temporalis poteſt tolli medils naturalibus; mutata complexione tempore, cibis, remediis, regione pergendo ex humida in ſiccam, vel ex ſicca in humidam, & ex frigida in calidam, & è contra.

Perpetua eſt, ſi organa ſint contorta, convulſa, exiccata, ac emortua attritione, contritione, convulſione.

Tertia eſt alia abſoluta cum omni, alia relativa cum tali tempore: ſic temperies ſicca cum ſicca non eſt fæcunda, nec frigida cum frigida, ſed emendato exceſſu poteſt reddi fæconda; adeòque ſterilis in uno conjugio non eſt ſterilis in altero conjugio, ſi adſit apta congeſtes qualitatum. Unde cecinit Lucretius:

Craſſaq; conveniunt liquidis, & liquida craſſis.

Ex his patet.

An, & qui ſteriles validè inire poſſint nuptias?

DIſtinguitur: vel ſterilitas eſt quoad actum primum; vel quoad actum ſecundum. 4170 Sterilitas in actu primo dirimit matrimonium, ut ſupra dictum eſt.

Si ſterilitas ſit quoad actum primum. Affirma matrimonium eſſe nullum, quia tunc deeſt commixtio, & potentia commixtionis naturalis prolificæ.

Si verò ſit actus ſecundi, vel quoad actum ſecundum. Affirma matrimonium eſſe validum, quia tunc adeſt potentia, & commixtio naturalis prolificativa: Et talis ſterilitas impedit non potentiam ad naſcendum, ſed nativitatem, ut ſunt illæ feminæ, quæ quaſi ſemper faciunt abortum, filium mortuum, & non vivum, poteſtque tolli alterata qualitate validè calida, frigida, humida, ſicca, nutritione, motatione. Regionis, & uno tempore ſterilis evadit fæcunda temperatura alterata, puta pinguedine exiccata, ſiccitate homefacta. Geneſis 25. v.21. de Rebecca. Geneſis 11.v.30. de Sara. Geneſis 29. v.32. de Rachele. Lucæ 1. v.27. de Eliſabetta: obl validæ nuptiæ erant, & ſteriles. *c.ſolet. 32. qu.2.c.accepiſti. de frigidis, & malefic.* Guttier. 1.*Ca-*

(52) Intellige, ſi potens ſit conſummare matrimonium; nam eum alioquin matrimonium non ſit, retrotrahi non poteſt.

[illegible] c.16. G[illegible]lez in c. [illegible] n.7. de frigidis, & mal[illegible] G[illegible] bri[illegible] à S.Vinc. de matrim. [illegible] 157. & 147 Ca[illegible] lib. [illegible] Z[illegible] 3. [illegible] legalit. [illegible] q.4. [illegible] 3. [illegible] dicens [illegible] Sanch. [illegible] lteri [illegible] nubere.

An à moribundo validè, & licitè Matrimonium iniri valeat etiam per Procuratorem, [illegible] per epistolam?

4171 A moribundo iniri possunt nuptiæ, etiam per alios.

AFfirma. San[illegible] de matrim. disp. 10[illegible] num. 3. Layman lib. [illegible] 11. n.6 [illegible] par. 1. Summa. tract. de [illegible] c. 14. Vi[illegible] par. 1. Summa. tract. 13. diffic. 58. n.6. Att[illegible] de casibus tempore pestis [illegible] quia nulla lege naturali, Divina, humana [illegible] tatum oppositum; ergo standum est pro libertate, & [illegible] valore. Secundo, quia moribundus non est in potentia sterilis. Tertio, quia in moribundo habetur finis matrimonii, & h[illegible], & nunc per accidens deest copulatio corporalis, quæ non est essentialis contractus nuptialis. *l. nuptias. D. de regulis.* Quarto paritate professionis Religiosæ licitè, & validè emissæ à moribundo. [illegible] tenore de Regularibus. Qui[illegible]o, quia licitè nuptiæ ineuntur, & validè ab illis, qui post nuptias initas volunt ingredi, & profiteri Religionem, quamvis profes[illegible]ione [illegible] solvantur, ergo lici[illegible] [illegible], quamvis morte deinde [illegible]vantur.

Nec mo[illegible] [illegible]bentes [illegible] ipiun[illegible] obligationi [illegible] morte [illegible] [illegible] ob[illegible] nem [illegible] [illegible] [illegible] & definere, [illegible] inter vi[illegible] tenetque ut cæteri act[illegible] [illegible] vivos à moribundo etiam fieri [illegible].

4172 Concubinarius moribundus nubens absolvi valet, etiam retenta concubina.

Ex valore [illegible] mat[illegible] facti à moribundo, abs[illegible] [illegible] moribundus etiam non ejecta concubina, [illegible] qua concubina [illegible] nuptias vali[illegible] trahit, & filii ab iis [illegible] in concubinatu legitimantur per subsequens matrimonium. *c. tanta. qui filii sint legitimi.*

ANALYSIS XVI.

An validè nubat sciens [illegible] morituram vel etiam mortuam?

4173 Validè mulier [illegible] [illegible] moriturum, vel [illegible]

AFfirma. Co[illegible]nck de Sacramentis disp. 31. dub. 7. n. 86. Caramuel fundam. n. 3817. Leander loc. [illegible] q.21.

Pa[illegible], qui[illegible] nihil deest ad valorem contractus ex parte materiæ. D. Augustinus lib. 5. contra Julianum c.8.

Peccaret tan[illegible] m se, vel filium sciențer exponendo [illegible]o mortis sine necessitate.

ANALYSIS XVII.

Hermaphroditus.

4174 Quis sit hermaphroditus.

HErmaphroditus dictus ambigena à Blen[illegible] [illegible]. 90. Macri v. ambigena. Est habens utru[illegible] sexum. c. si testes. §. hermaphroditus. 4.q. [illegible] D. de testi[illegible] l. quæritur. D. de statu hominum. Aristoteles 4. de [illegible] animalium. c.4. [illegible]nius naturalis historiæ c. 3. frequens apud Nasamones populos Af[illegible] monstrorum feraces, ut ex Herodoto, & Caliphane testatur Majolus lib. 1. c.27. n.5. Vivaldus p.a. candelabri de ir[illegible] ex defectu corporis tit. de hermaphro[illegible] n. 135. qui hermaphroditi dexteram [illegible] v[illegible]llem, levem muliebrem ge[illegible] [illegible] 7. c.2. (53)

An hermaphroditi valeant contrahere [illegible] vel [illegible] matrimonium?

4175 Hermaphroditi perpetuo inhabiles utroque sexu, nullo [illegible]

DI[illegible] vel u[illegible] [illegible] xus est [illegible] [illegible], vel est [illegible]. [illegible] pe[illegible] ò inhabilis, matrimonium contra[illegible] nequit.

Si h[illegible] ad generand[illegible]m, subdistinguas: vel est [illegible] unus, vel uterque sexus.

Si [illegible] [illegible] sexus [illegible] ad pro[illegible]candum [illegible] tunc secundum talem [illegible] xum [illegible] monium [illegible] valet.

4176 Secus si alioquo sexu sint habiles ad generandos, aut utroque.

Si uterque sexus est pro[illegible]ficativus, tunc pro [illegible] valet matr[illegible]mon[illegible] [illegible] nul[illegible] lus est naturali [illegible] [illegible] mixtu[illegible] [illegible] sive æqualiter, [illegible] sexus sit inhabilis; potest enim tunc [illegible] etiam nou prævalentiorem sexum ad [illegible] matrimonium; nam habetur finis pr[illegible] primarius matrimonii, [illegible] aliud jure expre[illegible]sum. Hurtadus d[illegible] p.22. [illegible] [illegible]. 10. P[illegible] lib.7. c.65. in [illegible]. Tamburinus lib.8. tr.2. l.1. de matrim. c.13. §.2. n.25. Palaus disp. 4. §.13. §.5. n.2. Leander loc. cit. q.31. Gabriel à S.Vinc. loc. cit. n. 164. Caramuel fundam. n. 3818. §. posse. Antonius à S[illegible] tract. 11. n. 460. Dicastillus disp.7. n.5[illegible] Perez de matrim. disp. 37. sect.13. n.4. contra S[illegible] loc. c[illegible] n.5. Guttierez de matrim. c. 519. n.1. Bonac[illegible] q.3. punct.12. n.27. Busem[illegible] [illegible] c.6. [illegible] 2. §.2. vali[illegible] contrahunt. negantes val[illegible] contrahi in sexu non præv[illegible]

Nec oppositum evincit. *l. 1. D. de statu hominum.*

Nam ibi decernitur in dubio prævalentiorem censeri [illegible] virilem natura tendente ad perfect[illegible]

4177 Uterque sexu utentes, & nubentes, debent se juramento obstringi alteros sexu se non usuros.

Ineuntes tamen nuptias debent juramento cavere se a tero sexu non usuros. *c. Presbyteros. 16. q. [illegible] de Clericis conjugatis.*

Et inito matrimonio secundum unum sexum, illo dissolu[illegible] valent secundum alium sexum; quia nullo [illegible] inhibitum, & valet obtineri prolificatio [illegible] principalis matrimonii. Sanchez loc. cit. n.8. Hurtadus loc. cit. Pontius loc. cit. n.2. Leander loc. [illegible] q.30. Tamburin. loc. cit. n.29. Gabriel à S. Vinc. loc. cit. n.164 Perez loc. [illegible] n. 6. C[illegible]ram. loc. [illegible] contra Torreblancam lib.5. c.9. n.15.

Sed quid, si femina nupta deinde evadat vir?

4178 Femina si evadat vir, & desinat esse feminam, solvitur matrimonium.

TUnc vel desinit esse femina, vel simul retinet sex[illegible] muliebre.

Si desinat ess[illegible] [illegible], dissolvitur matrimonium, nam ess[illegible] exigit masculum, & [illegible]minam. *l.1. D. de [illegible] nuptiarum. §. nuptiis [illegible] pa[illegible]*

4179 Secus si remanet femina.

Si verò r[illegible] [illegible] feminæus, [illegible] manet [illegible] [illegible] tum; nam [illegible] [illegible] prævaleat. Perez loc. [illegible] 14. n.2. Tambu[illegible] cit. n.2[illegible]

[illegible]qualis pec[illegible] pec[illegible], si uterque ma[illegible] [illegible] cons [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vir, iterum ut [illegible], cum ad [illegible] [illegible]

4180 Quæsita plura alias afferenda proponuntur.

Ro[illegible] opo[illegible]it C[illegible]uel fundamental. num. 3819. & non d[illegible] [illegible] [illegible] rez [illegible] loc. cit. n.2. [illegible] pr[illegible] m[illegible] [illegible] pec[illegible] adulteri uti [illegible]cilicet [illegible] sexu, qu[illegible] [illegible] quia sit injuria matri-

(53) De[illegible] [illegible] Verba [illegible]

[illegible] Rrrr 4

matrimonio, & sect. 15. n. 2. desiderat judicium aliorum, si uterque esset perfecte hermaphroditus, an scilicet possit uti modo uno, modo alio sexu.

Mihi tota difficultas videtur in decidendo, an habentes duplicatum sexum possint duplicatum matrimonium contrahere; cùm enim hermaphroditus contrahat: si contrahit ut femina, erit matrimonium ut femina cum masculo: nec poterit uti sexu masculino, quia ut masculus non contrahit, & sic non adest matrimonium, nec jus ad usum sexus masculini.

Posse autem duplex matrimonium contrahere ex eo deducibile, si inspiciatur jus naturæ, quia nullum impedimentum naturale, cùm valeat sequi generatio, si uno anno masculino, deinde nata prole femineo sexo utatur. Nec adest impedimentum affinitatis; nam hoc non est inter feminam, & virum, sed inter feminas, & consanguineos viri, & inter virum, & consanguineos feminæ; hermaphroditus autem ut vir, non est consanguineus sui ipsius ut femina. Præterquamquod impedimentum affinitatis est juris positivi. Verùm tu nihil decidas.

4181 Impotens ætate nullitter contrahit.

Impotens ex defectu ætatis.

Validas contrahit nuptias de jure naturæ, quia non est impedimentum perpetuum. Unde impubertas tantùm dissolvit matrimonium jure positivo. *c. continebatur. c. attestationes. c. ex literis. de desponsatione impuberum.* Et si malitia suppleat ætatem, tunc tenet matrimonium. *c. de illis. c. finali. de sponsalibus.* Imò sic contrahentes, nec peccare ait Sanch. *lib. 1. de matrimon. disp. 17.* Perez *de matrim. disp. 27. sect. 12. n. 4.* contrà Gabrielem à S. Vinc. *loc. cit. n. 166. in fine*, cum Pontio ajentem peccare lethaliter, nam cessat finis prolificationis.

4182 Si certa sit impotentia nullū tempus datur ad experiendū.

Tempus præfixum ad experiendum an impotentia sit perpetua.

Nullum datur tempus ad hoc experiendum, si certa adsit ab initio perpetua impotentia, ut defectus veretri, testium. *c. laudabilem. 5. c. finali. de frigidis, & maleficiatis.* Frustra namque expectatur tempus, cujus adventus nihil operatur. *c. cum contingat. de off. deleg. l. aliquando. 13. §. finali. D. ad Vellejanum*; & in claris probationem non indigemus. *l. continuus. 137. §. cum ità. D. de V. O. l. ... aut ille. 25. §. cum in verbis. l. non aliter. 67. D. de legatis 3. ibi: in claris indiciis, conjecturis, aut præsumtionibus non indigemus*; unde lethale sic experiri impotentiam nuptiis certò ... Caram. *fun. lam. n. 3820.* Perez *de matrim. disp. 27. sect. 11.*

4183 Si verò sit dubia, datur triennium.

Si impotentia sit dubia?

Tunc distinguendum est: vel dubium provenit ex ætate, vel ... unde.

Si dubium provenit ex ætate, qualis est ætas minor, ad experiendum an impotentia sit perpetua, datur triennium moraliter continuum, ut assolet inter conjuges; itaut tempora absentiæ addantur triennio præfixo ad exigendam perpet... im... c. laudabilem. 5. & c. fina... de fri... & maleficiati. Novella 22. Justiniani. Sanchez li... 7. disp. 14. n. 18. Henriquez lib. 12. c. 7. n. 2. Busembaus 6. medull. c. c. ... §. dixi primo. Barbosa in c. laudabilem. de frigidis, & maleficia... Barbos... corpore tit. 17. n. 61.

Triennium ... masculo ab anno 18. in femina ab anno 14. completo; nam tunc dicitur plena, & perfecta pubertas, & sic valida ad ... dum. *l. adrogato 40. ibi: plena pubertas, idest decem, & octo annis præcedere debet. D. de adoptionibus. lauela. 14. §. 1. D. de alimentis, & cibariis legatis.* Et tempus ad experiendum ... ud debet præfigi, in quo indubie experietur si possit. Narbona. *de ætate anno. 18. q. 5.* Sanch. *loc. cit.* Caram. *loc. cit.* Gonsalez in *c. laudabilem. 5. n. 8. de frigidis, & maleficiatis*, ajens cum Gerinonio. *2. de anim. c. 10.* incipere ab anno 21. ante quam ætatem potest ex debilitate ætatis nasci impotentia; cùm ad dictam ætatem homo vires crescendo acquirat. contrà Hurtadum. *disp. 12. difficultate. 11. n. 41.* Perez *disp. 27. sect. 11. n. 11.* ajentes triennium incipere in masculo ab anno 14., in femina ab anno 12. completo.

4184 Quando incipiat triennium.

Si verò impotentia non nascatur ex ætate: tunc triennium incipit à decreto Judicis, secundum Farinacium *vol. 2. dec. 192.* Dianam *p. 11. tract. 5. resol. 8.* licet alii rectius dicant incipere à die conatus ad copulam; nam ante conatum nequit impotentiæ experimentum inchoari. *c. fraternitatis. c. laudabilem. 5. de frigidis, & maleficiatis*, ubi quando dicitur triennium à die celebrati conjugii, intelligitur pro conjugio in effectu; verba namque, quæ requ... unt ... ctum experimenti intelligenda sunt cum effectu. *c. relatum. de Clericis non residentibus.* Perez *de matrimonio. disp. 27. sect. 11. n. 10.* Reginaldus *loc. cit.* Abelly, & alii. Sed quid?

4185 Etsi uterque impotentiam fateantur triennium expectandum, si certis judici nō constet.

Si uterque fateatur impotentiam?

Adhuc expectandum triennium, si impotentia Judici non constet; nam contrahentes nequeunt m... ... ...o tollere validum matrimonium, si fortè adsit potentia, & possunt perturbati odio, ira, passione fateri se impotentes, quando non sunt. *c. laudabilem. 5. de frigidis, & maleficiatis.* D. Thoma. in *4. dist. 34. in fine.* ubi Sotus *art. 2. conclus. 2.* Hurtadus *disp. 22. difficultate. 11. n. 40.*

Sed uno negante, altero affirmante impotentiam; tunc adhuc datur triennium, si aliæ desint probationes. Sanch. *7. de matrimon. disp. 109.* Pontius *loc. cit. n. 9.*

4186 Si ante triennium Judici innotescat impotentia, statim sunt separandi.

Si verò Judici ante triennium innotescat perpetua impotentia. Debet ille illos separare conjuges, declarando irritas eorum nuptias, non expectato lapsu triennii. *c. 1. de frigidis*, frustra namque expectatur tempus, cujus adventus nihil operatur. *l. aliquando. 13. §. finali. D. ad Vellejanum.* Gabriel à S. Vinc. *l. c. cit. n. 165.*

4187 Quibus modis impotentia probatur.

Probatur impotentia multis modis. Primo Juramento, & confessione conjugum. Secundo conjecturis, & observatione Obstetricum, & Medicorum. Tertio juramento propinquorum asserentium se credere conjuges verum fateri. *c. laudabilem. 5. de frigidis, & maleficiatis.* Sanch. *7. de matrim. disp. 107. num. 14.* Pontius *7. de matrim. c. 66. n. 2.*

4188 Si post triennium inveniantur corrupti, & dubium sit an consummaverint, tunc requiritur judicium septimæ manus.

Quod si post triennium inveniantur corrupti, nec possit constare, vel probari matrimonium esse consummatum.

Tunc requiritur judicium septimæ ... propinquorum, ut scilicet septem ex ... viri, septem ex parte uxoris, propinqui ... deficientibus vicini, jurent ... tum, jurantibus prius ipsis conjugibus. *c. laudabilem. 5. ibi: si autem, quod nunquam se invicem cognoverint ambo fatentur, cum septima manu propinquorum, vel vicinorum bona famæ (si propinqui defuerint) ... Sacrosanctis Evangeliis, uterque jure jurando dicat, quod nunquam per carnis copulam, una caro effecti fuissent:*

sunt: & tunc videtur, quod mulier valeat ad [illegible] nuptias convolare [illegible] fri [illegible] & voluptatis, ubi [illegible]entius, & Hostiensis *in d. c. laudabilem.*

Matrimonium irritatum ob contumaciam impotentis citati non comparentis, an revera sit nullum, si potentia adsit?

4189 Ob contumaciam citati impotentis non solvitur matrimonium, si adsit potentia.

NEga; quia validum matrimonium nequit ob contumaciam dissolvi, ne validari [illegible] nullum [illegible] ob veram impotentiam, sicque circumspectè agendum, & uude contumaciæ non inhærendum. Caramuel *fundament. n.* 3822.

Hinc nequit sententia [illegible] matrimo[illegible] ferri in absentem indefensum *c. tenor. 10. de sententia, & re iudicata*, nisi in præsenti sit impotentia absoluta ad quodcumque matrimonium: puta defectus veretri; tunc enim certum est nec cum absente tenere.

An sententia declarans nullum matrimonium transeat in rem iudicatam?

4190 Sententia declarans nullas nuptias non transit in rem iudicatam.

NEga: nam si revera matrimonium tenet, sententia est nulla, nec pro vera habetur, nec in matrimonio facit ex vero [illegible]um, ex albo nigrum. *c. lator. 7. de sententia, & re iudicata.*

Quando facta separatione ob impotentiam contracto secundo matrimonio, sit restituenda primo viro?

4191 Facta separatione si appareat potentia, quando & si nupserant, iterum sunt primis nuptiis restituendi.

SEmper ac apparet impot[illegible]iam fuisse temporalem: nam tunc erat validum primum [illegible] ideoque impotentia temporalis non [illegible] mente.

Hinc primo, separatio facta ob f[illegible] impedit etiam secundum matrim[illegible] si impotens nequit nubere, [illegible] dus est primæ ob temporaneam imped[illegible] tum ablatum. *c. laudabilem. 5.* [illegible] *7. de matrim. disp. 99. n. 6.* Caramuel *fundament. n. 4826. in fine.*

Hinc secundo, si facta separatione emergat potentia; tunc fit restitutio ad pristinum [illegible] tum, quia impotentia jam est temporalis. *d. c. 5. de frigidis.* Gabriel à S. Vinc. *loc. cit. n. 165.*

Hinc tertio, si facta separatione miraculo reddatur potens; tunc primum matrimonium non tenet, quia perpetua ex se [illegible] impotentia, quæ miraculo tollitur. *c. fraternitatis. 6. de f*[illegible] Gabriel à S. Vinc. *loc. cit.*

Hinc quarto, secundum matrimonium est nullum ob [illegible] tatem prioris apparente impedimento temporali, & sic reddenda est pri[illegible] viro, nisi Summus Pontifex dispen[illegible] vendo primum matrimonium ratum, convalidando secundum consummatum. Caramuel *loc. cit.*

Si separato matrimonio unus profiteatur Religionem, & deinde appareat potentia?

4192 Facta separatione si unus sit professus, & inde evadat potens, est uxori restituenda.

TUnc primum matrimonium est validum, & [illegible] debet restitui uxori, cum à professione u[illegible] matrimonium non tu[illegible] tum. *c. lator. [illegible] sententia, & re iudicata* [illegible] fessio namque errore emissa, [illegible] non conjugatum, nec conj[illegible] abilem per impotentiam, quam cognov[illegible] potentem, est nulla, & nol[illegible] profiteri [illegible] potentia. Patet, quia nolu[illegible] probata impoten[illegible] quæ dicunt professionem dissolvere nupti[illegible] tur de p[illegible] fessione valida. *c. de pœn. tam. 27. q. 2. Ex* [illegible] *antiqua. de voto.* Tridentinum [illegible] Caramuel *fundamentali n. 3823.* contra Leandrum dantem X. Doctores

p. 2. tract. 9. disp. 22. q. 50. ajentes professione irritari matrimonium ratum.

4193 Idem erit si ambo ob impotentiam fuerint professi.

Idque etiam dicendum, si ob impot[illegible] probatam ambo co[illegible] religionem profiteantur, & dei[illegible] de appare[illegible] potentia ætate, vel remediis quæsita.

Tunc enim professio est nulla, quia errore emissa à nolentibus alter [illegible] trahere, quàm cum matrimonio [illegible] ali ex[illegible] pressi se profess[illegible] stante impotentia, & matrimonio val[illegible] D. Thomas in *4. dist. 27. q. 1. art. 3. q. 3. ad 3.* Caramuel *fundamentali. n. 3824.* contra H[illegible] *d. p. 8. difficultate. 4. n. 5.* ajentem [illegible] nuptium nul[illegible].

4194 Ordo sacer non dirimit nuptias, licet Ordo Sacer sit valide receptus.

Ex his liquet, nec Sacros Ordines ma[illegible]monium jam validum tollere, licet Ordo sacer [illegible] validus; cùm non sit contractus, [illegible] nuptias ratas tollat. Potius, & alii; Sicque ordinatum [illegible] eundum uxori, nisi Pont. [illegible] causa vel [illegible] tunc dissolvere matrimonium ratum, aliàs nequibit [illegible] alteri nubere. Henriquez *lib. 12. de matrim. c. 8. n. 3.*

An verò tunc Ordinatus possit petere debitum?

4195 Taliter Ordinatus debet reddere, non petere debitum.

AFfirma debere reddere, non petere ob votum. Hurtadus *disp. 22. difficultate. 11. n. 42.* Caram. *fundam. n. 3825.* At anceps est meus animus, quia vot[illegible] notabili mutatione [illegible], ut est hu[illegible] modi, vires amit[illegible] ex dictis supra, & ut metu ordinatus in Sacris non est inhabilis ad matrimonium, nec voto castitatis tenetur. [illegible] *matrimon. disp. 29. n. 5.* [illegible] *n. 14.* Azorius *tom. 1. [illegible] 13. c. 13.* [illegible] Suarez [illegible] *lib. 9. [illegible]* Per[illegible] *de m*[illegible] [illegible] *n. 5.* & 8. [illegible] [illegible] endum [illegible] lo, qui ex errore or[illegible]natur.

Sed?

An si [illegible] nubens alteri, acquirat potentiam, sit restituenda primo viro, à quo perpetuo [illegible] non potest ob [illegible] tem, vel debilitatem?

4196 Impotens perpetuò cui una ob aliquas causas, non redditur primo viro, si quoque evadat potens cum secundo.

NEga; nam tu[illegible] impediment[illegible] perpetuum respective tol[illegible] po[illegible] mo[illegible] tro, & co[illegible] te non est re[illegible] pri[illegible]no. Caramuel *fundamentali. n. [illegible]* Gabriel à S. Vi[illegible] *n. 165.* omissis dict[illegible] per Sanch. *7. de m*[illegible] *n. 107. n. 16.* & Ponti[illegible] *7. de matrim.* [illegible] *n. 9.* Leandro *loc. cit. qu. 54.* de æqualitate, usque fi[illegible] cate, pinguedine.

4197 Alii casus singulares.

[illegible]ed quid dicendum, si facta legitima separa[illegible] e casu redditur potens, puta si dormiens [illegible] opprimat[illegible] vel è sella ruens potentiam [illegible] acquiret? [illegible] secundum indecitum [illegible] Caram. *loc. cit.*

Putaverim [illegible]um matrimonium validum, & [illegible] prof[illegible] rit enim [illegible] al[illegible] quia constitit de impotentia perp[illegible] ad casus [illegible]usmodi rarissimos non est respiciendum, [illegible] sufficit impot[illegible] secund[illegible] perpetua, ad hoc ut matrim[illegible] [illegible] eatur, nec convali[illegible] si los[illegible] casu naturali fiat potens [illegible] nec, [illegible] redditur potens miraculo, vel ma[illegible].

4198 Dubius de impedimento dirimenti facta diligentia, alteri potest nubere.

Dubius de impedimen[illegible] dirimenti facta sufficienti diligentia, potest nuptias contrahere; quia in [illegible] non est privandus possessione, & libertate contrahendi: & cùm impedimentum sit facti, & factum in dubio non præsumitur. Joannes Sancius *45. Selectarum. n. 44.* Caramuel

apud

apud [illegible] anam *par.8.tract.* [illegible]. Tamburrinus *lib.1.Decalo* [illegible] v [illegible] *10. num.* [illegible]. Gobat *tract.9* [illegible] ns, [illegible] poss [illegible] nari dubi [illegible] em [illegible]. C [illegible] Lessium *in c* [illegible] *matrimonium. casu 10.*

Contrahe [illegible] *in* [illegible] *dirimente,* [illegible] *rat?*

4199 Enumerantur peccata, quę comnitit, qui nubit cum impedimento dirimente.

TOt [illegible], quot v [illegible] utes læ [illegible], & c [illegible] p [illegible] p [illegible] stus, si contrah [illegible] t um [illegible] m [illegible] to [illegible] nationis, a [illegible] ortat [illegible], con [illegible] u [illegible] s, legalis, publ [illegible] æ h [illegible] cat [illegible] to [illegible] crilegi, si imped [illegible] m [illegible] vo, ve [illegible] sparitate [illegible], quia h [illegible] tum [illegible] sparitat [illegible] us est nductum intu itu R [illegible] nis: in bedi [illegible] æ, si nulla v [illegible] us off [illegible] dat [illegible], contrà [illegible] m, si n [illegible] m [illegible], raptu [illegible], non t [illegible] men est [illegible] Sacramentum n [illegible] ster fac um, si [illegible] n [illegible] lum; quia Sacr [illegible] entum t [illegible] c [illegible] n c [illegible] iunt, nec conficere possunt; nisi pravo affe [illegible] el [illegible] ligant Sacramentum conficere, [illegible] nc enim intendunt Sacramentum sacrilegè [illegible] lpere quantum est ex [illegible] Sanch. *7. de matrim. disp.5.* [illegible] *de matrim. disp.22.* [illegible] *106.6.*

Modò fer [illegible] prot [illegible] us ad Impedimenta non dirimentia matrimonium, [illegible] ut possimus discernere non dirimentia à dirimentibus.

De Impedimentis non dirimentibus.

CAPUT XI.

4200 Impedimenta impedientia sunt.

IMpedimenta non di [illegible] ia [illegible] licitas validas nuptias, & po [illegible] etiam pro foro externo. Sunt [illegible] ra.

4201 Prohibitio Ecclesiæ nè nubas non discussis impedimentis.

Primum est [illegible], hoc est prohibitio ab E [illegible] facta; quæ [illegible] etiam à [illegible] & m pe [illegible] m unquequ [illegible] ur en impedimen um ex [illegible] vel scan alum tollatur. *c. un. de sponsa duorum. c.finali.* [illegible] *de clandestina* [illegible] *one.*

4202 Parochus etsi inhibere possit nuptias, non cognoscit de existentia impedimēti.

[illegible] chus verò inter [illegible] it ne [illegible] cognoscit de [illegible] gnoscitur per [illegible] *sanguinitate,* [illegible] *affini* [illegible] 14. *num.2.* Sanch. [illegible] *num.7.qu.1.* [illegible] *clus.4.* Navarru *c.22.num.68.* C [illegible] *de matrim. dub.* [illegible] *n.23.* Reginaldus *lib.31.n.18.* Paludan. *in 4.di.* [illegible] *4. qu.1.art.1.n.18.* E [illegible] Sà *de impedimentis impedientibus. n.4.* [illegible] ntes, etiam peccare [illegible] m [illegible] om c [illegible] h [illegible] ju mod [illegible] interd [illegible] Antonius.

4203 Excommunicati vetātur nubere.

Simi [illegible] er excommuni atus [illegible] esse init [illegible] xco [illegible] recipere. [illegible] *sign* [illegible] *xit in* [illegible] *um.*

4204 Ab initio adventus usq; ad Epiphaniam, & à die Cinerum, usq; ad octavam Paschatis nuptiæ vetantur.

S [illegible] pedi [illegible] tu [illegible] com [illegible] ip [illegible] p [illegible] Ep [illegible] m [illegible] & [illegible] octa [illegible] Re [illegible] is [illegible] b [illegible] n matrimonium [illegible] vitas, [illegible], [illegible] & [illegible] dicto [illegible] *c.* [illegible] *rus;* u [illegible] *qu* [illegible] *q* [illegible] C [illegible] jet [illegible] *um pe* [illegible] *c.10. de r* [illegible] *m.* ib [illegible] *Jesu C* [illegible] *Epipha* [illegible] *, & à quarta* [illegible] *usque ad octavam* [illegible]

cl [illegible], *an qu* [illegible] *b* [illegible] *nes* [illegible] *omnibus* [illegible] *Syn* [illegible] C [illegible] v. *m* [illegible] Na [illegible] *n.8* [illegible] Bo [illegible] *4.* [illegible] *v. matr* [illegible] [illegible] *n. 7* [illegible] con [illegible] in [illegible]

4205 Impedientia [illegible]

[illegible] m [illegible] un est [illegible] s ex [illegible] Sace [illegible] *copa* [illegible] *natione* [illegible], ubi [illegible] s, & [illegible]

T [illegible] impedime [illegible] um hodi [illegible] est [illegible] à Trid [illegible] *24.c.2.* [illegible] *dimentis omnino* [illegible] *atis.* Coninc [illegible] *3 num.24.* S [illegible] cr [illegible] egu [illegible] *appendic* [illegible] *4.* [illegible] *38.* [illegible] *in* [illegible] *n.4. de c* [illegible] *natione* [illegible]. Sanch. *lib.7. disp.10. num.12.* Gutterez *c.84.n.* [illegible]. Henriq. [illegible] *12.c.2.* Ema [illegible] *loc.cit.* Villalobos, & [illegible] apud Bonac. *loc.cit. num.6.* contrà Ugol [illegible] um *de matrim. c.20.* Navarrum *c.22. n.* [illegible] [illegible] ndidum, [illegible] rez, & a [illegible] os apud Gutterez *loc.cit.*

4206 Impedimentum item sponsalia de futuro.

Q [illegible] rtum impe [illegible] ime [illegible] m, sunt sponsalia de futur [illegible], quæ impediunt [illegible] munt matrimoni [illegible] *c.ex* [illegible] *is de sponsalibus* Navarrus *c.22. num.74.* [illegible] us *lib.31.* [illegible] *num.187.* Reb [illegible] lus [illegible] cina *qu.* [illegible] *punct.14. num.5.*

4207 Et votum [illegible]

Q [illegible] int [illegible] m im [illegible] m [illegible] st vo [illegible] m simplex cast [illegible] is R [illegible] is, [illegible] undi *c.c* [illegible] *4.c.* [illegible] *us.6. qui* [illegible] *vovent s* [illegible] *ico. de* [illegible] *to in 6.* [illegible] *su* [illegible] *27.qu.1.* [illegible] *b.7.* [illegible] *1* [illegible] *4.* Gu [illegible] *c.8* [illegible] *n.1.* [illegible] nick *loc.cit. n.* [illegible] *4.& 28.* [illegible] *impedimentis non dirimen* [illegible] Por [illegible]

4208 Incestuosus nequibat nubere, sed desuetudine ab usu recessit.

S [illegible] im [illegible] imentum est cr [illegible] m [illegible] v [illegible] co [illegible] ma [illegible] *str.* [illegible] *qui* [illegible] *21* [illegible] *2.q.7.* S [illegible] n [illegible] *9* [illegible] *p.32.* Gu [illegible] *c.87.n.* [illegible] *1.* N [illegible] rrus *c.22.n.74.* quod impe [illegible] u [illegible], ut [illegible] Perez [illegible] *cit.§.in* [illegible] *n.42.*

4209 Idem dicendum de raptore.

S [illegible] raptus, [illegible] ra [illegible] in [illegible] ducere p [illegible] *tum.* [illegible] usu [illegible] t test [illegible] ur Sanch. [illegible] *7.* [illegible] *p.* [illegible]

4210 De uxoricida.

Te [illegible] um erat uxori [illegible] am uxorem non p [illegible] *c.admonere.8* [illegible] *factores.* [illegible] a hoc m [illegible] tu [illegible] *7* [illegible] *2.* Paluda [illegible] *in 4. d* [illegible] *q.* [illegible] *1.* [illegible] lerez *c* [illegible] *4.*

4211 Et Presbytericida.

[illegible] rtum crime [illegible] hy [illegible] [illegible] *ndi-* [illegible] *ann-* [illegible] *moni* [illegible] R [illegible]. Na [illegible] *c.* [illegible] *n.74.* [illegible] *p.6. n* [illegible] & alii.

4212 Aut de nubente, licet nulliter cum moniali.

Q [illegible] eret nup [illegible] mon [illegible] erat [illegible] re cum [illegible] *gati. 27.qu.* [illegible] recessit [illegible]

succes-

recessit etiam crimen perjurii. *c. de his. de sponsalibus.*

4213 Crimen hæresis impedit nuptias.

Sextum crimen est hæresis, nam Catholicus cum Hæretico validè, sed illicitè contrahit. D. Thomas *in 4. dist. 39. q. 1. art.* 6. Henriq. *lib.* 12 *c.* 2. Navarrus *c.* 22. *n.* 75. Sanch. *lib.* 7. *disp.* 17. *n.* 8. & hoc crimen hæresis hodiè non invenitur abrogatum. Similiter omne peccatum mortale reddit matrimonium illicitum, nam ponit oblcem gratiæ Sacramentali.

4214 Alia item olim impediebant.

Huc reducas impedimentum pœnitentiæ publicæ, similiter ut suscipiens ex baptismo, vel confirmatione suum filium, nequeat mortua uxore licitè nubere. *c. de eo.* 30. *qu.* 1.

Quæ omnia impedimenta non dirimentia occurrunt apud aliquos aliqua carmina.

Ecclesiæ vetitum, nec non tempus feriatum,
Atque Catechismus, sponsalia, jungito votum,
Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

Sont etiam pro impedimentis non dirimentibus ab usu recessis, aliqua carmina.

Incestus, raptus sponsatæ, mors mulieris,
Susceptus propriæ sobolis, mors Presbyteralis,
Vel si pœniteat solemniter, aut Monialem
Accipiat: probibent hæc conjugium sociandum.

Quæ opinio sequenda circa valorem Matrimonii?

4215 Initis nuptiis est sequenda opinio favens valori, earũ non contraria claro textui.

Contracto jam matrimonio est sequenda illa opinio, quæ stat pro valore matrimonii textui claro non contraria; quia validitas matrimonii contracti est causa favorabilis. *c. tua nos. de consang. & affinit.* Palaus *tom.* 1. *disp.* 2. *punct.* 1. *n.* 1. Hostiensis *in c. si vir. de cognatione spirituali*, ubi Joannes Andreas *n.* 3. Ancharan. *n.* 3. Præpositus *n.* 2.

4216 Unus testis impedit, nõ tamen dissolvit nuptias.

Dictum enim unius testis, etiam non omni exceptione majoris, impedit nè contrahatur, donec discutiatur, & probetur impedimentum; non dissolvit matrimonium contractum. *c. super eo.* 22. *de testibus*; imò nec tres testes familiares deponentes de affinitate ex copula illicita, si non sint exceptione majores, dissolvunt matrimonium jam contractum; nam debent esse omni exceptione majores. *c. in literis.* 24. *de testibus.*

De probandis impedimentis in judicio forensi deductis.

CAPUT XII.

4217 Judicis erit discutere an vera, an falsa sint impedimenta.

Cum impedimenta possint esse vera, & calumniosa, bona, & mala fide opposita, oculatissimus Judex illa discutere, & vera à falsis evellere, & falsa rejicere debet. *c. fin. de clandestina desponsatione*, propositum impedimentum duos edit effectus. Primum impedit matrimonium, sivè verùm, sivè fictum sit impedimentum, donec discussione deprehendatur an existat. *c. cum inhibitio. de clandestina desponsatione.* Secundus effectus est, ut impedimentum dirimens varum matrimonium reddat nullum, etiamsi in judicio probari nequeat.

An impedimentum probari debeat ad nuptias contrahendas, vel contractas dirimendas?

4218 Impedimenta sunt probanda tam ad ineundas, quã ad solvendas nuptias.

Affirma. *c. super eo.* 2. ibi: *si non est manifestum, fama tamen loci hoc habet. de consanguinitate, & affinitate. c. super eo.* 5. ibi: *Rumor autem viciniæ non adeò est iudicandus validus. de eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ.* Idque nè aperiatur via calumniis pro libito proponendis ad impediendas nuptias.

Quæ probatio impedimenti satis sit ad retardandum matrimonium iniri?

4219 Quæ probatio sit sufficiens ad impediendas nuptias.

Primo satis est fama gravis existentiæ impedimenti in loco, communitate, &c. *c. super eo.* 2. ibi: *fama tamen loci hoc habet. de consanguinitate, & affinitate*; ubi Glossa v. *fama.* Mascardus *de probationibus conclus.* 1035. *n.* 11. Guttierez *de matrim. c.* 36. *n.* 13.

Contrà quam famam admittitur probatio etiam per contrariam famam, scilicet non adesse consanguinitatem, & affinitatem. *c. cum in tua*, ibi: *famam contrariam*, ubi Barbosa *nu.* 2. *de sponsalibus.* Mascardus *loc. cit. n.* 14.

4220 Quomodo elidatur fama existentiæ impedimenti.

Imò fama existentiæ impedimenti elidi valet juramento contrahentium, ajentium non adesse affinitatem, consanguinitatem. Ugolinus *de potestate Episcopi. c.* 15. §. 11. Menochius 2. *de arbitrariis. centuria* 5. *casu* 454. & *centuria* 3. *casu* 245. quo juramento etiam excluditur rumor existentiæ impedimenti, quia rumor parum, vel minus probat, quàm certa fama. *c. super eo.* 5. ibi: *Rumor autem viciniæ non adeò est iudicandus validus. de eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ*, ex quo Guttierez *loc. cit. n.* 16. asserit, rumorem insufficientem ad impediendas nuptias.

Quando, & qualis unus testis deponens de impedimento satis sit ad impediendas nuptias contrahendas?

4221 Testis singularis interesse habens nè ineantur nuptiæ, non impedit eas.

Distinguas: vel habet, vel non habet testis interesse in matrimonio contrahendo.

Si habeat interesse nè matrimonium contrahatur: puta, nè illis nuptiis dehonestetur, conspurcetur, nè successionem, vel lucrum amittat, &c.

Nega istum testem suo dicto matrimonium impedire, sed debet suum dictum aliundè probare. Glossa *in c. præterea.* 12. *v. publicè*; ubi Hostiensis, & Ancharanus *de sponsalibus.* Sanchez 1. *de matrim. disp.* 71. *num.* 12. Tondutus *tom.* 2. *part.* 3. *c.* 165. *n.* 7. rectè concludens, nec filium deponendo se cognovisse sponsam patris, posse impedire nuptias patris cum illa sponsa; & Nos in Curia Archiepiscopali idem judicavimus de patre dicente se cognovisse ancillam, ut impediret nuptias illius cum filio, ostendebat enim sibi displicere nuptias illas contrahi à filio tanquam inferioris notæ.

4222 Testes in causa propria non probant.

Ratio, quia nemo est testis in causa propria, qualis est illa, in qua habet interesse.

Secundo, quia testes perturbatione acti non sunt idonei.

Et ultronei.

Tertio, quia isti sunt ultronei se ipsos ingerentes: & ultroneus testis, ut suspectus repellitur. Mascardus *de probationibus. conclus.* 1035. *n.* 10. Guttierez *de matrim. c.* 36. *n.* 4.

Imò nec confessio impedimenti facta ab uno ex contrahentibus nocet alteri, si præcesserunt sponsalia; nam præsumitur aliundè, quàm ex veritate moveri; adeòque potest revocari ab eodem confitente. Tondutus *loc. cit. n.* 10. & 11.

4223 Si non habeat interesse, & sit omni exceptione major, impedit nuptias.

Si careat interesse in causa matrimoniali, & accessoriis; tunc si sit testis fide dignus omni exceptione major, non vilis, denuncians retardat matrimonium iniri pendente discussione impedimenti. *c. finali. de clandestina desponsatione. c. super eo.* 22. *de testibus. c. præterea.* 12. *de spon-*

sponsalibus; ubi Barbosa *n.*2. Farinacius *de testibus.qu.*63.*n.*48. Tondutus *loc.cit.n.*7. (54)

An tertius, cujus interest, possit dicere de nullitate matrimonii?

4224 Tertius interesse habens valet dicere de nullitate.

AFfirma; quia interesse habens docto de interesse, admittitur ad agendum. Baronius *tom.*2.*de citatione.singulari.*38.*n.*3.

Hinc resolvitur.

An debeant citari conjuncti, & consanguinei, quorum interest nullitas, vel validitas matrimonii?

4225 Et in casu sunt citandi conjoncti, & quorum interest.

AFfirma. Imola *in c.inter quatuor. num.*2. *de majoritate, & obedientia*. Staibanus junior *resol.*37.*n.*48.& 49. Marlilius *in l.de unoquoque. n.*11.*D.de re judicata*. Baronius *tom.*2.*de citatione.singulari.*38.*n.*1.

Ratio est, nè inauditus privetur jure suo: & interesse habens inauditus privaretur jure suo, nisi citaretur. Rota *decis.*59.*n.*3. apud Postium *de subbastatione*. Rubeus *tom.*1.*par.*2.*dec.*493.*n.*7. Cencius *de censibus*; citans decisiones Rotæ. 24. *num.*5.

An sententia in causa matrimonii transeat in rem judicatam?

4226 Sententia in causa matrimonii non transit in rẽ judicatam.

NEga. Brunellus *de sponsalibus. tom.*7. *tractatuum. conclus.* 35. *fol.* 183. *à ter.* Alexander de Nevo *consil.*32. *n.*1. Glossa *in c. cum inhibitio. de clandestina desponsatione.*

Ratio ex *c. lator.* 7. *c. consanguinei.* 11. *c. tenor.* 10. *de sententia, & re judicata. l.si sponsus. §.si uxor. D.de donationibus inter*; sed respectu tertii, respectu cujus non agitur de peccato vitando transit in rem judicatam. Brunellus *loc. cit.* Gloss. *in c.cum inhibitio. de clandestina desponsatione.*

Ratio est secundo ad tollendam ansam peccandi, si matrimonium validum declaretur nullum, vel nullum declaretur validum, quæ ansa peccandi semper tolli debet. *c. lator.*7. ibi: *Mandamus quatenus si vobis constiterit, eos per judicium Ecclesiæ non fuisse legitimè separatos, Ecclesiamque deceptam, ipsos faciatis sicut virum, & uxorem in simul permanere. de sententia, & re judicata*; & *c.fraternitatis.* 6. *de frigidis, & maleficiatis. c.grave.*35.*qu.*9.*c.non debet. de consanguinitate, & affinitate.*

Non ergo transit in rem judicatam sententia, qua matrimonium validum declarator nullum. *d.c.fraternitatis.* quia semel validum, nulla humana potestate reddi potest nullum.

Si verò sententia proferat matrimonium validum, quod revera est nullum: hæc sententia transit in rem judicatam, si sit nullum ex defectu consensus; nam partes acquiescentes sententiæ censentur consentire matrimonio, ità ut deinceps non amplius audiantur contra matrimonium. *c.quod ad consultationem.* 15. ibi: *imputare sibi potest, & debet. de sententia, & re judicata.* (55)

4227 In causa matrimoniali nõ fit conclusum in causa.

Ex his infertur in causa matrimoniali non fieri conclusum in causa, quia semper possunt partes probationes producere, etiam post publicationem probationum. *c. feries. c. cum in tua. de testibus.*

4228 In ista causa auditur etiam allegans suam turpitudinẽ.

Et in causa matrimoniali quis auditur etiam allegans propriam turpitudinem ad tollendum animæ periculum. Glossa in *lator.* 7. *de sententia, & re judicata.* Abbas in *c. cum super de concessione præbendæ.*

Colligitur, quod in omni causa, in qua ex re judicata induceretur periculum peccandi, sententia non transit in rem judicatam. Glossa in *c.inter monasterium.de sententia. & re judicata.* Felinus in *c.lator declaratione.* 12. *de sententia, & re judicata.*

Ex his etiam resolvitur.

An Episcopus valeat revocare sententiam à se latam in causa matrimoniali?

4229 Episcopus valet revocare sententiam à se latam in causa matrimoniali.

AFfirma. Alexander de Nevo. *consil.*72.*n.*1. Brunellus *tract.de sponsalibus. tom.*7. *tractatuum.conclus.*35. *fol.*183.*à t.*

Patet, quia hæc non transit in rem judicatam, revocari valet constito de veritate. *c. fraternitatis.*6.*de frigidis, & maleficiatis.*

An in causis matrimonialibus appellare valeat ab Episcopo ad Archiepiscopum?

4230 Et appellari potest ad Archiepiscopũ.

AFfirma. Barbosa *de potestate Episcopi. p.* 1. *tit.*4.*de Archiepiscopo. n.*63. Sanch. 3. *de matrimon.disp.*28. *n.*4. Pontius *lib.*5.*c.*10. *n.*10. Sperellus *dec.*138.

Ratio est, quia istæ dicuntur causæ mediæ, non majores, reservatæ sedi Apostolicæ, ad quam ab Episcopo ferente sententiam appellandum. *c.quod translationem. de officio legati. c. majores de baptismo.* Pignatellus *tom.*3.*consult.*57.

An pendente lite super nullitate matrimonii contracti in facie Ecclesiæ, possit peti, & reddi debitum?

4231 Pendente lite de nullitate matrimonii licèt petere, & reddere debitum.

AFfirmat Annichinus *de præsentatione instrumenti.c.*2.*dub.*2.*n.*98. Merlinus *decis.* 400. Buttiglierius *de successione ab intestato. c.*1. *theorema.*4.*n.*15. dicens per contestationem non induci malam fidem, nec interdici usum matrimonii. Baronius *de citatione. tom.*2.*singulari* 38.*n.*2. Rubeus *tom.*1.*p.*2.*dec.*493.*n.*7.

Ratio, quia in dubio melior est conditio possidentis, & nemo in dubio debet possessione privari, si factis diligentiis remaneat dubius.

Hinc resolvitur.

An pendente lite valoris matrimonii, sit Judicis officio facienda separatio conjugum?

4232 Et ista lite pendente est facienda separatio officio Judicis.

AFfirma. Geminianus *consil.*76. Thuscus *littera P, conclus*: 441. *n.*14. Burattus *decis.* 815.*n.*22. Tondutus *volum.*2.*p.*3. *c.*165.*n.*3.

Nam, nisi practicè deponatur dubium, & possessio sit bona fide contracta in dubio contrahens, & cohabitans se exponeret periculo cognoscendi non suam.

An matrimonium contractum sit favorabile, itaut in dubio pro ejus valore sit pronunciandum?

4233 In dubio pro matrimonio pronunciandum.

AFfirma. Sanch.7.*de matrimon. disp.*37.*n.*2. Gratianus *forensium.c.*692.*n.*7. Seraphinus *dec.*1361.*in fine.* Mascardus *tom.* 2. *de probationibus. conclus.*1027. Menochius *lib.* 2. *præsumptione.*71. dicens sequendam opinionem pro valore matrimonii magis, quàm contrariam etiam probabilem. Decius in *c. directi n.* 4. *de* appel-

(54) Impedimenta objecta ex causa sponsalium contractorum prohibentur recipi in nostra Curia Archiepiscopali, nisi legitimis documentis sint incontinenti probata, nimirum, vel attestatione Parochi de contractis coram se sponsalibus, vel instrumentis dotalibus, vel publico, & authentico documento trium testium juratorum, quorum unus saltem deponat de sponsalibus per mutuam promissionem, & repromissionem perfectis, nova Syn. Diœc. Neap. *de Sacram. Matrim. cap.*9.*num.*5.

(55) Hoc quoad forum externum. Nam in foro conscientiæ, si nunquam consentiant, semper matrimonium est nullum; quia cùm de veritate constat, cessat præsumtio.

appellationibus. Butrius *in c.1. n.271. de constitutionibus*. Joannes Andreas *in c. si vir.2.de cognatione spirituali n.3.* ubi Ancharanus *n. 3.* Præpositus *numer.* Enriquus. Hostiensis. Palaus *tom.1. disp.2.punct.1. n.1.* Aotonius à Sp.S. *consultat.12.n.9.*

Patet primo ex *c.videtur nobis. 3. qui matrimonium accusare possunt. c.ex literis tuis. 3. de probationibus. c.licet ex quadam. 47. c.super eo. 22.c.in literis.24. de testibus. c. finali. de sententia, & re judicata.* ubi tenet sententia pro matrimonio prolata, non contrà valorem matrimonii. *c.finali.de conditionibus appositis.*

Secundo, quia ex valido matrimonio civitas repletur hominibus cum honore, & sine infamia. *§.quamobrem. Auth.de restitutionibus.* Menoch.*de arbitrariis casu.475.n.2.*

Tertio, quia ex dissolutione, & nullitate matrimonii multa imminerent damna familiis, & filiis. Menoch.*lib.2.præsumt.71.n.30.*

Quarto, quia causa dotis est favorabilis, quia accessoria nuptiis. *l.1.D soluto matrimonio. l.assiduis. C.qui potiores in pignore*. ergo multo fortiùs causa matrimonii erit favorabilis.

Impedimentum occultum.

INterest saluti, & paci animarum, & familiarum propiùs inspicere an, & quando impedimentum sit occultum ad finem, ut consuli valeat valori matrimonii secreta dispensatione per Apostolicam Sacram Pœnitentiariam Secretam.

4234 Quando impedimētum sit occultum discutitur. Vide infra de *Dispensatione.*

Impedimentum autem est occultum. Primo si non sit deductum ad forum contentiosum partis citatione, vel rectiùs litis contestatione; nam ante contestationem litis non constat de foro, ergo tunc nequit dici impedimentum deductum ad forum contentiosum. Adeòque est occultum, nisi aliundè innotuerit publicè evidentia facti, confessione publica partis, vel notoria, famosa, manifesta diffamatione, saltem pro majori parte vicinatus, communitatis, Civitatis, ubi quis commoretur arbitrio Judicis, non sit eodem modo discurrendum de Civitate, Castello, Oppido, Pago.

Adeòque impedimentum notum, & probabile tantùm per duos, vel tres testes, dicitur occultum. Sanch. *de matrimon.disp.34.n.52.*

Quando verò Episcopus dispensare valeat in impedimentis occultis dirimentibus, videlis Hurtadum *disp.26.difficultate 2.n.6.* Leandrum *de matrimon.disp.24. q.7.* Perez *de matrimonio disp.44.sect.6.n.3.* Dianam *p.10.tract.8.resol.3.* & Nos cum *de Dispensationibus.*

De proponendis impedimentis coram Judice.

§. I.

4235 Ordo judicialis indicatur, quo proponi valeat Judici impedimenta.

FRequens in pulverulenti litium foro non velitatio, sed acrior decretoria pugna in prosequendis, vel retundendis impedimentis nuptiarum.

Volens ergo impedimenta proponere ordinaria juris formula, petitionem, sivè libellum concipit, præsentatque coram Judice competente: Judexque statuit, ut intimetur Fisco, si matrimonium jam sit contractum, & aliis interesse habentibus. Rubeus *tom.1.p.2. decis.493. n.7.* Baronius *tom. 2. de citatione, singulari 38. n.3.* qui alius intimatus inhæret replicatis per Fiscum, cui Fisco incumbit declarari conjugium jam contractum validum.

In libello exprimit se conscientiæ stimulis ductum ad proponendum impedimentum dirimens, puta affinitatis, consanguinitatis, criminis in nuptiis contractis, vel contrahendis inter N. N. cum N., & N., instatque sibi dari terminum ad probandum impedimentum, & interim nuptias non contrahi; quod terminum ad probandum petit si velit in Judicio assumere partem actoris, non verò si tantum velit deponere ut testis de impedimento. Libellus hoc modo concipi potest.

In Curia Archiepiscopali Neapolitana, & penes acta causæ matrimonii contrahendi inter A, & B, comparet N. N. pater, A, contrahentis, & pro exoneratione suæ conscientiæ asserit sibi constare de nonnullis legitimis impedimentis dirimentibus matrimonium inter prædictos contrahentes, & in specie constare impedimentum affinitatis ex copula consummata à comparente habita cum dicta contrahente, B, & quia posset præsumi dolosè velle impedire matrimonium contrahendum, & non ad exonerandam suam conscientiam: ideò ut veritas constare possit, instat sibi dari terminum competentem ad probandum dictum, & alia impedimenta, ad hoc ut de illo impedimento constito declaretur matrimonium non posse contrahi, & fortè contractum esse nullum, & interim instat nè procedatur ad ulteriora, protestaturque de omnibus legitimè protestandis, contrà quos decet, & si fortè procedatur ad ulteriora, dicit de nullitate, & appellat ad Sanctissimum, petens ex nunc Apostolos instanter, instantiùs, instantissimè, semel, bis, ter, & toties, quoties opus fuerit, offerens, &c. idque ad evitanda peccata futura, & pendente appellatione, & discussione nullitatum coram Sanctissimo, instat nè procedatur ad contrahendum matrimonium, aliàs semper de nullitate dicit, & appellat, præmissa dicta protestatione, itaut ultimus actus sit semper in appellando, & æquè principaliter de nullitate dicendo hoc, & omni alio meliori modo possibili. 4236 Forma libelli proponendi.

Vicarius viso dicto libello, & instante etiam Promotore fiscali, cui intimatur, & cursor refert in scriptis se citasse Promotorem fiscalem.

Decernit, ut intimetur principali comparenti pro impediendo matrimonio ad finem, ut ipsemet comparens, ut principalis deponat super libello à se præsentato assignato peremtorio termino, quo elapso providebitur, prout de jure opus fuerit. 4237 Acta judicialia indicantur.

Principalis personaliter debet comparere, ut deponat super facto principali, & tunc dicitur personaliter constitutus.

In constituto primo debet præstare juramentum de veritate dicenda, &, deinde successivè interrogatur de facto principali coram Vicario, vel Promotore fiscali: Idque ut veritas elucescat, si fieri potest ex propria confessione: Interrogat de ætate, exercitio, moribus, habitatione, ubi, quando, qua occasione, quoties, coram quibus cognoverit illam feminam:

Deinde devenitur ad articulos, & testes citati jurati debent deponere non solum super positiones, sed etiam super articulos. 4238 Prosequitur descriptio Actorum judicialium in probandis impedimentis matrimonii.

Pars adversa etiam admittitur ad probandum impedimentum non extare, & ad repellendos testes adversos quoad dicta, & quoad personas, in quo elucescet integritas Judicis, & acumen postulantis servato ordine juris.

Compilato processu usque ad probationes, fit publicatum in causa: nec si deinde conclusum

in causa, sed fit monitio ad informandum ex mandato Vicarii, discutiuntur probationes, & si apparebit existentia impedimenti, decernitur non absolutè, sed ex deductis impedimentum non extare, proinde matrimonium posse contrahi, vel contractum esse validum.

Sed ante hanc sententiam debet seriò recipi depositio jurata principalis, ex qua persona dicitur impedimentum, an scilicet cognoverit illam, ad hoc ut in re tam gravi comminato statu perpetuæ damnationis Judex cognoscat ex verbis, mutatione coloris, nutu an revera fuerit cognita, an non.

4239 Se desit Actor, Judicis erit veritatẽ exquirere.

Sed quid dicendum si nemo sumat partes actoris in judicio, sed adsint deponentes de impedimento?

Tunc Judex ex officio debet expendere veritatem existentis impedimenti, & qualitatem testium, unde, & quomodo sciant; nam fortè odio, amore, ignorantia dicunt, quæ non existunt.

Si verò sit unus testis omni exceptione major deponens cum causa ex propria scientia; hic testis licèt unus, probat plenè impedimentum ad finem nè contrahatur conjugium. *c. super eo. de testibus.*

De Benedictione Nuptiali,

CAPUT XIII.

4240 Benedictio supponit nuptias.

Benedictio nuptialis existentes validas nuptias supponit. *c.* 1. 3. *q.* 5. Tridentinum *sess. 24. de reformatione matrimonii. c. 1., & c. 9.*

Quæ Nuptiæ Benedicendæ?

4241 Primæ nuptiæ benedicuntur, non secundæ.

Primæ, non secundæ nuptiæ benedicendæ sunt. *c. vir. 3. de secundis nuptiis.* quia moraliter durat benedictio non iterante vivente persona benedicta, cum qua nubens secundis nuptiis facit unum, redditurque communicata alterius benedictione benedictus, ut pars de novo addita Ecclesiæ benedictæ, evadit benedicta. *c. quòd in dubiis. 3. de consecratione Ecclesiæ, vel altaris.* magis enim dignum trahit ad se minus dignum. *l. & si 21. §. perveniamus. D. de auro, & argento legatis.*

4242 Si unus ex contrahentibus fit secũdo nubens, trahit alteri suam benedictionem.

Adeòque benedictis primis nuptiis, non benedicendæ sunt secundæ, sivè vir, sivè uxor secundò nubat; quia secundò nubens trahit, & communicat suam benedictionem alteri, ut cum commixtione aquæ non benedictæ cum benedicta, tota aqua redditur benedicta. *c. quod in dubiis. 3. de consecratione Ecclesiæ, vel altaris.* Joannes Andreas *in c. vir. de secundis nuptiis.* Menochius 2. *de arbitrariis casu. 417. n. 6.* Diaz *in praxi c. 77. n. 2.* Navarrus *c. 22. n. 83.*

Secundo patet, quia secundæ nuptiæ habent defectum Sacramenti, scilicet non significant plenè conjunctionem Christi Domini cum Ecclesia, adeoque secundò nubens fit bigamus, ut exclusus irregularitate ab omni functione Ecclesiastica, ità benedictione. D. Thomas in 4. *dist. 42. q. 3. art. 2.* Rebellus 2. *p. lib. 3. q. 20. n. 2.*

Hinc resolvitur.

An sint benedicendæ secundæ nuptiæ, si alter primo nupserit?

4243 Non benedicendæ nuptiæ etsi unus ex contrahentibus sit primo nubens.

Nega, sivè uterque; sivè alter jam antea primo nupserit. D. Thomas in 4. *dist. 42. q. 3. art. 2.* Covarruvias 2. *p. de sponsalibus c. 8. num. 2.*

Contrà Durandum in 4. *dist. 42. n. 3. q. 3. n. 6.* ajentem, non esse benedicendas secundas, si in primis nuptiis sponsa fuerit benedicta: motum, quia tota benedictio respicit mulierem, subditque esse suspensum Sacerdotem benedicentem tales nuptias. *c. capellanum. 1. de secundis nuptiis.*

Contra Navarrum *c. 22. n. 83.* Ugolinum *de potestate Episcopi c. 15. §. 12. n. 2.* Genuensem *in praxi.* Alterium *de censuris tom. 2. disp. 11. n. 5.* Hurtadum *de matrimon. disp. 5.* ajentes, benedicendas secundas nuptias, si neuter in primis fuerit benedictus.

Patet primo, quia in secundis nuptiis indirectè consurgit bigamia, vigore cujus secundæ nuptiæ discedunt à plena significatione unionis Christi Domini cum Ecclesia: adeòque redditur indignus benedictione, & irregularis, quæ ratio est una ex consideratis in *c. vir. 3.* ibi: *ad bigamiam transiens, non debet à Presbytero benedici. de secundis nuptiis.*

Patet secundo, quia benedictio est communis utrique contrahenti; ergo uterque, vel neuter debet benedici; ergo si nequit benedici in secundis ille, qui fuit benedictus in primis nuptiis, nec poterit benedici alter nunquam benedictus: quæ est ratio. *c. vir. 3.* ibi: *benedictio iterari non debet. de secundis nuptiis.*

Ex his patet secundas nuptias esse verum Sacramentum, scilicet conjunctionem unius cum una, repræsentantem conjunctionem Christi Domini cum Ecclesia, in quo est ratio Sacramenti. At non esse benedicendas ob bigamiam, ratione cujus redditur inhabilis ad functiones Ecclesiasticas activè, & passivè ratione irregularitatis, & bigamiæ; adeòque habet esse defectum aliquem Sacramenti. 4244 Secundæ nuptiæ sunt etiam Sacramentum.

An consuetudine induci valeat secundas nuptias benedici?

Affirma: nam prohibitio juris humani consuetudine abrogari valet. *l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. c. fin. de consuetudine. l. de quibus. D. de legibus.* Coninck *disp. 27. n. 72.* Sanch. *disp. 82. n. 24.* Henriq. *lib. 11. c. 16. n. 2.* 4245 Valeat consuetudine induci secũdas nuptias benedici.

Pœna Parochi benedicentis secundas nuptias.

Est Judici arbitraria. Menoch. 2. *de arbitr. casu 417. n. 9.* Guttierez *de matrim. c. 106. n. 19.* Cævallos communium *q. 604. n. 134.* (56) 4246 Arbitrariè puniendus Parochus secundo nubentes benedicendo.

Nec officit suspensio ab officio, & beneficio, de qua in *c. capellanum. 1. de secundis nuptiis.*

Nam illa, vel est pœna ferendæ Judicis officio, ut ait Henriquez *lib.* [illegible] vel fuit lata adversus benedicentem secundas nuptias primis non dissolutis, ut voluit Joannes Andreas in *c. capellanum. 1. de secundis nuptiis.*

Vel fuit lata pro solo casu expresso in dicto *c. 1. de secundis nuptiis.*

Vel fuit revocata à Joanne XXII. secundum Perez *lib. 5. ordinamenti tit. 1. lectione. 5.*

Vel contraria consuetudine pœna abrogata evanuit. *c. fin. de consuetudine.*

Ex his resolvitur.

An sit lethale omittere benedictiones in primis nuptiis?

4247 Non est lethale omissio benedictionis in primis nuptiis.

Nega. Sotus in 4. *dist. 24. q. 1. art. 3.* Sanch. *de matrim. disp. 82. n. 6.* Bonacina *de matrimon. q. 4. punct. 6. n. 2.* Perez *de matrimon.* Hurtado [illegible]

(56) In hac diœcesi Parochi benedicentes nuptias secundo nubentium incurrunt pœnam suspensionis, aliasque, ad arbitrium nostri Eminentissimi. *Ur. Syn. Dioec. de Sacr. matrim. c. 9. n. 15.*

dus *disp.5.difficultate* 73. *n.*83. Guttierez *c.* 83. *n.*12. Speculator. 1. *p. art.* 12. Sà v. *matrimonium n.*6. & alii cum Diana, & Bossio; contra Henriquez *lib.*11. *c.*16. *n.*2. Filliucc. *tract.* 10. *p.* 2. *c.* 5. *q.* 10. *n.* 165.

Patet, quia nullibi extat præceptum sub lethale, nec res est adeò gravis tantæ obligationis capax, remoto scandalo, & contemtu; in quo sensu scandali, & contemtus loquitur *c. aliter.* 1. *c. nostrates.* 3. *c. sponsus.* 5. 30. *q.* 5. *c. nulli.* 19. 35. *qu.* 2. quæ ratio penetratius respicitur cùm sudoris allusione, & pleno calamo alibi dicemus. Nunc ad aliam deveniamus.

An sit veniale omittere benedictionem nuptialem?

4248 Veniale erit, nisi cõsuetudine non fiat. AFfirmat Dicastillus *disp.* 3. *n.* 331. Antonius à Sp. S. *tract.* 11. *directorii n.* 217. Sanch. 3. *de matrimon. disp.* 82. *n.* 6. Bossius *loc. cit. n.* 9. ajens, nullam esse culpam, ubi ex consuetudine primæ nuptiæ non benedicuntur, ut patet ex *c. nostrates.* 3. 30. *q.* 5. *litera B.*

An sit lethale, aut veniale consummare matrimonium ante benedictionem?

4249 Præciso scandalo, & contemtu non est lethale consummare nuptias ante benedictionem. NEga: præciso scandalo, & contemtu. Navarrus *c.*16. *n.*38. Guttierez *de matrimon. c.* 58. *n.* 3. Sanch. *lib.* 3. *disp.* 12. *n.* 4. Pontius 7. *de matrim. c.* 4. *n.* 3. velle, consummare nuptias ante benedictionem non esse lethale. Layman *tract.* 10. Antonius à Sp. S. *tract.* 11. *directorii n.* 217. Coninck *disp.* 27. *dub.* 8. *n.* 74. Reginaldus *lib.* 31. *n.* 238. Bossius *loc. cit.* contra Riccardum, ajentem esse mortale. contra Cævallos *communium q.* 604. ajentem veniale.

Patet, quia nulla lege prohibetur; cùm jura consulant, non jubeant. Tridentinum *sess.* 24. *c.* 1. *de reformatione* ibi: *hortatur Sancta Synodus. c. nostrates.* 3. 30. *q.* 5. Sylvester v. *debitum conjugale n.* 11.

Et si peccaret consummando omissa benedictionem, peccaret tantùm prima vice; nam deinde est reddita impossibilis materia præcepti benedictionis recipiendæ ante consummationem.

Imò Sanchez *loc. cit.* Valerus contra Pontium 7. *de matrim. c.* 4. *n.* 3. Perea *loc. cit.* asserunt, nec posse Episcopum sub pœna excommunicationis prohibere consummari matrimonium ante benedictionem.

A quo nuptiæ sint benedicendæ?

4250 A Parocho sunt nuptiæ benedicendæ, aut ab alio Sacerdote de ejus licentia. SUnt benedicendæ à proprio Parocho, vel ab alio Sacerdote ex licentia proprii Parochi, non obstantibus privilegiis, & consuetudine. Tridentinum *sess.* 24. *c.* 1. *de reformatione matrimonii.* Et sufficit Parochus sive viri, sive mulieris, nisi jam transtulerint habitationem in unam parochiam; tunc enim sunt faciendæ à Parocho ubi habeant propriam Parochiam. Barbosa *de potestate Episcopi allegat.* 32. *n.* 185. Sanch. 3. *de matrimon. disp.* 52. *n.* 4. & *lib.* 7. *disp.* 82. Bonacina *de matrimon. q.* 4. *punct.* 6. *n.* 3. Filliucc. *tract.* 10. *p.* 2. *c.* 5. *q.* 10. *num.* 166. Zerola *in praxi.* Bossius *loc. cit.* contra Cavalcanum, & alios, dicentes necessariò esse benedicendas à Parocho uxoris non viri; cùm benedictio respiciat partem uxoris, non viri.

4251 Benedictio in Ecclesia est danda. Benedictio est danda in Ecclesia. Tridentinum *sess.* 24. *c.* 1. *de reformatione.* ibi: *in templo suscipiendam.*

In missa benedicuntur nuptiæ à Parocho, vel ab alio Sacerdote, cum licentia proprii Parochi, & quando benedicuntur dicuntur illæ orationes politæ in Missali.

Translatio, sive traductio sponsæ fieri nequit à Sanctissima Dominica Adventus usque ad diem Epiphaniæ, & à feria quarta cinerum usque ad octavam Paschatis inclusivè, ut clarè exprimunt, atque loquuntur verba Tridentini *sess.* 24. *c.* 10. *de reformatione* correcto textu in *c. non licet.* 9. *c. non oportet* 10. 33. *q.* 4. & tempus incipit, seu currit de momento ad momentum.

4252 In temporibus inhibitis nubere vetatur tantùm solemnis traductio sponsæ. Advertendum tamen, quod in istis temporibus tantùm est prohibita illa nuptialis solennitas, scilicet sponsæ traductio cum signis publicis, seu profanis, seu lignis lætitiæ, ut è contra, sicut fieri solet in istis temporibus matrimonium non publicum, neque cum tantis solemnitatibus, ità nuptialis traductio. Tridentinum *sess.* 24. *can.* 11.

Idque cum pompis, & solemnitatibus temporalibus, & benedicens nuptias istis temporibus lethaliter peccat secundum Cajetanum. v. *nuptiarum peccata.* Navarrum *c.* 22. *n.* 71. quia transgreditur præceptum Tridentini *sess.* 24. *c.* 10. *de reformatione.* ibi: *Sancta Synodus præcipit.*

Sed est veniale secundum Bartholomeum Ledesmam *de matrim. dub.* 60. §. *sed dubitatur.* Dianam, aliosque præciso scandalo, & contemtu.

Pœna Parochi tunc benedicentis.

4253 Et solemniter tunc benedicens Parochus arbitrariè punitur. ESt arbitraria. *c. capellanus. de feriis. c. non oportet.* 33. *q.* 4. Sanch. *loc. cit.* & nubeotes separantur. *c. non oportet.* 33. *q.* 4.

Pœna Parochi assistentis matrimonio, vel benedicentis nuptias in aliena Parochia sine licentia proprii Parochi.

4254 Parochus assistens, aut benedicens nuptias in aliena Parochia sine licentia est suspensus ad arbitrium Ordinarii. ESt ut sit suspensus ipso jure ab officio Sacerdotali tamdiù, quamdiù placuerit Ordinario Parochi, qui debebat adesse matrimonio, vel à quò benedicendæ erant nuptiæ. Tridentinum *sess.* 24. *de reformatione. c.* 1. Bossius *de matrim. c.* 6. *n.* 39. & 104.

A qua suspensione excusat ignorantia, etiam crassa; quia suspensionem contrahunt ex audacia conjungentes beoedicentes. Tridentinum *loc. cit.* ibi: *ausus fuerit*: ignorans autem etiam crassè non dicitur audax. Alterius *de censuris tom.* 2. *disp.* 51. *c.* 5. Bonacina *tom.* 3. *de suspensione disp.* 3. *q.* 3. *punct.* 5. *n.* 3.

4255 Et suspenditur tantùm ab officio Sacerdotali. Et quamvis Tridentinum dicat suspensus maneat, tamen est suspensus tantùm ab officio Sacerdotali, coarctando genus ad speciem ex subjecta materia, ut in quo deliquit, puniatur. auarez *de censuris disp.* 3. *sect.* 3. *n.* 18. Sanch. 3. *de matrimonio disp.* 51. Alterius *loc. cit.* Filliucclus *tom.* 1. *tract.* 17. *c.* 6. *n.* 101. Sayrus *lib.* 4. *de censuris c.* 16. *n.* 9. contrà Bossium *loc. cit. n.* 101.

Per istam suspensionem latam à Tridentino *sess.* 24. *c.* 1. *de reform.* sublata est triennalis lata in *c. finali de clandestina desponsatione.* Sanch. 3. *de matrim. disp.* 48. *n.* 6. Alterius *loc. cit.* Majolus *lib.* 3. *de irregularitate c.* 25. *num.* 9. contrà Henriquez *lib.* 13. *c.* 39. *n.* 3.

4256 Regularis verò suspenditur, & excommunicatur. Si Sacerdos regularis matrimonio assistat, benedicatque nuptias, sine licentia proprii Parochi, non solùm est suspensus vi Tridentini *sess.* 24. *c.* 1. *de reform.*, sed etiam est excommunicatus in Clem. 1. *de privilegiis*; nisi ignorantia saltem crassa excusetur. Cavallos *communium q.* 604. *n.* 135. Majolus *loc. cit.*, nam

una aliam pœnam non reddit incompossibilem, nec absorbet.contra Bonacinam *de matrimonio. q.2.punct.8.n.12.* Sayrum *lib.4.de censuris c.16. n.10.* ajentes à Tridentino *sess.24. c.1. de reformatione* sublatam esse pœnam excommunicationis Clementinæ primæ *de privilegiis.*

De Dispensationibus.

TITULUS XIII.

IN jora sunt tarmini. Primus Irritatin. Secundus Abrogatio. Tertius Derogatio. Quartus Epyckia. Quintus Interpretatio. Sextus Privilegium. Septimus Dispensatio.

4257 Explicatur quid sit irritatio legis. Irritatio legis est actus legitimus, quo superior tollit effectum legis, & accidit, si non confirmet legem, quando est confirmanda.

Abrogatio. Abrogatio est actus legitimus totam legem tollens.

Derogatio. Derogatio est actus legitimus partem legis tollens. *l.derogatur.*101. *D.de verb.signif.*

Epickia. Epyckia est actus non jurisdictionis, sed prudentiæ, qno doctus prudens declarat hic, & nunc legem nnn obligare in casu particulari, puta si accideret aliquod accidans.

In qon errat Peraz *de matrim. disp.44. sect.1. n.10.* absolutè ajens interpretationem esse actum doctrinæ non jorisdictionis; nam datur atiam interpretatio authentica actus solius jorisdictinnis, de qua illnd ejusdem est interpretari, cujus est legem côndere.

Interpretatio. Interpretatio argn est actus, quo quis interpretatur legem obligare, vai non obligare firma remanenta.

Privilegium Privilegium magis latè patet, quia potest esse de his, quæ sunt præter, & contrà legem; diciturque iex privata. *c.privilegium.de reg.jur. in 6.* ut diximus cùm de *Privilegiis.*

Et Dispensatio. Dispensatio sempei est circa legem, & nequit sine josta causa concedi.

Impedimentum matrimonii, vel est publicum, vai occultum semper deletur dispensatione legitimè obtenta, si sit occultum à majori Pœnitentjarin Papæ non axpressis nominibus,; & tunc diipensatin deseruit pro forn conscientiæ tantùm: Si publicum, adeunda est Dataria Papæ, unde:

Quid sit Publicum, & Occultum?
CAPUT I.

4258 Quid sit publicum varè accipitur, ut pro habente jurisdictionem. PUblicum, & occultnm opponuntur. Publicum est analogicè sumtum, qood sine culpa omnibus valet propalari. ly *sine culpa* est ad differentiam occulti, quod non semper licet propalare ignorantibus.

Publicum primo somitur pro persona constituta ab habente jurisdictinnem ad axercendum officium, publicum exercitium, scilicet officium nulli sine causa denegabila; talis est Tabellin, qni ast persona publica. *l.2. D. rem pupilli salvam fore.* Et ejus scripturæ ex officio exaratæ sunt publicæ. *c.scripta.* 2. ibi: *per manum publicam. de fide instrumentorum.*

4259 Pro re ad usum hominû in communi constituta. Secundo, res constituta ad usum hominnm in communi dicitur publica. Dixi *in communi*, nam constituta pro particulari usn hominnm particularium est res privata: ità domus ad habitandum est ædificium privatum, via ad ambulandum est publica, qnia constituta pro usn publico hominum. *l.1. D. de publicis judiciis. l. 2. D. ne quid in loco publico.*

Publicum etiam est nfficium respicians communem usum hominum, talis est tutela. *l.pupillus.239.§.munus publicum. D.de verb.signif.* 4260 Pro officio publico.

Publicum enim per sa respicit populi commodom, & usum respicit, idemqne est publicum, ac Populica, ut notat Accursius in *rubrica de publicis judiciis.* 4261 Et quod est notum populo.

Tertio, publicum est notum populo, adeòque sumitor publicum à publicatione, & notitia se axtaodente per Populum. *c. 1. de postulatione Prælatorum*: ubi publicum est factum coram multis, sivè factum coram Populo; itaut Populus habeat notitiam iei, atii res sit nota Populn dicatur pubiica, & publicus delinquens dicatur, qui populn cognoscente daliquit, si varò daliquit intra multitudinem; sed oon innotescit multitudini, tunc non dicitur publicus delinquens. Clem. 1. ibi: *publice. de sepulturis. l.coram Titio.* 209. *D. de verb. signif.* ubi qui non cognoscit, non dicitur ibi adesse, quoad reddandam rem publicam.

Publicum ergo duo requirit. Primum ut fiat coram multis. Secundo, ut cognoscatur à multis. *d.l.coram Titio.209. D.de verb.signif.* Glos. in *c.ad probandum.29. v.cassata.de sent.& re judicata*, & sic publicum etiam dicitur cognitum à pluribus per evidentiam facti. *c.1.* ibi: *publicè.de postulat.Prælatorum*: vel per confessinnem coram piuribus factam. Decius in *c. ut si Clerici.4.n.145.de judiciis.* 4262 Ut aliquod sit publicû, & corã multis faciendû, & ab ipsis cognoscatur

Pnblicum hoc modo sumtum dividitur in notorium, manifestum, & samnsum; nam semper tunc res nnta est Populo saltem quoad majorem partem. Glos. in *c.manifesta.* 2. *q.1.* De quibus. 4263 Publicum multipliciter dividitur.

De Notorio.
§. I.

NOtorium est notum immediatè saltem majori parti communitatis, populi, nulla indigens discussione testium, ex se patens omnium oculis sine alin medin. Speculator *tr. de notoriis criminibus §. jam in notorio. num.5.* Navarrus *c.27.de irregularitate.n.255.* Patet ex *l.1.D.de restitutione in integrum.* 4264 Quid sit notorium.

Dicitur *Populi*, quia notorium dabet innotescere, & inniti scientiæ Pnpuli. Dicitur immediatè, quia Pnpulus est testis rei notoriæ factæ. *c.vestra, & c.fin.de cohabit.Clericorum, & mulierum.c.Sacerdotale.dist.69.*

Dicitur *nulla indigens discussione*, quia talis veritas ast indubitata. *c.super eo. 3. de testibus cogendis*; ubi Felinus *num. 7.* Rota *in novissimis decis.327.incipit si contra*; ad differentiam aliarum pnbationum non evidentium, discussione indigentium.

Dicitur *saltem majori parte*; nam si sit notum uni, non dicitur nototium, unde non est idem notum, & notnrium; nam cognitum uni, vel tribus, non dicitur notorium.

Duo argn ad notorinm requiritur. Primum, ut res existat. Secundum, ut res innotescat majori patti, itaot saltem major pars populi possit deponera da exlstentia rei sibi notæ, unde solet dici, notorium est, cujus testis est populus. *c. vestra. c. fin. de cohabit.Clericorum, & mulierum.* Menoch. *lib.2.de arbitr. centuria 2.c.scelus*, ibi: *omnibus manifestum est.2.qu.1.c.de manifesta.11. qu.1.* ibi: *omnes sciebant. c.cum dilectus*, ibi: *universus populus testis est. de purgatione Canonica.* 4265 Quæ constituant notorium.

Hinc patet nno esse idem nntorium, & evidens evidentia facti; nam evidens evidentia fa- 4266 Differt notorium ab evidente evidentia facti.

cti

cti est, etiamsi innotescat uni videnti occisorem, & occisum absconditum, sepultum, combustum. Mascard. *de probat. concl.* 1106. *num.* 16. *&* 1110. *num.* 5.

Quotuplex Notorium?

4267 Datur notorium juris, & facti.

DUplex est: Primum notorium juris. Secundum facti. Mascardus *de probat. conclus.* 1106. Antonius Butrius *de notorio. art.* 1. *num.* 15. De singulis, & primo:

Notorium Juris.

4268 Juris notorium est in judicio, & extra.

NOtorium juris est, cujus notitia juris dispositione in populum se diffundit, & quia jus potest disponere in judicio, & extra; ideò datur duplex notorium juris judiciale, & extrajudiciale.

Judiciale nascitur ex actis publicatis, conclusis re judicata terminatis, tunc enim illa acta dicuntur publicata, & publica; & notitia reddit rem notoriam; nam acta publica fidem habent. *c. testimonium.* 54. *de testibus. l. gesta.* 6. *C. de re judicata*; res enim judicata pro veritate notoria habetur. *l.* 1. *D. de re judicata. l. ingenuum.* 25. *l. fin. D. de statu hominum. l. res judicata.* 208. *D. de reg. juris*, & sententia veritatem antea latentem, patentem, sivè notoriam reddit. *l. & ex diverso.* 26. *§.* 1. *D. de re judicata.*

Notorium juris extrajudiciale dicitur etiam notorium juris præsumtum, quia pullulat ex præsumtione juris; Jus enim præsumit rem ità esse, & talis præsumtio innotescens populo, reddit notorium juris præsumtum, ità præsumit verum, quod quis spontaneè, circumstantionatè confitetur publicè. *c. fin.* ibi: *notorium. de temporibus Ordinationum.*

4269 Quæ illud constituant.

Talis autem præsumtio non est levis, temerè, sine causa. *c. omnes.* 6. *qu.* 7. *c. Inquisitioni.* 44. *de sentent. excommunicationis. c. illud. de præsumtionibus.*

Nec sufficit tantùm probabilis, ex causa rationabilis, sed cum dubio saltem radicali semiplanè probat. *d. c. Inquisitioni. de sententia excommunicationis. c. sollicitè. de restitutione spoliatorum.*

Sed debet esse urgens, gravis, tollens, & veluti arctans Judicem, Populum ad judicandum: ut si videat egredi trepidum, pallentem, sanguine conspersum, cum gladio sanguine madido ex loco, ubi invenitur occisus, tunc cognoscit illum fuisse occisorem. *l. un. C. ut armorum usus inscio Principe interdictus sit. lib.* 11. *l. de minore.* 10. *§. penult. D. de quæstionibus. l. usuum.* 44. *D. de donat. inter.* Auth. *de armis. collat.* 6. Quæ juris præsumtio si sit juris, admittit præsumtionem in contrarium, si sit juris, & de jure non admittit probationem in contrarium. *c. commissum.* 16. *§. is, qui.* 36. *de sponsalibus.*

4270 Dicitur notorium juris præsumtum.

Similitèr dicitur notorium juris præsumtum, si Populus præsumat aliquem esse filium, nam cognoscit natum apud aliquem, & educatum ut filium. *c. per tuas. de præsumtionibus. c. transmissè. qui filii sint legitimi.*

Notorium Facti.

4271 Quid notorium facti.

EST se evidenter prodens in conspectum, & notitiam saltem majoris partis populi. *c. sua. de cohabitatione Clericorum, & mulierum. l. qui sententia.* 16. *C. de pœnis. c. manifesta.* 2. *qu.* 1. itaut inoccultabilis testis veritatis sit populus. *c. cum dilectus.* 15. *de purgat. Canonica. c. evidentia.* 9. *de accusationibus*; satisque est, si innotescat majori parti tunc præsenti, quamvis deindè diffundatur ad alios non præsentes. Mascard. *de probat. conclus.* 1106. *l. coram Titio.* 209. *D. de verb. signif.*

Quotuplex sit notorium Facti?

TRiplex: transiens, permanens, moralis interruptum, sivè interpellatum. Mascard. *de probat. conclus.* 1106. *Gloss. in c. manifesta.* 2. *qu.* 1. 4272. Et est triplex.

Permanens est, quod habet esse durans, veluti stabile continuatum in duratione, ut Castrum novum, forum magnum, & publicè carceratus manifestè detentus. *c. dilecti filii.* 55. *de appellat. c. significasti. de divortiis. l. si vicinis.* 10. *C. de nuptiis*; ubi concubinatus notorius durans dicitur notorium facti permanentis. Permanens.

Transiens est semel contingens coram Populo, & deindè desinens, ut Assedium Viennæ, transitus imperatoris Caroli V. per hanc Urbem, vel alterius Principis omnibus notus. Similitèr passio, & mors Christi Domini fuit notoria, licèt transiens. *c. semel Christus. de consecr. dist.* 2. ità ictum ignei globi explodens, incendium excitans, januas Ecclesiæ comburens, populo inspiciente, factum notorium transiens ponit. *c. pervenit.* 5. *de testibus cogendis. c. aut facta de pœnitentia. dist.* 1. Transiens.

Notorium interruptum, sivè interpellatum est quid transiens, sæpiùs replicatur, furtum publicè, rapinam notoriè sæpè coram populo committens, vel prædam faciens, usuram publicè exercens. *c. cum tu.* 5. *de usuris*, ibi: *manifestis.* 4273 Et interruptum.

Quæres, an non notorium possit reddi notorium, & notorium possit reddi occultum?

4274 Potest occultum reddi notoriū, & notorium occultum.

AFfirma. Speculator *de notoriis criminibus. §. notorium. n.* 11. Leone *par.* 2. *Praxis ad literas majoris Pœnitentiarii. fol.* 180. *§. notandum.* 5.

Patet; quia non sola res publica posita, sed notitia publica rei reddit notorium, itaut sine notitia saltem majoris partis res non dicitur nota, nec notoria. *c. manifesta.* 2. *qu.* 1. *c.* 1. *de postulatione Prælatorum. c. sua nos.* 8. *de cohabit. Clericorum. c. cum olim.* 3. *§. fin. de verb. signif.* Mascardus *de probat. concl.* 1110. *n.* 5.

Sed talis notitia potest adesse, & abesse; ergo notorium potest adesse, & abesse, & mutari: ità in facto permanenti, notitia, quæ ab initio deerat, potest supervenire, & reddere factum notorium, & è converso factum ab initio notorium potest desinere esse notorium, si qui aderant, & notitiam habebant, decesserint, infatuentur, dementententur, penitus obliviscantur; tunc res antea notoria evadit occulta, quod diligentèr advertendum, ut deprehendas, ad quem recurrere debeas pro dispensatione, absolutione.

An notorium in una Universitate possit esse, & dici occultum in alia?

4275 Notorium in aliqua Universitate potest esse, & dici occultū in alia.

AFfirma: si in alia res sit ignota. Mascardus *de probat. conclus.* 1110. *num.* 27. Aretinus *cons.* 115. *colum.* 6. Hostiensis *in Summa. v. cohabitatio Clericorum. num.* 6. Barbosa ad Trident. *sess.* 24. *art.* 6. *n.* 31. *de reform.* Duardus *in Bulla Cœnæ lib.* 3. *§.* 2. *qu.* 11. *num.* 10. Leone *loc. cit. fol.* 178. *§. nota* 3. inde concludentes Episcopum posse absolvere occultum in sua Diœcesi facilè non publicandum.

Patet, quia notitia potest esse in una, non in alia Universitate, ut ex se patet, & sine notitia nequit esse notorium.

An

An delictum factum in Deserto à multitudine delinquente sit notorium, licèt desint testes præter delinquentes?

4276 Delictum à multitudine factū in Deserto dicitur occultum si desint testes.

AFfirma; nam revera est res nota pluribus delinquentibus: pota centum delinquentibus, si incendium à centum, puta Banditis patretur aliis ignorantibus, quæ notitia reddit notorium, & per depositionem illorum, qui fuerunt complices, valet indubiè probari, licèt non requiratur, ut notorium deponatur, ut si testes timore nolint deponere delictum omnibus inspicientibus factum in foro, nam non per hoc desinet esse notorium.

An sola evidentia facti inducatur notorium?

4277 Sola evidentia facti non inducit notorium.

NEga. Baldus *in l.ea quidem.7. colum.5. de accusat.* Mascard.*de probat.conclus.*1106. *n.*16.*& concl.*1110. Ratio, quia res uni evidens potest esse aliis ignota.

An factum in loco publico sit notorium?

4278 Solus locus publicus nō reddit notorium.

NEga; nam non ex loco habetur notitia, si desit populus, vel non advertat rem gestam; æquiparatur enim absenti non advertens. *l.coram Titio.*209.*D.de verb.signif.*

An notorium facti sit res indubitata non admittens defensionem, & probationem in contrarium?

4279 Notorium facti non admittit defensionem, & probationem in contrarium.

AFfirma. Mascardus *de probat.conclus.*1106. Archidiaconus *in c.Romana.*3. *v.notorio. de appellat. in* 6. Bart.*in l.scriptus.*4. *D. de Religiosis, & sumtibus funerum.*

Patet ex *c.cum dilectis. de purgatione Canonica, & c.fin.de cohabitatione Clericorum.ex c.manifesta.* 2. *qu.*1. impossibile enim est rem notoriam esse, & alitèr se habere posse, quid enim alitèr posse se habere ignotum, & non notum, & notorium est, meritòque nulla discussione causæ indiget, & nullo ordine judiciario. *c. ad nostram.*21. *il* 3. *de jurejurando*; est enim notorium facti evidens in se notum populo, nulla ratione tergiversabile. *l. si vicinis. C. de nuptiis*; & includit evidentiam facti, additque facti evidentia notitiam communitatis. *c. evidentia. de accusat. c.qua fronte. de appellat. c. cum sis Romana. de appellat.* dicitur probatio indubitata. *c.nullus.*2.*qu.*2.

In quo differat probatio per evidentiam facti à probatione per vim notorii, & inspectionem oculorum, & per famam publicam?

4280 Differentia inter evidētiam facti, notorium, & famam publicam.

COnveniunt in ratione generis probationis, differunt ex dictis; quia probatio in vim notorii exigit indubitatam rei existentiam, & notitiam majoris partis populi. *c.nostram.*2.*q.*1. *c.& mulier.de cohabit.Clericorum.* At notorium per evidentiam facti non exigit notitiam plurium, de qua in *c.evidentia. de accusat.* & notorium facti includit evidentiam facti.

Probatio per inspectionem oculorum potest fieri à solo Judice inspiciente, & duobus testibus, unde non dicitur notorium.

Probatio per publicam famam potest esse sine notitia facti; nam potest esse bona opinio, vel mala multorum à certo auctore, absque eo quod habentes bonam opinionem alicujus, illum cognoverint. *c. super eo. de eo, qui cognovit consanguineam. c. veniens. de Regularibus*; potestque ei subesse falsum. Butrius *tract. de notorio tom.*10.*tractatuum. n.*9.

Notorium ergo facti, non fama, non rumor, est indubitata probatio.

An notorium facti sit probandum?

4281 Notorium facti non est probandum.

NEga. Gloss. *in l.Cives. C. de appellat.* & in *l.*1.*C.qui, & adversus quos.* Abb.*in c.cum olim. de verb. signif.* Mascard. *tom.*2. *de probat. concl.*1108. *n.*2. Menoch. *de recuperanda possessione remedio* 15.*n.*224.

Ratio est, quia notorium ex se patet, adeòque non indiget aliis mediis, ut probetur; secùs esset, & non esset notorium, unde non admittit probationem in contrarium, & superat probationem juris, & de jure. Innocentius *in c. fraternitatis. de frigidis, & maleficiatis.* Ripa *in l.*4.*§.condemnatum.n.*16.*D.de re judicata.* Felinus *in c.qua.*40.*n.*4.*v.fallit.*5.*de rescriptis.* Romanus *cons.*150.*n.*19.

An in notoriis facti sit servandus ordo juris?

4282 In notoriis juris ordo non servandus.

NEga. Hippolitus *in Practica Criminali.§.*2. *n.*38. Ancharanus *cons.*147.*num.*4. Natta *vol.*3. *cons.*140.*n.*7. Menoch.*de recuperanda possessione remedio* 15. *n.* 260. sufficitque invicem se informare domi etiam parte non monita, nec audita. Vivius *communium.v.notorium.* Cefalus *n.*1.*cons.*208.*n.*27.

Patet, quia in per se notis, ut est notorium juris non indigemus aliundè mediis ad cognoscendam veritatem per se notam; meritò non est attendendus ordo juris necessarius, ut innotescat veritas per se non nota. *c. ad vestrum. de jurejurando*, ubi Baldus.

Quot testibus probetur rem esse notoriam?

4283 Duo testes cōtestes reddentes causam dicti, & non interrogati probant rem esse notoriam.

IN articulis etiam Fisci procedentis in vim notorii debet articulari, & probari rem esse notoriam; nam in hoc fundatur, alias probationes veritatis, & ordinem juris non requiri.

Probatur autem saltem duobus testibus contestibus reddentibus causam dicti, & non interrogatis ut pateat, si concludant rem esse notoriam. Clarus *in Praxi Criminali. §.fin. quæst.*9. *v. quæro nunc.* Gloss. *in c. Deus Omnipotens. §.quando autem. v.Judicis.* 2. *qu.*1. Mascard. *de probat.tom.*2.*concl.*1110.*n.*1.2.*&* 3.

Patet ex *l. ubi numerus. de testibus*; nam in ore duorum, vel trium stat omne verbum, & ex *c. cum dilectus. de purgatione.* Innocentius *in c.vestra. de cohabitatione Clericorum.*

Ratio dicti testium est, scio quia fui præsens, & vidi totum populum: vel ejus majorem partem præsentem videntem: vel scio, vidi fieri in conspectu totius plateæ majoris partis communitatis Civium: vel scio, quia vidi fieri concurrente toto populo ad videndum, & tunc testis deponit non fama, sed de præsentia propria sui, & populi.

Quot hominum notitia requiratur; ut res dicatur notoria facti notorietate?

4284 Ut detur notorium facti aliqui volūt, ut innotescat viginti hominibus.

INcertum adhoc quot reddant notorium facti; nam primo requirunt, ut innotescat numero vigesimo hominum præsentium. Bart. *in l.scriptus.*4.*n.*2.*D. de Religiosis, & sumtibus funerum.*

4285 Alii requirunt notitiā totius Vicinatus.

Secundo, alii volunt requiri notitiam totius vicinatus. Speculator *de notoriis criminibus. §.notorium.n.*3.

4286 Vel majoris partis.

Tertio, alii volunt requiri notitiam saltem majoris partis vicinatus, Urbis. Gabr.à S.Vinc. *de censuris disp.*1.*n.*304.

4287 Aut quod ab omnibus cognoscatur.

Quarto, volunt esse publicum factum, quod ab omnibus cognoscitur, videtur. Bartolus *in d.l.scriptus. n.*2. *ex l.*1. *C. de his, qui in Ecclesia manumittuntur.*

Quin-

4288 Vel à decē, aut à quindecim.

Quinto, dicunt notorium notum decem, vel quindecim. Gloss. *in c.1. de electione. ex l.Prætor.2.§.4.D.de vi bonorum raptorum.*

Sexto, notum decem reddere notorium ducent Abbas *in c.vestra.de cohabit.Cleric.* Felinus *in c.cum oportet. de accusat.* Baldus *in l.si vera.5.§.qui pro rei qualitate. D.de his, qui satisdare coguntur.* Cinus *in l.ea quidem.C.de accusat.* moventur, quia decem personæ constituunt populum, Paræciam *l.sed & si plures.D.de injuriis. c.un.10.qu.3.* sed testimonium totius Paræciæ reddit notorium.*c.cum dilectus.11.de purgatione Canonica;* ergo notum decem est notorium.

4289 Vel notum tribus.

Septimo, alii docent notorium esse notum tribus, quia notum tribus est notum Collegio, quod tribus personis completur. *l.Neratius.* 85. *D.de verb.signif.*

4290 Aut coram septem.

Octavo, alii volunt factum coram septem esse notorium,cum Bruzato *cons.*87.*n.*46. nam res gesta coram septem dicitur, ut testamentum,palam fieri. *l.hæres palam. D.de testamentis.*

Nono, rem negativè explicant, & dicunt, notorium, quod non est occultum. Henriq. *lib.*4. *c.*20. Barbosa *de potestate Episcopi alleg.*39. Bauni *tract.*2.*disp.*3.*de absolutione qu.* 22.

Sed tunc remanet difficultas: Quodnam sit occultum? Ex his

4291 Auctor Judicis arbitrio remittit.

Nobis placet rem remitti arbitrio prudentis Judicis cum Bart.*in l.scriptus.n.*2.*D.de Religiosis, & sumt.* Butrio *in tract. de notorio art.* 2. *n.* 4. Menochio *de arbitrariis centuria* 2. *casu* 166.*num.*7. Bruzato *cons.*43.*n.*26. Marco Paolo Leone *Praxis ad literas majoris Pœnitentiarii. p.*2.*fol.*177.*v.aliqui demum.*

Patet, quia quod jure determinatum non est, Judicis rationabili arbitrio relinquitur. *l.continuus.*137. *D.de verb.oblig.* Et ratio insuper est, in magna Civitate notum decem est ac si non esset notum, & dicitur in Civitate notorium; inspicienda ergo est qualitas, & quantitas locorum,& personarum numerositas, ut res notoria dicatur nota majori parti Civitatis. Tandem.

An sit notorium factum in Villa septem, vel octo hominum?

4292 In Villa septem, aut octo hominum aliquod factum, an notorium.

NEgat Bart. *in l.scriptus. §.quid ergo. D.de Relig.& sumtibus*; nec dissentit Menoch. *loc.cit.n.9.qu.7.vol.*8. non constituunt multitudinem, & notorium debet esse notum multitudini. *c.penult. in fine. de purgat. Canon. c.fin. de cohabit.Cler.* Mihi autem videtur esse notorium respectivè ad Villam, nam quod non est noto-

4293 Respectu illius villæ erit notorium.

rium respectu Civitatis, potest esse notorium respectu Oppidi, nisi velit saltem decem requiri ad constituendum ut populum, ità multitudinem secundum se.

Manifestum.

§. II.

4294 Quid sit manifestum, & an à notorio differat.

QUandoque confunditur manifestum cum notorio. *c. eorum.* 11. *qu.*3. sivè permanenti. *c. manifesta.* 2. *qu.*1. sivè transeunti, aut interrupto. *c.quod suspecti.* 3. *qu.*5. hic sumitur, ut quid indifferens à notorio magis patens, quàm occultum, & minus patens, quàm notorium, & est patens multis, diffamatum deindè per totam communitatem, Civitatem. Dicitur patens multis ad differentiam occulti, quod non semper patet multis, & ad differentiam notorii; nam notorium patet toti, & majori parti communitatis: Manifestum verò patet minori numero. Bart. *in l.scriptus. D.de Relig.& sumtibus*; ubi patens sex dicitur manifestum, & alii volunt patens personis pro medietate minori numero, ac est notorium reddere publicum; itaut si pro notorio requirantur viginti, pro manifesto decem, si pro notorio decem, pro manifesto quinque. Butrius *tract. de notorio. art.*2. *num.*19. dicens manifestum esse factum coram septem, tunc dicitur ut testamentum factum palam coram septem testibus. *l.hæres palam. D. qui testamenta facere;* & idem est palam, & manifestè fieri. *c. eorum.* 11.*qu.*3.

Tu remittas rem arbitrio Judicis. Mascard. *de probat.concl.*1017. Menoch. *2.de arbitr. centuria* 2.*casu* 166. & cum notitia plurium requiritur rumor, & fama per reliquos Universitatis excurrens. Mascard.*loc.cit.n.*12.

Famosum.

§. III.

UT distinctiùs à notorio, & manifesto, est notitia publica rei propagatæ, & propalatæ per famam etiam singulari, vel incerto auctore. Salicetus *in l.ea quidem.7.col.ini.3.C.de accusat.* Navarr. *in Summa tit.de irregularitate 47. n.*255. ly *incerto, vel singulari auctore,* est ad differentiam notorii, & manifesti, in quo sunt plures rem evidenter cognoscentes: at fama bona, vel mala, est bona, vel mala opinio multorum, propagata per communitatem singulari, vel incerto auctore,ex se plenè non probans. *c.si testis. §.sæpè.4.qu.*3. potestque pullulare ex dicto unius. *c. cum in juventute. de præsumtionibus*; pluries nascitur ex indiciis ex suspicione, ex conjecturis, & etiam ex auctore incerto. *c. sanctum est. de consecr.dist.*4. ut tandem probet saltem semiplenè, deponens de fama publica se scire, debet etiam assignare auctorem famæ, an scilicet sint indicia verisimilia, præsumtiones, an sit aliquis homo certus, ut cognoscatur quantas vices habeat, ex qualitate causæ disseminantis rumorem; nam inspici debet, an ad suum commodum diffamaverit; nam hæc fama nihil probat. *c.de cætero.de testibus.c.iterum.4 qu.3.l.omnibus.10.C.de testibus.* 4295 Quid sit famosum.

Famosum ergo est notum per Civitatem; sed hæc notitia non est ex evidentia rei, in quo differt à notorio, & manifesto; sed est bona, vel mala opinio multorum parta, vel incerta causa præsumtionum, indiciorum, vel particularis diffundentis notitiam. *c.super eo. de eo, qui cognovit consanguineam.c.veniens. de Regularibus*; eique potest subesse falsum. Butrius *tract. de notorio. num.9.tom.10. tractatuum.* At notorio, & manifesto nequit subesse falsum. 4296 Quomodo à notorio, & manifesto, differat.

Rumor publicus supponit pro fama publica habens incertum auctorem. Butrius *loc.cit.* 4297 Quid rumor publicus.

De Occulto.

§. IV.

Quid, & quotuplex sit occultum? 4298 Definitur occultum.

DEfinitio occulti est negativa. Occultum est non publicum. Henriq. *lib.* 4. *c.* 2. Leone *par.*4.*Praxis ad literas majoris Pœnitentiarii. fol.*189. ex D.Thoma 2. 2. *qu.* 70. *art.* 2. *ad* 2. Sotus *in* 4. *dist.*421. Si velis definire positivè, potes dicere: occultum est nulli, vel paucis notum; ly *paucis* excludit publicum, & distinguit publicum à notorio, manifesto, & famoso.

Occultum est duplex. Primum nec in se, nec per medium cognitum; omne enim quod cognoscitur, debet cognosci immediatè in se, vel per medium. Est duplex.

Sic

Si nec in se, nec per medium cognoscitur, scilicet ab homine valeat; tunc est res omninò occulta, soli Deo nota, & actus animæ interni. *c. erubescant. dist.* 32.

4299 Nec in se, nec per medium cognoscibile, soli Deo notum.

Et de tali occulto tantùm judicat Deus. *c. Deus omnipotens. c. unum ex vobis.* 11 *qu.* 1. *c. si Sacerdos. de officio Ordinarii. c. placuit.* 6. *qu.* 1. *c. ex tenore. de temporibus Ordinationum*. Deus namque nullis indiget mediis ad cognoscendum. *c. Dominus.* 22. *qu.* 2. *c. unum ex vobis.* 2. *qu.* 1. *c. in Civitate. de usuris*; Et hæc, quæ nec per se, nec per alium probari valent, Divino Judicio relinquuntur. *c. unus.* 2. *q.* 1. *c.* 1. *de officio delegati*.

Secundum occultum est per se, vel medium aliquod probabile, sed ignota sunt, & dicuntur occulta per accidens, & sunt externa, & sunt sine testibus, indiciis, conjecturis polita, & hæc dicuntur omninò occulta; sivè occultissima, ut si quis in desertum aliquem neci tradat.

4300 Datur occultum, quia ab aliquibus tantùm notum.

Tertio sunt aliqua occulta aliqualitèr: puta quia sunt aliqui testes, aliqua indicia, sed adhuc incognita, & testes nolunt veritatem dicere; & tunc etiam dicitur occultum, notum quinque, notum quatuor, notum tribus testibus. Gabr. à S. Vinc. *de censuris. disp.* 1. *n.* 304. & multò minus dicitur occultum, notum duobus, vel uni. *c. si testes. §. item unus.* 4. *qu.* 3. *l. jurisjurandi.* 9. *C. de testibus*.

4301 Et deductū ad forum, sed non probatum.

Quarto deductum ad forum contentiosum, sed ibi non probatum, reo tamen intimato, dicitur occultum. De Martinis *tom.* 1. *c.* 105. *n.* 5.

4302 Aut post annum sit peremta instātia.

Quinto deductum ad forum contentiosum, & deinde instantia perempta lapsu anni, non probato delicto, adhuc remanet occultum; nam tunc juris præsumptione præsumitur conventus non delinquens. Gloss. *in c. Omnipotens. v. denunciantur. de accusat. ex l. Deus.* 7. *D. de muneribus, & honoribus*; ubi accusatus de homicidio promoveri valet, si nil fuerit probatum, & annus transcurrerit. (1)

Quid sit Dispensatio.

CAPUT II.

4303 Quid sit dispēsatio explicatur.

Dispensatio est actus legitimus ex causa eximens aliquem à lege. Glos. in *c. requiritis. §. nisi.* 1. *q.* 7.

Dicitur *actus legitimus*, quia debet fieri à legislatore ad hoc, ut qui legem ponit, illam relaxet. *c.* 2. *de regulis juris in* 6.

Dicitur *ex causa*, & debet esse cognita, quia sicuti lex sine causa nequit poni. *c. erit. dist.* 4. ità nec valet relaxari dispensatio sine causa.

Dicitur *eximens aliquem à lege*, ad differentiam irritationis, abrogationis, derogationis legis, ubi omnes à lege eximuntur, corruente lege. Secundo ad differentiam interpretationis legis, quæ non eximit à lege, ut nec epyckia, licet declaret casum illum à lege non inclusum. Tertio ad differentiam Privilegii, quod comprehendit etiam illa, quæ non sunt sub lege.

4304 Alia definitio adducitur.

Alii definiunt: dispensatio est legitima juris relaxatio facta causa cognita. Glossa in *c. requiritis.* 4. *§. nisi rogati.* 1. *q.* 7. Innocentius in *c. dilectus. num.* 4. *de temporibus Ordinationum*. Sanchez 8. *de matrim. disp.* 1. *n.* 2. Gabriel à S. Vinc. *de matrim. disp.* 9. *n.* 1. ajens, dispensationem esse exemtionem à lege.

4305 Quæ expenditur.

Quæ definitio primo est per effectum; nam relaxatio, exemtio, est effectus dispensationis. Secundo confunditur cum Privilegio. Tertio non semper exemtio est dispensatio; multi namque exemti sunt de jure, ut exteri, & alterius jurisdictionis, & sic corruit etiam definitio Perez *de matrim. disp.* 44. *sect.* 1. *n.* 6. ajentis, dispensatio est relaxatio, sivè exemtio alicujus à legis obligatione.

4306 Dispensatio, ut sit valida, & licita requiritur causa, & auctoritas Superioris.

Ad validam, & licitam dispensationem requiruntur duo.

Primo legitima causa. Secundo auctoritas Superioris, ad hoc ut lex ex causa condita, sine causa non tollatur. Valentia, Suarius, quos dat, & sequitur Eminentissimus noster Brancacius. *dissertatione de capitulis conclavis §. pro clariori*.

An Dispensatio exigat essentialiter causam?

§. I.

4307 Causa essentialiter requiritur.

Affirma: itaut sine causa saltem probabili sit nulla dispensatio. Valq. *tom.* 2. *tract.* 12. *disp.* 178. *c.* 4. Bonacina *de legibus disp.* 8. *q.* 2. *punct.* 3. *n.* 7. Garzias, Mendozza, Lopez, Jason, Azorios apud Dianam. *p.* 8. *tract.* 13. *resol.* 4. contrà Salas *de legibus disp.* 20. *sect.* 4. *num.* 37. Sanch. *lib.* 8. *disp.* 17. *num.* 24. Castrum Palaum *disp.* 16. *punct.* 8. *n.* 1. Pontium *lib.* 8. *c.* 14. *n.* 7. Gabrielem à S. Vinc. *de matrim. disp.* 9. *q.* 3. *n.* 34. Perez *disp.* 45. *sect.* 2. *n.* 1. Caramuel *fundamentali n.* 3846. Guazzinum.

4308 Variè probatur.

Probatur primo, quia lex non potest ferri sine causa. *c. erit. dist.* 4. ergo nec tolli.

Secundo, quia potestas Superioris non est ad irrationabilia. *d. c. erit. dist.* 4. ergo nec sine causa potest dispensatio concedi.

Tertio, quia potestas Superioris est jurisdictionalis, & sic respiciens bonum publicum, extra quod jurisdictione caret. Dispensare autem sine causa non est ad bonum publicum, & sic esset talis dispensatio sine jurisdictione, & sic nulliter concessa.

Quarto patet ex *c. necessaria.* 1. *q.* 7. ubi non est dispensandum, nisi necessitate urgente, & deficiente causa deest necessitas.

Quinto patet ex Tridentino *sess.* 22. *c.* 18. *de reformat.* ubi dispensatio est concedenda causa cognita, & *sess.* 24. *c.* 5. *de reformat.* ubi non est dispensandum sine causa; adeòque nec licitè, nec validè dispensatur causa non extante.

4309 Objectis satis.

Dices: quod Principi placuit legis habet vigorem. *l.* 1. *C. de constitutionibus Principum*. Ergo dispensatio sine causa à Principe emanans scienter tenet.

Respondetur dist. antecedens: quod Principi placet rationabiliter, concedo antecedens: sine causa, nego antecedens. Princeps enim homo, humana jurisdictione utens bono publico inservire debet, condendo leges, & in illis dispensando, ut sic ejus potestas ædificet, non devastet bonum publicum.

An peccet mortaliter superior sine causa dispensans?

4310 Superior absque causa dispensās cum gravi damno publici peccat mortaliter.

Distinguas: vel dispensando lædit graviter bonum publicum, vel leviter.

Si gravitèr, peccat graviter contra justitiam legalem ex abusu veluti tyrannico potestatis: puta si onera dispensati essent ferenda à non dispen-

(1) Quæ per Auctorem in hoc capite pertractata sunt de Notorio, & Occulto in ordine ad obtinendam Dispensationem, confer cum congestis per Fagnanum *in cap. vestra. de cohab. Cleric. per totum*, & Gonzalez *in cap. consuluit. de appellationibus*.

dispensatis, turbata pace, & quiete communitatis.

4311 Secus si absque gravi damno.

Si levitèr lædat bonum publicum, tunc peccatum est leve; nam nequit lex in re levi obligare sub gravi. Suarez *lib. 6. de legibus c.* 18. Cajetanus *v. dispensatio*. Granadus *controversia* *tract. 3. p. 2. disp. 17. sect. 3. n. 24.* Bonac. *de legibus disp. 1. q. 2. punct. 3. n. 7.* Guazzinus, Brancacius *loc. cit. §. in hac controversia* dicens, Papam mortaliter peccare etiam sibi dispensando sine causa. Caramuel *fundam. n.* 3857. contra Villalobos *tract. 2. dub. 4. n. 6.* Arriagam, ajentes indistinctè peccatum veniale. contrà Sanch. *tom. 3. disp. 18. n. 10.* ajentem, nec veniale. contra Glossam in *l. relegati. D. de pœnis*, ajentem, causam esse voluntatem superioris.

An peccet subditus utendo dispensatione obtenta sine causa?

4312 Peccat Subditus impetrando, & utendo dispensatione, si Superior nesciat defectum causæ.

Distinguas: vel Superior dispensans ignorabat, vel sciebat defectum causæ.

Si ignorabat, peccat subditus impetrando, & utendo dispensatione. Impetrando, quia in re gravi mentitus est. Utendo, quia nulla est talis dispensatio, Superiore non dispensante sine causa. *c. priscit. dist. 55. c. Monachus. dist. 77.* & sic utendo est transgressor legis adhuc non relaxatæ.

4313 Si sciat peccat impetrando non utendo.

Si sciebat, peccavit impetrando, inducendo scilicet Superiorem ad peccandum in concessione dispensationis sine causa.

At deinde dispensatione utendo non peccat; nam non peccat contra legem dispensatione jam rescissam: nec contra dispensationem, cujus ipse non est causa conservativa. In quo Legislator differt à subdito; quia Legislator peccat dispensando sibi, & utendo dispensatione, quâ sine causa uti non potest, & utendo non firmat id, quod tollere tenetur. Arriaga *tom. 4. disp. 30. n. 38. in fine.* Gabriel à S. Vinc. *de matrim. disp. 9. n. 38.* Diana *p. 1. tract. 10. de legibus resol.* 25. qui vult subditum venialiter peccare petendo dispensationem sine causa.

An una ex duabus causis allegatis falsa, dispensatio teneat?

4314 Dispensatio tenet, etsi una ex duobus causis sit falsa.

Affirma: si vera sola sufficiat ad legitimandam dispensationem; nam licèt faciliùs moveatur ab utraque, non tamen indivisibiliter; cùm possit ab una moveri, ut sic actus valeat quantum valere potest. Arriaga *tom. 4. disp. 30. n. 30. in fine*, & sic. Si ad obtinendam dispensationem quis alleget copulam, & infamiam, valet dispensatio, licèt sola infamia existat. Sanch. 8. *de matrim. disp. 21. n. 4.* Taxeda *tom. 2. lib. 4. tract. 3. n. 9.* Antonius à Sp. S. *consultationes* 13. *n. 3.* Diana *p. 8. tract. 3. resol.* 65. Sed de hoc iterum sermo.

An dispensatio obtenta bona fide ex causa, quæ putatur esse, & non est, teneat?

4315 Dispensatio obtenta bona fide ex causa, quæ putatur, & non extat, tenet.

Affirma: nam tunc prudenter operatur, & validitatem postulat tunc publica pax Ecclesiæ, nè scrupuli injiciantur, & conscientiæ pax turbetur. Sanch. *lib. 8. de matrim. disp. 17. n. 8.* licèt deinde contrahentes inito jam matrimonio cognoscant causam non fuisse. Sotus 4. *de matrim. dist. 21. q. 2. art. 2.* Bonacina *de legibus disp. 1. punct. n. 8.* Gabriel à S. Vinc. *p. 2. disp. 25. n. 63.* Diana *p. 8. tract. 10. resol.* 34. Caramuel fundamentali *n.* 3858. Sancius 54. *selectarum n. 39.* Azorius *p. 1. lib. 7. c. 29. q. 6.* Perez *de matrim. disp. 45. sect. 1. n. 3.* Rebellis *p. 2. lib. 3. qu. 5. n. 12.* Sà *v. dispensatio. n. 4.* contra Salas *de legibus disp. 20. sect. 4. num.* 35. Pontium *lib. 8. de matrim. c. 14. n. 8.*

An Superior peccet non dispensando, quando adest causa ad dispensandum?

4316 Peccat Superior cum causa non dispensando

Affirma: quia tenetur justè petenti jus ministrare, idque sub gravi, vel levi secundum negotii, & scandali qualitatem. Sanch., Sà, Hurtadus, Sancius *locis citatis*, & tenetur ex vi legis, & pacti initi inter subditos, communitatem, & Superiorem. Bonacina *de legibus disp. 1. q. 2. punct. 3. n. 7.* Gabriel à S. Vinc. *p. 2. disp. 25. dub. 7. n. 59.* Guazzinus.

An Superior teneatur revocare dispensationem concessam sine causa?

4317 Et sine causa dispensans, tenetur revocare.

Affirma: Itaut continuò peccet non revocans, conservando injustitiam dispensationis, excipientis sine causa à subjectione legis subditum. Arriaga *tom. 4. disp. 30. n. 28.* Suarius *de legibus c. 12. n. 9.*

An præsumatur causa legitima si ad nullius petitionem Papa motu proprio dispenset?

4318 Si Papa dispenset motu proprio, præsumitur causa legitima.

Affirma: Itaut non admittatur probatio in oppositum. *c. si motu proprio. de præbendis. in 6.* Sanch. 8. *de matrim. disp. 17. n. 14.* Barbosa *de clausulis. v. motu proprio.* Gabriel à S. Vinc. *p. 2. disp. 25. n. 66.*

An teneat dispensatio, si in petitione non exprimatur causa conventa inter partes, sed alia altera parte invita, vel reluctante, vel ignorante?

4319 Valet dispensatio si allegetur alia causa, non illa, quæ erat conventa inter partes.

Affirma: tenere dispensationem, si reverà extat alia causa, quæ allegatur. Sanchez 4. *decalogi c. 24. n. 26. 27.* ajens, invito vovente posse dispensari à Superiore. Beja *p. 2. casu. 9. notabili.* 2. Corradus *in praxi dispensationum, & beneficiorum c. 11. lib. 2.* Arriaga *tom. 4. disp. 28. n. 21.* Gabriel à S. Vinc. *de matrim. disp. 9. n. 17.* contra Aragonium 2. 2. *q. 89. art.* 9. Suarium *tom. 2. de religione lib. 6. c. 1. in fine.* Sayrum *lib. 5. clavis c. 8. n. 6.* motos, quia est beneficium invito non dabile.

Probatur primo, quia nec ex natura rei, nec à lege contrarium decernitur, nunc standum pro potestate Superioris, quoties ex natura rei, vel lege contrarium non decernitur; sed in re nostra nec lege, nec ex natura rei contrarium decernitur. Ergò standum pro potestate Superioris dispensante.

Probatur secundo, quia stante legitima causa Superior potest tollere legem, & in illa dispensare; nec enim facultas dispensandi à voluntate subditi pendet, quia stante justa causa esset irrationabiliter invitus, itaut Superiori contradicere nequeat.

Probatur tertio, quia subditus nequit impedire rationabilem jurisdictionis usum, qualis est dispensare stante justa causa, sic ex justa causa invitus potest ab excommunicatione absolvi.

Tandem Superior inferiori prospicere tenetur, & sic tollere impedimenta salutis, corporis, honoris, & animæ etiam dispensando. Idque ex pacto saltem tacito inter Superiorem, & communitatem. Sancius 43. *selectarum c.* 8. In quo differt dispensatio ab irritatione voti, quia irritatio causam non requirit.

Objecta diluuntur.

Nec in oppositum nos trahere potest textus in *c. nonnulli. 28. de rescriptis.* ubi est nullum rescriptum sine mandato; ergo nulla dispensatio sine voluntate illius, cui dispensatur.

Nam ibi rescriptum fuit nullum, quia petitum nomine mandantis mandato non extante,

unde ut falsarius petens, ibi aduritur, vel notatur.

Secundo, nec obstat textus in *c. innotuit. de electione*.

Nam ibi denegatur dispensatio posita sine mandato: Nos autem dicimus fore validam si concedatur.

Dices: nemo cogitur invitus uti beneficio.

Nam intelligitur de beneficio favore meræ liberalitatis dantis, non ex causa rationabili; nam ut subditus rationabili causæ assentire debet, ità dispensationi.

Hinc resolvitur, validam dispensationem à voto, & à professione concessam Religioso, aut Sacerdoti, ad hoc ut nubat, nè extinguatur familia illustris, & successio deveniat ad hæreticos cum damno Ecclesiæ, & boni politici.

Hinc etiam resolvitur.

An Dispensatio obtenta prosit alteri ignoranti impedimentum, & dispensationem?

4320 Dispensatio prodest etiã ignoranti impedimentum.

AFfirma. Sà. v. *gratia. n.* 23. Gabriel à S. Vinc. *de matrim. disp.* 9. *n.* 18. Corradus *loc. cit.*

Patet *ex c. motu proprio. de præbendis in* 6. *& ex l. universis.* 6. *C. de precibus imperatori offerendis.*

Quæ causa sit exprimenda in dispensatione?

§. II.

4321 Dispensationis duplex est causa, finalis una.

DUplex causa, una impulsiva, altera finalis.

Finalis est, quæ dispensatione obtinetur; movet namque causa finalis ad operandum, & est ultima in exequutione, quæ fuit prima in intentione. Unde illud: Omne agens agit propter finem, & habito fine quiescit; Sic salus consequenda est causa finalis medicinæ, quia salus consequenda per medicinam: sic nè infamia, nè scandalum, nè lites nascantur est causa finalis dispensationis; quia evitatio infamiæ, scandali, litis habetur posita dispensatione: sic evitare inæqualitatem in nobilitate, in divitiis, in moribus est finis consequendus dispensatione inter conjunctos.

Altera impulsiva.

Impulsiva est præexistens, & sic impellens Superiorem ad faciliùs, non ad simpliciter dispensandum: sic infirmitas est causa impulsiva ad sumendam medicinam, sic beneficium vacans est causa impulsiva ad petendum beneficium, beneficium obtinendum est causa finalis petitionis.

Cujus causæ defectus dispensationem vitiet?

4322 Si deficiat causa finalis, vitiatur dispensatio.

DEfectus causæ finalis, non defectus causæ impulsivæ dispensationem vitiat. *c. postulasti. de rescriptis*; nam deficiente causa finali, deest objectum voluntatis dispensantis; ergo deest voluntas dispensandi.

4323 Causa impulsiva, non est objectum dispensantis.

Hinc defectus causæ impulsivè, sivè veritas præsumatur, sivè falsitas in ea exprimatur, dispensationem non vitiat, quia causa impulsiva non est objectum legislatoris dispensantis, & sic licèt difficiliùs dispensatio conceditur, nec dispensatio redditur absolutè nolita. Sic pauper justè eleemosynam, dotem recipit, licèt dans, si scivisset improbitatem pauperis, difficiliùs dedisset; nam tunc licèt sit falsa causa impulsiva, adest causa finalis succurrendi egenti. Sanch. 8. *de matrim. disp.* 21. *num.* 17. Hurtadus *disp.* 26. *difficultate* 4. *n.* 19. Coninck *disp.* 33. *n.* 62. Villalobos *tom.* 2. *difficultate* 43. *n.* 3. Perez *de matrim. disp.* 46. *n.* 4. Amicus *tom.* 4. *disp.* 6. *sect.* 8. *n.* 114. Antonius à Sp. S. *tract.* 11. *n.* 561. *in fine.* dans VIII. Doctores. Pontius 8. *de matrim. c.* 17. *n.* 2. Salas *de legibus disp.* 20. *sect.* 13. ajentes validam dispensationem stante vera causa finali, & falsa impulsiva compressa, vel expressa: licèt si exprimeretur, difficiliùs esset dispensatio concessa.

In dubio an sit impulsiva, an finalis?

CAusa præsumitur impulsiva, ut sic actus in dubio teneat; nam semper in dubio pronunciandum est pro valore actus. *l. cum testamento. § hæc verba. D. de hæredibus instituendis. l. Gallus. § quidam recto. D. de liberis, & posthumis. c. nisi. de præbendis.* Menoch. *lib.* 6. *præsumt.* 18. *n.* 6. Crescentius *dec.* 6. *de præsumtionibus.* Preta ad Grammaticum *dec.* 62. *n.* 9. Ergo præsumendus est causæ impulsivæ non finalis defectus, ut dispensatio teneat. Diana *p.* 8. *tract.* 3. *resol.* 62. 4324 In dubio defectus causæ, præsumitur deficere impulsiva.

Contra Molinam *de justitia disp.* 173. Coninck *disp.* 33. *n.* 7. Hurtadum *loc. cit. difficultate* 4. *in fine.* Perez *de matrim. disp.* 46. *n.* 5. ajentes, nullam dispensationem in dubio causæ finalis, vel impulsivæ, cujus defectus si fuisset expressus, dispensatio non fuisset concessa: motos, quia stante certo impedimento dispensatio debet esse certa, ut etiam dicunt nullam esse dispensationem in dubio, si preces veritati innitantur. Cui satisfit dicendo in dubio de causa dispensationem veram, & prudenter concessam, eaque prudenter uti; & sic sine peccato. Idque expediens Ecclesiæ gubernationi, ut subditi pacatè vivant.

An in secunda supplicatione facta eidem, vel alteri superiori, explicandum sit dispensationem aliàs petitam, fuisse denegatam?

NEga: licèt eo expresso dispensatio denegaretur; nam nullo jure id exprimi præcipitur, nec denegatio anterioris dispensationis est causa finalis; nec est sufficiens, & rationabilis ratio ad iterum denegandum, si justa dispensandi adsit causa finalis. Superior namque homo rationabilis, liber potest velle, quod aliàs noluit: nec suam, aut alterius voluntatem perpetuò sequi tenatur, nec Superior denegando abstulit ab inferiore dispensandi potestatem. Sanchez 8. *de matrim. disp.* 22. *n.* 14. Suarius 6. *de legibus c.* 22. *n.* 1. Pontius 8. *de matrim. c.* 17. *n.* 3. Amicus *tom.* 5. *disp.* 6. *sect.* 8. *n.* 129. Perez *de matrim. disp.* 46. *sect.* 2. *num.* 5. putans cum Sanchez 8. *de matrim. disp.* 14. *n.* 5. inferiorem Superiorem ordinarium, aut delegatum habentem potestatem validè, & licitè dispensare, etiamsi sciat à Superiore, puta à Papa dispensationem petenti denegatam. contra Menochium 2. *de arbitrariis centuria* 3. *casu* 203. *n.* 6. 4325 Non est exprimendum in secunda supplicatione fuisse denegatam dispensationem.

An sit explicanda circumstantia, qua expressa denegatur dispensatio, dummodo exprimatur tota causa finalis sufficiens?

NEga: & valida est dispensatio, quia actu volita, & injustè fortè nolita fuisset expressa circumstantia, quæ non attingit causam finalem, ut si petens esset inimicus, vitiosus, & ideò nomen petentis non explicetur. Perez *de matrim. disp.* 46. *n.* 8. 4326 Sufficit exprimere causam finalem omissa circumstantia, qua expressa dispensatio, non obtineretur.

An in secunda sit exprimenda prima dispensatio obtenta in simili materia?

DIstinguas: vel in secunda non adest alia causa finalis, cui satisfactum est per primam, vel adest. 4327 Si adsit causa finalis, nō debet exprimi fuisse dispensatum in simili materia.

Si adest, non debet exprimi in secunda obtinenda

nenda dispensatione obtentam esse primam; nam adest tota causa finalis sufficiens ad validandam dispensationem, & prima dispensatio obtenta non est causa finalis denegandi secundam, sed tantùm impulsiva, qua expressa Superior difficiliùs, vel nullatenus dispensasset.

Secus si deest causa finalis.

Si verò in secunda dispensatione non adest alia causa finalis, quàm illa, cui jam satisfactum est per primam dispensationem: Tunc nulla est dispensatio ex defectu causæ finalis. exemplo rem exprimamus.

Exemplo illustratur.

Quis obtinet primam dispensationem obtinendi plura beneficia, non residendi per decem annos ob merita suorum, vel sua erga Ecclesiam ex officiis, & laboribus in bonum Ecclesiæ exhibitis. Finis est gratificari meritis, quibus jam obtenta prima dispensatione satisfactum est. Unde ex eisdem meritis non potest obtinere secundam, quia desunt jam merita pro secunda. Sicque subreptitia esset secunda non obtenta ex illis meritis, nisi exprimatur ex eisdem meritis obtinuisse aliam. Arriaga *tom.4. disp.30.n.58. & 61.*

Resolvitur tamen.

An teneat secunda ex nova, vel simili causa, non expressa prima dispensatione?

4328 Tenet secunda dispensatio ex causa, non expressa prima.

AFfirma: nam tunc prima dispensatio respicit causam impulsivam, non finalem, quæ diversa, vel similis est sufficiens pro validitate secundæ.

Hinc obtinens dispensationem nubendi cum consanguineo ob defectum dotis: illo defuncto, potest impetrare aliam nubendi cum alio consanguineo ob similis dotis defectum pro secundis nuptiis: & idem est si non nupsit cum primo ob justam causam; nam adhuc est defectus dotis sufficiens causa obtinendi dispensationem cum secundo.

Sic dispensatus ob debilitatem à jejunio pro tali die, potest debilitate perseverante in sequentibus obtinere dispensationem aliam, prima non expressa: idemque est in dispensato à residendo per annum ex causa; nam nova superveniente causa, novam potest impetrare dispensationem prima non memorata. Contra Suarium *loc.cit.*

Sic voto adstrictus castitatis impetrans dispensationem nubendi, soluto matrimonio potest impetrare aliam dispensationem, prima non expressa, si adhuc immineat incontinentiæ periculum; in his enim ponitur tota causa finalis, & sic preces sunt veritati innixæ, & consequenter dispensatio non est obreptitia, vel subreptitia. Arriaga *tom.4. disp.30. n.58. & 60.* Ex his resolvitur etiam.

An obtinens dispensationem nubendi cum uno consanguineo, vel affine, nolens illa uti, impetrare valeat secundam, nubendi cum alio consanguineo, vel affine non expressa prima dispensatione?

4329 Obtenta dispensatione, ut nubat cum affine, illa recusata, valet nubi cum alio, impetrata alia dispensatione, prima non expressa.

AFfirma: nam nullo jure præcipitur expressio primæ, nec tangit causam finalem, quam supponimus veram extantem. Sanch. 8. *de matrim. disp. 22. num. 13.* Guttierez *de matrim.c.233.num.*10. Layman *lib. 1. tract.4. c.32.n.*20. Arriaga *tom.4.disp.30.n.*60. Antonius à Sp.S. *tract.*11.*n.*566. contra Pontium 8. *de matrim.c.17.n.9.*

De Existentia causæ pro verificanda dispensatione.

§. III.

4330 Causa debet existere, ut dispensatio sit valida.

CErtissimi juris est causam debere existere, eaque non existente dispensationem esse subreptitiam, vel obreptitiam, & sic nullam. Subreptitia est si occultetur veritas propalanda. *c. quia sæpè. de electione.* ubi Archidiaconus *Clementina. 3.* ibi: *nullius momenti.de præbendis. c.sedes.de rescriptis. l.finali.* ibi: *nihil videri impetrasse.C.de natalibus restituendis.l.1.§.quæsitum.*ibi:*vel non ità se habere,quæ scripta sunt. D.de appellationibus.*

Obreptio.

Obreptitia est si exprimatur falsum. *l. sin autem. §.1.* ibi: *per obreptionem. D. de negotiis gestis. l.sed si hac.§.patronum. D. de in jus vocando*, & sic consistit obreptio in falsa facti narratione. *l.magis puto. §.penult. D.de rebus eorum. l. cum verò. §. subventum. D. de fideicommissis.* Cicero *pro Planco.* ibi: *obrepsisse ad honores*, idest promotum.

Subreptio.

Subreptio, & obreptio etiam in minimo reddit dispensationem nullam. Mastrillus *lib.1. dec.*8.*n.*6. Felinus in *c. ad audientiam. n.22. de rescriptis.* Anna *cons.*38.*n.*43. Menoch. *cons.*202. *n.*1. Larrea *allegat.fisc.*91.*n.*3. Intelligas, ut non exprimantur, vel celentur, quæ per se requiruntur ad justificandam dispensationem, non verò si sint circa alia: unde subreptio, & obreptio, in causa finali, non in causa impulsiva annullat dispensationem, quia pro consequenda causa finali non impulsiva conceditur dispensatio. Immola *consil.* 33. Tiraquellus *tract.cessante causa num.* 230. Cetera expiscabis ex dictis cum de *Privilegiis in communi*. (2)

Nunc eò cardo difficultatis volvitur, ut deprehendamus tempus, in quo causa existere debeat. Primo an quando petitur. Secundo an quando conceditur. Tertio an quando Ordinario committitur. Quarto an quando exequutioni demandatur dispensatio.

Principium Primum.

4331 Antequam producantur effectus, non requiritur causa.

CAusa non requiritur, antequam producendus sit effectus.

Patet, quia tunc ad nihil deserviret, neque ad dandum esse, neque ad disponendum; nam dispensatio pendet ab effectiva, non à finali causa.

Secundum Principium.

4332 Debet tamen præexistere respectu sui effectus.

CAusa necessariò debet præexistere saltem in priori natura respectu sui effectus.

Patet, quia effectus quando primo habet esse illud, habet à causa; ergo tunc causa debet habere esse; ergo causa dispensationis debet existere necessariò, quando dispensatio habet esse; tunc enim eximitur à lege; ergo tunc debet esse causa cur eximatur, sine qua dispensatio esset nulla; cùm nequeat esse effectus sine causa. Gabr. à S. Vinc. *de matrim.disp.9.n.80.*

Ex his fit.

ANALYSIS I.

An requiratur causa, quando petitur dispensatio mittendo Romam?

4333 Non requiritur causa dum petitur dispensatio.

NEga: nam tunc non ponitur dispensatio; ergo nec debet poni causa dispensationis, & non præteritæ, sed præsenti veritati innititur, quando recipit esse dispensatio. Sanch. 8. *de matrim. disp.90. n.2.* Palaus *tom.1. tract.3.*

(2) Cum ceteris Opusculis dabitur istud de *Privilegiis in communi*, & duo alia, unum de *Privilegiis Senum*, alterum de *Privilegiis Ignorantiæ*. Vaxua L.a.ll.

tract.3. disp.4. punct.5. Diana *p.8. tract.3. resol.77.* Gabriel à S. Vinc. *de matrim. disp.9. n.80.* Pontius *lib.8. de matrim. c.20.* Hurtadus *de matrimon. disp.26. difficult.3. n.14.* contra plures apud Sanch. *loc. cit. n.2.*

ANALYSIS II.

An quando Papa dispensat, tunc debeat causæ veritatis existere?

4334 Requiritur tamen quando Papa dispensat.

AFfirma: ut accidit in dispensatione in forma gratiosè, nam tunc habet esse dispensatio; ergo tunc debet adesse causa. *c. quia circa. de consanguinitate, & affinitate.* ubi Abbas *c. si eo tempore. de rescriptis. in 6.* ubi, carens legitima ætate tempore datæ, nulliter fuit provisus de Beneficio. Corradus *lib. 7. dispensationum Apostolicarum c. 2. n.22.* Corduba *in summa. q.45. opinione 2. p. 1.* Vega *tom. 1. summa. c.88. casu 4.* apud Dianam *loc. cit.*

ANALYSIS III.

An quando Papa committit alteri, ut dispenset, tunc tempore commissionis debeat causa existere?

4335 Secùs si Papa alteri committat, ut dispenset.

NEga: quia tunc non ponitur dispensatio; ergo tunc non est necessaria existentia causæ veritatis precum. Garzias *p. 6. de beneficiis c.2. q.263.* Pyrrus Corradus *lib. 7. dispensationum Apostolicarum c.6. n. 27.* ajens Doctores contrarios confundere terminos, nec agnoscere differentiam inter dispensationem, & mandatum de dispensando. contra Leandrum *tom. 2. tract.9. disp.25. q. 56.* citantem XV. Doctores.

ANALYSIS IV.

An quando dispensat is, cui committitur, requiratur causa existentiæ veritatis?

4336 Et tunc requiritur causa, si delegatus dispenset.

AFfirma: quia tunc habet esse dispensatio; ergo non potest abesse causa, & consequenter juxtà formam Tridentini *sess.14. c.7. de reform.* debet constare de veritate precum. Caputaquensis *decis. 273. num.1. & 2. p.1.* de Grassis *dec.1. num.3. de rescriptis.* Covarr. *a. p. c.6. §. 9. in fine.* Sanch. 8. *de matrim. disp.30. n.12.* Corradus *lib.7. dispensationum. c.6. n.28.* qui *n.32. ai.,* hodie omnes dispensationes committi Ordinario juxtà formam Tridentini, & sic veritatem requiri tempore, quo delegatus dispensat, licèt tempore datæ non fuerit.

Conditio namque causæ nequit verificari causa non existente pro tempore dispensationis; unde evanescit commissio dispensando di facta Ordinario, si tempore datæ aderat causa paupertatis, deinde novis divitiis acquisitis ablata. Diana *p.8. tract. 3. resol.24.* Truileuck. *lib.7. c.10. dub.6. n.4.* Contrà Mascardum *de probationib. concl.1128. n.12.* Sà *v. gratia. n.9.* ajentes satis causam verificari tempore impetrationis commissionis, non executionis.

Unde non est subreptitia dispensatio commissa ob suspicionem copulæ, extantem tempore non impetrationis, sed verificationis.

4337 Delegatus, etiam à Principe nequit delegare in dispensando

Hinc tamen delegatus licèt sit à Principe, nequit subdelegare, quia est electa industria personæ, ut patet in illis verbis commissionis, *tuam conscientiam oneramus*, & ibi: *discretioni tuæ, de qua in his specialem in Domino fiduciam habemus.* Crescentius *dec.1. n.1.* Menoch. *1. de arbitr. q.68. n.2., & lib.2. præsumptionum. q.21. n.12.* Corradus *lib. 7. dispensationum. c.6. n.3., & 40.* dicens *n. 41.* sententiam alteri non posse committere, sed recepto coram se juramento, posse alteri committere receptionem testium, & informationem etiam per Notarium laicum. Genuensis in *praxi c.69. num.7. in fine.*

ANALYSIS V.

An obtenta jam dispensatione requiratur causa, quando fit id, ad quod est dispensatum: puta quando quis ordinatur, quando actu nubit?

NEga, nam dispensatio jam habuit esse purè ex causa sufficienti, ut Legislator prudenter operetur, & sic subditus remanet liber ab obligatione legis, quæ lex ut ipsum obliget, debet iterum accedere voluntas Superioris, quæ non accedit ex defectu causæ, & sic potest contrahere dispensatus ob paupertatem, si obtenta dispensatione, antequam matrimonium ineat ditescat superveniente hæreditate. Palaus *tom.1. tract.3. de privilegiis disp. 4. punct.15. a.6.* Præpositus *3. p. q.8. de dispensationibus dub. 4. n. 35.* Suarius *de legibus lib. 8. c.30. n.21.* Corradus *lib.7. dispensationum Apostolicarum c.2. n.28.* ajens, satis esse, si tempore dispensationis existat, etiamsi deinde causa evanescat. Salas *de legibus disp. 20. sect. 6. n.67.* Guttierez *1. Canonicarum c.15. n.22.* Tiraquellus *in tract. cessante causa. in principio. n.92.* Sylvester *v. dispensatio q.6.* Sà *v. gratia. n.6.* Pontius *8. de matrim. c.20.* Diana *p.8. tract.3. resol.77.* Granadus *a. 2. controv. 7. tract. 3. p.2. disp. 17. sect. 4. num. 36.* Leander *p.2. tract. 11. disp.24. q.58.* Gabriel à S. Vinc. *de matrim. disp.9. q.8. §. quæres 2.* Contra Sanchez 8. *de matrim. disp. 30. n.54.* Bonacinam *de legibus tom. 2. disp. 1. q.2. punct.10.* Coninck *disp.33. n.94.* Villalobos *tom.1. tract.14. difficultate 28. n.4.* Martinum Perez *de matrim. disp.45. sect.6. n.4.* 4338 Obtenta dispensatione, causa non debet durare dum fit id, quod est dispensatum

Hinc resolvitur.

An possit uti dispensatione jam obtenta titulo paupertatis, si instituatur hæres?

REspondetur, ante aditionem hæreditatis adhuc esse pauperem reverà; & sic verificari causam dispensationis, scilicet paupertatem. *l. qui in aliena. 6. § si is. D. de acquirenda hæreditate. l. dolata. 151. D. de V.S.* Sanch. *lib.8. de matrim. disp. 19. n.27.* 4339 Dispensatus ut pauper potest dispensatione uti si instituatur hæres.

Si verò data opera differat hæreditatis aditionem, ut interim probet se pauperem ad finem verificandi dispensationis causam; tunc certum est pauperem esse de præsenti, divitem futurum, nisi morte præveniatur. 4340 Et differat hæreditatem adire.

Hinc etiam resolvitur, validam esse dispensationem hæredis pauperis jam instituti institutione ignota; nam quousque non adeatur hæreditas, bonis caret, & revera pauper; ut interim omittam hanc esse rationabilem, ac prudentem Superioris voluntatem, cùm nulla sit fraus in dispensato. Sanch. 8. *de matrim. disp.19. n.38. a8.* Corradus *lib. 7. dispensationum Apostolicarum c.2. n.27.* ut autem prædicta solidiùs, & uberiori luce inspiciantur, sit.

An cessante causa finali dispensationis purè jam obtentæ, cesset dispensatio?

NEga; quia pura dispensatio plenum sortitur effectum, qui non nequit tolli, nisi per causas, ex quibus ortum habuit. *c.2. de regulis juris in 6.* Et sic ut posita fuit voluntate Superioris cum causa: ità debet tolli cum consensu Superioris; tunc enim currit: De privatione ad habitum non datur regressus; res semel extincta non reviviscit, nisi denuò causa effectiva ponatur; Itàque non evanescit Ordo, Beneficium, 4341 Cessante causa finali dispensationis purè obtentæ, ipsa non cessat.

ma-

matrimonium initum ex dispensatione, licèt deinde corruat dispensationis causa.

Nec rursus fit irregularis dispensatus ad Ordines ob paupertatem, licèt deinde divitiis repleatur: nec evanescit dispensatio ordinati obtenta devotione parentum, illis deinde mortuis; sicuti remanet dispensatio ob morum honestatem neophyti, licèt mores deinde turpescant. Glossa *in c. ex tua. de filiis Presbyterorum*. Decius *cons.*24. Suarius 6. *de legibus c.*20. *num.*15. Pontius *lib.*8. *de matrim.c.*20.*num.*4. Guttierez 1.*Canonicarum c.*15.*n.*22. Granadus *loc.cit.n.*36. Corradus *lib.* 7. *dispensationum, Apostolicarum c.*2.*n.*28. Baldus *in l.*1.*n.*11.*C.de condictione indebiti*. Ludovicus *decis.*406.*nu.*2. Leander *tom.*2. *tract.*11. *disp.* 24. *num.*58. Gabriel à S.Vinc. *de matrim.disp.*9.*qu.*8. §.*quæres secundo*. Sà, Sylvester, Diana, Præpositos *locis citatis*. Contra Sanchez 8.*de matrim.disp.*30.*n.*14. Amicum *tom.*5 *disp.*6.*n.*173. Portellam *tom.*2.*c.*49.*num.*11. Coninck *disp.*33.*n.*94. Hurtadum *disp.*26. *difficultate* 3.*num.*15. Arriagam *tom.*4.*tract.de legibus disp.*30.*n.*36. 40.& 41. dicentem, impedimentum ablatum à dispensatione non redire cessante causa dispensationis: at ait redire legem, cujus obligatio dispensatione ablata fuit cessante causa dispensationis, quia tunc dispensatio non esset prudens.

Sed deboisset non assumere, sed probare dispensationem tunc sub conditione concessam. enim verò tunc Superior etiam potest purè dispensare, si quaodo dispensat, adest legitima causa: ut Judex purè dat fidejussorem, si tempore, quo datur est sufficiens, & sic dos data ob paupertatem purè datur, nec cessante paupertate amittitur: immunitas ab oneribus stantibus simul duodecim filiis conceditur, competitque etiam filiis patre mortuo, nec evanescit etiamsi ex filiis plures deindè decedant. Francus *decis.*239.*n.*1. Menochius *cons.*486. Joannes Andreas *in c. decet. de regulis juris in* 6. Anna *singulari* 24. Decius *cons.*24.

Non potest ergo dici, dispensationem esse conditionalem, si Papa id non exprimat; nam si vellet, exprimeret, & verba intelligenda, ut significant. Genuensis *in praxi c.*20.*n.*4.

4142 Dispensatio, & est debita, & est gratia. Et in hoc verificatur, quod dispensatio sit debita, & sit gratia, & misericordia: debita, quia non potest concedi sine causa rationabili, qua extante debet concedi gratia, & misericordia, quia nisi Superior se exprimat se velle durare durante causa, scilicet durante infirmitate, durante penuria Sacerdotum, est perpetua, & durat, licèt superveniant divitiæ, & Sacerdotes. habere autem rationem gratiæ, & misericordiæ, patet ex *c.penultimo*, ibi: *dispensationis gratia*, & ex *c.postulastis.*7. ibi: *misericorditer. de Clerico excommunicato ministrante*; ex *c. licèt Canon.*14.*in fine*, ibi: *gratiam dispensationis. de electione in* 6. & ex *c.didici.*14. *in fine*, ibi: *dispensationis gratia* 1. *qu.*7.

Objectis fit satis. Dices: cessante fine adequato legis, cessat lex; ergo cessante fine adæquato dispensationis, dispensatio extinguitur.

Respondetur primo, argumentum probare redire impedimentum dirimens cessante fine dispensationis, etiam inito matrimonio; fieri irregolarem ordinatum ob morum honestatem, cessante in tali neophyto post ordines honestate morum.

Secundo disparitas est, quia cessante fine adæquato legis, lex cessat, nam nihil extinctum debet tunc reviviscere, & omnia remanent in statu naturali. At cessante fine adæquato dispensationis non cessat dispensatio, quia deberet reviviscere jam extincta legis obligatio, ad cujus reviviscentiam non solùm requiritur cessatio causæ finalis, sed exigitur voluntas Legislatoris dispensantis, quæ voluntas deest in dispensatione pura absolutè concessa.

Ergo inquies secundo, dispensatus nè jejunet, nè Choro assistat ob infirmitatem, poterit uti dispensatione, etiam deinde adepta salute.

Nega consequutionem, dispensatione concessa durante infirmitate.

Inquies tertio: reductio Missarum ob penuriam Sacerdotum, durat etiam cessante Sacerdotum penuria.

Nega, reductione facta ad tempus penuriæ. Affirma, si reductio sit facta absolutè causa cognita Summo Pontifice informato, tunc enim est pura, & semper durat, ut si ob infirmitatem perpetuam dispensetur absolutè, durat dispensatio quamvis miraculo cesset infirmitas. Diana *par.*8.*tract.*3.*resol.*24. Præpositos 3.*par.qu.*8. *de dispensatione dub.* 3. 4. *num.*31. Salas *de legibus disp.* 20.*sect.*6. Corradus *lib.* 7. *dispensationum Apostolicarum c.*2. *n.*28.

Causæ ad dispensandum in impedimentis matrimonii.

§. IV.

AGlutinantur à Pyrro Corrado, & à Riccio.

Prima est angustia loci, ratione cujus nequit alteri, quam consanguineo, vel affini pari nubere, pari nobilitate, divitiis moribus, ætate. Navarr. *c.*22. *num. fin.* nec tenetur perquirere, licèt posset æqualem invenire in loco propinquo extrà proprium oppidum, & sic orbari consolatione, & societate parentum, & amicorum. Riccius *par.*4.*praxis resol.*537. nec impari renetur in proprio oppido nubere. Soccinus *cons.*53. *colum.* 2. nam tunc esset durum conjugium, contra regulam nubat pari. Ovidius *epist. ad Herculem*, ibi: 4143 Causa ad dispensandum in impedimentis matrimonii sunt angustia loci.

Si qua voles aptè nubere, nube pari.

Secunda causa est angustia loci, itaut requireretur auctior dos ad nubendum extra propriam cognationem; & hæc causa sufficit ad dispensandum in secundo, & tertio gradu consanguinitatis, & affinitatis. 4144 Si requireretur auctior dos extra suum locum

Tertia, est dos incompetens, qua nisi cum consanguineo, nubere nequeat: secùs denigranda, vel innupta remansura contra bonum publicum. *l.*1.*D.soluto matrim.* 4145 Dos incompetens.

Quarta, est dos incompetens augenda à viro consanguineo, usque ad congruitatem, satis in secundo, & tertio gradu, quæ dos soluto matrimonio remaneret uxori. Riccius *part.*4. *praxis resol.*537. Genuensis *loc.cit.* 4146 Dos augenda à viro consanguineo.

Quinta causa est, si consanguineus ducat indotatam, vel dotet congrua dote consanguineam. 4147 Ducens consanguineam indotatam.

Sexta, si vir suscipiat in se onus litis magnæ successionis consanguineæ, secùs amittendæ, propriis expensis. 4148 Suscipiens onus litis.

Septima, si dos consanguineæ litibus turgeat matrimonio sedandis; interest namque Reipublicæ lites sopiri. *l.properandum. C. de judiciis*, & mulieres non esse indotatas. *l.*1.*D soluto matrim.* Quanta autem debeat esse litis magnitudo, cùm nullo jure taxetur, Judicis arbitrio præfinienda. Corradus *loc.cit. c.*2.*n.*57. 4149 Dos sub judice sit.

Octa-

4350 Ob sedandas graves inimicitias.

Octava, ad sedandas graves inimicitias, litesque inter conjunctos; bonum namque pacis publicum est, animæ, & corporis physici, & Politici felicitatem fovens. Callego *de cognatione spirituali c.22.n.7.*

4351 Ad confirmandam pacem.

Nona, ad confirmandam magis pacem recenter factam inter capitales inimicos. D.Thom. *2.2.qu.97.art.4.*

4352 Si processerit virgo in diebus suis.

Decima, si consanguinea innupta jam excessit XXIV. annum; conditione parem non habens.

4353 Nè nubat cum Hæreticis.

Undecima, defectu Catholicorum inter Hæreticos dispensatur, ut nubat consanguineis Catholicis.

4354 Ut bona conserventur in familia.

Duodecima, ut bona conserventur in familia. Henriq.*lib.3.c.12.n.9.*

4355 Et illustris familia nè pereat.

Decimatertia, ut conservetur illustris conspicua familia, & non pereat.

4356 Ob merita in Ecclesiam gesta.

Decimaquarta, ut remuneretur merita bello, pace fortiter se gerentium pro Ecclesia, pro Republica.

4357 Ad evitandam infamiam.

Decimaquinta, ad evitandam infamiam; & sic copula habita inter consanguineos, vel affines sine animo faciliùs impetrandi dispensationem, qua non impetrata, diffamata innupta remaneret.

4358 Initis nuptiis cognoscatur impedimentum.

Decimasexta, si consummato matrimonio depræhendatur impedimentum, illicò abstinendo se à copula petendo dispensationem sine separatione, nè scandala nascantur; Si verò non se abstineant à copula, id exprimendum.

Decimaseptima, si orta sit suspicio copulæ, licèt falsa, unde diffamata, & innupta remaneret, nisi dispensaretur. Corradus *loc.cit.*

4359 Et omnis causa rationabilis sufficit.

Decimaoctava, ex quavis alia causa rationabili arbitrio Summi Pontificis; nam cùm impedimenta sint juris positivi, non excedunt auctoritatem Pontificiam rationabilem.

Et si singula non sufficiant, possunt simul coacervata sufficere; itaut plures leves faciant unam gravem causam, juxtà illud: virtus unita fortior, plura vincula magis ligant. *l.re conjuncti. D.de legatis.3.c.unico. de tregua, & pace. l.rationes. l.instrumenta. C.de probationibus.* Ludovicus *decis.245.n.2.*

4360 Quando requiratur urgentior causa ad dispensandum.

Pro proximioribus gradibus urgentior requiritur causa; itàut sufficiens pro remotiori: puta ad sedandas lites, pro augmento dotis congruæ, non sufficiat pro proximiori gradu. Unde angustia loci sufficiens pro secundo, & tertio gradu, non sufficit pro secundo, & tertio gradu consanguinitatis dispensando, in quo causæ robustiores, lacertosæ magis requiruntur: puta merita familiæ conspicuæ secùs extinguendæ, vel devolvendæ ad hæreticos Principes.

Sic urgentior causa requisitur, ut nepos contrahat cum consanguinea in primo gradu, quàm requiratur, ut patruus, vel avunculus in primo gradu contrahat cum nepte in secundo gradu; idque quia esset gravior inordinatio, ut major subesset minori, quàm ut minor subesset majori. Corradus *lib. 7. dispensationum Apostolicarum c.3.num.24.*

Unde extinctio litis gravis sufficiens, ut patruus ducat neptem, non sufficit, ut femina ducat suum nepotem, nisi accedant aliæ concausæ, scilicet, quia non habet parem, vel quia secùs remaneret innupta. Sanch.*2.de matrim.disp.15. n.7.* Corradus *lib.7. dispensationum Apostolicarum c.5.n.13.*

Dispensatio matrimonialis in forma pauperum ob copulam, ejusque suspicionem.

4361 Quid sit dispensatio in forma pauperum.

OPeratur, ut nulla, vel minor sit compositio probata paupertate, & miserabilitate duobus testibus, & fide Parochi, in qua qualitate talis dispensatio fundatur. Alciatus *de præsumtionibus regula 2.præsumtione 27.* & pauper hic censetur, qui non habet in ære 50. aureos, labore, & manuum industria tantùm victum sibi quærens. Glossa *in §.sed, & propter paupertatem. institutionum de excusationibus Tutorum*; quamvis id Judici arbitrarium voluerit Bartolus *in l.si constante. n.14. D.soluto matrim.* Soccinus senior *lib.4.consil.126.n.27.*

Ex causis ergo legitimè propalatis subsistit dispensatio, illis autem falsis, vel non propalatis, nec probatis, dispensatio evanascit, precibus veritati non innixis; non autem veritati innituntur, si subreptitia, vel obreptitia sit dispensatio; meritò oratio edat.

Quid sit esse subreptitium, & obreptitium?

4362 Subreptitium differt ab obreptitio.

OBreptio à subreptione differt. Trident. *sess.22.de reform. c.5.* ibi: *Summariè tantum, & extrajudicialiter cognoscatur, expressas preces subreptionis, vel obreptionis vitio non subjacere*; ergo non est idem subreptio, & obreptio.

Secundo patet, quia in jure distinctè semper pronunciatur subreptio, & obreptio; igitur supponuntur diversa. Cassadorus *decis.5. in fine. de præbendis.* Zabarella *consil. 30.* Innocentius *in c.cum dilecta. n.3. de rescriptis.* Corradus *lib.7. dispensationum Apostolicarum c.4 n.54.* & diversos effectus habere, probat Felinus, & Innocentius *in c. cum dilecta. de rescriptis.* Contra Decium *in c.super literis. notabili 4. de rescriptis.* Menochium *lib.2. de arbitrariis centuria 1. casu 201. n.10.* Sanch. 8.*de matrim. disp.21. n.2.* dicentes esse sinonima obreptio, & subreptio. Perez, & alii.

4363 Subreptio est veritatē celare.

Differunt, quia subreptio est falsum mendacium fraudulenter dicere; & sic est celare verum, licèt, quod petitur, Papa cognoscat. *l.sin autem. §.1.* ibi: *per subreptionem. D. de negotiis gestis. c.postulasti*, ubi Felinus *colum.3.de rescriptis*; subripere namque est latenter capere, & sic veritatem celare, qua expressa dispensatio non fuisset concessa. *c.quia sæpè.de electione*, ubi Archidiaconus *Clem. 3. de præbendis*; sic namque subripiens decipit Superiorem. Felinus *c.super literis. de rescriptis.*

4364 Obreptio falsum asserere.

Obreptio, & obreptitia dispensatio est, si falsum narretur. *l.quidam.1.*ibi: *obreptione precum nuptias, quas se intelligunt non mereri, à nobis existimant postulandas, sæpè habere puellæ consensum confingentes.l.2.* ibi: *per subreptionem. C. si nuptiæ ex rescripto petantur*; ubi exprimitur falsitas, ibi, *sæpè habere puellæ consensum confingentes, qui consensus non aderat. l. sin autem. §.1.*ibi: *per obreptionem. D.de negotiis gestis.l.sed si hac.10.§.Patronum.D.de in jus vocando.l.si fidejussor. D.mandati*; obreptio ergo falsum narrat, subreptio verum celat. Doctores apud Menochium *2.de arbitrariis centuria 3.casu 201. num.9.*

4365 Et puniri valet ut falsarium.

istis adnectas esse falsarium, & ut falsarium posse puniri, impetrans aliquid per obreptionem, non verò per subreptionem. *l. si quis obrepserit. D.ad legem Corneliam de falsis.* Berous *in c. super literis. num.2. de rescriptis.* Meno-

chius

chius 2. *de arbitrariis centuria* 4. *casu* 314. *num.* 14. & 16.

Istis sic expositis de causa exprimenda pro validitate dispensationis; modò egamus.

De Causa effectiva Dispensationis.

CAPUT III.

4366 Superior dispensare valet in suis, & prædecessoris legibus.

PRomoveamus orationem, & ex caosa finali, causam effectivam disquiramus.

Principium.

QUilvis ex causa legitima dispensare potest in legibus suis, à prædecessore, vel à sibi subdito latis.

Patet ex terminis; quia jurisdictione utitur, & hujusmodi leges ejus non excedunt potestatem.

Nunc est difficultas.

An Legislator possit secum cum causa directè dispensare?

4367 Legislator propriè secū non dispensat.

DIstingues: vel dispensatio sumitur propriè, vel impropriè.

Propriè, nega; cùm non sit subditus legi, nequit dici dispensari.

Secùs impropriè.

Impropriè, affirma: ut scilicet est pars totius communitatis, dicitur dispensare.

Hinc ebsolutè: ut legibus non tenetur, ità dispensatione non indiget; ne dispensando in se jurisdictionem exerceat, quod est prohibitum in *l.ille, à quo. D.ad Trebellianum*, & *in l.penult. D.de receptis arbitris*, sed exercet jurisdictionem circa legem sibi subjectam, illam rescindendo semper ac est causa pro quocumque talis causa edlit: qua lege stante, illa causa pro tali casu ablata: ut nemo; ità nec ipse Legislator directè, vel indirectè tenetur; adeòque contra legem non fecit, nec peccat. D. Thomas 2. 2. *qu.*185. *art.*9. & *in* 4. *dist.*20. *qu.*1. *art.*5. *qq.*4. *ad* 3. ubi ait, non posse se ipsum excommunicare, qoia esset ferre sententiam, quæ subditum respicit; sed posse sibi ipsi indulgentias impertiri; qoia esset dispensatio. Saochez *lib.*8. *disp.*3. Sylvester *v. lex. qu.* 14. Nevarrus *c.* 25. *num.*74. Diaoe *par.*8 *tract.*3.*resol.*16. Gebriel à S. Vinc. *de matrim. disp.* 9. & *part.* 2. *disp.* 25. *num.* 39. contrà Suerium *tom.* 2. *de Religione lib.*6.*de voto c.*12.*num.*14. Azorium *tom.*1.*lib.*5. *c.*15.*qu.*6.

Nec officit primo. *cap. fin. de institutionibus*; ubi collator nequit sibi ipsi beneficium conferre.

Nam id ex Abbate *ibid.num.*5. est specialiter interdictum ad arcendum malum exemplum, & donaret sibi ipsi: quæ ratio cessat in dispensatione respiciente legem, non se.

Nec secundo dicas: Superior nequit ligare se ipsum; ergo nec dispensando solvere se ipsum; nam qui potest ligare, potest solvere *c.inferior. dist.*21.*c.cum inferior.de majoritate, & obedientia.*

Respondetur non solvere directè se ipsum, sed ebrogare legem dispensando. Secundo multos posse solvere, qui nequeunt ligare, ut patet in ebsolutione à peccatis; & sic verum, qui potest lege ligare, potest solvere; non semper qui potest solvere, potest ligare.

An Episcopus possit dispensare in Jure communi?

TRes controversiæ se offerunt. Prima, an valeat dispeosare, quando lex communis simpliciter est lata. Secundo, quando non reservatur. Tertio, quando lex prohibet aliquid, nisi dispensetur.

Ad primam.

An inferior possit tollere legem Superioris, dispensando?

4368 Si Superior inferior habet euctoritatem à Deo valet dispēsare in legibus Superioris.

HÆc quæstio est duplex. Prima, an inferior, qui habet auctoritatem à Superiore. Secunda, an inferior, qui habet euctoritatem à Deo subordinatam Superiori, qualem dicunt Episcopum. Dicastilius *lib.* 1. *de justitia disp.*3.*dub.*14.*n.*175. Henriq.*lib.*6.*de Pœnitentia c.*14.*dub.*7. Aregonius 2.2.*q.*88.*art.*12.*concl.*2. Sotus *in* 4.*dist.*27.*qu.*1.*art.*4. Angelus v.*dispensatio n.*5. Navarrus *c.*22.*num.*85. unde efferunt, quòd Papa in toto Orbe, id Episcopus potest in Diœcesi subordinatim ed Papam.

An inferior habens Jurisdictionem à Superiore, possit dispensare in lege Superioris?

4369 Secùs si inferior habeat Jurisdictionem à Superiore.

NEga. *c.inferior.*4.*dist.*21.*c.cum inferior.*16. *de majoritate, & obedientia. c.cuncta.* 9. *qu.*3. *l.finali.C.de legibus.* Clementine *ne Romani.*2.ibi: *attendentes, quòd lex Superioris per inferiorem tolli non potest. de electione.*

Et ratio est, quia jurisdictio exercetur quando dispensatur, inferior eutem circa legem Superioris talī jurisdictione caret.

An Episcopus dispensare valeat in Jure communi pro subdito sua Diœcesis, si Papa, vel Concilium sibi non reservavit dispensationem?

4370 Episcopus dispensat in Jure Communi si Papa, vel Conciliū non reservavit sibi dispensationem.

AFfirmat Marenta in impressione Neapolitana *in medulla decreti v.dispensatio omnis*. Glossa *in c.requiritis. §.nisi rigor. in fine* 1. *qu.*7. dicens, Episcopis concessam dispensationem, Papæ non reservatam. Sanchez 7.*de matrim.disp.*17.*num.*10. Inde inferens, Episcopum validè dispensare in ætate impuberi pro contrahendo matrimonio urgente necessitate, quia *in c.*2. *de desponsatione impuberum* id non invenitur reservatum, cum Navarro *consil.*5.*in fine. lib.*4.*de desponsatione impuberum*. Barbosa *de potestate Episcopi alleg.* 35. *n.*20. Guazzinus filius. Probant ex *c.nuper.*29.*de sententia excommunicationis*, ubi excommunicatio Papalis non reserveta absolvitur à proprio Sacerdote, ex *c.at si Clerici.*4.*§.de adulteriis. de judiciis*, ex *c.de Clericis pugnantibus in duello*; Eo enim ipso, ac Papa sibi dispensationem non reservavit, censetur illam, vel demandasse, vel reliquisse potestati Episcopali pro propria Diœcesi.*c.in quibusdam. de pœnis. c. postulastis.* 7. *de Clerico excommunicato ministrante.*

4371 Probatur multipliciter.

Secundo probant, quia facultas dispensandi spectat ad regimen Ecclesiæ frequenter exercenda, & sic sine recursu ad Papam.

Tertio probant, quia Episcopus potest dispensare in votis, quæ sunt juris divini, si Papa sibi non reservavit; ergo fortiùs in jure humano non reservato.

Quarto, Episcopus dispensat in levibus, vel levioribus juris communis; quia ut inquit Arriaga citandus. *n.*6. si noluisset Papa, obligasset sub gravi; ergo etiam dispensabit, quoties Papa sibi non reservavit; nam eo ipso ac sibi non reservavit, censetur dedisse aliis facultatem dispensandi. *d.c.nuper* 29. ubi Glossa *v.non retinuit.de sententia excommunicationis*.

Sed oppositum asseritur.

Sed oppositum docet D. Thomas 1.2. *qu.*97. *art.*4. *ad* 3. Suarius *lib.* 3. *c.*14. *n.*4. & certum ait Arriaga *tom.*4.*de legibus disp.*29.*n.*3. Sanch. 8.*de matrim.disp.*5. *n.*9. Guttierez 1. *Canonica*-

rum

rum c.5.n.10. Granadus 1.2. *controv.7. tract.3. p.2.sect.1.n.4.* Amicus *tom.3. disp.6. sect.4. n.55.* Azorius *tom.1. lib.5. c.15. q.7.* quia ex natura rei, nullus Inferior, tollere valet leges sui Superioris. Clementina. *ne Romani 2. de electione*, per quæ corruunt in contrarium congesta.

An inferior Prælatus valeat dispensare in lege Superioris lata, nisi dispensetur?

4372 Prælatus inferior dispēsat, etsi adsit clausula *nisi dispensetur*.

AFfirma: nam ly *nisi dispensetur* nequit intelligi à Legislatore, nam esset clausula vana, & in lege verba debent aliquid operari. *c. si Papa. 10. de privilegiis in 6.* ergo debet intelligi à Prælato inferiore, ut sic aliquid operentur. Sanch. 8. *de matrimon. disp.5. n.5.* Gabriel à S. Vinc. *de matrim. disp.9. n.28.*

An, & quando Episcopus dispensare valeat in Jure communi ex causa rationabili?

4373 Quando dispensat Episcopus in Jure communi enumeratur.

IN multis casibus. Primo dispensare valet semper ac esset valdè molestum Papæ, & subditis recurrere ad Papam, ut esset in rebus modicis, levioribus. Arriaga *tom. 4. de legibus disp.29. n.6.* Diana *p 8. tract.3. resol.12. §. secundus casus*, post Sotum, & Suarium.

Secundo in rebus frequentioribus, ut in præcepto jejunii, missæ, festi, divini officii, & aliis levioribus: est ænim impossibile moraliter semper recurrere ad Papam in casibus istis frequenter contingentibus; lex autem ad impossibile non obligat. Cajetanus 1.2. *q.97. art.4.* Sotus 1. *de justitia q.7. art.3.* Valentia *tom.2. disp.7. q.5. punct.9.* Rodriquez *tom.1. regularium q. 22. art.9.* Arriaga *loc. cit.*

Tertio, in casu magni momenti, & periculi moræ in patiente; esset enim tunc legis obligatio valdè dura, contra *Can. erit. dist. 4.* & sic Episcopus dispensare posset. Doctores citati. Sanch. 2. *de matrim. disp.40. & lib.8. disp.9. n.22.* Salas *de legibus disp.20 sect.3. n.22.* Bordonus *lib.3. q.13. c.3. n.2.* Averla *de Sacram. matrimonii q.13. sect.2.* Diana *p.8. tract.3. resol.12. 71. 78. & 80.*

Quarto, si lex à Papa fuerit lata pro aliquo speciali loco; tunc censetur Episcopo illius loci tanquam magis informato dispensationem committere. Cajetanus 1.2. *q.97. art.4.* ubi Medina. Diana, dans Valentiam, & Sotum *d. resol.12. §. tertius casus.* contra Arriagam *loc. cit. n.6. & 7.*

Quinto, in casibus consuetis, consuetudine ità interpretante. *c. fin. de consuetudine. l. de quibus. D. de legibus.*

Sexto semper ac recursus ad Papam est valdè difficilis, nè lex obliget cum gravi onere. *c. erit. dist.4.* Bordonus *lib.1. q.13. num.2.* Palaus *tom.1. disp.6. punct.5.*

An Episcopus dispensare valeat in legibus Concilii Provincialis pro sua Diœcesi?

4374 Episcopus dispensat in legibus Concilii Provincialis pro sua Diœcesi.

AFfirma: nam leges illæ provinciales non excedunt auctoritatem Episcopi, etiam distributivè. Arriaga *tom. 4. de legibus disp. 29.* Suarius *lib.6. de legibus c.15. num.7.* Sanch. 8. *de matrim. disp.13. n.35.* Bonacina *de legibus disp.1. q.2. de dispensationibus punct.1. n. 14.* licèt Provinciali Concilio in ordine ad Episcopos puniendos competat major potestas, quàm cuilibet Episcopo. Arriaga *loc. cit.*

An Episcopus possit dispensare sine consensu Capituli?

4375 Et absque consensu Capituli.

AFfirma: nam Episcopo independenter à Capitulo jurisdictio competit, Episcopoque jura tribuunt dispensandi vim. *c. at si Clerici. 4. de judiciis. c. cum ex eo. 34. de electione. in 6.* Tridentinum *sess.24. c.6. & sess.14. c.7.*

Nec officit Episcopum in magnis negotiis uti Capitulo. *c. didici 1. q.7. c. penult. 15. q.7. c.4. de his, quæ fiunt à Prælatis.* Nam ibi consilium, non consensum exigit in concernentibus bona, & judicia Ecclesiastica.

An Metropolitanus dispensare valeat cum suffraganeis?

DIstinguas: vel tempore visitationis, vel alio tempore.

Tempore visitationis nega; nam tunc tantùm exercere valet ei in specie commissa, & absolvere à peccatis, inter quæ dispensare non invenitur. *c. finali de censibus in 6.* Palaus *tom. 1. tract. 3. disp.6. punct.7. §.3. n.2.* Fagundez *tom. 1. decalogi lib.2. c.41. n.3.* Diana *p.8. tract. 3. resol. 15.* Contrà Barbosam *p. 2. de potestate Episcopi allegat. 39. n.19.* 4376 Metropolitanus nō dispensat tempore visitationis.

Alio tempore subdistinguas: vel per viam appellationis, aut sine appellatione.

Per viam appellationis, ubi injustè denegetur dispensatio, vel implorando officium Archiepiscopi in dispensatione ex misericordia debita: tunc licet Metropolitano dispensare. Sanch. 4. *decalogi c.38. n.12.* Palaus *loc. cit. ex c.1. de officio delegati. ex c. duo 9. & c. pastoralis 11. de officio ordinarii.* 4377 Nisi per viam appellationis implorādo ejus officium.

Sine appellatione, & sine imploratione officii judicis: nega; caret namque tunc Archiepiscopus jurisdictione requisita ad dispensandum. *c. pastoralis. 11. de officio judicis ordinarii.* IX. Doctores apud Dianam *p.8. tract.3. resol.14.* Itaut nec cum ipso Episcopo dispensare valeat; non enim Episcopus quoad hoc jure non expressum subjicitur Archiepiscopo. Suarius *tom. 2. de religione lib.6. de voto c.11. num.3.* Pontius *lib.8. c.1. n.10.* Contrà Merollam *tom.2. disp.4. num.140.*

An Episcopus dispensare valeat in impedimentis dirimentibus matrimonii?

4378 Episcopus dispensat in impedimentis dirimentibus si sint juris humani, & non sit recursus ad Papam.

DIstinguas: vel impedimentum est juris naturalis, vel humani.

Si juris naturalis, nec Episcopus totius orbis dispensare valet; nam jus naturale tolli nequit humana potestate.

Si verò impedimentum sit juris humani, subdistinguas: vel lex hujusmodi humana potest servari absque gravi onere recurrendo ad Summum Pontificem, vel nequit servari, nisi cum gravissimo onere damni, infamiæ, scandali, &c.

Si servari valet sine gravi onere, debet adiri Summus Pontifex, nè inferior Superioris jura deleat. contra Clementinam: *ne Romani. de electione. c. nè inferior. dist.25.*

Si verò adsit gravissimum onus periculi vitæ, bonorum, honoris, famæ, scandali: tunc intrat regula: leges non obligant cum gravi onere. *c. erit. dist. 4.* & tunc sequentes perscrutandæ difficultates. Prima

An ante contractum matrimonium, valeat Episcopus dispensare in dirimentibus occultis, si secus immineat gravissimum damnum vitæ, honoris, famæ, scandali, &c. ut si statutis nuptiis celebrandis serò, manè in confessione manifestetur impedimentum dirimens, itaut nisi contrahat, scandala, & damna gravissima sequantur?

4379 Et hoc etiam ante contractum matrimonium.

AFfirma: legibus humanis non obligantibus cum tanto onere. *c. erit. dist. 4.* tunc

enim

enim Summus Pontifex nec potest, nec creditur velle matrimonium differri, ut suæ leges com tam gravi damno serventur: non potest, quia tuoc leges redundarent in damnum animarum, & leges impedirent, non promoverent bonum publicum, nec privatum; adeòque præsumitur velle dispensari ab Episcopo; nam dispensatio, non legis observantia tunc fovet bonom publicum, & privatom, quod Papa suis legibus intendit. Navarrus c. 22. n. 85. dicens, usu receptum. Sanch. 2. *de matrim. disp.* 40. *n.* 7. *&* 21. Vasquez 1. 2. *disp.* 278. c. 12. *n.* 16. Hurtadus *disp.* 26. *difficult.* 2. *n.* 6. Leander *de matrim. disp.* 24. *q.* 7. Perez *de matrim. disp.* 44. *sect.* 6. *n.* 3. dicens, veriùs, & oppositum iocredibile; & *n.* 11. *&* 13. dicens, posse contrahere sine animo consummandi ante dispensationem. Coniock *disp.* 33. *dub.* 3. Rebellus *lib.* 3. *q.* 22. *n.* 20. Pootius *lib* 8. *q.* 13. *n.* 2. Diana *p.* 11. *tract.* 8. *resol.* 3. Antonius à Spir. S. *tract.* 11. *n.* 539. dicens commune. Bonacina *tom.* 1. *de matrim. q.* 3. *punct.* 15. *n.* 6. Candidus *tom.* 1. *de matrim. disp.* 28. *art.* 16. *dub.* 3. *in fine.* Contra Sotom 2. *de justitia q.* 7. *art.* [illegible] *& in* 4. *dist.* 37. *q. unica.* c. 2. Ego pendetem à nutu Summi Pontificis.

Hinc resolvitur.

An inito publicè matrimonio, possit Episcopus dispensare in impedimentis dirimentibus occultis, imminentibus prædictis malis?

4380 Nuptiis publicè initis valet Episcopus dispensare in impedimentis occultis, si immineant gravissima damna.

Affirma ex prœjactis fortiùs urgentibus rationibus: & sic si ex separatione sequantur mala, vel nequeat Papa adiri ob inopiam, vel ex alia justa causa; enim verò non debet fidelis remedio salutis destitui, nec leges debent cum dispendio gravissimo constringere, ut ad desperationem adigant subditos. *c. erit. dist.* 4. Sancius dans XXII. Doctores 43. *selectarum. n.* 8. dicens id probabile à loco extrinseco. Sylvester v. *dispensatio q.* 9. §. 15. obi Armilla *n.* 15. Valentia *tom.* 4. *disp.* 10. *q.* 5. *punct.* 5. §. 5. Candidus *loc. cit. §. dico octavo.* Henriq. *lib.* 12. *c.* 3. *num.* 2. *litera K*, qui nec exigit bonam fidem contrahentium, quam bonam fidem saltem unius ex contrahentibus, nè aditus aperiatur ad delinquendum contrahendo nulliter spe facilioris dispensationis, exigunt Sotus in 4. *dist.* 36. *q. unica. art.* 2. *§. præterea.* Sanch. 2. *de matrim. disp.* 40. *n.* 5. & Corradus *lib.* 8. *dispensationum Apostolicarum c.* 4. *n.* 35. *&* 41. ubi testatur hanc sententiam in facti contingentia practicatam etiam à Prodatario. Unde fit.

An Episcopus dispenset in impedimento occulto, si matrimonium mala fide contrahentium sit initum?

4381 Episcopus non dispensat in impedimento occulto, si nuptiæ ineantur, mala fide.

Nega. Tridentioum *sess.* 24. *de reform. matrimonii c.* 5. ibi: *si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumserit, separetur, & spe dispensationis consequendæ careat. c. fin. §. penult. de clandestina desponsatione. Clem. unica de consanguinitate, & affinitate. Non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facilè experiatur, cujus salubria præcepta temerè contemsit*, ut ioquitur Tridentinum *ibidem. c. finali. de immunitate Ecclesiarum. c. quia frustrà. de usuris. c. propter. de donationibus. c. licet de regularibus.* Gabriel à S. Vinc. *de matrim. disp.* 9. Perez *de matrimon. disp.* 44. *sect.* 1. *n.* 7.

4382 Mala fides unius non nocet innocenti.

Unius tamen mala fides innocenti non noceret in ordine ad obtinendam dispensationem

ab Episcopo. Sanch., & Pontius *loc. cit.* ex *c. ex tenore. qui filii sint legitimi*; ubi proles est legitima, si adsit bona fides saltem unius ex contrahentibus; non enim debet innocens istis pœnis subesse, ut illas vocat Tridentinum *loc. cit.* ibi: *eisdem subiiciatur pœnis.*

A qua mala fide quò ad istum effectum excusat etiam ignorantia crassa; nam Tridentinum ibidem exigit scientiam, ibi: *scienter matrimonium contrahere præsumserit.* Sanch., & Perez *locis citatis.* 4383 A qua excusat etiam ignorantia crassa.

An autem isti, si nequeant separari sine turbatione pacis communitatis, sine scandalo?

Tunc licèt cum difficultate Episcopus possit dispensare, cùm recursus ad Summum Pontificem difficultatibus gravissimis retardetur, videtur decisum in eodem Tridentini decreto, ibi: *facilè experiatur*; ubi rarissima, & difficillima dispensatio non denegatur à Summo Pontifice. 4384 Si tamen immineant scandala, & nequeat separatio fieri, videtur Episcopus posse dispensare.

An Episcopus dispensare valeat cum divite in impedimento dirimente urgente gravissima necessitate, periculo incontinentiæ, ita ut nequeat expectari dispensatio distantissima ab Urbe?

Affirma. Candidus *de matrim. to.* 2. *disp.* 28. *art.* 16. *dub.* 3. *§. dico decimo.* Baunius *to.* 1. *tract.* 12. *de impedimentis matrimonii q.* 1. Diana *p.* 8. *tract.* 3. *resol.* 96. Idque nè leges humanæ obligent cum gravi onere, & quia difficilis esset tunc aditus; quo casu Episcopus etiam absolvit à censuris Papæ reservatis. *c. ea noscitur. de sententia excommunicationis.* 4385 Idem dicas si sit dives, & urgeant gravia damna, & longè distet Roma.

Ego voluntati Summi Pontificis collineo, à quo nè latum unguem discedo.

An Episcopus dispensare valeat ab impedimento occulto deinde publico, si ex separatione immineant varia damna, scandala?

Affirmat Perez *de matrim. disp.* 43. *sect.* 6. *n.* 6. quia cùm tanto onere lex humana recurrendi ad Papam non obligat; nàm lex debet fovere, non coercere bonum publicum animæ, & corporis; adeòque lex cessat contrariè, si ex ejus observantia damnum publicum, & particulare aoimæ, & corporis emergat. 4386 Episcopus dispensat in impedimento occulto, postea publico, si immineant gravia damna.

Ego do manus Summo Pootifici.

In dubio si Episcopus dispensare valeat in impedimento dirimenti; an validè dispenset?

Affirma: nè in dubio, vel probabilitate Superior libertate dispensandi orbetur, & quia reservatio est coarctatio facultatis dispensandi, coarctanda ad casum certum. 4387 In dubio an validè possit dispensare, potest Episcopus dispensare.

Sic in dubio reservationis, an confessarius absolvere valeat.

Validè absolvit à reservatis: affirmat Suarius *de censuris disp.* 40. *n.* 5. Filliucc. *tom.* 2. *tract.* 4. *n.* 171. Henriq. *lib.* 6. *de penitent. c.* 26. *n.* 6. Hurtadus *de pœnitentia disp.* 6. *difficult.* 11. *n.* 5. Gabriel à S. Vinc. *loc. cit. n.* 44. Lugo *de pœnitentia. disp.* 20. *sect.* 2. *n.* 18. Sanch. *lib.* 4. *decalogi c.* 45. *n.* 10. *& lib.* 8. *de matrim. disp.* 6. *n.* 18. Perez *de matrimonio disp.* 43. *sect.* 6. *n.* 2. dicens, In dubio an sit impedimentum, Episcopum posse declarare non esse opus dispensatione. Diana *p.* 4. *tract.* 3. *resol.* 44. Caramuel *fundam. n.* 2857. *in fine.*

An Episcopus possit dispensare in impedimentis dirimentibus obtenta dispensatione, sed subreptitia, vel obreptitia?

Affirmant: quia impedimentum veluti evadit occultum, & ex *c. quia circa. de consanguinitate, & affinitate.* Antonius à Sp. S. *tract.* 11. *n.* 542. 4388 Et dispensat Episcopus in impedimento dirimente, si dispensatio sit subreptitia, vel obreptitia.

n.542. Dicastillus *disp.* 8. *n.* 63. citans IV. Doctores. Idque si subreptio sit occulta, nequeatque Pontifex adiri, & immineat grave onus, scandalum, damnum, si dispensatio iterum sit expectanda. Diana *p.*8. *tract.*3. *resol.* 80. citans Averlam *de matrim. qu.*19. *sect.* 2. Villalobos, Præpositum.

Sed oppositum docet Sanch. 2. *de matrim. disp.*38. *n.*12. Perez *de matrim. disp.* 43. *sect.* 6. *num.* 15. nè Inferior jus Superioris tollat sine causa.

An Episcopus valeat dispensare circa impedimenta, quæ superveniunt matrimonio consummato, affinitatis, cognationis spiritualis, in ordine ad privationem petitionis debiti?

4189 Episcopus dispensat super privationem petitionis debiti.

AFfirma, ità probante usu. Gonsalez in *c. finali.n.*5.*&* 9.*de eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ.* Candidus *tom.* 2. *de matrim.disquisit.*28.*art.*16.*dub*.16. Navarrus *c.*22. *num.*85. Garzias *de Beneficiis p.*11. *c.*15. *n.*355. Gabriel à S. Vinc. *loc. cit. n.* 45. contra Corradum *lib.* 8. *dispensationum Apostolicarum c.* 1. *n.* 55. *&* 69. Non tamen id possunt regulares Prælati, quia vivæ vocis oraculum fuit revocatum ab Urbano VIII. Et licèt existeret, non competeret, nisi specialiter deputato; nam est res specialis. *l. item apud labeonem. D. de injuriis.* Quicquid dixerit Diana *p.*10. *tract.* 10. *resol.*20. Gabriel à S. Vinc. *loc.cit. n.* 57. rectè tamen dicens pœnam privationis petitionis debiti non contrahi ab ignorante.

An Episcopus dispensare valeat in impedimentis non dirimentibus?

4190 Dispensat quoque in impedimentis non dirimentibus.

AFfirma. Sanch. 7.*de matrim. disp.*17. Pontius 8.*de matrim.c.*13.*num.*13. Navarrus *c.*22. *n.*85. Candidus *loc. cit.* Gabriel à S.Vinc. *loc. cit. qu.*6. *num.*47. excepto voto castitatis, Religionis, & excepta diversitate cultus inter hæreticum, & Catholicum: Votum castitatis ad tempus, votum non fornicandi, votum non nubendi ab Episcopo dispensante potest tolli.

Idemque est in voto castitatis facto consummato matrimonio; nam non est perfectum, cùm teneatur reddere petenti. Perfectum verò votum castitatis nequit ab Episcopo dispensante tolli; nisi ex gravissima causa scandali, periculi incontinentiæ, imminentis periculi infamiæ; ut si vovens cognovit puellam, secùs infamandam, vel trucidandam, nisi illicò contrahantur nuptiæ; tunc intrat principium: leges humanas recurrendi ad Papam non obligare cum tanto onere. *c.erit. dist.*4. Sanch. *disp.* 40.*n.*3.*&* 8.*de matrim. disp.*9. *num.*22. Suarius *tom.*3.*de Religione lib.*6.*c.*26.*n.*13. Pontius 8. *de matrim.c.*9.*n.*1. Villalobos *tract.*34.*difficult.*26. *n.*15. Trullench 2.*Decal.c.*2.*n.*6. Fagundez *lib.*2. *Decalogi.c.*45. Gabriel à S.Vinc.*loc.cit.n.*50.

An si nequeat fieri separatio initi matrimonii bona fide saltem unius, nec recurri ad Papam ob inopiam, Episcopus dispensare valeat in matrimonio facto obtenta dispensatione pro quarto à Papa, cùm impedimentum fuerit pro tertio gradu consanguinitatis?

4191 Si nequeat separatio fieri initi matrimonii saltem unius, & non sit recursus ad Papam, potest Episcopus dispensare in 3. gradu, cùm fuerit dispensatus in 4.

AFfirma: ex generali ratione, qua Episcopus dispensat in lege Papali urgente necessitate, & impedito recursu ad Papam. Abbas in *c. at si Clerici. de judiciis n.*9. Felinus in *c.*1.*fallentia* 7.*de constitutionibus*, Romanus *singulari* 486. Duennas *in regula* 248. *limitat.* 2. Baldus in *l. omnes Populi.n.*8.*de justitia, & jure*,

Secundo, quia ex caritate tenetur extremè indigenti quis succurrere; extremè autem indiget, qui nisi dispensetur damnabitur, vel infamabitur. Igitur Papa tunc tenetur hanc facultatem permittere Episcopis dispensantibus, nè fideles depereant; tunc enim lex non esset, ut debet esse utilis. *c. erit. dist.* 4. Aristoteles 1. *ethicorum. c.* 5. & ità docet Paschaligus *centuria* 1.*q.*55.*n.*3. citans XXIII. DD. Corradus *lib.*8. *praxis dispensationum c.*4.*n.*35. *&* 41. Megallus *tom.*1.*resol.*57.*n.*2.

Nec hìc locum habet Tridentinum *sess.* 24. *c.* 5. *de reformat.* loquens de contrahente præsumtuosè, audaciter exteriùs in gradu prohibito; & in re nostra deest præsumtio ob colorem dispensationis, & adest bona fides saltem unius non damnificandi mala fide alterius. *l.*1. *&* 2.*D.de ventre in possessionem mittendo. c.cum inhibitio. de clandestina desponsatione. c.ex tenore. qui filii sint legitimi*, maximè loquente Tridentino in plurali, quæ pluralitas deest, quando unus est in bona fide. Pontius 8. *de matrim. c.*13.*n.*4. Gaspar Hurtadus *disp.* 16. *difficult.* 2. *num.* 2.

An contrahenti scienter impedito, & consummanti, detur dispensatio? 4192

Scienter contrahenti cùmque impedimento, & consummanti ante, non post Trid. datur dispensatio.

DIstinguas: vel ante, vel post Tridentinum. Ante: affirma, etiam faciliùs dispensari. Boerius *decis.*264. *n.* 26. Post Tridentinum *sess.*24.*c.*5.*de reform.* nega. ibi: *spe dispensationis careat*; aderat etiam Clement. *eos, qui. de consanguinitate, & affinitate*, & deinde supervenit Constitutio Clementis VII. quæ incipit: *Quia plerumque* anno 1524. ubi etiam stantibus scandalis declarat non esse dispensandum cum scienter contrahentibus cum impedimento dirimenti, ad tollendam ansam delinquendi spe facilioris dispensationis; Idemque confirmavit Paulus IV. in *constitutione*, quæ incipit: *Ab ea ipsa die.*

Quæ dispositio Tridentini an currat in quovis impedimento dirimenti?

DIstinquas Jus, à stylo Curiæ. 4193

Jure id non currit in quocomque impedimento dirimenti.

Jure: nega, nam cùm loquatur de gradibus, comprehendit impedimenta dirimentia continentia gradus, nec talis pænalis constitutio extendenda etiam ex identitate rationis. *c.pœna.de pœnit.dist.*1. Pœna namque lege coarctanda exprimi debet. *c. cum nos.* 4. *de officio judicis ordinarii. l. & si quis. §. idem labeo.* ibi: *cum pœna statuta non sit. D.de religiosis, & sumtibus. c.*1.*nè Sede vacante.* Abbas in *c.fin. de rescriptis.* contrà Sanch. 3.*de matrim.disp.*42.*n.*4. Corradum *lib.*8.*c.*3.*n.*2.

De stylo Curiæ, & praxi, affirma. Corradus *loc.cit.§.is tamen.* 4194

Stylus Curiæ aliter observat.

Pœna scienter contrahentium nuptias cum impedimento dirimenti. 4195

Scienter iniens nuptias cum dirimenti, caret spe dispensationis.

PRima pœna est, ut careat spe dispensationis. Tridentinum *sess.*24.*c.*5. *de reformat.* ibi: *spe dispensationis careat.* Clemens VII. in *Constitutione*, quæ incipit: *Quia plerumque.* Paulus IV. in *Constitutione*, quæ incipit: *Ab ea ipsa die.*

Secunda pœna est excommunicatio ipso jure, quæ ligat tantùm affines, & consanguineos contrahentes, & religiosos, & constitutos in sacris nuptias ineuntes. Clementina *eos, qui.* ibi: *ipsos excommunicationis sententiæ, ipso facto decernimus subjacere. de consanguinitate, & affinitate.* 4196

Ut ipso jure est excommunicatus.

Ter-

4397 *Et supervivens caret spe conjugii.*

Tertia pœna est, ut supervivens altero defuncto, perpetuò careat spe conjugii. Patet ex formulis dispensationum, & ex ratione incestus, ex quo nascitur impedimentum non dirimens contrahendi nuptias. *c. si quis cum noverca* 32. *qu.* 3.

4398 *Secùs si sint initæ, si Papa dispensaverit.*

Dictas tamen pœnas non contrahunt ineuntes nuptias sub conditione, si Papa dispensaverit; nam tunc cessat præsumtio, & audacia requisita in dicta Clementina. Butrius in *c. super eo. de conditionibus appositis*. Boerius *decis.* 463. *n.* 27. Clarus *lib.* 5. §. *incestus.* v. *& quid si aliquis. in fine*. Corradus *lib.* 8. *dispensationum c.* 3. *n.* 34. contra Innocentium *in c. super eo. de conditionibus appositis.*

An Vicarius Generalis Episcopi dispensare valeat in dirimentibus, quando potest Episcopus?

4399 *Vicarius Generalis non dispensat in dirimentibus, quando potest Episcopus.*

NEga vi generalis mandati; nam in generali non includitur specialis tanta facultas. *c. at si Clerici.* §. *de adulteriis. de judiciis.* Sanch. 2. *de matrim. disp.* 4. *n.* 12. Corradus *lib.* 8. *dispensationum. c.* 4. *n.* 42.

An Capitulum Sede vacante possit dispensare, quando potest Episcopus?

4400 *Secùs dicendum de Vicario Capitulari.*

AFfirma: quia habet Episcopalem jurisdictionem, curritque eadem ratio gravis mali evitandi alitèr inevitabilis. Genoensis in *praxi c.* 67. *n.* 21. Sperellus *dec.* 101. Marchettus dans VII. Doctores *p.* 2. *de officio Vicarii tit.* 14. *num.* 1.

An vi Bullæ Cruciatæ ejus Commissarius dispensare valeat in primo, & secundo gradu affinitatis in nuptiis contractis bona fide, saltem unius in foro conscientiæ, etiam sine necessitate?

4401 *Quid de Cōmissario Cruciatæ in 1. & 2. gradu affinitatis bona fide in foro consciētiæ.*

AFfirma: etiam Papa præsente. Perez *de matrim. disp.* 44. *sect.* 7. *n.* 6.

An Summus Pontifex dispensare valeat in radice matrimonii?

4402 *Filii ex nuptiis nullis sunt illegitimi.*

FIlii nati ex matrimonio nullo sunt illegitimi, nec valeot succedere, aliisque legitimorum prærogativis gaudere. Si verò dispensari valet in radice matrimonii: tunc filios erit idem, ac si natus esset ab initio legitimus ex matrimonio, quæ est radix legitimationis; & sic ut radix illegitimationis est defectus matrimonii: ità radix legitimationis est existentia matrimonii. Dispensare ergo in radice illegitimationis est dispensare, ut matrimonium nulliter initum, vi dispensationis sit ità ac si validum fuisset ab initio; & sic nati censeantur ex matrimonio ab initio valido ex nunc pro tunc, virtute dispensationis. Nunc est difficultas.

An Summus Pontifex possit reddere validum matrimonium ab initio nullum?

4403 *Papa non potest verè matrimoniū nullum ab initio reddere validum.*

DIstinguas veritatem, à fictione.

Verè non potest sua dispensatione Papa facere matrimonium verè nullum, verè validum pro eodem tempore; nam esset nullum, & esset validum, & impedimentum dirimens adfuisset, & non adfuisset, quæ impossibilitas, ut natura, ità jure rejicitor.

4404 *Fictione juris potest.*

Fictione juris per retrotractionem effectus dispensationis, Papa dispensando potest matrimonium ab initio reddere validum, auferendo impedimeotum positivum, ità ac si nunquam fuisset dirimens; & sic ab initio matrimonium validum resolutis omnibus effectibus illegitimi actus; Et Papam posse velle suam dispensationem retrotrahi, ità ac si fuisset ab initio concessa, expellendo contrarios effectus, patet ex *Clementina unica.* ibi: *quicquid ex eis secutum est, vel ob eas, penitùs revocamus, & eas haberi volumus pro infectis. de immunitate Ecclesiarum*; ubi Cardinalis *n.* 6. Ancharanus *n.* 3. Immola *num.* 6. Et ità docent XLII. Doctores, contra quinque, apud Sanch. 8. *de matrim. disp.* 7. *n.* 3. *in fine, &* 4. Boerius *decis.* 264. *n.* 26. Gabriel *lib.* 1. *consil.* 21. *n.* 17. Puteus *lib.* 2. *decis.* 483. *n.* 4. Corradus *lib.* 8. *dispensationum c.* 3. *n.* 46. *&* 47. Itaut reddatur matrimonium, ità ac si ab ioitio fuisset validom. Contra Molinam *tom.* 3. *de justitia tract.* 2. *disp.* 624. *num.* 3. Coninck *disp.* 33. *dub.* 4. Hurtadum *disp.* 26. *difficult.* 1. *n.* 5. Perez *de matrim. disp.* 44. *sect.* 5. *n.* 5. ajentes, dispensatione tolli effectus illegitimationis pro tempore non antecedenti, sed præsenti, quando dispensatur: & tolli effectus procedentes à legibus Pontificiis non à laicis; & sic legitimatum non posse succedere, licèt possit habere habilitatem ad spiritualia dispensatione Pontificia in illis vim habente. Contra quos rectiùs urget Garzias *de beneficiis part.* 7. *c.* 7. *num.* 39. Corradus *loc. cit. c.* 2. *n.* 40. Sanch. *loc. cit. n.* 4. *&* 6. ajentes, etiam defunctis pareutibus, illegitimos etiam incestuosos dispensatione legitimari quoad successiones, majoratus, fideicommissa; quia legitimatio fit per Summum Pontificem in radice matrimonii, ità ac si matrimonium impedimento ablato ab initio fuisset validum. *c. tanta. qui filii sint legitimi.*

Imò hujusmodi dispensatio, licèt non inveniatur, præsumitur, si per decem annos continuos in figura matrimonii vixerunt, prolesque ut legitima succedit, corrente privilegio publicæ ignorantiæ. Capotaquensis *par.* 1. *dec.* 269. *&* *par.* 2. *dec.* 25. *n.* 1.

De Potestate Dispensandi.

CAPUT IV.

ENucleatis personis dispensare valentibus, supersunt duæ enucleationes. Prima de potentia. Secunda de actu dispensationis, an inquam strictè sint interpretanda. 4405 *Potestas dispensandi.*

An Potentia Dispensandi sit strictè interpretanda?

§. I.

NEga; quia nulli juri adversa, & bono publico consona, ot subditi habeant, à quo relevari ex causa possint. Arriaga *tom.* 4. *de legibus disp.* 29. *n.* 23. *&* 28. Glossa *in c. hi, qui.* 15. *qu.* 8. Angelus v. *dispensatio num.* 9. ubi Sylvester *qu.* 4. *num.* 16. Cajetanus 2. 2. *qu.* 89. *art.* 9. Sayrus 6. *Thesauri. c.* 11. *n.* 11. Sanch. *lib.* 8. *de matrim. disp.* 2. *n.* 1. Gabriel à S. Vinc. *de matrim. disp.* 9. *num.* 3. *&* 6. concludens cum Lopez, Sà, Philiarcho *de officio Sacerdotis tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 22. potentia dispensandi in voto, etiam se extendere ad dispensandum in juramento: & facultatem competentem Episcopo vi Tridentini *sess.* 24. *c.* 6. *de reform.* competere Capitulo Sede vacante, quam etiam ad Abbatem Episcopalia habentem, trahit Sanchez 8. *de matrimon. disp.* 2. *num.* 12. *&* 13. Beneficium namque Principis nulli præjudiciale lata interpretatione dotandum. *c. olim. de verb. signif. l. beneficium. D. de constitutionibus Principum.* 4406 *Potentia dispensandi est longè interpretanda.*

An Dispensatio sit odiosa.

§. II.

4407 Ipsa dispensatio est odiosa legi, & strictè interpretanda.

AFfirma; quia tollit obligationem, legi contraria est; sicque restringenda. *l. præcipimus. C. de appellationibus. c. 1. §. finali*, ibi: *quam exorbitantem à jure oportet veluti odiosam restringi. c. finali. de filiis Presbyterorum in 6.* Arsinga *loc. cit. num.* 28. Meranta *in medulla decreti. v. omnis dispensatio.* Sanch. *loc. cit. num.* 3. *&* 30. contra Gebrielem à S. Vinc. *de matrim. disp.* 9. *num.* 8. *&* 12.

Et sic in dispensatione coarctanda, non valet argumentum à pari. *c. licèt. 4. de translatione Episcoporum. c. quod dilectio. de consanguinitate, & affinitate.* Caputaquensis *par. 1. decis. 8. n. 6. & decis. 174. num.* 5.

Dices: potestas dispensandi est favorabilis; ergo etiam dispensatio.

Nego consequentiam, & disparitas est; quia non potestas, sed dispensatio juri contraria est. *c. ex parte tua. de decimis. l. neque. 22. D. ad legem Juliam de adulteriis.* Nec potestas debet esse in eodem ordine cum actu: sic non potestas peccandi, sed peccare est malum. Hinc licèt in aliis validè. *c. cui licet. de regulis juris in 6.* in dispensationibus odiosis, ideò restringendis. *c. finali. de supplenda negligentia Prælatorum. c. 1. de filiis Presbyterorum in 6. c. non potest. de præbendis in 6.* Unde non valet argumentum ab identitate, vel majoritate rationis; & sic nec à majori ad minus non expressum. Caputaquensis *par. 1. decis. 8. & decis. 274.* Corradus *lib. 1. dispensationum Apostolicarum. c. 5. num. 6.* adeòque dispensatus ad Curatum non est dispensatus ad beneficium simplex, nec è converso; & dispensatus ad beneficium, non est dispensatus ad pensionem. Innocentius *in c. cum dilectus. 3. de præbendis.* Felinus *in c. veniens. de accusationibus.* Joannes Andreas *in c. cum eo. de electione in 6.* Barbosa *de potestate Episcopi allegat. 33. num. 14.* nec dispensatus ad ordinem, est dispensatus ad beneficium simplex. Garaias *par. 1. de beneficiis c. 6. num. 70.* Corradus *loc. cit. num. 15.* contra Henriquez *lib. 15. Summa c. 57. §. 5.* Sayrum *lib. 7. de censuris c. 14. num. 22.*

4408 Dispensatus ad principale est dispensatus ad accessoria.

Excipias necessaria antecedentia, concomitantia, subsequentia, accessoria; tunc enim dispensatus ad principale, est dispensatus ad cetera necessaria pro esse principalis. *l. Papinianus. §. si ex causa. D. de inofficioso testamento.* Glossa *in c. quia in tantum. v. plures. de præbendis.* Felinus *in c. postulasti. n. 10. de rescriptis.*

Sic dispensatus ad retinendum duo incompatibilia, censetur dispensatus ad residentiam concomitantem unius beneficii, cui per idoneum substitutum tenetur deservire. Glossa *in c. si quis in Clero. v. solemnibus 7. qu. 1.* dispensatus ad Subdiaconatum, eo recepto habet votum in Capitulo. Trident. *sess. 22. c. 4.* Sanchea 8. *de matrim. disp. 1. num. 33.* & dispensatus ad Sacerdotium, censetur dispensatus ad ordines præcedentes. Archidiaconus *in c. cum ex eo. de electione in 6.*

4409 Si motu proprio dispensantur accessoria, etiam non necessaria.

In dispensatione motu proprio censetur dispensatio concessa ad omnia accessoria, etiam non necessaria. Hostiensis *in c. cum in cunctis. column. 3. de electione.* Rota *in antiquis. decis. 1. de temporibus Ordinationum.*

An valida sit dispensatio antequam reducatur in scriptis?

§. III.

4410 In se est valida dispensatio non redacta in scriptis.

DIstinguas dispensationem in se, & quoad effectum.

In se est valida eo ipso, ac Superior firmat, & concedit etiam voce.

4411 Secùs quoad effectus.

Quoad effectum non habet vim, nisi literis expeditis, nec in foro, nec extra forum: ex *regula Cancellariæ* 52. ibi: *Item cum concessiones super gratiis dispensationum quarumcumque, quibusvis per ipsum Dominum nostrum concessarum, vel concedendarum per regulas Cancellariæ Apostolicæ sint providè limitatæ, licèt aliquando in petitionibus super hujusmodi concessionibus oblatis, multa sint petita; nè quis talium concessionum prætextu id dispensativè tenere, aut facere præsumat, ad quod concessiones hujusmodi se non extendant; voluit idem Dominus noster, quod nulla talis dispensatio, cuique in judicio, vel extra suffragetur, antequam super ea literæ Apostolicæ sint confectæ.* Corradus *lib. 1. dispensationum c. 6. num. 1.* dicens *num. 12.* nec in foro conscientiæ suffragari, nisi signentur in Clausula: ut sola signatio sufficiat, regula Cancellariæ non obstante. Burgaiius *de irregularitate par. 6. tit. de Clericis non residentibus num.* 14. (3)

In se autem firma est, & virtute signationis Pontificis potest instari, ut expediantur literæ in forma authentica consueta.

Scio Dienam *par. 8. tract. 13. resol.* 88. Præpositum *qu. 8. de matrim. disp. 7. num.* 46. velle, validam dispensationem etiam literis non expeditis, & literas operari pro foro externo in judicio, & extra; ità intelligentes regulam Cancellariæ.

Cui committenda Dispensatio.

CAPUT V.

4412 Dupliciter committitur dispensatio.

DIspensatio committitur duplici modo: Primo pro foro externo. Secundo pro foro conscientiæ: agamus primo

De Dispensatione pro foro contentioso.

§. I.

4413 Pro foro externo committitur Episcopo Ordinario ejusque Vicario Generali, aut Capitulari impetrantis.

COmmittuntur hujusmodi dispensationes Ordinario Episcopo, Vicario Generali, Capitulari pro tempore impetrantis, aliàs dispensatio esset nulla. Trident. *sess. 22. c. 5. de reformat.* Extravagens *execrabilis. §. cæterum. de præbendis.* Corradus *lib. 7. dispensationum c. 4. num.* 9. & directæ uni, ab alio non expediuntur; nam est delegatio efficiens delegatum; & sic remoto Vicario Generali, nequeunt expediri à Capitulari, ad quem delegata Jurisdictio non transit. Felinus *in c. eam te. num. 17. de rescriptis*; & literæ directæ Episcopo, eo defuncto, vel deficiente, à Vicario expediri nequeunt.

4414 Si Orator sit nullius Diœcesis committitur Ordinario viciniori.

Si Orator sit nullius Diœcesis, literæ committuntur Ordinario viciniori, & inspiciuntur confines; & in pari distantia detur locus præventioni. *c. statutum. de rescriptis.*

De-

(3) Sponsi, qui aliquo consanguinitatis, vel affinitatis gradu conjuncti egent dispensatione, si ante dispensationis executionem contrahent, vel carnaliter se cognoscant, dispensatio prædicta est nulla, & nova dispensatione opus est ad matrimonii valorem, ex pluribus declarat. S. C. Conc. insertis in Synod. Caputaqu. Cardin. Brancacii. Corradus *lib. 8. praxis dispens. Apost. cap. 1. num. 41.*

4415 Delegatio facta Vicario transit ad successorem.

Delegatio facta nomine Vicariatus, remoto illo transit ad successorem. Puteus *lib.2.dec.*484. Abbas *in c.quoniam.n.11.de officio delegati.*

4416 Sufficit uni ex duarum diœcesum committere dispensationem.

Si verò Oratores sint duarum Diœcesum; tunc committitur uni ex Ordinariis illarum, & dispensatio habet locum pro utroque contrahente. Perez *de matrim. disp.*48. *sect.*2. *num.*1. qui Ordinarius debet videre veritatem causæ expositæ, nec potest aliquid accipera sub pœna excommunicationis ipso facto: ut patet ex verbis ejusdem dispensationis. Itaut rejiciatur consuetudo aliquid accipiendi pro labore in verificandis causis. Navarrus *lib.*1.*de Regularibus consil.ult.editione* 2. licèt Sanchez 8.*de matrim. disp.*35.*num.*11. Perea *de matrim.disp.*48.*sect.*2. *num.*7. voluerint posse aliquid accipi, si ità sit consuetum; quod tamen esse alienum à voluntate Summi Pontificis, testatur Corradus *lib.* 7. *dispensationum c.* 4. At Actuario non denegatur laboris præmium, seù merces. Gratianus *forensium. c.*57.*n.*20. vide Genuensem *in praxi c.*25. Quarta Clausula: *ipsis ex causis rationabilibus certis, animum eorum moventibus cupiunt invicem matrimonialiter copulari*: Non indicat Ordinarium debere cognoscere de dictis causis, quæ sunt ad honestandam gratiam: satisque est pecunia soluta, nam in ea piè elargienda, fuit causa commotata, si alia specialis causa non exprimatur. Perea *de matrimon. disp.*48. *sect.*2. *num.*11. Sanchez *de matrim.disp.*35.*num.*24.

Impensa pro obtinenda Dispensatione.

4417 Impensæ sunt faciendæ ab utroque mutuo consensu petentium, injustè recedens reficit altero.

SUnt faciendæ ab utroque contrahente, si mutuo consensu dispensatio petatur; & deindè si unus injustè recedat, sunt ab illo reficiendæ; si verò justè recedat, solvit suam partem expensarum, nè præjudicet innocenti.

De Dispensatione pro foro conscientiæ, ejusque clausulis interpretandis.

§. II.

4418 Pro foro cōscientiæ dispensatio cōmittitur Confessario Theologiæ magistro, vel Doctori discreto.

SAcra Pœnitentiaria delegat dispensationem circa impedimenta matrimonii, voti, præcipuè quando est secreta, adjectis clausulis pluribus, quæ difficultatem creant in pluribus.

Prima Clausula est: discreto viro Confessario Theologiæ Magistro, vel decretorum Doctori ab Ordinario approbato. Hæc clausula ponitur ob dignitatem literarum Apostolicarum demandatarum viro in dignitate constituto. *c.statutum. de rescriptis*. Dicitur *discreto viro*, quia Confessarius debet habere virtutem discretionis, scilicet distinguere unum ab alio sine injuria, austeritate, aut severitate; nam discretio virtutum apex est. *Clement. Pastoralis.de sentent. & re judicata. c.*1. *de officio Custodis. c. præsentium.* 1. *qu.* 5. quæ discretio Confessario debet esse præcipua. *c.omnis utriusque sexus.de pœnit. & remissionibus.*

4419 Sit Doctor in publica Universitate.

Debet ergo delegatus esse Doctor in publica Universitate, nec officit si sit Indoctus. Parez *de matrim.disp.*48.*sect.*5.*num.*12.*§.*2.*in fine*. Salas *de legibus disp.*20. *sect.*10. *§.*3. *num.*97. Tancredi *de matrimon. tom.*2. *lib.*8. *disp.*34. *num.*1. Nomine enim Doctoris venit in aliqua Universitate promotus etiam si sit indoctus.

4420 Non sufficit, si sit Licentiatus.

Non verificatur hæc clausula in Lectore publico, etiam Regulari, licèt sit Magister in sua Religione, nec in Licentiato, sed requiritur gradus Doctoratus. Sanch. *tom.*3.*de matrim.disp.*22. *num.*49.*& disp.*34.*n.*30. Tancredi *loc.cit.* Perez *loc.cit.num.*1.*in fine*. Baldus *in l.*1.*D.soluto matrim.* Et licèt Licentiatus habeatur pro Doctore; tamen hìc requiritur dignitas Doctoratus, quæ est personalis, nec est in Licentiato: & concessa Doctori ratione officii, sunt concessa Licentiato; non verò concessa Doctori ratione dignitatis, sunt concessa Licentiato. Ripa *in l.centurio. num.*18. *D. de vulgari.* Romanus *cons.*333. *n.*8. & 10. de Leone *in praxi ad literas majoris Pœnitentiariæ qu.*1. *fol.*19.

Nec sufficit, si errore communi credatur Doctor, nam re vera non est Doctor. Tancredi *loc. cit.num.*2. 4421 Nec si credatur errore Doctor.

Excipias Confessarios Societatis Jesu à Generali ad id deputatos, & ab Ordinario approbatos; nam isti possunt talem dispensationem exequi ex privilegio Gregorii XIII. 3.*April.*1582. incipit: *Dilecti filii*, relato à Corrado *lib.*7. *dispensationum Apostolicarum c.* 4. *num.*71. quod ad exteros mendicantes communicantes in privilegiis Societatis extendit Tancredi *loc. cit. num.*3. 4422 PP. Societatis approbati, etsi non DD. valent exequi dispensationem.

Delegatus Doctor debet aperire literas. Si aperiantur à non Doctore, dispensatio non evanescit, dummodò Doctor dispensationem exequatur. Doctores *citati*. 4423 A quo literæ aperiendæ.

Si præsententur uni, qui nolit, vel nesciat dispensationem exequi, dicatve esse subreptitiam, vel obreptitiam. 4424 Præsentatis literis uni, valet alium adire Confessarium pœnitens pro earum executione.

Pœnitens potest adire alium Confessarium, qui sequatur opinionem pro pœnitente; imò potest adire eundem Confessarium, qui meliùs informatus dispensationem velit debitæ executioni demandare; nam talis dispensatio sequitur naturam Sacramentalis absolutionis, cùm exequi valeat pro foro conscientiæ, vel Sacramentali: & natura hujus fori est, nè pœnitens cogatur stare unius sententiæ, sed possit adire alium Confessarium, omnesque censentur electi distributivè à Sacra Pœnitentiaria, quousque literæ plenum consummatum sortiantur effectum: & hanc esse mentem dispensantis testatur Corradus *lib.*7.*dispensationum Apostolicarum c.*4.*n.*73. dicens ità respondisse Sacram Pœnitentiariam. Sanch.*lib.*8.*de matrim.disp.*27.*num.*4. Perez *de matrim. disp.*47 *sect.*4.*num.*1. Suarez *tom.*4. *in* 3.*par.disp.*2.*sect.*4.*num.*7. ajentes vi Jobilæi eligentem Confessarium, si ille nolit absolvere, posse eligere alium; quia Privilegium, Jubilæum, dispensatio est in ordine ad effectum consummatum. Tancredi *loc.cit.num.*3. *in fine*, dicens contrarium esse errorem vulgi. Lezana *tom.*4. v.*literæ Apostolicæ*. Naldus v.*literæ. n.*8. Diana *par.*8.*tract.*3.*resol.*104. contra de Leone *in praxi Pœnitentiariæ par.*1. Navarrum *cons.*8. *de officio Judicis delegati*. Zerolam *in praxi* v. *Pœnitentiarius*. Genuensem *in praxi c.* 25. *num.*29. motos, quia talis delegatio nequit prorogari à reo de persona ad personam. *c.* 1. *de offic.deleg.* Cui satisfit, prorogationem esse non à reo, sed à voluntate concedentis, juxtà naturam fori conscientiæ.

Tertia Clausula est: ut sit Confessarius approbatus, & sufficit si simpliciter sit Confessarius approbatus ab Ordinario, nec officit si sit approbatus pro uno, non pro alio sexu, adeòque approbatus quis pro viris, valet exequi dispensationem concessam feminis. Sanch. & Peraz, quos dat, & sequitur Portella *in dubiis*. v.*Confessor aperiens c.*5. Tancredi *loc.cit.n.*4. dicentes sufficere Sacerdotem Confessarium, etiam errore communi. Diana *par.*8.*tract.*3.*resol.*103. 4425 Confessor debet esse approbatus ab Ordinario.

§.quit tamen. Contra Rodriqnez *tom.1.Summæ c.60. concluſ.* 2. Suarium *de Pænitentia tom.* 4. *diſp.27.num.3.*

4416 Diſpenſatio eſt facienda in foro conſcientiæ, cum impoſitione pœnitentiæ.

Quarta Clauſula eſt: Pro foro conſcientiæ tantùm in forma Eccleſiæ conſueta, injuncta ei ſalutari pœniteotia. Qua clauſula tantùm fit, ut talis diſpenſatio non proſit in foro contentioſo, ſed poteſt diſpenſari non audita Sacramentali confeſſione, niſi expreſsè dicatur audita Sacramentali confeſſione. Enim verò diverſus omninò eſt forus Sacramentalis à foro conſcientiæ. Navarrus *c.27.num.41. & lib.5. conſ.1.num.2. de privilegiis.*

4417 An id fieri valeat extra Sacramentum pœnitentiæ.

Nec officit diſpenſationem commiſſam Confeſſario approbato; nam id non eſt ut abſolvatur in foro Sacramentali, ſed quia talis præſumitur prudens, doctus. Sanch *diſp.34.num.30.* Perez *de matrim. diſp.48.ſect.5.num.1.* contra Pontium *lib.8.de matrim.c.21.num.17.* exigentem abſolutionem Sacramentalem.

4418 Delegatus extrajudicialiter cognoſcit de veritate cauſæ expoſitæ.

Quinta Clauſula eſt: Quatenus ſi ità eſſe per diligentem Oratoris examinationem, &c. Qua clauſula exigitur, ut delegatus cognoſcat extrajudicialitèr de veritate cauſæ expoſitæ, ad hoc ut injungat prudenter pœnitentiam expedientem indagata veritate precum. Perez *de matrim.diſp.48.ſect.6.num.5.* Tancredi *loc.cit.n.2.* ut imponat aliquod opus pœnale: vel onus recipiendi Sacramentum Pœnitentiæ quolibet menſe, vel per bimeſtre, vel trimeſtre, aliaque opera meritoria, etiam ab Eccleſia præcepta. Perez *de matrim. diſp.48.ſect.6.num.5.* In quo differt à diſpenſatione pro foro externo, in quo debet veritas precum conſtare per teſtes in actis. Trident.*ſeſſ.22.de reform.* Tancredi *loc.cit.n.7.*

4419 Literæ diſpenſationis lacerandæ.

Sexta Clauſula eſt, quæ apponitur in calce diſpenſationis, & eſt: Ut literas diſpeoſationis teneatur lacerare, nec illas reſtituat latori, quod ſi reſtituerit, nihil illi præſentes literæ ſuffragentur.

4430 Pro foro externo non relevant.

Finis eſt nè illis utatur pro foro externo; adeoque ſi non fuerint laceratæ, ſed fuerint omninò amiſſæ literæ, diſpenſatio tenet, & ſi primo fuerint reſtitutæ, & deindè ſecundo offerantur, & ſcindantur à Confeſſario: tunc ab illo tempore diſpeoſatio incipit valere. Tancredi *loc.cit. num.*18. aſſerens validam etiam diſpenſationem eſſe pro foro interno, ſi literæ remaneant apud partem, & ſolùm operari, ut pro foro externo non relevent; pro foro enim interno jam effectum obtinuerunt. Molina *tom.3. diſp.* 549.*num.*1. Perez *de matrim. diſp.47.ſect.6.n.8.* Laceratio facienda eſt, itaut nõ probet talis ſcriptura; cùm ſcriptura lacerata in ſubſtantialibus non probet. *§.ſi verò moriatur.* Auth.*de fide inſtrument.* unde lacerato ſigillo fidem amittit. *c.licèt. de crimine falſi.*

4431 An priùs audienda confeſſio, & poſtea diſpenſandum.

Alia Clauſula: audita Sacramentali confeſſione. Et hæc conditionem facit, ut priùs debeat audire confeſſionem, & deindè literas exequi, & non excedat fines mandati. Et de Leone vult quoad hoc ſufficere confeſſionem etiam ſacrilegam; nam executio brevis non pendet à valida confeſſione: tu rem meliùs cogita.

4432 Intellige de impedimento tantùm occulto.

Septima Clauſula: Dummodò impedimentum præfatum occultum ſit, & aliud Canonicum non obſtet.

Dicitur impedimentum occultum, & quando ſit occultum, ex dictis patet.

4433 Periculum incontinentiæ quomodo probetur.

Apponitur etiam Clauſula: Si adſit periculum incontinentiæ, & intelligitur freqnentis lapſus probabile periculum, ut indicant illa verba: *continenter vivere poſſe non ſperat.* Et tale periculum depræhenditur, ſi vovens caſtitatem delinquat, ita ac ſi nnmquam voviſſet. Navarrus *lib.3.edit.2.conſ.36.num.6.de voto.* Perez *loc.cit. num.8.* (4)

An Delegatio commiſſionis expiret delegante mortuo re integra?

GEminata iſthæc enucleatio, diſcriminatam exigit orationem.

Primo:

An evaneſcat diſpenſatio commiſſa à Delegato, vel ſummo Pœnitentiario Papæ?

4434 Diſpenſatio commiſſa delegato non expirat mortuo delegante re integra.

NEga: etiam re integra, & cauſa non diſcuſſa à Delegato. *c. legatos. de officio legati in 6.* ubi eſt ſermo de cauſa commiſſa à legato Papæ. *Clem. 2. §.eo tamen proviſo. de electione,* ubi eſt ſermo de cauſa commiſſa à ſummo Pœnitentiario Papæ. Guttierez *de matrim. c.* 125. *num.23.* Sanch. 8.*de matrim. diſp.* 28. *num.92.* Reginaldus *tom.2. lib.31. c.27. num.210.* Perez *de matrim. diſp.47. ſect.5.num.7.* dicens durare facultatem conceſſam eligendi Confeſſarium, durare dimiſſorias etiam mortuo concedente re integra.

Secundo difficultas eſt.

An Delegatia commiſſa Ordinario etiam pro foro contentioſa diſpenſandi in impedimentis matrimonii, expiret mortuo Delegante re integra?

4435 In diſpenſatione neceſſaria non expirat delegatio commiſſa Ordinario mortuo delegante re integra.

DIſtinguas: vel eſt delegatio neceſſaria, vel voluntaria.

Si eſt neceſſaria, ſcilicet neceſſariò eſt exequenda præcipiente Delegante, vel liberè eſt exequenda à Delegato.

Si eſt neceſſariò exequenda: tunc eſt gratia facta dans jus ad exequendam rem illius, pro quo exequenda eſt.

Si

(4) Pro rei utilitate, & profectu eſſent hìc plura adnotanda in interpretandis iſtis allatis Clauſulis, aliiſque, quæ occurrunt in Diſpenſationibus ſuper impedimentis occultis per Sacram Pœnitentiariam diſpenſatis, ut Confeſſarius illas exacte, diligenterque exequeretur: non abs re foret dictas, aliaſque Clauſulas luculentiùs explicare, & pro caſuum contingentia ob oculos ponere. Verùm actum agerem profectò, aut præ loci anguſtia non explerem deſiderium docti, diligentiſque Confeſſarii, ſi per Synopſim illas hìc congererem. Ideò conſulendos puto Auctores, qui hac de re fuſe pertractarunt quæ ad praxim accomodata habentur juſta Sedis Apoſtolicæ veteres, recentioreſque Conſtitutiones: Igitur præter Pyrrum Corradum ſæpiùs ab Auctore laudatum, conſule Vincentium de Juſtis nobilem Lucenſem, qui expedita methodo Tractatum edidit *De Diſpenſationibus Matrimonialibus* tribus in libris digeſtum, cui in ſecunda editione Lucenſi acceſſerunt plures deciſiones caſuum præfatum Tractatum dilucidantes, in quo pena omnia, (quæ ad hujus materiæ dilucidationem deſiderarentur, perſpicuè habentur, præſertim *lib.1. cap.8. de Diſpenſationibus, quæ ſuper occultis à Prætorio Sacræ Pœnitentiariæ emanant,* ubi dictas Clauſulas à Confeſſario exequendas ſuper impedimentis occultis diſpenſandis, doctè explicat, enucleatque. Quem ſecutus Joannes Clericatus *de Matrim.deciſ.40.* breviter, ſed clarè illas Clauſolas explicat; pro exequendis inſuper literis, ſeu gratiis Sacræ Pœnitentiariæ vide libellum Romæ impreſſum, cui titulus: *Manuductio ad exequutionem literarum Sacræ Pœnitentiariæ,* in quo datur facilis modus exequendi Literas Sacræ Pœnitentiariæ.

Si verò est voluntaria: tunc non dat jus ad rem, & est gratia facienda, noo facta.

Si iit necessaria dans jus saltem ad rem, ut est io dispensatione matrimoniali pro certa persona impetrata, durat delegatio, etiam mortuo Delegante re iotegra; nam eit gratia facta petenti, & delegatio est necessariò exequenda per Delegatum. *c. si super gratia. de officio Delegati in 6. c. si cui nulla.* 36. ibi: *secùs, si super provisione certæ personæ facienda sit data potestas eidem. de præbendis in 6.*

4416 Secùs si sit voluntaria. Si delegatio sit voluntaria, expirat mortuo delegante re integra. *d. c. si cui nulla.* 36. *de præbendis in* 6. ubi, delegatio de beneficio vacaturo conferendo alicui, expirat mortuo delegante, quia erat voluotarium mandatum. Sanch. *loc. cit. num.* 86. Quamvis Garzias *de beneficiis tom. 1. part. 1. c. 21. num.* 301. velit ibi gratiam evanescere, quia erat facienda, non facta de beneficio iocerto vacaturo certæ personæ, secùs fuisset de beneficio certo, nam jus ad rem, oon in iocerto, sed io certo beneficio datur: & ità asserunt Suarius *tom. 5. de censuris disp. 41. sect. 2. in fine.* Henriquez *lib. 7. de Indulgentiis c. 21. n. 3.* Majolus *lib. 5. de irregularitate c. 51. num. 6.* Sà *v. gratia num. 3.* Rodriquez *tom. 2. Regularium qu. 46. art. 7.* Sanch. *loc. cit. num.* 87. Guttierez *loc. cit. num.* 21. Reginaldus *loc. cit. num.* 311. Garzias *loc. cit. num.* 311. qoos sequitur Diana *par. 8. tract. 3. resol.* 98. Contrà Navarrum *c. 29. num.* 253. Genuensem *in praxi c.* 94. *editione* 2. Riccium *collectaneo* 394. Pegueram *decis.* 128. Bonacinam *de legibus qu. 3. punct. 1. num. 14. & punct. 7. §. 1. num. 09. in fine*; motos, quia delegatio extinguitur re integra mortuo delegante *l. inter causas. 26. l. si præcedente. 58. l. si quidem. D. mandati. l. 15. C. mandati. c. licit. c. ratum. de officio Delegati. Clementina finali. de Procuratoribus*, & notavi *III. Pantonomod. num.* 2931.

Materia Dispensationis:

CAPUT VI.

EXplicuimus quidditatem, & causas effectivas principales, ac instrumentales dispensationis; doctrinæ ordo exquirit, ut degustemus materiam, circa quam dispeosatio versatur.

4417 Materia dispensationis est omnis lex relaxabilis à Superiore. Est omnis lex, omnis obligatio jure humano relaxabilis à legitimo Superiore: propriis remissæ ceteræ locis, hìc.

De Impedimentis matrimonii dispensandis.

PLura occurrunt, quæ exagitant scholas, & forum. Nos frequentiora exponamus, & primo:

De expressione copulæ inter consanguineos, & affines.

§. I.

4418 Est exprimendum impedimentum, & gradus consanguinitatis, aut affinitatis. NOn solùm certum est, quòd debeat exprimere impedimeotum, & gradus affinitatis, consanguinitatis: sed tota recrudescit diudicatio de copola exprimenda, & repullulat quatripartito capite.

Primo, si copula intercedat in matrimonio inito de facto nullo spe obtinendæ dispensationis. Secundo, si sine matrimonio adsit copula spe obtinendæ faciliùs dispensationis. Tertio, si adsit copula sine spe obtinendæ dispensationis faciliùs. Quarto, si superveniat copula dispensationi delegatæ jam Ordinario. Quinto, si obtenta à Delegato dispensatione, ante initum matrimonium intercedat copula.

An copula, & matrimonium scienter initum nulliter spe futuræ dispensationis, sit exprimenda?

AFfirma: ex decreto Tridentini *sess. 24. c. 5. de reformat.* ibi: *separetur, & spe dispensationis consequendæ careat.* Igitur esset obreptitia dispensatio tali spe non expressa. Sed difficultas est. 4419 Matrimoniũ initum, & copula cum spe futuræ dispensationis, sunt exprimenda.

Si copula non exprimatur, nec talis spes facilioris dispensationis, sed exprimatur alia causa sufficiens ad obtinendam dispensationem, an inquam tunc dispensatio sit obreptitia?

NEga: quia Tridentioum *loc. cit.* illud præcipiens vult exprimendum, quando quis utitur copula pro causa obtinendæ dispensationis: non verò quando non ea, sed alia causa utitur; cessat enim tunc finis Tridentini, nè lege juvetur, qui legis patrocinio delinquit: facit Zerola in *praxi Episcopali. v. dispensatio p. 1. num.* 3. Aversa de *Sacramento matrimonii qu. 19. sect. 6.* Portella *tom. 2. moralium casu 49. n. 11.* Villalobos *in summa tom. 1. tract. 14. difficult. 27. n. 70.* Diana *p. 8. tract. 3. resol.* 82. Sed ut meliùs, & uberiùs res tradatur, sit 4440 Expressio causæ sufficientis non expressa copula, non reddit dispensationem obreptitiam.

An copula habita sit exprimenda in petitione dispensationis inter consanguineos, affines, &c.

NEga: si dispensatio non innitatur copulæ, tanquam causa. Henriquez *lib. 12. c. 2. n.* 4. dicens ità consuluisse Romæ doctissimos viros. Pontius dicens probabilissimum, *lib. 8. c. 17. §. 6. n.* 32. Joannes de la Crux in *summa q. 4. dub.* 14. Villalobos *tom. 1. tract. 14. difficult. 27. n. 7.* Diana *p. 1. tract. 10. resol.* 44. Hurtadus *de matrim. disp. 26. difficult. 5. n.* 23. Perez *de matrim. disp. 46. sect. 6.* Leaoder *tom. 2. tract. 9. disp. 24. q.* 31. dans alios Doctores. Occagavia de *Sacramento matrimonii qu. 11. n.* 4. Diana *p. 8. tract. 3. resol.* 81. Aversa *de matrim. disp. 19. sect. 6.* Gabriel à S. Vinc. *de matrim. disp. 9. n.* 26. 4441 Copula habita si non sit tãquam causa, non exprimenda in dispensatione inter consanguineos, affines.

Contra Corradum *lib. 8. dispensationum Apostolicarum c. 1. n.* 32. idque asserens sivè notum, sivè ignotum impedimentum fuerit inter conjuges, referens *n.* 37. stylum Curiæ, & duas declarationes Sacræ Congregationis. Contra Sanchez 8. *de matrim. disp.* 25. *n.* 8. Guttierez *lib. 2. Canonicarum c.* 15. Menochium *consil.* 316. *num.* 12. & alios XV. Doctores apud Leandrum *loc. cit.* Contra plures.

Patet, quia nullo jure id præcipitur, & stylus Curiæ, ac declarationes Congregationis loquuntur pro foro externo, quando incestus est publicus, ut ex Sà, Navarro, Henriq. qui Romæ ediderunt, & Zecchio, ait Diana *p. 8. tract. 3. resol.* 91. & Villalobos *loc. cit.* Rationibus firmatur.

Secundo, quia talis copula non est, nec causa finalis, nec impulsiva.

Patet etiam tertio, quia nemo potest cogi, ut se ipsum diffamet, ot se exponat periculo gravi; ergo nec ut occultam copulam propalet, qua ut incestuosus se ipsum infamaret, & se exponeret periculo alterius damni: puta carceris, & pœnis à lege impositis in Pragmaticis, aliisque pecuniariis, vel in casu contingenti, in quo ad pœnam effugiendam vir fugit non con-

contracto matrimonio, cum infamia illius.

Nec incestus, de quo in *c.si quit viduam* 32. *qu.* 2. modò officit; quia non amplius est Impedimentum ad ineundum matrimonium, ut ex alibi dictis constat: nec stylus Curiæ sine bulla Papæ facit legem, & exigit expressionem, ut est causa impellens. Et Pius V. pro suo tempore decrevit exprimendum in dispensationibus à se concedendis; unde nec Ordinario id petenti exprimendum est. Perez *loc.cit. n.*4. Gabriel à S. Vic. *loc.cit.*

Quid si Dispensatio concedatur cum clausula dummodo copula non intercesserit?

4442 *Si in foro non probetur plenè copula, valet dispensatio, etsi adsit Clausula* dummodo copula non præcessit.

DIstinguas: vel commissio est facta Ordinario pro foro externo juridico, vel pro foro conscientiæ: ut quando committitur à Sacra Pœnitentiaria, si copula non intercessit, vel præcessit.

Si commissa sit Ordinario pro foro externo judiciali: tunc valet dispensatio, si in judicio plenè copula non probetur. Nec officit semiplena probatio, puta per infamiam, vel per unum testem; nam etiamsi rei falsò negent copulam adfuisse, copula non dicitur plenè in judicio probata, & dispensatio tenet.

Ratio, quia jure communi talis expressio copulæ non requiritur, & sic clausula illa limitans jus commune est strictè interpretanda, & sic restringenda ad casum, quo minus jus commune lædatur, & libertas contrahentium coarctetur. Sà v. *dispensatio n.*10. Diana *p.*8. *tract.*3. *resol.*81. Perez *de matrim. disp.*46. *sect.*7. Villalobos *tom.*1. *summa tract.*14. *dub.* 27. *n.*7. Hurtadus *loc.cit. disp.*26. *n.*27. Leander *loc. cit. q.*33. Henriquez *loc. cit.* contra Petrum Ledesma *de matrim. q.*56. *art.fin. difficult.*3. Guttierez *loc. cit.* Riccium.

4443 *Secùs si committatur pro foro conscientiæ.*

Si verò committatur pro foro conscientiæ: tunc nulla est dispensatio, nam pro illo foro interno est conditionalis, dummodo copula non intercesserit. Palaus *tom.*5. *disp.*4. *punct.fin.* §. 1. *num.* 9. licèt non desit Henriquez *lib.* 12. *de matrim. c.*2. *n.*7. *litera* Q, volens clausulam, *dummodo copula non intercesserit*, reddere actum modalem, non conditionalem.

Qua autem ratione possit quis adstringi ad occultum delictum infamans propalandum extra Sacramentum confessionis cum periculo vitæ, nè fortè sequatur matrimonium, aliò diudicandum remitto.

An petens Dispensationem expressa copula, ne matrimonio non secuto diffametur, teneatur exprimere copulam intercessisse spe facilioris Dispensationis?

4444 *Copula habita, spe facilioris dispensationis, nè diffametur inito matrimonio, est exprimenda.*

AFfirma: aliàs nulla est dispensatio, idque non tantùm ex stylo Curiæ, sed quia Clemens VII. in Constitutione incipit: *Quia plerumque*, ubi vult omnino separandos esse, declaratque se nolle cum illis dispensare, quæcumque scandala sequantur, & Paulus IV. in Constitutione, quæ incipit: *Ab ea ipsa die*, hanc expressionem exigit, declarantes se cum istis nolle dispensare. Et ratio est, quia sunt indigni, ut Legislatoris experiantur benevolentiam, qui in leges data opera delinquunt, & ex delicto loco pænæ, non debet quis commodum dispensationis reportare; dicta Constitutione *Ab ea ipsa die*; & tales sunt indigni, ut cum ipsis dispensetur. *c. est injusta* 33. 23. *q.* 4. *c. ut Clericorum mores* 13 *de vita, & honestate Clericorum. c.sanè de pænit.dist.*3. *c.fin.* §. *cum autem in eo.* ibi: *frustrà legis auxilium invocet, qui committit in legem, de immunitate Ecclesiarum.* Et dispensatio, quæ audaciores reddit ad delinquendum, & faciliores, non est concedenda, quia jura non dant ansam ad delinquendum; ergo multò minus dispensatio; & ut nullum est pactum: ità nulla dispensatio dans ansam ad delinquendum; talis esset concessa illis, qui ideò delinquunt, ut cum ipsis dispensetur. Paulus IV. in dicta Constitutione *Ab ea ipsa die. l.magis.* §. *si pupillus. D.de rebus eorum. l. si dolo malo.* 1. §. *hac autem actio.* ibi: *hac spe audacior factus. D.si quis testamento liber esse jussus fuerit.* Et ità docet Corradus *lib.*8. *dispensationum Apostolicarum. c.*1. *n.*12. plures apud Sanchez 8. *de matrim. disp.* 25. *n.* 38. Garzias *p.*7. *de beneficiis. c.*2. *n.* 4. Sà v. *dispensatio.nn.*10. Villalobos *tract.* 14. *difficult.* 27. *n.*10. Riccius contra Joannem de la Crux in *summa. de matrim. q.*4. *dub.*14. *concl.*2. dicentem ità practicari Salamanticæ. Henriquez *lib.*12. *c.*2. *n.*6. *&* *c.*3. *n.*3. Poutium *loc.cit. n.*32. Perez *loc.cit. disp.* 46. *sect.*7. *n.*9. Leandrum *loc.cit. q.*32. motos, quia Pius V. illud exigens, loquutus fuit de dispensationibus à se concedendis, & nullo alio jure evincitur oppositum. Cui satisfit, quia jure communi nullus actus tenet dans ansam ad delinquendum; & sic est exprimenda talis spes, ut Pontifex videat an urgentissimis circumstantiis prematur ad concedendam dispensationem, & tunc ad arcendos alios, nè dispensatio det ansam ad delinquendum, acti pœna publica illos punit in diebus festivis ante fores Ecclesiæ, illos damnans ad pœnitentiam, & Romæ ad lapides ducendos publicè, etiamsi nobilitate fulgeant.

An interior spes facilioris dispensationis exteriùs non manifestata vitiet dispensationem concessam sub clausula, si copula non fuerit habita spe facilioris futuræ dispensationis?

NEga: Ecclesia non judicante de internis. 4445 *Copula habita cum interna spe facilioris dispensationis non est exprimenda.*
Palaus *tom.*5. *disp.*4. *punct.ult.* §. 1. *num.*9. Hurtadus *disp.*26. *difficult.*5. *q.*34. Leander *loc. cit. q.*34. Gabriel à S. Vinc. *de matrim. disp.* 9. *n.* 76. Imò spes facilioris dispensationis unius non alterius ex contrahentibus, non vitiat obtentam dispensationem. Portella *tom.* 2. *responsorum. casu* 99. *n.* 11. argumento Trid. *sess.* 24. *c.* 5. *de reformat.* requirentis contrahentium malam fidem: & ratio id suadet, quia oppositum jure expressum non invenitur, & tacitum nullo jure exprimendum, saltem pro foro conscientiæ non vitiat. Henriquez *lib.* 12. *de matrim. c.*3. *n.*7. dicens id verum, etiamsi stylo Curiæ fuerit exprimendum, quod tacetur, cum Granado 1. 2. *controv.*7. *tract.*3. *disp.* 26. *sect.*5. *n.*46. Pontius 8. *de matrim. c.*17. §. 6. *num.*33. Leander *loc.cit. q.*48.

An copula habita post datam commissionem, antequam Ordinarius dispenset, vitiet dispensationem?

4446 *Copula habita post commissionem dispensationis in forma ordinaria nō vitiat illam.*

HÆc copula non potest adesse spe facilioris dispensationis jam obtentæ; adeòque alia via procedendum ad quæstionis resolutionem.

Nunc distinguas: vel dispensatio obtenta stante

ſtante copula eſt in forma pauperum, vel in forma ordinaria.

4447 Secùs ſi ſit in forma pauperum.

Si in forma ordinaria, diſpenſatio eſt valida; nam hoc non eſt novum impedimentum dirimens, licèt ſit inceſtus: nec eſt diſpenſatio conceſſa ſub conditione, ſi contrahentes ſeparentur. Præpoſitus 3.*p.diſp.*8.*de matrim. dub.* 1. *n.*61. Diana *p.*8. *tract.* 3. *reſol.*81. Perez *de matrim.diſp.*46.*ſect.*6. (5)

Si verò eſt in forma pauperum: tunc diſpenſatio eſt nulla, ſi copula ſuperveniat ante decretum Ordinarii: non quia ponat novum impedimentum, ſed quia diſpenſatio evaneſcit conditione non purificata, & conſequenter eſt alia diſpenſatio impetranda reconvalidatoria primæ obtentæ in forma *perinde valere*, & ità reſpondiſſe Paulum V. teſtatur Corradus *lib.* 8. *diſpenſationum c.*5.*n.*37.*&* *n.*46. qui refert plures formulas in clauſula *perinde valere*, ut reviviſcat gratia, quæ jam evanuit. Caſſadorus *dec.* 33.*n.*6. Genuenſis *in praxi c.*35.*n.*5. in quo non videtur ſibi conſtare Corradus cum his, quæ dixit *lib.*8. *diſpenſationum c.*1. *n.* 42. 44. 49. ex Sacra Congregatione abſolutè dicens neceſſariam eſſe novam diſpenſationem, licèt in petitione non ſit exprimendus numerus copulæ habitæ ante decretum Ordinarii. (6)

An ſit nulla commiſſia Diſpenſationis ob affinitatem ex copula illicita, ſi ante decretum Ordinarii ſe commiſceant Oratores?

4448. Non eſt nulla comiſſio ſi oratores ante decretum Ordinarii diſpenſationis ob affinitatem, ſe commiſceant.

Nega: niſi diſpenſatio concedatur cum clauſula, *ſi amplius non ſe commiſceant*; nam ſequens copula non addit diverſam affinitatem, & ſic per ſequentem diſpenſationem tolli valet. (7)

At ſi obtento ab Ordinario diſpenſationis decreto matrimonio adhuc non inito, quis iterum copuletur cum ſorore illius, quam vult ducere, tunc naſcitur novum impedimentum affinitatis dirimens, antecedenti diſpenſatione non ablatum. Sanch. 8.*de matrim. diſp.*24. *n.*8. Corradus *lib.*8. *diſpenſationum c.* 5. *n.*38. ut ex ſe patet.

An copula habita cum futura ſponſa poſt decretum diſpenſationis ab Ordinario obtentum, matrimonio adhuc non inito, vitiet diſpenſationem?

4449 Copula cum ſponſa poſt decretum, non initis nuptiis non vitiat diſpẽſationem.

Nega; nam ſublato impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis per diſpenſationem; tunc ceſſat ratio inceſtus, & remanet ſimplex fornicatio, quæ matrimonium nec dirimit, nec impedit. Sacra Congregatio apud Rebellum *l.*3.*q.*5.*ſect.*4.*c.*24.*n.*222. Sanch. 7. *de matrim.diſp.*5.*n.*6.15.*&* 16. Cajetanus v. *inceſtus in principio.* Barboſa *in collectaneis.* v. *diſpenſare.* Guttierez *lib.*1.*Canonicarum c.*15.*n.*23.

An vitietur diſpenſatio Sacræ Pœnitentiariæ pro foro conſcientiæ, ſi copula intercedat ante diſpenſationem à confeſſario delegato obtentam?

4450 Non vitiatur diſpenſatio pro foro conſcientiæ, ſi intercedat copula antequam illam obtineat.

Nega: & confeſſarius poterit dictas literas exequi. Corradus *lib.*8.*diſpenſationum c.*1. *n.*52. dicens ita etiam ſervari, quoties in Dataria ſoluta eſt compoſitio, *& c.*5.*num.*71. ait, quòd ſi petatur nova diſpenſatio, quæ tamen non eſt neceſſaria, conceditur ad cautelam illis verbis: *dummodo impedimentum, ſi quod ex præmiſſis provenit.*

Huc uſque explicuimus quæ, & quandò ſit exprimenda copula, nè diſpenſatio ſit ſubreptitia. modò exponendum.

Quæ, & qualiter cetera impedimenta, ceterique gradus exprimendi.

§. II.

4451 Quædam impedimenta minuunt, aut augent diſpenſantis voluntatem.

Quædam minuunt, quædam augent, quædam nec minuunt, nec augent, quædam cumulata tollunt diſpenſantis voluntatem: quæ augent, & quæ non augent, nec minuunt, non ſunt cumulatè explicanda, quia nihil conducunt. Quæ tollunt, ſunt explicanda; quia reddunt nullam diſpenſationem, carentem voluntate diſpenſantis: pro impedimentis minuentibus voluntatem ſit.

Principium.

4452 Explicanda ſunt illa, quæ jure ſunt ſtatuta.

Illa ſimul ſunt explicanda, quæ jure ſtatutum eſt, ut explicentur, non alia. Patet, nè onera ſine certa lege imponantur.

Hinc eſt difficultas.

An in eadem ſupplicatione ſint exprimenda plura impedimenta ineundi nuptias cum eadem?

4453 Non ſunt explicanda plura impedimenta contrahẽdi cum eadem.

Nega; nam id nullo jure præceptum, onus non eſt gratis à Doctoribus injungendum.

Secundo, quia ut impedimentum poteſt ſucceſſivè naſci: ità poteſt ſucceſſivè tolli. *c.* 2. *de regulis juris in* 6. Nec decipit petens Pontificem, nam non exprimit ſe unum tantùm habere impedimentum, & induſtria non fraus eſt facilitatem in rebus ſuis inquirere: & licèt difficiliùs Papa diſpenſaret, tamen diſpenſaret in multiplici impedimento ſimul explicato: ut diſpenſatur ſtante infamia, & vilitate petentis, licèt exprimatur ſola infamia, quamvis difficiliùs diſpenſaretur expreſſa etiam vilitate; ſic tenet diſpenſatio, non expreſſa perſona inimica petentis, qua expreſſa diſpenſatio non fuiſſet conceſſa, niſi Superior exprimat ſe nolle cum tali perſona diſpenſare. Suarius 6. *de legibus c.*23. Sà v. *diſpenſatio num.* 16. Villalobos *tract.*24.*difficult.*27.*num.*4. Gabriel à S.Vinc. *de matrim.diſp.*9. *n.*77. *&* 78. Bonacina *de legibus diſp.*2.*ad q.* 2. *punct.*6. Antonius à Sp. S. *tr.* 11. *n.* 578. dicens, data opera poſſe ſeparatim exprimi.

Contra Sanchez 8.*de matrim.diſp.*23. *num.*1. Perez *de matrim.diſp.*46.*ſect.*3.*n.*4.*&* 5. ajentem exprimenda ſimul impedimenta reſpicientia matrimonium, ut eſt conſanguinitas, & affinitas, non verò alia: ut votum Caſtitatis, & Conſanguinitatis, nullo tamen jure id probat. (8)

An

(5) Recole ſuperiorem notam III.

(6) De Diſpenſationibus in forma pauperum, vide laudatum Vincentium de Juſtis *de Diſpenſationibus matrimonialibus lib.*1.*cap.*7.

(7) Vide Superiorem notam III.

(8) Opinio Sanchez tutior eſt, proindè pro valore Sacramenti defendenda. Nam licitum non eſt ſequi opinionem probabilem relicta tutiore pro valore Sacramenti. An verò id etiam militet in iis, quæ ex jure Eccleſiaſtico pendent. Vide probatiores Doctores.

An si ex impedimentis unum sit publicum: puta consanguinitatis, alterum occultum: puta affinitatis ex incestu occulto, possint separatim exprimi?

4454 Valet separatim exprimi impedimentum occultum, & publicum.

AFfirma: & pro publico adeunda dataria: pro occulta Sacra Pœnitentiaria. Navarrus *consil.1. punct.* 19. *n.* 52. *de constitutionibus.* Sanch. 8. *de matrim. disp.* 23. *num.*7. Gabriel à S.Vinc. *de matrim. disp.*9.*n.*77. Guttierez *loc.cit.* Corradus *lib.*7. *dispensationum, c.*6.*n.*78. ajens *n.*79. practicari in Sacra Pœnitentiaria, ut exprimatur utrumque impedimentum, quia cùm non exprimatur persona, evitatur infamia petentis, & periculum mortis.

An ex duobus impedimentis expressis, uno tantum reperto, valida sit dispensatio?

4455 Ex duobus expressis, si unum impedimentum adsit, valet dispensatio.

AFfirma: ne utile per inutile vitietur. *c.utile* 37. *de regulis iuris in* 6. *l.*1. *§.sed si mihi bona. D.de verb.oblig.* Corradus *lib.* 7. *dispensationum c.*6. *n.*81.

An sit exprimenda multiplex affinitas contracta ex multiplici copula cum eadem.

4456 Non exprimenda multiplex affinitas ex multiplici copula orta.

NEga: quia affinitas censetur unica moraliter. Sicuti excommunicatus celebrans pluriès non contrahit multiplicem irregularitatem moraliter exprimendam in petitione dispensationis. Antonius à Sp.S. *tract.* 10. *n.*575. *& tom.*3. *consultat.* 12. *n.*6. Gabriel à S. Vinc. *loc.cit.n.*78. Leander *loc.cit. q.*88. Pontius 8. *de matrim.c.*7.*§.*8.*n.*25. post Sanch. 8. *de matrim. disp.*14.*n.*7.

Si verò copula superveniat dispensationi jam obtentæ, tunc oritur nove affinitas præcedenti dispensatione non ablata, sed ab ista potest impetrari dispensatio, non exprimendo se aliam impetrasse. Dicastilius *disp.*8.*n.*149.

An sit explicanda duplicata affinitas, consanguinitas ejusdem gradus: puta si sit cum consanguinea ex parte patris, & matris in quarto gradu?

4457 Nec duplicata affinitas, aut consanguinitas ejusdem gradus.

NEga: quia duplex illa consanguinitas ejusdem gradus constat unum impedimentum, & multiplex affinitas ex multiplici copula cum eadem, unum constat affinitatis impedimentum. Diana *p.*8.*tract.*3.*resol.*60. dans VI. Doctores. Antonius à Sp.S.*consultat.*12. *num.*3. contra Palaum *tom.*1.*disp.*4.*punct. fin.§.*3.*n.*1.

An sit explicanda duplex affinitas in eodem gradu, orta ex copula cum duplici sorore illius, cui vult nubere?

4458 Nec duplex affinitas in eodem gradu.

NEga: patet paritate consanguinitatis ex parte matris, & patris, ex affinitate ob multiplicem copulam; est enim duplex affinitas ejusdem gradus unum impedimentum constituens: ut multiplex gradus caloris constituit unum calidum. Henriquez *lib.*12.*c.*10. Ledesma *de matrim. c.*27. *difficult.*2. Vega *tom.* 2. *Summa casu* 98. ajentes baptizantem plures filios, non debere hanc pluralitatem exprimere. contra Pontium *lib.*8.*de matrim.c.*17.*n.*25. Hurtadum *disp.*26. *difficult.*6.*n.*20. Perez *de matrim. disp.*46.*sect.*5.*n.*4.

An sit explicandum impedimentum nasci ex duplici adulterio?

4459 Nec impedimenta nasci ex duplici adulterio.

NEga: nam unum censetur impedimentum ex actionibus non multiplicatis specie. Ludovicus à S.Joanne *de matrim.q.*6.*art.*3. *dub.*1. Petrus Ledesme *de matrim. c.*2. *concl.*6. *diffic.*2. Rodriq. *tom.*1 *summæ. c.*238.*n.*1. Vega *loc.cit.c.*34. Henriq. *lib.*12.*c.*10. contra Molinam *tom.*1. *de instit.tr.*2.*q.*13.*disp.*101. Sanchez 8. *de matrim. disp.*14.*num.*5. Coninck *disp.*23. *dub.*6. *num.*21.

An explicato impedimento per se supponente aliud impedimentum, valida sit dispensatio: puta expressa affinitate ex matrimonio, quæ supponit publicam honestatem non expressam?

AFfirma tenere dispensationem, quia tunc expressit utrumque cognitum necessaria connexione dispensandi à dispensante. 4460 Sufficit explicare impedimentũ quod per se supponit aliud.

Et sic expressa affinitate ex matrimonio censetur expressum impedimentum publicæ honestatis; nam affinitas ex matrimonio illud impedimentum publicæ honestatis per se supponit. Antonius à Spir.S. *tract.*11.*n.*576.

An in æqualitas gradus, quando fit numeratio à remotiori: puta secundum, & primum, tertium, & quartum, sit exprimenda in petitione dispensationis?

QUicquid olim satis exprimere remotiorem, à quo distantia gradus numeratur. Nunc debet exprimi gradus uterque proximior scilicet, & remotior à stipite, si sit in primo gradu consanguinitatis, vel affinitatis: Si sit in secundo, & tertio; tunc sufficit tantùm expressio remotioris gradus ex Bulla Pii V. 1566. secunda Augusti, quæ incipit: *Sanctissimus*, ubi Cherubin *in compendio scholio* 1. Corradus *lib.*7. *dispensationum Apostolicarum c.*7.*n.*58. referens verba bullæ, & revocata Constitutione Pii IV. qua semper erat exprimendus gradus proximior. 4461 Explicandus nunc est gradus proximior, & remotior. 4462 Bulla S. Pii V. Sanctissimus.

Exigit tamen Pius V. literàs declaratorias propinquioris gradus, dicta Bulla *Sanctissimus*, Quæ literæ declaratoriæ solùm exiguntur pro foro externo ad evitandum scandalum putantium non dispensatum in gradu proximiori; itaut cessante scandalo, sine illis validè nuptiæ ineantur: & pro foro conscientiæ nunquam tales literæ requiruntur. Sanch. 8. *de matrimonio disp.*24.*num.*25. & 28. Pontius *lib.* 8. *de matrim. c.*17. *num.*25. & 26. Perez *de matrim. disp.*46. *sect.*5.*num.*7. Henriquez *lib.*12.*c.*3.*num.*6. Leander *loc. cit. qu.*40. Cherubinus in dicta Constitutione Pii V. quæ incipit: *Sanctissimus. scholio* 2.

Rursus dicta Constitutio Pii V. tantùm locum obtinet in casu ibi expresso affinitatis, & consanguinitatis, non in aliis impedimentis gradum habentibus, in quibus satis est exprimere gradum remotiorem, secundum jus commune: ut observet Pontius, & Perez *locis citatis*.

Nec obstat stylus Curiæ requirentis semper expressionem remotioris, & propinquioris gradus.

Nam est contra dictam Constitutionem Pii V. Introducitur multoties Papa ignorente, nec ad instar legis obligat extra Curiam. Cævallos *practicarum c.*737.*num.*10. Sanch. *loc.cit.n.*24. Pontius *loc. cit. §.* 6. *num.* 33. Granadus 1. 2. *controversia* 7. *tract.* 2. *part.* 2. *disp.* 27. *sect.* 5. *num.*46.

An

An inter quartum, & quintum gradum sit impedimentum dirimens, dispensatione abrogandum?

4463 Inter 4. & 5. gradum non adest impedimentum.

NEga: nam à remotiori numerantur gradus: & ità patet ex *c. finali. de consanguinitate, & affinitate*. Pontius *loc. cit.* Sanchez *7. de matrim. disp. 53. num. 4.* Marchetti *part. 2. praxis Vicarii Capitularis tit. 19. num. 39. in fine.* Corradus *lib. 7. dispensationum c. 5. num. 69.* Leo *Thesauri fori Ecclesiastici par. 2. c. 8. n. 39.* contra Genuesem *in praxi c. 20. num. 7.*

An sit explicanda causa impedimenti: puta an affinitas sit ex copula licita, vel illicita: publica honestas an sit ex sponsalibus de futuro, an de præsenti?

4464 Videtur non explicanda causa impedimenti.

NEgat Pontius 8. *de matrim. c. 17. num. 29.* Contra Sanchez 8. *de matrimon. disp. 24. num. 16.* Leandrum *loc. cit. qu. 43.*

Ratio, quia id non spectat ad causam finalem, nec jure decretum, ut exprimatur.

An error gradus vitiet dispensationem?

4465 Si expresso proximiori, & erretur in remotiori tenet dispensatio.

DIstinguas: vel exprimitur proximior, vel remotior gradus subordinatus.

Si proximior, tenet dispensatio; quia majus impedimentum proximioris gradus continet minus impedimentum: ut calor intensior, puta ut octo, continet remotiorem, puta ut duo, ejusdem speciei.

4466 Secùs si erretur in proximiori.

Si exprimatur remotior tacito proximiori gradu: tunc dispensatio est nulla, quia remanet impedimentum gradus proximioris dispensatione non ablatum. Sanchez *loc. cit. num. 17.* Pontius *loc. cit. num. 31.* Hurtadus *disp. 26. difficultate finali.* Antonius à Spir. S. *tract. 11. n. 583.* Perez *de matrim. disp. 46. sect. 5. num. 10.* recte dicens, diversum gradum proximiorem: puta consanguinitatis, non continere remotiorem affinitatis, & dispensationem in secundo gradu consanguinitatis non prodesse pro affinitate cujuslibet gradus.

Error in nomine personæ, Diœcesis, an vitiet dispensationem?

4467 Error in nomine personæ, diœcesis non vitiat dispensationem.

NEga: si constet de veritate personæ, Diœcesis, & Ordinarii. *§ si quis in nomine Inst. de legatis.* Doctores apud Dianam *par. 1. tract. de legibus resol. 38. & par. 8. tract. 3. resol. 63.* contra Corradum *loc. cit.*

An dispensatio impetrata ab uno, prosit utrique, vel alteri etiam ignoranti?

4468 Impedimentum afficiens duos, tollitur per dispensationem impetratam, etiā ab uno tantùm.

DIstinguas: vel impedimentum afficit duos, ut affinitas, consanguinitatis, vel afficit unum, ut votum castitatis.

Si primum: impetrata ab uno prodest utrique etiam alteri ignoranti impedimentum, quia nequit prodesse uni non alteri.

4469 Secùs si unū afficiat.

Si secundum: prodest tantùm impetranti, & sic dispensatio in voto viri non prodest uxori in voto castitatis; nam ista non sunt connexa. Perez *de matrim. disp. 47. sect. 1. num. 3.*

Quot modis Dispensatio expiret?

CAPUT VII.

4470 Non evanescit dispensatio inito jam matrimonio.

TRia tempora consideranda. Primum ante exequutionem dispensationis. Secundum, quando decreto dispensationis impedimentum deletur, licèt matrimonium non adhuc ineatur. Tertium, matrimonio jam inito.

Inito matrimonio dispensatio nunquam evanescit, quia est effectus consummatus; adeòque dispensatio obtenta ob titulum paupertatis, matrimonio contracto, non evanescit, etiamsi conjuges evadant divites; superest ergo videre qualiter extinguatur, antequam matrimonium ineatur.

Duo modi considerandi. Primus, renunciatio. Secundus, non usus.

Renunciatio.

§. I.

REnunciatione externa acceptata à Superiore extinguitur dispensatio; nam tunc illicò voluntate Superioris legi subditur: ut renunciatione donationis acceptata à donante, evanescit donatio. Non autem sufficit sola subditi renunciatio, nec laceratio dispensationis; quia sola subditi voluntas, ut non potest legem facere, à lege eximere: ità non potest subdere legi; nam obligatio extincta non reviviscit, nisi ponatur causa obligans: ut est Superioris voluntas acceptans renunciationem. Sic renunciatio beneficii non habet effectum à Superiore non acceptata. *c. accedentibus. c. si de terra. de privilegiis.* Suarius 8. *de legibus c. 33. num. 18.* Sanch. *disp. 33. num. 2.* Perez *disp. 47. sect. 1. n. 7.* 4471 Dispensatio extinguitur renunciatione acceptata à Superiore. 4472 Sola repudiatio, aut laceratio dispensationis illam non annullat.

Hinc si quis obtenta dispensatione cum una, ea non utatur; tunc potest ducere aliam, cum qua dispensatione non indiget: & ea mortua potest uti prima dispensatione; nam non est unde fuerit extincta; Idemque puto, si obtenta dispensatione cum una, ea non utatur, & impetret aliam dispensationem, ut contrahat cum alia; tunc utraque tenet pro diverso tempore; contra Perez *de matrim. disp. 47. sect. 1. num. 11.* ajentem, renunciasse primam, obtenta secunda. Sed non est unde id colligat; nam pro diverso tempore deservire valens, nec una tunc alteri incompossibilis, & nemo præsumitur velle perdere, sed velle conservare jura, libertatem, & bona quantum potest.

Non Usu.

§. II.

PLura non usu extinguuntur, plura contrario usu pereunt: ut sunt servitutes, quandoque non usu, quandoque contrario usu pereunt. *l. sicut usumfructum. 15. C. de servitutibus, & aqua. l. si communem. 10. 15. 16. & l. 18. D. quemadmodum servitus amittatur. l. penultima. C. de servitutibus, & aqua.* 4473 Servitutes amittuntur non usu, & contrario usu.

At Privilegia, & dispensationes, cùm sint gratiæ non usu non amittuntur; sic dispensatio non jejunandi, non recitandi Horas, eligendi Confessarium, non usu nunquam perit. Perez *loc. cit. disp. 47. sect. 2. num. 3. in fine*; ità est in dispensatione contrahendi nuptias, maximè onerosa, præcedente compositione. Perez *loc. cit.* 4474 Privilegia, & dispensationes non amittuntur non usu.

Si verò redundaret in damnum aliorum, vel Ecclesiæ: tunc dispensatio amitteretur per non usum, vel per contrarium usum; nam tunc esset odiosa restringenda. Sic amittitur usufructus per non usum, quia est odiosus proprietario. *l. penult. C. de servitutibus, & aqua. l. corruptionem. 16. C. de usufructu*: sic odiosæ servitutes non usu pereunt. *l. 18. D. de servitutibus rusticorum. l. 16. 17. & l. 18. D. quemadmodum servitus amittatur*, & notavimus *II. Pantonom. num. 297. & 383.* 4475 Nisi vergeret in damnum aliorum, aut Ecclesiæ.

Ter-

4476 Dispensatio cessat si revocetur à dispensante.

Tertio modo extinguitur, si revocetur à dispensante expressè, vel tacitè cum justa causa, restituta compositione soluta in Dataria; quia tunc est contractus onerosus, quo Superiores ligantur.

An autem mortuo dispensante expiret: diximus quòd non; quia est gratia facta. c. si cui. 36. *de præbendis in* 6. Et tandem quando evanescit cessante causa adæquata finali, ex supra dijudicatis satis. (9)

(9) Si quæ ad absolutam hujus Sacramenti Matrimonii tractationem hìc desiderarentur, Auctor peculiaribus Tractatibus lato calamo, & ad utriusque Fori commodum, & praxim nitidè, dextèque enucleavit, qui inter *Opuscula* sunt, rejecti sub titulis. De *Sponsalibus*. De *Secundis Nuptiis*, seu de *prætenda morte Viri*, De *Repudiis*, & *Divortiis*.

Finis Libri Secundi.

INDEX
TITULORUM, CAPITUM, ET PARAGRAPHORUM
LIBRI PRIMI
INSTITUTIONUM CANONICARUM.

Prior numerus paginam, ſecundus epigraphen marginalem notat.

In

An

LIBRI SECUNDI.

cèt

Cur

De

Con-

De

An

Indicis Libri Primi, & Secundi

F I N I S.